JOANNIS HARDUINI OPERA SELECTA.

JOANNIS HARDUINI

E SOCIETATE JESU

PRESBYTERI

OPERA SELECTA,

TUM QUÆ JAM PRIDEM PARISIIS EDITA NUNC EMENDATIORA ET MULTO AUCTIORA PRODEUNT, TUM QUÆ NUNC PRIMUM EDITA.

Indicem omnium Præfatio exhibebit.




AMSTELODAMI,

Apud JOAN. LUDOVICUM DE LORME.

Sub signo Libertatis.

M DCC IX.



PRAEFATIO BIBLIOPOLAE

AD ILLUSTRISSIMUM VIRUM

D. JOAN. PAULUM BIGNONIUM,

ABBATEM SANCTI QUINTINI;

REGIS CHRISTIANISSIMI

COMITEM CONSISTORIANUM &c.

CUM viderem, VIR ILLUSTRISSIME, jamdiu flagitari à viris eruditis celebrata doctissimi Scriptoris Galli *Joannis Harduini*, è Societate Jesu, opera; quæ nec vulgò reperirentur & rariora fierent in dies; universa denuo, *Plinio* tamen, *Themistiòque* exceptis, typis meis ea recudere adgressus sum. Susceperat idem ante me Bibliopola è nostratibus celeberrimus, sed ob alia negotia rem distulit, ac tandem penitus nescio qua de causa omisit. Itaque operam dedi ut scripta clarissimi viri, quæcumque possem, nancisccrer; nec mediocri labore conquisivi primùm quæ jam Lutetiæ Parisiorum publici juris facta fuerant, deinde quæ latebant adhuc in scriniis, nec dum eruditorum hominum judicia erant experta. Accidit verò perquàm feliciter, ut in manus meas inciderent quæ jam emanarant, eáque auctiora multò & emendatiora, quàm antea prodiissent; útque complura, etsi non omnia, quæ premebantur, mecum sint humaniter communicata à Nobilissimo Viro eodémque pereruditо D. de BALLONFEAUX, in Regio Senatu Luxemburgico, Consiliario; quem earumdem literarum studium, & amicitia singularis ac mutua cum *Harduino* jam pridem conjunxerunt.

Annus est & plus eo, cùm prælo commissum est opus, cujus, dum ederetur, *Conspectum* emisi, ut omnes Eruditi quid sibi exspectandum esset intelligerent. Eum iterum, hoc in loco, Tibi ob oculos ponere, VIR ILLUSTRISSIME, necesse judicavi, ut uno intuitu perspiceres in quo opera nostra desudarit. Sunt igitur lucubrationes, quas in hoc volumen inclusi:

I. NUMMI ANTIQUI POPULORUM ET URBIUM ILLUSTRATI. Quod opus utilissimum esse Geographiæ & Chronologiæ studiosis, ac prorsus necessarium iis qui nummos antiquos tractant, aut sibi comparare student, omnes norunt. Hic enim multa populorum & urbium nomina exstant, de quibus ea vir doctissimus scripsit, quæ alibi non ita facilè reperiantur; multas Æras urbium Asiæ illustravit & explicuit, innumerorúmque nummorum, quos viri rei nummariæ periti legere nullo modo potuerant, aut perperam legerant, inscriptiones feliciter explicuit. Sine hac ejus cynosura, plerique qui antiquos nummos possident, aut qui id studiorum genus colunt, non possent legere nummos non spernendos quos vident: cùm ex lectione aliquot literarum, à quibus nomina populorum aut urbium inchoantur, sæpe nequeant intelligere à quibusnam sint cusi. At adhibito hoc opere, facilè intelligent ad quosnam sint referendi. Id multò auctius & emendatius, innumerisque locis refictum hîc invenient; ita ut novum opus haberi possit. Multa quidem *Harduinus* resecuit, pro suo jure, sed multò plura adjecit, cùm passim toti libro insertis minoribus additamentis, tum etiam integris dissertationibus. Ejusmodi sunt dissertationes *de Conditione & Fortuna Antiochiæ & Tyri sub Augustis*, de *Bithyniæ Regibus*, de *Nummis Regum Cappadociæ*, de *bello Judaïco sub Hadriano*, de *Regibus Mauretaniæ*, de *Nummis qui in Epigraphe nomen habent Narbonis*, de *Mensibus Paphiorum*, de *Nummis Ponti Regum*, de *antiquis Siciliæ Regibus*, & *de quibusdam Veterum Nummorum Symbolis*. Accedunt & Indices multò auctiores, aut planè novi. Operi de antiquis nummis populo-

pulo-

pulorum & urbium subjunctus fuisset *Antirrheticus de Nummis Antiquis Coloniarum & Municipiorum, ad Joannem Foy-Vaillant Medicum*; nisi emendationibus & additionibus superioris operis minus utilis factus esset. Itaque cum omisimus, satis aliunde in hoc volumine suppletum.

II. Sequitur DE BAPTISMO QUAESTIO TRIPLEX, quod opus auctum est novâ dissertatione *de Baptismo pro mortuis*, in qua Auctor illustrare aggreditur difficillimum locum I. Cor. XV, 29.

III. Deinceps occurrit S. JOANNIS CHRYSOSTOMI EPISTOLA AD CÆSARIUM, Græcè & Latinè, illustrata notis & dissertatione de Sacramento altaris, cum Embolis antea editis, ad quæ nunc accedit tertium *de Mysterio Fidei in consecratione Calicis.* Iis subjungitur defensio contra virum eruditum ac celebrem, Scriptorem *Bibliothecæ Universalis*, qui contenderat nihil illic habere *Chrysostomum*, quod Transsubstantiationi faveat; nec, ut puto, sententiam mutavit.

IV. Proximo loco legitur liber de NUMMIS HERODIADUM emendatior, auctiórque nummis & animadversionibus permultis. Accedit præterea Epistola Gallica, in qua Auctor hoc suum opus defendit, contra D. *Basnage*, Pastorem Ecclesiæ Gallicæ Roterodamensis, Scriptis multis insignem, qui in Historia Judæorum Gallicè scripta, reprehendit quod de Herodiadum genealogia, ditionibus, & Religione dixerat *Harduinus.*

V. Postea collocata est dissertatio DE SUPREMO CHRISTI DOMINI PASCHATE auctior, cum defensione ejus operis.

VI. Tum sequuntur NUMISMATA SÆCULI CONSTANTINIANI multò auctiora & emendatiora, cum Embolo ad calcem subjecto, quo multi alii nummi explicantur, variáque ad rem nummariam pertinentia dilucidantur.

VII. CHRONOLOGIA VETERIS TESTAMENTI, cum permultis emendationibus & additionibus, quibus opus novum propemodum factum est.

VIII. Numismata quædam TETRICI, DIOCLETIANI, & MAXENTII Augustorum, aliquot Epistolis antea Luxemburgi editis explanata. Ad eas accessit Epistola antè inedita, in qua Auctor suas explicationes diligenter tuetur, contra nonneminem qui eas oppugnarat.

IX. HISTORIA AUGUSTA *ex nummis antiquis Græcis Latinisque restituta*, quæ nunc primùm in lucem prodit. Ab Augusto ad tempora Carini & Numeriani producitur, innumeri nummi in ea explicantur, & multa in Historia Romana antea inaudita in lucem proferuntur. Suspecti enim sunt viro doctissimo Historiæ Romanæ Scriptores, quia, uti putat, cum antiquis nummis, in permultis capitibus, in concordiam redigi nullo modo possunt. Digna res est, quæ ab Eruditis diligenter expendatur.

X. Claudunt agmen Dissertatio de LXX HEBDOMADIBUS DANIELIS adversus R. P. *Bernardum Lamy*, emendatior & auctior; deinde explicatio nummi, sub Ludovico XII. Francorum Rege cusi, cum hac inscriptione: PERDAM BABYLONIS NOMEN; tertiò explicatio Nummi PHILIPPI AUGUSTI; quartò interpretatio Numismatis rarissimi JUSTINIANI Imp. quintò Psalmi LXVII. denique explicatio inscriptionis subjectæ Veronicæ, seu veræ iconi Christi. Hæ explicationes Gallicè in Diario Eruditorum Parisiensi & Monumentis Trivultianis editæ fuerant, sed ab Auctore partim Latinè versæ, emendatæ & auctæ sunt.

Hoc autem qualecumque est operæ meæ atque industriæ, AMPLITUDINI TUAE, VIR ILLUSTRISSIME, Do, Dico, Consecro; quod sit observantiæ in Te meæ pignus ac monumentum perenne; quod sit ἄγαλμα quoddam, in ditissima illa Tua Bibliotheca; quam ornare magnis sumptibus, parique delectu & amplificare non desinis, destinásque non Tibi uni, sed apertam omnibus ac patentem esse vis Gallis & Exteris; ne sit quisquam, quem deterreat à literis ulla difficultas, néve sit ἄμουσος ullus, nisi Te invito.

Atque hoc ut faciam, accedit ad obsequium nomini Tuo debitum, justamque pro beneficiis à Te toties in me tantisque collatis, grati ac memoris animi significandi voluntatem, quædam in limine libri hujus alloquendi Te necessitas. Continet enim παράδοξα non pauca, eáque valde abhorrentia ab opinione communi; quæ quidem alii aliter accipient, non pauci autem errori proxima esse forsitan arbitrabuntur. Præterquàm quòd & in rebus Chronologicis & in Historia plurimùm discrepat HARDUINUS ab omnibus iis, qui eadem tractarunt; non deerunt, uti nec adhuc defuerunt, qui existiment ex pluribus horumce *Selectorum Operum* locis consectarium aliquid portenti simile esse, atque in hanc diem prorsus inauditum; exstitisse, videlicet, aliquando genus hominum audax sanè & impudens, qui homines nec bonâ nec piâ voluntate adducti, venerandis sanctorum Patrum, tum etiam clarissimis profanorum scriptorum Græcorum & Latinorum nominibus inscripserint foetus suppositios, & in rei Christianæ, bonarúmque artium perniciem natos. Quo numero contineri dicent plerosque quos, ut veteres & optimæ notæ scriptores, orbis Christianus tamquam magistros sequitur ac suspicit; sive in perpoliendis literis, quas humaniores vocant, sive in tractandis rebus Theologicis.

Quod quidem utrum jure, an injuriâ concludatur ex Auctoris sagacissimi placitis (qui præter Sacram Scripturam, unúmque aut alterum è profanis Auctoribus, nummorum dumtaxat &

Astro-

Astronomiæ fidem, ferè nihil adtulit ad stabiliendam sententiarum suarum in Historia veritatem) tum utrum habeat id partem aliquam in se veritatis, magna erit, opinor, inter eruditos opinionum dissensio. Subsidiis ingenii ac doctrinæ omnibus lis illa disceptabitur, si fortè acciderit ut alii consecutionem adprobent & admittent eam ex ejus scriptis, contendántque non modò nihil inde detrimenti capere rem Christianam aut literariam posse; sed pura sic ab omni contagione ac liquida Christianæ Religionis dogmata nitori antiquo suo restitui; sic, detectâ demum sua, eâque mala, pro genuinis ac bonis obtrudentium fraude; detortum caput ac fontem, unde error diffunderet se se, ac opinionum monstra; sub honesta; piaque specie, in parum cautos mortalium animos inveheret sensim ac imprimeret: dum alii interim clamabunt totis lateribus; dirutum hac ratione doctrinæ omnis fundamentum; actum esse de Religione; si audiatur HARDUINUS; cámque eadem liturâ deleri, quâ auctorum plerorumque omnium scripta induci ab HARDUINO censebunt.

Cujus autem judicio, in tam gravi causa, standum potiùs, quàm Tuo; VIR ILLUSTRISSIME? qui nunc imperium, ut ita dicam, bonarum literarum obtines unus ac regis; quem Eruditi omnes non in Galliis modò, sed in universa, quanta est; Europa, cùm videant disciplinarum omnium æstimatorem longè prudentissimum, sic tamquam Numen aliquod, præsentémque Deum admirantur & prædicant; qui, in augusto Regis Christianissimi Concilio, difficillima quæque & intricatissima; velut id unum ageres in vita, magistratus juris omnis peritissimus, explicare soles ac enodare, ad stuporem omnium; qui denique claritatem nominis, quam habes à majoribus Tuis, à viro illo præcellenti HIERONYMO BIGNONIO, hereditariam, fecisti propriam Tibi, Tuáque unius laude maximam ac singularem. In hoc itaque negotio; personam sustinebis eam; quam HIERONYMO BIGNONIO avo tuo imposuit, superiore sæculo, *Hugo Grotius*; cùm dedicaret suum illi librum planè aureum, DE VERITATE RELIGIONIS CHRISTIANÆ; *audies testes*, inquiebat ille, *vim testimoniorum expendes, judicium feres*, Docti *judicatum* facient.

Nec est cur Te judicem non exoptent Literati omnes; præsertim cùm eos tantâ humanitate & benevolentiâ soleas excipere confluentes ad Te, tanto favore prosequi; cujus comitatis Tuæ oculatum fuisse me testem profiteor, cùm essem Lutetiæ; nec testem modò, sed quia bonis artibus, ut est ars nostra tota in literis, nonnihil inservio, sæpe numero participem; pro quo gratias habeo AMPLITUDINI TUÆ, agóque immortales.

Neque minùs norunt acumen quod in Te est ingenii, subtilitatémque judicii ac veritatem; norunt amorem, quo incenderis, literarum; quo fit ut quamvis quoties doctorum hominum controversias dijudicatâ lite componere studes, audias quidem semper æquo animo reum, ut sic loquar, utrumque, & pari lance rationum hinc atque hinc momenta perpendas; nihilominùs eos libentiùs tuearis tamen (quantum fas, júsque sinunt) qui non tritis aliorum insistunt vestigiis sic, ut nihil dicant *quod non dictum sit priùs*, sed novas; ad indagationem veritatis, aperiunt sibi, sequuntúrque suo periculo semitas.

Adtexerem, hoc in loco, nonnihil ad commendationem Auctoris; nisi scirem esse illum notissimum Tibi, eóque notiorem, quo majus nomen habet inter Eruditos; atque ideò Tibi beneficiis à Te acceptis devinctum. Cùm enim isthic essem, audivi aliquando, qui dicerent, id quod accuratè scire se profiterentur, effectum omnino à Te, (qua virum ad maxima quæque festinantem voluntate incitas) ut typis Regiis excuderentur ea, quæ ipsius operâ brevi prodibunt in lucem, Conciliorum volumina; cùm alii summâ ope contenderent, ut, post editos JACOBI SIRMONDI Jesuitæ Doctissimi, operum Tomos V. alia quædam, loco præclarissimi incepti, subjicerentur prælis regiis; quorum voluminum Harduinianorum prope jam ad calcem perductum octavum certis literis accepimus. Confirmabo hìc unum id, quod per se satis patet; potuisse illum, scilicet, immensas doctrinæ opes explicare in hoc volumine, ante oculos hominum, si ex libris, quos accuratissimâ diligentiâ perscrutatus est omnes, decerpere voluisset in rem suam aliquid vir ingenii laude florens & laboris tolerantiâ propemodum incredibili.

Fecit hoc, ante hosce tres & viginti annos, in enarrandis *Plinii* Historiæ Naturalis libris triginta septem, qui non unum aliquem doctissimum virum, sed plures, in omni disciplinarum genere consummatissimos, non annorum quatuor aut quinque, sed sæculi ipsius fermè spatium poscere videbantur. Fecit non multò pòst in *Themistio*, cùm notas ad illum auctorem Petavianis notis suas miscuit, sanè non impares. Fecit in aliis operibus: sed hæc priùs fuere; nam in iis, quæ publicamus nunc, saltem in plerisque & recentioribus, (quædam enim sunt jam pridem ab illo scripta) idem maluit adferre in medium, ceteris posthabitis, id tantummodo quod verissimum judicavit; maluit ex uberrima messe, quam in area paratam habet, triticum unum, robustúmque far seponere, quod suum esse vellet, examinique doctiorum exponere, in quo quid viderit, quantum profecerit, judicium VIR ILLUSTRISSIME, Tuum esto.

Cùm autem, peracto judicio, deflexeris oculos animi ab illa contentione, quoquo modo res tandem ceciderit, habebis in hoc volumine quam plurima, quæ, non sine delectationis eruditæ sensu, perlegas. Invenies, nempe, ordine suo descriptos nummos propè innumerabiles, ab Amynta Macedone, vel superiùs etiam cusos, ad tempora Juliani Augusti,

gusti, quotquot ad Geographiæ, Chronologiæ, vel Historiæ elucidationem pertinent; non sine insertis aliquot posteriorum Principum nummis, quorum Principum utinam nummos omnes ab HARDUINO enucleatos nobis habere licuisset! Sunt digesta ex Sacris Scripturis, ex *Herodoto* & *Plinio* identidem, maximè autem, ex constanti motuum cœlestium observatione, tempora Veteris Testamenti. Quæ duo, nummi antiqui, scilicet, ac Astronomia, cùm ad duarum istarum Academiarum, quæ te Præside, Patrono & Patre florent, in Urbe Galliarum primaria, studia propiùs accedant; ejus dico, quæ est REGIA INSCRIPTIONUM ET NUMISMATUM ACADEMIA, & alterius, quæ REGIA item ACADEMIA SCIENTIARUM disciplinas complectitur eas omnes, quæ Mathematicæ dicuntur, non possunt illa non esse Tibi acceptissima.

Ceterùm pressa hic & limata sunt omnia, ita ut recisis, quæ, ad pompam & eruditionis ostentationem, vel ingenii, adsui solent, ornamentis, singulas res singulis ferè apicibus contineri, si ex judicio, quod mihi notum est, peritissimorum hominum dixero, non est cur metuam ne librum hunc, quòd sit ex mea editione, magnificentiùs quàm par est videar commendare.

Hic verò est dicendi locus de me ipso aliquid, déque eo, quod me inter & Clarissimum HARDUINUM viget etiam nunc, dissidio, cui, oro Te atque obsecro, VIR ILLUSTRISSIME, judicio Tuo atque auctoritate velis aliquando finem imponere. Audi me quà æquitate audire soles omnes; judex esto. Narro Tibi rem ingenuè & sine fuco ac falaciis: quamquam est nota jam illa Tibi, tum ex HARDUINI ipsius Querela, quam dissipavit in publicum, cùm ex mea ad Querelam responsione: de quibus actum est accuratè in illo erudito ERUDITORUM DIARIO, quod, Te auspice ac moderatore, conficitur à selectis viris, iisque in omni doctrinæ genere versatissimis. Cùm igitur quantâ fieri diligentiâ poterat accuraretur à me hæc *Selectorum Operum* editio, ac summâ fide ex emendatis exemplaribus, seu jam typis excusa essent illa, seu manu exarata, repræsentare satagerem apices omnes (quæ quidem exempla viro cuilibet erudito exhibenda, si opus sit, servo diligenter condita, servabóque;) cùm esset commota ubique magna hominum exspectatio: interea, missi ad me ab auctore codices, in quibus adnotaverat, quæ resecari velle significaret bene multa, eáque non levis momenti. Quæ quia spectarent eas, de quibus superiùs dixi, singulares viri doctissimi, quæ jactantur in vulgus, opiniones, haberéntque cum aliis locis quæ non jubebat exscerpi, neque erat δυνατὸν, maximam, ut mihi demonstratum est ab homine quodam pererudito, affinitatem atque connexionem; facile in animum induxi fieri posse ut ea HARDUINUS induceret quidem, sed, ut est apud Poëtam, ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ, & fortasse Potestatum in sua Societate Summarum jussu. Quibus ne litarem impensis meis sanè grandibus, amputare nolui quidquam, nec secundas curas, quæ parum cum reliquis cohærerent, frustra, & in meam solius perniciem admittere. Itaque pari modo à capite ad calcem, ac sine mutatione vel minima, imprimenda curavi ea omnia quæ publicanda primò susceperam. Nihil aut additum aut detractum est, in toto volumine; nihil quod non exprimat ad amussim auctoris chirographum. Atque id ea ratione volui factum, quod probè scirem evitandas, vel unius voculæ mutatione, Eruditorum objurgationes, qui nec obscurè conquererentur, nec immeritò, mutilam ac truncam hanc meam editionem, quæ proinde nec emptorem esset habitura, nec lectorem. Reclamat auctor interea, qui sive sponte id agat, sive alienâ voluntate nescio, ac prævaricatum me publico etiam scripto conqueritur. Hæc est causa; hic est, VIR ILLUSTRISSIME, controversiæ status; de qua quid statuas exspecto, non sine magna spe daturum Te litem secundùm Bibliopolam, qui & voluntati Eruditorum, & famæ suæ, & rei familiari in hoc negotio unicè consulat. In ceteris enim reverendissimo humanissimoque HARDUINO gratificari conatus sum, conabórque quamdiu vivam. Imo nec ægrè fero professum esse illum palam, plura quibus homines nonnulli offendi videbantur, resecturum fuisse se, si permissa res arbitrio suo fuisset; modo vicissim non iniquo animo patiatur, profiteri me iterum, apud te primum, VIR ILLUSTRISSIME, tum apud omnes omnium gentium Eruditos, hanc meam *Operum* suorum *Selectorum* editionem summâ religione ex illius autographis, ac genuinam omnino scripturam ejus & sententiam exhiberi. Ad extremum, verè & ex animo indolui cùm viderem me tanto viro, tam bene de literis, tam bene de me merito, obsequi in iis quæ cupere se significaret nullo modo posse.

Habe igitur, VIR ILLUSTRISSIME, volumen hoc, non lector futurus tantùm sed & doctrinæ judex; dirime, si ita videatur, quod brevi exardescet, illius causâ, certamen inter Criticæ cujuslibet studiosos acerrimum. Habe unde animum graviorum literarum studio, negotiorum tractatione, doctorum hominum utilitatibus procurandis defessum recreare possis ac reficere. Perge porrò sublevare, ut facis, VIR ILLUSTRISSIME, etiam his difficillimis temporibus, cùm Eruditos, tum eos, qui typographicis curis & suâ diligentiâ Eruditorum studiis adlaborant; id quod ego facturum me magis magisque in dies recipio,

AMPLITUDINI TUÆ

Devotissimus

JOAN. LUD. DE LORME.

Amstelodami Idibus Decemb. MDCCVIII.

JOANNIS HARDUINI
SOC. JESU PERSBYTERI
NUMMI ANTIQUI
POPULORUM ET URBIUM
ILLUSTRATI.

LECTORI.

EST hæc desecta ab ingenti nostrorum in Plinium commentariorum corpore particula : quam ne volumini ejus priori attexeremus, uti & æquum videbatur , & primo consilium fuit: quod pars ea oppidorum & populorum situs descriptionemque complectitur , quorum hic nummos tractamus : datum id est justo timori, uti remur, tum ne in ampliorem æquo molem hic tomus excresceret : tum ne πάρεργον ἔργον , ut est in communi proverbio, factum a nobis ibi videretur. Veneramus equidem in eam primum mentem idcirco, quod ex nummis plurimum Geographiæ, haud paulo plus vicissim ipsis ex Geographia intelligeremus lucis accessurum. Sed crevit , ut fit , opus sub incude : neque populorum modo nomina indicari, appellationesque varias , sed & singulorum situs statui, prærogativas, jura, conventus, Magistratus, sacra, ludos, fœdera, æras, explanari duximus oportere: quoniam ea sunt miris involuta ambagibus, neque a quoquam ante nos, uti oportuit, extricata, & eadem tamen, si quidquam aliud in litteris nummisque, hominum ingeniis & exercitatione dignissima. Itaque Spartam hanc si exornandam susciperemus, & operæ pretium id visum est futurum, nec nobis , ut tunc erat genus studiorum nostrorum in Plinii γεωγραφουμένοις illustrandis vehementer operosum, & eruditis denique, reique nummariæ studiosis, vehementer sane per se expetendum. Id vero longioris operæ esse oportuit , quam ut appendicis ad Plinianas prioris tomi notas vicem habere videretur : ac non justo potius & suo privatim volumine appareret : ut esset veluti , si lubet ita appellare , prodromus Plinianus : ex quo palam fieret , quam sit immensa rerum silva , quarum cognoscendarum sitim accendat sedula operis Pliniani lectio. Neque tamen quidquid elici eruditionis ex nummis , quidquid percipi utilitatis potest, id omne modo persequi velim, cum nec, si velim, forte possim. Sed ut est tota de nummis disputatio in tres partes potissimum , nostro quidem judicio, tribuenda, quarum prima symbolica sane appelletur , altera historica, geographica denique tertia : dilatis in aliud tempus prioribus duabus , quibus Regum ac Cæsarum res gestas , Deorumque effigies & reliquas , quæ symbolicæ vocantur, icones , propitio Numine illustrabimus : nunc in ea parte hæremus una , quæ est pluribus obsita difficultatum ambagibus , quæ populorum , ut diximus , situm, æras, originem, prærogativas , Magistratusque complectitur : ac florum hic veluti manipulos ex agello nostro damus , mox paulo facti ditiores viridaria integra oblaturi. Atqui sic delibatæ jam partes duæ sunt reli-

quæ ante nos ab viris eruditis, præsertim ab Antonio Augustino, & Alberto Rubenio: ut quanquam adjici iis, quæ illi dixere, multo plura possint, facem tamen tradidisse ceteris merito possint videri. Sic vero aut neglecta plane ab omnibus, aut tentata a nonnullis obiter & in transcursu hæc pars est, in qua sumus, ut & immensam segetem nobis illi reliquerint: nec ulla in disciplina graviora sint admissa σφάλματα, quam sint in hac parte, etiam ab iis, qui quod ingentes nummorum acervos eventilarunt, amplissimisque Commentariis illustrarunt, magnum in his studiis merito suo nomen habent. Horum hic igitur detegentur errores: qui cum singulis fere sint aspersi paginis, totum ab iis opus Errata Antiquariorum, ni tam insolenti titulo jactantiæ suspicio adhæreret, inscribi merito potuisset. Atqui nulla pars est studiorum, in qua plus lateat eruditionis, unde plus ad historiam quoque ipsam notitiamque antiquitatis omnem exspectandum subsidii sit, si hæc pictura nummorum quæ per se nonnihil est obscura, interpretationis luce apte illuminetur: nulla vicissim, unde plus damni redundet in litteras, si secus fiat. Et cum nostro hoc demum felici & erudito ævo non omnino inanem esse conveniat otiosamque eorum operam, qui in excutiendis nummis studii aliquid ponunt: tum vero palam futurum confidimus, ex hac potissimum parte, quæ Populorum nummos urbiumque continet, quanta in harum rerum cognitione utilitas, quanta in explicatione sit voluptas. Sic autem institutum opus exsequemur, ut brevitati simul perspicuitatique consulamus. Itaque neque ea fere dicturi sumus, quæ jam in aliorum scriptis ebullierint: dabimusque operam ne ex aliorum fontibus areolas nostras irrigasse videamur: præsertim cum legere aliorum volumina, qui sunt in eodem argumento versati, non idcirco pæne profuerit, ut proficeremus, sed ut coarguerentur ii: neque id omnino compendium fuerit operæ, sed ingens quædam laboris accessio. Parerga etiam nulla, nullos excessus sequemur: neque ultra id quod est in nummo propositum, nisi sit operæ pretium aliquod, evagabimur. Aspergemus nihilominus interim nonnulla ex reliquis duabus Thesauri hujusce Rei Nummariæ partibus, (sic enim totum operis corpus inscribi placet:) nempe ex historica symbolicaque, quæ videbuntur in primis necessaria, ad ea quæ nunc sunt in manibus Γεωγραφικὰ νομίσματα illustranda: & ad interpretationem nostram eo amœnitatis veluti sale condiendam. Nec symbola præsertim prætermittemus ulla, quam quæ opportunius parte illa tertia explananda sunt, & quod sunt pluribus oppidis populisque communia, nec repeti sæpius hoc volumine sine fastidio possunt: & quod in certas ibi classes ordinate tribuenda sunt, simulque venire in conspectum, & veluti ad nomina respondere. Quanquam vero fere innumera in hoc genere doctrinæ animadvertisse nos, quæ nondum a quoquam animadversa sint, necesse est vel invidi, licet inviti, fateantur: explanatosque nunc primum nummos sexcentos antea obscuros, patefactos innumerabiles Antiquariorum lapsus, situs plurimarum urbium, quarum nomina quoque ipsa Ortelio, Holstenio, universoque ante nos Geographorum gregi latuerant, indicatos: æras variarum gentium proprias, quæ Chronologicæ artis magistros fugerant, designatas: nodos denique complures, qui inexplicabiles & plusquam Gordii videbantur, non sine ingenti aliqua felicitate solutos: haud continuo tamen in ænigmatis omnibus hisce extricandis ausimus Oedipos ubique nos fore vatesque præstare: quod nobis nihilominus haud magis esse fraudi debet, quam si quis venatu in ingenti silva non sit omnino feras omnes assecutus.

NUM-

NUMMI ANTIQUI
POPULORUM ET URBIUM
ILLUSTRATI.

ABDERA *Hispaniæ*.

ABDERA. Tiberii nummus apud Patinum, pag. 74. nunc Cimelii Regii, cum templo quinque columnarum: quem nummum in Hispania cusum, & Latini idiomatis characteres, & ipsa nummi operisque forma rudior indicat. Neque est quod quis Iasonis templum, quod fuit Abderis in Thracia, in hujus nummi area putet exhiberi, cum illud a Parmenione eversum, jam ab ipsis Alexandri M. temporibus Strabo testetur, libro XI. pag. 531. Ad Hispanicam itaque Abderam hoc numisma spectat, quam Plinius lib. III. sect. III. in Bætica collocat: nunc est *Adra*, in litore regni Granatensis. Sic in Asidonis quoque nummo, quod Bæticæ pariter oppidum fuit, & in Gaditanis, aliisque templum insculptum cernas: ut morem hunc fere fuisse Hispanorum in cudendis nummis eo tractu intelligas. Est hic etiam nummus in Cimelio P. STEPHANI CHAMILLART, Societatis JESU, Parisiis: & habet hanc epigraphen in anteriore superficie: TI. CAESAR DIVI AUG. F. AUGUSTUS: capite Tiberii laureato.

ABDERA *Thraciæ*:

ΑΒΔΗΡΕΙΤΕΩΝ, & ΑΒΔΗΡΙΤΕΩΝ, in nummis Vespasiani, Titi, & Antonini Pii. Plinio, libro IV. sect. XVIII. *Abdera libera civitas.* Stephano: Ἄβδηρα, ... ὁ πολίτης, Ἀβδηρίτης.

ΑΒΔΗΡΑΣ ΚΟΡΑΣ. *Abderæ virginis.* Ejus, nimirum, quæ Abderæ Thraciæ civitati nomen dedit. Dorica dialecto, pro Κόρης. Ea ipsa in eo nummo Græciæ veteris apud Goltzium signatur, Tab. XXV. in quo Nonnius falso Proserpinam pingi putat. Mela Pomponius, lib. II. cap. II. in Thracia: *Regio ulterior Diomedem tulit, immanibus equis mandendos solitum objectare advenas, & iisdem ab Hercule objectum. Turris, quam Diomedis vocant, signum fabulæ remanet: & urbs, quam soror ejus suo nomine nominavit, Abdera: sed ea magis id memorandum habet, quod Democritum Physicum tulit, quam quod ita condita est.*

ΑΒΔΗΡΙΤΕΩΝ. Gryphus Apollini sacer. In parte nummi altera, caput laureatum. Adjectum Prætoris nomen, ΕΠΙΔΙΟΣ ΛΑΙΟΥ. *Epidius Laii F.* In Græcia Goltzii, tab. XXV. lege, ΕΛΠΙΔΙΟΣ ΛΑΙΟΥ.

ΑΒΙΛΗΝΙΩΝ. Nummus Antonini Severi F. e Thesauro Goltzii, pag. 206. ubi Antoninum Britannicum vocat, ob victoriam Britannicam, quam is cum Septimio Severo Patre Imp. retulit. Plinio, lib. V. sect. XVI. *Abila.* Stephano: Ἄβιλη, πόλις ἐπὶ τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ . . . . . . τὸ ἐθνικὸν, Ἀβιληνός.

ΑΒΟΛΛΑΙΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Vespasiani nummus e Thesauro Goltzii, pag. 106. Ἄβολλα Siciliæ oppidum est Stephano, ac Suidæ. Ἄβολλα, πόλις Σικελίας . . . τὸ ἐθνικὸν, Ἀβολλαῖος. De Neocoris, qui nunc primum occurrunt, breviter disseremus. Fuere Νεωκόροι dicti primum sacrarum ædium curatores, quos Latini Æditruos appellavere. Translata deinde hæc nomenclatio est ad populos civesque, qui intra sua mœnia vel fanum alicui Deo, vel Numini Majestatique Augustorum erexissent, vel sacra totius Provinciæ communia pro salute Principis ibi facerent, vel communia item certamina edi curarent: hi Νεωκόροι in nummis appellati, in quibus Deorum effigies ac nomina, sacræ ædes, certaminumque appellationes ac præmia insculpi solita. Deorum quidem, ut ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ, in Maximini nummo. Certaminum, ΑΚΤΙΑ, ΠΥΘΙΑ, ΙΣΘ. ΠΥΘΙΑ, hoc est, ΙΣΘΜΙΑ, ΠΥΘΙΑ, &c. Ædes sacræ passim. Atqui sub eodem Principe non modo semel, sed bis, ter, quaterve, hos ludos, hæc sacra, hæc certamina ut ederent, deposcebant, & eximii honoris loco ducebant: Quare occurrit in nummis, δὶς, τρὶς, τετράκις Νεωκόρων. Neque tamen pro arbitratu id sibi assumebant: sed Romani Senatusconsulto opus, & gratia Principis: ut ex Xiphilini loco quem allaturi sumus in nummis ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ, & ex ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ Cariæ nummis, denique & ex marmore Oxoniensi palam est, pag. 95. Καὶ ὅσα ἐπετύχομεν παρὰ τοῦ κυρίου Καίσαρος Ἀδριανοῦ διὰ Ἀντωνίου Πολέμωνος, δεύτερον δόγμα Συγκλήτου, καθ' ὃ δὶς Νεωκόροι γεγόναμεν, &c. *Et quæ accepimus à Domino Cæsare Hadriano per Antonium Polemonem, alterum nempe Senatusconsultum, quo bis Neocori facti sumus*, &c. Nam & ea voce, tanquam Latina, usi majores, apud Gruterum, pag. 1102. Fuit is Polemon magister Aristidis. De eo iterum in nummis Smyrnæorum. Qui vero cives Sacra totius Provinciæ, edendaque certamina sic suscepissent, ii Magistratus creabant, quos Asiarchas, Galatarchas, similibusque appellationibus, de Provinciæ nomine, vocitarent. De his alibi agemus. Interdum & Νεωκόρους ipsos quoque nuncupabant: Latine *Ædiles* dixeris. Julius Firmi-

cus, lib. III. cap. VII. *Erunt etiam ipsi prophetæ, neocori aut præpositi templis ac religionibus.* Ut *Clarissimi* porro Senatores appellari olim solebant, Græce λαμπρότατοι, aliique Magistratus aliis pariter honorificis appellationibus compellari: sic Νεωκόροι Κράτιστοι, vel quod idem est, Ζακόροι κράτιστοι, *Æd'les Optimi* dicebantur. Themistius, orat. XIV. pag. 180. παρὰ δὲ κρατίστῳ τῶν ἡμετέρων Ζακόρων. Vetus inscriptio apud Reinesium, pag. 243. ΔΙΙ. ΗΛΙΩ. ΜΕΓΑΛΩ. ΣΑΡΑΠΙΔΙ. ΚΑΙ. ΤΟΙΣ. ΣΥΝΝΑΟΙΣ. ΘΕΟΙΣ. ΣΤΑΤΙΟΣ. ΚΟΡΔΑΤΟΣ. ΚΡΑΤΙΣΤΟΣ. ΝΕΩΚΟΡΟΣ .... ΤΟΙΣ. ΜΕΓΑΛΟΙΣ. ΑΓ. (hoc est, ἀγῶσιν) ΑΝΕΘΗΚΑ.

ΑΒΥΔΗΝΩΝ.

ΕΠ. ΑΡΧ. ΑΙΛ. Ζ. ΠΙΛΟΝΙΤΟΥ ΤΟ Β. ΑΒΥΔΗΝ. Hoc est, ἐπὶ ἄρχοντος Αἰλίου Ζήνωνος Πιλωνίτου τὸ δεύτερον, Ἀβυδηνῶν. *Sub Prætore Ælio Zenone Pilonita iterum.* Nummus *Abydenorum.* Marci Antonini hic nummus est in Cimelio Magni Hetruriæ Ducis.

ΑΒΥΔΗΝ. ΕΠ. ΑΡΧ. ΠΟ. ΜΕΟΥΙΟΥ. *Abydenorum sub Prætore Publio Mevio.* L. Veri nummus, apud Patinum, pag. 256. cum Dianæ Ephesiæ icone: nunc est Cimelii Regii. Plinio, lib. V. sect. XL. *Abydum oppidum*, cui in Hellesponto, in adverso Thraciæ littore, Sestos opponitur: nunc arci utrique commune nomen, *les Dardanelles.* Stephano: Ἄβυδος .... τὸ ἐθνικὸν, Ἀβυδηνός.

ΗΡΩ. ΛΗΑΝΔΡΟC. ΑΒΥΔΗΝΩΝ. Heronem hic nummus exhibet, quæ Leandrum per Hellesponti angustias natantem aspectat e turri. Fuit Leander Abydenus, Sesta Hero. Ex parte nummi altera, ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. CΕΥ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟC. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αὐρήλιος Σεβηρὸς Ἀλέξανδρος. Est in Cimelio Card. Maximi. Alter huic similis Venetiis asservatur, cusus sub Antonino Severi F. quem falso Caracallam vocant. Alibi similes alii sub Severo. Ovid. Heroïd. Epist. XVII. *Leander Heroni:*

Mittit Abydenus, quam mallet ferre, salutem,
Si cadat ira maris, Sesta Puella, tibi.

Hactenus de eo nummo sane præclaro, ut alii ante nos, diximus: at cum ipsis nos graviter hallucinatos esse nuper deprehendimus; qui arbitrati essemus, scilicet, sic nummi istius voces ac litteras distingui oportere: ΗΡΩ ΛΗΑΝΔΡΟC. Sed & in Catalogis Numismatum, qui circumferuntur, multo corruptius hæc epigraphe repræsentatur. Nam in Numismatis quidem Reginæ Sueciæ, pag. 95. ex ære mediocri, inter Severi Alexandri nummos legitur: *Leander in undis, Hero in turri:* ΗΡΟΑΛΕΑΝΔΡΟC ΑΒΙΔΗΝΩΝ. D. Vaillant ex eo ipso Cimelio hunc nummum describens, pag. 134. sed memoriæ lapsu priorem locum viro quam feminæ tribuendum ratus, legit: ΛΕΑΝΔΡΟC ΗΡΩ ΑΒΥΔ. syllabarum, vel (ut putat) nominum ordine permutato. Idem in ea ipsa collectione Numismatum Græcorum, in Severo Alexandro, statim initio numisma ponit maximi moduli, e Cimelio Card. Maximi: ΑΥΤ. ΚΑΙC. Μ. ΑΥΡ. CΕΥ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟC CΕΒ. capite laureato.)(. ΑΒΥΔΗΝΩΝ, absque alia epigraphe: sed tamen ibi pictus est *Leander*, inquit, *natans in undis, præeunte Cupidine cum face; Hero ex adverso in vertice turris.* Morellius autem de nummo eo, quem similem priori dicit olim fuisse pariter Cardinalis Maximi, *Hero amata*, inquit, *Leandrum natantem face accensa in turri exspectat.* Et D. Vaillant in alio simili nummo ex ære maximo Antonini Severi F. ex Museo D. Guerini Nobilis Veneti: ΑΒΥΔΗΝΩΝ ΗΡΩ ΛΗΑΝΔΡΟC. Non hic eruditos Antiquarios arguimus; sed priscos scriptores, qui eos induxerunt in errorem, lepide hallucinatos dicimus, si quidem occasione hujus nummi, quem prave legerunt, ficta ab iis Hero, fictus Leander, ficta fabula de utroque est. Ea enim causa est, quamobrem Leandrum prima syllaba longa scripserint: ut Ovidius, epist. XVIII. Heroidum, ex Dousæ excerptis:

Quam cuperem solitas, Hero, tibi ferre per undas,
Accipe LEANDRI, dum venit ipse, manum.

Et epist. XIX. statim initio: *Hero Leandro:*

Quam mihi misisti verbis, LEANDRE, salutem,
Ut possim missam rebus habere, veni.

Et versu 40.

Nil, nisi LEANDRI nomen, in ore meo est.

Et libro III. Trist. Eleg. X, 41.

Si tibi tale fretum quondam, LEANDRE, fuisset;
Non foret angustæ mors tua crimen aquæ.

Et Silius Italicus, libro VIII. circa finem:

Mille rates vidit Leandrius Hellespontus.

Primam, inquam, syllabam istius nominis hi produxerunt, quoniam scriptum esse existimarunt viri nomen in nummo quem haberent ob oculos, ΛΗΑΝΔΡΟC. Atqui scriptores omnes Græci Λέανδρον scribunt: ut Diogenes Laërtius in Thalete; Clemens Alex. libro I. Strom. pag. 300. & alibi: Eusebius Cæsar. libro 2. de Præpar. Evang. pag. 45. edit. Græcæ: Theodoretus, serm. I. pag. 468. & serm. 8. pag. 498. Est & alter Λέανδρος Νικάνορος apud Stephanum de Urbibus, in Ὕδη. At Λήανδρος Græce nusquam occurrit, nec uspiam Ἡρὼ similiter legitur: adeo ut ex hoc nummo uno vel simili pariter finxisse Lucanus videatur, libro IX. versu 955.

Eroas lacrymoso litore turres.

Attentius enim contemplantibus nobis delineationem nummi hujus, quem summa diligentia repræsentavit in priore editione libelli sui Morellius, in posteriore autem aliquanto etiam elegantius & accuratius; vidimus litteram Λ cum sequente Η conjunctam connexamque esse; nempe, quemadmodum usuvenit in nummis persæpe, ut littera prior connexa cum sequente accipere ex ista intelligatur quod sibi deest ut integra agnoscatur; littera sequente nihilominus suas explente partes. Sic enim in nummis Herodis Tetrarchæ, ut nunc alios omittam, ΜΔ est pro Μ Δ. Et in nummis Mithridatis regis, ΜΚ pro Μ Κ. Deprehendimus itaque non hæc nomina hominum esse; nam cur aut femina in epigraphe præponeretur viro; aut obscurorum omnino hominum amores in nummis insculperent Abydeni? Scriptum esse legendumque vidimus, Η ΡΩΜΗ ΑΝΔΡΟC. *Viri robur.* Est enim ῥώμη, ἰσχὺς, δύναμις, ἀνδρεία. Et habet proinde ista inscriptio hunc intellectum: Angustum adeo fretum illud esse, quod in nummo pingitur, & turres ac muros Abydenorum alluit, ut illud a viro, sed illo quidem robusto, etiam noctu transmeari natando possit: roboris autem hujus specimen edere solitos esse nautas Abydenos, dum illas angustias natando superarent. Nihil enimvero tentari magis arduum omnino posse; & perfici tamen ab ipsis etiam noctu. *Abydum*, inquit Plinius, libro V. sect. XL. *oppidum, ubi angustiæ* Hellesponti *septem stadiorum*, hoc est, passuum DCCCLXXV. Est igitur viri robusti illas transnatare. Ἀνδρὸς idcirco scriptum est, non ἀνθρώπου. Neque enim femina, sed vir, sic natat: feminæ tantum spectant. Et ad designandum tempus nocturnum, quo vir robustus fretum tranat, fax una e turri accensa, interdum & altera a Cupidine supra mare præeunte gestata pingitur. Nihil aliud in hoc nummo quærendum est. Non paucas ejusdem generis fabulas confinxere scriptores

res profani ex nummis, quos similiter perperam legerunt aut intellexerunt: quarum nonnullas suis locis indicabimus: non omnes certe: neque enim aut vacat, aut ea vis ingenii est, quæ id præstare possit. Valde profecto vereor, ne ejusmodi sit mensis Γορπιαῖος; ne sit acceptus, inquam, ex nummo regis Arsacæ, cui hoc nomen inscriptum est, ΓΟΡΠΙΑΙΩ. Sed de eo nunc est ampliandum. Ad Leandrum certe & Heronem Virgilius non respexit, libro III. Georg. versu 258. sed hominis universim ardentem libidinem descripsit, quam nihilo docet esse moderatiorem, quam sit animalium ceterorum. Nam postquam de omnibus generatim dixit:

Omne adeo genus in terris, hominumque, ferarumque,
Et genus æquoreum, pecudes, pictaque volucres
In furias ignemque ruunt: amor omnibus idem:

& postquam singulatim leones & ursos, equos & sues appellavit, de genere hominum deinde subjungit:

Quid juvenis, magnum cui versat in ossibus ignem
Durus amor? Nempe abruptis turbata procellis
Cæca nocte natat serus freta: quem super ingens
Porta tonat cæli, & scopulis illisa reclamant
Æquora: nec miseri possunt revocare parentes;
Nec moritura super crudeli funere virgo.

At in isto numismate nec tonitrui, aut procellæ, aut aliarum rerum, quæ hic commemorantur, vestigium ullum apparet: immo cælum serenum, placidum æquor, pacifica omnia ac sedata. Est in Inscriptionibus Græcis familiare, præfigi articulum, ut substantivis nominibus, sic etiam epithetis; & quidem ita scribi, ut quemadmodum in isto numismate, prima nominis littera videatur esse, quantumvis a nomine sejungi eum reipsa oporteat. Exemplum proferam inscriptionis piæ & sacræ, quam nuper interpretati sumus. Proposita nobis nimirum est, adjecta in imagine vetusta Deiparæ, quæ Romæ asservatur; hæc epigraphe, hoc litterarum situ:

ΜΡ	*Imago Deiparæ Christum brachio lævo gestantis.*	ΘΥ
ΗΓΟΡΓΟ		ΕΠΗΚΟΟΣ

Hærentibus qui adstabant quid esset ΗΓΟΡΓΟ, negantibusque Græcam vocem esse ἥγοργο; indicavimus legi oportere, sejuncto articulo, ἡ γοργοεπήκοος: hoc est, Quæ celeriter exaudit: ut sit epigraphe integra, Μήτηρ Θεοῦ ἡ γοργοεπήκοος. Galli dicerent, *Nostre Dame de prompt secours.* Sic in isto numismate, non est ΗΡΩ, sed divulso articulo Η ΡΩΜΗ. Verum de eo dictum hactenus abunde est.

ΑΒΥΔΗΝΩΝ. Severi nummus apud Tristan. tom. II. pag. 102. in quo Severus sub forma Serapidis adumbratur; sub Osiridis, sive Solis, Antoninus filius Severi. Referunt hunc nummum Antiquarii omnes ad Abydum Ægypti, Serapidis icone admoniti, qui eo plerumque tractu colitur. Plinio, lib. v. sect. XI. est *Abydus.* Ammiano, lib. XIX. pag. 150. *Oppidum est Abydum in Thebaidis parte situm extrema,* &c. Verum ne his assentiamur, prohibet idem Serapis Perinthiorum quoque nummo, in eodem fere terrarum tractu, quanquam opposito litore, sub eodem Principe Severo insculptus: veluti hunc sibi Severus Deum Præsidem elegisset, cujus illum privatim numini devotum, ac tutelæ creditum, civitates omnes agnoscerent. Sic Vespasianum Imp. in primis coluisse Serapidem, Tacitus & Tranquillus narrant. Quare nummi Severi passim inscripti, IOVI IMPERATORI, IOVI CONSERVATORI, IOVI PROPVGNATORI. Est enim Serapis idem qui Juppiter, & Sol. Apud Reinesium vetus inscriptio, pag. 243. ΔΙΙ. ΗΛΙΩ. ΜΕΓΑΛΩ. ΣΑΡΑΠΙΔΙ, &c. Et sane quanquam proprius & peculiaris Ægyptiorum Deus Serapis fuit, nihilominus & in Græcia multis locis cultus est, ut Athenis, teste Pausania: & Romæ in Circo Flaminio, Urbis regione nona, ut P. Victor docet: & in Gallia Belgica, ut nummi Postumi Aug. docent. Sunt & alii Severi nummi ab Abydenis cusi, ΕΠ. ΑΡΧ. ΦΑΒ. ΑΠΡΟ. *Sub Archonte Fabio Aproniano.* ΕΠΙ ΑΡΧ. ΑΙΛ. ΠΡΟΚΛΟΥ. *Sub Archonte Ælio Proclo.* ΕΠΙ ΑΡΧ. ΦΛ. ΚΑΠΙΤΩΝΟC. *Sub Archonte Flavio Capitone.*

ΑΒΩΝΟΤΕΙΧΕΙΤΩΝ. ΓΛΥΚΩΝ. Nummus Antonini Pii, e Cimelio Illustriss. Harlæi, Senatus Principis. Apud Occonem, pag. 269. ΓΛΑΥΚΩΝ, male. Serpens in gyrum flexus, Æsculapii, Glyconisve typus, nummi aream obtinet. Prope Cimolin, Armenenque, de quibus Plinius lib. VI. sect. II. vicus fuit haud ignobilis, quod Ἀβώνου τεῖχος, *Aboni mœnia* Ptolemæus appellat, lib. v. cap. IV. Stephanus: Ἀβώνου τεῖχος . . ὁ πολίτης, Ἀβωνοτειχίτης. In Paphlagonia. De Abonitichitis, & Glycone, qui se minorem Æsculapium appellabat, multa Lucianus in Pseudomanti, pag. 497. ubi & illud adjicit, petiisse Alexandrum impostorem ab Imperatore Romano, ut immutato vocabulo Ionopolis hæc civitas nuncuparetur. Hunc esse L. Verum credimus, cujus in Cimelio Regio nummus exstat, ΙΩΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΓΛΥΚΩΝ. Vide ΙΩΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. In nummo Antonini Pii, ΑΒΩΝΟΤΕΙΧΙΤΩΝ, e Cimelio D. FOUCAULT, ex ære mediocri; in quo pariter Glycon serpens est, additur anni nota, ΕΤ. ΡΑ. *Annus* CI. Cujus æræ initium est fortassis anno Urbis conditæ DCCCIII. ut dictum est in Chronologia Veteris Testamenti. In antica parte hujus nummi legitur: . . . . ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC CEB. capite laureato.

ACCIS.

COL. GEM. ACCI. LEG. VI. Augusti nummus, e Cimelio Christianissimi Regis. *Colonia Gemella Accitana, Legionis sextæ.* Aquila legionaria, inter militaria signa duo. Plinius, lib. III. sect. IV. *Ex colonia Accitana, Gemellenses.* Nunc *Guadix* vocatur, in Granatensi regno. Apud Gruterum, pag. 271. COL. IVL. AVG. GEM. ACCITANA. *Colonia Julia Augusta Gemella Accitana.*

C. I. G. ACCI. L. III. *Colonia Julia Gemella Accitana. Legio tertia.* Aquilæ duæ legionariæ inter duo signa cohortium. Tiberii nummus hic est. Ejusdem Tiberii alter habet, COL. IVL. GEM. ACCI. in corona laurea. Alius Germanici & Drusi Cæsarum: C. I. G. A.

C. I. C. ACCI. Caji Germanici F. nummus, apud Mediobarbum, pag. 78. pro C. I. G. ACCI, uti remur: hoc est, *Colonia Julia Gemella Accitana.* Alius est ejusdem Principis, COLON. ACCI.

ACHAIA.

RESTITVTORI ACHAIAE. Nummus Hadriani, e Cimelio Regio, & apud Patinum, pag. 194. quo in nummo Achaïa ab Hadriano sublevatur: vase Cæsarem inter & Achaïam posito, ex quo oleæ vel oleastri ramus exstat, quo Achaïæ, hoc est, Græciæ totius ludi signantur. Nam, ut Plinius ait, lib. xv. sect. v. *Athenæ victores olea coronant, Græci vero oleastro Olympiæ.* Non vidit hortos Tristanus, qui tom. I. pag. 471. σέλινον, hoc est, apium, hic pingi putat. Vide ΑΧΑΙΩΝ.

ACINIPO. Rodericus Carus, lib. III. cap.

LVII. ex nummo vetere. Plinio, lib. III. sect. III. *Acinippo.* Ἀκινιππώ Ptolemæo, lib. II. cap. IV. in Bæticis Celticis. Nunc situs ignoti.

ACTIUM.

AKT. & AKTIΩN, apud Goltzium, in vetere Græcia, Tab. VI. Plinio, lib. IV. sect. II. *Colonia Augusti Actium*, &c. in Acarnania, quæ pars Epiri. Hodie *Prevenza.*

IMP. XII. ACT. Nummus Augusti, quo *Imperator duodecimum* appellatur, apud Tristanum, tom. I. pag. 77 ubi effigies Apollinis Actiaci, cum cithara, & qualis a Propertio describitur, lib. II. Eleg. XXXI.

Pythius in longa carmina veste sonat.

Et a Tibullo, lib. III. Eleg. IV.

Ima videbatur talis illudere palla :
Namque hæc in nitido corpore vestis erat.
Artis opus raræ, fulgens testudine & auro,
Pendebat læva garrula parte lyra.

Sed & pharetratus Apollo Actius cernitur in nummo Neronis, apud Tristanum, tom. III. pag. 233. cui inscriptio, AKTIOΣ AΠOΛΛΩN. Actia inde nota certamina, in honorem Actii Apollinis, cujus templum in suburbano Nicopoleos Epiri fuit. De his multa Strabo, lib. X. Geogr. pag. 325. aliique.

AΔANEΩN, cum effigie Veneris Anadyomenes, hoc est, emergentis e mari, qualem ab Apelle pictam Plinius refert, lib. XXXV. sect. XXXVI. num. XII. Ausonius item, Epigr. CIV.

Emersum pelagi nuper genitalibus undis
Cypriu Apellæi cerne laboris opus, &c.

Et Ovidius, lib. IV. de Ponto, Eleg. I. vers. XXIX.

Ut Venus artificis labor est & gloria Coi,
Æquoreo madidas quæ premit imbre comas.

Vetus inscriptio apud Reinesium, pag. 127. huc spectat, VENERI. PELAG. *Veneri Pelagiæ.* Urbs ipsa Plinio, libro V. sect. XXII. *Adana*, in Cilicia. Stephano : Ἄδανα, Κιλικίας πόλις . . . ὁ πολίτης, Ἀδανεύς. In nummo Gallieni, e Cimelio Regio, AΔANEΩN, fluvius decumbens cernitur.

IOYΛIAN ΔOMNAN CEB. OΔANEΩN. Juliæ Domnæ, apud Occonem, pag. 384. ubi AΔANEΩN haud dubie reponendum : ut in nummo Antonini Severi F. legitur, qui est ex ære maximo, in Cimelio Magni Hetruriæ Ducis ; AYT. KAIC. M. AYP. ANTΩNEINOC.

AΔPIANΩN. AΔANEΩN. Valeriani nummus e Cimelio Regio, alterum huic oppido nomen ab Hadriano Principe inditum declarat. Vir sedens hastam læva, dextra pateram tenet. Sunt & Diadumeniani nummi sic inscripti, & Treboniani Galli.

AΔHPKΩNITΩN. Trajani nummus, e Thesauro Goltzii. Stephanus: Ἀδίρκων πόλις Ἰσαυρίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀδιρκωνίτης.

ADIABENE.

ADIAB. In nummo Trajani, apud Occonem, pag. 214. Plinius, lib. V. sect. XIII. *Ultra Armeniam, Adiabene, Assyria ante dicta.* Vide quæ diximus in Plinianis Notis.

AΔMEΔEPΩN THC IEPAC KAI ACYΛOY. *Admederorum* civitatis *sacræ & inviolatæ.* Domitiani nummus e Thesauro Goltzii, pag. 207. eoque nomine suspectus. Antonino, in Numidia, *Ammedera Colonia.* In Collatione Carthag. cap. CCVII. *Crescentianus episcopus Ammederensis.* Idem cap. CXXV. *Ammadorensis* appellatus. Asyli sanctitatisque prærogativa, quod in nummis sæpe occurrit, obiter strictimque explananda nobis. Id jus in eo erat, quod ex urbe ea, cui id datum esset, nemo qui vicinis damnum injuriamve intulisset, repeti in deditionem posset. Erant apud Judæos ejusmodi aliquæ civitates, ceu totidem perfugii loca iis, qui casu hominem necavissent. Fanis plerisque pariter id concessum beneficium est, ut Dianæ Hierocæsariensium, teste Tacito lib. III. Annal. Et in nummis, APTEMIC. EΦECIA. ACYΛOC. Sic Christianorum templa salutem præstitere iis qui ad ipsa confugerent. Vide Titulos de immunitate Ecclesiarum, in utroque Codice. Taciti locum de eo argumento insignem afferemus in nummis EΦEΣIΩN. Samothracum insula tota augusti fuit & inviolati soli, teste Livio, lib. XLV. cap. V. aliæque deinceps civitates occurrent eo donatæ jure.

AΔPAMYTTHNΩN. Antonini Severi F. nummus, apud Spanhem. pag. 908. & Severi Alexandri, quem in Cimelio Regio vidimus, cum Prætoris nomine : EΠI. CTP. AYP. ΓAPOY. B. NE. AΔPAMYTTHNΩN. Ἐπὶ στρατηγοῦ Αὐρηλίου Γάρου, δὶς Νεωκόρων Ἀδραμυττηνῶν. *Sub Prætore Aurelio Caro, Bis Neocororum Adramyttenorum.* Nummi aream Æsculapius obtinet, cum baculo & serpente. Plinio, libro V. sect. XXXII. *Adramytteos* &c. in Mysia, sive Æolide, juxta Caïcum amnem. Deliorum colonia, si Pausaniam audimus, in Messeniacis, seu lib. IV. pag. 138. Atheniensium, si Strabonem, lib. XIII. pag. 606. Stephano : Ἀδραμύττειον, & Ἀδραμύττιον . . . . ὁ πολίτης, Ἀδραμυττηνός.

EΠI CTP. KYINTIΛIANOY. AΔPAMYTTHNΩN. Nummus Juliæ Domnæ, *sub Prætore Quintiliano.* Alius, EΠI CTP. ΠAKIANOY TO B. *sub Prætore Paciano iterum.*

AΔPAMNΩN.

TYXH. AΔPAMNΩN. Lucillæ nummus est e Regia Gaza. *Genius* sive *Fortuna Adramnorum.* Caput turritum, Genium urbis designat. Similis sub M. Aurelio cusus fuit. Forte ea civitas est, quæ ponitur a Ptolemæo, lib V. cap. XV. in Cœle Syria, Ἀδράμα. In nummis Asiæ civitatum, illud TYXH frequens : alibi non occurrit.

AΔPANNΩN KOM . . . HC. Forte, Κωμαδιανῆς. Et infra : CKΘ. hoc est, anno CCXXIX. æræ nimirum Cæsarianæ, cujus initium a Septembri anni V. C. DCCV. Itaque cusus hic nummus est, anno V. C. DCCCCXXXIII. Commodi primo, post Septembrem.

AΔPANΩN *in Bithynia.*

AΔPANΩN. AΔPIANΩN. OMONOIA. *Adranensium & Hadrianensium Concordia.* Capita adversa Serapidis & Isidis, in nummo Commodi: AYT. K. M. AYP. KOMMOΔOC. ex ære maximo, in Cimelio Magni Hetruriæ Ducis. Est in Ecthesi episcopatuum Bithyniæ, ὁ Ἀδρανῶν.

AΔPANIΩN, & AΔPANITAN, in nummis Parutæ. Plinio, lib. III. sect. XIV. *Hadranitani.* Stephano : Ἄδρανον, πόλις Σικελίας . . . . τὸ ἐθνικὸν, Ἀδρανίτης καὶ Ἀδρανίτης. Nunc quoque *Aderno.*

AΔPIANEΩN. M. Aurelii, L. Veri, Severi, Antonini Severi F. & Plautillæ nummi. Suidas : Ἀδριανοί, πόλις Μυσίας, τῆς νῦν Βιθυνίας. Inter Episcopos provinciæ Bithyniæ in Notitia Eccles. Hieroclis, pag. 45. ὁ Ἀδριανῶν. Et pag. 33. Ἀδριανοί. pag. 13. Ὁ Ἀδριανοῦ. In Conc. Calched. act. II. pag. 334. subscribit Δαυὶδ Ἀδριανῶν. Ab Hadriano Augusto hoc ei nomen inditum. In nummo M. Aurelii, *Archon primus iterum* dicitur *Marcus Alexander.* EΠI M. AΛEΞANΔPOY APX. A. TO B. In nummo Antonini Severi F. EΠI . . . . MENANΔPOY APX. A. *sub* . . . *Menandro Archonte primo.* In num-

nummo Tranquillinæ, ΕΠΙ Κ. ΦΑΝ. ΘΕΜΙΣΩΝΟΣ ΑΡ. *sub Caio Fannio Themisone Archonte*, in Thesauro Regio.

ΒΙΘΥΝΙΕΩΝ, ΑΔΡΙΑΝΩΝ. Antinoi e Gaza Regia, Commodi, Severi, & Alexandri, numismata.

ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΠΡΟΣ ΟΛΥΜΠΟΝ. Severi nummus cum Apollinis effigie. Situm urbis ad Olympum montem hic nummus indicat, quem Spanhemius. Vir Clariss. affert, libro de usu Numism. pag. 894. Quare eam esse, quæ Plinio auctore civitas Olympena prius dicebatur, haud pœnitenda, ut remur, conjectura, ex ipso situ colligimus. Plinius, libro v. sect. xl. *Mons Olympus, Mysius dictus: civitas Olympena.*

ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΤΥΧΗ. *Hadrianensium Genius.* Nummus M. Aurelii, apud D. Foucault.

ΑΔΡΙΑΝΟΘΗΡΕΙΤΩΝ. Nummi Hadriani, Antinoi, Juliæ Domnæ, & Philippi. Urbem eam Hadrianus Augustus a venationis studio & opportunitate, Ἀδριανοῦ θῆρας cognominavit. Spartianus in ejus vita, pag. 10. *Oppidum Hadrianotheras in quodam loco, quod illic feliciter esset venatus, & ursam occidisset, aliquando constituit.* In nummo Hadriani parte postica, ursi caput est. In Notitia Eccl. Hieroclis, pag. 44. in Provincia Hellesponti, cum Cyzico, Lampsaco, Ilio, Abydo & Troade, Ἀδριανοῦ θῆραι locum habent. In nummo Philippi Imp. legitur, ΕΠΙ ΑΥΡ. ΣΩΚΡΑΤΟΥΣ ΑΡΧ. Α. ΑΔΡΙΑΝΟΘΗΡΕΙΤΩΝ. ἐπὶ Αὐρηλίου Σωκράτους ἄρχοντος πρώτου. Ἀδριανοθηρειτῶν. *Sub Aurelio Socrate Archonte primo.* Nummus *Hadrianotheritarum.* In nummo Juliæ Domnæ, ΕΠΙ ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΑΡ. *Sub Diogene Archonte.*

ΑΓΑΘΟΣ ΗΡΩΣ ΑΝΤΙΝΟΟΣ. ΑΔΡΙΑΝΟΘΗΡΙΤΩΝ. Ex Cimelio Christinæ Augustæ, referente Spanhemio, pag. 654. *Bonus Heros*, sive *Propitius Heros Antinous.* Sic Maro: *Et bona Juno*, hoc est, *Propitia*, ut Servius ait. Plura vir eruditus de eo nummo ibi egregie.

ΑΔΡΙΑΝΟΘΗΡΙΤΩΝ. E Museo nostro, cum Æsculapii stantis effigie. Ex parte aversa, ΙΕΡΑ ΣΥΝΚΛΗΤΟΣ, *Sacer Senatus.*

ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΙΤΩΝ *Thraciæ.*

ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, passim in nummis occurrit Hadriani, Crispinæ, Plautillæ, aliorumque, quos infra appellabimus. Olim Oresta civitas appellata, auctore Lampridio in Elagabalo, pag. 103. Eadem deinde Uscudama dicta, ut quidem tradit Ammianus, libro xxvii. pag. 340. Demum ab Hadriano Principe instauratore, Hadrianopolis, in Provincia Æmimonti, *Andrinople.*

ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Antonini Pii nummus, e Cimelio Regio, in quo Bacchi stantis effigies. Et alter Severi, in quo taurus. In altero Antonini Pii additur, ΗΓΕ. Μ. ΠΟΝΤ. ΣΑΒΕΙΝΟΥ. Ἡγεμόνος Μάρκου Ποντίου Σαβείνου, *Præside Marco Pontio Sabino.* In nummo M. Aurelii, ΗΓΕ. ΤΟΥΛ. ΜΑΞΙΜΟΥ. *Præside Tullio Maximo.*

ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Ceres, floribus coronata, dextra pateram supra aram, læva Copiæ cornu tenet; in nummo Faustinæ junioris, apud se Tristanum, tom. 1. pag. 670.

ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Diana sagittira. Veri, ex Cimelio Regio.

ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΗΓΕ. ΙΟΥΛ. ΚΑΣΤΟΥ. Ἡγεμόνος Ἰουλίου Κάστου. *Præside Julio Casto.* Commodi, ex eodem Cimelio. Mercurius scopulo insidet. Legit Patinus, ΕΠΙ ΣΤΡ. ΟΥΑ. ΚΑΣΤΟΥ, pag. 266. male. Nec rectius alii, ΙΟΥΑ. ΚΑΣΤΟΥ.

ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Caput Cæsaris, unius e Commodi liberis, nudum ac juvenile. In altera parte, caput est ipsius Commodi, jam senioris & barbati. Est in Cimelio D. Foucault. Et Spanhemius quidem, pag. 659. laudat e Cimelio D. Seguin, Commodi nummum inscriptum, LIBERI AUG. de quibus altum apud historicos silentium est.

ΗΓ. ΣΟΥΛ. ΜΑΡΚΙΑΝΟΥ. ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤ. Ἡγεμόνος Σουλπικίου Μαρκιανοῦ. Ἀδριανοπολειτῶν. Victoria in bigis. Commodi nummus est, ut & alter, in quo quadriga. Sunt & in quibus Hercules clavæ innititur, ut in ΔΙΟΝΥΣΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ejusdem Thraciæ nummis, ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, aliisque. Hi porro ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ nummi, in quibus Ἡγεμὼν Præsesve signatur, sine ulla controversia, Hadrianopoli Thraciæ adscribendi sunt, quod ea sub Præside fuerit, ut Notitia Eccl. testatur, pag. 21. Ἐπαρχία Αἱμιμόντου ὑπὸ Ἡγεμόνα. Ἀδριανούπολις, &c. *Provincia Æmimonti sub Præside. Hadrianopolis*, &c. Bithynia, Pisidiaque, in quibus & Hadrianopoles fuere sub Consulari; ὑπὸ Κονσιλάριον.

ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Aurelii Veri Cæsaris, apud Tristanum, tomo 2. pag. 187. cum solis capite radiato.

ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΕΤ. ΒΞ. ἔτους βξ΄. *anno* LXII. Nummus Septimii Severi, in quo Diana venatrix, apud Patinum. Annus hic est Severi primus, ducto æra initio ab autumno anni XVI. Hadriani, qui est Urbis conditæ DCCCLXXXV. Christi CXXXII.

ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Juliæ Domnæ e Gaza Regia nummus, in quo turrito capite mulier. Sic enim solent in nummis fere pingi civitates: ipsaque adeo Cybele Deûm Mater: idcirco fortassis:

Quod primis turres urbibus ipsa dedit.

Lucretius, libro 2. de Cybele:

Muralique caput summum cinxere corona.

ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Antonini Severi F. nummus, in quo Ceres curru draconibus juncto vehitur: humi decumbente, non Triptolemo, ut Tristano visum est, tomo 2. pag. 227. sed Genio civitatis, cum arundine & temone, quo situs urbis indicatur, ad amnem.

ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Ejusdem Antonini nummi duo e Gaza Regia: in altero uva insculpta, ob fertilitatem vini in agro eo; quo fit ut & Bacchus sit iisdem nummis insculptus: in altero serpens pluribus spiris involutus, ut in ΔΙΟΝΥΣΟΠΟΛΕΙΤΩΝ nummis, aliisque tractus ejusdem: qua sub imagine Æsculapius adumbratur, ut ex Arnobio dicturi sumus inferius.

ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Getæ, ex eadem Gaza. In eo nummo Telesphorus stat.

ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Ejusdem Getæ ibidem, cum Herculis leonem suffocantis effigie. Est & apud Patinum, pag. 318.

ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Gordiani junioris, cum Nemesis, Palladisve stantis effigie, aliisque dissimilibus symbolis. Sunt enim sub eo Principe nummi Hadrianopolitarum plurimi. Sunt & Furiæ Sabiniæ Tranquillinæ, Gordiani conjugis. Postea nulli.

ÆGYPTUS.

AEGYPTO CAPTA. Cæsaris Dictatoris nummus, apud Occonem, pag. 12. cum crocodilo, notissimo Ægypti symbolo. Nummum istiusmodi non vidimus. Octavii Cæsaris potius videtur is esse.

AEGYPTOS. Trajani nummus, apud Tristanum, pag. 388. cum Sphingis effigie, qualis ab Ausonio describitur:

Terruit Ausoniam volucris, leo, virgo triformis:
Sphinx volucris pennis, pedibus leo, & ore puella.

Facies

Facies virginis erat, cetera leo, alasque gestabat. Vidimus & in nummis aliis, qui rotam adjungerent, vel potius amphoram. De Sphinge Ægyptiaca, *silvestri numine accolentium*, Plinium vide, libro XXXVI. sect. XVII. Sed reipsa quam Sphingem in nummis Antiquarii aliique appellant, hoc est, effigies vultu juvenili aut virgineo, cum mammis, alas gestans aquilinas, reliquo corpore desidens, quod est leoninum, ut in hoc nummo pingitur; non cujuspiam animalis ista forma est; sed symbolum dumtaxat Ægypti, alteriusve regionis: cujus ubertas mammis repræsentatur: incolarum autem formositas, velocitas ac fortitudo, vultu virgineo, leonino corpore, alis aquilinis. Complectitur has ipsas dotes a Davide prolatum Saulis & Jonathæ elogium, 2 Reg. 1, 23. *Saul & Jonathas amabiles, & DECORI in vita sua, in morte quoque non sunt divisi: AQUILIS velociores, LEONIBUS fortiores.* Quoniam autem non una gens has sibi dotes vindicavit, idcirco illas quas Antiquarii Sphingas vocant, in suis Nummis alii similiter, ut Ægyptii, insculpserunt. Sic Aradii in nummo, quem sub Domitiano cuderunt: Gabalenses, sub M. Aurelio: Chii vero, in omnibus fere nummis suis. Qui Sphingem, cujus Plinius meminit, animal putant esse ejus formæ, quæ in nummis depingitur, toto cælo aberrant, & in fabulis bonum tempus terunt. Notabile interim est, laudem illam tergeminam in viris, venustatem, fortitudinem, velocitatem; affectasse Ægyptios, Syros, Græcos: idque ex nummis intelligi, qui hujusmodi effigiem habent.

AEGYPTOS. Hadriani nummus, e Cimelio Regio, & apud Patinum, pag. 161. Sistrum ibi Ægyptus tenet, musicum scilicet instrumentum, quo uti Ægyptii consueverunt in Isidis sacris. Eadem canistro frugum innititur, quo soli ubertas indicatur. Adstat Ibis, sacra Ægypto avis, de qua Plinius, libro X. sect. XL.

ÆLIA CAPITOLINA.

COL. AEL. CAP. *Colonia Ælia Capitolina.* Id nomen urbi Hierosolymitanæ in nummis Hadriani, Antonini, M. Aurelii, L. Veri, aliisque, e Cimelio Christianissimi Regis, ab Ælio Hadriano datum. Ptolemæo, libro VIII. In Asiæ Tabula IV. Ἀιλία Καπιτωλιὰς Ἱεροσόλυμα. Et libro V. cap. XVI. Ἱεροσόλυμα, inquit, ἡ νῦν καλουμένη Αἰλία Καπιτωλία. Et hi sunt Capitolienses, de quibus Ulpianus, libro L. Digest. tit. XV. de Censibus. Cedrenus, de Hadriano: Κτίζει νέαν Ἱερουσαλὴμ, ἣν καὶ Αἰλίαν προσηγόρευσε. Sic & Dio in Hadriano, aliique. Plinius, libro V. sect. XV. *Judæa dividitur in toparchias decem . . . . Orinen, in qua fuere Hierosolyma, longe clarissima urbium Orientis, non Judææ modo.* Non dixit *sunt*, sed *fuere*: nulla enim prorsus erant, cum Plinius hæc scriberet: a Tito nempe & Vespasiano patre deleta: quæ fuere postea a Domitiano instaurata. Vide Chronologiam Veteris Testamenti.

COL. AEL. KAPIT. . . . OND. Boves duo cum vexillo. *Colonia Ælia Kapitolina condita.* IMP. CAES. TRAIANO HADRIANO . . . . . Est in Thesauro Regio, ex ære mediocri.

T. AEL. ANTONINO AUG. Capite laureato.)(COL. AEL. CAP. Bacchus cum panthera. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOUCAULT.

IMP. ANTONINUS AUG. IMP. L. AUR. VERUS AUG. Capita amborum adversa: apud D. Vaillant, pag. 253.)(COL. AEL. CAP. Astarte stans in templo, dextra caput Serapidis tenet, læva hastam: dextro pede hominem ex amne emergentem proterit, ad situm Æliæ significandum prope torrentem Cedron. Apud eumdem nummus Severi, pag. 2. COL. AEL. CAP. COMM. *Colonia Ælia Capitolina Commodiana.* Astarte, ut supra, pede fluvium calcat. Est similis & Pescennii, COL. AEL. CAP COMMOD.

AYT. KAICAP ADPIANOC AYGOYCTOC. Ex parte aversa: ΔΙΟC ΝΑΟC. ΙΕΡΟΥCΑΛΗΜ. *Jovis Templum. Jerusalem.* Apud Occonem, pag. 240. sed nummus ejusmodi παρεγχείρημα est, & commentum impostorum. Ex Xiphilino in Hadriano, pag. 261. accepta occasio est numismatis confingendi.

ANTINOOC. Ex parte altera, ΑΙΛΙΩΤΗC, cum bigis leonum, apud Occonem, pag. 243. Quasi Æliæ civis appelletur Antinous. Stephano enim ab Αἰλία, πόλις Παλαιστίνης, ἡ πάλαι Ἱεροσόλυμα, ἀπὸ Αἰλίου Ἀδριανοῦ. ὁ πολίτης, Αἰλιώτης. At multo verius Antinous Αἰλιώτης vocatur, quoniam esset T. Ælii Hadriani filius ex concubina COL. AEL. CAP. COMM. Adjecto Commodianæ cognomine a Commodo Imp. in nummis Severi, Diadumeniani, aliisque. Hunc nummum Mediobarbus sic legit, COL. HEL. CAP COMM. & Hadriani Principatu cusum putat, pag. 185. cum appellatio ipsa Commodianæ coloniæ Commodi saltem tempora prodat apertissime.

IMP. C. MESS. QUIN. TRAIANUS AUG. Capite laureato.)(In laurea: COL. AEL. KAP. COMM. P. F. *Pia Felix.* Apud D. Vaillant, pag. 275. Eadem hujus coloniæ inscriptio est in nummo Q. Herennii Etrusci, in quo stat ipse paludatus cum hasta. Item in nummo Valentis Hostiliani, COL. AEL. KAP. COMM.

ΚΑΠΙΤΩΛΙΕΩΝ. De nummis Græcis Καπιτωλιέων, vide Chronologiam Veteris Testamenti. Sunt & Lucillæ nummi sic inscripti, præter eos quos ibi appellavimus. Nam eadem civitas tum Latino tum Græco nomine designatur, ut ibi ostendimus. Vide etiam infra ΓΕΡΜΗΝΩΝ.

ÆSERNIA.

AESERNINO. Nummus gentis Claudiæ, apud Patinum, pag. 311. Plinio, libro III. sect. XVII. *Eserniní.* Straboni, libro V. pag. 250. Ἐσερνία. Ptolemæo, Αἰσερνία. Nunc *Isernia*, in Italia, Comitatu Molisii appellato, in Samnitibus.

AFRICA.

AFRICA. SC. Hadriani, e Cimelio Regio, & apud Patinum, pag. 191. In his plerumque nummis spicas tenet Africa, quibus ejus fertilitas designatur, de qua Plinius multis locis, præsertim libro V. sect. III. & libro XVII. sect. III. Exuviis elephantinis tegitur, ob elephantorum in eo tractu frequentiam. Claudianus, libro 2. de laud. Stilic.

Tum spicis & dente comas insignis eburno,
Et calido rubicunda die, sic Africa fatur.

Scorpium quoque tenet interdum, quo serpentium genere ea regio scatet in primis. Canistro innititur cum leone, quod sit *leonum arida nutrix*, ut ait Horatius. Montibus demum insidet, ob Atlantem.

ΑΓΑΘΥΡΣΩΝ, apud Goltzium in Græcia vetere: quem ille nummum, & Nonnius eum secutus, ad Agathyrsos ultra Borysthenem sitos, & Græcarum litterarum ignaros, & monetæ forsan expertes, nec Romano fere orbi notos, (de quibus Plinius, libro IV. sect. XXVI.) perperam refert. Pertinet fortassis ad Agathyrnum Siciliæ oppidum, de quo Plinius, libro III. sect. XIV. quod Polybio, ut ibi diximus, Ἀγάθυρνα est. Et bigæ sane ei nummo insculptæ, in Siculis nummis sunt frequentes. Stephanus: Ἀγάθυρνα, πόλις Σικελίας, ὡς Πολύβιος ἐννάτῃ· τὸ ἐθνικὸν, Ἀγαθυρναῖος.

σαῖ@. Nunc est S. Marci oppidum, ad amnem cognominem, medio ferme itinere Panormum inter & Messanam.

ΑΤΗCCΙΩΝ. Trajani nummus, e Cimelio Christianissimi Regis. Stephano: Ἀγησσὸς, πόλις Θρᾴκης . . . τὸ ἐθνικὸν, Ἀγήσσι@, & Ἀγησσίτης. Illud porro C pro Σ, quod semel monuisse operæ pretium fuerit, non fere occurrit in nummis majoris moduli ante Domitiani principatum: post illum, non aliter fere: vetere forma pingendi σίγμα per Σ, e nummis prorsus ablegata. Hinc apud Martialem, libro XIV. Epigr. LXXXVII. *Lunata scriptum testudine sigma*, pro lecto tricliniari, lunæ falcatæ effigie. Quo spectavit idem iterum, libro X. Epigr. LXVIII. *Septem sigma capit.* Vidimus tamen & in Neroniano nummo C pro Σ: & in Antiochensium altero, qui Augusti principatu cusus est, idemque in Museo nostro servatur.

ΑΓΡΙΠΠΕΩΝ. Nummus e Cimelio Regio: in quo proræ effigies: ex parte aversa caput velatum, Γερουσίας illius civitatis, hoc est, Senatus, seu Curiæ symbolum. Plinio, libro V. sect. XLIII. *Agrippenses*, in Bithynia.

AGRIPPINA COL. Neronis nummus, sed e Thesauro Goltzii, pag. 237. Plinio, libro IV. sect. XXXI. *Ubii, Colonia Agrippinensis*: non autem *Agrippina.* Nam ab Agrippina matre Neronis dici debuit *Agrippinensis.* Nunc quoque *Cologne.*

COL. AGRIPPINA UBIOR. Claudii: ibidem.

ΑΓΥΡΙΝΑΙΩΝ. In Siciliæ nummis. Plinio, libro III. sect. XIV. *Agyrini.* Stephano, Ἀγύρηνα, πόλις Σικελίας, τὸ ἐθνικὸν, Ἀγυρηναῖ@: sed mendose, pro Ἀγύριον, & Ἀγυριναῖ@. Nunc est *Argiro*, & *S. Filippo d'Argirone.*

ΑΖΩΤΙΩΝ.

ΑΥΤ. ΚΑΙ. Λ. CΕΠΤ. CΕΟΥΗΡΟC CΕΒ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Λεύκι@ Σεπτίμι@ Σεύηρ@ Σεβαστός. Ex parte aversa: ΙΟΥΛΙΑ ΔΟΜΝΑ. ΤΥΧΗ ΑCΩΤ. Ἰουλία Δόμνα, Τύχη Ἀζωτίων. *Julia Domna, Genius Azotiorum.* Σ pro Ζ in nummis interdum occurrere eruditi norunt: ut in Vespasiani nummo, ΣΕΥΣ ΣΑΡΑΠΙΣ, pro ΖΕΥΣ, Spanhemius vidit, libro de usu Numism. pag. 75. Plinio, libro V. sect. XIV. *Azotus*, in Palæstina. Stephano: Ἄζωτ@, πόλις Παλαιστίνης . . . ὁ πολίτης, Ἀζώτι@. *Hodie, Alcette.*

ΑΘΗΝΑΙΩΝ.

ΑΘΕ. & ΑΘΗ. ΑΘΕΝΑΙΩΝ, & ΑΘΗΝΑΙΩΝ, passim in nummis. Plinio, lib. IV. sect. XI. *Athenæ libera civitas*, &c. Nunc *Setines*, vel *Satines*, voce contracta ex εἰς Ἀθήνας.

ΑΘΗΝΑΙΩΝ. Bovis vittatum caput. Ex parte altera, Minerva galeata, cui nempe bove femina litari solitum, ex Homero, & Eustathio scimus. Legit hunc nummum præpostere Nonnius in Goltzii Græciam, ΙΩΝ ΑΘΗΝΑ, pro ΑΘΗΝΑΙΩΝ, & ad Ionem Xuthi filium refert.

ΑΘΩΙΤΩΝ. In Græcia Goltzii, Tab. XXIV. Sedet in monte Juppiter cognomento Athous. Eustathius, in Iliad. V. pag. 953. Ἀθῷ@ Ζεὺς, ὁ ἐν Ἄθῳ τῷ ὄρει τιμώμεν@. *Athous Juppiter, qui in Atho monte colebatur.* Hesychius, Ἀθῷ@, ὁ ἐπὶ τοῦ Ἄθω τοῦ ὄρους ἱδρυμέν@ ἀνδριὰς ὁ Ζεύς. Plinius, lib. IV. sect. XVII. *Mons Athos. . . . oppidum in cacumine fuit Acrothon.* Stephano: Ἄθως, ὄρ@ Θρᾴκης . . . ἔστι ἢ καὶ Ἄθως πόλις ἐπὶ τῷ Ἄθῳ: καὶ ὁ πολίτης Ἀθωίτης. Hodie *Monte Santo.*

ΑΙΓΑΕΩΝ. Nummus ex ære minimo, apud Patin. pag. 5. Et nos similem Vespasiani vidimus. Plinio lib. V. sect. XXII. *Ægæ liberum* oppidum, in Cilicia. Gentile nomen habet vox ea multiplex, Αἰγαῖ@, Αἰγεαῖ@, & Αἰγεάτης. Hæc est Ἀλεξάνδρεια ἐν Αἰγαίοις ἡ καὶ Σκυθία, ab Alexandro M. condita, ut refert Chronicon Alexandr. ad annum alterum Olymp. CXIII. Sunt & Tiberii, ΑΙΓΕΑΙΩΝ. ΔΗΜ. hoc est, Δῆμ@, *Ægeaorum Populus.* Claudii, ΑΙΓΑΕΩΝ. Agrippinæ, ΑΙΓΕΩΝ. Hi suam æram inchoant ab anno V.C. DCCVII. ut dictum est in Chronologia Veteris Testamenti.

ΑΙΓΕΑΙΩΝ. ΕΤΟΥC ΗΟΡ. *Anno* CLXXVIII. qui est a Septembri annus Christi CXXXI. Est Hadriani nummus in Cimelio Reginæ Christinæ.

ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΑΙΓΕΑΙΩΝ. ΗΠΡ. *Hadrianensium Ægeaorum*, anno CLXXXVIII. qui est Antonini quartus, a Septembri anni Christi CXLI. Cognomen habent Ægeenses ab Hadriano Principe. In alio M. Aurelii, apud D. FOUCAULT, legitur ΑΙΓΙΕΩΝ. ΕΤ. ΑΙC. *Anno* CCXI. qui fuit M. Aurelii annus quartus, a Septembri anni Christi CLXIV.

ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΑΙΓΕΑΙΩΝ ΚΟΜΟΔΙΑΝΩΝ. Commodi nummus, majore modulo: quo & a Commodo Principe Commodianos cognominatos esse Ægeënses intelligis. Sic *Carthago Commodiana*, aliæque inferius. Est hic nummus Commodi Principis e Gaza Regia, in quo Serapidis Isidisque adversa capita: adjectaque æræ nota, ΕΤΟΥC ΔΛC. hoc est, anno CCXXXIV. qui plane incidit, ex superiore computo, in annum Urbis Romæ DCCCCXXXX. Commodi octavum. In parte antica, ΑΥΤ. ΚΑΙCΑΡ ΚΟΜΜΟΔΟC, capite laureato. Est & alius ejusdem Principis, cum eadem epigraphe, & anno ΖΚC. CCXXVII. qui Commodi primus, a Septembri anni Christi CLXXX. Urbis conditæ DCCCCXXXIII.

ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΑΙΓΕΑΙΩΝ ΚΟΜΟΔΙΑΝΩΝ. ΕΤΟΥC ΕΜC. E Cimelio Reginæ Christinæ, Severi Imp. nummus; *anno* CCXLV. cusus, qui Severi sextus, a Septembri anni Christi CLXVIII.

ΑΙΓΑΙΕΩΝ. CΝ. *Anno* CCL. Juliæ Domnæ nummus, cusus post Septembrem anni V. C. DCCCCLVI. qui Christi annus CCIII.

ΑΔΡΙΑΝΩΝ CΕΥΗΡΙΑΝΩΝ ΑΝΤΩΝΕΙΝΙΑΝ. ΑΙΓΕΙΑΩΝ. Nummus Antonini, quem Caracallam vocant, e Thesauro Regio: navim habet insculptam, cum velo, in quo ΑΞC. hoc est, annus CCLXI. qui sextus est illius Principis, a Septembri anni Christi CCXIV.

ΑΙΓΕΑΤΩΝ. Plautillæ, quæ Caracallæ conjux, e Gaza Regia. Facit Æsculapius in eo nummo insculptus, ut subdubitem, num ad Ægas Ciliciæ referri eum oporteat, quod celebre ejus Dei fanum ibi fuit, teste Eusebio, lib. III. de vita Const. cap. LVI. & Sozomeno, libro II. hist. Eccles. cap. V.

ΑΙΓΕΑΙΕΩΝ. . . ΜΑΚΡΕΙΝΟΥΠΟΛ. E Cimelio Regio, cum Macrini vultu & Diadumeniani. In aversa nummi parte, Pacis effigies est. In altero Portus cum turre. In utroque isto, & in subsequente nummo adjecta est anni nota, CΞΔ, hoc est, CCLXIV. qui annus incidit in annum Urbis Romæ DCCCCLXX. quo Macrinus rexit imperium. ΑΥΤ. Κ. Μ. ΟΠΕΛ. ΜΑΚΡΙΝΟC.

ΜΑΚΡΕΙΝΟΥΠ . . . ΑΙΓΑΙΕΩΝ. Diadumeniani nummus, cum effigie capræ, quam Græci αἶγα vocant. Quare hoc cives symbolum in nummis adscivere. Est in Cimelio Regio. Ut nempe ab Alexandro Magno Ἀλεξανδρούπολις, sic a Macrino, Diadumeniani patre, Μακρινούπολις Ægensium urbs cognominata est. Hoc geminum urbis hujus cognomen Ortelio ceterisque ignotum,

tum, nummo huic uni debetur. Sic Tarsus Μακρινιανὴ in nummis infra inscribitur. Annus idem in hoc nummo, atque in superiore Macrini est.

ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΑΙΓΑΙΩΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥΠΟΛΙC. *Hadrianensium Ægæorum Alexandropolis.* Nummus e Cimelio Regio, cum anni nota, EOC. hoc est, CCLXXV. qui Severi Alexandri annus est septimus, a Septembri anni Christi CCXXVIII. Alii ibidem, & apud D. Foucault, habent ϚOC. ZOC. & HOC. ΕΠΙ ΜΑΡ. ΕΥΓΕΝΟΥC ΝΕΩΚΟΡΟΥ. ΑΙΓΕΩΝ. *Sub Marco Eugene Neocoro.* In nummo vero Juliæ Mammææ, annus est OC. hoc est, CCLXX. qui Severi Alexandri secundus est, a Septembri anni Christi CCXXIII. Alius habet, Μ. ΕΥ. ΙΙ. Θ. ΜΑΚΡΕΙΝΟΥΠ. ΑΙΓΕΑΙΩΝ. *Marco Eugene, Prytane nonum.*

ΑΔΡ. ΑΙΓΕΑΙΩΝ ΝΕΩΚ. ΝΑΥΑΡΧΙΔΟC. Navis cum remis. In medio, ΗΠC. Annus CCLXXXVIII. a Septembri anni V. C. DCCCCXCIV. Christi CCXLI. Gordiani quartus.

ΕΠΙ CΤΡ. Μ. ΑΥΡ. ΠΑΥΛΟΥ. ΑΙΓΑΕΩΝ. ΠΙΤΝΑΙΟC. *Pitnæus* nomen amnis est, qui Ægas alluit. Fluvius decumbens in eo nummo cernitur, qui est Decii Imp. in Thesauro Regio.

ΑΙΓΕΑΙΩΝ ΝΕΩΚ. ΝΑΥΑΡ. ΘϞΣ. *Ægeæorum Neocororum civitatis classicæ, anno* CCXCIX. Æmiliani Imp. nummus hic est, e Thesauro Regio, cusus anno Christi CCLII. post Septembrem, ΑΥΤ. ΑΙΜΙΛΙΟC ΑΙΜΙΛΙΑΝΟC CΕΒ. capite laureato. Sunt & Valeriani Imp. nummi anno sequente ibi cusi, ΕΤ. Τ. hoc est, *anno* CCC. Item *anno* CCCI. ΕΤ. ΤΑ. *Anno* CCCIII. CCCV. & CCCVII. ΕΤ. ΤΓ. & ΕΤ. ΤΕ. & ΕΤ. ΖΤ. Denique & Saloninæ, ΕΤ. ΤΕ.

ΑΙΓΕΙΝΗΤΩΝ. Elagabali nummus. Plinio, lib. IV. sect. XIX. *Ægina liberæ conditionis.* Stephano: Αἴγινα, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων ... ὁ πολίτης, Αἰγινεὺς, ὡς Στράβων, ὡς οἱ πολλοὶ, Αἰγινήτης. E Cycladibus insulis una, contra littus Atticum posita: hodieque *Egina* dicta, non *Engia*, ut vulgus Geographorum putat. Ab ea sinui Saronico nomen, *Golfo d'Egina.* Ibi ædes olim sacræ Apollini, Dianæ, Libero Patri, Æsculapio: In primis autem Hecaten coluere. Auctor Pausanias, in Corinth. pag. 72. Erunt hæc haud dubie insculpta Numina in variis Æginetarum nummis.

ΑΙΓΙΕΩΝ. Ex parte aversa nomen Archontis, ΑΡΙΣΤΟΔΑΜΟΣ. Α. Hoc est, Ἄρχων: ut cusum hunc esse nummum tum intelligas, cum is Archon, vel Prætor fuit. Apud Ill. Harlæum, & in Museo nostro. Plinio, lib. IV. sect. VI. *Ægion.* Stephano: Αἴγιον, πόλις Ἀχαΐας ... ὁ πολίτης, Αἰγιεύς.

ΑΙΔΗΨΙΩΝ. In Græcia Goltzii. Plinio, lib. IV. sect. XXI. *Ædepsos.* Stephano: Αἴδηψος ... ὁ πολίτης, Αἰδήψιος. Eubœæ id oppidum fuit. In eo nummo cancer insculptus, in nummis insularum frequens.

ΑΙΖΑΝΙΤΩΝ. & ΑΙΖΑΝΕΙΤΩΝ. In nummis Germanici & Agrippinæ, Caji Cæsaris, quem Caligulam vocant, Claudii, Hadriani, Sabinæ, Commodi, & Antonini Severi F. cum Jovis stantis effigie, & adjectis nominibus Prætorum, ΕΠΙ ΙΕΡΑΚΟΣ, *sub Hierace*: ΕΠΙ Α. ΓΕΣΣΙΟΥ, *sub Aulo Gessio*: ΕΠΙ ΦΛΑΚΚΟΥ, *sub Flacco*: ΕΠΙ Μ. ΑΥ. ΜΗΡΟΓΕΝΟΥC, *sub M. Aurelio Merogene*: ΕΠΙ ΛΥΣΑΝΙΟΥ ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ, *sub Lysania Menandri F.* vel ΕΠΙ ΛΟΛΛΙΟΥ ΚΛΑΣΣΙΚΟΥ, *sub Lollio Classico*: ΕΠΙ. ΑΝΤΙΟΧΟΥ, &c. Ἀιζανιτῶν porro in nummis scribi pro Ἀζανιτῶν, haud mirum magis debet videri, quam in Cyrrhestarum numismatibus, ΔΙΟC ΚΑΤΑΙΒΑΤΟΥ, pro ΚΑΤΑΒΑΤΟΥ. Quanquam alias non sum nescius, καταὶ pro κατὰ a Græcis usurpatum. Et in Synodo quidem C P. V. pag. 169. planissime legitur, Πελάγιος Ἐπίσκοπος τῆς Αἰζανιτῶν πόλεως. Pag. vero 182. idem Πελάγιος Ἀζανιτῶν. Stephano: Ἀζανοὶ, Φρυγίας πόλις ... οἱ πολῖται, Ἀζανῖται. In Notitia Eccles. Hieroclis, pag. 17. inter Episcopos Phrygiæ Pacatianæ, vel ut alii volunt, Capatianæ, censetur ὁ Ἀζάνων. In altera, pag. 27. Ἀζάνοι. Tertia rursum, pag. 49. ὁ Ἀζάνων. Alia præterea Arcadiæ regio est, Ἀζανία, ex qua petita parœmia, Ἀζάνια κακὰ, apud Stephanum & Zenobium: sed quæ nihil huc spectet. In Sabinæ nummo sunt qui legant, ΕΠΙ CΤΡΑ. ΑΥ. ΜΗΡΟΓΕΝΟΥC, sub Prætore Aurelio Merogene. In eo Hygia stans serpentem pascit. Στρατηγὸς (quoniam ea vox sæpe occurrit in nummis) Prætor est, summusve Magistratus urbis, & Duumvir. Glossæ: Στρατηγὸς, *Magistratus, Duumvir. Prætor.* Στρατηγία, *Magistratus, Duumviratus.* Στρατηγεῖον, *Prætorium.* Στρατηγία Ῥώμης, *Prætorium, Prætura, Magistratus.* Modestinus, lib. XXVII. Dig. tit. I. *de Excusationibus*, leg. XV. Ἐὰν ὁ τῆς πόλεως ἄρχων, τυτέστιν Στρατηγὸς &c. *Si Magistratus urbis, hoc est* Στρατηγὸς, &c. Constantinus M. ut Julianus narrat, orat. I. pag. 14. cum princeps omnium esset ac dominus, στρατηγὸν se nihilominus Atheniensium appellari voluit. Βασιλεὺς γὰρ ὢν καὶ κύριος πάντων, στρατηγὸς ἐκείνων ἠξίου καλεῖσθαι. Hoc est, Ἄρχων. Nam & Hadrianus similiter, teste Spartiano in ejus vita, pag. 9. *Athenis Archon fuit*: & Gallienus, teste Pollione Trebellio, pag. 179. *apud Athenas Archon erat, id est, summus Magistratus.* Unde & illud obiter intelliges falsum esse, quod Meursius pronunciavit, lib. I de Archontibus, cap. IX. desitis jam Archontibus, aut eorum potestate jam obliterata, Athenis στρατηγὸς fuisse: cum sit mutato nomine, potestas eadem. Et illud denique dignum notatu, ante Antonini Pii tempora Στρατηγοῦ nomen in nummis vix semel occurrere, quod ab illius principatu passim offendas.

ΑΙΝΙΑΝΩΝ, apud Ill. Harlæum Plinio, lib. IV. sect. III. *Ænienses*: Ætolorum populi. Stephano: Αἰνία, πόλις Περραιβῶν, καὶ Αἰνιᾶνες, οἱ οἰκοῦντες.

ΑΙΝΙΩΝ. Æsculapius in eo nummo, qua pingi fere forma solet, baculum gestat, quem serpens gyro implicat: In altero Mercurium vidimus cum caduceo & pera. Plinio, lib. IV. sect. XVIII. in Thraciæ oppidis, *Ænos liberum*, &c. Stephano: Αἶνος, πόλις Θρᾴκης ... τὸ ἐθνικὸν, Αἴνιος. Sunt & aliæ cognomines in Thessalia & in Locris urbes.

ΑΙΤΝΑΙΩΝ, in Parutæ nummis. Plinio, lib. III. sect. XIV. *Ætnenses.* Stephano: Αἴτνη, πόλις Σικελίας ... ὁ οἰκήτωρ, Αἰτναῖος. In Montis Ætnæ radicibus, id oppidum fuit, *Mont Gibel.* Est in Ætnensium nummo Copiæ cornu insculptum, quo agri ejus fertilitas indicatur: cum enim sit toto Siculo agro magna, tum vero in Ætnensi maxima. Strabo, lib. VI. pag. 269. Ἡ μὲν οὖν σποδὸς λυπήσασα πρὸς καιρὸν εὐεργετεῖ τὴν χώραν χρόνοις ὕστερον· εὐάμπελον γὰρ παρέχεται καὶ χρηστόκαρπον, τῆς ἄλλης οὐχ ὁμοίως οὔσης εὐοίνου, &c. *Cinis Ætnæus cum aliquanto tempore fit molestus, postea regionem beneficio afficit: reddit enim eam vinetis lætam, ac bonæ frugis feracem: cum reliquus ager non ita præstet copia vini*, &c.

ΑΙΤΩΛΩΝ. Apud Goltzium in Græcia, Tab. VII. Hercules Centaurum clava conficit. Vide Hygin. fab. XXXI. XXXIII. & XXXIV. Sunt & in quibus est aper Calydonius, quem Meleager, ut fabulæ ferunt, confecit.

ΑΚΑΡΝΑΝΩΝ, apud Goltzium, in Græcia vetere, Tabula VI. cum effigie Apollinis, qui toto hoc tractu ob Actii viciniam colebatur. Plinio, lib. IV. sect. II. *Acarnania*, &c. pars Epiri. Stephano: Ἀκαρνανία... τὸ ἐθνικὸν, Ἀκαρνάν.

ΑΚΜΩΝΕΩΝ. Nummus Agrippinæ Claudii; apud Patinum, pag. 109. cum Dianæ Venatricis effigie. Epigraphe reliqua est hujusmodi: ΕΠΙ. ΣΕΡΟΥΙΛΙΟΥ. ΚΑΙΠΙΩΝΟΣ. ΚΑΙ. ΙΟΥΛΙΑΣ. ΣΕΟΥΗΡΑΣ. *Sub Servilio Capione, & Julia Severa.* Sic in nummis Byzantiorum, ΕΠΙ ΓΡ. ΠΑΙΝ. CΕΚΟΥΝΔΟΥ. ΚΑΙ. ΙΟΥΛ. CΕΥΗΡΑC. *Sub Scriba Pium Secundo, & Julia Severa:* illo quidem, ut arbitror, communium pro domo Augusta, ac civitate: ista, muliebrium sacrorum Antistite. Patinus, & alii male, ut arbitror, ΕΠΙ. ΣΕΡΟΤΙΝΙΟΥ. ΚΑΠΙΤΩΝΟΣ. Servilii Capionis apud Gruterum, alibique mentio. Ex parte aversa ejus nummi, ΑΓΡΙΠΠΙΝΑΝ. ΣΕΒΑΣΤΗΝ. subintellige, Ἀκμονεῖς ἐτίμησαν, ut in Mytilenæorum nummis dicemus: *Acmonenses coluere.* Plinio, lib. v. sect. XXIX. *Acmonenses.* Stephano: Ἀκμονία, πόλις Φρυγίας... τὸ ἐθνικὸν; Ἀκμονιεὺς, καὶ Ἀκμόνιος.

ΑΚΜΟΝΕΩΝ. Severi, Juliæ Domnæ, Severi Alexandri, Gordiani Pii, & Treboniani Galli. Apud Leunclavium, pag. 94. ὁ Ἀκμωνείας. In Notitiis Eccles. antiquis, pag. 17. ὁ Ἰκρίων, & pag. 49. ὁ Ἰκρίων, pro ὁ Ἀκμῶνος.

ΑΚΜΟΝΕΩΝ. ΕΠΙ ΦΛ. ΠΡΕΙСΚΟΥ ΑΡΧ. ΤΟ Β. *Sub Flavio Prisco Archonte iterum.* Nummus Septimii Severi, & Plautillæ, in Cimelio Regio.

ΑΚΜΟΝΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Nummus Otaciliæ, quæ Philippi Imp. conjux.

ΑΚΜΟΝΕΩΝ. Juppiter sedet. In aversa parte, ΙΕΡΑ ΒΟΥΛΗ. *Sacra Curia.* Caput turritum. Est ex ære mediocri, in Cimelio P. CHAMILLART, Societatis JESU, Parisiis.

ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩΝ, apud Parutam, & in Museo nostro. Plinio, lib. III. sect. XIV. *Acragas, quod Agrigentum nostri dixere.* Stephano: Ἀκράγας... τὸ ἐθνικὸν, Ἀκραγαντῖνος. Nunc *Gergenti.* Incolis, *Agrigento Citta Magnifica.* In Sicilia.

ΑΚΡ. Caput juvenili forma. Sedet ex altera parte Juppiter, aquilam dextra, læva hastam gerens. Apud Parutam in Agrigentinorum nummis, num. XI. Forte ipse Acragas superficie priore insculptus, quem Jovis filium aiunt fuisse, urbisque conditorem. Stephanus: Ἀκράγας, πόλις Σικελίας... ἀπὸ Ἀκράγαντος, τοῦ Διὸς καὶ Ἀστερόπης τῆς Ὠκεανοῦ. Alii ab amne cognomine appellatum oppidum volunt. Fuit certe in eo oppido Olympii Jovis templum, in primis magnificum, quod luculenter Diodorus describit, lib. XIII. Bibl. Et Jovis, in nummis aliis Agrigentinorum, aquila vicem præbet. Fuit autem & Herculis præterea fanum apud eosdem, teste Tullio, in Verrem lib. IV.

ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩΝ. Æsculapius ex parte una, ex altera Ceres: apud Parutam, num. 45. ac num. 32. Ceres, & Hygia, ut remur, Æsculapii filia. De fano Æsculapii, quod Agrigenti fuit, Tullius in Verrem, orat. IIII. *Quid? Agrigenti nonne ejusdem P. Scipionis monumentum, signum Apollinis pulcherrimum. Æsculapii religiosissimo fano sustulisti?*

ΑΚΡΑΓΑΝΤΙ. Cum quadriga, victoriæ in ludis reportatæ indice. Commendati vero in primis olim equi ex Agrigentino solo: Testis Maro, lib. III. Æneid.

Arduus inde Acragas ostentat maxima longe
Mœnia, magnanimûm quondam generator equorum.

ΑΚ. ΑΚΡΑ. ΑΚΡΑΓ. ΑΚΡΑΓΑΝ. & ΑΚΡΑΓΑΝΤΟΣ, in nummis Parutæ, cum Cancri effigie: qui maritima loca, insulasque, signat: ut ex innumeris liquet, Syracusanorum, Ambraciotarum, Chiorum, Coënsium, Liparæorum, aliorumque nummis.

AGRIGENT, in corona laurea, apud Parutam, cum triplici crure divaricato, Siciliæ typo.

ΑΚΡΑΙΦΝΙΕΩΝ. Domitiani nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 207. Plinio, lib. IV. sect. XII. *Acraphia*, in Bœotia. Stephano: Ἀκραιφία, πόλις Βοιωτίας. οἱ δὲ Ἀκραίφιον· Παυσανίας δὲ, Ἀκραίφνιον... Θεόπομπος δὲ τὰ Ἀκραίφνιά φησι· τὸ ἐθνικὸν, Ἀκραιφνιεύς.

ΑΚΡΑCΙΩΤΩΝ. Nummi Severi, tum e Cimelio Regio, tum e nostro. In his Æsculapii stantis effigies. Sunt & Plautillæ, Getæ, Juliæ Paulæ, & Severi Alexandri. In Notitiis Eccles. pag. 15. inter Lydiæ Episcopos, pag. 15. ὁ Ἀκρασοῦ, & pag. 49, ὁ Ἀκρασοῦ. Leunclavio pariter, pag. 94. ὁ Ἀκρασοῦ. In altero Severi nummo e Gaza Regia, Diana Ephesia est, cum Genio civitatis, qui dextra pateram, læva Cornu Copiæ gerit. Epigraphe: ΕΠΙ CΤΡΑ. ΔΑΜΑ. ΑΤΤΑΛΟΥ Β. ἐπὶ στρατηγοῦ Δαμασίου Ἀττάλου δεύτερον. *Sub Prætore Damasia Attali F. secundum.*

ΑΚΡΑCΙΩΤΩΝ. ΕΠΙ CΤΡ. ΑΥΡ. ΜΟCΧΙΑΝΟΥ ΤΟ Β. *Sub Prætore Aurelio Moschiano iterum.* Nummus est Severi Alexandri, cum Dianæ Ephesiæ icone.

ΑΛΑΒΑΝΔΕΩΝ. Nummus Augusti, apud Spanhem. pag. 644. Plinio, lib. v. sect. XXIX. *Alabanda libera*, &c. Stephano: Ἀλάβανδα... ὁ πολίτης, Ἀλαβανδεύς. Urbs ea Cariæ fuit. Sunt & Britannici similes nummi, quos vidimus in Cimelio Regio, & apud Tristanum, tom. I. pag. 200. ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΒΡΕΤΑΝΝΙΚΟΣ ΚΑΙΣΑΡ. In aversa parte, ΑΛΑΒΑΝΔΕΩΝ, cum effigie Alabandi herois, dextra lapidem Alabandicum gestantis, læva baculum: addito ad dextram equo. Habemus hujus nummi ex ære magno formam in plumbo expressam. Ænigmati huic Stephanus lucem affert: Ἀλάβανδα πόλις Καρίας... εὐτυχεστάτη, ἀφ' ἧς ἡ παροιμία, Ἀλάβανδα Καρῶν εὐτυχεστάτη. Κτίσμα δὲ Καρὸς ἦν, ἀπὸ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ κληθεῖσα, τοῦ γεννηθέντος ἀπὸ Καλλιρρόης τῆς Μαιάνδρου, μετὰ νίκην ἱπ-πομαχικήν. Καὶ κληθέντος Ἀλαβάνδου, ὅ ἐστι κατὰ τὴν Καρῶν φωνὴν, Ἱππόνικος. Ἄλα μὲν τὸν ἵππον, βάνδα δὲ τὴν νίκην καλοῦσιν. *Alabanda urbs Cariæ fortunatissima, unde parœmia, Alabanda Carum fortunatissima. Condita vero a Care est cujus a filio sic est appellata, quem ille ex Callirhoë Mæandri filia genuit, post equestrem victoriam, Alabandumque cognominavit: quod Carum lingua Hipponicus dicitur, id est, equestri certamine victor. Cares enim Ala vocant equum, banda vero victoriam.* Tullius, lib. III. de Nat. Deor. *Jam vero in Græcia multos habent ex hominibus Deos, Alabandum Alabandi, Tenedi Tenen*, &c. Et paulo post: *Alabandenses quidem Alabandum sanctius colunt, a quo est urbs illa condita, quam quemquam nobilium Deorum*, &c. De carbunculis *Alabandicis*, *in Orthosiæ caute nascentibus, sed qui perficiantur Alabandis*, Plinium consule, lib XXXVII. sect. XXV.

ΛΙΟΥΙΑ. ΑΛΑΒΑΝΔΕΩΝ. Liviæ, conjugis Augusti. *Livia, Alabandensium.* In altera parte, ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ, *Cæsar Augustus.*

ΑΛΑΒΑΝΔΕΩΝ, in corona laurea. Nummus Neronis: sunt & Juliæ Domnæ, & Antonini Severi F. apud D. FOUCAULT.

ΑΛΑΒΑΝΔΙΚΟΣ ΖΕΥΣ. Nummus est in Collectaneis Pyrrhi Ligorii.

ΑΛΑΙΩΝ. ΚΙΛΙΚΩΝ. Hadriani nummus

apud Spanhemium, pag. 230. in quo Bellerophon vectus Pegaso pingitur, cum Chimæra. Plinio, lib v. sect. XXII. *Ale.* Stephano multitudinis numero Ἀλαὶ dicuntur, unde *Aleii campi* Plinio loc. cit. memorati. Ἀλαὶ τῆς Κιλικίας πόλις. ἀπὸ δὲ τούτου, Ἀλήιον πεδίον. In his utique campis errasse Bellerophontem, auctor est Alexander Polyhistor, apud Stephanum, v. Ταρσός. Ἀλέξανδρος δὲ ὁ Πολυΐστωρ, τὸν Πήγασον ἵππον ἐκεῖ τὸν ταρσὸν κλάσαντα, καὶ Βελλεροφόντην ἐν τῷ Ἀληΐῳ πεδίῳ πλανηθῆναι. Ex Ἀλαὶ fieri etiam Ἀλαῖος Stephanus monet.

ΑΛΗΙΝΩΝ. Gordiani junioris nummus, quem vidimus, atque huc quoque referendum putamus.

ΑΛΗC. In vetere nummo quem vidimus, nisi ejusdem oppidi nomen est, erit amnis illius, qui Colophonem alluit. Pausanias in Achaïcis, pag. 210. ubi de luco Apollinis egit, qui juxta Colophonios fuit, οὐ πόῤῥω τοῦ ἄλσους, inquit, Ἄλης ποταμὸς ψυχρότατος τῶν ἐν Ἰωνίᾳ. *Haud procul ab eo luco Hales amnis Ioniæ frigidissimus.* Plinius, lib. v. sect. XXXI. *Intus ipsa Colophon, Haleso præfluente.* Et Schol. Lycophr. pag. 125. Ἄλεντος ποταμοῦ Κολοφῶνος. In aversa parte, ΕΠΙ ΒΙΩΝΟC, *sub Bione* Prætore, sive Ales, sive Colophonis

ALEMANNIA DEVICTA. Crispi nummus, e Cimelio Regio, & apud Patinum, pag. 467. Nunc Alsatia nuncupatur.

ALEXANDRIA *Ægypti.*

ΑΛΕΞ. ΑΙΓΥΠ. vel ΑΙΓ. Ἀλεξάνδρεια Αἰγύπτου. Nummus Augusti cum palma, apud Occonem, pag. 49. & apud Tristanum, tom. I. pag. 91. Nam & Ægyptia palma est, teste Plinio, lib. XIII. sect. VIII. & Varrone, libro περὶ ἰδεωμάτων apud Gellium, lib. VII. cap. XVI. In parte aversa, sex spicæ, fertilitatis nota: cum hac epigraphe, ΚΑΙΣΑΡΟΣ.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΑ. In nummis Othonis, Galbæ, Vespasiani, Titi, ac Domitiani, mulier galeam capite gestans, ex elephantinis exuviis, (id quod ex promuscide, quæ exstat, intelligitur,) Alexandriam denotat: etiam non adjecta ea epigraphe, ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΑ, in nummis Hadriani. Spicas eadem manu tenet, quæ fertilitatem agri indicent, frumentique copiam, quod devehi Romam solebat. Unde Leges in Jure Civili, tit. de frumento Alexandrino.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΑ. *Alexandria* manum advenientis Hadriani deosculatur, anno XV. ejus imperii, L. ΙΕ.

ALEXANDRIA. Mulier spicas dextra tenens. Hadriani nummus apud Patinum, pag. 191. ob frumenti in ea regione copiam: sinistra vitem tenet, ob vini Mareotici præstantiam, quod & Alexandrinum Athenæus vocat, lib. I. Restitutam ab Hadriano Alexandriam, auctor est Eusebius in Chronico. Vide Vopiscum in Saturnino.

ALEXANDRIA. Hadriani, apud Patinum in Thesauro, pag. 66. Dextra sistrum matrona tenet, hoc est, musicum instrumentum, quo Isidis Deæ sacerdotes in Ægypto usi

ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΑ. Ælius Cæsar in equo decurrit. In antica nummi superficie nudum caput Ælii Cæsaris, qui extremis Hadriani temporibus fuit. Λ. ΑΙΛΙΟC ΚΑΙCΑΡ.

ΕΦΕCΙΩΝ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ. Gordiani junioris nummus e Cimelio Regio, & apud Patinum, pag. 373. Alexandrinorum cum Ephesiis concordiam fœdusque significat: in eodem nummo sculptis pariter iconibus Serapidis Alexandrinorum Præsidis, Dianæ Venatricis, quæ Ephesiorum Dea: non Isidis, ut Patino visum. Est & alter ejusdem Gordiani apud Tristanum, tom. II. pag. 521. ΕΦΕCΙΩΝ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ. cum Apis bovis effigie, vel tauri, cum loto.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ. Ex parte altera, ΑΥΤ. Κ. Μ. ΦΟΥΛ. ΜΑΚΡΙΑΝΟC: ut quidem legit Tristanus, tom. III. pag. 32. sed legendum, ut in nummo vidimus, qui est in Cimelio D. Begon, ΑΥΤ. Φ. ΙΟΥΛ. ΜΑΚΡΙΑΝΟC CΕ. ΕΥ. *Imp. Fulvius Julius Macrianus Aug. Pius.* Et in Thesauro Brandeburgico, pag. 753. est, ΑΥΤ. Φ. ΙΟΥΛ. ΜΑΚΡΙΑΝΟC Ε. CΕΒ. hoc est, Εὐσεβὴς, Σεβαστὸς, *Pius Aug.*

ALEXANDRIA ad Issum, Ciliciæ oppidum.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ ΚΑΤ ΙCCΟΝ ΕΤΟΥC ΑΠΡ. Nummus e Cimelio D Foucault. *Alexandrinorum ad Issum, anno* CLXXXI. Ab autumno anni Urbis conditæ DCLXXXVI. incipit hæc Alexandrinorum æra, ut ostendimus in Chronologia Veteris Testamenti.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ ΚΑΤ ΙCCΟ. ΕΤ. ΒΠC. Anno CCLXXXII. Est Antonini Severi F. nummus, e Cimelio Regio, anno ejus tertio cusus, post autumnum anni Christi CCXIV.

ALEXANDRIA TROAS. vide TROAS.

ΑΛΗCCΕΙΤΩΝ. vide ΟΔΗCCΕΙΤΩΝ.

ΑΛΙΗΝΩΝ. In Notitia Eccles. Hieroclis, pag. 17. inter Antistites Provinciæ Phrygiæ Capatianæ censetur ὁ Ἀλιωνῶν, pro ὁ Ἀλιηνῶν, vel ὁ Ἀλιανῶν, uti paulo ante Καπατιάνης legitur, pro Καπατιάνης. In quinta synodo CP. subscribit *Glaucus Episcopus Alionorum civitatis Phrygiæ Pacatianæ provinciæ*, pag. 564. pro *Alienorum.* Act. VI. pag. 603. subscribit Γάϊος ἐπίσκοπος πόλεως Ἀλιανῶν, sub metropolita Laodiceno.

ΑΛΙΚΑΡΝΑCCΕΩΝ. Severi nummus. Plinius, lib. v. sect. XXIX. *Halicarnassus. Sex oppida contributa ei,* &c. Stephano: Ἀλικαρνασσὸς .... ὁ πολίτης Ἀλικαρνασσεύς. Urbs Cariæ fuit, cujus rudera vix supersunt in loco deserto, cui *Boudron* nomen est. Ibi & Mausoleum, Mausoli regis sepulcrum.

ΦΛΑ. ΜΑΞΙΜΟΥ ΑΡΧ. ΤΟ Β ΑΛΙΚΑΡΝΑCCΕΩΝ. In Cimelio Regio. Φλαβίου Μαξίμου Ἄρχοντος τὸ β΄. Ἀλικαρνασσέων. *Flavio Maximo, Archonte iterum, Halicarnasseorum.* Antonini & Getæ vultus in eo nummo insculpti. Sunt & Maximini, ΕΠΙ ΑΡ. ΡΟΥΦΟΥ ΕΥΤΥΧΟΥC, *sub Archonte Rufo Eutyche.* Et Gordiani junioris: ΕΠ. ΦΛ. ΜΑΞΙΜΟΥ ΑΥΡ. ΑΡΧ. ΤΟ Β. *Sub Flavio Maximo Aurelio Archonte iterum*, in Thesauro Regio. Profert D. Vaillant, & ex eo Illustriss. Spanhemius, pag. 626. nummum sub Severo cusum, inscriptumque (ut aiunt) ΑΛΙΚΑΡΝΑCCΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC. Sed est haud dubie nummus interpolatus, ex nummo sincero Severi proxime allato: & ex illis vocibus, ΑΡΧ. CΤΡΑΤΟΚΛΕΟΥC, facto nomine ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC ab aliquo impostore. Nam cur ibi dumtaxat Metropolis appellaretur; cum in nummis deinceps aliis, tametsi eodem typo, etiam Severi, etiam consequentium temporum, eo titulo careat ea civitas; & solum, ut in isto, nomen Archontis numismata præferant?

ΑΛΙΚΑΡΝΑCCΕΩΝ. ΑΡΧ CΤΡΑΤΟΚΛΕΟΥC. *Pontifice Stratocle.* Severi rursum in eodem Cimelio

ΑΛΙΚΑΡΝΑCCΕΩΝ. ΑΥΤΟΝΟΜΩΝ. *Halicarnasseorum liberorum.* Laudatus a Spanhemio, pag. 789. vixisse suis legibus liberam civitatem significat.

ΑΛΙΝΔΕΩΝ. Augusti nummus, in quo arcus, pharetra, clavaque insculpta. In Cimelio Reginæ Christinæ. Stephanus: Ἄλινδα, πόλις Καρίας, ὡς Πολυΐστωρ. ὁ πολίτης, Ἀλινδεύς. Notitia Eccles.

clef. antiqua, inter Episcopos Cariæ, pag. 17. & 49. ὁ Ἀλινδῶν. Pag. 33. Ἀλινδῶ. Leunclavius, pag. 94. cum halitu aspero, ὁ Ἁλίνδων. In Conc. Calched. act. I. pag. 89. Ἰωάννης Ἀλίνδων.

ΑΛΙΣΑΡΝΑΙΩΝ. Vespasiani nummus e Thesauro Goltzii. Plinio, lib. v. sect. 33. *Haliserne.* Stephano: Ἀλίσαρνα, πόλις Τρωάδος ... τὸ ἐθνικὸν, Ἀλισαρναῖος:

ΑΛΚΥΟΝΙΩΝ. E Cimelio nostro. Plinio, lib. IV. sect. 12. *Halcyone*, in Locrorum Thessalorumque confinio. Est & Claudii nummus, cujus in meditullio litteræ tres implexæ mutuo, ALK. forte, pro ΑΛΚΥΟΝΙΩΝ. Epigraphe in ora nummi, ΒΑΛΒΟΣ. ΑΝΘΥΠΑΤΟΣ. *Balbus Proconsul*, Macedoniæ videlicet, quæ Proconsuli paruit, dum stetit Respublica: postmodum mutata regiminis forma, Consulari. Notitia Hieroclis, pag. 21. Ἐπαρχία Ἰλλυρικὴ, α' Μακεδονία, ὑπὸ Κονσιλάριον. Fuisse hic Balbus ex Octavia gente videtur. At hæc vox ἀνθύπατος non Proconsulem hoc loco fortassis, sed Duumvirum sonat: quo sensu accepta hæc vox a Socrate, cum scribit Præfectum Urbi C P. datum, παύσαντα τὴν ἀνθυπάτων ἀρχὴν, ubi perperam vertit interpres, *Proconsulum Magistratu penitus sublato*, pro *sublato Duumvirûm Magistratu*, cum e sex Thraciæ provinciis, in quibus & Europa & Constantinopolis fuit, nulla unquam Proconsularis fuerit, ut in Notis ad Themistium uberius diximus, orat. XVII. Duumviri nempe ἀνθύπατοι quoque dicti, quod duorum Consulum, penes quos Romæ olim summa rei publicæ fuit, instar illi erant in civitatibus & municipiis.

ΑΛΛΑΡΙΩΤΩΝ. Herculis effigies. Apud Gruterum, pag. 505. fœdus recitatur, inter Ἀλλαριώτας & Παρίους initum. Fuere vero Allariotæ Cretenses. Est hic nummus in Cimelio Regio. Stephano, permutatis litteris, Ἀλλαριώτης, pro Ἀλλαριώτης.

ΑΛΟΝΤΙΝΩΝ, apud Parutam. In hisce nummis juvenile caput insculptum, cum laurea modo corona, modo cum ederacea. Πάτρων hic est fortassis, quem conditorem urbis suæ Aluntini agnoscunt: ut Dionysius Halic. lib. I. significat. Plinio, lib. III. sect. XIV. *Aluntium*, in Sicilia. Nunc quoque, *Alontio*. Ptolemæo, lib. III. cap. IV. Ἀλόντιον. Dionys. Halic. lib. I. pag. 41. Ἀλόντιον.

ΑΛΩΠΕΚΟΝΝΗΣΙΩΝ. Nummus Caji Cæsaris, apud Goltzium in Thesauro, pag. 208. Plinio, lib. IV. sect. XXII. *Alopeconnesus, haud procul a Cœlo Cherronesi* Thracicæ *portu.* Stephano: Ἀλωπεκόννησος ... τὸ ἐθνικὸν, Ἀλωπεκοννήσιος.

ΑΜΑΘΟΥΣΙΩΝ. Nummi Goltziani, cum effigie Veneris: quæ Amathusiæ inde nomen habet. Pomum dextra gerit, quod judicio Paridis obtinuit. Virgilius:

> *Est Amathûs, est celsa mihi Paphos, atque Cythera.*

Catullus:

> *Quæ sanctum Idalium......*
> *Colis, quæque Amathunta, quæque Golgos, &c.*

Pausanias in Bœoticis, pag. 315. Ἔστι δὲ Ἀμαθοῦς ἐν Κύπρῳ πόλις, Ἀδώνιδος ἐν αὐτῇ καὶ Ἀφροδίτης ἱερόν ἐστιν ἀρχαῖον. *Est autem Amathûs in Cypro civitas, in qua Adonidis ac Veneris vetustum fanum est.* Plinio, lib. v. sect. XXXV. *Amathûs*, in insula Cypro. Stephanus: Ἀμαθοῦς πόλις Κύπρου, &c. Hodie *Limisso.*

AMANOBRICA. Vespasiani nummus, e collectaneis Ligorianis, attestante Spanhemio, lib. de usu numism. pag. 769.

ΑΜΑΝΤΩΝ. Fulmen: in aversa parte, Jovis caput. Plinio, lib. III. sect. XXVI. *Amantes*, in Epiri, Illyricique confinio. Stephano: Ἀμαντία, Ἰλλυριῶν μοῖρα &c.

ΑΜΑΣΕΙΑ, *in Ponto.*

ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ. ΑΜΑΣΕΙΑΣ. Claudii nummus e Cimelio Regio, quo utriusque civitatis ὁμόνοια, sive concordia fœdusque intelligitur, quod Patinus pag. 102. non intellexit. In eo Pallas insculpta, civitatis utriusque scilicet commune Numen.

ΑΜΑCΙΑC ΜΗΤΡΟΠ. ΠΟΝΤΟΥ Nummus Plotinæ, quæ Trajani conjux.

ΑΜΑCΕΙΑC ΜΗΤ. ΠΡΩΤ. ΠΟΝΤ Ἀμασείας μητροπόλεως πρώτης Πόντου. *Amasiæ Metropoleos primæ in Ponto* civitatis. M. Aurelii nummus, cum fluvii icone, quo situs urbis significatur. Plinius, lib VI. sect. III: *Amasia* oppidum, *quod Iris præfluit.* Priscum retinet nomen, oppidum hodieque insigne. Describitur a Tavernerio, tom. I. Itiner. pag. 9.

ΑΜΑCΙΑ ΠΡ. ΠΟΝΤΟΥ. ΝΕ. ΘΞΡ. Ἀμασίας πρώτης Πόντου, Νεωκόρου. *Anno* CLXIX. Nummus est Faustinæ junioris, cusus post Septembrem anni V. C. DCCCCXIV. Christi CLXI. qui M. Aurelii Imp. primus; Æra Amasenorum incipiente ab autumno anni V. C. DCCXLVI.

ΑΜΑCΙΑ. ΝΕΩΚ. ΠΡΟ. ΠΟ. ΕΤ. ΡϘΘ. Ἀμασίας Νεωκόρου, πρώτης Πόντου, ἔτους ρϙθ'. *anno* CLXXXXIX. Qui plane incidit, ex antecedente computo, in annum Commodi, quo principe nummus hic Cimelii Regii cusus est, duodecimum, Urbis Romæ DCCCCXLIV.

ΑΔΡ. ΑΜΑC. ΜΗΤ. ΝΕΩΚ. ΠΡΩ. ΠΟ. ΕΤ. ΡΠΘ. Commodi nummus e Thesauro Regio: in quo confodere leonem ex equo cernitur. Μ. ΑΥΡΗΛ. ΚΟΜ. ΑΝΤΩΝ. CΕΒΑC. capite laureato. Annus ille CLXXXIX. ipse est annus V. C. DCCCCXXXIV. Christi CLXXXI. Est ibidem alter Faustinæ matris Commodi, cum fluvii decumbentis effigie, qui situm urbis indicat: & cum eadem anni nota: ΑΜΑCΙΑC ΜΗΤ. ΠΡΩ. ΤΟΥ ΠΟΝ. ΕΤ. ΘΠΡ. Geminam Amasenorum æram, Caianam & Agrippæam fingunt hic otiosi.

ΑΔΡ. CΕΥ. ΑΝΤΩΝ. ΑΜΑCΙΑC ΜΗΤ. ΠΡ. ΠΟΝ. Ἀδριανῆς Σεβηριανῆς Ἀντωνινιανῆς Ἀμασείας μητροπόλεως πρώτης Πόντου. *Hadrianæ Severianæ Antoninianæ Amasiæ Metropoleos Primæ Ponti.* Severi nummus est e Cimelio Regio, cum Fortunæ stantis effigie, quæ & in altero Antonini Severi F. insculpta est.

ΑΔΡ. CΕΥ. ΑΝΤ. ΑΜΑCΙ. ΜΗΤΡ. Π ΠΟ. CΘ. Ἀδριανῆς Σεβηριανῆς Ἀντωνινιανῆς Ἀμασείας Μητροπόλεως Πρώτης Πόντου. ἔτους σθ'. Anno CCIX. post concessam ab Augusto libertatem, vel metropoleos prærogativam. Severi, Juliæ Domnæ, & Antonini hic nummus est e Gaza Regia: ubi & alter ejusdem Antonini Severi F. similis, cum notis CH. quibus signatur annus CCVIII. Prorsus ut priore nummo Urbis Romæ signetur annus DCCCCLIV. Severi Imp. nonus, Christi CCI. posteriore, annus DCCCCLIII: Severi octavus, Christi CC. post autumnum.

ΑΔΡ. CΕΥ. ΑΛΕΞ. ΑΜΑCΙΑC ΜΗΤ. ΠΡ. ΠΟΝ. ΕΤ. CΛΔ. Nummus Alexandri Severi, ex eodem Cimelio, qui nummus additum ejus Augusti nomen oppido monet Ἀδριανῆς Σεβηριανῆς Ἀλεξανδρείας Ἀμασείας Μητροπόλεως πρώτης Πόντου. ἔτους σλδ'. Annus CCXXXIV. incidit in annum V. C. DCCCCLXXIX. qui Severi Alexandri quintus, Christi CCXXVI. Est & alter Juliæ Mamææ, quæ Severi Alexandri mater: ΑΜΑ. ΜΗΤ. ΕΤ. CΜΒ. Ἀμασίας μητροπόλεως, ἔτους σμβ'. *Anno* CCXLII. qui est Urbis conditæ DCCCCLXXXVII. Severi Alexandri XIII. Christi CCXXXIV. Occo perperam, pag. 421. ΑΔΡ. CΕΥ. ΑΛΕΞΑΝ. ΑΜΑCΙΑΝΗΤΗC. ΠΡ. ΠΟΜ. & fœdius adhuc, pag. 420. ΑΔΡCΕΥΔΑΕΞΑΜΑ-

ΣΙΛΙΗΤΝΕ ΠΡΠΟ. pro ΑΔΡ. ΣΕΤ. ΑΛΕΞ. ΑΜΑΣΙΑ. ΜΗΤΡ. ΠΡ. ΠΟ. Quoniam vero nunc primum hæc utraque vox occurrit, Μητρόπολις & Πρώτη, occurret autem sæpe inferius, de utraque breviter aperire quid sentiamus, operæ pretium fuerit. Μητρόπολις primo ac vetustissimo significatu ea civitas dicebatur, quæ aliis oppidis, deductis eo scilicet colonis, dedisset originem. Sic Roma Byzantii metropolis fuit, & quasi mater ac parens, ut in Notis ad Themistium diximus. Hoc vero significatu nusquam ea vox in nummis occurrit. Sed Μητρόπολις appellabatur primaria totius Provinciæ civitas, cui ceteræ parebant, ut in Asia Ephesus, primis scilicet Romani Imperii annis. Infimis vero atque adeo mediis temporibus, honoris causa dictæ interdum in eadem una Provincia plures Metropoles, atque ex iis nonnullæ, quibus nullum jus esset ut præessent ceteris: quemadmodum in Ecclesiastica quoque administratione, inclinata vetere disciplina, plures in singulis provinciis instituti sunt Archiepiscopi & Metropolitæ, etiam qui nullos haberent subjectos Episcopos, ut Calchedonensis: cum nempe speciosum honoris titulum suo arbitratu Principes, non quibus congrueret, sed quibus liberet, impertirent: & quem unius in provincia proprium esse par erat, cum multis sæpe communicarent. Tum vero ea civitas, cui antiquior μητροπόλεως prærogativa erat, aut illustrior, πρώτην μητρόπολιν se nuncupabat, quo nomine gaudebat Ephesus, Ulpiano teste, lib. 1. Dig. tit. 16. de Offic. Procos. leg. 4. quod Smyrna se pariter μητρόπολιν Ἀσίας appellaret, ut ex marmore Oxoniensi liquet. Sed & de primatu in eadem Provincia disceptabant inter se sæpenumero civitates duæ: ut in Asia Smyrna & Ephesus, teste Aristide: in Bithynia, Nicæa & Nicomedia, teste Dione Prusæo: tum utraque se primam vocabat, impetrato videlicet a Principibus codicillo, ut honore eo fruerentur, eorum similes qui amplissimarum olim dignitatum codicillos, (Nos *brevets* vulgo dicimus) sine re, honoris tantum causa consequebantur. Hinc in nummis Nicæenses quoque πρῶτοι τῆς ἐπαρχίας, *primi Provinciæ* appellantur, cum ea Nicomediæ verior appellatio foret. Sed erat metropoleos dignitas, (ea nimirum quæ non esset impetrata codicillis ac beneficio Principis, sed vel urbis vetustate, vel amplitudine ac celebritate nixa,) erat ea, inquam, multo quam ista τῶν πρωτείων prærogativa potior, uti ex Dione Prusæo liquet, qui orat. XXXVIII. ad Nicomedienses habita pag. 479. hos eo nomine Nicæensibus anteponit, quod cum utrique pariter πρῶτοι dicerentur, peculiaris Nicomediæ interim μητροπόλεως appellatio foret. Quare & priore loco hæc in nummis ponitur, ΝΙΚΟΜΗΔΕΙΑ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ ΚΑΙ ΠΡΩΤΗ ΒΙΘΥΝΙΑΣ. & in his Amasenorum, ΑΜΑΣΙΑ. ΜΗΤΡ. ΠΡ. ΠΟΝ. In Ephesiorum vero, ac Smyrnæorum, Pergamenorumque nummis, cum πρῶτοι Ἀσίας appellantur, ac Nicæenses quoque fortassis ipsi, cum πρῶτοι τῆς ἐπαρχίας vocantur, cave nudum eum esse sine re titulum credas, cum solida sit maxime prærogativa, quod si quid litium haberent finitimarum urbium cives, apud se suoque in foro coram Prætore disceptaturi venirent. Conventum inde Ephesinum, Smyrnæum, Pergamenumque Plinius vocat, ut suis locis dicturi sumus: nos more Gallico, *Præsidialia*, & *Parlamenta*. Et Dio Chrysost. orat. proxime laudata ad Nicomed. pag. 476. e duabus civitatibus, Nicomedia ac Nicæa, quæ de primatu inter se contendebant, suum cuique Prætorem, in eadem Bithynia provincia, suum forum fuisse significat, quo civitates finitimæ disceptarent. Ἡμεῖς δ' ἂν ἀπολάβωμεν τὸ πρωτεῖον, αὐτόχρημα παραδόντων αὐτὸ τῶν Νικαιέων, πότερα λαβεῖν τοὺς φόρους, ὃς νῦν ἐκεῖνοι λαμβάνουσι; ἢ τὰς πόλεις τὰς συντελούσας εἰς τὰ παρ' ἐκείνοις δικαστήρια ἐνθάδε καλέσομεν; ἢ πέμψομεν αὐτοῖς ἁρμοστάς; *Nos autem si primatum accipimus, ultro nobis delatum a Nicaeensibus, utrum accepturi tributa sumus, quæ nunc illi accipiunt? an civitates ad illorum judicia convenire solitas huc advocabimus? an dabimus illis Prætores?*

ΑΜΑΣΤΡΙΑΝΩΝ.

ΑΜΑΣΤΡΙΑΝΩΝ. ΕΠΙ ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ. Sub Asclepiade. Nummus Domitiæ Augustæ, quæ Domitiani Aug. conjux.

ΑΜΑΣΤΡΙΑΝΩΝ. Nervæ, Plotinæ, Hadriani, Antonini Pii, Faustinæ utriusque, M. Aurelii, L. Veri, Commodi, Crispinæ, Antonini Severi F. Juliæ Mæsæ, & Gordiani junioris nummi. Plinio, lib. VI. sect. 11. *Amastris*. Stephano: Ἄμαστρις, πόλις Παφλαγονίας.... τὸ ἐθνικὸν, Ἀμαστριανός. Hodie *Lemastro*. In nummo Antonini Neptunus proræ navis insistit. In nummo L. Veri, e Thesauro Regio: ΑΥΤ. ΚΑΙΣ. Λ. ΑΥΡΗΛΙΟΣ ΟΥΗΡΟΣ. Mars stat, cum epigraphe, ΑΜΑΣΤΡΙΑΝΩΝ. In altero ejusdem ibi, taurus: in alio denique, Fortuna stans.

ΑΜΙΣΟΣ. ΑΜΑΣΤΡΙΣ. Nummus Antonini Pii, apud Patinum, pag. 227. nunc Cimelii Regii: quo nummo duarum civitatum concordia significatur.

ΑΜΑΣΤΡΙΑΝΩΝ. M. Aurelii, apud Tristanum, tom. 1. pag. 688. cum Martis effigie.

ΥΓΕΙΑ. ΑΜΑΣΤΡΙΑΝΩΝ. *Salus Amastrianorum*. Hygia filia Æsculapii fuit. Faustinæ junioris nummus, hic est e Cimelio Regio.

ΑΜΑΣΤΡΙΑΝΩΝ. Veri Cæsaris, M. Aurelii F. nummus, apud Tristanum, pag. 681. in quo tripus Æsculapii; vel Hygiæ, insculptus, quem serpens circumplicat.

ΑΜΑΣΤΡΙΑΝΩΝ. E Cimelio Regio, nummus Antonini Pii. In parte aversa, ΖΕΥΣ ΣΤΡΑΤΗΓΟΣ. *Juppiter Imperator*. Sic enim in Severi nummo vidimus, IOVI IMPERATORI. In altero, ΗΡΑ ΑΜΑΣΤΡΙΑΝΩΝ. *Juno Amastrianorum*. In alio rursus, ΑΣΚΛΗΠΙΟΣ ΑΜΑΣΤΡΙΑΝΩΝ, *Æsculapius Amastrianorum*.

ΑΜΑΣΤΡΙΑΝΩΝ. ΟΜΗΡΟΣ. M. Aurelii nummus.

ΑΜΑΣΤΡΙΑΝΩΝ. ΜΕΛΗΣ. Ex parte altera, ΟΜΗΡΟΣ. Societatem concordiamque cum Smyrnæis hic uterque nummus significat: quod Smyrnæorum civis Homerus, amnis Meles fuit: Uterque Numinis vice, seu Divi Indigetis, habitus ab Amastrianis. Est hic nummus Cimelii Regii. Vide quæ dicturi sumus, verbo ΚΥΜΑΙΩΝ.

ΑΜΑΣΤΡΙΑΝΩΝ ΠΑΡΘΕΝΙΟΣ. Parthenius amnis in nummo M. Aurelii pingitur, de more decumbens. Amastrianis vicinus hic amnis a Plinio ponitur, libro VI. sect. 2.

ΑΜΑΣΤΡΙΔΟΣ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ. *Amastridis Reginæ*. Hæc Oxyathræ Darii fratris filia, Amastrianis nomen dedit. De eo nummo multa pereruditè Spanhemius, lib. de usu numism. pag. 465. De Amastride Strabo, lib. XII. pag. 544. & Memnon apud Photium, in Bibl. cod. CCXXIV. cap. V. pag. 709. & cap. IX. pag. 713.

ΑΜΒΑΣΙΤΩΝ. ΜΗΤΡΟΠΟΛ. Claudii nummus e Thesauro Goltzii, pag. 208. Stephanus: Ἄμβασον, μητρόπολις τῶν Φρυγῶν· ὁ πολίτης, Ἀμβασίτης.

ΑΜΒΡ. ΑΜΒΡΑΚΙ. &

ΑΜΒΡΑΚΙΩΤΑΝ, apud Goltzium in Græca

cia vetere. In hisce nummis Cancer insculptus, oræ maritimæ: vel tridens Neptuni: vel meta, in corona laurea, Apollinarium ludorum index: vel Minotauri caput, vel Apollo radiatus, vel Diana, ut Papinius vocat, Sceptrifera: vel Juppiter fulmen intorquens, vel Pegasus, Gryphusve, &c. Certasse Apollinem, Dianam, Herculem, sub cujus potissimum numinis tutela Ambracia foret, refert Antoninus Liberalis, lib. Metamorph. cap. IV. Plinio, lib. IV. sect. I. *Oppidum Ambracia.* Stephano: Ἀμβρακία, πόλις Θεσπρωτίας . . . τὸ ἐθνικὸν, Ἀμβρακιώτης, καὶ Ἀμβρακιώτης. Nunc quoque *Ambrakia* ab incolis appellatur, non *Larta*, ut Geographi plerique censent.

ΑΜΙΣΟΥ. Nummi apud Goltzium in Asia plurimi. Plinio, lib. VI. sect. II. *Amisum liberum.* vide POMPEIOPOLIS *Paphlagoniæ.*

ΑΜΙΣΟΥ ΕΛΕΥΘΕΡΑΣ. ΕΤΟΥΣ ΡΞΔ Amisi liberæ, anno CLXIV. in Cimelio Regio, cum Capricorno & Cornucopiæ. Alter Sabinæ, quæ Hadriani conjux: ΕΤΟΥΣ ΡΞΕ. ubi Z pro Ξ ut alibi monemus. Annus ille CLXV. incidit in annum Christi CXXXIII. post Septembrem: V. C. DCCCLXXXVI. Hadriani XVII. Alius ejusdem Sabinæ, in Thesauro Mauroceni, pag. 23. ΕΤΟΥΣ ΡΞΖ. *Anno* CLXVII. qui incipit a Septembri anni V. C. DCCCLXXXVIII. Hadriani decimo nono.

ΑΜΙΣΟΥ. ΕΛΕΥΘΕΡΑΣ. ΕΤΟΥΣ ΡΞΘ. Ælii Cæsaris, & Sabinæ nummi, e Cimelio Regio. *Anno* CLXIX. cusi: hoc est, anno V. C. DCCCXC. post Septembrem. Alter ex his habet, ΣΑΒΕΙΝΑ ΣΕΒΑΣΤΗ: alter, Α. ΑΙΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ, capite nudo. Et hic est etiam argenteus in Cimelio D. FOUCAULT. Æræ initium ab autumno anni V. C. DCCXXII. anno ante æram Augustanam ab Asia recepta.

ΑΜΙΣΟΥ ΕΛΕΥΘΕΡΑΣ. Antonini Severi F. nummus majore modulo, e Cimelio Regio: ΕΤΟΥΣ ΣΛΕ. *Anno* CCXXXV. qui Christi annus CCIII. Urbis conditæ DCCCCLVI. post Septembrem: Severi Imp. XI. Antonino, quem Caracallam vocant, simul Imperatore. Est & alter Diadumeniani, in Cimelio D. FOUCAULT, cum litteris ΕΤ. ΣΜΘ. ἔτυς σμθ´. anno CCXLIX. mense Septembri anni V. C. DCCCLXXX. Christi CCXVII. Epigraphe: Μ. ΟΠΕΛ. ΑΝΤ. ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΙΑΝΟΣ ΚΑΙΣ. capite nudo.

ΑΜΙΣΟΥ ΕΛΕΥΘΕΡΑΣ. ΕΤ. ΣΞΗ. ΑΜΙΣΗΝΩΝ. ΜΙΛΗΣΙΩΝ. *Amisenorum & Milesiorum* concordia: in nummo Maximini Imp. e Cimelio Regio, anno CCLXVIII. qui est V. C. DCCCLXXXIX. Christi CCXXXVI. mense Septembri. Apollo Milesius sedet, stante Amisenorum Dea velata. Est autem velum, signum libertatis, ἐλευθερίας.

ΑΜΙΣΗΝΩΝ. Maximini, in eodem Cimelio, Stephano: Ἀμισὸς . . . Ἀμισηνὸς, καὶ Ἀμίσιος.

ΑΜΙΣΟΣ. ΑΜΑΣΤΡΙΣ. Vide ΑΜΑΣΤΡΙΑΝΩΝ.

ΑΜ. & ΑΜΟΡΓΙΝΩΝ. In Goltzii nummis. Plinio, lib. IV. sect. XXIII. *Amorgos*, &c. inter Sporadas insulas. Hodie *Morgo.* Stephano: Ἀμοργὸς, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων . . . Ἀμοργῖνος. In hisce nummis insculptus Apollo laureatus, ex parte aversa sphæra, cum tripode, circinove: ob receptum forte in civium numerum Pythagoram Samium, Oenopidemve Chium, aut quempiam alium e priscis illis Astrologiæ Magistris. In nummis ΣΑΜΙΩΝ, Pythagoras baculo sphæram monstrat.

ΑΜΟΡΙΑΝΩΝ. Trajani, Antonini Severi F. & Getæ nummi; & alter quem vidimus, cujus ex parte aversa, ΘΕΑ. ΡΩΜΗ. Ἀμόριον Phrygiæ magnæ oppidum, Strabone teste, lib. XII. pag. 576. In contestatione Orientalium ad S. Cyrillum, inter Epistolas a Lupo collectas, *Abrahamius Amorii Episcopus.* Stephanus: Ἀμόριον, πόλις τῆς μεγάλης Φρυγίας . . . τὸ ἐθνικὸν, Ἀμοριεύς. Addere potuit, καὶ Ἀμοριανὸς, ut Ἀμαστριανὸς, Τραλλιανὸς, &c.

ΑΜΦΙ. & ΑΜΦΙΛΟΧΙΩΝ, Goltzianus in Græcia vetere nummus, in quo taurum cornibus apprehensum Hercules humi sternit. Hyginus, fab. XXXI. *Achelous fluvius in omnes figuras se immutabat. Hic cum Hercule propter Dejaniræ conjugium cum pugnaret, in taurum se convertit, cui Hercules cornu detraxit, quod cornu Hesperidibus, sive Nymphis donavit: quod Deæ pomis repleruns, & Cornucopiæ appellarunt.* Plinio, lib. IV. sect. II. *Argos Amphilochicum cognominatum. Amnis Achelous, e Pindo fluens, atque Acarnaniam ab Ætolia dirimens.* Livio, lib. XXXVII. pag. 471. *Argos Amphilochum,* quod ab Ambracia, Epiri pariter oppido, distat XXII. mill. pass.

ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΩΝ.

ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΩΝ. In Græcia Goltzii, tab. XXV. Bos pascens opimum pabulo jumentorum agrum cum esse significat.

ΘΕΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Augusti nummus, in Cimelio Regio, & Museo nostro. In aversa parte Europa tauro insidet: epigraphe, ΑΜΦΙΠΟΛΙΤ. Plinius, lib. IV. sect. XVII. *Amphipolis liberum,* in Macedonia. Stephanus: Ἀμφίπολις, πόλις Μακεδονίας, κατὰ Θρᾴκην . . . τὸ ἐθνικὸν, Ἀμφιπολίτης. Similis alter ejusdem Augusti apud Occonem, pag. 50. cum epigraphe, ΚΑΙΣΑΡ ΘΕΟΥ ΥΙΟΣ. ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΩΝ. *Cæsar Divi F.*

ΑΜΦΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. In nummis Tiberii, Caii, Domitiæ, M. Aurelii, Antonini Severi F. Macrini, Severi Alexandri, & Valeriani: e Cimelio Regio plerique.

ΑΜΦΡΥΣΙΕΩΝ. ΚΑΙ ΔΑΥΛΙΔΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. *Amphryssensium ac Daulidensium concordia.* Domitillæ nummus, apud Goltzium, in Thesauro, pag. 208. Plinio, lib. IV. sect. IV. *Ambryssus: Drymæa regio, Daulis appellata.* Stephano: Ἄμφρυσος, πόλις Φωκίδος . . . τὸ ἐθνικὸν, Ἀμφρύσιος, καὶ Ἀμφρυσεύς. Adde, καὶ Ἀμφρυσιεύς. Et verbo, Δαυλίς, . . . ὁ πολίτης, Δαυλίδος. Fuisse apud Daulidenses Minervæ fanum, pervetusque in eo fano Deæ signum, auctor est Pausanias in Phocicis, seu lib. X. pag. 320. Dianæ Dictynnææ Ambryssenses præcipuum honorem habuisse, idem pag. 354.

ΑΝΑΖΑΡΒΕΩΝ. ΜΗΤΡΟ. Hoc est, Μητροπολιτῶν. Plinio, lib. V. sect. XXII. *Anazarbeni, qui nunc Cæsarea:* &c. Stephano: Ἀνάζαρβα, πόλις Κιλικίας . . . τὸ ἐθνικὸν, Ἀναζαρβεύς. In Notitia Eccles. antiqua, pag. 35. Ciliciæ secundæ metropolis Anazarbus: Ἐπαρχία Κιλικίας β´. Ἀνάζαρβος μητρόπολις.

ΑΝΑΖΑΡΒΩ. ΕΤ. ΒΣ. ΑΥΤΟΝ. Ἀναζάρβῳ ἔτυς βσ´. αὐτονόμῳ. *Anazarbo, anno* CCII: *liberæ ac sui juris.* Est hic nummus Commodi Imp. anno ipsius secundo cusus, æræ Christianæ CLXXII: post Septembrem: V. C. DCCCCXXXV. Est in Thesauro Regio. Alter ibidem ejusdem Commodi, cum Jovis capite laureato; ΜΕΤΩΝ ΠΡΟΣ ΑΝΑΖΑΡΒΩ. ΕΤΟΥΣ ΑΣ. *Anno* CCI. Forte, μητρόπολις πέντε (πόλεων) τῶν πρὸς Ἀναζάρβῳ.

ΑΝΑΖΑΡΒΕΩΝ. ΑΜΚ. Γ. Β. Ε Cimelio Regio. Et in altera parte, Ι. ΚΟΡΝΗ. ΠΑΥΛΑ ΣΕΒ. *Julia Cornelia Paula Augusta,* uxor Antonini, quem Elagabalum vocant. Γ. Β. est γράμματι βουλῆς, *Rescripto Curiæ,* sive *Senatuscon-*

consulto, sive γνώμη Βυλῆς, *Decreto Curiæ*, vel *Decurionum*. Afferunt hunc nummum Tristanus, tom. II. pag. 346. & Patinus, pag. 337. Uterque has notas AMK. de Amanica Cilicia, quam nemo novit, accipiunt. Occurrunt eædem notæ quidem & in Tarsensium nummo, qui Pupieni Aug. anno altero cusus est, AMK. & in Gordiani gemino quem Patinus affert in Thesauro, pag. 126. & 198. quorum in altero eæ litteræ tres sic collocantur, ut priori altera subjiciatur, isti deinde tertia, in hunc modum :

A
M
K.

In altero littera prior A superiorem nummi partem obtinet, inferiorem ceteræ duæ MK. Unde palam est, priores litteras similiter accipi oportere, legique: ut utraque in provinciæ suæ civitatibus principatum obtineret, vel in tota Cilicia nunc illa, nunc ista civitas, sub diversis Principibus: quamobrem πρώτη diceretur in nummis, Ἀμφοτέρας Κιλικίας Γ. Β. hoc est, Γερυσίας βυλῆ, *utriusque Ciliciæ Senatusconsulto*. Quod ut Ciliciæ primæ metropolis Tarsus foret, ita secundæ Anazarbus. Notitia Eccles. antiqua, pag. 35. Ἐπαρχία Κιλικίας ά. ὑπὸ Κονσιλιάριον, *sub Consulari*, Ταρσὸς Μητρόπολις. Πομπηιόπολις, &c. Ἐπαρχία Κιλικίας β'. ὑπὸ Ἡγεμόνα, *sub Præside*, Ἀνάζαρβος Μητρόπολις. Μοψυεστία, &c.

ANAZAPBOY MHTP. AMK. CMΘ. Anno CCXLIX. Est Severi Alexandri, cusus anno ipsius octavo, Christi CCXXIX. post Septembrem, V. C. DCCCCLXXXII.

ANAZAPBOY MHTPOΠ. B. Γ. ET. ΔNC. Βυλῆ Γερυσίας, ἔτυς δνσ'. *anno* CCLIV. Maximini Imp. anno ejus primo, post Martium mensem anni V. C. DCCCCLXXXVIII. Christi CCXXXV.

ANAZAPBOY MHT. KAI ENΔOΞOY. *Anazarbi Metropoleos & Inclytæ.* CEBACMIA. *Augustalia* certamina. Est Maximi Cæsaris, in Cimelio D. FOUCAULT.

ANAZAPB. ENΔ. MHT. *Anazarbi inclytæ metropoleos.* ET. HΞC. *anno* CCLXVIII. qui V. C. MII. usque ad Septembrem, Christi CCXLIX. Decii Imp. & Herennii filii ejus, primus. Est hic nummus Herennii in Cimelio D. FOUCAULT: & alter similis in Museo P. JOBERT. Societatis JESU.

ANAZAPBOY ENΔOΞ. MHTPOΠ. AM. K. Γ. Γ. ET. BOC. Ἀναζάρβυ ἐνδόξυ μητροπόλεως, ἀμφοτέρων Κιλικίας, γράμματι γερυσίας, ἔτυς βοσ'. *Anazarbi inclytæ metropoleos, utriusque Ciliciæ, Senatus rescripto anno* CCLXXII. Est Valeriani nummus in Cimelio Regio: ex quo apparet hujus oppidi æram cœpisse anno Urbis conditæ DCCXXIV. autumno: ut sit hic annus Valeriani & Gallieni primus, Urbis Romæ MVI. ante Septembrem: quo mense cœpit annus Anazarbensium CCLXXIII.

ΠYPAMOC TΩ ANAZAPBΩ. ET. BΠP. ἔτει ρπβ'. *Anno* CLXXXII. L. Veri nummus, (non Severi, ut quidam volunt) e Cimelio Regio. Liquet enim ex superiore computo annum hunc CLXXXII. plane incidere in annum æræ Christianæ CLXII. Urbis Romæ DCCCCXV. M. Aurelii & L. Veri secundum, a mense Septembri. Apud Patinum pag. 256. similis huic nummus est, sine annorum nota, cum fluvii, quo Anazarbus alluitur, decumbentis effigie. Amni Pyramo Mopsos oppidum esse impositum Plinius loco proxime citato; etiam Anazarbum, hic nummus docet.

ANAΦAYΣTIΩN.

ANAΦAYΣ. Nummus e Græcia vetere Goltzii, Tab. XV. Ἀνάφλυστος urbs est Atticæ Ptolemæo, lib. III. cap. XV. Hinc apud Gruterum pag. 317 2. vetus inscriptio Athenis reperta in Gymnasio: EΠΙ ΘΕΩΝΟC ΑΡΧΟΝΤΟC ΚΟCΜΗΤΟΥ ΔΙΟΝΥCΙΟΥ ΜΑΡΚΟC ΑΝΑΦΛΥCΤΙΟC ΓΥΜΝΑCΙΑΡΧΗCΑC. *Sub Theone Archonte, Cosmeta Dionysio, Marcus Anaphlystius Gymnasii Præses.* In his nummis Apollo, vel Pallas insculpta cum tripode: & ex parte aversa Pegasus.

ANΔEIPHNΩN.

ANΔEIPHNΩN. Gordiani junioris nummus, apud Ligorium, cum effigie Cybeles, seu Matris Deûm. Plinio, lib. V. sect. XXXII. in Teuthrania, quæ Mysiæ, seu Æolidis, pars: *Andera, Cale.* Stephano: Ἄνδειρα, πόλις . . . τὸ ἐθνικὸν, Ἀνδειρηνός. Strabo, lib. XIII. pag. 614. Ὑπὸ δὲ τοῖς Ἀνδείροις ἱερόν ἐστι Μητρὸς Θεῶν Ἀνδειρηνῆς ἅγιον, καὶ ἄντρον ὑπόνομον μέχρι Παλαιᾶς· ἔστι δ' ἡ Παλαιὰ κατοικία τις οὕτω καλουμένη, διέχουσα τῶν Ἀνδείρων ἑκατὸν καὶ τριάκοντα σταδίους. *Sub Anderis delubrum est Matris Deorum Anderenæ sacrum, & antrum cuniculi in morem sub terra, usque ad Palæam pertinens. Palæa vicus quidam est, ab Anderis* CXXX. *stadiis distans.* Unde fortassis apud Plinium opportunius legas, *Andera, Palæa:* est enim Cale ignota.

ANΔPIΩN. Nummus Goltzianus, in Græcia vetere. Plinio, lib. IV. sect. 22. *Andrus insula cum oppido*, in Cycladibus: nunc etiam *Andro*. Stephanus: Ἄνδρος, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων . . . τὸ ἐθνικὸν, Ἄνδριος. In eo nummo Pallas armata cum noctua: in parte aversa, bos ante aram, adjecto Prætoris nomine, ΠΟΛΥΚΡΑΤΗΣ. Minervæ sane bove femina litari ex Homero scimus: Odyss. γ'. ubi Deam Nestor alloquitur:

Σοὶ δ' αὖ ἐγὼ ῥέξω βοῦν ἦνιν, εὐρυμέτωπον,
Ἀδμήτην, ἣν ὔπω ὑπὸ ζυγὸν ἤγαγεν ἀνήρ.

Quem in locum Eustathius, pag 1473. Ἦνιν δὲ τὴν ἐνιαυσίαν λέγει, ἢ ἑνὸς μόνυ ἔτυς . . . οἰκεία δὲ ἡ τοιάδε βοῦς τῇ καὶ ἀεὶ νεαζούσῃ Ἀθηνᾷ καὶ ἀζύγι.

ANΔPIΩN. Nummus Antonini Pii, ex ære mediocri, apud R. P. ALBERT, Augustinianum Discalc. Parisiis. In antica parte, cum Antonini effigie, ANTONINON.

ANEMOYPIEΩN. E Museo nostro. Vidimus & similes, Severi Alexandri, in Cimelio Regio, ac Valeriani nummos. Plinio, lib. V. sect. XXII. *Anemurium.* Straboni ac Ptolemæo, Ἀνεμούριον. Melæ, lib. I. cap. XIII. *Quod Ciliciam a Pamphylia distinguit, Anemurium.*

ANEMOYP. In Gaza Regia, Antonini Severi F. nummus est.

ANEMOYPIEΩN. ET. IΓ. *Anno* XIII. Severi Alexandri, in Cimelio Reginæ Christinæ.

ANOMOYPEΩN. Caput turritum. Sic scriptum conspicue est. Deinde in antica superficie, ΔOMETIANOC KAICAP. Capite laureato. Ex ære minimo, in Museo nostro.

ANΘHΔONIΩN, *in Bœotia.*

ANΘHΔONIΩN. Nummi veteris Græciæ apud Goltzium, Tab. XVIII. capite Jovis & Bœotico scuto insignes. Plinio, lib. IV. sect. XII. *Anthedon.* Stephano: Ἀνθηδὼν, πόλις Βοιωτίας . . . ὁ πολίτης, Ἀνθηδόνιος. In Bœotico litore est, contra Eubœam. Fuere ibi olim, teste Pausania in Bœoticis, pag. 298. Cabirorum ædes, item Proserpinæ, & Liberi Patris.

ANTHEDON, *in Syria.*

ANΘHΔ. Antonini Severi F. nummus, apud Patin. pag. 306. & in Cimelio Regio. Ἀνθηδόνος. ET. . . A. Hoc est, ut conjicimus, ἔτυς σλ'. anno CCXXX. æræ Augustanæ; qui incidit in annum V. C. DCCCCLII. Christi CXCIX. post Septembrem. In eo nummo Deus Deave stans, hastam læva tenet, pede dextero proram navis premit. Astarten eam esse Syriæ

Syriæ peculiarem Deam, haud levia suadent argumenta. Plinio, lib. v. sect. xiv. *Anthedon.* Stephano: Ἀνθηδών.... πόλις πλησίον Γάζης... ὁ πολίτης, Ἀνθηδονίτης.

ANKΥΡΑ, *Galatiæ.*

ΑΝΚΥΡΑΣ ΜΗΤΡΟ. Ἀγκύρας μητροπόλεως. ΠΥΘΙΑ. *Pythia* certamina. Nummus Neronis.

ΙΟΥΛ.CΑΤΟΡ.ΑΝΚΥΡΑΝΟΙC. Antinoi nummus: in quo Dei Luni effigies, allatus a Tristano, pag. 546. sed corrupte in hunc modum: ΙΟΥΛ. CΑΛΩΝΙ. ΑΝΚΥΡΑΝΟΙC. Quare ad Salonas Bithyniæ oppidum hunc nummum is refert: & eum secutus vir eruditus, lib. de usu numism. pag. 571. pertinere ad Julienses & Salonitas putat. Sed nummum ipsi vidimus, contrectavimusque, atque ita perspicue uti a nobis exhibetur, legimus. Ἰούλιος Σατορνῖνος Ἀγκυρανοῖς, subintellige ἀνέθηκεν. Ut apud eundem Tristanum, pag. 551. ΠΟΛΕΜΩΝ CΜΥΡΝΑΙΟΙC ΑΝΕΘΗΚΕ. Ac sine ea voce, in M. Aurelii nummo, pag. 647. ΑΤΤΑΛΟC ΤΑΙC ΠΑΤΡΙCΙ CΜΥΡ. ΛΑΟ. CΟΦΙCΤΗC. Hoc est, *Attalus Sophista Patriis suis, Smyrnæ, & Laodiceæ.* Ut vero hunc nummum ad Galatiæ Metropolim potius, quam ad Ancyram Phrygiæ referamus, facit inscriptio vetus apud Gruterum, pag. 424. 10. ΑΓΑΘΗ. ΤΥΧΗ. Η. ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ. ΙΟΥΛΙΟΝ. ΣΑΤΟΡΝΕΙΝΟΝ. ΤΟΝ. ΗΓΕΜΟΝΑ. De Deo Luno vide Spartianum in Caracalla.

ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC ΤΗC ΓΑΛΑΤΙΑC ΑΓΚΥΡΑ. Amazon dextra tenet ancoram, Græce ἄγκυραν: læva peltam cum bipenni. In parte antica, ΑΥ. Κ. Τ. ΑΙΛ. ΑΔΡΙ. ΑΝΤΩΝΙΝΩ CΕΒ. ΠΙΩ. Caput laureatum. Vidimus ex ære magno, apud P. Besnier, Societatis Jesu, Parisiis.

ΜΗΤΡΟΠ. ΑΝΚΥΡΑΝΩΝ. Dea Hygia stat, in nummo L. Veri, e Cimelio Regio.

ΑΝΚΥΡΑ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC. Commodi nummus.

ΑΝΚΥΡΑC ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC. Severi, Antonini, & Getæ, in Cimelio Regio, cum Dei Luni stantis effigie.

ΑΝΤΩΝΕΙΝΙΑΝΗC ΑΝΚΥΡΑC. Antonini Severi F. a quo istud urbi cognomen: in Thesauro Regio.

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. Nummus Antonini ejusdem, e Gaza Regia. ΜΗΤΡΟΠΟΛ. ΑΝΚΥΡΑC. ΑCΚΛΗΠΙΑ. CΩΤΗΡΕΙΑ. ΙCΘ. ΠΥΘ. Urnæ cum palmis, quæ plerumque in nummis certaminum indices. *Asclepia Soteria*, certamina sunt ludive in honorem Æsculapii Servatoris edita. Isthmia simul & Pythia ibi pariter edita nummus significat. Apud Gruterum, pag. ccccxv. legas, ΤΩΝ. ΙΕΡΩΝ. ΑΓΩΝΩΝ. ΤΩΝ. ΜΕΓΑΛΩΝ. ΑCΚΛΗΠΙΕΙΩΝ. ΙCΘ. ΠΥΘΙΩΝ. Et pag. 410. ΤΩΝ. ΙΕΡΩΝ. ΑΓΩΝΩΝ. ΤΩΝ ΜΕΓΑΛΟΑΣΚΛΗΠΙΕΙΩΝ. ΠΥΘΙΩΝ... ΚΤΙΣΤΗΝ. ΤΗΣ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. ΑΝΚΥΡΑΣ. ΦΥΛΗ. Plinio, lib. v. sect. xlii. *Tectosagum Ancyra.* Vide quæ ibi diximus. Stephano. Ἄγκυρα, πόλις Γαλατίας... τὸ ἐθνικὸν, Ἀγκυρανός. Ptolemæo, lib. v. cap. iv. Ἄγκυρα μητρόπολις. Notitia Ecclesf. antiqua, pag. 33. Ἐπαρχία Γαλατίας. . . Ἄγκυρα μητρόπολις. Libanius, orat. xxvi. Πρώτην καὶ μεγίστην Γαλατῶν πόλιν vocat. Hodie *Angouri.*

ΜΗΤΡΟΠ. ΑΝΚΥΡΑC. Decii Imp. nummus.

ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC ΑΝΚΥΡΑΝΩΝ. Gallieni.

ΜΗΤΡΟΠ. Β. Ν. ΑΝΚΥΡΑC. Μητροπόλεως δὶς Νεωκόρων Ἀγκύρας. Saloninæ nummus apud Tristanum, tom. iii. pag. 109. Vas e quo palmæ exstant, cum epigraphe ΑΚΤΙΑ, certamina scilicet.

ΑΝΚΥΡΑΝΩΝ. *Phrygiæ.*

ΑΝΚΥΡΑΝΩΝ. Faustinæ nummi, e Cimelio Regio, cum Dianæ Multimammiæ effigie. Sunt & Poppææ Neronis, Nervæ, Plotinæ, Trajani, Hadriani, Sabinæ, Antinoi, M. Aurelii, Faustinæ junioris, Severi, Antonini F. Maximi Cæsaris, & Otaciliæ Philippi. In hoc postremo epigraphe est, ΕΠΙ ΑΥΡ. ΤΡΩΙΛΟΥ ΑΡΧ. Α. ΤΟ Β. ΑΝΚΥΡΑΝΩΝ. *Sub Aurelio Troilo Archonte primo iterum*, nummus *Ancyranorum.* Sic porro id nomen fere in nummis scribitur, non ut neotericis magis placuit, ΑΓΚΥΡΑΝΩΝ, vel ΑΓΚΥΡΑC. Sic & ΙΕΡΑ. ΣΥΝΚΛΗΤΟΣ omnes exhibent: nullus omnino ΣΥΓΚΛΗΤΟΣ. Plinio, lib. v. sect. xli. *Ancyra.* Ptolemæo, lib. v. cap. ii. Ἄγκυρα Φρυγίας.

ΑΓΚΩΝ. E Cimelio Ill. Harlæi, cum effigie cubiti, qui Græcis ἀγκὼν. Est & in Magna Græcia Goltzii, tab. xxxiv. Plinio, lib. iii. sect. xviii. *Colonia Ancona.* Apud Gruterum, pag. 465. COLON. ANCONITANOR. Nunc quoque *Ancone.* Vide quæ diximus in Plinianis notis.

ΑΝΤΑΝΔΡΙΩΝ. Titi nummi e Cimelio Regis Christianiss. & alter Antonini Pii, quem vidimus. Est & alius M. Aurelii nomine. Plinio, lib. v. sect. xxxii. *Antandros*, in Æolide. Stephanus: Ἄντανδρος, πόλις ὑπὸ τὴν Ἴδην, πρὸς τῇ Μυσίᾳ τῆς Αἰολίδος. . . τὸ ἐθνικὸν, Ἀντάνδριος.

ΑΝΤΙΓΟΝΕΩΝ, *in Epiro.*

ΑΝΤΙΓΟΝΕΩΝ, cum corona ederacea, quæ ludorum in Bacchi honorem editorum index est, ut videtur. Est ex parte altera, effigies turriti capitis, apud Goltzium, in Græcia vetere, Tab. iii. Sunt & quibus Pallas insculpta. Plinio, lib. iv. sect. i. *Antigonenses.* Stephano: Ἀντιγόνεια, πόλις Χαονίας ἐν Ἠπείρῳ. ὁ πολίτης, Ἀντιγονεύς.

ΑΝΤΙΓΟΝΕΩΝ *Macedoniæ.*

ΑΝΤΙΓΟΝΕΩΝ. Nummus Antigoni Gonatæ, qui conditor ejus oppidi fuit: apud Goltzium in Græcia, Tab. xxiv. Plinio, lib. iv. sect. xvii. *Antigonea.* Stephanus: Ἀντιγόνεια . . . . Μακεδονίας, Ἀντιγόνου κτίσμα, τοῦ Γονατᾶ.

ΑΝΤΙΓΟΝΕΩΝ, cum equi effigie: ex altera Apollinis caput. Apud eundem Goltzium. Sunt equi in Thessalorum Macedonumque nummis obvii.

ΑΝΤΙΚΥ . . . In nummo Nervæ, apud Occonem, pag. 192. pro ΑΝΤΙΚΥΡΕΩΝ, vel ΑΝΤΙΚΥΡΑΙΩΝ, ab Anticyra Phocidis oppido, quod elleboro nobile quondam fuit. Meminit Plinius, lib. iv. sect. iv. Stephano: Ἀντίκυρα . . . . ὁ πολίτης, Ἀντικυρεὺς . . . . καὶ Ἀντικυραῖος.

ΑΝΤΙΟCΗΙΑ *Cariæ.*

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΕΑΝΔΡΟC. Trajani Decii nummus apud Spanhemium, pag. 888. In altero e Gaza Regia, ΜΑΙΑΝΔΡΟC est; ut & in aliis ibidem, Gordiani junioris, Trajani Decii, & Gallieni. Plinius, lib. v. sect. xxix. in Caria: *Antiochia . . . nunc eam circumfluunt Mæander, & Orsinus.* In Notitia antiqua inter Episcopos Cariæ Provinciæ, pag. 17. ὁ Ἀντιοχείας τοῦ Μαιάνδρου. Pag. 49. τοῦ Μαιάνδρου, quemadmodum & Leunclavius habet, pag. 94. Ptolemæo, lib. v. cap. ii. & Straboni, lib. xii. pag. 630. Ἀντιόχεια πρὸς Μαιάνδρῳ. Stephano, Ἀντιόχεια τῆς Καρίας. Phlegon, in Mirab. cap. vi. Ἀντιόχεια ἡ πρὸς Μαιάνδρῳ ποταμῷ, aliique.

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Caput Augusti. Ex altera parte caput Liviæ,

 cum

cum epigraphe: ΑΤΤΑΛΟΥ ΣΥΝΑΡΧΙΑ. *Attalo in magistratu collega.* Delineavit hunc nummum Morellius, e Gaza Regia. Alter est Claudii, ex eodem Thesauro Regio: ΜΥΩΝΟΣ ΣΥΝΑΡΧΙΑ. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. *Myone in Magistratu collega*: sive, quod idem est, Duumviro.

ΑΝΤΙΟΧΕΙΑ. ΕΠΙΜΕΛΗ. ΚΛ. ΑΓΛΑΟΥ ΦΡΟΝΤΩΝΟΣ. Ἐπιμελητοῦ Κλαυδίου Ἀγλαοῦ Φρόντωνος. *Procuratore Claudio Aglao Frontone.* Est Domitiani nummus apud D. Foucault. Est in Inscriptione antiqua, apud Reinesium, pag. 103. Ἐπιμελητὴς Δήλου. Apud Gruterum, TI. AGLAUS, & Ἀγλαὸς Κλαυδίου. In nummo denique Rhodiorum sub Antonino Pio, Κλαύδιος Φρόντων.

ΖΕΥΣ ΚΑΠΙΤΩΛΙΕΥΣ. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. *Juppiter Capitolinus.* Nummus Antiochensium Cariæ, sub M. Aurelio. Est apud P. Charonnier. Societatis Jesu.

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. *Antiochensium & Laodicensium concordia.* M. Aurelii nummus in Gaza regia.

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. Philippi patris, in quo Juppiter Capitolinus: & Otaciliæ conjugis, in quo tres Furiæ stant; ut in altero Philippi filii.

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. Nummus Herenniæ Etruscillæ, in quo Mæander amnis decumbit.

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Mulier cum spicis, face, & angue. Est Pescennii Nigri nummus apud Spanhemium, pag. 590. Sed adulterinus ac recens.

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ *ad Euphratem.*

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΠΡΟΣ ΕΥΦΡΑΤΗΝ. Severi nummus e Gaza Regis Christianissimi, in quo Palladis caput. Laudatur & a Tristano, tom. II. pag. 91. Plinio, lib. v. sect. XXI. *Antiochia, quæ ad Euphratem vocatur.* Cave porro, Holstenio credas hanc Antiochiam, cum altera miscenti, quæ Nisibis quoque appellatur: hæc enim in Arbelitide, quæ pars est Assyriæ, ubi Darium Alexander debellavit, sive Mygdonia, posita est: ultra Mesopotamiam, Euphratemque, ac Tigrim: illa, in Commagene, ad Euphratem, in Mesopotamiæ Syriæque confinio. De posteriore Plinius, ut diximus, lib. v. sect. XXI. De priore, quæ Nisibis, lib. VI. sect. XVI.

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΤΩΝ ΕΠΙ ΤΑΥΡΟΥ. Nummus e Thesauro Goltzii, pag. 209. Ipsa Antiochia est, quæ ad Euphratem, ut diximus in Plinianis notis, loc. cit. Ἀντιόχεια πρὸς Ταύρῳ ὄρει, Ptolemæo, lib. v. cap. XV. cujus urbis ima scilicet Euphrates allueret. In Commagene a Plinio Ptolemæoque statuitur: A Stephano quoque, Ἀντιόχεια ἐπὶ τῷ Ταύρῳ, ἐν Κομμαγηνῇ. Sed ab Euphrate longiuscule, ut opinor, Ptolemæus summovet.

ANTIOCHIA *ad Hippum.*

ΑΝΤΙΟΧ. ΠΡ. ΙΠ. ΤΗС ΙΕΡ. Κ. ΑСΥΛΟΥ. ΘΚС. M. Aurelii nummus, e Cimelio Regio. Est & L. Veri similis. In altero ejusdem M. Aurelii, ΑΝΤΙΟ. ΤΩΝ ΠΡΟС Ι ΤΗС ΙΕΡ. Κ. ΑСΥΛΟΥ. ex eodem Cimelio. Ἀντιοχέων τῶν πρὸς Ἵππῳ τῆς ἱερᾶς καὶ ἀσύλου. *Antiochensium ad Hippum, sacræ & inviolatæ* civitatis. *Anno* CCXXIX. post adeptam, credimus, prærogativam eam sacræ inviolatæque civitatis, ac libertatis: quam plane videntur ii mihi, ut de Gazensibus dicturi sumus, obtinuisse a Pompeio, dum is in Syria cum imperio esset, anno Urbis Romæ DCLXXXX. Quare hunc nummum cusum oportet anno Urbis DCCCCXIX. M. Aurelii anno VI. Est alter similis ei nummus eodem Principe cusus, in Museo S. Genovefæ. In eo cujus formam habemus in plumbo expressam, legitur: ΑΥΤ. ΚΑΙС. Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝ. Capite laureato.)(ΑΝΤΙΟΧ. ΠΡ. ΙΠ. ΙΕΡ. ΑСΥΛΟС. ΘΚС. Plinio, lib. v. sect. XV. & XVI. *Hippon.* A monte Hippo cognomine, cujus meminit Ptolemæus, lib. v. cap. XV. traxisse nomen videtur: alterumque Antiochiæ obtinuisse jam olim: eaque demum esse, quam in confinio Cœles Syriæ Arabiæque conditam a Semiramide, auctor est Stephanus. Hunc nummum Tristanus, tom. I. pag. 692. sic infeliciter legit: ΑΝΑΘΩ. ΠΡΠΙ. ΤΗС. ΙΕΡ. Κ. ΑСΥΛΟΥ. & ad insulam Ægypti refert, Ναθώ, de qua Herodotus: quæ Προσωπῖτις dicta est: quam vocem per notarum compendia his litteris putat intelligi, ΠΡΠΙ. Cum legerimus in eo nummo ipsi perspicue, ΑΝΤΙΟΧ. ΤΩ. ΠΡ. ΙΠ. &c. Et in nummo Faustinæ junioris Patinus in Indice, pag. 16. ΑΝΤΙΟΧ. ΠΡΙΠ. ΙΕΡ. ΑСΥΛΟС. ΘΚΕ. pro ΘΚС. ut in Aurelii nummo, pag. 246.

ΑΝΤΙΟΧ. ΠΡ. ΙΠ. ΙΕΡ. ΑСΥΛΟΥ. Commodi nummus e Gaza regia, quem sic mutilum Patinus affert, pag. 263. . . . . Χ Π. . . . ΠΙΕΡ. ΑСΥΛΟ. In eo turrita mulier, equo insidet: in aliis, equum freno regit. Græcis equus Ἵππος est: inde effigies ea in nummos Antiochensium horum translata. Annus in eo nummo adjicitur, СΜΗ. hoc est, CCXLVIII. qui est Urbis conditæ DCCCCXXXVIII. Christi CLXXXV. post Septembrem, Commodi sextus.

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΚΑΛΛΙΡΟΗΝ. Vide ΕΔΕΣΣΑ.

ANTIOCHIA *Pisidiæ.*

ANTIOCHIA. Titi apud Tristanum, pag. 300. qui ad Antiochiam Syriæ hunc nummum perperam refert: cum ii omnes, qui ad hanc spectant, Græcis sint inscripti characteribus: qui ad Pisidicam, Latinis. Vespasiani alter huic similis est in Cimelio D. Foucault, & apud Patinum. Uterque turritum civitatis caput exhibet. Similis denique alius Domitiani est.

COL. CAES. ANTIOCH. *Colonia Cæsarea Antiochia.* Antonini Pii, Severi, Juliæ Domnæ, Caracallæ, Alexandri Severi, & Gordiani junioris nummi, e Cimelio Regio, Plinius, lib. v. sect. XXIV. *Pisidæ, quorum colonia Cæsarea, eadem Antiochia.* Tristanus hos perperam ad Antiochiam Syriæ in Alexandro Severo refert, tom. II. pag. 397. ut & eos nummos quos deinceps allaturi sumus, Patinus, aliique omnes ex Antiquariorum grege. In his nummis, aut Remus Romulusque lactentes, deductæ a Romanis coloniæ indices: aut, ut in Asiæ plurimis, Dei Luni effigies cernitur, cum gallo gallinaceo.

COL. CAES. ANTIOCH. MENSIS. Antonini Pii, apud Patinum, pag. 218. & in Cimelio Regio, cum Dei Luni effigie. Qui apud Græcos Μὴν, *Mensis* etiam appellatur.

COLONIAE ANTIOCHEAE. M. Aurelii, apud eundem, pag. 234. Est & L. Veri similis.

COL. ANTIOCHEN. Severi, pag. 281. in quo nummo stat Isis, dextraque ramum, Copiæ cornu læva gerit. In alio stat Deus Lunus, læva Victoriam Romanam gerens; ad pedes, aquila, Romani imperii symbolum. In medio, hinc S. inde R. *Spes Reipublicæ*: similis est alter Juliæ Domnæ.

COL. CAES. ANTIOCH. & GENIO. COL. ANTIOCH. Antonini Caracallæ, ut vocant, pag. 301.

COL. ANTIOCH. Ejusdem Antonini, in Cimelio Regio, cum Dianæ effigie.

IMP. CAES. P. SEPT. GETA AVG. capite laureato. VIRTUS AVGG. *Virtus Augustorum duorum*, Antonini & Getæ. COL. ANTIOCH.

TIOCH. Infra S R. *Spes Reipublicæ*. In alio ejusdem Getæ, VICT. DD. NN. *Victoria Dominorum nostrorum*. COL. ANTIOCH. S R. Victoria trophæum gerit. Nunc primum in nummis Augusti *Domini nostri* appellantur.

COL. ANTIOCHENS. Aquila legionaria inter duo signa cohortium, in nummo Antonini filii Soæmiadis, quem Elagabalum vocant. Infra, S R. In nummo Juliæ Mæsæ eadem epigraphe est, sed absque litteris S R.

COL. CAES. ANTIOCH. Nummus Severi Alexandri, in quo lupa cum gemellis. Infra, S R. Similis est & Gordiani Pii, in Cimelio Regio.

COLON. ANTIOCHI. Aquila legionaria inter duo signa cohortium. Infra, S R. Nummus est Philippi patris.

ANTIOCHI COLONI. Decii nummus, e Cimelio Regio, & apud Patin. pag. 391. quem ille nummum in Illyricum Daciamve immerito ablegat, ubi terrarum Antiochia nulla unquam fuit. In eo nummo, ut in aliis deinceps plurimis, signa sunt militaria, deductæ coloniæ symbola: ut & Aquila, & aratrum, & colonus qui boum jugum agat, inter ea coloniæ signa passim occurrunt, ut notum est. Cum signis certe & vexillis coloni deducebantur. Hyginus: *Multis legionibus contigit bellum feliciter transigere, & ad laboriosam agriculturæ requiem primo tirocinii gradu pervenire: nam cum signis & aquilis, & primis ordinibus, ac tribunis deducebantur.*

ANTIO. COL. Gallieni, apud Mediobarbum, pag. 379. in quo Lupa cum gemellis, Remo Romuloque.

ANTIOCHIA *ad Sarum amnem*.

ANTIOX. Π. CAPON. *Antiochensium ad Sarum*. Nummus est M. Aurelii, e Museo P. JOBERT, Societatis JESU, Parisiis. Oppidum est Cappadociæ, *Comana, quod Sarus amnis præfluit*, inquit Plinius, libro VI. sect. III. Ei nomen Antiochiæ inditum fuisse docet hic nummus; & alter Antiochi Dei Epiphanis, ANTIOXEΩN TΩN ΠΡΟΣ TΩι ΣAPΩι. In M. Aurelii nummo annus additur, P O B. hoc est, CLXXII. qui est V. C. DCCCCXVII. M. Aurelii quartus, ducto æræ initio ab anno V. C. DCCXLVI. unde & æra Amasiæ huic oppido vicinæ.

ANTIOCHIA *Syriæ*.

ANTIOXEΩN. Nummus antiquus, apud Patin. pag. 8. cum fluvii icone: ex parte aversa, ΔΗΜΟΣ. *Populus Antiochensium*. Plinius, lib. V. sect. XVIII. *Antiochia libera, Epidaphnes cognominata, Oronte amne dividitur*. Nunc incolis *Antekié* dicitur.

ANTIOXEΩN TΩN ΠΡΟΣ ΔAΦNHN. E Museo nostro. Juppiter stat. In parte aversa radiatum Apollinis caput. *Antiochensium ad Daphnen*. Daphne vicus, suburbiumve fuit, Antiochiæ adsitum, ad Solis exortum, ubi fana Apollinis & Dianæ, cum asylo. Auctor Strabo, lib. XVI. pag. 749. De eo prolixe Sozomenus, lib. V. cap. XIX. Hinc porta Antiochiæ Daphnitica, apud Hieronym. de Script. Eccles. in encomio S. Ignatii Antiocheni.

ANTIOXEΩN TΩN EN ΠTOΛEMAIΔI. Vide PTOLEMAIS *Phœnices*.

ANTIOXEΩN THΣ MHTPOΠOΛEΩΣ. Juppiter sedens. In parte aversa, Jovis caput. Alter eadem epigraphe, cum capite turrito: & ex parte aversa, ariete: Tertius, pro ariete, Fortunam exhibet. Omnes e Museo nostro.

APXIEPATIKON ANTIOXEIΣ. Nummus Augusti e Cimelio Regio, & apud Tristanum, pag. 166. qui nummus voces eas in corona præfert. In altera nummi superficie, KAIΣ. ΣEB. APXIEPEYΣ. Καῖσαρ Σεβαστὸς Ἀρχιερεύς. Occurrit hæc nobis vox iterum, sed alio sensu, in Nomocanone Joannis Scholastici, tit. II. Φυλαττέσθω τῷ θρόνῳ Ἀφρικῆς τὸ ἀρχιερατικὸν δίκαιον κατὰ τὸ δοθὲν αὐτῆς πρεσβεῖον. *Servetur sedi Africæ Archiepiscopale jus, juxta privilegium ipsi concessum*. Sic in Ecclesiarum administratione Exarchorum summa potestas in Metropolitas, πατριαρχικὸν δίκαιον Evagrius appellat. Hunc nummum Patinus frustra ad aliam Antiochiam refert. In simili vero nummo Musæi nostri, KAIΣAPI ΣEBAΣ. APXIEPEI. Ex parte altera, APXIEPATIKON ANTIOXEIΣ. ZK. Annus XXVII. æræ Augustanæ. De hoc nummorum genere opportunius mox dicemus.

KAIΣAP ΣEBAΣTOΣ ΣEBAΣTOY. *Cæsar Augustus Augusti F.* Tiberius Cæsar videlicet, Augusti filius, hoc est, gener. Ex parte altera, ANTIOXEΩN MHTPOΠOΛEOΣ. ΔN. *Antiochensium Metropoleos, anno* LIV. æræ Augustanæ. Nummum hunc affert Patinus, in Thesauro pag. 48. Sed legendum arbitramur, KAIΣAP ΣEBAΣTOY ΣEBAΣTOΣ *Augusti F. Augustus*.

NEPΩNOΣ KAIΣAPOΣ ΣEBAΣTOY. Apud Patinum in Thesauro, pag. 54. Ex parte altera Aquila Fulmini insistens, Antiochensium peculiare symbolum, cum notis numeralibus ΘP. quibus annus æræ ipsorum CIX. signatur. Neronis septimus, Urbis DCCCXIII.

ANTIOXEΩN MHTPOΠOΛEOC. Hadriani, apud Patinum, pag 200. nunc Cimelii Regii. Est huic alter similis, in quo caput turritum ac velatum est, in Cimelio Domus Professæ Societatis JESU Parisiis. Ad demerendum Principem, quem sibi infensum esse sciebant, cudi hunc nummum Antiochenses jussere. Spartianus in Hadriano, pag. 7. *Antiochenses inter hæc ita odio habuit, ut Syriam a Phœnice separare voluerit, ne tot civitatum Metropolis Antiochia diceretur*.

ANTIOXEΩN MH. KO. Δ. E. S. C. Ἀντιοχέων μητροπόλεως κολωνίας, Δήμου ἐξουσίᾳ. S. C. *Antiochensium Metropoleos Coloniæ, Populi rogatu, Senatus consulto*. Antonini Severi F. quem Caracallam vocant, nummus, apud Patin. pag. 302. cum turritæ mulieris, & ad pedes ejus fluvii, seu viri natantis effigie. Elagabali, pag. 331. & Otaciliæ, pag. 384.

Δ. E. S. C. Diadumeniani nummus, ex Patino, pag. 327. sine oppidi nomine ille quidem, sed aquila & laurea corona insignis, litterisque allatis, quæ sunt in Antiochenorum nummis frequentes. Est & alter Macrini similis.

Δ. E. S. C. Elagabali nummus, superiori similis, apud eundem Patinum, pag. 331.

ANTIOXEΩN MHTPO. KOΛ. Δ. E. S. C. Severi Alexandri, in quo Genius civitatis est, capite turrito ac velato, quod insigne est Metropoleos civitatis, & αὐτονομίας. Sunt & Philippi patris & Otaciliæ, & Trajani Decii similes. Supra caput Genii civitatis supervolitans Aries, non Syriam quidem esse sub tutela sideris Arietis, quod puerile est opinari; nam cur Syria magis quam Gallia sit? Sed laudatissimam in eo tractu lanam esse, significat.

AYTOKPA. M. IOYΛ. ΦIΛIΠΠOC CEB. Philippi Patris, e Museo nostro. *Imp. M. Jul. Philippus Aug.* ΔHMAPX. EZOYCIAC. YΠATO. B. ANTIOKIA. S. C. Aquila. Δημαρχικῆς Ἐξουσίας (in nummo Z pro Ξ, quod & alias occurrit:) Ὕπατος β'. *Tribunicia Potestatis. Consul iterum*. In simili nummo Otaciliæ est YΠAT. Γ. *Consul tertium*.

AYT. K. Γ. ME. KY. TPAIANOC

ΔΕΚΙΟϹ ϹΕΒ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Γάϊ⊕ Μέσσιος Κύιντος Τραιανὸς Δέκι⊕ Σεβαστός. *Imp. Cæsar C. Messius Quintus Trajanus Decius Aug* E Museo nostro. Aquila in eo nummo insculpta, cum his vocibus, ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞΟΥϹΙΑϹ. S. C. *Tribunicia potestate, Senatusconsulto*, Antiochensium eum esse declarat.

GENIO ANTIOCHENI. Non est hic nummus ullius Antiochiæ: sed Provinciæ Narbonensis. Vide infra, NARBO.

Quæ conditio & fortuna Antiochiæ & Tyri fuerit sub Augustis.

Digerendi sunt in tres omnino classes cusi Antiochiæ nummi usque ad M. Antonini tempora, ut quæ & quam diversa conditio fuerit illius civitatis sub Augustis ex nummis discamus. Nam sunt alii a Latinis Antiochiæ negotiantibus percussi; initio quidem toti Latini, postea partim Græce scripti, partim Latine, absque nomine ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ, ac dumtaxat cum litteris SC in aversa pagina: alii Græce tantum scripti a Græcis indigenis, inscriptique Augusti nomine Græco, & civium ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ: alii denique nomine ac titulis Imperatorum Latinis, Græco ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ.

Hi sunt igitur, non Antiochenorum quidem, sed negotiantium Antiochiæ Latinorum nummi; qui & Cæsaris nomen habent, quem Imperatorem semper appellant, ad majestatem Cæsaream Græcis commendandam; & in contraria nummi parte id se facere ex Senatusconsulto contestantur, appositis in corona his dumtaxat litteris, SC.

IMP. AVGVST. TR. POT. capite laureato.
SC in corona laurea. Est in Cimelio P. Ludovici JOBERT, e Societate JESU, Parisiis, ex ære magno, & in Thesauro Brandeburgico, tomo 2. p. 89.

IM...... cætera sunt detrita: sed vultus est Tiberii perspicue, capite laureato.
SC in corona laurea. Ibidem.

Caii Principis nullum talem adhuc nummum videre licuit, aut in Thesauro Regio, aut in Cimelio D. FOUCAULT, aut in aliis quæ lustravimus.

IMP. TI. CL. CAES. AVG. GER. capite laureato.
SC in corona laurea. Est in Museo nostro, ære mediocri.

IMP. NERO CLAVD. CAES. AVG. capite laureato.
SC in corona laurea. Ibidem, & apud Patinum, pag. 112.

IM. M. OTO CAE. AVG. capite laureato.
SC in corona laurea. Ex ære mediocri apud P. JOBERT.

IMP. CAES. VESP. AVG. capite laureato.
SC in corona laurea. Mediobarbus, ex Indice Cavotorta.

IMP. CAES. DOMITIAN. AVG. capite laureato.
SC in corona laurea. In Thesauro Regio multi sunt.

CAES. NERVA AVG. III. COS. In alio, IMP. CAESAR NERVA ..... capite laureato.
SC in corona laurea. Prior est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOUCAULT: alterum vidimus apud amicum.

ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. ΓΕΡΜ. ΔΑΚ. capite laureato.
SC in corona laurea. Huic similes alii sunt Δ in eodem Cimelio, cum aliis numeralibus litteris.

ΑΥΤ. Κ. ΝΕΡ. ΥΙΩ. ΤΡ. ΑΔΡΙΑΝΟϹ. *Imp. Cæsar Nervæ nepos Trajanus Hadrianus*, capite laureato.
SC in corona laurea, ex eodem Cimelio.
Δ In Museo nostro, ex ære mediocri est SC
■

ΤΙ. ΑΙΛ. ΑΔΡΙ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ϹΕΒ. ΕΥ. capite laureato.
SC in corona laurea, ex ære mediocri; in Z Museo nostro.

ΑΥΤ. Κ. Λ. ΑΥΡΗΛ. ΟΥΗΡΟϹ. capite laureato.
SC Est ex ære minimo, in Cimelio D. BE-ΔΙ GON.

Nullum vidimus similem M. Aurelii, Commodi, aut Severi: nullus certe est Ἀντιοχέων Syriæ in Gaza Regia, Augustorum istorum nominibus.

Cur autem a Trajani temporibus nummi a contraria parte inscripti his duabus litteris SC habeant nomen Augusti in antica superficie Græce scriptum, cum prius Latine scriberetur, causa hæc fuit. Latini iidem sunt Antiochiæ degentes, ab Augusti temporibus; quo primum principe fœdus iniere cum Romanis, post Asiam devictis Parthis receptam, Antiocheni; hoc est, ab anno V. C. DCCXXIII. iidem ipsi sunt, inquam, qui hos nummos cudere se ex Senatusconsulto profitentur: sed qui post annos amplius CXXX. sub Trajano Græci sermonis consuetudinem haberent, post quatuor nimirum generationes. Itaque & se jam Græci esse idiomatis præ se ferunt, & tamen Latinæ originis, ac Romani Juris, appositis litteris SC, hoc est, Senatusconsulto. Nam cujas quisque sit, qui nummum cudit, idiomate ipso docet: siquidem unusquisque sua lingua loquitur, hoc est, patria: qui Græce, Græcus est: Latinus similiter, qui Latine. Quapropter isti Augustos, ut prius Latine Imperatores profitebantur in nummis suis; ita postea Græce Αὐτοκράτορας appellarunt.

At Antiocheni indigenæ, sive Græci, usque ad Hadriani principatum, vel forte potius usque ad suprema Trajani tempora, bellumque Parthicum illud, unde Parthici cognomen retulit, Romanæ numquam ditioni fuere obnoxii. Fœderati ii fuere quidem cum Romanis, sed tamen liberi. Clamat Plinius, libro V. sect. XVIII. *Antiochia libera, Laodicea libera, Seleucia libera.* Adeo libera autem Laodicea ea fuit, nempe quæ *ad mare* dicitur, ut numquam nominibus Augustorum nummos cuderit. Nam cujus Laodiceæ nummos habemus cum eorum nominibus, ea numquam se dicit αὐτόνομον: diceret autem interdum profecto, siquidem ea dote gauderet, ut Antiochia & Seleucia. Quæ nummos cudit igitur nominibus Augustorum, non ea est quam Plinius *liberam* vocat; sed altera minime libera, *ad Libanum* cognominata.

Antiocheni igitur liberi fuere: sed fœdus, ut diximus, amicitiæ cum Romanis pepigere, anno Asiæ armis Augusti receptæ, qui est V. C. DCCXXIII. unde incipit in Oriente Æra Augustana. At non propterea usque ad supremos Trajani annos Augustum ipsum, vel Augustorum aliquem, Αὐτοκράτορα agnoverunt, aut appellarunt in nummis suis. Tantum *Augustum*, Σεβαστὸν, hoc est, Venerandum nuncuparunt. Et fœdus illud quidem singulis annis renovarunt: fuitque illis curæ, ut in nummis annum consignarent; quamquam ne appellato quidem sæpe vel Augusto, vel magistratu, quo sequestro atque intermedio fœdus renovatum esset. At interdum etiam utrumque nomen adjectum est: ΕΠΙ ΟΥΑΡΟΥ exempli gratia, *sub Varo, sub Cæslio*, &c. adpositoque anno æræ Augustanæ; hoc est, ex quo cum Augusto fœdus illud primo pepigissent. Neque hos ipsos tamen pacis ac fœderis sequestros ac testes, Antiocheni appellavere Præsides,

des, Ἡγεμόνας, ut Thraciæ civitates hoc nomen habent in suis nummis. Fuisse certe aliquos Syriæ Antiochiæ Præsides nec nummi antiqui dicunt, nec Plinius. Mucianus, qui sub Galba scribitur in nummis Antiochensium, ter Consul fuisse, & præsedisse Lyciæ, a Plinio dicitur, libro XIII. sect. XXVII. pag. 85. Præses Syriæ fuisse nusquam dicitur. Cum Præsidum nomine careant isti in Antiochenorum ac Seleucensium nummis; neque ipsum nomen eorum aliud Syriæ oppidum in nummis suis scribat; Præsides eos fuisse Syriæ Antiochiæ universæ, non facile credimus; quamvis & vetusti scriptores ita prodiderint, Josephus, Velleius, Tacitus, aliique fortassis; & credant recentes secuti vetustos. Antiochiæ, inquam, & Seleuciæ, neque illi fuere Præsides, neque Augustus ipse Αὐτοκράτωρ, sed Augustus dumtaxat; & quibus annis Antiocheni vellent, Ἀρχιερεύς. Unde hæc autem discimus? Ex altero genere nummorum, qui sunt Antiochiæ cusi: eo nimirum, quod usque ad supremum Trajani principatum non nisi Græce inscriptum est. Horum hic seriem damus.

Caput Jovis barbati. .)(. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΤΗΣ ΜΕΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. Η. *Antiochensium metropoleôs liberæ, anno octavo.* Alter huic similis habet Θ. *Anno nono.* Est uterque in Museo P. Jobert.

Alius ibidem: ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. ΙΔ. *Anno* XIV.

Alius, ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΔΙ. Cum lauri ramo.

Alius, ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΙΘ. *Anno* XIX. In Thesauro Regio.

Alius, ibidem: ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. Κ. *Anno* XX.

Alius, ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΤΗΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. ΔΚ. *Anno* XXIV.

Alius: ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠ. ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ ΕΚ. *Anno* XXV. Est in Gaza Regia. Et apud P. Jobert, huic pæne similis: ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΤΗΣ ΜΕΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. ΕΚ.

Neque ullus ex nummis istis aut Augusti nomen habet, aut alterius: nec Augusti vultum, sed Jovis dumtaxat, qui Genius Antiochenorum fuit. Anno isto demum XXV. æræ Augustanæ, cœptum est scribi nomen Missi Augustalis; sed absque Præsidis titulo, ut diximus, & absque Augusti nomine ac vultu.

Caput Jovis. .)(. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΕΠΙ ΟΥΑΡΟΥ. ΕΚ. *Antiochensium, sub Varo.* Anno fœderis Antiochenorum XXV. Caput turritum ac velatum, seu Genius Urbis Antiochenæ appingitur. Est in Gaza Regia.

Caput Jovis. .)(. Caput turritum ac velatum: quod est insigne potestatis ac libertatis. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΕΠΙ ΟΥΑΡΟΥ. ϚΚ. *Anno* XXVI. Apud P. Jobert.

Caput Jovis. .)(. Caput turritum. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΕΠΙ ΟΥΑΡΟΥ. ΖΚ. *Anno* XXVII. Apud P. Jobert. Alius habet: ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. ΖΚ. In Cimelio D. Foucault.

Caput Jovis. .)(. Caput turritum ac velatum. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. ΚΗ. Anno XXVIII. Ibidem.

Eo ipso tempore Antiocheni primum suæ civitatis sacerdotem Augustum fecerunt, honorario titulo, ut apparet, absque ulla in cives potestate. Cujus rei causa per annos septem continuos cum ipsius vultu ac nomine nummos cuderunt; istos nimirum:

ΚΑΙΣΑΡΙ ΣΕΒΑΣΤΩ ΑΡΧΙΕΡΕΙ. *Cæsari Augusto primario sacerdoti:* .)(. ΑΡΧΙΕΡΑΤΙΚΟΝ ΑΝΤΙΟΧΕΙΣ. *Primarium sacerdotium Antiocheni deferunt.* ΕΚ. *Anno* XXV. ΖΗ XXVII. ΗΚ XXVIII. ΘΚ XXIX. Λ XXX. ΑΛ XXXI. Hos enim omnes vidimus, præter postremum, qui a D. Vaillant laudatur. Et alicubi latere his similem, qui sit inscriptus ϚΚ XXVI. verisimillimum est. Annus ille XXXI. ab autumno incipit anni V. C. DCCLIII. hoc est, mensibus non omnino quatuor ante Christi natalem. Sed quantumvis fuerit primus Antiochiæ sacerdos eo septennio Augustus; nulla propterea potestas ei in cives fuit; libera interim civitate, ut & Plinius, & nummi testantur, cusi eodem tempore, & proxime antea laudati, ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. Reliquos sub Augusto Antiochenorum nummos videamus.

Caput Jovis laureatum. .)(. Genius urbis: sed non appellatur in isto nomen civitatis: tantum legitur, ΕΠΙ ΣΑΤΟΡΝΙΝΟΥ ΟΥΟΛΟ ..... ΕΛ. hoc est, ut diximus in Chronologia Veteris Testamenti: *Sub Saturnino Volusio.* Anno XXXV. qui est Æræ Christianæ quartus, mense Septembri.

Caput Jovis. .)(. Aries. ΕΠΙ ΣΙΛΑΝΟΥ. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΒΜ. *Sub Silano.* Nummus *Antiochenorum:* fœderis cum Augusto initi, *anno* XLII. qui est Christi undecimus, mense Septembri.

Caput Jovis. .)(. Aries, cum Solis sidere: quod est symbolum & lanæ in eo tractu laudatissimæ, & Orientis. ΕΠΙ ΣΙΛΑΝΟΥ. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΔΜ. *Anno* XLIV. In Museo nostro. Est hic annus Christi XIII. a Septembri, & idem Augusti supremus.

Tiberio autem majorem aliquanto honorem detulere Antiocheni. Nam hujus nomen & vultum suis insculpsere nummis; & primarium, ut olim Augusto, sacerdotium obtulere; sed absque titulo Αὐτοκράτορος. Fuere Augusti in Judæa Αὐτοκράτορες: unde & de Tiberii summo imperio in Judæa Lucas scripsit, cap. III. *Anno quintodecimo imperii Cæsaris, procurante Pontio Pilato Judæam, &c.* & Caïus ipse Cæsar Germanicus, Tiberii successor, ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ in nummis Judææ scribitur. In Syria Antiochia nullus Augustorum Αὐτοκράτωρ fuit: hoc est, nullus ibi plenam habuit ac liberam potestatem. Nullus igitur ibi etiam vice Augusti Præses fuit. Nam si summa potestas penes Augustos non fuit, quomodo cuiquam deferrent vicariam? Habetne etiam hodie in liberis Germaniæ civitatibus, aut provinciis quamvis fœderatis, vice sua Præsides? In Judæa, ubi fuere Augusti Αὐτοκράτορες, Præsides vice sua constituerunt. Istos ex libris sacris novimus; Pilatum, Felicem, Festum. In Syria Decapolitana similiter, ubi Cyrinus Præses a Luca memoratur. In Syria Antiochia, ubi nullus Augustorum fuit Αὐτοκράτωρ, nullus sub Augustis esse Præses potuit. Ex quo ridendi sunt illi, qui ne Evangelio Lucæ fides haberetur, in quo Cyrinus Præses Syriæ fecisse descriptionem Judææ dicitur; ex nummis istis ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ acceperunt nomina, quæ credi voluerunt esse Præsidum Syriæ universæ; & ab aliquo eorum, Saturnino, vel alio, censum in Judæa peractum fuisse mentiti sunt. Videamus ergo nummos Tiberii cusos Antiochiæ.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. *Augustus Augusti F.* Tiberii capite laureato. .)(. Α. ΕΠΙ ΣΙΛΑΝΟΥ. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΕΜ. *Anno primo* Tiberii. *Sub Silano.* Nummus *Antiochensium:* fœderis anno XLIII. De nummo isto vide plura, in Chronologia Veteris Testamenti.

ΤΙ. ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΡΧΙΕΡ.

ΜΕΓ. *Tiberius Cæsar Augustus Pontifex Max.* capite laureato. .)(. ΑΡΧΙΕΡΑΤΙΚΟΝ ΑΝΤΙΟΧΕΙΣ. Α. *Primarium* in sua civitate sacerdotium *Antiocheni* deferunt, anno Tiberii primo.

ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. *Cæsar Augustus Augusti F.* Capite laureato. .)(. Γ. ΕΠΙ ΣΙΛΑΝΟΥ. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΖΜ. *Anno tertio* Tiberii. *Sub Silano.* Nummus *Antiochensium* : anno fœderis, XLVII. Est & alius Seleucensium plane similis.

ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Capite laureato. .)(. ΕΠΙ ΦΛΑΚΚΟΥ. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΒΞ. in corona laurea. *Sub Flacco.* Nummus *Antiochensium* : fœderis anno LXII. qui fuit annus Christi XXXI. mense Septembri.

Post Tiberium sub Claudio, ad concordiam utriusque gentis significandam, Latine sunt deinceps cusi nummi, cum titulis Augustorum, quos Latini vellent apponere; & in contraria nummi parte annum Græci signarunt, ex quo fœdus cum M. Antonio Claudii Imp. avo materno ipsi iniissent; ut pax, inquam, & concordia utriusque gentis eo argumento intelligeretur. Et hoc est tertium genus nummorum, qui sunt Antiochiæ percussi: qui nimirum sequuntur, Latine simul & Græce scripti. Quamquam subinde etiam Græcos ipsi cuderunt, sed absque effigie vel nomine Augustorum: anno dumtaxat fœderis apposito, & Missi nomine; quem non ibi Præsidis functum munere, aut nomine donatum fuisse arbitramur; sed eo dumtaxat quod Consules Nationum, ut appellamus, in urbibus Orientis, quæ externis Principibus parent, etiamnum obeunt.

TI. CLAVDIVS AVG. GER. IMP. capite laureato. .)(. In corona: ΕΠΙ ΠΕΤΡΩΝΙΟΥ. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. Ϙ. *Sub Petronio.* Nummus *Antiochensium* : fœderis cum M. Antonio initi, anno XC. In Gaza Regia, & in Thesauro Mauroceni Venetiis.

IMP. T. CLA. CAE. AV. GER. capite laureato. .)(. in corona: ΕΠΙ ΚΑΣΣΙΟΥ. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΕΤ. ϚϘ. *Sub Cassio.* Nummus *Antiochensium*: fœderis *anno* XCVI. Est in Cimelio D. FOUCAULT.

Caput turritum ac velatum. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. .)(. Aries, cum Solis sidere, & Lunæ crescentis effigie. ΕΠΙ ΚΟΥΑΔΡΑΤΟΥ. ΕΤ. ΔΡ. *Sub Quadrato* : anno fœderis cum M. Antonio & Cæsare Dictatore initi, CIV. Vide Chronologiam Veteris Testamenti. Est hic apud P. JOBERT. Alius similis ibidem, habet ΕΤ. ΕΡ. *Anno* CV. Alius in Museo nostro, absque nomine Quadrati, solam anni notam exhibet, ΖΡ. CVII. Alius apud P. JOBERT, habet ΕΠΙ ΚΟΥΑΔΡΑΤΟΥ. ΗΡ. *Anno* CVIII.

IMP. NERO CAESAR. . . . capite laureato. .)(. ΕΠΙ ΚΕΣΤΙΟΥ. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΕΤ. ΔΙΡ. *Sub Cestio.* Nummus *Antiochensium* : fœderis cum Antonio initi, anno CXIV. Est apud D. FOUCAULT.

Eodem anno Græci Antiochenses hunc cuderunt: capite Jovis laureato. .)(. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΕΤ. ΔΙΡ. Est in Museo P. JOBERT.

Anno sequente; ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. Caput Jovis. .)(. ΕΤΟ. ΕΙΡ. ἔτους ιρ´. *anno* CXV. ibidem.

IMP. SER. SVLP. GALBAE. Capite laureato. .)(. In corona laurea: ΕΠΙ ΜΟΥΚΙΑΝΟΥ. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΕΤ. ΖΙΡ. *Anno* CXVII. æræ Antonianæ, sive Cæsarianæ. In Gaza Regia. Prædicent Latini, sive voluerint, Augustos suos Imperatores: numquam Antiochenses Græci eorumdem αὐτοκρατορίαν agnovere aliquando, ne quidem in nummis suis. Tantum, ut diximus, fœderis & amicitiæ olim initæ memoriam consignarunt & annos.

Hadriani postea nomine nummos iidem Antiochenses Græci cuderunt: sed absque titulo Αὐτοκράτορος. Est in Cimelio D. FOUCAULT nummus Hadriani Aug. cum vultu ipsius tantum ac nomine, ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΔΡΙΑΝΟϹ, capite laureato: epigraphe ista in postica parte, ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΤΗϹ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩϹ, turrito capite ac velato.

Alioqui sub Hadriano, ac postea sub Antonino Pio recepta vetus consuetudo est anni dumtaxat consignandi, ex quo fœdus fuit cum Cæsare & Antonio initum, absque Augusti vultu vel nomine, ac sine Romani etiam magistratus mentione; quod is jam ibi esse desiisset, dirempto a Parthis commercio Romanorum negotiatorum.

ΑΝΤΙΟΧΕ. Caput Apollinis. .)(. Laurus, qua vicinia Daphnes significatur. ΗΞΡ. *Anno* CLXVIII. æræ Cæsarianæ, sive Antonianæ: qui fuit Hadriani annus tertius. Est in Cimelio D. FOUCAULT.

ΑΝΤΙΟΧΕ. Genius civitatis. .)(. Aries, cum Solis sidere, & Lunæ crescentis effigie. ΕΤ. ΟΡ. ἔτους ορ´. *Anno* CLXX. æræ ejusdem: qui fuit annus Hadriani quintus. In eodem Cimelio.

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠ. Genius urbis. .)(. Aries, ut proxime. ΕΤ. ΕϘΡ. *Anno* CXCV. qui Antonini Pii nonus fuit. In eodem Cimelio: ubi & alius plane similis: qui pro ariete habet caduceum, pacis symbolum.

Diruta a Parthis postea Antiochia nobis videtur, ac solo tenus æquata, ut olim a Tito Hierosolyma. Neque vero alia esse causa potest, quamobrem nulli sub M. Aurelio, nulli sub Commodo, nulli sub Severo Antiochensium nummi occurrant: & sub Antonino Severi F. quem falso dixere Caracallam, colonia appelletur Antiochia, deducta ab eo scilicet. Deduci autem nonnisi in desertum & vacuum indigenis solum, recte dicitur.

Deducta est igitur ab Antonino illo, non ab Ælio Antonino Pio, ut Spanhemius existimavit; aut ut Scaligero visum est, a M. Aurelio: sed a M. Aurelio Antonino Pio Severi F. ut nummi testantur. Is Græcos revocavit indigenas: pristinum solum jussit incolere, cum coloniæ nomine, & jure antiquo metropoleos: ea lege & conditione, ut Romanorum Imperatorem Ἀυτοκράτορα, hoc est, supremum dominum agnoscerent; ac fœdus illud annis singulis renovari ipsi quidem poscerent, Senatus autem Romanus ratum haberet. Hoc illud est, quod his litteris Antiocheni isti novi in suis nummis designant, ΔЄ & SC. Nam litteris quidem ΔЄ Δήμου εὐχῇ, *Populi Rogatu*, fœdus sancitum indicatur: SC *Senatusconsulto* ratum idem firmatumque. Et litteræ quidem Græcæ ΔЄ populum esse Græcum denotant, æque ac tota inscriptio Græce scripta: Litteræ vero SC senatum esse Latinum ac Romanum. Denique minusculæ sunt litteræ ΔЄ: e diverso majusculæ SC: quoniam potior est Senatus Romanus Antiocheno populo. Hæc igitur illorum forma nummorum, hæc quarta classis nummorum Antiochenorum est.

ΑΥΤ. ΚΑΙ. Μ. ΑΥ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ϹЄΒ. capite laureato. .)(. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡ. ΚΟΛ. Ἀντιοχέων μητροπόλεως κολωνίας. Genius urbis capite turrito ac velato. In area nummi, ΔЄ & SC. Litteræ ΔЄ superiorem in nummo locum obtinent, inferiorem SC: quoniam prior est populi postulatio, quam concessio vel nutus Senatus.

ΑΥΤ. Κ. Ο. Ϲ. ΜΑΚΡΙΝΟϹ. Capite laureato. *Imp. Cæsar Opelius Severus Macrinus.* .)(. ΔЄ. SC. in corona laurea. Similis alter est Diadumeniani Cæsaris sub Macrino.

ΑΥΤ.

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ C. *Imp. Cæsar M. Aur. Antoninus Aug.* capite laureato, Antonini Pii, filii Soæmiadis; quem falso Elagabalum appellarunt.)(. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΜΗΤ. ΚΟ. Genius civitatis: & ΔЄ SC: ut in altero Antonino proxime supra. Est ex ære mediocri, in Museo nostro. In alio ejusdem Antonini est intra coronam lauream aries, cum ΔЄ S C.

ΑΥΤ. Κ. Α. ΜΑΡ. ΑΥΡ. CЄ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ. *Imp. Cæsar M. Aurelius Severus Alexander:* capite laureato.)(. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗ. ΚΟ. ΔЄ. S C. & Genius Antiochiæ, quem Deæ duæ coronant. Est ex ære magno in Museo nostro.

Gordiani junioris nummum non vidimus: sed, quod idem est, Tranquillinæ ejusdem conjugis vidimus: ΦΟΥΡ. CΑΒ. ΤΡΑΝΚΥΙΛΛΙΝΑ CЄΒ. Caput *Furiæ Sabiniæ Tranquillinæ Aug.*)(. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟ. ΚΟΛ. ΔЄ SC. capite turrito ac velato, ut supra.

ΑΥΤΟΚ. Κ. Μ. ΙΟΥΛ. ΦΙΛΙΠΠΟϹ CЄΒ. capite Philippi patris laureato.)(. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟ. ΚΟΛΩΝ. ΔЄ SC. Sed quid singulos commemoro: cum sint unius modi ac formæ? Sunt & Philippi filii similes, & Trajani Decii, & Q. Herennii, & Hostiliani, & Treboniani Galli, & Volusiani. Sed post istos demum occupata, ut verisimile est, a Parthis, vel Arabibus, numquam deinceps in nummis antiquis Antiochia apparet: nec Romanis proinde paruisse videtur.

De Tyro brevior, atque uno fere constans verbo adnotatio est. Græca Tyrus numquam Romanis paruit. Ex his qui Græce inscripti nummi sunt, ΤΥΡΟΥ, ne unus quidem aut nomen habet aut vultum Augusti alicujus, aut cujuspiam Romani magistratus, aut anni notam, ex quo fœdus cum Romanis aliquando, ut Antiochia, inierint. Nec apparent nummi Græci Tyriorum aliqui post Asiam armis Augusti receptam, vel (ut alii loquuntur) post tempora victoriæ Actiacæ: extra annos Trajani 15. 16. 17. & 18. ac ne tunc quidem apposito nomine ΤΥΡΟΥ vel ΤΥΡΙΩΝ. Quos prius annos consignant, ii sunt anni Græcorum, a Seleuco Nicatore: quo argumento se Græci, hoc est, sui juris, non Romani, esse contestantur. Itaque D. Vaillant existimandus est oculorum lapsu deceptus, cum nummum exhibuit sub Antonino Soæmiadis F. quem Elagabalum vocant, ΤΥΡ. ΙΕΡ. ΑC. ΝΑΥΑΡΧ. e Gaza Regia. Nam reipsa nullus ibi sub eo Antonino nummus Tyriorum est, sed dumtaxat ΤΡΙΠΟΛΙ. ΝΑΥΑΡΧΙ. Τρίπολις Ναυαρχίς. Verum vastata ab Arabibus, Parthisve, ut vocabant, ea civitate, deducti eo sunt a Septimio Severo Latini coloni, e Legione tertia Gallica. Unde ex illo tempore COL. SEPTIMIA TYRVS METROPOLIS appellatur in nummis: apposito interdum in his nomine legionis III. GALL. Occurrunt hi nummi sub Severo, aliisque, usque ad ipsius tempora Gallieni. Postea in nummis nulla Tyrus comparet.

Ex his intelligere est, quam caduca sint ac futilia, quæ de irato Antiochensibus Hadriano, Tyroque ab ipso facta metropoli, Suidas & Spartianus fabulantur: quæ de æra Tyriorum & Antiochenorum nugantur alii: cum ex eo tempore quo utraque condita colonia est, nullam in nummis æram observet, quoniam tunc desiit esse civitas fœderata. Cur autem post Gallienum nulla Antiochia in nummis, nulla est Tyrus? cur nullus in Creta nummus post Antoninum Severi filium? cur nullus in Cypro post Macrinum? nullus in Rhodo post Commodum, nullus in Co post Philippum, nullus in Cæsarea Cappadociæ post Trebonianum Gallum, nullus in Arcadia post Severum, nullus Æliæ Capitolinæ post Decium; nisi quod hæ civitates ac regiones, sive ab Arabibus aliisve occupatæ, sive sua sponte recipientes pristinam libertatem, Romanum aut jugum aut fœdus excusserunt? Si quis causam hujus rei probabilem aliam afferat, excipiam lubens.

ANTIPOLIS. Plinio, lib. III. sect. v. *Oppidum Latinum Antipolis.* Nunc *Antibe*, in Provincia Narbonensi. *Narbonensis Galliæ municipium* appellat Tacitus, libro 2. Histor.

ΑΝΤΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. Victoriæ typus. Ex parte adversa, ΔΗΜΟϹ. *Populus Antipolitanus.*

ΑΝΤΙΠΟΛΙΤΩΝ, cum prora navis, & Jovis capite ex parte altera, in Magna Græcia Goltzii, tab. XXXVI. Apud Gruterum pag. 173. 10. Græca inscriptio Antipoli reperta, ΑΝΤΙΠΟΛΙϹ ΚΑΙ ΟΙ ΠΟΛΙΤΑΙ. Vetustiores porro hi nummi duo posteriores videntur, quam sit Cæsarum principatus.

ANTIVM.

ΑΝΤΙ. Cum Herculis effigie, & clava. Apud Goltzium, in Magna Græcia, Tab. XVII.

COL. ANTIAT. LEG. IIII. ITALICA. Neronis nummus, in Thesauro Goltzii, pag. 237. Plinius, lib. III. sect. IX. *Antium colonia.* Nunc quoniam sola supersunt rudera, *Antio rovinato* Itali accolæ in Latio vocant. Apud Gruterum, pag. CCCLXXXIX. 6. TRIB. LEG. IIII. ITALICAE.

ΑΝΤΙΦΕΛΛΙΤΑΙΩΝ. Nummus e Thesauro Goltzii, pag. 209. Plinio, lib. V. sect. XXVIII. *Antiphellus.* Stephano: Ἀντίφελλος . . . οἱ οἰκοῦντες, Ἀντιφελλῖται. Quare in nummo legi ΑΝΤΙΦΕΛΛΙΤΩΝ oportuit. Lyciæ oppidum id fuit.

ΑΝΞΥΡΟΣ. Jovis hæc appellatio est, cujus expressum caput cum fulmine in vetere nummo, apud Goltzium, tab. LXXV. Hinc Juppiter Anxurus apud Maronem, lib. VII. Æneid.

Queis Iuppiter Anxurus arvis
Præsidet.

Quo loco Servius: *Circa tractum*, inquit, *Campaniæ colebatur puer Iuppiter, qui Anxurus dicebatur, quasi ἄνευ ξυροῦ, id est, sine novacula, quia barbam nunquam rasisset.* Plinius, lib. III. sect. IX. *Tarracina oppidum, lingua Volscorum Anxur dictum.* Nunc quoque *Terracina*, in Latio. Horatius, lib. I. Satyr. V.

Impositum saxis late candentibus Anxur.

Quem versum Porphyrio explicans, *Quæ nunc Terracina dicitur, olim Anxur dicebatur: unde Jovem Anxurum colebant, cujus & Virgilius meminit. Impositum saxis, quoniam illis temporibus adhuc Terracinensis urbs in altissimo monte erat: unde postea in æquiorem locum deposita est: ut non sint solum adhuc vestigia ædificiorum in monte, sed & murorum.* Quin & mixtis una Græcis Latinisque litteris, in magna Græcia Goltzii, ΑΧΥΡ. Tab. XVII. semel iterumque occurrit. Et sane si ἀπὸ τοῦ ξυροῦ, & α ut Græci dicunt στερητικοῦ, hoc est, privativo nomen habet, Axurus utique appellari debet.

ΑΓΧΙΑΛΕΩΝ *Ciliciæ.*

ΑΓΧΙΑΛΕΩΝ. Nummi Severi, Plautillæ, & Getæ, cum Herculis effigie, vel Cybeles. Plinio, libro V. sect. XXII. inter Ciliciæ oppida, *Anchiale.*

ΑΓΧΙΑΛΕΩΝ *Thraciæ.*

ΗΓΕΜ. ΑΠ. ΚΛ. ΜΑΡΤΙΑΛΟΥ. ΑΓΧΙΑΛΕΩΝ. Ἡγεμόνος Ἀππίου Κλαυδίου Μαρτιάλου.)(. ΑΥΤ. ΚΑΙΣ. ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ

ΝΟΣ ΓΕΡΜ. ΣΕΒ. Capite laureato. *Præside* Provinciæ Thraciæ, qua Romanis parebat, *Appio Claudio Martiale.* Nummus *Anchialensium.* Pars nummi posterior triremem exhibet cum remigibus; quoniam eo primum appelleret provinciæ Præses. Vide in eodem tractu, opposito fere litore, nummum inscriptum, ΕΦΕCΙΩΝ Α ΚΑΤΑΠΛΟΥC. *Anchialum* in ora fuit, teste Plinio.

ΑΓΧΙΑΛΕΩΝ. Nummi M. Aurelii, Faustinæ junioris, ac Getæ, cum Dianæ Venatricis effigie, e Cimelio Regio. Plinio, lib. IV. sect. XVIII. *Anchialum.*

ΟΥΛΠΙΑΝΩΝ ΑΓΧΙΑΛΕΩΝ, ab Ulpio nempe Trajano appellatione ea accepta. Severi nummi, Antonini Severi F. Maximini, & Gordiani junioris, in Cimelio Regio. Hoc prænomen ab Ulpio multis in Mœsia Thraciaque oppidis attributum, in Asia nondum occurrit.

ΗΓΕΜ. ΑΠ. ΚΛ. ΜΑΡΤΙΑΛΟΥ. ΑΓΧΙΑΛΕΩΝ. *Præside Appio Claudio Martiale*, nummus *Anchialensium.* Navis cum remigibus. Claudii Imp. nummus. Ἡγεμόνες in Thracia, *Præsides*, passim occurrunt in nummis antiquis.

APAMEA *Bithyniæ.*

CONC. APAM. . . DD. *Concordia Apamena. Decreto Decurionum.* T. CAES. VESPASIANVS AVG. Capite laureato. Est ex ære magno, in Thesauro Regio.

COL. IVL. CONC. APAM. AVG. D. D. *Colonia Julia Concordia Apamena Augusta. Decreto Decurionum.* Antonini Severi F. & Gallieni in Cimelio Regio nummi. Et Antonini quidem in Thesauro quoque Goltzii, pag. 240. Similem alium alibi Juliæ Domnæ vidimus. Plinio, lib. v. sect. XLIII. *Intus in Bithynia, colonia Apamena.* Meminit hujus coloniæ, præter Ulpianum, quem in Notis laudavimus, Strabo, lib. XII. pag. 564. Οἱ δ' Ἀπαμεῖς ἀποικίαν ἐδέξαντο Ῥωμαίων. Cur Apameam a Myrlea diversam faciat Constant. Porphyrog. lib. I. them. IV. pag. 24. haud satis liquet: cum Strabo, loc. cit. pag. 563. hanc ipsam Apameam, quo deducta colonia Romanorum est, Myrleam esse ipsam asseveret.

APAMIA *Cœles Syriæ.*

ΑΠΑΜΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΤΩ ΑΞΙΩ. Sozomenus, libro VII. Hist. Eccl. cap. XV. Σύρων ἢ μάλιστα οἱ τῆ ναῦ Ἀπαμείας τ̃ πρὸς τῷ Ἀξίῳ ποταμῷ &c. *Apud Syros in primis cives urbis Apameæ, quæ ad Axium fluvium sita est &c.* Circa Libanum ab eodem scriptore collocatur. Plinio, lib. v. sect. XIX. *Cœle habet Apamiam, Marsya amne divisam* &c. Quem quidem amnem Macedones, cum rerum ibi potirentur, ut alia oppida fluminaque, Macedonico nomine indigitarunt: Axiumque, quod eo nomine in Macedonia insignis amnis est, appellarunt. Sic Edessam, Berœam, aliasque urbes ab urbibus Macedoniæ nominarunt. Sic rex Syriæ Antiochus Soter Alexandriam Margianæ, Antiochiam appellavit, *ut Syriam restitueret, interfluente Margo*, ut Plinius ait, lib. VI. sect. XVIII. quæ verba a nemine adhuc intellecta planissime eo loco interpretati sumus. Sic Jaxartem amnem Alexandri milites Tanaïn nuncupavere: sic Edessam Principes Antiochiæ nomine signavere in nummis: resque ea innumeris aliis constat exemplis, quæ enumerare studio brevitatis piget.

ΑΠΑΜΕ. ΗΡΑΚΛΕ. De eo nummo dicemus inferius, verbo HERACLEA Cœles Syriæ.

ΑΠΑΜΕΙΑC ΤΗC ΙΕΡΑC ΚΑΙ ΑCΥΛΟΥ, cum elephantis effigie. *Apameæ sacræ & inviolatæ.*

ΑΠΑΜΕΩΝ. ΓΞΡ. Ex notæ Græcorum, sive Seleucidarum imperii annum CLXIII. indicant: quamvis Chronicon, quod Alexandrinum vocant, æram Apamensium biennio post æram Seleucidarum collocat. Nummus est Alexandri Syriæ Regis, e Museo nostro.

APAMIA *Phrygiæ, quæ & ad Mæandrum dicta.*

P. LENTVLVS IMPERATOR. In nummi area serpentes duo, mutuis implexi spiris, Æsculapii symbolum, cum voce diminuta, ΑΠΑ. hoc est, Ἀπαμέων. In infima parte, ΜΥΙΣΚΟΥ, quod Prætoris nomen, vel Præfecti Urbi. Fuit autem Lentulus, biennio antequam M. Tullius Cicero, in Cilicia Proconsul. Exstat ad hunc ejusdem Tullii epistolarum liber, quibus vel Proconsul Lentulus, vel Imperator inscribitur. Ciliciæ vero Proconsuli, Apamenus etiam conventus parebat, & Cibyraticus, sub quo Laodicea fuit, & Synnadensis. Testis ipse Tullius, lib. v. ad Attic. Epist. XXI. *Forum institueram agere Laodiceæ Cibyraticum, & Apameense ex Idibus Martiis: ibidem Synnadense.* De his Phrygiæ conventibus Plinius lib. v. sect. XXIX. *Sed prius terga & mediterraneas jurisdictiones indicasse conveniat. Una appellatur Cibyratica. Ipsum oppidum Phrygiæ est. Conveniunt eo* XXV. *civitates, celeberrima urbe Laodicea. . . . Alter conventus a Synnada accipit nomen. . . Tertius Apamiam vadit, &c.*

. . . . . ΑΜΕ . . . . ΑΠΕΛΛΑΣ ΦΑΝΙΟΥ. Ex parte altera: ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ Δ. ΕΞΟΥΣΙΑΣ. ΥΠΑΤ. Καῖσαρ Σεβαστὸς, Δημαρχικῆς Ἐξουσίας Ὕπατος. *Cæsar Augustus, Tribunicia Potestate, Consul.* Augusti nummus, e Cimelio Regio, & apud Patinum, pag. 45. quem ille nummum sic legit: ΑΠΟΛΛΑΣ ΦΑΝΙΟΥ. ΚΑΙΣΑΡ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ. ΠΛΟΥΣΙΑC. ΥΠΑΤ. atque ad oppidum Siciliæ Plutiam refert: cujus Tullius meminit: simul Augusti comitatem commendat, qui Consulatum ejus oppiduli deferri sibi æquo animo tulerit. Nos illud . . . ΑΜΕ. . . . nemini dubium fore putamus, qui nummum inspexerit, quin mutilum utraque sui parte vocabulum videatur, pro ΑΠΑΜΕΩΝ. Ἀπελλᾶς autem Græca vox est, quam apud Gruterum quoque reperias, pag. 1130. 8. & in nummis Trallianorum. Et nunc is *Phaniæ F.* appellatur, Apamensium Prætor.

ΑΠΑΜΕΙΑΣ ΠΡΟC ΜΑΙΑΝΔΡΟΝ. Tiberii nummus, e Cimelio Regio. Apud Eusebium, lib. v. Hist. Eccles. cap. XVI. Ἐν Ἀπαμείᾳ τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ. Plinius, tum loc. cit. tum sect. XXXI. *Amnis Mæander . . . . . Apamenam prius pervagatur regionem*, &c.

ΑΠΑΜΕΙΑΣ ΜΑΙΑΝΔ. Ἀπαμείας Μαιάνδρου, cum Dianæ Ephesiæ icone. Est Claudii Imp.

ΑΠΑΜΕΙΣ. ΕΠΙ ΜΑΡΙΟΥ ΚΟΡΔΟΥ. ΚΟΙΝΟΝ ΦΡΥΓΙΑΣ. *Apamenses. Sub Mario Cordo. Commune Phrygiæ.* Nummus est Neronis, cum matre Agrippina.

ΑΠΑΜΕΙΣ. ΕΠΙ ΠΛΑΓΚΙΟΥ ΟΥΑΡΟΥ. ΚΟΙΝΟΝ ΦΡΥΓΙΑΣ. *Sub Plancio Varo.* Nummus Vespasiani.

ΑΠΑΜΕΩΝ. Antonini Pii.

ΑΠΑΜΕΩΝ. ΕΠΙ ΑΥΡ. CΤΡΑΤΟΝΙΚΙΑΝΟΥ. *Sub Aurelio Stratoniciano.* Commodi.

ΑΠΑΜΕΩΝ. ΚΙΒΩΤΟC. ΜΑΡCΥΑC. Nummus Hadriani e Gaza Regia, in quo Marsyas amnis, viri effigie, qua pingi fluvius solet, inter saxa. Κιβωτὸς Ἀπαμέων sic dictum intellige, uti nos Lutetiam Parisiorum, aliaque simili forma dicimus. Plinius, lib. v. sect. XXV. *Tertius conventus Apamiam vadit, ante appellatam Celænas, dein Ciboton. Sita est in radice montis Signiæ, circumfusa Marsya, Obrima, Orga, fluminibus in Maan-*

Mæandrum cadentibus. Dio Prusæus, orat. 35. ad Apamenses, pag. 433. Τῶν τε ποταμῶν οἱ μέγιστοι καὶ πολυωφελέστατοι τὴν ἀρχὴν ἐνθένδε ἔχουσιν· ὅ, τε Μαρσύας οὗτος, διὰ μέσης τῆς πόλεως ὑμῶν ῥέων, ὅ, τε Ὀργας, ὅ, τε Μαίανδρος . . . τῆς τε Φρυγίας προκάθηνται, καὶ Λυδίας, ἔτι δὲ Καρίας. Ἀλλά τε ἔθνη πλεῖστα τὰ πολυανδρότατα, Καππάδοκές τε καὶ Πάμφυλοι, καὶ Πισίδαι. καὶ τούτοις ἅπασιν ἀγορὰν ὑμᾶς καὶ ξύνοδον παρέχειν τὴν αὐτῶν πόλιν. Sic quam late pateret Apamensium jurisdictio, indicat. In Notitia Eccles. pag. 19. inter Episcopos Provinciæ Pisidiæ, censetur ὁ Ἀπαμείας τῆς Κιβωτοῦ. Apud Leunclavium, pag. 96. ὁ Ἀπαμείας. Ex hac Κιβωτοῦ appellatione cepit occasionem artifex Sibyllinorum oraculorum, fingendi κιβωτὸν arcam Noë super Phrygiæ monte Ararat, prope Marsyam amnem, libro I. pag. 180. quibus scribi nihil nugacius potuit.

ΕΠΙ ΑΡΤΕΜΑ Γ. ΑΠΑΜΕΙC. ΚΟΙΝΟΝ ΦΡΥΓΙΑC. *Sub Artema tertium. Apamenses. Commune Phrygiæ.* Antonini Severi F. simul cum Plautilla conjuge nummus e Cimelio Regio, cum aquilæ effigie. Conventum hic habitum ad ludos & sacra Phrygiæ communia facienda, voces postremæ indicant. Vide ΒΙΘΥΝΙΑC ΚΟΙΝΟΝ, ΚΡΗΤΩΝ ΚΟΙΝΟΝ, &c. Similis huic Severi nummus, in Thesauro Regio: ΕΠΙ ΑΓΩΝΟΘΕΤΟΥ ΑΡΤΕΜΑ Γ. ΑΠΑΜΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Ἐπὶ ἀγωνοθέτου Ἀρτέμα γʹ. Ἀπαμέων Νεωκόρων. *Sub Agonotheta Artema tertium, Apamensibus Neocoris.* Ἀγωνοθέτης præses est ludorum atque certaminum. In hoc nummo Deucalionem cum Pyrrha esse insculptum, Antiquarii alias eruditi existimant: falso. Tantum nummus exhibet Arcam, in qua vir & femina est: aquis Arca innatat. Arcæ corvus insidet, cui e regione columba advolans affert ramum oleæ. Dextrorsum ante Arcam incedunt Augustus & Augusta, ille paludatus, hæc stolata. Præit Augusta; quoniam Augusta esse non intelligeretur, sed forte captiva Princeps femina, nisi præiret. Defertur enim a viris hic honor principibus feminis æqualibus, ut præeant. Ambo dextram attollunt, pacis argumento. Hæc omnia aliud nihil significant, nisi beneficio Principum pace frui Apamenses Phrygiæ. Quæ urbs ut designaretur, Arca cives, marem & feminam, complexa describitur. Fuit enim, ut diximus, vetus nomen Apameæ Κιβωτὸς, quod Arcam Græce sonat. Alterum nomen Κελαιναὶ nigredinem denotat; cui designandæ appositus est ingeniose corvus, qui Κιβωτῷ sive Arcæ insideret. Arca denique aquis innatat; quoniam *circumfunditur ea civitas Marsya, Obrima, Orga, fluminibus in Mæandrum cadentibus*, ut ex Plinio proxime dictum est. Columba cum oleæ ramo pacem designat, qua donati sunt Asiani, & Apamenses inprimis, Parthis devictis a Severo; & in nummo simili Philippi Imp. *pace fundata cum Persis.* Ubi Virgilius de Deucalione agit, libro I. Georg. versu 62. nulla diluvii mentio est: & fictum illud Deucalioneum esse diluvium, perinde ac tertium, quod Ogygium dixere, novimus. Ut sacræ litteræ, sic ipse etiam Plinius unicam terrarum inundationem agnoscit, libro v. sect. xiv. pag. 566. Sunt etiam Getæ, sunt & Severi Alexandri nummi, ΑΠΑΜΕΩΝ inscripti.

ΕΠ. ΑΥ. ΒΑΚΧΙΟΥ. ΠΑΝΗ. ΑΠΑΜΕΩΝ. Ἐπὶ Αὐρηλίου Βακχίου Πανήγυρις Ἀπαμέων. Nummus Gordiani junioris in Cimelio Regio, cui adjectæ præterea syllabæ, quas ipsi vidimus, ΜΑΙ. & ΜΑΡ. quibus Mæander, Marsyasque, signantur: quorum icones in ipso nummo, qua pingi fluvii forma solent, exstant & apparent, Marsyasque præterea cum fistula. Vox ea πανήγυρις conventum etiam ipsum indicat, ut in nostris monuimus ad Themistium notis, Orat. xxiii. pag. 517. quod petere jura Apamea finitimæ civitates solerent, ut Plinius loco cit. monet.

ΕΠ. ΑΥ. ΣΤΡΑΤΟΝΙΚΙΑΝΟΥ. ΠΑΝΗΓ. ΑΠΑΜΕΩΝ, qui Decii est, in Cimelio Regio, quem Tristanus, pag. 591. & Patinus pag. 392. affert, legit uterque perperam, ΠΑΥ. cum sit legendum ΕΠ. ΑΥ. Ἐπὶ Αὐρηλίου, ut in simili altero Gordiani apud Tristanum, pag. 522. ΕΠ. CΤ. ΑΥ. CΤΡΑΤΟΝΙΚΙΑΝΟΥ. Ἐπὶ Στρατηγοῦ Αὐρηλίου Στρατονικιανοῦ. *Sub Prætore Aurelio Stratoniciano.* Apud Occonem, pag. 451. mutilus hic nummus affertur, & vitiatus: ΠΑ . . . . ΤΡΑΤΟΝΙΚΙΑΝΟΥΠΑΜΗΓΗΡ ΑΠΑΜΕΩΝ. De utroque vero amne, Mæandro & Marsya, Claudianus lib. II. in Eutrop.

Icarium pelagus, Mycaleaque litora juncti
Marsya, Mæanderque petunt: sed Marsya velox,
Dum suus est, flexuque carens: jam flumine mixtus
Mollitur, Mæandre, tuo: contraria passus,
Quam Rhodano stimulatus Arar.

Sunt in eo nummo Æsculapius, Hygia, Telesphorus, de quibus dicemus in nummis ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ.

ΕΠ. Μ. ΑΥΡ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. ΒΕΛ. ΑΡΧΙ. ΑΠΑΜΕΩΝ. Ἐπὶ Μάρκου Αὐρηλίου Ἀλεξάνδρου Βελλίου (aut forte Βελτίστου) Ἀρχιερέως Ἀπαμέων. Apud Spanhemium, lib. de usu numism. pag. 693. ex Gaza Medicea. Philippi utriusque Imp. & Otaciliæ nummi sic habent.

ΑΠΑΜΕΩΝ. Urbis Senatum nummus exhibet, quem vidimus, cum velati capitis icone: ex parte altera, ΒΟΥΛΗ. Sic ΒΟΥΛΗ ΠΕCCΙΝΟΥΝΤΙΩΝ, ΓΕΡΟΥCΙΑ ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ, &c.

ΑΠΑΜΕΩΝ ΚΩΚΟΥ. E Museo nostro. Vox posterior antiquariis adhuc incomperta: dicemus de ea opportunius in nummis ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ Epiri. In nummo eo Aquila insidet operi in Mæandri speciem sinuato: qua icone situs urbis ad eum amnem significatur.

ΑΠΑΜΕΙΑ. Caput turritum. Ex parte aversa, tres puellæ cum facibus. Mox ΣΩΤΕΙΡΑ, *Servatrix:* quam vocem de Cerere hoc loco accipiendam putamus.

ΑΠΑΜΕΩΝ. ΦΙΛΟΚΡΑΤΩΡ. Aquila Mæandro supervolat, inter Castorum pileos. Ex parte aversa, Palladis caput galeatum. E Cimelio Regio.

ΑΠΑΜΕΩΝ. ΑΤΤΑΛΟΥ. ΒΙΑΝΟΡΟΣ. Aquila Mæandro supervolat, inter Castorum pileos. Ex parte aversa, Palladis caput. E Museo nostro. *Apamensium, Attalo Bianore* Prætore.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΩΝ *Cariæ.*

ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ. ΠΕΡΓΑΙΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ. *Apolloniatarum, Pergæensiumque concordia.* Nummus est perelegans majoris formæ, quem vidimus. In parte aversa, caput Alexandri Macedonis, cum epigraphe: ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ. ΚΤΙΣΤ. ΑΠΟΛΛΩΝΙΑ, Ἀλέξανδρος κτίστης. Ἀπολλωνία. *Alexander* urbis *conditor.* Plinio, lib. v. sect. xxix. *Apolloniatæ.* A Ptolemæo quoque, lib. v. cap. II. inter mediterranea Cariæ oppida, Ἀπολλωνία πρὸς Λαμβάνῳ. In Notitia Episc. Hieroclis, pag. 17. inter Antistites Cariæ, ὁ Ἀπολλωνιάδος.

ΕΠΙ ΣΤΡΑΒ. ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ. *Sub Strabone.* Caji Cæsaris Germanici nummus.

ΕΠΙ ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΡΟΥΦΟΥ. ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ. *Sub Claudio Rufo.* Nummus M. Aurelii.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ *in Epiro.*

ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ. Augusti, Tiberii, Hadriani, Commodi, Severi, Juliæ Domnæ, Antonini Severi F. Getæ, Diadumeniani, Antonini Elagabali, & Juliæ Mæsæ nummi: in quibus stat Juppiter, Mercurius, Mars, Neptunusve, Hercules, aut Dearum aliqua. Getæ quoque, in quo nummo fluvii jacentis effigies, navisque quæ velis fertur, e Cimelio Regio: Symbolum felicitatis apud Poëtas. Horatius:

Sapienter idem
Contrahes vento nimium secundo
Turgida vela.

Seneca in Agamemnone:

Vela secundis inflata Notis.

Est ille nummus & apud Patinum, pag. 319. Fluvius hic Aous est, de quo Plinius, lib. III. sect. XXVI. *Flumen Aous, a quibusdam Æas appellatum: Apollonia, quondam Corinthiorum colonia &c.* Scylaci: Αἴας ποταμὸς ἀπὸ τοῦ Πίνδυ ὄρυς παρὰ τὴν Ἀπολλωνίαν παραῤῥεῖ. Lycophron, vers. 1015. & 1019. Αἴας, Αἴαντος inflexit, qua forma Græci ipsius Ajacis, ducis inter Græcos notissimi, nomen inflectunt. Unde Valerii Maximi locus illustratur, ita scribentis libro primo, cap. V. *Atque illi flumen vicinum mœnibus nomine Æantem in adjutorium sese mittere dixissent.* Apolloniatæ videlicet ab Epidamniis suppetias postulabant. Respondêre illi: Habetis Αἴαντα, ab eo subsidium petite. Ludebant homines Græculi in fluminis & Ajacis simili ac plane pari appellatione.

ΑΠΟΛ. apud Goltzium, adjecto fere Magistratus nomine, ΘΕΟΦΙΛΟΥ, aliove simili. In his fere bos, cum lactente vitulo, agri pascuis opimi index.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ. Ex parte aversa, ΙΕΡΑ. ΣΥΝΚΛΗΤΟΣ. *Sacer Senatus.* Sed est nummus hic Cariæ verius adscribendus.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ, cum metæ effigie, in corona laurea: qua ludi ac certamina signantur, in honorem Apollinis edita. Apud Goltzium, tab. II.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ. ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ. ΚΩΚ. *Apolloniatarum. Apollinis Cocæ.* Nummus Augusti e Cimelio Regio: in quo Apollinis stantis effigies. Ignotum vero id Apollinis cognomen est, nec nobis solum, sed & vetustis scriptoribus, perinde atque illud alterum Dianæ, quæ soror Apollinis, simile nomen, de quo Pausanias in Eliac. prior. pag. 163. Ὁ δὲ (βωμὸς) μετ' αὐτὸν, Ἀπόλλωνος. τέταρτος δὲ Ἀρτέμιδος ἐπίκλησιν Κοκκώκας .... Ἀνθ' ὅτι δὲ Ἄρτεμιν ἐπονομάζουσι Κοκκώκαν, οὐ χρεία τὸ ἐμὲ μοι διδαχθῆναι. *Tum Apollinis ara post eas: quarta, Dianæ Coccocæ cognominatæ .... Quamobrem vero Coccocam Dianam appellent, non opus fuit mihi edoceri.*

ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ. ΠΡΟΣ ΡΥΝΔΑΚΩ. M. Aurelii, & L. Veri, Severi, Antonini Severi F. & Gordiani Pii nummi. Plinio, lib. V. sect. XXXII. *Apolloniatæ a Rhyndaco amne.* Ἀπολλωνία πρὸς Ῥυνδάκῳ ποταμῷ, in mediterraneis Phrygiæ majoris oppidis, apud Ptolemæum, lib. V. cap. II.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ. ΡΥΝΔΑΚΟC. M. Aurelii nummus, quem vidimus. Laudat utrumque, & visum a se testatur Sirmondus noster in Antitristano, p. 34.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ. CΤΡ. ΑΓΑΘΕΙΝΟΥ. *Prætore Agathino.* Juliæ Mamææ nummus.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΕΡΕΙΤΩΝ. Nummus Neronis e Gaza Regia. Quo spectaret hic nummus, Patinum fugit, pag. 118. Et in Indice, pag. 7. sic infeliciter legit, ΕΡΕΙΤΩΝ. ΑΠΟΛΛΩΝΙ. posteriore voce ipsum signari Appollinem ratus, cujus in nummo impressa effigies: priore, oppidi hactenus incomperti nomen. At Plinio, lib. V. sect. XXX. *Apollonoshieritæ.* In Notitia Eccles. Hieroclis, pag. 13. inter Antistites Lydiæ, ὁ Ἀπολλωνιερού. Et pag. 29. Ἀπόλλωνος ἱερόν. Hæc vox *Apollinis fanum* sonat: quam vocem in Tullio contra Verrem, ubi *ædes Minervæ posita* dicitur *in fano Apollinis*, non pro oppidi nomine, uti oportuit, sed pro templo Apollinis, seu delubro, Eminentiss. Annalium scriptor accepit, ad annum Christi LVII. num. CLXXVII. Et in Aristide, tom. I. sacr. serm. Latinus interpres, pag. 620. Atqui nos Audomari fanum usitato more, & S. Quintini, & alia ejuscemodi dicimus: cum oppida Divorum cuipiam peculiari mancipata cultu, nomen ab iis sortiuntur.

ΑΠΟΛ. & ΑΠΟΛΛΩΝΙΕΩΝ. Nummi Græciæ veteris apud Goltzium, tab. XXVII. in quibus trium Charitum effigies, fere ut in Tarsensium nummo vidimus, sub Maximino: ad Apolloniadem Asiæ minoris oppidum spectant, frustra in Europam transferente Goltzio. Plinio, lib. V. sect. XXXIII. *Thyatireni . . . Hermocapelitæ, Attalenses, ... Apollonidienses.* Est hæc Apollonia a Stephano appellata decimo loco, inter ceteras ejus nominis civitates, μεταξὺ Θυατείρων καὶ Ἐφέσου. Certe disceptant eodem foro Thyatireni, qui Ioniæ pariter adscribuntur, & Apollonidienses. In Notitia antiqua Eccles. inter Episcopos ejusdem Provinciæ Lydiæ, cujus Metropolis Sardis est, pag. 13. & 45. ὁ Ἀπολλωνιάδος, ὁ Ἀτταλίας, ὁ Ἑρμοκαπηλείας. Pag. 29. Ἀτταλία, Ἑρμοκαπηλία, Ἀπολλωνιάς. Apud Leunclavium, pag. 90. ὁ Ἀπολλωνιάδος, ὁ Ταλίας, (lege, ὁ Ἀτταλίας) ὁ Ἑρμοκαπηλείας.

ΕΠΙ ΑΡΧ. ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΕΩΝ. Alter: ΕΠΙ Τ. ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΑΡΧ. Α. ΤΟ Β. ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΕΩΝ. Uterque M. Aurelii nummus: *Sub Tito Demetrio Archonte primo iterum.* Nummus *Apollonidensium.*

ΕΠΙ CΤΡ. ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΑΠΕΛΛΑ Β. ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΕΩΝ. *Sub Prætore Demetrio Apella iterum.* Nummus Antonini Severi F.

ΕΠΙ. CΤΡ. ΑΥΡ. ΤΕΡΤΥΛΛΟΥ. ΑΠΟΛΛΩΝΙΕΩΝ ΕΝ ΙΩΝΙΑ. Ἐπὶ Στρατηγοῦ Αὐρηλίυ Τερτύλλυ &c. *Sub Prætore Aurelio Tertullo, Apollonidiensium in Ionia*, in qua & Ephesus fuit, & Thyatira: quas inter hæc Apollonia a Stephano collocatur. Apollonienses Tacitus vocat, lib. II. Annal. pag. 55. loco a nobis allato, lib. II. sect. LXXXVI. Est altera quidem Ἀπολλωνία τῶν Ἰώνων in Thracia, eodem auctore Stephano: Ioniam tamen dictam esse aliquam Thraciæ regionem, fidenter negamus. Est hic porro Severi Alexandri nummus, e Cimelio Regio: cum Æsculapii Hygiæque icone.

APOLLOPOLIS *in Ægypto.*

ΑΠΟΛ. L. ΙΑ. *Apollopolitarum. Anno* XI. Hadriani Imp. cujus hic nummus est. Plinius, libro V. sect. IX. *Apollopoliten* nomon habet.

ΑΠΤΑΡΑΙΩΝ. Pro Ἀπτεραίων, more Dorico. Sic Cretes & τᾶος dixere, pro τέως, *interim.* Stephano: Ἄπτερα, πόλις Κρήτης . . . ὁ πολίτης, Ἀπτεραῖος. Plinio, lib. IV. sect. XX. *Apteron.*

ΑΠΤΑ. In nummo quem vidimus, cum apis effigie, quod mellis Cretici symbolum, de quo dicemus alias.

AQVÆ SEXTIÆ.

COL. AQVAE. SEXTIAE. LEG. XXV. Vespasiani nummus e Thesauro Goltzii, pag.

pag. 237. Plinio, lib. III. sect. v. *Aquæ Sextiæ Salluviorum*, in Provincia Narbonensi. Hodie *Aix*. Coloniam pariter Ptolemæus appellat, & vetus inscriptio apud Gruterum, pag. CCCCXIII.

AQVILEIA.

COL. AQVILEIA. Vespasiani, e Thesauro Goltzii, pag. 237. Plinio, lib. III. sect. XXII. *Aquileia colonia*, in decima Italiæ regione, Adriatico mari apposita.

ARABIA.

ARAB. ADQVIS. *Arabia adquisita*. Trajani nummus, apud Patinum, pag. 175. & in Cimelio Regio, Museoque nostro.

ARABIA AVGVSTI. PROV. Ejusdem Trajani, laudatus a Scaligero, in Animadv. Euseb. pag. 189. ut & alter, ARABIA CAPTA. Sed uterque recens & fictus: tametsi Eutropius de Trajano: *Arabiam postea in Provinciæ formam redegit*. Vide Sextum Rufum, & alios. Camelus in hisce nummis cum Arabia plerumque signatur. Plinius lib. VIII. sect. XXVI. *Camelos inter armenta pascit oriens: quarum duo genera, Bactriæ & Arabiæ. Differunt, quod illæ bina habent tubera in dorso, hæ singula.*

ADVENTVI AVG. ARABIAE. & RESTITVTORI ARABIAE. Hadriani, in eodem Cimelio.

ΑΡΑΒΙΑ. Græcus Hadriani nummus, in quo turrita mulier geminos lactat infantes, e Cimelio Regio. L. IA. Annus XI. Hadriani. In simili altero Trajani, L. IΓ. *Anno* XIII.

ARABRIGA. MVN. *Municipium Arabriga*. Caji Cæsaris nummus e Thesauro Goltzii, pag. 242. Plinio, lib. IV. sect. XXXV. *Arabricenses*, in Lusitania. Ptolemæo, lib. II. cap. V. Ἀράβριγα. Apud Gruterum pag. 162. vetus inscriptio, ARABRIGENSES.

ΑΡΑΔΙΩΝ. Passim occurrit in nummis. Plinio, lib. V. sect. XVII. *Arados* &c. In Notitia Hieroclis, pag. 61. Aradus & Antaradus, ceu duo diversa oppida Episcopali decore insignia appellantur, in Provincia Phœniciæ Paraliæ, sive maritimæ: credo, mendose: cum utriusque oppidi unum fuisse Antistitem merito suspicemur, ex epistola Orientalium decima tertia, in auctario Theodoreti, pag. 564. cui subscribit *Musæus Episcopus Aradiæ Tentaridi*, corrupte, ut apparet, pro *Aradi & Antaradi*. Sed ut ut est, posteriore nomine Antaradi, in illa ipsa Notitia Marathon intelligi haud obscurum est, cum Marathi alioqui nulla ibidem mentio alia habeatur. Vide quæ diximus in Notis & Emend. ad lib. V. num. XLVIII. quibus hæc adjicere corollarii vice operæ pretium visum est, alieno potius loco, quam nullo. De Aradiorum nummis & æra, vide Chronologiam Veteris Testamenti.

ARAVSIO.

COL. ARAVSIO. SECVNDANOR. COH. XXXIII. VOLVNT. Nummus Neronis, in Thesauro Goltzii, pag. 327. *Colonia Arausio Secundanorum Cohortis* XXXIII. *Voluntariorum*. Plinius, lib. III. sect. V. *Colonia Arausio Secundanorum*. Deducti nempe eo milites ex cohorte XXXIII. secundæ legionis. Hodie *Orange*, in Delphinatu Provincia Galliæ.

ΑΡΕΘΟΥΣΙΩΝ. Neronis nummus, e Thesauro Goltzii. Plinio, lib. IV. sect. XVII. *Arethusii*, & *Arethusa*, in Macedonia. Stephano: Ἀρέθουσα, πόλις Συρίας, καὶ Θρᾴκης, καὶ Εὐβοίας ... τὸ ἐθνικὸν, Ἀρεθούσιος.

ARELATE.

COL. ARELAT. SEXTAN. Caji Cæsaris nummus in Thesauro Goltzii. Plinio, lib. III. sect. V. *Colonia Arelate Sextanorum*. Quod erat colonia nempe militum sextæ legionis. Sic Primanos primæ, Una & vicesimanos vicesimæ primæ, Tacitus vocat, lib. II. hist. pag. 44. Tertianos tertiæ, lib. III. hist. pag. 68. Quintanos, lib. IV. hist. pag. 96. &c. Legionem Primanorum & Quartanorum, Capitolinus in Clodio Albino, pag. 81. Apud Gruterum, pag. 257. SEXTANI. ARELATENSES.

SARL. In nummis Constantini, & aliis: hoc est, *Signata* Moneta *Arelate*. Vide SISCIA.

ΑΡΓΕΙΩΝ. Apud Goltzium, in Græcia, tab. XII. Sedet in eo nummo Juppiter Μειλίχιος, hoc est, Placabilis, sive Mansuetus, cujus simulacrum e candido marmore, Polycleti opus, Argis fuit, teste Pausania in Corinth. pag. 62. Ἄγαλμά ἐστι καθήμενον Διὸς Μειλιχίου, λίθου λευκοῦ, Πολυκλείτου δὲ ἔργον. Ex parte altera Apollinis Lycæi caput: de quo mox iterum. Fuit oppidum Peloponnesi Argos, ex quo gentile nomen Ἀργεῖος, ut Stephanus, aliique admonent. Plinio, lib. IV. sect. IX. *Argos Inachium* &c.

ΑΡΓ. Dimidiati lupi effigies: in superficie nummi altera idem Apollo Lycæus, cum Prætoris nomine, ΞΕΝΟΦΙΛΟΥ. De Lycæi appellatione, cur Apollini sit attributa, Pausanias hæc habet, in Corinth. pag. 53. Πλησίον δὲ Ἀπόλλωνός ἐστιν ἱερὸν Λυκαίου .... Φοιτώντων γὰρ λύκων σφίσιν ἐπὶ τὰς ποίμνας, ὡς μηδένα εἶναι καρπὸν ἔτι ἀπ' αὐτῶν, ὁ Θεὸς (τρόπον ἔνθινα εἰπὼν) ἔνθα ἔκειτο αὖον ξύλον, τούτου φλοιὸν ἔχρησε τοῦ ξύλου, καὶ κρέας ὁμοῦ προθεῖναι τοῖς θηρίοις· καὶ τοῦ μὲν αὐτίκα ὡς ἐγεύσαντο, διέφθειρεν ὁ φλοιός· τὸ ξύλον δὲ ἐκεῖνο μὲν ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Λυκαίου, &c. *Nec longe abest Apollinis sacellum Lycæi cognomento. Cum enim lupi ovilia tantopere vastarent, nullus ut jam ex illis capi fructus posset, indicavit Apollo quo loco aridum quoddam lignum jaceret: cujus corticem carnibus permixtum cum ex eodem oraculo lupis apposuissent, illi, simul atque gustaverunt, interempti sunt. Lignum quidem ipsum in æde Lycæi Apollinis positum est*, &c.

ΑΡΓΟΣ. Lupi iterum dimidiati effigies. In superficie altera, Α, prima scilicet Argivorum nominis littera: mox delphinus, Neptuni symbolum: & bipalium, ut videtur, agriculturæ. Ut Argivorum regionem inundasse olim Neptunus dicatur, ex repulsæ indignatione, refert Pausanias, in Corinth. pag. 64. Porro murem etiam Argivorum monetæ insculptum fuisse, docet Julius Pollux, lib. IX. cap. VI.

ΑΡΓΕΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Laudatus a Scaligero nummus, in animadv. Euseb. pag. 113. in quo cave credas gentilitium nomen esse Ἀργείου, pro Argivo: est enim patronymicum, ac proprium viri, Argei videlicet Macedonum dynastæ, qui Tulli Hostilii Romanorum regis ætate vixit.

ΗΡΑ ΑΡΓΕΙΑ. *Iuno Argiva*. Neronis nummus, apud Occonem, p. 8. & in Cimelio Regio, Museoque nostro, in quo mulier velato capite, hoc est, ipsa Juno Argiva. Ea enim Argis nata ferebatur: atque eo loci Ἡραῖα, seu Junonis sacra fiebant, & hecatombe. Homero, Ἥρη Ἀργείη. In altero Hadriani, ΑΡΓΕΙΩΝ ΗΡΑ, cum pavone, qui est Junoni sacer ales. Vetus inscriptio apud Gruterum, pag. XXIV. IVNONI. ARGEIAE. Apud Pausaniam in Lacon. pag. 95. Ἥρας Ἀργείας ναός.

ΑΡΓΕΙΩΝ. Antonini Pii, e Cimelio Regio. Isis stans cum sistro. Fuit Isis scilicet Inachi regis Argivorum filia: & eadem Juno existimata. Est & in eadem Gaza Juliæ Domnæ nummus, in quo Juppiter stat. Sunt eodem ΑΡΓΕΙΩΝ nomine inscripti nummi L. Veri, Severi, Getæ, & Antonini Elagabali.

ΑΡΓΙΛΟC. Stephano urbs Thraciæ est ad Strymonem fluvium. Ἄργιλος, πόλις Θρᾴκης.... πρὸς τῷ Στρυμόνι ποταμῷ..... οἱ πολῖται, Ἀργίλιοι. Est hic

hic Antonini Pii nummus, in Collectaneis Pyrrhi Ligorii.

ARETHVSA *in Syria.*

ΑΡΕΘΟΥϹΑΤΩΝ. ΕΤ. ΓΞϹ. *Arethusios* in Syria Plinius commemorat, libro v. sect. XIX. Arethusa altera a Josepho commemorata, libro XIV. Antiq. cap. VIII. & libro I. de bello Jud. cap. v. nemini alteri scriptori suboluit. Annus hic CCLXIII. ducto æræ initio ab autumno anni V. C. DCLXXXVI. incidit in tertium Severi annum, quo principe cusus hic nummus est: V. C. DCCCCXLVIII. Christi CXCV. post Septembrem.

ΑΡΕΘΟΥϹΑΤΩΝ. ΕΤΟ. ΕΠϹ. *Anno* CCLXXXV. Nummus Diadumeniani, cusus anno Vrbis conditæ DCCCCLXX. Christi CCXVII. post Septembrem. Est ex ære mediocri, in Thesauro Regio.

ARIASSVS *in Pamphylia.*

ΑΡΙΑϹϹΕΩΝ. Getæ nummus, in quo Mercurii effigies est. In Notitia Ecclesiastica est inter Pamphyliæ oppida, Ἀρίασσος.

ΑΡΙΜΕΙΝΕΩΝ. E Magna Græcia Goltzii, tab. XXXIV. in qua & alter ΑΡΙΜ. cum fistulis, quas invenisse Pan creditur, Plinio teste lib. VII. sect. LVII. Eidem, lib. III. sect. XX. in octava Italiæ regione, *Ariminum colonia*, &c. Hodieque *Rimini.*

ΑΡΙϹΒΕΩΝ. Trajani nummus, ab Arisbe Troadis oppido, apud Plinium, lib. v. sect. XXXIII. non ab altero cognomine in insula Lesbo, quod, ut idem auctor affirmat, sect. XXXIX. *terrarum* jam olim fuit *motu subversum.* Hujus quæ in Lesbo erat, gentile nomen ex Stephano Ἀρισβαῖος fuit: alterius quæ in Troade, non satis liquido prodit: at idem ex nummo liquet. In eo nummo Hercules leonem suffocat.

ΑΡΚΑΔΙΩΝ ΔΗΜΟΣ. Apud Goltzium, in vetere Græcia, tab. XI. De Arcadia, mediterranea Peloponnesi parte, Plinius lib. IV. sect. X. Stephanus: Ἀρκὰς, Ἀρκάδος, ἀφ' οὗ Ἀρκάδιος. In eo nummo Mercurius cum petaso pictus, & aliis, quæ sunt ejus Dei insignia: quem Arcadem fuisse ferunt, unde & *Deus Arcas* est a Poëtis, & *Cyllenius*, a Cyllene Arcadiæ monte scilicet, cognominatus.

ΑΡΚΑΔΙΩΝ ΔΗΜΟΣ, cum Jovis Lycæi effigie, cui a Lycæo Arcadiæ monte nomen. Strabo, lib. VIII. pag. 388. Τὸ τοῦ Λυκαίου Διὸς ἱερὸν κατὰ τὸ Λύκαιον ὄρος. *Lycæi Iovis fanum ad montem Lycæum.*

ΤΟΙϹ ΑΡΚΑϹΙ. *Arcadibus.* Veturii nummus, quem Antinoum esse falso quidam putant. ΒΕΤΟΥΡΙΟϹ.

ΑΡΚΑΙΩΝ. Tiberii nummus in collectaneis Ligorii, attestante Spanhemio, ad Juliani Cæsares, pag. 372. Plinio, lib. v. sect. XVI. *Arca.* Stephano: Ἄρκη, πόλις Φοινίκης, ἡ νῦν Ἄρκαι..... τὸ ἐθνικὸν, Ἀρκαῖος. Stephani interpres Arcam cum Ace, hoc est, Ptolemaïde, incaute miscet.

ΑΡΜΑΤΕΩΝ.

ΑΡ. & ΑΡΜ. in nummis Græciæ veteris apud Goltzium, tab. XVII. Ἅρμα vicum agri Tanagrici notat, cui nomen ab Amphiarai curru, ἀπὸ τοῦ Ἀμφιαράου ἅρματος. Stephano: Ἅρμα, πόλις Βοιωτίας...... τὸ ἐθνικὸν, Ἁρματεύς. In his fere nummis Pallas insculpta, cum Pegaso.

ARMENIA.

M. ANT. ΑΡΜΕΝΙΑΝ ΚΑΤΑΔΟΥΛΩΣ. Μάρκος Ἀντώνιος Ἀρμενίαν καταδουλώσας. *Marcus Antonius qui Armeniam subegit.* Nummus est argenteus semuncialis, apud Abrah. Gorlæum; a nemine adhuc, quod quidem sciam, intellecta vi vocis καταδουλῶσ. Est etiam in Gaza Medicea. Caput M. Antonii exhibet: in parte aversa caput Cleopatræ, cum epigraphe, ΚΛΕΟΠΑΤΡΑ ΒΑϹΙΛΙϹϹΑ. Pro Ægypto, unde ejecta a Triumviris fuerat, imposita Armeniæ regina Cleopatra est. Apud Gorlæum scribitur, ΚΛΕΟΠΑΤΡΑ ΑΙΓΥΠ. ΒΑϹΙΛΙϹϹΑ. Sed in nummo Mediceo vox ΑΙΓΥΠ. non apparet.

ARMENIA CAPTA. Nummus Augusti, cum arcu & pharetra, bellicæ virtutis insignibus, apud Occonem, pag. 54. Horatius, I. Epist. 12.

Claudi virtute Neronis
Armenius cecidit, jus imperiumque Phraates
Cæsaris accepit genibus minor.

ΑΡΜΕΝΙΑϹ. Victoria cum corona. Ex parte altera, NERO CAESAR AVGVSTVS. Cujus victoriam Armeniacam hic nummus declarat: quam nempe Domitius Corbulo retulit, a Nerone eo missus cum imperio. Vide Dionem, lib. LXII. Plinium, lib. II. sect. LXXII. & Tacitum, lib. XIV. Annal. Est hic nummus argenteus in Thesauro Regio.

ΑΡΠΑΝΩΝ. Pignorii nummus, apud Holsten. pag. 280. & apud Goltzium, in Magna Græcia, tab. XXXIII. cum Cereris effigie, & equo, qui Neptuno sacer. Plinio, lib. III. sect. XVI. *Arpani.* Apud Frontinum, *Arpanus ager* in Provincia Apulia. Jacet oppidum in ruinis: nomen tamen adhuc retinet, *l'Arpi*, in Capitanata Italiæ regione.

ΑΡΠΑΝΟΥ. In Museo nostro. Equum exsilientem exhibet, & bovem cornupetam: ἄριππον agrum cum esse, & ἀνομιδέστατον, equis abundantem & pascuis opimis, nota hæc utraque indicat.

ΑΡΠΑΝΩΝ. Cum apri effigie, Calydonii scilicet, ab oppido Ætoliæ, ac nemore, in quo Meleager aprum confecit, sic appellati. Idcirco porro in nummis Arpanorum insculptus, quod erant ii Ætolorum coloni, Diomede condente. Plinius, lib. III. sect. XVI. *Arpi, aliquando Argos Hippium, Diomede condente, mox Argyrippa dictum.* Maro, lib. x. Æneïd.

Atque iterum in Teucros Ætolis surgit ab Arpis
Tydides.

Tzetzes, in Lycophr. Ὁ δὲ Διομήδης ἀπ' Αἰτωλίας ἀπελαθεὶς τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος, τὴν Ἀργυρίππαν πόλιν μεθερμηνευομένην Ἄργος Ἵππειον, δομήσεται, &c. *Diomedes, Ætolia, patria terra pulsus, Argyrippam urbem, quam interpreteris Argos Hippium, exstruet,* &c.

ΑΡΠΑϹΗΝΩΝ.

ΑΡΠΑϹ. Plinio, lib. v. sect. 29. in Caria, *Harpasa apposita fluvio Harpaso.* Stephano: Ἅρπασα, πόλις Καρίας, ἀπὸ Ἁρπάσου ποταμοῦ. τὸ ἐθνικὸν, Ἁρπασεύς.

ΕΠΙ ΛΕΩΝΙΔΑ. ΑΡΠΑϹΗΝΩΝ. *Sub Leonida.* Nummus *Harpasenorum.* Est Antonini Pii, in Cimelio D. FOUCAULT. Sunt & Severi, & Gordiani Pii.

ΑΡϹΙΝΟΙΤΩΝ.

ΑΡϹΙ. L. ΙΑ. Ἀρσινοϊτῶν, Λυκάβαντος ια. hoc est, *anno undecimo* principatus Hadriani, cujus ille nummus est, in Cimelio Regio. Arsinoïtæ duo Ægypti nomi sunt Plinio, lib. v. sect. IX. Est & in Cimelio D. FOUCAULT, nummus inscriptus, ΑΡϹΙΝΟΙΤΗϹ. L. ΙΓ. *anno* XIII. Trajani, ex ære magno: ΑΥΤ. ΤΡΑΙΑΝ. ϹΕΒ. ΓΕΡΜ. ΔΑΚΙΚ. capite laureato. In altera parte Juppiter stat, læva tenens hastam puram, dextra caput velatum Arsinoës. Ad pedes aquila, symbolum imperii Romani. Alter ibidem, ΑΡϹΙΝΟΙΤΩΝ: in quo Juppiter, & L. K. *Annus* XX. Trajani. Nomen utrique ab Arsinoë, quæ Ptolemæi Philadelphi ex utroque parente soror eademque conjux fuit. Auctor Pausanias in Atticis, seu libro I. operis sui. Sed est & Arsinoë altera ad Arabicum sinum, cui perinde ab ea Philadelphi sorore nomen, teste Plinio, lib. VI. sect. XXXIII. *Eæ viæ omnes Arsinoën ducunt, conditam sororis nomine in sinu Charandra, a Ptolemæo Philadelpho, qui primus Troglodyticen excussit, & amnem qui Arsinoën præfluit, Ptolemæum appellavit.* Est & tertium ejus nominis in Cyrenaïca regione oppidum, de

de quo nos cum Plinio, lib. v. sect. v. Sed ad primam ex his Arsinoën, cui nomo Arsinoitæ nomen in Ægypto fuit, ad Nili latus occidentale positam a Ptolemæo, qua spectat Africam, nummum hunc Hadriani spectare, verius arbitramur: quod ceteræ pariter Ægypti præfecturæ in Hadriani gratiam nummos cudi jusserint, quos suis afferemus locis.

ARCHELAIS.

COL. CAES. ARCHELAIS. Claudii nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 238. Plinius lib. vi. sect. iii. *Cappadocia intus habet coloniam Claudii Cæsaris Archelaidem, &c.* Subacti jam ante a Tiberio Cappadoces, teste Aurelio Victore, de Cæsar. *Cappadoces subacti, remoto rege Archelao.*

ΑΡΧΕΛΑΕΩΝ. ΚΑΙϹΑΡΕΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Titi nummus e Thesauro Goltzii, pag. 209.

ASIA, *pro Orientali parte Romani imperii.*

CAESAR IMP. VI. ASIA RECEPTA. Ab Augusto videlicet, cujus hic nummus est, apud Occonem, pag. 51. Antonio devicto cusus, cui hæc portio imperii Romani obtigerat.

ASIA *propria dicta, seu quæ Proconsuli parebat.*

COM. ASI. ROM. ET AVG. *Commune Asiæ, Romæ & Augusto.* Tiberii nummus, in Cimelio Regio: item Claudii. Commune fanum intellige, commune sacrum, & commune certamen, a tota ejus Provinciæ communitate editum. Vide quæ ex Tacito dicturi sumus in nummis ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. Constabat ea communitas Asiæ oppidis omnino tredecim, ut ex nummo Antonini Pii liquet, de quo dicemus, verbo ΡΟΔΙΩΝ. In his, quod singulare est, septimum locum Magnesiam obtinuisse ex nummo Gordiani Pii liquet, e Cimelio Regio: ΜΑΓΝΗΤΩΝ. ΕΒΔΟΜΗ ΤΗϹ. ΑϹΙΑϹ. uti dicemus, verbo ΜΑΓΝΗΤΩΝ. *Commune Asiæ Concilium* dixit Gellius, lib. ii. cap. vi.

CIVITATIBVS ASIAE RESTITVTIS. In parte altera: TI. CAESAR DIVI. AVG. F. AVGVST. P. M. TR. P. XXIIII. S. C. *Tiberius Cæsar Divi Augusti filius Augustus, Pontifex Maximus, Tribuniciæ Potestatis* xxiv. *Senatus Consulto.* E Cimelio Regio, & Museo nostro. Monumentum istud est Tiberianæ munificentiæ in urbes duodecim, quæ fuerant terræ motu prostratæ. Plinius noster, lib. ii. sect. lxxxvi. *Maximus terræ memoria mortalium exstitit motus, Tiberii Cæsaris principatu, xii. urbibus Asiæ una nocte prostratis.*

ΑϹΙΒΑΙΩΝ. Gordiani nummus, apud Spanhemium, lib. de usu numism. pag. 898. ab Ἄσιβα Ponti Cappadocici oppido mediterraneo, cujus meminit Ptolemæus, lib. v. cap. vi.

ΑϹΙΝΑΙΩΝ. Nummi Severi, ac Juliæ Domnæ, in quibus Æsculapii stantis effigies, qui Deus urbis ejus fuisse præses videtur. E Cimelio Regio. Plinio, libro iv. sect. vii. *Oppidum Asine.* Stephano: Ἀσίνη, πόλις Λακωνικὴ..... τὸ ἐθνικὸν, Ἀσιναῖος, καὶ Ἀσινεύς.

ΑΣΚΑΛΩΝΙΤΩΝ. *in Palæstina.*

ΑΣΚΑΛ. Ex parte altera, ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Augusti nummus, e Gaza Regia, & apud Patinum, pag. 45. In eo porro nummo, & in altero Antonini Pii mox appellando, quem & Patinus affert, pag. 227. insculpta cernitur mulieris turritæ effigies, qua ipsa signatur civitas Ascalonitarum: juxta columba adstat, Veneris Cœlestis symbolum, cujus Numini addicti in primis Ascalonitæ fuere. Testis Pausanias in Atticis, pag. 14. Ἱερόν ἐστιν Ἀφροδίτης Οὐρανίας· πρώτοις δὲ ἀνθρώπων Ἀσσυρίοις κατέστη σέβεσθαι τὴν Οὐρανίαν. μετὰ δὲ Ἀσσυρίους Κυπρίων Παφίοις, καὶ Φοινίκων τοῖς Ἀσκάλωνα ἔχουσιν ἐν τῇ Παλαιστίνῃ. παρὰ δὲ Φοινίκων Κυθήριοι μαθόντες σέβουσιν. *Veneris Cœlestis delubrum: hanc primi hominum Assyrii coluere: a quibus Paphii in Cypro acceptum sacrorum ritum, cum Phœnicibus qui in Palæstina Ascalonem urbem incolunt: Phœnices, cum Cytheriis communicarunt.* Hinc Cytherea Venus, & apud Nasonem, lib. xv. Metam. vers. 386. *Cythereiades columbæ* appellatæ. De Venere Cœlesti alii ante nos multa dixere, quibus idcirco supersedemus. Est & in nummo Juliæ Soæmiadis, Elagabali matris, VENUS CAELESTIS. Qua forma in Ascalonitarum nummis depingitur, eadem a Luciano describitur, in opere de Syria Dea, pag. 1070. Altera enim manu sceptrum tenet, colum altera: gestat in capite radios, & turrim, & cestum, &c. Χειρὶ δὲ τῇ μὲν ἑτέρῃ σκῆπτρον ἔχει, τῇ ἑτέρῃ δὲ ἄτρακτον· καὶ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ ἀκτῖνάς τε φορέει, καὶ πύργον, καὶ κεστὸν, τῷ μούνην τὴν Οὐρανίην κοσμέουσιν, &c. Hæc *quarta Venus* est Tullio, lib. iii. de Nat. Deor. *Syria Tyroque concepta, quæ Astarte vocatur.* De Ascalonitarum æra, quæ in nummis consignatur, vide Chronologiam Veteris Testamenti. Plinio, lib. v. sect. xiv. *Ascalo liberum*, in Palæstina. Stephano: Ἀσκαλών, πόλις Συρίας.... τὸ ἐθνικὸν, Ἀσκαλωνίτης, καὶ Ἀσκαλώνιος. Hodie *Scalona.* Sunt hujus civitatis nummi sub Augusto, Tiberio, Claudio, Nerone, Tito, Domitiano, Antonino Pio, Severo, Elagabalo, & Severo Alexandro.

ΑϹΚΑΛ. ΒΞC. Ἀσκαλωνιτῶν, annus cclxii. Qui vicesimus primus Antonini Pii fuit, Urbis dccccxi. In Cimelio Regio. Neptunus ibi stat cum tridente.

ΑϹΚΑΛΩ. CΝΕ. Antonini Pii, apud Patinum, pag. 227. & in Indice, pag. 13. & in Cimelio Regio. Veneris Cœlestis effigiem exhibet. Annus σνέ, sive cclv. incidit in annum Urbis dcccciv. Antonini quartum decimum.

ΑϹΚΑΛΩ. ΑΚΤ. Nummus Elagabali, e Gaza Regia, cusus anno Ascalonitarum æræ τκά, hoc est, cccxxi. Urbis Romæ, dcccclxxi. Elagabali primo, Christi ccxviii. ante Septembrem. Est & Severi Alexandri, cum anno ΒΑΤ. hoc est, cccxxxii. qui annus est septimus illius Principis, Urbis conditæ dcccclxxxi. post Septembrem, Christi ccxxviii.

ΑϹΠΕΝΔΙΩΝ. Treboniani Galli nummus apud Patinum, pag. 398. Vidimus in Cimelio Regis Christianissimi. Luctatores in eo nummo insculpti, quem Aspendiorum morem fuisse in moneta signanda, Patinum fugit. At Julius Pollux, lib. ix. cap. vi. Ἀσπένδιοι παλαιστὰς τῷ νομίσματι ἐνεχάραττον. *Aspendii luctatores monetæ insculpsere.* Ut Lacedæmonii scilicet, a quibus ortum ii traxere, teste Strabone, lib. xiv. pag. 667. Plinio, lib. v. sect. xxvi. *Aspendum*, in Pamphylia. Et mox, *Eurymedon amnis juxta Aspendum fluens.* In edito colle posita civitas a Mela dicitur, lib. i. cap. xiv. Stephano: Ἄσπενδος, πόλις Παμφυλίας..... ὁ πολίτης, Ἀσπένδιος. Vide ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ. Sunt & Juliæ Soæmiadis, & Severi Alexandri nominibus.

ΑΣΠΛΗΔΟΝΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Nummus Caji Caligulæ Cæsaris, e Thesauro Goltzii, pag. 210. Plinio, lib. iv. sect. xii. *Aspledon.* Stephano: Ἀσπληδὼν, πόλις Φωκίδος.... τὸ ἐθνικὸν, Ἀσπληδόνιος.

ΑΣΣΙΩΝ, *in Æolide.*

ΚΡΙΝΑΚΙΔΗϹ. ΑϹϹΙΩΝ. Ara cum serpente, quo Æsculapius indicatur. Commodi nummus e Cimelio Regio. *Crinacides Assiorum* Prætor. Est & M. Aurelii nummus, ΑϹϹΙΩΝ. Est & Antonini Severi F. ex ære maximo, in Cimelio P. Steph. Chamillart.

ΑϹϹΙΩΝ. ΕΠΙ ϹΤΡ. ΑΥΡ. ΜΗΤΡΩΝΙϹΤΟΥ. Severi Alexandri, e Gaza Regia.

Sub Pratore Aurelio Metronista, ut quidem conjicere nobis licuit. Vas læva tenet figura quædam ei nummo insculpta: quod ex Assio forte lapide factum. Plinius, lib. XXVII. *In Asso Troadis sarcophagus lapis fissili vena scinditur. Corpora defunctorum condita in eo absumi constat intra quadragesimum diem, exceptis dentibus.* Et sect. XXVIII. *Assius lapis gustu salsus, podagras lenit, pedibus in vase ex eo cavato inditis: &c.*

ΑΣΣΕΩΝ Juliæ Domnæ nummus, de quo dicemus, verbo ΠΙΟΝΙΤΩΝ. Stephanus: Ἄσσος, πόλις Αἰολίδος ..... τὸ ἐθνικὸν, Ἄσσιος, καὶ Ἀσσεὺς. Plinio, lib. V. sect. XXXII. *Assos*, in Æolide. Nunc quoque *Assum* vocant.

ASSORV. Juvenile caput laureatum, apud Parutam. Plinio, lib. III. sect. XIV. in Siciliæ oppidis, *Assorini*. Tullio, Verrina IV. *Assorini viri fortes ac fideles: sed nequaquam ex tam ampla, neque ex tam nobili civitate* Hodieque tenue oppidulum est, cui Ἄσσωρον nomen apud Stephanum. Nunc *Asaro*. Chrysa amne alluitur, quem nunc *Battaino* accolæ nuncupant. Is in altera nummi parte pingitur stans cum urceolo, quem dextra: & Copiæ cornu, quod læva gerit: epigraphe, CRYSAS. Tullius, loco cit. *Chrysas est amnis, qui per Assorinorum agros fluit. Is apud illos habetur Deus, & religione maxima colitur. Fanum ejus est in agro, propter ipsam viam, qua Assoro itur Ennam. In eo est Chrysæ simulacrum, præclare factum e marmore.*

ASSYRIA.

IMP. TRAIANO. AVG. GER. DAC. P.M. TR. P. COS. VI. P. P. ASSYRIA IN POTESTATEM P. R. RED. *Imp. Trajano Augusto, Germanico, Dacico, Pontifici Maximo, Tribunicia potestate, Consuli sextum, Patri Patriæ. Assyria in potestatem Populi Rom. redacta.* Occo, pag. 214.

ASSYRIA ET PALAESTINA IN POTEST. P. R. RED. S. C. Idem, pag. 215.

VICT. ASSYR. S. C. Idem.

ASTA, *in Bætica.*

AETERNITATI AVGVSTAE. C. A. R. Tiberii nummus, in quo templum quatuor fultum columnis. Similis alter ejusdem Tiberii affertur a Patino in numismatum indice, pag. 4. AETERNITATI AVGVSTAE. C. A. I. in quo templum quatuor vel sex columnarum. Tertius Tiberii pariter, ex Cimelio Mediceo, a Mediobarbo, pag. 71. AETERNITATI. AVGVSTAE. C. V. T. T. & ab Ant. Aug. Dial. 2. Suadet autem omnino similis in triplici nummo epigraphe, ut in Hispania pariter signatos omnes fuisse credamus: atque adeo his notis in priore nummo, C. A. R. Coloniam Astam Regiam indicari: non, uti Mediobarbus, & alii voluere, Coloniam Augustam Rauracorum. In altero, Coloniam Augustam Juliam, quæ nunc Gadis vocatur, ut suo loco dicemus. In tertio, Tarraconem.

COL. ASTA. REG. Nummus Neronis, e Thesauro Goltzii, pag. 237. Plinius, lib. III. sect. III. *Coloniæ: Asta, quæ Regia dicitur*, &c. in Bætica: Nunc *Xerez della Frontera*, ad amnem *Guadalete*, teste Mart. de Roa, in hist. Astigit.

ASTIGI.

COL. AST. AVGVSTA. *Colonia Astigitana Augusta.* Caput Augusti in eo nummo nudum sine laurea est. In altera parte colonus boves agit.

COL. AVG. FIRMA. Galbæ nummus e Thesauro Goltzii, pag. 237. Plinius, lib. III. sect. III. *Astigitana colonia, cognomine Augusta Firma*, in Bætica: Hodie *Ecija*, inter Hispalim & Cordubam. Apud Gruter. pag. 101. COL. AVG. FIR. Astigi reperta inscriptio. Et apud Mart. de Roa, in hist. Astigit. COL. IVL. AVG. FIR. A Legione aliqua sic cognominata traxit & ipsa colonia hanc appellationem. Sic apud Gruterum, pag. MXCVI. 6. LEG. XVIII. FIRM. Et pag. CCCCXXVII. 11. LEG. XVI. FLAVIAE. FIRMAE.

ASTVRICA.

COL. ASTVRICA. AVGVSTA. Nummus Augusti, in Thesauro Goltzii, pag. 237. Plinius, lib. III. sect. IV. *Asturum populi, divisi in Augustanos, & Transmontanos, Asturica urbe magnifica*, in citeriore Hispania. Ptolemæo, lib. II. cap. VI. Ἀστούρικα Αὐγοῦστα. Nunc *Astorga*, in regno Legionensi.

ΑΣΤΥΠΑΛΑΙΤΩΝ. Nummus e Thesauro Goltzii, pag. 210. Plinio, lib. IV. sect. XXIII. *Astypalæa liberæ civitatis* insula. Stephano: Ἀστυπάλαια, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων ......: τὸ ἐθνικὸν, Ἀστυπαλαιεὺς, καὶ Ἀστυπαλαιάτης. Sed ut ab Ἐλαία, fit Ἐλαΐτης, sic & ab Ἀστυπάλαια, fit Ἀστυπαλαίτης.

ΑΣΤΥΡΗΝΕΙΩΝ. Nummi Antonini Pii, apud Patinum, pag. 227. cum effigie Dianæ Multimammiæ, quam & Ephesiam vocant. Plinio, lib. V. sect. XXXII. *Astyre*, in Æolide, seu Mysia. Ibi Dianam Astyrenam coli solitam, auctor est Strabo, lib. XIII. pag. 606. Stephano: Ἄστυρα, πόλις Μυσίας.... τὸ ἐθνικὸν, Ἀστυρηνὸς ἀφ᾽ οὗ τὸ τῆς Ἀστυρηνῆς Ἀρτέμιδος ἱερόν. Vide & Pausaniam in Messenicis, pag. 146.

ΑΤΑΒΥΡΑΙΩΝ.

Nummus hic Diadumeniani est. Ἀτάβυρον in Phœnicia oppidum Stephanus commemorat.

ΑΤΑΡΝΑΙΩΝ. M. Aurelii nummus, cum Dianæ Venatricis effigie: & alter Gordiani junioris, ΑΤΑΡΝΕΩΝ inscriptus, cum Apolline. Uterque e Collectionibus Pyrrhi Ligorii. Plinio, in Æolide, lib. V. sect. XXXII. & lib. XXXVII. sect. LVI. *Atarne*. Stephano: Ἀτάρνα, πόλις μεταξὺ Μυσίας καὶ Λυδίας .... ὁ πολίτης, Ἀταρνεύς. Straboni, lib. XIII. pag. 61. Ἀταρνεῖται.

ΑΤΕΛΛΑΝΩΝ. Plinio, lib. III. sect. IX. *Atellani*. Nunc *S. Arpino*, sive *S. Elpidio*. Stephano: Ἀτέλλα, πόλις Ὀπικῶν Ἰταλίας, μεταξὺ Καπύης καὶ Νεαπόλεως. τὸ ἐθνικὸν,.... Ἀτελλανός.

ΑΤΤΑΙΤΩΝ. Trajani ac Getæ nummi, quos Tristanus ad Atæam Laconicæ refert, Spanhemius ablegat ad Arabiæ Felicis incolas: nos, uti remur, feliciore conjectura, ad Attæam Phrygiæ oppidum, juxta cognominem sibi paludem, a qua nomen istud alterum hausisse videtur: nam & Boticum appellabatur. Stephanus: Βώτιον, πόλις Φρυγίας ἔχουσα λίμνην Ἀτταίαν λεγομένην &c. Exhibent hi nummi fluvii desidentis iconem, cum arundine, soli palustris indice. Ut ab Ἐλαία, Ἐλαΐτης gentile nomen derivatur, sic ab, Ἀτταία, Ἀτταΐτης.

ATTA. Cum figura equestri, e Cimelio Regio.

ΑΤΤΑΙΤΩΝ. Æsculapius cum baculo & serpente. Ex parte altera, ΙΕΡΟC ΔΗΜΟC. *Sacer populus.* Ex eodem Cimelio, & apud Patinum, pag. 7.

ΑΤΤΑΛΕΩΝ. Augusti, & Tiberii, cum vultu Palladis: Hadriani, cum Apollinis: Severi, cum Bacchi: Commodi & Caracallæ, cum Serapidis: denique Valeriani, cum Palladis, Hygiæ, & Nemesis effigie.

ΑΤΤΑΛΕΙΩΝ. Tiberii nummus ex eodem Cimelio. Plinio, lib. V. sect. XXXII. *Attalia*, in Æolidis Lyciæque confinio. Stephano, Ἀττάλεια, πόλις Λυδίας .... τὸ ἐθνικὸν, Ἀτταλεύς. Nisi forte, quod nunc quidem verius arbitramur, oppidum est in ora Pamphyliæ, unde Paulus Solvit, ut Antiochiam Syriæ navigaret, Act. XIV, 24.

ΑΤΤΟΥΔΕΩΝ. E Cimelio Regio, ex parte altera, ΔΗΜΟΣ, *Populus*. In Notitia Eccles. anti-

antiqua, inter sedes Episcopales Phrygiæ Pacatianæ, pag. 27. Ἀτῦδα, Leunclavius, pag. 98. ὁ Ἀττούδων. In Conc. Calched. act. VI. pag. 604. Symmachius Attudorum Episcopus legitur, Συμμάχιος πόλεως Ἀττουδῶν. Fortassis *Attusa* Plinii, lib. v. sect. XL. Sunt & Antonini Severi F. & Saloninæ nummi ab Attudensibus cusi.

ATTVBI.

COL. CLARITAS. IVLIA. Neronis nummus in Thesauro Goltzii, pag. 238. Plinius, lib. III. sect. III. inter colonias Astigitani conventus, in Bætica, *Attubi, quæ claritas Julia.* Nunc esse *Espejo* Marianæ videtur, lib. III. hist. Hisp. cap. 21. Nobis *Olvera*, prope Ostipponem, quæ nunc *Estepa*, in agro Ossunensi.

AVENIO.

COL. AVENIO. Galbæ nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 238. Plinio, lib. III. sect. v. in Provincia Narbonensi. *Avenio Cavarum oppidum Latinum.* Ptolemæo, lib. II. cap. x. in Cavaris quoque Avenio colonia appellatur. *Avignon.*

AVGVSTA, *in Salassis.*

COL. AVGVSTA PRAETORIA. Tiberii nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 237. Plinius, lib. III. sect. XXI. *Salassorum Augusta Prætoria Colonia* &c. Ptolemæo, lib. III. cap. I. Σαλασσίων Αὐγούστα Πραιτωρία Κολωνία. Augusta, quod jussu & auspiciis Augusti condita: Prætoria, quod Prætorianorum colonia eo deducta, anno V. C. DCCXXIX. Dionem vide, lib. LIII. pag. 514. Nomen antiquum retinet: *Aosta*, & *Augosta* Italis: nobis *Aouste.*

AVGVSTA TIBERIANA.

COL. AVG. TIBER. Tiberii nummus e Thesauro Goltzii, pag. 238. Aiunt esse in Germania Ratisponam.

AVGVSTANI, *in Cilicia.*

ΑΥΓΟΥΣΤΑΝΩΝ. Augusti & Liviæ nummus, cum cervi effigie. Est in Cimelio D. FOUCAULT. Plinio, lib. v. sect. XXII. in Cilicia, *Augusta.*

ΑΥΓΟΥϹΤΑΝΩΝ. ΕΤ. ΒΚϹ. *Anno* CCXXII. Nummus Gordiani Pii e Cimelio Sereniss. Ducis Cenomanensium.

ΑΥΓΟΥϹΤΑΝΩΝ. Valeriani nummus, absque anni nota. Æræ initium factum est fortassis ab autumno anni V. C. DCCLXX. unde annus CCXXII. incidit in annum Gordiani primum, V. C. DCCCCXCI.

AVLERCI.

AVLERCO. Equus, cui stella subjecta est. .)(. EBVROVICO. Sus cum porcello. Nummus Gallorum vetus in Museo nostro, & apud auctorem libri de Monetis Gall. pag. 41. Plinio, lib. IV. sect. XXXII. *Aulerci, qui cognominantur Eburovices*, in Gallia Lugdunensi: Hodie *Evreux*, in Neustria.

ΑΥΛΩΝΙΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Nervæ nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 210. Plinio, lib. IV. sect. VI. *Aulon.* Stephano: Αὐλὼν, πόλις Λακωνικὴ ... ὁ πολίτης, Αὐλωνίτης.

ΑΥΡΗΛΙΟΥΠΟΛΕΙΤΩΝ. Commodi nummus insignis, e Cimelio Regio. Urbs est Lydiæ, cui nomen a M. Aurelio Imp. Commodi patre factum. Alter ejusdem Principis, ibidem: ΑΠΟΛΛΩΜΕΔΗϹ ϹΤΡΑ. ΑΝΕΘΗ. ΑΥΡΗΛΙΟΠΟΛΙΤΑΙϹ. Ἀπολλωμέδης Στρατηγὸς ἀνέθηκεν Αὐρηλιοπολίταις. *Apollomedes Prætor posuit Aureliopolitis.* Bacchus curru trahitur vecto Centauris duobus. Est & Gordiani Pii, apud D. FOUCAULT. ΑΥΡΗΛΙΟΠΟΛΙΤΩΝ. In Notitia Vetere Ecclesiastica Hieroclis, aliisque, pag. 13. e Provincia Lydia, cujus metropolis Sardis, tertio loco ὁ Αὐρηλιουπόλεως appellatur. Pag. 29. nono, Αὐρηλιούπολις. Pag. 45. sexto, ὁ Αὐρηλιουπόλεως, uti & apud Leunclavium, pag. 90. In Conc. Ephes. act. I. pag. 548. Ἰωάννης ἐλάχιστος ἐπίσκοπος Αὐρηλιουπόλεως, ἐπαρχίας Λυδίας. Occurrit & in eadem Notitia pag. XI. alia Aureliopolis, inter Antistites Provinciæ Ephesi: ὁ Αὐρηλιουπόλεως, qui pag. 43. ὁ Αὐρηλιουπόλεως nuncupatur.

ΑΦΡΟΔΙϹΙΕΩΝ. Augusti, Hadriani, M. Aurelii, Crispinæ, Severi, Juliæ Domnæ, Gordiani Pii, Decii, Valeriani, & Saloninæ e Cimelio Regio & aliunde nummi. Plinio, lib. v. sect. XXIX. *Aphrodisienses liberi.* Stephano: Ἀφροδισιὰς, πόλις ... μεταξὺ Λυδίας καὶ Καρίας.... τὸ ἐθνικὸν, Ἀφροδισιεύς. In Conc. Calched. act. I. pag. 81. Κριτωνιανὸς Ἀφροδισιάδος Καρίας. In nummo Crispinæ tres Charites expressæ. Nam illæ vice Numinum habitæ, ut habet vetus inscriptio apud Gruterum, pag. 228. 7. ΛΕΥΚΙΟΥ. ΠΟΠΙΛΙΟΥ. ΑΥΛΟΥ. ΤΟΥ. ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ. ΙΕΡΕΩΣ. ΤΩΝ. ΧΑΡΙΤΩΝ. ΔΙΑ. ΒΙΟΥ. *L. Popilii Auli Apollodori F. Sacerdotis Charitum Perpetui.* De iis vide plura apud Pausaniam. lib. IX. sive in Bœoticis, pag. 309. & 310.

ΑΧ. & ΑΧΑΙΩΝ, passim in nummis Græciæ Veteris, a communi Græciæ cusis. Post subactam a Romanis Græciam, tota regio Achaia vocitata est, cum est in provinciæ formam redacta. Pausanias, in Achaïcis, pag. 222. Καλοῦσι δὲ οὐχ Ἑλλάδος, ἀλλ' Ἀχαΐας ἡγεμόνα Ῥωμαῖοι· διότι ἐχειρώσαντο Ἕλληνας δι' Ἀχαιῶν τότε τοῦ Ἑλληνικοῦ προεστηκότων. *Quod Græci per Achæos, qui tum Græciæ principes erant, subacti sunt.*

ΑΧΑΙΩΝ. ΕΥΜΕΝΕΩΝ. Vide ΕΥΜΕΝΕΩΝ.

ΟϹΤΙΛΙΟϹ ΜΑΡΚΕΛΛΟϹ Ο ΙΕΡΕΥϹ ΤΟΥ. ΑΝΤΙΝΟΟΥ ΤΟΙϹ ΑΧΑΙΟΙϹ ΑΝΕΘΗΚΕ. *Hostilius Marcellus Sacerdos Antinoi, Achæis posuit*, statuam scilicet Antinoi, cujus is Flamen fuit, columnamve, in ejus Divi honorem. Sic in Smyrnæorum nummis, ΑΝΤΙΝΟΟϹ. ΗΡΩϹ. ΠΟΛΕΜΩΝ. ΑΝΕΘΗΚΕ. ϹΜΥΡΝΑΙΟΙϹ. Vide ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ, & ΚΑΛΧΑΔΟΝΙΩΝ. Antinoi hic nummus est apud Occonem, pag. 245. & in Cimelio reginæ Christinæ: quem nummum ad Achæos Lydiæ, de quibus dicemus in nummis ΕΥΜΕΝΕΩΝ spectare potius, quam ad Achæos Græciæ, ausim præstare, quod mos ille frequens in nummis illius tractus occurrat, Calchedonensium, Laodicensium, Smyrnæorum.

ΑΧΕΡΟΝΤΑΝ. Nummus e Thesauro Goltzii, pag. 206. & in Magna Græcia, Tab. XXV. cum Junonis Sispitæ, hoc est, Servatricis effigie, capraque ei Deæ sacra. Sunt & in quibus Nicias ex equo hostem jacentem conficit, cum epigraphe ΝΙΚΙΑΣ: quem eum esse arbitramur, cujus vitam Plutarchus & res præclare gestas conscripsit. Plinio, lib. III. sect. x. in regione tertia Italiæ, & agro Brutio: *Fluvius Acheron, a quo oppidani Acherontini.* Excidit plane id oppidum: neque est *Cirenza*, ut vulgo putant: quanquam & istud hodie Acherontiam vocant.

B

BABBA.

C. I. B. D. D. Augusti nummus in Cimelio Regio. *Colonia Iulia Babba*, vel *Campestris Iulia Babba, Decreto Decurionum.* Vel potius, *Colonia Iuliæ Babbæ Decuriones.* Plinius, lib. v. sect. I. *Augusti colonia Babba, Iulia Campestris appellata.* In Mauretania Tingitana. Julia appellata, in honorem Juliæ gentis, in quam Augustus insertus est.

C. C. I. B. D. D. PVBL. *Colonia Campestris Iulia Babba, Decreto Decurionum Publico.* Claudii Imp.

Imp. ut & alter inscriptus, C. C. I. B. D. D. cum palma, quæ a Tyriis Phœnicibusque Babbensium originem, ut Carthaginiensium, indicat. A Patino quis credat pag. 100. hunc utrumque nummum ad Cibyratas Græcam Asiæ gentem ablegari?

D. D. EX. CONS. C. C. I. B. *Decreto Decurionum ex consensu*, vel potius, *Decuriones ex consensu*, *Colonia Campestris Iulia Babba*. Neronis nummus, quem vidimus: & quem Tristanus sic mutilum exhibet, tom. I. pag. 216. EX. CONSENSV. CC. II. interpretaturque, *Ex consensu civitatum Campaniæ duarum*. Patinus, pag. 115. EX. CONSENSV. C. CIB. & ad Cibyratas refert.

COL. IVL. AVG. BABBA. Vespasiani nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 239.

ΒΑΓΗΔΑΟ. & ΒΑΓΗΔΑΟΝΙΩΝ. ΙΕΡΑ. CΥΝΚΛΗΤΟC. *Sacer Senatus*. Nummi Goltziani. Stephano: Βαγαδαονία, μοῖρα Καππαδοκίας νοτιωτάτη. τὸ ἐθνικὸν, Βαγαδαόνες. *Bagadaonia pars Cappadociæ australior*. In his Serapis insculptus, lyrave Apollinea.

ΒΑΓΗΝΩΝ. ΕΡΜΟΣ. Ex parte aversa, ΙΕΡΑ. ΒΟΥΛΗ. *Sacer Senatus*, vel *Sacra Curia*. In Notitia Eccles. pag. 29. Βάγις. Et pag. 45. Βάγη vocatur, in Provincia Lydiæ. Eo nummo Bagensium cum Smyrnæis concordia indicatur, quorum illi amnem numinis vice coluerunt. Plinius lib. v. sect. XXXI. *A Smyrna Hermus* amnis, &c. Sic inferius, CΑΙΤΤΗΝΩΝ ΕΡΜΟC, ΝΙΚΑΕΩΝ CΑΓΑΡΙC, &c.

ΕΠΙ ΓΑΙΟΥ. ΑΡΧΙ. ΒΑΓΗΝΩΝ. Ἐπὶ Γαΐου Ἀρχιερέως, Βαγηνῶν. *Sub Caio Pontifice, Bagenorum*. Nummus est e Cimelio D. Foucault, cum Hygia, Æsculapio, & Telesphoro.

ΚΑΙCΑΡΕΩΝ. ΒΑΓΗΝΩΝ. *Cæsareensium Bagenorum*. Antonini Severi F. nummus e Cimelio Regio: in quo nummo Bacchus insculptus, cum tigride & urceo.

ΒΑΙCΑΜΨΗΝΩΝ. Trajani nummus e Thesauro Goltzii, pag. 210. Βαισάμψα Stephano oppidum est in Arabico sinu, circa mare Rubrum. Βαισάμψα, πόλις ἐν τῷ Ἀραβικῷ κόλπῳ περὶ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν, ὅ ἐστιν οἶκος ἡλίου. Τὸ ἐθνικὸν, Βαισαμψηνός. Legit in eo nummo Scaliger, Animadv. Euseb. 189. ΒΑΙCΑΜΨΑΝΩΝ, more Dorico. Domum Solis vox ea Hebræo ex fonte sonat, *Beth Sames*.

ΒΑΛΑΝΕΩΤΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥ. Nummus Caji Cæsaris e Thesauro Goltzii, pag. 210. *Balaneotarum* civitatis *sacræ & inviolatæ*, qui tituli in Syriæ civitatum nummis obvii. Plinio, lib. v. sect. XVIII. *Balanea*, in Syria. Stephano: Βαλανέαι, πόλις Φοινίκης.... ὁ πολίτης, Βαλανεώτης.

ΒΑΛΑΝΕΩΝ. Augusti nummus e Thesauro Regio: cum Baccho in quadrigis.

BARBESVLA.

COL. BARBESVLA. LEG. XVIII. *Colonia Barbesula, Legionis* XVIII. Nummus Galbæ, e Thesauro Goltzii, pag. 238. Plinio, lib. III. sect. III. *Oppidum Barbesula cum fluvio*, in Bætica, juxta Gaditanum fretum. Nunc *Guadajara*, ad amnem hodieque cognominem.

BARCINO.

COL. BARCINO. FAVENTIA. In Thesauro Goltzii, pag. 238. Galbæ nummus. Plinius, lib. III. sect. IV. *Colonia Barcino, cognomine Faventia*. Nunc *Barcelone*. Gruteri inscriptio, pag. 429. COL. F. I. A. P. BARCIN. *Colonia Flavia Julia Augusta Pia*, non *Paterna*, ut quidam volunt: nec *Felix*, sed *Faventia*, cum Plinio: vel *Flavia*. Nam eadem apud Gruterum pag. legimus, COL. FLAV. P. BARC.

ΒΑΡΓΑCΗΝΩΝ. Diana Ephesia: ex altera parte Herculis caput. Est in Cimelio Regio. Sunt & Commodi, & Severi Alexandri nummi. Cariæ oppidulum Bargasa. Straboni, lib. XIV. pag. 656. Μετὰ Κνίδον, Κέραμος, καὶ Βάργασα, πολίχνια ὑπὲρ θαλάττης. Stephano: Βάργασα, πόλις Καρίας . . . . τὸ ἐθνικὸν, Βαργασηνός.

ΕΠΙ ΑΥΡ. ΔΙΩΝΟC. ΒΑΡΓΑCΗΝΩΝ. *Sub Aurelio Dione*. Nummus *Bargasenorum*. Maximini Imp. principatu cusus. Est & Gordiani Pii eodem nomine ΒΑΡΓΑCΗΝΩΝ

BARGIACIS. MVN. *Municipium Bargiacis*. Galbæ nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 242. Βαργιακὶς Ptolemæo, lib. II. cap. VI. urbs est Hispaniæ Tarraconensis, in Vaccæis.

ΒΑΡΓΥΛΙΗΤΩΝ. Caracallæ nummus, in Cimelio Regis Christianissimi, in quo adjectum Prætoris nomen, ΕΠΙ CΤΡ. ΙΟΥΛ. ΜΑΞΙΜΟΥ. Ἐπὶ Στρατηγοῦ Ἰουλίου Μαξίμου. Sunt & Lucillæ Veri uxoris, & Commodi nomine. Plinio, lib. v. sect. XXIX. *Bargyla*: ubi MSS. habent, *Bargilia*. Stephano: Βάργυλα, πόλις Καρίας . . . . ὁ πολίτης, Βαργυλιάτης. Straboni vero, lib. XIV. pag. 654. τὰ Βαργύλια. In Notitia Eccles. antiqua, pag. 17. & apud Leunclavium, pag. 94. inter Episcopos Cariæ censetur, ὁ Βαρβυλίου, & pag. 49. ὁ Βαρβύλω: lege utrobique, ὁ Βαργυλίου, & ὁ Βαργύλων.

ΒΑΡΓΥΛΙΑΤΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. *Bargyliatarum* civitatis *sacræ ac liberæ*. Nummus Caji Cæsaris e Thesauro Goltzii.

ΒΑΡΚΑΙΩΝ. Nummus e Thesauro Goltzii, pag 210. Plinio, lib. v. sect. v. *Ptolemais, antiquo nomine Barce*, in Cyrenaica Africæ parte. Stephano: Βάρκη, πόλις Λιβύης, ἣτις καὶ Πτολεμαΐς . . . Βαρκαῖος. Sic etiam Strabo, lib. XVII. pag. 837. Ptolemæo tamen, lib. IV. Πτολεμαΐς & Βάρκη sunt civitates duæ: hæc mediterranea, litoralis illa: Scylaci quoque, pag. 44. Ptolemais itaque condita, non eo loco quo Barce fuit, sed quo Barcæorum portus. Inter Pœnorum hostes a Marone censentur, lib. IV. Æneid. *Lateque furentes Barcæi*. Nunc quoque interius oppidum retinet nomen & mœnia, *Barca*: unde & regni appellatio: Litorale *Tolometa* nuncupatur.

ΒΑΡΚ. Litteræ quatuor, in quatuor angulis nummi argentei e Cimelio Regio: in quo caput Jovis Hammonis est: in aversa parte laserpitium.

ΒΑΣΗΡΕΩΝ. Titi nummus e Thesauro Goltzii, pag. 210. & apud Spanhemium, pag. 898. Βάσηρα, inquit Stephanus, πόλις Φοινίκης. Τὸ ἐθνικὸν, Βασηρεύς.

BEDVNIA. MVN. *Municipium Bedunia*. Claudii nummus e Thesauro Goltzii, pag. 242. Βεδουνία Ptolemæo, lib. II. cap. VI. in Hispania Tarraconensi.

BENEVENTVM.

COL. BENEVEN. E Museo S. Genovefæ. Plinio, lib. III. sect. XVI. *Hirpinorum colonia una Beneventum, auspicatius mutato nomine, quæ quondam appellata Maleventum*. Velleius, lib. I. *Sempronio Sopho, & Appio Caci F. Coss. Beneventum coloni missi*, hoc est, anno Urbis CCCCLXXXVI. Nunc Hirpinorum regio Principatus ulterior nuncupatur: oppidum *Benevento*.

IMP. CAES . . . BEN. PRAE. capite Augusti nudo. *Imp. Cæsar* Augustus, Coloniæ *Beneventanæ Præses*. In parte nummi altera, HIBERO PRAEF. *Hibero Præfecto*. Est hic nummus ex ære minimo, in Cimelio D. Foucault, sic in nummo Severi, IOVI PRAE. ORBIS, est *Præsidi orbis*.

BERDIGVM FLAVIUM MVN. *Municipium*

pium Berdigum Flavium. Titi nummus, in Thesauro Goltzii, pag. 242. Ptolemæo urbs est Hispaniæ, in Asturica, lib. II. cap. VI. Βέρδιγον Φλαούιον.

BEPENIKIΔΩN. E Thesauro Goltzii, pag. 210. Stephano: Βερενικίδαι, δῆμος τῆς Πτολεμαΐδος φυλῆς, una scilicet e decem tribubus seu pagis Atheniensium civitatis. Sed ad Berenicen Cyrenaïcæ seu Pentapolitanæ in Africa regionis oppidum, referri nummum eum (si tamen genuinus est) satius videtur, cui oppido nomen hodieque *Bernichio.* Plinius, lib. V. sect. V. *Berenice in Syrtis extimo cornu, quondam vocata Hesperidum.*

BEPOIAIΩN, *in Syria.*

BEPOIAIΩN, in corona laurea, apud Patinum pag. 184. nunc Cimelii Regii, Trajani nummus. Sunt & Ælii Cæsaris, & Antonini Pii. Plinio, libro V. sect. XIX. in Syria sunt *Berœenses.* Cedreno, pag. 737. Βεῤῥοιαῖοι dicuntur, οἱ καὶ Χαλεπῖται. Hodie civitas *Alep* vocatur, emporio nobilis.

BERYTUS.

BHPYT. Βηρυτίων. Nummus Musei nostri, in quo Neptunus curru vehitur juncto marinis equis. In Augusti nummo, idem Deus, qua pingi forma solet, cum delphino ac tridente visitur: unde intelligimus ei quoque Numini, inter cetera, devotam eam civitatem fuisse. Fuit & Serapidi, cujus effigies in Valeriani: Herculis, in Caracallæ: Palladis, cum noctua, in M. Aurelii, nummo insculpta.

COL. BERYT. V. VIII. *Colonia Berytus. Quinta & octava legio.* Duæ duarum legionum aquilæ, in nummo Augusti, & in altero simili Claudii.

COL. IVL. BER. EX. S. C. *Ex Senatusconsulto.* Apud Patinum, in numismatibus Triumvirorum, pag. 18. & pag. 39. Augusti ipsius, COL. IVL. AVG. FEL. BER. cui simile alterum Valeriani, pag. 406. Ex quibus nummum Gallieni, qui Valeriani filius fuit, refingere ipse potuit: in quo perperam legit, COL. IVL. AVG. FEL. HEL. & ad Coloniam Helviam refert, ad Heliopolim alii: cum FEL. BER. sit in iis quatuor nummis scriptum perspicue, quod nos in Cimelio Regio vidimus: neque in his modo, sed & in aliis similibus Tiberii, Claudii, Nervæ, Trajani, Commodi, Juliæ Domnæ, Caracallæ, Macrini, Elagabali, & Gordiani junioris. Neque vero Juliæ Augustæ cognomen coloniæ Heliopolitanæ ulla monumenta asserunt. Sed errorem Patinus a Tristano hausit.

COL. FEL. BERYT. Nummus Domitiani.

COL. IVL. AVG. FEL. BER. Trajani nummus e Cimelio nostro, cum Serapidis effigie. *Colonia Julia Augusta Felix Berytus.* Plinius, lib. V. sect. XVII. *Berytus colonia, quæ Felix Julia appellatur,* in Phœnice. Nobis *Barut:* indigenis, *Birout.* Ab Agrippa Augusti genero deductam coloniam auctor est Strabo, lib. XVI. pag. 756. Ulpianus, lib. I. Dig. tit. XV. de Censibus: *Berytensis colonia Augusti beneficiis gratiosa: &, ut Divus Hadrianus in quadam oratione ait, Augustana colonia.* Est & Otaciliæ nummus cum eadem epigraphe, colonoque & bobus, apud Patin. pag. 385.

COL. BER. Cum colono & bobus, vel cum militaribus signis, quæ sunt deductæ coloniæ argumenta. Uterque Trajano principe cusus nummus est, apud Patinum, pag. 179. Hadriani, pag. 195. & apud P. CHAMILLART: denique Gordiani Pii, apud Patinum, pag. 369.

COL. BER. DECENNALES. ANTONINI. COS. III. E Cimelio Regio. Nummus Severi simul & Antonini filii. Huic nudum caput, illi laureatum est. Postquam Tribuniciam Potestatem per annos decem gessisset Antoninus, anno XI. ludi ob eam rem dicti decennales celebrati sunt Beryti. Vota pro Reipublicæ incolumitate, tum in quinquennium, tum in decennium a Romanis antiquitus nuncupata, Livius passim tradit. Lib. II. decadis tertiæ, Flaminio cum legionibus ad Thrasymenum ab Hannibale cæso, vota quinquennalia suscepta sunt, *si res Populi Romani ac Quiritium ad quinquennium proximum salva servata erit.* Lib. I. decad. III. *Cajus Atilius Seranus Prætor vota suscipere jussus, si in decem annos Respublica eodem stetisset statu.* Cum deinde unius Cæsaris dominatu res geri cœptæ sunt, cœpta quoque quinquennalia vota ac decennalia pro Principum incolumitate concipi, cum imperium illi in quinquennium, decenniumve, vel in plura quinquennia decenniave susciperent. Tunc ludi Circenses edi, gladiatoriique, fieri sacra, votaque, & preces. Hi decennales ludi appellati in nummis, hæc decennalia, interdum & vicennalia, tricennaliaque, hoc est, in vicennium, tricenniumve vota suscepta, eademque deinde pro decennio vicenniove, vel tricennio demum soluta. Et hi quoque Græce interdum in nummis inscripti: cujusmodi est ille Gallieni, ΔΕΚΑΕΤΗΡΙC ΚΥΡΙΟΥ. *Decennales Domini nostri.*

COL. BER. Elagabali nummus, cum templi effigie, cujus in limine inferiore hæc verba, COL. BER. ad latera, SEC. . . . . ceteris plane exesis litteris. Tristanus tom. II. pag. 316. legit, SECVRITATI COLONIAE BERYTVS. Nos verius, uti arbitramur, ex simili nummo Commodi, SEC. SAEC. *Securitas sæculi.* Stat in Templo ibi depicto Astarte Dea, cui Victoria columnæ imposita coronam porrigit. Astarte pede sinistro proram navis premit, ad urbis situm significandum. Habemus simillimi sub Gallieno nummi ex ære magno formam plumbo expressam; in quo hasta, quam tenet Astarte Dea, prælongæ cruci simillima est.

COL. IVL. AVG. FEL. BER. Gordiani Pii nummus, in quo Bacchi nudi effigies, dextra copiæ cornu, læva thyrsum gerentis, cum panthera. Vini copiam ac bonitatem in hoc tractu indicat. Et Berytium sane vinum Plinius commendat in primis lib. XIV. sect. IX. Occo in Gordiano tertio, pag. 43. hunc nummum ita legit, COL. IVL. AVG. PEL. BER. & graviore rursum errore, pag. 431. COL. IVL. AVG. PELLA. Quem errorem dum hausit ab Occone Scaliger, Animadvers. Euseb. pag. 195. cur Berytus Colonia Pella dicatur, ait esse sibi incompertum. At FEL. hoc est, FELIX. non PEL. seu PELLA, legi oportuit.

BHTHPPATΩN. Nummus singularis e Cimelio Ill. Harlæi: quem nummum neque ad BÆTARRENOS tertiæ Palæstinæ, neque ad Bæterras Galliæ Narbonensis oppidum, ut visum erudito viro, lib. de usu Numism. pag. 904. sed ad Betarronis potius Phœniciæ urbis maritimæ incolas, quæ inter Diospolim & Cæsaream Stratonis ab Antonino collocatur, referri censuerim oportere. Nam Græcis vocibus usos in nummis Provinciæ Narbonensis cives, præter Massilienses Phocæensium colonos, Antipolitas ejusdem oræ incolas, vix adduci possum ut credam, cum Latine inscripti in eo tractu nummi occurrant, AVENIO, VOLCAE, NEMAVSVS, CABELLIO. Videndum etiam num spectet hic nummus ad urbem Palæstinæ, de qua Eusebius, lib. IV. hist. Eccl. cap. VI. Ἀκμάσαντος δὲ τοῦ πολέμου ἔτους ὀκτωκαιδεκάτου τῆς ἡγεμονίας Ἀδριανοῦ κατὰ Βήθθηρα πόλιν, ἥτις ἦν ὀχυρωτάτη, τῶν Ἱεροσολύμων οὐ σφόδρα πόῤῥω διεστῶσα. *Anno demum octavo de-*

decimo imperii Hadriani, cum totius belli vis circa Bethera urbem munitissimam, nec procul Hierosolymis dissitam exarsisset, &c. Scripti codices Rufini, teste Valesio, habent, *apud Bethara oppidum*. Idem forte cum Betthar, quæ in Itinerario Burdegalensi *Mutatio* dicitur, LII. pass. millibus ab urbe Hierosolymitana, &c.

BIATE. Nummus Hispanicus: ex argento: cujus ectypa effigies ad nos missa est. Ex parte antica Augusti caput exhibet capiti alteri superpositum: in aversa, currentem equitem: infra, BIATE.

BIZYHNΩN. EΠI. TIN. ΡΟΥΦΟΥ. Hadriani, ex eodem Cimelio. D. Vaillant legit in altero e Cimelio Magni Hetruriæ Ducis, EΠ. ΕΙΤΕΙ.ΡΟΥΦΟΥ ΠΡΕC.ΚΑΙ ΑΝΤΙ. ΤΟΥ CEB. BIZYHNΩN. Hoc est, ipso interprete, *Sub Itio Rufo Legato & Proprætore Augusti*. Tinius Rufus ipsius Hadriani principatu vixit, Magister exercitus, adversus Judæos, idemque Legatus Cæsaris Proprætore in Palæstina. Eusebius, in Chronico: Anno sextodecimo imperii Hadriani: *Judæi in arma versi Palæstinam depopulantur, tenente provinciam Tinio Rufo, cui ad opprimendos rebelles Hadrianus misit exercitum.* Hieronymus in Danielem, cap. IX. *Eo mortuo, transactis septem hebdomadis, id est, annis XLIX. Ælius Hadrianus (a quo postea de ruinis Hierusalem urbs Ælia condita est) rebellantes Judæos, Tinio Rufo Magistro exercitus pugnante superavit.* Sic enim MSS. codices, cum in editis perperam *Tino Rufo* legatur. A Georgio Syncello in Chron. Τίνιος Ῥοῦφος appellatur. Ab Eusebio, lib. IV. Hist. Eccl. cap. VI. Ῥοῦφος ἐπάρχων τῆς Ἰουδαίας, *Legatus Judææ*.

BIZYHNΩN. M. Aurelii, ac Philippi patris nummi, in Cimelio Regio. Vidimus & Hadriani, & Severi. Sunt & Antonini Severi F. & Gordiani Pii. In nummo Philippi patris, ex ære maximo, in Cimelio Magni Ducis, Serapis, Isis, & Æsculapius stant. Plinio, lib. IV. sect. VIII. *Bizya, arx regum Thraciæ.* Stephano: Βιζύη, πόλις Θρᾴκης.... τὸ ἐθνικὸν, Βιζυηνός.

BIZYHNΩN. Diana Venatrix, in nummo Faustinæ junioris, e Cimelio Regio.

BIΘYNIEΩN. Juliæ Corneliæ Paullæ nummus, e Thesauro Regio.

BEIΘYNIEΩN. AΔPIANΩN. Nummus Antinoi, cujus hæc patria fuit. Sunt & eo titulo, M. Aurelii, Commodi, Severi, & Severi Alexandri. Ab Hadriano Imp. cui unice carus Antinous fuit, alterum id nomen habuit. In parte ejus nummi anteriore, caput ipsius Antinoi est, cum epigraphe, H ΠΑΤΡΙC ΑΝΤΙΝΟΟΝ ΘΕΟΝ. *Antinoum Deum patria* sua colit ac veneratur. Apud Tristanum, tom. I. pag. 547. In parte postica, Mercurius cum talaribus, adjecto bove: ut ab hujus oppidi civibus habitum pro Mercurio Antinoum intelligas, eique majore hostia ab iis litatum. Alias abactos a Mercurio Apollinis boves, uti narrat Antoninus Liberalis in Metamorph. significari quoque hoc nummo haud temere quis credat. Nummus Occonis, pag. 244. si modo haud sublestæ fidei, ΓΕΝΕCΙC ΑΝΤΙΝΟΟΥ ΒΙΘΥΝΙΕΟC, non ut ipse legit, ΚΙΤΥΝΙΔΟC. Plinio, lib. V. sect. XLIII. *Bithynion*. Stephano: Βιθύνιον, πόλις Βιθυνίας..... ὁ οἰκῶν, Βιθυνιεύς. Eadem Ptolemæo, lib. V. cap. I. Claudiopolis appellata: Κλαυδιόπολις ἡ καὶ Βιθύνιον.

BITHYNIA.

KOINON BEIΘYNIAC. *Commune Bithyniæ.* Ubi sonum eumdem animadvertendum est esse litteræ I & diphthongi EI. Sic & in CABEINA, ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ, & sexcentis aliis; ubi diphthongus ponitur, ut littera longa ibi intelligatur. Commune fanum, sacrum commune, & commune certamen intellige, in uno aliquo oppido a totius Provinciæ communitate editum. His sacris certaminibusque qui præerat Βιθυνιάρχης vocabatur, cui cura sacrorum ludorumque κοινοῦ τῆς Βιθυνίας, ut Ἀσιάρχης, cui κοινοῦ τῆς Ἀσίας. De hac postrema voce dicemus in nummis ΡΟΔΙΩΝ. Vide & ΓΑΛΑΤΩΝ ΚΟΙΝΟΝ, ΚΡΗΤΩΝ ΚΟΙΝΟΝ. Nummi sunt hi Trajani & Hadriani, in Cimelio Regio, cum templi effigie. Hadriani, in Museo nostro: AYT. KAIC. TPA. AΔPIANOC. KOINON BEIΘYNIAC. In Cimelio D. FOUCAULT, infra templum est prora navis, quoniam Bithynia oram maritimam tenet. Est & Sabinæ apud Tristan. tom. I pag. 533. & in Cimelio proxime laudato, cum Templo similiter. Plinio, lib. V. sect. XLIII. *Bithynia* provincia.

COM. BIT. *Commune Bithyniæ.* Templum columnis octo fultum. In fronte, ROM. S. P. AVG.

BITHYNIÆ REGES.

Duo tantum novimus ex Nummis antiquis & ex Plinio regum Bithyniæ nomina: Prusiam, & Nicomedem. Nummus Prusiæ regis argenteus magnæ molis in Museo nostro exhibet in antica superficie caput diadematum: in pagina altera Victoriam, quæ palmam gestat & coronam; cum titulo, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΡΟΥΣΙΟΥ.

Nicomedem unicum Plinius commemorat, nempe eum, cujus uxor Consingis, lib. VIII. pag. 202. & quo interfecto equus ejus inedia vitam finivit, pag. 208. Nicomedis nomine insignes nummos duos in primis profert Illustriss. Spanhemius, pag. 515. Prior est, vultu juvenili, capite diademato, ex Gaza Medicea: alter vultu virili, ex Thesauro Brandeburgico. Ambo Jovem in postica superficie exhibent, qui dextra coronam, læva hastam gerit: cum aquila coram apposita, quæ fulmen unguibus tenet. Utriusque nummi eadem in ea superficie epigraphe est: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΝΙΚΟΜΗΔΟΥ. *Regis Illustris Nicomedis.* Prior adjunctam hanc habet anni notam, ΓΠΡ. hoc est, anni Græcorum CLXXXIII. qui est annus Urbis Romæ DCXXIV. ante Christum CXXX. Alter, ΕΣ. annum CCV. qui est Urbis Romæ annus DCXLVI. ante Christum, CVIII. Sed utroque isto nummo vetustior est ille, quem protulimus in Chronologia Veteris Testamenti, cum anni nota, ΕΟΡ. hoc est, Græcorum anno CLXXV. Paulo postea cessit Romanis Bithynia: siquidem anno CCXXII. æræ Græcorum, qui fuit Urbis Romæ DCLXIII. Romanos ibi magistratus fuisse nummi docent, ut diximus ad eum annum, in Chronologia Veteris Testamenti.

Titulus ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ docet ipsum, ut de Seleuco Epiphane & fratre ejus Antiocho Epiphane diximus in eo ipso volumine, ortum traxisse ex patre, avo, proavo, & abavo, regibus. Primum omnium fuisse Prusiam verisimile est, non istum de quo proxime egimus, sed vetustiorem; cujus nummi inscripti sunt solo nomine ΠΡΟΥΣΙΟΥ, absque titulo ΒΑΣΙΛΕΩΣ, ab Illustriss. Spanhemio memorati, pag. 514. Jam nummi, qui sunt ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΡΟΥΣΙΟΥ inscripti, duo sunt longe dissimili vultu in Thesauro Brandeburgico, tomo I. pag. 269. & 270. Nicomedis denique proxime memorati avus exstitisse videtur is, qui titulo Epiphanis caret, in nummo e Gaza Regia; in quo caput diadematum est in antica pagina; in aversa autem Pallas sedens, cum epigraphe, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΝΙΚΟΜΗΔΟΥ. Ex quo quinque regum Bithynorum nomina ista, & hanc eorum fuisse seriem conjicimus:

1 ΠΡΟΥΣΙΟΥ.
2 ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΡΟΥΣΙΟΥ.
3 ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΝΙΚΟΜΗΔΟΥ.
4 ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΡΟΥΣΙΟΥ.
5 ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΝΙΚΟΜΗΔΟΥ.

Non tam vetustum Bithyniæ regnum, quam Syriæ, fuisse, vel ipsum ostendit cognomen ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ: cum illud Seleucus in Syria gesserit anno Græcorum CXXVI. Nicomedes in Bithynia non ante annum CLXXV.

BILBILIS. ITALICA. Nummus Augusti, apud Patinum, pag. 35. nunc in Cimelio Regio. Bilbilis quidem fertur Martialis Poëtæ natalibus clara, & ferrariis officinis, ut diximus ad Plinii lib. XXXIV. sect. XLI. Eques in eo nummo decurrit. Vox ITALICA notat, scriptos ex ea colonia milites in legione Italica mereri stipendia potuisse. In Actus Apost. *Cornelius Centurio cohortis quæ dicitur Italica.*

MVN. AVGVSTA. BILBILIS. L. COR. CALDO. L. SEMP. RVLLO. IIVIR. In parte altera: AVGVSTVS DIVI F. PATER PATRIAE. E Museo nostro.

MVN. AVG. BILBIL. C. CORN. REFEC. M. HELV. FRONT. In corona deinde laurea, IIVIR. *Municipium Augusta Bilbilis. C. Cornelio Refecto, M. Helvio Frontone, Duumviris.* At Corn. Rufus, in Romanis Annalibus sæpe: Corn. Repentinus, interdum: Refectus, necdum nobis occurrit. Nummus hic est Caji Cæsaris, quem Caligulam vocant, apud Patinum, pag. 93.

ΒΙΣΑΛΤΙΩΝ. In nummis Goltzianis e Græcia Vetere, pro ΒΙCΑΛΤΩΝ. Plinio, lib. IV. sect. XVII. *Gens Bisaltæ.* Βισαλτία, πόλις ἢ χώρα Μακεδονίας .... τὸ ἐθνικὸν, Βισάλτης. Equum, & adstantem cum jaculo militem, hic nummus præfert. Sunt & quibus insculpta galea, Thessalicæ Macedonicæve virtutis insigne.

BISGARGIS.

MVN. BISGARGIS. Germanici nummus, in Thesauro Goltzii, pag. 242. *Municipium Bisgargis.* Plinio, lib. III. sect. IV. *Bisgargitani*, in Tarraconensi Hispaniæ provincia & conventu: Ilergaonum oppidum mediterraneum Ptolemæo, lib. II. cap. VI.

ΒΛΑΥΝΔΕΩΝ. Volusiani nummus e Cimelio Regio.

ΕΠΙ ΑΡΧ. Α. ΑΥ. ΠΑΠΙΟΥ. Ἐπὶ Ἄρχοντος πρώτου Αὐρηλίου Παπίου. *Sub Prætore primo Aurelio Papia.* Apollo Citharœdus capite radiato. Sunt & Antonini Severi F. nummi ΒΛΑΥΝΔΕΩΝ. In Notitia Eccles. Hieroclis, pag. 13. & in altera, pag. 45. ὁ Βλαύνδου. Apud Leunclavium, in Notitia sedium Episcopalium, inter Antistites Lydiæ, pag. 90. censetur ὁ Βλαδίων. In Conc. Calched. epistolæ synodali Lydiæ ad Leonem Papam, pag. 934. subscribit Onesiphorus Episcopus Blandi. Et act. VI. pag. 594. Ἡλίας ἐπίσκοπος πόλεως Βλαυδοῦ. Et act. IV. Ἡλίας ἐπίσκοπος πόλεως Βλαυδοῦ Λυδίας.

ΕΠΙ ΑΡΧ. Μ. ΚΑΜΟCΚΑ ΤΟ. Β. ΒΛΑΥΝ. *Sub Archonte Marco Camosca iterum. Blaundensium.* M. Aurelii nummus, inquit D. Galland.

ΕΠΙ ΑΥΡ. ΓΛΥΚΩΝΟC Γ. ΝΙΓΡ. ΑΡΧ. Α. ΒΛΑΥΝΔΕΩΝ ΜΑΚΕ. *Sub Aurelio Glycone Gaji Nigri F. Prætore primo Blaundensium Macedonum.* Nam fuere etiam in Lydia Macedones, teste Plinio. Nummus hic est Philippi filii, ΑΥΤ. Κ. Μ. ΙΟΥΛ. ΦΙΛΙΠΠΟC ΑΥΓ. ex ære maximo, apud D. Abb. DE CAMPS.

ΒΛΑΥΝΔΕΩΝ ΔΗΜΟC. Caput juvenile. *Blaundensium populus.* Ex altera parte, fluvii decumbentis effigies. E Cimelio Regio.

ΒΟΙΑΤΑΝ. Nummus Juliæ Domnæ. Plinio, lib. IV. sect. IX. *Bæa*, in Argolico Achaïæ sinu. Stephanus Βοιὸν cum Βοιαὶ miscet: illud Doridis oppidum est, de quo Plinius ejus libri sect. XIII. & Strabo, lib. IX. pag. 427. istud Achaïæ. Et Bœas alteras in Creta fuisse adjicit, auctore nullo. Illud interim verius, quod subdit idem, gentile nomen esse Βοιάτης.

ΒΟΙΩΤΩΝ.

ΒΟΙΩΤ. E Museo nostro nummus, in quo crater & clava: Herculis notum istud est, Bacchi illud insigne: ex parte aversa clypeus, ut in numismate ΑΝΘΗΔΟΝΙΩΝ. Plinius, lib. IV. sect. XII. *Bœotiæ Thebæ, duorum numinum, Liberi atque Herculis (ut volunt) patria.*

ΒΟΙΩΤΩΝ. In Græcia Goltzii, Tab XVI. Neptuni hic nummus effigiem præfert, cum delphino & tridente, Dei illius symbolis: adjectoque clypeo, Bœotorum generatim, & idem privatim Thebanorum insigni. Neptunum Bœoti coluere in primis, quod omnis eorum regio mari undique alluatur: ideo τριθάλαττος, *trimaris*, appellata a Strabone, lib. IX. pag. 400. In aversa nummi parte Apollo Ismenius, cujus fanum, oraculum, amnisque Ismenius in Bœotia fuit.

BONNA, *in Germania ad Rhenum.*

COL. IVLIA. BONNA. Nummus Augusti, e Thesauro Goltzii, pag. 240. Tacito & Antonino *Bonna.* Ptolemæo quoque Βόννα, lib. II. cap. IX.

BONONIA *Galliæ.*

BONONIA. OCEAN. Constantis Augusti nummus, e Gaza Regia: quo trajectus Principis e Bononiensi litore in Britanniam designatur, vel navigatio eo mari. Prius Gessoriacum Morinorum litus, teste Plinio lib. IV. sect. XXX. vocabatur, *portusque Morinorum*, sect. XXXVII. Tabula Peuting. *Gesoriaco, quod nunc Bononia.* Nobis, *Boulogne sur mer*, in Picardia.

BOSTRA.

Ν. ΤΡΑ. BOSTRA. Νερουΐα Τραϊανὴ Βόστρα. *Nervia Trajana Bostra.* Commodi, in Gaza Regia, cum effigie cameli, quod Arabiæ vulgare symbolum est. Fuit Bostra videlicet Arabiæ oppidum. Cognomen ei a Nerva Trajano, qui Arabiam adquisivit.

ΒΟCΤΡΑ. ΕΤ. ΡΔ. Nummus Severi Imp. in Thesauro Brandeburgico. *Anno* CIV. Primus annus Arabiæ adquisitæ videtur fuisse annus Christi CVI. Itaque hic annus CIV. Bostrensium, est annus Christi CCIX. a mense Septembri.

Ν. ΤΡ. ΒΟCΤΡΑ. Νερουΐα Τραϊανὴ Βόστρα. Severi nummus. De Bostris vide quid narret Damascius apud Photium, in Bibl. cod. CCXLII. pag. 1060.

Α. ΤΥΧΗ. ΒΟCΤΡΩΝ. Ἀγαθὴ Τύχη Βόστρων. *Bona Fortuna, seu verius, Bonus Genius Bostrorum.* Caracallæ nummus, in eodem Cimelio. Non eadem est porro Bostra, quanquam aliter visum eruditis alioqui viris, in primisque Tristano, quæ Philippopolis in eodem Arabiæ tractu appellata est. In Notitia Eccles. antiqua, pag. 63. in Provincia Arabiæ censentur hæ duæ civitates, Βόστρα μητρόπολις, & Φιλιππόπολις.

COLONIA. BOSTRA. Nummi Severi Alexandri, ac Juliæ Mamææ: cum vultu Jovis Hammonis.

N. TRAIANAE ALEXANDRIANAE COL. BOSTR. Nummi Severi Alexan-

 dri,

dri, & Juliæ Mamææ. Ab Alexandro Mamææ F. Alexandrinæ cognomen, cum coloniæ jure traxit.

ΒΟΤΡΥΗΝΩΝ *in Phœnicia.*

ΒΟΤΡΥΗΝΩΝ. ΟC. Nummus hic est Antonini Elagabali, cusus anno CCLXX. qui incidit in annum V. C. DCCCCLXXIV. Elagabali quintum, Christi CCXXI. post Septembrem, ducto æræ Cæsarianæ initio ab anno V. C. DCCV. In Phœnice, a Plinio, libro V. sect. XVIII. *Botrys* collocatur.

ΒΟΥΡΑΙΩΝ, in nummis Juliæ Domnæ, & Antonini Caracallæ. Plinio, lib. IV. sect. VI. in Achaïa, *Bura.* Stephano: Βοῦρα, πόλις Ἀχαΐας .... τὸ ἐθνικὸν, Βουραῖος.

ΒΟΥCIΡΙΤΩΝ. In vetere nummo Titi, e Thesauro Goltzii.

ΒΟΥCI. L. IA. Βουσιριτῶν, Λυκάβαντος ιά. In Cimelio Regio, Hadriani nummus: qui anno ejus undecimo cusus dicitur, cum Isidis stantis effigie: quod Ægyptiorum peculiare numen fuisse tralatitium est. Plinius, lib. V. sect. IX. *Busiriten* in Ægypto nomum habet. Stephano: Βούσιρις, πόλις Αἰγύπτου ..... ὁ πολίτης, Βουσιρίτης.

BRACARA.

COL. B. A. Caji & Lucii Cæsarum nummus, in quo tauri cornupetæ signata effigies, apud Mediobarbum, pag. 58. Hunc interpretari ita lubet: *Colonia Bracara Augusta.* Plinio, lib. IV. sect. XXXIV. *Bracarum oppidum Augusta*, hodie *Bragues*, in Lusitania. Ptolemæo, lib. II. cap. VI. Βράκαρ Αὐγοῦστα. Apud Gruterum, pag. 324. BRACARAVGVSTANI.

ΒΡΕΤΤΙΩΝ. In Cimelio nostro nummi frequentes. Plinio, lib. III. sect. X. *Ager Brutius.* Stephano, verbo Βρέττος, Βρέττιοι, χώρα Βρεττία. Nunc Calabria nuncupatur, pars Italiæ ultima. Nummos ii olim Jove, Junone Sceptrifera: Marte, Pallade, Hercule, Vulcano, aliisque Numinibus signaverunt. Cancer his etiam interdum insculptus, oræ maritimæ symbolum.

BRITANNIA.

DE BRITANNIS. Claudii itidem, cum arcu triumphali. Plinius, lib. III. sect. XX. *Claudius Cæsar e Britannia triumphans, prægrandi illa domo verius quam nave intravit Adriam.*

ΒΡΟΥΖΗΝΩΝ.

ΑΥΤ. Κ. Γ. ΙΟΥ. ΟΥΗΡ. ΜΑΞΙΜΕΙΝΟC. Γ. ΙΟΥ. ΟΥΗΡ. ΜΑΞΙΜΟC. Κ. Capita duo adversa Maximini & Maximi. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Γάϊος Ἰούλιος Οὐηρὸς Μαξιμεῖνος. Γάϊος Ἰούλιος Οὐηρὸς Μάξιμος Καῖσαρ. *Imp. Cæsar C. Jul. Verus Maximinus. C. Jul. Verus Maximus Cæsar.* Ex parte aversa, ΒΡΟΥΖΗΝΩΝ. Apud Goltzium in Thesauro, pag. 216. ΗΡΟΥΖΗΝΩΝ perperam scribitur. Occo, pag. 425. ΟΥΣΙΝΩΝ. Hunc nummum Seguinus, pag. 169. ad Prusam primum, mox se ipse retexens, secutusque V. CL. P. Gabr. Cossartium e Societate nostra, doctrinæ ac famæ singularis, ad Βόρυζαν urbem in Ponto refert Stephano memoratam: legique ΒΟΡΥΖΗΝΩΝ trajectis litteris censet oportere. Sed ab hac sententia deterrent me duo: alterum, quod trajectione litterarum laborare nummos veteres neque affirmari facile, nec temere credi oporteat: alterum quod Stephanus ipse hujus oppidi gentile nomen non Βορυζηνὸς, sed Βορυζαῖος dici conceptis verbis præmoneat. Nos ad oppidum Phrygiæ Salutaris pertinere deprehendimus, quod oppidum in Notitia Eccles. Vetere, pag. 29. Βροῦζος, in altera pag. 49. & apud Leunclavium, pag. 94. ὁ Βρύζου. Cum legi utrobique justum sit, Βροῦζος & Βρούζου. Sic in Conc. Calched. act. VI. Αὐξάνων legitur ἐπίσκοπος πόλεως Βρύζου, sub Metropolita Synnadorum, pro Βρούζου. Quæ emendatio constat in primis ex Conc. C P. V. pag. 261. in qua subscribit Μακεδόνιος ἐπίσκοπος τῆς Βρυζηνῶν πόλεως, pro Βρουζηνῶν. Cum idem ipse, pag. 96. inter Episcopos Phrygiæ appelletur, Μακεδόνιος ἐπίσκοπος Βρόζου. Sed corruptissime pag. 60. & 73. Μακεδόνιος Βελάνων. Certe ex vestigiis harum vocum Βρόζου, Βρύζου, Βροῦζος, Βρυζηνῶν, cum accedat in primis nummi auctoritas, quin Βροῦζος, & Βρουζηνῶν legi oporteat, dubium esse cordato nemini debet. Sunt & M. Aurelii, & Commodi, & Severi, & Antonini Severi F. numismata pariter inscripta ΒΡΟΥΖΗΝΩΝ, cum Apolline, aut Hercule, vel Genio civitatis.

BRVNDISIVM.

BRVN. Arion delphino insidet, cum lyra & urceolo. E Cimelio nostro Parisiensi. Apud Goltzium, in Magna Græcia, tab. XXXIII. pro lyra Copiæ cornu, pro urceolo victoriolam gerit: ex parte aversa, cum tridente Neptunus. Plinio, lib. III. sect. XVI. *Brundisium.* Nobis *Brindes*, in parte Italiæ, *Terra d'Otranto.*

ΒΡΕΝΔΗΣΙΝΩΝ. Nummus e Magna Græcia Goltzii, loc. cit. Arion delphino insidens, delphinum alium dextra, læva lyram gerit: quod nescivit Goltzius, qui Tarantem æque hic pingi, atque in Tarentinorum nummis, arbitratus est. *Arionem interficere nautis in mari parantibus ad intercipiendos ejus quæstus*, inquit Plinius lib. IX. sect. VIII. *eblanditum* ferunt, *ut prius caneret cithara, congregatis cantu delphinis, cum se jecisset in mare, exceptum ab uno, Tænarium in littus pervectum.* Vide & Herodotum, lib. I. Clio, num. XXIV. pag. 9. & alios. Ex parte nummi altera Hercules est, Brenti pater, ejus qui oppidi conditor fuit, auctore Stephano: Βρεντήσιον, πόλις Ἰταλίας, ἀπὸ Βρέντου τοῦ Ἡρακλέους.

BVRDOVA. MVN. *Municipium Burdova.* Ptolemæo lib. II. cap. V. in Lusitania, Βούρδουα est. Hic Tiberii nummus e Goltzii Thesauro petitus, pag. 242.

BVTHR. *Buthrotum*, in Epiro. C. PAET. QVIN. ITER. *C. Pætus. Quinquennalia iterum.* Apud Ill. Harlæum. Plinio, lib. IV. sect. I. *Colonia Buthrotum.* Nunc *Butrinto.* De ludis quinquennalibus ad Isthmium Neptuni fanum, atque alibi edi solitis Plinium consule, lib. IV. sect. IX. & nostras ad Plinium notas.

C. A. BVT. EX D. D. *Colonia Augusta Buthrotum. Ex Decreto Decurionum.* Nummus Augusti, nudo capite.

BVTHR. AVGVTVS. Caput Augusti, sine laurea. Pons lapideus. P. POMPON. *Publius Pomponius.* Plinius, loco citato: *Colonia Buthrotum .... amnis Acheron .... mille pedum ponte mirabile omnia sua mirantibus.*

ΒΟΥΘΡΩΤΙΩΝ, in Thesauro Goltzii, & in ejusdem Græcia Vetere, Tab. V. quo in nummo Victoria bovem pede premit: & eundem cornu apprehendit: ex quo forte oppido ei nomen. Vel reportatam forte ab cive aliquo Buthrotio victoriam hic nummus indicat, domito Thessalorum more tauro ex equo. Plinius, lib. VIII. sect. LXX. *Thessalorum gentis inventum est, equo juxta quadrupedante, cornu intorta cervice tauros necare. Primus id spectaculum dedit Romæ Cæsar Dictator.* Vide Tranquillum in Claudio, cap. XXI. Dionem, in Nerone, lib. LXI. pag. 693.

ΒΥΒΛΙΩΝ. Nummus Augusti. Plinio, lib. V. sect. XVII. *Byblos.* Stephano, Βύβλος, πόλις Φοινίκης ... τὸ ἐθνικὸν, Βύβλιος, καὶ Βυβλίας. Cur nomen id urbi sit inditum, idem ibi prolixiore oratione investigat. Hodie *Gebail.* Venerem ii Cœlestem

lestem quondam coluere. Vide Lucianum, in opusc. de Syria Dea: & Cyrillum Alexandrinum in Isaiam, tomo IV. pag. 282.

IEPAS. BYBΛOY. *Sacræ Bybliorum civitatis.* Claudii, Commodi, Severi, Antonini F. in Cimelio Regio; Diadumeniani, Elagabali, & Valeriani. Nummus Antonini Severi F. Astarten exhibet, seu Venerem, in templo sex columnarum. Annus additur, CKΔ. hoc est, CCXXIV. qui annus est XII. Severi, Antonino jam Imperatore: ducto æræ initio ab anno V.C. DCCXXXIV. Epigraphe: AYT. KAI. ANTΩNINOC, capite radiato. Sunt qui hunc nummum Antonino Elagabalo tribuant: male.

BYZANTIΩN. Passim in nummis occurrit. Plinio, lib. IV. sect. XVIII. *Byzantium liberæ conditionis, antea Lygos dictum*: quare *Byzantina Lygos* Ausonio dicta, ut in Plinianis Notis observavimus. A fluviolo, credo, quo alluitur, quem τὸν Λύκον Cedrenus, & Codinus vocant. Nobis *Constantinople.*

BYZANTIΩN CΩT. Hoc est, Σώτειρα. *Byzantina Servatrix.* Lunæ effigies. Vidit Lambecius, in Codinum, pag. 139. Edit. Regiæ. Et est apud Tristanum. Sic in nummis Cyzicenorum, KYZIKHNΩN CΩTEIPA KOPH. Fuit inter Byzantina simulacra Ἀφροδίτη Σελήνη, Venus Luna, teste auctore Græco incerto, quem Combefisius edidit, pag. 22.

BYZANTIΩN. Cum Neptuni effigie, delphino, ac tridente, Neptuni insignibus: quem Deum Byzantii, quod erat is Byzantis conditoris sui parens, coluere.

BYZANTIΩN. Uva appicta in Caracallæ nummo, vini feracem agrum conterminum fuisse significat. Apud Patinum, pag. 302. Visum a se fuisse similem Caji Cæsaris Augusti F. scribit D. Vaillant.

KOINON BYZANTIΩN. *Commune Byzantiorum*: in laurea. Nummus Augusti, e Museo Fr. Lotti, inquit D. Vaillant.

BYZANTIΩN. Caji Cæsaris, Germanici F. nummus, quem D. Vaillant dicit se olim habuisse.

BYZANTIΩN. Duæ pelamides cum delphino. Nummus Claudii, ut quidem refert D. Vaillant. Quæ si certa sunt, mirum est, nec a Viro Cl. Ducangio visos hos nummos fuisse, neque ullum exstare sub Nerone, Vespasiano, Tito, Domitiano, & Nerva, nummum Byzantiorum: subsequentium vero esse sat multos, a Trajano usque ad Gallienum.

BYZANTIΩN. EΠI TPAIANOY. Pisces duo. De pelamidum insigni captura Byzantii, quo fit ut nummis insculpantur, Plinium vide lib. IX. sect. XX. Trajani nummus ex eodem Cimelio. Cum tergemino pisce, Plotinæ, quamquam epigraphe eadem, apud Patinum, pag. 188. Cum jam a temporibus Claudii & Neronis, Perinthii Byzantiorum vicini nummos cuderent nominibus Augustorum, ut fœderati: post victoriam Dacicam idem fecere in honorem Trajani Aug. Byzantii: quem morem tenuerunt usque ad Gallienum.

BYZANTIΩN EΠI TPAIANOY KAI TO Γ. *Sub Trajano Cæsare tertium. Byzantiorum* Pontifice scilicet. Nummus Trajani e Gaza Regia, cui insculpta galea est. Videtur omnino Trajanus Byzantiorum, ut Athenarum Hadrianus & Gallienus, ἄρχων hoc loco appellari: nam & in quibusdam nummis additur APX.

BYZANTIΩN. EΠI ΔIOΔΩPOY. TO B. *Sub Diodoro iterum.* Nummus Sabinæ.

BYZANTIΩN. EΠI ΔHMOCΘENOYC. *Sub Demosthene* Prætore. M. Aurelii, e Gaza Regia. Phari duo.

BYZANTIΩN. EΠI ΦAYCTEINHC. *Sub Faustina*, matre Commodi Imp. honorarium fortassis in ea civitate magistratum gerente. Galea. In altera parte nummi. AYT. K. ΛOYKIOC KO. capite nudo. *Imp. Cæsar Lucius Commodus.* Est in Thesauro Regio, ex ære magno.

BYZANTIΩN. ANTΩNEINIA CEBACTA. *Byzantiorum Antoniniana Augusta* certamina, hoc est, edita in gratiam Antonini Elagabali. Hoc Tristanus non intellexit, qui tom. II. pag. 206. *Antoniniam Augustam Byzantiorum* ei oppido nomen fuisse in eo nummo putat. Quanquam non sum nescius Severo superstite, ex filii nomine, Antonini Caracallæ, Ἀντωνινίαν urbem eam esse appellatam, ut Hesychius Milesius prodidit, lib. de rebus patriis CP. Sed est hic nummus ut Occo vidit pag. 404. Elagabali, non, uti Tristanus putavit, Caracallæ.

BYZANTIΩN. EΠI AIΛ. ΠONTIKOY. *Sub Ælio Pontico.* Lucillæ, e Gaza Regia. Crispinæ Commodi, KPICΠINA AYΓOYCTA. EΠI. AI. ΠONTIKOY H. BYZANTIΩN, ex eodem Cimelio. *Sub Ælio Pontico octies* Prætore *Byzantiorum.* In utroque nummo tergemini pisces insculpti.

BYZAC. Cum senili capite galeato. Is oppidi conditor fuit. Stephanus: Ἐκτίσθη ἀπὸ Βύζαντος τοῦ Ποσειδῶνος. *Conditum Byzantium est a Byzante Neptuni F.* In parte nummi altera, prora navis insculpta, nomenque Prætoris, EΠI ΔHMHTPIOY.

BYZANTIΩN. EΠI APX. M. AY. ANTΩNEINOY. Caracallæ, e Cimelio Regio. Βυζαντίων ἐπὶ Ἄρχοντος Μάρκου Αὐρηλίου Ἀντωνίνου. Ipse Caracalla in ea nummi area stat, Dea Præside urbis pariter adstante, idemque Byzantiorum Archon vocatur.

BYZANTIΩN. Ara cum foco, inter pisces duos. ANTΩNEINOC AYΓOYCTOC. Antonini Severi F. caput laureatum. Est ex ære magno in Cimelio Regio.

BYZANTIΩN. Antonini Severi F. apud Tristanum, tom. II. p. 205. Isis in eo nummo rete explicat: quo uberrima thynnorum captura Byzantii significatur. De eo piscatu Plinius, lib. IX. sect. XX. *Est in euripo Thracii Bosphori, quo Propontis Euxino jungitur, in ipsis Europam Asiamque separantis freti angustiis, saxum miri candoris, a vado ad summa perlucens, juxta Calchedonem in latere Asiæ. Hujus aspectu repente territi thynni, semper adversum Byzantii promontorium, ex ea causa appellatum Aurei Cornus, præcipiti petunt agmine. Itaque omnis captura Byzantii est, magna Calchedonis penuria; mille passuum medii interfluentis euripi. Opperiuntur autem Aquilonis flatum, ut secundo fluctu exeant e Ponto: nec nisi intrantes portum Byzantium capiuntur.* Quo in loco ante nos legebatur, *nec nisi intrantes Pontum & Byzantii capiuntur*: quæ lectio mire torsit eruditorum ingenia, quod vera ei subesse sententia nulla possit. Qua ope medicinam ei loco fecerimus, disces ex nostris ad Plinium Notis & Emendationibus, ad librum nonum, num. XXXIV.

BYZANTIΩN. EΠI APX. AI. KAΠITΩΛEINOY. Plautillæ nummus, in Thesauro Regio. *Sub Archonte Ælio Capitolino.* Est & Antonini Severi F. cum hac epigraphe: M. AYP. ANTΩNEINOC CEB. In parte aversa, BYZANTIΩN. EΠI T. AIΛ. KAΠITΩΛINOY. *Sub Tito Ælio Capitolino.* Antonius & Geta ante aram dextras jungunt. Est ex ære maximo, in Cimelio Magni Ducis Hetruriæ.

Π. CEΠT. ΓETAC K. Πόπλιος Σεπτίμιος Γέτας Καῖσαρ. Ex parte altera, BYZANTIΩN. EΠI.

ΕΠ. Γ. ΣΑΛΛ. ΑΡΙΣΤΑΙΝΕΤΟΥ. *Byzantiorum. Sub Caïo Sallio*, vel potius *Sallustio Aristæneto*. E Cimelio Regio. Europa tauro vecta fertur, qui typus situm urbis ad Bosphorum indicat. Apud Gruterum vetus inscriptio gemina, sed suspecta, pag. CCCCLXV. 5. & 6. C. SALLIO ARISTAENETO V. C. SEPTEMVIRO EPVLONVM, &c.

ΓΕΤΑΣ ΑΥΓ. *Geta Augustus*. ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ, cum uva, vini feracitatis in agro circumjecto indice. Apud Tristanum, tom. II. pag. 283.

ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. ΕΠΙ ΑΥΡ. ΦΡΟΝΤΩΝΟΣ ΚΑΙ ΑΙ. ΦΗΣΤΟΥ. Phari duo, e Gaza Regia, Macrini nummus: *sub Aurelio Frontone, & Ælio Festo*. Et Severi Alexandri, alter ibidem, ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡΗ. ΣΕΥΗ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ΑΥΓ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αὐρήλιος Σεβηρὸς Ἀλέξανδρος Αὔγουστος. ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. ΕΠ. ΣΤΡ. ΑΥΡ. ΦΡΟΝΤΩΝΟΣ ΚΑΙ ΑΙΛ. ΦΗΣΤΟΥ. *Sub Duumviris Aurelio Frontone, & Ælio Festo*. Tertius ibidem Juliæ Mamææ, ΕΠΙ ΦΡΩΝΤΩΝΟΣ. ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ.

ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. Juliæ Soæmiadis, cum fortunæ effigie. Apud Tristanum, tom. II. pag. 366. Item, ΕΠΙ Μ. ΑΥΡ. ΣΩΤΗΡΙΧΟΥ. *Sub M. Aurelio Soterícho*. E Cimelio Regio, sub Severo Alexandro cusus. Sic in nummo ΑΚΜΟΝΕΩΝ legas, ΕΠΙ ΚΑΙΠΙΩΝΟΣ ΚΑΙ ΙΟΥΛΙΑΣ ΣΕΟΥΗΡΑΣ. Sunt præterea nummi Βυζαντίων sub Gordiano, Valeriano, & Gallieno cusi.

ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. ΕΠΙ ΦΡΟΝΤΩΝΟΣ. Leo gradiens. ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΣΕΥ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ. Capite laureato, ex ære mediocri, in Cimelio P. CHAMILLART.

ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. ΓΡ. ΠΛΙΝ. ΣΕΚΟΥΝΔΟΥ. Γραμματέως, hoc est, *Scriba Plinio Secundo*. Nummus Severi Alexandri, in Cimelio D. FOUCAULT.

ΒΥΛΛΙΟΝΩΝ. Apud Goltzium, in Græcia Vetere, Tab. III. In eo nummo Jovis caput insculptum: ex parte altera, Copiæ cornu, ex quo spica & uva emergit, ubertatis ejus agri indices: ipsumque cornu anguis pluribus spiris complectitur. Id Æsculapii symbolum est in nummis vulgare. Plinio, lib. III. sect. XXVI. *Buliones*. Straboni, lib. VII. pag. 326. Βυλλίονες. Oppidum Βυλλὶς, Ptolemæo, lib. II. cap. XIII. unde *Bullidensis colonia* Plinio, lib. IV. sect. XVII. in Epiri, Illyrici, Macedoniæque confinio.

C

CABELLIO.

COL. CABE. *Colonia Cabellio*. Nummus apud Tristanum, tom. I. pag. 63. & apud P. STEPH. CHAMILLART, ex ære minimo. Plinio, lib. III. sect. V. *Cabellio* oppidum Latinum dicitur: Ptolemæo, lib. II. cap. X. Καβελλίων κολωνία. Nunc *Cavaillon*, in Comitatu Avenionensi.

CABE. Apud Patinum, in Æmilia familia, pag. XI. Ex parte aversa, LEPI. cum Copiæ cornu. Hunc utrumque nummum ad Africæ oppidum Tristanus, Patinusque referunt, quod ille Tacapen esse suspicatur, iste quodnam sit haud indicat: Oiselius vetustissimum Carthaginis nomen, Κακκάβη, cujus Stephanus meminit, priore sui parte diminutum, repræsentari hoc loco comminiscitur: nos multo verisimilius, uti remur, Cabellionem. Triumvirorum nominibus, interdum & capitibus nummos suos passim insignivere Galliæ. Vide LVGDVNVM, REMI, NEMAVSVS. Ac deinde Augustorum ævo, COL. AVENIO, COL. ARELATE, &c.

C. A. C. Vide ASIDO.

CADO. Vide ΚΑΔΟΗΝΩΝ.

CÆSARAVGVSTA. Q. LVTAT. M. FABI. IIVIR. *Q. Lutatio, M. Fabio, Duumviris*. Colonus boves aratro junctos agit, coloniæ deductæ in plerisque nummis symbolum. M. Varro, lib. IV. de ling. Lat. auctor est coloniam sic inchoari solitam, juncto bove & vacca, ut vacca tamen coloniæ, quam conderent, propinquior esset: exterius vero bos araret: ductoque aratro terminos designabant coloniæ, qua mœnia ducerentur: & aratro portato, ubi portam statui vellent. Plinius, lib. III. sect. IV. *Cæsaraugusta colonia immunis, amne Ibero affusa, ubi oppidum antea vocabatur Salduba*. Vetus inscriptio, in Thesauro Goltzii, pag. 238. COL. CAESAREA. AVG. SALDVBA. Hodie *Sarragosse*, in Aragonia.

CAESARAVGVSTA. CN. DOM. AMP. C. VET. LANG. IIVIR. Nummus Augusti, capite laureato. *Cn. Domitio Ampliato: Caio Veturio Languido, Duumviris*. Alius habet: L. CASSIO. C. VALE. FEN. IIVIR. *L. Cassio, Caio Valerio Fenestella, Duumviris*. Alius; Q. STATIO. M. FABRICIO IIVIR.

C. C. A. *Colonia Cæsaraugusta*. M. CATO. L. VETTIACVS IIVIR. LEG. IV. LEG. VI. LEG. X. *Legio Quarta, Legio sexta, Legio decima*. Vexillum inter duo signa militaria. In antica nummi parte: TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS PON. MAX. TR. P. XXXIII.

C. C. A. PIETATIS AVGVSTAE. Caput Pietatis, quæ Juliæ Augusti filiæ Pietatem designet. Vide EMERITA. In altera nummi parte, templum est, & nomina Duumvirorum; IVNIANO LVPO PR. C. CAES. C. POMPONIO PARR. IIVIR. *Juniano Lupo Præfecto cohortis Cæsarianæ* (ut recte conjecit D. Vaillant:) *C. Pomponio Parra Duumviris*.

C. C. A. Litteræ inter duo signa cohortium & aquilam legionariam interjectæ. In ambitu; LICINIANO ET GERMANO IIVIR. Nummus ex ære magno, in Cimelio P. CHAMILLART. In priore pagina: C. CAESAR AVG. GERMANICVS IMP. Capite laureato.

C. C. A. *Colonia Cæsaraugusta*. MONTANO. ET. GERMANO. IIVIR. hoc est, *Duumviris*. Caligulæ nummus, in Cimelio Regio: ubi & alii Tiberii sunt. De Duumviris & Decurionibus dicemus, verbo CORINTHVS.

CAESAREA ANTIOCHIA. Vide ANTIOCHIA *Pisidiæ*.

CÆSAREA *Bithyniæ*. Hujus Cæsareæ mentio, tum in Notitia Hieroclis, aliisque, inter sedes Episcopales Provinciæ Bithyniæ, tum in Conc. CP. V. pag. 73. in qua appellatur Ἰωάννης Καισαρείας τῆς Βιθυνίας, & pag. 170. Παῦλος ἐπίσκοπος Καισαρείας Βιθυνίας. Ad hanc nummi isti pertinent:

ΛΕΥΚΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ. Caput Lucii Cæsaris, Aug. F. nudum sine laurea, cum lituo. .)(. ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. Capricornus cum Cornucopiæ. Est in Thesauro Regio ex ære minimo.

ΠΟΛΛΙΩΝ ΚΟΥΠΕΔΙΟΥ. ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. *Pollio Cupedii F.* Nummus *Cæsariensium*. Caput Augusti nudum. .)(. ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΡΑΣΙΟΥ. *Menander Parrhasii F.* Templum octo fultum columnis, cum caduceo. Utrumque hunc nummum D. Vaillant Cæsareensibus Palæstinæ falso adscribit: cum & Cæsarea Palæstinæ non sub Augusto sit condita, sed sub Claudio: nec mos sit appellari Duumviros in ullo Cæsareæ Palæstinæ nummo; nec mos appellandi eos adjecto patris nomine uspiam fuerit extra minorem Asiam, qua spectat

spectat occasum: nec denique nummos Græcos L. Cæsar habeat, extra hanc ipsam partem minoris Asiæ.

CAESAREA *Cappadociæ*.

ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ. Nummus Othonis, sed falsus, apud Patinum, pag. 130. cum monte præcelso. Plinius, lib. VI. sect. III. *Sub monte Argæo Mazaca, quæ nunc Cæsarea nominatur.* A Caïo Julio Cæsare id ei nomen datum affirmat Justinianus, Novella XXX. de Cappadocia: & Constantinus Porphyrogen. lib. I. them. II. pag. XVI. cum prius Mazaca diceretur a Mousoch, (Μοσὸχ) primo Cappadocum auctore. A Claudio Cæsare, Nicephorus Callist. A Tiberio Suidas, & Hieronymus, ut diximus in Plinianis Notis. Sunt ab istis Cæsariensibus cusi nummi nominibus Claudii, Titi, Domitiani, Antonini Pii, M. Aurelii, L. Veri, Commodi, Severi, aliorumque, quos modo appellabimus.

ΚΑΙCΑΡΕΙΑC Π. Τ. ΑΡΓΑΙΩ. πρὸς τῷ Ἀργαίῳ, *sub monte Argæo.* Mons Argæus.)(. Μ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC CΕΒΑCΤΟC. Capite M. Antonini laureato. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOUCAULT.

ΚΑΙCΑΡΕΩΝ Τ.Π.ΑΡΓΑΙΩ.ΤΟ.Β. Antonini Pii nummus, e Museo S. Genovefæ, in quo mons Argæus insculptus, cui apposita, ut diximus, Cappadociæ Cæsarea. Καισαρέων τῶν πρὸς Ἀργαίῳ, τὸ β΄ subintellige Νεωκόρων. *Cæsariensium qui sub Argæo, iterum Neocororum.* In pagina nummi antica, ΑΥΤ. ΚΑΙC. Τ. ΑΙΛ. ΑΔΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Τίτος Αἴλιος Ἀδριανὸς Ἀντωνῖνος.

ΚΑΙCΑΡΕΩΝ ΠΡ. ΤΩ ΑΡΓΑΙΩ. ΕΤ. Β. *Anno secundo* L. Veri: cujus & alter est, ΚΑΙCΑΡΕΙΑC ΜΗΤΡΟΠ. ΕΤ. Γ. cum monte Argæo, in Cimelio D. FOUCAULT.

ΜΗΤΡΟ. ΚΑΙCΑ. ΕΤ. ΙΓ. Μητροπόλεως Καισαρείας, ἔτει ιγ΄. *anno* XIII. Antonini Severi F., apud Tristanum, tom. II. pag. 223. in quo editissimi montis effigies, cui stella in vertice imminet. Sunt & Juliæ Domnæ, apud Patinum in Thesauro, pag. 82.

ΚΑΙCΑΡΕΙΑC. Antonini Severi F. iterum ibidem: sed pro stella Aquila est.

ΜΗΤΡΟΠ. ΚΑΙCΑΡΕΙΑC. ΕΤ. Α. Apud Tristanum, pag. 230. Hos nummos Cæsareæ Paneadi perperam Tristanus adjudicat.

ΜΗΤΡ. ΚΑΙCΑ. ΕΤ. Β. Apud Patinum pag. 302. ejusdem Caracallæ.

ΜΗΤΡΟΠ. ΚΑΙCΑΡΕΙΑC ΝΕΩΚΟΡΟΥ. ΕΤ. Β. Macrini apud Tristanum, pag. 292. nunc Cimelii Regii.

ΚΑΙCΑΡΙΑ ΜΗΤ. ΠΡ. ΑΡΓ. ΕΤ. Β. Καισάρεια μητρόπολις πρὸς Ἀργαίῳ, ἔτος β΄. *Anno secundo* Macrini, cujus hic nummus est in Cimelio D. FOUCAULT. Mons Argæus ibi insculptus est.

ΜΗΤΡΟΠ. ΚΑΙCΑΡΕΙΑC. Diadumeniani, pag. 316.

ΜΗΤΡΟΠ. ΚΑΙCΑΡΕΙΑC. ΕΤ. Α. Severi Alexandri, pag. 399. & quos eodem Imperatore cusos Patinus affert, pag. 351.

ΕΥCΕΒΕΙΑC. . . . ΑΡΕΙΑC. Nummus media sui parte exesus, quem sic legi nos auctores sumus, ΕΥCΕΒΕΙΑC ΚΑΙCΑΡΕΙΑC. & ad hanc Cæsaream referri. Aquila in eo nummo Argæi montis vertici insistit, ut in superioribus. Cæsaream utique, in qua versamur, Eusebiam appellatam esse, ex Strabone monuimus in Plinianis Notis. Stephanus quoque: Καισάρεια, μητρόπολις τῆς Καππαδοκίας, ἡ πρὶν Εὐσέβεια, ἢ Μάζακα.

ΜΗΤΡΟ. ΚΑΙC. Β. Ν. Δ. Μητροπόλεως Καισαρείας δὶς Νεωκόρου, anno Gordiani junioris, quo cusus ille nummus est, δ΄. hoc est, *quarto.* E Gaza Regia. Post Trebonianum Gallum nulli hujus Cæsareæ nummi occurrunt.

CÆSAREA *Palæstinæ*.

ΚΑΙΣΑΡΙΑ Η ΠΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΩΝ Μ. L. ΙΔ. *Cæsarea quæ prima Augusta Augustorum, metropolis.* Anno XIV. Neronis. De hoc nummo vide librum de Nummis Herodiadum, & Chronologiam Veteris Testamenti.

ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΑΣΥΛΟΥ. ΑΓΡΙΠΠΑ ΒΑΣΙΛΕΥ. Ἀγρίππα βασιλεύοντος. *Cæsareæ sacrosanctæ. Agrippa regnante.* Nummus est Caji Cæsaris Germanici Aug. ex Feschio.

ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ ΓΕΡΜΑΝΙΚΑΙΩΝ. Claudii nummus: de quo & similibus, vide librum de Nummis Herodiadum.

COL. CAESAREA. L. IB. ΦΛΑ. *Colonia Cæsarea.* λυκάβαντος ιβ΄. Φλαβίων. *Anno* XII. *Flaviorum.* Titi nummus hic est: de quo vide librum supradictum, & Chronologiam Veteris Testamenti.

IMP. CAE. NER. TRA. AVG. GER. P.M. TR. P. COS. II. PP. Capite laureato. *Imp. Cæsar Nerva Trajanus*, &c. COL. PRIMA FL. AVG. CAESARIEN. Victoria cum palma & corona.

C. FLAV. CAESAR. Apud Patin. pag. 195. Hadriani nummus: cui similis alter Faustinæ Aurelii conjugis, pag. 249. In his Astarte stans hominem pede calcat, ex aquis emergentem. Sic etiam in nummo Juliæ Domnæ.

COL. P. FL. AVG. CAESAREA. Ejusdem Hadriani in Cimelio Regio. *Colonia Prima Flavia Augusta Cæsarea.*

C. A. C. *Colonia Augusta Cæsarea.* Nummi duo Antonini Pii, e Thesauro Regio. Astarte Dea stans, hominem ex aquis emergentem pede calcat: id quod oppidum amni appositum indicat. Amnis *Crocodilon* a Plinio dicitur: Χορσίας a Ptolemæo. De eo Guillelmus Tyrius, libro VII. belli sacri, cap. XXII.

C. A. C. FAVSTINA AVGVST. In parte antica, caput est M. Aurelii, vultu senili, detrita epigraphe. Est ex ære minimo, in Cimelio D. FOUCAULT.

COL. PRIMA FL. AVG. CAESAREA. M. Aurelii nummus e Museo nostro, in quo Serapidis caput, cum modio, calathóve. Plinius, lib. V. sect. XIV. *Stratonis turris, eadem Cæsarea, ab Herode rege condita: nunc colonia Prima Flavia, a Vespasiano Imp. deducta.* Prima Flavia appellatur, quod prima Flaviæ nomen accepit a Vespasiani nomine. Ulpianus, lib. L. Digest. tit. XV. de Censibus: *Divus Vespasianus Cæsarienses colonos fecit*, &c. Hieronym. in Chron. anno IV. Olymp. CXCI. *Herodes Cæsaream in nomine Cæsaris condidit, quæ prius Turris Stratonis vocabatur.* In vetustis inscriptionibus nondum occurrit, *Legio prima Flavia.* At LEG. III. LEG. IV. LEG. X. & LEG. XVI. cum FLAVIAE appellatione, passim. Nunc est *Casair*, provinciæ caput, *la Principauté de l'Hemir de Casair.*

ΚΑΙCΑΡΕ. ΓΕΡΜΑΝΙΚ. ΕΚΡ. Καισαρέων Γερμανικῆς, ἔτους ϛκρ΄. *Cæsareæ Germanicæ*, anno CXXV. qui est annus Christi CLXVI. M. Aurelii, cujus hic nummus est, annus sextus.

ΑΥΤ. ΚΑΙ. Μ. ΑΝΤ. ΚΟΜΟΔΟΝ C. capite laureato: Αὐτοκράτορα Καίσαρα Μάρκον Ἀντωνῖνον Κόμοδον Σεβαστόν. *Imp. Cæsarem M. Antoninum Commodum Augustum*, subintellige, Cæsarienses venerantur. In altera nummi parte, ΚΑΙC. ΓΕΡΜΑΝΙΚΑΙΩΝ, civitas Cæsariensium Germanicensium, Καισαρέων Γερμανικαίων. Genius urbis dextra spicas tenet, rupi insidet, homine ad pedes in aquis natante: quæ forma passim occurrit in nummis Cæsareæ Palæstinæ.

In

In isto adjicitur, ET. ΡΛΘ. ἔτει ρλθ΄. anno CXXXIX. qui est Commodi primus: ducto æræ initio ab autumno anni Christi XLII. qui secundus est Claudii Imp. Nam eo anno Cæsaream accepisse Germanicæ cognomen a Germanico Claudii Imp. fratre, hic nummus & subsequentes docent. Est hic nummus in Cimelio D. FOUCAULT.

M. ΑΥΡΗ . . . Cetera sunt detrita: sed caput est Commodi laureatum, in Thesauro Regio. Ex altera parte, ΚΑΙCΑΡΕ. ΓΕΡΜΑΝΙΚΕ. ΚΟΜ. Α. in corona laurea. Καισαρέων Γερμανικέων Κομοδιανῶν α΄. *Cæsariensium Germanicensium Commodianorum*, anno *primo* Commodi; quo Commodiani dici illi voluerunt, qui jam Germanicenses cognominabantur. Cave credas his qui hunc nummum M. Aurelio tribuunt, leguntque ΚΑΙCΑΡΕων ΓΕΡΜΑΝΙΚΕων ΚΟΜαγηνῶν ΚΘ.

ΚΑΙCΑΡΕΙΑC ΓΕΡΜΑΝΙΚΗC. Pescennii nummus e Gaza Regia, cujus in antica parte, ΑΥΤ. Κ. Γ. ΠΕCΚ. ΝΙΓΡΟC ΙΟΥCΤΟC CΕΒ. *Imp. Cæsar Caius Pescennius Niger Justus Aug.* ut apud Occonem, pag. 339. & 340. In aversa aream nummi obtinet, apud Occonem, pag. 339. Æsculapius cum baculo & serpente. Apud Patinum, pag. 274. Diana Venatrix. Sunt & L. Veri, & Severi, Juliæ Domnæ, Antonini Elagabali, Mamææ, & Philippi F. sic inscripti nummi, ΚΑΙCΑΡΕΙΑC ΓΕΡΜΑΝΙΚΗC. Egregie autem sunt hallucinati, qui Γερμανίκειαν in Euphratesia collocarunt, si hanc illi occasione nummorum istorum confinxerunt.

COL. P. F. AVG. CAESAR. *Colonia Prima Flavia Augusta Cæsarea.* Caput Serapidis. In parte nummi antica, inscriptio Græca est; ut a Græcis quoque in ea colonia degentibus, communi consensu cum Latinis, cusus hic nummus intelligatur. Et erant Græci incolæ antiquiores ac potiores. ΑΥΤ. Κ. Γ. ΠΕCΚ. ΝΙΓΡΟC ΙΟΥCΤ. C. *Imp. Cæsar C. Pescennius Niger Justus Aug.* capite laureato. Est nummus æreus in Cimelio Sereniss. Ducis Parmensis. Nullum alterius coloniæ vel oppidi nomen occurrit in Pescennii nummis; præter Cæsaream & Æliam Capitolinam: ex quo intelligere est, in Palæstina tantum exercitui Syriaco præfuisse: tametsi in Galliis ejus honori, si quid præclari in Oriente gereret, nummi Latine cuderentur, ex argento & auro. Græci Cæsareæ cives numquam se Flavianos dicunt: Latinæ tantum coloniæ a Vespasiano eo deductæ in partem civitatis illud nomen est. Græci Germanicenses se nuncupavere a Germanico Cæsare: & Latina ipsa colonia, sed serius, ut mox videbimus.

COL. P. F. ANT. AV. CAESAREA. *Colonia Prima Felix Antoniniana Augusta Cæsarea.* Nummus Antonini Severi F. a quo Antoninianæ nomen Cæsarea cepit. Templum exhibet, in quo stat Serapis: cui Romana victoria columnæ imposita coronam porrigit.

IMP. OPE. (*Opelius*) MACRINVS AVG. capite laureato. COL. PR. FLAV. CAESAREA. Colonus boves agit. In nummo Diadumeniani, COL. P. FL. AVG. F. CAES. cum capite Serapidis. *Colonia prima* Flavia Augusta Felix Cæsarea. Ita D. Vaillant. At in simili Diadumeniani nummo, e Cimelio D. FOUCAULT, ita legitur: COL. P. FL. F. AVΓ. G. CAES. *Colonia Prima Flavia Felix Augusta Germanicia Cæsarea.* In antica nummi parte est, M. OP. DIADVMENIAN. capite nudo. Itaque ex hoc præclaro numismate Germaniceæ cognomen Cæsareæ Palæstinæ aperte adseritur. In altero Diadumeniani, e Cimelio D. BEGON legitur, M. OP. DIADVMENIANVS, capite nudo. COL. P. FL. AVG. F. CAES. Caput Serapidis.

COL. P. F. AVG. CAESAREA. Et, COL. PR. FL. AVG. CAESAREA. Aquila expansis alis, symbolum Imperii Romani, supra, SPQR. Nummi Antonini Elagabali: IMP. C. M. AVR. ANTONINVS A. capite radiato.

C. PR. F. CAES. METROP. & C. P. F. A. FEL. CAES. METR. Nummi Severi Alexandri, cum aquila, & litteris SPQR. ut proxime.

COL. PR. F. AVG. CAES. METR. P. S. P. *Metropolis Provinciæ Syriæ Palæstinæ.* Nummus est Trajani Decii. Unica tunc adhuc igitur provincia fuit Syriæ Palæstinæ. Est enim P. *Provinciæ*, ut in nummis Viminacii, P. M. S. est *Provinciæ Macedoniæ superioris.* In eo nummo Imperator radiato capite cum hasta in equo decurrit. In alio, cui similis inscriptio est, stat Serapis. In alio, Aquila expansis aliis, & superne caput Serapidis.

COL. R. F. AVG. FL. CAES. METROΠ. *Colonia Romana Felix Augusta Flavia Cæsarea Metropolis.* Ita sunt mixtæ litteræ Græcæ cum Latinis in voce METPOΠ. Caput turritum. Epigraphe anticæ partis tota Græca, sed paulum detrita: OCTIΛΙ... ΚΥΙΝΤΟC. *Hostilianus Quintus* Cæsar, Trajani Decii F. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOUCAULT.

COL. PR. FL. AVG. CAES. MET. Caput turritum. HOSTILIANO QVINTO AVG. capite laureato. Apud D. Vaillant, ex ære minimo.

COL. PR. FL. AVG. F. G. CAES. METR. P. S. P. *Colonia Prima Flavia Augusta Felix Germanicia Cæsarea Metropolis Provinciæ Syriæ Palæstinæ.* Treboniani Galli, in Thesauro Regio. In Volusiani nummo, COL. P. F. CAES. METR. PR. S. PAL.

CÆSAREA *Philippi, a Philippo tetracha sic appellata, seu Paneas, a fonte.*

COL. CAESAREA. PHILPPI. Augusti nummus, e Thesauro Goltzii.

COL. CAESAREA. PANIAE. Titi, ibidem, pag. 238.

ΚΑΙC. CΕΒ. ΙΕΡ. ΚΑΙ ΑCΥ. ΥΠ. ΠΑΝΕΙΩ. Καισαρείας Σεβαςῆς ἱερᾶς καὶ ἀσύλου ὑπὸ Πανείῳ. M. Aurelii nummus. Plinius, lib. V. sect. XV. *Jordanis amnis oritur e fonte Paneade, qui cognomen dedit Cæsareæ.* Et sect. XVI. *Paneas, in qua Cæsarea cum supradicto fonte.* Alterum ei fonti nomen *Dan* fuit: eidem amni fons alter, Jor: unde nomen Jordani. Annus in hoc nummo signatur ΡΟΒ. hoc est, CLXXII. qui est Urbis conditæ DCCCCXXII. M. Aurelii nonus, Christi CLXIX. post Septembrem: ducto æræ initio ab anno V. C. DCCLI. ut diximus in Chronologia Veteris Testamenti. Est in nummo Lucillæ eadem anni nota. In nummo Commodi, e Cimeliis D. BEGON, & D. FOUCAULT, ΡϘΑ. hoc est, annus CXCI. qui est V. C. DCCCCXLI. Commodi nonus, post Septembrem. In nummis Severi & Antonini ejus filii, ΡϘΘ. hoc est, annus CXCIX. qui V. C. DCCCCXLIX. Severi quartus, post Septembrem. In nummo Juliæ Domnæ, CΑ. hoc est, annus CCI. qui est V. C. DCCCCLI. Severi sextus, post Septembrem. In nummo denique Getæ Cæsaris, CΒ. hoc est, annus CCII. Vide Nicephorum Callist. lib. X. hist. Eccl. cap. XXX. ubi & a cultu Panis Πανειάδα dictam esse civitatem eam affirmat.

CALAGVRIS.

MVN. CAL. IVLIA. Augusti nummus, apud Patin. pag. 34. nunc gazæ Regiæ. MVN. CALAG. IVL. Augusti pariter, ex eodem Cimelio.

M. C. I. C. CELERE. C. RECTO. IIVIR. *Municipium Calaguris Julia. Caio Celere, Caio Recto, Duumviris.* Tiberii nummus e Cimelio Regio. Plinio, lib. III. sect. IV. *Calaguritani,*

qui

qui Naſici cognominantur. Ambr. Morales, ex vetere inſcriptione, MVN. CALAGVRIS IVLIA NASSICA. *Naſſica* cognomen eſt municipii Calagurritani. Nunc eſt *Lobarre*, ab *Hueſca* in Arragonia Hiſpaniæ provincia, leucis IV. diſſita. Duumviri porro, qui Græcis Ἀνθύπατοι, duorum Conſulum, penes quos Romæ olim ſumma rei publicæ conſtituendæ atque adminiſtrandæ fuit, inſtar erant in civitatibus & municipiis. Sunt & alia Duumvirûm nomina ſub Auguſto: M. LIC. CAPEL. C. FVL. RVTIL. *M. Licinio Cappella. C. Fulvio Rutilo.* Bos in quibuſdam nummis inſculptus, ludos ſive certamina hominum cum tauris indicat: cujuſmodi hodieque edit Hiſpania. In alio legitur, M. PLAE. TRAN. Q. VRSO IIVIR. ITER. *M. Plætorio Tranquillo, Q. Urſo, Duumviris iterum.*

CALENO. Nummi veteres e Muſeo noſtro, cum gallinacei, Minotauri, aliave effigie. Plinio lib. III. ſect. 9. *Calenum* in prima Italiæ regione. Nunc *Calvi* dicitur, IV. fere paſſ. mill. citra Capuam, in Campania, ut in Plinianis notis monuimus, ſecuti Camillum Peregrinum, in Campania Felice, pag. 436.

CALENO. Ibidem, cum Minotauri effigie: & ex parte altera, CALENO rurſum, cum Apollinis capite.

ΚΑΛΗΝΙΤΩΝ. E Theſauro Goltzii, pag. 218. & ex Magna Græcia, Tab. XIX.

CALLET. Meminit hujus nummi Rod. Carus, lib. III. cap. LXX. pag. 197. Plinio, lib. III. ſect. III. *Callet*, in Bætica, Aſtigitani conventus. Situs ignotus. Nam quæ nos argumenta deterreant, ne viris eruditis aſſentiamur, Jo. Fr. Andrez, lib. de patria S. Laur. pag. 212. & Rod. Caro, loc. cit. eoſque ſecuto Lucæ Holſtenio, ea in Notis & emendationibus ad librum Plinii tertium, num. XIV. prolata ſunt a nobis, & abunde explanata.

CALPE.

C. I. CALPE. *Colonia Julia Calpe*, ex Spanhemio, lib. de uſu & præſt. Numiſm. pag. 766. Plinio, lib. III. ſect. III. ad Gaditanum fretum, *Mons Calpe.* Oppidi cognominis meminere Antoninus in Itiner. & Strabo, lib. III. pag. 140. Sed idem illud eſt cum Carteia, monti appoſita. Plinius, loc. cit. *Fretum ex Atlantico mari. Carteia, Tarteſſos a Græcis dicta. Mons Calpe.* Nunc rudera vix ſuperſunt. Portus ſupereſt in primis capax, cum caſtello, *Torre di Cartagena*, corrupto a vetere Carteiæ nomine. Verum Holſtenius hunc nummum refert ad Græcum Bithyniæ oppidum, de quo Stephanus; Κάλπαι, πόλις Βιθυνῶν. Eſt hic nummus Philippi F.

CAMALODVNVM.

COL. CAMALODVN. Claudii nummus, e Theſauro Goltzii, pag. 238. Plinio, lib. II. ſect. LXXVII. *Camalodunum Britanniæ oppidum.* Tacito, lib. XII. Annal. pag. 181. *Colonia Camalodunum.* Apud Gruterum, pag. 439. COLONIAE. VICTRICENSIS. QVAE. EST. IN. BRITANNIA. CAMALODVNI. Hodie diminuto vocabulo *Maldon* vocant, teſte Cambdeno. Neque enim Colceſtria eſt, ut quidam volunt.

C. A. O. A. F. Vide OEA.

CAPPADOCIA.

ΚΑΠΠΑΔ. & ΚΑΠΠΑΔΟΚΩΝ. ΘΕΑ. ΡΩΜΗ. ΙΕΡΑ CΥΝΚΛΗΤΟC. *Dea Roma. Sacer Senatus.* Nummi Goltziani in Aſia. Plinio, lib. VI. ſect. III. *Cappadocia.*

CAPPADOCIA. S. C. Hadriani nummus e Cimelio Regio, Muſeoque noſtro, & apud Patinum, pag. 191. Dextra montem, Argæum ſcilicet, cui Cæſarea Cappadociæ primaria civitas impoſita eſt, quo & tota fere Provincia attollitur: læva labarum geſtat. Exercitus enim Cappadocici vexillum olim labarum fuit, ut dicturi ſumus, verbo PANNONIA.

DE NVMMIS REGUM CAPPADOCIÆ.

Cappadociæ, ac Ponti ſimul Paphlagonici reges, quos ex ſacris libris, ex nummis antiquis ante Trajani tempora, & ex Plinio novimus, hi ſunt:

I. Pharnaces, *qui* teſte Plinio, libro XXXIII. ſect. LIV. *primus regnavit in* Ponto. De eo egimus in Chronologia Veteris Teſtamenti, ad annum XV. æræ Græcorum. Ejus eſt nummus allatus ab Illuſtr. Spanhemio, pag. 480. in quo caput Jovis eſt barbatum ac laureatum: in altera autem parte, Aquila inſiſtens fulmini, cum nomine ΦΑΡΝΑΚΟΥ infra ſcripto; cum nondum is auderet regem ſe appellare.

Caput ſenile diadematum.)(. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΦΑΡΝΑΚΟΥ. Mercurius ſtat cum Cornucopiæ & caduceo: dextrorſum ſidus ſolis eſt in Lunæ creſcentis effigie, ut in nummis Mithridatis; quod nihil eſt aliud, niſi ſymbolum Orientis. Eſt apud Illuſtr. Spanhemium, pag. 481.

II. Caput diadematum.)(. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΙΑΡΑΘΟΥ ΕΥΣΕΒΟΥΣ. Nummus argenteus eſt e Theſauro Regio, cum littera Δ, quæ *quartum* ipſius annum denotat. Eſt & in Cimelio D. FOUCAULT, cum litteris IB. hoc eſt, anno XII. Apud D. BAUDELOT, cum IΔ. hoc eſt, anno XIV. Ibidem, & apud Illuſtr. Sphanhemium, pag. 863. I. edit. cum ΛΑ. hoc eſt, anno XXXI. In Theſauro Brandeburgico, tomo 2. pag. 11. cum ΓΛ. hoc eſt, anno XXXIII. Denique apud Illuſtr. Spanhemium, pag. 472. novæ edit. geminus ejuſdem Ariarathis Pii nummus eſt, ſine anni nota.

III. Caput diadematum, vultu annorum XXX.)(. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΙΑΡΑΘΟΥ ΦΙΛΟΜΗΤΟΡΟΣ. Stat Pallas, ſiniſtra haſtam gerens, dextra Victoriam, quæ coronam ei porrigit. Hinc M. inde K. Hoc eſt, ut interpretamur, Μάζακα Καππαδοκίας. Cæſarea enim Cappadociæ tunc *Mazaca* vocabatur, ut Plinius eſt auctor, libro VI. ſect. III. Infra, IA. qui eſt annus regni Ariarathæ Philometoris *undecimus.* Hunc nummum vidimus, oſtendente nobis Abb. Joanne Antonio Mezzabarba, dum eſſet Pariſiis.

IV. Caput diadematum.)(. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΙΑΡΑΘΟΥ ΕΥΣΕΒΟΥΣ ΚΑΙ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ. Stat Pallas, ſiniſtra clypeum tenet, dextra Victoriam, quæ coronam ei porrigit. Ad pedes, trophæum: abſque anni nota. Argenteus eſt in Theſauro Brandeburgico, tomo 2. pag. 14. Ut in nummis regum Syriæ Antiochus Epiphanes alius eſt ab Antiocho Epiphane Philadelpho, ſic in iſtis ab Ariarathe Pio Ariarathen Pium Philadelphum merito ſane diſcriminamus ac ſecernimus. *Philadelphus* iſte cognominatus idcirco eſt, quod fratrem ſuum Ariobarzanem ſecum regnare haud ægre tulit.

V. Caput diadematum.)(. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΙΟΒΑΡΖΑΝΟΥ ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΥ. Argenteus eſt apud D. BAUDELOT, cum litteris ΚΔ. hoc eſt, cum anno XXIV. regni Ariobarzanis. Pallas ſtat cum haſta, ut in ſuperiore nummo.

Caput diadematum.)(. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΙΟΒΑΡΖΑΝ. ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΥ. Argenteus eſt, apud Illuſtr. Spanhemium, pag. 475. Et alter ejuſdem regis apud ipſum, pag. 863. I. edit. cum litteris ΚΔ. hoc eſt, anno XXIV. ut in

ex superiore nummo. Fratrem fuisse Ariobarzanem Ariarathis Pii & Philadelphi proxime appellati, tum Philadelphi cognomen in Ariarathe, tum Pallas in utriusque nummis eodem habitu picta, pæne suadet. Est ejusdem Ariobarzanis nummus in Cimelio D. FOUCAULT, cum litteris K B. hoc est, *anno* XXII. Alius absque anni nota in Thesauro Brandeburg. tomo 2. pag. 12. in medio litteram habet A, pro *Amiso*.

VI. Caput diadematum.)(. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΙΑΡΑΘΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ. Nunc cum littera B. quæ annum regni ejus *secundum*: nunc cum Δ. quæ *quartum*: nunc cum ϛ. quæ *sextum* denotat. Sunt isti nummi in Cimelio D. FOUCAULT. Hujus Ariarathis mentio est, 1. Mach. XV, 22. anno æræ Græcorum CLXXIV. qui Urbis Romæ fuit DCXV. ΕΠΙΦΑΝΗΣ, *Illustris*, appellabatur; quoniam ortus esset ex patre, avo, proavo, abavoque regibus. Ex laudato proxime Machabæorum loco, non alius præter ipsum tunc fuisse videtur rex Ponti simul cum Cappadocia.

VII. *Mithridates Eupator.* Hujus numismata retulimus in Chronologia Veteris Testamenti. Regnavit annis LVI. teste Plinio, libro XXV. sect. 2. *Eupator* appellatur, qui ante se in sua familia quintum numerat eumdemque atavum regem. Sic Antiochi Θεȣ̃ in regibus Syriæ, qui & ΕΠΙΦΑΝΗΣ fuit, filius Antiochus, *Eupator* ob eamdem causam cognominatus est.

Caput tectum pileo in acumen desinente, cum diademate.)(. ΒΑΣΙΛΕ. .ΜΙΘΡΑΔΑ... ΦΙΛΟ... Βασιλέως Μιθραδάτου Φιλορωμαίου. In corona laurea, clava Herculea, insigne regum Ponti: unde & Heraclea in Ponto. Est in Thesauro Brandeb. tomo 2. pag. 8. Ab anno æræ Græcorum XV. qui est Urbis Romæ CCCCLVI. quo anno amicitiam Senatus Populique Romani quæsivere Ponti reges, ut diximus in Chronologia Veteris Testamenti; Φιλορωμαίους se illi in nummis suis inscripserunt; ut ex nummis discimus Ariarathis Philadelphi, Ariobarzanis, & Mithridatis. Docent hoc ipsum & nummi regum Ponti, de quibus dicturi suo loco sumus.

Caput diadematum.)(. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ. ΒΙΣ. Anno CCXII. æræ Græcorum. MK Μάζακα Καππαδοκίας. Argenteus est magnæ molis in Thesauro Regio.

VIII. Caput diadematum.)(. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΧΕΛΑΟΥ ΦΙΛΟΠΑΤ .... Cetera enim sunt usu detrita. Est in postica nummi area clava Herculis, cum littera K Καππαδοκίαν designante. Hunc nummum delineari curavit D. BAUDELOT, pag. 605. In alio ejusdem regis, apud D. FOUCAULT, legitur: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΧΕΛΑΟΥ ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ ΤΟΥ ΚΤΙΣΤΟΥ. *Regis Archelai Philopatoris conditoris.* Nempe in Cappadocia de suo nomine condidit civitatem Archelaïdem; quam factam postea fuisse coloniam a Claudio Cæsare Plinius refert, libro VI. sect. III.

Pulsum e Cappadocia Mithridatem alium a Claudio Cæsare, prohibitumque ibi regnare, videtur indicare Plinius, libro VI. sect. V.

IX. Post Archelaum vero Cappadociæ regem fuisse Philetærum, suadet omnino ejusdem Plinii locus iste, e libro XXV. cap. XXVIII. *Polemoniam herbam*, inquit, *alii PHILETÆRIAM, a certamine regum inventionis appellant. CAPPADOCES autem chiliodynamam ...... Nascitur in montuosis.* Hoc est enim dicere, inventam hanc herbam esse primum ab alterutro regum istorum, in confinio utriusque ditionis, in montuosis Cappadociæ. Plinio autem vel uni plus merito suo tribuimus; quam profanis scriptoribus ceteris fere omnibus. Et is Philetærum ibi cum Polemone appellat, post Mithridatem: quo Mithridatis nomine unicum omnino regem ubique agnoscit. Nummum etiam ΦΙΛΕΤΑΙΡΟΥ, cum littera K, quæ videtur nobis non immerito Καππαδοκίαν designare ibi, æque atque in allato Archelai numismate, Illustr. Spanhemius edidit, pag. 511. & alterum capite laureato, ibidem: sed magnæ molis ex argento; cui similem & Patinus exhibet in Thesauro Numism. pag. 28. cum adjectis in medio litteris ΑΣΤ. sed sine littera K. Caret autem Philetærus titulo Βασιλέως; jussus, opinor, a Claudio Cæsare, postquam is Mazacam occupasset, & Cæsaream appellari jussisset, regis titulo & diademate in nummis abstinere. Ex Plinii loco allato, inquam, intelligimus, Polemonem in Ponto Polemoniaco tunc regnasse, cum Philetærus Cappadociæ præesset, quæ Ponto ei finitima fuit; ideoque certasse reges inter se duos, uter prior chiliodynamam herbam invenisset. Nam hæc sententia loci illius est; tametsi hunc secus olim interpretati sumus. Fictum ergo putamus esse Philetærum Pergamenum.

CAPVA. Vide ΚΑΠΥΑΝΩΝ.

CARBVLA. Nummus ex ære, apud P. JOBERT, Societatis JESU Parisiis. De eo oppido Plinius, lib. III. sect. III. in Cordubensi conventu, sicut OBVLCO.

CARPICA VICTORIA. Nummus Philippi Patris, quem Occo, pag. 439. VICTORIA CARDICA perperam legit. Circa Istrum Carpi fuere, Mœsis vicini, si credimus Capitolino, Ammiano, aliisque. In Pannonia inferiore, si Ptolemæo, lib. II. cap. XVI. In Præfectura Mœsiæ, si Constantino Porphyrog, lib. II. them. I. pag. 84. Κάρπος.

CARRHÆ. Vide ΚΑΡΡΗΝΩΝ.

CARTENNA.

COL. AVGVSTA KARTENNA. Nummus Othonis, e Thesauro Goltzii, pag. 237. ubi ΚΑΡCENNA perperam scribitur, cum, ut omittam cetera, nondum Othonis ævo hic mos obtinuerit, C pro Σ pingendi, aut Græcas cum Latinis in eodem nummo litteras vocesque jungendi. Nihil hic Arcena Syriæ, quam Victor Aurelius Arcam vocat, Alexandri Severi Imp. patria, attinet: sed ea quam nummus coloniam Augustam appellat: coloniam Augusti Plinius, lib. 4. sect. 1. *Cartenna colonia Augusti, legio secunda*, in Mauretania Cæsariensi. *Cartennas coloniam* vocat Antoninus in Itiner. in Notitia Africæ, inter Episcopos Mauretaniæ Cæsar. *Lucidus Cartennitanus.* Hodie *Aochora.* In vetustioribus paulo nummis oppida Africæ Carthago & Cartenna, per K ex æquo scribi solita.

CARTHAGO, *in Africa.*

KARTHAGO. Apud Patinum, pag. 15. & in Cimelio Regis Christianissimi. Plinio, lib. V. cap. III. *Colonia Carthago, magnæ in vestigiis Carthaginis.*

KART. VENERIS, cum templi effigie, quod esset ibi Veneris Cælestis templum, de qua alii bene multa, Pausanias in primis. Ex parte aversa, SVF. ARISTO... hoc est, *Sufete Aristone* &c. *Sufes Consul est lingua Pœnorum*, inquit Paulus ex Festo: *Summus Pœnis* est Magistratus, inquit Livius, pag. 333. Ab Hebræo שפט *Judex.* Est hic nummus e Museo nostro.

KART. PAN. Vide ΠΑΝΟΡΜΙΤΑΝ.

INDVLGENTIA AVGG. IN CARTH. *Indulgentia Augustorum in Carthaginem.* Seve-

ri

ri nummus, e Cimelio Regio, Caracallæ e nostro: cui ille similis, INDVLGENTIA AVG. IN. ITALIAM, ejusdem Severi, in Regio pariter Cimelio.

FELIX. KARTHAGO. Diocletiani, Maximiani, Constantii. Et KART. FELIX. apud Seguinum, pag. 43. ex parte altera, D. N. HILDERIX. REX. Vandalorum is nempe, ut vulgo creditur, in Africa rex pæne postremus.

CARTHAGO. NOVA. COL. Nummus Caji Cæsaris, e Thesauro Goltzii, pag. 238. Plinio, lib. III. sect. IV. *Carthago nova, colonia*, in citeriore Hispania. Incolis, *Cartagena*, in regno Murciæ. Nova hæc porro appellata est, ad discrimen veteris, cujus nunc supersunt vestigia in oppido Catalauniæ, *Villa Franca de Panades*, ut diximus in Plinianis notis.

CARTHA. Delphin. In altera parte, caput femineum pileatum, ut in nummis plerisque Hispanicarum civitatum. Est hic ex ære mediocri, in Cimelio P. STEPH. CHAMILLART, Societatis JESU, Parisiis.

V. I. N. K. *Urbs Julia Nova Carthago.* Caput Augusti. P. TVRVLB. IIVIR. QVINQ. *Publius Turulbius Duumvir Quinquennalis.* In altera parte, Templum, cujus in fronte legitur, AVGVSTO. Ad latera, V. I. N. K. ut proxime: In ambitu; M. POSTV. ALBINVS IIVIR QVINQ. ITER. *M. Postumius Albinus Duumvir Quinquennalis iterum.*

VR. I. N. K. *Urbs Julia Nova Karthago.* Est in Cimelio D. FOUCAULT.

CASCANTVM.

MVNICIP. CASCANTVM. Tiberii nummus apud Patinum, pag. 68. nunc Gazæ Regiæ. Plinio, lib. III. sect. IV. *Cascantenses.* Ptolemæo, lib. II. cap. VI. Κάσκαντον, in Vasconibus, hoc est, Navarris. Nunc oppidum Navarræ, *Cascante*, trans Iberum, prope Turiasonem. In eo nummo taurus insculptus, ut in Calaguritanis: ad certamina taurorum, ni fallimur, indicanda.

CASILINVM.

CAES. DICT. PERP. Ex parte aversa: TI. SEMPRON. GRACCVS. Q. DESIG. ITER. COL. CASILIN. *Tiberius Sempronius Graccus, Quæstor designatus iterum, Colonia Casilinum.* Nummus quem vidimus, & quem Goltzius affert in Thesauro, pag. 238. & 256. Tullius, Philip. II. *Coloniam Casilinum deduxisti*, (Antonium alloquitur,) *quo Cæsar ante deduxerat.* Plinius, lib. III. sect. IX. *Sunt & morientis Casilini reliquiæ.* Fuit illud oppidum, ubi nunc est Capua nova, & quidem ad utramque ripam Vulturni amnis, qui & Casilinus inde dictus.

CASSANDREA. Vide ΚΑΣΑΝΔΡΕΩΝ.

CAVRA. Nummus æreus e Museo P. JOBERT. Oppidum est Cordubensis conventus, apud Plinium, libro III. sect. III.

C. C. A. & C. I. C. A. Vide CÆSARAVGVSTA.

C. C. I. B. Vide BABBA.

CELSA.

COL. VIC. IVL. CELSA. Tiberii nummus in Thesauro Goltzii, pag. 242. *Colonia Victrix Julia Celsa.* Plinius, lib. III. sect. IV. *Celsenses, ex colonia.* Nunc *Xelsa*, ad Iberum, Hispaniæ amnem.

C. V. I. CELSA. AVGVSTVS. Caput Augusti nudum. SEX. CETHEGO. Q. POMP. SECVNDINO IIVIR.

C. V. I. CELSA. Apud Patinum, pag. 71. Tiberii: Augusti similiter, pag. 34. C. V. I. CELSA. L. BACCIO. MN. FESTO. IIVIR. Hoc est, *Colonia Victrix Julia Celsa. L. Baccio, Manio Festo Duumviris.* In hisce nummis taurus insculptus, neque in his modo, sed & in aliis Hispaniæ citerioris nummis; ob certamina taurorum, ibi nunc quoque celebratissima, ut proxime dictum est. Nunc uterque nummus Cimelii Regii est. Celsam vero cum prærogativa coloniæ monumentis omnibus constet fuisse insignitam; Plinii locum paulo ante laudatum, ante nos interpunctionis vitio laborantem, sic merito castigavimus: *Celsenses, ex colonia: Calaguritanos* &c. cum prius legeretur, *Celsenses. Ex colonia Calaguritanos:* At Calaguris apud neminem vetustiorum paulo scriptorum, nec ullius nummi lapidisve auctoritate, atque, ut ita dicam, suffragio, in coloniarum albo censetur, sed municipiorum tantum: Celsam fuisse coloniam, certe nummi clamant. Fuere autem in Hispania citeriore, ita prodente Plinio, lib. III. initio sectionis IV. coloniæ omnino duodecim: Carthago nova, Illici, Valentia, Tarraco, Barcino, Celsa, Cæsaraugusta: Ceteræ quinque ad Carthaginiensem conventum attinent, ab eoque sic appellantur: *Carthaginem conveniunt .... ex colonia Accitana Gemellenses, & Libisosona cognomine Foroaugustana, quibus duabus jus Italiæ datum: ex colonia Salariense oppidani Latii veteris Castulonenses: Sætabitani, qui Augustani: Valerienses.* Neque enim Ant. Augustinum audimus, qui nullo adductus argumento, Dial. VI. Antiq. pag. 101. pro Libisosona, Sætabi, Valeria, Juliobricam, Cluniam, Asturicamque in coloniarum classe reponit. Tam enim esse e coloniarum numero saltem Libisosonam, quam sit Accitana, Plinius ipse perspicue arguit, loco proxime allato, cum subdit, *quibus duabus.* Juliobricæ, Cluniæ, Asturicæ, coloniæ jus quæ monumenta afferant, vindicentque, desideramus.

CERMENO. Vide ΓΕΡΜΗΝΩΝ.

C. F. P. D. Vide DEVLTON.

CHALDÆI.

DE CHALDAEIS. S. C. *Senatus Consulto.* Trajani nummus, apud Occonem, pag. 215. Plinius, lib. VI. sect. XXX. *Babylon Chaldaicarum gentium caput*, &c.

CILICIA.

ADVENTVI AVG. CILICIAE. Hadriani, e Cimelio Regio.

C. L. I. Vide CORINTHVS.

CLVNIA. Tiberii nummus, in Cimelio Christianissimi Regis. Et apud Patinum, pag. 71. cui nummo taurus insculptus.

HISPANIA. CLVNIA. SVLP. *Clunia Sulpicia.* Galbæ Sulpicii nummus, in Gaza Parmensi. Plinio, lib. III. sect. IV. *Clunia Celtiberiæ finis*, Hodie pagus est *Cruña*, vel *Coruña del Conde*, ad Durium, in Castella vetere. In eo oppido Sulpicius Galba futuri accepit omen imperii, Tranquillo teste, in ejus vita, cap. IX. *Confirmabatur cum secundissimis auspiciis, & ominibus, tum virginis honestæ vaticinatione: tanto magis, quod eadem illa carmina sacerdos Iovis Cluniæ ex penetrali somnio monitus eruerat, ante ducentos annos similiter a fatidica puella pronunciata. Quorum carminum sententia erat, Oriturum quandoque in Hispania principem, dominumque rerum.*

COEL. vel COIL.

IMP. CAES. T. AEL. ANTONINVS. capite nudo, sine laurea. AEL. MVNICIP. COEL. In aliis, COIL. cum prora navis. In L. Vero & Commodo similiter, AEL. MVNICIP. COEL. cum prora. In Antonino Severi F. AEL. MVNICIP. COIL. Sic in Macrino, & in Philippo juniore. Sic in Treboniano Gallo, cum lupa & gemellis. In Antonino Severi F. in Elagabalo, & Gordiano, AEL. MVNICIP. COIL. ANT. In Severo Alexandro, Julio Maximo, & Philippo, AEL. MVNICI. COIL. A. In nummo Antonini Severi F.

vir nudus saccum humeris gestat, - coloniæ argumentum, ut in nummis Neapoleos Samariæ. Non est Cullu in Numidia, ut erudito viro visum est: neque enim Latini pro V ponerent OE vel OI. Sed sunt eæ quatuor litteræ in duas syllabas sic distrahendæ: CO. EL. vel CO. IL. ut sit integra sententia; *Ælium Municipium Consuaranorum Eliberis*, vel *Illiberis Antoniniana.* Nam utroque modo id nomen scribi mos fuit: unde nullo discrimine nunc ille modus, nunc iste in nummis apparet. Plinius, libro III. sect. V. in ultimo limite provinciæ Narbonensis: *In ora regio Sardonum, intusque CONSVARANORVM: Flumina; Tecum, Vernodubrum. Oppida: ILLIBERIS, magnæ quondam urbis tenue vestigium.* Pomponius Mela, cum eadem scribit, ELIBERRIM vocat. Est in Ruscinonensi agro, *Colioure. Ælium Municipium* est appellatum ab Ælio Antonino Pio, cujus in nummis ea civitas primum apparet. Multi sunt nummi hujusmodi in Thesauro Regio.

AEL. MVNIC. COIL. COMM. *Ælium Municipium Consuaranorum Illiberis Commodiana.* Est Macrini Aug.

PLIIVC. *Præsidiaria legione Illiberi imposita Urbis conservator* Tetricus Aug. appellatur, in nummo singulari, de quo alibi egimus.

COMANA *Cappadociæ.*

COL. IVL. AVG. F. COMANORVM. *Colonia Iulia Augusta Felix Comanorum.* Antonini Caracallæ nummus e Gaza Regia. Plinius, lib. VI. sect. III. in Cappadocia: *Oppida: Comana, quod Sarus præfluit*, &c. Porro *Iulia Felix* in nummo ea colonia vocitatur, quo nomine & Sinopensis quoque in eo tractu colonia appellata est, ut suo loco dicturi sumus. De æra hujus urbis, vide supra, in ANTIOCHIA *ad Sarum amnem.*

COMANA *Pisidiæ.* Vide KOMANΩN.

CORDVBA.

COLONIA PATRICIA. Nummus Augusti, e Cimelio Christianissimi Regis. In antica parte, caput est Augusti nudum sine laurea. Epigraphe: PERM. CAES. AVG. *Permissu Cæsaris Augusti.* In alio est, COL. PATR. LEG. V. X. *Colonia Patricia. Legio quinta & decima. Aquila legionaria est inter duo signa cohortium.* Plinius, lib. III. sect. III. *Corduba colonia, Patriciæ cognomine.* Sic porro appellata Antonio Augustino videtur, lib. VIII. Antiq. pag. 124. quasi colonia veteranorum & honestorum, quibus, ut Patribus, honos debeatur. Gruteri inscriptio, pag. 323. COLONIAE. PATRICIAE. CORDVBENSIS. Hodie *Corduba la veja*, leuca fere una a Corduba nova, quam nos *Cordouë* dicimus.

COL. AGRIPPA. PATRICIA. Vide ΑΓΡΙΠΠΕΩΝ.

COL. CORDVBA. PATRICIA. Tiberii nummus e Thesauro Goltzii, pag. 239.

CORINTHVS.

KOPINΘIΩN. Nummi Goltziani in Græcia, in quibus Chimæra, & Bellerophon Pegaso vectus, Chimæramque conficiens. Corinthiorum id fere insigne. Hyginus, fab. LVII. *Bellerophontem Prœtus ad Chimæram interficiendam misit, quæ tripartito ore flammam spirare dicebatur: item prima leo, postrema draco, media ipsa Chimæra. Hanc super Pegasum sedens, interfecit.* Chimæra capra silvestris est Hesychius: Χιμαίεχν, αἶγα ἀγρίαν.

KOPINΘIΩN Jovis caput, ibidem. Pausanias, in Corinth. pag. 48. Ὑπὲρ δὲ τὸ θέατρόν ἐστιν ἱερὸν Διὸς Καπετωλίου φωνῇ τῇ Ῥωμαίων, κατὰ Ἑλλάδα δὲ γλῶσσαν, Κορυφαῖος ὀνομάζοιτ' ἄν. *Supra theatrum Corinthi, templum est Iovis, quem Capitolinum Romanorum voce, Græca lingua Coryphæum recte appellaris.*

KOPINΘIΩN. Veneris caput: de cujus Deæ fano Corinthiaco mox dicemus, ex Pausania. Strabo interim audiendus, lib. VIII. pag. 378. Τό τε τῆς Ἀφροδίτης ἱερὸν οὕτω πλούσιον ὑπῆρξεν &c. *Fanum Veneris Corinthi ita locuples fuit*, &c.

KOPINΘIΩN. Neptunus proræ insidet, dextra tridentem gerit. Apud Goltzium, Tab. XIII. Pausaniam vide loc. cit. & pag. 45. ubi de Neptuni fanis ac signis, prope Corinthum.

ΔΗΜΟΣ KOPINΘIΩN. *Populus Corinthiorum*, laureato capite adumbratus. Altera nummi superficies Solem exhibet in quadrigis. Soli cessisse Acrocorinthum, Neptuno Isthmum, Briareo judice, narrat Pausanias in Corinth. sub initium ejus libri, pag. 44. Βριάρεων δὲ διαλλακτὴν γενέσθαι σφίσιν, Ἰσθμὸν μὲν καὶ ὅσα ταύτῃ δικάσαντα εἶναι Ποσειδῶνος, τὴν δὲ ἄκραν Ἡλίῳ δόντος τὴν ὑπὲρ τῆς πόλεως. Atque eam ob causam alterum Acrocorintho nomen Ἡλίου πόλιν, seu Solis urbem, fuisse, auctor est Stephanus. In ima nummi parte Prætoris nomen, ΔΙΑΓΟΡΑΣ.

LAVS IVLI. CORINT. Nummus est Julii Cæsaris, a Tristano & Patino vulgatus.

EX D. D. *Ex Decreto Decurionum,* Caput Julii laureatum. C. I. C. XXXVI. *Colonia Julia Corinthus*, legionis XXXVI. Caput Augusti nudum. Confer nummum coloniæ Patrensis, quæ fuit Corintho vicina: COL. A. A. PATR. XXII. Neque hic Karthago est, neque annorum nota.

COL. IVLI. CORIN. *Colonia Julia Corinthus*, &

LAVS. IVLI. CORINT. *Laus Juliæ Corinthus.* Nummus uterque delineatur a Patino, Augusto Principe cusus, nunc Cimelii Regii. Plinius, lib. IV. sect. V. *Colonia Corinthus*, &c. Missos eo a Cæsare Dictatore colonos libertini generis, ipso quintum, M. Antonio collega Coss. auctor est Dio, lib. XLIII. pag. 239. & Plutarchus in Cæsare, pag. 734. Vide Pausaniam in Corinthiacis, statim initio ejus libri, pag. 44.

M. ANT. HIPPARCHO. M. NONIO BASSO IIVIR. CORINT. *M. Antonio Hipparcho, M. Nonio Basso, Duumviris.* Julii Cæsaris caput laureatum, Augusti nudum hic nummus exhibet.

P. AEBVTIO. C. PINNIO IIVIR. *Publio Æbutio, C. Pinnio, Duumviris.* CORINT. Nummus M. Antonii, cujus ibi caput sine laurea est. Alius habet, P. ALITIO. L. MENIO IIVIR. ejusdem Antonii.

ROMAE ET IMPERIO. In parte aversa, L. CAN. AGRIPPA IIVIR. COR. *L. Caninio Agrippa Duumviro. Corinthus.* Apud Seguinum, pag. 65. Vide Chronologiam Veteris Testamenti, ad annum Christi 68.

M. BELLIO. PROCVLO. IIVIR. COR. Pegasus. In Augusti nummo, e Museo nostro. In alio alibi, P. VIPSANIO AGRIPPA IIVIR. COR. Alius: OCTAVIANO IIVIR ITER.

CORINT. cum Victoriæ icone. Ex parte aversa, Chimæra: L. CASSIO. IIVIR. In Museo nostro.

COL. IVL. COR. Cum Bellerophonte & Chimæra, in Regia Gaza

CAESAR AVGVST. Augusti nudum caput. Ex parte altera, M. BELLIO PROC... IIVIR. COR. *M. Bellio Proculo. Duumviro. Corinthus.* Pegasus alatus, Corinthiorum insigne. Julius Pollux, lib. IX. cap. VI. Καὶ πῶλος δὲ, τὸ νόμισμα Κορίνθιον, ὅτι Πήγασον εἶχεν ἐντετυπωμένον. *Et pullus, sive equulus, nummus Corinthius vocabatur, quod Pegasum haberet insculptum.*

GERMANICVS CAESAR. Capite nudo. C. HEIO POLLIONE ITER. L. MVS-

MVSSIDIO PRISCO IIVIR. in corona ex apio. Corinthi cusum hunc nummum fuisse Duumvirûm nomina admonent, quæ in Tiberii quoque nummo leguntur. Est hic apud Patinum, pag. 85. Similis est huic Agrippæ Cæsaris nummus perrarus, in Cimelio D. FOUCAULT.

TI. CAESARE IIVIR. COR. Caput Augusti nudum. In altera parte, M. AEMIL. LABEONE IIVIR. COR. Caput Tiberii nudum.

C. I. C. GENIVM P. R. *Colonia Julia Corinthus Genium Populi Rom.* veneratur. Nummus Agrippinæ matris Caji Cæsaris: in quo Fortuna, seu Genius Urbis stat, cum temone & cornucopiæ. Carthagini ab aliis perperam hic nummus adscribitur. Vide PATRÆ.

OCTAVIO LVSCINO. IIVIR. ITER. COR. *Octavio Luscino Duumviro iterum. Corinthus.* Claudii nummus e Gaza Regia: in quo templum edito monti impositum: sive *arci quæ vocatur Acrocorinthus*, ut Plinius ait, loco cit. Templum Veneris ibi fuisse, & in eo Deæ armatæ signum, auctor est Pausanias in Corinth. sive operis sui lib. II. pag. 48. Ἀνελθοῦσι δὲ ἐς τὸν Ἀκροκόρινθον, ναός ἐστιν Ἀφροδίτης· Ἀγάλματα δὲ, αὐτή τε ὡπλισμένη, καὶ Ἥλιος, καὶ Ἔρως ἔχων τόξον.

ADENTVS AVG. C. COR. *Adventus Augusti. Colonia Corinthus.* Neronis nummus, in quo sculpta triremis. Isthmi Corinthiaci angustias ut perfoderet Nero, eo se contulit, Plinio inter ceteros teste, ut suo loco monuimus.

C. IVLIO POLYAENO. IIVIR. COR. *C. Julio Polyæno Duumviro. Corinthus.* Neronis nummus, quem ex Patino Mediobarbus affert, pag. 96. legitque cum ipso perperam, C. IVLIO POLYRENO. IIVIR. Est in hoc nummo navis cum remigibus. Fuere in municipiis coloniisque Duumviri, eodem fere jure Magistratus, quo Romæ Consules bini: nec deducendis modo coloniis, sed & regendis præfuere. Ut Consules Romæ sub Imperatoribus, sic & hi in coloniis municipiisque Senatum cogebant, qui Curia ibi dicebatur: quique huc admitterentur, Decuriones dicti, ut Romæ Senatores: quæque illi statuissent, *Decurionum Decreta* dicta, ut Romæ *Senatusconsulta*. Est in simili nummo altero Pegasus insculptus, quem Bellerophon inhibet currentem.

C. I. C. A. D. D. Neronis nummus, in quo colonus boves agit. *Colonia Julia Corinthus Augusta. Decreto Decurionum.* Alibi eædem litteræ occurrunt eodem significatu. In Antonino Pio scilicet, in M. Aurelio, Commodo, Antonino & Geta, Elagabalo, & Philippo utroque. In Treboniano Gallo, & Philippo juniore, C. I. C. A. A. P. *Colonia Iulia Corinthus Augusta Antoniniana Pia*, ab Antonino Pio sic appellata. In nummis igitur C. C. A. *Colonia Cæsaraugusta* est. C. I. C. *Colonia Iulia Corinthus.* C. I. C. A. *Colonia Iulia Corinthus Augusta.* Ac proinde cave, ne hic legendum censeas, *Colonia Iulia Carthago Antiqua Augusta Pia*: cum nec Africæ Carthago dicta aliquando antiqua sit, nec dici colonia antiqua potuerit. Et longe sunt alterius formæ ac fabricæ nummi Karthagine cusi.

OCTAVIAE NERONIS. AVG. Ex parte aversa, GEN. COL. COR. FVL. FLACCO. IIVIR. *Genius Coloniæ Corinthi. Fulvio Flacco Duumviro.*

COR. *Corinthi.* TI. CLAVDIO IIVIR. Q. *Tiberio Claudio Duumviro Quinquennali.* ADV. AVG. *Adventus Augusti*: Neronis scilicet, qui togatus in eo nummo pingitur: in altera, capite radiato. Est & alter ejusdem, cum navi & remigibus: ADVENTVS AVG. COR.

COR. L. CAN. AGRIPPAE IIVIR. Templum. *Corinthi. L. Caninii Agrippæ Duumviri.* In altera parte vultus & nomen Galbæ Aug. SVL. GAL. CAESAR AVG.

IMP. CAES. DOMITIAN. AVG. GERM. P. M. TR. P. capite laureato. COR. PERM. IMP. in corona laurea: *Corinthi. Permissu Imperatoris.* Alius: PERM. IMP. COR. *Permissu Imperatoris. Corinthi.* Alius: C. L. I. COR. PERM. IMP. Alius ejusdem Domitiani: COL. FLAV. AVG. COR. Et in Thes. Theupol. apud Mediob. pag. 140. IMP. CAES. DOMITIANVS AVG. GERM.). (COL IVL. FLAVIA AVG. CORINT. Neptunus sedens, dextra hastam, læva delphinum tenet.

COL. IVL. AVG. COR. *Colonia Iulia Augusta Corinthus.* Hadriani nummus in Cimelio Regio, & apud Patinum, pag. 195. cum Dianæ Ephesiæ icone. Item Commodi, ibidem. Aquæductum Corinthiis inter cetera beneficia erectum ab Hadriano Principe, auctor est Pausanias, lib. II. sive in Corinth. pag. 46. item lib. VIII. in Arcad. pag. 253.

COL. IVL. COR. Nummus Sabinæ, e Cimelio Regio: in quo puer Melicertes, sive Palæmon, delphini dorso vehitur. Rem narrat Pausanias, tum initio libri secundi, pag. 44. ubi Corinthiacum describens agrum, Καὶ Μελικέρτου βωμὸς ἦν, inquit. Ἐς τοῦτον τὸν τόπον ἐκκομισθῆναι τὸν παῖδα ὑπὸ δελφῖνος λέγουσι· κείμενον δὲ ἐπιτυχόντα Σίσυφον θάψαι τε ἐν τῷ Ἰσθμῷ, καὶ τὸν ἀγῶνα ἐπ᾽ αὐτῷ ποιῆσαι τῶν Ἰσθμίων. *Fuit ibi & Melicertæ ara: eo enim a delphine vectum puerum memorant: quem cum expositum Sisyphus offendisset, & humaverit in Isthmo, & Isthmicos in ejus honorem ludos instituerit.* Tum libro primo extremo, pag. 43. Λόγοι δὲ εἰσιν... ὡς ἀπὸ ταύτης (πέτρας Μολουρίδος) αὑτὴν ἐς θάλασσαν Ἰνὼ ῥίψαι, Μελικέρτην ἔχουσα τῶν παίδων νεώτερον. τὸν γὰρ δὴ πρεσβύτερον αὐτῶν Λέαρχον ἀπέκτεινεν ὁ πατήρ. Λέγεται μὲν δὴ καὶ μανέντα δρᾶσαι ταῦτα Ἀθάμαντα... Τότε δὲ φεύγουσα ἐς θάλασσαν, αὑτὴν καὶ τὸν παῖδα ἀπὸ τῆς Μολουρίδος ἀφίησιν. Ἐξενεχθέντος δὲ ἐς τὸν Κορίνθιον Ἰσθμὸν ὑπὸ δελφῖνος (ὡς λέγεται) τοῦ παιδὸς, τιμαὶ καὶ ἄλλαι τῷ Μελικέρτῃ δίδονται μετονομασθέντι Παλαίμονι, καὶ τῶν Ἰσθμίων ἐπ᾽ αὐτῷ τὸν ἀγῶνα ἄγουσι. *Fabula prodita hujusmodi est. Ino se cum Melicerte, natu minore filio de saxo, quam Moluridem petram appellant, in mare præcipitem dedisse, cum natu majorem Learchum pater occidisset: & Athamantem quidem in uxorem & liberos furore impulsum, sunt qui dicant ita sævisse .... Illam igitur tunc aiunt arrepta fuga se cum filio in mare de Moluride petra abjecisse: puerum quidem a delphine exceptum, cum in Corinthiorum Isthmum fuisset delatus, mutato nomine ex Melicerte Palæmonem appellatum: eique cum alios habitos honores, tum vero Isthmicos ludos decretos.* Non potuit apertius causa prodi, cur in nummis ista sit insculpta effigies. Sunt & similes Antonini Pii, M. Aurelii, ac L. Veri nummi.

C. L. I. COR. Arbor ex ara emicans, in nummo M. Aurelii, e Cimelio Regio, & apud Patinum, pag. 236. Eam esse arborem credimus, ex qua Pentheum aiunt opertanea feminarum sacra speculatum: quæ deinde oraculi jussu quæsita a Corinthiis, mox & divinis culta honoribus. Auctor Pausanias in Corinth. pag. 49. Πενθέα.... καὶ ἄλλα τολμᾶν λέγουσι, καὶ τέλος ἐς τὸν Κιθαιρῶνα ἐλθεῖν ἐπὶ κατασκοπῇ τῶν γυναικῶν. ἀναβάντα δὲ ἐς δένδρον θεάσασθαι τὰ ποιούμενα. . . . . Ὕστερον δὲ, ὡς Κορίνθιοι λέγουσιν, ἡ Πυθία χρᾷ σφισιν ἀνευρόντας τὸ δένδρον ἐκεῖνο ἴσα τῷ Θεῷ σέβειν.

C. L. I. COR. *Colonia Laus Iulia Corinthus.* M. Aurelii nummus, ex eodem Cimelio Regio, cum templo pariter in edito monte. Sunt & in quibus Chimæra, Bellerophon, &c.

C. L. I. COR. cum Herculis nudi effigie, qualem a Dædalo factam Pausanias refert, posi-

tamque Corinthi juxta theatrum, in Corinth. pag. 48. Πρὸς τῷ θεάτρῳ.... ξόανον γυμνὸν Ἡρακλέους. Δαιδάλου δὲ αὐτό φασιν εἶναι τέχνην. Est hic M. Aurelii nummus.

C. L. I. COR. Sedet in Acrocorintho Mercurius, cum petaso & alis, caduceoque, adsistente ei Deo ariete. L. Veri nummus apud Patinum, pag. 256. Pausanias in Corinth. pag. 46. Αὖθις δ' ἰοῦσιν ἐπὶ Λεχαίου τὴν εὐθεῖαν, χαλκοῦς καθήμενός ἐστιν Ἑρμῆς, παρέστηκε δέ οἱ κριός. ὅτι Ἑρμῆς μάλιστα δοκεῖ θεῶν ἐφορᾶν καὶ αὔξειν ποίμνας, καθὰ δὴ καὶ Ὅμηρος ἐν Ἰλιάδι ἐποίησεν·

Υἱὸν Φόρβαντος πολυμήλου, τόν ῥα μάλιστα
Ἑρμείας Τρώων ἐφίλει, καὶ κτῆσιν ὄπασσε.

Τὸν δὲ ἐν τελετῇ Μητρὸς ἐπὶ Ἑρμῇ λεγόμενον καὶ τῷ κριῷ λόγον ἐπιστάμενος, οὐ λέγω. *Rursus in via qua ad Lechæum recta iter est*, (navale hoc Corinthiorum est,) *Mercurius ex ære sedens visitur, cui adsistit aries, quod unus præ ceteris Mercurius greges tueri & augere existimatur: ut Homerus in Iliade significat:*

Hic tibi natus erat, pecoris ditissime Phorba,
Quem sibi præ cunctis carum Cyllenia proles
Ditarat Teucris.

Quæ cognita in Magnæ Matris initiis mihi sunt de Mercurio & ariete, consulto reticeo.

C. L. I. COR. Nummus Severi, e Cimelio Regio: in quo Ino rupi insistens, ex qua se præcipitem dejecit, puerum Melicerten dextra tenet, posito ante pedes delphino. Vide quæ proxime diximus. Exhibet hunc nummum Patinus, pag. 282.

C. L. I. COR. Bos ante ædem sacram, cui ædi delphin impositus: is nempe qui Melicerten excepit. Ei majore hostia, tauro videlicet, litatum esse hic nummus Severi docet. Est in Cimelio Regio, & apud Patinum, pag. 282.

ROC. I. J. C. Litteris nempe inversis, quas sic legi necesse est, C. L. I. COR. Severi nummus apud Patinum, pag. 282.

C. L. I. COR. Liberi Patris effigies in Acrocorintho sedentis, cum urceo. Caracallæ nummus apud Patinum, pag. 312. Bina Dei illius in primis fuisse Corinthi simulacra Pausanias refert, in Corinth. pag. 46. quorum alterum Λύσιον, Βάκχειον alterum appellarent.

C. L. I. COR. Getæ nummus, e Cimelio Regio, cum Dianæ Venatricis effigie. Pausanias, in Corinth pag. 46. Ἔστιν οὖν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς (ἐνταῦθα γὰρ πλεῖστά ἐστι τῶν ἱερῶν) Ἄρτεμίς τε ἐπίκλησιν Ἐφεσία &c. *In foro* Corinthi, *ubi plurima sunt templa, Diana est Ephesia cognomento*, &c. Et mox, ubi de fonte Pirene: Ἐπὶ δὲ αὐτῇ λέγουσιν, ὡς ἡ Πειρήνη γένοιτο ὑπὸ δακρύων ἐξ ἀνθρώπου πηγή, τὸν παῖδα ὀδυρομένη Κεγχρίαν ὑπὸ Ἀρτέμιδος ἀκούσης ἀποθανόντα. *De eo fonte fabulis vulgatum, Pirenen* Nympham, *cum filium Cenchriam lugeret, quem Diana per imprudentiam occiderat, tantum profudisse lacrymarum vim, ut in fontem conversa sit.* Rursumque: Μετὰ Ποσειδῶνα Ἄρτεμις θηρεύουσα ἕστηκε. *Post Neptunum Dianæ Venatricis simulacrum stat.*

COSSA.

ΚΟΣΩΝ. Apud Tristanum, pag. 366. & in Magna Græcia Goltzii, tab. XXXVI. In Etruria fuit. Græci per unicum σ, id oppidi ejus scripsere nomen, & multitudinis numero extulere: quod & Maro secutus, *Quique urbem liquere Cosas.* Ita nos quidem alios secuti sensimus, re non satis explorata. Verum postea intelleximus ad urbem Etruriæ Cossam pertinere hunc nummum minime posse: tum quia non Κόσα huic oppido, tametsi in libro X. Æneidos legitur, secunda syllaba brevi, *Quique urbem liquere Cosas*; sed *Cossa*, Plinio teste, nomen fuit: tum quia incredibile est Cossenses istos, aut alio umquam usos esse idiomate, quam Romano sive Latino; quandoquidem a populo Romano deductam fuisse Cossam Plinius prodidit: nec minus abhorret a similitudine veri, tam tenuis oppiduli cives numismata, & ex auro quidem argentoque, percussisse in honorem Cæsaris Augusti, suo subscripto nomine, cum id nullum aliud Italiæ universæ oppidum per annos amplius quadringentos factitarit. Est autem istud ex auro apud D. FOUCAULT, & apud Tristanum: apud Goltzium in Magna Græcia, etiam ex argento. Denique quid Augusto, quem viri duo securim gestantes comitantur, cum urbe Cossa? Non respondet certe titulus argumento, si Cossa hic intelligitur. Nam Augusti ætatem plane refert & nummi fabrica, consentiente Tristano, & aquilæ effigies coronam gestantis: qua forma ante Octavium Cæsarem nummus nullus apparet. His itaque perpensis & consideratis, tandem deprehendimus, ut in nummis antiquis Latinis a Sullæ temporibus primas sæpenumero litteras dumtaxat, sive singulas, sive binas vocum singularum scribi mos fuit, sic etiam in Græcis morem fuisse: id quod cum innumeris constet exemplis, etiam ex isto manifestum fore confidimus, cum sententiam sub his litteris latentem aperuerimus. Hæc illa nimirum est:

K O Σ ΩN.

Καῖσαρ ὅλῃ Συρίᾳ ὠνήσατο.

Hoc est Latine: *Cæsar opem toti Syriæ tulit.*

Cæsar cognomen Augusti fuit, ex quo Julii Cæsaris avunculi sui hereditatem adiit. *Tota Syria* dicitur, ut intelligatur tum quæ est maritima, tum quæ posita est in mediterraneo: hoc est, Syria inferior, & superior. Idcirco viri duo Octavium Cæsarem comitantur: alter, qui prior, in occasum pergens, ubi est mediterraneum mare, Syriam maritimam denotat, dum pedem proræ navis imponit, ut recte Tristanus expressit, tomo I. pag. 366. accuratior in ea re, quam Patinus in famil. Rom. pag. 140. Syriam intimam sive superiorem designat is, qui Cæsarem pone sequitur. Est enim mediterranea certe regio, quæ a tergo est & a mari dissita. Ut Syria autem designetur, gestant ambo securim: quoniam videlicet a mari usque ad intimum provinciæ recessum Libanus mons Syriam præcingit, sejungitque ab ea, quæ Syria Palæstina in nummis appellatur, hoc est, a Decapoli, Galilæa, Judæa, & Peræa. Sunt autem in Libano cedri præsertim procerissimæ, quas Syri cædunt: ut Salomon testatur ad Hiramum regem Tyri scribens, III. Reg. V, 6. *Præcipe igitur ut præcidant mihi servi tui cedros de LIBANO..... Scis enim quomodo non est in populo meo vir qui noverit LIGNA CÆDERE, sicut Sidonii.* Non potuit igitur accommodatiore symbolo omnis Syria, litoralis & mediterranea, describi, quam si secures viri duo gestarent; quibus insignes ac strenuos lignis cædendis esse Syros significaretur. Tametsi enim provinciæ in nummis pleræque feminarum sive Dearum effigie depinguntur, at hic certe viros pingi oportuit; tum quia viri, non feminæ, mittuntur ad ligna in silvis cædenda; tum quia symbolum peculiare ac proprium Syriæ nullum est præter istud, aut certe par isti.

Ecquando autem Octavius Cæsar Syris opem tulit? Nempe cum Parthos e provincia pepulit: quam ob causam & nummi fuere ejus honori etiam in orbe Latino inscripti, ASIA RECEPTA: & Æra, quam propterea Augustanam olim appellavimus, inde initium habuit; cum Syriæ civitates, tam litorales, quam mediterraneæ, fœdus cum Romanis denuo renovarunt. Incipit æra ista ab autumno anni Urbis Romæ DCCXXIII. Et litorales quidem Syriæ civitates hanc in nummis suis consignant, Anthedon, & Seleucia: mediterraneæ autem, Antiochia, Apamea, Laodicea ad Libanum,

ium, cujus nummi sunt ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΠΡΟC ΛΙΒΑΝΩ, & Leucadii. His omnibus, atque adeo toti Syriæ Cæsar opem tulit, Asia, ut diximus, sive Syria de Parthis recepta. *Asiam* enim pro Syria dixere veteres sæpe, ut in libris Machabæorum quinquies. Quamquam cum Parthis fugatis non de Syria solum bene meritus sit Octavius Cæsar, nihil cogit nummos ASIA RECEPTA inscriptos de Syria sola accipere, cum æram propterea Augustanam Sinopenses quoque Ponti accolæ in nummis consignarint.

Victoriam illam de Parthis relatam etiam in postica nummi parte Aquila significat, coronam e lauro gestans idcirco, Octavii Cæsaris capiti imponendam. Sed & Virgilius, libro III. Georg versu 30.

Addam urbes Asiæ domitas, pulsumque Niphaten,
Fidentemque fuga Parthum, versisque sagittis.

Aquilam ea forma in nummis Romani orbis non vidimus, ante Octavii Cæsaris ætatem, & æram quam appellavimus Augustanam. Postea crebro occurrit.

Syriæ commune, sive Syriam provinciam consuevisse nummos suo nomine inscribere, testantur nummi sub Hadriano inscripti, ΚΟΙΝΟΝ ΣΥΡΙΑΣ: & sub M. Aurelio, ΣΥΡΙΩΝ. Ita omni ex parte respondet titulus argumento; hoc est, epigraphe effigiei quæ in area nummi apparet, Octavii Cæsaris nimirum togato habitu inter utramque Syriam incedentis.

Illud denique, tametsi leve, haud tamen indignum animadversione est; observatam in illa epigraphe formam esse Bucolici versus ex parte priore, quæ est potissima. Hic enim numerus est Bucolici carminis proprius ac peculiaris, ut sit pes quartus dactylus, cum sententia ibi plerumque desinente. Apud Theocritum id religiosissime creberrimeque, in Virgilianis pariter Eclogis, præter quartam, sed multo rarius; quoniam id Latinitas, opinor, non æque fert. Ejus generis sunt versus Virgiliani isti:

A te principium, tibi desinet.
Eheu, quid volui misero mihi!
Omnia vel medium fiant mare.
Non equidem invideo, miror magis.
Sive oram Illyrici legis æquoris.

Ut formam igitur haberet inscriptio versus Bucolici inchoati; pro activo ἀνέθηκεν, medium ἀνέθετο videtur opifex selegisse. Ubi Servius: *Cosas, civitas Tusciæ, quæ numero dicitur singulari apud Sallustium.* Est hic portus Cossanus, apud Livium, lib. XXII. cap. XI. Et Κόσσαν Plutarchus in Flaminio, pag. 369. male pro Κόσαν vocat.

COSSET. Nummus antiquus, quem a se visum ait Ant. August. Dial. 7. Antiq. pag. 108. Gruteri inscriptio, pag. 499. TARRAC. VRBS COSITANOR. haud immerito suspecta nobis est. Plinio, lib. III. sect. IV. *Regio Cossetania, colonia Tarraco.*

COSSVRA. Apud Parutam. Errore magno creditum est a magnis viris nomen id esse insulæ ignobilis prope Melitam. Nam hæc *Cosyra* est, prima brevi: unde Ovidius, lib. III. Fastorum, versu 167.

Fertilis est Melite, sterili vicina COSYRÆ
Insula, quam Libyci verberat unda freti.

Et Græce Κόσυρα est, non Κόσσυρα. Nummus hic est etiam in Museo nostro, sed rudis admodum cælaturæ, & paulum detritus usu. Ex antica parte exhibet caput Reginæ velatum, cui Victoria coronam imponit: adjectæ dextrorsum litteræ REC, ut quidem pingitur in Thesauro Brandeburg. pag. 30. In postica superficie nomen est COSSVRA in corona laurea. Cum sit autem fabrica maxime rudis, & Hispanica appareat, si fas esset indulgere conjecturæ, dicerem legi oportere *Reginæ Contestaniæ Cossura.* Contestania ex Plinio a Carthagine Nova Valentiam usque protenditur. Insula Cosyra non magis Latine nummos scriberet, quam vicina ei Melita, quæ nonnisi Græce inscripsit. Est igitur Reginæ, non insulæ, nomen, *Cossura.* Ac reipsa insolens foret, abesse nomen reginæ ab eo nummo, qui vultum ipsius exhiberet.

CREMNA.

COL. IVL. AVG. CREMNA. Nummus Antonini Soæmiadis F. In Notitia Ecclesiastica Pamphyliæ secundæ, Κρημναί. In altera, Κρῆμνα vocatur: in duabus aliis, Κρημνός. Strabo, libro XII. pag. 569. Τὴν μὲν οὖν Κρῆμναν ἄποικοι Ῥωμαίων ἔχουσιν. Σαγαλασσὸς δὲ &c. *Cremnam igitur coloni Romanorum occupavere, &c.*

COL. IVL. AVG. FE. CREMNA *Augusta Felix.* Nummus Etruscillæ Decii.

C. V. T. Vide TARRACO.

D

DAC. CAP. & DACIA CAPTA. Trajani, apud Occonem, pag. 201. & 202. & in Cimelio Regio. In his pileatum videas Dacum. Sex. Aurel. Victor, in Trajano: *Primus, aut solus etiam vires Romanas trans Istrum propagavit, domitis in provinciam Dacorum pileatis nationibus* &c. De pileis Dacorum, Dio in Trajano, Jornandes de rebus Geticis, Rodericus Toletanus, aliique. De pileatorum appellatione multa erudite, ut solet, V. Cl. Du-Cangius in Glossario. De triumpho Dacico Dio apud Xiphilinum.

DACIA. Hadriani nummi. Plinio, lib. IV. sect. XXV. *Getæ, Daci Romanis dicti.* Ostia illi primum Danubii tenuere, mox & interiorem ripam. Nunc Transylvania dicitur, & Moldavia, cum parte Bulgariæ.

EXERCITVS DACICVS. Hadriani, e Cimelio Regio. Sedet in equo Imp. & ante eum signiferi quatuor.

DACIA. COS. II. S. C. Antonini Pii apud Occonem, pag. 250.

PROVINCIA DACIA. Philippi Filii, e Museo nostro. Adjectæ voculæ: AN. I. aut similes notæ. Est & Otaciliæ similis apud Patinum, pag. 385. Stat in his nummis Provincia, vel unum tenens vexillum, in quo D. F. *Dacia Felix*: vel geminum; & ex his alterum in quo V. alterum in quo XIII. hoc est, legio V. & XIII. Stat autem ubique media inter Aquilam, quæ rostro coronam gerit, eoque symbolum est Romani imperii: & leonem, qui lævam obtinet. Vindicatam iterum ditioni Romanæ Daciam, in qua sunt leones, hoc symbolo significatur, anno V. C. millesimo. Nam hic AN. I. est Daciæ Felicis: quoniam in nummis Philippi est AN. II. In nummis autem Philippi & Decii, etiam AN. III. In nummis Decii & Herennii, AN. IIII. & V. Treboniani, AN. VI. Denique Hostiliani, Æmiliani, & Gallieni, AN. VII.

DACIA CAPTA. Trajani Decii, apud Occonem, pag. 450.

DACIA. & DACIA FELIX. Trajani Decii nummus e Museo nostro. Cur Felix dicatur, ex vetusta inscriptione intelliges, facta olim sub Hadriano:

IMP. CAES. DIVI. NERVAE. TRAIANO. HADRIANO. PONT. MAX. COS. III. P. P. CVIVS. VIRTVTE. DACIA. IMPERIO. ADDITA. FELIX. EST. &c.

Extat ea apud Gruterum, pag. CCLIX. 4.

DACTONIVM MVN. *Municipium Dactonium* Caji Cæsaris nummus, e Thesauro Goltzii, pag.

243

243. Δακτώνιον Ptolemæo, lib. II. cap. VI. Hispaniæ Tarraconensis oppidum est.

ΔΑΙΔΑΛΕΩΝ. Nummus Vespasiani, e Thesauro Goltzii, pag. 213. Plinio, lib. V. sect. XXIX. *Dædala*, in Lyciæ Cariæque confinio. Stephano: Δαίδαλα.... ὁ πολίτης Δαιδαλεύς.

ΔΑΛΔΙΑΝΩΝ. Nummus Juliæ Domnæ apud Tristan. tom. II. pag. 143. ΕΠΙ. Μ. ΑΥΡΗΛ. ΗΦΑΙCΤΙΩΝ. ΑΡΧ. Α. Ἐπὶ Μ. Αὐρηλίου Ἡφαιστίωνος Ἄρχοντος α΄. *Sub M. Aurelio Hephæstione Archonte primo.* Ibi Apollinis Venatoris seu τοξοφόρου, cum cervis canibusque, effigies. Cultum in eo oppido Apollinem, testis est Artemidorus, lib. II. Onirocrit. sub finem: Οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν ἐν Δαλδίᾳ Ἀπόλλωνα, ὃν Μύστην καλοῦμεν πατρῴῳ ὀνόματι, ταῦτά με προτρέψασθαι. Est & Gordiani junioris in Cimelio Regio, sub eodem Archonte, cum Dianæ Venatricis effigie cervos insequentis. Δάλδις, urbs Lydiæ Suidæ: Ptolemæo lib. V. cap. II. Δάλδεια. In Notitia Eccl. Hieroclis, inter Episcopos Provinciæ Lydiæ, ὁ Δάλεως, lege ὁ Δάλδης, pag. 45. uti & pag. 13. Leunclavius, ὁ Δάλδεων.

ΔΑΛΔΙΑΝΩΝ. Diana cornu cervum apprehendit. In superficie nummi postica, ΙΕΡΑ CΥΝΚΛΗΤΟC, *Sacer Senatus*, cujus caput ibi expressum. E Gaza Regia.

DALMATIA.

ADVENTVI AVG. DELMATIAE. Sic enim scribitur in nummis, non *Dalmatiæ*. Quanquam in inscriptione vetusta apud Gruterum, pag. CCLVI. 2. PROPR. PROVINCIAE DALMATIAE legimus. Sed & pag. DLXXIV. 5. DELMATIA. Nummus hic est Hadriani, ex Occone, pag. 230.

MET. DELM. Hadriani, e Cimelio Regio. *Metallum Delmaticum.* Vide PANNONIA.

DAMASCVS. *in Decapolitana Syriæ regione.*

ΔΑΜΑΣΚΗΝΩΝ: Augusti nummus, apud Patinum, pag. 47. in quo caput turritum Cornu copiæ gerit, adjecta natantis viri effigie, quo situs oppidi ad Chrysorrhoam amnem, agrique fertilitas indicatur. De nummis Damascenorum, & æra in iis consignata sub Augusto & Tiberio, vide Chronologiam Veteris Testamenti.

ΔΑΜΑΣΚΗΝΩΝ. ΖΟΤ. Annus CCCLXXVII. æræ Græcorum. Nummus Neronis, anno ejus XII. cusus.

ΔΑΜΑCΚΗΝΩΝ. ΘΛΥ. Annus CCCCXXXIX. æræ Græcorum, sive Seleucidarum. Nummus Hadriani, anno ejus XI. cusus. Alter habet ΑΜΥ. CCCCXLI. anno ejus XIII.

ΕΠΙ. Τ. ΔΑΜΑ. Nummus Neronis, apud Tristanum, tom. I. pag. 230. & in Patini Indice, pag. 7. quem illi referendum ad Damascenos putant. Falso: cum sit ibi Prætoris nomen, *Titus Damasias.* Hygia seu Salus in eo nummo signata. Vide ΕΡΕΤΡΙΕΩΝ.

ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC ΔΑΜΑCΚΗΝΩΝ. Hadriani, Antonini Pii, Commodi, Severi, Caracallæ, Macrini, Elagabali, & Gordiani, nummi. Ob amplitudinem civitatis honorario Metropoleos titulo donata Damascus est: Unde in nummo Hadriani Aug. e Cimelio D. FOVCAVLT, aliisque nummis, capite velato pingitur. Sic & in Antonini Pii nummo ibidem: cum epigraphe: ΑΥΤΟΚΡ. ΚΑΙ. Τ. ΑΙΛ. ΑΔΡΙΑΝΟC ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC CΕΒ. capite laureato.

ΙΕΡΑC ΚΑΙ ΑCΥΛΟΥ ΔΑΜΑCΚΟΥ. Caracallæ iterum, apud Patinum, pag. 308. *Sacræ & Inviolatæ Damasci.* In parte aversa intra coronam querceam, CΕΒΑCΜΙΑ, hoc est, *Augusta certamina.* Huic similis est Elagabali alter apud eundem, pag. 334. sed exesus ille quidem: verum ad hujus similitudinem resarciendus.

ΔΑΜΑCΚΟΥ ΙΕΡΑC ΜΗΤΡΟΠ. Et in corona, CΕΒΑCΜΙΑ. Nummus Severi Alexandri, adhuc Cæsaris, e Thesauro Mediceo. Μ. ΑΥ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟC Κ.

ΚΟΛ. ΔΑΜΑ. ΜΗΤΡΟ. Gordiani junioris.

COL. DAMAS. METRO. Infra, ΠΗΓΑΙ. *Coloniæ Damasci Metropoleos Fontes.* Otaciliæ nummus e Regia Gaza, in quo aquæ ductus ejus civitatis exhibet fluvii effigies sub templo & arcu depicta. Plinius, lib. V. sect. XVI. *Damascus ex epoto riguis amne Chrysorrhoa fertilis.* Derivatos, ut ex Bellonio teste αὐτόπτῃ diximus, in Notis ad eum locum, fontes, in urbis ædes & hortos, hic nummus indicat. Hodie *Damas.* Pausaniæ Græci scriptoris patria hæc fuit, ita prodente Constant. Porphyr. lib. I. them. II. pag. 12. id quod iis adhuc latuit, qui de eo aliquid prodidere.

COLONI. DAMASCO. METROP. In corona, CΕΒΑCΜΙΑ. Occo, in Otacilia, pag. 446. *Augusta* certamina. Sic etiam in Treboniano Gallo, & in Volusiano.

COL. ΔΑΜΑ. METR. Otaciliæ nummus, apud Patinum, pag. 385. cum Lupa & gemellis, deductæ eo a Romanis coloniæ indicibus. In labaro deinde, LEG. VI. F. quod argumentum est deductos eo milites legionis sextæ Felicis. In alio Treboniani est, LEG. III. GAL. in vexillo, quod est inter aquilas duas.

COL. DAMAS. METR. Volusiani nummus e Cimelio nostro. Similis alter Valeriani, apud Erizzo, pag. 558. in quo Æsculapius & Hygia. COL. AMS METPO.... Lege, COL DAMAS. METPOΠ.

COL ΔΑΜΑ. MET. Labarum cum duabus aquilis, quibus Imperatores bini signantur, Gallus nempe Trebonianus, & Volusianus frater: frustra aliter accipiente Patino, pag. 398. & 399. Treboniani nummus hanc habet epigraphen: IMP. CAE. C. VIB. TREB. GALLVS. AVG. *Imp. Cæsar Caius Vibius Trebonianus Gallus.* Volusiani, istam: IMP. GALLO. VOLOSIANO. AVG. Ex quo communicatum cum fratre imperium intelligis. Similes aquilas in nummis M. Aurelii ac L. Veri vidimus.

ΔΑΜΑΣΚΗΝΩΝ ΓΠΣ. Pallas galeata, & eadem alata, nummi aream ex parte antica obtinet: ex altera, nuda viri species, dextra Damascena pruna, læva caduceum gerentis: cujus ante pedes sistrum Ægyptiorum. Apud Tristanum, tom. I. pag. 231. & tom. II. pag. 239. Damascenorum annus, qui & Græcorum, sive Seleucidarum, CCLXXXIII. ut dictum est in Chronologia Veteris Testamenti.

DANVVIVS. Trajani nummus e Cimelio Regio. Et apud Tristanum, pag. 395. tom. I. Danubii jacentis typum exhibet, qua pingi fluvii forma solent, nempe ex urna effundentes amnem. Maro:

Cælataque amnem fundens pater Inachus urna.

PONS TRAIANI. DANVVIVS. Pons super Danubium fabricatus in nummo apud Occonem, pag. 204 Meminere pontis illius Dio: Et Sex. Aurel. Victor, in Trajano: *Pons Danubio impositus.* Ejusdemque mentio in inscriptione, quam Gruterus affert, pag. CLXII. Sed ficta ac recente

PROVIDENTIA. AVG. VERE.
PONTIFICIS. VIRTVS. ROMANA.
QVID. NON. DOMET. SVB. IVGVM.
ECCE. RAPITVR. ET. DANVVIVS.

DARDANICI. Ex parte aversa, ROMA. E Museo nostro. Plinio, lib. III. sect. 29. *Dardani in Mœsia.* Quos hic spectare haud temere forsan existimamus.

ΔΑΡΔΑΝΙΩΝ. Getæ nummus e Cimelio Regio.

gio. Sunt & Antonini Pii. Plinio, lib. v. sect. XXXIII. *Dardanium*. Stephano, Δάρδανος, πόλις Τρωάδος.... Incolæ Δαρδάνιοι. Pugnam gallinaceorum, ἀλεκτρυόνων μάχην, horum nummis insculptam, Julius Pollux docet, lib. IX. cap. VI.

ΕΠΙ ΑΡΧ. ΦΙΛΙΠΠΟΥ. ΔΑΡΔΑΝΙΩΝ. *Sub Archonte Philippo*. Est nummus Severi Aug.

ΔΑΡΔΑΝΙΩΝ. Nummus Getæ Cæsaris, cum Lucii prænomine. In aversa parte, vir gestat brachio lævo senem, dextra manu sequentem se puerum tenet, pileo rustico tectum, & vestitum brevi lacerna. Est hic nummus in Cimelio P. CHAMILLART, ex ære mediocri. Hinc orta fabula de Ænea Anchisen gestante humeris, & Ascanium trahente.

ΔΑΡΔΑΝΙΩΝ. ΡΟΔΙΟϹ. Juliæ Domnæ nummus ex eodem Cimelio: in quo nummo fluvii decumbentis effigies. Plinio, loc. cit. *Rhodius* amnis.

ΔΑΡΡΑΙΩΝ. Nummus e Thesauro Goltzii, pag. 113. In ea regione forte nummus ille cusus, in qua comprehensus olim Darius ab Alexandro, unde ei nomen. Stephanum vide, verbo Δάραι, cujus gentile nomen ait esse Δαραῖος, & Δαρραῖος: admonetque idem & alias præterea esse Darrhas, juxta mare rubrum: Εἰσὶ δὲ Δάρραι ἄλλαι δύο μὲν, ἔθνος πρὸς τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ.

ΔΑΣΚΥΛΙΤΩΝ. Galbæ nummus e Thesauro Goltzii, pag. 213. Plinio, lib. v. sect. XL. *Dascylos*. Stephano: Δασκύλιον, περὶ Βιθυνίαν . . . τὸ ἐθνικὸν, Δασκυλίτης.

ΔΑΥΛΙΑΩΝ. Vide ΑΜΦΡΥΣΙΕΩΝ.

ΔΑΦΝΟΥΣΙΩΝ. Nummus Caji Cæsaris, e Thesauro Goltzii, pag. 213. Plinio, lib. IV. sect. XII. *Phocidis in litore oppidum unum Daphnûs*. Stephano: Δαφνοῦς, πόλις Φωκίδος . . . . . . ὁ πολίτης, Δαφνούντιος, ἢ Δαφνούσιος.

ΔΕΙΗΝΩΝ.

ΚΟΙΝΟΝ. ΔΕΙΗΝΩΝ. *Communitas Dienorum*. Antonini Caracallæ nummus, ex Tristano, pag. 220. Getæ quoque ex Goltzio. Neuter, quo spectaret hic nummus, vidit. Atqui sic habeto, ΔΕΙΗΝΩΝ, pro ΔΙΗΝΩΝ in nummis scribi, ut ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ citeriore ævo ac sequiore, pro ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΩΝ. In nummo Caracallæ apud Occonem, pag. 384. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ΠΕΙΟϹ, pro Ἀντωνῖνος Πίος, ΣΑΜΕΙΩΝ, pro ΣΑΜΙΩΝ. ΤΕΙΜΗΤ. in Vespasiani nummis frequenter, & apud Gruterum, pag. 173. ΤΕΙΜΗΤΗΣ, pro Τιμητὴς, hoc est, *Censor*; ac similia sexcenta. Est autem a Dio, urbe Decapolitanæ regionis in Syria, de qua Plinius, lib. v. sect. XVI. *Dion, Pellam aquis divitem*, &c. Ptolemæo, lib. v. cap. XV. in Decapolitana pariter, Δῖον, Pellam inter & Gadara. Stephano: Δῖον, πόλις Κοίλης Συρίας, κτίσμα Ἀλεξάνδρου, ἡ καὶ Πέλλα, ἧς τὸ ὕδωρ νοσηρόν. Καὶ τὸ ἐθνικὸν, Διηνός, &c. Pellam is cum Dio miscet, ceteri verius secernunt.

ΔΙΗΝΕΙΤΩΝ. Maximi nummus apud Occonem, pag. 425. quem huc spectare quoque credimus.

ΔΕΛΦΟΙ, & ΔΕΛΦΩΝ, obvii passim nummi. Plinio, lib. IV. sect. IV. *Liberum oppidum Delphi, sub monte Parnasso, clarissimum in terris oraculo Apollinis*, &c. In his fere caput Apollinis laureatum, cum lyra, laurove. In parte aversa Apollo delphino insidet. Stephanus: Δελφοὶ, πόλις ἐπὶ τῷ Παρνασσοῦ πρὸς τῇ Φωκίδι . . . . Ἐκλήθησαν δὲ Δελφοὶ, ὅτι Ἀπόλλων συνέπλευσε δελφῖνι εἰκασθεὶς καὶ ἵδρυται Ἀπόλλωνι ἱερόν. *Delphi, urbs in monte Parnasso ad Phocidem . . . . Delphi vero vocati sunt, quod Apollo navigavit sub Delphini forma: & est Apollini templum exstructum*. At Plutarchus aliter, lib. de solertia animal. pag. 984. Δελφινίου Ἀπόλλωνος ἱερὰ καὶ βωμοὶ παρὰ πολλοῖς Ἑλλήνων εἰσίν· ἐν ᾧ αὐτὸς ἑαυτῷ τόπον ἐξαίρετον ὁ Θεὸς πεποίηται, Κρητῶν Χαπγόνης οἰκοῦντας ἡγεμόνι δελφῖνι χρησαμένων. Οὐ γὰρ Θεὸς προενήχετο τοῦ στόλου μεταβαλὼν εἶδος (ὡς οἱ μυθογράφοι λέγουσιν) ἀλλὰ δελφῖνα πέμψας, τοῖς ἀνδράσιν ἰθύνοντα τὸν πλοῦν κατήγαγεν εἰς Κίρραν. *Appollinis Delphinii templa & aræ passim sunt apud Græcos: & locum quem Apollo eximium sibi delegit, coloniam putant esse Cretensium, qui sunt delphino duce usi. Non enim Deus ante classem mutata forma natavit, ut fabularum narratores tradunt: sed delphino misso, qui cursum hominum dirigeret, eos Cirrham deduxit.*

ΔΕΛΦΩΝ. ΕΥΘΥΔΗΜΟΣ. Prætoris id, vel Pontificis nomen est, *Euthydemus*. Legit perperam Nonnius in Goltzii Græciam, ΕΥΡΗΔΕΛΦΩΝ ΔΗΜΟΣ.

ΔΕΛΦΟΙ & ΔΕΛΦΩΝ. Capræ effigies, ejus, nimirum, quæ Delphicum oraculum prima prodidit. Vide Diodorum Sicul. lib. XVI. Bibl. pag. 427.

ΔΕΛΦΩΝ. Cum effigie Apollinis, nummus Hadriani, & Antonini Severi F. Cum Templo, nummus Faustinæ Antonini Pii, ex ære mediocri: ΘΕΑ ΦΑΥϹΤΕΙΝΑ: in Cimelio P. STEPH. CHAMILLART, Parisiis.

DEOBRIGA. MVN. Galbæ, e Thesauro Goltzii, pag. 242. Vettonum urbs est, in Lusitania, Ptolemæo, lib. II. cap. V.

DERBE *in Lycaonia*.

ΚΛΑΥ*δία* ΔΕΡβη. ΚΟΙ*νὸν* ΛΥΚΑΟΝΙΑϹ. Fortuna stans, cum temone & cornucopiæ ΦΑΥϹΤΕΙΝΑ ϹΕΒΑϹΤΗ. Caput Faustinæ M. Aurelii. *Civitates Lycaoniæ Lystram & Derben* commemorat Lucas in Actis, cap. XIV, 6. XVI, 1. &c.

DERTONA.

TI. CAES. C. I. A. D. *Tiberius Cæsar. Capite laureato. Colonia Iulia Augusta Dertona*. Ex aversa parte, AVG. C. I. A. D. *Augustus. Capite radiato. Colonia Iulia* &c. In Cimelio Regio. Plinius, lib. III. sect. VII. *Dertona colonia*, in regione Italiæ nona, qua Liguria continetur. Hodie *Tortona*, in Ducatu Mediolanensi. Apud Gruterum, p. CCCCLXXXVII. 6. IVL. DERTONA. Sic est in nummis, COL. CASILIN. & COL. BENEVENT. in Italia: Dertosa vero in Hispania, municipium, non colonia fuit.

DERTOSA, *in Hispania, ad Iberum*.

DERT. ILERGAONIA. Nummus Tiberii, apud Suritam, in Itiner. Anton. pag. 548. Plinio, lib. III. sect. IV. *Dertusani*. Et paulo ante, *Regio Ilergaonum: Iberus amnis*, &c. Nunc est *Tortose*, in Catalaunia. Dertosam coloniam fuisse tam falso Strabo prodidit, lib. III. pag. 169. quam Panhormum, lib. VI. pag. 172.

M. H. ILLERGAVONIA. DERT. apud Spanhemium, pag. 766. &.

MVN. HIBER. Hoc est, *Municipium Hibera Ilergavonia Dertosa*.

MVN. DERTOSA. Tiberii, e Thesauro Goltzii, pag. 243. Apud Gruterum, pag. CCCCII. ORDO DERTOSAI.

DEVLTON, *in Thracia*.

C. F. P. D. Trajani nummus: in quo ex parte aversa bovis caput insculptum. E Cimelio Regio. *Colonia Flavia Pacensis Deulton*. In nummo Julii Maximini, eadem est epigraphe, cum delphino: in Philippo utroque, cum leone: in Otacilia, Dea Hygia, sive Salus.

COL. FL. PAC. DEVLT. Caracallæ nummus, apud Patin. pag. 301. & Mamææ, pag. 343.

343. ille cum lupa & gemellis, deductæ a Romanis militibus coloniæ argumento: iste, cum Dianæ Venatricis effigie. Sunt & nummi similes Macrini, Severi Alexandri, Gordiani, Tranquillinæ, &c. omnes in Cimelio Regio. *Colonia Flavia Pacensis Deulton* : non *Pacifera*, ut Patinus interpretatur : nec *Pacifica*, ut Tristanus, tom. II. pag. 454. & alii eum secuti. Sic lib. III. sect. V. Forum Julii in Narbonensi Provincia, Pacensem Coloniam appellatam esse, tum Plinius, tum, ut ibi diximus, nummi testantur. Eidem, lib. IV. sect. XVIII. *Develton, quod nunc Deultum vocatur, veteranorum.* Ptolemæo, Δεύελτος κολωνία, lib. III. cap. XIII. in mediterraneis Thraciæ civitatibus. Eusebio, lib. V. Eccles. Hist. cap. XIX. Δεβελτὸς κολωνία τῆς Θρᾴκης.

COL. FL. PAC. DEVLT. Cum Apollinis nuda effigie. Maximi nummus apud Patinum, pag. 358.

DEVSON.

HERCVLI DEVSONIENSI. Postumi nummus, e Museo nostro: Templum Herculis exhibet. Ab oppido Germaniæ Deusone facta ei Deo appellatio est. Hieronymus in Chronico, Gratiani Augusti principatu, *Saxones*, inquit, *cæsi Deusone, in regione Francorum.* Plerique *Duiz* oppidulum esse prope Coloniam putant.

ΔΗΛΙΩΝ, in nummis Græciæ Veteris, apud Goltzium, Tab. XVII. Plinio, lib. IV. sect. XXII. *Ipsa longe clarissima, & Cycladum media, ac templo Apollinis & mercatu celebrata, Delos* : &c.

ΔΗΛΙΟΣ. Apollo scilicet, vel Sol radiatus, in bigis.

ΔΗΛΙΟΥ. Solis, sive Apollinis, in quadrigis.

ΔΗΛΙΑΣ. Dianæ, curru vectæ, juncto bobus. Vide ΙΚΑΡΙΩΝ.

Δ. ΘΕΩΝ. ΑΔΕΛΦΩΝ. Δηλίων Θεῶν Ἀδελφῶν. *Deliorum Deorum fratrum*, Apollinis & Dianæ : hunc arcus & laurea, illam imago falcatæ Lunæ in capite prodit.

ΔΗΛΙΩΝ. Dianam gemini trahunt muli. Festus : *Mulus vehiculo Lunæ adhibetur, quod tam sterilis ea sit quam mulus : vel quod ut mulus non suo genere, sed equi creetur, sic ea Solis, non suo fulgore luceat.*

ΔΗΜΗΤΡΙΕΩΝ. Ex parte altera, ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. ΒΑΣΙΛΕΩΣ. In Vetere Græcia Goltzii, Tab. XX. Plinius, lib. IV. sect. XV. *Oppidum Pagasæ, idem postea Demetrias dictum.* Stephano : Δημητριάς, πόλις Θεσσαλίας .... τὸ ἐθνικὸν, Δημητριεύς. Neptunus fere in iis nummis expressus, victoriarum, quas navali prælio plurimas oppidi conditor Demetrius Poliorcetes retulit, argumentum. Vide Strabonem, lib. IX. pag. 436.

ΔΙΑΔΕΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Domitiani nummus e Thesauro Goltzii, pag. 213. Stephanus : Διὰς, πόλις Λυκίας, ἣν Διάδης ἔκτισε. Τὸ ἐθνικὸν, Διαδεύς.

DIENSIS colonia.

COL. IVL. AVG. DIENSIS. D. D. *Colonia Iulia Augusta Diensis. Decreto Decurionum.* Nummus Antonini Pii, e Cimelio Regio. Pallas in eo nummo stat. Plinio, lib. IV. sect. XVII. *Colonia Diensis*, in Macedonia. Ptolemæo item, lib. III. cap. XIII. Δῖον κολωνία. Stephano : Δῖον ... τῆς Μακεδονίας ... τὸ ἐθνικὸν, Διεύς.

COL. IVL. DIENSIS. D. D. Severi & Antonini P. nummus, in eadem Gaza Regia. Sunt & Antonini Elagabali similes, & Severi Alexandri, & Saloninæ. In nummo Severi, inscriptio est. IMP. CA. SEP. SEVERVM PE. AVG. *Imp. Cæsarem Septimium Severum Pertinacem Aug.* veneratur *Colonia Iulia Diensis, Decreto Decurionum.*

ΔΙΚΤΥΝΝΑ. ΚΡΗΤ. Trajani nummus apud Seguinum, pag. 116. Δίκτυννα Κρητῶν. Dictynnæus mons Plinio, lib. IV. sect. XX. nomen ex ea re habet, quod cum Dictynnam Minos insequeretur, ea inde se præcipitem egit. Vide Pausaniam, in Corinthiacis, pag. 72. Quin & ipsi Dianæ, cujus ope Dictynna evasit incolumis, piscatorum excepta retibus, quæ Græci δίκτυα vocant, Dictynnæ quoque nomen hæsit, eoque nomine est a Cretensibus religiose habita, ut in ΚΝΩΣΙΩΝ nummis dicemus. Hesychius : Ἄφαία, καὶ Δίκτυννα, ἡ Ἄρτεμις. Scholiastes Aristoph. ad Ranas : Φασὶ δὲ, ὅτι νύμφη τις, Βριτόμαρτις καλουμένη, θηρεύουσά ποτε, δικτύοις τισὶ κατὰ τύχην ἐνέπεσε· καὶ ὑπὸ Ἀρτέμιδος ῥυσθεῖσα, Δικτύννης Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἱδρύσατο. *Aiunt Nympham quandam, Britomartin appellatam, cum esset aliquando in venatu, in retia quædam fortuito incidisse : servatamque a Diana fanum Dianæ Dictynnæ exstruxisse.* Scholiastes Euripidis, ad Hippolytum : Τινὲς δὲ Δίκτυνναν τὴν Ἄρτεμιν, ἀπὸ τῆς κυνηγοῦ Νύμφης, ἐμπεσούσης εἰς δίκτυα, Βριτομάρτιδος φυγούσης τὸν Μίνωα. *Quidam Dictynnam appellatam Dianam tradunt, a Venatrice Nympha, in retia illapsa, Britomartide, cum fugeret Minoëm.* Habet hæc prolixe & Callimachus hymno in Dianam, vers. 190. & seqq.

ΔΙΟΚΑΙϹΑΡΕΩΝ. ΚΕΡΕΤΑΠΕΩΝ. Commodi Aug. nummus, in quo Cybele sedet inter duos leones. Plinio, lib. VI. sect. III. *Diocæsarea* in Cappadocia : cujus civitatis concordia cum Ceretapensibus Phrygiæ hoc nummo signatur. Est ex ære maximo in Cimelio Magni Hetruriæ Ducis.

ΔΙΟΚΑΙϹΑΡΕΙΑϹ ΑΥΤΟΝ. hoc est, αὐτονόμου, *suis utentis legibus.* Nummus Antonini Pii.

ΔΙΟΚΑΙϹΑΡΕΙΑϹ. Commodi Aug. nummus.

ΔΙΟΝΥϹΟΠΟΛΕΙΤΩΝ *Phrygiæ.*

ΔΙΟΝΥϹΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Nummus antiquus, a Goltzio Tab. XXVIII. Thraciæ perperam attributus, cum sit in eo Dianæ Ephesiæ simulacrum, & ex aversa parte ΙΕΡΑ ΒΟΥΛΗ, *Sacer Senatus*, capite velato: quod in nummis hujusce tractus, hoc est, Phrygiæ, usuvenire animadvertimus: ΒΟΥΛΗ ΠΕϹϹΙΝΟΥΝΤΙΩΝ, ΑΠΑΜΕΩΝ ΒΟΥΛΗ, ΓΕΡΟΥϹΙΑ ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ. Plinio, lib. V. sect. XXIX. *Dionysopolitæ.*

ΔΙΟΝΥϹΟ. Κ. ΜΗΤΡΟΠ. ΕΠΙ ΑΡΧ. ΑΥΡΗ. ΚΙΛΒΙΑΝΩΝ ΤΩΝ ΑΝΩ. Διονυσοπολιτῶν καὶ Μητροπολιτῶν. Ἐπὶ Ἀρχιερέως Αὐρηλίου, Κιλβιανῶν τῶν ἄνω. Trium oppidorum concordiam inter se, nummus hic Juliæ Domnæ e Cimelio Regio indicat, Dionysopolitarum, Metropolitarum Ioniæ, & Cilbianorum superiorum, qui Ioniæ pariter adscribendi. Vide ΚΙΛΒΙΑΝΩΝ. Hunc porro Aurelium Tertullum esse arbitror, cujus mentio facta superius in nummo ΑΠΟΛΛΩΝΙΕΩΝ.

ΔΙΟΝΥϹΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, *in Thracia.* Severi, & Gordiani Pii, in Cimelio Regio. Plinio, lib. III. sect. XVIII. *Dionysopolis*, &c. In Juliæ Domnæ nummo, Herculis stantis effigies.

ΔΙΟΝΥΣΟΠΟΛΙΤΩΝ. In corona ederacea. Apud Goltzium, in Vetere Græcia, tab. XXVIII. Ex parte altera Bacchus corona pariter cinctus ederacea.

ΔΙΟΝΥϹΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Alexandri Severi nummus, tum e Cimelio Regio, tum e Museo nostro: in quo draco multis involutus spiris, qualis in nummis Marcianopolitanorum, Tomitarum; aliarumque tractus illius civitatum ferme occurrit.

ΔΙΟΠΟΛΙΤΩΝ, *in Ægypto.*

ΔΙΟΠΟΛΙ. Μ. L. ΙΑ. Διοπολιτῶν μεγάλων λυκάβαντος ια'. *Diospoli magnæ, anno undecimo.*

tino, Hadriani ſcilicet principatus, quo nummus ille percuſſus. Plinio, lib. v. ſect. xi. *Dioſpolis magna.* Stephano: Διὸς πόλις, ἡ μεγάλη, πόλις τῆς Αἰγυπτίας Θηβαΐδος. . . . ὁ πολίτης, Διοσπολίτης.

ΔΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Hadrianus equo inſidens.

DIOSPOLIS, *in Palæſtina.*

Λ. CΕΠΤ. CΕΟΥ. ΔΙΟCΠΟΛΙC. Λούκιος Σεπτίμιος Σεύηρος. Διόσπολις. Juliæ Domnæ effigies ex parte una: ex altera, Serapidis. De hujus urbis æra, vide Chronologiam Veteris Teſtamenti.

ΔΙΟCΙΕΡΙΤΩΝ. Nummus Auguſti, in Cimelio Regio. Plinio, lib. v. ſect. xxi. in fine, *Dioſhieritæ.* Stephano: Διὸς ἱερὸν, πολίχνιον Ἰωνίας, μεταξὺ Λεβέδου καὶ Κολοφῶνος. Τὸ ἐθνικὸν, Διοσιερίτης. In Notitia Epiſc. Provinciæ Aſiæ adſcribitur. In Conc. CP. pag. 1035. Ζώτικος ἐπίσκοπος τῆς Χρυσοπόλεως, ἤτοι Διὸς ἱεροῦ τῆς Ἀσιανῶν ἐπαρχίας. In alio Auguſti nummo ΔΙΟΕΡΙΤΩΝ legitur, in eodem Cimelio.

ΔΙΟCΙΕΡΕΙΤΩΝ. Caracallæ nummus, in quo Æſculapius & Hygia, apud Sponium in Itiner. Athen.

ΔΙΟCΙΕΡΕΙΤΩΝ. Getæ nummus, in quo Æſculapii ſtantis effigies, e Cimelio Chriſtianiſſimi Regis. Sunt & Juliæ Domnæ, & Antonini Elagabali.

ΔΙΟCΙΕΡΕΙΤΩΝ. ΔΗΜΟC. E Muſeo noſtro.

ΔΟΚΙΜΕΩΝ, cum Æſculapii icone. Nummus e Cimelio Card. Maximi. Juxta Synnadam vicus fuit, Δοκιμία Straboni dictus, lib. xii. pag. 577. quem a Docimo nomen habuiſſe nummus hic ſignificat, cujus in altera parte cinctum corona caput inſculptum, cum epigraphe ΔΟΚΙΜΟC. Stephano: Δοκίμειον, πόλις Φρυγίας. . . . τὸ ἐθνικὸν, Δοκιμεύς, καὶ Δοκιμηνός. Fuit hic porro Docimus Macedo, unus ex Antigoni ducibus, qui Philetærum Paphlagonem eunuchum habuit, ærario deinde præfectum a Lyſimacho, a quo poſtea defecit, novique apud Pergamum Phrygiæ majoris oppidum imperii princeps exſtitit: quanquam non ipſe regium nomen, ſed frater Attalus primus uſurpavit, ut quidem auctor eſt Strabo, lib. xiii. Vide Pauſaniam in Atticis, ſive lib. i. pag. 7. Ἀνὴρ Μακεδὼν, Δόκιμος ὄνομα, στρατηγὸς Ἀντιγόνου, ... Φιλέταιρον Παφλαγόνα εἶχεν εὐνοῦχον, &c.

ΔΟΚΙΜΕΩΝ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ. M. Aurelii nummus, cum effigie Cybeles. E Cimelio Magni Hetruriæ Ducis. Macedones in eo tractu fuiſſe, conſtat ex Plinio. Vide Chronologiam Veteris Teſtamenti, ubi de Aman Macedone in hiſtoria Eſtheris agitur.

ΔΟΛΙΧΑΙΩΝ. M. Aurelii nummus, e Cimelio Regio, & Commodi, & Antonini Severi F. Urbs hæc Syriæ videtur eſſe: quoniam Δολιχαίων, in corona laurea, nummus ille M. Aurelii jam laudatus exhibet: quam formam ΒΕΡΟΙΑΙΩΝ quoque Syriæ, ut credimus, nummi præ ſe ferunt.

ΔΟΡΥΛΑΕΩΝ. M. Aurelii, & Maximini nummus majore forma ex ære. Plinio, lib. v. ſect. xxix. *Dorylæi.* Stephano: Δορυλάειον, πόλις Φρυγίας. . . . τὸ ἐθνικὸν, Δορυλαεύς.

ΔΟΥΜΑΘΗΝΩΝ. Ligorii nummus, apud Spanhemium, pag. 190. Stephano Δουμαθηνοὶ ab oppido Δούμαθα: quod Plinio quoque *Domatha*, lib. vi. ſect. xxxii. in Arabia. Sed ſuſpecta mihi pariter nummi auctoritas eſt: & eruditis, etiam Ligorii fides.

ΔΡΕΠΑΝΩΝ, apud Parutam, cum Proſerpinæ effigie, vel Veneris potius. Plinio, lib. iii. ſect. xiv. in Sicilia. *Drepana.* Stephano, τὰ Δρέπανα. Τὸ ἐθνικὸν, Δρεπανεύς. Incolis, *Trapano Citta Invitta.* Servius, ad illud Æneidos, lib. iii.

Hinc Drepani me portus.

Drepanum, inquit, *civitas eſt, ante pedem montis Erycis, trans Lilybæum: dicta vel propter curvitatem litoris, in quo ſita: vel quod Saturnus, poſt amputata virilia Cælo patri, illuc falcem projecerit, quod* δρέπανον *dicitur Græce: quod veri ſimile putatur, propter vicinitatem Erycis, conſecrati Veneri: quæ dicitur nata ex Cæli cruore & ſpuma maris. Quidam Drepanum dictum volunt a falce Cereris, quam ibi, cum filiam ſuam Proſerpinam quæreret, amiſit.*

ΔΥΡΡΑΧΗΝΩΝ.

ΔΥΡ. in nummis Muſei noſtri, adjectis Prætorum, vel Præfectorum monetæ nominibus: ΦΙΛΩΓΑC, ΑΡΙCΤΑΝΔΡΟΥ, ΖΩΠΥΡΟΥ, ΣΤΡΑΤΩΝΟC, ΔΑΜΩΝΟC, &c. Et plura Goltzius in Græcia exhibet. Inſculpta nummis clava Herculis, quod hunc conditorem ſuum Dyrracheni putarent, Appiano teſte: ſpica, ubertatis agri ejus index: bos cum lactente vitulo, læti pabulo armentorum ſoli argumentum: tripus Apollinis, quo cultum ibi Deum hunc in primis fuiſſe ſignificatur. Plinio, lib. iii. ſect. xxvi. *Epidamnum colonia, Dyrrhachium appellata.* Stephano: Δυῤῥάχιον, incolæ Δυῤῥαχηνοί. Nunc *Durazzo.*

ΔΩΡΙΕΩΝ. Vide ΣΥΝΝΑΔΕΩΝ.

ΔΩΡΩΝ, *in Phœnice.*

ΔΩΡ. ΙΕΡ. ΑCΥΛ. ΑΥΤΟΝ. ΝΑΥ. & ΝΑΥΑΡ. Δώρων ἱερᾶς, ἀσύλου, αὐτονόμου, ναυαρχίδος. *Dororum, ſacræ, inviolabilis, liberæ, claſſicæ* civitatis. Trajani & Hadriani nummi, in Cimelio Regio. In Hadriani nummo e Gaza Medicea, adjicitur annus ΠΡ. hoc eſt, clxxx. qui primus eſt Hadriani. In nummo Trajani, qui eſt in Cimelio Sereniſſ. Ducis Cenom. eadem epigraphe, & ΡΟΕ. hoc eſt, annus clxxv. Eſt hic etiam in Cimelio D. Foucault. Plinio, lib. v. ſect. xvii. in Phœnice. *Urbs Dorôn*, quam inſtauratam denuo hi nummi declarant. In Conc. CP. V. pag. 192. inter Epiſcopos Palæſtinæ ſubſcribit, Βαρώχιος ἐπίσκοπος Δώρων. Ναυαρχίδα porro Claſſicam interpretor, quo nempe modo Forum Julii in Provincia Narbonenſi, lib. iii. ſect. v. *colonia Claſſica* nuncupatur, quod Imperatoriæ claſſis navale id foret: τὸ ναυσταθμὸν τοῦ Καίσαρος, inquit Strabo, lib. iv. pag. 184. Fuere tamen & aliæ coloniæ Claſſicæ, quod ex militibus conſtarent legionis Claſſicæ, qualis eſt in nummis Antonini LEGIO XVII. CLASSICA, e claſſiariis conſcripta militibus. Vide Tacitum, lib. i. & 2. Hiſtor. Et in mediterraneis quoque civitatibus Ναυαρχίδες, ut reor, quæ ſuis ſumptibus claſſem alerent. Ut ut alii hanc vocem accipiant, nihil moror. Noſtrum interim nobis commentum arridet.

ΔΩΡΑ. ΙΕΡΑ. Trajani nummus, e Gaza Regia: cum anno ΡΟΕ. hoc eſt, clxxv. qui eſt V. C. dccclxv. Trajani xv. poſt Septembrem. Eſt enim hæc æra Pompeiana, ab autumno anni V. C. dcxci. Navim hic nummus inſculptam habet: quoniam ναυαρχὶς ea civitas fuit.

ΔΩΡΙΕΩΝ. Veſpaſiani nummus, ibidem.

E

EBORA.

LIBERALITAS IVLIA EBORA, LIBERALITATIS IVL. EBORAE. PERM. CAES. AVG. P. M. *Permiſſu Cæſaris Auguſti Pontificis Maximi.* Auguſti principatu cuſi nummi, e Cimelio Regio. Plinius, lib. iv. ſect. xxxv. *Ebora, quod item Liberalitas Julia cognominatur*, in Luſitania, nunc *Evora*, inter Anam & Tagum. Hinc intelliges quo pacto legenda vetus

tus inscriptio sit apud Gruterum, pag. ccccLXXXIX. 9. LIB. IVL. EBORA. *Liberalitas Iulia Ebora*, non *Libertas*, ut Scaligero visum in Gruteri indice. Sic in M. Aurelii nummo, e Gaza Regia, ubi Marcus & Verus Impp. in suggestu sedent, epigraphe hæc est: LIB. AVGVSTOR. Hoc est, *Liberalitas Augustorum*.

EBORACVM.

COL. EBORACVM. LEG. VI. VICTRIX. Severi nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 239. Nota ex scriptoribus rerum Romanarum Britannica Severi expeditio est. *York*. Apud Gruterum, p. ccccLXXXV. 1. COL. EBOR.

ΕΓΕΣΤΑΙΩΝ. Vide ΣΕΓΕΣΤΑΙΩΝ.

ΕΓΙΑΛΕΩΝ. ΕΠΙ ΑΡΧ. ΠΡΥΤΑΝΕ. Ι. ΕΠΙΚΡΑΤΟΥ Β. ἐπὶ Ἄρχοντος Πρυτανέως Ἰουλίου Ἐπικράτους β΄. *Sub Archonte Prytane Julio Epicrate iterum*. Nummus est Antonini Severi F. e Thesauro Regio. Urbs nobis ignota.

ΕΔΕΣΣΑ, *in Mesopotamia*.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΘΕΟΣ. ΕΔΕΣΣΑΙΩΝ. *Divus Augustus*: capite laureato Augusti. In altera nummi area, Tiberii caput nudum, sine laurea. ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Est e Cimelio Mediceo. Plinio, lib. v. sect. xxi. *Edessa*, &c. Stephano: Ἔδεσσα, πόλις Συρίας... Κατὰ μὲν τοὺς ἐγχωρίους, Ἐδεσσηνός· κατὰ δὲ τοῖς πλείοσι τῶν ἀρχαίων, Ἐδεσσαῖος. Nunc est, ut in Plinianis Notis admonuimus, *Roha*. Notitia Eccles. antiqua, pag. 74. *Sedes tertia Edessa, ubi beatus Thomas Apostolus requiescit ...... modo dicitur Roaes*.

ΕΔΕΣΣΑΙΩΝ. ΣΕΒΑΣΤΗ. *Augusta*, nempe Livia, Augusti conjux: cujus ibi effigies est. In altera parte, ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Caput Tiberii. Est e Cimelio Regio.

ΕΔΕCCΑΙΩΝ. Augusti, Hadriani, M. Aurelii, Severi, & Antonini, Juliæ Mamææ, Gordiani junioris, & Philippi patris.

ΚΟΛ. ΕΔΕCCΑ. Caracallæ. Spartianus in ejus vita, pag. 87. *Cum iterum vellet Parthis bellum inferre, atque hibernaret Edessæ*, &c. quo nempe anno Carrhis interfectum, haud procul Edessa, fuisse narrant. Est eadem inscriptio in nummo Julii Maximini, capite Genii civitatis turrito ac velato.

ΑΥΤ. Κ. Μ. Ο. C. ΜΑΚΡΙΝΟC. *Imp. Cæsar M. Opelius Severus Macrinus*. Ex parte altera, caput velatum ac turritum. Α. Ο. Μ. ΕΔΕCCΑ. Ἀντωνινιανὴ Ὀπελιανὴ Μακρινιανὴ Ἔδεσσα. Nummus e Cimelio D. FOUCAULT. In alio alibi, ΜΗΤ. ΚΟΛ. ΕΔΕCCΑ. capite turrito ac velato, quoniam esset metropolis. In nummo Trajani Decii similiter.

ΜΑΡ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩ. ΕΔΕCCΑ. Μάρκο-Αὐρηλία Ἀντωνινιανὴ Ἔδεσσα. Elagabali, ex eadem Gaza. In altera superficie rursum, ΑΥΤ. ΚΑΙ. Μ.Α. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. CΕΒ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αὐρήλιος Ἀντωνῖνος Σεβαστός. Sunt & alii ibi in primis Alexandri Severi, inscripti pariter, ΜΑΡ. ΑΥΡ. ΕΔΕCCΑ. Μάρκο-Αὐρηλία Ἔδεσσα. Sic ipse Caracalla, & Severus Alexander, sæpe in nummis ΜΑΡ. ΑΥΡ. inscribuntur. Mutilum hunc nummum Patinus affert: ΜΑΡ. ΕΔΕCCΑ. pro Μ. ΑΥΡ. ΕΔΕCCΑ. Amne Σκιρτῷ mediam urbem secari Zonaras scribit, libro XIV. n. v.

ΜΗΤΡΟΠ. ΕΔΕCCΗΝΩΝ. Nummi Severi Alexandri, apud Tristanum, pag. 405. & Patinum, pag. 353. quos illi Occonem secuti, pag. 438. ΜΗΤΡΟΠ. ΔΕCCΗΝΩΝ frustra legunt, atque in Dessa investiganda desudant inani conatu, ut ante nos Spanhemius vidit, lib. de usu numism. pag. 87.

ΜΗΤΡΟ. ΚΟΛ. ΕΔΕCCΗΝΩΝ. Severi Alexandri, e Cimelio Regio. Μητροπόλεως κολωνίας Ἐδεσσηνῶν. Fuit Edessa Metropolis Osrhoënes. Notitia antiqua, pag. 61. Ἐπαρχία Ὀσροήνης. Ἔδεσσα Μητρόπολις ..... Δάμασκος .... &c.

ΩΑΕ. ΔΕCCΗΝΩΝ. Ejusdem Severi Alexandri, apud Occonem, pag. 420. Lege, ΚΟΛ. ΕΔΕCCΗΝΩΝ. Porro in nummis Edessenorum nulla dum nobis παρασημειώσεις, seu notatio temporis occurrit, qualis est in Antiochenorum, Tyriorum, Emisenorum, aliarumque civitatum nummis expressa.

ΜΗ. ΚΟ. ΕΔΕCCΗΝΩΝ. Dea turrito capite, sedet super monticulis, cum panario, & stellis duabus: ad pedes, viri ex amne emergentis effigies. ΑΥΤ. ΚΑΙ. Μ. ΑΥΡ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟC. capite laureato. In altero est ipse cum Mamæa matre. Uterque nummus est in Cimelio Mediceo.

ΜΗΤ. ΚΟΛ. ΕΔΕCCΗΝΩΝ. Gordiani junioris nummus, in quo Genius civitatis capite velato ac turrito est. Similis est alter Tranquillinæ.

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΤΩΝ. ΠΡΟΣ. ΚΑΛΛΙΡΟΗΝ. Nummus Antiochi IV. in Hist. Regum Syriæ, pag. 199. Verum non ad Callirhoën in Palæstina positam ad Jordanem, de qua nos diximus ad Plinium, lib. v. sect. xv. nummus hic spectat: quanquam vir eruditus ita censet: Quis enim veterum Antiochiæ nomen ei oppidulo inditum fuisse aliquando prodidit, quod Edessæ monumenta non levia asserunt? Nam quæ octavo loco a Stephano Antiochia appellatur, ἐπὶ τῆς Καλλιρόης λίμνης, ipsa plane Edessa est, Plinio teste, lib. v. sect. XXI. *Arabia habet Edessam, quæ quondam Antiochia dicebatur, Callirhoën a fonte nominatam*.

ΕΘΝΕΣΘΑΙΩΝ. Nummus e Thesauro Goltzii, pag. 214. Stephano: Ἐθνέσθαι, ἔθνος Θεσσαλίας, &c. At nummus ipse Græciæ Veteris Tab. xx. ex parte altera Palladem exhibet, ex aversa Noctuam fulmini insidentem, cum litteris ΕΘ quas inverso nos ordine positas credimus, erasamque priorem, Α, quæ supremam nummi partem obtinuit, substitui oportere, legique ΑΘΕ, & ad Atheniensium nummos referri.

ΕΙΡΗΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Nummi Gordiani junioris e Cimelio Regio, in quo Æsculapius & Hygia. Nota Ptolemæo in Cilicia urbs. Notitia Eccles. in Cilicia secunda habet Εἰρηνόπολιν, pag 34. In eo Gordiani nummo annus adjicitur, ΒϞΡ. hoc est, CXCII. qui fuit Christi CCXLIII. Gordiani postremus. In nummo Antonini Severi F. signatur annus ΔΜΡ. hoc est, CXLIV. qui fuit annus Christi CXCV. Severi tertius, Antonino F. jam Imperatore. Est hic in Thesauro Mauroceni, pag. 130.

ΕΙΡΗΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Nummus Valeriani Aug. in quo stant Æsculapius & Hygia. ΕΤΟΥC CΗ. *Anno* CCVIII. Apud D. Vaillant. Æræ initium, anno Christi LII. autumno: Claudii, XII. Itaque hic est annus CCLIX. post Septembrem. Urbem hanc Νερωνιάδα fuisse appellatam, scribit Theodoretus, libro I. hist. Eccles. cap. VII.

ΕΛΑΙΤΩΝ. Hadriani, & Sabinæ, cum effigie Cereris, Commodi, Severi, & Hostiliani nummi, e Cimelio Regio. Plinio, lib. v. sect. XXXII. *Oppidum Elæa, & ex Mysia veniens Caïcus amnis*, in Æolide. Straboni, lib. XIII. pag. 571. regio per quam Caïcus elabitur, Ἐλαΐτις. Stephano: Ἐλαία, πόλις τῆς Ἀσίας, Αἰολική..... incolæ Ἐλαΐται.

ΕΛΑΙΤ. & ΕΛΑΙΤΩΝ, in nummis quos vidimus. ΕΠΙ CΤΡ. Π. CΑΛΩΝΙΟΥ. Ἐπὶ στρατηγοῦ Πουπλίου Σαλωνίου, *Sub Prætore Publio Salonio*, aliove simili Magistratu. Ex parte aversa,

ΘΕΑ

ΘΕΑ ΡΩΜΗ. Apud Gruterum, pag. 159. P. SALONIVS. TI. F.

ΕΛΑΙΤΩΝ, in Hadriani, Sabinæ, & Antonini Pii nummis.

CTPA. ΠΥΡΑΜΟΥ. ΕΛΑΙΤΩΝ. *Prætore Pyramo.* Commodi nummus e Gaza Regia, cum Æsculapio.

ΕΛΑΙΤΩΝ. Juliæ Domnæ, e Gaza Regia, & apud Patinum, pag. 290. cum solita Æsculapii effigie.

ΕΛΑΙΤΩΝ. ΕΠΙ CTP. Μ. ΛΟΥΡΙΟΥ ΤΕΙΜΩΝΟΣ. *Sub Prætore Lurio Timone.* Nummus Septimii Severi.

ΕΠΙ ΠΑΥΛ. ΜΟΛΟCCΟΥ. ΑΡΧ. Α. ΕΛΑΙΤΩΝ. Antonini Severi F. nummus, cum simili Hygiæ, & Æsculapii stantis effigie. *Sub Paulo Molosso Archonte primo.* Sunt qui CΑΛΙΤΩΝ hic perperam legant.

ΕΛΑΙΤ. ΕΠΙ CTP. ΑΥΡ. ΒΑΡΒΥΛΛΟΥ. Dea Velata, dextra hastam, spicam læva gerit: ante pedes papaver, canistrumque papaverum & spicarum. Ex parte altera, ΘΕΑ ΡΩΜΗ, capite galeato. E Gaza Regia. *Sub Prætore Aurelio Barbulo.*

ΕΛΑΙΤΩΝ Plautillæ, ex eadem Gaza, cum Æsculapii stantis effigie. Est & apud Tristanum, tom. II. pag. 257.

ΕΠΙ ΔΟΡΥΛΑΟΥ. ΕΛΑΙΤΩΝ. Herennii Etrusci nummus e Cimelio Regio. Tristanus, tom. II. pag. 651. & Patinus, pag. 394. legunt infeliciter CΑΛΕΙΤΩΝ. At qui Σαλῖται sint, frustra inquiras. Nam est multo recentior Notitia Ecclesiastica, in qua inter episcopos Lydiæ est ὁ Σάλων. In eo nummo Herennius patera ante aram laurumque libat: unde sacrum Apollini facere cum intelligas. Prætori nomen *Dorylaus* fuit.

ΕΛΕΝΙΤΩΝ. In nummis Græciæ Veteris, in quibus Helenæ, vel Veneris caput. Plinio, lib. IV. sect. XX. *Helene* insula. Contra Atticum litus. Stephano: Ἑλένη, νῆσος Ἀττικῆς . . . τὸ ἐθνικὸν, Ἑλεναῖος, ἢ Ἑλενίτης. Et verbo Κρανάη. Ἑλένη καλεῖται νῦν . . . τὸ ἐθνικὸν, Κραναάτης. Pausanias in Laconicis, pag. 105. Ἡ δὲ νῆσος ἡ Κρανάη πρόκειται Γυθείου. Καὶ Ὅμηρος Ἀλέξανδρον ἁρπάσαντα Ἑλένην, ἐνταῦθα ἔφη συγγενέσθαι οἱ πρῶτον. Κατὰ δὲ τὴν νῆσον ἱερόν ἐστιν Ἀφροδίτης, &c. *Ante Gytheum Cranaë insula est, in qua Alexandrum rapta Helena cum ea primum congressum dixit Homerus. Quare in opposito litore templum est Veneris &c.* Hodie *Macronisi*, hoc est, μακρὰ νῆσος appellatur.

ΕΛΕΝΙΤΩΝ. ΤΩΝ. ΚΑΙ. ΚΡΑΝΑΑΤΩΝ. Visam a se hanc nummi epigraphen ad nos retulere viri summæ eruditionis ac fidei. Hanc ipsam insulam priscis temporibus Κρανάην appellatam esse, Strabo quoque est auctor, lib. IX. pag. 399. atque hæc gemina appellatio nummo designatur: *Helenitarum, qui & Cranaatæ.*

ΕΛΕΥΘΕΡΝΑΙΩΝ. Apud Spanhemium, lib. de usu numism. pag. 902. & in Græcia Vetere Goltzii, tab. XXVII. ubi... ΥΘΕΡΝΑΙΩΝ nummus, in quo Solis caput insculptum, & ex parte altera Apollo cum cithara & Sole, ad Ternæos perperam refertur, cum ΕΛΕΥΘΕΡΝΑΙΩΝ legi in plenum oporteat. Plinio, lib. IV. sect. XX. *Eleutherna.* Stephano, οἱ πολῖται, Ἐλευθερναῖοι, καὶ Ἐλευθερνεῖς. In insula Creta oppidum id fuit.

ΕΛΥΡΙΩΝ. Capræ caput: ex parte aversa, apis. E Cimelio Regio. Stephanus: Ἔλυρος, πόλις Κρήτης . . . ὁ πολίτης, Ἐλύριος. Pausanias in Phocicis, seu lib. 10. pag. 331. Ἔστι δὲ ἐν τοῖς Κρητικοῖς ὄρεσι καὶ κατ' ἐμὲ ἔτι Ἔλυρος πόλις. οὗτοι οὖν αἶγα χαλκῆν ἀπέστειλαν ἐς Δελφούς. Δίδωσι δὲ νηπίοις ἡ αἲξ Φυλακίδῃ καὶ Φιλάνδρῳ γάλα. Παῖδας δὲ αὐτοὺς οἱ Ἐλύριοι φασὶν Ἀπόλλωνος τε εἶναι καὶ Ἀκακαλλίδος Νύμφης. *Exstat adhuc in Cretæ montibus, ut opinor, oppidum Elyros. Ea civitas capellam æneam Apollini dono misit. Lac præbere videtur infantibus, Phylacidi, & Philandro. Liberos fuisse eos Elyrii dicunt Apollinis & Nymphæ Acacallidis,* &c. Est autem apis ei nummo apposita, quæ mellis ubertatem ac præstantiam in eo tractu significet. Plinius, lib. XXI. sect. XLVI. *Aliud in Creta miraculum mellis. Mons est Carina,* (is videtur esse, cui imposita urbs Elyriorum a Pausania dicitur:) IX. *millium passuum ambitu: intra quod spatium muscæ non reperiuntur, natumque ibi mel nusquam attingunt. Hoc experimento singulare medicamentis eligitur.*

EMERITA.

PERMISSV CAESARIS AVG. caput Augusti sine laurea. EMERITA AVGVSTA. In alio, COL. EMERITA AVGVSTA. Colonus boves agit. In alio est porta civitatis.

IVLIA AVGVSTA. PERMISSV AVG. P. M. hoc est, *Pontificis Maximi.* Caput velatum Pietatis, ob Juliæ pietatem. In nummis Julia Augusta semper est Julia Augusti filia, conjux Tiberii. Livia in nummis semper Livia est, vel AVGVSTA tantum, & κατ' ἐξοχήν. In altera hujus nummi area, AVGVSTA EMERITA, cum porta civitatis.

IVLIA AVGVSTA. C. A. E. *Colonia Augusta Emerita.* Caput Pietatis velatum, ut proxime. Vide PANORMITANORVM, & ITALICA. In altera hujus nummi area, TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS IMP. Capite nudo, sine laurea.

C. A. E. AETERNITATI AVGVSTAE. Templum. Nummus hic Tiberii est.

COL. AVGVSTA EMERITA. Augusti ac Tiberii nummi, e Gaza Regia, IMP. CAESAR AVGVSTVS. Ex parte altera: P. CARISIVS. LEG. PRO. PR. EMERITA. Hunc Dio Titum Carisium vocat, loc. cit. Vide infra, TOLETVM. Plinio, lib. IV. sect. XXXV. *Colonia Augusta Emerita.* Vestigia tantum supersunt: loco nomen est *Merida*, ad Anam fluvium. Sunt & alii apud Patinum in familia Carisia, pag. 65. hujus coloniæ deductæ indices ac testes. Et apud Gruterum inscriptio, pag. 13. COLONIAE. EMERITENSIS. Veteranos milites eo deductos Augusti jussu, auctor est Dio, libro LIII. pag. 514.

ΕΜΙΣΗΝΩΝ. Nummus Antonini apud Patinum, pag. 228. in quo picta aquila, globo imposita, rostro coronam gerens, penes Antoninum esse totius Romani orbis potestatem significat. Plinio, lib. V. sect. XIX. *Emeseni*: & sect. XXI. *Emesa.* Stephano: Ἔμισα . . . Ἐμισαῖος τὸ ἐθνικὸν, καὶ Ἐμισηνός. Constant. Porphyrog. de administr. Imp. cap. XXV. pag. 59. Χέμψ, ἤτοι τὸ Ἔμισα. Nostri *Hems* efferre solent, ut Χάλεπ, *Alep.* Nam χ Græci fere, uti nos *h*, asperiore spiritu efferunt.

ΕΜΙCΩΝ ΚΟΛΩΝΙΑC. Juliæ Domnæ, quæ Severi Aug. conjux, apud eundem Patinum, pag. 290. Similis alter Antonini, qui Severi filius, in Cimelio Regis Christianissimi. Ulpianus, lib. L. Dig. tit. XV. de censibus, lege I. *Sed & Emisenæ civitati Phœnices, Imperator noster jus coloniæ dedit, jurisque Italici eam fecit.* In hoc utroque nummo adjectæ notæ ΗΚΦ, quibus annus indicatur DXXVIII. nempe æræ Seleucidarum, cujus initium anno Urbis Romæ CCCCXLII. a quo si numerentur anni DXXVIII. occurret annus Urbis Romæ DCCCCLXIX. Antonini Severi F. supremus. In altero, ex eodem Cimelio: ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC, capite laureato. Dea turrito capite: ΕΜΙCΩΝ ΚΟ-

ΚΟΛΩΝΙΑC. ΕΚΦ. Anno DXXV. qui est Urbis conditæ DCCCCLXVI.

ΕΜΙCΩΝ ΚΟΛΩΝΙΑC. Ζ. Κ. Φ. Ἐμισῶν κολωνίας. *Anno* DXXVII. qui est V. C. DCCCLXVIII. Nummus Antonini Severi F. apud Tristanum, tom. II. pag. 221. Aquila globo insistit: vel Jovis in orbem universum imperii, vel Antonini in Romanum, index. Est & apud Patinum, Κ Φ. Annus DXX. qui annus est V. C. DCCCCLXI. Christi CCVIII.

ΜΗΤΡΟ. ΚΟΛ. ΕΜΙCΩΝ. ΗΛΙΑ. ΠΥΘΙΑ. Μητροπόλεως κολωνίας Ἐμισῶν Ἥλια Πύθια. Elagabali nummus e Gaga Regia. Ἥλια ludi sunt, quibus ab Elide primum appellatio facta videtur, non a Sole, Ἡλίῳ, quanquam ita visum est viris alias eruditis: alioqui Ἡλιακὰ dici, non ΗΛΙΑ, ars postularet. Urbs Ἦλις in Peloponneso nota, a qua ludi Ἤλιοι, certamina Ἥλια dicta videntur: & ab Olympia, quæ finitima ei civitas est, ΟΛΥΜΠΙΑ. In vett. Inscript. apud Gruterum, Ὀλύμπια τὰ ἐν Πίσῃ, Ὀλύμπια τὰ ἐν Σμύρνῃ, Ὀλύμπια ἐν Ἀθήναις, Ὀλύμπια ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. Eadem Ἅλια Dorico more appellata, ab Aristide in Ῥοδιακῷ: ubi Rhodios alloquens, Καὶ τὸν μὲν τῶν Ἁλίων, inquit, ἀγῶνα ποιήσετε. Sunt ejusdem Elagabali nummi inscripti, ΚΟΛ. ΕΜΙ. & ΜΗΤΡΟ. Κ. ΕΜΙCΩΝ.

ΕΜΙ. ΚΟ. ΜΗ. ΜΕCCΟΠ. & in ipsa area: Α. Hoc est, *Emisa colonia metropolis Mesopotamiæ, prima.* Nummus est Severi Alexandri, in Thesauro Regio.

ΕΜΠΟΡΙΤΩΝ. Cave nummos ita inscriptos, in quibus ex una parte Pegasi effigies, Arethusæ caput ex altera cum delphinis, ad Emporias Hispaniæ oppidum referas, de quo Plinius lib. III. sect. IV. Nam ad Siciliam illi spectant, & emporia quatuor, quæ ibi inprimis frequentabantur, Agrigentinum, Leontinorum, Segestanum, & Selinuntiorum: quibus ex Tullio Syracusanum addimus, Panormitanum, ac Lilybætanum. Vide nummos ΛΙΛΥΒΑΙΤΑΝ.

EMPORIÆ, *in Hispania.*

EMPOR. Equus, Hispanicarum urbium familiare symbolum. In parte nummi altera, caput est armatæ Palladis. Epigraphe: CO. G. C. M. A. Agrippina prior videtur esse, sub effigie Palladis, ut sub effigie Pietatis Julia Augusta sæpe occurrit. Forte *Mater* ipsa *Castrorum* fuit. Forte igitur sententia est: *Conjux Germanici Cæsaris, Mater Augusti.* Nummus est ex ære mediocri, in Museo P. JOBERT, Societatis JESU. Tamen cum in nummis similibus e Museo nostro legatur, QC OCTMA & QCOGCMA, adhuc ἐπέχω, quæ sit harum litterarum interpretatio genuina. Plinius, libro III. sect. v. in Hispaniæ citerioris limite: *Oppidum Emporiæ: geminum hoc, veterum incolarum, & Græcorum, qui Phocæensium fuere soboles.* Nunc *Ampurias vocant.* Vide infra, ΛΕΠΤΙΣ.

EMPOR. Equus, ut supra, in nummo ex ære mediocri, ejusdem Musei. In altera parte, caput Palladis armatæ. L. M. RF. P. C. Q. *L. Mescinius Rufus Præfectus coloniæ Quinquennalis.* Sunt ex auro & argento nummi perpulcri, Augusti temporibus inscripti, L. MESCINIVS RVFVS IIIVIR. apud Occonem, pag. 60. & apud Patinum in familiis. Præfectum coloniæ dici in colonia Beneventana superius vidimus. Cave hic legas, *Proconsule quintum.* Nullus enim Hispaniæ totius magistratus apparet in nummis, sed singularum tantummodo civitatum. Nec Proconsulatum apud Plinium vidimus, nisi Galliæ Narbonensis, & Africæ: in nummis, etiam Achaiæ. Coloniam Empurias fuisse deductam, plus huic nummo, quam Livio, credimus. Vide infra ΛΕΠΤΙΣ.

ENNA.

MVN. HENNAE, apud Spanhem. pag. 906. Plinio, lib. III. sect. XIV. *Hennenses*, ab Enna urbe Siciliæ, quæ Proserpinæ, & Cereri sacra. Strabo, lib. VI. pag. 272. Ἐν ᾗ τῇ μεσογαίᾳ ἡ Ἔννα, ἐν ᾗ τὸ ἱερὸν τῆς Δήμητρος, &c. Vocem hanc Latini sæpius aspirarunt: non item Græci, quibus Ἔννα scribitur. Sic nos Hannonem dicimus, Græci Ἄννωνα. Apud Jul. Firmicum, lib. de errore prof. relig. pag. 24. *Ceres Hennensis mulier.* Hodie, *Castro Giovanni, Citta Inespugnabile.*

ΔΑΜΑΤΗΡ, Dorica dialecto, pro Δημήτηρ, *Ceres.* Cereris caput, cum spicis. Ex parte aversa, ΕΝΝΑ, apud Parutam: cum capræ effigie, quæ Diti patri, seu Plutoni sacra: cratere, ex quo flamma emicat, quod Ætnæ montis symbolum: (nam & *craterem Ætnæ* Plinius ipse dixit, lib. III. sect. XIV.) spicis, Siculæ fertilitatis indicibus: denique & viola, pratorum Ennensium amœnitatem prodente. Violis ceterisque generibus renidere prata Hennensia, accensisque ex Ætna facibus quæsitam a Cerere Proserpinam, quam ex eo loco Pluto asportarat, auctores varii prodidere, in primisque Diodorus Siculus, sub initium libri v. Solinus, in descriptione Siciliæ: *Hic campus Hennensis, in floribus semper, & omni vernus die*, &c.

ΕΝ. Cum effigie Liberæ, sive Proserpinæ, apud Parutam, num. III. Egregius est Ciceronis locus, de religione ejus Deæ in hoc tractu, Verrina IV.

ΕΝΤΕΛΛΙΝΩΝ, apud Parutam. Plinio, lib. III. sect. XIV. *Entellini.* Stephano: Ἔντελλα, πόλις Σικελίας.... τὸ ἐθνικὸν, Ἐντελλῖνος. Oppidum Ἔντελλα Diodoro, lib. XVI. pag. 461. Rudera ad Crimisum amnem visuntur, qui amnis Panormitanum agrum rigat. In nummis una pingitur, feracitatis vini typus: in aliis Ceres facem accensam dextra, læva spicam gerens: in aliis Minotaurus, &c.

ΕΟΡΔΑΙΑ ΜΑΚΕ. Ἐορδαία Μακεδόνων. Plinio, lib. IV. sect. XVII. in Macedonia *Eordenses.* Nummus est Hadriani. Ἐορδαία Stephano: Eordeam urbem Livius appellat, lib. XLII. pag. 545. In Notitia Hieroclis: pag. XXI. Ἐορδία. Apud Occonem, pag. 242. hic nummus sic vitiose exhibetur: ΑΥΤ. ΚΑΙC. ΑΙΛΙΟC ΤΡΑΙΑΝΟC ΑΔΡΙΑΝΟC CΕΒΑCΤΟC ΟΡΔΑΙΑ ΜΑΚCΕ. Lege ΕΟΡΔΑΙΑ ΜΑΚΕ. In eo nummo Hermathena aream obtinet, hoc est, Terminus, cui Pallas pectore tenus imposita: id vero conflata voce e duabus una, (nam Terminos Græci Ἑρμᾶς τετραγώνους, vel κυβοειδεῖς, Mercurios quadratos, vel effigie cubi, uti ex scholiaste Thucydidis scimus, ad lib. v. Palladem Ἀθηνᾶν vocant) id, inquam, Hermathenam dixere. Iconem apud Tristanum vide, tom. I. pag. 47. Cicero lib. I. ad Attic. epist. 3. *Quod ad me de Hermathena scribis, per mihi gratum est, & ornamentum Academiæ proprium meæ, quod & Hermes commune omnium, & Minerva singulare est ejus gymnasii.*

ΕΠΙ. & ΕΠΙΔΑΥΡΙΩΝ, in Vetere Græcia Goltzii: Tab. XII. cum serpente, vel Æsculapii capite. Plinius, lib. IV. sect. IX. *Epidaurum oppidum, Æsculapii delubro celebre*, in australi sinus Saronici litore, in Achaïa. De Æsculapii delubro Epidaurio, Pausanias prolixe, lib. II. in Corinth. pag. 71. Strabo, lib. VIII. pag. 374. aliique.

ΕΠΙ. in laurea. Apud Goltzium. In superficie nummi altera, caput Æsculapii, adjecto ΣΩΤΗΡΟΣ cognomine, hoc est, *Servatoris*, quod ei in primis Numini in nummis adscribitur. Et apud Gruterum, p. LXIX. 8.

ΑCΚΛΗΠΙΩ ΘΕΩ
CΩΤΗΡΙ

EPI-

EPIRVS.

ΑΠΕΙΡ. & ΑΠΕΙΡΩΤΑΝ, in Museo nostro, Dorica dialecto, pro ΗΠΕΙΡΩΤΩΝ. Stephano: Ἤπειρος.... ἐξ αὐτῆς Ἠπειρώτης. Apud Goltzium, in nummis insculpta Aquila fulmini Dodonæi Jovis insidens, vel fulmen ipsum, in corona quernea, quæ arbos ipsa Jovi sacra. Phædrus, lib. III. Fabul.

Olim quas vellent esse in tutela sua
Divi legerunt arbores: Quercus Jovi,
Et myrtus Veneri placuit, Phœbo laurea, &c.

Cicero, lib. II. ad Attic. epist. IV. *Quid quæris? præter quercum Dodonæam, nihil desideramus, quominus Epirum ipsam possidere videamur.* Fuit enim in Epiro Dodona, apud Molossos. Plinius, lib. IV. sect. I. *Epiros in universum appellata .... In ea Molossi, apud quos Dodonæi Jovis templum, oraculo illustre.* Ex parte altera Jovis ipsius vultus expressus, vel Jovis simul ac Junonis: addito Magistratus seu Prætoris nomine, ΚΑΙΤΑΡΧΟΥ, ΣΤΡΑΤΟΝΙΚΟΥ, &c.

ΑΠΕΙΡΩΤΑΝ, cum bove cornupeta, in corona quernea. Plinius, lib. VIII. sect. LXX. *In nostro orbe bubus Epiroticis laus maxima, a Pyrrhi (ut ferunt) jam inde regis cura.* Arist. lib. III. hist. anim. cap. XVI. pag. 361. Ἠπειρωτικαὶ βόες αἱ μεγάλαι. Plura diximus in Plinianis notis, quæ consule.

ΑΠΕΙΡΩΤΑΝ, cum meta in corona laurea, quæ ludorum certaminumque in honorem Apollinis editorum index.

ΕΠΙΦΑΝΕΩΝ. Nummus e Thesauro Goltzii, pag. 214. Plinio, lib. XV. sect. XXII. *Epiphania* Ciliciæ. Stephano: Ἐπιφάνεια, πόλις Κιλικίας . . . ὁ πολίτης, Ἐπιφανεύς. Est hic nummus Antonini Elagabali, in Cimelio D. FOUCAULT. Est & Gordiani Pii, in Cimelio Sereniss. Ducis Cenom. cum epocha, ET. ϚT. hoc est, ἔτους ϛτ'. *anno* CCCVI. qui annus est Gordiani secundus, a Septembri anni V. C. DCCCCXCI. Christi CCXXXVIII. ducto æræ initio ab anno V. C. DCLXXXVI. ut dictum est in Chronologia Veteris Testamenti.

ΕΡΕΒΟΙΩΝ. Nummus est Commodi in Cimelio D. FOUCAULT. Habet Ptolemæus, lib. V. cap. I. inter oppida Bithyniæ mediterranea, Ἐρέβοιαν.

ΕΡΕΣΙΩΝ.

Ε. & ΕΡΕΣΙ. Nummi Goltziani e Græcia Vetere. Plinio, lib. V. sect. XXXIX. *Eresos.* Stephano: Ἔρεσος, πόλις ἐν Λέσβῳ . . . τὸ ἐθνικὸν, Ἐρέσιος. Straboni, lib. XIV. pag. 618. Ἔρεσος. Hæc Theophrasti patria. Hodie *Geremia.* In hisce nummis clava, Herculis: lyra, Apollinis: delphin, Neptuni: spicæ, Cereris symbolum, ipsaque Ceres ex parte altera insculpta cernitur: omnes, ut palam est, Dii Eresiorum Præsides & Custodes.

ΕΡΕΤΡΙΕΩΝ. ΔΑΜΑΣΙΑΣ. Cum juvencæ effigie, quam Græci δάμαλιν vocant: quo Præfecti seu Magistratus nomen alludit: in Cimelio Regio. Plinio, lib. IV. sect. XXI. *Eretria.* Stephano: Ἐρέτρια, πόλις Εὐβοίας . . . . ὁ πολίτης, Ἐρετριεύς, καὶ Ἐρέτριος, καὶ Ἐρετρικός. Juvencam in nummis illi quidem, in sacrificiis donisque publicis bovem adhibebant. Vide Pausaniam in Eliac. prior. pag. 177.

ΕΡΕΤΡΙΕΩΝ. ΦΑΝΙΑΣ. In Cimelio Regio. Uvæ geminæ ex uno palmite. Φανίας Magistratûs nomen est.

ERGAVICA.

MVN. ERGAVICA. Augusti nummus, apud Patin. pag. 34. nunc Cimelii Regii: itidemque Tiberii alter, & alius rursum Caji Cæsaris Germanici Aug. Apud Gruterum, pag. 382. EX. CONVEN. CAESAR. ERCAVIC. Hoc est. *Ex conventu Cæsaraugustano, Ercavicensis.* Plinius, lib. III. sect. IV. de citeriore Hispania: *Nunc universa provincia dividitur in conventus septem: Carthaginiensem, Tarraconensem, Cæsaraugustanum,* &c. Et eadem sect. num. II. *Cæsaraugusta colonia immunis, amne Ibero affusa, recipit populos* CLII. *Ex his .... Ergavicenses.* De tauro iis nummis insculpto, egimus verbo, CELSA, & CORINTHVS.

ΕΡΜΙΟΝΕΩΝ. Severi nummus, apud Tristan. tom. II. pag. 99. & alter Juliæ Domnæ apud Patin. pag. 290. nunc Cimelii Regii. In hoc Mercurii stantis effigies, quem Græci Ἑρμῆν vocant. Itaque hunc civitatis suæ auctorem ac Præsidem Deum haberi Hermionenses voluere, & esse ab Ἑρμῆς dictam Ἑρμιόνην. Plinio, lib. IV. sect. IX. in Peloponneso, *Hermione.* Stephano: Ἑρμιόνη... τὸ ἐθνικὸν, Ἑρμιονεύς. In illo stat Mercurius pariter cum Venere Anadyomene, hoc est, emergente e mari, quam & *Pelagiam* ex vetere inscriptione vidimus appellatam. Pausanias, lib. II. sive Corinth. pag. 77. *Venerem Pontiam,* hoc est, Pelagiam, sive Marinam, ab Hermionensibus cultam asseverat. Ἀφροδίτης ναός ἐστιν, ἐπίκλησιν Ποντίας . . . ἄγαλμα δὲ λευκοῦ λίθου, μεγέθει τε μέγα, καὶ ἐπὶ τῇ τέχνῃ θέας ἄξιον.

ΕΡΜΙΟΝΕΩΝ Plautillæ nummus in Cimelio D. FOUCAULT, ex ære mediocri, cum capite turrito: & epigraphe, ΦΟΥΛΒΙΑ ΠΛΑΥΤΙΛΛΑ.

ΕΡΜΙCΕΙΩΝ. Vide ΤΕΡΜΗCCΕΩΝ.

ΕΡΜΟΚΑΠΗΛΙΤΩΝ.

ΕΡΜΟΚΑΠΗΛΙΤ. ΘΕΑ. ΡΩ. Ἑρμοκαπηλιτῶν, Θεὰ Ῥώμη. E Gaza Regia Severi nummus ex ære, in quo Romæ galeatæ caput insculptum. Plinio, lib. V. sect. XXXIII. *Hermocapelitæ,* quasi Mercurii caupones. Quam quidem vocem nos ibi primi auctori suo restituimus, admonitu Regiorum codicum & nostrorum: quodque certius est, adstipulante Notitia Vetere Episcopatuum Provinciæ Lydiæ, in qua ὁ Ἑρμοκαπηλίας legitur, pag. 45. & ὁ Ἑρμοκαπηλίας, pag. 13. Parmensis editio, quæ vetustissima, *Hermacopolitæ:* Hermolaus deinde Barbarus, ceterique post eum Plinii editores, *Harmatopolitæ* exhibent: cum si ex Ἁρματοῦς ea vox efficta esset, ut visum Ortelio, *Harmatuntopolitas* dici oporteret. Quanquam porro Lydiæ Notitia Hermocapelitas accenset, Pergamenæ tamen illi, ut & Thyatireni, jurisdictioni paruerunt. Simili errore Madaurense Numidiæ oppidum idem Hermolaus, pro Materensi, quod Byzacenæ provinciæ fuit, obtrusit: aliaque σφάλματα sexcenta admisit, quæ in Plinianis Notis censoria animadversione castigamus.

ΕΡΜΟΚΑΠΗΛΕΙΤΩΝ. ΕΠΙ ΑΥΡ. ΜΗΝΟΦΑΝΟΥC Β. ΑΝΔΡΟΝΕΙΚΟΥ. Sub Aurelio Menophane iterum, Andronici F. Est Treboniani Galli nummus.

ΕΡΜΟΠΟΛΙΤΩΝ.

ΕΡΜΟ. L. ΙΑ. Ἑρμοπολιτῶν. Λυκάβαντος ιά. hoc est, *anno undecimo* principatus Hadriani, cujus ille nummus est. Plinius, lib. V. sect. IX. *Hermopoliten* in Ægypto nomon seu præfecturam habet. Stephano: Ἑρμούπολις . . . ὁ πολίτης, Ἑρμοπολίτης. Et ad Hermopolitas referri quoque oportere nummum Antonini Pii putamus, ex Cimelio Regio, in quo Mercurius stat, qui Græcis Ἑρμῆς, cum notis anni quarti Cæsaris principatus, L. ΤΕΤΑΡΤ.

ΕΡΜΟΥΠΟΛΕΙΤΩΝ. Nummus Treboniani Galli: in quo Pluto Proserpinam rapit.

ΕΡΜΩΝΘΙC. Nummus est sic inscriptus, quem penes se esse scripsit ad me Vir Cl. OUDINETUS, Regiæ nummorum veterum Gazæ custos. Urbs ea est in Ægypto, unde Hermonthiten nomon Plinius appellat, lib. V. sect. IX.

ΕΡΥΘΡΑΙΩΝ. Nummus antiquus, apud Sponium

nium in Itiner. Athen. cum prora navis ; ejus videlicet, quæ signum Herculis e Tyro Phœnices Erythras advexit. Vide Pausaniam in Achaic. pag. 210. Ex parte aversa, ΕΡΥΘΡΑΙ, cum turrito capite. Plinio, lib. v. sect. xxxi. in Ionia, *Erythræ*. Stephano : Ἐρυθραὶ, πόλις Ἰώνων . . . . ὁ πολίτης, Ἐρυθραῖος.

ΑΥΤ. ΝΕΡΟΥΑΝ ΤΡΑΙΑΝΟΝ. ΕΠΙ CΤΡΑ. ΠΡΕΙΜΟΥ. ΕΡΥΘΡΑΙΩΝ. *Imp. Nervam Trajanum* civitas veneratur. *Sub Prætore Primo* nummus *Erythræorum*. E Sirmondi schedis. Est nunc in Cimelio Reginæ Christinæ.

ΕΡΥΘΡΑΙΩΝ. Elagabali nummus, quem laudat Tristanus, tom. II. pag. 331. In eo nummo aream obtinet templum ingens, cujus in medio Herculis effigies cum clava, quam dextra : & leonina pelle, quam læva gerit. Pausanias, in Achaicis, seu lib. VII. pag. 210. Ἴδοις δ' ἂν καὶ τῷ ἐν Ἐρυθραῖς Ἡρακλείῳ . . . κατὰ ἀρχαιότητα. *Erythris magna cum voluptate videas Herculis fanum . . . propter vetustatem*. In nummi ejus ambitu præterea legas, ΕΠΙ. CΤΡ. ΑΥΡ. ΝΕΙΚΩΝΟC Β. Ἐπὶ Στρατηγοῦ Αὐρηλίου Νίκωνος β'. *Sub Prætore Aurelio Nicone iterum*. In priore nummi parte, Α. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. Ipse Elagabalus laureatus, vesti assutam, qua dextrum humerum tegit, effigiem habet, non Herculis, ut Tristanus existimavit, sed Antonini Caracallæ, a quo genitus volebat videri, teste Lampridio in Elagabalo, pag. 201. unde *& Antoninum se Bassiani* (hoc est, Caracallæ) *filium scripsit*.

ΕΡΥΘΡΑΙΩΝ. ΕΠ. CΤ. Π. ΑΙ. ΑΤΤΑΛΟΥ ΤΟ Β. Ἐπὶ Στρατηγοῦ Ποπλίου Αἰλίου Ἀττάλου τὸ β'. *Sub Prætore Publio Ælio Attalo iterum*. E Cimelio Regio, Severi Alexandri nummus geminus : Cererem alter in bigis, Herculem alter ostendit.

ΕΡΥΘΡΑΙΩΝ. Otaciliæ nummus, cum Herculis effigie. Est & Valeriani, in Cimelio D. FOUCAULT.

ERYTHRÆ *in Bœotia*. Nummus est ex argento perpulcher, formæ mediocris, apud D. Marchionem de MONTAVBAN, parte antica vultum exhibens Alexandri Magni, tecto capite pelle leonina : in altera pagina,

ΕΡΥ cum avicula :
Clava Herculis.
ΔΙΟΠΕΙΘΗΣ.
Pharetra in theca.

Erythras in Bœotia Plinius commemorat, libro IV. sect. XII. Fuere *Bœotiæ Thebæ*, inquit ille ibidem, *duorum numinum Liberi atque Herculis (ut volunt) patria*. Clava, Herculis ; pharetra, symbolum Liberi est. Thebis ab Alexandro expugnatis, ut Plinius refert, libro XXXIV. sect. IX. videtur Moneta ab eodem fuisse translata Erythras. Erythrensis Magistratus nomen est Διοπειθής. Aviculam perdicem esse ex Plinio intelligimus : quo teste, libro X. sect. XLI. *perdices non transvolant Bœotiæ fines in Atticam*.

ΕΡΥΚΕΙΝΩΝ, apud Parutam, cum Veneris Erycinæ, atque, ut opinor, Butæ effigie : quos Eryx parentes habuit, a quo huic oppido nomen. Hyginus, in Mythol. fab. CCLX. *Eryx Veneris & Butæ filius fuit : qui, occisus ab Hercule, monti ex sepultura sua nomen imposuit : in quo Æneas Veneris templum constituit. In hoc autem monte dicitur etiam Anchises sepultus, &c.* Pomponius Sabinus in illud Æneidos libro quinto,

Nec litora longe
Fida reor fraterna Erycis.

Eryx filius fuit Veneris & Butæ : aut, ut alii volunt, Neptuni. Is cum Hercule pepigit, si certamine vinceretur, insulam perderet : si victus Hercules, amitteret boves. Hercules victor Eryci & vitam & regnum eripuit. Mons ab eo Eryx nominatus : in quo templum Veneris Erycinæ. Plinio, lib. III. sect. XIV. in Sicilia, *Erycini*. Stephano : Ἔρυξ, Σικελικὴ πόλις . . . τὸ ἐθνικὸν, Ἐρυκαῖος. Adde, καὶ Ἐρυκεινὸς, vel Ἐρυκηνός. In Eryce monte, qui nunc *Monte S. Juliano* dicitur, ingentes oppidi ruinæ visuntur, teste Fazello, lib. X. decad. I.

E. In corona, pro Ἐρυκείνων, in Parutæ nummis.

ΕΡΥΚΕΙΝΩΝ. Hercules cum clava stat. Apud Parutam.

ERYMANTHVS.

HERCVL ERYMANTINO. Postumi nummus e Gaza Regia. Hercules aprum humeris tollit : qui tertius ejus labor fuit. Apud Tzetzen, Chiliad. II. ex Q. Smyrnæo labores Herculis recensentem :

Τὸ τρίτον αὖτ' ἐπὶ τοῖς Ἐρυμάνθιον ἔκτανε κάπρον.

Ausonius, vel quisquis est alius :

Tertius evictus sus est Erymantius ingens.

Et Epigr. CXXXIX.

Mox Erymantheum vis tertia perculit aprum.

De Erymantho Plinius lib. IV. sect. X. *Erymanthus amnis e monte ejusdem nominis defluens*. Hesychius urbem ait quoque fuisse amni montique cognominem.

ΕCΒΟΥC. In Notitia Eccles. antiqua, pag. 63. in Provincia Arabiæ, cujus Bostra metropolis, inter sedes Episcopales censetur Ἔσβους. In Conc. Calched. Ζώσιμος ἐπίσκοπος πόλεως Ἐσβόντων, sub Bostra Metropoli, pag. 606. Ptolemæo, in Arabia Petræa, lib. V. cap. XVII. Ἐσβοῦτα.

ΑΥΡ. ΕCΒΟΥC. *Aurelia Esbus*. Nummus Antonini Severi F. e Cimelio Regio.

ΕΥΑΙΩΝ. In Græciæ Veteris nummis, ab oppidulo, seu pago Eua, de quo Stephanus : Εὖα, inquit ille, πόλις Ἀρκαδίας· ὁ πολίτης, Εὐαῖος. In his Pallas armata, Euæorum Dea Præses. Adjecta in eodem nummo alterius pagi appellatio, in eodem tractu ; quicum fœdus ictum, amicitiave, BABIK, cum turrito capite muliebri. Βαβύκα Plutarcho in Pelop. est, pag. 287. agri Laconici, qua nempe hic ager contingit Arcadiam. Sic in Hispanicis numismatibus, BILBILI, & ITALICA, ut dicemus verbo OSCA, simul copulantur : & in Græcis oppida bina vel terna passim.

ΕΥ. ΕΥΒΟ. ΕΥΒΟΙΑΣ, & ΕΥΒΟΙΕΩΝ, in nummis Græciæ Veteris, apud Goltzium. Plinio, lib. IV. sect. XXI. *Eubœa*, &c. Hodie *Negrepont* : olim *Egripos*, voce ab *Euripos*, ut arbitror, deflexa : deinde *Negrepont*, quasi ἐν Εὐρίπῳ. His fere nummis bovis caput insculptum : causam hujusce moris ex Pausania indagaturi sumus, in nummis ΚΑΡΥΣΤΙΩΝ. Stephano : Εὔβοια νῆσος . . . . τὸ ἐθνικὸν, Εὐβοεύς.

ADVENTVI. AVG. EVBOEAE. Occo, in Hadriano, pag. 230.

ΕΥΓΑΡΑ. Musei nostri nummus ignotus, sed Bœotiæ tamen adscribendus, quod, ut ceteri Bœotorum nummi, craterem, clavam, clypeumque præfert : quibus, ut verbo ΒΟΙΩΤΩΝ diximus, Liberi atque Herculis patria designatur.

EVFRATES. Nummus Trajani, apud Occonem, pag. 215. in quo pons amni impositus, ad deducendas in Assyriam Mesopotamiamque copias. Vide Xiphilinum. De Euphrate multa Plinius, lib. V. sect. XX.

ΕΥΘΗΝΙΤΩΝ. Ex Thesauro Goltzii, pag. 215. Plinio, lib. V. sect. XXIX. *Euthene*. Stephano : Εὐθῆναι, πόλις Καρίας. Τὸ ἐθνικὸν, Εὐθηναῖος, Εὐθηνεὺς, καὶ Εὐθηνίτης.

ΕΥΚΑΡΠΕΩΝ Juliæ Domnæ, cum Cybeles stantis icone, Macrini, Julii Maximini, ac Trebonia-

boniani nummi, e Cimelio Regio. Plinio, lib. v. sect. XXIX. *Eucarpeni*, in Phrygia. Stephano: Εὐκαρπία δῆμος τῆς μικρᾶς Φρυγίας..... τὸ ἐθνικὸν, Εὐκαρπεύς. Facetam deinde idem appellationis ejus rationem affert: Sic enim esse appellatam ex Metrophane docet, ob vitis præstantiam, quæ uvam tantam producit, ut plaustro imposita id medium frangat. In Notitia Eccles. antiqua, pag. 49. Phrygiæ Salutari adscribitur. Matrem Deum Cybelen præcipuo cultam honore in Phrygia, veteres inscriptiones aliaque monumenta edocent. Inde enim Berecyntia & Phrygia Mater appellata. Maro in sexto:

Qualis Berecyntia mater
Invehitur curru Phrygias turrita per urbes &c.

ΕΥΚΑΡΠΕΙΑ. Turritum caput.

ΕΥΜΕΝΕΩΝ. In laurea: ex parte aversa, Jovis caput.

ΕΥΜΕΝΕΩΝ. ΓΛΑΥΚΟΣ, cum fluvii icone vulgari, apud Spanhem. lib. de usu numism. pag. 890. Plinius, lib. v. sect. XXIX. *Est Eumenia Cludro flumini apposita, Glaucus amnis, &c.* Ex quo intelligis nec Glaucum quoque ipsum ab ea urbe procul abfuisse. Non vidit hunc Plinii locum vir eruditus, qui de Glauco Achaïæ amne hunc nummum accepit, ibique, quæ nulla unquam in eo tractu fuit, Eumeniam statuit. Stephano: Εὐμένεια τῆς Καρίας.... ὁ πολίτης, Εὐμενεύς.

ΕΥΜΕΝΕΩΝ ΦΛΑΒΙΩΝ. *Eumenensium Flaviensium.* Apud eundem Spanhemium, pag. 771. Hoc ei est a Flavio Vespasiano cognomen inditum, qui Ciliciam, Lyciam, finitimasque regiones in Provinciæ formam redegit, teste Tranquillo in ejus vita, cap. VIII.

ΕΥΜΕΝΕΩΝ. ΑΧΑΙΩΝ. Amazon ex equo, bipennem humero gestat, in nummo M. Aurelii, e Cimelio Regio. *Eumenensium Achæorum.* Cognomen id horum Eumenensium est, ut ab aliis ejusdem nominis civitatibus, quæ multæ sunt, secernantur. Achaïs autem ea regio appellabatur, in qua hæc Eumenia fuit, aut Lydiæ proxima, aut ipsius Lydiæ pars. Stephanus: Μαιονία, ἡ Λυδία, ἀπὸ Μαίονος ποταμοῦ, τοῦ περὶ τὴν Ἀχαΐδα γῆν ῥέοντος. *Mæonia, Lydia, ab amne Mæone, qui Achaïdos agrum circumfluit.*

ΕΠ. Φ. ΦΙΣΙΚΟΥ ΑΡΧΙ. ΕΥΜΕΝΕΩΝ ΑΧ. Nummi Philippi, & Otaciliæ Severæ, in eodem Cimelio. Ἐπὶ Φλαουΐου Φυσικοῦ Ἀρχιερέως Εὐμενέων Ἀχαιῶν. *Sub Flavio Physico Pontifice Eumenensium Achæorum.*

ΕΥΠΑΤΡΙΔΩΝ. Vespasiani nummus e Thesauro Goltzii, pag. 214. Stephanus: Εὐπάτρια, πόλις Λυδῶν. οἱ πολῖται, Εὐπατρίδαι. Hinc alterum Vespasiani nummum emendabis, in eodem Goltzii Thesauro, ΑΥΠΑΤΡΙΔΩΝ. ΜΗΤΡΟΠ. pro ΕΥΠΑΤΡΙΔΩΝ.

ΕΥΡΩΜΕΩΝ *Cariæ.*

ΖΕΥC ΕΥΡΩΜΕΥC. ΕΥΡΩΜΕΩΝ. *Juppiter Euromeus.* Nummus *Euromeorum*, sub Antonino Severi F. Est apud Plinium, lib. v. sect. XXIX. in Caria, *Eurome.*

ΕΦΕΣΙΩΝ. Passim in nummis. De Epheso Plinius, lib. v. sect. XXXI.

ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ. ΓΡΑΜ. ΓΛΑΥΚΩΝ. ΕΥΘΥΚΡΑΤΗΣ. In medio, ΕΦΕ. *Pontifex Euthycrates. Scriba Glaucon.* Nummus *Ephesiorum.* Nam summam nummi partem obtinet vox Ἀρχιερεὺς, imam Εὐθυκράτης: quæ duo nomina simul jungenda: deinde duo, quæ sunt ab utroque latere. Est hic nummus Triumvirorum, e Cimelio Regio.

ΑΡΧ. ΚΟΥΣΙΝΙΟΣ Δ. ΕΦ. Ἀρχιερεὺς Κουσίνιος δ'. Ἐφεσίων. *Pontifex Cusinius quartum.* Nummus *Ephesiorum*: sub Augusto: E Thesauro Regio.

ΗΡΑΣΑΙΟΣ ΑΡΧ. ΕΦΕ. *Herasæus Pontifex.* Augusti similiter.

ΓΡΑΜΜΑΤΕΟΥΣ. ΑΡΙΣΤΩΝΟΣ ΜΗΝΟΦΑΝΤΟΥ. ΕΦ. Augusti simul ac Liviæ nummus, e Thesauro Regio. *Scriba Aristone Menophanti F.*

ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΑΣΚΛΗΠ. ΤΡΥΦΩΝ. ΕΦΕ. *Pontifex Asclepiades Tryphonis F.* Ejusdem Augusti nummus. Ephesi summus in urbe magistratus Pontifex fuit, ut ex nummis intelligimus. Adjunctus ei fuit, subjectusque *Scriba*, Γραμματεύς. Mentio est Scribæ Ephesiorum, in Actis Apost. cap. XIX. 35.

ΕΦ. ΑΙΧΜΟΚΛΗΣ. ΕΠΙ ΑΟΥΙΟΛΑ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ. Templi effigies. Neronis nummus est in Cimelio D. FOUCAULT. *Æchmocles. Sub Aviola Proconsule.* A voce αἰχμὴ, id nomen deflexum: ut apud Gruterum, pag. CCCCV. I. ΑΡΙΣΤΑΙΧΜΟΣ. ΑΡΧΩΝ. In aliis quoque monumentis Η pro ΕΙ vidimus. In summo nummi limbo, ΝΕΡΩΝ. Capita duo adversa sunt, Neronis & Concordiæ, vel Agrippinæ. In altera nummi area, caput turritum ac velatum. In medio nummo, ΡΩΜΗ. Denique in ambitu nummi, epigraphe ea quam diximus.

ΕΦΕΣΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑΣΙΑΣ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. Vespasiani nummus e Thesauro Goltzii, pag. 214. *Ephesiorum, qui primi Asiæ, sacræ civitatis, & suæ viventis legibus.*

ΕΦΕ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. Ἐφεσίων, Περγαμηνῶν, subintellige, ὁμόνοια, concordia, quam utriusque civitatis numina, Diana Ephesiorum, Æsculapius Pergamenorum, insculpta significant. Domitiani, e Cimelio Regio. Est & Gallieni similis, apud Sponium in Itiner. Athen.

ΕΦΕ. ΝΕΙΚΗ ΔΟΜΕΤΙΑΝΟΥ. *Victoria Domitiani.* Nummus Domitiani Imp. e Cimelio Regio, cum Victoriæ stantis effigie. Alias in Ephesiorum nummis signari Diana solita: aut cervus, qui Dianæ sacer. Libanius, in Dianæ encomio: Ἐφέσιοις δὲ καὶ τὸ νόμισμα τὴν ἔλαφον ἔφερεν. Hinc ipsi Dianæ Elaphiæ nomen, Ἄρτεμις Ἐλαφία, apud Strabonem, lib. VIII. pag. 343. est enim cervus Græcis ἔλαφος. Et apud Reinesium, in vetere inscriptione, pag. 354. DIANAE AVG. LAPHIAE. fortassis exeso lapide, pro ELAPHIAE. Dianam porro Elaphiam eandem esse intellige, auctore Pausania, quæ & Venatrix est appellata. Eandem, ut credimus, vir Phocensis Laphrius, de quo Pausanias idem in Achaïcis, pag. 224. suo nomine pro Elaphia Laphriam cognominavit: qua appellatione a Patrensibus postea culta & observata est. Πατρεῦσι δὲ ἐν ἄκρᾳ τῇ πόλει Λαφρίας ἱερόν ἐστιν Ἀρτέμιδος..... Γενέσθαι δὲ ἐπίκλησιν τῇ Θεῷ Λαφρίαν ἀπὸ ἀνδρὸς Φωκέως φασίν. Hinc nummus Neronis e Cimelio Regio, hanc epigraphen exhibet, DIANA LAPHR. cum ejusdem Deæ Venatricis icone.

ΕΠΙ CΤΡ. ΟΨΕΩΝΟC. ΟΜΟ. ΕΦΕCΙΩΝ. CΜΥΡΝΑΙΩΝ. Diana Multimammia, utriusque civitatis communis Dea, inter mulieres duas, quibus utraque civitas signatur: *Sub Prætore Opseone*: ὁμόνοια Ἐφεσίων, Σμυρναίων. *Concordia Ephesiorum, & Smyrnæorum.* Domitiani nummus, e Cimelio Regio.

ΑΡΤΕΜΙC. ΕΦΕCΙΑ. *Diana Ephesia* Domitiani, & Commodi nummi, cum Diana Multimammia, e Cimelio Regio. Est & Trajani, in Museo nostro.

ΖΜΥΡΝ. ΕΦΕ. ΟΜΟΝΟΙΑ. ΕΠΙ ΚΑΙCΕΝΝΙΟΥ ΠΑΙΤΟΥ ΑΝΘΥ. ἐπὶ Καισεννίου Παίτου Ἀνθυπάτου. *Sub Cæsennio Pæto Proconsule.* Et ΑΝΘΥ. ΚΑΙCΕΝ. ΠΑΙΤΟΥ. Sic enim legitur in gemino Domitiæ nummo, qui

 nunc

nunc est Cimelii Regii: quorum in altero Diana Ephesia est, utriusque civitatis, Ephesi ac Smyrnæ, commune Numen. In altero, utriusque civitatis, habitu muliebri, typus.

ΕΦΕCΙΩΝ ΔΙC. ΝΕΩΚ. Hadriani & Ælii Cæsaris in eo nummo capita adversa. Apud Sponium, in Itiner. Athen.

ΕΦΕCΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ. ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ. Antonini Pii, cum Dianæ, ac forte Proserpinæ effigie.

ΕΦΕCΙΩΝ. Antonini Pii nummus, apud Tristanum, tom. 1. pag. 587. Leonem is insculptum exhibet.

ΕΦΕCΟC. ΚΥΖΙΚΟC. ΕΠΙ ΠΑΙΤΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΕΩC. ΟΜΟΝΟΙΑ. Nummus Antonini Pii, e Museo P. Steph. Chamillart. Quo nummo Ephesiorum ac Cyzicenorum ὁμόνοια, consensiove significatur. Juppiter & Neptunus in eo nummo stant.

ΠΕΙΩ. ΕΦΕCΙΩΝ. Jovi *Pio*. Nummus *Ephesiorum*. Juppiter in nubibus sedens, dextra pluviam demittit in terram subjacentem; hoc est, in regionem Asiaticam, cujus est caput Ephesus. Jacet enim illa figura muliebri, pluviam excipiens, capite radiato, quoniam orienti subjecta Soli est. Ad lævam templum est, Jovi *Pio* in eo tractu positum, cum quercu, quæ sacra Jovi arbos est. Juppiter læva fulmen tenet, sed quietum; ut Juppiter intelligatur amicus, ΠΕΙΟC, sive ΦΙΛΙΟC. Illud hoc symbolo exprimitur, quod Virgilius cecinit, libro 2. Georg. versu 325.

Tum Pater omnipotens fecundis imbribus æther
Conjugis in gremium læte descendit, & omnes
Magnus alit, magno commixtus corpore, fœtus.

Est hic nummus Antonini Pii, ex ære magno, in Cimelio Regio, vulgatus olim a Seguino, pag. 147. sed perperam explicatus. Epigraphe est, Τ. ΑΙΛ. ΚΑΙCΑΡ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC, Antonini Pii capite laureato.

ΠΕΙΩΝ ΕΦΕCΙΩΝ. Ejusdem Antonini nummus est ibidem, ex ære maximo. Juppiter pluviam, ut supra, in subjectam Asiam demittit: & in secessu longe Templum adjectum est, ut in priore. Lege: ΠΕΙΩ Ναὸς ΕΦΕCΙΩΝ: ubi alii ante nos perperam arbitrati sunt unicam vocem esse numeri pluralis, ΠΕΙΩΝ. Est, inquam, Πείῳ Ναὸς Ἐφεσίων, *Jovi Pio Templum ab Ephesiis* positum. Aiunt igitur hoc utroque nummo Ephesii, talem se Antonium cognomento Pium erga se experiri, qualem experitur Jovem tellus ipsius irrigata ac fecundata imbribus.

ΠΕΙΟC ΕΦΕCΙΩΝ. Apollo & Diana stant. Πῖος ipsemet Apollo est, sive Sol, qui & idem Juppiter est, juxta illam inscriptionem, afferendam a nobis inferius in nummis Ὀδησσιτῶν: ΔΙΙ ΗΛΙΩ ΜΕΓΑΛΩ ΣΑΡΑΠΙΔΙ. Et æque Juppiter ac Sol mittit imbres. Diana adjungitur Ephesina, ut favent Ephesiis *Pius*, hoc est, Juppiter, vel Sol intelligatur. Est & Trajani nummus, apud D. Vaillant, cusus a Pergamenis, inscriptus: ΠΕΙΟC ΖΕΥC. ΠΕΡΓΑ. In eoque nummo Juppiter sedens, dextra pateram tenet, sinistra hastam: quo habitu pingitur idem in altero, ΖΕΥC ΦΙΛΙΟC. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. Unde discimus vetere Æolum lingua vel Ionum, Πῖον de Jove dictum fuisse, quod idem valeret ac Φίλιος: ut ΖΕΥC ΠΙΟC esset, Juppiter Amator, vel Amicabilis, sive Benevolus: nec in nummis quidem antiquis Ephesiorum magis, quam in isto Pergamenorum, ad Antoninum Pium spectare titulum Πείῳ.

ΕΠΙ ΠΑΙΤΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΕΩC. ΑΡΤΕΜΙC. ΕΦΕCΙΩΝ. Antonini Pii nummus, e Gaza Regia, cum Diana πολυμάστῳ. Τ. ΑΙΛΙΟC ΚΑΙCΑΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. *Sub Pæto Scriba.* De Scribæ munere dicemus in nummis ΜΥΛΑΣΕΩΝ.

ΑΥΤ. ΑΙΛ. ΑΔΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. ΕΥC. CΕΒ. E Cimelio Regio. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Τῖτος Αἴλιος Ἀδριανὸς Ἀντωνῖνος Εὐσεβὴς Σεβαστός. Ex parte altera Diana Multimammia, ac simul Ceres tedifera: illa Ephesiorum Dea peculiaris, hæc Cyzicenorum. Epigraphe: ΕΠΙ. CΕΞΤΙΛΙΟΥ. ΟΜΟΝΟΙΑ. *Sub Sextilio* Proconsule, *concordia*, duarum scilicet civitatum: quæ superius allato nummo adhuc apertius, nec Deorum tantum suorum simulacris, sed & nominibus ipsis, proditur: ΕΦΕCΟC. ΚΥΖΙΚΟC. Est unius e majoribus hujus Proconsulis mentio in vetusta inscriptione, Græca ac Latina, juxta Ephesum reperta, allata a Sponio in Itin. Athen.

ΑΡΤΕΜΙΔΙ ΕΦΕΣΙΑ ΚΑΙ ΑΥΤΟ-
ΚΡΑΤΟΡΙ ΚΑΙΣΑΡΙ ΣΕΒΑΣΤΩ
ΚΑΙ ΤΙΒΕΡΙΩ ΚΑΙ ΔΗΜΩ ΤΩΝ
ΕΦΕΣΙΩΝ ΓΑΙΟΣ ΣΕΞΤΙΛΙΟΣ
ΠΟΠΛΙΟΥ ΥΙΟΣ ΟΥΟΤΟΥΡΙΑ
ΤΗΝ ΓΕΦΥΡΑΝ ΕΚ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ. DIANAE. EPHESIAE.
ET. IMP. CAESARI. AVG. ET. TI.
CAESARI. AVG. F. ET. CIVITATI.
EPHESIORVM. CAIVS SEXTI-
LIVS P. F. VOT.
PONTEM DE SVA PECUNIA
FACIVNDVM CVRAVIT.

De Cerere porro tedifera, ac Diana Multimammia, hæc obiter accipe. De priore Tullius, 4. in Verr. *Proserpinam cum investigare & quærere Ceres vellet, dicitur inflammasse tædas iis ignibus, qui ex Ætna vertice erumpunt; quas sibi cum ipsa præferret, orbem omnium peragrasse terrarum.* De posteriore, Hieronym. in proœm. ad epist. 1. ad Ephes. *Dianam colentes, non hanc Venatricem, sed illam Multimammiam, quam Græci πολύμαστον vocant: ut scilicet ex ipsa quoque effigie mentirentur omnium eam bestiarum & viventium esse nutricem.*

ΕΦΕCΙΩΝ. ΕΠΙ CΤΡΑ. ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ. Sub Prætore Juliano. M. Aurelii nummus, e Gaza Regia: in quo Caystrus amnis decumbens Dianæ Ephesiæ simulacrum dextra gerit.

ΕΦΕCΙΩΝ ΚΑΙ ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. *Ephesiorum & Hierapolitarum concordia.* M. Aurelii nummus, e Cimelio D. Foucault.

ΕΦΕCΙΩΝ. ΜΕΙΛΗCCΙΩΝ. *Ephesiorum & Milesiorum.* M. Aurelii.

ΕΦΕCΙΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. L. Veri.

ΑΡΤΕΜΙC ΕΦΕCΙΑ. M. Aurelii nummus, e Cimelio Regio.

ΕΦΕCΙΩΝ. Β. ΝΕΩΚΟΡ. ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ. Diana Ephesia cum Jove, in nummo L. Veri, apud Sponium in Itiner. Athen. Vide ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ.

ΑΡΤΕΜΙC. ΕΦΕCΙΩΝ. Commodi.

ΕΦΕCΙΩΝ. ΑΠΗ. &

ΑΠΗΝΗ ΙΕΡΑ ΕΦΕCΙΩΝ. *Tensa Sacra Ephesiorum.* Antonini Pii, Commodi, Juliæ Domnæ, Gordiani junioris, Philippi filii, Herenniæ Etruscillæ, & Gallieni numismata, e Cimelio Regio: atque ex his postremum quidem Patinus affert, pag. 412. cum epigraphe mutila, ΑΠΗ ..... ΕΦΕCΙΩΝ. vehiculique sacri effigie: at cur sit hoc loco posita, aut quæ vis verbis istis subsit, neque ipse, neque nummariorum quisquam alius, quod sciam, attigit. In ludis supplicationibusque Deorum imagines ferebantur sacris tensarum vehiculis: quem ritum accurate describit Dionys. Halic. lib. 7. sub finem. Festus: *Tensam ait vocari Sinnius Capito vehiculum, quo exuviæ Deorum ludicris Circensibus in circum ad pulvinar vehuntur. Fuit & ex ebore .... & ex argen-*

Argento. Macrobius, lib. I. Saturn. cap. XXI. *Vehitur simulacrum Dei Heliopolitani ferculo, uti vehuntur in pompa ludorum Circensium Deorum simulacra.* Mulis, equis, asinis, eæ tensæ vehebantur, ut in nummis proxime appellatis liquet: quare in Glossis vett. *Tensa,* ἅρμα Θεῶν vertitur. Ἀπήνη, *vectabulum.*

ΑΠΗΝΗ ΕΦΕCΙΩΝ. Currus bigis tractus. ΑΥΤΟ. ΠΟ. ΛΙΚΙΝΙ. ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC. Valeriani patris caput laureatum. Est ex ære mediocri, in Museo P. STEPH. CHAMILLART.

ΕΦΕCΙΩΝ. ΜΑΡΝΑC. Commodi nummus, quem vidimus: quo Jovem Marnam, Gazensium Deum, cultum ab Ephesiis intelligimus. Vide ΓΑΖΑ. Sic ad Pergamenos cultus Veneris Paphiæ transiit. Vide ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ.

ΑΥ. ΚΑΙ. ΟΛΥΜΠΙΟC ΚΟΜΜΟΔΟC. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Ὀλύμπιος Κόμμοδος. Ex parte aversa, duæ figuræ stantes, ΕΦΕCΙΩΝ. ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ. *Ephesiorum & Hierapolitarum concordia.* Spanhemius, lib. de usu numism. pag. 745. qui vidisse se ait in Cimelio Reginæ Christinæ. Similis huic alter est in Thesauro Regio: Μ. ΑΥ. ΟΛΥΜ. ΚΟΜΟΔΟC. Capite laureato. ΕΦΕCΙΩΝ Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. In eo nummo Diana Venatrix cervum discerpit.

ΕΦΕC. ΝΕΩΚ. Templum sex columnarum. ΑΥΤ. ΚΑΙΣ. Π. ΗΕΛΥ. ΠΕΡΤΙΝ. ΣΕΒ. *Imp. Cæsar Publius Helvius Pertinax Aug.* capite laureato. Nummus est perrarus, in Cimelio D. BEGON. In quo nummo sic litteram Η & Σ sit efformatam vidimus.

ΕΝ Π. ΑΘΜΩΔΑ. Nummus Severi, e Thesauro Regio: quem sic interpretandum esse arbitramur: Ἐφεσίων Νεωκόρων Πόπλιος Αἰθμώδᾶ. Nam post litteram Π punctum adscriptum in eo nummo vidimus. Est genitivus ab Ἀθμώδας, ut ab Ἀγρίππας, est Ἀγρίππα.

ΖΕΥC ΕΦΕCΙΟC. ΕΦΕCΙΩΝ. ΠΡΩΤΟC ΑCΙΑC. Subintellige ἀγών. Severi nummus in quo Juppiter sedens Dianæ Ephesiæ simulacrum gerit. *Juppiter Ephesius.* Nummus *Ephesiorum. Primum Asiæ* certamen. Apud Sponium.

ΕΦΕCΙΩΝ. Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Lupa Remum & Romulum lactat. E Museo nostro. Neocoros se iterum Urbis Romæ ac Severi Augusti nummo eo testantur. Ephesii. CΕΥΗΡΟC ΠΕΙΟC....

ΕΦΕCΙΩΝ. ΚΑΥCΤΡΟC. ΚΕΝΧΡΙΟC. Nummus Severi, in quo fluvii duo, qua pingi forma solent. De priore Plinius, loc. cit. *Ephesus, . . . alluitur amne Caystro,* &c. De posteriore Pausanias in Achaicis, & Tacitus, lib. III. Annal. cujus verba mox afferemus.

ΕΦΕCΙΩΝ ΤΡΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΚΑΙ ΤΗC ΑΡΤΕΜΙΔΟC. *Ephesiorum qui jam tertium Neocori sunt, & Dianæ* gratulatio pro salute Augustorum. Nummus Antonini & Getæ e Gaza Regia, quo in nummo ii ΝΕΟΙ ΗΛΙΟΙ, *Novi Soles,* appellantur. De eo dicemus inferius.

ΕΦΕCΙΩΝ ΜΟΝΩΝ ΑΠΑCΩΝ ΤΕΤΡΑΚΙ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Ephesiorum, qui soli* ex omnibus Asiæ civitatibus *quater Neocori* fuere, sub Caracalla scilicet, cujus hic nummus est e Cimelio Regio: Ante Caracallam nulli civitati in Asia propria is honos obtigerat: Sub Caracalla, in Bithynia etiam deinde Nicæensibus datus: Sub Commodo, qui Caracallam antecessit, in Syria Hierapolitis.

ΕΦΕCΙΩΝ. CΑΡΔΙΑΝΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ. Caracallæ; in Cimelio Regio. Est & alter M. Aurelii, in quo figuræ duæ dextras jungunt. Est & ejusdem Cimelii tertius, in quo Diana stat, & Proserpina, hoc est, Ephesiorum Sardianorumque numina.

ΕΦΕCΙΩΝ. Getæ, cum apri sagitta transfixi effigie, apud Tristan. tom. II pag. 273. Est & Macrini similis in Museo nostro.

ΕΦΕCΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC. *Ephesiorum, qui primi ex Asia Vota* faciunt pro felici successu belli Parthici. In imo nummi margine, ΒΩΤΑ. *Vota.* Pro templi Ephesii foribus multi sacrificant. Est hic Macrini nummus e Thesauro Regio. ΑΥΤ. Κ. Μ. ΟΠΕΛ. CΕΟΥΗ. ΜΑΚΡΙΝΟC. Capite laureato.

ΕΦΕCΙΩΝ. ΗΡΑΚΛΕΙΤΟC. Heracliti Philosophi stantis effigies, de quo vide Plinium, libro 2. sect. XVIII. Est ex ære mediocri nummus Diadumeniani, apud D. FOUCAULT. Est enim hæc epigraphe: Μ. ΟΠΕΛ. ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΙΑΝΟC.

ΕΦΕCΙΩΝ. ΟΛΥΜΠΙΑ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΑ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Ephesii Neocoris, Olympia Oecumenica.* Nummus Antonini Elagabali. Ludi Oecumenici sunt, ad quos ex universo orbe pugiles admittuntur.

ΕΦΕCΙΩΝ. Δ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Hoc est, τέτρακις νεωκόρων. Elagabali, Philippi F., & Valeriani in Cimelio Regio: hi posteriores duo & apud Patinum, pag. 388. & 407.

ΕΦΕCΙΩΝ. ΤΕΤΡΑΚΙ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Severi Alexandri, in eodem Cimelio.

ΑΥΤ. ΙΟΥ. ΟΥΗ. (non ΟΥΑ. ut Scaliger perperam legit, in Animadv. Eusebianis, pag. 225.) ΜΑΞΙΜΕΙΝΟC. ΕΦΕCΙΩΝ. Julii Maximini Imp. nummus. Vide ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΩΝ. ΤΩΝ. ΕΝ. ΙΩΝΙΑ.

ΕΦΕCΙΩΝ. Α. ΑCΙΑC. Ἐφεσίων πρώτων Ἀσίας: quod in altero Valeriani diserte scribitur, apud Tristanum, tom. III. pag. 18. Est hic Tranquillinæ nummus, in quo Diana Venatrix aream totam obtinet, e Cimelio Regio, & apud Patinum, pag. 378. idemque fori prærogativam in ea urbe Asiæ Proconsularis fuisse significat. Unde obiter intelliges, id quod doctissimo Photii interpreti latuit, quid sit illud quod in ejusdem epistolis sæpe occurrit, inscribi eas scilicet Ἀέτιῳ Ἀσπαθαρίῳ, Ἀρσαβήρ Ἀσπαθαρίῳ, Χερσοφόρῳ Ἀσπαθαρίῳ ἀσηκρῆτις, &c. cum sit ea vox per notarum compendia scripta, illius vice, Πρωτοσπαθάριος, quod insigne maximeque notum est in Palatio C P. officium. Quid quod & multo brevius ea vox scribi solita, litterulis duabus, α & θ, quarum altera sic superponeretur alteri, $\overset{\alpha}{\vartheta}$? Quod cum apud Constantinum Porphyrogennetam, libro de administrando Imp passim occurrat, Meursius interpres ejus vocabuli vice, cujus vis ei latuit, subinde fixit asteriscos. Sic cap. LI. pag. 198. Τιμηθεὶς τῷ δια φόρμῳ καιροὺς κανδιδᾶτος, στράτωρ, σπαθάριος, σπαθαροκανδιδᾶτος, καὶ μετὰ ταῦτα $\overset{\vartheta\iota}{\alpha}$ καὶ $\overset{\alpha\iota}{\vartheta}$ τῆς φιάλης, hoc est, καὶ μετὰ ταῦτα πρωτοσπαθάριος, καὶ πρωτοσπαθάριος τῆς φιάλης. Ipse radiis reddit, *& postea * atque phialæ *.* Caput integrum qui legerit, in quo notæ eæ plus vicies occurrunt, certissimam is conjecturam esse nostram fateatur. Haud dissimilem Tristani ac Patini errorem in explicandis notis ΑΜΚ. e nummo Anazarbenorum, suo loco coarguimus.

ΕΦΕCΙΩΝ Α. ΚΑΤΑΠΛΟΥC. Ἐφεσίων. Πρῶτος Κατάπλους. Nummus *Ephesiorum,* apud quos primus portus est, quo Proconsul in provinciam adveniens ex Urbe solet appellere. Navis prætoria cum velo & remigibus. Nummus est Philippi patris, ex ære minimo, apud D. FOUCAULT.

ΕΦΕCΙΩΝ. ΚΟΙΝΟΝ ΠΑΝΙΩΝΙΩΝ. *Commune totius Ioniæ* civium. Nummus Otaciliæ Severæ.

ΑΡΤΕΜΙΣ ΕΦΕCΙΑ ΑCΥΛΟC. Diana cum cervis duobus, apud Occonem, in Otacilia, pag. 446.

ΕΦΕCΙΩΝ Α. Δ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Ephesiorum, qui primi quater Neocori:* Gallieni nummus, e Cimelio D. FOUCAULT.

ΕΦΕCΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Diana Venatrix. CΑΛ. ΧΡΥCΟΓΟΝΗ CΕΒ. *Salonina Chrysogone Augusta.* Conjux Valeriani. Est hic nummus apud Tristanum, tom. III. pag. 115.

ΤΥΧΗ. ΕΦΕCΙΩΝ. Trajani Decii, Valeriani, & Gallieni nummi. *Genius Ephesiorum.* Vide ΚΑΛΧΑΔΟΝΙΩΝ.

ΕΦΕCΙΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Ephesiorum ter Neocororum*, sub Gallieno scilicet, cujus principatu nummus ille cusus, e Gaza Regia. Post Gallienum nulli sunt nummi Ephesiorum.

ΕΦΕCΙΩΝ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ. Serapis & Isis, utriusque civitatis, Ephesi Asiæ, & Alexandriæ Ægypti, concordiam significat. Nummus est Antonini Pii. Vide ALEXANDRIA *Ægypti.*

ΚΟΙΝΟΝ ΕΦΕCΙΩΝ ΚΑΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ. *Commune Ephesiorum & Alexandrinorum.* Antonini Severi F. nummus, e Cimelio Reginæ Christinæ.

ΕΦΕCΙΩΝ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ. Macrinus Imp. ante aram sacrificat.

ΕΧΙΝΑΔΕΩΝ. Nummus e Thesauro Goltzii, pag. 214. Plinio, lib. IV. sect. XIX. *Echinades insulæ, ante Ætolum:* quarum incolæ Stephano Ἐχινάδεις.

F

FΑΛΕΙΩΝ, *seu Falisciorum.*

FΑΛΕΙΩΝ, & FΑ. Nummi e Magna Græcia Goltzii, tab. XXXV. & XXXVI. Plinio, lib. III. sect. VIII. *Falisca Argis orta, quæ cognominatur Etruscorum.* Frontinus, *Colonia Junonia, quæ appellatur Faliscos*, lib. de Coloniis, pag. 95. Ab Haleso Argivo condita, ut ait Solinus, cap. II. pag. 13. Nunc est civitas Castellana ad Tiberim, Hortam inter & Romam: aut hæc certe ex illius ruinis crevit, quæ prope visuntur, nomenque retinent, *Falari.* In hisce nummis occurrit F, digamma Æolicum, pro littera aspirata H, qua veteres olim usi *Fordeum* dixere, pro *Hordeum*, *Fircus*, pro *Hircus*, *Trafo*, pro *Trabo*, & similia. Quin etiam & *serfus*, *corfus*, *fulgus*, auctore Donato, scripsere pro *servus*, *corvus*, *vulgus.* Deinde in his aut Junonis Argivæ, quod ex Argis originem ducerent, aut Jovis caput insculptum: & aquila, vel leporem discerpens, vel columnæ insidens: vel denique fulmen, ac tripus.

FANVM FORTVNÆ.

MVN. FANE. AEL. Nummus Philippi Imp. *Municipium Fanestre Ælium.* Hunc nummum vir eruditus, operis sui de usu numism. pag. 772. ad nescio quod Hispaniæ fanum refert. Plinius, lib. III. sect. XIX. *Colonia Fanum Fortunæ.* Vetus inscriptio apud Gruterum, pag. 475. ORIVNDVS. COLONIA. IVLIA. FANO. FORTVNAE. Nunc *Fano* dicitur, in Ducatu Urbinate. Hanc & Flaviam Fanestrem postea appellatam intelligimus, ex lib. II. Cod. Theod. tit. IX. de Pactis, leg. V.

COL. FANESTRIS. E Thesauro Goltzii, pag. 239.

FΑΣΤΙΩΝ.

FΑΣΤ. Apud Goltzium, in Græcia. Tab. XVII. Etsi id oppidum est incomperti situs, Bœotici tamen juris & tractus fuisse insculptus ex parte altera cantharus, clypeusque ex altera, ut in Ismeniorum nummo, suadet. Est autem illud. F. Æolicum digamma, pro Φ.

FIDENTIA.

COL. IVL. FIDENTIA. Tiberii nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 240. Plinio, lib. III. sect. III. in Bætica, *Julia, quæ Fidentia cognominatur*, prope Cordubam.

FIRMA. Vide ASTIGI.

FLAVIOPOLIS, *in Thracia.*

COL. FLAVIOPOLIS. Titi nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 239. Plinio, lib. IV. sect. XVIII. *Colonia Flaviopolis, ubi antea Zela oppidum vocabatur.* A Vespasiano, Titove, Flaviæ gentis, id nomen habet. Sunt & Φλαβιοπολῖται in Bithynia, de quibus inferius suo loco.

FORVM IVLII, *in provincia Narbonensi.*

COL. IVLIA. OCTAV. Augusti nummus, in Thesauro Goltzii, pag. 240. In Cimelio Regio, COL. IVL. OCTAV. cum bove gemino. Messabarba, pag. 51. legit, *Colonia Julia Octavia*, Male, pro *Octavanorum.*

COL. PACENS. CLASS. Neronis, apud eundem. Plinius, lib. III. sect. V. *Forum Julii Octavanorum Colonia, quæ Pacensis appellatur, & Classica.* Octavanorum colonia dicitur, ut in Arelatensium nummis præmonuimus, quod octavæ legionis militibus ea constaret. Pacensis a pace dicta est: Classica, ab Augusti classe fortassis, cujus ea navale fuit. Unde Strabo, lib. IV. pag. 184. Τὸ ναυσταθμὸν τὸ Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ, ὃ καλοῦσι Φόρον Ἰούλιον. Vide Tacitum, lib. III. Suessam tamen, quæ mediterranea civitas est, coloniam pariter Classicam diximus appellatam in Notis ad Plinii lib. III. sect. IX. a militibus forte Classiariis eo deductis. Vetus inscriptio, apud Jo. Poldo d'Albenas, lib. de Antiq. Nemaus. pag. 165.

MILITVM. LEG. VIII.
AVG. CIVITAS. FOROIVLIENSIVM. *Militum legionis octavæ, Augusta civitas Forojuliensium.* Hodie *Frejus*, in Provincia, quæ Galliæ pars est Italiæ finitima.

COL. FOR. IVL. Domitiani, ex eodem Goltzii Thesauro.

FRANCIA.

GAVDIVM. ROMANORVM. In parte ima, FRANCIA. Nummus Constantini Magni, apud Occonem, pag. 535. Devicta sub trophæo Francia nummi ejus aream obtinet.

Γ

ΓΑΒΑΘΗΝΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Nummus Claudii Cæsaris, e Thesauro Goltzii, pag. 215. Stephanus: Γαβάθη, πόλις Γαλλαίας..... τὸ ἐθνικὸν, Γαβαθηνός.

ΓΑΒΑΛΕΩΝ, *in Syria.*

ΓΑΒΑΛΕΩΝ. In nummis Augusti, Neronis, Trajani, aliorumque, usque ad Elagabalum, & Juliam Aquilam Severam. Plinio, lib. V. sect. XVIII. in Syria: *Balanea, Paltos, Gabale, Laodicea:* quibus quatuor Episcopatibus in Notitia Ecclesiastica antiqua, pag. 59. constat Provincia Theodoriadis appellata: Ἐπαρχία Θεοδωριάδος. Λαοδίκεια μητρόπολις. Πάλτος. Βαλανέα. Γάβαλα. Stephano: Γάβαλα, πόλις Φοινίκης.... ὁ οἰκήτωρ, Γαβαλεύς, καὶ Γαβαλεύς.

ΓΑΒΑΛΕΩΝ. ΒΝΡ. Annus CLII. æræ Cæsarianæ, ab anno V. C. DCCVIII. Nummus Trajani, cusus anno ejus nono: V. C. DCCCLIX. post Septembrem: Christi, CVI. In altero legitur annus ΔΝΡ. hoc est, CLIV. qui annus Christi CVIII.

ΓΑΒΑΛΕΩΝ. ΓΚC. Annus CCXXIII. Sphinx ibi pingitur, & Harpyja muliebri facie. M. Au-

Aurelii nummus, e Gaza Regia, cusus anno Christi CLXXVII. post Septembrem.

ΓΑΒΑΛΕΩΝ. ΓΛC. Annus CCXXXIII. Commodi nummus, cusus post Septembrem anni Christi CLXXXVII. Caput Palladis galeatum exhibet.

ΓΑΒΑΛΕΩΝ. ΕΤ. CΝΑ. ἔτει σνά. Anno CCLI. Antonini Severi F. e Cimelio D. Foucault. Alter, ΕΤ. ΒΝC. hoc est, anno CCLII. Alius, ΕΤ. CΝΓ. anno CCLIII. Anni sunt isti æræ Christianæ, CCV. CCVI. & CCVII. post Septembrem.

ΓΑΒΑΛΕΩΝ. ΑΝ. *Gabalensium Antoninianorum.* ΕΝC. annus CCLV. Christi, CCIX. Jupiter sedet cum Victoriola & hasta. Est Antonini Severi F. e Cimelio D. Foucault.

ΓΑΒΑΛΕΩΝ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC ΠΕΙΟC. Capite radiato. ΙΟΥCΤΑΝ ΦΟΥΛΟΥΙΑΝ ΠΛΑΥΤ. *Justinam Fulviam Plautillam*, ejusdem Antonini conjugem. Est in Cimelio Mediceo.

ΓΑΒΑΛΕΩΝ. Macrini nummus, apud Patinum pag. 323. cum simili Fortunæ typo, læva Cornucopiæ, dextra temonem gerentis.

ΓΑΒΑΛΕΩΝ. Diadumeniani nummus, in Museo S. Genovefæ. ΓΞC annus CCLXIII. qui est annus Christi CCXVII. post Septembrem: Diadumeniani cum Macrino primus.

ΓΑΒΑΛΕΩΝ. Elagabali. Hinc ei Imperatori nomen, quo Gabalitarum Deus significatur, cujus ipse sacerdos fuit, ut nummi ejus declarant, quos vidimus, cum hac epigraphe: SACERD. DEI. SOLIS. ELAGAB. *Sacerdos Dei Solis Elagabalensis.* Fuit enim hic Deus Gabalitarum Sol: ut ex nummo Augusti alio iterum liquet: SANCT. DEO SOLI ELAGABAL. *Sancto Deo Soli Elagabalensi.* Ejus Numinis sacerdotium gessit Antoninus Pius ille, quem Elagabalum appellarunt.

ΓΑΒΑΛΙΤΩΝ. ΤΗC. ΙΕΡΑC. ΚΑΙ. ΑCΥΛΟΥ. *Civitatis sacræ & inviolatæ.* Elagabali, in Thesauro Goltzii, pag. 215. Fictus in otio nummus.

ΓΑΒΑΛΕΩΝ, *in Lydia.*

ΓΑΒΑΛΕΩΝ. ΕΡΜΟC. Urbs hæc est Lydiæ Gabala, ut patet ex Notitia Vetere Ecclesiastica tergemina. Est hic nummus in Cimelio D. Episc. Glandavensis. Hermo amni urbem appositam docet. Plin. lib. v. sect. XXXI. *A Smyrna Hermus campos facit*, &c.

ΓΑΒΑΛΕΩΝ. ΕΠΙ CΤΡ. ΜΑΡΚΟΥ. *Sub Prætore Marco.* Commodi nummus est, in quo sedet in equo Amazon, turrito capite: & huic alter similis Antonini Severi F. ΕΠΙ ΜΑΡΚΟΥ C. ἐπὶ Μάρκου Στρατηγοῦ. Uterque e Thesauro Regio. Male quidam in utroque legit ΤΑΒΑΛΕΩΝ.

ΓΑΒΗΝΩΝ. Nummus antiquus e Museo nostro: in quo pilei duo insculpti Castoris & Pollucis, quales in nummis ejusdem tractus passim occurrunt, hoc est, in Syriacis. Plinio, lib. v. sect. XVI. *Gabe.* Stephano: Γάβα, πόλις Γαλιλαίας .... τὸ ἐθνικὸν, Γαβηνός.

ΓΑΒΗΝΩΝ. Plotinæ Trajani nummus, & Antonini Severi F.

ΓΑΒΗΝΩΝ ΚΛΑΥΔΙ ΖΟΡ. Γαβηνῶν Κλαυδιέων· ϛοζ. Annus CLXXVII. æræ Pompeianæ. Nummus hic Hadriani est e Cimelio Regio: ΑΥΤ. Κ. ΑΔΡΙΑΝΟC CΕΒ. capite laureato. In altera parte, Victoria gestat coronam. Æræ initium ab autumno anni V. C. DCXCIV. Unde hic annus est primus Hadriani, V. C. DCCCLXX.

ΓΑΒΗΝΩΝ. Nummus Antonini Pii in Gaza Regia, in quo Dei Luni stantis effigies: notæque ΖΙC, quibus annus signatur σιζ, (nam sic inversæ passim in nummis occurrunt eæ notæ) hoc est, CCXVII. post concessam scilicet a Pompeio quibusdam Syriæ oppidis libertatem: inde enim hujus æræ initium Gabenis & Gazensibus fuit, ut in ΓΑΖΑ dicturi sumus. Unde efficitur, annum hunc Gabenorum esse Antonini Pii decimum septimum, Urbis Romæ DCCCCVI.

GABINI.

C. ANTIST. VETVS. FOEDVS P. R. CVM GABINIS. Apud Patin. in Sueton. pag. 268. Quem tamen nummum non explanat. Augusti cusus principatu est, ut ex anterioris partis epigraphe liquet. IMP. CAESAR. AVGVS. TR. POT. VIII. & ex ipsius Augusti capite. Fuit C. Antistius Vetus, Augusti Legatus bello Cantabrico, idemque Consul anno Urbis DCCXLIII. In eo nummo, bove cæso aræ imposito, feciales duo dextras jungunt. Ex eo itaque Antistio ortum se Vetus gloriatur, quem Gabinorum nobilissimum Dionys. Halic. appellat, lib III. pag. 255. τὸν ἐπιφανέστατον τῶν Γαβίων Ἀντίστιον Πέτρωνα, quem ante fœdus cum Gabinis initum, seditione facta, Gabini ipsi a Sexto Tarquinii F. delusi necaverant. Quo facto Gabios Tarquinius cum cepisset, cum iisdem fœdus iniit, aliquo certe sequestro pacis ex Antistiorum familia in primis nobili, cæsoque bove in confirmationem fœderis, σφαγιασθέντος ἐπὶ τῶν ὁρκίων τότε βοὸς, inquit Dionys. Cum vero Sextus Tarquinii F. apud Livium lib. I. cap. LIV. *assentire se Veteribus Gabinis* ait, an de Antistiorum Veterum familia intelligendus sit, amplius considerandum. Fuit autem Γάβιοι, oppidum in Prænestina via, inquit Strabo, lib. v. pag. 238. ab oppido Prænestino Romam euntibus. Plinio, lib. III. sect. IX. *Gabini*, in prima Italiæ regione. Hallucinari porro, haud levibus ducti argumentis, eos arbitramur, qui FOEDVS CVM SABINIS hoc in nummo legunt, quanquam & de eo fœdere Livius, aliique.

ΓΑΔΑΡΕΩΝ. Nummus Neronis in Cimelio Regio, cum litteris Phœnicum ignotis. Vidimus alibi Titi quoque, & Elagabali. Plinio, lib. v. sect. XVI. *Gadara.* In Decapolitana Syriæ regione. Stephano: Γάδαρα, πόλις κοίλης Συρίας .... τὸ ἐθνικὸν, Γαδαρεύς. Gadarenses æram Pompeianam in nummis consignavere, ab anno V. C. DCXCI. In nummo Augusti, ΓΑΔΑΡΑ. ΔΜ. Annus XLIV. annus est Urbis conditæ DCCXXXIV. autumno incipiens. In nummo Tiberii, ΓΑΔΑΡΕΙΣ. ΒϞ. annus XCII. est annus V. C. DCCLXXXII. Christi XXIX. In nummo Neronis, ΓΑΔΑΡΑ, & in altero ΓΑΔΑΡΕΩΝ. ΛΑΡ. annus CXXXI. qui V. C. DCCCXXI. In nummo Vespasiani, ΓΑΔΑΡΕΩΝ. ΒΛΡ. annus CXXXII. qui V. C. DCCCXXII. In nummo Trajani, ΓΑΔΑΡΕΩΝ. ΕΞΡ. annus CLXV. qui V. C. DCCCLV. In altero ejusdem, ΖΞΡ. CLXVII. qui V. C. DCCCLVII. In Antonini Pii nummo, ΓΑΔΑΡΑ. L.ΗC. capite velato & turrito: Annus CCVIII. V. C. DCCCXCVIII.

ΓΑΔΑΡΕΩΝ. Pallas armata, in nummo Antonini, apud Patinum pag. 229. Ex eorum Numinum fuisse numero Palladem vel hinc intelligimus, quæ Gadarenses coluere.

ΓΑΔΑΡΕΩΝ. Cum Bacchi capite. Nummus M. Aurelii, e Gaza Regia. ΔΚϹ annum designat CCXXIV. qui annus est V. C. DCCCCXIV. M. Aurelii primus. In altero ejusdem, annus est ϚΚC. hoc est, CCXXVI. qui annus V. C. DCCCCXVI.

ΓΑΔΑΡΕΩΝ. ΓΜC. Commodi nummus, cum effigie Herculis, e Thesauro Regio. Annus CCXLIII. qui est V. C. DCCCCXXXIII. Commodi primus.

ΔΕΚ. ΚΛΩΔΙΟC ΑΛΒΙΝΟC ΚΑΙCΑΡ. Δέκιμος Κλώδιος Ἀλβῖνος Καῖσαρ. Ex aver-

 sa

sa parte, ΓΑΔΕΙΡΙΤΩΝ, teste Tristano, tom. II. pag. 49. cum Herculis templo. Sed hunc ille nummum ad Gaditanos refert, quod Pœni Gadir Gades appellant, Græci Γάδειρα, a quo gentile nomen, Γαδειρίτης. At vereor ut eruditis probet, aut Græco sermone cusos Gadibus esse nummos, aut Gadium magis Græcum nomen expressum, quam Latinum Coloniæ Augustæ Juliæ, quod alias occurrit in nummis Augusti, Tiberii, Domitiani, & Gordiani: aut hunc semel morem mutatum, aut Græcis denique usos characteribus potius, Albini Cæsaris ævo, quam Latinis: Itaque ΓΑΔΑΡΙΤΩΝ legi fortassis oportuit: nam ut a Γάβαλα derivari commode Γαβαλίτης scimus, sic & a Γάδαρα, Γαδαρίτης.

ΓΑΔΑΡΕΩΝ CΥΡ. Γαδαρέων Συρίας, cum templo Apollinis, & epigraphe ΑΠΟΛΛ. Antonini Severi F.

ΓΑΔΑΡΕΩΝ. ΑΠC. Elagabali, apud Spanhemium, qui vidit, lib. de usu numism. pag. 870. Hoc est, *anno σπά*, sive CCLXXXI. post instauratam a Pompeio civitatem, in gratiam liberti sui Demetrii Gadarensis, quo tempore Syriam subegit, ut refert Josephus, Antiq. lib. XIV. cap. VIII. pag. 475. *καὶ Γάδαρα μὲν μικρὸν ἔμπροσθεν κατασκαφεῖσαν ἀνέκτισε, Δημητρίῳ χαριζόμενος τῷ Γαδαρεῖ ἀπελευθέρῳ ἑαυτοῦ.* Quod beneficium sequenti quoque nummo exprimitur. Isto, annus Elagabali secundus signatur: Urbis Romæ, DCCCCLXXI. In alio, e Gaza Regia, legitur annus ΒΠC. hoc est, CCLXXXII.

ΓΑΔΑΡΕΩΝ. Elagabali nummus apud Patinum, pag. 334. in quo vel Demetrius Pompeii libertus, vel Pompeius ipse patera ante aram libat Magnæ Deûm Matri, quæ Gadarensium forte Dea Præses & Custos: hanc enim leones adjecti duo haud obscure significant.

ΠΟΜΠ. ΓΑΔΑΡΕΩΝ. ΓΤ. *Pompeianorum Gadarensium* nummus: *anno* CCCIII. Gordiani Pii nummus, in quo sculpta navis, felicitatis Symbolum: vel victoriarum index, quas mari piraticoque bello Gadarensium oppidi instaurator Pompeius retulit. Annus porro CCCIII. post civitatem a Pompeio instauratam, quod contigit anno Urbis, ut dicemus in nummis Gazensium, DCXCI. plane incidit in Urbis annum DCCCCXCIII. Gordiani Imp. tertium. Sic conditoris sui memoriam Solenses in Cilicia retinuere, & insculpsere nummis grati animi monumentum, ΠΟΜΠΗΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ Γ. ΠΟΜΠΗΙΟC. Similem isti nummum Antonino Severi F. Patinus adscribit, pag. 306. magno, ut ex annorum numero liquet, errore.

GADES.

COL. IVL. AVGVST. *Colonia Julia Augusta.* Augusti, ac Domitiani nummi quos vidimus. Plinius, lib. IV. sect. XXXVI. *Gadis .... habet oppidum civium Romanorum, quod appellatur Augusta urbs Julia Gaditana.* Vetus inscriptio apud Gruterum, pag. CCCLVIII. 4. MVN. AVG. GAD. *Municipium Augustum Gaditanum.* Nunc *Cadix.* In priore Augusti nummo, jugum boum, vulgare deductæ coloniæ symbolum.

AETERNITATI AVGVSTAE. C. A. I. *Colonia Augusta Julia.* Tiberii nummus apud Patinum, pag. 74. nunc Gazæ Regiæ. In eo templi effigies, Herculis, ut credimus, Gaditani. Notum enim est ex Plinio, lib. II. sect. C. fuisse Gadibus Herculis delubrum: & ex Strabone, lib. III. pag. 169. quod & Hadriani nummus declarat, apud Tristan. tom. I. pag. 486. HERC. GADIT. qui dextera clavam, sinistra aurea mala præfert: ut ille in Anthologia, lib. V.

Μῆλα λεοντοφόνῳ παλάμῃ χρύσεια κομίζων.
Undecimo mala Hesperidum districta triumpho,

inquit Ausonius, Epigr. 139. Adsunt & navis, & Gaditanum fretum, forma senili. Vide quæ diximus in ASTA. REGIA. Delicias Patinus facit, qui ut ad Ratisbonam Germaniæ nummum hunc referat, omni ope nititur.

COL. IVL. AVG. Gordiani junioris, apud Erizzo: quo in nummo Bacchus cum Satyro & vite, feracitatis vini in eo tractu symbolis. Est & apud Occonem, pag. 435.

ΓΑΖΑ. ΜΑΡΝΑ. Γ. ΕΠΙ ΓϤΡ. Nummus est hic Hadriani, in Gaza Regia. Plinio, lib. V. sect. XIV. in Palæstina, *Gaza.* De hac Gazensium æra, vide Chronologiam Veteris Testamenti.

ΔΗΜΟϹ ΓΑΖΑΙΩΝ. *Populus Gazensium.* Genius stat cum patera & cornucopiæ. In altera nummi parte est caput Jovis barbatum. L. IΓ. Anno XIII. Hadriani. Est ex ære minimo apud D. BAUDELOT.

ΓΑΖΑ. ΔΠΡ. Nummus Hadriani, apud P. JOBERT Societatis JESU. Annum indicat CLXXXIV. qui est annus V. C. DCCCLXXIV.

ΓΑΖΑ. Nummi Antonini Pii, e Cimelio Regio, aliisque, cum annis ΒC, hoc est, CCII. ΓC, hoc est, CCIII. ΖC, hoc est, CCVII. ΑΙC, hoc est, CCVI. ϚΙC, hoc est, CCXVI. & ΗΙC, hoc est, CCXVIII. Annus ex his CCII. Antonini primus est, V. C. DCCCXCII.

ΓΑΖΑ. ΔΚC. Hoc est, *anno σκδ*, sive CCXXIV. M. Aurelii, Faustinæ junioris, ac L. Veri, e Cimelio Regio, aliisque. Alius habet ΖΚC. hoc est, CCXXVII. Alius, ΘΚC. hoc est, CCXXIX. Alius ΛC. hoc est, CCXXX. Ex his annus CCXXIV. est M. Aurelii primus, Urbis conditæ DCCCCXIV.

ΓΑΖΑ. ΕΙΩ. ΗΜC. Gaza civitas, & Io, dextras jungunt. Nummus est Commodi, cusus anno CCXLVIII. qui est V. C. DCCCCXXXVIII. Commodi sextus.

ΓΑΖΑ. ΕΙΩ. ΗΝC. Antonini Severi F. nummus, cusus anno CCLVIII. qui est V. C. DCCCCXLVIII. Severi tertius, Antonino jam Imperatore, ut dictum est in Chronologia Veteris Testamenti.

ΓΑΖΑ ΔΞC. Hoc est, *anno σξδ*, sive CCLXIV. Plautillæ, ex Regio Cimelio. Fuit hic annus Urbis DCCCCLIV. Caracalla, cujus uxor Plautilla, cum Severo patre, cujus hic annus nonus principatus, Imperatore jam tum pariter in nummis Fastisque appellato Vide Occonem.

ΓΑΖΑ. ΑΖΕ. Plautillæ Augustæ, apud Patin. pag. 313. quo nummo geminum ejus oppidi nomen indicari quis haud temere forsan credat. Stephanus: Γάζα, πόλις Φοινίκης, νῦν δὲ Παλαιστίνης . . . ἐκλήθη καὶ Ἄζα· καὶ μέχρι νῦν Σύροι Ἄζαν αὐτὴν καλοῦσιν . . . ὁ πολίτης, Γαζαῖος . . . Καὶ τὸ τοῦ Κρηταίου Διὸς παρ' αὐτοῖς εἶναι, ὃ καὶ καθ' ἡμᾶς ἐκάλουν Μαρνᾶν, ἑρμηνευόμενον Κρηταγενῆ. *Gaza, Phœnices oppidum, nunc Palæstinæ . . . Etiam Aza nuncupata est, atque huc usque Syri eam Azam vocant . . . Ibi & Jovis Cretæi templum, quem Marnam nostra ætate vocant, hoc est,* Κρηταγενῆ, *Creta natum.* Quare huc spectat rarissimus Musei nostri nummus, post obitum Titi cusus, & a Tristano editus, tom. II. pag. 250. cum hac epigraphe, ΖΕΥΣ ΚΡΗΤΑΓΕΝΗΣ, in quo Juppiter dextra fulmen vibrat, inter sidera septem errantia. In superficie nummi altera; ΘΕΩ ΑΥΤΟ. ΤΙΤΩ. Θεῷ Αὐτοκράτορι Τίτῳ. De Marna iterum Hieronymus, epist. VII. ad Lætam: *Jam & Ægyptius Serapis Christianus factus est, & Marnas Gazæ luget inclusus, & eversionem Templi pertimescit.* Et in vita Hilarii: *Sed & Italicus ejusdem oppidi municeps adversum Gazensem Duumvirum, Marnæ idolo deditum.* Verum ut ad nummum redeamus,

deamus, pro hisce notis AZE, legi verius putem oportere ΔΞC, quibus litteris annus signetur *σξδ'*. hoc est, CCLXIV. æræ nempe Gazensium, de qua antea diximus.

Λ. OΥHPOC KAICAP. *L. Verus Cæsar*, M. Aurelii Antonini Philosophi frater, & idem in imperio collega. ΓAZA. CKE. *Gaza, anno σκε'*, hoc est, CCXXV. nempe Gazensium æræ: qui fuit Urbis Romæ DCCCCXIV. M. Aurelii, & L. Veri secundus. E Museo nostro.

ΓAZA. HKC. Anno CCXXVIII. ΓAΥCTEINA. ΛOΥKIΛΛA CEB. *Faustina, & Lucilla Augusta.* Est hic nummus e Cimelio Regio. Annus Christi CLXV. a Septembri.

ΓAZA. ΠC. Annus CCLXXX. qui est V. C. DCCCCLXXI. usque ad Septembrem, Antonini Elagabali primus; cujus vultum & nomen altera nummi facies exhibet.

ΓΑΛΑΤΩΝ.

KOINON ΓΑΛΑΤΩΝ. Neronis nummus, quem vidimus. *Commune Galatarum.* In nummo Titi, KOI. ΓAΛ. Κοινὸν Γαλατίας. Plinio, lib. V. sect. XLII. *Galatia.* Hic porro, ut supra monuimus, commune fanum, sacrum commune, ac simul communia totius Provinciæ certamina, in uno aliquo oppido fieri solita, intelligenda sunt, quibus qui præesset, Γαλατάρχης dicebatur, hoc est, Præses certaminum sacrorumque τοῦ Κοινοῦ τῶν Γαλατῶν. Inscriptio vetus apud Gruterum, pag. 415. I. ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣΑΝΤΑ. ΔΙΣ. ΤΟΥ. ΤΕ. ΚΟΙΝΟΥ. ΤΩΝ. ΙΕΡΩΝ. ΑΓΩΝΩΝ. ΤΩΝ. ΜΕΓΑΛΩΝ. ΑΣΚΛΗΠΙΕΙΩΝ. ΙΣΘ. ΠΥΘΙΩΝ. Κ. ΑΡΧΙΕΡΕΑ. ΤΟΥ. ΚΟΙΝΟΥ. ΤΩΝ. ΓΑΛΑ. ΓΑΛΑΤΑΡΧΗΝ. &c. Vide ΒΙΘΥΝΙΩΝ ΚΟΙΝΟΝ, ΚΡΗΤΩΝ ΚΟΙΝΟΝ, & ΡΟΔΙΩΝ.

ΕΠΙ ΠΟΜΠΩΝΙΟΥ. ΒΑ. Alter, ΕΠΙ. ΒΑCCOΥ. KOINON ΓΑΛΑΤΙΑC. Nervæ nummi, e Cimelio Mediceo. Fuisse huic Pomponio Basso prænomen Ælium, ipsumque Cæsaris legatum exstitisse, nummus alter Domitiani Principis admonet, ex eodem Cimelio: ΕΠΙ. ΑΙ. ΠΟΜ. ΒΑCCOΥ. ΠΡΕCΒΕΥΤΟΥ, cum effigie Jovis in monte stantis, quo situs regionis ejus indicatur.

GALLIA.

TRES GALLIAE. Galbæ Imp. nummus, apud Tristan. tom. III. pag. 73. Quanquam ad Galbam Cæsaris legatum quidam hunc nummum referunt, sed falso. Totius enim Galliæ consensionem in Galba Cæsare agnoscendo hic nummus declarat, uti & alter apud Occonem, pag. 136. CONCORDIA. PROVINCIARVM. Et, quod caput est, utriusque nummi parte antica epigraphe hujusmodi est: SER. GALBA. IMP. AVG. *Servius* (non *Sergius*) *Galba Imp. Augustus.* Plinius, lib. IV. sect. XXXI. *Gallia omnis Comata uno nomine appellata, in tria populorum genera dividitur*, ... Belgicam, Celticam, sive Lugdunensem, & Aquitanicam.

GALLIA. HISPANIA. Ejusdem Galbæ, apud Anton. Augustin. Tab. XXII. Gallia & Hispania jungunt dextras.

ΓΕΛΑΣ, apud Parutam, cum Minotauri effigie, & bigis, victoriæ in certamine relatæ indicibus. Plinio, lib. III. sect. XIV. in Sicilia: *Fluvius Gelas*: & paulo post ab oppido appellati cives *Gelani.*

ΓΕΛΑ, in nummis Parutæ, & ΓΕΛ. Γέλα oppidi nomen est Scylaci in Periplo, pag. 4. Et Stephano: Γέλα, πόλις Σικελίας ... τὸ ἐθνικὸν, Γελαῖος. Nunc *Alicata.*

GEMELLA. Vide TVCCI.

GEMINA. VRBANOR. Vide VRSO.

ΓΕΡΑΣΟΝ.

APTEMIC. TΥXH ΓEPACΩN. *Diana. Fortuna* sive *Genius Gerasorum.* Hadriani, & Crispinæ nummi. Fuit id oppidum in Decapolitana regione, cum aliis quæ a Josepho recensentur, lib. II. belli Jud. cap. XIX. pag. 813. Φιλαδέλφειάν τε, καὶ Γέρασαν, καὶ Πέλλαν, καὶ Σκυθόπολιν, &c.

ΓΕΡΓΙΘΕΩΝ. E Goltzii Thesauro nummus, pag. 216. Plinio, lib. V. sect. XXXII. *Gergithos*, in Æolide. Stephanus: Γέργις, πόλις Τρωίας.... Λέγεται καὶ ἡ Γέργιθος.... ὁ πολίτης, Γεργίθιος. τὸ θηλυκὸν, Γεργιθία· ἀφ' ἧς Γεργιθία ἡ χρησμολόγος Σίβυλλα, ἥτις καὶ τετύπωτο ἐν τῷ νομίσματι τῶν Γεργιθίων, αὐτή τε καὶ ἡ Σφίγξ, ὡς Φλέγων ἐν Ὀλυμπιάδων πρώτῃ. Ἐν δὲ τῷ ἱερῷ τοῦ Γεργιθίου Ἀπόλλωνος Σιβύλλης φασὶν εἶναι τάφον. *Gergis, urbs Troadis... Dicitur & Gergithos... Civis, Gergithius: feminino genere, Gergithia: unde Gergithia Sibylla, oraculorum interpres, cujus imago in nummo Gergithiorum cum Sphinge insculpta, ut auctor est Phlegon, Olympiadum libro secundo. In templo vero Apollinis Gergithii Sibyllæ sepulcrum esse aiunt.* Hæc Sibylla Gergithia est, quam & octavam ex Varrone appellat Lactantius, lib. I. de falsa Relig. cap. VI. *Octavam Hellespontiacam in agro Trojano natam, vico Marpesso, circa oppidum Gergithium, quam scribit Heraclides Ponticus Solonis & Cyri fuisse temporibus.*

GERMANIA.

SIGNIS. RECEPT. DEVICTIS. GERM. S. C. *Signis Receptis, Devictis Germanis.* Germanici.

DE GERMANIS. Germanici, cum Labaro, apud Occonem, pag. 99.

GERMANIA. CAPTA. Domitiani, apud Patinum, pag. 157. Sex. Aurel. Victor, in Domitiano. *Dacis & Cattorum manu devictis, Septembrem Octobremque menses, Germanici superiorem, e suo nomine alterum appellaverat.* Suetonius, cap. VI. *Bellum civile motum a Lucio Antonio superioris Germaniæ præside confecit absens, felicitate mira: cum ipsa dimicationis hora resolutus repente Rhenus transituras ad Antonium copias barbarorum inhibuisset*, &c.

DE GERM. *De Germanis.* Commodi, nummus, e Cimelio Regio. Et apud Patinum, in Thesauro, pag. 175.

VICTORIA GERMANICA. Caracallæ, apud Occonem, pag. 379. in quo nummo Victoria gradiens cum trophæo.

VICTORIA GERMANICA. Maximini, e Museo nostro, & apud Occonem pag. 424.

VICTORIA. GM. & VICTORIA GERM. & VICTORIA GERMANICA. Gallieni apud Mediobarbum, pag. 371. & 372. Et se in nummis GERMANICVM MAXIMUM Gallienus quoque inscripsit.

VIC. GERM. M. Aurelii, e Museo nostro, & Postumi, apud Occonem, pag. 482.

ΓΕΡΜΑΝΙΚΗC. Vide KAICAPEIAC. ΓΕΡΜΑΝΙΚΗC.

ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΠΟΛΕΩC. ECTIAC ΘΕΩΝ. Severi & Antonini F. nummus, e Cimelio Regio. ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΠΟΛΙC. ΕΛΓ. Getæ; ex eodem Cimelio. ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΠΟΛΙC ECTIA ΘΕΩΝ. *Germanicopolis sedes Deorum*, Juliæ Domnæ nummus, e Cimelio Regio, Venerem cum Cupidine exhibet. In nummo Severi, ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΠΟΛΕΩC ECTIAC Θ. eodem intellectu. Γερμανικόπολις Ἔλγας. Plinius, lib. V. sect. XL. *Helgas oppidum, quæ Germanicopolis*, in Bithynia. In Notitia Eccles. pag. 37. Provinciæ Isauriæ adscribitur.

ΓΕΡΜΗΝΩΝ. Sabinæ, Crispinæ, Severi, Caracal-

racallæ, Elagabali, & utriusque Philippi nummi, e Cimelio Regio, aliisque. Stephanus: Γέρμη, πόλις Ἑλλησποντία, πλησίον Κυζίκου . . . ὁ πολίτης, Γερμηνός. *Germe, urbs Hellespontiaca, prope Cyzicum . . . civis, Germenus.* In Notitia Eccles. pag. XI. inter Episcopos provinciæ Hellesponti, ὁ Γέρμης.

ΕΠΙ CΤΡ. ΦΑΥCΤΟΥ. ΓΕΡΜΗΝΩΝ. M. Aurelii, *sub Prætore Fausto*, cum Herculis effigie.

ΓΕΡΜΗΝΩΝ. ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ. *Apollonida* Prætore. Gordiani junioris, e Cimelio Regio, cum Herculis effigie, in leonem incumbentis.

ΕΠΙ ΑΡΙCΤΟΝΕΙΚΟΥ. ΓΕΡΜΗΝ. *Sub Aristonico.* Diana, Apollo, & Æsculapius in eo nummo Gordiani stant. In altero Tranquillinæ, Apollo. In alio simili Hercules leonem præfocat.

ΙΕΡΟC ΔΗΜΟC. Capite laureato, *Sacer Populus.* Ex parte aversa ΓΕΡΜΗΝΩΝ, cum Herculis effigie.

C. G. I. H. P. Ceres cum face gemina. IMP. C. AV. COMMODVS. Capite laureato. *Colonia Germe Julia Hadriana Pia.* Est ex ære minimo, in Museo nostro.

COL. GERMEN. Commodi ejusdem nummus alter. Aquila inter duo signa militaria. Est e Cimelio Illustr. Harlæi.

COL. AVG. F. GERMENO. *Colonia Augusta Felix Germeno.* Commodi nummus, e Cimelio Regio: in quo lupa cum puerulis. Ptolemæo, lib. V. cap. II. prope Pesinuntem, Γέρμα κολωνία. Cave autem existimes geminam in nummis Germen exhiberi; alteram, quæ Græce ΓΕΡΜΗΝΩΝ inscripta sit; alteram, quæ Latine Colonia Germenorum. Una enim & eadem civitas fuit; sed quæ & veteres incolas Græcos haberet, & Romanos Latinosve colonos. Sic Patræ in Achaïa, ΠΑΤΡΕΩΝ & COL. PATR. Sic ΚΑΠΙΤΩΛΙΕΩΝ & AEL. CAPIT. Hierosolyma nummos inscriptos habent, aliaque oppida, ut dictum est in Chronologia Veteris Testamenti. Vide infra, HIPPO, & NICEPHORIVM, & COL. PARIA.

ΓΕΦΥΡΑΙΛΗΔΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Domitiani nummus, e Thesauro Goltzii. An ad Γεφυρῶτιν, Libyæ oppidum spectet, de quo Stephanus: an ad Gephyram Syriæ, circa Commagenem, unde data Constantii lex, lib. VI. Cod. Theod. tit. IV. amplius considerandum.

ΓΛΙΣΣΑΝΤΙΩΝ. Nummus Caji Cæsaris, ex Thesauro Goltzii, pag. 216. Plinio, lib. IV. sect. XII. *Glissas.* Stephanus: Γλίσσας, πόλις Βοιωτίας . . . τὸ ἐθνικὸν, Γλισσάντιος.

ΓΝΩΣΣΙΩΝ, *in insula Creta.*

ΓΝΩΣΣΙΩΝ. Augusti nummus, cum Labyrintho: & ΓΝΩΣΙΩΝ cum effigie Minotauri, in Cimelio D. FOUCAULT. Plinio, libro IV. sect. XX. *Gnossus.* Vide ΚΝΩΣΙΩΝ.

ΓΟΡΔΗΝΩΝ, *in Bithynia.*

ΓΟΡΔΗΝΩΝ. ΕΠΙ ΠΟΠΛΙΟΥ. *Sub Publio.* Nummus Trajani.

ΙΟΥΛΙΕΩΝ. ΓΟΡΔΗΝΩΝ. M. Aurelii, Severi, Antonini ejus F. Severi Alexandri, & Elagabali nummi. Juliopolim hic intelligimus, cui & Gordiu-Come nomen alterum in Bithynia fuit, Plinio teste, lib. V. sect. XL. In nummo Elagabali est *Aurelius Julianus Archon iterum:* in nummo Antonini Severi F. *Aurelius Julianus Artemas Archon primus iterum:* in nummo Severi, *Marcus Julius Saturninus.*

ΓΟΡΤΥΝΙΩΝ. Germanici nummus apud Patin. pag. 85. Nunc Cimelii Regii. Plinio, lib. IV. sect. XX. *Gortyna*, in Creta insula oppidum.

ΓΟΡΤΥΝ. ΕΠΙ. ΑΥΓΟΥΡΕΙΝΟΥ. *Sub Augurino.* Caput Germanici, e Cimelio Regio. In priore superficie, ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ, subintellige, *colunt.* In altera: ΓΑΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ. Est hic nummus ex ære minimo, apud P. STEPH. CHAMILLART. Fuit Romæ viris Minutiæ gentis peculiare cognomen Augurini.

ΓΟΡΤΥΝΙΩΝ. Cum tauro cornupeta, apud Anton. Augustinum, pag. 85. in Dialogis Italice conscriptis, Dial. 3. In pagina nummi altera, Europa platano insidet, sub qua nimirum, uti ex Plinio diximus, cum Jove concubuit. Hausit Plinius a Theophrasto, lib. I. hist. plantar. cap. XV. Ἐν Κρήτῃ ἡ πλάτανόν τινα εἶναι ἐν τῇ Γορτυναίᾳ πρὸς πηγῇ τινι, ᾗ ὁ φυλλοβολεῖ· μυθολογοῦσι ἡ ὡς ὑπὸ ταύτῃ ἐμίγη τῇ Εὐρώπῃ ὁ Ζεύς. Græcus scriptor, ut in nostris ad Plinium notis observavimus, ὑπὸ ταύτῃ cum dixit, ὑπὸ ἀντὶ τοῦ ὑπὸ accepit: etsi favere ei nummus videtur, qui insidentem arbori Europam, ut diximus, exhibet.

ΓΟΡΤΥC. Nummus Trajani.

ΚΟΙΝΟΝ ΚΡΗΤΩΝ. ΓΟΡΤΥΣ. Hadriani nummus, apud Patin. pag. 204. cum Minervæ, ut videtur, Hippiæ, sive Equestris, effigie. Nunc Gazæ Regiæ. In eo oppido conventum totius Provinciæ habitum ad ludos celebrandos, hic nummus docet. Vide ΚΡΗΤΩΝ ΚΟΙΝΟΝ. Fuit ea civitas in primis ejus insulæ nobilis, cujus *Senatus Splendidus* in vetusta inscriptione appellatur, apud Gruterum, pag. MXC. ΔΟΓΜΑΤΙ ΤΗΣ ΛΑΜΠΡΑΣ ΓΟΡΤΥΝΙων ΒΟΥΛΗΣ.

ΓΟΡΤΥΝΩΝ. E Cimelio Regio, cum noctua & Minerva.

ΓΟΡΤΥ. In Museo nostro, cum bove cornupeta, & Mercurii capite petasato. Is a Gortyniis religiose colebatur, ab iis Ἐδὰς cognominatus, veluti ἐάων δότης, *bonorum dator.* Auctor Etymologici: Ἐδὰς, ὄνομα τοῦ Ἑρμοῦ παρὰ τοῖς Γορτυνίοις· παρὰ τὸ ἐάων εἶναι δοτῆρα. *Edas, nomen Mercurii apud Gortynios, quia bonorum dator esset.* Sed fuisse præterea in Creta, atque adeo Gortyne frequentem Æsculapii quoque cultum, argumento est vel cognomen illud, quod ex oppido eo traxit, Ἀσκληπιὸς Γορτύνιος, apud Pausaniam in Corinthiacis, seu libro II. pag. 55. Vide & Philostratum, lib. IV. de vita Apollonii, cap. XI.

ΓΟΡΤΥΝΙΩΝ. ΙΕΡΑΠΙΤΑΝΩΝ. De eo dicemus, verbo ΙΕΡΑΠΥΤΑΝΩΝ.

ΓΟΡΤΥΝΙΩΝ. Nummus Græciæ Veteris, in quo Europa tauro, hoc est, Jove, ut poëtæ fabulantur, invecta. Plinius, lib. XII. sect. V. *Est Gortynæ in insula Creta juxta fontem platanus una, insignis utriusque linguæ monumentis, nunquam folia dimittens: statimque ei Graciæ fabulositas superfuit, Iovem sub ea cum Europa concubuisse.* Et est in aversa nummi parte taurus insculptus.

GRACCVRIS.

MVNICIP. GRACCVRIS. Tiberii nummus, apud Patin. pag. 68. nunc Cimelii Regii, & apud Occonem, pag. 90. MVNICIP. GRACCVR. In eo nummo taurus est, ut in multis Hispaniæ nummis. Plinio, lib. III. sect. IV. num. II. *Graccuritani.* A Ti. Gracco (ut volunt) nomen Graccuris accepit. Vide Livii epitomen, lib. XLI. Nunc *Agreda*, in Arragoniæ confinio, prope Turiasonem. Hinc Martyres Graccuritani, in Martyrol. *Martyres de Agreda.* Γρακουρίς Ptolemæo, in Vasconibus.

ΓΥΘΕΑΤΑΝ. Juliæ Domnæ, Antonini, & Plautillæ nummi. Plinio, lib. IV. sect. VIII. *Sinus Gytheates, ab oppido.* Et lib. VI. sect. XXXIX. *Gythium*, in agro Laconico. Stephano: Γύθειον, πόλις Λακωνική . . . ὁ

ὁ πολίτης, Γυθεάτης. Hi conditores ſuos Herculem & Apollinem jactitabant: Liberum, Cererem, Æſculapium colebant. Vide Pauſaniam in Achaïcis, pag. 104.

ΓΥΘΕΑΤΩΝ. apud Goltzium, in Theſauro, pag. 216. in quo Bacchi caput expreſſum, cum corona ederacea: ex parte altera, Victoria proræ navis inſiſtens, cum corona.

ΓΥΡΤΩΝΙΩΝ. Pyrrhi Ligorii nummus. Stephano: Γύρτων, πόλις Θεσσαλίας ἢ Περραιβίας ...... ὁ πολίτης, Γυρτώνιος.

Z

ZA. & ZAKYNΘΙΩΝ. In Goltzii nummis. Plinio, lib. IV. ſect. XIX. *Zacynthus libera.* Hodie *Zante*, inſula Venetæ ditionis.

ZAKYNΘΟΣ. Vir nudus ſcopulis inſidens paſcit ſerpentem. In parte averſa caput eſt Apollinis laureatum. Vidimus ex argento apud Abb. Mezzabarba.

ZAKYNΘΙΩΝ. Antonini Pii, & Severi, cum Palladis effigie: & M. Aurelii nummus, e Cimelio Regio, & apud Patinum, pag. 243. item L. Veri, & Antonini Severi F. cum Jovis ſtantis effigie. Item Juliæ Domnæ, cum Mercurio.

ZAKYNΘΙΩΝ. Caracallæ nummus, apud Sponium, in Itiner. Athen. cum Bacchi effigie, dextra uvam, thyrſum læva gerentis. Vini feracem agrum cum fuiſſe hæc argumenta indicant. Straboni lib. x. pag. 458. Ζάκυνθος εὔκαρπος, *fertilis* eſt.

ZAKYNΘΙΩΝ. B. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ΙΩΝΩΝ. *Zacynthiorum bis Neocororum, Ionum.* Nummus Alexandri Severi, apud Triſtanum, pag. 413. & apud Occonem, pag. 421. Ab Jonibus profecti Zacynthii, & in Ionio mari poſiti.

ZΕΛΕΙΤΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Veſpaſiani nummus, e Theſauro Goltzii, pag. 236. Plinio, lib. v. ſect. XL. *Zelia*, in Æolide. Stephano: Ζέλεια, πόλις Τρωάδος.... τὸ ἐθνικὸν, Ζελείτης.

ZΕΥΓΜΑΤΕΩΝ. Nummi Antonini Pii, e Gaza Regia, M. Aurelii, L. Veri, Caracallæ, apud Triſtanum, tom. II. pag. 191. Elagabali, Gordiani junioris, & Philippi patris. Plinio, lib. v. ſect. XXI. *Zeugma*, &c. Stephano: Ζεῦγμα, πόλις Συρίας, ἐπὶ τῷ Εὐφράτῃ.... τὸ ἐθνικὸν, Ζευγματεύς. In nummo Philippi patris, e Muſeo noſtro, cum templo, viri natantis adjecta effigies, Euphratis, cui appoſitum oppidum fuit, argumentum. A Xerxe primum ei oppido nomen inditum Zeugmatis fuiſſe, ex argumento tranſitus Euphratis, Theodoretus cenſuit, in Relig. hiſt. cap. v. Hac Bacchus Indiam petiturus, hac Alexander Macedo tranſmiſit Euphratem, ut Plinius aït, lib. XXXIV. ſect. XLIII. & Strabo, lib. XVI. pag. 746. ponte videlicet ferreis catenis juncto. Quare Zeugma Pellæum dicitur Lucano, lib. VIII. verſ. 237. a Pellæo juvene, hoc eſt, Alexandro.

ZΕΦΥΡΙΕΩΝ. E Magna Græcia Goltzii, Tab. XXVI. In eo nummo leporem diſcerpentis Aquilæ effigies eſt, qualis in nummis Locrorum, quos idem eo loci affert: ubi cauſam aperiemus, cur id inſculptum in eo nummo ſymbolum ſit. Quare ad oppidum promontoriumque Zephyrium hic nummus attinet, a quo Locri Epizephyrii ſunt cognominati, Plinio teſte, lib. III. ſect. x. & Stephano: Ἔστι καὶ Ἰταλίας Ζεφύριον, ἀφ' οὗ Λοκροὶ Ἐπιζεφύριοι.

ZΕΦΥΡΙΩΤΩΝ. Hadriani nummi, quos vidimus. Plinio, lib. v. ſect. XXII. *Zephyrium.* Stephano: Ζεφύριον, πόλις Κιλικίας. τὸ ἐθνικὸν, Ζεφυριώτης.

ZΕΦΥΡΙΕΩΝ, & ZΕΦΥΡΙΩΤΩΝ. Apud Goltzium, in Aſia, Tab. IV. Juppiter flumini inſidet: aquila fulmini Jovis inſiſtit. Amnis ille porro cui Juppiter inſidet, haud dubie Calycadnus eſt, cui Zephyrium promontorium oppidumque finitimum eſt, teſte Strabone, lib. XIV. pag. 670. & 671. Ut intelligas gravi ductum errore Nonnium, qui ad Zephyrium Scythicum hos nummos ablegat.

ZΕΦΥΡΙΩΤΩΝ. ΕΙΡΗΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. *Zephyriotarum & Irenopolitarum* in Cilicia Concordia. Nummus eſt Treboniani Galli, e Cimelio Reginæ Chriſtinæ.

ZΗΛΕΙΤΩΝ, *in Cappadocia.*

ΚΟΙΝΟΝ ΖΗΛΕΙΤΩΝ. ΕΤ. ΜC. *Commune Zelitarum. Anno* CCXL. Nummus eſt Juliæ Domnæ.

ZΗΛΙΤΩΝ ΤΟΥ ΠΟΝΤΟΥ. ΒΜC. Anno CCXLII. Nummus eſt Antonini Severi F. & alter Juliæ Domnæ, in Cimelio D. FOUCAULT. Æræ initium eſt ab anno V. C. DCCVIII. Plinio, libro VI. ſect. III. habet *Zelam* in Cappadocia.

H

HΛΕΙΩΝ. In nummo Hadriani, e Gaza Regia, in quo Patinus, pag. 200. perperam HΛΕΙΤΩΝ legit: & alter ejuſdem Principis, in quo vox ea HΛΕΙΩΝ in corona legitur. In priore Aquila pariter inſculpta. Jovis armigera, quem Deum Elei præcipue coluere. Nam in eorum agro in primis *delubrum Olympii Iovis, ludorum claritate faſtos Græciæ complexum*, ut Plinius aït libro IV. ſect. VI. Eidem proxime antea, *Eliorum, ager, & Elis*, in Peloponneſo. Stephano: Ἦλις.... τὸ ἐθνικὸν, Ἠλεῖος, Ἠλιεῖος, & Ἠλιακός. In Notitia Hieroclis, pag. 23. Ἦλις, μητρόπολις Αἰτωλίας. Sunt & M. Aurelii & Severi nomine nummi HΛΕΙΩΝ.

HELIOPOLIS, *Syriæ.*

COL. H. LEG. H. *Colonia Heliopolis, Legionis octavæ.* Nummus Hadriani, IMP. CAESAR HADRIANVS AV. Capite laureato. Eſt hic nummus ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT. Duæ Fortunæ, ſimul implexis brachiis, altera temonem dextra, ſuum altera tenet ſiniſtra. Conditam ab Hadriano coloniam Heliopolitanam, deducto eo milite legionis octavæ, hic nummus ſignificat: Geniumque legionis eumdem coloniæ Genium eſſe. Sunt enim ſimillimæ inter ſe Fortunæ hæ duæ. Haud ſatis feliciter D. Vaillant interpretabatur, *Colonia Heliopolis. Legis Heliopolis.* Probabilius dixiſſet, *Colonia Heliopolis. Legio Hadriana.* Sed eſſe H litteram Græcam, nummus Philippi Imp. ſuadet.

COL. HEL. Nummi duo Severi, apud Patinum, pag. 281. quos ille de colonia Helvia perperam accipit: cum ad Heliopolim uterque ſpectet: ut & alter Caracallæ apud eumdem, pag. 298. & Getæ, pag. 317. qui nummus & apud Triſtanum exſtat, tom. II. pag. 261. Idem tom. II. pag. 105. deductam putat a Severo Principe coloniam in Heliopolitanam Ægypti civitatem: ac ſuffragatorem habere ſe ſententiæ ſuæ Ulpianum arbitratur, cujus alia longe mens eſt. Is enim cum Heliopolitanam coloniam, una cum Tyria, Berytenſi, Laodicena, & Emiſena laudat, an non ejuſdem tractus omnes fuiſſe liquido prodit? ac loqui ſe de Heliopolitana Syriæ Cœles, ſeu Libani appellata, de qua Plinius, lib. v. ſect. XVIII. *Sciendum eſt*, inquit Ulpianus, lib. L. Dig. de Cenſibus, lege 1. *eſſe quaſdam colonias juris Italici: ut eſt in Syria Phœnice ſplendidiſſima Tyriorum colonia, unde mihi origo eſt.... Sed & Berytenſis colonia in eadem provincia... Eſt & Heliopolitana, quæ a Divo Severo per belli civilis occaſionem, Italicæ coloniæ rempublicam accepit. Eſt & Laodicena colonia in Syria Cœle, cui Divus*

Severus jus Italicum concessit. Ptolemensium enim colonia.... Sed & Emisenæ civitati Phœnices &c. Ubi nemo non videt eas modo ab ipso colonias recenseri, quæ in patriæ suæ Tyri prope confinio positæ essent. Quare ad eam spectant & alii nummi, quos statim indicaturi sumus. In duobus aliis nummis Severi, templum est, cum his litteris vel superne, vel ad latera positis, I. O. M. H. *Jovi Optimo Max. Heliopolitano.* In Antonini & Getæ nummis Genius civitatis turrito ac velato capite est, in signum jurisdictionis ac libertatis.

COL. HEL. *Colonia Heliopolis.* Nummus Pertinacis, apud Tristan. quem illi de colonia pariter Helvia perperam accipit.

COL. IVL. AVG. FEL. HEL. *Colonia Julia Augusta Felix Heliopolitana.* Urnæ tres: CERT. SACR. CAP. OEC. ISEL. HEL. Nummus Antonini Severi F. Sunt & Macrini, & Philippi patris ita inscripti, COL. IVL. AVG. FEL. HEL.

HELIOPOLIS COL. Philippi patris, e Museo nostro. In alio ejusdem Philippi alibi legitur: COL. HEL. LEG. VIII. AVG. V. MACEDON. *Colonia Heliopolis: legionum, octava Augustæ, quintæ Macedonicæ.* In alio, COL. HEL. capite Genii civitatis turrito ac velato: & cum signo militari, ut argumento sit, coloniam eam deductis eo militibus constare. Est Philippi junioris, in Cimelio D. Foucault.

COL. HEL. I. O. M. H. Nummus Philippi patris, e Cimelio Regio, & Otaciliæ, e Museo nostro, cum templi effigie. *Colonia Heliopolis. Iovi Optimo Maximo Heliopolitano.* Occo, pag. 441. COL. BEL. IO. M H. Est & Severi similis, apud Tristanum, tom. II. pag. 106. sed is *Iovi Opt. Max. Helvio*, perperam, ut diximus, interpretatur: & Cuperus ipsum secutus, pag. 208.

COL. HEL. CERT. SAC. CAP. OEC. ISEL. HEL. In alio, in corona: COL. HEL. CERT. SACRV. CAPIT. OEC. ISEL. HEL. *Certamen sacrum Capitolinum Oecumenicum Iselasticum Heliopolitanum.* Nummus Valeriani.

COL. IVL. AVG. FEL. HEL. CERT. SACR. CAP. OEC. ISEL. HEL. Urnæ tres, quibus præmia certaminum continentur. Gallieni nummus, e Museo nostro, cujus epigraphe sic legenda. *Certamina Sacra Capitolina Oecumenica Iselastica Heliopolitana.* Capitolina dicuntur, quod in honorem Capitolini Jovis ederentur, qui Heliopoli, fano ibi, ut vidimus, edito, coleretur. Sic apud Gruterum legas, pag. CCCXXXII. 3. ROMAE. CERTAMEN. IOVIS. CAPITOLINI. Oecumenica, ad quæ certatores, non ex singulari aliqua civitate, sed ἐκ τῆς οἰκουμένης, ex orbe universo admitterentur. Iselastica, quorum victoribus, ut Plinii verbis utar, lib. XVI. sect. V. *Muros patria gaudens rumpit.* Disjicere mœnia certo quodam loco veteres solebant, qua transvectio victorum, & triumphalis in urbem ingressus curru foret super disjecta mœnia. Vide Plutarchum, lib. II. Sympos. quæst. V. pag. 639. & Xiphilin. in Nerone, pag. 723. In patriam suam quadrigis sic invehi solenni pompa, Græci εἰσελαύνειν dicebant. Hinc certamina dicta εἰσελαστικά.

HERACLEA *Acarnaniæ.*

ΗΡΑΚΛΗΤΩΝ ΦΙΛΩ.

ΗΡΑ. ΦΙ.

ΗΡΑΚΛΗΤΩΝ. ΧΑΛΚ. Et in parte aversa, A. X. Φ.

ΗΡΑΚΛΗΤΩΝ. Et ex superficie altera, ΑΘΗ. ΧΑΛΚ. cum effigie Palladis, quam æque nummi superiores exhibent, cum Hercule leonem suffocante ex priore nummi parte, interdum & noctua. Huic potius nummos istos, quam alteri Heracleæ adjudicamus, quod & leonis domitorem Herculem in nummis quoque Chaonum, qui Acarnaniæ vicini fuere, signatum invenimus: & Palladem, Palladisque insigne, noctuam: & Præfecti Monetæ, Prætorisve nomen, quod neque in ullius Heracleæ alterius offendas: in Dyrrachenorum nummis, Epirotarumque, passim. Quare ad Siciliam a Goltzio, & Paruta, hi nummi nullo penitus argumento referuntur: cum revocati ad hanc Acarnaniæ Heracleam oportuerit, de qua Plinius, libro IV. sect. II. *Acarnaniæ oppidum Heraclea.* Meminit & Stephanus, laudatus a nobis in Plinianis notis. Istas porro notas tertii numismatis, A. X. Φ. ceterorum admonitu sic interpretamur: Ἀθηνᾶ Χαλκίοικος. Φιλώτας. Atque istud quidem Præfecti Monetæ est, Prætorisve nomen, quod & in Dyrrachenorum nummis occurrit. Illud Minervæ Chalciœcæ appellatæ a Spartanis, Ἀθηνᾶς Χαλκιοικοῦ, ut ait Pausanias in Lacon. Plut. in Apophth. aliique. P. Victor, in descriptione Urbis Romæ, regione nona, *Minerva Chalcidica*, forte pro *Chalciœca.*

ΗΡΑΚΛΗΤΩΝ. Trajani nummus apud Patinum, pag. 159. quo in nummo clava Hercules hydram enecat.

HERACLEA *Cœles Syriæ.*

ΑΠΑΜΕ. ΗΡΑΚΛΕ. Nummus allatus a Tristano, tom. II. pag. 337. cum effigie Herculis & Junonis. Ἀπαμείας. Ἡρακλείας. Ut eo nummo utriusque gentis atque oppidi concordia intelligatur. Inter eas urbes quæ Heracleæ appellatione donantur, apud Stephanum, decima tertia in Syria ab eodem locatur, ιγ' Συρίας, hoc est, uti ex Ptolemæo discimus, lib. V. cap. XV. in Cyrrhestica regione, a qua haud procul Apamea abest. Quare ad hanc referri hunc nummum censemus oportere.

HERACLEA *Ponti.*

ΗΡΑΚΛΕΩΤΑΝ ΜΑΤΡΟ. Trajani & Gordiani nummi. Ἡρακλεωτᾶν ματροπολιτᾶν, Dorico more.

ΗΡΑΚΛΕΙΑC ΕΝ ΠΟΝΤΩ. Juliæ Domnæ. cum Neptuni stantis effigie: Caracallæ, Getæ, Macrini, Diadumeniani, Juliæ Mæsæ, Elagabali, & Gordiani junioris nummi, in Cimelio Regio. Talis est, Π. CΕΠΤ. ΓΕΤΑC Κ. *Publius Septimius Geta Cæsar.* ΗΡΑΚΛΕΙΑC ΕΝ ΠΟΝΤΩ. Hercules nudus stat. Ex ære mediocri, in Cimelio D. Foucault. Plinio, lib. VI. sect. I. *Oppidum Heraclea Lyco flumini appositum.* In Macrini nummo Hercules Hippolytam Amazonem fugientem cum equo insequitur: qui sextus Herculis labor, Ausonii versiculo eo expressus:

Threïciam sexto spoliavit Amazona balteo.

Nonus Diodoro Siculo, lib. IV. Bibl. pag. 223. Ἡρακλῆς δὲ λαβὼν πρόσταγμα τὸν Ἱππολύτης τῆς Ἀμαζόνος ἐνεγκεῖν ζωστῆρα, τὴν ἐπὶ τὰς Ἀμαζόνας στρατείαν ἐποιήσατο. Πλεύσας οὖν εἰς τὸν ἀπ' ἐκείνου Εὔξεινον κληθέντα Πόντον, καὶ καταπλεύσας ἐπὶ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Θερμώδοντος ποταμοῦ, πλησίον Θεμισκύρας πόλεως κατεστρατοπέδευσεν &c. *Hercules, cum ei mandatum esset, ut Hippolytæ Amazonis zonam asportaret; bellum adversus Amazonas instituit. Itaque in Pontum navigans, cui ab eo nomen Euxini factum, & in ostia Thermodontis amnis invectus, prope Themiscyram urbem castra posuit*, &c. Gordiani nummus Herculem exhibet, adducta clava Cerbero minitantem. *Nec forma triplex tua, Cerbere, movit*, ut Naso cecinit lib. IX. Metam. Getæ, Bacchum cum patera, quam dextra: & uvis, quas læva gerit.

ΗΡΑΚΛΕΩΤΑΝ ΜΑΤΡΟC ΑΠΟΙΚΩΝ ΠΟΛΙΩΝ. *Heracleotarum, matris coloniarum civitatum.* Theatrum cum ædicula & cupresso, &c. Μ. ΑΝΤ. ΓΟΡΔΙΑΝΟC ΑΥΓ. Gordiani junioris nummus est æris maximi, e Cimelio Card. Carpegna.

ΗΡΑ-

ΗΡΑΚΛΕΩΤΑΝ ΜΑΤΡΟΠΟΛΙΤΑΝ. Herculis effigies, quæ rursum & ex aversa parte insculpta, cum epigraphe ΤΟΝ ΚΤΙϹΤΑΝ, *Conditorem* urbis. Vide inferius epistolam, De Nummis Regum Ponti.

HERACLEA *ad Latmum in Ionia.*

ΗΡΑΚΛΕΙΩΝ. Nummus Hadriani, e Thesauro Regio: in quo caput Herculis est cum pelle leonis. Antonini Pii, ibidem, in quo Hygia est. M. Aurelii, in quo templum & quadrigæ. Juliæ Domnæ, in quo templum. Et Julii Maximini, e Thesauro Regio, in quo Saturni effigies. Plinius, libro v. sect. XXXI. in Ionia: *Inde mons Latmus: Oppida; Heraclea, montis ejus cognominis*, &c.

HERACLEA *Siciliæ.*

ΗΡΑΚΛΕΙΩΝ. Apud Parutam, in nummis Heracleæ, num. XIII. & XIV. cum spica, Siculi agri ubertatis indice. Stephano: Ἡράκλεια Σικελίας. *Heraclea Minoa* dicta Livio, lib. XXIV. & Diodoro Siculo, lib. XVI. Bibl. Idem lib. IV. cur Heraclea dicta sit, docet. Incolas Tullius Verrina IIII. *Heraclienses* vocat.

HERACLEA *Trachin.*

ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ. ΤΡΑΧΙΝΙΩΝ. Apud Goltzium, in Græcia, tab. XIX. cum Herculis effigie, leoninis exuviis insidentis.

ΗΡΑΚΛΕΩΤΑΝ. Ex parte aversa Pegasus, & epigraphe, ΤΡΑΧ. Visus pariter nobis. Plinio, lib. IV. sect. XIV. in Thessaliæ confinio, *Heraclea Trachin*, hoc est, aspera, ob viarum scilicet asperitatem: est enim Τραχὺς, *asper*. Hinc Ἡράκλειαν Τραχῖνα dixerunt, a Thermopylarum angustiis haud procul ab eo oppido positis. Vide & Strabonem, lib. IX. pag. 429. Seneca in Hercule Oetæo:

Ad Trachina vocor, saxa rigentia,
Et dumeta jugis horrida torridis,
Vix gratum pecori montivago nemus.

Ab Hercule nomen habet, qui in monte vicino OEta se ipse conjecit in rogum.

HERACLEOPOLIS *in Ægypto.*

ΗΡΑ. L. ΙΑ. Ἡρακλεοπολιτῶν, anno XI. Hadriani, cujus hic nummus est. Plinius, libro v. sect. IX. *Heracleopolites* nomos *in insula Nili.*

HIMERA.

ΙΜΕΡΑΙΟΝ & ΙΜΕΡΑΙΩΝ, apud Parutam. Plinio, lib. III. sect. XIV. *Himera cum fluvio*, latere Siciliæ Boreali, quod Tyrrheno mari alluitur. Schol. Pind. pag. 110. Θερμὰ λουτρὰ τῆς Ἱμέρας πόλεως. Ptolemæo, lib. III. cap. IV. sunt Thermæ Himerenses, Θέρμαι Ἱμέραι πόλις. Coloniam deinde factam testatur vetus inscriptio apud Gruterum, pag. 433. COL. AVG. HIMERAEORVM. THERMIT. Nunc oppido nomen, *Termine Citta splendidissima.*

ΙΜΕΡΑΙΩΝ. Stat mulier ante aram accensam sacrificans: vir humi jacet humero aquam excipiens, quam ore marmoreus leo evomit. Aquæ Himeræorum calidæ quo fuerint in usu nummus ille indicat, apud Parutam, num. 7. & 8. & 10.

ΗΙΜΕΡΑΙΟΝ. Apud Parutam, num. 11. cum gallinaceo, qui Apollini æque, & Æsculapio sacer est, & Minervæ.

ΘΕΡΜΑ ΙΜΕΡΑΙΩΝ. *Therma Himerensium.* Apud Parutam, num. v. cum Deæ stantis effigie, quæ Copiæ cornu læva gerit. Himeram esse arbitramur, de qua Tullius, loco mox appellando. Ex parte altera Herculis caput insculptum.

ΘΕΡΜΙΤΑΝ. Idem Hercules, eademque Himera, ut remur, apud Parutam, num. VI. Tullius in Verrem, lib. II. sive de Prætura Siciliensi, num. LXXXV. *Sthenius non solum negavit, sed etiam ostendit id fieri nullo modo posse, ut signa antiquissima, monumenta P. Africani, ex oppido Thermitanorum, incolumi illa civitate, imperioque Populi Romani, tollerentur. Etenim, ut simul P. Africani quoque humanitatem & æquitatem cognoscatis, oppidum Himeram Karthaginienses quondam ceperant, quod fuerat in primis Siciliæ clarum & ornatum . . . . Himera deleta, quos cives belli calamitas reliquos fecerat, ii se se Thermis collocarant, in ejusdem agri finibus, neque longe ab oppido antiquo . . . . Erant signa ex ære complura: in his mira pulcritudine ipsa Himera, in muliebrem figuram habitumque formata, ex oppidi nomine, & fluminis. Erat etiam Stesichori poetæ statua senilis, incurva, cum libro, summo, ut putant, artificio facta, &c.*

ΘΕΡΜΙΤΑΝ. Nummi apud Parutam, in quibus Hercules anticam nummi aream obtinet: posticam, Nymphæ tres, quæ advenienti Herculi calidarum fontium aquas aperuisse perhibentur. Vide Diodorum Sicul. lib. IV. & V. Bibl. Hos vero Thermitanis frustra Paruta nummos adscribit. Est in aliis & Proserpinæ, credo, cum eodem Hercule insculpta effigies. Vide & Pindari Scholiasten, in Olymp. Oden XII.

HIPPO, vel potius GERME.

C. G. I. H. P. A. Severi nummus, e Museo nostro; Antonini F. e Thesauro Regio, cum Cereris effigie. D. Vaillant sic interpretatur: *Colonia Gemella Julia Hipponensis Pia Augusta.* Sunt & M. Aurelii, Commodi, Gordiani, Gallieni, Valeriani numismata inscripta, C. G. I. H. P. Apud Patinum in Gordiano, & Mediobarbum in Valeriano Cæsare, male C. C. I. H. P. In Gallieno, C. G. IVL. H. A. P. De Hippone Regio, si lubet, vide nostras in Plinium notas. At Hipponem Regium, oppidum liberum fuisse clamat nummus antiquus, HIPPONE LIBERA, a Seguino vulgatus. Colonia certe nulla libera dicitur, cum sit tota juris Romani, non sui juris. Nec vero Ceres aliquando visa est in nummis Africæ, qualis hic est in M. Aurelio, Commodo, & Antonino Severi F. Est igitur hic, ut jam superius indicavimus, *Colonia Germe Julia Hadriana Pia Antoniniana*, vel *Antoniniana Pia*, ab Antonino Pio sic appellata. Sic in eodem tractu Hellesponti, COL. PARIA IVL. AVG. titulos post nomen apponit. Alter nummus Commodi lupam habet cum puerulis. Mediobarbus, pag. 384. in nummo Valeriani Cæsaris, e Museo suo, dicit esse Capricornum cum globo & cornucopiæ. Apud R. P. ALBERT, Augustinianum Discalceatum Parisiis, nummum Macrini Aug. vidimus, cum his litteris, C. G. I. H. P. quem nummum Gordiano Pio D. Vaillant perperam tribuit. Ex eo autem nummo demonstratur, non ipsum esse Hippone cusum; siquidem Macrini ditio tota in Oriente fuit.

HIPPONE .)(. LIBERA. Nummus est singularis ex ære minimo, quem Seguinus edidit, pag. 13. edit. 2. Pars anterior Deæ effigiem exhibet, quæ rosam sinistra tenet: deinde epigraphe, dextrorsum quidem, HIPPO: sinistrorsum autem, ad pedes, NE. Postica superficies vultum matronæ exhibet, capite velato: quod est indicium libertatis. Epigraphe idcirco adjecta est ibi, LIBERA. Legendum itaque arbitramur: *Hippo Nervæ Edicto libera.* Tum quia sive *Hippone* dici pro *Hippo*, sive nomen civitatis in sexto casu poni, prorsus est insolens: tum quia non alio fine nomen HIPPO integre dextrorsus scriptum potest videri, & diremptum a litteris NE quæ sunt sinistrorsum positæ, nisi ut nomen civitatis integrum dextro latere positum esse intelligatur: litteris duabus reliquis alio pertinentibus. Sic in nummis quibusdam sæculi Constantiniani, ALE scriptum est, pro *Primæ Lugdunensis Edicto*:

& TES pro *Treveri*, *Edicto Senatus.* Et Consulis est edictum ferre. Unde Plinius, libro XXXIV. sect. XXXIX. *Magni Pompeji in tertio Consulatu exstat EDICTUM.* De Hippone Plinius, libro V. sect. 2. in Numidia: *In mediterraneo colonia.... Sicca: liberumque oppidum, Bulla regia. At in ora, Tacatua, HIPPO REGIUS: flumen Armua.* Plinii temporibus neque liberum oppidum fuisse Hipponem, neque coloniam, ex ea oratione apparet. Potuit igitur Nervæ edicto, qui postea Augustus & Consul fuit, Hippo donari libertate. Sic enim Vespasianus Imp. *universæ Hispaniæ Latii jus tribuit*, teste Plinio, libro III. sect. IV. sub finem: & *universæ Achaïæ LIBERTATEM Domitius Nero dedit*; libro IV. sub finem sect. X. Hic vero *Hippo* feminini generis scribitur; quoniam non locus designatur, ut cum *Hippo regius* dicitur, sed *civitas* subintelligitur; siquidem non locus liber est, sed *civitas*; hoc est, cives sunt liberi. *Rosa*, quam Dea dextra tenet, qua parte *HIPPO* scribitur, omnino suadet Punico vocabulo rosam *Hipp* dictam fuisse, unde factum sit Latinum *Hippo.* Ut ut est, caret certe omni similitudine veri, quod Samuël Bochartus aït, factum esse *Hippo* ex *Ubbo*, עובא, quod Punica lingua sinum, vel portum significet: ut Hippo Regius scilicet idem sonet ac *Portus Regius.* Sic enim collegit ex dictis Bocharti scriptor nuperus in Vocabulario Hagiologico: *Ainsi* Hippo Regius *signifieroit Port Roial.* At neque ex *Ubbo* fieret *Hippo:* neque *Ubbo*, עובא *sinus* est omnino Hebraïce, qua ex lingua Punicam esse derivatam falso creditur: neque Syriace quidem ܥܘܒܐ vel ܥܘܒ *sinus maris*, sed *gremium* est, Joan. I, 18. & Luc. VI, 38. itemque Chaldaice, Psal. XXXIV, 13. & alibi: neque sinus omnis *portus* est: neque qui locus hodie *Port-Roial* prope Parisios nuncupatur, a sinu vel portu nomen habet, cum sit in mediterraneo: nec habent quod glorientur ea appellatione, quos vulgus appellat, *les Messieurs de Port-Roial*; quasi sint non Augustiniani tantum, ut falso se ipsi vocant, sed & Hipporegienses; cum verum vetustumque nomen loci illius non sit Portus Regis, vel Portus Regius; sed ut in antiquis sincerisque monumentis legitur, *Porresium*, & Gallice *Porrois*: quod nomen quando, quove casu aut consilio, mutatum sit in magnificam appellationem, *Port-Roial*, non vacat excutere.

HISPALIS.

COL. ROM. PERM. DIVI. AVG. *Colonia Romulensis, permissu Divi Augusti.* Drusi ac Germanici nummus, e Cimelio Christianissimi Regis. Plinius, lib. III. sect. III. *Hispalis colonia, cognomine Romulensis.* Vetus inscriptio apud Gruterum, pag. 257. QVI IVLIAE. ROMVLEAE. NEGOTIANTES. Juliam Romanam a Julio Cæsare nuncupatam ait Isidorus, lib. XV. Orig. cap. 1. Hodie *Sevilla.*

COL. HISPAL. Caji Cæsaris nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 239. Apud Gruterum, pag. CCI. 6. PROVINCIAE. BAETICAE. COLONIA. HISPALENSIVM.

IVLIA AVGVSTA GENETRIX ORBIS. Caput Juliæ, ut supra. PERM. DIVI. AVG. COL. ROM. Caput Augusti, cum fulmine, apud Mediobarbum, pag. 53.

HISPELLA.

COL. IVL. HISPELLA. Macrini nummus, e Cimelio Regio. Ut quidam perperam legerunt, pro COL. IVL. AVG. PELLA.

Θ

ΘΑΣΙΩΝ. Plinio, lib. IV. sect. XXIII. *Thassos libera*, &c. insula contra montem Athon. Hodie *Thaso.* Hercules stans. ΣΩΤΗΡΟΣ ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ. *Herculis Servatoris.* Pausanias lib. VI. sive Eliac. poster. pag. 188. in ea insula coli Herculem solitum tradit, ab eaque Θάσιον Ἡρακλῆ cognominari. Et lib. V. sive Eliac. prior. pag. 175. eundem hunc esse Herculem prodit, quem in Phœnice Tyrium appellarent: esse enimvero Thasios e Phœnice Tyroque profectos. Ex parte aversa caput Bacchi, cum corona ederacea, e Museo nostro. Apud Goltzium, Tab. XIII. insularum Græciæ, Bacchus ipse cum cantharo insculptus. Vinum Thasium idem Deus sic commendat in primo Athenæi:

Καὶ Θάσιον, τῷ δὴ μήλων ἐπιδέδρομεν ὀδμή.
Et vinum Thasium, mali quod spirat odorem.

ΕΠΙ ΝΕΟΚΥΔΟΥ. ΘΑ. Ἐπὶ Νεοκύδους Θασίων. *Sub Neocyde* Magistratu *Thasiorum.* ΔΟΜΕΤΙΑΝΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. In eo nummo templi effigies ex aversa parte. Est in Thesauro Regio, & in Cimelio D. FOUCAULT. Similis alter ibidem, & apud P. CHAMILLART, ejusdem Domitiani, ΕΠΙ ΑΓΑΘΩΝΟϹ. ΘΑ. *Sub Agathone.* Et in Museo P. JOBERT, ΕΠΙ ΝΕΟΚΥΔΟΥ. ΝωΙϹΑΘ. ordine litterarum inverso in Θασίων: ut & in simili apud P. CHAMILLART. In simili Regiæ Gazæ nummo mulier spicas tenet, quibus agri fertilitas designatur. Quare Callistratus orator Atheniensibus auctor fuit, ut Thasum occuparent: ob feracitatem soli. Hinc illud adagium apud Suidam, Θάσος ἀγαθῶν.

ΘΑΣΙΩΝ. Diana Venatrix: ex parte altera, non Hercules quidem, sagittantis effigie, ut Nonnius ad Goltzii Græciam censuit, aliique omnes Antiquarii, sed eo sane habitu Perses, quem nummis suis Thasios insculpsisse prodit Julius Pollux, lib. IX. cap. VI. Θάσιοι δὲ Πέρσην τῷ νομίσματι ἐνεχάραττον. Fuit is, auctore Herodoto, lib. VII. Persei filius, Danaës nepos, ex Andromeda Cephei filia: ab eo Persas, sagittandi peritia insignes, traxisse originem idem refert. Et de ipso Plinius lib. VII. sect. LVII. *Alii sagittas Persen Persei filium invenisse dicunt.*

ΘΑΨΑΚΗΝΩΝ. ΤΗϹ. ΙΕΡΑϹ. ΚΑΙ. ΑϹΥΛΟΥ. *Thapsacenorum sacræ & inviolatæ civitatis.* Nummus Trajani, e Thesauro Goltzii, pag. 233. Plinio, lib. V. sect. XXI. *Thapsacum.* Stephano: Θάψακος, πόλις Συρίας πρὸς Εὐφράτῃ... ὁ πολίτης, Θαψακηνός.

ΘΑΨΙΩΝ. Titi nummus e Goltzii Thesauro, pag. 233. seu *Thapsus* hæc Africæ sit, de qua Plinius, lib. V. sect. III. sive altera Siciliæ, de qua Stephanus, & Maro, lib. III. Æneid. vers. 688.

ΘΕΛΠΟΥϹΙΩΝ. Getæ nummus, cum Dianæ Venatricis effigie: aliique. Plinio, lib. IV. sect. X. *Thelpusa*, in Arcadia. Pausaniæ, lib. VIII. Arcad. pag. 256. Θέλπουσα. Stephano, Θάλπουσα, πόλις Ἀρκαδίας.... τὸ ἐθνικὸν, Θαλπούσιος. Æsculapium ii coluere, & Cererem cognomento Nigram, quam & Erinnyn vocitavere. Nigram vero a pulla veste, quam tum ex ira in Neptunum, tum ex luctu ob amissam Proserpinam induit. Vide Pausaniam loco cit. & pag. 271.

ΘΕΜΙϹΩΝΙΩΝ ΔΗΜΟϹ. *Themisoniorum populus.* Plinio, lib. V. sect. XXIX. *Themisones.* E conventu Phrygiæ Cibyratico. Haud procul Laodicea positi a Strabone dicuntur, lib. XII. pag. 576. Stephano, Θεμισώνιον, χωρίον Φρυγίας..... τὸ ἐθνικὸν Θεμισώνιος.

ΘΕΜΙϹΩΝΙΩΝ. Nummus Antonini Severi F. & alter, ΘΕΜΙϹΩΝΕΩΝ, Philippi filii.

ΘΕΜΙϹΩΝΕΩΝ. Tres figuræ nudæ stantes, prima equum, clavam altera, tertia caduceum tenet. Severi Alexandri nummus, apud Occonem, pag. 419.

ΘΕΡΜΙΤΑΝ. Apud Parutam. In hisce nummis qua-

quadrigæ funt, victoriæ in certaminibus ab aliquo Thermitano cive relatæ indices. Urbs fuit in Siciliæ latere Australi, prope oppidum *Sciacca*. Plinio, lib. III. sect. XIV. *Thermæ colonia.*

ΘΕΡΝΑΙΩΝ. E Cimelio Regio. Stephanus: Θέρνη, πόλις Θρᾴκης· τὸ ἐθνικὸν, Θερναῖος.

ΘΕΣΠΙΕΩΝ. E Cimelio Regio. Plinio, lib. IV. sect. XII. *Thespiæ liberum oppidum*, in Bœotia. Stephano: Θέσπεια, πόλις Βοιωτίας . . . . . ὁ πολίτης, Θεσπιεύς. Θεσπιαὶ Straboni, lib. IX. pag. 409. sub Helicone monte: ubi rudera oppidi superesse modo jam tum ævo suo ipse prodidit: testantur etiam inscriptiones ibi repertæ nuper, a vico *Neochori* pass. mille. Præcipuum his fuit olim numen Cupido, teste Pausania, lib. IX. sive in Bœoticis, pag. 302. & Tullio, Verrina IIII. *Quid Thespienses arbitramini merere velle, ut ne Cupidinis signum amittant, propter quod unum visuntur Thespiæ?*

ΘΕΣΠΡΩΤΩΝ.

ΠΥΡΡΟΥ. ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Ex aversa parte, ΘΕΣΠΡΩΤΙΩΝ. Plinio, lib. IV. sect. I. in Epiro, *Thesproti.* Stephano: Θεσπρωτοί.

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ.

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. ΣΕΒΑΣΤΗ. *Augusta.* Liviæ nummus, apud Patin. pag. 59.

ΘΕΣ. ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ, & ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ, in Vetere Græcia Goltzii, Tab. XXIII. aliisque Neronis, Vespasiani, Trajani, M. Aurelii, Severi, Antonini F. Macrini, Elagabali, Maximini, & Corneliæ Saloninæ nummis. Plinio, lib IV. sect. XVII. *Thessalonica.* Stephano: Θεσσαλονίκη . . . . τὸ ἐθνικὸν, Θεσσαλονικεύς. Hodieque *Salonki.*

ΘΕΟΣ. *Divus.* Caput Divi Julii, sine laurea. ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. Caput Augusti nudum: ad quem etiam partis anticæ epigraphe pertinet. Qui ΘΕΟΣ enim ibi vocatur, non Julius, sed ipse est Augustus. Nummus est ex ære minimo, in Thesauro Regio.

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ, in corona quercea.)(ΑΥΤΟΚΡ. Μ. ΑΝΤΩΝ. ΑΥΤΟΚΡ. ΚΑΙΣΑΡ. *Imp. M. Antonius. Imp. Cæsar.* Capita adversa M. Antonii, & Octavii Cæsaris, nuda, sine laurea. In Thesauro Regio.

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ, in corona, vel cum prora navis: vel cum equo, & palma opposita. ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Sunt hi tres nummi in Thesauro Regio.

ΘΕCCΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. Juliæ Domnæ nummus, apud Patinum, pag. 290. templum exhibet, in qua Cabirus cum malleo ac ferro

ΑΥΤ. ΓΟΡΔΙΑΝΟC CΕΒ. Αὐτοκράτωρ Γορδιανὸς Σεβαστός. Ex parte aversa: ΘΕCCΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. ΚΑΒΕΙΡΙΑ. In Museo nostro. Καβείρια, certamina sunt in honorem Cabirorum edita, quos δαίμονας Suidas vocat, alii Deos: Vulcano & Cabera Protei filia genitos: qui æris ferrique fabricam docuere mortales. De his multa Herodotus, Diodorus, & Pausanias, lib. IX. sive in Bœoticis, pag. 300. & 301.

ΘΕCCΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. Β. ΠΥΘΙΑ. *Thessalonicensium Pythia secundo* edita. Philippi patris nummus, in quo Apollo Pythius, a quo Pythii ludi appellati, læva lauri ramum gerit: dextra, non orbem Philippo Imp. defert, ut Tristanus existimavit, tom. II. pag. 561. sed pomum Cabiro, Thessalonicensium Præsidi Deo, cujus insigne malleus est, quem gestat humero lævo. Fuit enim pomum Pythii ludi præmium, (qualis nunc edi nummo isto Thessalonicæ dicitur, in honorem scilicet Apollinis & Cabirorum:) uti ex Agathia in Anthologia, lib. I. Epigr. I. & Luciano in Anacharsi, discimus. Archiæ epigramma ejusmodi est:

Τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα· τέσσαρες ἱροί,
Ἆθλα δὲ τῶν κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς.
Bis duo Grajugenæ certamina sacra celebrant:
Dona: apium, pinus, mala, feræque olea.

Quatuor nempe in Græcia fuere sacra certamina, Olympia, Pythia, Isthmia, Nemea. Olympici itaque certaminis victores donabantur oleastro: Pythii pomo: apio Isthmii, Nemei pinu. De oleastro Plinius lib. XV. sect. V. *Athenæ quoque victores olea coronant, Græci vero oleastro Olympiæ.* De pinu, idem sect. IX. *Pinea corona victores apud Isthmum coronantur.* De apio, lib. XIX. sect. XLVI. *Honos ipsi in Achaia, coronare victores sacri certaminis Nemeæ.* Omnia complexus ex æquo Lucianus in Anacharsi, sive de Gymnasiis, pag. 787. laudatus a nobis in Notis ad Plinium, lib. XV. sect. V. Τὰ δὲ ἆθλα τίνα ὑμῖν ταῦτά ἐστιν; Ὀλυμπίασι μὲν, στέφανος ἐκ κοτίνου, Ἰσθμοῖ δὲ ἐκ πίτυος, ἐν Νεμέᾳ δὲ σελίνων πεπλεγμένος. Πυθοῖ δὲ μῆλα τῶν ἱερῶν τοῦ Θεοῦ· παρ' ἡμῖν δὲ τοῖς Παναθηναίοις τὸ ἔλαιον τὸ ἐκ τῆς μορίας. *Cujusmodi vero sunt ista præmia? In Olympiis corona oleaginea, in Isthmiis pinea, in Nemeis ex apio concinnata: in Pythiis poma certaminum Deo sacrorum: apud Athenienses oleum ex oliva.*

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗ ΜΗΤ. ΚΟΛΩ. Θεσσαλονίκη μητρόπολις κολωνία. Nummi Valeriani & Gallieni. Non antea Metropolis, quam colonia, Thessalonica fuit: nec nisi sub Valeriano & Gallieno. Quem sub Gordiano Patinus nummum edidit, pag. 375. ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ ΜΗΤΡ. is merito in suspicionem venit, cum nec sub Gordiano nummi alii, nec sub Philippo, titulum Metropoleos Thessalonicæ adferant.

ΘΕCCΑΛΟΝΙΚΗ ΜΗΤΡ. ΚΟ. Β. ΝΕ. Θεσσαλονίκη Μητρόπολις κολωνία, δὶς Νεωκόρος. Vas e quo palma exstat, cum epigraphe ΑΚΤΙΑ, subintellige certamina, sive ἆθλα, quæ certaminum præmia. Saloninæ nummus apud Tristanum, tom. III. pag. CXI. Fuit Thessalonica, Metropolis Provinciæ Macedoniæ primæ, sub Consulari. Notitia Eccles. antiqua, pag. 21. Ἐπαρχία Ἰλλυρικὴ α' Μακεδονία. ὑπὸ κονσιλάριον, Θεσσαλονίκη.

ΘΕΣ. & ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. Cum equi effigie, apud Goltzium in Græcia, Tab. XXIII. De Thessalis equis dicemus in nummis ΛΑΡΙΣΣΑΙΩΝ.

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. Ex aversa parte, ΚΑΒΕΙΡΟΣ. In Museo nostro. Malleum humero lævo Cabirus gerit, ut apud Seguinum, pag. 15.

ΘΕΣΣΑΛΩΝ. Apud Goltzium in Græcia, Tab. XIX. in quibus Jovis fere insculpta effigies, Palladisque Itoniæ, quæ in Thessalia colebatur. Strabo, lib. IX. pag. 435. in Thessaliæ oppidis Itonem censet: Ἴτων, inquit, ὅπου τὸ τῆς Ἰτωνίας ἱερόν. Et Stephanus, Ἴτων, πόλις Θεσσαλίας. . . . . ἀπὸ Ἰτώνου ἥρωος, ἀφ' οὗ καὶ Ἰτωνία ἡ Ἀθηνᾶ, ἢ ἐκ τῆς Ἰτώνης, Ἰτωναῖος, καὶ Ἰτωναία ἡ Ἀθηνᾶ.

ΑΔΡΙΑΝΟΝ ΚΑΙCΑΡΑ ΘΕCCΑΛΟΙ. Subintellige, ἐτίμησαν, ut in Μυτιληναίων nummis dicemus. *Hadrianum Cæsarem Thessali* coluere. E Museo nostro. In parte aversa Pallas armata, cum jaculo clypeoque: In nummi ambitu, quantum videre oculorum acie potuimus, ΠΑΡΟΧ. ΝΙΚΟΜΑΧΟΥ. Quod sic interpretamur. Παρόχου Νικομάχου. Is autem Parochus vocabatur, qui Legatis a Populo Rom. ceterisque qui Reip. causa peregre ibant, hospitia aliaque necessaria suppeditabant. Usus ea voce Tullius, lib. XIII. ad Attic. epist. II. Sunt eæ certe litteræ in eo nummo conspicuæ: nec quæ alia possit ex iis elici sententia, liquet. Patinus, pag. 202. ΟΧ ΝΙΚΟΜΑΧΟΥ tantum exhibet.

ΘΕCCΑΛΩΝ ΚΟΙΝΟΝ. *Commune Thessa-*

Thessalorum. M. Aurelii, Faustinæ junioris, Commodi, Severi, Antonini Severi F. Severi Alexandri, & Maximini nummi. Vide ΒΙΘΥΝΙΩΝ ΚΟΙΝΟΝ, ΓΑΛΑΤΩΝ ΚΟΙΝΟΝ, ΚΡΗΤΩΝ ΚΟΙΝΟΝ, &c.

ΘΕΣΤΙΔΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Nummus Caji Cæsaris. e Thesauro Goltzii, pag, 234. Stephanus: Θεστίδειον, πόλις Θεσσαλονίκης. Τὸ ἐθνικὸν, Θεστιδεύς.

ΘΗΒΑΙΩΝ.

ΘΕΒΗ. In Vetere Græcia Goltzii. Cyathum hi nummi insculptum habent, impositamque uvam: alii pro uva, clavam: istud Herculis, Liberi Patris illud insigne. Plinio, lib. IV. sect. XII. *Bœotiæ Thebæ, duorum numinum, Liberi atque Herculis, ut volunt, patria.* Vel forsan scyphus ipse Herculeus est, quo de vasorum genere Athenæus, lib. XI. pag. 500. Ὕστερον δὲ κατὰ μίμησιν εἰργάσαντο κεραμεῖς τε καὶ ἀργυροῦς σκύφους. ὧν πρῶτοι μὲν ἐγένοντο καὶ κλέος ἔλαβον οἱ Βοιωτοὶ οἱ λεγόμενοι Ἡρακλεωτικοί, χρησαμένου διὰ τὰς στρατείας πρώτου Ἡρακλέους τοῦ γένει· διὸ καὶ Ἡρακλεωτικοὶ πρός τινων καλοῦνται. *Principio quidem fictiles fuerunt scyphi, ad quorum imitationem argenteos postea sunt fabricati, Bœotii primum, magnæ claritatis & dignitatis, præsertim eos quos Herculeos ideo vocarunt, quia primus genere Bœotius in expeditionibus Hercules illis usus sit, quæ appellationis causa est.* Discrimen deinde notamque scyphorum ejusmodi propriam adjicit, qualis in nummis Goltzianis cernitur: Ἔχουσι μέντοι πρὸς τοὺς ἄλλους διαφοράν· ἔπεστι γὰρ ἐπὶ τῶν ὤτων αὐτοῖς ὁ λεγόμενος Ἡρακλειωτικὸς δεσμός. *Differunt hi nonnihil ab aliis, quod auribus nodus inest, quem Herculeum vocant.* Stephano: Θῆβη . . . . . ὁ πολίτης, Θηβαῖος, καὶ Θηβαΐς, &c. Incolis *Teva:* non, ut vulgo efferunt, *Stiva*, vel *Stives*, voce e duabus illis conflata, εἰς Θήβας.

ΘΕ. Hercules puer, angues duos ambabus manibus elidens. Hyginus, fab. XXX. *Hercules infans cum esset, dracones duos duabus manibus necavit, quos Juno miserat: unde primigenius est dictus.* In parte aversa clypeus, Thebanæ fortitudinis insigne, & in nummis oppidorum Bœotiæ frequens. Cui enimvero non notus Thebanus Ἐπαμεινώνδας, aliique?

ΘΕΒΗ. Cum Bacchi barbati effigie, vel Herculis ebrii, cui caput cinctum corona ederacea. In parte altera, clypeus, cui clava transversim apposita, Herculis nempe insigne.

ΘΗΡΕΩΝ. M. Aurelii nummus, e Gaza Regia. Et alter quem vidimus, ejusdem Aurelii, ΘΗΡΑΙΩΝ. Plinio, lib. IV. sect. XXIII. *Thera* &c. in Sporadibus insulis. Stephano: Θήρα, νῆσος τῶν Σποράδων. . . . ὁ οἰκήτωρ Θηραῖος. Addere debuit & Θηρεύς. Hodie *Santerini.*

ΘΗΡΕΩΝ. L. Veri, apud Tristanum, tom. I. pag. 695. & alibi Commodi: in quo Termini Dei insculpta effigies.

ΘΙΝΙΤΩΝ, *in Ægypto.*

ΘΙΝΙ. L. ΙΑ. Hadriani nummus, anno ejus XI. cusus. *Thinites* nomon, sive præfecturam habet in Ægypto. Plinius, libro V. sect. IX.

ΘΟΥΡΙΩΝ. E Cimelio nostro & apud Goltzium in Magna Græcia, Tab. XXIX. cum bovis cornupetæ effigie, ubertatis agri: pisce, oræ maritimæ symbolo. Et *laudantur muria Thurii*, inquit Plinius, libro XXXI. sect. XLIII. Fit autem muria ex pisciculis. Ex parte aversa Pallas galeata, Thuriorum Dea. Plinio, lib. III. sect. XV. *Oppidum Thurii*, &c. Fuit illud in Magna Græcia: nunc jacent ruinæ. Stephano: Θούριοι, πόλις Ἰταλίας... τὸ ἐθνικὸν, ὁμωνύμως Θούριοι.

ΘΟΥΡΙΑΤΩΝ. Nummus Septimii Severi. Forte spectat ad oppidum Θούριον, quod Ptolemæus, libro III. cap. XVI. in Laconia mediterranea collocat.

ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ. Nummus Neronis Cæsaris. ΝΕΡΩΝ ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΓΕΡ. capite nudo. In altera nummi parte bipennis est. Ex ære mediocri nummus, in Cimelio D. Foucault. Habemus nummi formam aliunde in plumbo expressam.

ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ. Juliæ Titi nummus, apud Patinum, pag. 155. cum tripode, Apollinis symbolo. Plinio, lib. V. sect. XXXI. in Ionia, *Thyatira alluitur Lyco.* Stephano: Θυάτειρα, πόλις Λυδίας . . . . τὸ ἐθνικὸν, Θυατειρηνός. Turcis hodie *Akhissar*, hoc est, Castellum novum. Plura in Notis ad Plinium vide.

ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ. Hadriani, cum effigie Palladis, apud Sponium: M. Aurelii, cum bipenni: Crispinæ, cum Amazonis effigie, bipennem gestantis.

ΕΠ. CΕΠ. ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ. Commodi apud Tristanum, pag. 741. Ἐπὶ Σεπτιμίου, *sub Septimio*, urbis ejus Prætore. In ejus nummi posteriore area Vulcanus Thetidi adstanti parat arma. Homerum vide, Iliad. σ'.

ΕΠ. CΤΡ. ΤΙΤΟΥ ΑΥΡ. ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ. *Sub Prætore Tito Aurelio.* Commodi, apud Patinum in Thesauro, pag. 114. Alius ejusdem Commodi, in Cimelio Reginæ Christinæ: ΕΠΙ CΤΡ. Μ. ΑΥΡ. ΒΑΡΒΑΡΟΥ. *Sub Prætore M. Aurelio Barbaro*: cum raptu Proserpinæ: alius, cum Vulcani: alius, cum Palladis effigie.

ΕΠΙ CΤΡ. ΚΥ. ΑΥΡ. ΓΛΥΚΩΝΟC. ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ. *Sub Prætore Quinto Aurelio Glycone.* Septimii Severi nummus, & Juliæ Domnæ.

ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ. ΕΠΙ CΤΡ. ΑΥΡ. ΓΛΥΚΩΝΟC ΛΟΥΚΙΟΥ. Juliæ Domnæ nummus, e Gaza Regia, in quo ex parte aversa Severus ex equo hostem lancea confodit. *Sub Prætore Aurelio Glycone Lucii F.*

ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ. Aquila. Ex parte altera, ΔΟΡΕΙCΗΝΗ. Holstenius, ΒΟΡΕΙΤΗΝΗ legit. Dianæ caput: cujus id cognomentum a loco peculiari fuisse videtur, ut in eodem fere tractu, (quod in nummis ΜΑΓΝΗΤΩΝ animadvertimus,) ΛΕΥΚΟΦΡΥΗΝΗ. Est e Cimelio Regio.

ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ. ΕΠΙ CΤΡ. ΜΑΡΚΟΥ ΑΥΡΗ. ΒΑΡΒΑΡ. *Sub Prætore Marco Aurelio Barbaro.* ΙΕΡΑ CΥΝΚΛΗΤΟC, ex parte aversa. *Sacer Senatus.*

ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ ΝΕΩΚ. Getæ, apud Tristanum, tom. II. pag. 278. Vas ex quo palmæ binæ exstant. Sunt & Caracallæ, Macrini, Diadumeniani, Juliæ Soæmiadis, Severi Alexandri, & Juliæ Mamææ nominibus nummi Θυατειρηνῶν.

ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ. Elagabali, cum Dianæ Venatricis effigie, apud Patinum, pag. 334.

ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ. Imperator in equo currens, hasta confodit hostem. ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΝΤ. ΓΟΡΔΙΑΝΟC CΕΒ. Est ex ære magno, apud P. Steph. Chamillart.

ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ ΚΑΙ CΜΥΡΝΑΙΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. ΕΠΙ CΤΡ. Τ. ΦΑΒΙΟΥ ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. *Thyatirenorum & Smyrnæorum concordia, sub Prætore Tito Fabio Apollinare.* Stant ambæ civitates: sed Smyrna velato capite, ob jurisdictionem, cujus Plinius meminit libro V. Nummus est Gordiani Pii, e Cimelio Reginæ Christinæ.

ΕΠΙ C. ΟΚΤ. ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ. ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ. Saloninæ, apud Occonem, pag. 474. Ἐπὶ Στρατηγοῦ Ὀκταβίου &c. *Sub Prætore Octavio* &c. Est & in Cimelio Regio, ubi legitur, ΕΠΙ. Γ. ΟΚΤ. *sub Caio Octavio.*

K. OYA?

K. ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC. Καῖσαρ Οὐαλεριανὸς, Valerianus junior. ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ, cum Apollinis effigie.

ΕΠ. ΑΠΟΛΙΝΑΡΙ. ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ. Caput turritum: ex parte aversa, CMΥΡΝΑΙΩΝ ΟΜΟ. hoc est, ὁμόνοια. *Sub Apolinario, Thyatirenorum Smyrnæorumque concordia.* Smyrne Amazon cum bipenni nummi aream obtinet. Apud Sponium, in itiner. Athen.

ΘΥΕΣΣΕΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Titi nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 234. Stephanus: Θύεσσος, πόλις Πισιδίας, ἧς τὸ ἐθνικὸν, Θυεσσεύς.

ΘΥΡΙΕΩΝ. E Goltzii Thesauro nummus, pag. 234. Stephanus: Ἔστι καὶ Ἀκαρνανίας Θύριον· τὸ ἐθνικὸν, Θυριεύς. In eo nummo sedet Apollo cum arcu: ex parte altera Minotaurus. Ob Actium Apollinem, cujus fanum in proximo fuit, tota Acarnania & Epiro, familiaris ejus Dei cultus, effigiesque in nummis frequens.

I

IADERA.

COL. AVGVSTA. IADERA. Domitiani nummus apud Goltzium. Plinio, lib. III. sect. XXV. *Colonia Iadera*, in confinio Liburniæ Dalmatiæque. Ptolemæo quoque Ἰάδερα, κολωνία. Nunc *Zara vecchia*.

FELIX. IADERA, apud Ligorium, attestante Spanhemio, pag. 727.

ΙΑΙΤΙΝΩΝ. Apud Parutam. Philisto, apud Stephanum: Ἰαιτία, πόλις Σικελίας . . . τὸ ἐθνικὸν, Ἰαιτῖνος. Nunc *Lito*.

ΙΑΣΕΩΝ. Nummus e Thesauro Goltzii, pag. 216. Est & Titi: in quo vox ΙΑΣΕΩΝ, in corona laurea est. Plinio, lib. v. sect. XXIX. *Oppidum Iasus*, in Caria: nunc *Askem*, & *Askem Kalesi*, ut narrant ii qui proxime hæc loca lustrarunt. Civis Stephano, Ἰασσεύς. Et nummus Gordiani Pii, in quo puer delphino insidet, habet ΙΑCCΕΩΝ. Plinius idem lib. IX. sect. VIII. *In urbe Lasso Hegesidemus scribit & alium puerum, Hermiam nomine, similiter maria perequitantem*, cui nempe delphinus præbebat ascensuro dorsum, *cum repentinæ procellæ fluctibus exanimatus esset, relatum: delphinumque causam leti fatentem, non reversum in maria, atque in sicco exspirasse.* Hoc ipsum narrat Plutarchus, lib. de solert. animal. pag. 984. Quibus ex locis fortassis sat commode Julii Pollucis locum emendabis, e lib. IX. cap. VI. in quo ait, Χῖοι Ὅμηρον τῷ νομίσματι ἐνεχάραξαν· Ἄσις δὲ παῖδα δελφῖνι ἐποχούμενον. *Chii Homerum monetæ suæ insculpserunt: Asii puerum delphino vectum.* An non enim Ἰασεῖς haud dubie pro Ἄσις longe verius legas?

ΙΑCΕΩΝ, in corona laurea. Domitiani nummus. Alius, apud D. FOUCAULT, M. Aurelii, cum effigie Palladis. Ibidem, L. Veri, cum Isidis icone.

ΙΑCΩ. Anguis emergens e puteo. Qui oppidi nomen ibi esse censent, egregie hallucinantur, cum sit id proprium Æsculapii filiæ, cujus Dei Deæque symbolum anguis in nummis est. Vide Plinium, lib. XXXV. sect. XL. num. XXXI. & quæ a nobis ibi dicuntur.

ΙΔΑΙΟΥ. ΔΙΟΣ.

ΑΥΤ. ΚΑΙΣ. ΔΟΜΕΤ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Δομετιανὸς Σεβαστός. ΔΙΟΣ ΙΔΑΙΟΥ. *Iovis Idæi*. In Museo nostro. Aquila alis expansis fulmini insistit. *Idæus mons*, in Creta, Plinio, lib. IV. sect. XX. Ibi genitum Jovem ferunt. Callimachus, hym. in Jovem:

> Ζεῦ, σὲ μὲν Ἰδαίοισιν ἐν οὔρεσί φασι γενέσθαι.
> *Juppiter, Idæis aiunt te in montibus ortum.*

ΙΔΑΛΕΩΝ. Nummi duo, e Græcia Vetere Goltzii, Tab. XXVII. Plinio, lib. v. sect. XXXV. *Idalium*. Stephano: Ἰδάλιον, πόλις Κύπρου . . . τὸ ἐθνικὸν, Ἰδαλιεύς. In eo nummo Veneris Idaliæ caput insculptum. Maro:

> *Est Amathus, est celsa mihi Paphos, atque Cythera,*
> *Idaliæque domus.*

Ex parte aversa gryphus Apollini sacer: Quod utrumque numen Præsidis vice & custodis urbs ea agnosceret. Sunt & in quibus stella Veneris, seu Luciferi, cum equo insculpta.

ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ *Phrygiæ*.

ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΓΕΡΟΥCΙΑ. *Senatus Hierapolitanus*. E Museo nostro. Sic in nummis aliis, ΒΟΥΛΗ ΑΠΑΜΕΩΝ. ΒΟΥΛΗ ΠΕCCΙΝΟΥΝΤΙΩΝ. Festus: *Gerusia, curia ab ætatis vocabulo dicta.* Hesychius: Γερουσία, πρεσβυτέριον, πλῆθος γερόντων. Varro, lib. IV. de ling. Lat. *Senaculum vocatum, ubi Senatus, aut ubi seniores consisterent, dictum ut γερουσία apud Græcos.* Plinio, lib. v. sect. XXIX. *Hierapolitæ*. Stephano: Ἱεράπολις, μεταξὺ Φρυγίας, καὶ Λυδίας . . . τὸ ἐθνικὸν, Ἱεραπολίτης. Apud Reinesium, ex Holstenii schedis: ΜΕΝΑΝΔΡΟC ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΗC ΠΡΟC ΜΑΙΑΝΔΡΟΝ ΠΟΤΑΜΟΝ. Vide Strabonem, lib. XII.

ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΧΡΥΣΟΡΟΑΣ. Chrysorrhoas amnis idem, qui Pactolus, teste Plinio, lib. v. sect. XXX. Hunc ab Hierapolitis Numinis vice habitum cultumque docet hic nummus, in quo cum ea epigraphe fluvii depicta effigies. Sic accipiendos esse nummos quoque istos, ΚΥΜΑΙΩΝ ΞΑΝΘΟΣ, ΤΗΜΝΕΙΤΩΝ ΕΡΜΟC, ΣΑΙΤΤΗΝΩΝ ΕΡΜΟΣ, ΝΙΚΑΙΕΩΝ ΣΑΓΑΡΙΣ, aliosque alibi monemus. Ne Hierapolitis Syriæ, & Chrysorrhoæ amni, qui Damascum rigat, hunc nummum adjudicem, multa deterrent.

ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ. Jupiter dextra gestans Aquilam, hastam læva: Ex parte aversa, caput Serapidis.

ΙΕΡΑΠΟΛΙΤΩΝ. ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗΣ. *Asclepiades* Prætor. Tiberii nummus, in quo Apollo stat. In alio ejusdem Tiberii, e Thesauro Regio: Μ. ΣΥΙΛΛΙΟΣ ΑΝΤΙΟΧΟΣ. ΙΕΡΑΠΟΛΙΤΩΝ, cum ejusdem Apollinis effigie.

ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ. Μ. ΣΥΙΛΛΙΟΣ. *Hierapolitarum, M. Suillius.* In parte aversa, templum, cum epigraphe, ΑΓΡΙΠΠΕΙΝΗ ΣΕΒΑΣΤΗ. Fuit Agrippina Claudii Augusti conjux: Suillius apud Claudium *præpotens, ejusque principis amicitia diu prospere, nunquam bene usus*, ita prodente Tacito, lib. IV. Annal. Provinciam Asiam quoque rexit, eodem Tacito teste, lib. XIII. Annal. sed Publii ei prænomen affingit, cum Marci fuisse verum nummus unus & alter asseveret.

ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ, cum effigie Dianæ Ephesiæ, in nummo Trajani, e Cimelio Regio, & apud Patinum, pag. 186. Sed & Tiberii nummos, & M. Aurelii, e Cimelio Regio, qui ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ inscribuntur, referri huc remur oportere. In nummo M. Aurelii effigies Amazonis est.

ΑΝΤΙΝΟΟΝ ΘΕΟΝ ΙΕΡΑΠΟΛΙC. Antinoi nummus, cum effigie Lunæ crescentis, & stellæ, sive Veneris. Est in Cimelio D. FOUCAULT.

ΙΕΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΚΕΡΕΤΑΠΕΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ. Commodi nummus, cum Herculis effigie. *Hierapolitarum & Ceretapensium concordia.*

ΙΕΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ Δ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ.

ΡΩΝ. Crispinæ Commodi nummus, apud Occonem, pag. 334.

ΙΕΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Severi nummus, cum Juliæ Domnæ vultu & nomine: ΙΟΥΛ. ΔΟΜΝΑ. CEB.

ΕΦΕCΙΩΝ. ΚΑΙ ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ. Commodi nummus. Vide ΕΦΕCΙΩΝ.

ΦΟΥΛ. ΠΛΑΥΤΙΛΛΑ CEB. *Fulvia Plautilla Augusta*, uxor Antonini Severi F. Ex parte altera, ΕΠ. CΤΡ.... ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ. ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ. Urbis Genius, & Imperator dextras jungunt, etsi aliter Tristanus sentit, tom. II. pag. 255.

ΙΕΡΟΠΟ. ΚΑCΤΑΒΑ. ΙΕΡΟC. *Hieropolitarum & Castabalensium sacrum* certamen: ἀγὼν enim subintelligitur, in nummis Diadumeniani, & Elagabali.

ΙΕΡΟΠΟΛΙΤΩΝ. Cybele, in nummo Severi Alexandri.

ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΚΑΙ CΜΥΡΝΑΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. Philippi F. & Otaciliæ Severæ apud Occonem, pag. 446. & in Cimelio Regio. Et alibi, Furiæ Sabiniæ Tranquillinæ, Gordiani Pii conjugis: denique Philippi filii, in Cimelio D. Foucault.

Μ. ΩΤ. CΕΥΗΡΑ. *Marcia Otacilia Severa*, Philippi Imp. conjux. Ex parte aversa, ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ. Stat Apollo Citharœdus, ante laurum arborem. Damascius, apud Photium in Bibl. cod. CCXLII. pag. 1054. Ὅτι ἐν Ἱεραπόλει τῆς Φρυγίας ἱερὸν ἦν Ἀπόλλωνος, ὑπὸ δὲ τὸν ναὸν καταβάσιον ὑπέκειτο θανασίμους ἀναπνοὰς παρεχόμενον. *Hierapoli in Phrygia templum erat Apollinis: subtus spiraculum erat letiferi spiritus.* Vetus inscriptio reperta Hierapoli, allata a Sponio, in Itin. Athen. pag. 150.

ΑΠΟΛΛΩΝΙ ΑΡΧΗΓΗΤΗι.

Nec Apollinis tamen modo, sed & Matris Deum numen olim ab Hierapolitis in honore habitum. Testis Plinius, lib. II. sect. XCV. *Simili modo Hierapoli in Asia* spiraculum, *Matris tantum Magnæ sacerdoti innoxium.* Vide & Strabonem, aliosque, quos ibi appellavimus.

ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ. CΜΥΡΝΑΙΩΝ. Vide ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ.

ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ. Isidis typus. Ex parte altera, Serapis. Apud Tristanum, tom. II. pag. 338.

ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ. Hygia, cum angue & Telesphoro, ut supra. Ex parte altera, caput radiatum, Solis: epigraphe, ΛΑΙΡΒΗΝΟC: quæ vox vernacula Hierapolitarum Phrygiæ lingua Solem significat. Id enim veri multo similius est, quam quod Tristanus affert, in Elagabalo: *Adir* idem esse atque *Adad*, quæ vox Syris Solem sonat: & Βῆλος, pro Βηλὸς dici: Adiabenen item, quæ Assyria est, quasi Adirbenen esse appellatam: quæ somnia sunt otio abutentium. At peculiarem atque vernaculum Hierapolitarum sermonem fuisse aliquem, præter Græcum, tam certum est, quam quod certissimum: nec Hierapolitarum modo, sed & plurimarum in minore Asia gentium. Auctor est Hieronymus, in proœmio lib. 2. Comm. in Epist. ad Galatas, non lingua tantum Græca, sed & peculiari altera usos, quæ esset Trevirorum æmula. Strabo, lib. XIV. pag. 662. Carum fuisse linguam peculiarem scribit, cui Græca vocabula multa essent admixta. Idem, pag. 678. ex Ephoro docet, e sedecim gentibus quæ tractum eum incoluere, tres Græcanicas, reliquas fuisse barbaras: hoc est, barbaro, suo, ac vernaculo, non Græco sermone usos. Quod & Plinius verbis conceptis habet, lib. VI. sect. II. ubi de peninsula Asia: *Quo in omni tractu proditur tres tantum gentes Græcas jure dici: Doricam, Jonicam, Æolicam: ceteras barbarorum esse.* Et animadversum a Plinio est, lib. VII. sect. XXIV. *Mithridaten duarum & viginti gentium regem, totidem linguis jura dixisse, pro concione singulas sine interprete affatum.* Atqui & subjectæ ei gentes eæ fuere, & omnes Asiæ minoris finibus comprehensæ, quam nunc Anatoliam vocant. Denique, id quod rem omnino conficit, in Actis Apostolorum, cap. II. Sacer scriptor Cappadociam, Pontum, Asiam, Phrygiam, in qua Hierapolis fuit, Pamphyliamque, tamquam diversarum linguarum regiones inducit.

ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ ΙΕΡΑ CΥΝΚΛΗΤΟC. *Sacer Senatus*, Romanus videlicet, cui Asiæ fere civitates nummo cuso cum ea *sacri Senatus* appellatione assentantur. Nummus apud Patinum geminus, pag. 5. Alter Deam exhibet, cum Cornucopiæ duplici, & papaveribus: quæ agri uberis argumenta: in quo *vescum papaver*, & *Cereale papaver*, ut Maro cecinit, seri possit. Alter Hygiam, sive Salutem, cum Æsculapii angue, & Telesphoro exhibet, additaque in epigraphe vox ΝΕΩΚΟΡΩΝ, qua sacra se facere pro salute totius Senatus Hierapolitæ testantur.

ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ *Syriæ*.

ΘΕΑC CΥΡΙΑC. ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ. Trajani, M. Aurelii, L. Veri, Antonini Severi F. & Philippi patris, e Museo nostro, nummi. Dea Syria, vel Cybele, vel Venus Astarte est. Plinio, lib. V. sect. XIX. *Bambyce, quæ alio nomine Hierapolis vocatur*, &c. Sunt & Antonini Elagabali, Juliæ Mamææ, & Philippi utriusque.

ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ ΕΝ. ΤΩ. ΛΙΒΑΝΩ. Antonini Pii, apud Patinum, pag. 228. & in Indice, pag. 13. sed ΗΛΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ potius esse suspicamur. Stat in eo nummo Imperator, cum labaro.

ΘΕΑC CΥΡΙΑC. ΙΕΡΟΠ. E Museo nostro, nummus Antonini Pii. Nummus ejusdem Principis, e Cimelio D. Begon, habet in corona laurea, ΘΕΑC CΥΡΙΑC. ΙΕΡΟΠΟ. Δ. Anno Antonini *quarto*. In nummo Severi Alexandri, e Gaza Regia, ΘΕΑC CΥΡΙΑC ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ. Dea Cybele sedet: in altero simili, insidet leoni. Hæc Dea Syriæ est, ΘΕΑ ΣΥΡΙΑΣ.

ΘΕΑC CΥΡΙΑC. ΙΕΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, in corona. Caracallæ apud eumdem, pag. 302.

ΙΕΡΑΠΥΤΝΙΩΝ. ΕΠΙ ΦΛΑΟΥΙΟΥ. *Hierapytniorum, sub Flavio.* Est hujus Flavii mentio in vetusta inscriptione apud Gruterum, pag. MXCIIII. 7. in ipsis Hierapytnæ civitatis ruderibus reperta.

Λ. ΦΛΑΟΥΙΟΝ.
CΟΛΠΙΚΙΑΝΟΝ
ΥΙΟΝ. ΦΛΑΥΙΟΥ
ΔΩΡΙΩΝΟC....

L. Flavium Sulpicianum, Flavii Dorionis Filium. Est hic Caji Caligulæ nummus. In altero legitur, ΕΠΙ ΑΥΓΟΥΡ. ἐπὶ Αὐγουρίνου, *sub Augurino.* Plinio, lib. IV. sect. XX. *Hierapytna, Gortyna.* Stephano Ἱερὰ Πύτνα, πόλις Κρήτης..... τὸ ἐθνικὸν, Ἱεραπύτνιος. Hodie *Giera Petra.* Fuisse in ea civitate Palladis & Æsculapii fana, vetus inscriptio docet, apud Gruterum, pag. DV.

ΙΕΡΑΠΥΤ. in aliis quos vidimus. Et apud Patinum in Thesauro numismatum, pag. 22. ΙΕΡΑΠΥΤΝΙ. cum aquila Jovis armigera, quem natum in ea insula fabulæ ferunt: & palma, cujus Creta ferax, teste Plinio, lib. XIII. sect. IX. ubi de palmis: *Copiosæ in Creta*, &c. Caput deinde turritum aream nummi anticam obtinet, qui Urbis Genius est. Adjecta in aliis Prætorum nomina, ut ΔΑΜΑΓΟΡΑΣ, ΜΝΕΣΘΕΥΣ, ΙΜΕΡΑΙΟΣ, quod postremum urbis Siculæ no-

nomen esse Paruta falso credidit, ac pro ΙΕΡΑΠΥΤΝΙΩΝ, errore altero legit ΙΕΡΑΠΙΤΥΣ, sacramque pinum interpretatus est: quam ejus viri hallucinationem vidit ante nos Spanhemius, lib. de usu numism. pag. 307.

ΙΕΡΟΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. ΠΕΡΣΙΚΗ. *Hierocæsariensium Persica.* Caput femineum, cum pharetra retro apposita. Diana scilicet, de qua Tacitus, lib. III. Annal. cujus locum attulimus in nummis ΕΦΕΣΙΩΝ. Persica vero vocatur, non quod a Persis agnita, vel allata: sed quod in ea Lydiæ parte colebatur, cujus incolæ Persici cognominabantur. Auctor Pausanias, lib. v. sive Eliac. prior. pag. 176. sub finem: Ἔστι δὲ Λυδοῖς ἐπίκλησιν Περσικοῖς ἱερὰ, ἔν τε Ἱεροκαισαρείᾳ καλουμένῃ πόλει, καὶ ἐν Ὑπαίποις. Nummus hic est Cimelii Regii; materies & forma ævum Trajani refert. Plinio, lib. v. sect. XXXI. *Cæsarienses*, ut ibi diximus in Notis. Ptolemæo, lib. v. cap. II. Ἱεροκαισάρεια in Lydia, juxta Thyatiram, hoc est, in Lydiæ Ioniæque confinio. In Notitia Eccles. pag. 45. inter Antistites Provinciæ Lydiæ, ὁ Ἱεροκαισαρείας. Viderint tamen eruditi, annon multo verius ΠΕΡΣΙΚΗ nomen Amazonis sit, quæ urbis Hierocæsareæ conditrix æque fuerit, ac Smyrna Amazon civitatis Smyrnæ sibi cognominis; & altera Ephesi; & aliæ aliarum, teste Plinio. Pharetratam simili plane modo Amazonem in nummo ΚΥΜΑΙΩΝ agnoscit quoque P. Petitus, libro de Amazon. pag. 262.

ΙΕΡΟΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. ΙΕΡΑ ΣΥΝΚΛΗΤΟΣ. ΕΠΙ ΣΤΡ. ΑΥΡ. ΣΤΡΑΤΟΝΕΙΚΟΥ. Ἐπὶ Στρατηγοῦ Αὐρηλίου Στρατονίκου. *Hierocæsariensium. Sacer Romanorum Senatus. Sub Prætore Aurelio Stratonico.*

ΙΕΡΟΚΑΙΣΑΡ. ΚΟΜΑΝΕΩΝ. Severi nummus, e Cimelio Regio, quo Hierocæsariensium æra, & eorumdem cum Comanis consensio declaratur. ΕΤ. ΒΟΡ. ἔτους Βοβ'. hoc est, *anno* CLXXII. qui V. C. CMLII. Severi primus: ducto æræ initio ab autumno anni V. C. DCCLXXV. sive Christi XXII. quo aliæ post priores Asiæ civitates sunt restitutæ: unde eo anno cusus hic nummus in honorem Tiberii est: TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXIIII. SC. CIVITATIBVS ASIAE RESTITVTIS.

IERVSALEM. Vide ÆLIA CAP.

ΙΗΤΩΝ. E Cimelio Regio, cum effigie Palladis, & palma: in superficie nummi altera, Jovis caput. Spectat hic ad eam e Sporadibus insulis, quæ Ios dicebatur, *Homeri sepulcro veneranda*, ut ait Plinius, lib. IV. sect. XXIII. & Scylax, pag. 21. Ἴος, ἐν ταύτῃ Ὅμηρος τέθαπται, & Strabo, lib. x. pag. 484. Stephanus Cycladibus hanc accenset: Ἴος, inquit, νῆσος τῶν Κυκλάδων..... Ὁ πολίτης, Ἰήτης, καὶ Ἰήτης. Nunc *Nio* dicitur, conflata voce una e duabus, ἐν Ἴῳ. De ea Gellius, lib. III. cap. XI. *De patria quoque Homeri multo maxime dissensum est. Alii Colophonium, alii Smyrnæum, sunt qui Atheniensem, sunt qui Ægyptium dicant fuisse. Aristoteles tradit ex insula Io natum. M. Varro, in libro de Imaginibus primo, Homeri imagini hoc epigramma apposuit:*

Capella Homeri candida hæc tumulum indicat,
Quod hac Ietæ mortuo faciunt sacra.

Candida, inquit, capella sacrum Homero fecere: nempe, ut Apollinari viro: nam Apollini solere capros albos sacrificari, etiam Livius indicat, lib. XXV. Addit Gellius deinde distichon, quo urbes eæ appellantur, quæ de Homeri natalibus inter se contendunt:

Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσι περὶ ῥίζαν Ὁμήρου,
Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφὼν, Σαλαμὶν, Ἴος, Ἄργος, Ἀθῆναι.

Præfert hic nummus palmam, ut diximus, quod palmifera insula ea sit, unde & alterum ei nomen olim, teste Plinio, loc. cit. *Ios a Naxo*, XXIV. *mill. pass. Homeri sepulcro veneranda, longitudinis* XXV. *mill. ante Phœnice appellata.* Quod & Stephanus adnotavit: Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Φοινίκη ἡ Ἴος.

ΙΚΑΡΙΩΝ. In Goltzianis Veteris Græciæ nummis, Tab. XVII. Plinio, lib. IV. sect. XXIII. *Icaros, ... ante vocata Doliche*, nempe a longitudine. In Sporadibus insulis. Straboni, & Ptolemæo, Ἰκαρία: unde nunc *Nicaria* dicitur, facticia voce unica e duabus, ἐν Ἰκαρίᾳ. Exhibet hic nummus Dianam cum velo, tauro vectam, eandemque Tauropoliam appellatam. Strabo, lib. XIV. pag. 639. ubi de Icaria insula: Ἔστι δὲ καὶ Ἀρτέμιδος ἱερὸν καλούμενον Ταυροπόλιον ἐν τῇ νήσῳ. *Est & Dianæ fanum in insula, Tauropolium dictum.* Causa appellationis, quod Iphigenia Dianæ commiseratione, in taurum conversa est, ut Nicander scribit: nam alii in cervam, vel ursam, malunt. Sive quod ea regio taurorum armentis abundat, quibus Dea præsit. Nam & in Deliorum nummis Diana curru tauris juncto vehitur. Et Luna quidem, quæ ipsa omnino Diana est, a Prudentio dicitur, contra Symmachum,

Nunc bijugas frenare boves, &c.

Ab Ausonio, ad Paulinum:

Jam succedentes quatiebat Luna juvencas.

Ex alia ejus nummi parte Diana rursum insculpta, venatricis habitu, cum arcu & cane. Fuit ei insulæ nomen olim alterum Doliche, uti ex Plinio vidimus: ex quo Callimachi versum intelliges, ab interprete novissime prætermissum: quo Dianæ caram esse ex insulis Dolichen, ex urbibus Pergam fuisse, vates ait, vers. 187.

Νήσων μὲν Δολίχη, πολίων δέ τοι εὔαδε Πέργη.

ILERCAVON. Augusti, ac Tiberii nummi. Plinio, lib. III. sect. IV. *Regio Ilergaonum.* Vide DERTOSA.

ILERDA.

MVN. ILERDA. Augusti nummus apud Patin. pag. 35. nunc Gazæ Regiæ. Lupi signatur effigie, quod insigne ejus urbis fuisse videtur Antonio Augustino. Plinio, lib. III. sect. IV. *Ilerdenses*, Cæsaraugustani conventus, in Hispania. Hodie *Lerida.*

ILIPA.

ILIPENSE. Nummus Augusti, apud Occonem, pag. 42. qui legi ΦILIPENSE censuit oportere: quare Antiquarii nummum eum ad Philippos Macedoniæ oppidum conspirante consensu retulerunt: falso errore. Ilipam enim Bæticæ civitatem hic nummus indicat, de qua Plinius, lib. III. sect. III. *Oppida Hispalensis conventus .... Ilipa cognomine Ilia: Italica*, &c. quem locum nos primi sanavimus, cum prius perperam legeretur, *Ilipa cognomine Italica*, interpolatore Frobenio, qui ita scribendi ceteris deinde auctor fuit. Atqui in MSS. Regiis, Colbertinis, Parisiensi nostro, aliisque, *Ilipa cognomine Ilia Italica*, conspicue vidimus: In editione Parmensi, anni MCCCCLXXVI. *Ilipa cognomine Ila Italica:* quæ haud obscura præferunt vestigia genuinæ lectionis. Et Straboni certe, lib. III. pag. 141. Ἰτάλικα καὶ Ἴλιπα, Ptolemæo quoque, Ἄιλιπα μεγάλη, quæ Ilipa, & Ἰτάλικα, civitates sunt duæ dispares. Quodque majoris momenti est, fuit *Ila*, sive *Ilia*, genuinum Ilipæ cognomen. Nam apud Gruterum, pag. CCCLI. IMMVNES ILIENSES ILIPONENSES legimus: Et Coloniam Hispaniæ Iliam in nummis exstare, ex Ligorii Collectaneis Spanhemius asseverat, lib. de usu numism. pag. 766. unde nosse Reinesius potuit, qui Ilienses Iliponenses forent, quod scire se negat, epist. XXIII. Alias idem oppidum apud eundem Gruterum occurrit,

pag. CCXLVI. 7. MVNICIPIVM. INLIPENSE. Rursumque pag. MCXXVI. 3. VALERIA. DOMITIA. CLODIANA. ILIPENSIS. EX. PROVINCIA. BAETICA. Nunc est *Peñaflor*, ad Bætim, Cordubam inter Hispalimque.

ILIVM.

ΙΛΙΟΝ. ΡΩΜΗ. Stant ambæ civitates in nummo Antonini Severi F. e Cimelio Reginæ Christinæ.

ΘΕΑ ΡΩΜΗ ΙΕΡΑ ΣΥΝΚΛΗΤΟΣ ΙΛΙ. Ἰλιέων. *Dea Roma, sacer Senatus. Iliensium.* Caligulæ nummus, e Cimelio Regio, & apud Patinum, pag. 95. In antica nummi facie legitur: ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ. ΘΕΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ. ΣΕΒΑΣΤΟΙ. *Caius Cæsar*, Germanici F. & *Divus Imperator*, hoc est, Cæsar Augustus, *Augusti*. Tacitus, lib. IV. Annal. *Ilienses cum parentem urbis Romæ Trojam referrent, antiquitatis gloria pollebant.*

ΘΕΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ. *Divus Imperator.* Caput Augusti radiatum. ΤΙ. ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ. ΙΛΙ. Ἰλιέων. Nummus Claudii, in Cimelio Sereniss. Ducis Cenoman. capite Claudii nudo, ob reverentiam Divi Augusti.

ΙΛΙΕΩΝ. ΔΟC. Juliæ Domnæ nummus, e Cimelio Regio, cum anno CCLXXIV. qui annus est V.C. DCCCCLIX. Severi, & Juliæ Domnæ XIV. ducto æræ initio ab anno V.C. DCLXXXVI.

ΙΛΙΕΩΝ. ΕΚΤΩΡ. Hector in bigis. Nummus M. Aurelii, e Cimelio Regio. In quadrigis exhibent alii Commodi, & Antonini Severi F. nummi. In bigis, Severi: & e Cimelio Regio, Gordiani Pii.

ΙΛΙΕΩΝ. Pallas armata, dextra hastam, læva victoriolam gerit. Juliæ Domnæ nummus, apud Patinum, pag. 290. & in Cimelio Regio.

ΙΛΙΕΩΝ. CΚΑΜΑΝΔΡΟC. Neronis & Britannici nummus, in Cimelio D. FOUCAULT, cum fluvii decumbentis effigie: ΝΕΡΩΝ. ΒΡΕΤΑΝ. ΚΑΙΣ. *Nero & Britannicus, Cæsares.* Item Getæ nummus quem vidimus. Plinius, lib. V. sect. XXXIII. *Scamander, amnis navigabilis .... Ilium immune.* Mela eleganter, lib. I. cap. XVIII. *Huc ab Idæo monte demissus Scamander exit, & Simoïs: fama, quam natura, majora flumina.* Stephano: Ἴλιον .... τὸ ἐθνικὸν, Ἰλιεύς.

ΙΑ. Ἰλιέων. Ex parte aversa, ΕΚ. Ἕκτωρ, cum ejusdem effigie. E Museo nostro.

ILLIBERIS. Vide COEL. & COIL. & epistolam de nummis Tetrici Aug. non unam, ab amico nuper editam Lucemburgi.

ILLICI.

C. I. I. A. *Colonia Immunis Illice Augusta.* Tiberii nummus apud Patinum, pag. 72. & apud Occonem, pag. 87. Plinius, lib. III. sect. IV. *Colonia immunis Illici, unde Illicitanus sinus.* Nunc *Elche*, in Valentino Hispaniæ regno: non *Alicante*, ut fusius in Notis ad Plinium diximus. Duumviri in eo nummo adduntur isti: Q. PAPIRIO CAR. Q. TER. MONT. IIVIR. Q. *Quinto Papirio Carbone, Quinto Terentio Montano Duumviris Quinquennalibus.* Sunt & alii in aliis Duumviri.

C. V. IL. *Colonia Victrix Illice*, apud Anton. August. Dialogo 7. pag. 115. Meminit hujus coloniæ Paulus IC. Dig. de Censibus.

ΙΟΠΗΤΩΝ. Titi nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 217. Plinio, lib. V. sect. XIV. *Ioppe Phœnicum*, &c. hoc est, a Phœnicibus condita. Stephano, Ἰόπη, πόλις Φοινίκης· τὸ ἐθνικὸν, Ἰοπήτης. Nunc *Jaffa*, in Palæstina.

ΙΟΥΛΙΕΩΝ. M. Aurelii, & Valeriani numismata, quæ Tristanus tom. III. pag. 13. ad Julida Ceæ insulæ oppidum refert, de quo actum a nobis est, lib. IV. sect. XX. Nos ad *Julienses* Phrygiæ, de quibus Plinius, lib. V. sect. XXIX. In nummo M. Aurelii stat Deus Lunus. Sunt & Faustinæ, & Corneliæ Superæ.

ΟΥΟΛΟCΕΝΝΑ ΑΝΘΥΠΑΤΩ. ΙΟΥΛΙΕΩΝ. ΑΝΚΥΡΑΝΩΝ. *Volosennæ Proconsuli, Juliensium, Ancyranorumque* cives, communi scilicet utriusque civitatis, seu regionis Præsidi, Proconsulive Phrygiæ: subintellige ἀνέθηκαν, *posuere.* Poppææ Neronis nummus hic est, e Cimelio Regio. Cave reddas, cum viro alias erudito, *Volosenna Proconsule.* Præfixum huic inscriptioni Ephori nomen: ΤΙ. ΒΑΣΣΙΛΑΟΥ ΕΦ. ΑΙΤΗΣΑΜΕΝΟΥ. *Tiberio Bassilao Ephoro postulante.*

ΑΔΡΙΑΝΩΝ. ΙΟΥΛΙΕΩΝ. Nummus Antinoi, cognomen alterum ab Hadriano impositum ei urbi significat.

ΙΟΥΛΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Antonini Severi F. nummus, apud Tristanum, tom. II. pag. 232. nunc Cimelii Regii: in quo Dei Luni effigies. Sunt & Juliæ Domnæ, cum Hygiæ icone: & Severi Alexandri, in Cimelio Regio, cum Dei Luni, ut dictum est, icone. Plinio, lib. V. sect. XL. *Juliopolis.* Et sect. XLIII. *Juliopolitæ*, in Bithynia. Ptolemæo, lib. V. cap. I. Ἰουλιόπολις. Allui muros oppidi illius amne, scribit Procopius lib. V. de ædif. cap. IV.

ΙΟΥΛΙΟΠΟΛΙC. E Gaza Regia. Caput Genii civitatis velatum. Μ. ΑΥ. ΚΟ. ΗΡΑΚΛ. Μάρκος Αὐρήλιος Κόμοδος Ἡρακλῆς. Capite laureato.

ΙΟΥΛΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Caput Dei Luni. Α. Κ. Λ. ΑΙ. ΑΥΡ. ΚΟΜ. ΗΡΑΚΛ. ΓΕΡΜ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Λύκιος Αἴλιος Αὐρήλιος Κόμοδος Ἡρακλῆς, Γερμανικός. Et in nummis quoque Latinis Commodus Herculis sibi nomen adscivit: HERCVLI ROMANO AVG. Clava in corona. L. AEL. AVREL. COMM. P. F. AVG. Commodi caput cum leonina pelle. E Cimelio Regio. Vide ROMA.

ΙΟΥΛΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Deus Lunus equo insidet. Ex eadem Gaza, Commodi pariter Principis. Sunt & Severi Alexandri, in Cimelio Regio, & Julii Maximini, & Maximi Cæsaris.

CΚΟΠΑC. ΙΟΥΛΙΟΠΟΛЄΙΤΩΝ. *Scopas, amnis Juliopolitarum.* Fluvii decumbentis effigies, in nummo Getæ. *Scopius* est apud Plinium, libro V. sect. XLIII. ubi & *Juliopolitæ.*

ΙΟΥΛΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Gordiani junioris nummus, ex ære minimus, in quo militaria signa insculpta.

ΙΠΠΩΝΙΕΩΝ. Nummus e Magna Græcia Goltzii, tab. XXV. in quo Proserpina, cum Cornu copiæ & caduceo. Huc nempe venisse ex Sicilia Proserpinam florum legendorum gratia, veteres existimavere, teste Strabone, lib. VI. pag. 256. Plinio, lib. III. sect. X. *Hippo, quod nunc Vibonem Valentiam vocant.* Stephano: Ἱππώνιον, πόλις Βρεττίων ... ἣ μετωνομάσθη ὑπὸ Ῥωμαίων Οὐίβων καὶ Οὐαλεντία. Τὸ ἐθνικὸν, Ἱππωνιάτης, καὶ Ἱππωνιεύς. Nunc *Bivona* in Calabria ulteriore. Vide VALENTIA *Calabriæ.*

IRIPPO. Caput Augusti. In aversa parte Genius civitatis sedet, cum cornucopiæ. Est in Cimelio D. FOUCAULT. Urbs esse Bæticæ videtur: nam in Gaditano conventu memorantur a Plinio, lib. III. sect. III. *Belippo, Lacippo, Basippo.*

ISAVRORVM *Metropolis.* Vide SELEVCIA *Ciliciæ.*

ICΜΕΝΕΙΩΝ. Commodi nummus. Bœotiæ vicus est Stephano Ἰσμηνή, κώμη Βοιωτίας: ὁ κωμήτης Ἰσμήνιος, καὶ Ἰσμηναῖος, καὶ Ἰσμηνεὺς, καὶ Ἰσμηνίτης. Ab Ismeno amne, de quo Plinius, lib.

IV.

IV. sect. XII. *Amnis Ismenus.* Hinc Ἀπόλλων Ἰσμήνιος apud Pausaniam in Corinth. pag. 53.

ΗΙΣΜΕΝ. Apud Goltzium, in Græcia, tab. XVII. cum clypeo, Bœotiæ Thebarumque: & cantharo, Liberi patris insigni. Est enim cantharus Baccho sacer: ut Herculi scyphus. Plinius, lib. XXXIII. sect. LIII. *C. Marius post victoriam Cimbricam, cantharis potasse Liberi patris exemplo traditur, ille arator Arpinas, & manipularis Imperator.*

ΙΣΤΙΑΙΕΩΝ. Nummus Græciæ Veteris e Museo nostro: in quo mulier navi insidet, expanso velo: a quo nempe ei civitati nomen: ἱστίον enim Græcis *velum navis* sonat. Plinio, lib. IV. sect. XXI. *Oreos.* Eadem enim Histiæa quondam, quæ subsequente ævo, Ὠρεὸς dicta est, teste Strabone, lib. X. pag. 445. Stephano: Ἱστίαια, πόλις Εὐβοίας . . . ὁ πολίτης, Ἱστιαιεύς, & Ἱστιαῖος. Sunt & similes apud Goltzium nummi, in insulis Græciæ, tab. XII. Sunt & in quibus bos insculptus: quo de symbolo, vide nummos ΚΑΡΥΣΤΙΩΝ.

ΙΣΤΡΙΗΩΝ. In nummis Goltzii, Tab. XXVIII. Plinio, lib. IX. sect. XVIII. in Thracia, *Istropolis.* Stephano: Ἴστρος, πόλις ἐν τῷ Πόντῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Ἴστριος, καὶ Ἰστριεύς. Unde Ἰστριήων Ionice, pro Ἰστριέων, ut βασιλήων, pro βασιλέων. Conditum a Milesiis auctor est Strabo, lib. VII. pag. 319. & Plinius, loc. cit.

ICTPIHNΩN. Ita hoc nomen scribitur in nummis Antonini Severi F. & Severi Alexandri.

ITALICA. Apud Patin. pag. 35. nunc in Gaza Regia, Augusti nummus.

MVN. ITAL. vel ITALIC. PERMIS. DIVI AVG. *Municipium Italicense, Permissu Divi Augusti.* Tiberii, & Germanici nummi: apud Patinum ille, pag. 67. iste, pag. 84. uterque nunc ejusdem Cimelii. Plinio, lib. III. sect. III. *Italica*, in Bætica. Omnium scriptorum consensu, hodie est *Sevilla la veja*, Hispali proxima, Silii vatis, Trajani Imp. & Theodosii M. natalibus clara. Gruteri inscriptio, pag. CCCLXXXV. COLONIA. ITALICENSIS. IN. PROV. BAETICA.

MVNICIP. ITALIC. PERM. AVGVSTI. Caput Salutis Augustæ. Parte altera, ... AVGVSTA. Forte, IVLIA *Augusta*, ut in alio simili nummo. Sedet effigies Pietatis. Est & similis Drusi Tiberii F. nomine: DRVSVS CAESAR TI. AVG. F. MVNIC. ITAL. PER. AVG, *Permissu Augusti.*

ITALICA. BILBILIS. Vide BILBILIS.

ITANIΩN. Goltzii nummus in Thesauro, pag. 217. Stephanus: Ἰτανὸς, πόλις ἐν Κρήτῃ· οἱ πολῖται, Ἰτάνιοι.

IVDÆA.

FISCI IVDAICI CALVMNIA SVBLATA. Nervæ, e Cimelio Regio. Fisci Judaïci sub Domitiano acerbissime exacti, meminit Tranquillus. A Tito fuerat is imperatus, ut auctor est Xiphilinus in Vespas. Relaxatum a Nerva nummus hic docet. Et Aurel. Victor, in Nerva: *Quidquid pœnæ nomine tributis accesserat, sustulit.* Pendebant didrachma Jovi Capitolino, qui patrios Judæorum ritus tuerentur. Vide Baronium, tom. I. Annal. Et Fiscum pariter Alexandrinum in vetusta Inscriptione legimus, apud Gruterum, pag. DXCI. a Vespasiano scilicet inductum, ut Xiphilinus prodidit. Est & PROC. FISCI ASIAT. pag. DLXXV.

IVDAEA CAPTA. Vespasiani, ac Titi, e Cimelio Regio. Egregia apud Gruterum inscriptio, si genuina, pag. CCXLIV. 6.

IMP. TITO. CAESARI. DIVI. VESPASIANI. F. VESPASIANO. AVG. PONTIFICI. MAXIMO. TRIB. POT. X. IMP. XVII. COS. VIII. P. P. PRINCIPI. SVO. S. P. Q. R.
QVOD. PRAECEPTIS. PATRIS. CONSILIISQVE. ET. AVSPICIIS. GENTEM. IVDAEORVM. DOMVIT. ET. VRBEM. HIEROSOLYMAM. OMNIBVS. ANTE. SE. DVCIBVS. REGIBVS. GENTIBVSQVE. AVT. FRVSTRA. PETITAM. AVT. OMNINO. INTENTATAM. DELEVIT.

IVDAEA DEVICTA. Vespasiani, apud Patinum, in Sueton. pag. 391.

DE IVDAEIS. Vespasiani, ex eodem Cimelio, & apud Patinum in Thesauro, pag. 58.

IVD. CAP. Titi, apud Patinum, pag. 147.

ΙΟΥΔΑΙΑΣ ΕΑΛΩΚΥΙΑΣ. Titi, e Cimelio Regio, & Museo nostro. *Judæa capta.* In antica parte, ΤΙΤΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤΟΚΡΑ. *Titus Cæsar Imperator*, priusquam nimirum esset Augustus. Similis alter Augusti, apud Occonem, pag. 52. sed fictus & adulterinus.

De Bello Judaico, sub Hadriano.

Nummus Hadriani Aug. ab Occone relatus, pag. 234. IVDAICA EXPEDITIO, admonet, ut hoc loco de bello Judaïco sub Hadriano pauca dicamus. Quem fabulæ istius auctorem vetustissimum proferunt, Dio est: qui rebellasse Judæos, ob Æliam coloniam deductam, & multo post Hadriani discessum e Syria refert: Eusebius contra & Nicephorus, post Judaicum bellum finitum deductam fuisse eo coloniam prodiderunt. Belli Judaici ab Hadriano suscepti non meminit auctor Chronici Hieronymiani, nisi anno primo ipsius Hadriani, vel secundo fortassis. Leve admodum bellum istud fuisse Spartianus significat in Hadriano, pag. 7. *Moverunt ea tempestate & Judæi bellum*, inquit ille, scriptor mendax & spurcus, *quod vetabantur mutilare genitalia.* Et pag. 10. *EXPEDITIONES sub eo* (sub Hadriano) *GRAVES NVLLÆ fuerunt: BELLA etiam SILENTIO PÆNE transacta.* Atrox & diuturnum bellum istud fuisse alii e contra narrant cum Dione; Hierosolymaque eo bello diruta, cum Eusebio & Hieronymo: quos propterea nugari Scaliger ausus est dicere; Valesius & P. Pagi moderatiores, hallucinari tantum dicunt. Qui temporibus nostris ex monumentis quibuslibet ante suam ætatem scriptis, nullo adhibito examine historias consarcinant, unum alii bellum plurium annorum, geminum alii comminiscuntur. Nummi autem antiqui admonent, fidem esse prorsus huic fabulæ derogandam.

Nam advenisse quidem in Judæam Hadrianum Aug. dum orbis Romani plerasque provincias perlustraret, nummi testantur inscripti, ADVENTVI AVG. IVDAEAE. HADRIANVS AVG. COS. III. P. P. capite nudo. Sed adventus ille pacificus fuit, ut ejusdem Augusti adventus in reliquas provincias. Id quod & caput nudum Augusti docet, & solus AVGVSTI titulus. Neque enim ut IMP. lustrabat obibatque provincias, sed ut AVG. tantum: hoc est, ut Reipublicæ constituendæ, & rebus civilibus componendis, in singulis provinciis orbis Romani, designatus a Senatu: cujus vice ubique & leges constitueret, & venerandus ipse esset, σεβαστός. Unde in nummis ipsius omnibus, qui sunt inscripti, ADVENTVI AVG. ASIAE, BITHYNIAE, SICILIAE, & ceteris qui plurimi sunt, tantum HADRIANVS AVG. COS.

 in-

inscribitur, non IMP. Adde quod togatus ibi adstat idem ante aram, cum Judæa sacrificante; qui etiam habitus pacificum adventum designat. Et quod Judæa cum Augusto sacrificat, tunc illam ab ethnicis fuisse occupatam, manifeste docet: neque enim aut Hadrianus Judaico ritu, aut Judæi gentili more cum Hadriano sacrificarent. Sed non Judæam modo, verum etiam Hierosolymorum civitatem a Domitiano restitutam, Capitoliademque jam tum appellatam, a Græcis occupatam fuisse, testantur nummi Græci ΚΑΠΙΤΩΛΙΕΩΝ, ΔΙΟΠΟΛΙC, & ΡΑΒΒΑΘΑΜΗΝΩΝ; de quibus egimus in Chronologia Veteris Testamenti, cum illo præclaro Domitiani nummo, CAPIT. REST. hoc est, *Capitolias Restituta*. Non erat autem profecto causæ quidquam, cur Judæa, tota tunc Græca, rebellaret; nec potest non fabulosa censeri narratio, quæ Judæorum ita defectionem narrat, perinde quasi tunc Hierosolymorum, vel aliarum Judææ urbium Judæi potirentur.

In nummo altero, apud Erizzo, pag. 252. qui IVDAEA inscribitur, Hadrianus pariter togatus adstat, atque adeo animo pacifico: neque enim arma togæ conveniunt: & porrigit ille manum Judææ supplici: nullo ibi defectionis symbolo. Adventum autem Hadriani in Judæam unicum fuisse nummi clamant; anno (ut videtur) XIII. imperii, qui est Christi 129.

Præterea, si quam insignem adeo vel expeditionem suscepisset, vel victoriam Hadrianus reportasset, diceretur profecto in nummis aliquando IMP. II. quemadmodum Trajanus IMP. VI. & Antoninus Pius IMP. II. At in nummis Hadriani Aug. qui sunt innumeri, tamque triti fere & obvii, quam sunt silices in plateis, ne semel quidem occurrit IMP. II. Unde efficitur, saltem ex quo ille Augustus fuit, nulli eum expeditioni justæ præfuisse, ob quam *Imperator iterum* dici mereretur. An vero alia de causa in nummis ipsius TRANQVILLITAS AVG. commendatur, quam quoniam toto orbe Romano tranquillitas & pax summa sub ipsius principatu fuit?

At in Inscriptionibus apud Gruterum IMP. II. legitur. Verum incredibile est, ut in Numismatis sæculi Constantiniani diximus, quam sint multæ ibi Inscriptiones adulterinæ ac recentes; quam ingentem illarum numerum ex veteribus membranis, quas viri eruditi etiam ipsi vetustas sincerasque esse existimarent, in lapides & marmora transferri curaverint. Solis nunc fere nummis, selectisque quibusdam bonæ notæ scriptoribus, in historia profana credimus.

Sed ne tali effugio uti ex causæ desperatione videamur, quas illi tamdem ex Grutero inscriptiones proferre possunt, quæ titulum IMP. II. Hadriano vindicent? Duas certe reperimus in primis; quæ si sinceræ essent, suaderent illæ omnino bellum Judaïcum sub Hadriano nullum fuisse. Prior est, pag. CCXLVIII, 8. & 10. HADRIANO AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. III. COS. III. IMP. II. Altera est pag. CCXLIX, 8. HADRIANO AVG. P. M. TRIBVNIC. POTESTAT. XX. IMP. II. COS. III. P. P. Prior notat annum Hadriani tertium, qui est Christi annus 119. mense Maïo fortassis. Posterior annum ejusdem vicesimum, qui est Christi 136. & idem imperii Hadriani in Exercitibus postremus. Ergo nisi dicatur unicam illam omnino expeditionem Judaïcam suscepisse Hadrianus, per annos illos imperii octodecim, susceptamque eam ipso tertio imperii anno; Judaïcum bellum nullum fuit. Alterutrum autem qui dixerit, detrahet omnem saltem Dioni fidem. Nam is & post Æliam conditam Judaïcum bellum ponit; & aliud subjungit grave bellum adversus Massagetas & Alanos. Igitur ex eo etiam quod IMP. II. tantum appellatus sit Hadrianus in lapidibus, efficitur expeditionem Judaïcam nullam fuisse.

Adde quod cum quis IMP. II. appellatur, non ille titulus futuram expeditionem designat, sed præteritam, quæ quidem Imperatori feliciter ac prospere successerit. Ergo bellum Judaïcum confectum dici oporteret anno ante illam TR. POT. III. cum qua IMP*eratoris* II. titulus conjungitur. Annus autem ille secundus est Hadriani, quo & COS. II. fuit; & Romæ eum fuisse testatur nummus, e Gaza Regia, æris magni: IMP. CAES. TRAIANVS HADRIANVS AVG. P. M. TR. P. COS. II. RELIQVA VETERA HS NOVIES MILLIA ABOLITA. In quo numismate Imperator stans paludatus, accensa face syngraphas concremat: id quod factum esse Romæ oportuit, aut Narbone.

Adde postremo loco susceptam paulo post ab Hadriano Aug. perlustrationem orbis Romani, quæ plures annos tenuit, nec reliquit profecto ulli bello locum. Et nummi certe Hadriani omnes, Pacem ac Tranquillitatem prædicant.

At in nummis occurrit apud Occon. pag. 226. HADRIANVS AVG.)(COS. III. Augustus in equo decurrens cum hasta. Infra, EXPED. AVG. *Expeditio Augusti*. Sane: sed abest primum in eo numismate, qui est in ceteris aliorum Augustorum, in quibus est inscriptio similis, miles qui præeat, vel subsequatur. Deinde hastam ubi Occo viderit, nescimus. Sunt enim in Museo nostro nummi duo Hadriani sic inscripti, in quibus dextra elata pacifici habitu in equo currit Augustus; læva femori innititur: in altero etiam non hastam læva, sed bacillum imperatorium tenet. Nihil ergo nummus ille, vel alter inscriptus, VICTORIA AVG. aliud significat, quam levem aliquam adversus latrones tunc Galliam Italiamve infestantes expeditionem. Si Hierosolyma ille, aliudve oppidum insigne cepisset, diceretur (ut in Titi nummis) IVDAEA CAPTA: cerneres trophæa, spolia, captivosque flentes: quorum nihil in Hadriani nummis apparet.

Itaque nummum ab Occone relatum, pag. 234. IVDAICA EXPEDITIO, adulterinum pronunciare non veremur; cum nullibi sincerus occurrat; nec ausus ille sit proferre unde acceperit, aut quæ sint in eo nummo depictæ imagines; & poscat usus scribi potius EXPED. IVD. non autem IVDAICA EXPEDITIO. Nam sic in Trajani nummo ibidem legitur, pag. 201. EXPEDITIO GER. Unde Mediobarbus, cum Occonem iterum edidit, verba permutavit, scripsitque pag. 178. EXPEDITIO IVDAICA. Dixit autem visum hunc nummum fuisse Antonio Augustino; quod nec Occo dixit, & falsum arbitramur.

IVLIA TRADVCTA *in Bætica*.

IVLIA TRAD. in corona quercea. Ex parte altera, PERM. CAES. AVG. Nummus Augusti, apud Mediobarbum, pag. 51. & apud Occonem, pag. 77. Hæc Ptolemæo lib. II. Geogr. cap. IV. Τραδοῦκτα, in Bastulis. Straboni, lib. III. pag. 140. Ἰουλία Ἰόζα πόλις. Est autem Ioza Punice, quod Latine Traducta. Nunc plane excisa.

IVLIA TRAD. cum apice & simpulo, Pontificatus Maximi, quem gessit Augustus, insignibus.

bus. Ex altera parte, caput Augusti: epigraphe, PERM. CAES. AVG. Apud Norisium, loco mox citando.

IVL. TRA. cum uvæ racemo, quo vini ubertas in circumjecto agro significatur: unde & in adverso Mauretaniæ litore, promontorio Oceani extimo, nunc *Capo Despartel*, facta appellatio est Ampelusia, testibus Mela Pomponio lib. I. cap. v. & Plinio lib. v. sect. I. Nummus hic est Caji Cæsaris Augusti F. cujus expressum caput in altera nummi area, & nomen C. CAESAR. Apud Norisium in Cenotaph. Pisan. pag. 86. e Cimelio Reginæ Christinæ.

IVL. TRAD. cum spica, qua fertilitas agri indicatur. In superficie nummi altera, L. CAES. Augusti nempe adoptione filius, Caji frater. Apud Norisium, pag. 91. ex Thesauro Mediceo.

C. L. CAES. IVL. TRA. *Cajus*, *Lucius*, *Cæsares*, Agrippæ, & Juliæ filii, Augusti nepotes. *Julia Traducta*. Ex parte altera, PERM. CAES. AVG. *Permissu Cæsaris Augusti* cusa moneta. Apud Norisium, loc. cit.

IVLIA TRADVCTA *in Mauretania*, *sive Tingis*.

COL. IVL. TRADVCTA. Claudii nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 240. & apud Mediobarbum, pag. 85. ex schedis Sponianis. Hanc ceteri Geographi uno tantum nomine Τίγιν τῆς Μαυρουσίας, *Tingin Mauretaniæ*, nuncupant: gemina appellatione Plinius, lib. v. sect. I. *Tingi a Claudio Cæsare, cum coloniam faceret, appellatum Traducta Julia*. Sed quot in hac Plinii sententia voces occurrunt, tot pæne scopuli sunt, ad quos summa ingenia offenderunt. *A. C. I. Cæsare*, non *a Claudio* coloniam esse deductam, invitis libris omnibus, legi credique Vossius præcipit, lib. I. Observ. in Melam, pag. 168. quoniam Juliæ Jozæ scilicet Strabo meminit, qui Tiberio imperante, multo ante Claudii principatum obiit. Norisius in Cenotaph. Pisan. pag. 91. quid de Plinio statuat, ambigit. Obscure Plinium, ac fortassean falso locutum esse Salmasius asseverat, in Solin. pag. 288. ubi Traductam in Mauretania negat ullam fuisse. Patinus in Sueton. pag. 115. ipsis Augusti temporibus Juliæ Traductæ nomen Tingitanæ civitati hæsisse ex nummis probare se putat, Pliniumque erroris insimulat. Ego vero sic statuo, hujus mentem eorum neminem esse assecutum: neminem non ei culpæ affinem, quam confert in Plinium. Fuit enimvero id primum quidem alteri concessum oppido nomen, in adversa Hispaniæ Bæticæ ripa posito: cui, ut Strabo narrat, Tingitanis eo Zelitanisque transductis ex Africa, Augusti temporibus, Juliæ quoque Transductæ facta ex re appellatio est. Postmodum vero a Claudio Cæsare, transductis iterum revocatisque, ut *coloniam faceret*, ex eo oppido Tingitanis in avitas sedes, unde commigrarant, non *Traducta* modo *Iulia*, sed *Colonia Iulia Traducta* Tingis est nuncupata, prioris oppidi nomenclatione in Africam transvecta cum civibus, additaque, qua Bætica Julia caruit, coloniæ prærogativa. Argumenta sunt hujus rei quamplurima. Primum, quod Juliam Jozam, quam in Bætica Strabo agnoscit, ut antea diximus, & Ptolemæus, in descriptione ejus oræ, & Marcianus Heracl. pag. 70. vetustos scilicet secuti auctores, apud quos quæ repererint nomina oppidorum, sive exstarent illa adhuc, seu jam interiissent, promiscue descripsere: Plinius, in recensendis alioqui Bæticæ, cui ipse præfuit, oppidis, ad fastidium prope diligens, prætermisit: quod nulla tunc isthic scilicet, præter tenue forte vestigium, omnis in Africam Transducta Julia commeasset. Alterum argumentum est, quod tum appellatam a Claudio Traductam Tingim Plinius admonet, *cum coloniam faceret*: quibus verbis minime sane obscure significat, deportatos ab eo ex Bætica Traducta in Mauretaniam cives, ut *coloniam faceret*, & coloniæ iure ac nomine Tingim donaret, quo Bætica Julia Traducta caruerat. Quanquam enim Juliæ nomen præferret, cave continuo coloniam eam fuisse a Julio Cæsare deductam putes: cum id cognomen pluribus oppidis, vel in ipsa Bætica datum constet, ex Plinio, lib. III. sect. III. quæ ea tamen prærogativa caruerint: In his, Julia Fidentia: Illiturgi, quod Forum Julium: oppidum Osset, quod cognominatur Julia Constantia: Seria, quæ Fama Julia: Restituta Julia, Contributa Julia, Concordia Julia, Urgia cognominata Castrum Julium, &c. In Lusitania quoque, Municipium Olisipo, Felicitas Julia cognominatum: oppidum Ebora, quod Liberalitas Julia, &c. Cum tamen, ipso Plinio teste, coloniæ in Bætica novem, in Lusitania quinque omnino fuerint, quarum in censum ea minime oppida veniant, quæ nunc appellavimus. Itaque in nummis ante Claudii principatum cusis, sive Augusti illi sint, sive Augusti liberorum, cum ad Traductam Bæticæ illi spectent, coloniæ nomen abest: in Claudii vero numismatis, quæ nunc exhibemus, ea prærogativa aperte signatur, COL. IVL. TRADVCTA. Ut jam frustra sit, qui Plinium vel obscure vel falso locutum putet: aut certiora planiorave quibus ea stabiliantur, quæ de Tingi narrat a Claudio coloniæ jure, ac Traductæ appellatione, donata, argumenta desideret.

IVLIOBRIGA MVN. Caji Cæsaris, e Thesauro Goltzii, pag. 243. Plinio, lib. III. sect. IV. *Iberus amnis, ortus in Cantabris, haud procul oppido Juliobrica*: unde ipsi hodie oppido nomen. *Fuente d'Ivero*, aliter aliis perperam statuentibus. Inscriptio vetus apud Ambr. Morales, fol. 67. IVLIOBRIGENSI. EX GENTE CANTABRORVM.

ΙΩΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΓΛΥΚΩΝ. Nummus L. Veri, e Cimelio Regio: cujus in superficie altera, ΑΥΤ. ΚΑΙC. Λ. ΑΥΡΗ. ΟΥΗΡΟC. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Λύκιος Αὐρήλιος Οὐῆρος. In Notitia Ecclesiastica antiqua pag. 47. inter Episcopos Provinciæ Paphlagoniæ, ὁ Ἰωνοπόλεως. Et pag. 33. Ἰουνόπολις. Et pag. 15. ὁ Ἰωνοπόλεως. Pro Ἰωνόπολις, & Ἰωνοπόλεως. In Conc. Calched. act. 11. pag. 331. Ῥῆνος Ἰωνοπόλεως. A Constantino Porphyrog. lib. I. Them. 7. pag. 30. inter Paphlagoniæ oppida septimo loco Ἰωνόπολις appellatur. Vide ΑΒΩΝΟΤΕΙΧΕΙΤΩΝ, ubi quædam de Glycone delibavimus, quæ nunc sunt uberius explicanda. Alexander impostor Paphlago, de quo Lucianus opere singulari, quod *Pseudomantis* inscripsit, jam Antonini Pii temporibus in Paphlagonia floruit. Nactus ille Macetin mulierem opulentam, (Μακέτις est Græco scriptori) eam e Bithynia in Macedoniam usque est consecutus. Patria enim mulieri Pella fuit, qui locus erat Macedonum regum ævo in primis nobilis. Ibi cum videret immani mole dracones, placidos admodum ac mansuetos, ita ut a mulieribus alerentur, & cum pueris una cubarent, & lac e mammis infantum quoque ritu sugerent, pulcherrimum ex iis unum vili sane pretio coëmit. Inde in patriam reversus, quæ Ἀβώνου τεῖχος dicebatur, confictis primum, defossisque in terram tabellis æreis, quæ mox affuturum Æsculapium præmonerent, ac fore ut in Aboni Murum se conferret: deinde & serpentis, quem domi alebat, intra ovum fetu concluso, ovoque, quod ad ædis sacræ fundamenta defoderat, educto fractoque, serpentem ex eo emicantem protulit imperitæ attonitæque plebi, Æsculapium esse eum inclamans. Notum enim est anguis specie latere id Numen ab antiquis creditum: eaque specie Epidauro Romam advectum, in insulam Tiberinam,

nam, templumque ei Deo dicatum, tranasse. Domi ille interim, confecto prius e linteis capite draconis, quod speciem quandam humanam præ se ferret, eoque colorum pigmentis egregie assimulato, majorem illum, quem diximus, draconem Pellæum, abdit in sinum: caudamque ejus primum ostentans, mox deinde totum exerens, præter caput, quod sub alis tegebat, linteaceum illud ex parte aversa caput proferebat, quod esse illius ipsius draconis creditum, qui e sinu scilicet prominebat. Confectæ statim picturæ, imagines, signa, Deum referentia, partim ex ære, partim argento effecta, qualis in Nummo pingitur. Nomen etiam inditum, Glycon: quod & versu complexus Alexander:

> Εἰμὶ Γλύκων, τρίτον αἷμα Διὸς, φάος ἀνθρώποισι.
>
> *Sum ille Glycon, hominum lux, ex Iove tertia proles.*

Hæc Lucianus in sermone eo quem appellavimus, quem cui satis erit otii consulat: ibi Glyconem dici minorem Æsculapium intelliget, aliaque multa, quæ sunt ab hoc argumento, in quo versamur, aliena. Ad id quo de agitur congruentius illud est, quod in calce ejus libri subjicit, pag. 497. de mutata oppidi hujusce appellatione, nummoque ipsa impostoris effigie insignito: quanquam id genus nummorum (si tamen aliquando fuit) nunc plane excidit. Ἐκεῖνο πῶς οὐ μέγα ἐν τοῖς ἄλλοις τὸ τόλμημα τοῦ Ἀλεξάνδρου, τὸ αἰτῆσαι παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος μετονομασθῆναι τὸ Ἀβώνου τεῖχος, καὶ Ἰωνόπολιν κληθῆναι, καὶ νόμισμα καινὸν ἐγχαραχθῆναι, τῇ μὲν, τοῦ Γλύκωνος, κατὰ θάτερα δὲ, Ἀλεξάνδρου· φέροντα τε τοῦ πάππου Ἀσκληπιοῦ, καὶ τὴν ἅρπην ἐκείνην τοῦ πατρομήτορος τοῦ Περσέως ἔχοντος; *Sed quid: Annon & hoc inter alia facinus audax Alexandri, a Principe Romano* (L. Vero) *postulare, ut Aboni murus, commutato vocabulo, Jonopolis appellaretur? utque nummum novum signaret, altera quidem parte Glyconis signatum effigie: altera, Alexandri: qui insignia avi Æsculapii, ac falcem illam Persei, unde maternum ducebat genus, teneret?*

ΙΩΝΩΝ. ΕΠΙ ΑΥΡ. ΖΗΝΩΝΟC ΑΡΤΕΜΑ. Mamææ nummus, apud Occonem, pag. 407. *Jonum. Sub Aurelio Zenone Artema*, vel *Artemæ F.* De Jonia, Plinius libro v. sect. xxxi. Artemæ mentio in nummis Apamensium Phrygiæ, quæ fuit Joniæ vicina.

ΙΩΤΑΠΑΤΗΝΩΝ. Vespasiani nummus, e Thesauro Goltzii. Stephano: Ἰωτάπατα, πόλις Συρίας. τὸ ἐθνικὸν, Ἰωταπατηνός. Est Syriaca Vespasiani expeditio satis celebrata veterum scriptis, aliisque monumentis.

ΙΩΤΑΠΕΙΤΩΝ. Nummus, e Gaza Regia: in quo stat Ceres, dextra facem gerens, læva hyssopum Cilicium. Est enim *Iotape*, Ciliciæ oppidum, apud Plinium, libro v. sect. xxii. Cilicium autem hyssopum commendatissimum esse idem testatur, libro xiv. sect. xix. & libro xxv. sect. lxxxvii. Philippum juniorem Aug. facies nummi altera exhibet capite radiato: ΑΥΤοκράτορα ΚΑΙΣαρα Μάρκον ΙΟΥλιον ΦΙΛΙΠΠΟΝ.

K

KΑΒΑΣΙΤΩΝ.

ΚΑΒΑC. L. ΙΑ. Καβασιτῶν, λυκάβαντος ια. ut diximus, in ΕΡΜΟΠΟΛΙΤΩΝ. Hadriani nummus cum Serapidis effigie, in Cimelio Regio. Plinio, libro v. sect. ix. *Cabasites* nomos, seu præfectura Ægypti. In Notitia Eccles. pag. 55. Provinciæ Ægypti secundæ Κάβασα adscribitur. Ptolemæo, lib. iv. cap. v. Καβασίτης νομὸς, καὶ μητρόπολις Κάβασα. Severi alter, apud Patinum, pag. 286. ΑΒΑC. quem ille ad Abassinos Arabiæ, Goltzium in Thesauro secutus, & Scaligerum. lib. vii. de Emend. Temp. ablegat: nec sane satis feliciter: nam si integrum is, nec detritum usu nummum vidisset, ΚΑΒΑC. legisset is, & huc, ut oportuit, retulisset.

ΚΑΔΟΗΝΩΝ. Nummus Longinæ Domitiæ, apud Patinum, pag. 169. cum Dianæ Ephesiæ icone. Quanquam ipse perperam ΚΑΛΟΗΝΩΝ legit, Tristanum secutus, tom. 1. pag. 352. refertque ex conjectura ad Coloën, quam novo ille errore urbem esse arbitratur Sardibus vicinam: cum ipsa Gygæa palus sit, Coloë a recentioribus appellata, teste Strabone, lib. xiii. pag. 626. Sunt & Valeriani pariter, & Tranquillinæ. Plinio, lib. v. sect. xxx. *Cadueni*. Stephano tamen: Κάδοι, πόλις Μυσίας .... Τὸ ἐθνικὸν, Καδηνός. In Notitia Eccles. Hieroclis, pag. 29. Κάδοι, Phrygiæ Capatianæ accensetur: Mæoniæ, sive Lydiæ, in ipsis Phrygiæ finibus, a Ptolemæo, lib. v. cap. ii. In Conc. Quinisexto, pag. 1199. Philippus ἐπίσκοπος πόλεως Κάδων Πακατιανῆς.

ΕΠΙ ΜΕΛΙΤΩΝΟΣ ΑΣΚΛΕΠΙΑΔΟΥ. ΚΑΔΟΗΝΩΝ. *Sub Melitone Asclepiadis F.* Prætore *Caduenorum*. Claudii nummus, e Gaza Regia.

ΕΠΙ ΚΛ. ΓΑCΟΠΑΤΟΡΟC ΑΡΧ. Α. ΚΑΔΟΗΝΩΝ. *Sub Claudio Gasopatore Archonte primo.* Nummus *Caduenorum*. Gordiani Pii nummus, cum fluvii decumbentis effigie. Similes est Furiæ Sabiniæ Tranquillinæ nummus, e Cimelio Regio, in quo Æsculapius, Hygia, & Telesphorus. *Sub Aurelio Cleopatore* Prætore. Telesphorum religiose Pergameni in primis, ac deinde alii coluere: & a medendo eundem Ἀκέσιον Epidaurii appellarunt, teste Pausania. Vide ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ.

ΚΑΛΑΥΡΕΙΤΩΝ. Nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 217. Plinio, lib. iv. sect. xix. *Calauria* in Argolico sinu insula: nunc *Sidra*, leto Demosthenis nobilis, inquit Mela, lib. ii. cap. vii. Stephano: Καλαύρεια . . . ὁ πολίτης, Καλαυρεάτης.

ΚΑΛΕΝΙΤΩΝ. Vide CALENO.

ΚΑΛΑΚΤΙΝΩΝ, & ΚΑΛΛΑΚΤΙΝΩΝ, apud Parutam. Plinio, *Galatini*, lib. iii. sect. xiv. in Sicilia. Tullio, Act. iii. in Verrem, *Calatini*, oppidumque *Calata*. Diodoro Siculo, lib. xii. pag. 89. Καλακτῖνοι. Antonino in Itin. *Calacta*. Ptolemæo, lib. iii. cap. iiii. Romano more, Καλάκτα. Athenæo, lib. vi. & Diodoro, lib. xii. Bibl. Καλὴ ἀκτή. Nunc *Galati*. In iis nummis cantharo noctua insidet, vel uva nummi aream obtinet: quæ vini ubertatem in eo agro indicant.

ΚΑΛΛΑΤΙΑC, & ΚΑΛΛΑΤΙΑΝΩΝ.

ΚΑΛΑΤΙ. ΚΑΛΑΤΙΑC. & ΚΑΛΛΑΤΙΑC, inter Asiæ nummos a Goltzio, a Nonnio æque temere Galatiæ adscribuntur, cum ad Calatim, sive Callatim pertineant. Plinio, lib. iv. sect. xviii. in Thracia, ipsoque Ponti litore, *Calatis*, &c. Ptolemæo, lib. iii. cap. x. ΚΑΛΛΑΤΙΑ. Stephano: Κάλατις... ὁ πολίτης, Καλατιανός. Procopio, lib. iv. de ædif. cap. xi. inter castella Istro apposita, Κάλατις. In hisce nummis Herculis est clava cum pharetra: sunt & spicæ quibus agri fertilitas indicatur. Hercules vero idcirco insculptus, quod sit Calatis, Strabone teste, lib. vii. pag. 319. Heracleotarum colonia: Εἶτα πόλις Κάλατις, Ἡρακλεωτῶν ἄποικος. Distat a Tomis oppido Ponti, stadiis ccLxxx. seu xxxv. m. pass.

ΚΑΛΛΑΤΙΑΝΩΝ. Nummus Gordiani Pii apud Patin. pag. 372. nunc Gazæ Regiæ. In eo serpens multis involutus spiris. Sunt & Severi, Antonini, & Getæ, & Philippi Imp.

ΚΑΛΥ-

ΚΑΛΥΔΩΝΙΩΝ. Apud Goltzium in Græcia. Plinio, lib. IV. sect. III. *Ætoliæ oppidum Calydon*, &c. Apri Calydonii caput in nummis ΑΚΤΙΩΝ, ΑΙΤΩΛΩΝ, & Nicopoleos exprimitur, ut suo loco dicemus. In nummis Calydoniorum, Apollo cum lyra: Strabo, lib. x. pag. 459. Περὶ δὲ τὴν Καλυδῶνά ἐστι τοῦ Λαφρίου Ἀπόλλωνος ἱερόν. In MSS. legitur Λαφραίου. Et Dianam certe Λαφρίαν novimus, de qua suo loco diximus. Pars aversa tripodem Apollineum exhibet, ac Prætoris nomen: ΠΡΟΔΙΚΟΣ ΠΑΛΑΜΗΔΟΥ. *Prodicus Palamedis F.*

ΚΑΛΥΝΔΕΩΝ.

ΔΗΜΟΣ. ΚΑΛΥΝΔΕΩΝ. Nummus antiquus, quem vidimus: quo verum hujus oppidi nomen situsque describitur. Nam ex parte aversa fluvii imago est, cum Copiæ cornu: quem amnem esse Axonem interpretor, cui appositum fuisse oppidum ex Plinio discimus, lib. v. sect. XXIX. *Flumen Axon, oppidum Calynda.* Stephanus: Κάλυνδα, πόλις Καρίας . . . τὸ ἐθνικὸν, Καλυνδεύς. Ptolemæo, lib. v. cap. III. Κάλινδα, pro Κάλυνδα. Herodotus, lib. VIII. Artemisiam Mausoli Cariæ regis uxorem Καλυνδίοις imperitasse ait. Vide quæ diximus in Notis & Emend. ad librum Plinii Secundi quintum, num. LXIX.

ΚΑΛΧΑΔΟΝΙΩΝ.

ΑΝΤΙΝΟΟϹ ΗΡΩϹ. Ex parte aversa, ΚΑΛΧΑΔΟΝΙΟΙϹ ΙΠΠΩΝ, subintellige ἀνέθηκεν. *Calchedoniis Hippon posuit.* Sic in nummo Smyrnæorum inferius: ΑΝΤΙΝΟΟϹ ΗΡΩϹ. ΠΟΛΕΜΩΝ ΑΝΕΘΗΚΕ ϹΜΥΡΝΑΙΟΙϹ. Statuam, qualis in nummo cernitur, columnamve, cui Antinoi imposita effigies esset, positam ab Hippone apud Calchedonios hic nummus docet, quod Seguinus non vidit, qui nummum affert, pag. 143. Est autem Calchedon in Asia oppidum, ex adverso Byzantii, hodieque Græcis *Chalcedona*, Turcis, *Kadikioi*: a pago *Scutari* tribus passuum millibus.

ΚΑΛΧΑΔΟΝΙΩΝ. Trajani, Plotinæ, cum Apollinis effigie: M. Aurelii, & Commodi, cum Apollinis tripode, quem serpens circumplicat, apud Patinum, pag. 244. & alibi. Tripodes enim passim cum serpentibus effingebantur. Vide Herodotum in Calliope: Lucianum, de Astrologia, ubi de oraculo Delphico: aliosque.

ΚΑΛΧΑΔΟΝΙΩΝ. In altera nummi superficie, ΑΥ. Κ. Λ. ϹΕΠ. ϹΕΥΗΡΟϹ. Π. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Λούκιος Σεπτίμιος Σεβηρὸς Πίος. *Imp. Cæsar L. Septimius Severus Pius.* Apollinis lyra. E Museo nostro. Similis est Juliæ Severi, apud Patinum, pag. 290. & Antonini Severi F. pag. 302. Lucianus, in Pseudomanti, pag. 478. Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἀρχαιότατόν ἐστι Χαλκηδονίοις. *Apollinis templum est apud Calchedonios vetustissimum.*

ΚΑΛΧΑΔΟΝΙΩΝ. Nummi Getæ, cum effigie Apollinis, & arbore lauri, & ara: item Severi Alexandri, e Cimelio Regio: Gordiani, cum Apollinea lyra, ibidem.

ΑΓ. ΤΥΧΗ ΤΕΡΕΒΙΝΤΙΝΩΝ. ΚΑΛΧΑΔΟΝ. Nummus est Severi Alexandri, quem Tristanus tom. II. pag. 401. sic legit: ΑΓ. ΤΟΥΧΗ. ΤΕΡΕΒΕΝΤΙΝΩΝ. ΚΑΡΧΕΔΩΝ. Interpretaturque deinde, Ἀγαθὴ Τύχη Τερεβεντίνων Καρχηδονίων. Et in Tuccam Terebentinam, cujus meminit Antoninus in Zeugitana, nummum ablegat. Atqui saltem Καρχηδονίων dici oportuit. Et Bonæ Fortunæ insculpta nummo effigies, de ipsa accipi eas voces, ΑΓ. ΤΥΧΗ, non de oppido, clamat oportere. Similem alterum vidimus in Gaza Regia, & in Cimelio D. FOUCAULT, in quo capita simul Alexandri & Mæsæ: ΑΓ. ΤΥΧΗ. ΤΕΡΕΒΕΝΤΙΝΟΥ.

ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΙΤΩΝ. Quo nummo Terebentinus Marcianopolitanorum præses ἡγεμὼν adnotatur. Quod Latinis BONA FORTUNA, hoc Græcis, qui Latinos in nummis cudendis imitantur, ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ est, ut BONUS GENIUS, ΑΓΑΘΟΣ ΔΑΙΜΩΝ. Utrique communis ædes apud Pausan. Bœotic. pag. 313. Illa muliebri habitu, ac veste stolata in hoc nummo aliisque semper signatur: iste, virili. Sic iisdem ΕΥΘΗΝΙΑ, ABUNDANTIA est: ΕΛΠΙϹ, SPES: ΠΡΟΝΟΙΑ, PROVIDENTIA: ΕΙΡΗΝΗ, PAX, &c. In Tarsi nummo pariter, ΤΥΧΗ ΤΑΡϹΟΥ. Bostræ, ΤΥΧΗ ΒΟϹΤΡΩΝ. Ephesiorum, ΤΥΧΗ ΕΦΕϹΙΩΝ. Adramæorum, ΤΥΧΗ ΑΔΡΑΜΑΙΩΝ. Nicæensium, in Cimelio Regio, ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ ΝΙΚΑΙΕΩΝ. Smyrnæorum Magnetumque fœderi, in Marm. Oxon. aliisque, ea formula præfigitur, ΑΓΑΘΗι ΤΥΧΗι, bene ominandi causa: uti nos solemus, *Quod bonum, felix, faustumque sit*, Romano more ac ritu dicere. In hoc vero nummo, stantis Fortunæ effigies cernitur, dextra globum, quo terrarum signatur orbis: sceptrum, læva gerentis: insculpta quoque ad pedes rota. Interdum & ipsa sedens pingitur, cum hasta, vel Copiæ cornu, & gubernaculo navis, ut in Nervæ nummo, FORTUNA P. R. Ubi succurrit illud ab Apelle dictum lepide: qui cum sedentem Fortunam pinxisset, rogareturque cur ita fecisset, *Quia nunquam stetit*, respondit. Quem vero globum dextra hic gerit, eundem capiti Deæ Bupalus statuarius imposuit, teste Pausania in Messen. lib. IV. pag. 140. lævæ, cornucopiæ: Βούπαλος δὲ . . . ζῶα ἀνὴρ ἀγαθὸς πλάσαι, Σμυρναίοις ἄγαλμα ἐργαζόμενος Τύχης . . . πόλον τε ἔχουσαν ἐπὶ τῇ κεφαλῇ, καὶ τῇ ἑτέρᾳ χειρὶ τὸ καλούμενον Ἀμαλθείας κέρας ὑπὸ Ἑλλήνων, &c. Denique caput Fortunæ Populi Romani pingitur in nummo Siciniæ gentis, cum epigraphe, FORT. P. R. Et in nummo Arrii Secundi idem caput sculptum cernitur, cum litteris F. P. R. *Fortuna Populi Romani*: non, ut exponit D. Vaillant, *Fortitudo.* Dum vero vir eruditus, lib. de usu numism. pag. 575. hunc, quem modo tractamus, Carthaginiensibus nummum adjudicat, Tristanum sequitur erroris ducem: quod & Patinus facit, in Alexandro Severo, pag. 353. quanquam Spanhemius, de Fortuna recte, non de Tucca, accipiendum vidit. De voce porro ΚΑΛΧΑΔΟΝΙΩΝ illud obiter adnotandum quod Stephanus monet, etiam Χαλκηδὼν sequiore saltem ævo scribi per λ, κ. Χαλκηδὼν τῆς Βιθυνίας, διὰ τοῦ λ, κ. Tamen nummi veteres omnes constantissime ΚΑΛΧΑΔΟΝΙΩΝ exhibent: si Goltzianos excipias, in Asia, Tab. v. in quibus est ΧΑΛΚΕΔΟΝΩΝ, cum Apollinis lyra: sed Goltzium in legendo lapsum, haud temere suspicamur.

ΚΑΛΧΑΔΟΝΙΩΝ. Tranquillinæ, apud Tristanum tom. II. pag. 549. quo in nummo Apollo Cygno per sublime vehitur. Templum Apollinis fuisse Calchedone, auctor est Lucianus, in Alexandro, pag. 478. Καὶ ἀφικόμενοι εἰς τὴν Καλχηδόνα ἐν τῷ Ἀπόλλωνος ἱερῷ, ὅπερ ἀρχαιότατόν ἐστι Καλχηδονίοις &c. Cygno ferri Apollinem & comitatum ejus, Martianus Capella finxit, lib. I. *Sed scandente Phœbo, Musarum pedissequus, adhærensque comitatus candenti, canoraque alite vehebatur.* Currum Dei illius oloribus jungi, Nonnus, lib VIII. & XXIV. Est & Trajani similis apud Patinum, pag. 186.

ΚΑΜΑΡΑΣ. E nummis Græciæ insularum, apud Goltzium, Tab. IV. quem nummum alio Nonnus frustra ablegat. Camara, urbs Cretæ fuit, quæ & Elatos, & Ilatia, & Latos appellata est: uti tum ex

iis liquet quæ diximus in Notis & Emendationibus ad librum Plinii IV. num. LXXVIII. tum ex Xenione in Creticis, apud Stephanum. Καμάρα, πόλις Κρήτης.... Καὶ ὁ πολίτης.... (id nomen quod in lacuna est, ex nummo subsequente restitue, Καμαρείτης.) Ξενίων ἐν Κρητικοῖς φησιν, ἡ Λατὼ ἐλέγετο. Camaræ meminit Ptolemæus in Creta: Lati, vel Elati, Plinius lib. IV. sect. XX. In Notitia Eccles. antiqua, pag. 13. inter Episcopos Cretæ, ὁ Καμάρας. Altera rursum, pag. 25. Καμάρας.

ΚΑΜΑΡΕΙΤΗϹ. Deus Lunus in M. Aurelii nummo sic cognominatur, quod apud Camaritas præcipuo in honore esset: quo nomine & a Nysæis Cariæ colebatur, id quod Patinum fugit, pag. 283.

ΚΑΜΑΡΙΝΑΙΩΝ, apud Parutam. Plinio, lib. III. sect. XIV. *oppidum Camarina.* Stephano: Καμάρινα, πόλις Σικελίας.... ὁ πολίτης, Καμαριναῖος. Hodie *Camarana* dicitur, latere Siciliæ meridionali. Notum de palude ei oppido vicina adagium.

Μὴ κίνει Καμάριναν· ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων.

Ne moveas Camarinam: immota enim est melior.

ΚΑΜΑ. & ΚΑΜΑΡΙΝ. in nummis Parutæ: cum noctua, Palladis symbolo: gallinaceo, Apollinis, vel Æsculapii. Quanquam in nummis Romanorum auguratus id insigne est, quod ex ea quoque alite captare ii auguria solebant.

ΚΑΝΑΘΑΙΩΝ.

ΚΑΝΑΘ. ΡΝΖ. Domitiani nummus, cum turrito capite, & anno CLVII. qui est V. C. DCCCXLVII. Plinio, lib. V. sect. XVI. in Decapolitana Syriæ regione, cum Philadelphia & aliis, *Canatha.* In Notitia Eccles. pag. 63. Provinciæ Arabiæ adscribitur, cujus Βόστρα metropolis, Κανάθας, cum Dio, Philadelphia, ceterisque. Et in Conc. Calched. act. IV. pag. 477. Θεόδοσιος ἐπίσκοπος Κανώθας. Et pag. 118. act. I. Κανόθας.

ΚΑΝΩΠΟΣ.

ΚΑΝω. L. ΙΑ. Nummus Hadriani, anno ejus XI. cusus. Ostium Nili *Canopicum* Alexandriæ proximum Plinius commemorat, libro V. sect. XI.

ΚΑΠΙΤΩΛΙΕΩΝ. De nummis Græcis ΚΑΠΙΤΩΛΙΕΩΝ, vide Chronologiam Veteris Testamenti. Sunt & Lucillæ nummi sic inscripti, præter eos quos ibi appellavimus. Nam eadem civitas, tum Latino, tum Græco nomine designatur, ut ibi ostendimus. Vide etiam quæ superius diximus, verbo ΓΕΡΜΗΝΩΝ.

ΚΑΠΠΑΝΩΝ. Nummus e Thesauro Goltzii, pag. 218. & in Magna Græcia, Tab. XX. Plinio, lib. III. sect. IX. *Colonia Capua.* Et lib XVIII. sect. XXIX. *Capua colonia ab Augusto deducta.* Nunc vicus est, *S. Maria di Capua,* a nova Capua mille passus dissitus. Stephano: Καπύα, πόλις Ἰταλίας. τὸ ἐθνικὸν, Καπυανός. In his nummis spica insculpta, fertilitatis agri Campani argumentum, qua de vide Strabonem, lib. V. pag. 242. & Plinium, lib. XVIII. sect. XXIX. Item Minotaurus, Mercurius petasatus, tripus Apollineus, &c.

ΚΑΠΥΑϹ. Nummus e Cimelio Mediceo: cujus in aversa parte caput virile diadematum, forte Capyis conditoris. Stephanus: Καπύα, πόλις Ἰταλίας.... ἀπὸ Κάπυος τοῦ Τρωϊκοῦ. *Capua, urbs Italiæ.... a Capy Trojano.*

ΚΑΡΑΛΙΤΩΝ. Equi dimidiati effigies, quod Carthaginensium Symbolum est. Est hic nummus e Goltzio, tab. XXVIII. Plinio, lib. III. sect. XIII. sunt Caralitani, cum oppido civium Romanorum.

ΚΑΡΑΛΙΩΤΩΝ. Nummi Maximini, & Alexandri Severi, in Gaza Regia. Non a Caralitanis Sardiniæ cusi illi quidem, de quibus Plinius lib. III. sect. XIII. sed a civibus Caralis oppidi, sive Caraliæ, in Isauria, cujus Stephanus meminit: Κάραλλις, ἢ Καράλλεια, Ἰσαυρικὴ πόλις, τὸ ἐθνικὸν, Καραλλιώτης. Ἔστι καὶ Καραλία, δι' ἑνὸς λ, ex qua gentile nomen Καραλιώτης. In Notitia Eccles. antiqua, pag. 31. Provinciæ Pamphyliæ Καραλία adscribitur. In altera, pag. 45. ὁ Καραλλίων. In Conc. Ephesino, pag. 470. Σόλων ἐπίσκοπος Καραλλίας τῆς Παμφυλίας. Caralitis palus in Isauria apud Livium, lib. XXXVIII. num. XV.

ΚΑΡΚΙΝΙΩΝ. Apud Goltzium in Magna Græcia, cum Jovis fulminantis effigie, & tripode vice aræ, tab. XXVIII. In Magna Græcia, & Scylaceo sinu id oppidum fuit, ex Mela, lib. II. cap. IV. *Secundus sinus Scylaceus, in quo est Petilia, Carcinus, Scylaceum* &c. Nunc plane interiit.

ΚΑΡΠΑΘΙΩΝ. Goltzii nummus, in Græcia Vetere, Tab. XXIII. in quo leonem Hercules suffocat. Plinio, lib. V. sect. XXXVI. *Carpathus* insula, *quæ mari nomen dedit.* Nunc *Scarpanto.* Rhodo vicina.

ΚΑΡΠΑΣΙΕΩΝ. Nummi duo e Græcia Goltzii. Tab. XXXVI. in quibus Cupido cum Venere: vel stella Luciferi, quæ & ipsa Venus est: Nam, ut Plinius ait, lib. II. sect. VI. *Est sidus appellatum Veneris, ipsis cognominibus æmulum Solis ac Lunæ. Præveniens quippe & ante matutinum exoriens, Luciferi nomen accipit, ut Sol alter, diem maturans: contra ab occasu refulgens nuncupatur Vesper, ut prorogans lucem, vicemque Lunæ reddens.* Plinio, lib. V. sect. XXXV. *Carpasium.* Stephano: Καρπασία, πόλις Κύπρου.... Θεόπομπος Καρπασέας αὐτοὺς φησιν.

ΚΑΡΡΗΝΩΝ.

ΑΥΡ. ΚΑΡΡΗΝΩΝ. ΦΙΛΟΡ. Μ. Α. Αὐρηλιο-Καῤῥηνῶν Φιλορωμαίων μητροπόλεως πρώτης. *Aurelio-rum Carrhenorum, qui Romanis amici Metropoleos primæ.* In antica parte, ΜΑΡ. ΑΥΡ. ΦΙΛΟΡ. Μ. Α. ΑΙΡ. *Marco Aurelio, Philo-Romæi metropolis primæ:* anno CXI. qui est annus V. C. DCCCCXXIV. a Septembri, M. Aurelii undecimus: ducto æræ initio ab anno V. C. DCCCXI. ut dictum est in Chronologia Veteris Testamenti. M. Aurelii nummus, e Cimelio Regio. Plinio, lib. V. sect. XXI. *Carrhæ, clade Crassi nobiles.* Stephano: Κάῤῥαι, πόλις Μεσοποταμίας.... τὸ ἐθνικὸν, Καῤῥηνός, ἢ Καῤῥαῖος. Nunc *Heren.*

ΚΟΛ. ΑΥΡ. ΚΑΡΡΗΝΩΝ. Κολωνία Αὐρηλιο-Καῤῥηνῶν. L. Veri nummus, in quo Lunæ crescentis effigies, cum sidere.

ΚΑΡ. ΚΟΛ. ΜΗ. ΠΟΛ. Καῤῥηνῶν κολωνία μητρόπολις. Commodi nummus.

ΚΟΛ. ΚΑΡΡ. Nummus Severi. Alter Severi simul & Juliæ Domnæ, ΚΟΛ. ΚΑΡΡΗΝ.

ΚΑΡΡ. ΚΟΛΩ. & ΚΑΡΡ. ΜΗΤΡΟΠΟΛ. Καῤῥηνῶν κολωνίας, & Καῤῥηνῶν μητροπόλεως. Antonini Severi F. apud Patinum, pag. 306.

ΚΑ. ΚΟΛ. ΜΗ. ΠΟΛ. Δ. Nummus Elagabali. *Carrhenorum colonia metropolis quarta.*

ΚΑΡΡΑ ΚΟΛ. ΜΗ. ΜΕϹ. Δ. *Carrha Colonia metropolis Mesopotamiæ quarta.* Est Severi Alexandri nummus, in quo Genius civitatis rupi insidet, homine ex aquis infra emergente, ad situm urbis significandum. Littera Δ in nummis numquam δευτέραν, sed τετάρτην semper significat. Severi Alexandri temporibus fuit Emesa Mesopotamiæ primæ metropolis: Edessa, secundæ: tertiæ, Nisibis: Carrhæ, quartæ: ut singularum istarum urbium nummi docent. Sunt enim omnes metropoles, & Emesa quidem prima. Plinius autem ipse etiam Edessam ante Carrhas appellat, & utramque civitatem in Arabia, junctam præfecturæ Mesopotamiæ, lib. V. sect. XXI.

ΜΗΤ. ΚΟΛ. ΚΑΡΡΗΝΩΝ. Severi Alexandri, e Museo nostro: cum velatæ, ac turritæ mulieris effigie. Sunt & similia numismata Antonini Severi F. & Tranquillinæ, in Cimelio Regio.

ΜΗΤΡΟΠ. ΚΑΡΡΗΝΩΝ. In Gordiani junioris nummo, e Gaza Regia, caput turritum, ac velatum, pone columnam, cui Gordiani imposita

posita statua: capiti turrito Lunæ crescentis simulacrum imminet: quo Dei Luni cultus in eo tractu religiosissimus indicatur. Est & similis Tranquillinæ.

ΜΗΤΡΟΠ. ΚΟΛ. ΚΑΡΡΗΝΩΝ. Ejusdem Gordiani, apud Erizzo, & Occonem, cum Lunæ crescentis effigie.

ΚΑΡΥΣΤΙΩΝ. Trajani nummus, in quo Jovis caput insculptum, in Cimelio Regio, & apud Patin. pag. 184. Plinio, lib. IV. sect. XXI. *Carystos*, in Eubœa oppidum. Stephano: Κάρυστος . . . τὸ ἐθνικὸν, Καρύστιος.

ΚΑΡΥΣΤΙΩΝ. ΝΑΥΑΡΧΙ. Καρυστίων Ναυαρχίδος. De hac voce ναυαρχὶς diximus, verbo ΔΩΡΩΝ. Est hic Juliæ Mamææ nummus.

ΚΑΡΥΣΤΙΩΝ. Cum gallinacei effigie: ex parte altera vaccæ vitulum lactantis: vel, ut apud Goltzium, Tab. XI. Mercurii petasati. Pausanias in Phocicis, pag. 331. Καρύστιοι δὲ οἱ Εὐβοεῖς βοῦν καὶ οὗτοι χαλκοῦν παρὰ τῷ Ἀπόλλωνι ἔστησαν.... Βοῦς δὲ οἱ Καρύστιοι καὶ οἱ Πλαταιεῖς τὰ ἀναθήματα ἐποιήσαντο, ὅτι (ἐμοὶ δοκεῖν) ἀπωσάμενοι τὸν βάρβαρον, τήν τε ἄλλην βεβαίως ἐκτήσαντο εὐδαιμονίαν, καὶ ἀρᾶν ἐλευθέραν τὴν γῆν. *Carystii ex Eubœa bovem & ipsi æneum Apollini statuerunt*.... (Marmoreo scilicet Apollini, cujus ibi fanum fuit, Strabone teste, lib. X. pag. 446.) *Boves quidem & Carystii & Plataeenses idcirco dedicarunt, quod (ut ego opinor) barbaris e Græcia expulsis, & alias fortunas incolumes habuerunt, & libero solo terram arare potuerunt*. Ea pariter videtur causa fuisse, cur vaccam iidem in nummis signarint. Alias in Antinoï nummo bos consecrationem & apotheosim indicat. Gallinaceus vero cultum Solis, cui hæc avis sacra est. Vide Pausaniam in Eliac. prior. pag. 175. Est & Antonini Pii nummus, in quo pariter gallus gallinaceus pictus est.

ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΩΝ. ΜΗΤΡΟΠ. Nummus Neronis, e Thesauro Goltzii, pag. 218. Stephano: Καρχηδὼν, μητρόπολις Λιβύης. ὁ πολίτης Καρχηδόνιος. Ipsa Carthago est, de qua supra.

ΚΑΣΑΝΔΡΕΩΝ. In Thesauro Goltzii.

COL. IVL. AVG. CASSANDRENS. Nummus Neronis apud Patin. pag. 115. nunc Gazæ Regiæ. In eo nummo Jovis Hammonis caput. Sunt omnino similes alii, nominibus Claudii, Vespasiani, Nervæ, Plotinæ, Severi. Plinius, lib. IV. sect. XVII. *Cassandria colonia*, in Macedonia. Stephano: Κασάνδρεια .... τὸ ἐθνικὸν, Κασανδρεύς.

ΚΑΣΣΑΝΔΡΙΕΩΝ. E Græcia Goltzii, tab. XXIV. In eo nummo leo insculptus, hinnulum vorans. Cassander Antipatri F. Macedonum tyrannus, oppidi conditor aream nummi aversam obtinet. Alter cum leone Herculis clavam exhibet & pharetram: quod ab eo genus ducere Macedonum Reges credebantur.

ΚΑCΑΤΩΝ. Nummus Etruscillæ. ΕΡΕΝΝΙΑ ΑΙΤΡΟΥCΚΙΛΛΑ: cum quadrigis in aversa superficie, in qua oppidi nomen est. Sunt & Gordiani Pii, & Q. Herennii in eo oppido cusi nummi. Est illud in mediterraneis Ciliciæ oppidis, quæ aspera nuncupatur. Pamphyliæ id oppidum adscribunt Notitiæ Veteres Episcopatuum, pag. 13. ὁ Κασῶν. Et pag. 31. Κασσά. In Synodo CP. quinta, pag. 601. subscribit Θεόδωρος ἐπίσκοπος τῆς Κασατῶν πόλεως. Et pag. 419. *Cyriacus Casatanorum*, pro *Casatarum*.

ΚΑΣΣΑΝΩΡΙΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Vespasiani nummus, e Thesauro Goltzii. Stephanus: Κασσάνωρος, πόλις Αἰγυπτία....τὸ ἐθνικὸν, Κασσανωρίτης. Lustratam Ægyptum a Vespasiano Tranquillus & alii referunt.

ΚΑCCΩΠΑΙΩΝ. Serpens aræ involutus, Æsculapii symbolum. In parte aversa, caput muliebre. Stephanus: Κασσώπη, πόλις ἐν Μολοσσοῖς, ἐπώνυμος τῇ Κασσωπίᾳ χώρᾳ· τὸ ἐθνικὸν, Κασσωπαῖος. Plinio, lib. IV. sect. I. *Cassiopæi*, in Epiro.

ΚΑCΤΑΒΑΛΕΩΝ.

ΙΕΡΟΠΟ. ΚΑCΤΑΒΑ. ΙΕΡΟC. Subintellige, ἀγών. *Hieropolitarum* Syriæ, *& Castabalensium sacrum* certamen. Diadumeniani nummus, e Cimelio Regio, in quo urna cum gemina face accensa. Plinio, lib. V. sect. XXII. *Castabala*, in *Cilicia*. Tamen in Conc. Quinisexto, pag. 1195. legitur, Θεόδωρος ἐπίσκοπος πόλεως τῶν Κασταβαλῶν. Stephano: Καστάβαλα, Κιλικίας.... ὁ πολίτης, Κασταβαλεύς.

ΚΑΤΑΝΑΙΩΝ. E Cimelio nostro. Plinius, lib. III. sect. XIV. *Colonia Catina*. Stephano: Κατάνη, πόλις Σικελίας ..... τὸ ἐθνικὸν, Καταναῖος. Latini *a* in *i* commutant in hisce nominibus: Massilia, Mithridates, Catina, cum Græci efferant, Μασσαλία, Μιθραδάτης, Κατάνη. Nobis *Catane*. Incolis *Catania*, *Citta clarissima*. Colonos eo missos a Romanis auctor est Strabo, lib. VI. pag. 268. Augusti principatu.

ΚΑΤΑΝΑΙΟΝ. Apud Parutam, & ΚΑΤΑΝΑΙΑΝ. In his Jovis Hammonis, Apollinis, Plutonis Proserpinam rapientis, Castorum, aliorumque Numinum insculptæ effigies.

ΚΑΤΑΝΑΙΩΝ. Apollo columnæ innititur. Ex parte altera Cæsaris Dictatoris, & Augusti capita. Strabo, lib. VI. pag. 272. Τὴν Κατάνην ἀνέλαβεν ὁ Καῖσαρ &c. *Catinam Cæsar* Augustus *instauravit*.

ΚΑΤΑΝΑΙΩΝ. Cereris, cum spicea corona effigies: itemque Pegasi, apud Parutam, num. XXXVIII. Tullius, Verrina IV. *Sacrarium Cereris est apud Catinenses, eadem religione, qua Romæ, qua in ceteris locis, qua prope in toto orbe terrarum. In eo sacrario intimo fuit signum Cereris perantiquum*, &c.

ΚΑΥΛΩΝΙΑΤΑΝ. E Cimelio Regio. Plinius, lib. III. sect. XV. *Vestigia oppidi Caulonis*. Stephano: Καυλωνία.... ὁ πολίτης, Καυλωνιάτης. Nunc est *Castel Vetere*, in ulterioris Calabriæ peninsula.

ΚΑΥΛ. In Cimelio nostro, cum Jovis Tonantis, ac cervi effigie: ex parte aversa cervus iterum, & inversis litteris epigraphe eadem, ΛΥΑΚ. Revocat hic nummus in memoriam locum Regii vatis, Psal. 28. 9. *Vox Domini præparantis cervos;* quem de tonitrui fragore accipi oportere interpretes admonent: cujus metu cervarum partum accelerari vates ait: nec cervarum modo, sed & interdum mulierum, quod uxori Phinees accidisse legimus, 1. Sam. 4. 19. Similis a Goltzio in Magna Græcia, tab. XXVII. nummus affertur, in quo figuræ pares, epigraphe gemina, ΚΑΥ. & ΚΑΥΛΩΝΙΑΤΑΝ.

ΚΑΦΥΙΑΤΩΝ *in Arcadia*.

ΑΥΤΟ. ΚΑΙ. Λ. CΕΠΤ. CΕΟΥΗΡΟC CΕΒ. *Imp. Cæsar L. Septimius Severus Aug.* ΚΑΦΥΙΑΤΩΝ. Nummus *Caphyiatarum*. Genius oppidi. Plinius, lib. XVI. sect. LXXXVIII. *In Caphyis*, vel *Caphyarum Arcadiæ luco*. Est hic nummus, in Cimelio D. FOUCAULT.

ΑΝΤΩΝΙΝΟΝ ΒΑCΙ. ΚΑΦΥΙΑΤΩΝ. Antonini Severi F. nummus, in eodem Cimelio, cum effigie Cereris: Ἀντωνῖνον βασίλεια ἀγαπᾷ Σιτώ. *Antoninum diligit Alma Ceres*. Nummus *Caphyiatarum*. Cave enim βασιλέα dictum putes Antoninum: qui titulus nec Severo patri in simili Caphyiatarum nummo datur, nec omnino convenit Romanis Imperatoribus.

ΚΕΛΑΔΩΝΑΙΩΝ. Titi nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 218. Stephanus: Κελαδώνη, πόλις Λοκρίδος· τὸ ἐθνικὸν, Κελαδωναῖος.

ΚΕΛΕΝΔΕΡΙΤΩΝ. Stat Jupiter, læva hastam tenens, dextra spicas. Dextro nummi latere, Ν In parte aversa, caput turritum. Nummum ex ΑΣ

 ære

ære minimo vidimus apud Abb. Mezzabarba. Plinio, lib. v. sect. xxii. *Regio Celendernis cum oppido*, in Cilicia. Notitia Eccles. pag. 57. in Provincia Isauriæ, Κελένδερις. Altera Notitia pag. 35. Κελενδήνω, mendose.

ΚΕΛΕΝΔΕΡΕΝΩΝ. Nummus Etruscillæ; in quo Fortuna stans temonem tenet.

ΚΕΝΤΟΡΙΠΙΝΩΝ, apud Parutam, & in Cimelio nostro. Plinius, lib. iii. sect. xiv. *Centuripini*, in Sicilia. Oppidum, τὰ Κεντόριπα Straboni, lib. vi. pag. 272. Nunc *Centorbo*, juxta montes Ætnæos. Nummi Centuripinorum Jovem Jovisque armigeram aquilam præferunt: tripodem Apollineum, citharamque: vomerem, quo studium arandi signatur in iis fuisse maximum: quamobrem *Centuripinos homines mediterraneos, summos aratores* Tullius appellat, Verrina v. Sunt & in quibus leo insculptus, &c.

ΚΕΡΑΜΙΩΝ. Nummus e Thesauro Goltzii, pag. 218. Plinio, lib. v. sect. 29. *Ceramus*, Cariæ oppidum, inter Cnidum & Halicarnassum, a quo Ceramico sinui nomen: *Golfo di Castel Marmora*.

ΚΕΡΑΣΟΥΝΤΙΩΝ. M. Aurelii nummus, ET. H. ἔτει η'. *anno* ejus *octavo* cusus. Vide ΤΙΑΝΩΝ. Plinio, lib. vi. sect. iv. ultra Cappadociam, in Ponto, *oppidum Cerasus*, unde cerasa cognominata.

ΚΕΡΑΥΝΙΕΩΝ. Goltzii nummus, e Vetere Græcia, Plinius, lib. xiv. sect. xxii. *In Achaia maxime circa Caryniam abigi partum vino* &c. Athenæus, lib. i. pag. 31. Περὶ ἢ Κερυνίαν τῆς Ἀχαΐας. Theophrastus, lib. ix. hist. cap. xx. unde hæc manarunt: Πάλιν δ' ἐν Ἀχαΐᾳ, καὶ μάλιστα περὶ Καρυνίαν &c. Ælianus, lib. xiii. Var. hist. cap. vi. Ἐν ἢ Ἀχαΐᾳ περὶ Κεραυνίαν &c. Atque hoc quidem postremum nomen sincerissimum esse nummus hic testatur, quem Nonnius ad Cypriorum nescio quod oppidum perperam refert. In eo nummo urna cum palmis: in parte aversa, victor Olympico certamine in bigis, cui a victoria corona imponitur.

ΚΕΡΕΤΑΠΕΩΝ. Antonini Pii, M. Aurelii, Commodi, & Severi nummi. Ceretapæ meminit Philostorgius. Notitia Eccles. antiqua, pag. 27. in Phrygia Capatiana, Κερετάπα. At pag. 49. ὁ Καρίας. Et apud Leunclavium, pag. 94. ὁ Χαιρετόπων: utrobique mendose. In Commodi nummo apud Occonem, pag. 332. Hercules stat.

ΚΕΦΑΛΛΗΝΙΩΝ. Nummus e Thesauro Goltzii, pag. 218. Plinio, lib. iv. sect. xix. *Cephalenia*, ante Ætoliam & Echinadas insula, hodie *Cefalogna*. A Cephalo Deïonei F. nomen habuisse Pausanias prodidit, in Atticis, pag. 36. Incolæ in nummis equum signabant, teste Polluce, lib. ix. cap. vi. Κεφαλλῆνες ἵππον τῷ νομίσματι ἐνεχάραττον.

ΚΕΦΑΛΟΙΔΙΣΙΩΝ. Nummus Caji Cæsaris, e Thesauro Goltzii, pag. 218. Plinio, lib. iii. sect. xiv. *Cephalœdis*. Incolis, *Cefalù*, *Citta Placentissima*. Tullio, Verrina iii. *Civitas Cephalœditana*.

ΚΕΦ. & ΚΕΦΑ. Apud Parutam. In his Mercurius, Hercules, Juppiter ipse insculptus.

ΚΗΒΗΣΣΕΩΝ. In nummo Philippi patris. Additur Prætoris nomen in eo nummo: ΕΠ. ΑΡ. ΟΥΑΡΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ. *Sub Archonte Varo Sophista*. Nummus iste elegantior cum Æsculapio & Hygia, in Cimelio Mediceo servatur, epigraphe integra, ΚΗΒΗΣΣΕΩΝ. ΕΠΙ. ΑΥΡ. ΜΑΡΚΟΥ. ΑΡΧ. ΠΡΩ. ΤΟ. Β. Hoc est, Ἐπὶ Αὐρηλίε Μάρκε Ἄρχοντος πρώτε τὸ β. *Sub Aurelio Marco Archonte primo iterum*. Oppidum Lyciæ fuit Cebessus, vel Cabessus, Hellanico apud Stephanum.

ΚΗΡΙΝΘΙΩΝ. Goltzianus in Græcia Vetere nummus, Tab. xi. Plinio, lib. iv. sect. xxi. *Cerinthos*, in Eubœa insula oppidum. Sedet in eo nummo Apollo cum lyra: ex parte altera caput ejusdem laureatum. De cultu Apollinis in ea insula, vide ΚΑΡΥΣΤΙΩΝ.

ΚΙΑΝΩΝ. Nummus perantiquus, quem vidimus, in quo prora navis: ex parte aversa Cii caput, qui socius Herculis fuit, oppidi conditor, ut auctor est Strabo, lib. xii. pag. 564. Adjecta hæc in eo nummo epigraphe, ΤΟΝ. ΚΤΙΣΤΗΝ. *Conditorem* cives ἐτίμησαν.

ΕΠΙ. ΑΡΧΙΕ. ΚΛΑΥ. ΒΙΑΝΤΟΣ. ΚΙΑ. Ἐπὶ ἀρχιερέως Κλαυδίε Βίαντος. Κιανῶν. Domitiani apud Spanhem. pag. 693. e Gaza Medicea.

ΚΙΑΝΩΝ. M. Aurelii Faustinæ junioris, Crispinæ, Juliæ Domnæ, Antonini Severi F. Severi Alexandri, Julii Maximini, Tranquillinæ, Trajani Decii, & Treboniani Galli nummi. Plinius, lib. v. sect. xl. *Cios* amnis *cum oppido ejusdem nominis, quod fuit emporium non procul accolentis Phrygiæ*, &c. Hodie incolis *Cherasia*, Turcis *Cheris*, a cerasorum ibi copia.

ΚΙΒΥΡΑΤΩΝ. Nummus Ælii Cæsaris, quem vidimus: & alter Diadumeniani, in Cimelio Regio, cum Fortunæ stantis effigie. Gordiani Pii in Cimelio nostro, cum cista. Plinio, lib. v. sect. xxix. *Cibyratarum juga, & Cibyratica jurisdictio. Ipsum oppidum Phrygiæ est.* Cariæ tamen adscribitur in Notitia Episcopatuum Hieroclis, pag. 17. & pag. 33. Et in Conc. C P. I. Leontius Cibyrensis subscribit, e Prov. Cariæ. Plura vide in notis ad Plinium, loc. cit. *Civitas Cibyratica apud Asiam*, a Tacito vocatur, lib. iv. Annal. cui motu terræ labefactæ ut subveniretur remissione tributi in triennium, senatusconsultum Tiberii jussu factum refert. Sunt & L. Veri, Severi, Antonini F. Julii Maximini, & Trajani Decii nominibus, nummi Κιβυρατῶν.

ΚΙΛΒΙΑΝΩΝ ΤΩΝ ΑΝΩ. *Cilbianorum superiorum*. Nummus Juliæ Domnæ, e Cimelio Regio. ΕΠΙ ΑΡΧ. ΔΙΟΦΑΝΤΟΥ. *Sub Archonte Diophanto*. Alius Trajani, ΕΠΙ ΣΤΡ. ΠΡΟΚΛΟΥ, *sub Prætore Proclo*. At in Augusti nummo: ΚΛΕΑΝΔΡΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣ. ΚΙΛΒΙΑΝΩΝ ΤΩΝ ΚΑΤΩ. *Cleandro Scriba*. Nummus *Cilbianorum inferiorum*. Plinio, lib. v. sect. xxxi. in Ionia, *Cilbiani inferiores & superiores*. Quem locum nummi hujus auctoritate atque admonitu sanavimus, cum vitiosa prius interpunctione legeretur, *Cilbiani, inferiores & superiores Mysomacedones*. Idem Plinius paulo antea Cilbiana juga appellari ea monet, in quibus Caystrus oritur, quo amne Ephesus alluitur. Vide ΔΙΟΝΥΣΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Esse porro Græcorum morem τῆ ἄνω καὶ τῆ κάτω, superiorem, inferioremque provinciam discriminare, sciunt qui vel tantillum Græce sciunt. Sic apud Gruterum, pag. lxix. 8. ΜΥΣΙΑΣ. ΤΗΣ. ΚΑΤΩ. Hujus autem rei admonitione venit in mentem vetus inscriptio, quam Sponius attulit, libro inscripto Gallice, *les Recherches de l'Antiquité*, nec tamen intellexit, pag. 143.

IOVI O. M.
CETERISQ. DIIS.
DEABVSQ. IMMORT.
TIB. CL. DEMETRIVS.
DOM. NICOMED.
V. E. PROC. AVGG. NN.
ITEM. CC. EPISCEPSEOS.
CHORAE INFERIORIS.

Hoc est, *Iovi Optimo Maximo, ceterisque Diis Deabusque Immortalibus, Tiberius Claudius Demetrius, domo Nicomediensis, Vir Egregius, Procurator Augusto-*

Custorum Nostrorum, *item ducentesimæ Episcepseos Choræ inferioris.* Ubi Chora inferior, Alexandriæ Ægypti circumjectus ager vocatur, Ptolemæo teste, ubi de Delta, fluminibusque, quæ inferiorem Ægyptum rigant: Καλεῖται δὲ κοινῶς ἡ περὶ τούτους τοὺς ποταμοὺς ΧΩΡΑ ΚΑΤΩ. Unde lucem ei Pliniano loco attulimus, e libro XIII. sect. IX. *Una earum palmarum arbor in Chora esse traditur*, cui voci quæ vis subesset, Plinianis ad hunc diem interpretibus latuit, Pintiano etiam censente *in Charace* legi oportere. Quin & alteri ejusdem scriptoris loco fecimus medicinam, libro nempe VI. sect. XXXIX. *Syria Cœle*, *Pelusium*, *Ægypti inferiora*, *quæ Χώρα vocatur Alexandriæ.* Cum prius legeretur, MSS. codicibus invitis, *inferiorque ora quæ vocatur Alexandria.* Denique, ut & id obiter dicamus, Ducentesimæ procurator in inscriptione ea Demetrius appellatur, ut in aliis apud Gruterum, pag. CCCCXCV. *Procurator decimæ*: pag. CCCCXXXVII. *Procurator vicesimæ*, &c. Utrum is tamen Ducenarius sit appellatus, ut Sponius voluit, amplius considerandum. Quam sit enim ambigua vox ea *Ducenarius*, ex Gothofredo intelliges, in lib. XI. Cod. Theod. tit. VII. de Exactionibus, leg. I. ubi de Ducenariis exactoribus agitur. *Episcepsin* certe credimus appellatum esse tractum eum, quo Procurator quisque vectigalia & tributa exigeret. Gallis est vulgo, *l'Election.* Et cum vox ea Græce ἐπίσκεψις, *Inspectionem* sonet, inspectores inde nominatos esse suspicamur, eosdemque fortassis Censitores, Peræquatoresque dictos, quod prædiis inspectis & adæquatis invicem, ea sublevarent, quibus esset gravius adscriptum onus: quæ censita levius, gravarent. De his enim titulus exstat in Cod. Justin. lib. XI. tit. LVIII. *De Censibus*, *& Censitoribus*, *& Peræquatoribus*, *& Inspectoribus.* Iidem Græcis ἐπόπται, & ἐξισωταί, & ab ἐπισκέψει forte, ἐπίσκοποι τῆς χώρας. Cui voci affinis Chorepiscoporum in Ecclesiastico regimine appellatio est, dispari officio ac munere. Novellæ Theodosii, tit. XVI. de postulando, &c. *Nihil advocatis provinciarum vel spectabilium judicum quis existimet injungendum*, *nulla eis inspectio*, *nulla ingeratur peræquatio*, &c. Cave interim eidem Sponio credas ducentesimæ mentionem apud Capitolinum fieri in Antonino affirmanti, his verbis: *Procuratores suos modeste suscipere tributa jussit ducentesima:* nam ejus vocis *ducentesima*, apud eum scriptorem, nec vola, ut aiunt, nec vestigium est.

ΚΙΛΒΙΑΝΩΝ. ΝΙΚΑΕΩΝ. *Cilbianorum & Nicæensium* concordia. Et in Cimelio Magni Hetruriæ Ducis, ΚΙΛΒΙΑΝΩΝ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. *Cilbianorum & Pergamenorum* concordia.

ΚΙΛΙΚΩΝ.

Κ. Κ. Ara intermedia, in Hadriani nummo, e Museo nostro, & apud Patinum, pag. 197. Ex ara palmæ exsistunt, eidemque globus impositus: quæ symbola ludos & sacra indicant pro incolumitate Reip. & orbis Romani felicitate suscepta a communi Ciliciæ, uti remur: sic enim visum est has litteras interpretari, quæ hactenus latuere, ΚΟΙΝΟΝ ΚΙΛΙΚΙΑΣ, ut supra ΚΟΙΝΟΝ ΒΕΙΘΥΝΙΑC. Et in nummo Tarsensium, in quo Templi effigies, sine ullo notarum compendio, ΤΑΡΣΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC. ΚΟΙΝΟΝ ΚΙΛΙΚΙΑC. In Thesauro Regio.

ΚΛΑΖΟΜΕΝΙΩΝ. Nummus e Museo nostro, cum arietis decumbentis effigie, & capite Palladis. Plinio, lib. V. sect. XXXI. *Clazomenæ*, in Ionia. Hodie *Kelisman* incolis, quæ vox appellationis antiquæ vestigium aliquod retinet. In Notitia Eccles. antiqua, pag. 27. Κλαζομένη.

ΚΛΑΖΟΜ. Caput Augusti. Ex parte aversa, ΘΕΑ. ΛΙΒΙΑ. *Dea Livia*, Augusti conjux. E Cimelio Regio.

ΕΠΙ ΗΓΕΜΟΝΟΣ ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ. ΚΛΑΖΟΜΕΝΩΝ. *Sub Præside Asclepiade Clazomenarum.* Claudii nummus cum effigie Palladis. Sunt & Titi, Hadriani, Valeriani, & Gallieni.

ΚΛΑΖΟΜΕΝΙΩΝ. CΤΡ. ΦΙΛΩΝΟC ΔΑΜ. ΤΟ Β. Serapidis sedentis effigies. ΙΟΥΛΙΑ ΔΩΜΝΑ CΕΒΑCΤΗ. E Cimelio Regio. *Prætore Philone Damasia*, vel *Damasiæ F. iterum.*

ΚΛΑΖΟΜ. Getæ nummus majore forma, ex eadem Gaza.

ΘΕΑ ΚΛΑΖΟΜΕΝΗ. Genius Urbis sedens Cybelen dextra tenet. Valeriani nummus, e Cimelio Regio.

ΚΛΑΡΟΣ.

ΚΛΑΡΟΣ ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. Vide ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ.

ΑΡΤΕΜΙC ΚΛΑΡΙΑ. ΚΟΛΟΦΩΝΙΩΝ. Domitiani nummus, e Cimelio Regio, cum Dianæ effigie. Plinio, lib. V. sect. XXXI. in Ionia. *Apollinis Clarii fanum.* Conjunctus ubique fere utriusque Numinis cultus, Apollinis ac Dianæ. Nummum hunc mutilum Patinus affert, pag. 164.

ΚΛΑΡΙΩΝ. ΚΟΛΟΦΩΝΙΩΝ. Trajani, in Cimelio Regio. Plinio, loc. cit. *Colophon: inde Apollinis Clarii fanum.* Est & apud Tristanum, tom. II. pag. 538.

ΑΡΤΕΜΙC ΚΛΑΡΙΑ. ΚΟΛΟΦΩΝΙΑ. Ejusdem Trajani. *Diana Claria Colophonia.*

ΚΛΑΡΗΝΩΝ. Nummus Faustinæ junioris.

ΚΛΑΥΔΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ.

ΚΛΑΥΔΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Domitiani nummus apud Patinum, pag. 164. nunc Cimelii Regii: cum Jovis sedentis effigie, fulmen dextra, læva hastam tenentis. In Lycaonia hanc Claudiopolim collocat nummus Faustinæ junioris. Vide ΛΥΚΑΟΝΙΑ.

ΚΛΑΥΔΙΟΠΟΛΕΩC. Hadriani, e Cimelio Regio, in quo mulieris sedentis effigies. Ex hac Claudiopoli, cui & alterum nomen Bithynium fuit, oriundum Antinoum ferunt. Alter Hadriani nummus est, in Gaza Regia, in quo uva insculpta.

ΚΛΑΥΔΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΝΕΩΚ. Antonini Pii nummus, cum Æsculapii effigie, ac serpente, qui baculo, quem manu gestat, involvitur. Sic enim legi oportere nummum auguramur, quem affert Occo, pag. 268. legitque ΜΥΔΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, exesa nempe priore littera, quam non vidit: e duabus deinde sequentibus, ΛΑ, una conflata Μ.

ΚΛΑΥΔΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΝΕΟ. Κλαυδιοπολειτῶν Νεωκόρων. Antonini Severi F. nummus, quem Tristanus perperam legit, tom. II. pag. 214. ΝΕΟΚΛΑΥΔΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ: cum in exteriore nummi ambitu ΚΛΑΥΔΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ scriptum sit, interiorem aream vocula ΝΕΟ. obtineat, & a priore plane divulsa, & minore characterum forma exarata. In isto Claudiopolitarum nummo ara est, cui serpens, Æsculapii typus, insidet: ut ad eosdem Claudiopolitas referri hunc nummum oportere palam sit, ad quos superior Antonini spectat. In altero simili Severi Aug. ex ære magno, additur anni nota: ET. CϚ. *Anno* CCVI. Æræ hujus initium adhuc nobis est incompertum. Sunt & Gordiani Pii, & Tranquillinæ nomine nummi ΚΛΑΥΔΙΟΠΟΛΙΤΩΝ.

ΚΛΕΩΝΑΙΩΝ. Getæ nummus, e Cimelio Regio,

gio, cum Palladis effigie. Pausanias in Corinth. seu lib. II. operis sui, pag. 57. Ἐκ Κορίνθου δ' εἰς Ἄργος ἐρχομένῳ Κλεωναί πόλις ἐστὶν οὐ μεγάλη. Παῖδα δὲ εἶναι Πέλοπος Κλεώνην λέγουσιν . . . Ἐνταῦθά ἐστιν ἱερὸν Ἀθηνᾶς, τὸ δὲ ἄγαλμα Σκύλλιδος τέχνη καὶ Διποίνου· μαθητὰς δὲ εἶναι Δαιδάλου σφᾶς &c. *A Corintho Argos eunti occurrunt Cleonæ, urbs haud utique magna, a Cleone dicta, quem Pelopis fuisse filium tradunt . . . In ea Palladis ædes est, & simulacrum, Scyllidis & Dipœni arte factum: ac fuisse eos Dædali discipulos aiunt.* De his artificibus, eorumque signis e marmore prolixe Plinius, lib. XXXVI. sect. IV. ubi & Minervæ simulacrum ab iis elaboratum in primis laudatur, & aliis eorundem operibus refertæ Cleonæ fuisse dicuntur. De urbis nomine ac situ idem Plinius, lib. IV. sect. VI. *Cleonæ*, in Achaïa: a Corintho stadiis LXXX. ut scribit Eustathius in Homer. Iliad. β. pag. 291. post Strabonem, lib. VIII. pag. 377. qui se ab Acrocorintho urbem eam prospexisse ait. Sunt & Commodi in hoc oppido, & Juliæ Domnæ, & Antonini Severi F. cusa numismata.

ΚΛΥΠΙΕΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Galbæ nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 218. Plinio, lib. V. sect. III. *Liberum Clupea*, in Africa propria, seu Zeugitana regione. Nunc *Zafuran*, ut recte Marmolius.

ΚΝΙΔΙΩΝ. Nummi Nervæ, Antonini Pii, M. Aurelii, Faustinæ junioris, Severi, & Antonini F. Plinio, lib. V. sect. XXIX. in Caria, *Gnidos libera, . . . Stadia appellata.* Quod ad postremam hanc appellationem attinet, Σταδίας, etiam Rhodo, quæ Gnido adversa objacet, communis fuit, teste Strabone, lib. XIV. pag. 653.

ΚΝΙΔΙΩΝ. Venus linteum tenet supra vas. Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΣ. ΦΟΥΛ. ΠΛΑΥΤΙΛΛΑ. Capita duo adversa: Antonini laureatum, & Plautillæ conjugis. Est in Thesauro Regio, ex ære maximo.

ΚΝΙΔΙΩΝ. E Museo nostro: in quo nummo Bacchi caput insculptum, cum corona ederacea: uva, ex parte aversa. Geminum vini feracitatis in eo tractu symbolum. Strabo, lib. XIV. pag. 637. Κνίδος, καὶ Σμύρνα, καὶ ἄλλοι ἀσημότεροι τόποι διαφόρως χρηστοινοῦσιν, ἢ πρὸς ἀπόλαυσιν, ἢ πρὸς διαίτας ἰατρικάς. *Cnidus, Smyrna, aliaque obscuriora loca vino excellunt, sive ad jucunditatem, sive ad usus medicos requiras.*

ΚΝΩΣΙΩΝ.

ΚΝΩΣΙ. In Museo nostro, cum effigie labyrinthi, quem apud Gnosios fuisse, ait Seneca in Hippolyto, Plutarchus in Theseo, Philostratus, lib. IV. de vita Apollonii, cap. XI. Quanquam alii Gortyne statuunt. Adjecta præterea vocula, ΑΡ. hoc est, Ἀρτέμιδος, cujus expressum caput in aversa nummi parte. Ea in Creta religiosissime colebatur, Βριτόμαρτις, & Δίκτυννα dicta. Hesychius: Βριτόμαρτις, ἐν Κρήτῃ ἡ Ἄρτεμις. Solinus, cap. XVII. *Cretes Dianam religiosissime venerantur: Βριτόμαρτιν gentiliter nominantes, quod sermone nostro sonat Virginem dulcem.* Nam Βριτὺ, *dulce*, μάρτις, *virgo* Cretensibus fuit. Hesychius: Βριτὺ, γλυκὺ, Κρῆτες. De oppido Plinius, lib. IV. sect. XX. *Gnossus*, Cretæ oppidum. Vide ΓΝΩΣΙΩΝ.

ΚΝΩΣΙΕΩΝ ΔΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Cum labyrintho. Ex parte altera: ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΚΑΙΣΑΡΑ ΣΕΒΑΣΤΟΝ. *Imp. Cæsarem Augustum.* Apud Tristanum in Augusto, pag. 93.

ΚΟΛΟΦΩΝΙΩΝ. Macrini, & Diadumeniani, cum effigie amnis Halesi, quo Colophon civitas alluitur.

ΑΡΤΕΜΙΣ ΚΟΛΟΦΩΝΙΑ. *Diana Colophonia.* Domitiani nummus, in Cimelio D. FOUCAULT.

ΚΟΛΟΦΩΝΙΩΝ. ΑΡΤΕΜΙΣ ΚΛΑΡΙΑ. *Colophoniorum nummus. Diana Claria.* Trajani nummus, in Thesauro Regio.

ΚΟΛΟΦΩΝΙΩΝ. M. Aurelii nummus, cum tigride: Commodi, cum urso: Antonini, & Getæ, cum Æsculapio: Philippi patris, cum Serapide: Gallieni, cum Dianæ effigie.

ΚΟΛΟΦΩΝΙΩΝ. Getæ nummus, e Gaza Regia, in quo canis insculptus, non, ut quibusdam visum est, lupus. Plinius, lib. VIII. sect. LXI. *Propter bella Colophonii cohortes canum habuere: hæ prima dimicabant in acie nunquam detrectantes: hæc erant fidissima auxilia, nec stipendiorum indiga.*

ΚΟΛΟΦΩΝΙΩΝ. ΕΠΙ ΣΤΡ. ΤΙΒ. ΚΛΑΥΔ. ΜΥΡΩΝΟΣ ΤΟ Β. *Sub Prætore Tiberio Claudio iterum.* Nummus Antonini Elagabali.

ΚΟΛΟΦΩΝΙΩΝ. ΕΠΙ ΣΤΡ. ΚΑΛΛΙΝΕΙΚΟΥ. *Sub Prætore Callinico.* Gordiani Pii, apud Patinum. pag. 375. cum Apollinis Colophonii, seu Clarii icone. Sedet is, laurumque dextra, læva citharam gerit. Pausanias in Achaïc. pag. 210. Ἐν δὲ τῇ Κολοφωνίων ἄλσος τε τοῦ Ἀπόλλωνος ἐν δένδρεσι μελίας· καὶ οὐ πόῤῥω τοῦ ἄλσους Ἄλης ποταμὸς, &c. *Apud Colophonios lucus visitur Apollinis, fraxinis condensus. Ab eo non longe fluvius Hales*, &c.

ΚΟΛΟΦΩΝΙΩΝ. ΕΠ. ΣΤΡ. ΑΥΡ. ΚΑΠΙΤΩΛΕΙΝΟΥ. *Sub Prætore Aurelio Capitolino.* Nummus Otaciliæ Severæ.

ΚΟΛΟΦΩΝΙΩΝ. ΕΠΙ. ΣΤΡ. ΚΛ. ΚΑΛΛΙΣΤΟΥ. ΙΕΡΕΩΣ ΙΩΝΩΝ. ΤΟ ΚΟΙΝΟΝ ΙΩΝΩΝ. *Colophoniorum. Sub Prætore Claudio Callisto, Sacerdote Ionum. Commune Ionum.* Treboniani nummus, e Cimelio Regio, quo in nummo fanum commune Ionum, sedente in medio fano Apolline Colophonio, stante inferius ante aram bove, quæ mactanda ei Deo hostia: viris in orbem tredecim, manus ambas supplicum more, vel plaudentium potius, porrigentibus: qui tredecim Asiæ civitates, quibus Ionum commune constabat, omnino repræsentant. Vide verbo ΡΟΔΙΩΝ, quæ dicturi de eo nummo sumus, in quo ΚΟΙΝΟΝ ΓΙ ΠΟΛΕΩΝ. Fuit autem ei Sacerdoti Callisto nomen, ut in nummo subsequente, qui Volusiano Principe Treboniani F. cusus est.

ΚΟΛΟΦΩΝΙΩΝ. Volusiani nummi, apud Patinum, pag. 400. nunc Cimelii Regii. ΕΠΙ. ΣΤΡ. ΠΟ. ΑΙ. ΚΑΛΛΙΣΤ. *Sub Prætore Publio Ælio Callisto.* Et ΕΠΙ. ΣΤΡ. ΑΥΡ. ΑΘΗΝΑΙΟΥ. *Sub Prætore Aurelio Athenæo:* non uti reddit Patinus, *Atheniensi.* Apollo ibi cum lauro fraxinove sedet, & cithara. Plinio, lib. V. sect. XXXI. *Colophon, Halæso affluente: inde Apollinis Clarii fanum*, in Ionia: nunc diruta. Vide ΚΛΑΡΟΣ.

ΣΤΡΑ. ΠΟ. ΑΙ. ΣΕΒΗΡΕΙΝ. ΚΟΛΟΦΩΝΙΩΝ. *Prætore Publio Ælio Severino.* Gallieni, e Cimelio Regio.

ΚΟΛΧΩΝ. Apud Goltzium in Asia, Tab. I. Sed haud dubie ΓΟΛΓΩΝ legi ab eo oportuit, qui nummos inspexit. Nam in his Venus insculpta, seu armata, seu laureata: & ex parte aversa Veneris, seu Luciferi stella, quam Leo gradiens respicit: nomenque Prætoris adjectum ΔΩΡΟΘΕΟΣ: quæ sunt omnia a Colchorum lingua, & moribus aliena. At Golgi in Cypro sacrum Veneri oppidum fuit. Catullus, in Epithal.

Quaque regis Golgos, quaque Idalium frondosum.

Γόλγοι, πόλις Κύπρου Stephano: unde & Ἀφροδίτη Γολγία.

ΚΟΜΑΝΕΩΝ, *in Pamphylia.*

I E-

ΙΕΡΟΚΑΙCΑΡ. ΚΟΜΑΝΕΩΝ. Severi nummus, e Cimelio Regio: quem Comanensi in Pisidia oppido idcirco adscribimus potius, quam Cappadocico, Ponticove, quod vicinius illud multo sit Hierocæsariensi, qui cum initum fœdus, sive ὁμόνοια hoc nummo significatur. Est enim in Lydia Hierocæsarea: in Pisidia, qua Pamphyliam hæc attingit, Comana, teste Ptolemæo, lib. v. cap. v. Et in Notitia Eccles. Prov. Pamphyliæ, pag. 31. Κόμανα censetur. Vide supra, ΙΕΡΟΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. In altero Severi Alexandri nummo.

ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ. Nummus est e Museo nostro, cum scorpione, in laurea: in parte altera legitur, ΑΝΤΙΟΧΟΣ. ΜΕΓΑΣ. ΒΑΣΙΛΕΥΣ. Fuit hic Antiochus Commagenorum regulus, qui filiam connubio junxit cum Alexandro filio Tigranis, ejus quem Nero præfecit Armeniæ. Plinius de Commagene, libro v. sect. xx.

ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ. ΙΟΤΑΠΗ. ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΣ. Antiochi supradicti filia. Nummus antiquus apud Seguinum, pag. 59. cujus ex aversa parte, ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ. Ævum Neronis refert cælatura.

ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ. Ancoræ effigies. Ex parte aversa, ΠΙCΤΙC. *Fides.* Junctæ manus cum caduceo.

ΚΟΝΑΝΕΩΝ *Pisidiæ.*

ΚΟΝΑΝΕΩΝ. M. Aurelii nummus, ut quidem dicit D. Galland. In Notitia Ecclesiastica Pisidiæ, est Κονάνη.

ΚΟΠΤΙΤΩΝ *Ægypti.*

ΚΟΠΤ. L. ΙΑ. Κοπτιτῶν, λυκάβαντος ιά. Hadriani Principis anno undecimo. *Coptos* Plinio, lib. v. sect. xi. unde & *Coptites* nomos, sect. ix. in Ægypto.

ΚΟΠΤΙΤ. L. ΙΓ. Isis stans. ΑΥΤ. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝ. CΕΒ. ΓΕΡΜ. ΔΑΚΙΚ. Αὐτοκράτωρ Νερούας Τραϊανὸς Σεβαστὸς Γερμανικὸς Δακικός. Trajani, e Cimelio Regio: anno illius Principis, xiii. Osiris in eo nummo stans, dextra hastam puram tenet, læva cervi effigiem gerit.

ΚΟΡΑΚΗCΙΩΤΩΝ. Hadriani nummus, e Cimelio Regio. Plinio, lib. v. sect. xxii. *Coracesium*, in Cilicia. Κορακήσιον Straboni, lib. xiv. pag. 668. In Notitia Eccles. pag. 31. Pamphyliæ adscribitur.

ΚΟΡΚΥΡΑΙΩΝ. Ex parte aversa, ΖΕΥΣ ΚΑΣΙΟΣ. Nummi quos affert Andr. Marmora, lib. i. hist. Corcyr. Plinius, lib. iv. sect. xix. *Vrbs Corcyra, liberæ civitatis, cum oppido Cassiope, temploque Cassii Iovis.* Hodie *Corfou*, ab arce quæ Κορυφὼ apud Nicetam, lib. iii. ἀπὸ τῆ κορυφῆς. Est enim in loco in primis edito. In nummis Caracallæ, aliisque, e Gaza Regia, navis insculpta plenis velis fertur: felicitatis symbolum. Sunt & Trajani, M. Aurelii, Faustinæ junioris, L. Veri, Commodi, Severi, Juliæ Domnæ, Getæ, Elagabali, & Severi Alexandri.

ΚΟΡΚΥΡΑΙΩΝ. Deæ caput. .)(. ΚΟΡΚΥΡΑ. Triremis. Est ex ære mediocri, apud P. Steph. Chamillart. In nummis semper ΚΟΡΚΥΡΑΙΩΝ & ΚΟΡΚΥΡΑ, numquam ΚΕΡΚΥΡΑΙΩΝ aut ΚΕΡΚΥΡΑ vidimus: tametsi vetus est nomen illud apud Homerum.

ΚΟΡΚΥΡΑΙΩΝ. Bos cum lactente vitulo: agri pascuis opimi index. Apud Goltzium in insulis Græciæ, Tab. i.

ΚΟΡΚΥΡΑΙΩΝ. Cum uva, & cantharo, Bacchi symbolo: cujus ibi delubrum fuisse auctor est Thucydides. Durat hodieque Corcyræi vini commendatio.

ΚΟΡΚΥΡΑΙΩΝ. Navis, ut supra, Balbini nummus, apud Tristanum, tom. ii. pag. 487.

ΚΟΡΚΥΡΑΙΩΝ. Severi nummus, e Museo nostro; in quo Pegasus insculptus: quod fere Corinthiorum insigne est. Fuere porro Corcyræi Corinthiique socii: quare communi consilio Apolloniam in Epiro condiderunt, teste Strabone, lib vii. pag. 316. Ἀπολλωνία πόλις εὐνομωτάτη, κτίσμα Κορινθίων ϗ Κερκυραίων. In parte nummi altera, Α. Κ. Λ. CΕΠ. CΕΥΗΡΟC. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Λούκιος Σεπτίμιος Σεβῆρος. *Imp. Cæsar L. Septimius Severus.*

ΚΟΡΚΥΡΑΙΩΝ, cum triremi. ΙΟΥΛΙΑ ΔΟΜΝΑ CΕΒ. Ex ære mediocri, apud P. Chamillart. Alter ibidem, ex ære magno, cum Pegaso. Alius cum effigie Palladis, ex ære mediocri, ibidem: ΙΟΥΛΙΑ CΕΒΑCΤΗ.

ΚΟΡΚΥΡΑΙΩΝ. Caput Veneris. ΠΛΑΥΤΙΛΛΑ CΕΒ. Caput Plautillæ. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. Foucault. Est in Museo P. Chamillart, Plautillæ nummus similis, cum Genio civitatis.

ΚΟΤΙΑΕΩΝ. Claudii nummi, e Gaza Regia, Caracallæ, & Alexandri Severi. Et Getæ similis a Tristano affertur, tom. ii. pag. 207. in quo Bacchi Satyrique effigies, palmitem læva gestantis: quo vini feracem agrum eum esse intelligimus. Epigraphe pæne exesa, id tantum reliquum exhibet, ... Χ. ΚΟΤΙΑΕΩΝ, quod ex parte saltem sic supplendum statuimus, ΑΡΧ. ΚΟΤΙΑΕΩΝ, Ἄρχοντος Κοτιαέων, quisquis ille demum fuerit, *Archonte Cotyaënsium.* In Caracallæ nummo, e Museo nostro, ΑΡΧ. ΚΟΤΙΑΕΩΝ, cum eadem Bacchi effigie. Plinio, lib. v. sect. xli. *Cotyaion*, in Phrygia. Stephano, Κοτιάειον.. τὸ ἐθνικὸν, Κοτιαεύς. Phrygiæ, quam Ἐπίκτητον vocant, sive minorem, id oppidum fuit, teste Strabone, lib. xii. pag. 576. Phrygiæ Salutaris, Hierocli in Notitia Eccl. pag. 17. ubi ὁ Κομιτὶς mendose nunc legitur, pro ὁ Κοτιαίς.

ΑΓΡΙΠ. CΕΒ. ΚΟΤΙΑΕΩΝ. ΑΡΧΟΝΤ. ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ. *Agrippina Augusta*, Claudii conjux. Nummus Cotyaënsium, Archonte Diogene.

ΚΟΤΙΑΕΩΝ. ΕΠ. ΙΟΥΛΙΟΥ . . . *Sub Iulio* . . . . Nummus Agrippinæ Claudii, ex eodem Regio Cimelio. Cybeles sedentis effigies, quæ Dea Phrygum peculiaris. Sunt & M. Aurelii, Commodi, Maximini, & Philippi.

ΕΠΙ Μ. ΑΥΡ. ΚΟΥΙΝΤΙΛΙΑΝΟΥ ΑΡΧ. ΚΟΤΙΑΕΩΝ. *Sub M. Aurelio Quintiliano.* Severi Alexandri nummus, in quo Cybele: ut quidem refert D. Vaillant.

ΕΠΙ ΓΡ. ΑΙΛ. ΔΗΜΗΤΡΙΑΝΟΥ ΙΠΠΙ. ΑΡΧ. ΚΟΤΙΑΕΩΝ. Ἐπὶ Γραμματέως Αἰλίε Δημητριανοῦ Ἱππίε, ἄρχοντος Κοτιαέων. *Sub Scriba Ælio Demetriano Hippia*, vel *Hippiæ F. Archonte. Cotyaënsium.* Valeriani, & Gallieni nummi, e Cimelio Regio. Vide ΧΙΩΝ.

ΕΠΙ ΔΙΟΓΕΝΟΥC ΔΙΟΝΥ. ΑΡΧ. ΚΟΤΙΑΕΩΝ. Ἐπὶ Διογένους Διονύσε, ἄρχοντος Κοτιαέων. In eodem Cimelio, Gallieni Augusti. Cybele leoni insidet.

ΚΡΑΝΙΩΝ. In Vetere Græcia Goltzii, tab. xv. Nonnius in eum locum, qui Κράνιοι fuerint, quo terrarum situ positi, incompertum sibi fatetur. Fuere Κράνιοι teste Thucydide, lib. ii. pag. 119. & Strabone, lib. x. pag. 455. in insula Cephalenia: de qua Plinius, lib. iv. sect. xii. *Cephalenia . . . . Same diruta a Romanis, adhuc tamen oppida tria habet.* Fuere nimirum omnino quatuor, quorum cives a Livio appellantur Nesiotæ, Cranonii, vel Cranii, Pallenses, Samæi. Idcirco τετράπολις Cephalenia appellata ab Eustathio, pag. 307. & Strabone, loc. cit. Direpta Same a Romanis, M. Fulvio Cos. Imperatore, Samæos omnes sub corona veniisse, idem est auctor cap. xxxviii. pag.

pag. 478. Contigit hæc clades anno V. C. DLXV. Stephanus: Κράνιον, πόλις ἐν Κεφαλληνίᾳ τῇ νήσῳ... τὸ ἐθνικὸν, Κρανιεῖς. Ex Thucydide, aliisque scriptoribus, & nummis, Κράνιοι verius dici oportuit. Cephaleniam hodie Veneti *Cefalogna* vocant. In eo nummo Apollo laureatus, & ejusdem Dei ex parte aversa lyra insculpta.

ΚΡΑΝΑΙΩΝ. Julii Maximini nummus, in Cimelio Regio: item Philippi patris. In nummo Otaciliæ, ΚΡΑΝΑΙΩΝ. ΑΘΗ. *Cranaorum & Athenienfium* concordia.

ΚΡΑΤΙΕΩΝ & ΚΡΗΤΙΕΩΝ. Vide ΦΛΑΟΥΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ.

ΚΡΗΣΙΕΩΝ. E Thesauro Goltzii, pag. 219. Stephano: Κρήσιον, πόλις Κύπρου . . . τὸ ἐθνικὸν, Κρησιεύς.

ΚΡΗΤΑΓΕΝΗΣ ΖΕΥΣ. Vide ΓΑΖΑ.

ΚΡΗΤΟΠΟΛΙΤΩΝ. E Thesauro Goltzii, pag. 219. Κρητῶν πόλις Pamphyliæ urbs est, Diodoro, Polybio, Ptolemæo.

ΚΡΗΤΩΝ.

ΚΑΙΣΑΡΙ ΣΕΒΑΣΤΩ ΚΡΗΤΕΣ. ΕΚΟΡΑΥ. Caput Augusti, in nummo perelleganti ex argento, quem Seguinus affert pag. 113. Nunc est Cimelii Regii. Ex parte altera, Tiberii caput, cum epigraphe, ΤΙΒΕΡΙΩ ΚΑΙΣΑΡΙ ΣΕΒΑΣΤΩ. ΓΟΡΤΥΝΙΩ, pro Γορτυνίων, quod alibi quoque adnotavimus: etsi Γορτυνίῳ legit Seguinus, aitque jus civitatis suæ Tiberio Gortynienses concessisse, quod & incredibile & insulsum videtur. Sed & affert idem nummum alterum pæne similem, cujus in epigraphe: ΚΑΙΣΑΡΙ ΣΕΒΑΣΤΩ. ΚΡΗΤΩΝ. ΕΚΟΡΛΥ. Postremam vocem ΕΚΟΡΛΥ, ex aliis integrioribus nummis, in quibus ΕΠΙ ΚΟΡΛΥΠΟΥ legimus, in tres voces distrahi jubemus, Ε. ΚΟΡ. ΛΥ. hoc est, ἐπὶ Κορνηλίου Λύπου, *Sub Cornelio Lupo.*

ΚΟΙΝΟΝ. ΚΡΗΤΩΝ. *Commune Cretensium*, in Tiberii, Domitiani, Hadriani, M. Aurelii, & Antonini Severi F. nummis, e Gaza Regia. In Trajani nummo apud Tristanum, tom. I. pag. 409. Dianæ Venatricis effigies. In alio Trajani, cujus formam habemus in plumbo expressam, est Europa tauro vecta. In alio, fluvius decumbens cum arundine. In Hadriani, pag. 511. Jovis cum aquila. Communia sacra, certaminaque, in uno aliquo oppido, & fano, decreto totius Cretensium Communitatis edita, hæc vox ΚΟΙΝΟΝ sonat. Quinquennale hoc certamen fuit, ut ex inscriptione vetusta liquet, apud Gruterum, pag. 1094. 5. ubi is qui ei præerat, ΣΥСΤΑΡΧΗС vocatur ΙΕΡΟΥ ΑΓΩΝΟС ΠΕΝΤΑΕΤΗΡΙΚΟΥ ΤΟΥ ΚΟΙΝΟΥ ΤΩΝ ΚΡΗΤΩΝ. Etiam & ΚΡΗΤΑΡΧΑС idem in numismatibus appellatur, ut Ἀσιάρχης, & Βιθυνιάρχης. Sic in nummis Cretensium, apud Goltzium, ΚΥΔΑΣ ΚΡΗΤΑΡΧΑΣ, Dorice, pro ΚΡΗΤΑΡΧΗΣ, cum anguibus invicem implexis, & ex parte altera, angue e cista prodeunte, quod Æsculapii, ut dixi, symbolum. Et vox illa quidem prior, ΚΥΔΑΣ, proprium est, non oppidi, ut Goltzius existimavit, sed viri nomen: quale apud Polybium, Livium, Tulliumque occurrit. Posterior præsidem sacrorum certaminumque in Creta editorum sonat. Vide ΚΥΔΑΙΩΝ.

ΚΡΗΤΑΙΩΝ, in nummis Veteris Græciæ, apud Goltzium, cum angue e cista prodeunte, quod Æsculapii symbolum. Vide ΓΟΡΤΥΝΙΩΝ.

ΔΙΚΤΥΝΝΑ. ΚΡΗΤ. Vide ΔΙΚΤΥΝΝΑ, ubi & de Dianæ cultu apud Cretenses egimus.

ΚΡΙΣΑΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Neronis nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 219. Plinio, lib. IV. sect. IV. *Sinus Crissæus*, & *oppidum Crissa* in Phocide. Stephano: Κρίσα, πόλις Φωκίδος... τὸ ἐθνικὸν, Κρισαῖος.

ΚΡΟΤΩΝΙΑΤΑΝ. E Magna Græcia Goltzii, tab. XXVIII. cum Herculis ebrii, spoliisque leoninis insidentis effigie, ac vinum e poculo effundentis. Sed vereor ut hunc ΧΑΟΝΙΤΩΝ ille nummum ad Crotoniatas temere transtulerit. Vide ΧΑΟΝΙΑΣ.

ΚΡΟ. cum tripode, apud eundem, tab. XXIX. Tripodi lauri ramus adjungitur: quo sacra significantur Apollini in eo oppido fieri solita. Nam in tripode sacrificabant aræ loco, ut passim in nummis aliis videre est. Acta D. Stephani Papæ, apud Baronium, ad an. CCLIX. *Tunc iratus Olympius dixit: Extendite eum in catasta, & mactate fustibus: afferte ante eum Tripodem, & Deum Martem, ut sacrificet.* Acta S. Susannæ: *Admoveri Tripodem jubet, ut thura offerat Iovis, quod statuerat, simulacro.* Est autem, ut Maro cecinit, ac vel pueri novere, *Gratissima Phœbo laurea.* Plinius, libro III. cap. XV. *Oppidum Croto.* Stephanus: Κρότων, πόλις Ἰταλίας εὐσημος . . . . . . οἱ πολῖται, Κροτωνιᾶται. Nunc *Crotone* ad Tarentinum sinum.

ΚΡΟΤΩΝΗΣ. Ibidem, cum eleganti in primis oppidi mœnibus cincti effigie.

ΚΤΗΣΙΦΩΝΤΙΩΝ. Titi nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 219. Stephano: Κτησιφῶν, πόλις Ἀσσυρίας . . . τὸ ἐθνικὸν, Κτησιφώντιος. Plinio, lib. VI. sect. XXX. *Ctesiphon.*

ΚΥΔΑΙΩΝ. In nummis Goltzianis, cum templi effigie inter duos angues: ex parte nummi aversa, angue rursum e cista prodeunte, ut in Cretensium nummis. Locus est adhuc incomperti situs, nisi Κύταιον est πόλις Κρήτης, urbs Cretæ Cytæum, Stephano, Plinioque: quam & Κύδαν, vel Κύδαιον dixerit antiquitas, a conditore Cyda.

ΚΥΔΑΙΩΝ, & ΚΥΔΑΣ. Nummus geminus e Goltzii Græcia, loc. cit. cujus ex parte altera insculpta aquila: ex altera Jovis caput, & laurea, quod Apollinis insigne est: nam, ut Tullius tradit, lib. III. de Natura Deor. *Alter est*, inquit, *Apollo, Corybantis filius, natus in Creta, cujus de illa insula cum Iove ipso certamen fuisse traditur.*

ΚΥΔΟΥΤΑ. Vide ΘΑΣΙΩΝ.

ΚΥΔΩΝΙΑΤΑΝ. Augusti, Tiberii, & Claudii nummi. In nummo Augusti, ΚΑΙΣΑΡ, capite nudo. ΚΥΔΩΝΙΑΤΑΝ, lupa parvulum lactat. Est ex ære minimo, apud P. CHAMILLART. Nummi similis sub Antonino Pio formam habemus in plumbo expressam. Plinio, lib. IV. sect. XX. *Cydon*, in insula Creta. Stephano: Κυδωνία . . ὁ πολίτης, Κυδωνιάτης. His Augustus post victoriam Actiacam, ob auxilium præstitum, libertatem dedit. Auctor Dio, lib. LI. pag. 507. Κυδωνιάτας . . . ἐλευθέρους ἀφῆκεν, ὅτι ἵνα αὐτῷ συνήρατο.

ΚΥΔΩΝ, in Augusti nummis apud Patin. pag. 50. Ibi lupa puerum lactat: Miletum scilicet, Apollinis F. quem a lupis nutritum refert Antoninus Liberalis, Metamorph. 30. Is adultus fugit in Cariam, Miletumque ibi suo nomine condidit. Affert huic nummum similem Goltzius, in insulis Græciæ, tab. VI. sed ab altera parte, Bacchi caput est, ederacea corona cinctum.

ΤΙΒΕΡΙΩ ΚΑΙΣΑΡΙ ΣΕΒΑΣΤΩ. ΕΠΙ ΛΑΧΗΤΙ. *Tiberio Cæsari Augusto, sub Lachete*, Prætore, vel Cosmo. ΣΥΝΚΛΗΤΩ. ΚΡΗΤΕΣ ΚΥΔΩΝΕΑΤΑΝ. *Senatui Cretes Cydoneatæ* dedicant. Caput barbatum velatumque, Sacri Romanorum Senatus insigne. Similis huic alter, inscriptus: ΤΙΒΕΡΙΩ. ΚΑΙΣΑ-

ΡΙ ΣΕΒΑΣΤΩ. ΕΠΙ ΚΟΡ. ΛΥΠΟΥ. *Tiberio Cæsari Augusto, sub Cornelio Lupo:* de quo videlicet egimus, verbo ΚΡΗΤΩΝ. Ex parte aversa, ΣΥΝΚΛΗΤΩ. ΚΡΗΤΕΣ ΚΥ. Caput item velatum: *Senatui, Cretes Cydoneatæ:* subintellige, ἀνέθηκαν, *posuere.* Cæsari simul ac Senatus Romani gratiam, nummo utriusque effigie insignito captabant. Est autem velum, quo Senatûs caput obvolvitur, divinitatis symbolum, ut fusius dicturi sumus in nummis ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ. Hinc passim in nummis hæc occurrit epigraphe, ΘΕΟΝ CΥΝΚΛΗΤΟΝ, *Divum* vel *Deum Senatum.* Et ΙΕΡΑ CΥΝΚΛΗΤΟC. *Sacer Senatus.* Quare Themistius, orat. XIII. in Gratianum, nuper a nobis edita in lucem, & Notis illustrata, de orbe Romano agens, pag. 18. Πῶς γὰρ ἂν εἴη λειμὼν Ἄτης, inquit, ὃν Ῥώμη ἐπιτροπεύει, καὶ Σύγκλητος ἀγορὰ Θεῶν, καὶ Δῆμος ἡρώων, &c. *Quo enim pacto pratum Ates esset orbis terrarum, quem Roma gubernat, & SENATVS DEORVM COETVS, & Heroum Populus,* &c. Et Claudianus in sexto Honorii Consulatu, de Romanis Senatoribus:

En quales memini, Turba verenda, Deos.

Carthaginiensium similiter Senatum, ad Romani similitudinem, *Sanctum* Maro vocat:

Iura, Magistratusque legunt, sanctumque Senatum.

Ut Cydoneatæ porro nummum hunc suum, Cæsari ac Senatui, sic Justinus Martyr Apologiam alteram pariter inscripsit, Αὐτοκράτορι Τίτῳ Αἰλίῳ Ἀδριανῷ Ἀντωνίνῳ Εὐσεβεῖ Σεβαστῷ Καίσαρι .... Ἱερᾷ τε Συγκλήτῳ, καὶ Δήμῳ παντὶ Ῥωμαίων. *Imp. Tito Ælio Hadriano Antonino Pio Augusto Cæsari. . . Sacroque Senatui, & Populo Romano universo.*

ΚΥΔ. ΚΥΔΩ. & ΚΥΔΩΝ. in nummis Græciæ Veteris. Item in Neronis, Vitellii, Vespasiani, Domitiani, Hadriani, & Antonini Pii.

ΚΥΔΩΝ. Bacchi caput pampinis redimitum. Fuere scilicet vina olim, suntque etiamnum hodie, Cretica in pretio: id quod eruditi vir palati sensit Horatius, eo carmine lib. I. ode XXXVI. quæ *Ad Pomponium Numidam* inscribitur, ob cujus ex Hispania reditum gaudio exsilit:

Et thure & fidibus juvat
Placare, & vituli sanguine debito,
Custodes Numidæ Deos.
CRESSA ne careat pulcra dies NOTA,
Neu promptæ modus amphoræ.

Quem locum nec vulgus interpretum ante nos intellexit, nec potuit ἐν κακοζήλοις non obstrepere, cum *Cressam* notam pro Cretico vino dici perelegantér ab eo vate primi monuimus: Perinde quasi aut non ibi perinde vinum *notæ* nomine intelligi oporteat, atque in sequentibus ejusdem poëtæ locis: lib. II. Ode III.

Seu te in remoto gramine per dies
Festos reclinatum bearis
Interiore NOTA Falerni.

Et lib. I. Satyr. X.

Ut Chio NOTA si commixta Falerni est.

Aut alia re carere nolit hanc *pulcram diem*, quam quæ *bono die* alibi promi ipsemet auctore debet: lib. III. Ode XXI.

O nata mecum, Consule Manlio,
Seu tu querelas, sive geris jocos,
Seu rixam & insanos amores,
Seu facilem pia testa somnum:
Quocunque lectum nomine Massicum
Servas: moveri digna BONO DIE,
Descende, Corvino jubente,
Promere languidiora vina.

Non iisdem, amabo, lætitiæ argumentis exigi *pulcram diem* jubet, ob adventum Numidæ, ac *diem bonum*, ob Corvini Consulatum? Adde & *festum diem*, Ode XXVIII. Neptuni videlicet:

Festo quid potius die
Neptuni faciam? Prome reconditum
Lyde strenua Cæcubum.

Et nobis tamen obtrudunt recentiores Horatii interpretes, *Cressam* dici *notam*, pro creta, idque ipsum hoc loco a Venusino vate notari, quod Plinius affert, lib. VII. sect. XLI. *More Thraciæ gentis, quæ calculos colore distinctos pro experimento cujusque diei in urnam condit, ac supremo die separatos dinumerat, atque ita de quoque pronunciat.* Zenobius, Cent. VI. adag. XIII. Τὰς ἐν τῇ φαρέτρᾳ ψηφῖδας. Φύλαρχός φησι τοὺς Σκύθας μέλλοντας καθεύδειν, ἄγειν τὴν φαρέτραν, καὶ εἰ μὲν ἀλύπως τύχοιεν τὴν ἡμέραν ἐκείνην διάγοντες, καθιέναι εἰς τὴν φαρέτραν ψηφῖδα λευκήν. εἰ δὲ ὀχληρῶς, μέλαιναν. Ἐπεὶ τοίνυν τῶν ἀποθνησκόντων ἐκφέρειν τὰς φαρέτρας, καὶ ἀριθμεῖν τὰς ψήφους. Καὶ εἰ εὑρεθεῖησαν πλείους αἱ λευκαί, εὐδαιμονίζειν τὸν ἀποθανόμενον, &c. *Calculos in pharetra. Auctor est Phylarchus Scythas cubitum ituros pharetram afferre: ac si feliciter dies processisset, album immittere calculum solitos: si secus, nigrum. Ubi vero e vita quis decessisset, pharetram proferebant, calculosque numerabant. Quorum si candidi plures essent reperti, felicem prædicabant mortuum,* &c. Sed quid, quæso, Thracum iste mos, Scytharumve, ad Romanos? Quantum deinde Cressa nota a Threïcia discrepat? Quis vero Cressam præterea notam pro creta, idoneus Latinitatis auctor, aliquando dixit? quid deinde cretæ commune cum calculis? Puduit ipsos hujus commenti inventores, Erasmum, & Hermolaum: ac pro *Cressa*, legi *Thressa* voluere: quod nec codicis ullius auctoritas, nec mens scriptoris patiatur: quam nos, uti remur, sic planam feliciter fecimus: cum hanc ei loco diximus subesse sententiam, ob amici adventum parandas epulas esse, in quibus exquisitum primo vini genus, Cretici videlicet, apponi oporteat; deinde, neque illud esse parce & avare ministrandum, sed laute atque opipare:

Cressa ne careat pulcra dies nota:
Neu promptæ modus amphoræ.

Sed hæc minime probatum iri iis suspicamur, qui ut veterum nugas sequantur, quæ sunt recens inventa, etiam proba, nisi sunt sua, fastidiunt.

ΚΥΔΩΝ. Bacchi caput, ederacea corona cinctum. Ex parte nummi aversa vir nudus arcum tendit. De Creticis calamis, quibus in bello usus, vide Plinium lib. XVI. sect. LXV. Sagittandi peritia Cydoniatas in primis valuisse Naso docet, lib. II. Metamorph.

Cydonio fundebat spicula cornu.

ΚΥΔΩΝ. Lunæ crescentis effigies. Dianam videlicet in primis coluere Cretes. Vide supra ΔΙΚΤΥΝΝΑ. Goltzius, in insulis Græciæ, tab. VII.

ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ. Augusti, Vespasiani, Domitiani, Trajani, Hadriani, Antonini Pii, Faustinæ matris, M. Aurelii, aliorumque Augustorum nummi, usque ad ipsum Claudium Gothicum. Stephano: Κύζικος, πόλις τῆς Προποντίδος .... τὸ ἐθνικὸν, Κυζικηνός.

ΚΥΖΙΚ. ΕΠΙ CΤΡΑ. ΓΛΑΥΚΟΥ. Caducei icon. Trajani nummus, e Cimelio Regio, *Sub Prætore Glauco,* ἐπὶ Στρατηγοῦ Γλαύκου.

ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ. Antonini Pii. Inter omnia imperii, quæ Antonino Pio accidere, refert hoc Capitolinus, in ejus vita, pag. 18. *Cyzici etiam de simulacro Dei ad statuam ejus corona translata est.*

ΕΠΙ CΕΞΤΙΛΙΟΥ. ΟΜΟΝΟΙΑ. *Sub Sextilio Concordia,* Cyzicenorum scilicet & Ephesiorum: qui suorum quique Numinum imaginibus adumbrantur: Cyziceni, insculpta Cerere

cum

cum facibus : Ephesii, Diana Multimammia. Ex Patino in Thesauro, pag. 167. De eo nummo diximus in nummis ΕΦΕCΙΩΝ. Ex Cerere porro in Antonini Pii pariter nummo insculpta, apud Tristanum, tom. I. pag. 588. quamvis Cyzicenorum nomen absit, ad eos tamen referri nummum cum oportere, haud temere auguramur.

ΚΥΖΙΚΗΝ. ΝΕΩΚΟΡ. M. Aurelii nummus apud Patinum, pag. 238. cum effigie bovis. Nigram nempe bovem Proserpinæ quotannis Cyziceni mactabant. Vide Appianum in Mithrid. & Plutarchum in Lucullo. Similem Diadumeniani nummum apud Tristanum vide, tom. II. pag. 311.

ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. M. Aurelii, e Gaza Regia. Pluto Proserpinam rapit, curruque vehitur juncto quadrigis. Deam esse Cyzicenorum Proserpinam, & apud scriptores tralatitium est, & Nummi clamant.

ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ. CΩ. ΚΟΡΗ. Σώτειρα Κόρη. *Salutaris*, vel *Sospita*, vel *Sispita Proserpina*. Nummus Faustinæ Aurelii, cum tediferæ Cereris effigie, quo habitu quæsiisse filiam Proserpinam fingitur. Apud Tristanum, tom. II. pag. 313. Proserpinam porro Græci Κόρην, *puellam*, vocitant. Pausanias in Messen. pag. 143. Ἡ δὲ ἁγνὴ Κόρη, τῆς Δήμητρός ἐστιν ἐπίκλησις. Et lib. VIII. Arcad. pag. 268. Καὶ Δήμητρος ἐπίκλησις ἐς τοὺς πολλοὺς ἐστιν αὕτη Δέσποινα, καθάπερ καὶ τὴν ἐκ Διὸς Κόρην ἐπονομάζουσιν. Ἰδίᾳ δέ ἐστιν ὄνομα Περσεφόνη, &c. Sunt & L. Veri in Gaza Regia.

ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ. ΝΕΩΚΟ. Κυζικηνῶν Νεωκόρων. In Commodi nummo apud Patinum, pag. 262. mulier turrito capite, forte ipsa Deum Mater, monti insidet : qua effigie & urbis situs, & civium religio declaratur. Strabo, lib. XII. pag. 575. Ἔστι δὲ νῆσος ἐν τῇ Προποντίδι ἡ Κύζικος συναπτομένη γεφύραις δυσὶ πρὸς ἤπειρον ..... ἔχει δὲ ὁμώνυμον πόλιν πρὸς αὐταῖς ταῖς γεφύραις, ... τῆς δὲ πόλεως τὸ μέν ἐστιν ἐν ἐπιπέδῳ, τὸ δὲ πρὸς ὄρει. καλεῖται δ᾽ Ἄρκτων ὄρος. Ὑπέρκειται δ᾽ ἄλλο Δίνδυμον μονοφυὲς ἱερὸν ἔχον τῆς Δινδυμήνης μητρὸς τῶν θεῶν, ἵδρυμα τῶν Ἀργοναυτῶν. *Insula in Propontide Cyzicus est, gemino ponte adnexa continenti ..... Urbem ejusdem nominis habet ad ipsos pontes ..... Pars urbis in plano est, altera monti adjacet : mons, Ursorum mons dicitur. Supra hunc est alius, Dindymus, uno cacumine : in eo monte fanum est Dindymenes Matris Deorum, dedicatum ab Argonautis.* Plinius, lib. V. sect. XL. *Insula, quam continenti junxit Alexander, in qua oppidum Cyzicum, antea vocitatum Arctonnesos, & Dindymis, cujus a vertice mons Dindymus.*

ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ. ΝΕΩΚ. ΕΠΙ CΤΡΑ. ΑΥΡ. ΣΩΚΡΑΤΟΥ. Κυζικηνῶν Νεωκόρων, ἐπὶ Στρατηγοῦ Αὐρηλίου Σωκράτους. Antonini Severi F. e Cimelio Regio.

ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Cereris faces & angues, cum ara, in Caracallæ nummo, apud Patinum, pag. 302. Similis est Philippi F. pag. 388.

ΑΡΧ. ΑΙΛ. ΟΝΗCΙΦΟΡ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΙΑ. ΚΥΖΙΚ. ΔΙC. ΝΕΩΚ. Ex parte altera, ΑΝΤΩΝΙΝΟC ΑΥΓΟΥCΤΟC. Sic legi in eo nummo Sponius ait, cum alii pro ΑΥΡ. substituere ΑΚΤ. auderent. Hæc totius epigraphes sententia est : Ἄρχοντος Αἰλίου Ὀνησιφόρου, Ἀντωνεῖνια, Κυζικηνῶν Νεωκόρων. *Archonte Ælio Onesiphoro, Antoninia*, vel *Antoniniana certamina, Cyzicenis Neocoris.* Certamina hic enim Antoniniana signari, hoc est, in gratiam Antonini, Severi F. edita ; argumenta duo in primis suadent : alterum, vasa, calathive duo, ei nummo insculpti, e quibus palmæ emicant, quæ certaminum præmia : alterum, quod tam in isto nummo certamina ea voce indicari palam sit, quam illo Byzantiorum, quem suo loco attulimus, ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΙΑ CΕΒΑCΤΑ.

ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ΕΠΙ. ΛΟΥ ..... *Sub Lucio* ..... Capita duo adversa, Jovis Hammonis, & Jovis Capitolini, in nummo Macrini, e Gaza Regia. Α. Κ. Μ. ΟΠΕΛ. CΕΟΥΗΡ. ΜΑΚΡΕΙΝΟC. CΕ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Ὀπέλλιος Σεουῆρος Μακρεῖνος Σεβαστός.

ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Gordiani Pii nummus : in quo, non Vulcanus insculptus, ut Patino visum, sed Præfectus fabrúm apud Cyzicenos, vel faber ipse malleo ferrum tundens in incude, ceu arma pararet civium tutelæ. Strabo, loc. cit. de Cyzico : Τρεῖς δ᾽ ἔχει ἀρχιτέκτονας τοὺς ἐπιμελουμένους οἰκοδομημάτων τε δημοσίων, καὶ ὀργάνων. Τρεῖς δὲ καὶ θησαυροὺς κέκτηται, τὸν μὲν δ᾽ ὅπλων, τὸν δ᾽ ὀργάνων, τὸν δὲ σίτου. *Tres habet ea civitas architectos, qui curam gerant ædificiorum publicorum & instrumentorum. Tria item armamentaria : unum armorum, alterum machinarum, frumenti tertium* Fuit & Monetariorum corpus Cyzici, de quo multa Sozomenus, lib. V. Eccles. Histor. cap. XV.

ΕΠΙ CΤΡ. ΕΛΠΙΔΙΟΥ ΚΡΑCCΟΥ. ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ. *Sub Prætore Elpidio Crasso.* Nummus est Furiæ Sabiniæ Tranquillinæ.

CΤΡΑ. ΕΡΜΟΛΑΟΥ. ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Στρατηγοῦ Ἑρμολάου. *Prætore Hermolao.* Gallieni, e Cimelio Regio : cujus & alter iste ejusdem Augusti, CΤΡΑ. CΩCΤΡΑΤΟΥ. ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ.

ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Navis in Saloninæ nummo insculpta, non indicandæ maritimæ Cyzicenorum potentiæ causa, ut Patino visum : sed Argonautarum in eo oppido tractuque ditionis, uti ex Strabone paulo antea vidimus.

CΤΡ. Λ. CΕΠΤ. ΠΟΝΤΙΑΝΟΥ. ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Prætore L. Septimio Pontiano.* Nummus Claudii Gotthici æreus primæ molis, in Thesauro Regio.

ΚΥΖΙΚΟC. Rex ipse Cyzicus, qui nomen oppido dedit. Valerio Flacco, lib. II. *Rex divitis agri Cyzicus.* De eo etiam Hyginus, fab. CCLXXIII. Apollinis filium fuisse Conon ait, apud Photium, in Bibl. cod. CLXXXVI. hist. XLI. pag. 449. Ex parte aversa, Cereris tedæ accensæ, serpentibus involutæ : epigraphe, ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Apud Seguinum, pag. 21.

ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ. ΤΟΝ ΚΤΙCΤΗΝ, cum Herculis effigie, quem conditorem vel instauratorem urbis Cyziceni agnoscunt, in nummo vetere Domitiani.

ΚΟΡΗ CΩΤΕΙΡΑ. ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ. E Cimelio Christinæ Aug. referente Spanhemio, lib. de usu Numism. pag. 385. Pingitur & a Tristano, tom. II. pag. 314. & ex aversa parte rursum habet, ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ.

ΚΥΖΙΚΟC. Vide ΕΦΕΣΟΣ.

ΚΥΖ. ΑΠΑΜΕΩΝ. Vide ΑΠΑΜΕΩΝ.

ΚΥΘΗΡΑΙΩΝ. In nummis Græciæ Veteris apud Goltzium. In his nuda Venus, dextra pomum, vel sagittam : arcum læva tenet. Pomum quidem, quod a Paride obtinuit, dum formæ palmam Palladi Junonique præripuit. Arcum vero ac sagittam, quod & *Armata Venus*, Ἐνόπλιος Ἀφροδίτη, a Græcis olim coleretur. Veneri Cytheram fuisse sacram, tralatitium est, unde & ipsa nomen traxit. Ausonius in Epigr. *Nuda Cythere.* Plinio, lib. IV. sect. XIX. *Cythera cum oppido* insula in Asinæo sinu : hodie *Cerigo* Stephano : Κύθηρα, νῆσος ..... οἱ οἰκήτορες, Κυθήριοι ..... καὶ ἡ γυνή, καὶ ἡ νῆσος λέγεται Κυθηραία.

ΚΥΘ. & ΚΥΘΝΙΩΝ. Goltziani e Vetere Græcia

tia nummi. Plinio, lib. iv. sect. xxii. *Cythnos*, e Cycladibus insulis una. Nunc *Fermina* nuncupari peritiores Geographi putant. Stephano: Κύθν☉, νῆσ☉... ὁ νησιώτης Κύθνι☉.

ΚΥΜΑΙΩΝ, *in Æolide.*

ΙΕΡΩΝΥΜΟϹ ΑΝΕΘΗΚΕ ΚΥΜΑΙΟΙϹ. *Hieronymus posuit Cumæis.* Nummus est Antonini Pii.

ΚΥΜΑΙΩΝ. ΕΠΙ ϹΤ. ΚΟΡ. ΛΟΛΛΙΑΝΟΥ. *Sub Prætore Cornelio Lolliano.* Commodi nummus, cum Jovis sedentis effigie. Apud Sponium in Itin. Athen. In altero Crispinæ, e Gaza Regia, est Imp. Commodus in equo laureatus ac paludatus, militibus duobus adstantibus.

ΚΥΜΑΙΩΝ. Maximi, in Cimelio Regio majoris formæ nummus, Gordiani item tertii, & Tranquillinæ. Plinio, lib. v. sect. xxxii. *Cyme.* Stephano: Κύμη, πόλις Αἰολίδ☉.... τὸ ἐθνικὸν, Κυμαῖ☉.

ΚΥΜΑΙΩΝ ΕΠΙ ϹΤΡ. ΦΛ. ΠΑΥϹ. ΕΡΩΤΟϹ. Æsculapii stantis effigies, in nummo Maximi Cæsaris, e Gaza Regia: *Sub Prætore Flavio Pausania Erote*, vel *Erotis F.* Γ. ΙΟΥ. ΟΥΗ. ΜΑΞΙΜΟϹ. Κ. *C. Iulius Verus Maximus Cæsar.*

ΚΥΜΑΙΩΝ. ϹΤ. ΑΥ. ΕΛΠΙΔΗΦΟΡΟΥ. Valeriani & Gallieni nummi, e Cimelio Regio. *Cumæorum, Prætore Aurelio Elpidephoro.* Apud Gruterum, pag. 702. ELPIDEPHORVS. Legit hunc nummum Patinus, in Indice, pag. 27. ΚΥΜΑΙΩΝ.. ΑΠΙ ΔΗΦΟΡΟΥ.

ΚΥΜΑΙΩΝ. ΞΑΝΘΟϹ. Ex parte aversa, ΙΕΡΑ ϹΥΝΚΛΗΤΟϹ. Nummus antiquus, quo Cumæorum societas cum Troibus indicatur, quorum agrum Xanthus amnis alluit, Numinis vice fortassis & a Cumæis habitus. Quod de similibus nummis pariter existimandum est, ΑΜΑϹΤΡΙΑΝΩΝ ΜΕΛΗϹ, ΝΙΚΑΕΩΝ ϹΑΓΑΡΙϹ, ϹΑΙΤΤΗΝΩΝ ΕΡΜΟϹ, ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ ΧΡΥϹΟΡΡΟΑϹ, aliisque. Neque quidquam causæ fuit, cur Pamphyliæ Cumas, vir alias eruditus, operis sui de Numism. pag. 890. Xantho Lyciæ amni finitimas ex eo nummo fingeret, quæ sunt ab eo amne multis passuum millibus dissitæ. Hæret in eo nummo Patinus, pag. 7.

ΚΥΜΑΙΩΝ. ΕΡΜΟΣ. *Cumæorum Hermus.* Ut infra, ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΕΡΜΟΣ. Smyrnensium scilicet Cumæorumque agros Hermus, invectu limi, non modo fecundat: sed, ut Ægyptiacum Delta Nilus, facit. Plinius, lib. v. sect. xxxi. *A Smyrna Hermus campos facit, & nomini suo adoptat.* Stephanus: Ἕρμου πεδίον, τόπ☉ πλησίον Κύμης. Vide & Eustath. ad Dionys. v. 779. pag. 103.

ΗΡΑΚΛΕΙΔΗΣ. ΚΥΜΑΙΩΝ. *Heraclides* Prætor. Equi effigies. Vide ΗΡΑΚΛΕΙΩΝ.

ΚΑΙϹΑΡΕΩΝ. ΚΥΜΑΙΩΝ. Cumæorum cum Cæsariensibus Bithyniæ ὁμόνοια concordiave significatur. Nummus hic affertur a Spanhemio, lib. de usu numism. pag. 890.

ΚΥΜΑΙΩΝ. Nummos complures sic inscriptos Goltzius affert in Magna Græcia, Tab. xvi. quos ad Cumas Italiæ, quæ fuere juxta Neapolim, perperam refert: quem errorem multis convellimus argumentis. Primum enim, si Stephanum audimus, a Cumis Italicis gentile nomen Κυμεὺς est, non Κυμαῖ☉, quod est Æolicæ Cumæ proprium. Deinde in nummis insculpta Amazon, cui pharetra pendet ex humero, Cymen esse prodit, quæ urbi natales & nomen dedit, teste Strabone, lib. xiii. pag. 623. ubi de Cyme Æolica: Τὸ δ' ὄνομα ἀπὸ Ἀμαζόν☉ τῇ πόλει τεθῆναι. Et Mela, lib. i. cap. xviii. *Cymen nominavit, pulsis qui habitabant, dux Amazonum Cyme.* Adde pectunculum insculptum in aliis quoque Cymæorum nummis, quem in eo tractu laudatissimum fuisse, ideoque signatum in nummis, ex eo simile veri fit, quod *pectunculum Chium* Varro laudat in primis, libro περὶ ἐδεσμάτων, apud Gellium lib. vii. cap. xvi. Fuit autem Cyme in adverso ferme litore Chio insulæ opposita: & eodem plane alluebatur mari.

ΚΥΝΟΠΟΛΙΤΩΝ, *in Ægypto.*

ΚΥΝΟ. L. ΙΑ. Κυνοπολιτῶν. Hadriani nummus, anno ejus xi. cusus. *Cynopolis* in Ægypto a Plinio memoratur, libro v. sect. xi.

ΚΥΝΩΝΗΣΙΩΝ. Titi nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 219. Stephanus: Κυνῶν νῆσ☉, Λιβυκὴ νῆσ☉ .... ὁ νησιώτης, Κυνονησίτης. Quare in nummo forte ΚΥΝΟΝΗΣΙΤΩΝ fuit.

ΚΥΠΑΡΙϹϹΙΕΩΝ. Juliæ Domnæ, Antonini & Getæ nummi, in quibus Bacchi stantis effigies, in Cimelio Regio. Pausanias in Messen. pag. 147. sub finem, Libero Patri sacrum Cyparissensium fuisse agrum subindicat: in eoque percussa thyrso tellure ab eo Numine fontem exstitisse, quem Διονυσιάδα ex argumento vocarent. Sunt & alii cum signo Libertatis. Plinio, lib. iv. sect. vii. *urbs Cyparissa*, in Peloponneso. Hodie *Arcadia*, agri Messeniaci. Stephano: Κυπαρισσία, πόλις τῆς Τριφυλίας ... τὸ ἐθνικὸν, Κυπαρισσεύς.

ΚΥΠΡΙΩΝ. Plinio, libro v. sect. xxxv. *Cypros* insula, *l'Isle de Chypre.*

ΚΟΙΝΟΝ ΚΥΠΡΙΩΝ. Claudii, Vespasiani, Trajani, Sabinæ, Juliæ Domnæ, Antonini Severi F. Getæ, & Macrini nummi, e Cimelio Regio. *Commune Cypriorum.* In his fere templum Veneris Paphiæ, aut Jovis stantis effigies. Nam & Jovem Cyprii coluere: Amathusii, Jovem Hospitalem, Ξένιον, mactatis hospitibus. Vide Nasonem, lib. x. Metam. Alii, Ειλαπιναστὴν, & Σπλαγχνοτόμον, teste Athenæo, lib. iv. ex Hegesandro.

ΕΠΙ ΚΟΜΙΝΙΟΥ ΠΡΟΚΛΟΥ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ. In media nummi area, ΚΥΠΡΙΩΝ. *Sub Cominio Proclo Proconsule. Cypriorum.* Claudii nummus e Cimelio Regio, & apud P. JOBERT, ex ære mediocri: quem nummum Patinus pag. 101. sic exhibet: ΕΠΙ ΚΟΜΙΝΙΟΥ ΠΡΟΚΛΟΥΑΝΟΥ. ΥΠΑΤΟΣ ΚΥΠΡΙΩΝ. Interpretaturque, *Cominius Proculeianus, vel Prætor, vel Legatus.* Prior nummi facies Latinam hanc habet epigraphen; quoniam essent in ea insula incolæ etiam Latini: IMP. CLAVDIVS CAESAR AVG.... Capite laureato.

ΚΟΙΝΟΝ ΚΥΠΡΙΩΝ. Juppiter stans. ΓΑΛΒΑ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. *Galba Augustus.* E Cimelio Regio.

ΕΠΙ ΠΟΜΠΟΝΙΟΥ ΒΑ. ΚΟΙΝΟΝ ΚΥΠΡΙΩΝ. *Sub Pomponio Basso.* Trajani, ex eodem Cimelio. Vixit Pomponius Bassus ævo Plinii junioris, qui secessum illius ad eundem scribens collaudat. Plinius, ut notum est, Trajano coævus. Est & Domitiani nummus alter in eodem Cimelio inscriptus: ΕΠΙ ΑΙ. ΠΟΜ. ΒΑϹϹΟΥ ΠΡΕϹΒΕΥΤΟΥ, *Sub Ælio Pomponio Basso Legato*, cum Jovis in monte stantis effigie. Et hic pariter ad Cyprios spectat.

ΘΕΟΝ ϹΥΝΚΛΗΤΟΝ. *Deum Senatum.* ΕΠΡΙΩ ΜΑΡΚΕΛΛΩ. Γ. ΑΝΘΥ. In medio nummo, ΚΥ. Hoc est, Ἀνθυπάτῳ Ἐπρίῳ Μαρκέλλῳ γ'. Κύπριοι, subintellige, ἀνέθηκαν, ut in Smyrnæorum nummo & alibi dicturi sumus. *Eprio Marcello Proconsuli tertium, Cyprii posuere.* Non vidit ita legi oportere Seguinus, a quo

M hic

hic nummus affertur, pag. 91. Stat ipse Eprius militari habitu ac vestitu; læva hastam; pateram, ut videtur, dextra gerit. Statua pedestris est, quam Eprio Marcello Cyprii posuere. Tacitus, libro XIII. Annalium, cap. XXXIII. pro ΚΥ. legit in hoc nummo ΛΥ: & Lyciæ Proconsulem fecit: Cypri Proconsulatum, quem ter gessit Eprius, ut nummi docent, ne semel quidem commemorat.

ΚΟΙΝΟΝ ΚΥΠΡΙΩΝ. Apud Goltzium, cum templo Paphiæ Veneris, cujus in medio meta, quæ Deæ ipsius effigies est, ut ex Tacito intelligimus, eo quem proxime attulimus, loco.

ΚΥΡΗΝΗ.

ΚΥΡΑ. Nummus argenteus e Museo nostro, cum silphii icone, & Jovis Hammonis cornuto capite. Plinius, lib. v. sect. v. *Cyrene:* unde Cyrenaicæ Africæ nomen. Et lib. XIX. sect. XV *Ab his proximum dicitur auctoritate clarissimum laserpitium, quod Græci σίλφιον vocant, in Cyrenaica provincia repertum*, &c.

ΚΥΡΑΝΕΙΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. Nummus Augusti, e Thesauro Goltzii, pag. 219. *Cyrenensium Sacræ ac liberæ civitatis.*

ΦΛΑΥ. ΚΥΡΗΝΗ. Titi nummus apud Patin. pag. 151. *Flavia*, vel *Flaviopolis Cyrene.* Caput Africæ insculptum præfert.

ΚΥΡΑΝΑΙΩΝ. E Thesauro Goltzii, loco cit. Stephano: Κυρήνη .... τὸ ἐθνικὸν, Κυρηναῖος. Dialecto Dorica, Κυρανᾶιος.

ΚΥΡΙΕΩΝ. Goltzii nummus e Græcia, Tab. XXVI. In eo Venus armata, Ἀφροδίτη ὡπλισμένη, ut Pausanias vocat in Laconicis, pag. 97. In parte aversa cygni duo, Veneri sacri: cujus traxisse currum ii a vatibus perhibentur. Naso:

Medias Cythereia per auras
Cypron olorinis nondum pervenerat alis, &c.

Horatius, lib. III. Carm.

Qua Gnidon,
Fulgentesque tenet Cycladas, & Paphon
Junctis visit oloribus.

Plinio, lib. v. sect. XXXV. *Curias.* Stephano: Κούριον, πόλις Κύπρου .... τὸ ἐθνικὸν, Κουριεύς. Nunc *Audimo.*

ΚΥΡΡΗCΤΩΝ *in Syria Cœle.*

ΚΥΡΡΗCΤΩΝ, in laurea corona, quæ in nummis aliis hujusce tractus, Chalcidensium, Berœensiumque, pariter obvia est. Est hic Trajani apud Patin. pag. 184.

ΚΥΡΡΗCΤωΝ. Nummus Antonini Pii, e Museo nostro. Ex parte altera, ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΚΕCΑΡ. ΤΙΤ. ΕΛΙ. ΑΔΡΙΑΝΟC ΑΝΤ...... Plinio, lib. v. sect. XIX. *Cyrrestice Cyrrhum.* Stephano: Κύρρος, πόλις Συρίας... ὁ πολίτης, Κυρρήστης. In Notitia Eccles. Κύρος, ἤτοι Ἀγιόπολις. Hæc Theodoreti sedes Episcopalis. Cyrillus Alexandr. πολίχνιον vocat. Tullius, lib. v. ad Attic. ep. XVIII. quam scripsit tum cum esset Ciliciæ Proconsul: *Hostis in Cyrrhestica, quæ Syriæ pars proxima est provinciæ meæ.*

ΔΙΟC ΚΑΤΑΙΒΑΤΟΥ ΚΥΡΡΗCΤΩΝ. *Iovis fulminantis.* Vel, ut in Diocletiani nummo, IOVIS. FVLGVRATORIS, vel ut apud Gruterum, pag. XXI. 6. IOVIS. FVLMIN. FVLG. TONANTIS. *Cyrrhestarum.* Trajani, M. Aurelii, L. Veri, Commodi, Antonini Severi F. Philipporumque nummi. Suidas: Καταιβάτης Ζεὺς, παρ' Ἀθηναίοις, διὰ τὸ καταβιβάζειν τὸν κεραυνὸν, a dejiciendo fulmine. Julius Pollux, lib. I. cap. I. num. XXIII. ὥσπερ ὁ ὑέτιος, ἢ ὁ καταιβάτης, *ut Juppiter Pluvius, Fulminum dejector.* Libanius in legat. ad Julian. pag. 158. Καὶ μὴν ὁ Ζεὺς ὁ Καταιβάτης μόνον, ἀλλὰ καὶ Ἱκέσιος καὶ Μειλίχιος. *Neque vero Juppiter Elicius tantum*, quod fulmina dejiciat, *sed & Hicesius*, quod supplicibus adsit, *& Milichius* a mansuetudine cognominatur. Καταιβάτου Διὸς meminit & Phurnutus in Jovis cognominibus, Pausanias in Eliac. prior. pag. 162. aliique multi. ΚΑΤΕΒΑΤΟΥ interdum in nummis vox ea scribitur, pro Καταιβάτου.

ΚΥΤΩΡΙΩΝ. Nummi e Græcia Goltzii, cusi videlicet ab incolis Cytorii oppidi, montisque cognominis, de quo Plinius lib. VI. sect. II. in Paphlagonia. Stephano: Κύτωρος, πόλις Παφλαγονίας .... τὸ ἐθνικὸν, Κυτωριεὺς, καὶ Κυτώριος, &c. Gryphum, tripodem, lauream, stellam, Solemve, quæ sunt Apollinis nota, ut sæpe monuimus, symbola, hi nummi præferunt.

ΚΩΝΩΠΙΤΩΝ. Neronis nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 219. Stephano: Κωνώπη, πόλις Ἀκαρνανίας .... τὸ ἐθνικὸν, Κωνωπιεὺς, καὶ Κωνωπίτης, καὶ Κωνωπαῖος.

ΚΩΠΑΙΩΝ. Vespasiani nummus, delineatus a Tristano, pag. 290. Affertur & a Patino, in Indice, pag. 8. Cererem tædiferam insculptam præfert. Plinio, lib. IV. sect. XII. *Copæ.* Stephano: Κῶπαι, πόλις Βοιωτική .... ὁ πολίτης, Κωπαεὺς, καὶ Κωπαΐτης. Ea in urbe fuisse ædem Cereri sacram Pausanias libro nono prodidit, sive in Bœoticis, pag. 297. Κῶπαι ἢ αἱ Κῶπαι πόλισμα ἐπὶ τῇ λίμνῃ .... Ἐνταῦθα Δήμητρος, καὶ Διονύσου, καὶ Σαράπιδός ἐστιν ἱερά. Hodie *Topoglia* juxta Copaidem lacum, *Limni tis Levadias*, (nam Bœotiam Græci hodie *Livadia* vocitant, ut monet auctor anonymus, qui officia CP. Palatii descripsit, ad calcem Codini,) seu *Lago di Topoglia.*

ΚΩΡΥΚΙΩΤΩΝ. Antonini Severi F. nummus, in Cimelio Ducis Sabaudiæ. Plinio, lib. v. sect. XXII. *Corycos oppidum, & portus.* Stephano: Κώρυκος, πόλις Κιλικίας .... τὸ ἐθνικὸν, Κωρύκιος... Λέγεται καὶ Κωρυκιώτης. Sunt & Gordiani Pii, & Gallieni.

..... ΥΚΙΩΤΩΝ ΑΥΤΟΝΟΜΟ. Severi Alexandri, apud Occonem, pag. 419. Lege, ΚΩΡΥΚΙΩΤΩΝ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. *Corycio tarum liberæ* civitatis. Est & alibi Gordiani Pii, & Philippi.

ΚΩΡΥΚΙΩΤΩΝ ΑCΥ. ΝΑΥΑΡΧΙC. *Corycio tarum* civitas *sacrosancta & classica.* Infra: ΘΕΟΓΑΜΙΑ. *Certamina in Deorum nuptiis.* Nummus Valeriani, cum Bacchi effigie.

ΚΩΙΩΝ. Tiberii, Juliæ Domnæ, & Elagabali nummi. Plinio, lib. v. sect XXXVI. *Cos*, &c. Stephano: Κῶς, πόλις καὶ νῆσος .... τὸ ἐθνικὸν, Κῷος, καὶ Κώιος. Hippocratis patria. Nautis *Lango* dicitur: Græcis *Stingo*, derivata voce ab illa tergemina, εἰς τὴν Κῶ.

ΚΩΙΩΝ. ΠΥΘΩΝΙΚΟΣ. Augusti nummus, e Cimelio Regio, Museoque nostro. Prætoris nomen vel Magistratus id esse plane credimus, Πυθώνικος. Alias quæ subsit ei voci vis, tralatitium est. Similis alter, eodem Principe Augusto cusus, ex eodem quoque Cimelio. ΚΩΙΩΝ. ΝΙΚΑΓΟΡΑΣ, cum Jovis capite.

ΚΑΛΛΙΠΠΙΔΗΣ. ΚΩΙΩΝ, Augusti, apud Tristanum, pag. 100. Alter, ΣΟΦΟΚΛΗΣ ΚΩΙΩΝ. Alius, ΧΑΡΜΥΔΟΣ ΚΩΙΩΝ.

ΕΥΚΑΡΠΟΣ. ΚΩΙΩΝ. Et hunc Patinus in Thesauro, pag. 137. & istum, qui ΚΑΛΛΙΠΙΔΗΣ inscribitur, Lepidi esse, quam Augusti, mavult. Apud Tristanum certe, tom. I. ΜΑΡΚΟΣ ΛΕΠΙΔΟΣ. Et ex parte aversa, ΚΩΙΩΝ. ΔΙΟΦΑΝΤΟΣ, *Coensium* Prætor *Diophantus.*

ΚΩΙΩΝ. ΑΙΝΕΙΑΣ. *Coënsium* Prætor *Æneas*, in nummo Augusti.

ΓΑΙΟΣ

ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. ΓΕΡΜΑΝΙΚ. Caput Caji Aug. laureatum. In altera parte: Π. ΟΠΤΙΜΟΣ. ΕΥΔΑΜΟΣ. Πρυτάνεις, Ὄπτιμος, & Εὔδαμος. In medio, ΚΩΙΩΝ. Serpens involutus spiris, erecto capite. Est in Thesauro Regio. Forte illud Π. Πάπιος est. Sed ut in nummo vicinæ insulæ Rhodiorum, ΠΡΟΔΙΩΝ est Πρυτάνεις Ῥοδίων, satis verisimile est apud Coënses Πρυτάνεις quoque fuisse.

ΚΩΙΩΝ. ΜΕΙΛΗΣΙΩΝ. Nummus Antonini Pii, e Cimelio Regio, quo Milesiorum fœdus cum Coënsibus significatur, non uti Tristanus existimat, pag. 601. a Milesiis profectos Coënses. Id vero insculptæ ei nummo effigies in primis declarant, Æsculapii nimirum Coënsium Dei, & Apollinis Didymæi Milesiorum: unde & Milesius idem appellatus est, a fano ejus in agro Milesio. Strabo, lib. XIV. pag. 634. Τὸ Μιλήσιον τὸ μαντεῖον τοῦ Διδυμέως Ἀπόλλωνος. Venerem in eo nummo sculptam falso Tristanus & alii existimavere. Sic in illis ΕΦΕΣΙΩΝ. ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ, & ΕΦΕΣΙΩΝ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ, similis ὁμόνοια intelligitur, ut suis locis diximus.

ΚΩΙΩΝ. Antonini Pii, ex eodem Cimelio. Juno in curru juncto pavonibus.

ΚΩΙΩΝ ΣΩΤΗΡ, vel ΣΩΤΗΡΟΣ, *Coënsium Servatoris.* Æsculapii nimirum, cujus in nummis effigies, apud Goltzium in Græcia, Tab. XX. cum angue, ejus Dei symbolo.

ΚΟΩC, & ΚΩΩC, in Museo nostro.

ΑΡΧ. ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥ. ΚΩΙΩΝ. Caracallæ nummus, e Gaza Regia, cum victoriæ gradientis effigie. Ἄρχοντος Μενεκράτους. Κώων. *Archonte Coënsium Menecrate.*

ΚΩΙΩΝ. Serpens baculo involutus, Æsculapii symbolum. E Museo nostro.

ΚΩΙΩΝ. ΑΡΙΣΤΙΔΗΣ. Apud Goltzium, tab. XX. *Coënsium* Prætor *Aristides.* Cum lyra Apollinea.

ΚΩΙΩΝ. ΑΡΧΙΑΣ. *Coënsium* Prætor *Archias.* Apud Goltzium, tab. XXI. cum cancri effigie, quæ in nummis insularum frequens, ut antea monuimus. Adjecta etiam clava, quæ Herculem inter Deos Coënsium custodes fuisse significet.

ΚΩΙΩΝ. ΣΑΤΥΡΟC. Sic enim scribitur, utraque forma litteræ Σ. Serpens baculo implicitus est. In altera superficie, caput Jovis.

ΚΟΩΣ. Uva. Apud Goltzium, tab. XXII. Ex parte altera caput est insculptum capri, qui Baccho sacer, teste Ovidio, lib. I. Fastor. vers. 360. Strabo, lib. XIV. pag. 657. de Co insula: Εὔκαρπος δ' ἐστὶ πᾶσα, οἴνῳ δ' ὡς ἀρίστη, καθάπερ Χίος καὶ Λέσβος. *Tota frugum est ferax, vini etiam optimi larga, ut Chius & Lesbus.*

L

LACCOBRIGA. MVN. *Municipium Laccobriga.* Galbæ, e Thesauro Goltzii, pag. 244. Plinio, lib. III. sect. IV. *Lacobricenses*, in Vaccæis Hispaniæ populis. Lacobrigæ in hoc tractu meminit Antoninus, XLVI. M. P. a Pallantia, in itinere ab Asturica Tarraconem. Λαγοβρῖται vocat Plutarchus in Sertorio, pag. 574. *Lacobrigæ nomen*, inquit Festus, *a lacu & briga, Hispaniæ oppido.* Vox *briga* oppidum sonat. Vide MIROBRIGA.

LÆLIA.

LAELIA. Spica tritici. L. CAES. *Lucius Cæsar*, Agrippæ F. Augusti N. Urbs ea Bæticæ fuit. Affertur hic nummus a Mediobarbo, & a Roderico Caro, libro III. Antiq. Hispal. Est & Tiberii nummus similis.

ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ. Neronis, & Hadriani nummi, in quibus Castor & Pollux in equis. De cultu Castorum apud Lacedæmonios, Pausanias in Laconicis, seu lib. III. operis sui, pag. 94. 95. 96. & 98. Est & M. Aurelii, cum pileis Castorum, apud Patinum, pag. 244. Item Antonini Pii, in Cimelio D. FOUCAULT.

ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ. M. Aurelii, apud Tristanum, pag. 650. quo in nummo Athletæ bini insculpti, veluti in procinctu ad pugnam. *Lacedæmonias palæstras*, tum alii plurimi, tum Prudentius in Hamartig. laudat, versu 365. Propertius, lib. III. Eleg. XIV.

Multa tuæ, Sparte, miramur jura palæstræ, &c. *Pugilatum amasse*, M. Aurelium, *luctamina*, *& cursum*, auctor est Capitolinus in ejus vita, pag. 24.

ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ, in corona laurea. Nummus Commodi.

CTP. ΑΙ. ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ. ΛΑΚΕΔΑΙ. ΟΜΟ. CΜΥΡ. *Prætore Ælio Heraclide. Lacedæmoniorum concordia cum Smyrnæis.* Stant in eo Commodi nummo Pallas & Smyrne Amazon. Cusus hic nummus est Smyrnæ, ubi Στρατηγὸς, *Prætor* fuit, non Lacedæmone.

ΣΕΛΓΕΩΝ. ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ. *Selgensium Lacedæmoniorumque concordia.* M. Aurelii nummus, in quo ante aram Hercules & Pallas adstant: ex ara serpens emicat. Conditores suos ac veluti parentes Lacedæmonios, Selgenses Pamphyliæ agnoscebant, ut auctor est Strabo, lib. XII. pag. 570. Plinio, lib. IV. sect. VIII. *Ager Laconicus* &c. Similis est Trajani Decii nummus.

ΛΑΚΕΔΑΙΜΩΝ. Vide ΣΑΓΑΛΑΣΣΗΝΩΝ.

ΛΑΜΙΕΩΝ. In Museo nostro, cum Bacchi capite, quod ederacea cinctum corona: & canthari, ex aversa parte nummi, effigie. Baccho sacrum fuisse agrum eum, ac vini feracem, hæc symbola produnt. Plinio, lib. IV. sect. XIV. *Lamia*, in Phthiotide Thessaliæ regione. Stephano: Λαμία, πόλις Θεσσαλίας..... τὸ ἐθνικὸν, Λαμιεύς, καὶ Λαμιῶται.

ΛΑΜ. In Cimelio Regio.

ΛΑΜΠΩΝΙΕΩΝ. Tiberii nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 220. Stephanus: Λαμπώνεια, πόλις Τρωάδος.... τὸ ἐθνικὸν, Λαμπωνεύς,... καὶ Λαμπωνιδεύς. Hujus potius oppidi nummum eum esse censuerim, quam cognominis insulæ Lamponiæ, de qua Plinius, lib. IV. sect. XXIII.

ΛΑΜΨΑΚΗΝΩΝ. Nummus Commodi, apud Patinum, pag. 262. nunc Cimelii Regii. Insculptum in eo & in altero Getæ nummo remur equum marinum, qui Neptuno sacer. Sed fuere in eo oppido & alia Numina. Priapus est in nummis M. Aurelii, Julii Maximini, & Trajani Decii. *Lampsacenum Deum* Servius Priapum, & Priapeïorum auctor appellant. Pausanias, lib. IX. de Priapo: Λαμψακηνοὶ δ' ἐς πλέον ἢ θεοὺς τοὺς ἄλλους νομίζουσι, Διονύσου τε αὐτὸν παῖδα εἶναι καὶ Ἀφροδίτης λέγοντες. *Lampsaceni eum præ cunctis Diis venerantur, Bacchi & Veneris filium appellantes.* Plinio, lib. V. sect. XL. *Lampsacum.* In Hellesponto. Stephano: Λάμψακος.... τὸ ἐθνικὸν, Λαμψακηνός. Hodie *Lampsico.* Vide plura in Plinianis Notis.

ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ *Cariæ*, vel *Phrygiæ.*

AP. PVLCHER AP. F. PROCOS. *Appius Pulcher Appii F. Proconsul.* In medio nummo, ΛΑΟ. Λαοδικέων. In ima parte Græci Magistratus nomen, ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ ΔΑΜΟΚΡΑΤΟΥ ΣΩΣΙΜΟΣ. Apud Seguinum, pag. 69. a quo feliciter hic nummus explanatur: uti & alter qui subsequitur.

M. TVLL. IMP. ΛΑΟ. ΛΑΒΑΣ ΠΥΡΡΟΥ. *M. Tullius Imperator. Laodicensium. Labas Pyrrhi F.* Prætor. Forte ΔΑΜΑΣ, hoc est, *Damasias.*

misus. Successit Appio M. Tullius Cicero, post actum Consulatum, in Ciliciæ & Laodiceæ, finitimarumque regionum administratione. Vide quæ diximus in nummis ΑΠΑΜΕΩΝ Phrygiæ.

ΠΟΛΕΜΩΝ ΦΙΛΟΚΡΑΤΩΡ. ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. *Polemon Philocrator. Laodicensium.* Nummus Augusti, e Gaza Regia. Hunc Polemonem regiis insignibus donarat Augustus, ut quidem Strabo prodidit, lib. XII. pag. 578. *Ζήνων δ' ὁ ῥήτωρ, καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Πολέμων, ὃς καὶ βασιλείας ἠξιώθη διὰ τὰς ἀνδραγαθίας, ὑπ' Ἀντωνίου μὲν πρότερον, ὑπὸ Καίσαρος δὲ τοῦ Σεβαστοῦ μετὰ ταῦτα.*

ΖΕΥΣ ΦΙΛΑΛΗΘΗΣ. ΛΑΟΔ. *Juppiter Veritatis Amicus. Laodicensium.* Augusti nummus, e Cimelio Regio. Nunc Laodicea excisa penitus: loco Turcæ fecere nomen *Eskihissar.* Vide plura in Notis ad Plinium.

ΛΑΟΔΙΚΕΙΑΣ. ΝΕΡΩΝ ΚΑΙΣΑΡ. Neronis, apud Tristanum, pag. 224. & Patinum, pag. 117. cum Jovis effigie aquilam dextra gestantis. Additur & Prætoris nomen, ΓΑΙΟΣ ΠΟΣΤΥΜΟΣ, *Caius Postumus.* Et in corona laurea, B, quo signatur annus Neronis secundus.

ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. ΑΓΡΙΠΠΙΝΟΣ ΓΡΑΜ. ΑΝΕΘΗΚΕΝ. *Λαοδικέων. Ἀγρίππινος Γραμματεύων ἀνέθηκεν. Laodicensium. Agrippinus Scriba posuit.* Nummus Hadriani, e Cimelio Regio, simili Jovis effigie, atque in nummo Neronis. Id Magistratus genus, *Γραμματεὺς*, seu *Γραμματεύων*, passim in Cariæ nummis occurrit.

ΑΥ. ΚΑΙ. ΤΡΑ. ΑΔΡΙΑΝΟΣ ΟΛΥΜΠΙΟΣ. ΛΑΟΔ. *Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Τραιανὸς Ἀδριανὸς Ὀλύμπιος. Λαοδικέων.* Nummi Hadriani, apud Erizzo, & alios. De Olympii cognomine, quo donatus in nummis Hadrianus, vide quæ diximus, verbo ΕΦΕΣΙΩΝ.

Π. ΑΙΛΙΟΣ. ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ. ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. In laurea. Nummus Antonini Pii, apud Patinum in Indice, pag. 13. *Πόπλιος Αἴλιος Διονύσιος. Λαοδικέων.* Est in Cimelio D. Foucault.

ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ. M. Aurelii, apud Occonem, pag. 295. & in Cimelio Reginæ Christinæ.

ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. ΑΔΡΑΜΥΤΤΗΝΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ. *Laodicensium & Adramyttenorum concordia.* M. Aurelii nummus, in Cimelio D. Foucault.

Π. ΚΛ. ΑΤΤΑΛΟΣ ΕΠΙΝΙΚΙΟΝ ΑΝΕΘΗΚΕΝ. ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. *Publius Claudius Attalus statuam pro victoria posuit.* M. Aurelii nummus, in quo stat Juppiter Philalethes, sive Juppiter Victor: cui statuam posuit ob victoriam Imperatori datam, Claudius Attalus.

ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. ΕΦΕΣΙΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ. Juppiter Laodicenus, ac Diana Ephesia cum cervis, in nummis M. Aurelii, & Antonini Elagabali.

ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ. L. Veri nummus, e Cimelio Regio. Est & M. Aurelii, in quo stat Imperator inter duas feminas stolatas.

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. *Antiochensium* e Caria, & *Laodicensium concordia.* Nummus Commodi Imp.

ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΚΑΙ ΝΕΙΚΟΜΗΔΕΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. Commodi, ex eodem Cimelio: Cereris cum Jove effigies: illa Nicomediensium Dea, hic Laodicenorum, ut dictum est, Præses.

ΛΑΟΔΙΚΕΙΑ. ΛΥΚΟΣ. ΚΑΠΡΟΣ. Nummus Commodi Imp. e Gaza Regia, in quo mulier dextra Jovem Laodiceæ præsidem Deum gestat, desidetque inter duos fluvios. *Laodicea, Lycus, Caper.* Plinius, lib. V. sect. XXIX. *Laodicea imposita est Lyco flumini, latera alluentibus Asopo & Capro, appellata primum Diospolis,* hoc est, civitas Jovis: qua ex appellatione Præses ejus oppidi Juppiter fuisse intelligitur; neque ex ea modo, sed & ex nummis antea allatis. Iidem amnes duo in nummo Antonini Severi F. e Thesauro Mauroceni, picti cernuntur: addito anno ΤΠΗ. hoc est, CCCLXXXVIII. qui est annus V. C. DCCCCLII. Severi septimus, Antonino F. jam Imperatore: ducto æræ initio ab anno V. C. DLXV. quo Asia devicta est a Romanis, ut dictum est in Chronologia Veteris Testamenti.

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΣ. *Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αὐρήλιος Ἀντωνεῖνος.* Caracallæ nummus, cujus in aversa parte, ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ΕΥΤΥΧΕΙΣ ΚΑΙΡΟΙ. *Felicia tempora*, quatuor anni tempestates totidem puerulis designantur. E Cimelio Regio. Sic in Commodi nummo, e Museo nostro, pueruli quatuor fructus ex arbore legunt, mediaque inter ipsos Tellus sedet: epigraphe, TEMPORVM FELICITAS. Tellus, inquam, quam Puerorum Nutricem appellarunt, ΓΗΝ ΚΟΥΡΟΤΡΟΦΟΝ, ut ait Pausanias in Atticis, pag. 20.

ΚΟΜΟΔΟΥ ΚΕ ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ. ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ΔΟΓΜΑΤΙ ΣΥΝΚΛΗΤΟΥ. *Κομόδου καὶ Ἀντωνίνου, Λαοδικέων Νεωκόρων &c. Commodi, & Antonini. Laodicensibus Neocoris. Senatusconsulto.* Antonini Severi F. nummus, e Cimelio Regio, & apud Tristanum, tom. II. pag. 185. in quo nummo Juppiter stat, ejus civitatis Præses, ut diximus. Non sine Senatusconsulto Neocororum fungi munere civitatem ullam potuisse docuimus antea in nummis ΑΒΟΛΛΑΙΩΝ. Hunc nummum ad Caricam Laodiceam jure cum Erizzo referendum putamus, nequicquam refragante Tristano. Est & alter ejusdem Antonini ita inscriptus, ΛΑΟΔ. ΠΡΩΤΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Laodicensium, qui primi ter Neocori fuere:* hoc est, qui Caracallæ principatu omnium primi, ex Asiæ civitatum incolis, in Cæsaris gratiam ludos edi tertium, & sacra fieri curaverunt, ex Senatusconsulto scilicet, ut præmonuimus. Sedet Imperator in equo, milite subsequente, Palladis armatæ effigie columnæ imposita. Sunt præterea horum *Λαοδικέων* nummi sub nominibus Elagabali, Juliæ Mæsæ, Philippi utriusque, & Otaciliæ Severæ.

ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. Ex parte aversa, ΔΗΜΟΣ, *Populus* Laodicenus scilicet, vel Romanus potius, quem nummo illi cuso colunt.

ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. *Æsculapii* effigies: in parte altera, turritum caput, ΛΑΟΔΙΚΕΙΑ.

ΣΑ. ΕΥΤΥΧΟΥΣ. ΑΡΧΙΕ. ΙΓ. ΠΟΛ. *Σαμίου* (ut quidem Spanhemius interpretatur, qui nummum hunc Laodicensium affert e Cimelio Mediceo, lib. de usu numism. pag. 692. nos *Σαβίνου* malumus) *Εὐτυχοῦς Ἀρχιερέως τρισκαίδεκα πόλεων. Sabino Eutyche Pontifice* XIII. *Civitatum*, quibus Asiæ scilicet commune constabat, ut alibi adnotavimus. Vide ΡΟΔΙΩΝ.

ΖΕΥΣ ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. Vide ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ *Lydiæ.*

ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ *ad Libanum, sive in Syria Cœle.*

ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΠΡΟΣ ΛΙΒΑΝΩ. Nummus Antonini Severi F. in Cimelio Regio. In Severi nummo additur ΜΗΝ *Mensis:* qui & Deus Lunus in eo nummo pictus. Plinio, lib. V. sect. XIX. *Laodiceni, qui ad Libanum cognominantur.* Hic nummus apud Patinum excusus, pag. 298. has tantum voces exhibet, ΛΑΟΔΙΚ. ΠΡΟΣ... Alius habet, ΤΥΧΗ ΛΑΟΔ. ΠΡΟΣ ΛΙΒΑΝΩ. *Genius Laodicensium ad Libanum.*

ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΕΝ ΤΩ ΛΙΒΑΝΩ. Antonini Pii, in eodem Cimelio. Vir signum militare gestat.

ΙΟΥΛ. ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC. Caput turritum ac velatum, quod est insigne metropoleos ac jurisdictionis. Nummus Antonini Severi F. e Cimelio Regio: & alter ibidem Elagabali, similis. Laodicea ad mare libera fuit, teste Plinio: metropolis non fuit. Hæc quæ nummos cudit, metropolis dicitur, libera numquam dicitur.

ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΛΙΒΑΝΟΥ. Caput turritum. Nummus Trajani Decii.

ΙΟΥΛ. ΛΑΟΔΙΚ. CΕΟΥΗ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC. Ἰουλίας Λαοδικείας Σευηριανῆς Μητροπόλεως. *Iuliæ Laodiceæ Severianæ Metropoleos.* Severi nummus, e Cimelio Reginæ Sueciæ. Ulpianus, lib. L. Dig. tit. XV. de Censibus lege I. *Est & Laodicena colonia in Syria Cœle, cui Divus Severus jus Italicum ob belli civilis merita concessit.* Et cognomen a se quoque dedit. Facit autem prius Iuliæ nomen, ut subsequentes quoque nummos, qui ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ inscribuntur, huc quoque referri constet oportere: quod Tristano, aliisque latuit.

ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. ΒΑΡ. Domitiani nummus, e Gaza Regia, quo signatur annus CXXXII. æræ Cæsarianæ, cujus initium est autumno anni V.C. DCCV. Itaque hic nummus annum designat Urbis DCCCXXXVI. Domitiani tertium, autumno ejus anni.

ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. *Iuliensium qui & Laodicenses*, Trajani nummus, e Museo nostro, & apud Patinum, pag. 185. capite civitatis turrito ac velato. Ex quo intelligas alterum istud fuisse Laodiceæ nomen. Nam quod finxere quidam, legi oportere, ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΚΟΙΝ. sive Κοινὸν, ac Juliensium, de quibus egimus suo loco, signari concordiam cum Laodicenis, adversantur ei conjecturæ, non nostri modo, sed & Regii Cimelii numismata, Trajano principe, & Antonino cusa, & quæ apud Occonem multis locis exstant, in quibus perspicue legimus, ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΤΩΝ &c. Sic geminum Helenes insulæ nomen vidimus, verbo ΕΛΕΝΙΤΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΚΡΑΝΑΑΤΩΝ. Donata vero Laodicea est altero eo nomine ab Julio Cæsare, cujus æram in suis nummis Laodiceni consignant. Hujus in quo explanando sumus, qui Trajano Principe cusus est, epigraphe hæc est in Museo nostro, ΑΥ. ΤΡΑΙΑΝΟC. ΑΡΙCΤ. ΚΑΙC. CΕΒ. ΓΕΡ. ΔΑΚ. Αὐτοκράτωρ Τραϊανὸς Ἄριστος Καῖσαρ Σεβαστὸς Γερμανικὸς Δακικός. *Imp. Trajanus Optimus Cæsar Aug. Germanicus, Dacicus.* In alio etiam Παρθικὸς est. In parte nummi aversa Deæ Syriæ effigies est; quæ Syriæ esse, non Phrygiæ, hanc Laodiceam indicat. Annus in hoc nummo signatur, ΒΞΡ. hoc est, CLXII. æræ Cæsarianæ, ut diximus: qui est V.C. DCCCLXVI. Trajani XVI. autumno iniens. In altero Regiæ Gazæ, ΓΞΡ. annus CLXIII. qui V.C. DCCCLXVII. autumno iniens. In eo Trajanus etiam Parthici nomen habet.

ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. ΖΠΡ. Alius, ΗΠΡ. Alius ϘΡ. Tres Antonini Pii nummi, e Cimelio Regio: quibus anni signantur CLXXXVII. CLXXXVIII. & CXC. æræ Cæsarianæ, ut proxime: qui sunt Antonini Pii primus, secundus, & quartus. Nummus Aurelii Cæsaris, similis huic, habet ΑϘΡ. CXCI.

ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΤΩ ΛΙΒΑΝΩ. ΑΞΥ. *Laodicensium, qui sunt in Libano*, annus CCCCLXI. Antonini Pii nummus, e Thesauro Regio. Laodiceni æram Cæsarianam in iis tantum nummis consignant, qui ΙΟΥΛΙΕΩΝ titulum ex Julio Cæsare præferunt. At post quartum Antonini Pii annum, Romanæ ditionis esse amplius noluerunt: fœderati tantum censeri voluerunt. Itaque in nummis deinceps aut nullam, aut suam veterem, ex quo Græci fuerunt, sive æram Græcorum retinuerunt, ab autumno anni V.C. CCCCXLII. Unde hic annus CCCCLXI. est annus V.C. DCCCCII. Antonini Pii XI. In Cimelio D. FOUCAULT, similis nummus Antonini Pii exhibet annum sequentem: ΛΑΟΔΙΚΕΙΑC ΛΙΒΑΝΟΥ. ΒΞΥ. hoc est, CCCCLXII. Sed mox jugum Romanorum excussit omnino Laodicea: unde nulli sunt Laodicenorum nummi sub M. Aurelio, sub Commodo, sub Severo: sed ab Antonino Severi F. coacti sunt fœdus renovare, & coloniam in partem civitatis accipere.

ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. ΜΗΤΡΟΠΟΛ. Capite turrito ac velato. In Thesauro Regio nummus est Antonini Elagabali.

ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΛΙΒΑΝΟΥ. Trajani Decii nummus, apud D. Vaillant: capite turrito.

ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ CΥΡΙΑC, apud Spanhemium, pag. 896. in quo nummo legi forte possit, ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. Κ. CΥΡΙΑC, hoc est, Κοίλης Συρίας.

COL. LAODICEAC. ME. *Coloniæ Λαοδικείας Metropoleos.* Philippi patris, apud Patinum, pag. 382. nunc Gazæ Regiæ. Huic similes ac plane gemini duo Caracallæ nummi apud Tristanum, pag. 177. apud quem, & apud Patinum, pag. 298. COL. LAODIC. ACMA. corrupte legas, pro LAODICEAC. ME. In hisce nummis templi effigies est, in eoque Aquila, Jovis scilicet armigera, & ipsius vicem præbens in nummis: vel Romani potius Imperii symbolum.

COL. LAOD. METROPOLEOS. Treboniani, in Gaza Regia. Item Tranquillinæ.

SEP. COL. LAVD. (& in aliis, LAOD.) METRO. Getæ nummus, hæc verba præferens in corona laurea: quæ nummorum forma huic fere tractui peculiaris est, ut in nummis Berœensium, Chalcidensium, Cyrrhestarumque vidimus. Est hic e Cimelio Regio. *Septimia Colonia Laudicea Metropolis.* Fuit & Severo Septimii nomen, & Getæ pariter ejusdem Severi filio.

ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ *Syriæ proprie dictæ, qui ad mare positi.*

ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΘΑΛΑΣΣΑΝ. *Laodicensium qui sunt ad mare.* E Cimelio Regio. Plinio, lib. V. sect. XVIII. *Laodicea libera.* Vide quæ ibi diximus. Hodie *Latakié* appellatur.

ΛΑΠΗΘΕΩΝ. Nummus e Græcia Goltzii, Tab. XXVII. cum palmæ icone. De palmis Cypriis, Plinius, lib. XIII. sect. VIII. De oppido, lib. V. sect. XXXV. *Lapethos.* Stephano: Λάπηθος, πόλις Κύπρου . . . . τὸ ἐθνικὸν, Λαπήθιος, ἢ Λαπηθεύς. In parte nummi aversa, Serapis & Isis

ΛΑΠΙΘΩΝ. Apollinea lyra, in corona oleaginea. Ex parte altera, ΑΠΟΛΛΩΝ. ΣΩΤΗΡ. *Apollo Servator.* Apollo cum arcu & pharetra, Solisque simul effigies. E Museo nostro. Plinio, lib. IV. sect. XV. *Pindus & Othrys, Lapitharum sedes*, in Thessalia: qui cum Centauris depugnarunt: unde & castello ibi nomen factum Κενταυρόπολις, teste Procopio, lib. IV. de Ædif. cap. III.

ΛΑΠΠΑΙΩΝ. Augusti nummus, in Thesauro Regio, & in Cimelio D. FOUCAULT, inscriptus, ΘΕΩ ΚΑΙΣΑΡΙ ΣΕΒΑΣΤΩ. *Di-*

to Cæsari Augusto; habet Apollinem cithara ludentem: Domitiani, similiter: Domitiæ, in eodem Thesauro, & in eodem Cimelio, Dianam: Commodi, Castorem in equo cum hasta. Fuit hoc oppidum olim in Creta. Et est Ptolemæo quidem lib. III. cap. XVII. in oppidis ejus insulæ mediterraneis, Λάππα. Dioni pariter, libro XXXVI. ubi de Metello Cretico, Λάππα. In Notitia Eccles. pag. 25. Λάμπη. Pag. 13. ὁ Λαμπῶν. Leunclavio, pag. 96. ὁ Λάμπης. Refert nummum eum Goltzius in Thesauro, pag. 220. & in insulis Græciæ, Tab. V. Apollinem cum lyra præfert: de quo vide quæ diximus in nummis ΚΥΔΑΙΩΝ. Gruteri vetus inscriptio, pag. MXCI. ΛΑΠΠΑΙΩΝ. Η ΠΟΛΙC. Concessam iis ab Augusto Cæsare libertatem, instaurataque mœnia refert Dio, libro LI.

ΛΑΡΑΝΔΕΩΝ *in Lycaonia.*

ΛΑΡΑΝΔΕΩΝ. Antonini Pii nummus, in quo Apollo cum lyra. Notitia Eccles. in Provincia Lycaoniæ habet Λάρανδα.

LARISSA *Thessaliæ.* Plinio, lib. IV. sect. XV. *Larissa.*

ΛΑΡ. ΛΑΡΙΣΣΑ, & ΛΑΡΙΣΣΑΙΩΝ, cum equi effigie, in Græcia vetere Goltzii, Tab. XX.

ΛΑΡΙΣΣΑΙΩΝ. E Museo nostro, cum equi pascentis effigie. Quod pascua equis alendis idonea & opima ibi fuisse argumento est. Fuere olim Thessali equi in pretio, ut auctor est Strabo, lib. VIII. pag. 388. aliique. Hinc primum in Thessalia ortum equum fabulæ narrant. Lucanus, lib. VI.

Primus ab æquorea percussis cuspide saxis
Thessalicus sonipes, bellis feralibus omen,
Exsiluit: primus chalybem, frenosque momordit,
Spumavitque novis Lapithæ domitoris habenis.

Et Medusæ caput nummus idem præfert.

ΛΑΡΙΣΣΑΙΑ, cum equo currente, & viro taurum domante. Plinius, lib. VIII. sect. LXX. *Thessalorum gentis inventum est, equo juxta quadrupedante, cornu intorta cervice tauros necare*, &c. Vide quæ diximus in Plinianis notis ex Tranquillo & Dione.

ΛΑΣΙΩΝ. Nummus e Thesauro Goltzii, pag. 220. Plinio, lib. IV. sect. XX. *Lasos.* Hierocles, in Notitia Eccles. antiqua, inter sedes Cretæ Provinciæ Episcopales, vicesimo sexto loco Λάσον appellat, pag. 25. Eadem Λίσσος pag. 13. mendose vocatur.

LASTIGI. Nummus antiquus apud Rod. Carum, lib. III. cap. LXI. pag. 186. Plinio, lib. III. sect. III. *Lastigi*, in Bæturia, parte Bæticæ, Celticorum dicta, conventus Hispalensis.

LAVS IVLIA.

C. L. I. N. AVG. Claudii nummus, apud Mediobarbum, pag. 85. ex Sponio: quem nummum sic interpretamur: *Colonia Laus Iulia Nova Augusta.* Meminit hujus oppidi unus, quod quidem sciam, Tullius, cujus etiam ex hujus nummi fide atque auctoritate restituenda oratio est. Sic enim ille ad Q. Fratrem, lib. II. epist. XIV. *Ad IIII. Nonas Iunias, quo die Romam veni, accepi tuas litteras, datas Placentiæ: deinde alteras postridie, datas Blandenonæ.* Ubi Tulliani editores plura exemplaria præ se ferre aiunt *Laudenovæ*: quæ vox est haud dubie in *Laude Nova* transformanda. Hodie *Lodi* dicitur, in Insubribus, ad ripam Adduæ fluminis, oppidum haud ignobile: quod qui *Laudem* esse *Pompeiam* putant, a Plinio commemoratam, lib. III. sect. XXI. similitudinem modo nominum secuti, non itinerariorum intervalla, non toto illi quidem cælo, sed tribus saltem millibus passuum aberrant, quibus *Lodevé* vicus, hoc est, Laus vetus, seu Laus Pompeia, a Laude Nova, seu *Lodi* distat.

ΛΕΒΕΔΙΩΝ. Getæ nummus, in Cimelio Regio, in quo Bacchi stantis effigies. Strabo, lib. XIV. pag. 643. in Ionia. Εἶτα Λέβεδος διέχουσα Κολοφῶνος ἑκατὸν καὶ εἴκοσι σταδίους· ἐνταῦθα τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν ἡ σύνοδος, καὶ κατοικία τῶν ἐν Ἰωνίᾳ μέχρι Ἑλλησπόντου, ἐν ᾗ πανήγυρίς τε καὶ ἀγῶνες κατ' ἔτος συντελοῦνται τῷ Διονύσῳ. *Deinde Lebedus a Colophone distans stadia* CXX. *Ibi scenicorum artificum conventus & domicilium est, qui in Ionia sunt, ad Hellespontum usque, ibique solennis conventus & annua certamina in honorem Bacchi agitantur.* Dionysia hæc & Liberalia a Libero Patre vocabantur. Vide Tertull. lib. de spectaculis.

ΛΕΒΕΔΙΩΝ. Caracallæ, e Museo nostro, & apud Tristanum, tom. II. pag. 219. in quo noctua, Palladis symbolum. Alterum ejusdem Caracallæ Sponius affert, in Itiner. Athen. in quo Pallas armata stat.

LEONICA.

MVN. LEONICA. In Thesauro Goltzii, pag. 244. Plinio lib. III. sect. IV. *Leonicenses*, conventus Cæsaraugustani, in Hispania. Nunc est *Alcaniz*, in Aragonia, ad amnem *Guadalope*, qui in Iberum influit. Vide plura in Plinianis Notis.

ΛΕΟΝΤΙΝΩΝ. In Museo nostro. Plinius, lib. III. sect. IV. *Oppidum Leontini*, in Sicilia. Nunc *Lentini*, *Citta Fecondissima.*

ΛΕΟΝ. & ΛΕΟΝΤΙΝΟΝ, apud Parutam. Derivatum oppidi nomen ἀπὸ τοῦ λέοντος nummi plerique testantur, in quibus animalis ejus expressa effigies est. Sunt & in quibus spicæ insculptæ, aut Dea spicas gerens, quibus soli ubertas intelligitur. Cicero in Verrem, lib. III. *Caput rei frumentariæ, campus Leontinus.*

ΛΕΟΝΤΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. L. IH. λυκάβαντος ιη'. *anno decimo octavo.* Nummus Antonini Pii, in Cimelio Regio. *Leontopoliten* in Ægypto nomen habet Plinius, lib. V. sect. IX. Oppidum ipsum Λεόντων πόλις, *Leonum civitas*, quos in eo oppido studiose ali, auctor est Ælianus, lib. XII. hist. animal. cap. VII. Quare & in nummo subsequente,

ΛΕΟΝΤΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, Juliæ Domnæ, apud Tristanum, tom. II. pag. 144. leo radiatus cernitur, qui prioribus pedibus sistrum, Ægypti peculiare musicum instrumentum, ejusdemque provinciæ in nummis vulgare symbolum, tenet.

LEPTIS.

COL. VIC. IVL. LEP. *Colonia Victrix Iulia Leptis.* Caput Palladis galeatum. In altero caput Mercurii est. Apud Ant. August. Dial. VI. Antiq. Numism. pag. 91. & in Cimelio Regio. Tiberii nummus est. In altera parte habet: M. FVL. C. OTAC. PR. QVINQ. *M. Fulvio, C. Otacilio, Præfectis Quinquennalibus.* Apud Occonem, pag. 73. male, COLVIC. IVLEP. Plinio, lib. V. sect. IV. *Leptis altera, quæ cognominatur magna*, in Africa. Hodie *Lebida.* Vide plura in notis ad Plinium.

ΛΕΠΤΙΣ. Nummus Augusti, e Gaza Regia, in quo Mercurii caput expressum, cum toto pectore. In alio simili sub Tiberio est ΛΕΠΤΙΣ. B. hoc est, anno secundo Tiberii.

ΛΕΠΤΙΣ. Caput turritum. Ex parte altera, ΑΓΡΙΠΠΙΝΑ, quæ Germanici conjux fuit. E Museo S. Genovefæ.

ΛΕΣΒΙΩΝ ΚΟΙΝ. Hoc est, Κοινόν. *Commune Lesbiorum.* M. Aurelii nummus, e Cimelio Regio. Plinio, lib. V. sect. XXXIX. *Lesbos*, insula: hodie *Metelin*, ab oppido, quod ibi insigne est, Mytilene.

AYT.

ΑΥΤ. Κ. ΚΟΜ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Κόμμοδος Ἀντωνῖνος. In superficie nummi altera, geminum Numen insculptum, sub cujus tutela Lesbii fuere: Pallas dextram nummi aream obtinet, lævam Bacchus cum urceolo vel cantharo: medius inter utrumque stat Deus Terminus, ac proræ navis insistit. Epigraphe, ΚΟΙ. ΛΕCΒΙΩΝ. Κοινὸν Λεσβίων. *Commune Lesbiorum*. Est in Cimelio Illustriss. Harlæi, Senatus Principis. Bacchus agrum circumjectum vini feracem ostendit: confirmatque Plinius, lib. XIV. sect. IX. Optimis Græciæ vinis *addidit Lesbium Erasistrati Medici auctoritas*, &c. Alexius apud Athenæum, lib. I. pag. 28. & Archestratus, pag. 29. Donatus in Andriam Terentii, sc. III. act. I. *Semper nomina comicorum servorum, aut a nationibus sunt indita, ut Mysis, Syrus: aut ex accidentibus, ut Lesbia, velut ebriosa, a Lesbo insula, quæ est ferax suavissimi candidissimique vini, &c.* Denique Terminus proræ insistens, situm insulæ & oppidi ad mare portuosi declarat.

ΛΕΣΒΟΥ. Goltzii nummus, in insulis Græciæ, Tab. XIV.

CΑΠΦΩ ΛΕCΒΙC. *Sappho Lesbia*. Ibidem. De ea, vide Strabonem, lib. XIII. pag. 617. & his adde ea quæ ex Polluce dicturi sumus in nummis ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ.

ΛΕΥΚΑΔΙΩΝ. Goltziani nummi, in insulis Græciæ, Tab. I. quibus Diana peculiari cultu insculpta: sed quam cervus adjectus prodit. Plinio, lib. IV. sect. II. *Leucadium litus, & Leucadia peninsula*, in Epiro.

LEVCADII, *in Syria*.

ΛΕΥΚΑΔΙΩΝ. ΔΟC. Annus CCLXXIV. Nummus Gordiani Pii, e Cimelio D. FOUCAULT. Æra hæc est Augustana, ab autumno anni V. C. DCCXXIII. Gordiani annus septimus.

ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝΟC ΓΕΡ. ΔΑΚ. capite laureato. .)(. ΚΛΑΥΔΙΕΩΝ ΙΩΝ ΚΑΙ ΛΕΥΚΑΔΙΩΝ. *Claudiensium, qui & Leucadii sunt*. Imperator quadrigis vehitur, læva gerens scipionem Consularem. In media fere nummi area, supra quadrigas, ΕΝ, superposita litteris lineola. Annus LV. incipiens a Septembri anni V. C. DCCCLVII. Christi CIV. quo circiter mensem Julium Trajanus cognominatus est Dacicus. Itaque hæc æra cœpit ab autumno anni V. C. DCCCIII. ut dictum est in Chronologia Veteris Testamenti.

ΛΕΥΚΟΦΡΥC. Vide ΜΑΓΝΗΤΩΝ.

ΛΗΜ. ΛΗΜΝΟΣ, & ΛΗΜΝΙΩΝ, apud Goltzium, in nummis Græciæ insularum, Tab. XIII. cum malleo & forcipe, Vulcani scilicet instrumentis, qui Deus Lemni præcipue colebatur. Maro, VIII. Æneïd.

Hæc pater Æoliis properat dum Lemnius oris.

Tullius, lib. III. de Natura Deor. *Vulcani item plures: .... Tertius ex tertio Iove & Iunone, qui Lemni fabricæ traditur præfuisse*. Plinio, lib. IV. sect. XXIII. *Lemnos* &c. Insula Ægæi maris, hodie *Stalimene*, voce conflata ex iis tribus, εἰς τὴν Λῆμνον.

ΛΙΒΥΗ. *Libya*. Nummus e Thesauro Goltzii, pag. 220. Plinius statim initio libri quinti, *Africam Græci Libyam appellavere*.

ADVENTVI AVG. LIBYAE, & RESTITVTORI LIBYAE. Hadriani, apud Occonem, pag. 230. & 231.

ΛΙΛΥΒΑΙΙΤΑΝ, in nummis Parutæ. Oppidum fuit ejusdem nominis cum promontorio, de quo Plinius, lib. III. sect. XIV. Stephanus: Λιλύβαιον .... ἔστι καὶ πόλις, καὶ τὸ ἐθνικὸν, Λιλυβαῖος, καὶ Λιλυβαΐτης. Cicero in Divin. *Si litteras Græcas Athenis, non Lilybæi didicisses*. Et in Verrem, lib. II. *Quantum ab negotiatoribus, qui Syracusis, qui Agrigenti, qui Panormi, qui Lilybæi negotiantur, esset coactum*. Et Orat. V. *Splendidissima civitas Lilybætana*. In nummis porro Lilybætanorum Apollinem, Apollinisve tripodem, aut citharam, videas fere insculptam, aut denique Sphingem cum rota. Quæ Sphinx & in aliis quoque Siciliæ nummis occurrit. Cujus rei admonitione & illius a Tullio facete dicti venit in mentem, quod Plinius noster recitat, libro XXXIV. sect. VIII. *Signis, quæ vocant Corinthia, plerique in tantum capiuntur, ut secum circumferant, sicut Hortensius Orator Sphingem Verri reo ablatam. Propter quam Cicero illo judicio in altercatione neganti ei se ænigmata intelligere, respondit debere, quoniam Sphingem domi haberet*. Id nempe signum a Siculis Verres abstulerat, dederatque Hortensio patrono.

ΛΙΜΥΡΕΩΝ. Nummus Gordiani junioris. Oppidum Lyciæ, de quo Stephanus: Λίμυρα, πόλις Λυκίας, ἀπὸ Λιμύρου ποταμοῦ· ὁ πολίτης, Λιμυρεύς. Plinius, lib. V. sect. XXVIII. in Lycia: *Limyra cum amne, in quem Arycandus influit*. Vide Plinianas notas. Pagina nummi altera Fortunæ, vel Abundantiæ iconem exhibet.

ΛΙΠΑΡΑΙΟΝ. ΛΙΠΑΡΑΙΩΝ, & ΛΙΠ. in nummis Parutæ, & in Græcia Vetere Goltzii. Plinio, lib. III. sect. XIV. *Lipara*, citra Siciliam insula, hodieque *Lipari*. In nummis iis Neptunius tridens, in aliis ipse Vulcanus insculptus, aut Æolus potius, quem ibi imperitasse ferunt: denique in aliis cancer, in nummis insularum, ut diximus, frequens. Est & Ceres in his cum spicis, soli ubertatis index. Strabo, lib. VI. pag. 275. de Lipara: Ἔχει δὲ τὴν γῆν εὔκαρπον. *Agrum habet fertilem*.

LOBETVM MVN. Tiberii, e Thesauro Goltzii, pag. 244. Λόβητον Ptolemæo, lib. II. cap. VI. in Hispania Tarraconensi oppidum.

ΛΟΓΓΟΣΤΑΛΗΤΩΝ. E Cimelio Regio. Caput Apollinis hic nummus ex una parte, ex altera tripodem exhibet. Situs adhuc incomperti oppidum, si tamen oppidi istud, ac non viri potius nomen est, quod sic reconcinnari oporteat, ΛΟΓΓΟΥ ΒΟΥΛΕΥΤΟΥ. *Longi Senatoris*, cujus mentio in vetusta inscriptione apud Gruterum, pag. MXCVI. Nicææ in Bithynia reperta:

ΛΟΓΓΟCΥΙΟC COCCIANOC
ΛΟΓΓΟΥ ΟΥΛΕΥΤΟΥ &c.

Hoc est, ut Gruterus apte conjecit, Λόγγος υἱὸς Σοσσιανοῦ Λόγγου Βουλευτοῦ. At mihi nihilominus scrupulus restat unus, quo minus mea mihi plane conjectura arrideat: quod quam frequens in nummis sit τῆς βουλῆς nomen, tam sit Βουλευτοῦ infrequens. Dicemus de ea voce uberius in nummis ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ.

ΛΟΚΡΩΝ. Nummi e Magna Græcia Goltzii, Tab XXVI. in quibus, ut in numismatibus ΖΕΦΥΡΙΕΩΝ, præter Jovis caput insculptum, aquila in superficie nummi altera leporem discerpit: quod victoriæ fuit de Crotoniensibus relatæ symbolum. Quare ad Italiæ Locros ii spectant, quibus a Zephyrio cognomen fuit, ut in nummis ΖΕΦΥΡΙΕΩΝ diximus.

ΛΟΚΡΩΝ. Cum Proserpinæ effigie, ac teda, apud eundem Goltzium. Cultam in primis hanc Deam a Locris, docet Strabo, lib. VI. pag. 256.

ΛΟΚΡΩΝ. Jovis sedentis effigies, cum Copiæ cornu: & ex parte aversa Castores duo pileati cum stellis. Strabo, lib. VI. pag. 261. Μετὰ δὲ Λοκροὺς, Σάγρας, ὃν θηλυκῶς ὀνομάζουσιν, ἐφ᾽ οὗ βωμοὶ Διοσκούρων, περὶ οὓς Λοκροὶ μύριοι μετὰ Ῥηγίνων πρὸς δεκατρεῖς μυριάδας Κροτωνιατῶν συμβαλόντες ἐνίκησαν. *Post Locros sequitur Sagra fluvius, quem feminino genere efferunt: ad eum est templum Castorum, ubi* CCIↃↃ *Locrenses cum Rheginis, de* CXXX. *millibus*

libus Crotoniatarum pugna commissa victoriam reportarunt.

ΛΟΚΡΩΝ. Apud Goltzium, Tab. VII. Veteris Græciæ nummi, in quibus Minervæ & Pegasi effigies sculptæ, ut in Amphilochiorum nummis, Tab. 6. Plinio, lib. IV. sect. IV. *Proximi Æolis Locri, qui cognominantur Ozolæ.* Pars quæ Solem ortivum spectat, Bœotiæ fuit, eademque Locrorum Epicnemidiorum appellata.

ΛΟΚΡΩΝ. ΝΕ. ΡΩΜΑ. Romæ sedentis effigies, cui coronam stans Virtus porrigit. Λοκρῶν. Νεωκόρων. Ῥώμη. Apud Goltzium in Magna Græcia, tab. XXVII. Ex parte altera, Jovis caput, epigraphe, ΝΕΩΚ. Itaque se Jovis & Urbis Romæ Locri Neocoros vocant. Quare ad Græciæ Locros nummum hunc potius revocamus, quam ad Epizephyrios: quod cum auctore Tacito, lib. IV. Annal. Smyrnenses omnium primi se Neocoros Urbis Romæ dixerint, Italia jamdudum scilicet a Romanis subacta: hanc adulationem ab Italiæ oppidis, post illud tempus usurpatam fuisse vix arbitremur.

ΛΟΚΡΩΝ. Cum Pegaso, & ederæ folio, quale & in Opuntiorum, qui Locri fuere, nummo pictum. Apud Goltzium in Græcia, Tab. XVIII.

ΛΟΚΡΩΝ. Cum Ajacis Oilei, ut videtur effigie: ejus nimirum, qui Locrorum Epicnemidiorum dux bello Trojano fuit. Homerum vide, & Strabonem, lib. IX. pag. 425.

ΛΟΚΡΩΝ. Cum Palladis armatæ effigie, adjecto cantharo, cum uva & edera, ut in Opuntiorum nummo. Apud Goltzium, Tab. XVIII. Stephanus, verbo Ζωστήρ. Τιμᾶται δὲ Ζωστηρία Ἀθηνᾶ ἐν Λοκροῖς τοῖς Ἐπικνημιδίοις. *Colitur & Minerva Zosteria in Locris Epicnemidiis.* Et hujus cognominis meminit Hesychius. Id Palladi datum, quod veteres ζώσασθαι arma induere dicerent. Pausanias, in Bœot. pag. 294. ubi Thebanorum fana signaque enumerat: Πλησίον δὲ Ἀμφιτρύωνος, inquit, δύο ἀγάλματα λίθινα λέγουσιν Ἀθηνᾶς ἐπίκλησιν Ζωστηρίας· λαβεῖν γὰρ τὰ ὅπλα αὐτὸν ἐνταῦθα, ἡνίκα Εὐβοεῦσι καὶ Χαλκώδοντι ἔμελλεν ἀντιτάξεσθαι. τὸ δὲ ἐνδύναι τὰ ὅπλα, ἐκάλουν ἄρα οἱ παλαιοὶ ζώσασθαι. Καὶ δὴ Ὁμήρου Ἄρει τὸν Ἀγαμέμνονα ποιήσαντα ἐοικέναι τὴν ζώνην, τὴν ὅπλων τὴν ἐνδύω φασιν εἰκάζειν. *Prope Amphitryonem duo sunt Minervæ signa lapidea, Zosteriæ cognomento: illic enim dicitur arma induisse Amphitryo, cum Eubœensibus & Chalcodonte congressurus. Arma autem induere, veteres Cingere, ζώσασθαι, dixerunt. Nam & Homerum cum Agamemnonem Marti similem zona fecisset, de armorum ornatu id intelligi voluisse putant.*

ΛΟΠΑΔΟΥΣΣΑΙΩΝ. Goltzii nummus in Vetere Græcia. Plinio, lib. V. sect. VII. *Lopadusa.* Stephano: Λοπάδουσα, νῆσος κατὰ Θάψον τῆς Λιβύης. . . . τὸ ἐθνικὸν, Λοπαδουσαῖος. Nunc *Lampedosa*, in Libyco mari. Præfert hic nummus Jovis caput: piscem ex parte aversa.

LOVCERIA. E Cimelio Regio: singulis litteris inter singulos rotæ unius radios collocatis. Plinio, lib. III. sect. XVI. *Colonia Luceria.* Quo tempore deducta eo colonia fuerit, disce ex Velleio, lib. I. Nunc *Lucero delli Pagani*, in Capitanata Italiæ regione.

LVGDVNVM.

COL. ROM. LVGDVN. Caji Cæsaris nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 241. *Colonia Romana Lugdunum.* Plinio, lib. IV. sect. XXXII. *Colonia Lugdunum in Secusianorum agro:* caput olim Galliæ Lugdunensis. *Lion.* Apud Gruterum, inscriptio tergemina, C. C. C. AVG. LVGD. *Colonia Copia Claudia Augusta Lugdunensis.* Iterumque alia, C. C. COL. LVG. *Claudia Copia Colonia Lugdunensis.* Nam apud eundem Gruterum, pag. XXX. planissime legas, COLON. COPIAE. CLAVD. AVG. LVGD. Vide Numismata sæculi Constantiniani.

COPIA. Apud Goltzium, in Magna Græcia, Tab. XXXV. cum Copiæ cornu, quale & in Cabellionum nummo vidimus, & in altero Lugdunensium mox visuri sumus. Non Thuriorum, ut ille falso existimavit, ceterique post eum: sed Lugdunensium omnino nummus est.

LVGDVNVM *alterum, quod & Laudunum.*

LVGDVNO. CLOATO, hoc est, *Clavato.* Nummus aureus antiquus laudatus a Sirmondo, in Notis ad Conc. Aurel. IV. pag. 609. quod habitum est anno æræ vulgaris, DXLIX. Quo tamen in nummo, LAVDVNO potius, quam LVGDVNO legi censuerim oportere: quod, auctore Flodoardo, lib. II. hist. Eccl. Rem. cap. V. in Remensi Concilio circa annum DCXXX. una cum *Theodorico Lugdunensi*, interfuit *Chainoaldus Lauduni Clavati.* Sed idem fortassis Laudunum ævo posteriore, quod priore *Lugdunum Clavatum* vocitatum est: hodie *Laon*, in Gallia Belgica. Urbem quoque *Claborum Virdunum* legere me alicubi memini: credo, apud Bertharium presbyterum, qui brevem Virodunensium episcoporum historiam ad Dadonem episcopum scripsit. In vita S. Leufredi Abb. XXI. Junii, apud Surium, n. XVII. *Castrum Laondunense, quod Clavatum vocant.*

LYCAONIA.

ΚΛΑΥΔΙΟΠ. ΚΟΙ. ΛΥΚΑΟΝΙΑС. Κλαυδιοπολιτῶν. Κοινὸν Λυκαονίας. *Claudiopolitarum. Commune Lycaoniæ.* Nummus est Faustinæ junioris, e Thesauro Regio.

LYCIA.

ADVENTVI AVG. LYCIAE. Hadriani nummus ex Occone, pag. 230. De Lycia Plinius, lib. V. sect. XXVIII.

ΛΥΚΟΠΟΛΙΤΩΝ.

ΛΥΚΟ. L. ΙΑ. cum effigie Serapidis. Λυκοπολιτῶν. Λυκάβαντος ια. hoc est, *anno undecimo.* Hadriani Principis, cujus ævo cusus ille nummus est. Plinio, lib. V. sect. IX. *Lycopolites* nomos, seu præfectura in Ægypto.

ΛΥΚΟΣΘΕΝΕΩΝ. ΜΗΤΡΟΠ. Titi nummus e Thesauro Goltzii, pag. 221. Stephanus: Λυκοσθένη, πόλις Λυδίας . . . . ὁ πολίτης, Λυκοσθενεύς.

ΛΥΚΤΙΩΝ, cum apri capite, & aquila Jovis armigera, ex parte aversa. Nempe ei Deo in primis devoti Lyctii fuere: ut & olim humana ei hostia litarent. Clemens, in Protrept. pag. 27. Λυκτίους γὰρ, Κρητῶν δὲ ἔθνος εἰσὶν, οὕτως Ἀντικλείδης ἐν Νόστοις, ἀποφαίνεται ἀνθρώπους ἀποσφάττειν τῷ Διΐ. Erat autem colonia Lacedæmoniorum, & inter Cretæ civitates antiquissima. Polybius, lib. IV. Λύττος δὲ, ἡ Λακεδαιμονίων μὲν ἄποικος οὖσα καὶ συγγενὴς, ἀρχαιοτάτη δὲ τῶν κατὰ Κρήτην πόλεων. Plinio, lib. IV. sect. XX. *Lyctus.* In Notitia Eccles. antiqua, inter Episcopos Provinciæ Cretæ, pag. 13. ὁ Λέκτος. *Lege,* ὁ Λύκτου. In altera Notitia, pag. 25. recte Λύκτος.

LYLA.

COL. LYLA. S. P. Q. R. Titi nummus, apud Mediobarbum, pag. 127. in quo aquilæ effigies expansis alis. Stephanus: Λύλη, πόλις Ἀρκαδίας . . . τὸ ἐθνικὸν, Λυλαῖος.

ΛΥΡΒΕΙΤΩΝ. Severi Alexandri, Gordiani Pii, Trajani Decii, Gallieni, Licinii Salonini, & Licinii Valeriani numismata, e Cimelio Regio, aliisque. Λύρβη urbs est Phrygiæ supra Cibyram posita, cujus Eustathius, ac Dionysius meminere.

ΛΥΡΒΕΙΤΩΝ. Imperator stans paludatus, dextra pateram tenet, hastam sinistra. ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΠΟ. ΛΙΚ. ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC.

Ma-

Major natu Valeriani Aug. filius. In media area, IA. Annus XI. Gallieni, majoris Augusti. Nam, ut dictum est in Numismatis Sæculi Constantiniani de annis Cæsarum, sic minorum Augustorum anni non consignabantur in nummis, sed anni dumtaxat Augusti majoris. Est hic nummus, e Thesauro Regio.

ΛΥΣΙΑΔΕΩΝ. Nummus æreus, formæ mediocris, apud D. Abb. de Vallemont. ΒΟΥΛΗ. *Curia*, sive *Senatus*: Caput velatum, matronæ; vultu gravi.)(ΛΥΣΙΑΔΕΩΝ. Stat Juppiter, ut videtur; aliudve numen simile. *Lysias oppidum* in Caria est, teste Plinio, libro V. sect. XXIX. Nunc est iste nummus in Thesauro Regio.

ΛΥΣΙΜΑΧΕΩΝ. Nummus e Goltzii Græcia, Tab. XXVI. Ex parte altera: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΛΥΣΙΜΑΧΟΥ. Plinio, lib. IV. sect. XVIII. *Lysimachia*. Stephano: Λυσιμάχεια, πόλις ἡ ἐν Θράκῃ Χερρόνησε . . . . ὁ πολίτης, Λυσιμαχεύς.

ΛΥCΙΜΑΧΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Vespasiani, ex eodem.

ΛΥCΙΜΑΧΕΩΝ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC. Anniæ Faustinæ, ex eodem Goltzio.

ΛΥΤΤΙΩΝ. Vide ΛΥΚΤΙΩΝ.

M

ΜΑΓΔΩΛΙΤΩΝ. Antonini Pii nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 221. Stephanus: Μαγδωλὸς, πόλις Αἰγύπτε . . . . τὸ ἐθνικὸν, Μαγδωλίτης.

ΜΑΓΝΗΤΩΝ, *in Asia, ad Mæandrum.*

ΛΕΥΚΟΦΡΥC. ΜΑΓΝΗΤΩΝ. Hadriani nummus, ex Cimelio Regio, cum Dianæ διμάστε effigie, quæ a duabus Victoriis coronatur. Ad pedes sunt aquilæ duæ, imperii Romani in Oriente simul & Occidente indices, ut videtur. Fuit autem Leucophrys oppidum, in quo Dianæ fanum, stagnumque circuitu stadii unius, circa Tralles, in ea planitie quam Mæander alluit in Magnesia, teste Xenophonte, lib. IV. rerum Græcarum, pag. 539. & Tacito, ut diximus in nummis ΕΦΕCΙΩΝ. Pausanias quoque in Atticis, pag. 24. Χαλκῦν Ἀρτέμιδος ἄγαλμα, ἐπίκλησιν Λευκοφρύνης ἀνέθεσαν ἡ οἱ παῖδες οἱ Θεμιστοκλέους. Μάγνητες γὰρ ὧν ἦρχε Θεμιστοκλῆς, λαβὼν παρὰ βασιλέως, Λευκοφρύνην Ἄρτεμιν ἄγουσιν ἐν τιμῇ. Apud Occonem, pag. 146. Otaciliæ Severæ nummus hanc habet epigraphen, ΜΑΓΝΗΤΩΝ. ΛΕΥΚΟΦΡΥΗΝΗ, cum templo Dianæ. Vide & Seldenum, in Marmoribus Arundellianis, pag. 153.

ΕΠΙ ΔΙΟCΚΟΡΙΔΟΥ. *Sub Dioscoride.* Triptolemus in curru vecto serpentibus. Antonini Pii nummus, e Cimelio Reginæ Christinæ.

ΕΠ. ΓΡ. ΗΓΗCΙΠΠΟΥ ΑΡΙCΤΕΟΥ. ΜΑΓΝΗΤΩΝ. *Sub Scriba Hegesippo Aristeæ F.* Nummus est M. Aurelii.

ΜΑΓΝΗΤΩΝ. Faustinæ Aurelii, apud Patin. pag. 253.

ΕΠ. Μ. ΑΥΡ. ΥΛΛΟΥ ΕΠΙΚΡΑΤΟΥC. ΜΑΓΝΗΤΩΝ. Ἐπὶ Μάρκου Αὐρηλίου Ὕλλου Ἐπικράτους Μαγνήτων. *Sub Marco Aurelio Hyllo Epicratis F. Magnetum.* Antonini Severi F. nummus, apud Tristan. tom. II. pag. 196. & in Museo nostro: in quo Curetes armati tres, cum clypeis ac pugionibus, ante aram Deamque saltantes: qua de saltatione Plinius, lib. VII. sect. LVII. *Saltationem armatam Curetes docuere in Creta.* Porro Magnesiam ad Mæandrum Cretensium esse coloniam docuimus in nostris ad Plinium notis.

ΕΠΙ ΓΡ. ΑΥΡ. ΑΡΙCΤΟΜΑΧΟΥ. ΜΑΓΝΗΤΩΝ. *Sub Scriba Aurelio Aristomacho.* Curetes armati duo. Nummi Antonini Severi F. & Elagabali, in Thesauro Regio.

ΕΠΙ ΓΡ. CΕΚΟΥΝΔΟΥ. ΜΑΓΝΗΤΩΝ. *Sub Scriba Secundo.* Antonini Severi F. e Cimelio D. FOUCAULT. Sunt & sub Scriba Flavio Basso, Philomelo iterum, Flavio Maximo, Photino, Anaxagora, Carpo, Timotheo, Marciano, Julio Paulo, Zosimo Polyæni F. Amaranto Moschionis F. Damea, Democrate, Demonico, Athenodoro, Pammene, Perigene, aliisque, diversis temporibus.

ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΕΒΔΟΜΗ ΤΗC ΑCΙΑC. *Magnetum, septima Asiæ* civitas. Gordiani tertii nummus, e Cimelio Regio, & apud Patinum, pag. 373. Fuit inter civitates ordo quidam prærogativæ, qualem in sua patria Naso agnoscit, lib. II. Amor. eleg. XVI.

Pars me Sulmo tenet Peligni tertia ruris:
Parva, sed irriguis ora salubris aquis.

Quamobrem & tertio loco a Plinio appellatur, ut suo loco monuimus. Vide quæ diximus, verbo ΑSΙΑ. In Notitia Ecclesiæ Hieroclis, pag. 43. Magnesia, prope Mæandrum posita, quartum locum obtinet: prope Sipylum altera, vicesimum. Apud Constant. Porphyrog. lib. I. them. III. pag. 21. inter Asiæ civitates, nonus Magnesiæ locus adjudicatur. Itaque propius vero est, spectare nummum hunc ad Magnesiam Mæandri, de qua Plinius, lib. V. sect. XXXI. *Magnesia Mæandri cognomine insignis.*

ΓΡΑ. ΦΡΩΝΤΕΙΝΟΥ. ΜΑΓΝΗΤΩΝ. Juliæ Mamææ, e Cimelio Regio, cum Dei Luni stantis effigie, faces spiris serpentium involutas utraque manu gestantis.

ΜΑΓΝΗΤΩΝ. ΕΠ. ΓΡ. ΑΥΡ. ΤΥΧΙΚΟΥ. Severi Alexandri, apud Occonem, pag. 420. & in Thesauro Regio, ex ære maximo. Μαγνήτων, ἐπὶ Γραμματέως Αὐρηλίου Τυχικοῦ. *Magnetum, sub Scriba Aurelio Tychico.* Et Marciæ Otaciliæ Severæ, pag. 446. ΕΠ. Γ. ΤΥΧΙΚΟΥ. ΒΝΕ ΜΑΓΝΗΤΩΝ. hoc est, ἐπὶ Γραμματέως Τυχικοῦ, Μαγνήτων β΄ sive δὶς Νεωκόρων: Illud enim ΒΝΕ in ima parte nummi positum, postremo loco legi oportuit. Est hic Otaciliæ nummus & in Cimelio Regio.

ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ΤΗC ΑΡΤΕΜΙΔΟC. Victoria stolata stat, dextra coronam, læva palmam gerit, in nummo Maximi Cæsaris, cujus epigraphe ex parte altera, Γ. ΙΟΥΛ. ΟΥΗ. ΜΑΞΙΜΟC. Κ. *Caius Iulius Maximus Cæsar. Magnetum, qui Neocori Dianæ.* Apud Occonem, pag. 425. & Erizzo, pag. 494. Est & similis huic nummus Gordiani Pii.

ΜΑΓΝΗΤΩΝ. ΕΠ. ΓΡΑ. ΑΘΗΝΟΔΩΡΟΥ. *Sub Scriba Athenodoro.* Gordiani junioris nummus, cujus neque epigraphen legere, nec typum explanare Patinus valuit, pag. 373. In eo Diana, cujus in primis numini Magnetes devotos addictosque vidimus, curru vehitur juncto cervorum biga. Alias quadriga cervorum ejus Deæ currum trahi, auctor est Callimachus, hymno in Dianam, vers. 105. Ejusdem Gordiani est, ΕΠ. Γ. ΔΗΜΟΝΕΙΚΟΥ. ἐπὶ Γραμματέως Δημονίκε.

ΜΑΓΝΗΤΩΝ *a Sipylo.*

CΕΒΑCΤΟΙ. Augustus & Livia Augusta. ΜΑΓΝΗΤΩΝ CΙΠΥΛΟΥ. Nummus *Magnetum a Sipylo.* ΥΙΟΙ CΕΒΑCΤΩΝ. *Filii Augustorum*, Caius & Lucius Cæsares. ΔΙΟΝΥCΟC ΚΟΛΗCΟΥ. Dionysus Colesi F. Nummus Augusti, in Cimelio D. FOUCAULT.

ΜΑΓΝ. CΙΠΥ. ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΚΑΙ ΑΓΡΙΠΠΙΝΑΝ. Nummus *Magnetum a Sipylo*, quo *Germanicum & Agrippinam*, Caii Cæ-

 saris

ſaris Aug. parentes, venerantur. Nummus eſt Caji Cæſaris Germanici Aug. in Gaza Regia: ΓΑΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ ΣΕΒΑΣΤΟΝ.

ΙΕΡΑ ΣΥΝΚΛΗΤΟΣ. *Sacer Senatus.* ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΣΙΠ. Nummus Neronis, in Theſauro Regio.

ΜΑΓΝΗ. ΣΙΠ. Nervæ nummus apud Patinum, pag. 169. Item Antonini Pii, in Cimelio D. Foucault.

ΜΑΓΝΗΤΩΝ. ΣΙΠΥ. & ΜΑΓΝΗΤΩΝ. ΣΙΠΥΛΟΥ. Item ΜΑΓΝΗΤΩΝ. ΑΠΟ. ΣΙΠΥ. paſſim in nummis occurrunt, Poppææ, Domitiæ Longinæ, Sabinæ, Antonini Pii, M. Aurelii, Antonini Severi F. Juliæ Mamææ, Alexandri Severi, Gordiani junioris, Philippi patris, e Cimelio Regio, Otaciliæ Severæ, Etruſcillæ, & Gallieni. Plinio, lib. v. ſect. xxxi. *Magnetes a Sipylo.*

ΕΠΙ. CΤΡΑ. ΑΙΥΟΔΙΟΥ. ΜΑΓΝΗΤΩΝ. CΙΠΥΛΟΥ. M. Aurelii, Commodi, & Criſpinæ nummi, e Cimelio Regio. *Sub Prætore Evodio.* Victoria dextram trophæo imponit.

ΕΠΙ CΤΡ. ΔΗΜΟCΤΡ. ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ. ΜΑΓΝΗΤΩΝ CΙΠΥΛΟΥ. *Sub Prætore Demoſtrato Heraclidæ F.* Nummus M. Aurelii.

ΕΠΙ. CΤΡ. Μ. ΑΥΡ. ΓΑΙΟΥ. ΜΑΓΝΗΤΩΝ. CΙΠ. Caracallæ nummus, apud Patinum in Theſauro, pag. 187. & in Theſauro Regio: in quo Genius Urbis cum Cybele Deorum Matre, uti ex leone quidem adſtante conjicimus, fœdus ineunt. Et ſane Criſpinæ nummus ædem exhibet, in qua Cybele cum leonibus inſculpta: epigraphe, ΜΑΓΝΗΤΩΝ CΙΠΥΛΟΥ. In marmore Arundelliano, jurant Magnelii Smyrnæis, διὰ τὴν Μητέρα τὴν Σιπυλήνην. Unde intelligimus inter Deos Præſides ejus civitatis Matrem quoque Deûm fuiſſe.

ΕΠ. CΤΡ. ΑΥΡ. ΚΛΑΥΔΙΑΝΟΥ Β. ΜΑΓΝΗΤΩΝ CΙΠΥ. *Sub Prætore Aurelio Claudiano iterum.* Nummus Philippi patris, in quo Juppiter.

ΕΠ. CΤΡ. ΑΥΡ. ΕΡΜΕΙΟΥ ΙΠΠΙΚΟΥ. ΜΑΓΝΗΤΩΝ CΙΠΥΛΟΥ. *Sub Prætore Aurelio Hermia Hippici F.* Philippi filii nummus, e Cimelio Regio, cum Cybele.

ΕΠ. CΤΡ. ΑΥΡ. ΤΑΤΙΑΝΟΥ. Β. ΜΑΓΝΗΤΩΝ. CΙΠΥ. Apollo ſedens cum cithara, in nummo Philippi filii, apud Sponium in Itin. Athen. *Sub Prætore Aurelio Tatiano iterum, Magnetum a Sipylo.*

ΕΠ. CΤΡ. ΑΦΦΙΑΝΟΥ. ΒΑΡΧΑΤΟΒ. CΤΕΦΑΝΗ. ΜΑΓΝΗΤΩΝ. Decii nummus, quem ſic Triſtanus legit, tom. II. pag. 595. Ἐπὶ Στρατηγοῦ Ἀφφιανοῦ Βαχαράτε, &c. Nos paulo felicius, uti remur: ΕΠΙ. . . . ΑΠΦΙΑΝΟΥ ΑΡΧ. Α. ΤΟ Β. CΤΕΦΑΝΗ. Ἐπὶ Στρατηγοῦ Ἀπφιανοῦ, Ἄρχοντος πρώτου τὸ β. Στεφανηφόρου. *Sub . . . Apphiano, Archonte primo iterum, Stephanephoro.* Et pro ΜΑΓΝΗΤΩΝ, legendum eſt, ut in nummo Theſauri Regii, ΜΑΙΩΝΩΝ. Inſcriptio eſt ibi integra hujuſmodi: ΕΠ. ΑΥΡ. ΑΠΦΙΑΝΟΥ ΤΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΥ ΑΡΧ. Α. ΤΟ Β. ΣΤΕΦΑΝΗ. ΜΑΙΩΝΩΝ. *Sub Aurelio Apphiano Athenæi F. Archonte primo iterum, Stephanephoro.* Nummus *Mæonum*, de quibus dicemus inferius. Eſt & alius alibi Herenniæ Etruſcillæ, cum eadem epigraphe. Occurrit idem Apphianus, in nummo Phocæenſium. Fuit Στεφανηφόρος is appellatus, cui a ceteris ſacerdotibus cura commiſſa, ut præeſſet Provinciæ totius ſacris. Fuit is honos veluti ſummus Pontificatus, & ejus inſigne corona capiti impoſita.

ΕΠ. ΑΡΤΕΜΑ CΤΡ. ΜΑΓΝΗΤΩΝ CΙΠΥΛΟΥ. Herenniæ Etruſcillæ nummus, e Cimelio Regio. *Sub Artema Prætore*, quem & Apamenſium Phrygiæ Prætorem fuiſſe ſuo loco vidimus. Apud Gruterum, vetus inſcriptio, pag. 902. ΑΡΤΕΜΑC ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΜΕΙΛΗCΙΟC. *Artemas Demetrii F. Mileſius.* Sunt qui in eo nummo legant, ΕΠ. CΤΡ. ΑΡΧΕΜΑΧΟΥ.

ΕΠΙ. CΤΡ. ΑΥΡ. ΦΡΟΝΤΩΝΟC. ΜΑΓΝΗΤΩΝ. CΙ. Valeriani nummus, e Cimelio Regio, cui ſimilem affert Patinus, ſub Gallieno, pag. 413. & Occo, pag. 473. Muſeumque noſtrum hunc habet. Sed uterque has litteras CΙ. quas in eo Valeriani Gallienique numiſmate perſpicue vidimus, prætermiſit. Ex quibus intelligas Magnetes a Sipylo Prætoris nomen impreſſiſſe nummis: alios qui ad Mæandrum, Γραμματεύοντος, ſive Scribæ. Hunc igitur ſic lege, Ἐπὶ Στρατηγοῦ Αὐρηλίου Φρόντωνος. Μαγνήτων Σιπύλου. *Sub Prætore Aurelio Frontone. Magnetum a Sipylo.*

ΕΠ. CΤΡΑ. ΛΟΓΓΕΙΝΟΥ. Β. ΜΑΓΝΗΤΩΝ. CΙΠΥ. Gallieni nummus, apud Occonem, pag. 473. *Sub Prætore Longino iterum, Magnetum a Sipylo.* Occo ſic deformatum exhibet: CΤΡΑ. ΟΓΓΕΙΝΟΥ. Β. ΜΑΓΝΗΤΩΝCΙΟΥ.

ΜΑΓΝΗΤΩΝ. CΙΠΥΛΟC. Jovis effigies, dextra victoriam geſtantis, ſiniſtra oleam: apud Goltzium, in Vetere Græcia, Tab. XXI. ubi ΣΟΠΥΛΟΣ mendoſe legitur.

ΣΙΠΥΛΟC. Sipyli caput, Agenoris filii, a quo mons ille cognominatus, cui appoſita Magneſia eſt. Fuiſſe enim montem, qui prius Ceraunius diceretur, Plutarchus eſt auctor, lib. de flumin. in Mæandro, pag. 1153. Ex parte averſa nummi illius, ΜΑΓΝΗΤΩΝ. cum Æſculapii effigie. Ex eo monte amnem fluxiſſe, Nervæ nummus ſupra laudatus ſignificat, in quo fluvii decumbentis effigies. Hermus ei amni nomen. Nam in nummo ex ære minimo, apud P. Chamillart, legitur: ΜΑΓΝΗΤΩΝ CΙΠΥΛ. Caput ſenile. In altera parte, ΕΡΜΟC, cum fluvii decumbentis effigie.

ΜΑΓΝΗCΙΑ. Caput turritum, quo Genius Urbis ſignatur. Ex parte averſa, ΜΑΓΝΗΤΩΝ. CΙΠΥ. Cybele turrito capite, cum leonibus. Eſt apud Triſtanum, tom. II. pag. 428. Sic Matrem Deûm Cybelem depingit carmine non invenuſto Lucretius, lib. II.

Hanc veteres Grajûm docti cecinere poëtæ
Sedibus in curru bijugos agitare leones:
Muralique caput ſummum cinxere corona,
Ex imis munita locis quod ſuſtinet urbes,
Quo nunc inſigni per magnas prædita terras
Horrifice fertur divinæ Matris imago.
Hanc variæ gentes, antiquo more ſacrorum,
Idæam vocitant matrem: Phrygiaſque catervas
Dant comites: &c.

ΙΕΡΑ CΥΝΚΛΗΤΟC. ΕΠ. CΤ. ΑΥ. ΘΕΟΔΟΤΟΥ. ΜΑΓΝΗΤΩΝ CΙΠΥΛ. *Sacer Senatus.* Ἐπὶ Στρατηγοῦ Αὐρηλίου Θεοδότου. *Sub Prætore Aurelio Theodoto.* Eſt Cimelii Regii. Patinus, pag. 5. ΘΕΟΛΟΓΟΥ perperam, pro ΘΕΟΔΟΤΟΥ legit. Eſt huic nummo ſimilis alter, Gordiano juniore cuſus, apud Erizzo, pag. 505. & in Cimelio D. Foucault. ΕΠ. CΤΡ. ΑΥ. ΘΕΟΔΟΤΟΥ. Β. ΜΑΓΝΗΤΩΝ. *Sub Prætore Aurelio Theodoto iterum* Prætore *Magnetum.*

ΜΑΓΝΗΤΩΝ *in Theſſalia.*

ΑΡΓΩ. ΜΑΓΝΗΤΩΝ. Julii Maximini, in Cimelio D. Foucault: & Gordiani Pii alibi: & Gallieni nummus, cum navis Argo & nautarum effigie, apud Patinum, pag. 413. nunc Cimelii Regii. Hunc vero ad Magnetes Theſſaliæ, de

de quibus Plinius, lib. IV. sect. XVI. idcirco referimus, quod Argonautas plerosque omnes Thessalos fuisse docet Hyginus, fab. XIV. aliique.

ΜΑΓΥ. Hoc est, Μαγυδέων. ΘΕΑ ΛΙΒΙΑ. *Diva Livia.* Apud. D. Vaillant. Vide ΜΑΚΥΔΕΩΝ.

ΜΑΙΑΝΔΡΙΩΝ. Plinio, lib. v. sect. XXIX. in Caria, *Mæandropolis.* Stephanus: Μαιανδρούπολις . . . . τὸ ἐθνικὸν, Μαιανδροπολίτης. Εἰ δὲ ἐστι Μαίανδρος ἡ πόλις, τὸ ἐθνικὸν, Μαιάνδριος.

ΜΑΙΟΝΩΝ, *sive Lydorum in Asia.*

ΜΑΙΟΝΩΝ. Neronis nummus, e Cimelio Reginæ Christinæ: in quo stat Deus Lunus. Est & M. Aurelii, in quo Diana Ephesia.

ΕΠΙ ΑΥΡ. ΖΗΝΩΝΟC ΑΡΧ. Α. ΜΑΙΟΝΩΝ. Severi Alexandri, cum Baccho, vite, tigride, quibus feracitas vini in eo tractu signatur. Apud Sponium, in Itiner. Athen. Ἐπὶ Αὐρηλίου Ζήνωνος Ἄρχοντος πρώτου Μαιόνων. *Sub Aurelio Zenone Archonte primo Mæonum.*

ΕΠΙ. ΑΥΡ. ΖΗΝΩΝΟC CΑΡ. ΠΡ. ΜΑΙΟΝΩΝ. Ἐπὶ Αὐρηλίου Ζήνωνος, Σάρδις Πρώτη Μαιόνων. *Sub Aurelio Zenone, Sardis prima* civitas *Mæonum.* Plinius, lib. v. sect. XXX. *Lydia. . . . Mæonia ante appellata, celebratur maxime Sardibus,* &c. Sic infra, ΠΡΩΤΗ ΛΕCΒΟΥ. ΜΥΤΙΛΗΝΗ. Juliæ Mamææ nummus hic est, e Cimelio Regio. De nummis Decii & Etruscillæ, superius diximus in Μαγνήτων.

ΜΑΙΟΝΩΝ. Diana Ephesia. .)(. ΔΗΜΟC. Caput laureatum, juvenile. *Populus*, Romanus scilicet. Est in Thesauro Brandeburg. pag. 60.

ΜΑΙΩΝΙΩΝ. E Thesauro Goltzii, pag. 221. Stephanus: Μαιονία, ἡ Λυδία . . . . τὸ ἐθνικὸν, Μαιόνιος, καὶ Μαίων.

ΜΑΙΟΝΙΑ. Caput turritum. Ex parte nummi postica, ΜΑΙΟΝΩΝ, cum mulieris sedentis effigie. E Cimelio Regio.

ΜΑΙΟΝΩΝ. Mercurii effigies. Ex superficie nummi altera, Herculis caput expressum. Apud Gotifredum.

ΜΑΙΟΝΩΝ. Caput Palladis. Ex altera parte, ΕΠΙ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. *Sub Demetrio* Prætore. Ceres cum spicis. Ex Cimelio Regio.

ΜΑΙΟΝΩΝ. Caput Jovis. Ex parte altera, ΕΠΙ ΑΡCΡΙΚΩΝΟC CΤΡΑ. Sic enim retulere ii qui nummum viderunt: Forte ΕΠΙ. CΤΡΑ. ΑΙCΧΡΙΩΝΟC. *Sub Prætore Æschrione.*

ΜΑΙΟΝΩΝ. ΕΠΙ. ΑΥΡ. ΑΠΦΙΑΝΟΥ. ΑΡΧ. Α. Juno velata: e Cimelio Regio. *Sub Aurelio Apphiano Pontifice primo.* Ex parte aversa, ΙΕΡΑ. CΥΝΚΛΗΤΟC.

ΜΑΚΕΛΛΙΝΕΩΝ, apud Parutam. Plinio, lib. III. sect. XIV. in Sicilia. *Magellini*, haud procul Enna, seu *Castro Giovanni*, positi. Alia Stephano: Μάκελλα est, πόλις Ἰταλίας, cujus gentile, Μακελλαῖος.

ΜΑΚΕ. ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ, & ΚΟΙΝΟΝ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ, in nummis Græciæ Veteris, apud Goltzium, tab. XXII. In his Herculis clava, præter symbola cetera: quod ab Hercule genus traherent Macedonum reges. Plinio, lib. IV. sect. XVII. *Macedonia*, &c.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. Caput Alexandri galeatum. In parte aversa, ΚΟΙΝΟΝ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ. Β. ΝΕ. hoc est, β. vel δὶς Νεωκόρων. E Museo nostro: in quo & alter: ΚΟΙΝΟΝ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Tertius, item Alexandri Magni, ΚΟΙΝΟΝ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ ΔΙΣ ΝΕΩΚ. In alio e Domo Professa Parisiensi Societatis Jesu, nummus est horum simillimus; in quo sunt præterea hæ litteræ numerales, ΕΟC. quæ annum denotant CCLXXV. Severi Alexandri, cujus ætatem nummus ille refert, sextum: Christi, CCXXVII. ducto initio ab anno V. C. DCCVI. quo Pharsalica pugna fuit. Sunt & similes in Goltzii Græcia, tab. XXXIV. aliique, in quibus Pallas armata Victoriolam manu tenet, quam Græci Νίκην vocant, ΝΙΚΗ & ipsa quoque a Græcis idcirco nuncupata, cum in nummis, tum in scriptis veterum. Scholiastes Sophoclis in Philoctete: Ἡ Πολιὰς ἡ Ἀθηνᾶ Νίκη καλεῖται ἐν τῇ Ἀττικῇ. Harpocrationem vide, verbo Νίκη Ἀθηνᾶ. Causam appellationis affert Eustathius, in Iliad. φ'. Ὁ Ζεὺς ἅμα γεννήσας αὐτὴν, νίκην ἐποίησε τῶν Τιτάνων· διὸ καὶ Ἀθηνᾶ Νίκη ἐπωνομάσθη. *Quod Iuppiter cum illam in lucem ederet, victoriam de Titanibus retulit: idcirco & Victoria Pallas est appellata.*

ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ. ΤΑΜΙΟΥ. ΓΑΙΟΥ. ΠΟΠΛΙΛΙΟΥ. In laurea corona, e Cimelio Regio. *Quæstore Caio Publilio.* In parte altera caput galeatum. Et Quæstorum nomen nummis appositum ex isto intelligis: neque ex isto modo: sed & fortassis ex altero ΚΡΗΤΩΝ, in quo ΚΟΡ. ΛΥΠΟΥ. Quæstoris nomen insculptum superius vidimus.

ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ. ΤΑΜΙΟΥ. ΛΕΥΚΙΟΥ. ΠΑΚΙΝΝΙΟΥ. In laurea. Pars aversa, superiori similis. *Quæstore Lucio Pacinnio*, vel forte *Paconio.* Ex eadem Gaza Regia.

ΠΡΩΤΗΣ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ. Apud Goltzium, in Græcia. Tab. XXII. *Primæ Macedonum.* Divisam a Paulo Æmilio Macedoniam in quatuor Provincias, auctor est Livius, lib. XLV. pag. 581. Prima hæc obtinuit, quidquid agri est inter Strymonem & Nestum amnes. De reliquis Livium consule.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ. ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ. *Augustus.* Nummus *Macedonum.* Nummus Claudii, in quo clypeus. E Cimelio Regio. Similis est Neronis, in Cimelio D. Foucault. Vespasiani, in Regio.

ΟΥΙΤΕΛΛΙΟΣ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ. Ex parte altera. ΣΕΒΑΣΤΟΣ. ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ. *Vitellius Germanicus Augustus. Macedonum.* Apud Tristanum, tom. I. pag. 275.

ΚΟΙΝΟΝ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ, in nummis Domitiani, Hadriani, Antonini Pii, M. Aurelii, Antonini Severi F., & aliorum usque ad ipsum Gordianum Pium: sed in illis est clypeus: in Gordiani Pii nummo stat ipse Imperator. Qua voce κοινὸν, Commune Urbium Macedoniæ significari, & Communia Provinciæ certamina, sæpe monuimus. Sic in nummo Claudii, COM. ASI. ROM. ET. AVG. *Commune Asiæ, Romæ & Augusto.* Vide ΒΙΘΥΝΙΕΩΝ, ΚΡΗΤΩΝ, &c.

ΜΑΚΡΕΙΝΟΥΠΟΛΙC. Vide ΑΙΓΑΙΩΝ.

ΜΑΚΡΟ. & ΜΑΚΡΟΚΕΦΑΛ. Apud Goltzium in Asia. Plinio, lib. VI. sect. IV. *Macrocephali*, ultra Cappadociam positi, in Themiscyrena regione. In hisce nummis Neptunus insculptus cum taurino capite.

ΜΑΚΥΔΕΩΝ. L. I. λυκάβαντος ι'. *anno decimo*, Trajani Principis, cujus ævo nummus ille cusus, in Cimelio Regio asservatur. Palladis stantis effigiem præfert. D. Vaillant legit in suo, L. IE. & ΜΑΓΥΔΕΩΝ. Est in Cimelio D. Foucault, Nervæ nummus ex ære mediocri: ΝΕΡΒΑ ΚΑΙCΑΡ. ΜΕΓΥΔΕΩΝ. In Conc. Calched. act. II. pag. 338. subscribit Μακεδὼν ἐπίσκοπος Μαγύδου. Et act. VI. pag. 575. *Macedo-*

donius idem *Magydensis*. In Notitia Hieroclis, pag. 19. & 51. inter Antistites Provinciæ Pamphyliæ, censetur ὁ Μαγύδε. In altera, pag. 31. Μάγυδος. In Conc. CP. V. pag. 418. *Conon Magœdensis*: Et pag. 583. *Conon Magœdensium civitatis Pamphyliæ provinciæ*. In Conc. Nicæno lib. pag. 53. inter Provinciæ Pamphyliæ Episcopos, *Aphrodisius Magidorum*. Ptolemæo, lib. v. cap. v. in Pamphyliæ oppidis litoralibus Μάγυδος.

ΜΑΜΕΡΤΙΝΩΝ. Nummus e Museo nostro, in quo Aquila fulmini insidet: ex parte altera, ΑΡΕΟΣ, Martis caput, qui Græcis Ἄρης. Plinius, lib. III. sect. XIV. *Messana oppidum civium Romanorum, qui Mamertini vocantur*, in Sicilia, *Messine*. Est & apud Goltzium, in Magna Græcia, tab. XXIX. Apud Parutam, Mars cum hasta & clypeo, vel spoliis insidens, &c. Festus: *Mamers Mamertis facit, id est, lingua Osca, Mars Martis: unde & Mamertini in Sicilia dicti, qui Messanæ habitant. Mamertini autem appellati sunt hac de causa: ...... Conjectis in sortem duodecim Deorum nominibus, Mamers forte exierat, qui lingua Oscorum Mars significatur: cujus historiæ auctor est Alfius libro primo belli Carthaginiensis.* Vide & Diodorum Sicul. lib. XX. Bibl. Μάμερτος certe & Græcis Mars dicitur, auctore Lycophrone: & Sabinis, Varrone teste.

ΜΑΜΕΡΤΙΝΩΝ. Apollo cum pharetra & arcu. Apud Parutam, num. 26. Sunt & in quibus Aquila fulmini insidens pingitur: In aliis Dea, quæ læva Copiæ cornu gerit, ubertatis symbolum. De vini certe in eo tractu bonitate Plinius, lib. XIV. sect. VIII. *Quartum curriculum publicis epulis obtinuere a Divo Iulio, (is enim primus auctoritatem his tribuit, ut in epistolis ejus apparet,) vina Mamertina, circa Messanam in Sicilia genita.* Plura de his diximus in Plinianis notis. Vide & Strabonem lib. VI.

ΜΑΝΔΡΟΠΟΛΙΤΩΝ ΚΑΙ ΦΙΛΟΜΗΛΕΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ. Titi nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 221. Stephanus: Μανδρόπολις, πόλις Φρυγίας. τὸ ἐθνικὸν, Μανδροπολίτης. De Philomeliensibus, quibuscum iniere Mandropolitæ concordiam, dicemus inferius suo loco.

ΜΑΝΤΑΛΗΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. M. Aurelii nummus, ut quidem refert D. Vaillant. Stephanus: Μανταλὸς, πόλις Φρυγίας .... τὸ ἐθνικὸν, Μανταληνός. *Mantalus, oppidum Phrygiæ.... Gentile, Mantalenus.*

ΜΑΝΤΙΝΕΩΝ. Nummus Severi, & Antonini F. in Thesauro Mauroceni. *Mantinea* in Arcadia, apud Plinium, lib. IV. sect. X. Est & alter ejusdem Antonini solius. In utroque stat Æsculapius. Ex nummis apparet Arcadiam Severo paruisse, & Antonino F. Postea in nummis Imperatorum non apparet.

ΜΑΡΑΘΩΝΙΑΤΩΝ. Antonini Pii nummus, e Thesauro Goltzii. Stephanus: Μαραθωνία, πόλις Θρᾴκης, οὐκ ἄποθεν Ἀβδήρων. τὸ ἐθνικὸν, Μαραθωνιάτης. *Marathonia, oppidum Thraciæ, haud procul Abderis. Gentile, Marathoniates.*

ΜΑΡΑΘΩΝ. Caput Minervæ galeatum: Mercurii, ex parte altera, cum epigraphe, ΔΗΜΟC. Stephano: Μαραθὼν, δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς. Vicus fuit haud procul Athenis, qui Marathoniæ pugnæ nomen dedit, qua ingenti clade Persæ ab Atheniensibus, Militiade duce, devicti.

ΜΑΡΑΝΘΗΣΙΩΝ. Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Neronis nummus apud Goltzium in Thesauro, pag. 221. Plinio, lib. V. sect. XXXI. *Marathesium oppidum.* Stephano: Μαραθήσιον .... πόλις Ἐφεσίων. τὸ ἐθνικὸν, Μαραθήσιος, & per epenthesin τοῦ ν, Μαρανθήσιος.

ΜΑΡΕΩΤΩΝ. Nummus Antonini Pii, quem vidimus, habet ΜΑΡΕΩΤΗC. L. IH. *Mareotes* nomos. *Anno* XVIII. Antonini Pii. Plinio, lib. V. sect. V. *Mareotis Libya, Ægypto contermina.*

ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Occurrit in nummis Severi, Juliæ Domnæ, Caracallæ, Getæ, Macrini, Diadumeniani, Elagabali, Severi Alexandri, Gordiani Pii, & Philipporum. Ammianus, lib. XXVII. *Deinde Mœsia, ubi Marcianopolis est, a sorore Trajani Principis condita.*

ΕΠ. ΓΕΝΤΙΑΝΟΥ. ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. *Sub Gentiano.* Severi, e Gaza Regia. Hic Bacchi stantis effigies, cum panthera: vini ubertatis in eo tractu argumentum. Pateram dextra tenet, ceu vas illud fortassis aureum, quod amissum urbi condendæ, uti proditum est, locum dedit.

ΥΠ. ΦΑΥΣΤΙΝΙΑΝΟΥ. ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Severi nummus ex eodem Cimelio, in quo insidet fulmini Aquila.

ΕΠ. Λ. ΚΥΙΝΤΙΛΙΑΝΟΥ. (alius, ΚΟΥΙΝΤΙΛΙΑΝΟΥ.) ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Apollinis effigies, qui Deus inter Præsides ac Custodes ejus loci habitus. *Sub Lucio Quintiliano* Prætore, *Marcianopolitarum*. Ex parte altera, ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC ΑΥΓΟΥCΤΟC. *Antoninus* Severi F. in Cimelio D. FOUCAULT. Similis huic alter, cum Juliæ nomine, quæ Severi conjux, eademque Caracallæ parens, ΙΟΥΛΙΑ ΔΟΜΝΑ. E Cimelio Regio uterque nummus: sed hic posterior serpentem exhibet, qui pluribus spiris involvitur, quod passim in nummis hujusce tractus occurrere superius indicavimus obiter, verbo ΔΙΟΝΥΣΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. In causa fuit, opinor, quod Bacchum illi, ut paulo antea observavimus, in primis colerent, cujus orgiorum symbolum serpens foret. Auctor Clemens Alexandr. in Protrept. pag. 9. Διόνυσον Μαινόλην ὀργιάζουσι Βάκχοι, ὠμοφαγίᾳ τὴν ἱερομανίαν ἄγοντες, καὶ τελίσκουσι τὰς κρεονομίας τῶν φόνων, ἀνεστεμμένοι τοῖς ὄφεσιν, ἐπολολύζοντες Εὐάν, Εὐὰν ἐκείνην, δι᾽ ἣν ἡ πλάνη παρηκολούθησε. Καὶ σημεῖον ὀργίων Βακχικῶν ὄφις ἐστὶ τετελεσμένος. Αὐτίκα γοῦν κατὰ τὴν ἀκριβῆ τῶν Ἑβραίων φωνὴν τὸ Εὐὰ δασυνόμενον ἑρμηνεύεται ὄφις ἡ θήλεια. *Dionysium Mænolen orgiis Bacchi celebrant, crudarum carnium esu sacram agentes insaniam, & cæsarum carnium divulsionem peragunt, coronati serpentibus, Evam ululantes, Evam illam per quam error est consecutus. Et signum Bacchicorum mysteriorum est serpens mysteriis initiatus. Jam vero si accurate vox spectetur Hebraica, nomen Heva aspiratum exponitur serpens femina.* Atque inde fortassis *evare* Latini, & εὐάζειν Græci finxere. Maro, VI. Æn.

> *Illa chorum simulans evantes Orgia circum*
> *Ducebat Phrygias.*

ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΥΠ. ΠΟΝΤΙΑΝΟΥ. *Sub Pontiano.* Macrini nummus, e Gaza Regia. Similis est ibidem etiam Severi. Est & ibidem Severi, ΥΠ. ΓΕΝΤΙΑΝΟΥ. Alibi Severi simul & Juliæ Domnæ, ΥΠ. ΑΥΡ. ΑΠΠΙΑΝΟΥ. *Sub Aurelio Appiano.* Severi, in Thesauro Regio, ΥΠ. ΦΑΥΣΤΙΝΙΑΝΟΥ, *sub Faustiniano.* Antonini Severi F. ibidem: ΥΠ. ΦΛ. ΟΥΛΠΙΑΝΟΥ, *sub Flavio Ulpiano.*

ΥΠ. ΙΟΥΛ. ΑΝΤ. ΣΕΛΕΥΚΟΥ. ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Elagabali, & Juliæ Mæsæ nummus in Museo nostro. Fortunæ stantis effigies. *Sub Iulio Antonio Seleuco.*

ΥΠ. CΕΡ. ΤΑΤΙΑΝ. ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΙΤΩΝ. Ejusdem Elagabali in Cimelio Regio. *Sub Servio Tatiano.* Stat Dea, quæ dextra pocu-

cu-

culum, ut videtur, aureum superius memoratum gerit.

ΥΠ. ΤΙΒ. ΙΟΥΛ. ΦΗΣΤΟΥ. ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΙΤΩΝ. Severi Alexandri, e Gaza Regia. *Sub Tiberio Iulio Festo.* Legit Patinus, pag. 351. ΥΠ. ΤΙΒΙΟΥ ΡΑΦΙΣΤΟΥ. Interpretaturque, TIBIVS RAPHISTVS. Quis hæc aliquando nominum portenta inaudiit? Stat in eo nummo Dea, quæ læva Copiæ cornu: poculum, ut remur aureum illud, de quo proxime, dextra gerit. Annus E *quintus* Severi Alexandri adjicitur.

ΗΓ. Μ. ΤΕΡΕΒΕΝΤΙΝΟΥ. ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Ἡγεμόνος Μάρκου Τερεβεντίνου. *Præside Marco Terebentino.* Stat Dea Annona cum cornucopiæ, in nummo Severi Alexandri: vel Nemesis, ut in simili nummo, e Cimelio D. Foucault.

ΥΠ. ΤΕΡΤΟΥΛΛΙΑΝΟΥ. ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. *Sub Tertulliano.* Nummus Gordiani Pii: ut quidem refert D. Vaillant.

ΥΠ. Λ ΚΥΙΝΤΙΛΙΑΝΟΥ. ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. *Sub L. Quintiliano.* Philippi patris & filii nummus: ex eodem.

ΥΠ. ΜΗΝΟΦΙΛΟΥ. ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΙΤΩΝ. Gordiani junioris, ex eadem Gaza. *Sub Menophilo.* Palladis armatæ effigies, cum hasta & clypeo.

ΥΠ. Τ. ΜΕCCΑΛΑ. ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Ὑπὸ Τίτου Μεσσάλα. *Sub Scriba Tito Messala.* Philippi Imp. nummus, e Cimelio Magni Etruriæ Ducis.

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ. ΤΕΡΕΒΕΝΤΙΝΟΥ. ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΙΤΩΝ. Vide ΚΑΛΧΑΔΟΝΙΩΝ.

ΜΑΡΩΝΕΙΤΩΝ. Neronis nummus e Gaza Regia, aliique Hadriani, & Commodi. Plinio, lib. IV. sect. XVIII. in Thracia, *Maronea.* Hodieque *Marogna.* Stephano: Μαρώνεια, πόλις Κικονίας (fuere in Thracia Cicones, teste Plinio:) τὸ ἐθνικὸν, Μαρωνείτης. Hinc vinum Maroneum, de quo Plinius, lib. XIV. sect. VI. *Vino antiquissima claritas Maroneo, in Thraciæ maritima parte genito, ut auctor est Homerus.*

ΔΙΟΝΥΣΟΣ. ΜΑΡΩΝΙΤΩΝ. Augusti nummus apud Tristanum, tom. I. pag. 98. cum effigie Præsidis Maronitarum Dei, scilicet Liberi Patris, sive Bacchi. Nec vero Bacchum illi modo, sed & Bacchi conjugem, Venerem coluere: uti vetus testatur inscriptio, apud Gruterum, pag. LIX. I. ΑΦΡΟΔΙΤΗι. ΘΕΑι. ΠΑΝΑΓΑΘΩι. ΚΑΙ. ΣΩΤΗΡΙ. ΚΑΙ. ΕΥΚΛΕΙΑι. ΕΥΕΡΓΕΤΗι. ΟΙ. ΜΑΡΩΝΙΤΑΙ. ΑΝΕΘΗΚΑΝ. ΝΕΡΩΝ ΚΑΙΣΑΡ. Capite radiato; atque adeo Nerone jam Augusto. Ex parte aversa, ΜΑΡΩΝΕΙΤΩΝ. Nudum caput heroïs alicujus, quem Maronitæ colerent. E Cimelio Regio, & apud Seguinum, pag. 128. tametsi is Othoni perperam hunc nummum adscribit; quippe cum Otho nec radiato capite in nummis visus est, nec sine Marci fere prænomine.

ΣΩΤΗΡΟΣ. ΔΙΟΝΥΣΟΥ. *Servatoris Bacchi*, cum ipsius effigie, & ederacea corona. Ex parte altera, ΜΑΡΩΝΙΤΩΝ. E Museo nostro, & apud Goltzium in Græcia, Tab. XXVI.

ΑΜΦΙΛΟΧΟΥ. ΜΑΡΩΝΕΙΤΩΝ. *Sub Amphilocho.* Nummus Severi Alexandri, e Thesauro Regio.

ΜΑΡΩΝΕΙΤΩΝ. ΔΙΟΝΥΣΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ ΜΕ. ΕΥ. Missa est ad nos hæc nummi inscriptio, a Viro Clariss. Joanne Georgio Grævio. Μαρωνειτῶν. Διονύσου Σωτῆρος Μεγάλου Εὐεργέτου. *Bacchi Servatoris Magni Beneficii*, vel *Benemeriti.* De Magni appellatione Diis tributi solita, vide inferius nummos Ὀδησσιτῶν. Est utraque civitas, Maronea & Odessus, in eodem tractu terrarum, nempe in Thracia. De titulo Beneficii, apparet hunc Veneri datum in prælaudata inscriptione Gruteri. Plinius, lib. XIV. sect. VI. *Vino antiquissima claritas Maroneo, in Thraciæ maritima parte genito, ut auctor est Homerus.* Inde Bacchus in Maronitarum nummis inscriptus.

ΜΑΣΑΝΩΡΑΔΕΩΝ. Titi nummus e Goltzii Thesauro, pag. 221. Stephano: Μασανώραδα, πόλις Καρίας. τὸ ἐθνικὸν, Μασανωραδεύς.

ΜΑΣΣΑΛΙΗΤΩΝ. Nummus ex ære, forma mediocri, in Museo nostro Parisiensi, in quo bos cornupeta, index opimi pascuis agri: supervolitante Victoria. Ex parte aversa, caput Apollinis. Alter ex argento, in quo leo gradiens, & Dianæ caput cum arcu & pharetra: eadem epigraphe, ΜΑΣΣΑΛΙΗΤΩΝ. Sunt & in quibus Apollo insculptus. Strabo, lib. IV. pag. 179. Κτίσμα δ᾽ ἐστὶ Φωκαιέων ἡ Μασσαλία . . . . ἐν δὲ τῇ ἄκρᾳ τὸ Ἐφέσιον ἵδρυται, καὶ τὸ τοῦ Δελφινίου Ἀπόλλωνος ἱερόν· τοῦτο μὲν κοινὸν Ἰώνων ἁπάντων. τὸ δὲ Ἐφέσιον, τῆς Ἀρτέμιδός ἐστι νεὼς τῆς Ἐφεσίας, &c. *Massilia a Phocaensibus condita est... In arce est Ephesium, & Apollinis Delphinii fanum. Hoc quidem omnium Ionum commune est: Ephesium autem, fanum est Dianæ Ephesiæ*, &c. Leo vero cur nummis iis impressus sit, causa hæc fuerit fortassis, quod Phocenses Græciæ populi (a quibus duxisse Massaliotas originem Lucanus arbitratus est, ac Plinius ipse fortassis, cum ait, lib III. sect. V. *Massilia Græcorum Phocensium* quanquam nos ibi *Phocaensium* legi, Strabonem & alios secuti, maluimus) quod Phocenses, inquam, Delphico Apollini leonem æneum miserunt, eique leoni proximus est Apollo appositus a Massiliensibus, tanquam a Phocensium fœderatis & colonis, ex decumis de Carthaginiensibus navali prælio superatis. Auctor Pausanias, in Phocicis, pag. 334. Φωκέων δὲ οἱ ἔχοντες Ἐλάτειαν . . . λέοντα τῷ Ἀπόλλωνι χαλκοῦν ἀπέπεμψαν ἐς Δελφούς. Ὁ δὲ Ἀπόλλων ὁ ἐγγυτάτω τοῦ λέοντος, Μασσαλιωτῶν ἐστιν ἀπὸ τῆς πρὸς Καρχηδονίους ἀπαρχὴ ναυμαχίας. Stephano: Μασσαλία . . . . τὸ ἐθνικὸν, Μασσαλιώτης, καὶ Μασσαλιεύς. *Marseille.*

ΜΑ. & ΜΑΣΣΑ. Nummi ex argento obvii: ex quibus sunt qui Floram Deam exhibeant, redimito floribus capite, & qualis a Nasone describitur, lib. IV. Fastor.

Mille venit variis Florum Dea nexa coronis.

In ejus Deæ honorem Floralia Romæ quondam celebrata, ludi nimirum obscœnitate pleni, uti ex Arnobio intelligimus, lib. IV. adversus Gentes: *Flora illa genitrix & sancta, obscœnitate ludorum bene curat ut arva florescant.* Et ex Valerio Maximo, lib. II. cap. X. *M. Catone*, inquit, *Ludos Florales, quos Messius Ædilis faciebat, spectante, populus ut mimæ nudarentur postulare erubuit.* Nasone demum, lib. V. Fastor.

Mater ades florum, ludis celebrata jocosis.

De ludorum istorum die Plinium audi, lib. XVIII. sect. LXIX. *Prisci Floralia quarto Calendas Maji instituerunt, Urbis anno* DXIV. *ex oraculis Sibyllæ, ut omnia bene deflorescerent.* Ubi permutatis annorum numeris, DXVI. prius legebatur: at nos tum ex vestigiis veterum codicum, tum ex indubitata temporum ratione, locum eum sanavimus. Auctor est enim Velleius, lib. I. *Torquato, Sempronioque Coss. Brundisium colonos missos esse, & post triennium Spoletium, quo anno Floralium* ludorum factum est initium. Incidit autem Torquati Semproniique Consulatus in annum Urbis DX. ex Liviana, Plinianaque Chronologia: quo fit, ut triennio integro interjecto Floralium celebritas ludorum incurrat in annum DXIV. Edidisse hos

 por-

porro primum aliquem e Servilia gente, nummi ejus familiæ suadent, quos vidimus inscriptos his vocibus, FLORA. PREIMVS. Fallitur autem Oiselius, qui anno tantum DXLIV. edi cœptos putat, a C. Servilio, qui Magister Equitum, Livio teste lib. XXVII. T. Manlio Torquato Dictatore, fuit.

MACTAYPEITΩN. Nummi Crispinæ, Antonini Severi F. Severi Alexandri, & Julii Maximini. In Antonini Severi F. nummo in primis, e Gaza Regia, Vestæ stantis effigies. In nummo Crispinæ, tres Furiæ. Plinio, lib. V. sect. XXXI. *Mastaurenses*. Stephano, Μάσαυρα, πόλις Λυδίας... τὸ ἐθνικὸν, Μασαυρεῖς, καὶ Μασαυρείτης.

MATIΔIANOΠOΛIC. Trajani nummus in Thesauro Goltzii, pag. 221. Nomen id oppidum habuit a Matidia Marcianæ, quæ soror Trajani, filia: si tamen oppidum fuit ejus nominis ullum in orbe: quod cave uni Goltzio credas: præsertim cum Ματιδιόπολιν ex Matidia, non Ματιδιανόπολιν fingi oporteat.

MAVRETANIA.

ADVENTVI AVG. MAVRETANIAE. Hadriani, ibidem, & apud Occonem, pag. 230. Exuviis elephantinis, ut Africa, caput tecta, ob elephantorum in ea regione copiam.

MAVRETANIA. Hadriani, in Cimelio Regio, ac Museo nostro. Maurus equum freno ducit, & hastam tenet: quod ea gens, teste Strabone, ex equo frequentius hasta pugnet.

MAVRETANIA. Vir pileatus dextra regit equum, læva baculum gerit. Commodi nummus, e Cimelio Christinæ Reginæ. Lampridius, in Commodo, pag. 51. *Victi sunt sub eo tamen, cum ille sic viveret, per legatos, Mauri, victi Daci.*

DE REGIBVS MAVRETANIÆ.

Regum Mauretaniæ nummos nullos vidimus, cusos ante tempora Jubæ prioris: tametsi in Mauretania Cæsariensi prius fuisse memorantur a Plinio, *Bocchus*, libro V. pag. 529. & *Syphax*, pag. 528. In Tingitana autem, sive inferiore, & extima, *Bogud*, pag. 529. Post illos Juba geminus, & Ptolemæus, in nummis se offerunt.

IVBA REX Mauretaniæ Bocchi, quæ postea est Cæsariensis appellata.

|

IVBA REX utriusque Mauretaniæ. Uxor CLEOPATRA REGINA.

|

PTOLEMÆVS REX, a Caio Cæsare Germanico interfectus.

De Juba seniore nihil aliud Plinius prodidit, quam ipsius regiam fuisse Cæsareæ, libro V. pag. 529.

Jubæ alterius crebra & perhonorifica apud eumdem mentio est. Primum, libro V. sect. I. pag. 527. *IVBA Ptolemæi pater, qui PRIMUS UTRIQVE MAVRETANIÆ imperavit, studiorum claritate memorabilior etiam, quam regno, similia prodidit de Atlante.* Et sect. X. de Nilo: *Originem (ut IVBA REX potuit exquirere) in monte INFERIORIS Mauretaniæ non procul Oceano habet..... Mox alio lacu majore, in CÆSARIENSIS Mauretaniæ gente Massæsylûm erumpit.* Libro VI. pag. 733. scripsisse dicitur Geographica Persidis & Arabiæ, saltem maritima; & Ægyptum *diligentissime prosecutus*; ut & mirabilia in istis locis. Denique libro XII. sect. XXXI. pag. 24. *IVBA REX iis voluminibus, quæ scripsit ad C. Cæsarem Augusti filium ardentem fama Arabiæ.*

Ptolemæum quoque, quem proxime Juba genitum dixit, idem commemorat libro V. sect. I. pag. 525. *Romana arma primum Claudio principe in Mauretania bellavere, PTOLEMÆVM REGEM a C. Cæsare interemptum ulciscente liberto Ædemone.*

Numismata Jubæ senioris.

1 REX IVBA. Caput senile, barba prolixa, cum pileo regio & sceptro. .)(. Templum octo columnis fultum, cum epigraphe, litteris Punicis. Nummus est argenteus in Museo nostro. Delineatus a Patino in Sueton. pag. 220.

2 REX IVBA, ut proxime. .)(. Equus decurrens, Mauretaniæ Cæsariensis symbolum; ut nummi docent sub Hadriano Aug. percussi, cum MAVRETANIÆ nomine. Nummus hic Jubæ argenteus est, ab Illustriss. Spanhemio laudatus, pag. 541. ex Thesauro Regio: delineatus ibidem, pag. 544.

Numismata Jubæ junioris.

1 REX IVBA. Caput diademate cinctum, vultu juvenili: vix annorum XX. .)(. In corona laurea, Clava Herculis est, symbolum Mauretaniæ inferioris; quoniam ibi fuere *columnæ Herculis*, Plinio ita referente sub initium libri quinti. Ad clavæ latera litteræ sunt Græcæ, hoc situ:



Quas quidem nos sic interpretamur: Ἕνωσις Μαυρετανίας τῆς ἑκατέρας: *Unio, sive Unitio Mauretaniæ utriusque.* Est enim hic Juba, *qui* (ut proxime Plinium loquentem audivimus) *PRIMVS VTRIQVE MAVRETANIÆ imperavit*: primum quidem Cæsariensi, ex hereditate paterna: materna deinde, Tingitanæ, sive inferiori, cujus propterea symbolum in hoc nummo insculptum est. Vox ἕνωσις certe pacificam ex hereditate potius conjunctionem denotare nobis videtur, quam victoria partam. Scripta Græce epigraphe est; quoniam sic concinnius exprimi visa hæc sententia est litteris quatuor, quam tribus Latinis, V M V, ob clavam interjectam. *Clava* autem admonet Tingitanam sive inferiorem Mauretaniam posterius accessisse; siquidem ea dicitur esse, quæ unita seu conjuncta est alteri. Est hæc autem Mauretania *extima* dicta Plinio, libro V. pag. 529. *Diu regum nomina obtinuere; ut Bogudiana appellaretur EXTIMA; itemque Bocchi, quæ nunc Cæsariensis.* Itaque forte quispiam putaverit, rectius in nummo legi, ἕνωσις Μαυρετανίας τῆς ἔξωθεν, *Unitio Mauretaniæ extimæ*, quam ἑκατέρας: quoniam unius Tingitanæ symbolum exhibetur clava Herculea; & hac una appellata, jubet vox ἕνωσις alteram subintelligi, cui hæc unita sit. Est hic nummus ex argento perpulcher, in Cimelio D. FOUCAULT.

2 REX IVBA. Caput cinctum diademate, vultu juvenili. .)(. Inter arbores duas citri, ara seu basis est, ex qua fumus emicare videtur. Hinc R inde XL. & infra, VIII. Est ex argento eximius, in Cimelio Serenissimi Ducis Cenomanensis. Hic nummus videtur is esse, quem Illustriss. Spanhemius, pag. 542. descripsit, & pag. 543. delineari curavit, sed ex aliquo detrito numismate; in quo

quo litteræ duæ tantum XL. apparent: & Aram is dicit esse, cui sit avis imposita, *velut cygnus*, inquit, *inter duas Luros*. Arbores citri sunt, de quibus Plinius, libro V. sect. I. pag. 525. *Ebori CITROque silvæ* Atlantis montis & Mauretaniæ inferioris, *exquiruntur*. Et libro XIII. sect. XXIX. *Atlas mons peculiari proditur silva, de qua diximus. Confines ei MAVRI, quibus plurima ARBOR CITRI, & mensarum insania . . . . Magnitudo amplissima adhuc fuit, unius mensæ commissæ ex orbibus dimidiatis duobus, a rege Mauretaniæ Ptolemæo*, &c.

3 REX IVBA. Caput diadematum, vultu juvenili.)(ΚΛΕΟΠΑΤΡΑ ΒΑΣ. Βασίλισσα, *Regina* Ægypti nimirum; jure, non re. Filia fuit Cleopatræ, quæ *novissima reginarum Ægypti* a Plinio appellatur; & (ut verisimile est) M. Antonii Triumviri. Ob genus illud ipsius, & jus successionis in maternam ditionem, Græce nomen illius scribitur: quoniam in Ægypto Græca lingua solum in usu esset. Jubæ vicissim & Ptolemæi, quamvis iste ortus esset ex Cleopatra, Latine tantum scribuntur nomina, quoniam in ditione eorum lingua Græca non esset in usu populi. Est hic nummus argenteus in Thesauro Regio. Jam tum littera C in nummis minoris moduli recepta usu pro Σ fuit.

4 REX IVBA, ut supra.)(ΚΛΕΟΠΑΤΡΑ ΒΑCΙΛΙCCΑ. Sidus solis supra Lunæ crescentis effigiem: symbolum regni in Oriente positi, nempe Ægyptiaci. Est ibidem argenteus.

5 REX IVBA, ut supra.)(Lotus Ægyptia, cum sistro; quæ sunt in nummis symbola Ægypti. ΒΑCΙΛΙ. ΚΛΕΟΠΑΤ. Exhibetur hic nummus a Lævino Torrentio, in Sueton. Caligul. cap. XXVI.

6 REX IVBA, ut supra.)(Capricornus, ut vocant, temonem dextro pede, orbem sinistro tenet: dorso Cornucopiæ gerit. Symbola hæc sunt ubertatis annonæ terra marique orbi suo, hoc est, ditioni suæ a Juba rege procuratæ. Puerile est, ut alias monuimus, quoniam idem symbolum in Augusti nummis occurrit, id arbitrari factum fuisse in Jubæ nummis ob honorem Augusti. Adjectæ in eo nummo litteræ sunt, R XXXXII. ut quidem in Regiæ Gazæ numismate legi videtur; sed mendose, opinor, pro R XXXXV. ut in nummo nitidissimo conspicue legimus apud D. FOUCAULT. Delineatum exhibet Illustriss. Spanhemius, pag. 543.

7 REX IVBA, ut supra.)(Aquila insistens fulmini. Quo symbolo jus fortassis conjugis suæ significat in regnum Ægypti. Nam in nummis Ptolemæorum insigne eorum istud est. Nummus est hic argenteus, in Cimelio D. FOUCAULT.

8 REX IVBA. Caput tectum pelle elephantina, vultu juvenili. Pellis elephantina Mauretaniam denotat. Plinius, libro VIII. sect. XI. *ELEPHANTOS fert Africa ultra Syrticas solitudines, & IN MAVRETANIA*. Et libro V. pag. 528. de Tingitana: *Ipsa provincia, ab oriente montuosa, fert ELEPHANTOS*.

9 REX IVBA. Caput diadematum, vultu juvenili.)(Caput diadematum alterum, vultu senili, absque regis nomine: adjectis tantum litteris, R XXXXVIII. Non est hic adpositum nomen Jubæ senioris; ne si IVBA REX scriberetur, crederetur ipse etiam tum vivus. Nam DIVI titulum in nummis adponere, aut in divos referre reges vita functos, nec Mauretania consuevit, nec ipse Oriens, aut ipsamet Græcia, quamvis supra modum adulatrix existimata sit. Soli hoc fecere Romani. Nedum Mauris Juba Deus fuit. Est hic nummus eximius ex argento, in Museo P. CHAMILLART.

10 REX IVBA, ut proxime.)(REGIS IVBAE. Idem rursum caput. *Rex Juba regis Jubæ* filius. Sic in nummo av æ ipsius Cleopatræ, REGINAE REGVM FILIORVM REGVM, subintelligitur, *filia*. Cur Jubæ senioris non sit hic vultus inscriptus, causam proxime indicavimus. Delineatur hic nummus a Torrentio, in Sueton. in Caligul. cap. XXVI.

11 REX IVBA, ut supra: retro, clava Herculis: symbolum Mauretaniæ inferioris.)(Victoria gestat coronam: pede calcat caput elephantis, ut a rege Mauro reportata ea victoria intelligatur. Hunc nummum delineavit Patinus, in Sueton. pag. 220. cum litteris P pro R XXXII. forte pro XXXX. vel XXXXV. vel XXXVI.

12 REX IVBA. Caput tectum pelle elephantina, vultu juvenili.)(Cornucopiæ, cum tridente transversim posito. R XXXVI. Sic delineatur a Patino, loco citato proxime. Docet hic nummus, remisso tricesimæ sextæ tributo in merces imposito, procuratam fuisse copiam annonæ terra marique, sive abundantiam partam & auctam.

13 REX IVBA. Caput Victoriæ alatum.)(Equus decurrens, symbolum Mauretaniæ Cæsariensis. Litteræ Punicæ ignotæ. Argenteus est in Thesauro Regio.

Numismata Ptolemæi regis Mauretaniæ.

1 REX PTOLEMAEUS. Caput diadematum, vultu juvenili.)(Duæ sellæ curules, quibus imposita corona est: & latere dextro hasta transversa a summo ad imum. Utriusque Mauretaniæ, sive regni gemini regem unum hæc symbola significant, ex quo sub Juba patre Ptolemæi, facta unio fuerat utriusque Mauretaniæ. Latere eodem dextro, ad caput sellæ curulis, R A: sinistro, e regione, ꟽ. Littera Latina R majuscula est; Græca A minor. Argenteus hic nummus est, e Cimelio Sereniss. Ducis Cenomanensis. Ptolemæus, Jubæ Mauretaniæ utriusque regis, & Cleopatræ reginæ filius fuit; atque adeo famosissimæ Cleopatræ Ægypti reginæ nepos. Quæ cum fuisset Θεά, hoc est, originem ducens ex patre, avo, proavo, abavoque, regibus Ægypti; & quidem Θεὰ νεωτέρα, hoc est, in gente Ptolemæorum regina altera, quæ hac laude æque gauderet, atque altera quæ dudum antea præcesserat; cumque propterea esset ea nobiliore genere, quam Juba alteruter; transtulit filia ejus Cleopatra nomen majorum suorum in filium, Ptolemæumque nominavit; ut materno genere nobilior, quam paterno, intelligeretur; & ut jus suum in Ægypti regnum ipso nomine contestaretur.

2 REX PTOLEMAEVS. Capite laureato, vultu juvenili.)(Caput equi frenati, symbolum Mauretaniæ Cæsariensis. Supra, R. A. Est argenteus, in Cimelio D. FOUCAULT. Delineatur etiam a Patino, in Sueton. pag. 220.

3 REX PTOLEMAEVS, ut proxime.)(Sidus Solis supra Lunæ crescentis effigiem: ut in nummo quarto Jubæ junioris vidimus, qua parte nomen Cleopatræ, matris hujus Ptolemæi, exhibet. Reposcere maternum regnum videtur, jusque suum profiteri. Primus hunc nummum ex ære minimum Seguinus edidit; accuratius postea D. Vaillantius, pag. 404.

4 IMP. CAESAR DIVI F. capite nudo.)(In corona, REX PTOL. In ambitu, C. LAETITIVS APALVS IIVIR Q. Ex ære mediocri apud P. LUDOV. JOBERT, e Societate JESU: & apud Patinum, in Numism. Impp. pag. 42. Tunc fuit nimirum sub Augusti tutela ob pueritiam Rex Ptolemæus.

5 REX

5 REX PTOLEMAEVS. Caput diadematum: vultu annorum XL.)(Arbor palma. Ad pedes, hinc R. A. inde I. Nummus est argenteus, e Thesauro Regio. Delineatur ab Illustriss. Spanhemio, pag. 541. sed ibi scalptoris vitio, est R. A. I. pro R. A. I. Torrentius in Sueton. Caligul. cap. XXVI. legit R. A. X. errore crassiore.

6 REX PTOLEMAEVS. Capite & vultu ut proxime.)(In corona laurea, clava Herculis, symbolum Mauretaniæ Tingitanæ. Est & iste e Gaza Regia nummus argenteus.

Nummi Jubæ junioris tunc percussi fuisse videntur, cum utriusque Mauretaniæ gessit principatum, cum adhuc juvenis esset: quamobrem vultu eum omnes juvenili exhibent. Ptolemæi autem nomine bis cusi videntur fuisse; & cum iniit principatum, & cum vectigalis partem remisit.

Hanc enim indulgentiam in utriusque nummis arbitror consignatam numeris subinde adpositis. In nummo 2. Jubæ Regis, exempli gratia, R. XLVIII. *Remissa quadragesima octavæ* indictio est: Galli dicerent, *La Remise du quarante-huitiéme denier*. Narbonenses scilicet Mercatores, qui in Mauretania negotiabantur, (nam hi nummos istos cuderunt, ut fabrica testatur) pendere regi solebant quoddam vectigal, quod nunc gravius esset, nunc paulo levius, pro diversitate mercium. Si quando remitteretur illud omnino, nummum in memoriam accepti beneficii percutiebant. Sic in nummis Galbæ Augusti legimus, REMISSA QVADRAGENS. & REMISSA XL. & R. XL. Ipsa Jubæ patris numismata, ad benevolentiam ejus captandam, Latine cum litteris Punicis cusa Narbone fuerunt. In nummo sexto & nono, R. XXXXV. *Remissa quadragesimæ quintæ* indictio est. In duodecimo, R. XXXVI. *Remissa tricesimæ sextæ* indictio. In aliis ejusdem Jubæ nummis legi XXXX. hoc est, *quadragesimam*, in Thesauro Brandeburgico dicitur, pag. 304.

In Ptolemæi nummo quinto, R. A. I. *Remissa tricesimæ indictio* est. Ibi *tricesima* nota tricenarii Græca exprimitur; quoniam id in ea nummi mole & forma visum est commodius. Nec valde absimile est, quod in nummo Ptolemæi primo legitur: & quod in secundo, R. Λ. Neque enim posterior hæc littera est A Latina, sed Græca Λ: nec ductu continuo junguntur lineæ duæ obliquæ, quibus A Latina constat; sed solum habet (incertum quo more, vel quo fine,) punctum in medio litteræ.

ΜΕΓΑΡΑ, *in Sicilia.*

ΜΕΓΑΡΑ, apud Parutam, cum noctua, vulgari Palladis symbolo. Plinio, lib. III. sect. XIV. *Megaris*, in Sicilia. Stephanus: Μεγαρὶς ἐν Σικελίᾳ, πρότερον Ὕβλα. Sed nomen prius *Megaris*, in eo oppido perduravit, quamdiu stetit. A Megarensibus Atticæ datum, qui colonos eo transmisere. Strabo, lib. VI. pag. 267.

ΜΕΓΑΡΑΣ. ΥΒΛΑΑΣ, apud Spanhemium, lib. de usu Numism. pag. 356. ubi quidam ΥΒΛΑΙΑΣ: perperam legunt.

ΜΕ. in corona, cum api: qua mellis ubertas ac bonitas in eo agro declaratur. Inde Mel Hyblæum Plinio lib. XI. sect. XIII. ceterisque scriptoribus decantatum.

ΜΕΓΑΡΕΩΝ, *in Attica.*

ΜΕΓΑΡΕΩΝ. Numinis peregrini currentis effigies. Λ. ΣΕΥΗΡΟΣ .... Caput Severi Imp. laureatum. Est ex ære minimo, in Cimelio P. CHAMILLART.

ΜΕΓΑΡΕΩΝ. Nummus Antonini Severi F. e Cimelio Regio, cum Apollinis effigie. Ejus Dei ædem, quem Ἀγραῖον vocabant, hoc est, venatorem, in ea civitate fuisse, una cum Dianæ Ἀγροτέρας, hoc est, Venatricis æde, auctor est Pausanias, in Atticis, pag. 39. Plinio, lib. IV. sect. XI. *Megaris*, *a colonia Megara*. Stephano: Μέγαρα, πόλις περὶ τὸν Ἰσθμόν ... ὁ πολίτης, Μεγαρεύς.

ΜΕΓΑΡΕΩΝ. Apud Goltzium, in Græcia, tab. XIII. cum Apollinis effigie, citharaque & tripode. Pausaniam vide in Atticis, pag. 40. ubi de Apolline & Alcathoo prolixe disserit. In parte aversa nummi gryphus est cum rota, Apollini sacer, ut ex Servio, Sidonio, Claudiano, & aliis notum est. Nomen deinde Archontis adjectum, ΕΠ. ΙΣΑΓΟΡΟΥ. Ἐπὶ Ἰσαγόρυ. *Sub Isagora.* Is nempe fuit, uti reor, Tisandri F. Atheniensium tyrannus, de quo Herod. lib. V. Terpsich. num. LXVI.

ΜΕΓΑΡΕΩΝ. Cereris cum teda effigies, addito Archontis nomine, ΓΟΡΓΙΦΑΝΗΣ. Ex parte aversa, juvenis pelle ovina indutus, ovem mulget. Cereris Oviferæ templum in Megarica fuisse, idque inditum ei nomen ab iis qui primi oves ibi aluissent, auctor est Pausanias, in Atticis, pag. 46. Ἱερὸν Δήμητρός ἐστι Μαλοφόρου· λέγεται δὲ καὶ ἄλλα ἐς τὴν ἐπίκλησιν καὶ τοὺς πρώτους πρόβατα ἐν τῇ γῇ θρέψαντας, Δήμητρα ὀνομάσαι Μαλοφόρον.

ΜΕΓΙΣΤΕΩΝ. Nummi Goltziani, e Græcia Vetere, in quibus Bacchi caput insculptum, ederacea cinctum corona: ex altera, uva pendet, vini feracitatis in ea insula argumentum. Plinio, lib. V. sect. XXXV. *Megista* insula. Stephano: Μεγίστη, πόλις καὶ νῆσος τῆς Λυκίας: ... τὸ ἐθνικὸν, Μεγιστεύς.

ΜΕΓΥΔΕΩΝ. Vide supra, ΜΑΚΥΔΕΩΝ.

ΜΕΔΕΩΝΙΩΝ. Titi, e Thesauro Goltzii, pag. 221. Plinio, lib. IV. sect. XII. *Medeon.* Stephano: Μεδεὼν, Βοιωτικὴ πόλις. .... τὸ ἐθνικὸν, Μεδεώνιος.

MEDIOMATRICI.

MEDIOMA. Nummus antiquus, e Museo nostro, cum Pegasi alati effigie. Plinio, lib. IV. sect. XXXI. in Gallia Belgica, *Mediomatrici.* Hodie Gallis, *Metz.*

ΜΕΔΙΩΝΙΩΝ.

ΜΕΔΙΩΝ. Juppiter cum fulmine & aquila. Stephano: Μεδίων, πόλις πρὸς τῇ Αἰτωλίᾳ .... τὸ ἐθνικὸν, Μεδιώνιος. Ex altera parte, caput Apollinis.

ΜΕΘΥΔΡΙΕΩΝ. Nummus Caji Cæsaris, e Thesauro Goltzii, pag. 222. Plinio, lib. IV. sect. X. *Methydrium.* Stephano: Μεθύδριον, πόλις Ἀρκαδίας, ὁ πολίτης, Μεθυδριεύς.

ΜΕΙΛΗΤΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. L. Veri nummus, e Cimelio Regio. Plinio, lib. V. sect. XXXII. *Miletopolitæ.* Sunt & Commodi, apud Erizzo, pag. 270. & Gordiani Pii, in Cimelio Regio. Sunt & Vespasiani, Trajani, & M. Aurelii. In Vespasiani nummo, e Cimelio D. FOUCAULT, legitur. ΤΙ. ΟΥΟΛΟΥ. ΜΙΛΗΤΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. *Tiberio Volusiano.* In nummo M. Aurelii, e Cimelio Reginæ Christinæ, ΕΠ. ΕΥΤΥΧΟΥΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. *Sub Eutyche Alexandri F.* qui & in nummo Lucillæ apparet, & Commodi, & Crispinæ, cum Fortunæ stantis effigie. In nummo Macrini, ΕΠΙ ΣΤΡ. ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟΥ. *Sub Prætore Claudio Nicostrato.* Notitiæ Eccles. antiquæ omnes, non Μιλητούπολιν, sed Μελιτόπολιν habent, at mendose: ut & Leunclavius, pag. 90. in Provincia Hellesponti, cujus Metropolis Cyzicus. Straboni, lib. XIV. pag. 681. & Stephano, Μιλητόπολις est, circa Cyzicum. In hoc postremo Gordiani numismate, in quo Dianæ Venatricis signata effigies, cum pharetra & arcu, & cane venatico, Occo pag. 473. legit duntaxat .... ΕΙΛΗΤΟΠΟΛΕΙΤΩΝ.

ΤΩΝ. Dianam in primis coluisse Miletopolitas docet inscriptio vetus, apud Sponium, in Itin. Athen. pag. 138.

ΑΡΤΕΜΙC ΕΦΕCΙΩΝ
ΕΥΤΥΧΟΥC ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ
ΜΕΙΛΗΤΟΠΟΛΕΙΤΩΝ.

Artemis Ephesiorum. Eutyche Alexandro Prætore Miletopolitarum. Sed & Palladem quoque, Lucillæ nummus, ΜΕΙΛΗΤΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, in quo ejus Deæ caput insculptum.

ΕΠΙ CΤΡ. ΑΥΡ. ΕΡΜΙΟΥ. ΜΕΙΛΗΤΟΠΟΛΙΤΩΝ. Diana Venatrix, in nummo Gordiani, jam laudato, e Gaza Regia. ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΝΤ. ΓΟΡΔΙΑΝΟC. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Ἀντώνιος Γορδιανός. *Sub Prætore Aurelio Hermia.* Idem in nummo ΤΗΜΝΕΙΤΩΝ inferius Prætor occurret.

ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ, apud Parutam. Plinio, lib. III. sect. XIV. *Melita.* Stephano: Μελίτη, νῆσος μεταξὺ Ἠπείρου καὶ Ἰταλίας . . . . . ὁ οἰκήτωρ, Μελιταῖος. *L'Isle de Malte.* Cave, si uspiam Μελιτεὺς, aut ΜΕΛΙΤΕΩΝ occurrat, referri huc putes oportere: signat enim vox ea civem oppidi Melitæ in Attica, cujus Plinius meminit, lib. IV. sect. XII. & Tzetzes laudatus a nobis in Plinianis notis. Hinc apud Gruterum, pag. 405. ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ ΜΕΛΙΤΕΥΣ. Nummi porro Melitæorum fere Punici sunt, in hisque Punico more & habitu formata Juno, ut arbitramur, cujus Deæ fanum ibi fuit. Ptolemæus, lib. IIII. cap. III. sub finem: Μελίτη νῆσος, ἐν ᾗ Μελίτη πόλις, καὶ Χερσόνησος, καὶ Ἥρας ἱερὸν, καὶ Ἡρακλέους ἱερόν. Tullius, Verrina IIII. *Insula est Melita, in qua est eodem nomine oppidum . . . Ab eo oppido non longe in promontorio fanum est Iunonis antiquum: quod tanta religione semper fuit, ut non modo illis Punicis bellis &c.*

ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ. Apud Goltzium, in insulis Græciæ, Tab. XXVIII. in quo nummo Hercules clavæ innititur. De fano Herculis Melitæo, Ptolemæus, loc. cit.

ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ. Equus decurrens, Carthaginiensium fere symbolum, quorum ditionis fuisse Melitam aliquando certum est. Ex parte altera, Ceres cum spicis, fertilitatis indicium. Ovidius, lib. III. Fastor.

Fertilis est Melite, sterili vicina Cosyræ
Insula, quam Libyci verberat unda freti.

MELITENE.

COL. MELITENE. M. Aurelii nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 240. Plinio, lib. V. sect. XX. *Melitene Cappadociæ.* Libro VI. sect. III. *Melita.*

ΜΕΜΦΙ. L. ΙΑ. Μεμφιτῶν, λυκάβαντος ια´. *anno undecimo* principatus Hadriani, quo nummus ille cusus est: nunc Cimelii Regii. Hujus nummi formam habemus in plumbo expressam. Plinio, lib. V. sect. IX. *Memphis*, a qua & *Memphites* nomos, seu præfectura in Ægypto. Ejus oppidi ne ruinæ quidem aut vestigia supersunt. Ex adverso, in altera Nili ripa, hoc est, orientali, exædificata Caïrus est, vulgo *Alcairo, le Caire.*

ΜΕΜΦΕΙΤΗC. L. Η. *Memphites* nomos, *anno octavo* Antonini Pii: cujus hic nummus est in Cimelio Reginæ Christinæ.

ΜΕΝΑΝΙΝΩΝ, & ΜΗΝΑΝΙΝΩΝ, in nummis Parutæ. Plinio, lib. III. sect. XIV. *Menanini*, in Sicilia: hodie *Meneo.* In his Ceres Siculorum Dea insculpta cum facibus, vel faces ipsæ modo transversim positæ. Sunt & qui Æsculapium, cum baculo ac serpente: & qui Mercurium præferant.

ΜΗΝΑΝΙΝΩΝ. Ceres utraque manu facem gestans. Ex superficie altera, Proserpinæ caput: epigraphe, ΚΟΡΑΣ. Dorice, pro ΚΟΡΗΣ, *Virginis.* Vide quæ diximus in nummis ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ.

ΜΕΝΔΗΣΙΤΩΝ.

ΜΕΝΔ. L. ΙΑ. Μενδησιτῶν. *Mendesius* nomos in Ægypto, apud Plinium, libro V. sect. IX. *Anno* XI. Hadriani. Et in nummis Antonini Pii, ΜΕΝΔΗCΙΟC, *Mendesius* Juppiter nimirum, qui stans in eo nummo pingitur, capram dextra tenens.

ΜΕΝΕΛΑΕΙΤΩΝ. M. Aurelii nummus, cum Harpocratis icone, in Gaza Regia. *Menelaites* in Ægypto nomos apud Plinium, lib. V. sect. IX. Stephano: Μενέλαος, πόλις Αἰγύπτου . . . . τὸ ἐθνικὸν, Μενελαΐτης.

ΜΕΝΕΛΑΙ. L. ΙΑ. Nummus Hadriani, anno ejus principatus undecimo cusus, ut in aliis similibus ante monuimus. E Gaza Regia.

ΜΕΝΕΛΑΩΝ. Antonini Pii.

ΜΕΡΜΗΣΣΕΩΝ. ΜΗΤΡΟΠ. Tiberii nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 221. Stephanus: Μερμησσὸς, πόλις Τρωϊκὴ, ἀφ' ἧς ἡ Ἐρυθραία Σίβυλλα . . . τὸ ἐθνικὸν, Μερμήσσιος, καὶ Μερμησσεύς.

ΜΕΣΑΜΒΡΙΑΝΩΝ. Severi nummi, Gordiani, & Philippi patris, in Cimelio Regio, & apud D. FOUCAULT. Plinio, lib. III. sect. XVIII. in Thracia *Mesembria.* Stephano: Μεσημβρία, πόλις Ποντική . . . . ὁ πολίτης, Μεσημβριανός. De vocula *bria*, quæ Thracum lingua oppidum sonat, dicemus verbo MIROBRIGA.

ΜΑΡ. ΙΟΥΛΙΟC. ΦΙΛΙΠΠΟC ΚΑΙCΑΡ. ΜΕCΑΜΒΡΙΑΝΩΝ. M. Philippi junioris, apud Occonem, pag. 448. cum Apollinis, ut videtur, icone. Est & Philippi patris cum Otacilia similis, apud Tristanum, tom. II. pag. 560. in quo Dea stans calathum capite gestitat, dextra pateram, læva Copiæ cornu. Alter ei plane par, in quo Serapis cum calatho, patera, hasta.

MESOPOTAMIA. Vide ARMENIA.

ΜΕΣΣΑΝΙΩΝ. Effigies militis clypeum gestantis. Ex parte aversa, ΠΕΛΩΡΙΑΣ, capite radiato, cum delphinis duobus: qui nummus e Cimelio Ill. Harlæi, situm Messanæ indicat: quod & Plinius his verbis facit, lib. III. sect. XIV. *A Peloro . . . . oppidum Messana civium Romanorum, qui Mamertini vocantur.* Hodie Messine.

ΜΕΣ. in corona, apud Parutam.

ΜΕΣΣΑΝΙΟΝ, & ΜΕΣΣΑΝΙΩΝ, in Parutæ nummis.

ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΡΧΙΕΡ. ΜΕΓ. ΔΗΜ. ΕΞΟΥΣ, Augusti caput. Καῖσαρ Σεβαστὸς, Ἀρχιερεὺς Μέγιστος, Δημαρχικῆς Ἐξουσίας, *Cæsar Augustus, Pontifex Max. Tribuniciæ Potestatis.* Ex parte aversa, tripus cui corona e lauro imposita, Actii certaminis, in Apollinis vel Augusti honorem, index. Epigraphe, ΜΕΣΣΑΝΙΩΝ. ΔΙΣ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Messaniorum bis Neocororum.* Apud Parutam, num. 13. Nummus adulterinus ac recens.

ΜΕΣΣΗΝΙΩΝ. In Cimelio nostro: turrito capite: & ex parte altera, stante Æsculapio. Plinio, lib. IV. sect. VII. *Messene*, in Messeniaco Peloponnesi agro. Stephano: Μεσσήνη . . . . ὁ πολίτης, Μεσσήνιος. Pausanias, lib. IV. sive Messeniacorum, pag. 141. Πλεῖστα δέ σφισι καὶ θέας μάλιστα ἀγάλματα ἄξια τοῦ Ἀσκληπιοῦ παρέχεται τὸ ἱερόν. Χωρὶς μὲν γὰρ τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν παίδων ἐστὶν ἀγάλματα, χωρὶς δὲ Ἀπόλλωνος, καὶ Μουσῶν, καὶ Ἡρακλέους. *Plurima vero, & quæ spectentur dignissima habet signa apud Messenios Æsculapii fanum. Seorsim enim Dei ipsius & liberorum ejus simulacra:* (Machaonis & Podalirii:) *seorsim Musarum, Apollinis, & Herculis posita sunt, &c.*

ΜΕCCΗΝΙΩΝ. Severi nummus, e Cimelio D. FOUCAULT.

ΜΕ. ΜΕΣΣ. ΜΕΣΣΗ. & ΜΕΣΣΗΝΙΩΝ, in nummis Græciæ Veteris apud Goltzium, cum Jovis effigie, aut fulmine, aut Aquila, ejusdem Dei insignibus. Pausanias loc. cit. Μεσσηνίοις ἡ ἐν τῇ ἀγορᾷ Διός ἐστιν ἄγαλμα Σωτῆρος. *Est in foro Messenæ simulacrum Iovis Servatoris.* Et pag. 143. Φασὶ καὶ Μεσσήνιοι τραφῆναι παρὰ σφίσι τὸν Δία. *Aiunt Messenii apud se incunabula Iovis fuisse.* Additque mox & Ithomatæ Jovis delubrum, anniversariaque sacra, apud hos fuisse.

ΜΕΤΑΠΟΝΤΙΝΩΝ.

ΜΕΤΑ. cum spica, ex Cimelio Regio: alter item cum tripode: in nostro, cum spica & Cerere, quæ sunt ubertatis in agro eo symbola. Eustathius in Dionys. Ὅτι μετὰ τοὺς Λόκρους ἔθνος οἱ Μεταπόντιοι, ὧν πόλις, Μεταπόντιον. . . . Λέγονται δὲ πάνυ εὐτυχῆσαί ποτε ἀπὸ γεωργίας· διὸ καὶ ἐν Δελφοῖς ἀναθεῖναι τὸ θεοῦ χρυσοῦν θέρος. *Post Locros gens est Metapontii, quorum urbs Metapontium . . . Ceterum admodum fortunati opulentique fuisse dicuntur ab agricultura: ideoque Delphis famosam illam auream messem ab iis dedicatam esse.* In eodem nummo aversam aream vir galeatus obtinet, cum epigraphe ΗΡΑΚΛΕΙΔΩΝ, qua voce Magistratus Heracleæ civitatis, quæ Metaponto vicina fuit, hic quoque jura dixisse, significari auguramur. Plinius, lib. III. cap. XV. *Oppidum Metapontum, quo tertia Italiæ regio finitur.* Ibi fuit, ubi nunc *Torre di mare*, juxta Casuentum amnem, ad Tarentinum sinum. Stephano: Μεταπόντιον. ὁ πολίτης, Μεταποντῖνος.

ΜΕΤΑ. Cum spica & Pallade, vel Palladis vulgari symbolo, noctua. De Minervæ templo, quod Metaponti fuit, vide Justinum lib. XX. cap. II.

ΜΕΤΗΛΙΤΩΝ, *in Ægypto.*

ΜΕΤΗΛ. L. ΙΑ Μετηλιτῶν, *anno* XI. Hadriani, cujus hic nummus est in Cimelio D. Foucault. *Metelites* nomos in Ægypto, apud Plinium, libro V. sect. IX.

ΜΗΘΟΝΑΙΩΝ, pro ΜΕΘΩΝΑΙΩΝ. Caracallæ nummus, in Thesauro Goltzii, pag. 222. Plinio, lib. IV. sect. XVI. *Methone.* Stephano: Μεθώνη . . . . Μακεδονίας . . . ὁ πολίτης, Μεθωναῖος.

ΜΗΘΥΜΝΑΙΩΝ. Severi, e Cimelio D. Foucault: & Getæ nummus, e Cimelio Regio. In priore Prætor Nicomedes est: in altero nullus. Plinio, lib. V. sect. XXXIX. *Methymna.* Stephano: Μήθυμνα, πόλις ἐν Λέσβῳ . . . . ὁ πολίτης, Μηθυμναῖος. Getæ nummus apud Tristanum, tom. II. pag. 279. Fortunam exhibet, cum Copiæ cornu, ac temone, qua pingi fere forma solet. Sunt & Domitiani, in Cimelio D. Foucault.

ΜΗΘΥΜΝΑΙΩΝ. ΕΠΙ СΤΡ. Β. ΛΟΛΛΙΑΝΟΥ. *Sub Prætore Valerio Lolliano.* Nummus Faustinæ junioris. Idem Prætor est in nummo Severi Alexandri.

ΜΗΘΥΜΝΑΙΩΝ. L. Veri, apud Ligorium. Arion delphino insidet. Fuit Methymna Arionis Citharœdi patria, quem *interficere nautis in mari parantibus, ad intercipiendos ejus quæstus, eblanditum ut prius caneret cithara, congregatis cantu delphinis, cum se jecisset in mare, exceptum ab uno Tænarium in litus pervectum* Plinius prodidit, lib. IX. sect. VIII. aliique plurimi, quos ibi appellavimus. Strabo præterea, lib. XIII. pag. 618. Ἔπειτα Μήθυμνα· ἐντεῦθεν δ' ἦν Ἀρίων ὁ ἐπὶ τοῦ δελφῖνος &c. Est & alter Commodi nummus cum trophæo.

ΜΗΛΙΕΩΝ. In Thesauro Goltzii, pag. 221 Stephanus, verbo Μῆλος. Μῆλος, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων . . . ὁ πολίτης, Μήλιος . . . οἱ δ' ἐν Θετταλίᾳ, Μηλιεῖς.

ΜΗΛΙΩΝ. Chiffletii nummus.

ΜΑΛΙΩΝ. ΛΥСΑΝΙΑС. *Meliensium, Lysanias* Prætor. Malum Punicum nummus ille in laurea præfert: Malum Græcis μῆλον est, Dorice μᾶλον. A rotunditate mali factum ei insulæ nomen. Plinius, lib. IV. sect. XXIII. in Sporadibus insulis: *Melos cum oppido . . . . hæc insularum rotundissima est.* Stephanus: Μῆλος, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων . . . ὁ πολίτης, Μήλιος.

ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ *Phrygiæ.*

ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Nummi Neronis, Severi, Antonini F. Severi Alexandri, Gordiani Pii, Philippi Valeriani, Gallieni: in Cimelio Regio. Plinio, lib. V. sect. XXIX. *Metropolitæ.* Stephano: Μητρόπολις Φρυγίας, ἀπὸ τῆς Μητρὸς τῶν Θεῶν οἰκισθεῖσα, a Deûm Matre nomen accepit, quæ sedem ibi habuit. Urbs est Magnæ Phrygiæ Ptolemæo, lib. V. cap. II. In Notitia Eccles. Phrygiæ Salutaris.

ΑΜΑСΤΡΙΑΝΩΝ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Nummus Plotinæ, quo utriusque civitatis concordia significatur, apud Patinum, pag. 189.

ΑΥΤΩΜΑΛΗС ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. In transversa nummi area, ΑΥΒΙΚΗС. Diana Venatrix cum arcu cervum insequitur. Apud Jul. Pollucem legas, libro I. cap. IX. πλοῖα Λύδια, λεγόμενα κερδοὶ καὶ τρέχοι: sed nihil istud ad præsens negotium. Cognomen Dianæ est: nam hæc in tota Ionia colebatur sub diversis nominibus: Unde in nummis est, ΑΡΤΕΜΙΣ ΕΦΕΣΙΑ, ΚΟΛΟΦΩΝΙΑ, ΠΕΡΓΑΙΑ: & in nummis Otaciliæ Severæ, ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ Ioniæ ΑΡΤΕΜΙС. Itaque cum Λυβικῆς subintellige nomen εἰκών, *effigies*, Dianæ. Sic legimus in nummis, ΔΙΟС ΑΓΟΡΑΙΟΥ, & similia. Quod si D. Vaillant errore calami ΑΥΒΙΚΗС scripsit pro ΛΙΒΥΚΗС, fuerit fortassis Diana Libyca; quemadmodum in nummis Postumi HERCVLI LIBYCO legimus, tametsi ad Postumum Libya non pertineret. Nomen est autem fluvii alluentis Metropolim, urbem Ioniæ, ΑΥΤΩΜΑΛΗС: qua forma in eodem tractu legitur, ΕΡΜΟС САΡΔΙΑΝΩΝ, ΚΑΥСΤΡΟС ΕΦΕСΙΩΝ, ΜΕΛΗС СΜΥΡΝΑΙΩΝ, aliaque multa. Cujus formæ ΜΕΛΗС est, ejusdem est & ΑΥΤΩΜΑΛΗС. Si non ex hoc nummo prave intellecto Αὐτόμαλα per o finxit in Libyæ ac Cyrenaïcæ confinio castellum Strabo, prorsus illud ignotum est. In hoc certe nummo Αὐτωμάλης amnis nomen est, non viri, sive Archontis, siquidem ipsi præponitur nomini civitatis. Nummus autem hic est Severi Alexandri, apud D. Vaillant, pag. 135. maximæ molis ex ære.

ΔΗΜΟС ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩС. СΤΑСΙΟС. Diu quæsitum ab Antiquariis, quæ metropolis *Stasis* esset. Frustra. Nam si *metropoleos* ibi nomen appellativum foret, non proprium civitatis in Ionia, Στάσιος autem nomen urbis esset, diceretur, opinor, ΤΗС ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩС СΤΑСΕΩС: non, ut modo, ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩС СΤΑСΙΟС. Subjectum autem nomini civitatis nomen Στάσιος, nomen se esse Archontis indicat. Est hic Antonini Soæmiadis F. nummus.

ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩС ΙСΑΥΡΩΝ. vide SELEVCIA *Ciliciæ.*

ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩС Commodi nummus, e Cimelio D. Foucault.

ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΩΝ *Ioniæ.*

ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΙΩΝΙΑ. Nummi Trajani, Antonini Severi F. & Gordiani junioris, quos in Cimelio Regio vidimus. In posteriore Genius civitatis advenientem Augustum excipit. Plinio, lib. V. sect. XXXI. *Metropo-*

tropolitæ. Sunt & ſimilia Philippi filii numiſmata, & Valeriani. Horum urbs Μητρόπολις a Ptolemæo, lib. v. cap. 11. Lydiæ adſcribitur. In Notitia Eccleſ. antiqua, Aſiæ Provinciæ, cujus caput Epheſus.

ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΕΝ ΙΩΝΙΑ. E Muſeo S. Genovefæ: Mulier turrita ſtat, cum haſta, nempe Genius civitatis, una cum Jove, qui haſtam puram læva, dextra aquilam gerit. In parte altera, ΑΥΤ. ΚΑΙC. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝ. ΑΡΙCΤ. CΕΒ. ΓΕΡ. ΔΑΚ. Iterumque in media area. ΔΑΚΙΚΟC. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Νερύας Τραϊανὸς Ἄριστος Σεβαστὸς, Γερμανικὸς, Δακικός. *Imp. Cæſar Nerva Trajanus Optimus Auguſtus, Germanicus, Dacicus.*

ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC. ΕΤ. Γ. Tranquillinæ nummus a Metropolitis Phrygiæ cuſus, uti remur, ἔτει γ', hoc eſt, anno tertio principatus Gordiani junioris, cui Tranquillina nupſerat. E Muſeo S. Genovefæ. Spicas, ubertatis ſymbola, nummus hic præfert.

ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΕΠΙ. CΤΡ. ΑΥΡ. CΕΞΤΟΥ. *Sub Prætore Aurelio Sexto.* Mars in templo. Nummus Severi Alexandri, e Gaza Regia. Metropolitarum Phrygiæ, uti remur.

ΑΥΤ. Κ. Γ. ΙΟΥΛ. ΟΥΗ. (non ΟΥΑ. ut habet Occo, pag. 530. & eum ſecutus Scaliger, in Animadv. Euſeb. pag. 225.) ΜΑΞΙΜΕΙΝΟC. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Γάϊος Ἰούλιος Οὐῆρος Μαξιμεῖνος. *Imp. Cæſar C. Iul. Verus Maximinus.* ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΩΝ. ΤΩΝ. ΕΝ ΙΩΝΙΑ. cum Cybeles, ſeu Matris Deûm, ſedentis effigie, a qua urbi nomen. Inſcriptio Gruteri, pag. 151. IMP. CAES. C. IVLIVS. VERVS. MAXIMINVS. PIVS. Sunt & aliæ plures. Neque vero ad Valerium Maximinum pertinere hic nummus poteſt, ut Occo & Scaliger cenſuere, ſecuti Goltzium in Theſauro, pag. 126. cum poſt Gallieni & Claudii Gothici tempora non occurrant in Nummis Græcorum oppidorum nomina.

Γ. ΙΟΥΛ. ΟΥΗ. ΜΑΞΙΜΟC Κ. C. *Julius Verus Maximus Cæſar.* ΕΠΙ CΤΡ. ΠΑΥΛΕΙΝΟΥ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. *Sub Prætore Paulino.* Cybeles ſtantis effigies: in Cimelio Regio.

ΕΠ. CΤ. ΟΥΑΛ. ΝΕΙΚΙΑ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. *Sub Prætore Valerio Nicia.* Gallieni, ex eodem Cimelio. Cybele pariter ſtat, & Gallieni ſimulacrum dextra gerit. Eſt & apud Patinum, pag. 413.

ΕΠ. CΤΡ. ΑΥΡ. ΕΥΠΟΡΟΥ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΩΝ. Nummus Gallieni, *ſub Prætore Aurelio Euporo.*

CΕΒΑCΤΑ ΚΑΙCΑΡΕΑ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. *Auguſta Cæſarea* certamina, *Metropolitarum.* Gallieni, e Cimelio Regio. Urna cum palmis. Eſt & apud Patinum, pag. 413.

ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Cum amnis Cayſtri effigie, quo id oppidum allui credimus. Apud Sponium, in Itin. Athen. & in Cimelio Reginæ Chriſtinæ.

ΚΟΙΝΟΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΤΩΝ ΕΝ ΙΩΝΙΑ. Nummus Saloninæ, cum Jove & Diana Epheſia. Apud eundem Sponium. Vidimus Saloninæ alterum ſic inſcriptum: CΑΛΩΝ. ΧΡΥCΟΓΟΝΗ CΕΒΑ. Σαλωνίνα Χρυσογόνη Σεβαστή. ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΩΝ ΕΝ ΙΩΝΙΑ.

ΜΗΤΡΟΠ. ΤΩΝ ΠΡΟC ΤΩ ΠΥΡΑΜΩ. Vide MOPSVESTIA.

ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ *Theſſaliæ.*

ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΩΝ. Quæ hoc nomine civitates eſſent, ad decem fuere, Stephano teſte. Qui porro nummi Palladem Ithomiam, equumve Theſſalum exhibent, ut apud Goltzium in Græcia, Tab. xx. ex averſa parte galeam, inſigne plerumque Theſſalicæ fortitudinis, ad Metropolim Theſſaliæ pertinere res ipſa clamat, cujus Stephanus, ac Livius, meminere. Fuit Ithome, unde Palladi cognomen Ithomiæ, in Theſſalia Pelaſgiotide, inter quatuor caſtella poſita, quibus ipſa ex quadruplici latere cingebatur: Triccam, Metropolim, Pelinnæum, Gomphos. Auctor Strabo, lib. ix. pag. 437. Adjecta in nummis Prætorum nomina, ΘΕΟΦΑΝΗΣ, ΧΡΥΣΑΝΘΟΣ.

ΜΙΔΑΕΩΝ. Antonini Severi F. nummus, e Cimelio D. FOVCAVLT, cum effigie ſtantis Æſculapii, & apud Patinum, pag. 304. Sunt & Juliæ Domnæ: ſunt & ejuſdem Antonini, & cum Mercurii imagine, & cum Serapide, ſeu Jove Venatore, ut dicemus in nummis ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ. Plinio, lib v. ſect. xxix. *Midæi.* Stephano: Μιδάειον, πόλις Φρυγίας . . . . τὸ ἐθνικὸν, Μιδαειεὺς, καὶ Μιδαεύς. Addi oportuit & Μιδαεὺς, ut a Nicæa quandoque Νικαεύς.

ΜΙΔΑΙΕΩΝ. Nummus alter quem vidimus. Plinio, lib. v. ſect. xxix. *Midæi:* & ſect. xli. *Midaion.* In Notitia antiqua Eccleſ. pag. 17. & 49. inter Epiſcopos Phrygiæ Salutaris, ὁ τοῦ Μηδαΐου. Pag. 31. Μιδάιον. Leunclavius, pag. 94. ὁ Μηδαΐου.

ΜΙΛΗΣΙΩΝ ΔΙΔΥΜΕΥΣ. Nummi Caji Cæſaris Aug. & Claudii, e Cimelio Regio, ex ære mediocri, cum effigie Apollinis ex ea parte, lyram tenentis. Plinius, lib. v. ſect. xxxi. in Ionia: *Oraculum Branchidarum appellatum, nunc Didymæi Apollinis. . . . Et inde centum octoginta, Miletus &c.* Apud Seldenum vetus inſcriptio, in marmoribus Arundellianis, ΜΕΙΛΗΤΟΝ. ΔΙΔΥΜΕΙΑ, certamina Mileti edita ſignificat, in honorem Didymei Apollinis. De ænea Apollinis ſtatua a Xerxe adempta Mileſiis, & Seleuci juſſu Branchidis reddita, Pauſan. in Attic. pag. 15.

ΜΙΛΗΣΙΩΝ. Nummus Auguſti, cum templo: & Agrippinæ, apud Patinum, pag. 87. & Caligulæ, pag. 94. nunc Cimelii Regii. Sunt & Druſillæ, & Claudii, ſimiles. Stephano: Μίλητος . . . ὁ πολίτης, Μιλήσιος. Hodie *Palatſcha*, quod ex ingenti civitate vix palatiorum ſuperbarumque ædium rudera nunc ſuperſint. Ibi reperta nuper inſcriptio, ΠΟΛΙC. ΜΙΛΗCΙΩΝ.

ΘΕΑ ΔΡΟΥΣΙΛΛΑ. ΜΙΛΗΣΙΩΝ. *Diva Druſilla.* Nummus *Mileſiorum.* Soror hæc fuit Caji Cæſaris, quæ ſupremo ipſius anno obiiſſe videtur, & inter divos relata. In antica nummi parte vultus eſt Caji Cæſaris: ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΓΕΡΜΑΝ. ΣΕΒΑΣΤ. *Caius Cæſar Germanicus Auguſtus.* Ex ære mediocri, apud D. Vaillant.

ΕΠΙ ΤΙ. ΔΑΜΑ. ΜΙΛΗΣΙΩΝ. Ἐπὶ Τιβερίου Δαμασίου. *Sub Tiberio Damaſia.* Nummus Neronis, e Cimelio Regio, in quo ſtat Apollo.

ΜΙΛΗCΙΩΝ. ΕΠΙ ΦΙΛΟΜΗΤΟΡΟC. *Sub Philometore* Prætore *Mileſiorum.* Trajani nummus, in quo Diana Venatrix, cum cane, ut videtur, aut cervo: eroſus enim ea parte nummus, cernere conſpicue quæ ſit ea effigies, prohibet. Eſt in Theſauro Regio.

ΜΙΛΗCΙ. ΕΠΙ ΘΕΜΙCΤΟΚΛΕΟΥC. *Sub Prætore Themiſtocle.* Apollo Didymeus, dextra Dianæ Venatricis ſimulacrum gerit: quod erant apud Mileſios, ut mox dicemus, utriuſque Numinis ſacra conjuncta, cultuſque communis. Eſt hic M. Aurelii nummus, e Cimelio Regio. Multa plane ἄτοπα de Centauro, aliiſque nugis, congerit Patinus, ut hunc nummum explanet, pag. 243.

ΜΙΛΗCΙΩΝ. ΕΠΙ ΡΗΓΙΝΟΥ. *Sub Rhegino.* Nummus Hadriani, e Cimelio D. Foucault.

ΜΕΙΛΗCΙΩΝ ΚΑΙ ΕΦΕCΙΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. In M. Aurelii & Faustinæ junioris, & L. Veri nummis, Apollo Didymeus, (non Venus, ut Sponio visum) & Diana Ephesia. Similis Domitiani nummus habet, ΜΙΛΗCΙΩΝ. ΕΦΕCΙΩΝ. Antonini Pii, e Cimelio Regio, ΜΕΙΛΗCΙΩΝ. CΜΥΡΝΑΙΩΝ. Apollo & Serapis stant.

ΕΠΙ. ΑΙΛ. ΙΠΠΟΛΕΙΤΟΥ. ΜΕΙΛΗCΙΩΝ. *Sub Ælio Hippolyto* Prætore *Milesiorum.* Faustinæ junioris, e Cimelio Regio, cum Apollinis Didymei icone.

ΜΙΛΗCΙΩΝ. ΕΠΙ ΑΡΧ. ΜΕΝΕΚΛΕΟΥC. *Sub Archonte Menecle.* Commodi nummus, & Severi. Sunt & Severi, sub Archonte Prytanea, & sub Archonte Soterio: Valeriani, sub Aurelio Evaresto: Gallieni denique, in Cimelio D. Foucault, sub Diogene.

ΜΙΛΗCΙΩΝ. ΕΠΙ ΠΟ. ΘΕΡΜΑΝΔΡΟΥ. *Sub Publio Thermandro.* Juliæ Domnæ, ex Cimelio Regio. Apollo Didymeus, capite radiato, cervum dextra tenet: quo Dianæ cultum, perinde atque Apollinis, cujus illa vulgo soror habita, apud Milesios receptum intelligas: est enim cervus Dianæ sacer. Solem & Lunam his adumbrari, sanitatis præsides, & aëris temperandi magistros, quos Milesii colerent, haud obscure Strabo significat, lib. xiv. pag. 635.

ΜΙΛΗCΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Balbini nummus, e Cimelio Regio, cum templo Didymei Apollinis, cervum dextra gerentis. ΑΥΤ. Κ. ΚΑΙΛΙΟC ΒΑΛΒΕΙΝΟC. Capite laureato.

ΜΙΛΗCΙΩΝ. ΠΑΝΙΟΝΙΑ ΠΥΘΙΑ. *Totius Ioniæ Pythia* certamina. Nummus Corneliæ Saloninæ, in Thesauro Regio.

ΜΙΛΗΣΙΩΝ. E Museo nostro, cum leonis effigie.

ΜΙ. cum eadem leonis effigie. E Museo nostro.

ΚΩΩΝ. ΜΕΙΛΗCΙΩΝ. Vide ΚΩΩΝ.

ΜΙΛΥΕΩΝ. E Thesauro Goltzii, pag. 222. ubi mendose ΜΙΛΥΝΩΝ scribitur. Plinio, lib. v. sect. xxv. *Milyæ*, juxta Pamphyliam. Stephano: Μιλύαι, οἱ πρότερον Σόλυμοι .... Λέγονται καὶ Μίλυες, ἀπὸ Μιλύης τῆς γυναικὸς Σολύμου.

ΜΙΝΤΥΡΝ. In Magna Græcia Goltzii, tab. xix. Fulmen alteram nummi aream, alteram ipse Juppiter obtinet. Plinio, lib. iii. sect. ix. in Latio, *Colonia Minturnæ.* Ubi Liris amnis scapha trajicitur, ferme in ejusdem ostio: unde loco nomen, *la barca del Garigliano.*

MIROBRIGA. MVNICIP. Claudii nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 244. Plinio, lib. iii. sect. iii. *Mirobrica*, in Bæturia Bæticæ parte, quæ Turdulorum fuit, & conventus Cordubensis. Hodie *Villa de Capilla.* Apud Gruterum vetus inscriptio in eo pago reperta, MIROBRICENSIVM MVNIC. pag. 257. ex Antonii Augustini schedis. Est hic nominum exitus *Briga*, in oppidis Hispaniæ frequens: Arabriga, Lacobriga, Nertobriga, &c. Vox nempe *briga*, veterum Hispanorum sermone vernaculo oppidum sonat. Festus: *Lacobrigæ nomen a lacu & briga, Hispaniæ oppido.* Et huic affinis vox *bria* Thracum lingua oppidum significavit, uti ex Strabone & Nicolao Damasc. observavimus in notis ad Plinium, lib. iv. sect. xviii.

MOESIA. Plinio, lib. iii. sect. xxix. *Pannoniæ jungitur provincia, quæ Mœsia appellatur.* Hodie *Servia* & *Bulgaria* nuncupatur.

ADVENTVI. AVG. MOESIAE. Hadriani, ibidem, Spartianus in ejus vita, pag. 4. *Audito dein tumultu Sarmatarum ac Roxolanorum, præmissis exercitibus Mœsiam petiit.*

EXERCITVS MOESIACVS. Hadriani nummus, e Cimelio Regio. Cæsar in equo cohortes alloquitur.

MOKA, *in Palæstina.*

ΜΟΚΑ ΙΕΡ. ΑCΥΛ. ΑΥΤΟ. Μόκα ἱερὰ ἄσυλος, αὐτονόμος. *Moca sacrosancta & libera*, inquiunt Antiquarii. Antonini Pii nummus hic est, e Cimelio D. Foucault, & apud Patinum, pag. 230. Est & Septimii Severi similis, apud D. Vaillant. Oppidum Μόκα in Arabia Petræa Ptolemæus collocat prope Esbunta: sed nimirum ex falsa hujus nummi, quem cum scriberet, ob oculos habuit, interpretatione: quam secuti sunt Antiquarii. At in Arabia Petræa nulla est civitas ἱερὰ ἄσυλος αὐτονόμος, ne Petra quidem aut Bostra; quamquam illa quidem metropolis in nummis est. Nulla civitas ultra Asiam minorem, & Syriam, ac Palæstinam, his titulis gaudet. Fictitium est igitur oppidum Μόκα: sed est ea vox dividenda in duas: ΜΟ. ΚΑ. ut sit, Μόνων Καπιτωλιέων ἱερὰ ἄσυλος αὐτονόμος, subintellige πόλις. *Eorum qui soli sunt Capitolienses*, qui soli Capitolini a Romano & Capitolino Jove nominantur, *sacrosancta & libera civitas.* Nam hos certe titulos in suis nummis habent Καπιτωλιεῖς, ut diximus in Chronologia Veteris Testamenti. Sic Ephesii in nummis suis gloriantur, se *solos* esse quater Neocoros: ΕΦΕCΙΩΝ ΜΟΝΩΝ ΑΠΑCΩΝ ΤΕΤΡΑΧΙ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Sic Cæsarea Palestinæ se Primam esse quæ Flavia sit, in nummis prædicat. Figmentum igitur geminæ in Syria Capitoliadis etiam hic nummus evertit. In nummo Antonini Pii templum est quatuor fultum columnis; in quo stans Astarthe, dextra tenet hastam, sinistra Cornucopiæ. Sic in nummo M. Antonini, inscripto, COL. AEL. CAP. similis templi ac Deæ effigies est, apud D. Vaillant, tomo 1. Colon. pag. 253. ut & tomo 2. in nummo Severi, inscripto, AEL. CAP. COMM. In nummo autem Severi, MOKA, quem penes se esse refert D. Vaillant, eadem est Astarthe Dea, dextra spicas & papaver gerens, sinistra Cornucopiæ. Denique civitas MOKA inscribitur in utroque numismate, ΙΕΡ. ΑCΥΛ. ΑΥΤ. quemadmodum in nummo alio Severi legitur, ΚΑΠΙΤΩ. ΙΕΡ. ΑC. ΑΥ.

ΜΟΚΚΛΙΕΩΝ. vel (ut alii legunt) ΜΟΚΟΚΛΙΕΩΝ. Gordiani junioris nummus, e Cimelio Regio. Stephano: Μόκκλη κώμη Φρυγίας, *Phrygiæ pagus:* οἱ οἰκήτορες, Μοκκλιανοί. Et ex nummo, Μοκκλιεύς.

ΜΟΝΟΙΚΕΩΝ. Nummus Domitillæ, e Thesauro Goltzii, pag. 222. Plinio, lib. iii. sect. vii. *Portus Herculis Monœci, Ligustica ora.* Stephano: Μόνοικος, πόλις Λιγυστική. τὸ ἐθνικὸν, Μονοίκιος: scribe ex nummi fide, Μονοικεύς.

MOPSVESTIA, *vel* MOPSOS *potius, in Cilicia.*

ΑΔΡΙΑΝΩΝ. ΜΟΨΕΑΤΩΝ. Ab Hadriano Principe inditum cognomen. Nummus Antonini Pii, e Cimelio Regio. Stephano: Μόψου ἑστία, Κιλικίας, ἐπὶ τῷ Πυράμῳ ποταμῷ .... ἀφ' οὗ ὁ Μοψεάτης. Plinio, lib. v. sect. xxii. in Cilicia, *Mopsos liberum, Pyramo amni impositum.* Unde haud temere suspicere huc quoque spectare nummum subsequentem:

ΜΗΤΡΟΠ. ΤΩΝ ΠΡΟC. ΤΩ ΠΥΡΑΜΩ. Μητροπολιτῶν τῶν πρὸς τῷ Πυράμῳ. Ut intelligatur oppidorum omnium, quæ Pyramo amni essent apposita, Mopsuestiam metropolim exstitisse. Nisi forte Anazarbum hic nummus indicat, quæ haud procul fuit. In priore interim nummo Antonini, ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΜΟΨΕΑ-ΤΩΝ

ΤΩΝ additur, ET. ΗϘΡ. hoc est, *anno* CXCVIII. qui Antonini Pii tertius, V. C. DCCCXCIII. autumno, Christi CXL. ducto æræ initio ab anno V. C. DCXCVI. In nummo Antonini & Plautillæ, ET. ΑΞC. *anno* CCLXI. qui est annus V. C. DCCCCLVI. Severi sextus: Antonino filio, Plautillæ marito, jam tunc Imperatore. In nummo Severi, ET. ΒΞC. *annus* CLXII. qui sequens. In nummo denique Macrini, ET. ΕΟC. *anno* CCLXXV. qui V. C. DCCCCLXX. Macrini primus.

ΜΟΨΕΑΤΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. *Mopseatarum civitatis sacræ ac sui utentis legibus.* Nummus, in quo ara cum igne: in parte antica, caput Jovis laureatum. Est ex ære, in Thesauro Brandeburgico.

ΜΟΡΓΑΝΤΙΝΩΝ.

ΜΟΡΓΑΝ. apud Parutam. Plinio, lib. III. sect. XIV. in Sicilia, *Murgentini.* Stephano: Μοργεντῖνοι. Fuit horum oppidum in mediterranea parte Siciliæ, ad Symæthum amnem, qui totius insulæ maximus.

ΜΟСΤΗΝΩΝ, *in Lydia.*

ΜΟΣΤΗΝΩΝ. ΕΠΙ.... *Mostenorum: sub* .... Claudii nummus, e Thesauro Regio, cum Amazone.

ΜΟСΤΗΝΩΝ ΛΥΔΩΝ. *Mostenorum e Lydia.* Hadriani nummus, e Cimelio Regio, cum Amazone. Est & alibi L. Veri, sub Pomponio.

ΑΥΤΟ. ΚΑΙ. ΠΟΥ. ΛΙ. ΕΓ. ΓΑΛΛΙΗΝΟC. CE. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Πόπλιος Λικίνιος Ἐγνάτιος Γαλλιηνός. ΜΟСΤΗ. ΕΠΙ. CΤΡ. Μ. ΑΥΡ. ΖΕΥΞΙΔΟC ΠΛΟΥΤΙΛΔΟΥ. Ἐπὶ Στρατηγοῦ Μάρκου Αὐρηλίου Ζεύξιδος Πλουτίλδου. *Mostenorum, sub Prætore M. Aurelio Zeuxide Plutildæ F.* In hoc nummo quidam syllabam ΔΟΥ falso arbitrati sunt esse anni notam: ut Petrus Petitus, in libro de Amazonibus, pag. 287. In Cimelio Regio. *Mosteni* Tacito, lib. II. Annal. loco a nobis allato, in Notis ad Plinium, lib. II. sect. LXXXVI. quem consule. In Notitia Eccles. inter Episcopos Provinciæ Lydiæ, ὁ Μοσύνης, pro Μοστήνης. Et Μοστηνοὶ Ptolemæo in Lydia sunt.

ΜΟΤΥΑΙΩΝ, in Parutæ nummis. Vide quæ diximus in notis ad Plinium, lib. III. sect. XIV. verbo *Mutycenses.* Stephano: Μοτύη, πόλις Σικελίας..... τὸ ἐθνικὸν, Μοτυαῖος. Nunc *Modica,* inter Pachynum & Syracusas.

ΜUNDA. Titi nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 22. Plinio, lib. III. sect. III. *Munda cum Pompeji filio capta,* in Bætica, Astigitani conventus. Vide quæ eo loci in notis Plinianis diximus.

ΜΥΛΑΣΕΩΝ.

ΣΕΒΑΣΤΩ. ΜΥΛΑΣΕΩΝ. *Augusto. Mylasensium.* Augusti nummus apud Spanhem. pag. 905. In aversa nummi area, intra coronam querceam, ΘΛΑΣΤΟΣ ΑΝΕΘΗΚΕΝ, *Thlastus posuit.* Sunt & Caracallæ & Getæ numismata, in Cimelio Regio. Plinio, lib. V. sect. XXIX. *Mylasa libera.* Stephano: Μύλασα, πόλις Καρίας... τὸ ἐθνικὸν, Μυλασεύς. Hodie *Melazzo:* etsi id nomen Mileto Joniæ oppido Geographorum vulgus perperam adjudicat.

ΜΥΛΑΣΕΩΝ. Ejusdem Augusti nummus, e Musco nostro. Ex parte aversa, ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΟΝΤΟΣ ΥΒΡΕΟΥ. Fuit Hybreas orator, patria Mylasensis, de quo consulendus Strabo, lib. XIV. pag. 659. Is enim summam Urbis potestatem penes eum fuisse admonet: quam tamen potestatem summumve magistratum ea voce Γραμματεύοντος signari haud crediderim: cum sit γραμματέων, vel γραμματεὺς in nummis, publicorum civitatis monumentorum custos: cujus illud munus, inquit Thucydidis Scholiastes, eæ partes fuerint, τὰ τοῦ δήμου γράμματα ἀναγινώσκειν. Quemadmodum in Arundelliano marmore, Ῥοῦφος γραμματεὺς βουλῆς, δήμου &c. *Rufus Scriba Senatus, Populi* &c. Idem nihilominus, pro ratione muneris, summo Magistratu, nec dignitate fere fuit, nec auctoritate inferior. Annuum tamen, aut certe minime perpetuum fuisse eum Magistratum, ex vetusto liquet Atheniensium psephismate, quod Petitus recitat in Legibus Atticis, pag. 232. Ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ .... ὅτε Κλεογένης πρῶτον ἐγραμμάτευεν, &c. Atque ex ipsa lege, quam affert, pag. 257. Ὑπογραμματεῦσαι οὐκ ἔξεστι δὶς τὸν αὐτὸν τῇ ἀρχῇ τῇ αὐτῇ. *Semel tantum sub eodem Magistratu Scriba esto.* Id nomen Γραμματέως, sive Γραμματεύοντος, frequens in Cariæ nummis occurrit. Ut ut est, Galli Scribam in multis civitatibus Syndicum vocant, *le Syndic.*

ΜΥΛΑΣΕΩΝ. Augusti nummus, e Cimelio S. Genovefæ, cum tridente & delphinis: quæ urbis in ora positæ symbola sunt.

ΜΥΛΑCΕΩΝ. Hadriani nummus, cum Jovis capite. Strabo, lib. XIV. pag. 659. Ἔχουσι δ' οἱ Μυλασεῖς ἱερὰ δύο τοῦ Διὸς, &c. *Mylasenses duo habent Iovis templa* &c.

ΜΥΛΑCΕΩΝ Getæ, cum templi effigie, in quo Dea stat. Apud Sponium in Itin. Athen. Sunt & Antonini Severi F. & Elagabali.

ΜΥΝΔΙΩΝ. Nummi L. Veri, Severi & Juliæ Domnæ. Plinio, lib. V. sect. XXIX. *Myndos.* Stephano: Μύνδος, πόλις Καρίας ..... τὸ ἐθνικὸν, Μύνδιος. In nummo Severi simul & Juliæ Domnæ: ΑΡΧ. ΔΙΩΝΟΣ ΤΟΥ ΔΙΟΦΑΝΤΟΥ. *Archonte Dione Diophanti F.*

ΜΥΡΕΩΝ. Antonini Pii, Plautillæ, Gordiani Pii, & Tranquillinæ nummi, in Cimelio Regio. Et in isto quidem e superficie altera, ΦΟΥ. CΑΒ. ΤΡΑΝΚΥΛΛΕΙΝΑ. CΕΒ. *Furia Sabinia Tranquillina Augusta.* Plinio, lib. V. sect. XXVIII. *Myra.* Stephano: Μύρον, πόλις Λυκίας ..... τὸ ἐθνικὸν, Μυρεύς. Civitas D. Nicolai Episcopatu clara. Nunc *Strumita.*

ΜΥΡΙΑΝΔΡΙΩΤΩΝ, vel (ut alii legunt) ΜΥΡΙΑΝΔΡΙΤΩΝ. Nummus Antonini Pii, & M. Aurelii. Plinio, lib. V. sect. XVIII. *Myriandros.* in Syriæ Ciliciæque confinio. Hodie *Candelora.* Stephano: Μυρίανδρος, πόλις Συρίας..... Μυριανδρικὸς κόλπος.

ΜΥΡΙΝΑΙΩΝ. Nummi Græci apud Goltzium, cum Apollinis effigie, lauri ramum læva tenentis, ad Myrinam Æolicam attinent, de qua Plinius lib. V. sect. XXXII. non ad Lemniam, aut Thracicam, aliamve, si qua est ulla. Stephano: Μύρινα Αἰολίδος.... τὸ ἐθνικὸν, Μυριναῖος.

ΜΥΡΙΝΑΙΩΝ. ΟΜΗΡΟC. Nummus Neronis, e Gaza Regia. Vatem hunc quoque Myrinæi coluere: quod & ab aliis civitatibus factitatum, uti declarat in primis Commodi nummus, ex eadem Gaza, ΝΙΚΑΙΕΩΝ ΟΜΗΡΟC, cum Homeri in rupe sedentis effigie: ΧΙΩΝ. ΟΜΗΡΟΣ, &c. Et occurret forte in Cimeliis Cretensium quoque nummus, ΚΡΗΤΩΝ ΟΜΗΡΟΣ. Vatem hunc enim donasse mille nummis ii perhibentur, ob carminum præstantiam: idque beneficium in ærea tabula insculpsisse. Auctor Sozomenus, in præf. Historiæ Eccles. Κρῆτες μὲν γὰρ ἐν χιλίοις νομίσμασιν Ὅμηρον ἠμείψαντο τῆς ἐπιεικείας, ὡς ἀνυπέρβλητον φιλοτιμίαν ἀνυχῶντες, ἐν στήλῃ δημοσίᾳ τὴν δωρεὰν ἐγράψαντο. Quanto similius veri & in nummis quoque ipsis, quo ea ad plures fama perveniret, impressum hujus beneficii monumentum?

ΜΥΡΙΝΑ. E Cimelio Regio. In eo nummo Amazonis effigies est, quæ nomen urbi dedit, uti ex Strabone didicimus, lib. XII. pag. 573. Καὶ πόλεις τὸ παλαιὸν ὁμολογοῦνται ἐπώνυμοι Ἀμαζόνων. Ἐν γὰρ τῷ Ἰλιακῷ πεδίῳ κολώνη τίς ἐστιν

Ἠν ἤτοι ἄνδρες Βατίειαν κικλήσκουσιν,
Ἀθάνατοι δέ τε σῆμα πολυσκάρθμοιο Μυρίνης,

ὡς ἱστορεῖ μίαν εἶναι τῶν Ἀμαζόνων, &c. *Urbes etiam memorantur antiquitus Amazonum cognomines. Jam in Iliaco campo tumulus fuit, quem sane mortales Batieam vocant: Superi vero monumentum pernicis Myrinæ, quam unam fuisse Amazonum ferunt, &c.* De Myrina Amazone, vide Diodorum Sic. lib. III. Tzetzem, in Lycophr. p. 49. & Hesychium. Ab Amazonibus certe traxisse nomina & alias urbes idem asseverat, lib. XI. pag. 505. in primisque Ephesum, Smyrnam, Cumam, Myrinam, Paphum: Κτίσεις γοῦν πόλεων ἢ ἐπωνυμίαι λέγονται, καθάπερ Ἐφέσου, ἢ Σμύρνης, ἢ Κύμης, ἢ Μυρίνης, ἢ Πάφου, ἢ ἄλλα ὑπομνήματα. Myrleam quoque, lib. XII. pag. 550. Sisyrbam denique, a qua Ephesii quidam Sisyrbitæ dicti, lib. XIV. pag. 633. Ex harum numero Smyrnen, Cymen, Myrinamque in nummis vidimus. Sunt & qui Μαγνησίαν accenseant, de qua superius egimus suo loco: his vero ne assentiamur, deterrent argumenta duo: & quod de Magnesia Amazone scriptores silent, & quod in nummis effigies ea quæ muliebri habitu pingitur, cum ea appellatione, præ se fert Amazonum insigne omnino nullum: non bipennem, pharetramve, aut quid aliud simile: denique, quod nihilo magis Μαγνησία Amazonis in eo nummo nomen videtur esse, quam vel in altero Μασσαλία, quem suo pariter loco attulimus, etsi is caput similiter turritum exhibet, ex parte postica Μασσαλιητῶν: vel in tertio denique Φωκαιέων, cujus in superficie altera est Φωκαία, cum turrito capite. Quid quod Magnetes Asiæ, sive qui ad Mæandrum amnem appositi, sive qui ad Sipylum montem, traxere nomen a Magnetibus Thessaliæ, qui ad Peneum fluvium, montemque Pelium, habitarunt, ductuque & auspiciis Prothoi contra Trojanos militaverunt? Id certe conceptis verbis Conon asseverat, apud Photium, in Bibl. cod. CLXXXVI. cap. XXIX. Magnesiam vero Thessaliæ a Magnete Argi filio nomen esse sortitam, auctor est Antoninus Liberalis, in Metam. cap. XXIII. Quis ergo hic Amazoni Magnesiæ locus?

ΜΥΡΙΝΑ. Hadriani simul & Sabinæ nummus, ex eodem Cimelio Regio.

ΕΠΙ ΜΗΤΡΟΔΩ. ΜΥΡΙΝΑΙΩΝ. ΔΑΜΝΕΥC. *Sub Metrodoro Myrinæorum Prætore. Damneus*, hoc est, *Domitor*. Sedet Imperator in equo: cui hanc Victoris seu Domitoris gentium nobilem in primis appellationem hic nummus singularis attribuit: ut Constantio sequens ætas, VICTORIS OMNIVM GENTIVM, & Constantino Patri, EXSVPERATORIS OMNIVM GENTIVM. & DEBELLATORIS GENTT. BARBARR. Est ea vox a δάμνημι. Unde δαμνεὺς, uti a δαμάω fit & δαμεύς. Sic Asiam, teste Plinio, lib. V. sect. XXXIII. *quoniam ferocissimas gentes domuisset, initio Dameam vocatam Eratosthenes tradidit.* Lepidum est Seguini commentum, pag. 17. qui Corybantis alicujus in equo insculptam ibi effigiem putat, quod Idæorum Dactylorum unus, quos & Corybantes Strabo vocat, Δαμναμενὸς appellatus sit a Lilio Gyraldo: dicique contracte Δαμνεὺς, pro Δαμναμενὸς arbitratur. Atqui & hæc contractio insolens, nec verum nomen ejus Corybantis Δαμναμενὸς est, ut corruptis Strabonis codicibus impulsus in fraudem Gyraldus credidit, sed Δαμναμενεὺς, uti ex hoc versiculo liquet, quem ex Apollonii Scholiaste retulimus in Notis ad Plinium, lib. VII. sect. LVII. num. 38. quo tres Dactylos complexus est auctor Phoronidis fabulæ:

Κέλμις, Δαμναμενεύς τε μέγας, ἢ ὑπέρβιος Ἄκμων.

Pro Δαμναμενεὺς autem legi scribique Δαμνεὺς, ars nulla patitur. Sed, quod caput rei est, quis in isto nummo Corybanti locus? aut cur idem in equo? Ex parte altera, ΑΥΤ. Κ. Τ. ΑΙΛ. ΑΔΡ. ΑΝΤωΝΙΝΟC... Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Τίτος Αἴλιος Ἀδριανὸς Ἀντωνῖνος. Est hic nummus, in Thesauro Regio.

ΜΥΡΕΙΝΑΙΩΝ. Juliæ Domnæ, e Cimelio Regio, & apud Tristanum, tom. II. pag. 139. cum templo, in quo Apollinis simulacrum, qui a loco dictus est Myrinæus, idemque a vicino pago Gryneus: est enim Γρύνεια, πολίχνιον Μυριναίων, Stephano. Martialis, lib. IX. Epigr. XLIII.

Campis dives Apollo sic Myrinis,
Sic semper senibus fruare cygnis.

Strabo, lib. XIII. pag. 622. Πολίχνιον Μυριναίων, Γρύνιον, καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος, καὶ μαντεῖον ἀρχαῖον &c.

ΜΥΡΕΙΝΑΙΩΝ. M. Aurelii: & Gordiani ac Tranquillinæ, ex Cimelio pariter Regio, cum Dianæ effigie.

ΜΥCΙΑ. Domitiani nummus, quem vidimus in Cimelio D. FOUCAULT. Plinius, lib. V. initio sect. XXXII. *Æolis, quondam Mysia appellata.*

ΜΥΣΙΩΝ. Goltzii e Thesauro nummus. Stephanus: Μυσία... Λέγονται ἢ Μυσοὶ, ἢ Μύσιοι, &c.

ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ. Nummi e Museo nostro aliisque plurimi, a Livia Augusti, usque ad Gallienum. Plinio, lib. V. sect. XXXIX. *Lesbos* insula, in qua *libera Mytilene*. Nunc *Metelino*. De pulcritudine urbis Mytilenes, vide Muretum, libro IX. Var. lect. cap. XVI.

ΠΡΩΤΗ ΛΕΣΒΟΥ ΜΥΤΙΛΗΝΗ. *Prima Lesbi* civitas *Mytilene*. Et ex parte aversa, ΟΜΟΝΟΙΑ ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ. E Cimelio Regio nummus, expressus etiam a Seguino, pag. 18.

ΘΕΟC ΑΜΜΩΝ. Ex parte altera: ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ. Κ. ΠΕΡΓΑΜ. Μυτιληναίων ἢ Περγαμηνῶν. Cum Pergamenis concordia Mytilenæorum.

ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ. ΠΕΡΓΑΙΩΝ. Cum Pergensibus.

ΘΕΟC ΑΜΜΩΝ. Ex parte altera, ΕΠΙ CΤΡ. ΒΑΛ. ΑΡΙCΤΟΜΑΧΟΥ. ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ. Ἐπὶ Στρατηγοῦ Βαλερίου Ἀριστομάχου, Μυτιληναίων. *Sub Prætore Valerio Aristomacho Mytilenæorum.* Est alter huic plane similis Valeriano Imp. cusus, apud Tristanum, tom. III. pag. 21.

ΖΕΥΣ ΒΟΥΛΑΙΟΣ. *Juppiter Consiliarius*. Διὸς Βουλαίου qui erat in Curia Quingentorum, Pausanias meminit in Atticis, pag. 111. Est apud Appianum in Mithrid. pag. 122. edit. Steph. Ἑστία Βουλαία, *Vesta Consilii Præses*, seu cujus in æde Curia fuit. Ex parte aversa, ΘΕΟΣ ΑΚΡΑΙΟΣ ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ. *Deus Præses arcis Mytilenæorum*. E Cimelio Regio. Circumfertur & alter huic fere similis, in quo figuræ tres stant, seu tria Numina, quibus arcis illius tutela commissa, cum epigraphe, ΘΕΟΙ ΑΚΡΑΙΟΙ ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ, *Dii Arcis Præsides*, vel *Custodes*, Juppiter, Pluto, Neptunus, ut quidem arbitramur: vel Juppiter, Vesta, Pallas, ut videre nobis olim videbamur. Θεοὶ ἀκραῖοι qui sint, ex Polluce accipe, lib. IX. cap. V. Τὰ δὲ δημόσια, ἀκρόπολις ἣν ἢ ἄκραν ἂν εἴποις ἢ πόλιν· ἢ οἱ ἐν αὐτῇ Θεοὶ, ΑΚΡΑΙΟΥΣ ἢ ΠΟΛΙΕΙΣ. *Publica autem sunt, acropolis, quam & arcem dixeris & urbem: Deosque qui in ea sunt Arcis Urbisque Custodes.*

ΜΥΤΙ. Cum lyra & Apollinis effigie. E Museo nostro.

ΜΥ-

ΜΥΤΙΛΗΝΗ. Cum lyra pariter & Apolline. Ex Goltzio, in insulis Græciæ, Tab. XIV. Stephanus: Μαλόεις Ἀπόλλων ἐν Λέσβῳ· καὶ ὁ τόπος τοῦ ἱεροῦ Μαλόεις, ἀπὸ τοῦ Μήλου τῆς Μαντοῦς, ὡς Ἑλλάνικος ἐν Λεσβικῶν πρώτῳ. *Malois Apollo in Lesbo, nec non templi locus Malois appellatus, a Melo Mantûs filio, auctore Hellanico in primo Lesbiacorum.*

ΕΠΙ CΤΡΑ. ΙΕΡΟΚΛ. ΜΥΤΙΛ. Ἐπὶ Στρατηγοῦ Ἱεροκλέους. Μυτιληναίων. *Sub Prætore Hierocle.* Sappho cum cithara sedens. Julius Pollux, lib. IX. cap. VI. Οἱ Μυτιληναῖοι μὲν Σαπφὼ τῷ νομίσματι ἐνεχάραττον. *Mytilenæi Sappho monetæ suæ insculpsere.* Ex parte altera, ΗΡΩΙΔΑ ΝΑΥCΙΚΑΑΝ. Filia hæc Alcinoi fuit, Phæacum regis, cujus horti ab Homero, Plinio, & Martiale celebrati. Sic in quarto casu nummum Postumi videas apud Tristanum, inscriptum Latine, HERCVLEM. Et apud Patinum, pag. 411. GALLIENVM. AVG. P. R. OB CONSERVATIONEM SALVTIS, *Gallienum Aug. Populus Rom.*

ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ. Termini Dei simulacrum. Ex parte altera, Jovis Hammonis caput, apud Tristanum, tom. I. pag. 696.

ΙΟΥ. ΠΡΟΚΛΑΝ ΗΡΩΙΔΑ. *Juliam Proclam Heroinam.* In aversa parte Apollo Citharœdus, cum epigraphe: ΕΠΙ CΤΡΑ. ΑΠΟΛΛΩΝΙ. ΜΥΤ. *Sub Prætore Apollonio Mytilenæorum.* Apud Seguinum, pag. 61. Quæ Procla ea sit incompertum est. Cave enim hanc Procli illius filiam esse existimes, quem ΠΡΟΚΛΟΝ ΗΡΩΑ Thyatireni pariter vocant, in vetusta inscriptione, quam Sponius affert in Itiner. Athen. Alia enim familia Clodia, alia Julia est.

ΙΟΥΛΙΑΝ. ΝΕΑΝ. ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥ. ΜΥΤΙ. *Juliam Novam Germanici, Mytilenæi* colunt. E Cimelio Regio. De hoc nummo vide Numismata Sæculi Constantiniani.

ΙΟΥ. ΘΕΑ ΣΕΒΑΣΤΗ. ΜΥΤΙ. *Julia Divi filia Augusta. Mytilenæorum.* ΤΙ. ΘΕΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. ΜΥΤΙ. *Tiberius Divi filius.* Nummus *Mytilenæorum.* In Cimelio Sereniss. Ducis Cenomanensium.

ΑΓΡΙΠΠΙΝΑΝ ΘΕΑΝ. ΜΥΤΙ. *Agrippinam Divam* colunt *Mytilenæi.* ΘΕΟΝ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ. ΜΥΤΙ. *Divum Germanicum* colunt *Mytilenæi.* Hic pater, illa mater Caji Cæsaris Aug. fuit. Ambos Mytilenæi consecrarunt.

ΜΑΤΙΔΙΑ. ΜΥΤΙ. *Matidia.* Nummus *Mytilenæorum.* Caput Matidiæ, quæ Marcianæ Aug. filia. In parte aversa, Æsculapii effigies est, cum Prætoris nomine, ΠΑΝΚΡΑΤΙΔΗC. Est ex ære minimo, in Cimelio D. FOUCAULT.

ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ. Ceres, in nummo Hadriani, e Cimelio D. FOUCAULT.

ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ. ΕΠΙ CΤΡΑ. Μ. ΑΝΤ. ΤΡΥΦΩΝΙΑΝΟΥ. Ex eodem Cimelio M. Aurelii nummus. *Sub Prætore M. Antonio Tryphoniano.*

ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ. ΕΠΙ CΤΡΑ. ΒΙΒΛΙΟΥ ΕΠΙΜΑΧΟΥ. *Sub Prætore Biblio Epimachi F.* Commodi nummus, in quo Imperator dextram imponit trophæo: ad pedes sedet captivus. Est ex ære maximo in Cimelio Magni Ducis Hetruriæ. Alter ejusdem Commodi, ΕΠ. CΤ. Μ. ΑΝΤ. ΤΡΥΦΩΝΟC, ut quidem refert D. Vaillant. Sunt & Crispinæ sub Prætore Menecrate, & sub Dionysio. Juliæ Domnæ, sub Aurelio Nicomacho: alter sub Prætoribus Publio Posidonio, ΠΟπλίῳ ΠΟCΙΔωνίῳ, & Valerio Aristomacho, in Thesauro Regio: tertius, sub Phædro, in Cimelio D. FOUCAULT: Antonini Severi F. sub Apelle Menemachi F. qui est apud Erizzo, ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ. ΕΠΙ ΑΠΕΛΛΟΥ Β. ΜΕΝΕΜΑΧΟΥ: sub Prætore Apelle iterum Menemachi F. ubi Holstenius in simili modo e Gaza Medicea, legebat tantum, ΛΗΝΑΙΩΝ ΕΠΙ CΤΡΑ ΓΑΜΟΥ ΕΠΙΜΑΧΟΥ.

ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ. ΕΠΙ. CΤΡΑ. Μ. ΑΥΡΗ. ΠΡΩΤΕΟΥ. *Sub Prætore M. Aurelio Proteo.* M. Aurelius, & Commodus, in eo Regiæ Gazæ nummo quadrijugo curru vehuntur. Ex parte altera, ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ. Κ. Λ. ΑΥ. ΚΟΜΟΔΟΝ. Commodi caput. Αὐτοκράτορα Καίσαρα Λούκιον Αὐρήλιον Κόμοδον, subintellige, ἐτίμησαν. Hæc enim forma loquendi in nummis Μυτιληναίων obvia.

ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ. Dianæ Venatricis effigies. Ex superficie altera, ΕΠΙ. CΤΡΑ. CΕΒΑC. Ἐπὶ Στρατηγοῦ Σεβαστοῦ. *Sub Prætore Augusto.* Hadriani caput laureatum. Ut Athenis Archon Hadrianus fuit, (ita prodente Spartiano, quem suo loco appellavimus,) sic Mytilenis Στρατηγὸς, qui magistratus idem plane cum Archonte est. Est hic nummus e Cimelio Regio.

ΜΥΤΙΛ. ΑΛΚΑΙΟC. Ex parte altera, ΠΙΤΤΑΚΟC. Alcæum poetam, & Pittacum e septem sapientibus unum, populares utique suos, Mytilenæi nummis suis insculpsere, ut Aratum Chrysippumque Pompeiopolitæ. Strabo, lib. XIII. pag. 617. ubi de Mytilene: Ἄνδρας δ' ἔσχεν ἐνδόξους τὸ παλαιὸν μὲν Πιττακὸν ἕνα τῶν ἑπτὰ σοφῶν, καὶ τὸν ποιητὴν Ἀλκαῖον, &c. Est hic nummus, e Museo Franc. Gotifredi.

ΑΥΤ. Λ. CΕΠΤ. CΕΟΥΗΡΟC ΠΕΡΤΙΝΑΞ. Capite laureato. In altera nummi parte, Augustum sacrificantem ante aram, cum bacillo imperatorio, Victoria retro coronat. ΕΠΙ CΤΡ. ΜΑΡ. ΤΕΛΑΜΩΝΟC ΤΟΥ CΕΚΟΥΝΔΟΥ. *Sub Prætore M. Telamone secundi F.* ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ. Nummus maximi moduli apud. D. HENRION.

ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ. ΕΠΙ CΤΡ. ΑΥΡ. ΠΡΟCΔΕΚΤΟΥ ΠΑΡΔΟΛΟΥ. Diana Venatrix, in nummo Severi Alexandri, *sub Prætore Aurelio Prosdecte Parduli F.*

ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ ΚΑΙ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΟΜΟ. ὁμόνοια. ΕΠΙ C. ΒΑΛ. ΑΡΙCΤΟΜΑΧΟΥ. Ἐπὶ Στρατηγοῦ Βαλερίου Ἀριστομάχου, ut jam supra vidimus. Est hic Valeriani nummus & Gallieni, in Cimelio Reginæ Christinæ.

ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ. ΕΠΙ CΤΡΑ. ΠΟ. ΙΟ. ΛΕΟΝΤΟC. *Sub Prætore Publio Julio Leonis F.* Stat Juppiter Hammon stolatus, cum Apolline: hastam ille dextra: læva hic lyram gerit. Antonini Severi nummus, e Cimelio Regio.

N

ΝΑΓΙΔΕΩΝ. L. Veri nummus, e Thesauro Goltzii, & Cimelio Regio. Stephanus: Ναγίδος, πόλις μεταξὺ Κιλικίας καὶ Παμφυλίας .... ὁ πολίτης, Ναγιδεύς. Casaubonus in Strabonem, lib. XIV. pag. 682. pro Agido Nagidum in Cypro locat, nullo auctore.

ΝΑΚΟΛΕΩΝ. Trajani nummus, e Cimelio Magni Hetruriæ Ducis. ΕΠΙ ΑΚΥΛΑΙΟΥ ΠΡΟΚΛΟΥ, *Sub Aquilio Proclo.* Stephanus oppidi illius meminit, quod Phrygiæ Salutari adscribitur in Notitia Eccles. pag. 17. Stephano: Νακολία, πόλις Φρυγίας ... τὸ ἐθνικὸν, Νακολεύς.

ΝΑΚΡΑCΙΩΤΩΝ. Trajani nummus, e Gaza Regia. Horum oppidum Νάκρασα in Lydia a Ptolemæo collocatur, lib. V. cap. II.

ΝΑΚΡΑCΙΤΩΝ. Lyra, in nummo Domitiani.

ΝΑ-

NAKPACEΩN. M. Aurelii, cum Dianæ πολυμάστε effigie, & Faustinæ nummi, ex eadem Gaza. In Notitiis antiquis inter Episcopos Provinciæ Lydiæ, pag. 13. ὁ Ἀκράσου. Pag. 29. Ὀκρασός. Pag. 45. ὁ Ἀκρασοῦ. Apud Leunclavium, pag. 90. ὁ Ἀκρασοῦ. Forte, pro Νάκρασος, & Νακράσου. Est enim alia Lydiæ Ἄκρασος, de qua suo loco diximus. Hæc ipsa Nacrasus est, quam Cariæ Stephanus adjudicat, quod fuere nempe olim, ut ex Strabone monuimus in Plinianis notis, Lydiæ Cariæque fines incerti permixtique. Νάκρασος, inquit Stephanus, δῆμος καὶ πόλις Καρίας.... ὁ πολίτης, Νακρασεύς. Ubi vel ex serie litterarum legi constat oportere, Νάκρασος, & Νακρασεύς. Antecedit enim Νάκος, subsequitur proxime Νακόλεια.

ΕΠΙ CTP. Λ. ΜΙΛΩΝΟC ΤΟ Β. ΝΑΚΡΑCΙΤΩΝ. Hercules in nummo L. Veri, *sub Prætore L. Milone iterum*. In nummo Commodi est Diana Ephesia, & pariter ΝΑΚΡΑCΙΤΩΝ. In nummo Severi, ΝΑΚΡΑCΕΩΝ.

ΝΑΞΙΩΝ, *in Græcia*.

ΝΑΞΙΩΝ. Goltzii nummi, Tab. XVIII. cum Bacchi effigie, & uva. Plinio, lib. IV. sect. XXII. *Naxos, quam Dionysiada a vinearum fertilitate*, &c. Vel, ut ibi ex Solino diximus, quod hospita tellus ea Libero Patri fuit. Ovidius, lib. III. Metam.

Naxon, ait Liber, cursus advertite vestros:
Illa mihi domus est, vobis erit hospita tellus.

Lactantius, lib. I. de falsa Relig. cap. XV. *Naxos Liberum colit*. Hodie *Naxi*.

ΝΑΞΙΩΝ. Getæ nummus, e Cimelio Regio, in quo sculpta Fortuna cum gubernaculo suo, quod rostro navis impositum est, & Copiæ cornu. In nummo Severi, Bacchus: in nummo Juliæ Domnæ, tres Charites.

ΝΑΞΙΩΝ, *in Sicilia*.

NASO, & NAXI, apud Parutam. Plinio, lib. III. sect. XIV. *Naxii*. Stephano: Νάξος Σικελίας.... τὸ ἐθνικὸν, Νάξιοι.

NARBO, *unde Galliæ Narbonensi nomen*.

COL. NARBO MART. DECVMANOR. Tiberii nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 241. Plinius, lib. III. sect. V. *Narbo Martius Decumanorum colonia*. Martius utique, vel a Marte, ut Sirmondus noster censuit, in Notis ad Sidonium: vel a Martia legione. Decumanorum, quod ex militibus decimæ legionis. Pomponio Melæ, lib. III. cap. V. *Atacinorum Decumanorumque colonia* appellatur, ab Atace amne, qui Narbonem secat.

Nummi qui in epigraphe nomen habent
NARBONIS.

Si quis miratur scriptum a nobis olim fuisse, nummos plerosque Latinos veterum Imperatorum, & Augustorum, ac Cæsarum, in provincia Narbonensi cusos fuisse: quæ nunc provincia a nostris Languedocium, Provincia, & Delphinatus appellatur; protenditurque ab Illiberi & Ruscinone usque ad Viennam Galliæ; conjiciat ille oculos in Tabellam, quæ litteras exhibet, in imo nummorum veterum limbo scribi solitas, toto sæculo Constantiniano: quam Tabellam in libro de Nummis illius sæculi exhibuimus: intelliget profecto litteris illis, ANT. SMN. SMAN. CONS. CONST. similibusque permultis, quæ sexcenties occurrunt, nihil aliud quam Narbonensem provinciam, nunc integram, nunc vel primam vel secundam, oportere vel posse intelligi. Sed priorum etiam temporum nummos exploremus. Nam in his sunt sane plurimi singulares, & ad illustrandam historiam mirifice utiles, nec a quoquam adhuc aut omnino aut certe satis feliciter explanati. Incipiamus a Julio Cæsare Dictatore.

Nummus C. Julii Cæsaris.

CAESAR DICTINPERPETVO. Caput velatum.)(. C. MARIDIANVS. Dea stans tenet Victoriam Romanam. Nummus est argenteus, in Cimelio P. CHAMILLART. Arbitramur autem sic explicari oportere hanc superscriptionem, nec aliter posse. *Cæsar Dictator primus Narbone perpetuo*. Sic in nummo argenteo apud Patinum in famil. pag. 85. scribitur, NER. I. Q. VRB. hoc est, *Nerva primus Quæstor Urbanus*. Atque ex eo nummo apparet 1° Dictaturam fuisse magistratum Urbis, non Orbis. 2° In aliis civitatibus Romani imperii non habuisse Cæsarem hanc potestatem, etiam in Narbonensi provincia, nisi ei a SPQ Narbonensi is honor ei sponte deferretur, sive ad annum unum, ut Romæ, sive perpetuo. Et fuit certe, ut ex aliis nummis colligitur, Dictatura inferior Consulatu: nam Consulatui postponitur: COS. QVART. DICT. QVART. Et COS. QVINT. DICT. PERP. Quid sit Dictator, Cicero indicat, libro III. de Finibus, sub finem: *Magister Populi: Is enim est Dictator.*

Nummi Claudii Cæsaris.

TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. In media nummi area, libram, quam alii bilancem vocant, dextra manus tenet. Inter utramque lancem, PNR *Pondera Narbonensia restituta*.)(. In altera nummi parte, S C. in medio: in ambitu, PON. M. TR. P. IMP. COS. DES. IT. *Pontifex Maximus, Tribunicia Potestate, Imperator, Consul designatus iterum*. Est in Museo nostro, ex ære minimo: ære magno apud Patinum in Suetonium, pag. 284. Hunc etiam laudat Erizzo, pag. 35. sed perperam exponit, *Pecunia nostra*.

TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. Capite laureato.)(. In altera parte, SPES AVGVST. Spei typus. Incusæ præterea litteræ, N CAPR. *Narbone Capitolium restitutum*. Fuit Narbone Capitolium, quod hodieque indigenæ *Cap duel* vocant. In instrumento vetere anni MLXVI. *Capitolium quod est in civitate Narbonæ*. Fuit illud Archiepiscoporum usque ad annum MCCCCLI. Est hic nummus in Museo nostro, ære magno. Erizzo (quamvis alioqui vir eruditus) satis infeliciter hunc nummum sic exponit, pag. 54. *Nobis concessum a Populo Romano*.

TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P. capite laureato. Retro adjectum secundis operis, N CAPR *Narbone Capitolium restitutum*, ut proxime.)(. In corona quercea, EX SC. OB CIVES SERVATOS. Hinc illa in anteriore nummi parte Patris Patriæ appellatio. Est ille nummus ex ære magno, in Museo nostro.

Nummus Hadriani Aug.

IMP. CAESAR TRAIAN. HADRIANVS AVG.)(. MPTNOB *Mercatores primum tributum Narbone obtulerunt*. Aureus est apud Occonem, pag. 223. Sic CONOB est, *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt*: & TROB *Treveri obtulerunt*: & multa similia.

Nummi

Nummi Treboniani Galli Aug.

IMP. CAES. C. VIBIUS TREBONIANUS GALLVS AVG. capite radiato.)(. In aversa pagina Apollo nudus stat supra rupes sive monticulos, capite laureato: dextra ramum; læva, non arcum, ut visum est D^o. Vaillant, sed viperam tenet. Hinc ARN inde A⅀I. Est ille nummus ex ære maximo, apud D. Terrin, Senatorem Arelatensem, qui nummi delineationem ad nos transmisit. Monticuli provinciam denotant, quæ est ex parte montosa: ut DACIA in nummis sub Hadriano, BRITANNIA sub Antonino, aliisque. Apollo Sol est, qui ob vim vivificam, quæ ei inest, medicinæ præses Deus a poëtis habetur. Unde & Apollineam artem pro arte medica dicunt: ut Ovidius, libro III. Trist. eleg. III.

Nullus, Apollinea qui levet arte malum, est.

Ergo in Narbonensi provincia Corpus Medicorum hoc numisma cudit: In quo Apollinem pinxit capite laureato: qui læva manu viperam, ut diximus, medicam herbam dextra ostentat: quod utrumque symbolum est artis medicæ. Nam & ex vipera conficiunt medici theriacam: & herbis salubribus ab hominibus morbos depellunt. Itaque superscriptionis in hoc numismate hæc sententia est: *Arte Narbonensium Apollo sanat Imperium.* Jam tum, nimirum, celebratissima fuit medicæ scientiæ schola, uti est hodieque, in provincia Narbonensi: atque hanc sibi artem veluti propriam vindicavit prima Narbonensis. Et vero est in inferiore tractu illius provinciæ Monspessulanus, *Mompellier*, oppidum ob scientiam medicam hodieque nominatissimum. Itaque in hoc numismate *Ars Narbonensium* ea est, in qua excellunt Narbonenses. Hæc utique sanat Imperium. Quod sanandi verbum ut ibi intelligeretur, sic est figurata littera ⅀ ut simul & S & N inversa possit existimari. Inter ejusdem Treboniani Galli numismata alterum est inscriptum, APOLLO SALVTARIS, ob scientiam medicam in ea regione, in qua hæc omnia numismata cudebantur, jam tum celebratissimam; atque ob medicatum herbarum magnam in eo tractu copiam. Quod si quis arcum & sagittas Apollini dederit, erit ejusdem inscriptionis hæc sententia: *Armis Narbonensium Apollo servat Imperium.* Nam claustra Imperii Narbone jam tum fuere, uti postea sub Claudio & Tetrico. Itaque fines Imperii tutabantur Narbonenses adversus incursiones Aquitanorum: Apolline, sive Sole (qui pingi propterea debet capite radiato:) Narbonensium tutatore: qui DOMINVS IMPERII in Aureliani nummo nuncupatur.

Nummi Tetrici Aug.

IMP. C. TETRICVS RDNVIC. *Imp. Cæsar Tetricus, Romanæ ditioni Narbone vindicato Imperii Conservator.* De hoc nummo egimus in epistola ad D. de Ballonffeaux, nunc Regis Consiliarium, in Concilio Provinciali Luxemburgico, scripta.

Nummus sub Gallieno, vel Aureliano cusus.

GENIVS P. R. *Genius Populi Romani.* Caput Jovis Solis Serapidis, radiatum, modio superposito. Radiatum & juvenile, quia Solis: modio onustum, quia Serapidis, hoc est, frugum largitoris. Sic appellatur in vetusta inscriptione apud Gruterum, pag. XXII. num. 10. & 11. ΔΙΙ ΗΛΙΩ ΜΕΓΑΛΩ ΣΑΡΑΠΙΔΙ. *Jovi Soli magno Serapidi.* In parte nummi aversa:

INT
SC
VRB

Hoc est, *Senatusconsulto. Jove Narbonis Tutatore; Urbs Roma Beata.* Est hic nummus apud Tristanum, tomo III. pag. 65. & apud Patinum, pag. 410. & in Museo P. Steph. Chamillart. In Cimelio D. Foucault, est idem nummus ex ære mediocri, capite Genii Popularis, juvenili, imberbi, turrito, & laureato: turrito quidem, quoniam Genius est civitatum Imperii; laureato autem, quia Populi Victoris. Risum profecto de se præbent, qui Gallieni vultum hic se agnoscere, vel Augusti, putant. Nam etiam uter sit, inter se litigant. Genii Populi Rom. effigies est, qualis est in nummis inscriptis, GENIO POPVLI ROMANI, qui sunt obvii: vel qualis in aliis, POP. ROMANVS. Et sane insulsum videtur, ubi GENIVS P. R. superscribitur, non ibi Genium, hoc est, Deum Præsidem Populi Romani agnoscere. Fabrica nummi hujus tempora Gallieni vel Aureliani refert: officinam autem plane Gallicanam. *Tutator Narbonis* dicitur Juppiter, ut in nummo Maximiani Herculii, IOVI TVTATORI AVGG. *Narbonis* autem, quoniam ipsa primæ in Galliis provinciæ Romanorum, sibique cognominis, colonia & primaria civitas fuit. VRBS ROMA BEATA, inscriptio est in nummo Constantis Aug. de quo diximus in libro de Nummis sæculi Constantiniani: & in nummis Nepotiani ac Theodosii Aug. VRBS ROMA FELIX. Dicitur autem hoc loco *Urbs Roma beata*, quod ejus ditioni Narbone servato felicitas Imperii certa incolumitasque sit. Claustra enim ea Imperii tunc fuerunt, Hispanis Aquitanisque opposita; quæ cum Hispani postea perruperunt, magnam Narbonensis provinciæ partem occuparunt.

Nummus Constantini Patris Augustorum.

DV. CONSTANTINVS PT. AVGG. *Divus Constantinus Pater Augustorum duorum.*)(. In aversa parte legitur, hinc V N inde MR. hoc est, *Urbis Narbonis Mercatum restituit:* ut diximus in libro de Nummis sæculi Constantiniani.

Nummus Magnentii Aug.

D. N. MAGNENTIVS AVG. Capite nudo.)(. VICT. AVG. LIB. ROM. ORB. *Victoria Augusti, Libertas Romani Orbis.* Hinc Victoria, inde Libertas pileata, stantes tenent trophæum. Infra, NAR. *Narbone.* Aureus est eximius, apud D. Foucault.

Nummi Anastasii, Focæ, & Heraclii, Augustorum.

Est in Cimelio P. Chamillart nummus ex argento singularis, inscriptus: D. N. ANASTASIVS PP. AVG. *Dominus noster Anastasius Perpetuus Augustus.* In aversa autem pagina intra coronam lauream est hæc epigraphe:

VOT
VNIV
ITM

Hoc est, *Vota Urbis Narbonis, primis Quinquennalibus Imperatorum trium maximorum:* quorum scilicet

licet victoria signatur in aliis ejusdem Anastasii nummis, inscriptis, VICTORIA AVGGG. *Victoria trium Augustorum.*

Præterea est in eodem Cimelio nummus Focæ Aug. cum hac inscriptione: D. N. FOCA V N PER AVG. *Dominus noster Foca, Urbis Narbonis Perpetuus Augustus.*

Denique in Heraclii nummis legimus nunc M N nunc N M: pro eo quod est, *Mercatores Narbonenses*, vel *Narbonenses Mercatores.*

Sed vincit omnes nummus inscriptus, GENIO ANTIOCHENI: quem idcirco in postremum locum conjicimus, quoniam peculiarem sibi dissertationem postulat. Est enim ille, nostro quidem judicio, plenus artis, plenus eruditionis.

De Nummo inscripto,

GENIO ANTIOCHENI

APOLLONI SANCTO.

Vidimus illius nummi jamdudum sculptam effigiem, tum apud Du-Cangium, Virum Clariss. in familiis Byzantinis, pag. 39. & apud Card. Baronium in Annalibus, ad annum Christi 362. pag. 53. editionis Romanæ: sed neque ille interpretationem ullam adjecit, neque iste aliquam dignam suo nomine. Est etiam in ipsa utraque imagine nonnullum scalptoris vitium, de quo dicturi sumus suo loco.

At ipsum numisma vidimus exploravimusque diligenter: nec unum dumtaxat, sed omnino quinque: neque illa ejusdem unius, sed diversæ & quintuplicis omnino formæ. Sunt omnia ex ære minimo, sed fabricæ perelegantis; integraque adeo, ut recens prodiisse ea ex officina, sive ex Moneta putes. Primum est e Musæo Viri Clariss. D. DE BOZE: alterum e Musæo D. BAUDELOT: (est uterque e Regia Numismatum & Inscriptionum Academia:) tertium est e Thesauro Regio, & ex Cimelio P. STEPH. CHAMILLART: quartum quintumque, apud R. P. LUD. JOBERT, in Domo Professa Societatis JESU Parisiis.

Pars inscriptionis potissima in omnibus eadem est, pari omnino vocum ac litterarum numero & forma, quæ quidem sunt in ambitu: nam quæ sunt in imo margine & in area, sunt aliæ in alio: id quod argumento est, fuisse hæc numismata magno olim numero, & magna varietate; propterea quia valde placeret, quæ esset iisdem inscripta sententia. Primi numismatis hæ sunt voces ac litteræ: GENIO ANTIOCHENI APOLLONI SANCTO SMA H. Hæc vero sententia. *Genio Primæ Narbonensis, Tutatori Imperii, Odio Christianorum etiam nobis irato, Apolloni sancto, Societas Mercatorum adjacens Hispaniæ.* Nam ex litteris vocibusque, quæ in utroque nummi ambitu describuntur, & ex reliquis quæ sunt in imo margine, atque in ipsa area, continuam effici unam orationem oportet. Ab isto primo numismate cetera discrepant, ut diximus, iis dumtaxat litteris, quæ sunt in infimo margine & in area. Secundum enim habet istas: SMNS. quarum hic sensus est: *Societatis Mercatorum Narbonensium secundum* numisma. Tertium, istas: SMNB eodem plane intellectu. Nam secundæ alphabeti litteræ Græcæ vis eadem inest, ut numerum secundum significet, ac littera S Latina, quæ prima est vocis illius. In quarto numismate hæ litteræ, SMAI hunc sensum habent; *Societas Mercatorum addicta Imperio.* Denique in postremo sunt istæ, SMN: quibus si conjungas eas, quæ sunt in area, litteras Græcas, ЄΔ: exsistet ex omnibus illa sententia: *Societatis Mercatorum Narbonensium Voto Publico:* quemadmodum in nummo Græco Nervæ Cæsaris, EΛΕΥΘ. ΔΗΜΟΥ, hoc est, ἐλευθερία δήμου, est LIBERTAS PUBLICA, ut in Latinis ejusdem Nervæ nummis legitur.

§. 1.

Quæ in antica nummi parte picta sit effigies.

Anterior nummi superficies effigiem exhibet illius provinciæ, cujus nomen in titulo scribitur, hoc est, *Primæ Narbonensis.* Nam respondere necesse est titulum argumento sive picturæ; sive, ut aiunt, animæ corpus congruere. Nam symbolum sive picturam vulgo *corpus* vocant: *animam* vero inscriptionem superpositam, vel circumscriptam. Turrito capite pingitur, ob civitates munitas instructasque turribus, quas provincia illa magno numero complectitur. Velatum caput, Narbonem provinciæ metropolim denotat: nam velato capite in nummis antiquis pingi non solent, nisi vel primariæ provinciarum civitates, quas vocant metropoles; vel quæ liberæ essent ac sui juris. Nam huic gemino civitatum ordini habitus ille datur, qui nobiles matronas decet ac matresfamilias: minoribus civitatibus & subjectis, ille qui virgines & puellas, hoc est, nudum caput. Quod in rupe sedet, montosam regionem designat, qualis est prima Narbonensis. Sinistra deinde racemum tenet, quoniam est eadem illa regio vitifera. Narbonensis provinciæ vites commendat Plinius multis locis; in primis vero, libro XIV. sect. IV. his verbis: *Septimo hinc anno, in Narbonensis provinciæ Alba Helvia, inventa est vitis uno die deflorescens: ob id tutissima. NARBONICAM vocant, quam nunc TOTA PROVINCIA conserit.* Denique in aqua natantis, sive ex aqua emergentis viri effigies, situm urbis Narbonis indicat, ad Atacem amnem *l'Aude*, qui Narbonem secat, & ibi primum est navium capax. Civitates amni alicui appositas sic pingi in nummis antiquis solere, nemo qui nummos contrectarit, ignorat.

§. 2.

Quæ sit effigies in parte nummi postica.

Altera nummi superficies Apollinem exhibet; ut ipse titulus admonet, APOLLONI SANCTO; & lyra sive cithara, quam sinistra manu tenet. Quam gerit autem sinistra pateram, paulum inversam, ita ut ex ea vinum effundi videatur, sacrificium ac libamen ei Deo placando institutum fuisse a Mercatoribus significat; atque ad illud ipsum designandum pertinet stola, cum sacerdotali pallio, eidem Numini data.

Fuit Apollo Narbonensium olim sive Genius Tutator, sive Deus, cum Romanis ethnicis pareret ea provincia. Testis est illius superstitionis, præter hos nummos quinque, ille quem superius explicuimus, Treboniani Galli Aug. cum litteris ARN ASI *Arte Narbonensium Apollo sanat Imperium.*

Apollinis nomine Romani veteres intellexere supremam vim illam, quæ mundum universum in admirabili quodam concentu partium continet, quam & harmoniam appellabant. In cujus rei symbolum lyra est ei Deo data. Quamobrem & alii fecere eumdem Musicæ artis Deum præsidem. De hac mundi partium harmonia satis prolixe disserit ipse Athanasius Alexandrinus, in oratione contra gentes; & Gregorius Nyssenus in tractatu priore de Psalmorum inscriptionibus, tomo 1. pag. 262. & 263.

§. 3. De

§. 3.
De voce, GENIO.

Symbolis, sive imaginibus, quantum nunc necesse est, explanatis, ad vocum jam & litterarum interpretationem veniamus. Prima se vox offert, GENIO. Quo nomine, quæcumque alibi sit illius acceptio, id quod nunc supervacuum sit inquirere: in nummis certe antiquis nihil aliud significatur, nisi Deum aliquem sive Imperii, sive provinciæ, sive civitatis, sive Principum, sive demum alicujus ordinis Præsidem ac Tutatorem. Hinc passim in nummis legitur, GENIO POPVLI ROMANI; GENIO IMPERATORIS, GENIO AVGVSTI, GENIO CAESARIS, GENIO SENATVS, GENIO EXERCITVS, GEN. ILLYRICI. In vetusta etiam inscriptione, si Grutero credimus, pag. XXIII, 5. GENIO IOVI STYGIO SANCTO: ut Deos inde intelligas Genios esse appellatos.

§. 4.
De litteris ANTIOCHENI: *ac primum quidem de duabus prioribus.*

Quæ vero litteræ deinde sequuntur, non illæ vocem unam *Antiocheni* efficiunt: nam esset istud solœcum & absonum: quod utrumque vitium procul abest a nummis veteribus, præsertim ab his qui sunt facti affabre & eximiæ ceteroqui fabricæ & artis, ut sunt isti. Sub litteris singulis voces totidem latent. Quæ causa est quamobrem & litteræ sinistro lateri appositæ, TIOCHENI, minoris paulo formæ sint, quam priores illæ, GENIO AN: id quod factum est de industria, ut priores illæ intelligantur integram per se sententiam efficere, absque consequentibus; a quibus etiam propterea sunt sejunctæ: hanc nimirum: *Genio Primæ Narbonensis.* Ipsæ litteræ duæ AN sunt exiguo a se invicem spatio diremptæ: nec minore illo, quam quo littera A ab ultima littera antecedentis vocis GENIO: ut suam singulæ vocem efficere per se intelligantur. Tamen littera CH pro unica accipi littera debet; quoniam reipsa unicum efficit sonum, qui Græcæ litteræ X respondet: & ut *Christianorum* nomen exprimi, non aliud quodvis, intelligeretur, scribi CH oportuit, non C dumtaxat. Est illa igitur harum litterarum sententia, quam diximus: *Genio Primæ Narbonensis, Tutatori Imperii, odio Christianorum etiam nobis irato, Apolloni sancto,* &c.

Fuit olim Narbonensis provincia unica: sed post Diocletiani tempora in duas est divisa provincias; in primam & secundam, ut nummi antiqui fidem faciunt: in quibus litteris istis, CON *Civitates omnes Narbonenses:* SMAN *Societatem Mercatorum primæ Narbonensis:* ANT *primæ Narbonensis tributum:* CONS *Civitates omnes Narbonensis secundæ:* CONST *Civitatum omnium Narbonensis secundæ tributum:* SMN *Societatem Mercatorum Narbonensium,* designari ostendimus in sæculo Constantiniano exemplis innumeris. Nam verum illud est, stabilitumque plurimis documentis; ubicumque fere littera N in nummis se offert, quos cudit Occidens, ubi vocem aliquam occultam sola designat, ibi Narbonem, sive provinciam Narbonensem intelligi oportere.

§. 5.
De litteris TI *quæ Tutatorem Imperii significant.*

Jam litteræ TI *Tutatorem Imperii* significant: quæ vox in nummis Diocletiani & Maximiani occurrit; IOVI TVTATORI AVGG. *Jovi Tutatori Augustorum.* Nunc vero *Tutator Imperii Genius Primæ Narbonensis* idcirco appellatur, quoniam (ut diximus) erat Narbo civitas, velut claustra Imperii Romani, Hispanis opposita, qui sui tunc juris erant, nec Romanis principibus aut Senatui parebant. Narbone igitur salvo defensoque ab hostibus, salvum Imperium esse aiebant, & *Romam beatam.* Nunc vero cum *Societas Mercatorum*, quæ hos nummos cudit, in altero quidem *adjacere se Hispaniæ* dicit, in altero *addictum Imperio* prædicat, in limite se Imperii positam, confinemque hostibus Populi Romani, ingeniose testatur.

Hispanos enim a Romano Imperio defecisse fere omnes, statim post obitum Caji Cæsaris Germanici, quem Caligulam vocant, nummi antiqui docent. Nam cum sub isto Cæsare, ac prioribus, nummi occurrant innumeri in Hispaniæ municipiis & coloniis cusi, nullius deinceps municipii aut coloniæ nomine ex ea regione nummus occurrit, præter duos sub Galba Cæsare: nimirum CLVNIA, & REST. NVM. hoc est, *Restituta Numantia.* Post Galbam autem in nummis Cæsarum nullum Hispaniæ vestigium est. Quamvis ad mitigandos Hispanorum animos, revocandosque, si fieri posset, sub jugum Romanum, Vespasianus Aug. *universæ Hispaniæ jus Latii tribuit*, teste Plinio, lib. III. sect. IV.

Atque hujus rei fidem faciunt nummi illi ipsi, qui sub Hadriano & Antonino Pio Augustis leguntur inscripti, HISPANIA, vel RESTITVTORI HISPANIAE. Quam enim Hispaniæ partem existimamus in nummis istis eo nomine designari? Num continentem, quam vulgo Hispaniam vocamus, divisamque scimus olim fuisse in ulteriorem seu Bæticam, & citeriorem sive Tarraconensem? Minime vero. Balearicas solummodo insulas nomen istud HISPANIA in Hadriani & Antonini Pii nummis designat; quoniam illæ fuere semper Hispaniæ contributæ, veluti pars quædam Hispaniæ. Argumento est ipsummet symbolum huic titulo subjectum: Dea nempe, cum cuniculo ad pedes adrepente. Quæ regio autem cuniculorum ferax ad prodigium est? Neque enim quæritur, qui tractus terrarum cuniculos habeat: nam quis non in Europa fortassis? Gallia certe feracissima cuniculorum est: at non tanto proventu, ut pro symbolo regionis appingi possit. Quis ergo in Hispania tractus cuniculorum ferax ad prodigium? Baleares insulæ dumtaxat, teste Plinio, libro VIII. sect. LXXXI. *Leporum generis*, inquit, *sunt & quos HISPANIA cuniculos appellat, fecunditatis innumeræ, famemque Balearibus insulis, populatis messibus afferentes . . . Certum est, Balearicos adversus proventum eorum auxilium militare a Divo Augusto petiisse.* Et libro III. sect. XI. *Cuniculos Ebusus gignit, populantes Balearium messes.* Est Ebusus *Yviça* insula prope Majoricam, e Balearibus duabus majorem. Ergo in Hadriani & Antonini Pii nummis, qui cuniculos habent insculptos, Hispaniæ nomine pars illa tantum designatur, quæ tribus illis insulis circumscribitur; quoniam ex omni Hispania non est alius tractus terrarum cuniculorum ferax. Nullum certe minus idoneum cuniculis gignendis solum est, quam Celtibericum: tametsi vates impurus quidam *Celtiberiam cuniculosam* appellavit: ratus, nimirum, cum aliis nonnullis ejusdem ætatis, Hispaniam cum Plinius diceret, non potuisse nisi de continente loqui. Itaque communi consilio inter se Celtiberiam natale solum cuniculorum esse definierunt: cum tamen constet aut nullos ibi, aut raros esse. Unde & in Augusti nummo inscripto HISPANIA; & in

in Galbæ nummis, qui sunt inscripti, HISPANIA, vel HISPANIA & GALLIA, vel CLVNIA, vel denique REST. NVM. quamquam sunt ambæ, Numantia, Cluniaque, in Celtiberia, nullus apparet omnino cuniculus: sed papaver solum & spicas Dea gestat in nummis HISPANIA inscriptis, ad significandam soli ubertatem, cum scuto & hastis duabus, ad gentis fortitudinem indicandam. Hos nummos Patinus exhibet, in Sueton. pag. 345.

Est aureus etiam Hadriani Aug. nummus perpulcher, qui in aversa superficie Herculem exhibet clava innixum, læva tenentem mala aurea tria: ad pedes, latere dextro, prora navis est; lævo, fluvii decumbentis effigies. Epigraphe est, HERC. GADIT. *Herculi Gaditano.* At neque Hadrianum Gades vidisse, neque Romanæ tunc ditionis Gades fuisse locutio illa significat. Tantum innuit, in orbe Romano perlustrando imitatum esse Hadrianum Augustum Herculis peregrinationem; qui metam itinerum suorum ultimam habuerit, ipsam extremam orbis oram. Tantummodo, inquam, hoc numismate dicitur Hadrianus, ut olim Hercules Gadium incola, navigio pervenisse usque in ultimum tunc cogniti orbis littus; nempe in Mauretaniæ partem illam, ubi quondam Hesperidum horti fuere, & aurea mala, & delubrum Herculis antiquius Gaditano, teste Plinio: & nunc Lixos amnis, cum oppido cognomine, quod hodie *Larache* aiunt appellari, in regno Fezzæ. Nec vero Gadibus aut amnis ullus est, qualis in hoc numismate pingitur, aut aurea mala fuisse perhibentur. Non igitur aut Gades ipsæ hic pinguntur; aut Gades ipsas vidisse Hadrianum, aut denique ditionis Romanæ tunc Gades fuisse, hic nummus dicit: sed eo Hadrianum pervenisse ex urbe Roma, quo & Gadibus olim profectum Herculem. Mauretaniam certe lustrasse Hadrianum, nummi veteres multi testantur: nimirum inscripti, MAVRETANIA: ADVENTVI AVG. MAVRETANIAE: & RESTITVTORI MAVRETANIAE.

Ergo *Tutator Imperii* Apollo, & idem *Genius Primæ Narbonensis* appellatur; quoniam tunc fines Imperii essent, qui & Narbonensis agri: ut horum tutela salus esse Imperii intelligatur: nec Jove solum, qui Genius est Populi Romani, sed & Apolline, qui Genius Primæ Narbonensis, *Narbonis Tutatore* adversus Hispanos, *Urbs Roma beata*; ut est in superius laudato numismate, INT / VRB: cui simile cudi potuit etiam istud, ANT / VRB eodem scilicet intellectu: *Apolline Narbonis Tutatore Urbs Roma beata.*

§. 6.

De reliquis partis aureæ litteris,

OCHENI.

Reliquæ prioris superficiei litteræ, OCHENI, hanc habent sententiam, ut diximus: *Odio Christianorum etiam nobis irato.* Nummum hunc, scilicet, cuderunt illius provinciæ Mercatores; quibus vehementer dolebat eo anno vastatam fuisse *Primam Narbonensem* excursione Hispanorum, Apolline (ut aiebant) *irato;* qui quos tutandos receperat, deseruisset. Testimonium istud est iniquæ illius & falsæ accusationis, qua fictorum numinum cultores ea mala, quæ Deus ob illorum nequitiam immitteret, Christianis adscribere consueverant. De hoc illorum convicio vide Tertullianum in Apologetico, cap. XL. Cyprianum in epistola ad Demetrianum, Augustinum libro 2. de Civitate Dei, cap. III. aliosque.

In hoc certe numismate occultiorem paulo quempiam sensum latere, inquirique cum oportere, acutiores quique & sagaciores inter eos, qui hujusmodi monumenta explorant, omnino consentiunt. Nam his exploratum est, non posse solœcum hujusmodi, quale est in hac locutione, si duæ tantum voces esse existimentur, excidere hominibus patrio ac vernaculo sermone utentibus: ac proinde non vocem unam simplicem hanc esse, ANTIOCHENI; sed ex primis multarum vocum litteris conflatam vocis unius similitudinem esse.

Ludus hic est similis illius, quo CONST. & ANT. similesque syllabas in imo margine numismatum prisci illi nummorum fabricatores ingeniose posuere: quæ imprudentes Antiquarios fefellerunt: ratos ibi *Constantinopolim* & *Antiochiam* denotari. Innumera hujusce ludi exempla in nummis lapidibusque vidimus: e quibus feliciora ac præstantiora sunt, quæ vel syllabam per se vocis alicujus, vel integri alicujus nominis similitudinem exhiberent; ut CONST. ANT. ANTIOCHENI, similiaque multa. Nam hæc facile fallunt legentes, ignaros fraudis eruditæ. In hoc genere nummus ille insignis est Claudii Gothici Aug. qui inscribitur, REGI ARTIS, cum imagine fabri lignarii. Cujus nummi sententia est; *Reduci ex Gothia Imperatori Arcum Triumphis insignem struxit* Collegium Fabrum, ut alibi fusius explicuimus. Minus tecta autem, minusque festiva, quæ nullam ejusmodi syllabam aut vocem repræsentant: ut in Tetrici Aug. nummo inscripto ARPCA: & in alio Vabalathi, VCRIMPR. Quibus cum duobus nummis habet illud ille commune, quem nunc exponimus; quod cum voce priore scripta integre junguntur litteræ aliæ, quarum unaquæque pro voce integra est. Nam ut in primo TETRICVS ARPCA, *Tetricus* est *alter Reipublicæ conservandæ Augustus:* in altero, VABALATHVS VCRIMPR *Vabalathus* est *Vice Cæsaris Rector Imperii Romani:* sic GENIO ANTIOCHENI, *Genio* est *Primæ Narbonensis, Tutatori Imperii, odio Christianorum etiam nobis irato.* Vide etiam in sæculo Constantiniano FL CONSTANTI SBEAC, aliaque multa exempla similia.

§. 7.

De eo nomine, APOLLONI SANCTO.

Sed nunc aversam numismatis superficiem contemplemur. Est enim illa semper aversa sive postica nummi facies, in qua nomen subscribitur eorum, qui nummum se cudisse profitentur: qui sunt, ut inferius dicemus, Mercatores provinciæ Narbonensis

APOLLONI conspicue legitur in omnibus nummis, quos vidimus: & sic in suo vidit etiam Cardinalis Baronius. Scalptoris error manifestus est, qui apud Du-Cangium APOLLINI scripsit pro APOLLONI. Græco more (nam Græci dicunt Ἀπόλλωνι,) scripsit hoc nomen artifex; ut significaret, Apollinis cultum e Gallia & orbe Romano ablegatum in Græciam; a Mercatoribus tamen illis retineri, qui cum essent ipsi quidem e Gallia Narbonensi, in Græcia, hoc est, in oppidis Ægæo mari appositis negotiarentur, pro jure domicilii quod ibi haberent. Narbonenses enim Latino suoque more, dum vigeret apud ipsos cultus Apollinis, nummos inscripserunt; argenteum quidem sub Pescennio Nigro; sub Diocletiano autem æreum, APOLLINI SANCTO. At nunc, inquiunt, nos Narbonenses, qui in Oriente

te negotiamur ; quia Narbonenſes ſumus, Latine dicimus, *Genio Primæ Narbonenſis, Tutatori Imperii, Odio Chriſtianorum etiam nobis irato* ; quia in Oriente negotiamur, & ibi cum Apollinis cultu domicilium rerum noſtrarum habemus, Græce loquimur, quod Latinis litteris ſcribimus, APOLLONI SANCTO. Neque enim Latina ea lingua eſt, ſed Græca: Ἀπόλλωνι Σάγκτῳ. Si Latinus ſermo eſſet, ſcriberetur APOLLINI SANCTO. Quod dicunt Latini, APOLLINI SANCTO, non poſſunt Græci aliter dicere, quam Ἀπόλλωνι Σάγκτῳ. Ἅγιον certe, vel ὅσιον Ἀπόλλωνα nuſquam nummi, nuſquam libri habent, quod ſciam. At Græcum illud Ἀπόλλωνι Σάγκτῳ licuit hominibus ortu Romanis, hoc eſt, in Latino orbe natis, Latine ſcribere : quemadmodum hanc precationem, *Kyrie eleiſon*, quæ Græca eſt, Latinis characteribus ſcribimus : & qui Liturgiæ ſacræ partem in quibuſdam Latini orbis Eccleſiis Græce canunt, Græca Latino charactere deſcripta ante oculos habent. Sic viciſſim Diaconus Vienneñſis *Sanctus*, apud Euſebium libro v. hiſt. Eccl. cap. 1. Σάγκτος ſcribitur : & Juſtinus in Apologia 2. pag. 54. Latina hæc qualiacumque, SIMONI DEO SANCTO, Græce ſcripſit, Σίμωνι Δέῳ Σάγκτῳ. *Sancti* appellatio, quæ Diis tribuitur, etiam Græce retinenda eſt ; tum quia in ſolo orbe Latino agnoſcitur, & homines proinde Latinos eſſe denotat, qui colant aliquod Numen ſub hac appellatione ; tum quod vis quædam huic voci ſubeſt, quam nulla Græca poſſit repræſentare. Sic viſum eſt nonnullis, Auguſti nomen melius Græce dici Αὔγουστον, quam Σεβαστόν. Unde in quibuſdam nummis, etiam ſub Tiberio, & in Evangelio Lucæ cap. 2. Αὔγουστος legitur.

Sanctus, cum de Numine dicitur, idem valet ac religioſe colendus, metuendus, placandus; quem violare nemini eſt impune. Sic apud Horatium, libro 1. epiſt. XVII. verſu 59.

Licet illi plurima manet
Lacryma; per SANCTUM *juratus dicat Oſirim.*

Eſt etiam in argenteo nummo Getæ Cæſaris, MINERV. SANCT. in quo Pallas ſtans capite galeato, dextra clypeum tenet, haſtam ſiniſtra. Reperias etiam in antiquis inſcriptionibus apud Gruterum, GENIO IOVI STYGIO SANCTO, ut jam ſuperius diximus : & pag. LXVI, 1. SILVANO SANCTO. Pag. LXVII, 3. LIBERO PATRI SANCTO; aliaque ſimilia.

Apollinem ſanctum igitur qui colerent, homines Latini fuere, cum illud Apollinis epitheton ſolis cognitum Latinis fuerit : ſed eſt illud expreſſum Græco ſermone, characteribus tamen Latinis : quoniam hic a Latinis hominibus invocatur, ſiquidem a Narbonicis Mercatoribus : ſed in Græcia tamen negotiantibus : unde fas eſſe ſibi arbitrantur Græce loqui, & Latine ſcribere.

Urbes Orientis, in quibus illi negotiabantur, eæ ſunt, quarum nomina leguntur in nummis præſertim Juſtiniani Auguſti : KYZ. *Cyzicus* : NIK. *Nicomedia* : ΘΕΟΥΠΟΛΙC, *Pruſa Bithyniæ* : ΑΛΕΞ. *Alexandria Ægypti.* Qui ergo Negotiatores in his civitatibus Græcis apothecas & domicilia, quamvis eſſent ipſi ortu Romani, hoc eſt, ex provincia Romanæ linguæ & ditionis, utrumque in nummis quos cuderent ſignificare, fas ſibi eſſe exiſtimarunt : Itaque Græcum ſermonem Ἀπόλλωνι Σάγκτῳ litteris Latinis ſcripſerunt.

§. 8

De litteris in imo margine nummorum iſtorum, & in area poſitis.

Superſunt explicandæ litteræ eæ, quæ ſunt in imo margine, & in area poſitæ. Et in primo quidem nummo ſunt iſtæ : SMAH. Nam littera H lateri ſiniſtro Apollinis in area nummi appoſita, litteris tribus SMA in imo margine ſcriptis ſubjungi debet : quæ præire deberet, ſi latus dextrum occuparet : quoniam a dextro latere ſumi neceſſe eſt legendi initium. In nummis quamplurimis, præſertim vero Conſtantii Aug. qui deceſſor Juliani fuit ; & in nummis Valentiniani Aug. quem octavo menſe poſt Juliani obitum imperaſſe produnt Annales, *Societas Mercatorum Primæ Narbonenſis*, nomen ſuum his primis litteris ſingularum vocum in nummis ſubſcribebat, SMAN. At in hoc numiſmate, quoniam vellent auctores intelligi, quid ſibi infortunii ex ira Apollinis accidiſſet, ingenioſe admodum hoc ipſum expreſſerunt, dum ſcripſere SMAH : hoc eſt, *Societas Mercatorum adjacens Hiſpaniæ* : cum reipſa tamen eodem utraque inſcriptio recidat : ſiquidem eſt Hiſpaniæ contermina Prima Narbonenſis. Itaque valet iſtud idem ac ſi dicant ; *Societas nimium heu! vicina Hiſpanis.* Ea etiam cauſa eſt, quamobrem Dea, quæ Primæ Narbonenſis effigiem exhibet, & talari veſte circumvolvitur, & racemum demiſſa tenet manu ſiniſtra ; quod utrumque luctus indicium eſt, ob agros vitiferos hoſtium excurſione vaſtatos : nec in aliis ullis civitatum nummis occurrit. Nam in nummis Antiochiæ Syriæ, exempli gratia, Dea quæ Urbem repræſentat, neque eſt pallio circumvoluta, ſed illud habet antrorſum apertum, ita ut ſtola appareat ; neque ſiniſtra, quod eſt mali ominis, ſpicas tenet, aut demiſſas ; ſed dextra, & eaſdem veluti jactabunda oſtentat ac porrigit.

In ſecundo numiſmate ſunt hæ litteræ, SMNS : quarum ſententia eſt, ut diximus, quemadmodum & iſtarum tertii numiſmatis, SMNB : *Societatis Mercatorum Narbonenſium ſecundum* numiſma.

Quartum denique habet iſtas, SMAI : hoc eſt, ut diximus, *Societas Mercatorum addicta Imperio.* Quo dicto Mercatorum ſocietas intelligi vult, ſe quamvis afflictos Chriſtianorum cauſa, tamen addictos perpetuo manere velle patriæ, Reipublicæ, Imperio : ei ſe bene cupere atque ad placandum numen irati Apollinis adverſus Imperium, ſacrificium ſe inſtituere votumque publicum.

Et illud quidem VOTUM PUBLICUM litteris Є Δ quæ ſunt in numiſmate quinto, exprimitur. Nam habent illæ hanc ſententiam cum litteris SMN quæ antecedunt : *Societas Mercatorum Narbonenſium* : εὐχῇ δήμου, *Voto publico.*

§. 9.

Quo tempore cuſus hic nummus fuerit.

Juliani Auguſti temporibus, illius qui Conſtantio ſucceſſit, percuſſum hunc nummum fuiſſe, apud omnes eruditos in confeſſo eſt. Sic enimvero Card. Baronius, ita Vir Clariſſ. Du-Cangius, ſic alii cenſuerunt. Atque id quidem, ſi nummum ipſum in ære inſpexeris, ipſum fabricæ genus, & nummi moles exigua, & materies ipſa, & characteris forma, & litteræ SMN in ima nummi parte ſubjectæ, plane ſuadebunt, præter profani Numinis vultum ac vel ipſum nomen, quod illis temporibus nonniſi ſub Juliano potuit in nummis inſculpi : neque tunc etiam potuit in his, qui vel magiſtratus permiſſu, vel civitatum nomine cuderentur.

Civitates in ea Galliæ parte poſitæ, quæ Romanis parebat, & in reliquo tractu Romani Imperii, principatu Juliani Auguſti, magiſtratus habuere a Senatu conſtitutos, & eoſdem Chriſtianis ſacris imbutos. Itaque neque nummi cudebantur, niſi permiſſu magiſtratuum : ut TRPS *Treveri*,

Permissu Senatus: aut nomine civitatum omnium universim; ut CON *Civitates omnes Narbonenses:* aut cum urbis unius nomine, ut LVGD. aut denique nomine unius provinciæ, ut ANT *Prima Narbonensis tributum:* & CONS *Civitates omnes Narbonensis secundæ.* Neque Christianæ civitates aut provinciæ sub Juliano Augusto, cum vultum ejus in suis nummis insculperent, signum aliquod Christianitatis adjecerunt, quoniam istud minime cum ethnici Principis effigie congrueret: neque vicissim vel nomen aliquod, nedum effigiem, profani Numinis quod Princeps coleret, iisdem nummis suis insculpserunt, quoniam essent ipsæ Christianæ, & ab omni istiusmodi impia adulatione abhorrerent: quamvis essent sponte subjectæ ei Principi, quem Senatus Romanus ex Urbe misisset; ac propterea nomen ejus & vultum & titulos in nummis suis spectari vellent.

Ex eo factum est, ut quæcumque sub Juliano Augusto numismata nomen aut effigiem habent profani numinis, cujusmodi istud est, APOLLONI SANCTO, aliaque multa DEO SERAPIDI ceterisque falsis diis dicata; nulla ex his Juliani Augusti nomen habeant; nolente ipso nimirum, quoniam Romanum Senatum, tunc totum Christianum, valde vereretur, a quo posset e magistratu revocari; ipso, inquam, Juliano Aug. propterea nolente, a privatis etiam suæque superstitionis hominibus suum nomen in nummis illis inscribi, qui Numinis profani alicujus nomen vel simulacrum repræsentarent; ne tam aperta professio idololatriæ sibi detrimento foret. Nam quid vel quis prohiberet, si summa ei in imperio, qualem fuisse historicis vulgo creditur, potestas fuit; quis, inquam, vel quid prohibuit, ipsius in nummis effigiem conjungi, cum vultu, aut nomine Dei illius quem coleret? quid ab eo usu potuit quemquam deterrere, nisi metus superioris potestatis, qualem fuisse Senatus Populique Romani in ipsosmet Augustos nummi innumeri clamant? Si libera fuit sub Juliano Augusto professio Paganismi, ut vulgari verbo utar, cur in isto numismate, quod est APOLLINI SANCTO dicatum, non est inscriptum Juliani Augusti nomen? Cur non in aliis similibus, quæ nomen falsi numinis exhibent? Vidimus nummos inscriptos, IOVI VICTORI GALLIENVS IMP. C E S. hoc est, *Jovi Victori Gallienus Imperator cum exercitu suo:* Vidimus, LICINIVS AVG. OB D V FILII SVI. IOVI CONS. hoc est, *Licinius Augustus ob duplicem victoriam filii sui, Jovi conservatori:* Cur nullus similiter nummus inscriptus est, APOLLONI SANCTO IVLIANVS AVG. vel DEO SERAPIDI? Profiteri sane cultum falsorum numinum ausa est societas Mercatorum Narbonensium: sed primum quidem, nullus ordo, nullumve aliud corpus, præter istud: deinde simul negat eadem hoc ipso in numismate id sibi fas esse in provincia & patria sua: tantum in Oriente, ubi suas haberet apothecas, id sibi licere testatur, dum propterea Græco ritu scribit APOLLONI.

Cur ergo, inquies, Juliano Cæsari, qui esset falsorum deorum cultor, principatus fuit a Senatu Romano Christiano datus? Quantum quidem ex nummis antiquis conjicimus, (neque enim alia in præsenti monumenta consulimus:) habitus ille honos est Juliano, non ipsius certe, sed soceri causa dumtaxat. Constantius Aug. nimirum de Republica, ac præsertim de re Christiana supra Augustos priores bene meritus; (nam in ipsius etiam nummis illud insigne lemma primum legitur, HOC SIGNO VICTOR ERIS:) obtinuit a Senatu, non solum ut Augusti titulum cum principatu gereret annis pluribus, quam ullus ante se Principum, præter Octavium Cæsarem Augustum: (nam cum fratre Constante primum annos quindecim: deinde solus annos decem Augusti titulo potitus est ac summo rerum principatu:) verum etiam impetravit, ut gener ipsius Julianus, (nam a Fl. Julii Constantii filia Fl. Claudius dictus est Julianus:) & sibi collega adsignaretur a Senatu per annos decem alios; & idem sibi decedenti e magistratu succederet aliis annis decem: ex quo factum est, ut Augusti titulum annis omnino viginti Julianus gesserit; ultra quod tempus nemini Augusto licuit per leges Romanas principatum tenere. Non aliam ex nummis intelligimus causam fuisse, quamobrem Juliano, quamvis ethnico, Senatus Romanus, quamvis Christianus, contulerit principatum.

§. 10.

Ubi cusus hic nummus fuerit.

De tempore igitur, quo percussus hic nummus est, minime est obscurus eruditorum consensus. De loco autem jam nulla debet apud peritos esse dubitatio, cum primam Narbonensem clament inscriptæ supra infraque litteræ. Has enim litteras, ANT. & CONST. & SMN. in nummis Augustorum, qui de Antiochia, & Constantinopoli, & Nicomedia accipiunt, nunc viris eruditis risum movent, ex quo illum errorem in sæculo nostro Constantiniano multis confutavimus argumentis. Nullus sive Antiochiæ, sive Constantinopoli, sive Nicomediæ, repertus est nummus Juliani Aug. aut si quis forte, certe perrarus, & illuc hinc delatus: cum sint in Occidente innumeri, quoniam sunt omnes scilicet in Occidente cusi. Diocletiani, Constantini, aliorumque ejusdem ævi Augustorum nummos ex Oriente quosdam fuisse huc advectos scimus; sed qui fuerant eo perlati prius a Mercatoribus, ut inde revecti pluris æstimarentur ab imperitis. Et perlati quidem sic fuere in Orientem satis multi; quoniam copia tunc esset, & sit etiamnum similium nummorum infinita in Occidente; adeo ut propterea vilescant, nec sint in pretio. Quos si propterea percussos in Oriente fuisse aliquis existimet, quamvis aperte fabrica se Gallicanam esse testetur, & subscriptæ litteræ TR. LVG. similesque, civitates ac Monetas Gallicanas designent: is pari jure censendus est delirare; ac si quis quinarios argenteos Ludovici XIII. & Ludovici XIIII. nominibus inscriptos, revehi ex Oriente in Galliam viderit, in Oriente eosdem fuisse percussos putet: quantumvis & fabrica persuadeat fuisse cusos in Gallia, & hinc in Orientem innumera multitudine fuisse translatos nemo ignoret.

Idem porro ferendum judicium est de isto numismate, quod est inscriptum, GENIO ANTIOCHENI APOLLONI SANCTO. Nullum est ejus generis in Oriente visum: & est illius fabrica, & characterum forma, tam perspicue Gallicana, tam dissimilis numismatum quæ sunt in Oriente percussa, quam sunt dissimiles nummi aurei in Gallia percussi, ab his quos cudunt Hispani.

Deinde *Sancti* cognomen, quod Apollini datur in hoc numismate, cognomen est Numinum, qualia colebantur a Latinis: nullus est enim in Oriente APOLLO SANCTVS, nulla MINERVA SANCTA. Apollo Ἄλλος in nummis Græcis occurrit, ΔΙΔΥΜΕΥΣ, ΠΥΘΙΟΣ: hoc tantum, opinor: Σάγκτος certe ne semel quidem. Præterea APOLLONI Græcum nomen est, litteris Latinis scriptum: ergo ab hominibus Latinis: qui soli hodieque *Kyrie eleison* Latinis characteribus scribunt.

De-

Denique litteræ istæ Græcæ Є Δ in media area positæ unius ex hisce nummis, admonent e peregrina lingua se fuisse adscitas. At Græca in Oriente lingua peregrina non fuit. Sermo patrius certe is est, qui digniore loco ponitur, hoc est, in ipso nummi ambitu, & in imo margine. At is in hoc numismate Latinus est: scriptus igitur a Latinis hominibus: qui quoniam etiam Græce scirent, etiam veluti per saturam litteras adjecerunt & voces Græcas duas in area.

§. 11.

Non fuisse nummum istum ab Antiochenis Syriæ conflatum.

Quod si non in Oriente conflatus hic nummus est, certe nec Antiochiæ in Syria, ut suspicari quispiam posset, ob vocem ANTIOCHENI. Nam cur Latine scriberetur nummi titulus, si quidem vere Græcum sermonem solummodo in usu fuisse Antiochiæ, ævo Juliani Augusti, scripta Athanasii, Chrysostomi, Libanii, aliaque similia monumenta testantur? Cur Latine nummus hic scriberetur; cum ceteri omnes, saltem post Vespasianum, Antiocheni nummi Græce loquantur, teste etiam D. Vaillant, tomo 2. Colon. pag. 36. 37. & 108? Cur si Latine loquerentur, solœcizarent, & GENIO ANTIOCHENI, pro *Antiochiæ* ponerent? cum nihilominus peritum linguæ Latinæ hominem habere potuerint, quam peritum habuere scalptorem. Sunt enim in hoc nummo Latini characteres eximiæ cælaturæ, & summo cum artificio elaborati.

Deinde in nummis Antiochiæ Syriæ numquam Genius civitatis racemum tenet, quoniam vino celebrata ea regio non fuit: sed spicas tantummodo, quoniam frugibus ager abundans fuit. Plurimos Antiochiæ Syriæ nummos exhibet liber D. Vaillant, de Nummis Coloniarum: ibi nullus racemum, nullus non spicas exhibet.

Præterea, quod caput est, in nummis Antiochiæ Syriæ semel tantum vidimus iterumve Apollinis vultum. Cum ANTIOXEΩN nomine nummi occurrant innumeri, ab anno ante Christum LXXXV. usque ad Volusiani tempora; (nam postea nulla in nummis Antiochia est:) in his omnibus persæpe Jovis caput insculptum apparet; Apollinis, semel dumtaxat: nomen, ne semel quidem. Nummi omnes Antiocheni, in quibus sunt nomina Syriæ Antiochiæ Præsidum, si quidem Numinis alicujus vultum insculptum habent, Jovis ille, non Apollinis, vultus est. Nec ullum etiam in nummis Antiochenis symbolum est, quod Apollini peculiariter conveniat. Nam lyra certe, qualis cernitur in nummo ANTIOXEΩN qui sub Nerone percussus est anno Christi LXV. hoc est, cum sola aream nummi implet; neque ab Apolline ipso manu tenetur, Apollinis symbolum numquam fuit, sed Concordiæ inter Augustum sive Imperium, & civitates fœderatas. Quæ causa est, quamobrem interdum duæ simul junguntur, ut in nummo Trajani Græco vidimus. Lauri ramus, qui in nummis ANTIOXEΩN interdum pingitur, situm urbis tantummodo indicat, ut a ceteris ejusdem nominis civitatibus eo indicio secernatur; quod juxta pagum lauriferum posita sit: unde ei cognomen *Epidaphnes* est apud Plinium: & 2 Mach. IV, 33. *In loco tuto Antiochiæ secus Daphnen.* Quæ verba suburbium denotant, ubi & asylum esset, ut appellat paulo post scriptor sacer, & magna lauri copia: unde laureatum in nummis ANTIOXEΩN semper Jovem videas; Apollinem nec nudo capite videas, nec laureato. Denique tripus cum superpositis lauri foliis, qui in uno Antiochensium nummo visitur, sub Augusto, anno æræ Augusti, ut appellavimus, ab Asia recepta, XXV. qualis & in Mosthenorum Lydiæ numismate pingitur, sub Salonina, cum emicantibus lauri ramis binis vel ternis, nihil aliud designat, nisi μαντεῖον Apollinis vicinum in suburbano.

Genius Antiochiæ præses vel Tutator, Juppiter ipse fuit. Hunc Jovem Philium scriptores quidam appellavere: sacræ litteræ, 2. Mach. VI, 2. Jovem Olympium. Nam dum cognominatum aiunt fuisse ab Antiocho Templum Hierosolymitanum, Jovis Olympii; haud obscure significant dicatum illud ab eo rege fuisse Deo Antiochiæ Præsidi: quemadmodum postea Deo Romæ & Imperii Tutatori Urbem Hierosolymitanam Romani dedicarunt, cum Æliam Capitolinam eam appellarunt. Denique etiamsi Deus suburbii Antiocheni, sive Daphnes, tutator Apollo fuisset; (id quod pauci quidam suadent cusi sub Hadriano nummi Ἀρ-λοχίων:) civitatis certe ipsius Antiochenæ Deus Præses seu Tutator non fuit. Solum Jovem Antiocheni Genium, seu præsidem, seu Tutatorem agnovere.

§. 12.

Neque in altera Antiochia; quæ Pisidiæ fuit, cusum hunc nummum fuisse.

At est alterius Antiochiæ fortassis hic nummus, nempe illius, quæ in Pisidia fuit, & dicebatur olim COL. CAESAREA ANTIOCHIA. Occurrunt enim hujus Antiochiæ nummi duo inscripti: GENIO COL. ANTIOCH. *Genio coloniæ Antiochiæ.* At neque istud dici aut defendi potest. Nam ab aliis civitatibus, quæ Antiochiæ nomen habent, hæc in nummis secernitur eo indicio, quod adjunctum semper habet aut COL. hoc est, *coloniæ* nomen, aut CAES. hoc est, *Cæsareæ*: aut etiam utrumque. Cum vero Romana colonia sit, ac propterea Latine loquatur, cur in patrio illa quoque sermone de industria solœcizaret? cur ANTIOCHENI scriberet, pro ANTIOCHIAE? cur coloniæ nomen in hoc uno numismate, vel Cæsareæ, omitteret?

Deinde hujus Antiochiæ, post Decium, nulli amplius nummi apparent, hoc est, ab anno ante Julianum Aug. amplius centesimo: ex illo nimirum tempore erepta Romanis ea civitate.

Præterea cum sint hujus quoque Antiochiæ Pisidiæ numismata plurima; in nullo horum omnino aut Apollinis sculpta effigies est, aut nomen ipsius, vel symbolum. Deus Lunus est in omnibus fere depictus: sub Antonino Pio, sub Severo & Julia Domna, sub Antonino Severi F. & sub Gordiano: Et ille quidem MENSIS appellatus, in nummo Antonini Pii, apud Patinum pag. 218. In nummis duobus superius indicatis, qui sunt sub Severo & Antonino Severi F. percussi, Dea pingitur, Annona scilicet cum Cornucopiæ: Apollo ne semel quidem: Et illi duo tamen inscripti sunt, GEN. COL. ANTIOCH. Non fuit igitur *Apollo sanctus* Genius Antiochiæ Pisidicæ, neque hic ea locum habet.

Quid multa? Subjectæ in imo nummi margine litteræ, SMN: neque in uno tantum, sed in triplici diverso numismate; si *signatam Monetam Nicomediæ* significant, Antiquariis, aliisque eruditis hos secutis, ante editum Sæculum Constantinianum, visum est; quo more, quæso, Nicomedienses Genio alterutrius Antiochiæ vota facerent? Aut quo more Antiocheni, si quis ita velit, *Genio* suo vota facere dicerentur in nummis percussis Nicomediæ?

, diæ? Nam perinde istud est, ac si quis hodie nummum inscribat, *GENIO PARISIENSES: Signata moneta Nurimberga.* Quæ epigraphe quam sit omni ex parte absurda, supervacuum est dicere. At si litteræ SMN *Societatem Mercatorum Narbonensium* designant; cur GENIO ANTI, hoc est, *Genio Primæ Narbonensis, Tutatori Imperii*, vota iidem offerant, nullo statim negotio intelligimus.

NARONA.

COL. NARONA. Titi nummus apud Goltzium, in Thesauro, pag. 241. Plinio, lib. III. sect. XXVI. *Narona colonia, in Dalmatia.* Hodie *Narenta.*

ΝΑΥΠΑΚΤΙΩΝ. In nummis Veteris Græciæ, apud Goltzium, Tab. VII. In eo nummo Dianæ jaculantis effigies, cum cane. Pausanias, lib. x. sive in Phocicis, sub finem operis, pag. 357. ubi de Naupacto agit: Ἔστι δὲ καὶ ἱερὸν Ἀρτέμιδος, καὶ ἄγαλμα λευκοῦ λίθου. Σχῆμα δὲ ἀκοντιζούσης παρέχεται, καὶ ἐπίκλησιν εἴληφεν Αἰτωλή. *Est etiam Dianæ delubrum, cum signo e candido lapide, jaculantis habitu. Deæ cognomen Ætola.* Posticam nummi aream aper Calydonius obtinet, in nummis etiam AKTIΩN, AITΩΛΩN, aliorumque oppidorum tractus hujusce frequens. Plinio, lib. IV. sect. III. *Naupactum.* Stephano, Ναύπακτος, πόλις Αἰτωλίας.... ὁ πολίτης, Ναυπάκτιος. Hodie *Lepante*, unde sinui Corinthiaco nomen, *le Golfe de Lepante.*

NEAPOLIS *Italiæ.*

ΝΕΟΠΟΛΙΤΩΝ. Ex ære, & argento, nummi, e Museo nostro, cum effigie Minotauri, ac supervolitante victoria: in parte aversa, caput Dianæ: cum epigraphe, APT. & ΑΡΤΕΜΙΣ, uti fere in Massiliensium nummis: *Naples.* Vide Goltzium in Magna Græcia, Tab. I.

ΝΕΟΠΟ. Ibidem, ex argento, cum Medusæ capite.

NEAPOLIS *Samariæ.*

ΦΛΑΟΥ. ΝΕΑΠΟΛΙ. ΣΑΜΑΡΕΙΑΣ. in corona laurea. Titi nummus, apud Patin. pag. 151. nunc Cimelii Regii. Φλαουία Νεαπόλις Σαμαρείας. L. AI. *Anno* XI. æræ Flaviorum, qui est Titi primus. V. C. DCCCXXXIII. usque ad Septembrem.

ΦΛΑΟΥΙ. ΝΕΑΠΟΛ. CAMAR. L. AI. Λυκάβαντος ιά. *anno* XI. Domitiano tunc adhuc Cæsare tantum; cujus effigiem hic nummus nomenque præfert. Est e Cimelio Regio cum palmæ icone, quæ passim occurrit in Syriæ nummis. Plinius, lib. v. sect. XIV. *Neapolis, quod antea Mamortha dicebatur.* Josepho, ut in Notis ad eum locum diximus, *Mabortha*, sed mendose, ut ex nummo liquet. Olim Sichem, Christi Domini temporibus, ut in Notis Plinianis ex Benjamino docuimus: hodie, *Naplosa.* Flaviæ cognomen ei non a Flavio Vespasiano idcirco datum, quod eo is coloniam deduxisset: neque enim ante Philippi Imp. tempora, colonia in nummis inscribitur: sed vel civibus ab eo concessum, ut Samosatenis, aliisque, vel ab iisdem adulandi causa assumptum. Fuit Justinus Martyr ex eo oppido oriundus, teste Eusebio, lib. IV. Eccles. Histor. cap. XII. Ἰουστῖνος .... ἀπὸ Φλαουίας Νέας πόλεως Συρίας τῆς Παλαιστίνης.

ΦΛ. ΝΕΑC ΠΟΛΕΩC CΥΡΙΑC ΠΑΛΕCΤ. Diana Multimammia. Ex parte altera, ΑΥΡΗΛΙΟC ΚΑΙCΑΡ ΕΥCΕΒ. CΕΒ. Υ. Εὐσεβοῦς Σεβαστοῦ υἱός. *Aurelius Cæsar. Pii Augusti F.*

ΦΛ. ΝΕΑC ΠΟΛΕΩC CΥΡΙΑC ΠΑΛΕCΤΙ. Nummus Faustinæ junioris, e Museo nostro. Φλαουίας Νέας Πόλεως Συρίας Παλαιστίνης. Mulier spicas dextra, læva Copiæ cornu tenet. Adjectæ in medio voculæ, ET. ΠΗ. in aliis ΠΖ. &c. Qua de epocha, & annis ibi notatis, vide Chronologiam Veteris Testamenti.

ΦΛ. ΝΕΑΠ. CΥ. ΠΑ. Nummus Commodi.

ΦΛ. ΝΕΑC. ΠΟΛΕΩC. Macrini, apud Patinum, pag. 323. Volusiani, pag. 400. & Treboniani, in Cimelio Regio. Sunt & Antonini Severi F. Diadumeniani, & Elagabali, in Cimelio Regio: & Julii Maximini, alibi. Nummi illi omnes montem exhibent, cujus in vertice templum exstat, addita nonnullis etiam aquila: quæ notæ fere in sequentibus nummis occurrunt, qui sunt inscripti Latine, coloniæ huc deductæ sub Elagabalo indices, ac testes. Mons ille Garizim est, cujus mentio non semel occurrit in sacris libris. Ei monti adpositum istud oppidum fuit.

COL. NEAPOL. Elagabali, apud Mediobarbum, pag. 314. In nummo eo arietis cum ove ludentis signata effigies. Sed Volusiani est

COL. NEAPOLI. NEOCORO. Philippi patris, ex eodem Cimelio, adjecta Lupæ effigie, Remique ac Romuli de more.

COL. NEAPOLI. NEOKOPO. Philippi utriusque, pariter e Regia Gaza, adjecta Aquila, & hominis rustici, saccum humeris deferentis, ut quidem videtur, effigie: qualis & in Troadis coloniæ nummis occurrit, & Bostrorum: & apud Patinum in familia Marcia, pag. 166. & in Norbana, pag. 190.

COL. SER. G. NEAPOL. *Colonia Servii Galbæ Neapolis*, ut dictum est in Chronologia Veteris Testamenti. Philippi patris, e Museo nostro: cum eadem templi effigie in colle siti, & Æsculapii præterea Hygiæque icone. Ex his porro nummis, in quibus colonia Neapolis appellatur, jus ei civitatis restitutum intelliges, quod ei Severus abstulerat, ut auctor est Spartianus, pag. 67. *Neapolitanis Palæstinensibus jus civitatis tulit, quod pro Nigro diu in armis fuerant.*

DD. NN. PHILIPPIS AVGG. *Dominis nostris Philippis Augg.* COL. SER. G. NEAPOLIS, ut proxime: sed cum effigie templi in colle positi, vir nudus saccum humero gestat, protensa in cœlum dextra. In nummo Otaciliæ, eadem est epigraphe, colono ibi boves agente.

COL. NEAPOL. & COL. NEAPOLI. Geminus Volusiani nummus, e Cimelio Regio.

NEBRISSA.

COLONIA VENEREA. NABRISSA. AVGVSTA. Claudii Imp. nummus, teste Ligorio, apud Holsten. pag. 128. Plinius, lib. III. sect. III. *Inter æstuaria Bætis, oppidum Nebrissa, cognomine Veneria.* Hodie *Lebrixa.*

ΝΕΙΛΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Apud Oeconem, pag. 270. Antonini Pii nummus, ex Goltzio. Notitiæ Eccles. pag. 55. in Provincia Ægypti Arcadia, extra Delta posita, Νείλου πόλις. Stephano: Νεῖλος, πόλις Αἰγύπτου .... τὸ ἐθνικὸν τῆς πόλεως, Νειλοπολίτης. A Ptolemæo in Heracleote nomo locatur.

NEMAVSVS.

COL. NEM. *Colonia Nemausus.* Nummi Augusti, aliique obvii. Sunt & in quibus Augusti & Agrippæ capita sunt opposita: Augusti laureatum, Agrippæ rostrata corona cinctum. In Augusti nummis in primis postica parte crocodilus cernitur palmæ alligatus, Ægypti captæ symbolum. Juvenalis Satyr. XV.

Quis nescit, Volusi Bithynice, qualia demens
Ægyptus portenta colat? Crocodilon adorat
Pars hæc.

Est

Est & apud Tristanum alter, tom. I. pag. 84. in quo Hygiæ, sive Salutis, angues pascentis, effigies. Plinio, lib. III. sect. V. *Nemausum Arecomicorum*, in Narbonensi Gallia: *Nismes*.

NEOKAICAPEΩN.

NEOKAIΣAPEIΣ. Fulmen. TIBEPION ΣEBAΣTON. Caput Tiberii Aug. laureatum. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOUCAULT.

KOI. ΠONTOY. NEOKAIC. MHTPO. ET. PMB. Κοινὸν Πόντου. Νεοκαισαρέων Μητροπόλεως, ἔτους ρμβ΄. *Commune Ponti.* Nummus *Neocæsariensium Metropoleos. Anno* CXLII. Nummus est Antonini Severi F. in Cimelio D. FOUCAULT. Æræ hujus initium est ab anno V. C. DCCCXVII. autumno, sub Nerone: quo tempore Neronis nomine rex Ponti Polemon nummos cudebat. Est hic annus V. C. DCCCCLVIII. In nummis Severi & Juliæ Domnæ, notatur ET. PMH. hoc est, *annus* CXLVIII. qui est V. C. DCCCCLXIV. Severi XIX. In nummo M. Aurelii Aug. est, ET. ϘH. annus XCVIII. qui V. C. DCCCCXIV. M. Aurelii Aug. primus. Denique in nummo Severi Alexandri, ET. PΞB. *annus* CLXII. qui est V. C. DCCCCLXXVIII. Severi Alexandri quartus. Ex nummo M. Aurelii arguuntur erroris ii, qui æræ initium collocant anno V. C. DCCCXV. Plinio, lib. VI. sect. III. *Neocæsarea* oppidum, *quod Lycus præfluit*. In Notitia antiqua Eccles. pag. 46. metropolis est Ponti Polemoniaci. Geminus enim Pontus, sive divisus in geminas Provincias Pontus fuit: nempe in Helenopontum, sic ab Helena Constantini matre, ipsius Augusti jussu dictum, cujus metropolis Amasia: & Polemoniacum, ab antiquo rege Polemone, cujus metropolis Neocæsarea. Atque idcirco in nummis superius suo loco allatis, Ἀμασία μητρόπολις πρώτη Πόντου. Notitia antiqua Eccles. pag. 47. Ἐπαρχία Ἑλενοπόντου ὁ Ἀμασείας. Et mox Ἐπαρχία Πολεμονιακοῦ, ὁ Νεοκαισαρείας. Est & Pontus præterea Galaticus, est & Cappadocicus, qua nempe parte Euxinum mare hi terrarum tractus attingunt.

NICEPHORIUM.

COLONIA. NICEPH. COND. *Colonia Nicephoria condita.* Nummus Hadriani, apud Mediobarbum, pag. 185. cum figura togata, bobus, ac vexillo, qui deductæ coloniæ typi & indices. Sic in nummo ejusdem Hadriani, COL. AEL. KAPIT. ... OND. hoc est, *condita*, legimus. Plinio, libro V. sect. XXI. haud procul Edessa, *in præfectura Mesopotamiæ, Nicephorium oppidum.* Stephanus: Νικηφόριον, οὕτως ἡ Κωνσταντῖνα, ἡ περὶ Ἔδεσσαν πόλις. τὸ ἐθνικὸν, Νικηφόριος, ὡς Βυζάντιος.

NIKHΦOPIΩN. Nummus Gordiani Pii, in quo Juppiter sedet, dextra victoriam tenens, læva hastam: ad pedes aquila est, symbolum Romani imperii. Est & Gallieni, teste D. Vaillant: in quo nummo stat Annona cum Cornucopiæ, sed vereor ne pro Gordiano legerit Gallienum: cui nulla pars Mesopotamiæ, ac ne Antiochia quidem paruisse videtur ex nummis.

NICÆA *Ioniæ*.

NIKAEΩN KIΛBIANΩN. Hadriani nummus, in quo ipse in equo, e Cimelio D. FOUCAULT: & Antonini Severi F. nummus, e Cimelio nostro, cum fluvii decumbentis effigie, Caystri scilicet, læva Cornucopiæ, arundinem dextra tenentis. Nicopolis in Notitia Episcopatuum, Provinciæ Asiæ adscribitur, eadem forte & Nicæa quoque appellata. Fuit in Cilbiano agro, prope Ephesum, & Caystrum amnem, ut in Notis Plinianis diximus, lib. V. sect. XXXI. A Νίκαια, teste Stephano, fit Νικαιεὺς, & Νικαεὺς. Sunt qui Valentinianopolim postea dictam asseverent.

NEIKAEΩN TΩN EN KIΛBIANΩ. *Nicæensium qui sunt in Cilbiano agro.* Ejusdem Caracallæ nummus, e Cimelio Regio. Plinio, lib. V. sect. XXXI. *Cilbiana juga*, & *Cilbiani inferiores & superiores.* Est & Juliæ Domnæ cum eadem epigraphe: & in priore nummi facie, IOYΛIA ΔOMNA CEB. in Cimelio Reginæ Christinæ. Est & Getæ denique, cum fluvii decumbentis effigie.

NEIKAEΩN KIΛBIANΩN. ΠEP. Hadriani nummus in quo Hygia & Æsculapius: (quem nummum Patinus mutilum affert, pag. 201.) & alter Juliæ Domnæ, e Gaza Regia, NEIKAEΩN. KIΛBIAN. ΠEPΓAM. Tertiusque Domitiani, ex eodem Cimelio. ΠEP. NEIKEΩN. KIΛBIANΩN. Cilbianorum concordiam cum Pergamenis pariter indicant: aut potius Nicæensium Bithyniæ, & Cilbianorum Asiæ, cum Pergamenis: qui Æsculapium in primis coluere.

NIKAIEΩN, *in Bithynia.*

NIKAIEΩN, cum Jovis sedentis effigie, & ad pedes aquila. Nummus Augusti. Ab Augusto usque ad Gallienum, sunt omnium fere Augustorum Augustarumque nominibus nummi insculpti a Nicæensibus.

NEIKAEΩN. ΓEΛΛIOΣ POYΦOΣ ANΘYΠATOΣ. *Gellius Rufus Proconsul.* Nummus Messalinæ Claudii. MEΣΣAΛINA ΣEBAΣTH NEA HPA. *Messalina Augusta, Nova Juno.*

EΠI ATTIOY ΛAKΩNOΣ ANΘYΠATOY. NEIKAIEΩN. Capricornus, & Copiæ cornu. Neronis nummus, apud Patin. in Sueton. pag. 305. *Sub Attio Lacone Proconsule. Nicæensium.*

ΔIONYCOY KTICTOY NEIKAIAC. Neronis nummus. *Bacchi conditoris Nicææ.* Est & apud Occonem Antonini Pii alter.

NEIKAEIC ΠPΩTOI THC EΠAPXEIAC. *Nicæenses primi* totius *Provinciæ.* A tergo, caduceus. Domitiani nummus, ex Regio Cimelio: & apud Tristanum, pag. 334. quo ex nummo etiam jurisdictionem ibi fuisse, contributaque vicina oppida, quæ eo disceptarent foro, discimus. In eodem inscriptum, ΔIOC AΓOPAIOY. *Iovis Forensis:* qui forensium conventuum ac judiciorum præses foret. Sic Lacedæmone in foro templa fuere Jovis Forensis, & Minervæ pariter, teste Pausania in Lacon. pag. 93. Σπαρτιάταις δὲ ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς .... ἱερὸν Διὸς Ἀγοραίου, τὸ δὲ Ἀθηνᾶς Ἀγοραίας. Sic Ἑρμῆς Ἀγοραῖος in Corinth. pag. 53. & Bœoticis, pag. 294. Ἀπόλλων Ἀγοραῖος, in Atticis, pag. 39. Dio Prusæus, orat. 38. ad Nicomedienses, pag. 479. quibuscum Nicæenses de primatu certabant, Nicomediæ peculiare nomen Μητροπόλεως fuisse ait: Nicææ vero pariter & Nicomediæ, πρώτης appellationem fuisse communem. Ἂν δὲ τὸ μὲν τῆς μητροπόλεως ὑμῖν ὄνομα ἐξαίρετον ᾖ, τὸ δὲ τῶν πρωτείων κοινὸν ᾖ, τί διὰ τοῦτο ἐλαττοῦσθε;

NIKAIEIΣ. ZEYΣ MHΛIOΣ. *Nicæenses, Juppiter pecorum custos.* Est enim μῆλον, *ovis, pecus.* Est Domitiani nummus, in Cimelio D. FOUCAULT.

YΓEIA KAI ACKΛHΠIΩ. NIKAIEIC. *Hygiæ & Æsculapio, Nicæenses.* Nummus Hadriani, e Cimelio reginæ Christinæ. Idcirco autem Æsculapius & Hygia simul sunt ambo depicti, Æsculapiique filia Hygia est habita, quod Æsculapii nomine Jovem antiqui: Hygiæ, Minervam intellexerint, Jovis, ut narrant fabulæ, filiam, quam & Medicam appellarunt: Jovemque ipsum idcirco *Salutarem:* ut esset idem Ζεὺς Σωτὴρ, qui Σωτὴρ Ἀσκληπιός. Vetus inscriptio apud Gruterum, pag. MLXVII. 3.

MINERVAE MEDICAE.

Et num. 1.

MINERVAE. AVG. L. CALLIDIVS PRIMVS.
AVRES. ARGENTEAS. V. S. L. M.

Nempe ob sanatam gravitatem aurium, aures is ex argento donarii vice Minervæ suspendit. *Votumque Solvit Libens Merito.* Et fuit Romæ *Minerva Medica*, regione Urbis quinta, ut quidem P. Victor prodit. De Jove autem, pag. MLXV. 5. ex Sirmondi nostri schedis:

IOVI. SALVTARI.
VLPIANVS
GRAVI. INFIRMITATE. LIBERATVS.

ΝΙΚΑΙΕΩΝ. Statua columnæ imposita. Λ. ΑΙΛΙΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. Caput Ælii nudum. Est ex ære mediocri, apud D. FOVCAVLT.

ΔΙΟΝΥϹΟΝ ΚΤΙϹΤΗΝ ΝΙΚΑΙΕΙϹ. *Bacchum conditorem* colunt *Nicaenses.* Nummus Antonini Pii, e Cimelio eodem. Est & M. Aurelii ibidem.

ΤΟΝ ΚΤΙϹΤΗΝ. ΝΙΚΑΙΕΩΝ. Antonini Pii, & Commodi nummi ex Cimelio Regio: in quibus currum Liberi Patris subeunt elephanti quatuor. *Conditorem Nicaensium.* Plinius, lib. VIII. sect. II. *Romæ juncti primum subiere currum elephantes Pompeji Magni Africano triumpho: quod prius India victa, triumphante Libero Patre, memoratur.* De Dionyso Nicæensium, Præside Deo, vide Libanium de vita sua, pag. 19. Nam Dionis Chrysostomi verba mox afferemus, alios quoque Deos appellantis.

ΤΟΝ ϹΩΤΗΡΑ. ΝΙΚΑΙΕΩΝ. *Servatorem Nicaensium.* Antonini Pii nummus, cum Æsculapii icone, e Gaza Regia. Est & M. Aurelii.

ϹΩΤΗΡΙ ΑϹΚΛΗΠΙΩ ΝΙΚΑΙΕΙϹ. Antonini Pii cum Æsculapii stantis effigie.

ΑΥΤ. Κ. Τ. ΑΙΛ. ΑΔΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Τίτος Αἴλιος Ἀδριανὸς Ἀντωνῖνος. Antonini Pii. In aversa parte, ΘΕΩ ΤΕΛΕϹΦΟΡΩ. ΝΙΚΑΙΕΩΝ. Telesphorus Deus est morbis finem afferens, Æsculapii comes: Is cum Æsculapio & Hygia simul in quibusdam exhibetur nummis.

ΘΕΑ ΔΗΜΗΤΗΡ. ΝΙΚΑΙΕΙϹ. *Dea Ceres*, quæ utraque manu facem accensam gerit, in nummo Antonini.

ΝΙΚΑΙΕΙϹ. ΘΕΑ ΥΓΕΙΑ. *Nicaenses. Dea Hygia.* Antonini nummus apud Patinum, pag. 224. nunc Cimelii Regii, ubi & alter Aurelii plane par.

ΝΙΚΑΙΕΩΝ. Antonini Pii cum effigie Solis incedentis, capite radiato. Apud Patinum, pag. 228. Et Veri similis alter, pag. 257. Pacati subactive Orientis id esse ibi symbolum arbitramur.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ. ΝΙΚΑΕΙϹ. *Alexandrum* Magnum colunt Nicænses. Nummus M. Aurelii, cum Alexandri simul effigie, in Cimelio Reginæ Christinæ.

ΝΙΚΑΙΕΩΝ. M. Aurelii nummus, e Cimelio Regio. In hoc nummo quadriga solis insculpta est, cum fluvii decumbentis effigie.

ΑϹΚΛΗΠΙΟϹ ΚΑΙ ΥΓΕΙΑ. ΝΙΚΑΙΕΙϹ. L. Veri nummus, apud Patinum in Thesauro, pag. CXI.

ΚΟΜΟΔΟΥ ΒΑϹΙΛΕΥΟΝΤΟϹ Ο ΚΟϹΜΟϹ ΕΥΤΥΧΕΙ. ΝΙΚΑΙΕΩΝ, in corona laurea. *Commodo imperante, Orbis Felicitas. Nicaensium.* E Gaza Regia. In antica nummi parte inscriptio est, Α. Κ. Μ. ΑΥ. ΚΟ. ΑΝΤΩΝΙΝ. *Imp. Cæsar M. Aurelius Commodus Antoninus.*

ΝΙΚΑΙΕΩΝ ΒΙΘΥ. *Nicaensium Bithyniæ*, Βιθυνίας. Commodi nummus, e Cimelio D. FOUCAULT.

ΘΗϹΕΑ ΝΙΚΑΙΕΙϹ. *Theseum* colunt *Nicaenses.* Commodi nummus, e Cimelio Magni Etruriæ Ducis. Est & Antonini Severi F. in Cimelio Reginæ Christinæ.

ΙΕΡΟϹ ΑΓΩΝ. ΝΙΚΑΙΕΩΝ. Commodi nummus, e Gaza Regia, Α. Κ. Μ. ΑΥ. ΚΟ. ΑΝΤΩΝΕΙΝ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αὐρήλιος Κόμοδος Ἀντωνῖνος. *Sacrum Certamen Nicaensium.* Vir palmam tenens dextram capiti admovet.

ΚΟΜΟΔΕΙΑ. ΝΙΚΑΙΕΩΝ. E Cimelio Regio. Ex parte altera, Α. Κ. Μ. Α. ΚΟΜΟΔΟϹ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αὐρήλιος Κόμοδος. *Imp. Cæsar M. Aurel. Commodus.* In honorem Imperatorum edita sæpe certamina, ab iis appellationem traxere: ΤΡΑΙΑΝΕΙΑ, ΑΔΡΙΑΝΕΙΑ, ΑΝΤΙΝΟΕΙΑ, ΕΥϹΕΒΕΙΑ, ΚΟΜΟΔΕΙΑ, ϹΕΥΗΡΕΙΑ, ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΙΑ, ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ, a Trajano, Hadriano, Antinoo, Antonino Pio, Commodo, Severo, Geta & Caracalla fratribus, quorum ab altero, nempe a Caracalla, & ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ cognominata esse, suo loco dicturi sumus, ut & ab Alexandro M. uti alii censuere. Mitto quæ sunt pervulgata, ΗΛΙΑ, ΟΛΥΜΠΙΑ, ΑΚΤΙΑ, ΗΡΑΚΛΙΑ, ΑϹΚΛΗΠΙΑ, ΚΑΒΕΙΡΙΑ, ab Elide, Olympia, Actio Apolline, Hercule, Æsculapio, Cabiris Diis. Et quæ ab Augusti cujusvis nomine, ϹΕΒΑϹΜΙΑ, & ϹΕΒΑϹΤΑ, ΑΥΓΟΥϹΤΕΙΑ, & ΚΑΙϹΑΡΕΙΑ sunt nuncupata. Et quæ sumus alias explicaturi, in Tarsensium nummis, sub Severo, ϹΕΥΗΡΕΙΑ ΟΛΥΜΠΙΑ ΕΠΙΝΕΙΚΙΑ. *Severiana Olympia Certamina*, vel *Præmia.*

ΝΙΚΑΙΕΩΝ. Commodi nummus apud Tristanum, tom. I. pag. 742. & Getæ, apud Patinum, pag. 319. in quibus Palladis armatæ effigies. Alter, in quo Hercules, apud Patinum, pag. 265. In nummo Juliæ Domnæ, apud Tristanum, tom. II. pag. 147. cui inscriptio, ΝΙΚΑΙΕΩΝ, ipsa Fortuna in Templo stat, cum temone, & Copiæ cornu. Est alter Anniæ Faustinæ, quæ altera, ut creditur, Elagabali conjux: ΑΝΝΕΑ ΦΑΥϹΤΕΙΝΑ ϹΕΒ.)(. ΑΓΑΘ. ΤΥΧΗ. ΝΙΚΑΙΕΩΝ. In Thesauro Regio, ex ære minimo. *Bonus Genius Nicaensium.*

ΙΟΥΛΙΑ ΑΥΓΟΥϹΤΑ. Caput Juliæ Domnæ. Ex parte aversa, in corona, ϹΕΟΥΗΡΕΙΑ ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΙΑ. ΝΙΚΑΙΕΩΝ. Certamina *Severiana Philadelphea Nicaensium.* De certaminibus Philadelpheis, vide quæ dicturi sumus in nummis ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ.

ΝΙΚΑΙΕΩΝ. ϹΑΓΑΡΙϹ. Juliæ Domnæ nummus e Cimelio Regio: ΙΟΥΛΙΑ ΠΙΑ ΑΥΓΟΥϹΤΑ: in cujus aversa parte decumbens fluvius: quem vel Nicææ Bithynicæ proximum, vel a Nicæensibus certe Numinis vice cultum hic nummus docet. Plinius, lib. VI. sect. I. *Sagaris fluvius ex inclytis, oritur in Phrygia, accipit vastos amnes, inter quos Tembrogium, & Gallum: idem Sangarius a plerisque dictus.* De Nicæa Plinius libro V. sect. XLIII. *Inde Nicæan* &c. Vide quæ de gemina ibi Nicæa diximus.

ϹΕΟΥΗΡΟϹ. ΝΙΚΑΙΕΩΝ. *Severus.* Nummus *Nicaensium*, e Thesauro Regio. Stat ipse Severus Aug. togatus.

ϹΕΟΥΗΡΕΙΑ ΝΙΚΑΙΕΩΝ. *Se-*
veriana

Severiani ludi *Nicæensium.* Nummus Severi Aug. ΝΙΚΑΙΕΩΝ ΣΕΥΗΡΕΙΑ ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΙΑ. *Nicæensium* ludi *Severiani Philadelphii:* hoc est, in honorem Severi, & fratrum invicem amantium, Antonini & Getæ nimirum. Est hic Getæ nummus.

ΝΙΚΑΙΕΩΝ. Juliæ Domnæ nummus, in quo Bacchus, qui & Osiris, cum Iside sorore vehitur curru juncto Centauris: quos Liberi Patris currui & Nonnus quoque subjungit, lib. XVI. Dionys. E Cimelio Regio.

ΝΙΚΑΙΕΩΝ. Caracallæ nummus, apud Patinum, pag. 309. in quo templum insculptum, cujus e tecto anguis emicat, Æsculapii Nicæensium Præsidis Dei symbolum.

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΟΠΕΛ. CΕΟΥΗΡ. ΜΑΚΡΕΙΝΟC. *Imp. Cæsar. M. Opelius Severus Macrinus.* ΝΙΚΑΙΕΩΝ. *Nicæensium.* Bacchus elephanto vehitur. E Museo nostro. Alter ejusdem Macrini, apud Patinum, pag. 323. Jovem præfert civitatis Nicæensium custodem.

ΝΙΚΑΙΕΩΝ ΤΕΤΡΑΚΙ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Elagabali.

ΝΙΚΑΙΕΩΝ. Severi Alexandri, cum Fortunæ typo, qualis & in Byzantiorum nummo cernitur, sub Julia Soæmiade cuso. Apud Tristanum, tom. II. pag. 398.

ΝΙΚΑΙΕΙC. Tria signa militaria. CΕΟΥΗ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟC. ΑΥ. Σευῆρος Ἀλέξανδρος Αὔγουστος. E Museo nostro. Est & Elagabali similis apud Patinum, pag. 334. cum epigraphe, ΝΙΚΑΙΕΩΝ. Et Gordiani, pag. 375.

ΝΙΚΑΙΕΩΝ. Juliæ Soæmiadis, nummus, in quo serpens multis implicatus gyris, Æsculapii symbolum, apud Patinum, pag. 340.

ΝΙΚΑΙΕΩΝ. Maximini nummus, e Gaza Regia, in quo Iconis effigies insculpta.

ΙΠΠΙΟΝ ΒΡΟΤΟΠΟΔΑ. ΝΙΚΑΙΕΩΝ. Gordiani junioris nummus, quem Spanhemius, lib. de usu Numism. pag. 246. ex Cimelio Reginæ Christinæ affert: in quo Gordianus, ut credimus, equo insidet; cui pes lævus humano similis, dextro baculum serpente involutum, ceu manu, gerit, qualem in nummis Nicæensium ipsorum, aliorumque passim gestat Æsculapius. Pro ΒΡΟΤΟΛΟΔΑ, apud Spanhemium ΒΡΟΤΟΠΟΔΑ legi oportuit, ut *Equum Humano Pede* verba ea sonent: qualem fuisse Cæsaris Dictatoris equum Romani annales produnt. Plinius, lib. VIII. sect. LXIV. *Nec Cæsaris Dictatoris quenquam alium recepisse dorso equus traditur: idemque humanis similes pedes priores habuisse, hac effigie locatus ante Veneris Genetricis ædem.* Simili igitur equo vectum, quo Cæsarem olim, Gordianum Nicæenses exhibuere: ac dextro pedi baculum cum serpente inseruere, quod Æsculapii notum omnino symbolum est: vel ipso auctore Pausania, in Bœoticis, sive lib. IX. pag. 313. Ἀγάλματα ὀρθὰ περιειλιγμένοις δέ εἰσιν αὐτῶν τοῖς σκήπτροις δράκοντες. ταῦτα εἰκάσαι μὲν ἄν τις Ἀσκληπιοῦ τε εἶναι καὶ Ὑγείας. Fuit autem & Nicæensium peculiaris Deus ac Præses Æsculapius, uti ex nummis supra commemoratis liquet, & idem equorum æque atque hominum curator: sic enim ab Hierocle appellatur, in præfatione medicinæ veterinariæ, ubi cum Neptuno, cui sacer equus est, invocatur. Κεκλήσθω δ' ἡμῖν συμφορεὺς τοῦ λόγου τοῦδε Ποσειδῶν τε ἵππιος, καὶ ὁ τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους Σωτὴρ Ἀσκληπιὸς, ᾧ πάντως που καὶ ἵππων μέλει. Itaque Gordiano Augusto favere Deum suum Æsculapium Nicæenses hoc nummo testantur. Epigraphe partis anticæ in eo nummo hujusmodi est: ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΝΤ. ΓΟΡΔΙΑΝΟC. *Imp. Cæsar M. Anton. Gordianus.*

ΝΙΚΑΙΕΩΝ. ΑΔΡΙΑΝΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ. *Nicæensium & Hadrianensium Concordia.* Furiæ Sabiniæ Tranquillinæ nummus, in quo stant Æsculapius & Hygia.

ΝΙΚΑΙΕΩΝ. Philippi Imp. nummus, cum effigie Palladis.

ΝΙΚΑΙΕΩΝ. Decii nummus, in quo tres Charites stant; ut & in Volusiani nummo.

ΝΕΙΚΑΕΩΝ. ΕΠΙ ΑΡΙCΤΕΟΥ. *Sub Aristea.* Nummus Herenniæ Etruscillæ.

ΝΙΚΑΙΕΩΝ. ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ. Treboniani Galli nummus apud Patinum, pag. 398. & in Cimelio Regio. Est & Gallieni similis.

ΝΙΚΑΙΕΩΝ. ΟΜΗΡΟC. Vide ΜΥΡΙΝΑΙΩΝ.

ΝΙΚΑΕΩΝ. Poculum. Ex parte aversa, ΕΠΙ ΓΑΙΟΥ ΠΑΠΙΡΙΟΥ ΚΑΡΒΩΝΟC. Sic enim legendum in nummo Goltziano ex Asia, Tab. V. in quo caduceus, Mercurii symbolum. Cur porro poculum insculptum sit, ex Athenæo disces, lib. XI. pag. 496. Προυσίας. ὅτι τὸ ποτήριον τοῦτο ἐξορθόν ἐστι, προείρηται, καὶ ὅτι τὴν προσηγορίαν ἔχει ἀπὸ Προυσίου τοῦ Βιθυνίας βασιλεύσαντος, καὶ ἐπὶ τρυφῇ καὶ μαλακίᾳ διαβοήτου γενομένου, ἱστορεῖ Νίκανδρος ὁ Κολοφώνιος ἐν τετάρτῳ Προυσίου συμπτωμάτων. *Prusias. Erectum id poculum esse superius dictum est; & appellationem eam sortitum esse a Prusia Bithyniæ rege, luxu & vitæ mollitie famoso, ut narrat Nicander Colophonius, libro quarto, De iis quæ Prusiæ acciderunt.*

ΝΙΚΑΙΕΩΝ ΙCΘΜ. ΠΥΘ. *Isthmia Pythia* certamina. Nummus Valeriani.

ΑΥΤ. ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC. ΓΑΛΛΙΗΝΟC. ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC. CΕΒΒΒ. *Impp. Valerianus, Gallienus, & Valerianus* junior, *Augusti tres.* ΜΕΓΙCΤΩΝ ΑΡΙCΤΩΝ. ΝΙΚΑΙΕΩΝ. *Maximorum Optimorumque* ludorum, hoc est, in Jovis honorem Max. & Optimi. Est in Cimelio D. FOUCAULT, ex ære mediocri.

ΝΙΚΑΙΕΩΝ. ΠΥΘΑΓΟΡΗC. Pythagoras sedens radio globum sidereum tangit. Est Gallieni nummus: ex quo Ionicam dialectum in usu fuisse apud Nicæenses intelligimus.

ΝΙΚΑCΙΩΝ. In Sirmondi nummis; teste Holstenio. Plinius, lib. IV. sect. XXIII. *Et hactenus quidem Cycladas servant: ceteras, quæ sequuntur, Sporadas. Sunt autem Helene, Phacussa, Nicasia, &c.* Prius legebatur in libris ante nos editis, *Helene, Phocassa, Phacesia.* In MSS. postrema vox *Hecasia* scribitur: Nos vocem utramque ex Suida Stephanoque sanavimus. Hic enim, Φακοῦσαι νῆσοι habet: & a lente, Φακὸς, nomen eæ traxerunt. Iterumque alibi: Νικασία, νησίδιον μικρὸν πλησίον Νάξου. Τὸ ἐθνικὸν, Νικάσιος, quæ Suidas quoque habet. Nunc Nicasia apud incolas *Rachia* nomen obtinet.

ΝΙΚΑΤΟΡΙΤΩΝ. Vespasiani nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 223. Stephanus: Νικάτορις, πόλις Συρίας πρὸς τῇ Εὐρώπῳ, κτίσμα Σελεύκου τοῦ Νικάτορος. τὸ ἐθνικὸν, Νικατορίτης. *Nicatoris, oppidum Syriæ juxta Europum, conditum a Seleuco Nicatore. Gentile, Nicatorites.* Cave enim cum nupero Stephani interprete reddas, *juxta Europam*, quod insulsum est: nam Europum intelligit Syriæ pariter oppidum, de quo Plinius, lib. V. sect. XXI. legendumque apud Stephanum, πρὸς τῷ Εὐρώπῳ.

ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ. ΔΙC, vel ΤΡΙC. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Passim in nummis. Sunt enim certe nummi Augustorum nominibus cusi a Nicomediensibus, usque ad Gallienum ipsum. In Gallieni nummo templa terna insculpta, ob honorem Valeriani patris, Gallieni Aug. & Valeriani junioris, qui fuit pariter Augustus. Plinio, lib. V. sect. XLIII. *Nicomedia Bithyniæ præclara.* Stephano: Νικομήδεια,

δεια, πόλις Βιθυνίας. . . . . ὁ πολίτης, Νικομηδεύς.

ΕΠΙ ΠΟΠΛΙΟΥ ΟΥΙΤΕΛΛΙΟΥ ΑΝΘΥ. ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ. *Sub Publio Vitellio Proconsule.* Nummus Germanici Cæsaris, apud D. Vaillant: ex ære minimo.

Α. ΜΙΝΔΙΟΣ ΒΑΛΒΟΣ ΑΝΘΥΠΑΤΟΣ. *Aulus Mindius Balbus Proconsul.* Claudii nummus. ΜΗΤΡΟ. ΝΕΙΚΟ. *Metropolis Nicomedia.* Britannici nummus habet, ΕΠΙ ΜΙΝΔΙΟΥ ΒΑΛΒΟΥ ΑΝΘΥ. ΝΕΙΚΟ. ΜΗΤΡΟ.

ΝΕΡΩΝ ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Neronis nummus, apud Spanhem. lib. de usu numism. pag. 564. ex Patino, in familia Tarquitia. In superficie altera: M. ΤΑΡΚΥΙΤΙΟΥ ΠΡΕΤΑΝΙΚ. ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ. in ara deinde, cum accenso igne, quæ aream nummi mediam occupat, ΝΕΙΚ. ΠΡΑΤΤΟΝΤΟΣ. *M. Tarquitio Pretanico Proconsule Nicomediensium faciente:* hoc est, sacrificante.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ ΚΑΙΣΑΡΙ ΣΕΒΑΣΤΩ ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΩ. ΝΕΙΚ. *Nicomedienses.* ΕΠΙ ΜΑΡΚΟΥ ΠΛΑΝΚΙΟΥ ΟΥΑΡΟΥ. *Sub Marco Plancio Varo.* Leo cantharum prioribus pedibus apprehendit; clunibus desidet. Affert hunc nummum Patinus, pag. 143. Alius e Cimelio Regio, habet in corona laurea, ΕΠΙ ΠΛΑΝΚΙΟΥ ΑΝΘΥΠ. ΝΕΙΚ. *Sub Plancio Proconsule:* ἐπὶ Πλαγκίου Ἀνθυπάτου. Alius e Cimelio D. Foucault, habet caput turritum Genii civitatis.

ΕΠΙ Μ. ΣΟΥΛΠΙΚΙΟΥ ΠΡΟΚΛΟΥ. ΑΝΘΥΠΑΤ. ΝΕΙΚ. *Sub M. Sulpitio Proclo Proconsule.* Nummus *Nicomediensium*, cum Titi effigie ac nomine.

ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC ΚΑΙ ΠΡΩΤΗ ΒΕΙΘΥΝΙΑC. ΝΙΚΟΜΗ. Μητρόπολις κὶ πρώτη Βιθυνίας Νικομήδεια. *Metropolis ac prima Bithyniæ civitas Nicomedia.* Proram navis hic Domitiani nummus exhibet, & draconem, de quo mox sumus dicturi. Est e Cimelio D. Foucault, & apud Patinum, pag. 164.

Η ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC ΝΙΚ. ΚΑΙ ΠΡΩΤΗ ΠΟΝΤΟΥ ΚΑΙ ΒΕΙΘΥΝΙΑC. Trajani nummus ex Cimelio Regio, & apud Patinum, pag. 164. Vide quæ de primatu diximus, in nummis Amasenorum & Nicæensium. Quibus adde Valentiniani, & Valentis datas ad Nicomedienses & Nicæenses litteras, quæ recitantur in Synodo Calched. act. XIII. ubi statuit Imperator Nicæam esse secundo loco *Bithyniæ metropolim.* Et Eusebii testimonium, lib. III. de vita Constantini, cap. L. Nicomediam appellantis τὴν πόλιν τῶν Βιθυνῶν ἀρχουσαν.

ΘΕΟC ΟΛΥΜΠΙΟC. *Deus Olympius.* Hadriani caput laureatum. ΝΕΙΚΟΜΗΔΕΩΝ, capite turrito, cum cornucopiæ. Est in Cimelio Reginæ Christinæ. Ex gentili superstitione scilicet, *DEVS est mortali juvare mortalem*, inquit Plinius, lib. 2. sect. V. Vide infra, ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ.

RESTITVTORI NICOMEDIAE. Hadrianus figuram muliebrem dextra sublevat. Vide supra, RESTITVTORI BITHYNIAE.

Η ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC ΝΙΚΟΜΗΔΕΙΑ. ΑΝΤΙΝΟΟC ΗΡΩC. Antinoi ex Cimelio Regio. Cum bovis effigie: qua hostia litasse se Antinoo, ut Deo majori, Nicomedienses præ se ferunt.

ΜΗΤ. ΚΑΙ ΠΡΩΤΗC ΝΙΚΟΜΗΔΕΙΑC. Antonini Pii, e Gaza Regia, & apud Tristanum, pag. 592. In eo nummo draco aræ insidet, Æsculapii typus.

ΝΙΚΟΜΗΔΕΙΑC ΟΜΟΝΟΙΑ. ΒΟΥΛΗ. ΔΗΜΟC. *Nicomediæ concordia, Senatus Populusque.* M. Aurelii nummus est, in quo Senatus & Populus dextras jungunt. Βουλὴ enim Senatus est. Unde βουλευταὶ, Senatores. Sic infra, ΒΟΥΛΗ ΠΕCCΙΝΟΥΝΤΙΩΝ. Hinc Βουλαῖος Ζεὺς, *Juppiter Consilii Præses*, sive *Senatûs.*

ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ ΜΗΤ. ΝΕΩΚΟΡ. M. Aurelii, apud Occonem, pag. 296. quo in nummo templi effigies est.

ΜΗΤ. ΝΕΙΚΟΜ. ΝΕΩ. Faustinæ junioris, e Cimelio Regio. Μητροπόλεως Νικομηδείας, Νεωκόρου.

ΝΙΚΟΜΗΔ. ΜΗΤ. ΝΕΩΚΟΡ. Commodi nummus, apud Tristanum, tom. I. pag. 747. cum aquila & dracone, Jovis & Æsculapii symbolis.

ΝΕΙΚΟ. ΜΗΤΡ. ΑΜΑCΕΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ. Commodi nummus, in quo Amazonis effigies: e Museo nostro. *Nicomediensium metropoleos & Amasenorum concordia.*

ΝΕΙΚΟ . . . . ΕΡΒΙΛΕΙΑ. Juppiter sedet. Commodi nummus est, in Thesauro Regio, ex ære magno.

ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ ΔΙC ΝΕΩΚ. Commodi nummus, apud Occonem, pag. 333. in quo Prætoria navis, & templa duo: quorum alterum M. Aurelio, ut ex allato paulo antea nummo liquet, alterum Commodo ipsi dicatum. Ob certamina ea templumque, Νεωκόροι in nummo vocantur, uti diximus, verbo ΑΒΟΛΛΑΙΩΝ. Similis huic alter Maximi Cæsaris, in quo templa pariter gemina, patri nempe ac filio dedicata: quod Patino latuit, pag. 358.

ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Antonini Severi F. apud Tristanum, tom. II. pag. 201. quo in nummo vel Æsculapius, vel Glycon insculptus, draconis effigie, quem, ut ait Libanius, Nicomediæ conditores ductorem secuti existimantur.

ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ ΔΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Gordiani junioris, apud Tristan. tom. II. pag. 541. Stat Imperator ante aram: adstante pariter Nicomede Urbis conditore. Superne aquila volitat: emergit inferne ex ara draco: denique templum adjectum, in quo sacra pro salute Principis iterum fierent, quam ob causam *Neocori bis* appellantur. Cetera symbola ex ante dictis patent. Sunt & Philippi, aliorumque, sic inscripti nummi.

ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ ΤΡΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Tres urnæ cum palmis tribus. ΑΥΤ. ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC. ΓΑΛΛΙΗΝΟC. ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC. CEBBB. *Imperatores, Valerianus, Gallienus, & Valerianus* junior, *Augusti tres.* In Cimelio olim fuit Illustriss. Colberti.

ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ ΕΠΙ ΓΑΙΟΥ ΠΑΠΙΡΙΟΥ ΚΑΡΒΩΝΟΣ. *Nicomediensium, sub Caio Papirio Carbone.* E Cimelio Regio. Occurrit idem Carbo Papirius in Nicæensium ejusdem Provinciæ nummis.

ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. Ceres Nicomediensium, & Juppiter Laodicenorum Præses. Vide ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ *Cariæ.*

ΝΙΚΟΜΗ. Ex parte altera, ΕΠΙ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ ΘΩΡΙΟΥ. *Sub Thorio Proconsule.* Apud Gruterum, pag. 924. L. THORIVS EVTYCHES.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΝΙΚΟΜΗΔΟΥΣ. ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ. Apud Goltzium in Vetere Græcia. Fuit hic Nicomedes Epiphanes, Prusiæ filius, ejus Nicomedis nepos, a quo condita & cognominata Nicomedia est, cum Astacum Nicomediæ proximum Lysimachus evertisset.

ΝΙΚΟ-

ΝΙΚΟΠΟΛΕΩΣ, *in Epiro.*

ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ. Ex parte aversa, ΣΕΒΑΣΤ. ΚΤΙΣΤ. Σεβαςὸς κτιςής. *Augustus* Urbis *conditor.* E Museo nostro Parisiensi. Plinius, lib. IV. sect. II. *Colonia Augusti Actium, cum civitate libera Nicopolitana.* Vide Pausan. in Eliac. prior. pag. 172. Sunt a Nicopolitanis cusi nummi in honorem Augustorum, ab Augusto usque ad Gallienum.

ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ ΙΕΡΑ. ΚΤΙΣΤΗΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. In Gaza Regia.

ΝΙΚΟΠΟΛΕΩC. Caput apri, cum ancora, quæ situm urbis ad mare cum portu indicat. Est nummus Ælii Cæsaris, ex ære mediocri, in Museo San-Genovefano. ΑΙΛΙΟC ΚΑΙCΑΡ.

ΝΙΚΟΠΟΛΕΩΣ, cum effigie capitis aprugni, in nummo Commodi Principis.

ΝΕΙΚΟΠΟΛΕΩC ΙΕΡΑC ΝΑΥΑΡΧΙΔΟC. *Nicopoleos sacrosanctæ, classicæ.* Nummus Severi Alexandri, e Thesauro Regio.

ΝΕΙΚΟΠΟΛΕΩΣ ΚΤΙΣΤΗΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Ibidem, cum expresso capite apri Calydonii.

ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ *ad Istrum.*

ΑΥΤ. ΤΡΑΙΑΝΟC CΩΤΗΡ ΤΗC ΠΟΛΕΩC. *Imperator Trajanus Servator Urbis.* Ex parte aversa, ΝΕΙΚΟΠΟΛΙC. Genius urbis stans capite turrito, dextra palmam, læva coronam gerit. A Dacorum incursionibus servatam se Trajani ope Nicopolis profitetur. Est hic nummus ex ære minimo, in Cimelio D. Foucault. Ammianus, lib. XXX. pag. 445. *Nicopolim indicium victoriæ contra Dacos Trajanus condidit Imperator.* Jornandes, lib. de rebus Geticis, pag. 99. *Nicopolim,* inquit, *accedit, quæ juxta Iatrum fluvium est constituta notissima: quoniam devictis Sarmatis Trajanus eam fabricavit, & appellavit Victoriæ civitatem.* Ex his Jornandis verbis non uno loco Thesaurum suum Ortelius Jatro amne locupletat: cum legi *Istrum* oportere, nemo inficiari possit, qui nummos veteres vel obiter viderit: cujusmodi ii sunt, qui sequuntur.

ΝΙΚΟΠΟΛ. ΠΡΟC ΙCΤ. Severi, in Cimelio Regio, cum Priapi effigie. Sunt & Hadriani, cum eadem epigraphe.

ΥΠ. ΑΥ. ΓΑΛΛΟΥ. ΝΙΚΟΠΟΛΙΤΩΝ ΠΡΟC Ι. *Sub Aurelio Gallo. Nicopolitarum ad Istrum.* Severi nummus, e Thesauro Regio. Item Antonini & Plautillæ. Sunt & ejusdem Severi, ΥΠ. ΑΥ. ΤΕΡΤΥΛΛΟΥ, ὑπὸ Αὐρηλίε Τερτύλλε, *sub Aurelio Tertullo.* ΥΠ. ΦΛ. ΟΥΛΠΙΑΝΟΥ. *Sub Flavio Ulpiano:* qui etiam in nummo apparet Antonini Severi F. e Cimelio D. Foucault.

ΥΠ. ΚΟΥΙΝ. ΤΕΡΤΥΛΛΟΥ. ΝΙΚΟΠΟΛΙΤΩΝ ΠΡ. ΙCΤΡΩ. ΒΟΥΛΗ. ΔΗΜΟC. *Sub Quinto Tertullo. Nicopolitarum ad Istrum Senatus Populusque.* Nummus Juliæ Domnæ, e Cimelio Reginæ Christinæ.

ΥΠ. ΝΟΒΙΟΥ ΡΟΥΦΟΥ. ΝΙΚΟΠΟΛΙΤΩΝ ΠΡΟC ΙCΤΡΩ, in corona. Caracallæ & Elagabali nummo, in Cimelio Regio. *Sub Novio Rufo.*

ΙΕΡΑC. ΝΕΙΚΟΠΟΛΕΩC, in Caracallæ & Plautillæ nummis, apud Patinum, pag. 310.

ΝΙΚΟΠΟΛΙΤ. ΠΡΟC.Ι.&ΝΙΚΟΠΟΛΕΩC ΠΡΟC. ΙCΤΡΟΝ. Getæ.

ΥΠ. ΑΓΡΙΠΠΑ. ΝΙΚΟΠΟΛΕΩC. ΠΡΟC. Ι. Macrini, e Cimelio Regio. *Sub Agrippa.*

ΥΠ. ΑΥΡ. ΛΟΝΓΙΝΟΥ. ΝΙΚΟΠΟΛΙΤΩΝ ΠΡ. ΙCΤΡ. *Sub Aurelio Longino.* ΥΠ. ΚΛ. ΚΟΥΙΝΤΙΛΙΑΝΟΥ. *Sub Claudio Quintiliano.* Macrini nummi duo: posterior est in Cimelio D. Foucault. Priori similis est alter Diadumeniani, in Museo P. Jobert, Societatis Jesu, Parisiis.

ΥΠ. ΑΙΛ. ΠΟΝΤΙΑΝΟΥ. ΝΙΚΟΠΟΛΙΤ. ΠΡΟC ΙCΤΡ. *Sub Ælio Pontiano.* Μ. ΟΠΕΛ. ΑΝΤΩΝ. ΔΙΑΔΟΥΜ. *M. Opelius Antoninus Diadumenianus.* E Museo nostro.

ΝΙΚΟΠΟΛΙΤΩΝ ΠΡΟC ΙCΤΡΩ. Ejusdem Diadumeniani. Fuit urbs ea inter Dorostorum & Odessum, teste Ammiano, lib. XXVII. pag. 340. Ex Notitia Vetere Eccles. Hieroclis, pag. 21. in Provincia Rhodopes. Procopio, lib. IV. de Ædif. cap. XI. inter castella Istro apposita, Νικόπολις.

ΥΠ. CΑΒ. ΜΟΔΕCΤΟΥ. ΝΙΚΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΠΡΟC ΙCΤΡΟΝ. Gordiani junioris, ex Cimelio Regio. *Sub Sabino Modesto.*

ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ *ad Mestum amnem, in Thracia.*

ΟΥΛΠ. ΝΙΚΟΠΟΛΕΩC ΠΡΟC ΜΕCΤΩ. Οὐλπίας Νικοπόλεως πρὸς Μεςῷ. Commodi, Caracallæ, in Cimelio Regio, & Getæ nummi. Crispinæ similiter, in Cimelio Reginæ Christinæ. Nomen ab Ulpio Trajano id oppidum habet, situm ad Mestum, seu Nestum amnem: de quo vide quæ diximus, in Notis & Emendationibus ad librum Plinii quartum, num. LIV.

NILUS. Trajani nummus, quo indicari expeditio ejus in Ægyptum videtur. Apud Occonem, pag. 205. Hadriani quoque, pag. 231. in quo nummo fluvii typus cum crocodilo, & hippopotamo, de quibus Philostratus, lib. I. Iconum, in Nilo: Κροκόδειλοι μὲν οὖν καὶ οἱ ἵπποι τῶν ποταμῶν, ὥς τῷ Νείλῳ τινὲς προσγράφουσιν, &c. Gestat & cornu copiæ Nilus, ob ubertatem qua fecundat Ægyptum.

ΑΝΤΩΝΙΝΟC CΕΒ. M. Aurelii nummus apud Occonem, pag. 296. cum Nili fluvii effigie, & hippopotami: quibus Ægyptus ipsa indicatur.

ΝΕΙΛΟΣ. L. Γ. *Nilus, anno tertio* Titi principatus, sub quo cusus hic nummus est, quem Tristanus affert, pag. 307. Ibi radiato capite Nilus adumbratur, cum loto, vel papyro, cujus feracem Nilum esse, tralatitium est.

ΝΙΣΑΙΩΝ. Apud Goltzium in Græcia Vetere, Tab. XIII. Ad Nisæam spectat, navale Megaridis in Attica. Stephano: Νισαία, ἐπίνειον Μεγαρίδος. In eo nummo Cereris teda insculpta, cui insidet aquila, pede spicam tenens: ex parte aversa Juppiter laureatus. In altero nummi pretium expressum, ΟΒΟΛΟΣ, cum spicæ effigie: quod in Attica in qua Megaris & Nisæa fuere. *Ceres frumenta molere & conficere invenit,* teste Plinio, lib. VII. sect. LVII. In parte aversa, cymbæ vir insistit, quod navale Megarensium, ut diximus, Nisæa fuit.

NISIBIS.

CΕΠ. ΚΟΛΩ. ΝΕCΙΒΙ. Nummus Juliæ Corneliæ Paulæ, Elagabali uxoris. Σεπτιμίας Κολωνίας Νίσιβι. Plinio, lib. VI. sect. XVI. *Antiochia, quam Nisibin vocant.* Stephano, Νίσιβις. Uranio, apud eundem, Νέσιβις. Hodie vetusto nomine servato *Nisibin & Nesbin* vocant, insignis olim oppidi tenue modo vestigium. Vide Taverner. lib. II. Itiner. pag. 172.

ΙΟΥ. CΕΠ. ΚΟΛΩ. ΝΕCΙΒΙ. ΜΗΤ. Philippi patris, capite radiato. Ἰουλίας Σεπτιμίας κολωνίας Νέσιβι μητροπόλεως. In Cimelio Regio. In nummis numquam Νίσιβις, sed Νέσιβις scribitur, ut poscit εὐφωνία Græcæ locutionis. Nomen hic habet a M. Julio Philippo Aug. & ab uxore ipsius Severa, orta ex Septimio Severo olim Aug. Similis est epigraphe in nummo Otaciliæ Severæ, in eodem Cimelio Regio: ΜΑΡ. ΟΤΑ-

ΚΙΛ. ΣΕΟΥΗΡΑΝ ΣΕΒ. *Marciam Otaciliam Severam Aug.* ΙΟΥ. ΣΕΠ. ΚΟΛΩ. ΝΕΣΙΒΙ. ΜΗΤ. In templo, Horus, ut videtur: supra, aries: ob lanam in eo tractu laudatissimam.

ΣΕΠ. ΚΟΛΩ. ΝΕΣΙ. Nummi Severi Alexandri, & Gordiani Pii: in quibus caput turritum ac velatum est; quod est symbolum metropoleos ac libertatis.

NORBA.

AVGVSTVS D D. C. C. N. C. *Decuriones Coloniæ Concordiæ Norbensis Cæsarianæ.* Ex parte aversa. C. L. cum capitibus Caji & Lucii Cæsarum: in ambitu, M. PETRONIO.

C. IVLIO ANTONIO IIVIR. *Duumviris.* Nummus Augusti, e Cimelio Regio. Plinio, lib. IV. sect. XXXV. *Colonia Norbensis Cæsariana cognomine.* Hodie *Alcantara.* Lusitaniæ quondam, nunc Castellæ veteris oppidum.

C. I. N. C. *Colonia Julia Norba Cæsariana.* Caput Augusti nudum. In altera parte, labyrinthus. C. PETRONIO. M. ANTONIO IIVIR. EX D. D. *Ex Decreto Decurionum.*

NERO ET DRVSVS CAESARES. QVINQ. C. V. I. N. C. *Quinquennalitii Coloniæ Victricis Juliæ Norbæ Cæsarianæ.* In altera parte, Tiberii Aug. vultus & nomen est. Apud Patinum, pag. 77. Est alius ibidem pag. 90. Caji Cæsaris Aug. capite laureato.

C. CAES. AVG. GERMANIC. IMP. P. M. TR. P. COS. Capite laureato. SAL. AVG. *Salus Augusta.* CN. ATEL. FLAC. CN. POMP. FLAC. IIVIR. Q. V. I. N. C. *Duumviris Quinquennalibus Victricis Juliæ Norbæ Cæsarianæ.* Est in Cimelio D. FOUCAULT.

NORICVM.

EXERCITVS NORICVS. Hadriani nummus, in Cimelio Regio. Plinio, lib. III. sect. XXVII. *Norici.* Bavariæ partem ab Æno amne, Austriamque fere universam, & Carinthiam Stiriamque Norici tenuere.

MET. NOR. In corona quercea: *Metallum Noricum.* Nummus Hadriani, e Cimelio Regio. Vide PANNONIA. Patinus in Indice, pag. 11. lepide *Metropolim Noricum* interpretatur, *Nuremberg.*

ΝΟΥΚΕΡΙΝΩΝ. Nummus e Thesauro Goltzii, pag. 223. & e Magna Græcia, Tab. XXI. Plinio, lib. III. sect. IX. *Nucerinus ager, & ipsa Nuceria,* in Campania. Stephano quoque, Νουκερῖνοι. Hodie *Nocera.*

NVMANTIA.

GALBA IMPERATOR. Ex parte aversa, REST. NVM. Hoc est, *Restituta Numantia.* Affert hunc nummum Seguinus, pag. 123. qui nunc Regii Cimelii est: atque nonnullos sic interpretari ausos, *Restituta Numidia*, quod ipse merito improbat, ut & alteram interpretationem, *restituto nummo*: affert deinde haud paulo deteriorem, *Restituto Numine*, Fortunæ videlicet, quam nummo eo signatam putat. Nostram eruditis potiorem visum iri confidimus, triplici nomine: Primum, quod in eo nummo muliebre sit caput expressum, plane par ei quod in plerisque Hispaniæ nummis occurrit, ac præsertim in Obulconis nummo, de quo mox dicemus. Deinde quod Galba in Hispania primum, cui cum imperio legatus populi Romani præerat, Imperator est salutatus. Qua de re fuse Tranquillus, cap. VIII. & sequentibus. Denique quod bene meritum de Hispania tota, ac de oppidis quibusdam privatim, nummi ejus multi significant, quibus inscriptio posita, HISPANIA, ASTIGI, BARCINO, CLVNIA, &c. Et ad conventum certe Cluniensem Numantini pertinuere, teste Plinio, lib. III. sect. IV. Nunc oppidi rudera visuntur hand procul ab eo loco unde Durius amnis exoritur. Nomen iis *Puente Garay*, prope urbem *Soria*. De veteris Numantiæ excidio vide Florum, lib. II. cap. XVIII. Restitutam se a Galba hoc cuso numismate gloriatur: hoc est, ut ego interpretor, urbs ea quam *Soria* nunc incolæ vocant, e veteris Numantiæ ruinis ac juxta eam excitata.

ΝΥΣΑΕΩΝ, *Cariæ.*

ΝΥΣΑΕΩΝ. Augusti nummus, cum tripode.

ΝΥΣΑΕΩΝ. Pluto Proserpinam rapit. In antica parte, ΕΙΡΗΝΗ ΔΟΜΕΤΙΑΝΟΥ ΑΥΤΟΚ. *Pax Domitiani Imp.* Capite Domitiani laureato.

ΝΥΣΑΕΩΝ. ΔΙΟΝΥΣΟΣ. *Nysæorum Bacchus.* Nummus Hadriani, e Cimelio Regio, cum signo Libertatis. Plinio, lib. V. sect. XXIX. *Nysa.* Stephano: Νύσα, τρίτη ἐν Καρίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν, Νυσεὺς, Νυσαῖος, Νυσαιδὸς, καὶ Νυσαεύς. Est & Sabinæ nummus similis.

ΝΥΣΑΕΩΝ. Hadriani rursum, apud eumdem Tristanum, pag. 500. cum Dei Luni effigie, qualis in Ancyranorum numismatibus, & Juliopolitarum, aliisque hujus tractus occurrit, ut frustra sint qui ad Nysam Euboïcam hunc nummum referant, secuti licet virum eruditum, pag. 143. de usu numism.

ΝΥΣΑΕΩΝ. ΚΑΜΑΡΕΙΤΗΣ. M. Aurelii nummus, apud Patinum, pag. 238. quo de nummo egimus, verbo ΚΑΜΑΡΑ.

ΕΠΙ ΓΡ. ΑΥΡ. ΔΙΟΔΟΤΟΥ. ΝΥΣΑΕΩΝ. Ἐπὶ Γραμματέως Αὐρηλίου Διοδότου. M. Aurelii nummus, e Cimelio D. FOUCAULT. Serapis sedet, dextra in Cerberum extensa. *Sub Scriba M. Aurelio Diodoto.*

ΕΠΙ ΓΡ. Μ. ΑΥΡ. ΜΟΥΣΩΝΙΟΥ ΙΕΡΕΩΣ ΝΥΣΑΕΩΝ ΝΕΩΚ. *Sub Scriba M. Aurelio Musonio sacerdote Nysaënsium Neocororum.* M. Aurelii nummus. Sunt & Faustinæ junioris nummi, ΝΥΣΑΕΩΝ: & Severi, cum Bacchi effigie: & Elagabali, in Museo nostro.

ΝΥΣΑΕΩΝ. Ε. ΓΡ. ΑΥΡ. ΔΙΟΔΟΤΟΥ. Ἐπὶ Γραμματέως &c. *Sub Scriba Aurelio Diodoto.* Deus Lunus stat. ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΣ ΚΑΙΣ. ΑΝΤΩΝΙΝΟΝ ΚΑΙ ΟΥΗΡΟΝ. *Imperatores Cæsares Antoninum & Verum* Nysæi salutant. Augusti ambo stant togati, & dextras jungunt. Nummus est ex ære maximo, in Cimelio Magni Ducis Hetruriæ.

ΝΥΣΑΕΩΝ. ΕΙΡΗΝΗ. ΕΠΙ ΑΙΛ. ΠΑΙΑΝΙΟΥ. *Nysæorum Pax. Sub Ælio Pæanio.* Commodi nummus apud Tristanum, tom. I. & Caracallæ, tom. II. pag. 209. In eo porro nummo Apollinis effigies est, tripodi innixi, jacente ante pedes cithara: quem quidem non tam Nysæorum Præsidem Deum fuisse, quam familiæ Prætoris Pæanii peculiare Numen arbitramur, ducti similitudine nominis, quod Apollinem quoque Παιᾶνα Græci vocent: & Claudianus:

Implorat Pæana suum conterrita Delos.

Ut hæc symbola Tristanus expediat, frustra desudat.

ΝΥΣΑΕΩΝ. Caracallæ, e Cimelio Regio, cum signo Libertatis. Alter item cum Bacchi & Satyrorum effigie, tum ibi, tum apud Tristanum, tom. II. pag. 236. Gerit & uvam Bacchus, vini in eo tractu bonitatis & copiæ indicem.

ΝΥΣΑΕΩΝ. ΑΘΥΜΒΡΟΣ. Julii Maximini nummus, in quo juvenis effigies ante aram stantis: dextra is patera libat, læva hastam gerit. Urbis conditorem esse hunc intelligimus, ex Stephano: Ἄθυμβρα, πόλις Καρίας πρὸς Μαιάνδρῳ, Ἀθύμβρου κτίσμα, ἥτις μετὰ ταῦτα Νύσα ἐκλήθη. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀθυμβριδὸς, τῷ λόγῳ τῶν Καρικῶν. Hausit a

Stra-

Strabone, lib. XIV. pag. 650. Ἱστοροῦσι δὲ τρεῖς ἀδελφοὺς, Ἄθυμβρόν τε καὶ Ἀθυμβραδὸν, καὶ Ὕδρηλον ἐλθόντας ἐκ Λακεδαίμονος, τὰς ἐπωνύμους ἑαυτῶν κτίσαι πόλεις. λειπανδρῆσαι δ' ὕστερον. ἐξ ἐκείνων δὲ συνοικισθῆναι τὴν Νύσαν. Καὶ νῦν Ἄθυμβρον ἀρχηγέτην νομίζουσι Νυσαεῖς. *Memoriæ traditum est, venisse Lacedæmone tres fratres, Athymbrum, Athymbradum, atque Hydrelum, & urbes condidisse sibi cognomines: quas homines deinde defecerint, atque ex iis Nysa fuerit condita. Et quidem Nysæi Athymbrum suæ urbis auctorem perhibent.* Fuit hic nummus in Cimelio R. P. DE LA CHAIZE, Societatis JESU, Regi Christianissimo a Confessionibus.

ΕΠΙ ΓΡ. ΕΥΤΥΧΟΥC. NΥCAEΩN. Ἐπὶ Γραμματέως Εὐτυχοῦς. Νυσαίων. *Sub Scriba Eutyche.* Maximi Cæsaris nummus hic est, in quo puerculi octo fere taurum ad sacrificium comitantur. Occo, pag. 425. ita legit: ΕΠΙΡΕΥΤΙΚΟΥ. NΥCAEΩN. Patinus, in Thesauro, pag. 195. ΕΥΤΥΧΗ NΥCAEΩN. Erizzo, 497. ΕΠΙΡΕΥΤΥΧΟΙ. Ex parte nummi altera legitur, Γ. ΙΟΥ. ΟΥΗ. ΜΑΞΙΜΟC ΚΑΙC. *Caius Iulius Verus Maximus Cæsar.*

ΕΠ. Μ. ΑΥΡ. ΜΟΥCΩΝΙΟΥ ΙΕΡΕΩC. NΥCAEΩN. Gordiani junioris, apud Erizzo, pag. 510. cum Herculis, Mercuriique effigie: illum clava, leoninæque exuviæ: hunc caduceus, & pera, & talaria produnt. Utrique Numini sua fuisse in eo oppido sacra peculiaria, M. Aurelio Musonio præside sacrorum hic nummus docet. Cave Erizzum audias, qui sic legit: ΕΠ. Ν. ΑΥΡ. interpretaturque, ΕΠΙCΤΑΤΟΥ. ΝΕΩΚΟΡΟΥ. ΑΥΡΗΛΙΟΥ.

ΑΥΤ. Κ. ΠΟ. ΛΙΚΙΝ. ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC. *Imp. Cæs. P. Licinius Valerianus.* ΕΠΙ. ΓΡ. ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ Β. NΥCAEΩN. *Sub Scriba Menandro iterum, Nysæorum.* E Cimelio Regio, In nummo eo Dei Luni effigies.

ΑΥΤ. Κ. Π. ΛΙΚ. ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC CEB. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Πούπλιος Λικίνιος Οὐαλεριανὸς Σεβαστός. Ex parte aversa, ΘΕΟΓΑΜΙΑ. ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΑ. NΥCAEΩN. ΕΠΙ ΓΡ. Μ. ΑΥΡ. ΛΑΙΑΝΟΥ. Θεογάμια Οἰκουμενικὰ, Νυσαίων, ἐπὶ Γραμματεύοντος Μάρκου Αὐρηλίου Λαιανοῦ. *Theogamia Oecumenica, Nysæorum, sub Scriba Marco Aurelio Laiano.* Urna, ex qua palmæ duæ exstant. In ima urna, Κ. Α. Κοινὸν Ἀσίας. Est hic nummus in Museo D. Medham Angli: unde Morellius delineavit. Theogamia, certamina sunt in honorem Proserpinæ a Siculis edita. Julius Pollux, lib. I. cap. I. tit. XXXIII. ubi de Græcorum festis: Κόρης, παρὰ Σικελιώταις, Θεογάμια. Nempe in honorem nuptiarum Plutonis ac Proserpinæ. Fuit inter Tralles ac Nysam, auctore Strabone, lib. XIV. pag. 649. templum Plutonis ac Junonis, νεὼν Πλούτωνός τε καὶ Ἥρας, vel, ut alii malunt, Πλούτωνός τε καὶ Κόρης, Plutonis ac Proserpinæ. Sed missis hujusmodi fabulis, reipsa Θεογάμια hic sunt ludi & certamina edita, ob nuptias Augustorum, Valeriani junioris scilicet, & Corneliæ Superæ. De voce *Oecumenica*, diximus in nummis Heliopoleos Syriæ.

ΕΠΙ ΓΡ. ΑΙΛ. ΠΡΟΚΛΟΥ. NΥCAEΩN. In corona laurea, ΘΕΟΚΑΜΙΑ. Est Valeriani Aug. in Cimelio Sereniss. Ducis Cenomanensium. Θεοκάμια ludi sunt & certamina pro salute & incolumitate Gallieni Aug. edita. Est enim κάμνω *ægroto, laboro, deficio.* Ægrotasse Gallienum, Valeriani Aug. collegam, testis nummus est, qui valetudine ei restituta cusus est in honorem ipsius, cum hac epigraphe, OB CONSERVATIONEM SALVTIS, cum imagine Deæ Hygiæ. Quo sensu Augustos appellarent Græci Deos, diximus in nummis Νικομηδέων. Cave hic Θεογάμια legendum putes.

ΝΥΣΑΕΩΝ, *in Decapolitana Syria.*

NΥCAEΩN Nummus Elagabali, e Museo nostro. Plinio, lib. V. sect. XVI. *Scythopolis, (antea Nysa, a Libero Patre, sepulta nutrice ibi:) Scythis deductis.*

ΝΥC. CΚΥΘΟ. ΙΕΡΑC. Νύσης Σκυθοπόλεως ἱερᾶς. Est Gordiani Pii nummus, in Cimelio Regio. Cave ei credas, qui Nyssam Cariæ hic jubet intelligi, & legi ΚΥΘΟπολιν.

ΝΩΛΑΙΩΝ. E Thesauro Goltzii, pag. 223. & in Magna Græcia, tab. XX. cum Minotauri ac Minervæ effigie. In Magnæ Græciæ nummis Minotaurus passim occurrit. Plinius, lib. III. sect. IX. *Nola* colonia. Stephanus: Νῶλα, πόλις Αὐσόνων . . . τὸ ἐθνικὸν, Νωλιος. Scribe, Νωλαῖος. Gruterus, pag. 1085. ex Sirmondo. COL. FEL. AVG. NOL. Frontinus, lib. de coloniis, pag. 87. *Nola colonia Augusta.*

O

OAΞΙΩΝ. Nummus e Thesauro Goltzii, pag. 224. Stephanus: Ὄαξος, πόλις Κρήτης . . . ὁ πολίτης, Ὀάξιος.

OBVLCO. In Cimelio Regio. Plinio, lib. III. sect. III. *Obulco, quod Pontificense appellatur.* Hodie *Porcuña*, oppidum haud ignobile, Cordubam inter & Giennam. Ita Mariana, lib. III. hist. Hisp. cap. XXI.

ΟΔΗCCΕΙΤΩΝ. Hadriani nummus, in Thesauro Regio: M. Aurelii, in Cimelio Reginæ Christinæ: item Commodi: Est & Antonini Severi F. apud Patin. pag. 304. nunc Cimelii Regii. Plinio, lib. IV. sect. XVIII. in Thracia: *Odessus Milesiorum*, Stephano: Ὀδησσὸς . . . ὁ πολίτης, Ὀδησσίτης, καὶ Ὀδησσεύς. Procopio, lib. IV. de Ædif. cap. XI. inter castella Istro apposita, Ὀδυσσός. Sunt & Elagabali, & Gallieni, in Cimelio D. FOUCAULT. Alibi etiam, Severi Alexandri. Habet D. Vaillant inter nummos Antonini Pii, ΑΔΗCCΕΙΤΩΝ: forte pro ΟΔΗCCΕΙΤΩΝ.

ΟΔΗCCΕΙΤΩΝ. Æsculapius, & Hygia Ex parte nummi altera, ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΝΤ. ΓΟΡΔΙΑΝΟC ΑΥΓ. *Imp. Cæsar M. Ant. Gordianus Augustus.* Olim e Seren. Ducis Vernolii Cimelio, nunc e Regio. Et alterum vidimus, in quo capita duo adversa erant, Gordiani & Tranquillinæ: ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΝΤ. ΓΟΡΔΙΑΝΟC CE. ΤΡΑΝΚΚΥΙΛΛΙΝΑ. ΟΔΗCCΕΙΤΩΝ. Ex altera parte Mars cum galea, hasta, clypeo. Est & Saloninæ, cum imagine Gallieni in equo, in Cimelio D. FOUCAULT.

ΟΔΗCCΕΙΤΩΝ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΑ: *Alexandrea* certamina, de quibus dicemus in nummis ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙΤΩΝ Thraciæ. Gordiani nummus hic est, apud Patinum, pag. 372.

ΘΕΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΚΥΡΣΑ. ΟΔΗ. Nummus singularis, e Cimelio Regio, cum Jovis effigie. Est & in Thesauro Mauroceni, apud Patinum, pag. 14. ex argento: sed Deam ibi stare, pro Jove, dicit. Ex altera parte, caput Jovis est. Nos hanc epigraphen distracta hac voce ΚΥΡΣΑ. in duas, hoc pacto, ΚΥΡ. ΣΑ. sic interpretamur: Θεοῦ Μεγάλου Κυρίου Σαράπιδος. Ὀδησσιτῶν. *Dei Magni Domini Serapidis. Odessitarum.* Deus & Dominus Serapis, qui Juppiter, & Sol. Apud Gruterum, pag. XXII. num. 10. & 11. ΔΙΙ. ΗΛΙΩ. ΜΕΓΑΛΩ. ΣΑΡΑΠΙΔΙ. *Iovi Soli Magno Serapidi.* Et ad vocem κύριος quod

quod attinet, aliis etiam Diis adscriptam reperimus, apud eundem Gruterum, pag. 68. num. 6. Albæ Juliæ reperta inscriptione, ΚΥΡΙΩ. ΑΣΚΛΗΠΙΩ. ΚΑΙ ΥΓΙΗ. ΘΕΟΙΣ ΕΠΙΚΟΥΡΙΟΙΣ. Si tamen alius a Jove, ac non idem cum eo potius, Æsculapius est. Denique Magnus Deus Odessitarum ΣΑΡΑΠΙΣ (sic enim in Nummis semper, lapidibusque scribitur) modo appellatur, ut in sacris paginis, Act. XIX. *Magna Diana Ephesiorum.*

OEA, *in Africa.*

C. A. O. A. F. Nummus Antonini Pii, e Cimelio nostro: in quo turritum caput. *Colonia Antoniniana Oea Augusta Felix*, ut recte interpretatur Holstenius in Annotationibus ad Ortelium, pag. 134. Plinio, lib. V. sect. IV. *Civitas Oeensis*, in Africa.

ΩΙΩΝ. In nummo Antonini Pii, e Cimelio D. FOUCAULT. Juno in curru juncto pavonibus.

ΟΙΝΙΑΔΑΝ, Dorica dialecto, pro ΟΙΝΙΑΔΩΝ, in nummo quem vidimus. Οἰνιάδαι, oppidi nomen est, in ipso Acheloi amnis ore positi, qua mari immergitur. Meminere Thucydides, Polybius, Pausanias, Livius. Acheloi, Plinius, lib. IV. sect. II. Stephanus: Οἰνιάδαι, πόλις Ἀκαρνανίας, πρὸς τῷ Ἀχελώῳ.

ΟΙΤΑΙΩΝ. Stephanus: Οἴτης, ὄρος περὶ Τραχῖνα. ἔστι καὶ πόλις Μηλιέων. οἱ οἰκοῦντες, Οἰταῖοι. Sunt in Thessalia Oeta mons, a quo Hercules Oetæus cognominatus, Oetes oppidum, & Melienses populi. Plinio, lib. IV. sect. XIII. *Doridis a tergo mons est Oeta.*

OLBABA.

COL. IVL. AVG. C. OLBABEN. *Colonia Julia Augusta Cæsarea Olbabensis.* Nummus Juliæ Mææ, apud D. Vaillant. In eo nummo Deus Lunus equo vehitur. Situs oppidi adhuc ignotus. Ὄλβασα Ptolemæo memoratur, & in Notitia episcopatuum Græca, ubi Pamphyliæ secundæ adscribitur, cujus Perga metropolis est. Ὄλβα Stephano, & in Concilio VI. Oecumenico etiam occurrit. In eodem tractu fuisse Olbaba videtur, atque COL. IVL. AVG. CREMNA. Est & nummus Gordiani Pii, cum Baccho & tigride, COL. OLBA. . . . .

OLEASTRVM. MVN. *Municipium Oleastrum.* Plinio, lib. III. sect. III. inter oppida Gaditani conventus, *Oleastro.* Vide quæ eo loci diximus. Nummus hic Tiberii est, e Thesauro Goltziano, pag. 244.

ΟΛΥΜΠΙΑΣ.

ΝΕΡΩ. ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. Νέρων Κλαύδιος Καῖσαρ Σεβαστός. Ex parte altera, ΔΙΟΣ ΟΛΥΜΠΙΟΥ. Plinius, lib. IV. sect. VI. *Delubrum Olympii Iovis*, in Elide. Stephanus: Ὀλυμπία, ἡ πρότερον Πῖσα λεγομένη, ἔνθα Ὀλύμπιος Ζεὺς ἵδρυται. Pausanias, in Eliac. prior. sive lib. V. pag. 159. Ἐν δὲ τῷ ἐν Ὀλυμπίᾳ ναῷ, Νέρωνος ἀναθήματα, τρίτος μὲν ἐς κοτίνου φύλλα στέφανος, τέταρτος δὲ ἐς δρυὸς ἐστι μεμιμημένος. *Sunt in Olympii fano coronæ, quas Nero donavit: earum quæ est ordine tertia, oleastri: quarta, quercus frondem imitatur.* Itaque vice Numinis ipsius gratum animum testaturi ob ea dona fano tributa, ejus fani accolæ, Neroni cudi nummum jussere, si credimus.

ΟΛΥΜ. cum Jovis Olympii capite, in nummis Græciæ Veteris, apud Goltzium. Tab. X. In parte aversa, juvenis in rupe sedet, ex qua amnis labitur, templumque Jovis Olympii præterfluit. Hunc Alpheum esse haud immerito suspicamur. Plinius, lib. II. sect. CVI. *Quidam vero amnes odio maris subeunt vada, sicut Arethusa fons Syracusanus, in quo redduntur jacta in Alpheum, qui per Olympiam fluens, Peloponnesiaco littori infunditur.* Pausanias, in Eliac. prior. pag. 161. Ὁ δ' Ἀλφειὸς νενόμισται τῷ Ὀλυμπίῳ Διὶ ποταμῶν μάλιστα εἶναι φίλος. *Alpheus fluviorum omnium Jovi maxime amicus creditur.* Causam ejus amicitiæ ex eodem Pausania pete.

ΟΛΥΜΠΙΑΣ. Noctua fulmini insidet, Palladis symbolum, quam etiam cum fulmine effictam olim esse, Livius, aliique veterum prodidere. Adjectæ litteræ ΣΩ, quibus Σώτειρα Pallas inscribitur, hoc est, *Servatrix.*

ΟΛΥΜΠΙΑΣ. Sedet Olympius Juppiter, aquilam dextra, læva hastam gerens. In parte aversa, noctua, cum simpulo, seu vase parvo, quo vinum in sacrificiis libabatur. Cultrum esse falso Nonnius putavit.

ΟΛΥΝΘΙΩΝ ΚΑΙ ΤΟΡΩΝΑΙΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. In Græcia Goltzii, Tab. XXIV. Plinio, lib. IV. sect. XVIII. in Thracia, *Olynthos.* Stephano: Ὄλυνθος . . . . ὁ πολίτης, Ὀλύνθιος. Turritæ mulieres duæ in eo nummo, quibus utraque civitas adumbratur, temonem læva tenent, quod maritima fuisse ea oppida argumento est: dextrasque jungunt, quasi fœdus ineant, quod epigraphe ipsa declarat: *Olynthiorum Toronæorumque concordia.*

ΟΜΦΑΛΙΤΩΝ. Apud Goltzium, in Thesauro, pag. 224. ΟΜΨΑΛΙΤΩΝ, mendose. In ejusdem Græcia, Tab. IIII. recte ΟΜΦΑΛΙΤΩΝ, cum Herculis clavæ innitentis, ac leoninas exuvias gerentis effigie. Stephano: Ὀμφάλιον, . . . Θετταλίας. τὸ ἐθνικὸν, Ὀμφαλίτης.

ΟΞΥΡΥΝΧΙΤΩΝ. ΜΗΤΡΟΠ. Domitiani, in Thesauro Goltzii, pag. 224. In Notitia Eccles. pag. 55. Ἐπαρχία Ἀρκαδίας. Ὀξύρυγχος Μητρόπολις. Arcadia Provincia in Ægypto appellata, ab Arcadio rege quodam, inquit Eustathius ad Dionysium, vers. 251. prius Heptapolis & Heptanomos vocata, quod septem urbibus constaret, totidemque præfecturis. Nos verius a situ quem in Ægypto ea regio obtinet, similem ei quem in Achaia sibi Arcadia vindicat, hoc est, mediterraneum, nomen quoque simile traxisse credimus.

ΟΞΥΡ. L. ΙΑ. Ὀξυρυγχιτῶν, λυκάβ. ιά. *anno* XI. Hadriani, cujus hic nummus est.

ΟΞΥΡΥΝΧΙΤ. L. ΙΗ. Ὀξυρυγχιτῶν. Λυκάβαντος ιή. *Anno decimo octavo.* Nummus Antonini Pii, e Gaza Regia. In eo nummo sæpiusque in aliis, Palladis stantis effigies, ac victoriolam gestantis. Arrian. in Epictet. lib. II. cap. VIII. Καὶ ἡ Ἀθηνᾶ ἡ Φειδίου ἅπαξ ἐκτείνασα τὴν χεῖρα, καὶ τὴν Νίκην ἐπ' αὐτῆς δεξαμένη, &c. Quare nummum alterum ejusdem Hadriani, in quo Pallas similiter insculpta, ex eadem Gaza cum notis L. ΙΗ. quanquam sine oppidi nomine, iisdem Oxyrynchitis adscribimus.

ΟΠΟΝΤΙΩΝ. In Museo nostro. Plinio, lib. IV. sect. XII. *Opus, unde sinus Opuntius*, in Locris Epicnemidiis, juxta Bœotos. Eustathius, ad Iliad. II. vers. 532. Ὀποῦς . . . . καὶ τὸ ἐθνικὸν ἐξ αὐτοῦ, Ὀπούντιος.

ΟΠΟΝ. Cantharus, ex quo edera & uva emergit. Libero Patri sacrum fuisse agrum eum id argumento est, ac vini feracem. Apud Goltzium, in Græcia, Tab. XVIII.

ΟΠΟΝΤΙΩΝ. Veneris effigies, & Ajacis Locrorum tyranni. Vide Strabonem, lib. IX. pag. 425.

ΟΡΘΩΣΙΕΩΝ *Cariæ.*

ΟΡΘΩCΙΕΩΝ. Cupido alatus. In parte nummi altera, ΙΕΡΑ ΒΟΥΛΗ, cum velato capite: quale in nummis Pessinuntiorum aliisque Asiæ minoris occurrit. Quare hunc nummum Orthosiæ Cariæ adscribimus, de qua Plinius, libro V. sect. XXIX. Fecit nobis hujusce nummi copiam, pro singulari humanitate amicitiaque, P. Ludovicus Jobert,

Jobert, e Societate nostra, veteris rei Nummariæ, præter dotes ceteras, in primis peritus. Est & Augusti nummus, ΟΡΘΩΣΙΕΩΝ, in quo Plutonis imago Proserpinam rapientis.

ΟΡΘΩΣΙΕΩΝ *Syriæ*.

Nummus Vespasiani, e Thesauro Regio; in quo Castor & Pollux in equis, ut in Tripolitarum Ascalonitanorumque nummis ejusdem tractus occurrit. Trajani alter similis, in Cimelio D. FOUCAULT: Hadriani, in Thesauro Regio, in quo Imperator decurrit cum spiculo; & alter e Cimelio Mediceo, in quo Castor & Pollux in ejus decurrunt: M. Aurelii alibi, cum Castore pariter & Polluce: & Antonini Severi F. cum Templo, in quo Astarte, ex Thesauro Regio. Plinio, libro v. sect. xvii. in Syria, *Orthosia*.

ΟΡΘΩCΙΕΩΝ. Ε. ΒΞΥ. ἔτυς υξβ'. anno ccccLXII. æræ Græcorum, ut dictum est in Chronologia Veteris Testamenti. Est hic annus V. C. DCCCCIII. Antonini Pii, cujus hic nummus est, annus XIII.

ΟΡΧΟΜΕΝΙΩΝ. Severi nummus, in quo Apollo: & alter Antonini Severi F. in quo Æsculapius & Hygia. Plinio, in Arcadia, libro IV. sect. x. *Orchomenum*.

OSCA.

VRB. VIC. OSCA. D. D. Augusti, ac Tiberii nummi, quos vidimus. *Urbs Victrix Osca, Decreto Decurionum*. Plinio, lib. III. sect. IV. *Oscenses, regionis Vescitaniæ*, in Cæsaraugustano conventu. Nunc *Huesca* in Aragonia.

V. V. OSCA. *Urbs Victrix Osca*, Augusti, ac Tiberii.

VRB. VIC. OSCA. SPARSO. ET. CELERE. IIVIR. In Cimelio Regio.

V. V. OSCA. C. TARRACINA. P. PRISCO II. VIR. *Urbs Victrix Osca. Caio Tarracina, Publico, Prisco, Duumviris.* Caji Caligulæ nummus, e Cimelio Regio, cum equitis decurrentis effigie. Est & apud Anton. August, Dial. 7.

OSICERDA.

MVN. OSICERDA. Tiberii nummus, e Cimelio Regio, & apud Patin. pag. 71. Plinio, lib. III. sect. IV. *Ossigerdenses*. A Ptolemæo, lib. II. cap. VI. juxta Leonicam Ὀσίκερδα statuitur, nunc in Aragonia. Taurus ibi insculptus, ut in multis Hispaniæ nummis.

OSSONABA. MVN. Tiberii, e Thesauro Goltziano, pag. 244. Plinio, lib. IV. sect. XXXV. *Ossonoba*. Hodie *Estombar*, in Algarbica Lusitaniæ ditione. Vide Notas in Plinium.

OSTIA.

AVGVSTI. S. PORT. OST. C. *Augusti Portus Ostiensis, Senatus Consulto.* Neronis, e Cimelio Regio. Plinio, lib. III. sect. IX. *Ostia colonia*, in ipsis Tiberini amnis ostiis.

PORT. OST. Trajani. Scholiastes Juvenalis, ad Satyr. XII. *Trajanus portum Augusti restauravit, & interius tutiorem sui nominis fecit.*

Π

ΠΑΓΑΣΑΙΩΝ. In ederacea corona, ex Græcia Goltzii, tab. XXI. Plinius, lib. IV. sect. XV. *Oppidum Pagasæ, idem postea Demetrias dictum*, in Macedonia. Nummus aversa parte Bacchum exhibet, ederacea cinctum corona.

ΠΑΘΜΟΣ.

ΕΝ ΠΑΘΜΩ ΔΑ. Severi nummus, apud Patin. pag. 285. nunc Cimelii Regii. Vide ΕΦΕΣΙΩΝ. Insula *Patmos* non scribitur per Θ in Apocalypsi, sed per T.

ΠΑΙΣΗΝΩΝ.

ΠΑΙC. Dimidius aper, cum duobus globulis. Ex parte aversa, caput muliebre. Straboni, lib. XIII. pag. 589. Παισὸς, urbs fuit inter Lampsacum, Pariumque, in Hellesponto: incolæ, Παισηνοὶ appellati.

ΠΑΛΜΥΡΗΝΩΝ. Elagabali nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 224. Plinius, lib. v. sect. XXI. *Palmyra*, in Syria. Stephanus: Πάλμυρα..... τὸ ἐθνικὸν, Παλμυρηνός.

COL. PALMYRA. Caracallæ nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 241. Hæc sedes imperii Orientis Odenato, Zenobiæ, & filiis fuisse creditur.

IMP. C. AVRELIANVS AVG. Ex superficie altera: VABALATHVS VCRIMOR. Apud Mediobarbum, pag. 407. & in Museo nostro, ex ære minimo. Tristanus tom. III. pag. 212. sic notas hasce postremas exhibet, VCRIM DR, & ignotas sibi fatetur. Patinus, in Indice Numismatum, pag. 29. VERIMPR. Mediobarbus, pag. 386. V. K. P. I. M. DR. nec quidquam explanat. Angeloni, prioribus litteris duabus omissis, ceteras RIMDR sic interpretatur, REGNVM INVICTO MAGNO DOMITV RESTITVIT. Insulse. Occo, pag. 495. VCRIM. P. P. minus etiam recte. Quod si legas VCRIMOR. ita distinguere has litteras & interpretari nunc lubet, V. C. R. IM. OR. *Vice Cæsaris Rector Imperii Orientis.* Nam barbaram vocem aliquam arbitrari sub hisce Notis Latinis latere, frigidum genus exceptionis est, ac desperantium. IM. vero pro *Imperio*, vel *Imperatore* in nummis inveniri, non infrequens est. Neronis nummus, e Gaza Regia, IM. NER. CLAVD. CAES. AVG. Ex parte aversa, S. C. in corona. *Vice* autem *Sacra*, seu vice Imperiali geri aliquid a Principibus viris, nihil est obvium magis in formulis Cassiodori, in inscriptionibus apud Gruterum, in legum codicibus. Gruterus, pag. CCCLXXXI. ELECTVS. AD COGNOSCENDAS. VICE. CAESARIS. COGNITIONES. Tenuisse sane *Orientis Imperium* Odenatum, cum liberis, ex supradictis liquet, prodente id verbis conceptis Pollione, testantibusque nummis. Quin etiam vocatum a Gallieno in partem imperii, & Augusti nomen, signatamque ejus facie ac nomine Imperatoris jussu ac permissu monetam, idem affirmat: quem honorem cum Vabalatho quoque nepoti ejus ab Aureliano habitum videamus, quid similius veri est, quam quem habere aut nominare Augustum ipse noluit, quem postea idem cum Zenobia matre oppressit, interim dum pateretur ac dissimularet, speciosaque appellatione prolectaret, *Rectorem Imperii Orientis vice Cæsaris* ab ipso in hoc numismate esse appellatum? Sic vetus inscriptio apud Gruterum, pag. 168. 4. IVL. NEMESIVS VICE. M. AVREL. IMP. SACRA. BAETICAM. GVBERNANS; quod idem est ac *Vice Cæsaris Bæticæ Rector*. Ut pag. 43. 6. FABIVS. MAXIMVS. RECTOR. PROVINCIAE. Sic *adoptatus L. Ælius Verus ab Hadriano*, inquit Spartianus, *eo tempore, quo parum vigebat, & de successore necessario cogitabat: statim Prætor factus, & Pannoniæ Dux & Rector impositus.* Sic Didius Julianus in nummo Musei nostri, RECTOR ORBIS dicitur: ut & Caracalla, & Elagabalus. Sic denique Postumus in Galliis, teste Trebellio Pollione, *commissum* sibi a Gallieno *regebat imperium*, antequam eum *Galli Imperatorem appellarent.* Quid porro mirum si vices suas alteri vel semel in Oriente concesserit, *qui vicarias ipse ducum & tribunorum plurimas habuit, & Ulpii Criniti vicem sumpsit, exercitum duxit.* Vopisco teste, pag. 212. cum præsertim Vabalatho fortissimo viro, Rectore Orientis scilicet vice Cæsaris constituto, secure se Aurelianus RESTITVTOREM

TOREM ORIENTIS, in aliis nummis appellat, quos affert Mediobarbus, pag. 407.

ΠΑΑΤΗΝΩΝ. Commodi nummus, e Cimelio D. Foucault. Castor & Pollux in equis. In Syria *Paltos*, apud Plinium, libro v. sect. xviii.

ΠΑΜΦΥΛΙΩΝ. ΚΟΙΝΟΝ. Nummus Caii Cæsaris, apud Goltzium, pag. 224. Plinio, lib. v. sect. xxvi. *Pamphylia*. Stephano: Παμφυλία... κατοικήσαντες, Παμφύλιοι. Vide ΚΡΗΤΩΝ.

ADVENTVI AVG. PAMPHYLIAE. Occo, in Hadriano, pag. 231.

ΠΑΝΔΟΣΙΕΩΝ. Nummi e Magna Græcia Goltzii, tab. xxiii. Plinio, lib. iv. sect. i. *Pandosia*, in Epiro. Stephano: Πανδοσία . . . πόλις Θεσπρωτίας· τὸ ἐθνικὸν, Πανδοσιεύς. A Pandosia Italiæ, gentile est Πανδοσινός. Quare ad Thesprotiæ oppidum transferri a Goltzio hos nummos oportuit. In his tripus Apollineus, atque ipsemet Apollo insculptus. Sunt & in quibus turritum caput, & Alexander ut videtur, Epirotes.

ΠΑΝΕΜΟΤΕΙΧΕΙΤΩΝ. Juliæ Domnæ: e Cimelio R. P. De la Chaise, qui nunc est Christianissimo Regi Ludovico Magno a Confessionibus. Est & huic similis in Cimelio D. Foucault. Est Severi ex equo sedentis effigies in parte nummi antica. Fuit Πανεμότειχος Pamphyliæ oppidum, a quo gentile nomen Πανεμοτειχίτης derivatur, ut ab Ἀβωνότειχος, fit Ἀβωνοτειχίτης. Meminit hujus oppidi Notitia Ecclesf. pag. 31. Ἐπαρχία Παμφυλίας ὑπὸ Κονσιλάριον . . . Πανεμότειχος. *Provincia Pamphyliæ, sub Consulari . . . Panemutichos.* Est similis prope formæ nomen oppiduli Bithyniæ, Παντείχιον, ex quo fieri commode potest Παντειχίτης. Habet illud Antoninus inter Calchedonem, & Nicomediam, *Pantichium*. Nicephorus Callist. lib. xii. cap. xlix. ubi de invento Præcursoris capite, Theodosii principatu. Ὡς δ' ἀμφὶ τὸ Παντείχιον ἤδη ἐγένοντο, μικρὸν δὲ τοῦτο ἄστυ οὐ πάνυ πόῤῥωτέρω τῆς Χαλκηδόνος κείμενον. *Ubi autem ad Pantichium oppidum parvum non longe a Calchedone situm, ventum est.* Habet eadem Eusebius, lib. vii. hist. Ecclesf. cap. xxi. Sed non est id hujus loci.

PANNONIA. Nummus Ælii Cæsaris, e Cimelio Regio, Museoque nostro. Est & apud Patinum, pag. 211. Pannonia ibi turrito capite labarum tenet: hoc est, signum militare, pensile, ex panno sericove confectum, ima sui parte fimbriatum, ex suprema conti parte, transverso in morem antennæ ligno, pendens: cujusmodi sunt vexilla nostra Ecclesiastica, vulgo *Bannieres*. Ex hoc vero nummo intelligimus, nec Constantini primum ævo labarum repertum, nec proprium fuisse Romanorum vexillum, sed Pannonici exercitus, Cappadocici, Judaici, Syriaci, aliarumque gentium, quarum in nummis insculptum olim: auxiliariumque demum peregrinarumque copiarum: mox & a Romanis Impp. adscitum inter signa cetera militaria: uti ex Hadriani nummo liquet, cujus epigraphe est, FIDES EXERC. in quo Imp. ipse præit, læva Labarum tenens, subsequentibus militibus quatuor, cum tribus signis diversis. Hunc fere morem secutus Constantinus M. hoc unum signis ceteris haberi sanctius voluit, cum esset Christi monogrammate insignitum: ante Imperatorem deferri semper, & in præliis a fortioribus custodiri jussit: ut narrant auctores ejus vitæ. De Labari etymo, vide Nicol. Fullerum, lib. ii. Miscellan. Sacr. cap. i. & lib. iv. cap. xii.

PANNONIAE. Dux Pannoniæ, superior, & inferior, in nummo Decii, dextras jungunt. De Pannonia magnifice Mamertinus, in Paneg. ad Maximianum: *Quis dubitat quin multis jam seculis, ex quo vires illius ad Romanum nomen accesserint, Italia quidem sit gentium domina gloriæ vetustate, sed Pannonia virtute.* Est hic e Museo nostro. Est & alter perrarus M. Aur. Juliani Aug.

METALLI VLPIANI. PANN. *Metalli Ulpiani Pannonici.* Nummus singularis ex ære, Cimelii nostri, Trajano Imp. cusus, cum effigie Deæ Monetæ. Ei metallo a loco in quo fodinæ fuere, Pannonici: a Trajani nomine, cujus ævo repertæ, Ulpiani appellatio est indita. Sic in Hadriani nummis, MET. NOR. *Metallum Noricum*, & METAL. DELM. *Metallum Delmaticum* legimus. Dalmatici etiam Papinius meminit in Silvis. Sunt autem Dalmatia, Pannonia, Noricum, confines inter se regiones, æque metallis divites. His metallis qui præerat, *Comes Metallorum per Illyricum* appellatus in Notitia Imperii, sect. x. sub dispositione Comitis Sacrarum Largitionum. Ut vero metallum istud de suo nomine, sic & basilicam Ulpiam appellavit: de qua nummus insignis apud Patinum in Thesauro, pag. 157. BASILICA VLPIA.

ΠΑΝΟΠΟΛΙΣ *in Ægypto*.

ΠΑΝΟΠ. L. ΙΑ. Πανοπολιτῶν, anno xi. Hadriani, cujus hic nummus est. In eo stat Pan cum hirco. Plinius, libro v. sect. x. in Ægypto habet nomon *Panopoliten*: & sect. xi. oppidum *Panopolim*.

ΠΑΝΟΡΜΙΤΑΝ. Apud Parutam nummi complures variis insculpti symbolis, Aquila, Jove, crure triplici, qui Siciliæ typus, &c. Plinio, lib. iii. sect. xiv. in Sicilia, *Panhormum*. Stephano: Πάνορμος, πόλις Σικελίας . . . ὁ πολίτης, Πανορμίτης. Itaque ΠΑΝΟΡΜΙΤΑΝ in nummo Dorice, pro ΠΑΝΟΡΜΙΤΩΝ Nobis *Palerme*.

KART. PAN. *Carthago. Panormus.* Apud Parutam, cum effigie Imperatoris hastam gerentis. Panormitanos olim Carthaginiensibus paruisse hic nummus significat. Ex parte aversa, equi caput, Carthaginiensium symbolum vulgare. Maro huc respexit, lib. i. Æneid.

Lucus in urbe fuit media, lætissimus umbra:
Quo primum jactati undis & turbine Pœni
Effodere loco signum, quod regia Juno
Monstrarat, caput acris equi: sic nam fore bello
Egregiam, & facilem victu per secula gentem.

Quare ex eo tempore equum in nummis Pœni signavere.

ΠΑΝΟΡΜΙΤΑΝ. Aquila, Jovis armigera. Ex parte altera Janus biceps, cum ove, quæ Jovi scilicet singulis Idibus immolari solita: quare & ovis Idulis lingua Etrusca est appellata. Festus: *Idulis ovis dicebatur, quæ omnibus Idibus mactabatur.* Naso, lib. i. Fastor.

Idibus alba Jovi grandior agna cadit.

ΠΑΝΟΡΜ. Victoria dextra coronam, læva palmam gerit. Nummus Augusti, in Thesauro Regio. Græci veteres incolæ Panormi fuere, sub Augusto & Tiberio.

ΠΑΝΟΡΜΙΤΑΝ. Crus triquetrum, in nummo Tiberii, ex eodem Thesauro Regio.

PANORMITANORVM. Caput Augusti nudum. In altera parte, caput velatum: non Liviæ, sed Pietatis, pro usu illorum locorum ac temporum, cum nondum Augustarum vultus in nummis insculperentur, sed solum nomen. AVGVSTA. Alius est Augusti capite radiato: in altera nummi area, crus tergeminum, Siciliæ typus: & capricornus, in piscem desinens, symbolum ubertatis annonæ terra marique.

PANORMITANORVM. Caput Augusti. In altera parte, caput Concordiæ, cum epigraphe, CAESAR. Est ex ære mediocri, in Cimelio P. Chamillart, Parisiis. Augustorum

storum nomine nulla Siciliæ civitas nummos cudit, præter Panormitanos: ac ne illi quidem alterius nomine, quam Augusti & Tiberii.

ΠΑΡΑΙΤΩΝΙΩΝ. ΤΗΣ. ΙΕΡΑΣ. ΚΑΙ. ΑΣΥΛΟΥ. *Paratoniorum* civitatis *sacræ & inviolatæ*. Titi nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 224. Plinio, lib. v. sect. VI. *Paratonium*. In inferiore Libya. Hodie *Raxa*.

ΠΑΡΕΜΦΙΤΩΝ. ΤΗΣ. ΙΕΡΑΣ. ΚΑΙ. ΑΣΥΛΟΥ. *Paremphitarum* civitatis *sacræ & inviolatæ*. Claudii nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 224. Stephanus: Πάρεμφις, πόλις Αἰγύπτου. ὁ πολίτης, Παρεμφίτης.

ΠΑΡΘΕΝΟΠΟΛΙΤΩΝ. Nervæ nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 224. Hæc Parthenopolis Plinii est, lib. v. sect. XLIII. in Bithynia, cujus meminit & Constantinus Porphyrog. lib. I. them. v. pag. 26. non altera Macedoniæ Parthenopolis, de qua Stephanus, Παρθενόπολις, Μακεδονίας πόλις . . . ὁ πολίτης, Παρθενοπολίτης.

ΠΑΡΙΑΝΩΝ. Nummus e Thesauro Goltzii, pag. 224. Plinio, lib. v. sect. XL. *Parium colonia*. prope Lampsacum, in Hellesponto. Stephano: Πάριον, πόλις ἐν Ἑλλησπόντῳ . . . ὁ πολίτης, Παριανός. His peculiare numen Cupido fuit, teste Pausania lib. IX. sive in Bœoticis, pag. 302.

COL. PARIA IVL. AVG. Nummus est M. Aurelii, e Cimelio olim Card. Maximi, ut testis est D. Vaillant.

ΠΑΡΙ & ΠΑΡΙΩΝ. Goltziani nummi, aliique, quos vidimus ex ære; Medusæ capite insignitos, & bove. Plinio, lib. IV. sect. XXII. *Paros insula cum oppido*. Stephano: Πάρος νῆσος . . . ὁ πολίτης, Πάριος. E Cycladibus insulis una. Hodie *Paris*.

PARTHIA.

DE PARTHEIS. Augusti nummus, in quo tiara, arcus, pharetra, apud Occonem, pag. 66. Horat. I. Epist. XII.

Jus imperiumque Phraates
Cæsaris accepit genibus minor.

SIGNIS PARTHICIS RECEPTIS. S.P.Q.R. Corona quernea. Apud Occonem, Augusti nummus, pag. 57.

ΠΑΡΘΙΑ. Nummus Trajani, in quo captivus revinctis post tergum manibus luget. Est in Cimelio Magni Etruriæ Ducis. Circumferuntur in Cimeliis nummi regum Parthorum, præter eos qui Abgari nomen habent sub Severo & Gordiano, tres tantummodo, quos quidem noverimus:

Primus exhibet caput barbatum, senile, tectum tiara, absque nomine Principis. In aversa parte, Dea capite turrito sedens, dextra spicas tenet. Adjectæ litteræ ΓΚΥ annum CCCCXXIII. designant æræ Græcorum: qui annus incidit in annum Christi CXI. ab autumno; Trajani, XIV. Æra Græcorum nummis inscripta denotat, reges Parthos nullo cum Romanis fœdere societatis fuisse conjunctos.

Alter priori similis ex antica parte, habet adjectam litteram B, quæ annum secundum Principis significat. In aversa parte, Dea capite turrito stans; primaria nempe regni civitas, coronam offert regi sedenti. Epigraphe habet: ΕΠΙ Φ. Hoc est, *annus* Principis *secundus* (ut dictum est) incidens *in annum* Græcorum *quingentesimum*: qui est annus Christi 188. Commodi Imp. nonus. Deinde ΑΣΙΛ Α Α: forte pro Βασιλέως Ἀρσάκου Αὐτοκράτορος. Nummi hi duo afferuntur ab Illustriss. Spanhemio, pag. 449. prior ex ære magno, alter ex mediocri.

Tertius ex argento majoris moduli est apud Patinum in Suetonium, pag. 202. Caput exhibet tectum tiara: retro est littera Γ *annus* Principis *tertius*. In parte aversa Victoria stans coronam offert regi sedenti. Epigraphe est: ΒΑCΙΛΕΩC ΒΑCΙΛΕΩΝ ΒΟΛΑΓΑCΟΥ ΔΙΚΑΙΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥC ΦΙΛΕΛΛΗΝΟC. *Regis Regum Volagasi Justi Illustris Amici Græcorum.* Supra coronam; ΑΝΥ. Annus est æræ Græcorum CCCCLI. qui est annus Christi CXXXIX. Antonini Pii Imp. secundus.

VIC. PAR. M. Aurelii, & L. Veri, in Museo nostro. Victoriam hanc Parthicam Cassius reportavit auspiciis Impp. M. Aurelii & L. Veri. *Profligato autem bello*, inquit Capitolinus, *uterque Parthicus appellatus est.* Huc spectat alter L. Veri nummus, e Gaza Regia, ΑΥΤ. Κ. Λ. ΑΥΡ. ΟΥΗΡΟC. CEB. *Imp. Cæsar L. Aurelius Verus Augustus.* Et parte altera, Pallas galeata, dextra telum, clypeum læva gerit. ΥΠΕΡ ΝΙΚΗC ΚΥΡΙΩΝ CE. *Pro victoria Dominorum Augustorum.*

VICTORIA PARTHICA MAXIMA. Severi, apud Anton. August. Tab. LIII.

VICTORIA PARTHICA. Antonini Caracallæ, apud Occonem, pag. 380.

ΠΑΡΩΠΙΝΩΝ.

ΠΑΡ. in corona ederacea, apud Parutam. Plinio, lib. III. sect. XIV. *Paropini*, in Sicilia. Nunc *Colizano*, ut quidem Fazellus existimat. Est autem edera Baccho sacra, cujus Dei, ut Plinius ait, lib. XVI. sect. LXII. thyrsos adornat: & eadem vini ubertatis index in nummis.

ΠΑΤΑΡΕΩΝ. Gordiani tertii nummus, e Gaza Regia, & in Cimelio D. FOUCAULT, & apud Tristanum, tom. II. pag. 512. ac Patinum, pag. 375. Præfert in eo nummo Apollo lauri ramum: retro posito tripode: coram adstante corvo, & vasi cuidam insultente, ex quo urbi nomen: auctore Alexandro Polyhistore, apud Stephanum: Ὠνομάσθαι δὲ τὴν χώραν ἀπὸ τοῦ ἄγγους τοῦ Παταρέως, Πατάρας. Μεθερμηνεύεσθαι δὲ τὴν πατάραν [illegible], κίστιν. Corvus autem Apollini sacer, a Statio, lib. III. Thebaïdos, v. 506. *Comes obscurus tripodum*, sive oraculorum, quæ ab Apolline edi solent, appellatur. Plinio, lib. v. sect. XXVIII. *Patara*, &c. Stephano: Πάταρα, πόλις Λυκίας . . . . . ὁ πολίτης, Παταρεύς. D. Nicolai natalibus clara. Hinc ab Horatio, lib. III. Carm. cognominatus Patareus Apollo, qui & ipse in eo nummo signatur. Mela, lib. I. cap. de Lycia: *Atque ut multa oppida; inquit, si præter Pataram non illustria. Illam nobilem facit delubrum Apollinis, quondam opibus & oraculi fide Delphico simile.*

PATRÆ.

PATER. Augustus videlicet. Ex parte aversa, PATRIAE. C. A. A. P. *Colonia prima Augusta Patrensis.* Augusti nummus, e Gaza Regia. Alius ex ære mediocri, apud P. CHAMILLART, sic habet: DIVVS AVGVSTVS PATER, capite laureato.)(COL. A. A. PATRENS. Colonus agit boves. Plinio, lib. IV. sect. V. *Patræ colonia*. Stephano: Πάτραι, πόλις Ἀχαΐας . . . . ὁ πολίτης, Πατρεύς. Hodie *Patras*. Vide quæ diximus in Plinianis Notis, in primis de vetusta Aroës appellatione. Quibus beneficiis Augustus Cæsar Patrenses affecerit, libertate præcipue & coloniæ jure, disce ex Pausania, in Achaïcis, pag. 224. Quo auctore, vulgo Antiquarii in hoc nummo & similibus legunt, *Colonia Augusta Aroë Patrensis*. At si reipsa vetus illud nomen Patrarum fuit, non commemoraretur illud in nummis simul cum Patrensi: nihilo certe magis, quam cum Cæsareæ Cappadociæ nomine vetus Mazacæ nomen in nummis conjungitur; aut vetusta Ephesi vel Corinthi, aliaque urbium nomina, quæ commemorantur a Plinio. *Primæ Augustæ coloniæ* titulo Patrensis colonia gloriatur, ut Primæ Flaviæ titulo Cæsarea Palæstinæ. Litteram A pro *primo* quoties in nummis oc-

currat, libri nostri de Nummis antiquis docent.

INDVLGENTIAE AVG. MONETA IMPETRATA. Ex parte aversa, Imperator curru quadrijugo triumphat: epigraphe, CAESARI AVG. COL. A. A. P. *Colonia prima Patrensis.* E Cimelio Regio, & apud Seguinum, pag. 102.

PERMIS. P. CORNELI DOLABELLAE PROCOS. CPCAS DD. Hoc est, *Coloniæ Patrensis cives Augustum salutant*, sive *Augusto salutem. Decreto Decurionum.* In medio rursum C. P. cum Mercurii effigie, *Colonia Patrensis.* Nummus hic est in Thesauro Brandeburgico, tomo 2. pag. 92. sed ibi Carthagini perperam attributus. Proconsul Achaiæ P. Cornelius Dolabella hic fuisse dicitur. Pars nummi antica habet hanc epigraphen: TI. CAE. DIVI AVG. F. AVG. IMP. . . . . capite nudo sine laurea.

COL. A. A. PATR. XXII. Claudii, apud Erizzo, pag. 88. & in Museo nostro. Sunt & Neronis similes, Galbæ, Domitiani, L. Veri, & Severi. In nummis Claudii, & Galbæ, signa militaria, legionis XXII.

LIBERIS AVG. COL. A. A. P. Apud Patinum, pag. 99. Claudii liberos tres hic nummus exhibet: Britannicum, Antoniam, Octaviam.

COL. A.A.P. GENIVM. *Colonia prima Augusta Patrensis*, *Genium* Populi Rom. vel coloniæ colit, vel Agrippinæ Claudii; cujus vultum & nomen altera nummi pagina refert. Vide CORINTHVS: ubi similis epigraphe est in nummo prioris Agrippinæ.

NERO CAESAR AVG. GERM. Capite laureato. C. P. *Colonia Patrensis*, ADVENTVS AVGVSTI, ut in nummo Corinthi.

NERO CAESAR AVG. GERM. IMP. Capite laureato. CLEANDRO P.Q. CO. DO. *Cleandro Præfecto Quinquennali Corpus Dolabrariorum*, C. P. *Coloniæ Patrensis.* Nero togatus ibi stat.

GEN. COL. NER. PATREN. *Genius Coloniæ Neronianæ Patrensis.* Nummus Neronis, quem vidimus.

NERO CLAVD. CAES. AVG. *Nero Claudius Cæsar Augustus.* Ex parte aversa, Juppiter stans, seu Nero potius Jovis habitu, cum epigraphe, JVPPITER LIBERATOR. C.P. *Colonia Patrensis.* E Cimelio Regio. Fuit Patrensis civitas Achaiæ caput, de qua Plinius, lib. IV. sect. X. *Universæ Achaiæ libertatem Domitius Nero dedit.* Quod & Pausanias egregie confirmat in Achaicis, pag. 222.

NERO. CLAVD. CAES. AVG. Ex parte aversa: HERCVLI AVGVSTO. C. P. *Colonia Patrensis.* Herculis ædes & Jovis ipsius Patris fuere, ut auctor est Plinius, libro XXXV. sect. XLIX.

COL. A. A. PATRENS. Colonus agit boves. *Colonia prima Augusta Patrensis.* IMP. CAES. DOMITIAN. AVG. . . . Ex ære mediocri apud P. CHAMILLART.

COL. A. A. PATRE. *Colonia prima Augusta Patrensis.* Nummus M. Aurelii, apud Patinum, pag. 234. cum Dianæ effigie, quæ curru cervis juncto vehitur. De Dianæ Laphriæ cultu apud Patrenses superius egimus, ex Pausania in Achaicis, pag. 224. Sunt & Nervæ nummi, simili epigraphe: & Antonini Pii, Antonini Severi F. Elagabali, & Gordiani Pii.

COL. A. A. PATR. Caracallæ nummus, in quo Mercurius monti insidet, cum caduceo, & arietem idem digito monstrat. Vide quæ diximus in nummis Corinthiorum, ubi quamobrem Mercurio sit aries appositus, ex Pausania docuimus.

ΜΙΝΔΙΟΣ ΑΝΘΥΠΑΤΟΣ. ΠΑΤΡΩΝ. Apud Spanhemium, lib. de usu Numism. pag. 564. Nos in nummo eo vidimus ΠΑΤΡΕΩΝ. *Mindius Proconsul Patrensium.*

ΕΠΙ Λ. ΜΙΝΔΙΟΥ ΒΩΛΑΝΟΥ ΑΝΘΥ. ΠΑΤΡΕΩΝ. *Sub L. Mindio Bolano Proconsule.* Nummus Claudii.

ΝΕΡΩΝΙ. ΠΑΤΡΕΩΝ. *Neroni.* Nummus Patrensium.

ΚΛΑΥΔΙΟΥ. ΡΟΥΦΟΥ. ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ. ΠΑΤΡΩΝ, ex Occone. *Claudio Rufo Proconsule, Patrarum.* Sed habet idem Occo, pag. 135. nummum alterum, ΝΕΡΩΝΙ ΠΑΤΡΩΝΙ inscriptum, ut quidem ait, cum nullus dubitem, quin legi ΠΑΤΡΩΝ oporteat, & ad Patrenses referri. Quanquam nec sum nescius occurrere hanc quoque vocem in vetustis lapidibus, uti apud Gruterum, pag. 1094. 5. ΤΟΝ. ΕΑΥΤΟΥ. ΠΑΤΡΩΝΑ. Et in nummo Claudii, apud D. Vaillant: ΕΠΙ ΦΙΡΜΟΥ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ ΠΑΤΡΩΝΟΣ ΤΗΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΝΕΙΚΟ.

ΠΑΤΡΕΩΝ ΑΡΙCΤΑΡΧΟC ΔΑΜΗΝΟC. *Patrensium* Prætor *Aristarchus Damonis F.* Δάμων@, ut alibi monuimus, pro Δάμωνος Ionice. Apollo τοξότης in eo nummo pingitur. Est e Cimelio Regio. Sunt & apud Angelonium duo: ΜΗΤΡΟΔΩΡΟC ΜΕΝΕΚΛΕΟΥC ΠΑΤΡΕΩΝ. *Metrodorus Meneclis F.* Prætor *Patrensium.* Et ΝΙΚΟCΤΡΑΤΟC ΚΑΛΛΙCΤΡΑΤΟΥ. ΠΑΤΡΕΩΝ. *Nicostratus Callistrati F.* In Gaza Regia, ΑΙΣΧΡΙΩΝ ΛΥΣΙΑ. ΠΑΤΡΕΩΝ. *Æschrion Lysiæ F.*

ΠΑΤΡΕΩΝ, apud Goltzium in Græcia, Tab. IX.

ΚΙΜΩΝ. ΑΡCΗ ΠΑΤΡΕΩΝ, mendose, apud eundem Goltzium, pro ΑΡΟΗ ΠΑΤΡΕΩΝ, *Aroë Patrensium*, uti nos Lutetiam Parisiorum dicimus. Sic antea vidimus, ΚΙΒΩΤΟC ΑΠΑΜΕΩΝ. Vox prior ΚΙΜΩΝ, appellatio Prætoris est, vel Præfecti urbi. Est in hoc utroque Goltziano numismate insculpta Pallas, cum hasta & clypeo, appositaque noctua. Pausanias, in Achaïcis, pag. 226. ubi de fanis Patrensium: Καὶ Ἀθηνᾶς ναὸς, inquit, ἐπίκλησιν Παναχαΐδος· ἐλέφαντος τὸ ἄγαλμα καὶ χρυσοῦ. *Minervæ etiam ædes est cognomento Panachaidis: cujus signum ex ebore & auro.* In superficie nummi altera heroëm Patreum oppidi conditorem expressum, haud temere arbitramur: De quo Pausanias uberius, loco cit.

PATRICIA COLONIA. Vide CORDVBA.

ΠΑΥΤΑΛΙΩΤΩΝ. Hadriani in Cimelio D. FOUCAULT: Antonini Pii, M. Aurelii, ac L. Veri nummi, in Gaza Regia, Ptolemæo, lib. III. cap. XI. Πανταλία in Thracia est. Stephano quoque: Παυταλία, μοῖρα Θρᾴκης. τὸ ἐθνικὸν, Παυταλιώτης. Scribe, Πανταλία, & Πανταλιώτης. In Notitia Eccles. Hieroclis, pag. 25. Daciæ mediterraneæ adscribitur, Ἐπαρχία Δακίας μεσογείας... Πανταλία.

ΗΓΕ. ΓΑΡΓΙΛΙΟΥ ΑΝΤΙΚΟΥ. ΠΑΥΤΑΛΙΩΤΩΝ. Ἡγεμόν@ Γαργιλίυ Ἀντίκου. Πανταλιωτῶν. *Præfecto Gargilio Antico. Pautaliotarum.* Antonini Pii nummus, e Cimelio Regio. Occurrit porro ejus Præfecti nomen & in nummis ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, ut suo loco dicemus, quod idem forte Præfectus Thraciæ tum & Daciæ foret.

ΗΓΕ. Μ. ΠΟΜΠΗΙΟΥ ΟΥΟΠΕΙCΚΟΥ. ΠΑΥΤΑΛΙΩΤΩΝ. Ἡγεμόνος Μάρκου &c. *Præside M. Pompeio Vopisco.* Nummus Antonini Pii, e Cimelio Regio.

ΠΑΥΤΑΛΙΑC ΟΥΛΠΙΑC. In nummis M. Aure-

Aurelii, e Museo nostro: Faustinæ conjugis, Commodi, Severi, Juliæ Domnæ, & Antonini Severi F. Ab Ulpio Trajano cognomen traxit. In his fere serpens pluribus spiris involvitur, *Æsculapii* typus, aut Bacchi, ut diximus, verbo ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΙΤΩΝ. In Faustinæ nummo, apud Tristanum, tom. I. pag. 670. Hygia ipsa, sive Salus, Æsculapii filia, serpentem pascit. In M. Aurelii, fluvius cum arundine, & oleæ ramo. In Severi, Aquila globo insidet: &c.

ΗΓΕ. Μ. ΤΟΥΛΛΙΟΥ ΜΑΞΙΜΟΥ. ΠΑΥΤΑΛΙΩΤΩΝ. *Præfecto M. Tullio Maximo.* Nummi Antonini Pii, M. Aurelii, & L. Veri, in eodem Cimelio. Et hujus Præfecti nomen occurrit in nummis Trajanæ Augustæ, de qua nos inferius suo loco.

ΗΓΕ. Τ. ΑΙΛΙΟΥ ΝΕΡΑΤΙ. ΠΑΥΤΑΛΙΩΤΩΝ. Ἡγεμόνος Τίτου Αἰλίου Νερατίνου. *Præside T. Ælio Neratino.* Nummus Severi e Cimelio D. FOUCAULT. Aquila insistit fulmini.

ΠΑΥΤΑΛΙΩΤΩΝ. Getæ nummus, e Gaza Regia: quo in nummo Mercurius arieti insidet. Id cujus rei symbolum sit, superius docuimus. Est ejusdem Principis ibidem alter, in quo calathus frugum ac fructuum plenus insculptus: agri ejus ubertatis index. Tertius rursum, in quo uva.

PAX. IVLIA, *in Lusitania.*

COL. PAX IVLIA. Galbæ nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 241. Plinio, lib. IV. sect. XXXV. *Colonia Pacensis.* Hodie *Beja.* Ulpianus, lib. L. Dig. tit. XV. de censibus: *In Lusitania Pacenses . . . juris Italici sunt.* Vide plura in Plinianis Notis.

ΠΑΦΙΩΝ. Nummi Goltziani, cum Veneris capite, & Cupidinis τοξότου effigie, vel Paphiæ Veneris fano. Plinio, lib. V. sect. XXXV. *Nea Paphos, Palæpaphos.* Stephano: Πάφος, πόλις Κύπρου. οἱ πολῖται, Πάφιοι. De Paphiæ Veneris æde idem Plinius, lib. II. sect. XCVII. *Celebre fanum habet Veneris Paphos, in cujus quandam aram non impluit.* In libris ante nos editis *aream* legebatur, quam vocem & Regius uterque codex agnoscit. At Chiffletianus, *aram*: quod arridet magis. Vide ΚΥΠΡΙΩΝ.

ΠΑΦΙΗ. CΑΡΔΙΑΝΩΝ. Vide ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ, & ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ, & ΣΑΛΑΜΙΝΙΩΝ.

MENSES PAPHIORVM.

Paphii in Cypro insula habuisse dicuntur propria mensium suorum nomina. Horum laterculum edidit Henricus Pantaleon, in Diario Historico, & ex eo Latine Theatrum Vitæ Humanæ, littera M. pag. 419. Eadem nuperrime Græce quoque edidit Fridericus Spanhemius, tomo I. Operum suorum, in Chronologia sacra, parte I. pag. 43. Henricus Stephanus in Thesauro suo linguæ Græcæ, tomo IV. pag. 225. ex vetere Lexico profert solummodo decem priora mensium nomina. Nos hic ipsa duodecim sic repræsentamus, ut eorum nominum originem simul exhibeamus e regione: nempe Latinam sententiam, factam partim ex his quæ de Æneæ & de Julii Cæsaris origine poetæ prodiderunt, partim ex inscriptione nummorum veterum Augusti Imperatoris.

1	Ἀφροδίσιος	*Veneris*
2	Ἀπογονικὸς	*soboles fuit*
3	Αἰνικὸς	*Æneas*
4	Ἴουλος	*& Julius*
5	Καισάρειος	*Cæsar*
6	Σεβαστὸς	*Augustus*
7	Αὐτοκρατορικὸς	*Imperator*
8	Δημαρχεξούσιος	*Tribuniciæ potestatis*
9	Πληθύπατος	*Consul sæpissime*
10	Ἀρχιερεὺς	*Pontifex Maximus*
11	Ἑστίων	*ex familia*
12	Ῥωμαῖος	*Romana fuit.*

Ex his mensium nominibus duo profert Epiphanius, hæresi LI. Alogorum, num. XXIV. *Apogonicum & Iulum:* quæ an insititia ibi sint, considerandum est. Quamquam illud est perdifficile: cum vix in orbe toto nunc esse dicantur Epiphanii duo exemplaria manu scripta vetera.

Mensis primus Ἀφροδίσιος est. Scilicet æquum fuit, ubi Venus Paphia in primis colebatur, ibi ab ipsa mensem primum nomen accipere. Etenim Ἀφροδίτη *Venus.* Pantaleon hic legit Ἀφροδισαῖος.

Ἀπογονικὸς fit ab ἀπόγονον, vel ἀπογονὴ, *soboles:* vel ab ἀπόγονος, *filius, nepos, pronepos, oriundus.*

Αἰνικὸς (vel, ut rectius Scripsit Lilius Greg. Gyraldus, pag. 575. ex Michaele Psello, aliisque, Αἰνειακὸς,) ponitur pro Αἰνείας, quod nomen ab αἶνος deducitur.

Ἴουλος & Καισάρειος manifestum est posita esse pro Julio-Cæsare. Pantaleon & Henr. Stephanus mendose Ἴνιος scripsere pro Ἴουλος *Iulus*, quod apud Epiphanium legitur, & apud Frid. Spanhemium. Æneam Anchisæ & Veneris filium fuisse Homerus prodidit. Et de Julio Cæsare oriundo ab Iulo Æneæ filio nota fabula est:

Iulius, a magno deductum nomen Iulo.

Sex consequentia nomina desumpta sunt ex titulis qui leguntur in nummis Augusti: AVGVSTVS IMP. TRIBVNIC. POTEST. COS. . . . . PONT. MAX. hoc est, Græce: ΣΕΒΑΣΤΟΣ, ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ, ΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ, ΥΠΑΤΟΣ, ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ. In nummis Græcis scribitur ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞΟΥΣΙΑΣ: unde factum est Δημαρχεξούσιος. Pantaleon legit, *Dimarchezagius:* Frid. Spanhemius, & Henr. Stephanus, Δημαρχεξάσιος: omnes mendose: sed unius tantum litteræ errore: vel affectata ab ipsis auctoribus mutatione diphthongi ου in α, ad occultandam nominis originem. Pro Πληθύπατος, Pantaleon legit Πλυθύπατος: Spanhemius. Πλυθύπατος: Henricus Stephanus, Πληθύτατος; omnes mendose: sed aliud alii subministrant, unde vera lectio eruatur, Πληθύπατος, ut recte legit Lilius Gyraldus, loco citato: voce lepide ficta, ut significetur, Qui Consul fuit sæpissime. Fuit certe Augustus COS. XII.

Reliquis duobus nominibus dicitur Augustus fuisse *Civis Romanus*, sive *Domo Romanus:* ficto nomine Ἑστίων ab ἑστία, *domus, familia.* Nam Ἑστίων legit Pantaleon recte: prave Ἑσθιεύς apud Spanhemium Bibliopolæ ediderunt.

ΠΕΛΙΝΝΑΙΩΝ. E Museo nostro. Plinio, lib. IV. sect. XV. *Pelinna.* Stephano: Πέλιννα, πόλις Θετταλίας, &c. Est & alter simili epigraphe, in Cimelio Regio, cum noctuæ effigie urnæ insidentis, & capite Palladis galeato, ex parte aversa.

PELLA.

COL. IVL. AVG. PELLA. Hadriani nummus, apud Patin. pag. 193. nunc Cimelii Regii. Item Antonini Severi F. & Macrini.

COL. AVG. PELLA. Severi Alexandri, & Gordiani junioris nummi. Plinio, lib. IV. sect. XVII. *Pella colonia*, in Macedonia. Vetus Macedonum regia. Hodie τὰ Παλατίσια, hoc est, *parva palatia.*

ΠΕΛ. ΠΕΛΛΗϹ, & ΑΥΓ. ΠΕΛΛΗϹ, in Græciæ nummis, apud Goltzium, Tab. XXII. &

& XXIII. In his Apollo, cum Pallade: aut bovis pascentis effigies.

ΠΕΠΑΡΗΘΙΩΝ. Nummus Augusti, in Thesauro Regio, inscriptus, ΠΕΠΑΡ. Sunt & apud Goltzium ita inscripti, Tab. XIII. insularum Græciæ. In his Juppiter insculptus, & Io in vaccam mutata, ceteraque qualia ab Hygino describuntur, fab. CXLV. *Ex Inacho & Argia, Io. Hanc Iuppiter dilectam compressit, & in vaccæ figuram convertit, ne Iuno eam cognosceret &c.* Plinio, lib. IV. sect. XXIII. *Peparethos* insula *cum oppido, quondam Evænos dicta*, hoc est, vino fertilis. Heraclides, lib. de Politiis: Πεπάρηθος. . . αὕτη ἡ νῆσος εὔοινός ἐστι καὶ εὔδενδρος. Stephano: Πεπάρηθος νῆσος... ὁ πολίτης, Πεπαρήθιος. Hodie *Piperi* in Ægæo mari. Vide plura in Plinianis notis.

PERGA *Pamphyliæ*.

ΠΕΡΓΑΙΑΣ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ. Claudii, Hadriani, & Antonini.

DIANA. PERG. S. C. COS. III. Nervæ nummus, quem Occo, pag. 190. *Diana Pergamenorum* male interpretatur, pro *Diana Pergensi*, cujus templum in eo nummo exhibetur. Est & Trajani alter apud Patinum in Thesauro, pag. 64. Vide Strabonem, lib. XIV. pag. 667. Τὸ τῆς Περγαίας Ἀρτέμιδος ἱερὸν, ἐν ᾧ πανήγυρις κατ' ἔτος συντελεῖται. Tullius, I. in Verr. *Pergæ fanum antiquissimum & sanctissimum scimus esse.*

ΠΕΡΓΑΙΩΝ. Trajani, in quo Hercules: Antonini Pii, in quo Diana: Severi, in quo tres Charites: ut & in nummo Juliæ Domnæ: Antonini F. in quo vel Æsculapius, vel Diana Pergæa: Getæ, e Cimelio Regio, in quo Pallas: Julii Maximini, in quo vel Hercules, vel Diana: ac Philippi filii numismata. Plinio, lib. V. sect. XXVI. *Perga.* Stephano: Πέργη, πόλις Παμφυλίας. τὸ ἐθνικὸν, Περγαῖος.

ΠΕΡΓΑΙΑC ΑΡΤΕΜΙΔΟC ΑCΥΛΟΥ. *Pergensis Dianæ, inviolatæ.* Nummus Gordiani junioris, e Cimelio Regio. Item Philippi patris ibidem.

ΠΕΡΓΑΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΑCΥΛΟΝ ΙΕΡΟΝ. *Pergensium Neocororum inviolatum templum.* Apud Spanhemium, lib. de usu numism. pag. 782. Jus asyli templo concessum hi nummi admonent. De eo jure nos supra. In nummo Gallieni simul & Saloninæ, ΠΕΡΓΑΙΩΝ ΑCΥΛΟΥ ΙΕΡΟC: subintellige, ἀγών: *Pergæorum* civitatis *sacrosanctæ sacrum* certamen.

ΠΕΡΓΑΙΩΝ. CΙΔΗΤΩΝ. Vide ΣΙΔΗΤΩΝ.

ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ.

ΠΕΡΓΑΜΟΣ. ΣΕΒΑΣΤΟΝ. Augusti nummus, e Gaza Regia. In aversa parte, ΚΑΙΣΑΡΑ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ. Habent Pergameni nummos nominibus Cæsarum, a Julio Cæsare usque ad Gallienum.

ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. Caput Julii sine laurea.)(. ΕΠΙ ΓΑΙΟΥ ΟΥΙΒΙΟΥ ΠΑΝΣΑ. *Sub Caio Vibio Pansa.* Victoria gradiens cum palma & corona. In Thesauro Regio, ex ære mediocri.

ΑΥΤΟΚ. ΚΑΙΣΑΡΙ ΑΝΘ. ἀνθυπάτῳ. *Imperatori Cæsari Proconsuli.* In altera parte: ΘΕΑΝ ΡΩΜΗΝ ΠΕΡΓ. Θεὰν Ῥώμην Περγαμηνοὶ, *Deam Romam* colunt *Pergameni.* Nummus est Augusti, e Cimelio D. FOUCAULT.

Μ. ΦΟΥΡΙΟΣ ΙΕΡΕΥΣ ΚΑΙ ΑΣΙΑΡΧΗΣ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. Nummus Augusti, ibidem. *M. Furius sacerdos & Asiarcha.*

ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΚΑΙ ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ. Concordiam Pergamenorum cum Sardianis hic nummus Augusti indicat, apud Patinum, pag. 53. In parte aversa ejus nummi templum exstat, cum epigraphe, ΣΕΒΑΣΤΟΝ. ΚΕΦΑΛΙΩΝ ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΩΝ. *Augustum. Cephalion Scriba.* Ex quo haud temere suspicamur & subsequentem nummum, quanquam alio Principe cusum, non ad Pergenses, sed ad Pergamenos spectare, quod ejusdem gentis ac nominis Prætorem is exhibet. Ædem Augusto sitam apud Pergamenos Tacitus commemorat, lib. IV. Annal.

ΕΠΙ CΤΡΑΤΗΓΟΥ ΔΙΟΔΩΡΟΥ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. ΕΦΕ. *Sub Prætore Diodoro. Pergamenorum Ephesiorumque Concordia.* Nummus Domitiani.

ΤΡΑΙΑΝΟC. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. ΦΙΛΙΟC ΖΕΥC. *Trajanus. Pergamenorum Amicus Iuppiter.* Jovis Amici sedentis in templo, & Trajani stantis effigies. Quo habitu æquus ac benevolus Juppiter indicatur. De Jove Philio Plato in Phædro, & alibi Lucianus, Apuleius, ceteri. E Gaza Regia. Stephano: Πέργαμος . . . . . ὁ πολίτης, Περγαμηνός. In Mysia. Nunc quoque *Pergamo.*

ΖΕΥC ΦΙΛΙΟC. ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΚΑΙCΑΡ ΤΡΑΙΑΝΟC. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. Templum, in quo Juppiter & Trajanus stant. In altera nummi parte, ΘΕΩ CΩΤΗΡΙ. ΚΑΙ ΤΩ ΘΕΩ CΕΒΑCΤΩ. *Deo Servatori & Deo Augusto.* En Deum Trajanum, quo sensu & Deum Hadrianum vidimus in nummis Nicomediensium. Templum, in quo Victoria Trajanum coronat. Est in Thesauro Regio.

ΠΕΡΓΑ. CΤΡΑ. ΚΕΦΑΛΙΩΝ. ΤΟ Β. Περγαμηνῶν, Στρατηγοῦ Κεφαλίωνος τὸ β. *Pergamenorum, Prætore Cephalione iterum.* Hadriani nummus, ex eodem Cimelio, cum Telesphori Dei effigie. Evamerionem quendam a Pergamenis Telesphorum appellatum esse, divinosque ei honores habitos, Pausanias auctor est, in Corinth. seu lib. II. pag. 54. Εὐαμερίωνι δὲ ὡς θεῷ θύουσι . . . τὸν Εὐαμερίωνα τοῦτον Περγαμηνοὶ Τελεσφόρον ἐκ μαντεύματος ὀνομάζουσιν.

ΚΟΡΩΝΙC. ΕΠΙ CΤΡ. ΠΟΛΛΙΩΝΟC. ΠΕΡΓΑ. Sabinæ nummus, quem sic interpretamur: Κορωνίς. Ἐπὶ Στρατηγοῦ Πολλίωνος. Περγαμηνῶν. *Coronis. Sub Prætore Pollione. Pergamenorum.* Non Æsculapium solum, aut Hygiam Æsculapii filiam Pergameni coluere, uti ex nummis supra commemoratis, aliisque, liquet: sed & Æsculapii matrem, quæ Κορωνὶς est appellata, ut auctor est Lucianus in Pseudomanti, pag. 480. & Pausanias in Corinth. seu lib. II. operis sui, pag. 68. Κορωνίδα κύουσαν Ἀσκληπιὸν, &c. Arnobius item, lib. VII. & alii. Quare in nummo eo, in quo explanando nunc sumus, Æsculapii ipsius est insculpta effigies, cum baculo & serpente. Est autem Prætor is ipse, cui inferius Ælii prænomen fuisse ex Antonini Pii nummo videbimus. Affert hunc nummum Spanhemius, pag. 83. sed mutilum, atque ea voce diminutum ΚΟΡΩΝΙC.

ΕΠΙ CΤΡ. ΚΟΥΑΡΤΟΥ. ΠΕΡΓΑ. ΤΟ Β. *Sub Prætore Quarto Pergamenorum iterum.* Antonini Pii, ex eodem Cimelio, & Museo nostro. Æsculapius stans. Hujus Dei cultum ad Pergamenos quis primum detulerit, disce ex Pausania, in Corinthiacis, pag. 69. Vide & Eliac. prior. pag. 160. Sunt ejusdem Antonini alii, ΕΠΙ CΤΡΑ. ΚΛ. ΑΙCΙΜΟΥ, & ΕΠΙ CΤΡΑ. ΚΛ. ΔΙΔΑΛΑ.

ΕΠΙ CΤΡ. Γ. ΠΟΛΛΙ. ΑCΙ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. Ἐπὶ Στρατηγοῦ Γαΐου Πολλίωνος Ἀσιάρχου, Περγαμηνῶν. *Sub Prætore Caio Pollione Asiarcha, Pergamenorum.* Antonini Pii, ex eadem Gaza. Stant in eo nummo Æsculapius & Hygia.

ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΔΙC. ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΕΠΙ. CΤΡΑ. ΤΥΛ. ΚΡΑΤΙΠΠΟΥ. Nummi duo, e Gaza Regia: alter M. Aurelii,

cum Jovis effigie, dextra Palladem, hastam læva tenentis: L. Veri alter, in quo Bacchus cum panthera. *Sub Prætore Tullio Cratippo. Pergamenorum bis Neocororum.*

ΕΠΙ ΣΤΡ. ΑΙ. ΠΟΛΛ. ΠΕΡΓΑΜΗ. Faustinæ junioris, e Cimelio Regio. Exhibet hic nummus serpentem aræ impositum, Æsculapii symbolum. Nullus dum fere incidit in manus nostras nummus Pergamenorum, quin hujus Dei, Hygiæve effigiem, vel symbolum præferret.

ΕΠΙ ΣΤΡΑ. ΚΑΛΛΙΣΤΕΟ. ΣΕΛΕΙΝΟΣ. ΚΗΤΕΙΟΣ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Ἐπὶ Στρατηγοῦ Καλλιστέως Σελεινὸς, Κήτειος. Περγαμηνῶν δὶς Νεωκόρων. *Sub Prætore Callisteo, Selinus, Cetius. Pergamenorum bis Neocororum.* M. Aurelii nummus, apud Spanhem. pag. 485. & apud Tristanum, sed mendose, pag. 641. Denique & apud Sponium in Itin. Athen. Plinius, lib. v. sect. XXXIII. *Pergamum intermeat Selinus, præfluit Cetius*, &c. In eo nummo stat Æsculapius, inter fluvios geminos, quos & nummus appellat, & Plinius. Sed miror Caïcum prætermissum, amnem nobilem, qui Pergamum præterfluit, teste Strabone, lib. xv. pag. 634.

ΕΠΙ ΣΤΡ. Π. ΑΙΠΙΟΥ: ΕΠΙ ΣΤΡ. ΠΡΟΒΟΥ: ΕΠΙ ΑΥΡ. ΚΕΛ. *Sub Aurelio Celso.* Nummi Commodi.

ΑΥ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΣ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αὐρήλιος Ἀντώνινος. Antonini Severi F. nummus. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. ΟΛΥΜΠΙΑ. ΠΥΘΙΑ ΕΠ. ΣΤ. ΙΟΥ. ΜΑΡΚΟΥ. Περγαμηνῶν Ὀλύμπια, Πύθια. Ἐπὶ Στρατηγοῦ Ἰουλίου Μάρκου. *Sub Prætore Iulio Marco.*

ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΔΙΣ. Λ. ΑΥΡΗ. ΑΡΧΕΛΑΟΣ. In ima nummi parte, ΝΕΩΚΟ. *Pergamenorum bis Neocororum. L. Aurelius Archelaus*, vel Prætor, vel sacrorum Præses. L. Veri nummus, in quo Æsculapius & Hygia, apud Patinum in Thesauro, pag. CXI.

ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΕΦΕΣΙΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. In Commodi nummo Juppiter curru vehitur juncto Centauris duobus, ac Dianæ Ephesiæ simulacrum manu gestat. Apud Sponium, in Itiner. Athen.

ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. Commodi nummus, qui Telesphorum stantem in ædicula exhibet, in Museo nostro, ex ære minimo.

ΕΠΙ. ΣΤΡΑ. ΔΙΟΔΩΡΟΥ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. Commodi nummus, e Gaza Regia, in quo stant Æsculapius, & Hygia.

ΕΠΙ. ΣΤΡΑΤΗΓΟΥ ΚΟΥΙΝΤΙΛΙΑΝΟΥ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΚΑΙ ΕΦΕΣΙΩΝ. Ejusdem Commodi, e Gaza pariter Regia. *Sub Prætore Quintiliano, Pergamenorum & Ephesiorum*, subintellige, concordia. Stant in eo nummo viri duo, quorum alter Æsculapii, Pergamenorum Dei: Dianæ alter Ephesiæ simulacrum gerit. Est idem ex ære maximo, in Cimelio Magni Ducis Hetruriæ. Sunt & Gordiani Pii in Thesauro Regio, sub Prætore Publio Longino, (qui in altero Aur. Longinus appellatur:) Περγαμηνῶν & Νικομηδέων *concordia* inscripti nummi.

ΕΠΙ ΣΤΡ. ΙΟΥΛ. ΑΝΘΙΜΟΥ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΠΡΩΤΩΝ vel ΤΡΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Sub Prætore Julio Anthimo, Pergamenorum qui primi omnium ter Neocori.* ΙΟΥΛΙΑ ΔΟΜΝΑ ΣΕΒΑΣΤΗ. E Cimelio Regio. Æsculapii, & Hygiæ stantis effigies. Apud Occonem sic deformatus hic nummus exstat: ΕΠΙ ΣΤΡ . . . ΚΛ ΑΙΣΙΜΟΥ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ.

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΠΕΡΓΑΜΗ. ΟΜΟΝΟΙΑ. ΕΠΙ. ΓΕΜΙΝΟΥ. *Smyrnæorum & Pergamenorum concordia, sub Gemino* Prætore. Caracallæ, ex eodem Cimelio. Acceptum a Pergamenis cultum Æsculapii Smyrnæos pariter tenuisse, & sacra communia, auctor est Pausan. in Corinth. pag. 69.

ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΤΡΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Alii, ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΠΡΩΤΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ, quod idem est, *Pergamenorum qui primi tertio Neocori fuere*, hoc est, qui primi, a tota Provinciæ Communitate delecti, ludos & sacra fecere tertium in illo tractu, pro salute Principis. Antonini Severi F. nummi, Herennii Etrusci, Valeriani, & Gallieni, cum Æsculapii effigie in templo: e Cimelio Regio. Vel fortassis istud ΠΡΩΤΩΝ, prærogativam ejus civitatis significat, quod totius circumjacentis tractus jurisdictionem obtineret. Plinius, lib. v. sect. XXXIII. *Pergamum: . . Pergamena vocatur ejus tractus jurisdictio.* Vide quæ diximus in nummis ΑΜΑΣΕΙΑΣ. In nummo Antonini Severi F. Prætoris nomen adjicitur: ΕΠΙ ΣΤΡ. ΤΙΒ. ΚΛ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΘΕΟΛΟΓ. *Sub Prætore Tiberio Claudio Alexandro Theologo.*

ΕΠΙ. ΣΤΡ. Μ. ΚΑΠΙΤΩΝΟΣ ΑΤΤΑΛΟΥ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΠΡΩΤΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Ἐπὶ Στρατηγοῦ Καπίτωνος Ἀττάλου, Περγαμηνῶν πρώτων τρὶς Νεωκόρων. *Sub Prætore Capitone Attali F. Pergamenorum qui primi ter Neocori* fuerunt. Caracallæ nummus, in quo templa terna: medium ex iis Juppiter obtinet, apicemque templi litteræ duæ ΔΝ. quas Tristanus, tom. II. pag. 211. haud feliciter, ut remur, explicat, Διὸς ναὸς, *Iovis templum*: cum, non ΔΝ, sed potius ΑΝ. legi ibi oportuerit: adjectisque voculis quæ sunt isti utrinque appositæ, legi in plenum necesse sit, ΑΥΡ. ΑΝ. ΣΕΒ. Αὐρήλιος Ἀντωνῖνος Σεβαστός.

ΕΠΙ ΧΑΙΡΕΑ ΑΤΤΑΛΟΥ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. *Sub Chærea Attali F. Pergamenorum.* Templa tria in Antonini Severi F. nummo, apud Sponium, in Itiner. Athen. Tribus Augustis ea templa nimirum dicata a Pergamenis, Severo, ac liberis, Antonino & Getæ. Videtur idem esse qui a Patino in Thesauro affertur, pag. 118. ut diximus: ac Prætoris nomen illud integrum, *Chæreas Capito Attali F.* fuisse.

ΕΠΙ. ΣΤΡ. ΓΛΥΚΩΝΟΣ ΘΕΟΛΟΓΟΥ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Sub Prætore Glycone Theologo. Pergamenorum, qui primi* ex Asia sub Decio *Neocori fuere.* Decii hic nummus est: in quo Æsculapius Pergamenorum Deus, & Juno velata.

ΠΕΡΓΑΜΟΣ ΚΤΙΣΤΗΣ. *Pergamus conditor.* In Cimelio Regio.

ΗΡΩΣ ΕΥΡΥΠΥΛΟΣ. Ex parte altera: ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. ΕΠΙ ΣΤΡΑ. Γ. ΠΟΛΛΙΩΝΟΣ. In medio ΠΑΦΙΑ, cum templo Veneris: quo, uti ad Sardianos, quibuscum iniere concordiam, sic etiam ad Pergamenos transisse cultum Veneris Paphiæ indicatur. Ἐπὶ Στρατηγοῦ Γαΐου Πολλίωνος. Est apud Spanhemium, pag. 479. Similis huic est nummus Salaminiorum, de quo inferius. De Eurypylo multa Pausanias, in Achaïcis, pag. 225. Hujus regna vicina fuisse Caico amni, juxta quem Pergamum fuit, auctor est Strabo, lib. XIII. pag. 616.

ΠΕΡ. ΝΕΙΚΑΕΩΝ ΚΙΑΒΙΑΝΩΝ. Vide ΝΙΚΑΕΩΝ. ΚΙΑΒΙΑΝΩΝ.

ΕΦΕ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. Vide ΕΦΕΣΙΩΝ.

ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. ΠΡΩΤΩΝ. ΑΣΙΑΣ. Spanhem. lib. de usu Numism. pag. 884.

ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ.

ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ. Serapis & Isis in parte priore:

re: in postica Harpocrates. Est in Thesauro Regio.

ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΔΙϹ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. In Museo S. Genovefæ. Herculis clava. Ex parte altera: ΙΩΝΩΝ. ΤΟΝ ΚΤΙϹΤΗΝ, caput Herculis. *Perinthiorum bis Neocororum, Ionum: Conditorem* suum Herculem colunt. Ab Hercule conditam fuisse, auctor est Ammianus, lib. XXII. unde & Heraclea Thraciæ dicta est a quibusdam: & Ἡράκλεια Πέρινθος, apud Balsamonem. Unde & in nummo ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ apud Goltzium, in Vetere Græcia, tab. XXVI. Hercules depictus, clavæ innitur, Tab. XXVI. Hodie *Pantiro.* Iones in Thracia fuisse Stephanus, verbo Ἀπολλωνία: Perinthi, quæ urbs Thraciæ est, nummus iste admonet: & alii mox appellandi.

ΠΕ. Flos cum spicis Περινθίων. Ex parte altera, ΠΟΠΠΑΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ. Apud Patinum, in Sueton. pag. 316.

ΝΕΡΟΥΑΝ ΘΕΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ. ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ. Trajani nummus. *Perinthiorum, qui Nervam Deum Augustum* colunt. Perinthii nummos habent Augustorum nominibus, a Claudio & Nerone, usque ad Gallienum.

ϹΕΥΗΡΕΙΑ ΠΡΩΤΑ ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ. Urna mensæ imposita. *Severiana Prima Perinthiorum.* Certamina videlicet in gratiam Severi primum edita. Ex parte altera. ΑΥ. Κ. Λ. ϹΕΠ. ϹΕΥΗΡΟϹ. Π. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Λούκιος Σεπτίμιος Σεύηρος Πίος.

ΑΚΤΙΑ. ΠΥΘΙΑ. ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Severi nummus, e Cimelio Regio. Actia certamina in honorem Actii Apollinis edi solita, ut Pythia Pythii, illa quinquennalia, ista novennalia, notiora sunt quam ut explicatu egeant. Ea a Perinthiis exhibita in gratiam Severi, nummus docet.

ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Severi, Antonini, ac Getæ nummi: in quibus insculpta navis cum velis, Perinthiorum olim, & Tarsensium, insigne.

ΕΠΙΔΗΜΙΑ Β. ϹΕΥΗΡΟΥ. ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Adventus secundus Severi. Perinthiis Neocoris.*

ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Caracallæ nummus, quo triumphali ipse curru vehitur, Apolline pone aurigante: quanquam aliter Tristanus explanare nititur, tom. II. pag. 138.

ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Ejusdem Caracallæ, cum Serapidis effigie, qualis a Macrobio depingitur, hoc est, cum calatho supra caput: nam & κάλαθον Artemidorus vocat, lib. v. Onirocr. E Cimelio Regio.

ΕΠΙ ΜΕΝΕΚΛΕΟΥϹ. ϹΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. Antonini Severi F. apud Sponium, in Itiner. Athen. *Sub Menecle Prætore: Smyrnæorum Perinthiorum, concordia.* Est alter huic plane similis, Gordiani principatu cusus, apud Erizzo, pag. 515. Amazone turrita cum bipenni, Smyrnam: turrita pariter muliere altera cum temone navis & prora, Perinthum signante. ϹΜΥΡΝΑΙΩΝ ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. ΕΠΙ. ΜΕΝΕΚΛΕΟΥϹ. Quas voces ille perperam legit, ΕΠ ΜΕΝΕΚΑ.... interpretaturque, ΕΠΙϹΤΑΤΟΥ. ΜΕΝΕΚΑΙΟΥ.

ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ. ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Getæ nummus, apud Patinum in Thesauro, pag. 120. in quo Hercules Diomedis equos conficit. Declarat ejus nummi epigraphe, ut ex iis palam est, quæ paulo mox dicemus, Philadelphenses ludos a Perinthiis editos in Getæ & Caracallæ gratiam.

ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Getæ nummus, in quo vas insculptum, malis refertum, cum hac epigraphe ΠΥΘΙΑ, ut ea præmia Pythii certaminis fuisse intelligas: quod & scriptores antiqui testantur, quos appellavimus in nummis ΘΕϹϹΑΛΟΝΙΚΕΩΝ.

ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΙΑ. ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Mensa, cui urna imposita. Urnæ inscripta vox ΠΥΘΙΑ. In altero Cæsares duo, Geta & Antoninus togati stant. Uterque e Cimelio Regio. A fratrum concordia, Antonini & Getæ, qui filii Severi Imp. nomen hæc certamina habuere; φιλαδέλφεια. Nec a Perinthiis modo, sed & a Nicæensibus, in eo nummo: ϹΕΟΥΗΡΕΙΑ ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΙΑ. ΝΙΚΑΙΕΩΝ. Sic Constantinopoli locus fuit, quum Philadelphium dixere, a Constantii & Constantis fratrum se se invicem salutantium statuis ibidem erectis. Vide Codinum, in Orig.

ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΙΑ ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Augusti duo stantes, Antoninus & Geta, dextras jungunt. In parte antica caput Getæ radiatum: ΑΥΤΚΡΑ. (sic enim est pro ΑΥΤΟΚΡΑ.) Π. ϹΕΠ. ΓΕΤΑϹ ϹΕΒ. capite radiato. Nummus est ex ære magno, apud P. Chamillart.

ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΙΩΝΩΝ ΔΙϹ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Severi Alexandri, e Gaza Regia: quo in nummo Ceres sedet: iterumque, ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΔΙϹ ΝΕΩΚΟΡΩΝ, in quo Bacchus stat: eodem Augusto cusus, ex ea ipsa Gaza.

ΠΕΡΠΕΡΗΝΩΝ.

ΝΕΡΩΝΟϹ ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΗΓΕΜΟΝΙΑ. In altera nummi parte, ΠΕΡΠΕΡΗΝΩΝ. E Museo nostro nummus æreus, mole perexiguus, forma & arte non inelegans, signatus utraque ex parte, hinc Genii popularis capite laureato, vultu muliebri; hinc uva prægrandi: qua designatur ubertas vini: cujusmodi ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ, ΚΝΙΔΙΩΝ, ΘΑϹΙΩΝ, nummos alios videmus, racemis pariter eandem ob causam, & Bacchi capite, vel tota figura insignes. Gloriantur in isto nummo Perpereni, Neronem Claudium, qui Imp. Augustus, eumdem suæ civitatis ἡγεμόνα Præsidem esse. Plinio, lib. v. sect. XXXII. *Perperene civitas*, &c. in Æolide. Apud Ptolemæum in Lydia ponitur, lib. v. cap. II. Τερμίρη, pro Περπέρη, ut recte Sirmondus noster admonuit, in eo libello qui *Antitristanus II.* inscribitur, pag. 29. In Notitia Ecclesf. pag. 43. Θεοδοσιούπολις, ἤτοι Περπερήνη Provinciæ Asiæ adjudicatur, Ephesoque metropoli. Similis est & Commodi principis nummus perelegans a Sirmondo nostro in Antitristano delineatus, cum Cupidinis alati effigie, cantharum gestantis, insidentisque pantheræ, quæ sacra Baccho hostia.

ΠΕΡΠΕΡΗΝΩΝ. Uvæ racemus, in nummo Neronis, e Cimelio P. Jobert, Societatis Jesu. In nummo M. Aurelii, Æsculapius est.

ΠΕΡΠΕΡΗΝΩΝ. Bacchus insculptus, cum urceo & cane, in eo M. Aurelii nummo, cujus ectypum Sirmondus noster ex Ligorii Collectaneis in Antitristano II. vulgavit, pag. 27. Epigraphe in ambitu ejusmodi est, perturbata quidem, neque adhuc a quoquam tentata. ΓΛΑΥΚΩΝΟϹ ΕΤΟΥϹ ΠΕΡΠΕΡΗ ΑΝΕΘΗΚΕ ΙΕΡΟϹ ΔΙΑ ΒΙΟΥ. ΤΩ ϹΕΒ. nunc primum a nobis sic explanata: Ex inferiore nummi ora, hæc accipienda primum: ΓΛΑΥΚΩΝ. Ο. ϹΕΤΟΥϹ. ΠΕΡΠΕΡ. Ex superiore, ΙΕΡΕΥϹ ΔΙΑ ΒΙΟΥ. E latere dextro deinde, ΑΝΕΘΗΚΕ. E sinistro demum, ΤΩ. ϹΕΒ. Quæ sunt deinde sic copulanda: Γλαύκων ὁ Σέτου (forte ὁ Γέτα) Περπερηνῶν Ἱερεὺς διὰ βίου ἀνέθηκε τῷ Σεβαστῷ. *Glaucon Getæ F. Perperenorum Sacerdos Perpetuus Augusto Posuit.* Similis huic est in Smyrnæorum nummo epigraphe, ΣΜΥΡ-

ΣΜΥΡΝΑΙΟΙΣ ΠΟΛΕΜΩΝ ΑΝΕΘΗΚΕ. Et quam in nummis ΑΦΡΟΔΙΣΙΕΩΝ attulimus ex Grutero, pag. CCXXVIII. 7. ΛΕΥΚΙΟΥ. ΠΟΠΙΛΙΟΥ. ΑΥΛΟΥ. ΤΟΥ. ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ. ΙΕΡΕΩΣ. ΤΩΝ. ΧΑΡΙΤΩΝ. ΔΙΑ. ΒΙΟΥ. ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ. ΚΑΙΣΑΡΙ. ΘΕΩι. ΣΕΒΑΣΤΩι. ΘΕΟΥ. ΥΙΩι. *L. Popilii Auli F. Apollodori N. Sacerdotis Charitum Perpetui, Imp. Cæsari Deo Augusto, Divi Filio.* Διὰ βίω ἱερεὺς, *Sacerdos Perpetuus* commode redditur, uti Paterculus *Archontas Perpetuos* interpretatus est, quos Athenienses vocabant Ἄρχοντας διὰ βίω, ad differentiam annuorum decennaliumque Magistratuum. Duo enim genera Sacerdotum ac Pontificum fuere: alii annui, ut mos apud Judæos sub principibus Romanis obtinuit, & apud Gentiles fere omnes: alii fuere perpetui, quos διὰ βίω nuncupabant. Sic vetus inscriptio alia apud Gruterum, p. MLXXXIX. 5. ΙΕΡΕΥΣ ΔΙΑ ΒΙΟΥ ΛΕΣΒΙΟΙΣ. Et pag. CCCXIII. 10. ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΤΟΥ ΣΥΜΠΑΝΤΟΣ ΞΥΣΤΟΥ ΔΙΑ ΒΙΟΥ. Et Sacerdotes nostri dici commode ἱερωμένοι διὰ βίω possint, quod illorum sacerdotium non annuum, sed perpetuum sit, instar sacerdotii Christi, qui ut sacræ loquuntur paginæ, Sacerdos est in æternum. Sic Arvorum Sacerdotes Romæ fuere perpetui: *Ionosque is*, inquit Plinius, lib. XVIII. sect. II. *nonnisi vita finitur, & exsules etiam captosque comitatur.* Sic Auguratus & Pontificale sacerdotium perpetua fuere munera, nec nisi cum vita eripi potuerunt. Vide Suetonium in Augusto, cap. XXXI. & Senecam, lib. I. de Clem. cap. X. Sic demum in Galliæ magistratibus summis, Cancellarii dignitatem, & alias quasdam, similis prærogativa comitatur.

ΠΕΡΠΕΡΗΝΩΝ. ΥΠΕΡ ΝΙΚΗΣ ΕΠΙ ΑΝΤΙΦΑΝΟΥΣ. *Pro victoria. Sub Antiphane.* Prætore. Nummus Commodi, in Cimelio D. FOUCAULT. Severi nummus, alibi: ΕΠΙ ΣΤΡ. ΑΙΛ. ΑΝΤΙΦΑΝΟΥΣ. ΤΟ Β. Sub Prætore Ælio Antiphane iterum. In nummo Juliæ Domnæ, Ceres velata: ΕΠΙ ΣΤΡΑ. ΣΑΒΕΙΝΙΑΝΟΥ. *Sub Prætore Sabiniano.*

PERSÆ.

IMP. C. M. IVL. PHILIPPVS P. F. AVG. P. M. *Imp. Cæsar M. Julius Philippus Pius Felix Augustus, Pontifex Maximus.* Ex parte aversa, pacis typus, dextra ramum oleæ, hastam puram læva præfert, cum epigraphe: PAX FVNDATA CVM PERSIS. Apud Patinum in Thesauro, pag. 87. & apud Occonem pag. 441. & apud P. CHAMILLART.

ΠΕΣΣΙΝΟΥΝΤΙΩΝ. M. Aurelii nummi, e Gaza Regia. Plinio, lib. v. sect. XLII. *Pesinûs.* Stephano: Πεσσινοῦς, πόλις Γαλατίας... τὸ ἐθνικὸν, Πεσσινούντιος. Galatiæ secundæ, quæ & Salutaris est appellata, metropolis hæc fuit. Sunt & Trajani: & in Cimelio Regio, Poppææ Neronis, Faustinæ junioris, Antonini Severi F. & in Cimelio D. FOUCAULT, Getæ.

ΕΠΙ ΙΟΥΕΝΤΙΟΥ ΚΕΛ. ΠΕΣΣΙΝΟΥ. *Sub Iuventio Celere*, vel *Celso*, Prætore *Pessinuntiorum*. M. Aurelii & L. Veri in eadem Regia Gaza. Hercules spoliis innititur.

ΠΕΣΣΙΝΟΥΝΤΙΩΝ. Faustinæ junioris nummus, e Museo S. Genovefæ, cum Harpocratis icone, digitum admoventis ori, læva Copiæ cornu gestantis, qua forma & in icuncula ænea expressum vidimus. Colebatur is silentii Deus ab Ægyptiis in primis, cum Iside ac Serapide, ut refert August. lib. XVIII. de Civit. Dei, cap. V. Hujus Naso meminit, tacito nomine, cum Ægyptia numina recenset, lib. IX. Metam. v. 692.

Sanctaque Bubastis, variisque coloribus Apis,
Quique premit vocem, digitoque silentia suadet, &c.

Est autem is & in Pessinuntiorum nummis, quod Græcum aiunt Philosophum hunc fuisse, qui silentium & suis præciperet, & rebus omnibus anteferret. Sunt & L. Veri nummi, cum eadem epigraphe, effigieque Cybeles, in Cimelio Mediceo: sunt & Caracallæ alibi, cum Cerere.

ΒΟΥΛΗ ΠΕΣΣΙΝΟΥΝΤΙΩΝ. Ejusdem M. Aurelii & Veri nummi pariter in Cimelio Regio, & M. Aurelii apud Occonem, pag. 296. cum turriti capitis ac diademati icone. *Senatus Pessinuntiorum*, vel *Curia*.

ΠΕΤΗΛΙΝΩΝ. E Museo nostro. Plinio, lib. III. sect. XV. *Petilia.* Stephano tamen: Πετηλία, πόλις Ἰταλική. τὸ ἐθνικὸν, Πετηλῖνος. Nunc est oppidum *Belcastro*, ut Cluverius censuit, lib. I. Siciliæ antiq. cap. VI. non *Strongili*, ut ex monumentis ibi repertis colligit Gualterus, pag. 145. Hæc enim citra Crotonem est: Petilia in Calabria ulteriore fuit. Vide plura in Notis ad Plinium. Apud Gruterum, pag. 215. R. P. PETILINORVM. *Respublica Petilinorum.*

PETRA, *in Arabia.*

ΠΕΤΡΑ ΜΗΤΡΟΠΟΛ. & ΑΔΡΙΑΝΗ ΠΕΤΡΑ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ. Hadriani nummi, e Cimelio Regio. ΚΑΙΣΑΡ ΤΡΑΙΑΝΟΣ ΑΔΡΙΑΝΟΣ. capite laureato. Plinio, lib. VI. sect. XXXII. *Petra*, &c. Tertiæ Palæstinæ metropolis fuit. Stephanus: Πέτρα, πόλις νῦν τῆς τρίτης Παλαιστίνης. Notitia antiqua, pag. 63. Ἐπαρχία Παλαιστίνης γ'. Πέτρα μητρόπολις.

ΑΥΤΟΚΡ. ΚΑΙΣΑΡ ΤΡΑΙΑΝΟΣ ΑΔΡΙΑΝΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ, capite laureato.)(. ΠΕΤΡΑ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ. Dea sedet, ut in nummo sequente. Est hic ex ære mediocri, in Cimelio D. FOUCAULT.

Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΙΝΟΣ ΚΑΙ ΟΥΗΡΟΣ ΣΕΒ. Capita duo adversa, M. Antonini & Veri.)(. ΑΔΡΙΑΝΗ ΠΕΤΡΑ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ. Dea turrito capite rupibus insidet, dextra pateram, læva trophæum tenet. Ex ære minimo, in Gaza Regia.

ΑΔΡΙΑΝΗ ΠΕΤΡΑ. Severi nummus, e Cimelio Regio. Λ. Α. ΣΕΠΤ. ΣΕΟΥΗΡΟΣ ΠΕ. ΣΕ. *Imp. L. Sept. Severus Pertinax Aug.*

PHARVS.

ISIS FARIA. Helena Juliani uxor, ut aiunt, sub Isidis Phariæ habitu. Est autem Isis Pharia, sive, ut illis temporibus scripsere, FARIA, est, inquam, Pharia Isis appellata ab Ægypti colonia Pharo, de qua Plinius lib. V. sect. XXXIV. *Insularum ante Asiam prima est in Canopico ostio Nili, a Canopo Menelaï gubernatore, ut ferunt, dicta. Altera juncta ponte Alexandriæ, colonia Cæsaris Dictatoris, Pharus: quondam diei navigatione distans ab Ægypto: nunc e turri nocturnis ignibus cursum navium regens. Namque fallacibus vadis Alexandria tribus omnino aditur alveis mari, Stegano, Posideo, Tauro.* De Pharia autem Iside Naso, lib. II. Amor. vers. 7.

Isi Paratonium, genitaliaque arva Canopi
Quæ colis, & Memphim, palmiferamque Pharon,
Quaque celer Nilus lato delapsus in alveo
Per septem portus in maris exit aquas.

Fuisse Isis existimatur Inachi regis Argivorum filia, in vaccam a Jove mutata: quæ restituta deinde priori formæ Dea facta ab Ægyptiis colebatur: quare juvenca Pharia ab eodem vate vocatur, lib. III. de arte, vers. 635. Et Papinius, lib. III. Sylvar. II.

Isi Phoroneis quondam stabulata sub antris,
Nunc regina Phari, numenque Orientis anheli,

Excipe multisono puppem Mareotida sistro.

Et sistrum enim manu tenet, in nummis, quod instrumentum esse musicum in sacris ejus Deæ solitum adhiberi, antea monuimus.

ΠΗΔΑΣΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΚΑΙ ΜΑΣΤΑΥΡΙΤΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. Domitiani nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 225. Plinio, lib. v. sect. XXIX. *Pedasum.* Stephano: Πήδασα, πόλις Καρίας. καὶ Πήδασα, τὸ ἐθνικόν.

PHILIPPI.

COH. PRAE. PHIL. Tria signa militaria, in Augusti nummo, e Gaza Regia, Museoque nostro, & apud Patinum, pag. 29. *Cohors Prætoriana Philippensis*, ut habet vetus inscriptio in Thesauro Goltzii.

COL. AVG. IVL. PHILIP. DIVVS AVGVSTVS. Claudii nummus apud Patin. pag. 99. Impositam columnæ statuam Augusti exhibet, quam Victoria stans retro coronat. Sunt & Tiberii, Vespasiani, Domitiani, Hadriani, M. Aurelii, & Antonini Severi F. Plinius, lib. IV. sect. XVIII. *Philippi colonia*, in Thracia. Hic campi Philippici, ubi Cassius & Brutus devicti. Dio, lib. XLVII. Celsus lib. L. Dig. tit. XV. de censibus: *Colonia Philippensis juris Italici est.*

PHRYGIA. Vide ΦΡΥΓΙΩΝ.

ΠΗΛΟΥ. L. IA. Πηλουσιωτῶν, λυκάβαντος ια. Nummus Hadriani, anno principatus ejus undecimo cusus. E Cimelio Regio. Ammianus, lib. XXII. pag. 233. *In Augustamnica oppidum Pelusium est nobile, quod Peleus Achillis pater dicitur condidisse.* Plinio, lib. v. sect. XIV. *Pelusium.* Stephano: Πηλούσιον, πόλις Αἰγύπτου . . . τὸ ἐθνικὸν, Πηλουσιώτης. Spartianus in Hadriano, pag. 7. *Peragrata Arabia Pelusium venit, & Pompeji tumulum magnificentius exstruxit.* In Notitia Ecclesiast. pag. 55. Ἐπαρχία Αὐγουσταμνικῆς. Πηλούσιον Μητρόπολις. *Provincia Augustamnica. Pelusium Metropolis.* Hanc Provinciam alii Augustonicam, Αὐγουστονίκην vocant, ab Augusti victoria. Cave porro credas Pelusium oppidum esse, quod nunc Damiatam vocamus. Fuit enim illud ultimo Nili ostio impositum, qua parte Syriam Arabiamque spectat, extra Delta: Damiata Tanitico, hoc est, interiori Nili ostio, intraque Delta, apposita.

ΠΙΚΕΝΤΙΕΩΝ. E Thesauro Goltzii, pag. 226. Et e Magna Græcia, tab. XX. In his Juppiter spoliis insidet: aream alteram Palladis galeatæ caput obtinet. lib. III. in fine sect. IX. *Picentia.* Stephanus: Πικεντία, πόλις Τυρρηνίας . . . οἱ ἐνοικήτορες, Πικεντῖνοι. Quin addidit & Πικεντιεῖς? Juxta Salernum urbs ea fuit.

ΠΙΝΑ. L. IA. Πίναμυς, πόλις Αἰγύπτου Stephano. Nummus hic Hadriani, e Cimelio San-Genovefano, caput Jovis, & Ibin avem juxta positam exhibet. Ex altera parte, ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΤΡΑ. ΑΔΡΙΑΝΟΣ. Capite laureato. Nummus iste anno se undecimo ejus principatus cusum prodit, ut de similibus alibi monuimus. Est enim istud L. IA. pro λυκάβαντος ια, sive ἐνδεκάτου. Fuit utique hic mos civitatibus in nummis anni signandi, seu Augusti principatus, sive æræ suæ, præfixa voce ΕΤΟΥΣ, vel syllaba ΕΤ. quæ ἔτους valet: vel denique adscita in eum usum priore littera ejus vocis λυκάβαντος, cujus vis est eadem ac potestas. Macrobius, libro I. Saturn. cap. XVII. *Annum vetustissimi Græcorum λυκάβαντα appellant.* Sed Romanam potius litteram adscivere, quam Græcam, quod litteræ Græcæ Λ vel Ε, si singulares forent, minus ad hos usus aptæ atque idoneæ futuræ fuissent, cum pro numeralibus notis accipi sæpenumero, non sine rei Chronologicæ dispendio, possent. Singularibus autem litteris vocem eam, quæ annum sonat, in exigua nummi area exprimi, ex usu fuit. In hoc præterea nummo Serapidis caput insculptum, cum ibide, Ægyptii cæli peculiari alite, de qua Plinius lib. x. sect. XL. *Invocant & Ægyptii ibes suas contra serpentium adventum, &c.* Vide quæ ibi diximus.

PINCVM.

AELIANA PINCENSIA. In laurea. Nummus Hadriani, e Cimelio Regio, quo ludi signantur, sive certamina, in gratiam Ælii Hadriani Imp. Pinci edita; quæ urbs Mœsiæ primæ adscribitur, in Notitia Imperii, sect. XXX. *Cuneus Equitum Constantiacorum, Pinco. Cuneus Equitum Dalmatarum, Pinco.* Πιγκήνσιοι sunt Ptolemæo in Mœsia superiore, pro Πιγκήνσιοι, lib. III. cap. IX. Ut ceteras imperii provincias, ita Mœsiam ab Hadriano lustratam, ejusdem nummi testantur, ADVENTVI. AVG. MOESIAE. In ea lustratione certamina Pinci sunt edita: quæ hoc nummo PINCENSIA appellari suboluit ante nos nemini. Est hic nummus etiam in Cimelio P. CHAMILLART, ex ære minimo. Epigraphe partis anticæ; HADRIANVS AVGVSTVS, capite laureato.

ΠΙΟΝΙΤΩΝ. Nummus Juliæ Domnæ. Plinio, lib. v. sect. XXXII. *Pionitæ.* Πιονία Straboni, lib. XIII. pag. 610. in Æolide, inter Scepsin & Gargara. In Notitia Eccles. Provinciæ Hellesponti adscribitur. Apud Occonem, pag. 367. ΔΟΜΝΑ. ΙΟΥΛΙΑ. ΣΕΟΥΗΡΑ. ΣΕΒ. ΣΥΡΑΥΡΑΣΕΩΝ ΠΙΟΝΙΤΩΝ. pro ΣΤΡ. ΑΥΡ. ΑΣΣΕΩΝ. ΠΙΟΝΙΤΩΝ. *Sub Prætore Aurelio, Assensium, & Pionitarum* concordia. Sunt enim urbes finitimæ, Assos, & Pioniæ.

ΠΙΣΑΥΡΙΩΝ. E Magna Græcia Goltzii, tab. XXXIV. Plinio, lib. III. sect. XIX. *Pisaurum cum amne.* In hisce nummis Neptunus, Bacchus, Cerberus, & equus alatus insculptus, in piscem desinens.

COL. PISAVRVM. Titi nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 241. Apud Gruterum, pag. 433. vetus inscriptio: COLONIARVM. PISAVR. ET. FANEST. Deducta colonia ab Antonio est, ut Plutarchus prodidit in ejus vita, pag. 943. Nunc *Pesaro* in Ducatu Urbinate.

ΠΙΤΑΝΑΙΩΝ.

ΠΙΤΑΝΑΙΩΝ. ΕΠΙ ΣΤ. Μ. ΑΥΡ. ΠΟΠΛΙΟΥ ΤΟ Β. *Sub Prætore M. Aurelio Publii F. iterum.* Severi Alexandri nummus.

ΠΙΤΑΝΕΥΣ. Viri caput, ejus scilicet, qui conditor ejus oppidi fuit, de quo Plinius, lib. v. sect. XXXII. in Æolide, seu Mysia, *oppidum Pitane*, juxta Caïcum amnem. Stephano: Πιτάνη, πόλις Αἰολίδος, πολίτης, Πιταναῖος. Ex parte nummi altera, ΕΠ. Σ. ΑΠ. ΚΑΣΣΑΝΔΡΟΥ, *Sub Prætore Appio Cassandro*, ut quidem videtur: tametsi alii legunt, ΕΠΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. Est in Cimelio Regio. Alia vero Pitane fuit in Laconica quidem, teste Plinio, lib. IV. sect. VIII. aliisque, quos ibi in Notis appellavimus: sed fuit illa, inquam, & multo jam ante Romanæ Reip. tempora desierat. *Fuere Cardamyle, Pitane, &c.* inquit Plinius: qui solemni illo suo *fuere*, intercidisse jamdudum oppidum illud monet. Quare ad nummum nostrum nihil ista Pitane spectat. Egit de ea Callimachus, hym. in Dianam, cum ibi coli Deam hanc in primis ait, vers. 172.

> Ἠ' Πιτάνης, καὶ γὰρ Πιτάνη σέθεν, ἢ ἐπὶ Λίμναις.

Ubi scholiastes imperite, Πιτάνη δὲ, πόλις Μακεδονίας: cum utrumque oppidum, Pitanen dico, Limnamque, ubi Diana colebatur, in Laconica fuerit, teste Pausania, lib. III. pag. 98.

ΠΛΑΙΝΘΙΝΕΙΤΩΝ. Othonis nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 226. Stephanus: Πλινθίνη, πόλις τῆς Αἰγυπτίας . . . ὁ πολίτης, Πλινθινίτης.

ΠΛΩ-

ΙΙΔΩΤΕΙΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Nummus Antonini Pii, in quo Imperator in equo sedet, in Cimelio Regio: Faustinæ junioris apud Patinum, pag. 253. & in Cimelio D. Foucault: & Antonini Severi F. Est in Præfectura Æmimonti, Plotinopolis, apud Constant. Porphyrog. lib. 11. them. pag. 83. Notitia Eccles. antiqua pag. 53. eidem Provinciæ Æmimonti primæ adscribit, cujus metropolis ac primaria civitas Hadrianopolis fuit. Prior ex illis nummis hæc adjecta habet, ΗΓΕ. ΠΟΜ. ΟΥΟΠΕΙΣΚΟΥ. Ἡγεμόνος Πομπηΐου Ὀυοπίσκου. *Præside Pompeio Vopisco.* Fuit enim ea provincia sub Præside. Notitia altera antiqua, pag. 21. Ἐπαρχία Αἱμιμόντου ὑπὸ Ἡγεμόνα. Ἀδριανούπολις. Ἀγχίαλος. Δεβελτός. Πλωτινόπολις. Pompeji Vopisci sub Othone, meminit Tacitus, lib. XVII. ut nepos hic istius fuisse videatur. Vide quæ diximus, verbo ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ.

ΠΟΔΑΛΕΩΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Nummus Trajani, e Thesauro Goltzii, pag. 226. Plinio, lib. V. sect. XXVIII. *Podalia.* Stephano: Ποδάλεια, πόλις Λυδίας, πλησίον Λιμύρων. (Lege, πόλις Λυκίας, ut in Notis Plinianis monuimus: nam Plinio loc. cit. aliisque Geographis, & Limyra & Podalia in Lycia ex æquo sunt:) ὁ πολίτης, Ποδαλειώτης.

ΠΟΛΥΑΙΓΙΩΝ. E Thesauro Goltzii, pag. 226. Plinio, lib. IV. sect. 23. *Polyægos* insula. Nunc est *Polegasa*, in Ægæo mari. Vide notas in Plinium.

ΠΟΛΥΡΗΝΙΩΝ. Nummus ex argento, in Gaza Regia: in qua & alii, ΠΟΛΥ. & ΠΟΛΥΡΗΝΙ. inscripti, cum hasta, bove, noctua, &c. Plinio, lib. IV. sect. XX. *Polyrrhenium.* Stephano: Πολύῤῥην, πόλις Κρήτης. . . . . . ὁ πολίτης, Πολυῤῥήνιος.

POMPEIOPOLIS, *in Cilicia.*

ΠΟΜΠΗΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. M. Aurelii, Antonini Severi F. Gordiani junioris, Philippi, & Treboniani Galli nummi. Plinio, lib. V. sect. XXII. *Solæ Cilicii, nunc Pompeiopolis.*

ΠΟΜΠΗΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΠΗΓΗ ΣΟΥΝΙΑΣ. Commodi nummus. *Fons Sunias.* Fluvius decumbens cum urna & Cornucopiæ. Adjicitur annus ΒΝΣ. hoc est, CCLII. qui est annus V. C. DCCCXXXVII. Commodi quintus: ducto æræ initio ab autumno anni DCLXXXVI. ut dictum est in Chronologia Veteris Testamenti. In nummo Antonini Severi F. est ΒΠΣ. annus CCLXXXII. qui est V. C. DCCCCLXVII. Antonini quartus. Est hic nummus e Cimelio reginæ Christinæ. In nummo Gordiani, ΘΤ. annus CCCIX. qui V. C. DCCCCXCIV. Gordiani quartus. Fuit & in Attica fanum Minervæ Suniadis, ναὸς Ἀθηνᾶς Σουνιάδος, ad promontorium Sunium, unde ei nomen apud Græcos frequens, teste Pausania in Attic. pag. 1.

ΠΟΜΠΗΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Caput turritum. Γ. ΠΟΜΠΗΙΟΣ. Pompeji caput nudum sine laurea. *Cn. Pompeius*, urbis conditor. Sic Gadarenses, cujus oppidum idem ille instauravit, in nummo sculpsere ΠΟΜΠ. ΓΑΔΑΡΕΩΝ. Nummus est hic Πομπηϊοπολιτῶν ex ære mediocri, in Cimelio Card. Maximi. Est etiam delineatus a Sponio, in libro Gallico, *Recherches curieuses d'Antiquité*, pag. 361. Cusum fuisse eum post Domitiani tempora suadet forma litteræ Græcæ C pro Σ: nec ante principatum Antonini Pii, ut alibi diximus.

ΠΟΜΠΗΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Nummus e Museo nostro, in quo Arati & Chrysippi Solensium icones. In aversa parte, litteræ ΘΚΣ. quæ annum instauratæ urbis a Pompeio indicant, CCXXIX. qui V. C. DCCCCIV. Antonini Pii XIII.

POMPEIOPOLIS *Paphlagoniæ.*

ΜΗΤΡ. ΠΑΦΛ. ΠΟΜΠΗΙΟΠΟΛΙΣ. Annona cum cornucopiæ. Nummus est M. Aurelii.

ΜΗΤΡΟ. ΠΟΜΠΗΙΟΠΟΛΙΣ. Nummus Faustinæ junioris, in quo Bacchi effigies est. Nummus est hic e Cimelio D. Foucault. Pompeïopolis hæc ipsum est Amisum, de quo dictum est suo loco. Plinius, libro VI. sect. 2. *Gens Paphlagonia . . . . . Amisum liberum. . . . . . Amiso junctum oppidum Eupatoria, a Mithridate conditum. Victo eo, Pompeiopolis utrumque appellatum est.*

De Nummis PONTI Regum,

Ad Nobiliss. Virum D. de Ballonffeaux. Epistola.

Ad difficillima quæque solvenda, & cum his pugnantia maxime quæ historici referunt, Vir Erudite, semper me provocas. Nam hujusmodi illud in primis est, quod de Thraciæ, ut quidem arbitraris; verius, ut nunc quidem opinor, de Ponti Paphlagonici Regibus flagitas. Horum igitur nomina, seriem, & annos accipe, quantum ex nummis antiquis constare hæc nimirum possunt.

ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. Caput Augusti nudum. .)(. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΡΟΙΜΗΤΑΛΚΟΥ. *Regis Rhœmetalcæ.* Capita duo conjuncta: Rhœmetalcæ regis diadematum; alterum Concordiæ; non uxoris, ut vulgo creditur. Est hic nummus, ex ære mediocri, in Cimelio D. Foucault, & in Museo D. Baudelot. Hunc si nummum velis adscribere Thraciæ, videsis ut aliunde, quam ex libris, probes, quippe quibus in hac parte fidem adimere videatur nummus regis Cotyos mox proferendus: & alter ipsius Rhœmetalcæ, de quo postea.

Tiberii vultus, ut viris peritis assentimur, quoniam eam ætatem littera Σ, quæ est in altera nummi parte, repræsentat; & quod nondum mos tunc obtineret consignandi annum fœderis cum Romanis sanciti; a quo hi Paphlagonum Pontive Cappadocici reges descivisse sub Vespasiano videntur: quam ob causam renovandum illud sub Trajano fuit, ut mox dicemus. .)(. ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ ΠΥΘΟ . . . . ΤΟΣ, cum libra, quæ symbolum Æquitatis est. *Regina Pythodoris Cotyis* uxor, ut quidem Seguinus interpretatur. Sed est *Pythoris* viri nomen, statuæ appositum, quæ hominem ignotum repræsentat, apud Sponium in Miscellaneis, pag. 137. Nec minus fortassis viri nomen *Pythodoris* potest esse, quam *Rhescuporis*, & in nummo Smyrnæorum *Philopatris*: tametsi Strabo Pythodorin uxorem Polemonis Ponti regis facit, lib. XII. quæ mortuo marito regnum administrarit. An Πυθοδωρίδα potius debeat hanc appellare, Seguinus ambigit. Est hic nummus, in Thesauro Regio.

Neronis caput radiatum, sine epigraphe. Deinde litteræ hinc inde sparsæ: Κ dextro vultus Neroniani latere posita: Χ sinistro: capiti subjecta deinde littera formæ minoris, Δ. Non aliquam autem æram simul sumptæ hæ litteræ denotant; nimirum annum DCXXIV. ut D. Vaillant existimavit: tum quia eo præsertim ævo sic æra exprimi sparsis in area hinc inde litteris solita non est; tum quia nulla hujusmodi potest æra convenire ævo Neronis. Sed sententia his subjecta litteris hæc est: Καίσαρι Χαίρειν. *Cæsari bene valere.* Δ. *anno quarto* ejusdem Cæsaris. Nihil ibi astutius cogitandum. .)(. ΡΗΣΚΟΥΠ. ΒΑΣΙΛΕΩΣ. *Rhescuporidis regis.* Vultu juvenili, capite diademato. Affert hunc nummum ex ære D. Vaillant, sed non interpretatur, in Notis ad Seguinum, pag. 394.

Trajani vultus, capite laureato, absque epigraphe, sed cum litteris numeralibus capite subjectis,

HT. *Anno* CCCVIII. qui est Urbis conditæ DCCCLXIII. Trajani XIII. Æræ initium, sive fœderis a Regibus illius tractus cum Romanis sanciti, esse ab anno V.C. CCCCLVI. autumno, in Chronologia Veteris Testamenti docuimus. .)(. ΒΑCΙΛΕΩC CΑΥΡΟΜΑΤΟΥ. Capite diademato cum sceptro. Est in Thesauro Regio.

Hadriani caput laureatum, cum litteris HΙΥ. *Anno* CCCCXVIII. qui est V. C. DCCCLXXIII. Hadriani quartus. .)(. ΒΑCΙΛΕΩC CΑΥΡΟΜΑΤΟΥ. Capite diademato, sed regis alterius a priore, qui sub Trajano fuit. Est in Gaza Regia.

M. Aurelii & L. Veri capita pariter laureata: in Thesauro Regio: sed in nummo æris flavi, minimæ molis, e Cimelio D. Foucault, nuda sunt sine laurea. Subjectæ litteræ ΘΝΥ annum denotant CCCCLIX. qui est V. C. DCCCCXIV. M. Aurelii & L. Veri primus. .)(. ΒΑCΙΛΕΩC ΕΥΠΑΤΟΡΟC. Capite diademato. Aureus in eodem Cimelio capita duo barbata & jam senilia exhibet, Marci nempe, & L. Veri, ut diximus: Marci laureatum, Veri nudum, ob reverentiam majoris Augusti: ubi Antonini Pii & M. Aurelii adhuc Cæsaris vultus esse exstimat D. Vaillant, Spanhemio merito reclamante. Legit etiam D. Vaillant in eo quem allegat, CΑΥΡΟΜΑΤΟΥ ΕΥΠΑΤΟΡΟC ΒΑCΙΛΕΩC.

Severi Pii, capite similiter laureato, apposito Solis sidere, quod symbolum Augustorum est. Litteræ ΔϤΥ annum designant CCCCXCIV. qui est V. C. DCCCCXLIX. Severi quartus. .)(. ΒΑCΙΛΕΩC CΑΥΡΟΜΑΤΟΥ. capite diademato. Et hic est e Gaza Regia.

Severi ejusdem, & Antonini filii capita adversa & laureata; illud senile & barbatum, istud juvenile. Infra subjectæ litteræ ΑΦ annum D L significant, qui est Urbis conditæ 956. Severi undecimus, autumno iniens illius anni. .)(. ΒΑCΙΛΕΩC CΑΥΡΟΜΑΤΟΥ. Caput diadematum. Aureum hunc cum D. de Boze vidi nuper allatum ex Oriente.

Severi Alexandri caput laureatum. Litteræ, ut in nummis prioribus, subjectæ capiti, ΘΚΦ annum denotant DXXIX. qui est V.C. DCCCCLXXXIV. Severi Alexandri decimus. Nummus hic argenteus est apud Seguinum, pag. 35. ubi Augustum credidit exhiberi: cum & ipsa constans forma litterarum C pro Σ multo recentioris eum ævi esse debuerit admonere: & subjectæ annorum notæ doceant, cui sit Augustorum nummus adscribendus. .)(. ΒΑCΙΛΕΩC ΚΟΤΥΟC, capite diademato & vultu senili admodum, cum sceptro pariter apposito, ut in prioribus. Quæ nummi forma & anni nota pariter subjecta capiti Imperatoris, docet omnino in eodem tractu terrarum regnasse Cotyn, in quo Sauromatæ prius appellati: quantumvis in Thracia Cotyn, & patrem ejus Rhœmetalcen, collocent scriptores rerum Romanarum. Sicut nomina Mithridatis & Ariozarbanis nemo sapiens in Occidentis principibus quærat, sic neque Cotyis: quod nomen est æque Asianum, atque Sauromatæ. Xenophonti certe si credimus in Agesilao, Κότυς δὲ ὁ Παφλαγόνων ἄρχων, temporibus Mausoli & Agesilai. Et apud Tacitum occurrit sub Claudio, libro XII. Annal. *Cotys frater Mithradatis.* Nihilo magis igitur quærendus in Thracia Cotys est, quam Mithradates.

Severi ejusdem Alexandri caput laureatum: litteræ ΑΛΦ: quæ annum denotant DXXXI. Urbis conditæ DCCCCLXXXVI. Severi Alexandri duodecimum. .)(. ΒΑCΙΛΕѠC ΡΑCΚΟΥΠΟΡΙΔΟC. *Regis Rhascuporidis*, capite diademato. Est apud D. Baudelot, ex ære mediocri, & apud Patinum in Sueton. pag. 172.

Severi ejusdem Alexandri caput laureatum: & litteræ eædem ΑΛΦ. .)(. ΒΑCΙΛΕѠC ΙΝΙΝΘΙΜΗΥΟΥ. *Regis Ininthimevi.* Caput senile diadematum, cum sceptro. Est apud Seguinum in editione 2ª quæ est D. Vaillant, pag. 47. Sed in prima editione, pag. 39. legit Seguinus ΑΚΦ. qui annus esset Severi Alexandri secundus. In eodem certe tractu terrarum utrumque nummum, Rhascuporidis & Ininthimevi, cusum fuisse, perfecta utriusque similitudo admonet. Potuit intra annum eumdem alter eorum priori defuncto, hoc est, Ininthimevus Rhascuporidi succedere.

Gordiani Imp. caput: ex adverso, clava Herculea. Scilicet ob Heracleam Ponti, ut in nummis Mithridatis ΑΜΦ. Annus hic est Gordiani supremus: fœderis cum Regibus initi, DXLI. Urbis conditæ DCCCCXCVI. Christi CCXLIII. .)(. ΒΑCΙΛΕѠC ΡΗCΚΟΠΟΡΟΥ. Caput diadematum. Hunc nummum vidimus ex ære mediocri, apud Abb. Mezzabarba.

Philippi Imp. caput laureatum, cum subjectis litteris ΒΜΦ. quæ annum exhibent DXLII. Urbis Romæ DCCCCXCVII. Philippi Imp. primum. .)(. ΒΑCΙΛΕѠC ΡΗCΚΟΥΠ. capite senili, ac diademato, cum sceptro. Est apud Seguinum, pag. 35. & in secunda editione iterum pag. 43. Vel ipsa forma litterarum viros eruditos debuit admonere, non esse hunc nummum ævi Tiberiani. Sed & notæ numerales, sive anni nota, ϚΜΦ debuere admonere viros eruditos, non esse Rhescuporim Thraciæ regem; quoniam in Europa nullus omnino regum Æram aliquam in suis nummis adnotavit.

Philippi junioris Aug. caput laureatum, adjecta ex adverso clava Herculis, ob Heracleam Ponti, cum anni nota ϚΜΦ DXLVI. qui est annus Urbis conditæ MII. .)(. ΒΑCΙΛΕѠC ΡΗCΚΟΥΠΟΡΙΔ. Capite velato. Est hic nummus in Thesauro Brandeburgico, tom. III. pag. 5. Et æra hic signata, & forma litterarum C & ѡ ostendit longe distare hunc nummum ab ea ætate, cui ipsum adscripsit Vir pereruditus Laur. Begerus.

Præter hos autem nummos, alii quidam ad nos pervenerunt, in quibus nulla, ut in prioribus, nota annorum est: habitura tamen est eorumdem expositio qualiscumque fructum haud exiguum, ut opinor.

ΒΑCΙΛΕѠC ΡΟΙΜΗΤΑΛΚΟΥ. Caput senile diadematum, rasa barba: e regione, tridens. .)(. Victoria gradiens: hinc M. inde H. Alius in corona laurea tantum has litteras exhibet duas, sed majores, quales initiis librorum adhiberi solent, **MH.** Ex ære mediocri nummum utrumque ex Oriente allatum vidi cum D. de Boze. Est Μητρόπολις Ἡράκλεια, *Metropolis Heraclea* Ponti. Tridens, oram maritimam denotat illius regionis, cui Rhœmetalces præfuit. Ut Heraclea autem, sic in nummis est eodem fere tractu terrarum, in Ponto nempe Galatico, ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC ΑΝΚΥΡΑ: & in Cappadocico, ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC ΚΑΙCΑΡΕΙΑ. In nummis autem Trajani, Gordiani junioris, & aliis, ΗΡΑΚΛΕΩΤΑΝ ΜΑΤΡΟΠΟΛΕΙΤΑΝ. Nec alia in nummis est *Metropolis Heraclea*, quam Heraclea Ponti. Neque Heraclea Thraciæ quæ vulgo dicitur, in nummis antiquis *Heraclea* scribitur, sed semper Πέρινθος; quantumvis scribat Ptolemæus, Πέρινθος, ἤτοι Ἡράκλεια. At apud Plinium nulla Heraclea Thraciæ est. Perinthus apud ipsum *Perinthus* tantum est; nec dicit ille, ut semper solet, cum una civitas aliqua plurium olim nominum fuit, *Perinthus, eadem Heraclea.* Perinthi nomen antiquum, quod nummi exhibent omnium Augustorum, a Tiberio Claudio usque ad Gallienum,

num, ſervare tametſi corruptum videntur indigenæ, qui *Pantiro* vocant. Qui ſcriptores alio nomine quam Perinthi donant hanc civitatem, utrum ii fallant, vel fallantur, conſiderandum eſt.

ΒΑCΙΛΕωC ΚΟΤΥΟC ΤΕΙΜΑΙ. *Regis Cotyis honores*, τιμαί. Sella curulis, ſupra quam corona laurea.)(. ΙΟΥ. ΑCΠΟΥΡΓΟΥ. Clypeus. Infra, Κ Δ. Forte, *Julii Aſpurgi* munus, ſive clypeus, Καίσαρι Δομετιανῷ, *Cæſari Domitiano*. Ex ære minimo iſte eſt, quem pariter ex Oriente allatum vidi cum D. de Boze.

ΒΑCΙΛΕωC CΑΥΡΟΜΑΤΟΥ. *Regis Sauromatæ*. Caput ſenile.)(. Clypeus; ut in numiſmate regis Cotyis. Infra, ΜΗ. ut in nummo Rhœmetalcæ. Quibus ex indiciis haud temere colligere nobis videmur, in eodem tractu terrarum tres iſtos regnaſſe, Rhœmetalcen, Cotyn, & Sauromaten. Eſt hic nummus ex ære mediocri, quem pariter vidi cum D. de Boze.

Hactenus nummi Regum Ponti Paphlagonici, qui ſub Auguſtis fuerunt. Nam de vetuſtioribus, Mithridate & Pharnace, ſi quid deſideras, habes quid ſentiam, in Chronologia Veteris Teſtamenti. Denique adjecta clava Herculis in nummis inſcriptis ΒΙΤΟΥΙΟC ΒΑΣΙΛΕΩΣ, in Theſauro Brandeburgico Tom. 2. p. 6. hoc eſt Bityis Regis; hunc Regem eſſe quoque Ponti ejuſdem, non Arvernorum in Gallia, ut quibuſdam viſum eſt, pæne ſuadet. Vale. Dabam Pariſiis, Idibus Sextil. MDCC.

ΠΟΡΦΥΡΕΩΝΙΤΩΝ. Neronis nummus, e Theſauro Goltzii, pag. 226. Stephanus: Πορφυρεών, πόλις Φοινίκης. τὸ ἐθνικὸν, Πορφυρεώνιος, καὶ Πορφυρεωνίτης. In Conc. CP. ſub Menna, pag. 93. Χριστόφορος ἐπίσκοπος Πορφυρεῶνος ἐπαρχίας Φοινίκης Παραλίας. *Chriſtophorus Epiſcopus Porphyreonis Provinciæ Phœnicia maritima*.

ΠΟΣΕΙΔΩΝΕΑΤΑΝ. E Goltzii Theſauro, pag. 226. & in Magna Græcia, Tab. XXI. Nomen habet ἀπὸ τοῦ Ποσειδῶνος, a Neptuno, cujus in hiſce nummis inſculpta effigies cum tridente; vel equus qui Neptuno ſacer: vel denique taurus, qui eidem Deo immolari ſolitus. Maro, III. Æneid. verſ. 118.

Sic fatus, meritos aris maſtavit honores:
Taurum Neptuno: taurum tibi, pulcher Apollo.

Plinio, lib. III. ſect. x. *Oppidum Paſtum, Græcis Poſidonia appellatum*. Stephanus: Ποσειδωνία, πόλις Ἰταλίας. τὸ ἐθνικὸν, Ποσειδωνιάτης, καὶ Ποσειδώνιοι. Nunc vicus eſt haud procul Salerno, in ora, *Peſti*.

ΠΡΑΙΣΙΩΝ. In nummo quem vidimus. Stephano, Πραῖσος, in Creta. Meminere Præſiorum præterea Herodotus, lib. IX. & Athenæus, lib. IX. pag. 375. ubi ex Agathocle Babylonio aït, ſuem apud Cretenſes animal ſacrum haberi, quod Jovi adhuc infanti mammam præbuiſſe credatur: atque idcirco veneratione ſumma haberi: Præſios vero ſues immolare, eaque præcidanea hoſtia ut utantur, lege ſtatutum.

ΠΡΙΑΠΕΩΝ. Hadriani nummus, in quo Palma cum delphino, & temone. Plinio, lib. v. ſect. XL. *Oppidum Priapos*, in Helleſponto. Stephano, Πρίαπος, πόλις Ἑλλησποντίας, cujus gentile nomen Πριαπηνὸς, & Πριαπεύς. Eſt & Gordiani Pii, ΠΡΙΑΠΗΝΩΝ: in quo Bacchi imago.

ΠΡΙΗΝΕΩΝ Nummus Tiberii. Plinio, lib. v. ſect. XXXI. *Priene*. Stephanus: Πριήνη, πόλις Ἰωνίας. τὸ ἐθνικὸν, Πριηνεύς, καὶ Πριηνιος, καὶ Πριηνιάς.

ΕΠ. ΑΡΧ. ΙΟΥΛ. CΑΤΟΡΝΕΙΝΟΥ. ΠΡΙΗΝΕΩΝ. Ἐπὶ Ἄρχοντος Ἰουλίου Σατορνείνου, Πριηνέων. *Sub Archonte Julio Saturnino, Prienenſium*. Valeriani, e Cimelio Regio. Mulier dextra ſpicas & papaver, ubertatis ſymbola: tedam læva gerit, ad pedes ara poſita cum igne.

ΠΡΙΗΝ. E Muſeo noſtro. In ima parte nummi, ΚΑΛΛΙΚΛΕΙΔΗΣ, quod Prætoris nomen eſt. Noctuam hic nummus inſculptam præfert, & Palladem.

ΠΡΙΑΝΕΙΩΝ. Chiffletianus nummus. Dorica dialecto, pro ΠΡΙΗΝΕΙΩΝ. Hos a Priene perperam divellit Ortelius, in Theſauro Geographico.

ΠΡΙΑΝΕΙΕΩΝ. Juppiter ſtans, dextra extenſa tenet delphinum, haſtam puram ſiniſtra. In altera parte Venus ſedet. Nummus eſt ex ære magno, apud D. de Boze, Pariſiis.

ΠΡΙΗΝΕΩΝ. Tauri effigies. Ex parte altera, ΤΟΝ ΚΤΙCΤΗΝ, cum Herculis capite, quem conditorem urbis ſuæ, ac gentis auctorem, Prienii nuncupant. Certe conditam a Bœotis ac Thebanis Prienen, auctor eſt Strabo, lib. XIV. pag. 633. & 636. Fuere autem *Bœotiæ Thebæ*, ut Plinius admonet, lib. IV. ſect. XII. *duorum numinum, Liberi atque Herculis, patria*. Eandem ob cauſam & Cadme vocitata Priene eſt, quod Bœotius Cadmus fuit. Sunt qui ΠΡΗΤΕΩΝ perperam in eo nummo legant.

ΠΡΟΞΕΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Titi nummus, e Theſauro Goltzii, pag. 228. Stephanus: Προξενόπολις, περὶ Ναυκρατίαν. ὁ πολίτης, Προξενοπολίτης, ὡς Ἑρμοπολίτης. Naucratiten in Ægypto nomon, ut & Hermopoliten, Plinius agnoſcit, lib. v. ſect. IX.

ΠΡΟΣΩΠΙΤΩΝ ΚΑΙ ΦΘΕΝΟΤΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. *Proſopitarum & Phthenotarum concordia*. Tiberii nummus, e Theſauro Goltzii, pag. 227. Plinio, lib. v. ſect. IX. hæ duæ Ægypti nomi ſeu præfecturæ, Proſopites, & Ptenethu, appellantur. Vide quæ ibi diximus. Stephano: Προσωπὶς, πόλις Αἰγύπτου. τὸ ἐθνικὸν, Προσωπίτης.

ΠΡΟCΩΠ. L. ΙΑ. Hadriani nummus, anno ejus undecimo cuſus.

ΠΡΟCΩΠΙΤΩΝ. L. A. M. Aurelii nummus, anno ejus primo cuſus. In Cimelio D. Foucault. Eſt & Antonini Pii alibi.

ΠΡΟΥCΑΕΩΝ. Trajani nummus, e Muſeo noſtro, in quo figura jacens cum arundine. Epigraphe ex parte altera, ΑΥ. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝΟC Κ. C. Γ. Δ. Αὐτοκράτωρ Νερύας Τραϊανὸς Καῖσαρ Σεβαστὸς Γερμανικὸς Δακικός. *Imp. Nerva Trajanus Cæſar Aug. Germanicus Dacicus*.

ΠΡΟΥCΑΕΩΝ. Nummi Commodi, Severi, Antonini, Getæ, Macrini, ac Diadumeniani, Maximi Cæſaris, & Treboniani Galli, e Cimelio Regio, aliiſque. Plinius, lib. v. ſect. XLIII. *Intus in Bithynia Pruſa, ab Hannibale ſub Olympo condita*. Hodie *Burſia*. Vide noſtras in Plinium notas. A Pruſia conditam ſcribit Tzetzes, ut diximus, & Strabo, lib. XII. pag. 653. Sed interpretem ejus Caſaubonum carpere obiter hoc loco libet, qui Græci ſcriptoris locum, quo paulo poſt eo regreditur unde diverterat, hoc eſt, ad inſtitutam de Pruſa civitate orationem, ſic vertit: *Pruſa alia ad Olympum Myſiæ poſita eſt urbs, quæ legibus bonis gubernatur*. Perinde quaſi alia Pruſa ſit quæ ad Olympum, ab ea quam vel Hannibal vel Pruſias ibi condidiſſe dicitur: cum abſit vox ea *alia* a Græco ſcriptore, & abeſſe vero debeat. Προῦσα ἡ ἐπὶ τῷ Ὀλύμπῳ ἵδρυται τῷ Μυσίῳ πόλις εὐνομουμένη.

ΠΡΟΥCΑΕΩΝ. Severi nummus, e Cimelio Regio, in quo Fortunæ ſtantis effigies, cum temone & Copiæ cornu. In parte nummi antica,

A. K. Λ. CΕΠ. CΕΥΗΡΟC. ΠΕΡ. CΕΒΑ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Λούκιος Σεπτίμιος Σεβηρὸς Πέρτιναξ Σεβαστός.

ΠΡΟΥCΑΕΩΝ. Juliæ Domnæ, apud Patinum, cum Dianæ Ephesiæ icone, & cervis.

ΠΡΟΥCΑΕΩΝ. Antonini Severi F. nummus, in quo Ajax galeatus gladio se ipse confodit. E Cimelio Regio, & apud Patinum, pag. 304.

ΠΡΟΥCΑΕΩΝ. Diana Ephesia. In parte aversa, ΠΡΟΥCΑ. E Cimelio Regio.

ΠΡΟΥΣΙΕΩΝ *ad Hypium montem, quæ & ad mare.*

ΠΡΟΥCΙΕΩΝ ΠΡΟC ΥΠΙΩ. Macrini, apud Tristanum, pag. 299. Plinio, lib. v. sect. XLIII. *Prusa item altera sub Hypio monte.* Stephano: Προυσιάς, ἧς ὁ πολίτης, Προυσιεύς. Montem Plinius vocat: amnem Ptolemæus, lib. v. cap. 1. Προῦσα πρὸς τῷ Ὑπίῳ ποτ. Sed ex eo monte amnis forte cognominis fluit. In Actis certe Concilii Nicæni, pag. 54. subscribit *Hesychius Prusensis, juxta Hypium fluvium.* Hanc Memnon apud Photium in Bibl. cod. 224. Προυσιάδα τὴν ἐπιθαλάσσιον vocat. Præterfluentem vero amnem Κίερον, a quo & idem olim oppido ei nomen, pag. 744. In eo nummo quartus Herculis labor expressus, ab Ausonio celebratus hoc versu:

Æripedis quarto tulit aurea cornua cervi.

Quare ad hanc pertinent duo quoque nummi qui sequuntur.

ΠΡΟΥΣΙΕΩΝ, apud Goltzium, in quo nummo clava Herculis insculpta, cum arcu: ex parte aversa Prusiæ caput, leonina indutum pelle: quod genus ille suum ad Herculem referret, cujus peculiares sunt exuviæ leoninæ.

ΠΡΟΥCΙΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟC ΘΑΛΑCCΑΝ. *Prusiensium ad mare.* Ibidem. Nonnium nihil moror, qui ad Prusam alteram pertinere existimat: cujus cives non ΠΡΟΥCΙΕΙC, sed ΠΡΟΥCΑΕΙC appellati. Nec virum eruditum, qui lib. de usu numism. pag. 77. hanc quæ ad mare sita dicitur, ab altera immerito secernit, quæ fuit sub Hypio monte. In eo nummo, ut fere in priore, Herculis clava insculpta cum pharetra.

ΠΡΟΥCΙΕΩΝ ΠΡΟC ΥΠ. ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΙΑΝΟC. Crater, quem serpens circumplicat. Diadumeniani nummus, e Cimelio nostro. In Gallieni nummo legit Tristanus, tom. III. pag. 90. ΠΡΟΥCΙΕΩΝ. ΠΡΟΒΕΙΝΩ. Sed eo nomine a Patino, pag. 413. recte coarguitur: legi enim ΠΡΟC ΥΠΙΩ. oportuit. Sunt & similia M. Aurelii, Faustinæ junioris, Antonini Severi F. Anniæ Faustinæ, Maximini, Gallienique numismata. Idem Tristanus in Hadriano, pag. 506. nummum affert, ΚΟΥCΙΕΙΑ, quem num referri ad Prusienses oporteat, viderint ii qui nummum tractarint.

ΠΡΟΥCΙΕΩΝ ΠΡΟC ΥΠΙΩ. L. Veri nummus, e Gaza Regia, & apud Patinum, pag. 257. cum bovis effigie, qua hostia litatum Vero, ceu Deo, vel Jovi certe pro salute Principis, Prusienses declarant. Nunc est Cimelii Regii. In alio ibidem, Hercules hydram conficit. Retro, columna est, cui statua Augusti imposita. Sunt & Antonini Severi F. & Getæ, Macrini, Diadumeniani, Maximi Cæsaris, ac Treboniani Galli, eadem epigraphe.

ΠΡΟΥCΙΕΩΝ ΠΡΟC ΥΠΙΩ. L. Veri nummus, e Cimelio Regio, & apud Tristanum, tom. II. pag. 301. in quo Herculis cum hydra certamen insculptum: quod versiculo eo expressit Ausonius:

Proxima Lernæam ferro & face contudit Hydram.

ΠΡΟΥCΙΕΩΝ ΠΡΟC ΥΠΙΩ. L. Veri nummus, e Museo nostro, in quo Oriens radiato capite, singulis manibus singulas gestat Aquilas cum lauri ramis. Subactum Orientem utriusque Augusti auspiciis, Marci & Veri, declarat, id quod Tristanum fugit, explanare aliter conantem, tom. II. pag. 305. Idcirco sane in nummo singulari coloniæ Beryti, quem Patinus affert, pag. 241. ab altera parte Marcus, Verus ab altera insculptus, cum sua quisque Aquila, imperii pro indiviso communicati argumentum. Nam & Aquilam Diocletianus & Maximianus in eodem nummo insculpti, scipioni eburneo, quem quisque gerit, impositam fuerunt: divisi pariter inter ambos imperii symbolum. Scribit Dionysius Halic. III. pag. 195. inter regia dona ab Etruscis victori Tarquinio missa, fuisse σκῆπτρον ἐλεφάντινον ἀετὸν ἔχον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, sceptrum eburneum in summitate habens aquilam, eoque Tarquinium usum, & exactis regibus Consules annuos. Hinc Juvenalis Satyra x. vers. 43. Consulem describens:

Da nunc & volucrem, sceptro quæ surgit eburno.

Ut porro imposita sceptro Aquila Consulatus insigne fuit, sic Imperatoriæ dignitatis ac potestatis, bacillum purum, hoc est, sine aquila, aliove adjectitio ornamento, (nam & sic hastam puram dicimus:) quale in nummo Ascalonitarum apparet, quem suo loco laudavimus. In eo enim Impp. ambo insculpti, Castorum stellis amborum capiti impositis, ac suum quisque bacillum manu tenet, qualem in Francia Marescalli gerunt, & exercituum Imperatores: quare bacillum Imperatorium vulgus appellat, *Baton de Mareschal*, *Baton de Commandement.* Parazonium minus apte grex Antiquariorum vocat: cum ea vox pugionem potius quam bacillum hoc, quale exhibent nummi, sonet. Scipionem rectius Isidorus, lib. XVIII. Orig. cap. XI. *Namque & purpuream, & palmatam togam, triumphantes induebantur, & scorpionem cum sceptro in manu tenebant.* Ubi *scipionem* reponi oportere vidit acute Petavius noster, in suis ad Themistium notis.

ΠΟΥ. ΛΙΚ. ΙΓΝΑ. ΓΑΛΛΙΗΝΟC. Capite laureato. *Publius Licinius Egnatius Gallienus.* In aversa parte, ΠΡΟΥCΙΕΩΝ ΠΡΟC ΥΠΙΩ. Capite nudo Salonini Cæsaris. Est apud Patinum, pag. 413.

ΠΡΥΜΝΗCCΕΩΝ. Titi, e Gaza Regia: Antonini & Getæ, e Cimelio D. FOUCAULT: & alibi, Severi Alexandri. Πρυμνησσός Pausaniæ: Ptolemæo, lib. v. cap. II. Πρυμνησία. In Notitia antiqua Eccles. pag. 49. inter Episcopos Prov. Phrygiæ Salutaris ὁ Πρυμίου. Leunclavius, pag. 94. ὁ Πρυμνῆς. Utrobique mendum, ex altera Notitia emendandum, quæ pag. 29. Πρυμνησσὸς aperte præfert. Stephano: Πρυμνησία, πόλις Καρίας... τὸ ἐθνικὸν, Πρυμνησιεύς.

PTOLEMAIS *Africæ.* Vide ΒΑΡΚΑΙΩΝ.

PTOLEMAIS *Phœnices.*

ΠΤΟΛΕΜΑΙΔΕΩΝ. Θ. Ptolemaïdensium. *Anno* VIIII. Claudii, cujus hic nummus est, in Cimelio D. FOUCAULT.

COL. PTOL. Nummus Claudii, quem vidimus. *Colonia Ptolemaïs.* Infra, DIVOS CLAVDIVS. Quod & in simili nummo Neronis legitur. Plinio, lib. v. sect. XVII. *Colonia Claudii Cæsaris Ptolemaïs*, &c. Hodie, *S. Iean d'Acre.*

COL. CAESAREA. PTOLEMAIS. Ejusdem Claudii nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 238.

COL. PTOL. Trajani nummus, ipso COS. VI. cusus. Dea turrito atque in signum libertatis velato capite, rupi insidet: homine ad pedes ex aquis emergente; ad situm oppidi significandum.

Pli-

Plinius, loco cit. *Rivus Pagida, sive Belus, vitri fertiles arenas parvo littori miscens . . . Juxta colonia Claudii Cæsaris Ptolemais, quæ quondam Ace.* Idem nummi typus est sub Hadriano, aliisque.

COL. PTOL. Nummus Antonini Elagabali, ex ære magno, in Cimelio D. FOVCAVLT. In aversa parte, Templum est. Infra, HΞC. hoc est, annus CCLXVIII. qui est V. C. DCCCCLXXII. Elagabali secundus. Sunt & Aquiliæ Severæ similes, absque anni nota. In nummo Philippi, colonus agit boves.

COLONIA PTOLEMAIDENS. *Colonia Ptolemaidensis.* Nummus Valeriani, in quo ara inter serpentes duos: quod Asiæ symbolum est. Juxta, caduceus. Sacrificium pro impetrata pace hoc symbolo indicatur.

COL. PTOL. M. Aurelii, Severi, ac Juliæ Domnæ. Item Antonini & Getæ, apud Patinum, pag. 299. & 317. Huc quoque spectare credimus Trajani nummum, apud Occonem, pag. 209. COL. PTOA. etsi ille alio refert.

COLONIA PTOLEMAIS. Antonini Severi F. in Cimelio Regio. Sedet Imperator in equo. Similis est alter Severi Alexandri.

ΠΤΟΛΕΜΑΙΔΟΣ ΙΕΡΑ ΣΥΝΚΛΗΤΟΣ. *Ptolemaidos. Sacer Senatus*, apud Goltzium in Augusto, Tab. LXXI.

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΠΤΟΛΕΜΑΙΔΙ. *Antiochensium, qui Ptolemaide agunt.* Nummus Antiochi Epiphanis sive Θεῦ, e Museo nostro. Ptolemaidenses ipsi sunt, qui jure Antiochenorum gaudebant, sive jure Antiochenæ civitatis, ut dictum est in Chronologia Veteris Testamenti. Sic promittebat Antiochus, 2. Mach. IV, 9. *eos qui in Hierosolymis erant, Antiochenos scribere.* Et 2. Mach. IX, 15. *Judæos æquales Atheniensibus facturum.* Quo sensu pariter fortassis apud Gruterum in vetusta inscriptione legitur non semel, pag. CCCCV. ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΔΗΛΩι, & ΑΘΗΝΑΙΟΙΣ ΤΟΙΣ ΕΝ ΔΗΛΩι.

ΠΥΛΙΩΝ, in Severi nummo, e Gaza Regia: quo in nummo stat Pallas: Item in Antonini Severi F. cum effigie Æsculapii, apud Patinum, pag. 309. Hæc Pylos Eliaca, Nestoris patria: de qua Plinius lib. IV. sect. VI. in Peloponneso. Sunt etiam & Getæ nummi sic inscripti.

ΠΥΛΙΩΝ, in nummis Veteris Græciæ, apud Goltzium, tab. X. quos ad hanc quoque Pylum referri oportet. In his Dianæ cornutæ, sive Hammoniæ simulacrum: vel Palladis forte Coryphasiæ, quæ sic cornuta pingeretur. Nam Pausanias in Messenicis, pag. 146. Pyli Minervæ templum fuisse ait, cognomento Coryphasiæ. Ἐνταῦθα ἱερὸν ἐστιν Ἀθηνᾶς ἐπίκλησιν Κορυφασίας. Idemque in Eliac. prior. pag. 163. ait Eleos etiam Afrorum numen Ἥραν Ἀμμωνίαν, Junonem Hammoniam coluisse. In iisdem nummis & bos depictus, quo Nestoris scilicet ac Nelei boves, quorum ibi stabulum fuit, indicantur. Vide Pausan. in Messen. pag. 146.

ΠΥΤΕΟΛΗΣ, & ΠΥΤΕΟΛΙΤΩΝ. Nummi e Thesauro Goltzii, pag. 229. & in Magna ejusdem Græcia, tab. XVI. In his Minotaurus & Diana, ut in nummis Neapolitanorum. Plinio, lib. III. sect. IX. *Puteoli* &c. In Campania *Pozzuolo*: nostris *Pouzol.* Vide Notas in Plinium.

Q

QVADI.

REX QVADIS DATVS. Antonini Pii nummus, e Cimelio Regio, & apud Occonem pag. 253. Regnum illud Vannianum est, de quo Plinius, lib. IV. sect. XXV. Gens ipsa Quadorum ibi fuisse videtur, ubi nunc Moravia est.

R

ΡΑΒΒΑΘΑΜΗΝΩΝ. *Rabbathamenorum*, in Syria. Nummus est Antonini Severi F. in Cimelio Regio, ex ære mediocri: cum litteris ΡΕ. hoc est, anno CV. quæ æra Capitoliensium quoque est, ut diximus in Chronologia Veteris Testamenti. Neptunus ibi piscem, & hastam tenet. Est & Gordiani Pii similis, sed absque anni nota, & cum effigie Herculis.

ΡΑΒΒΑΘΜΩΜΗΝΩΝ. ΒΜΡ. *Rabbathmomenorum*, anno CXLII. Severi nummus, in Cimelio D. FOVCAVLT. In alio Antonini F. ΡΑΒΒΑΘΜΩΜΑ, absque anni nota. Annus est hic Severi septimus. Christi CXCIX. æra incipiente ab autumno anni Christi LVIII. ut dictum est in Chronologia Veteris Testamenti. Ptolemæus libro V. cap. XVII. inter oppida Arabiæ Petrææ mediterranea, habet Ῥαββαθμῶμα.

RÆTIA.

COL. AVGVSTA RAETORVM. E Thesauro Goltzii, pag. 238. Tiberii nummus. Eadem ex Tiberii nummo, loc. cit. COL. AVGVSTA. VINDELICORVM, appellata, si fides eruditis Augustanarum rerum scriptoribus. Plinio, lib. III. sect. XXIV. *Vindelici.* Ubi nunc Ducatus Bavariæ, & circumjectus ager.

ΡΑΜΑΘΗΝΩΝ. ΒΙΡ. *Ramathenorum*, anno CXII. Nummus Augusti. Annus hic est V. C. DCCLXI. Christi octavus; ducto æræ initio, ut Ascalonitarum, ab autumno anni V. C. DCL. Est ex ære minimo, in Cimelio Card. Maximi, cum capite turrito.

RAVENNA.

FELIX RAVENNA, in Museo nostro: turritum caput: aquila ex parte aversa, & stellæ duæ. Plinio, lib. III. sect. XX. *Ravenna Sabinorum oppidum.* Nunc quoque *Ravenne.*

RAVRACI.

COL. AVGVSTA. RAVRACOR. Tiberii nummus apud Goltzium, pag. 237. Vereor tamen ne cum in nummo viderit, C. A. R. quod Astam Regiam, ut suo loco monuimus, interpretari eum oportuit, de Augusta Rauracorum acceperit, quæ Ptolemæo lib. II. cap. IX. Ῥαυρακῶν Αὐγοῦστα dicitur. Plinio, lib. IV. sect. XXXI. *Raurici*, & *Colonia Rauriaca.* Nunc est vicus ignobilis *Augst*, a Basilea VI. M. P. non ipsa Basilea, ut quibusdam visum.

ΡΑΥΚΙΩΝ. E Thesauro Goltzii, pag. 229. Stephano: Ῥαῦκος, πόλις ἐν μεσογείᾳ τῆς Κρήτης. τὸ ἐθνικὸν, Ῥαύκιος. Sed veremur ne in nummo ΧΙΩΝ, quem suo afferemus loco, hanc vocem legisse se Goltzius incaute putarit.

ΡΑΦΑΝΕΩΤΩΝ. Nummus Elagabali. Plinio, lib. V. sect. XVI. *Rhaphana.* Stephano: Ῥαφανέαι, πολίχνιον Συρίας. ὁ πολίτης, Ῥαφανεώτης. Est & Anniæ Faustinæ nummus singularis, de quo alibi dicemus. Habet ille hanc anni notam, ΑΟC. qui est æræ Cæsarianæ annus CCLXXI. V. C. DCCCCLXXV. ab autumno illius anni: Christi CCXXII. Severi Alexandri primus.

ΡΑΦΙΑ. ΖΛC. Dianæ effigies, in Commodi nummo, e Cimelio Regio. ΑΥΤΟ. ΚΟΜΟΔΟC. Caput admodum juvenile laureatum. Annus hic est CCXXVII. æræ Pompeianæ, ab autumno anni DCXCI. unde & Gazenses computavere. Est igitur hic annus V. C. DCCCCXXVIII. ante autumnum: Commodo M. Aurelii F. jam tum in nummis Græcis Imperatore. Est Commodi nummus similis apud Tristanum. Plinio, lib. V. sect. XIV. *Raphea*, in Palæstina, juxta Gazam.

ΡΑ-

ΡΑΦΙΑ. ϚΞC. Antonini Severi F. nummus, ex eadem Gaza, cum Apollinis icone: Annus σξϛ΄. hoc est, CCLXVI. Urbis, qua diximus computatione, DCCCCLXVI. qui undecimus Severi est, Antonino F. jam Imperatore.

REMI, *in Gallia.*

REMO. Musei nostri nummus antiquus, cum tergemino capite, trium Galliarum indice, ut in Galbæ nummo antea diximus, verbo GALLIA: non, uti Marlotus credidit, lib. I. hist. Rem. cap. V. pag. XVIII. tergeminæ potestatis, quæ tum esset in urbe Remensi, Principis, Senatus, Populi. Fuit cum Triumvirorum, Octavii, Antonii, Lepidi, signari ibi capita crederemus, ut in vetere nummo apud Patinum, pag. 19. & in Æmilia familia, pag. 32. Sed prior sententia de tergemina Gallia vel eo nomine magis arridet, quod Sirmondum nostrum auctorem habet. Plinio, lib. IV. sect. XXXI. *Remi fœderati* populi Romani, in Gallia Belgica. *Rems.*

ΡΗΓΙΝΩΝ. In nummis Cimelii nostri, & in Magna Goltzii Græcia, Tab. XXV. & XXVI. In his Juppiter, Diana & Apollo cum tripode, lyra Apollinea, leo, aliaque similia insculpta symbola. Nullus dum occurrit, qui sit leporis effigie insignitus, quanquam id Julius Pollux refert, lib. IX. cap. VI. Ῥηγῖνοι μὲν λαγὼν τῷ νομίσματι ἐνεχάραττον. Sed est in Locrorum Zephyriorumque nummis lepus passim obvius: qui fuere Rheginis finitimi. Plinio, lib. III. sect. X. *Rhegium.* Et sect. XIV. *Rheginum oppidum in margine Italiæ situm.* Stephano: Ῥήγιον . . . ὁ πολίτης, Ῥηγῖνος. Nunc quoque *Reggio.*

RHENVS. Apud Tristanum, tom. I. pag. 145. & Occonem, pag. 90. In altera superficie, NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS IMP. Est & alter ita inscriptus, in quo Domitianus Rhenum calcat, ob victoriam Germanicam.

ΡΗCΑΙΝΗCΙΩΝ.

CΕΠ. ΚΟΛ. ΡΗCΑΙΝΗCΙΩΝ. Σεπτιμίας κολωνίας Ῥησαινησίων. Nummus Severi Alexandri, in quo colonus boves agit. Retro, vexillum, in quo LEG. III. GALL. *Legio tertia Gallica.* Item Decii nummi, apud Patinum, pag. 391. Etruscillæ, pag. 402. omnes nunc Cimelii Regii. Est & apud Goltzium, in Thesauro, pag. 231. sed mendose, ΓΗCΑΙΝΗCΙΩΝ. Apud Occonem, pag. 451. fœdius, CΕΠΚΟΑΡΙΙCΑ.... ΩΝ. & CΕΠΚΟΛΓΗC ΑΙΝΗCΙΩΝ. In his aut Isis insculpta cum Aquila, aut cum Pallade dextras jungit: aut labarum, aut templum cum noctua, Palladis symbolo, aut boves cum colono, supervolitante Aquila, quæ sunt deductæ a Romanis coloniæ argumenta. A Severo Septimio id prænomen habet. Locus fuit in finibus Romani Persicique imperii, circa Euphratem. Meminit hujus loci Ammianus, lib. XXIII. pag. 246. ubi Rhesainam vocat. Videtur esse Ῥέσινα, vel Ῥήσινα Ptolemæi, in Mesopotamia, lib. V. cap. XVIII. In nummis Decii & Etruscillæ, adjectæ sunt eæ annorum notæ, L. ΗΙΡ. (non, ut quidam voluere, L. ΙΠΡ) hoc est, λυκάβαντος ριή. *anno* CXVIII. ut cœpisse æra hæc videatur Hadriani principatu, anno Urbis Romæ DCCCLXXXV. ex quo annis elapsis CXVIII. annus occurrit Decii primus: Urbis Romæ, MII. Christi CCXLIX. autumno.

ΡΟΔΙΩΝ.

ΡΟΔΙΩΝ. ΕΛΕΥΘ. Ῥοδίων ἐλευθέρων, *liberæ civitatis.* Apud Spanhem. pag. 784. Plinius, lib. V. sect. XXXVI. *Pulcherrima & libera Rhodos.* Nunc quoque nomen & decus servat.

ΡΟ. & ΡΟΔΙΩΝ, in Vetere Græcia Goltzii.

ΡΟΔΙΟΙ ΥΠΕΡΙΟΝΙ ΑΝ. Ῥόδιοι Ὑπερίονι ἀνέθηκαν. *Rhodii Hyperioni dedicarunt.* Apud Spanhem. pag. 791.

ΡΟ. cum insigni Rhodiorum rosa, lyrave: & Solis capite radiato, vel Apollinis.

ΡΟΔΗΤΑΝ, in Museo nostro: & hi ad Rhodios quoque forte spectant.

ΚΛΑΥΔΙΟΥ. ΥΠΕΡΙΩΝ. ΣΕΒΑΣΤΟΥ. E Cimelio Regio. Caput turritum. Ex parte aversa, colossus capite radiato coronam trophæo imponit: epigraphe, ΔΙΔΡΑΧΜΟΝ. Hunc nummum ad Rhodios pertinere quis non intelligit? capite turrito Rhodon signari, non Agrippinam, ut Seguinus sensit, pag. 52. Ὑπερίων nomine Solem Rhodiorum Deum, qui & ex parte nummi altera colossi effigie radiata delineatur: ubi & δίδραχμον monetæ pondus & valor est. Legendum itaque, ΚΛΑΥΔΙΟΥ. ΣΕΒΑΣΤΟΥ. ΥΠΕΡΙΩΝ. *Claudii Augusti. Hyperion.* Festus: *Hyperionem alii patrem Solis, alii ipsum, quod eat super terras, appellatum putabant.*

ΡΟΔΙΩΝ. ΔΗΜΑΡΑΤΟΥ. *Rhodiorum* nummus: Prytane *Demarato.* Victoria cum palma & corona, in nummo Neronis.

ΡΟΔΙΩΝ. ΝΕΡΩΝ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Ex parte aversa, ΔΙΔ. Δίδραχμον.

ΕΠ. Π. ΡΟ. ΕΜΙΛ. ΑΝΤΩΝΙΟΥ ΝΑΣΩΝΟΣ. Domitiani nummus: ΔΟΜΙΤΙΑΝΟC ΚΑΙCΑΡ CΕΒΑCΤΟC. in quo clypeus hasta transversa: quem typum & in altero ejusdem Domitiani nummo vidimus, cum epigraphe: ΕΠΙ. Μ. (forte ΕΠΙ. ΠΡ.) ΜΑΡΚΟΥ ΡΟΥΦΟΥ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ. Uterque e Cimelio Regio. Priorem sic interpretor: Ἐπὶ Πρυτανίας Ῥοδίων Ἐμιλίε Ἀντωνίε Νάσωνος. Sunt qui legant, ΕΠΙ Α. ΑΝΤΩΝΙΟΥ ΝΑCΩΝΟC ΕΠΙΤΡΟ. hoc est, ἐπιτρόπε, frustra & falso. In posteriore sunt qui ΕΠΙ. Μ. ΜΑΡΙΟΥ legant. Quæ causa sit cur sic interpretari priorem nummum oporteat, ex nummis sequentibus plane liquebit. Interim EMILIVM per E, etiam in Latino Tiberii nummo scito scribi, apud Mediobarbum, pag. 70.

ΡΟΔΙΩΝ. ΔΙΔΡΑΧΜΟΝ. Nervæ nummus, in Cimelio Regio: in quo Sol radiato capite dextram porrigi Genio Rhodiorum. Ex parte altera, epigraphe hæc est, ΑΥΤ. ΚΑΙCΑΡ ΝΕΡΟΥΑ CΕΒΑCΤΟC. Est & Trajani similis, in Cimelio Reginæ Christinæ. Habet & Neronis Erizzo, pag. 37.

ΑΥ. ΚΑΙ. Τ. ΑΙΛ. ΑΔΡΙΑΝΟC ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. ΕΥ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Τίτος Αἴλιος Ἀδριανὸς Ἀντωνῖνος Εὐσεβής. *Imp. Cæsar T. Ælius Hadrianus Antoninus Pius.* Capite laureato. Ex parte aversa, Ceres tedifera, vecta curru juncto draconibus: epigraphe, ΚΟΙΝΟΝ ΓΙ. ΠΟΛΕΩΝ. Π. ΡΟΔΙΩΝ ΚΛ. ΦΡΟΝΤΩΝΟC ΑCΙΑΡΧΟΥ ΚΑΙ ΑΡΧΙΕ. ΓΙ. ΠΟΛΕΩΝ. Κοινὸν Τρισκαίδεκα Πόλεων, Πρυτάνεως Ῥοδίων Κλαυδίε Φρόντωνος Ἀσιάρχου καὶ Ἀρχιερέως Τρισκαίδεκα Πόλεων. *Commune tredecim civitatum, Magistratu Rhodiorum Claudio Frontone, Asiarcha & Pontifice tredecim civitatum.* Nummus est singularis, in Cimelio nostro, maxima forma ex ære, quam Itali *Medaglione* vocant. Similem isti viderat alicubi Spanhemius, sed exesum, detritis plerisque litteris ac voculis: itaque ediderat, lib. de usu Numism. pag. 692. ΠΡΟ. ΦΡΟΝΤΩΝΟC ΑCΙΑΡΧΟΥ. ΚΑΙ. ΑΡΧΙΕ. ΓΙ. ΠΟΛΕΩΝ. ΚΟΙΝ. Itaque reddiderat: *Frontone Asiarcha & Sacerdote* XIII. *Civitatum.* Brevius Occo, pag. 270. ΚΟΙΝΟΝ ΓΙΠΟΛΕΩΝ ΠΡΟ... Ν ΚΑΦΟΝΤΩ. pro ΚΛ. ΦΡΟΝΤΩ. Golt-

Goltzius in Thesauro, pag. 226. aliquanto fœdius: ΠΟΛΕΩΝ ΚΟΙΝ. ΠΡΟΝ.... ΟΝΤΩΝΟC. ΑCΙΑΡΧΟΥ. ΚΑΙ. ΑΡΧΙC. ΓΙ. Voces, quæ in orbem descriptæ in nummi margine erant, non inde legere auspicatus, unde maxime oportuit. Sponius, ΠΡΟΔΙΚΟC ΚΑΙ ΦΡΟΝΤΩΝ, falso, cum sit perspicue ΠΡΟΔΙΟΝ. ΚΛ. Nec satis feliciter alii legunt ΠΡΟΔΙΩΝ, interpretanturque, Πρόδικε ὄντ@: a quo loquendi genere nummi longe abhorrent. Præsertim cum in simili M. Aurelii nummo, teste ipso D. Vaillant, in nummis Græcis, pag. 59. legatur ΠΡΟΔΙΩΝ: nefas sit autem dici, vel scribi ὄντ@. Nos illud ΠΡΟ. quid esset, primi excogitavimus, cum in nostro dilucide ac plane pateret ΠΡΟΔΙΟΝ. Divulsa enim ea voce in duas, Π. ΡΟΔΙΟΝ. Πρυτάνεως Ῥοδίων certissima conjectura vidimus: Nam in nummis Ο pro Ω poni, tralatitium est, ipso in ea voce ΡΟΔΙΟΝ egregie id adnotante Ant. Augustino, Dialog. II. pag. 12. & ex nummis aliis liquet, quos in hoc opere repræsentamus. In Græcis autem civitatibus, Rhodi, Mileti, Tenedi, Argis, Ephesi, Smyrnæ, Thasi, Mytilenis, fuisse Magistratus, qui Πρυτάνεις appellarentur, ante nos eruditi viri sæpius monuere. Etiam Athenis, uti ex decreto Atheniensium, quod affert Josephus, lib. XIV. Antiq. Jud. cap. XVI. in gratiam Judæorum, palam est: Πρυτάνεως καὶ ἱερέως Διονύσου. Apud Rhodios certe, quorum in hoc nummo mentio est, summum fuisse eo nomine Magistratum, præter hunc nummum, & subsequentem, admonet Appianus, lib. IV. bellor. Civil. pag. 627. Οἱ μὲν τὸν Ἀλέξανδρον ἐκ τούτων εἵλοντο σφίσι Πρυτανεύειν, ἥπερ ἐστὶν ἀρχὴ παρ᾽ αὐτοῖς μάλιστα αὐτοκράτωρ. *Illi vero ea de causa Alexandrum elegerunt sibi Prytanim, quæ apud eos dignitas omnium maximam auctoritatem habet.* Smyrnæorum nummus, infra: ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΠΡΥΤΑΝΕΙΣ. Et hi sacra faciebant, teste Pausania in Atticis. pag. IV. Θύουσιν οἱ πρυτάνεις. Altera vero appellatio ΑΡΧΙΕΡΕΩC, pariter occurrit apud Gruterum, pag. 415. ΑΡΧΙΕΡΕΑ. ΤΟΥ. ΚΟΙΝΟΥ. ΤΩΝ. ΓΑΛΑΤΩΝ. Ad illam vero ΑΣΙΑΡΧΟΥ quod attinet, ex iis quæ jam antea delibavimus, in nummis ΒΙΘΥΝΙΩΝ, ΓΑΛΑΤΩΝ, ΚΡΗΤΩΝ, quid sit Ἀσιάρχης abunde liquet: præses nempe ludorum theatralium, certaminumque, quæ a tota communitate ejus provinciæ in uno aliquo oppido haberi in honorem Deorum, vel Augustorum solerent. Idem si sacris præesset, quod fere fiebat, simul Ἀρχιερεὺς, *Pontifex* vocabatur: & ut Prudentii verbo utar, in hymno S. Laurentii, *Mysteriarcha*: si Prætura aut Magistratu fungeretur aliquo, simul ille honos copulabatur, ut apud Gruterum, pag. 522. I. ΤΗΣ. ΑΣΙΑΣ. ΣΤΡΑΤΗΓΩ. ΑΣΙΑΡΧΗ. Nec diffiteri tamen velim apud scriptores vetustos, non pro certaminum sacrorum præside, sed pro Magistratu Præfectoque Provinciæ has voces interdum accipi, Ἀσιάρχης, Λυκιάρχης &c. Apud Gruterum autem, pag. 489. ΕΛΛΑΔΑΡΧΗΣΑΝΤΑ eum esse arbitror, qui τοῖς τῆς Ἑλλάδ@ κοινοῖς certaminibus præesset. Et in nummo eo, in quo versamur, Ἀσιάρχης, munerarius est & sacerdos communis Asiæ: quod sacerdotium in libris Juris Asiarchia dicitur. Eligebantur autem Asiarchæ hoc modo. Singulæ Asiæ civitates, sub anni cujusque initium, hoc est, sub æquinoctium autumnum, concionem habebant, in qua unum ex suis civibus Asiarcham nominabant: legatos deinde mittebant ad commune gentis concilium, qui nomen ejus qui domi electus fuerat, renunciarent. In eo deinde concilio a Proconsule Asiarcha unus eligebatur, vicariique substituebantur alii, ut si fato ille ante concederet, quam sacerdotii munus expleret, esset qui illius vice fungeretur. Hinc Aristides, IV. sacrarum orationum, tertium se quartumve ait a Synedris, hoc est, a communi Asiæ, designatum Asiarcham. Unicum fuisse primarium Asiarcham, tum ex hoc nummo liquet, tum ex epistola qua Polycarpi exitus describitur, ab Usserio edita: is enim martyrium fecisse dicitur sub Philippo Asiarcha, Proconsule autem Asiæ Statio Quadrato. Et cum plures in Apostolorum Actis Asiarchas audis, sic habeto, appellari eos eo nomine, qui vel semel antea hoc sacerdotium administrarint, ut Pontifices apud Judæos. Erat autem id onus sacerdotii gravissimum: atque idcirco nonnisi opulentiores ad id gerendum eligebantur. Hinc Strabo animadvertit, Asiarchas fere ex Trallianis desumptos, quod ejus urbis cives totius Asiæ ditissimi haberentur. Quare omni ope laboravit Aristides, ut sacerdotio Asiæ liberaretur: quod esset illud cum munerum editione conjunctum. Sed de his satis. Non sunt porro in hoc præsenti nummo inversæ, vel transpositæ, ut quidam putant, numerales notæ ΓΙ, pro ΙΓ. cum priore loco numeri illius nota collocetur, qui priore pariter loco solet efferri, τρεῖς: posteriore alter, qui δέκα. Denique (neque id enim omitti fas est) quæ causa fuerit cur hoc Rhodii & Asiatici pariter jusserint numisma cudi, Capitolinus in Antonino aperit, pag. 20. cum ait *terræ motu Rhodiorum & Asiæ oppida concidisse, quæ omnia Antoninus mirifice instauravit.* Quæ de Asiarchis hactenus diximus, id quibusdam scriptoribus nimium deferentes diximus. At reipsa unicus fuit uno tempore Asiarcha: isque annuus Magistratus ab Urbe Roma missus, homo Romanus, Præses ludorum, quos Commune Asiæ ederet: quamquam ille interdum & sacerdotio fortassis aliquo, vel Prætura fungeretur. Id enimvero ex nummis antiquis liquet, in quibus & unus tantum uno tempore Asiarcha apparet, & idem ex nomine semper homo Romanus fuisse intelligitur. Sub Augusto: Μ. ΦΟΥΡΙΟΣ ΙΕΡΕΥΣ ΚΑΙ ΑΣΙΑΡΧΗΣ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. *Marcus Furius sacerdos, & Asiarcha.* Nummus *Pergamenorum.* Sub Antonino Pio, nummus Rhodiorum: ΚΛ. ΦΡΟΝΤΩΝΟC ΑCΙΑΡΧΟΥ ΚΑΙ ΑΡΧΙΕΡΕΩC ΙΓ. ΠΟΛΕΩΝ. *Claudio Frontone Asiarcha & summo sacerdote tredecim civitatum.* Sub Faustina juniore, nummus Pergamenorum: ΕΠΙ CΤΡ. ΑΙ. ΠΟΛΛΙ. ΑCΙ. Ἐπὶ Στρατηγοῦ Αἰλίου Πωλλίων@ Ἀσιάρχου, *sub Prætore Ælio Pollione Asiarcha.* Sub Commodo, nummus Cyzicenorum: CΤΡ. Λ. ΑΥΡΗΛΙΟΥ ΑCΙΑΡΧΟΥ. *Prætore L. Aurelio Asiarcha.* Sub Severo, nummus Hypæpenorum; ΕΠΙ CΤΡ. ΑΙ. ΑΠΙΩΝΟC ΑCΙΑΡ. ΤΟ Β. *Sub Prætore Ælio Apione Asiarcha iterum.* Sub Gordiano Pio, nummus Smyrnæorum: ΕΠΙ ΤΕΡΤΙΟΥ ΑCΙΑΡΧΟΥ, *sub Tertio Asiarcha.* Denique sub Valeriano juniore & Salonina, nummi Sardianorum: ΕΠ. ΔΟΜ. ΡΟΥΦΟΥ ΑCΙΑΡ. *Sub Domitio Rufo Asiarcha.* In ea civitate Asiæ erat Asiarcha, in qua totius ejusdem Asiæ ludi eo anno ederentur. Non erant igitur in una urbe Epheso plures Asiarchæ, Act. XIX, 31. sed erant, ut recte habet Vulgata Editio, *Principes Asiæ*, hoc est, primores, nobiliores, honoratiores.

Μ. ΑΥΡΗΛΙΟC ΟΥΗΡΟC ΚΑΙCΑΡ. M. Aurelii caput, e Regia Gaza. In parte aversa, ΚΟΙΝΟΝ ΙΓ. ΠΟΛΕΩΝ. Π. ΡΟΔΙ. (in altero ibidem legitur, ΠΡΟΔΙΩΝ) ΚΛ. ΦΡΟΝΤΩΝ. ΑCΙΑΡΧ. ΚΑΙ ΑΡΧΙ. ΙΓ. ΠΟΛΕΩΝ. Quæ notæ quid significent, ex antecedente nummo liquet.

Proserpinam hic exhibet, in templo sex columnarum. Alter Fortunam cum temone & Copiæ cornu, in eodem Cimelio.

ΡΟΔΙΩΝ. Caput Solis, in nummis M. Aurelii, e Thesauro Regio: & Commodi, e Cimelio D. FOUCAULT.

ROM. COL. Vide HISPALIS.

ROMA.

ΘΕΑ ΡΩΜΗ. apud Patinum sæpius, pag. 111. & IV. & in Sardianorum nummis inferius.

ΘΕΑΝ ΡΩΜΗΝ. ΘΕΟΝ CΥΝΚΛΗΤΟΝ. In Museo nostro, & apud Patinum, pag. 58. *Deam Romam. Deum Senatum.*

ΘΕΑ ΡΩΜΗ. ΙΕΡΑ CΥΝΚΛΗΤΟC. In Cimelio Regio, nummus Iliensium.

ΡΩΜΗΣ. L. A. *Anno primo æræ* Augustanæ, ab Asia recepta. Nummus hic est Antonii Triumviri, plane singularis: de quo vide Chronologiam Veteris Testamenti.

ΔΗΜΟΣ ΡΩΜΑΙΩΝ. Neronis, apud Patin. pag. 118. in Cimelio Regio, cum L. E. hoc est, *anno quinto* Neronis. Est similis Claudii nummus, ΔΗΜΟΣ ΡΩΜΑΙΩΝ. ΙΓ. Anno Claudii XIII. Sunt hi in Ægypto cusi. In altero quem vidimus, nummo Neronis, Roma signatur Amazonis effigie, exserta mamma, uti a Claudiano describitur, Carm. de Probi & Olyb. Consulatu

ΡΩΜΗ. In nummo Trajani. Capite Urbis Romæ galeato.

INVICTA ROMA. D. N. ATHALARICVS REX. *Dominus noster Athalaricus Rex.* In Cimelio nostro.

INVICTA ROMA AETERNA. Prisci Attali nummus aureus, apud Occonem, pag. 573.

ROMA RENASCENS. S. C. Galbæ, apud Occonem, pag. 137.

ROMA RESVRGES. S. C. Vespasiani, apud Occonem, pag. 152. & Severi, pag. 349.

ROMVLEA COLONIA. Vide HISPALIS.

RVSCINO.

IMP. CAES. AVGVSTVS. Capite nudo. COL. RVS. LEG. VI. *Colonia Ruscino. Legio sexta.* Duæ aquilæ legionariæ. Plinius, libro III. sect. v. oppidum *Latinorum Ruscinonem* vocat: Mela, libro 2. cap. v. coloniam. Vide Notas in Plinium.

S

SABARIA.

COL. SABAR. CLAVDIANA. AVGVSTA. Claudii nummus, apud Goltzium, in Thesauro, pag. 241. Plinio, lib. III. sect. XXVII. *Colonia Divi Claudii Sabaria.* Etiamnum retinet nomen, in Austriæ Hungariæque confinio. Ibi reperta inscriptio, quam Gruterus affert, pag. 389. C. C. S. hoc est, *Colonia Claudia Sabaria.* Σαυαρία Ptolemæo, lib. II. cap. XV. in Pannonia superiore.

SACILIS.

MVN. SACILIS. Goltzius in Thesauro, pag. 244. Plinio, lib. III. sect. III. in conventu Cordubensi, *Sacili.* Nunc *Alcoracen* vocant.

ΣΑΔΑΛΙΤΩΝ. Galbæ nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 230. Stephanus: Σάδαλις, Αἰγυπτία πόλις. τὸ ἐθνικὸν, Σαδαλίτης.

SAETABIS, in nummis antiquis, teste Ant. Augustino, Dial. VII. Antiq. pag. 115. Plinio, lib. III. sect. IV. *Setabitani, qui Augustani*, in Carthaginiensi Hispaniæ conventu. Nunc *Xativa*, in regno Valentiæ. Hinc sudaria Sætaba, nota Catullo, epigrammate, XII. videlicet, & XXV.

ΣΑΓΑΛΑΣΣΗΝΩΝ. Vespasiani nummus, in Thesauro Goltzii, pag. 230. Plinio, lib. V. sect. XXIV. *Sagalessos.* Stephano, Σαγάλασσος, πόλις Πισιδίας. . . . . τὸ ἐθνικὸν, Σαγαλασσεὺς, καὶ Σαγαλασσηνός.

ΛΑΚΕΔΑΙΜΩΝ. CΑΓΑΛΑCCΟC. M. Aurelii, apud Tristanum, tom. 1. pag. 650. & ex ære magno, apud Illustr. Lamonium Præsidem, ubi hunc nummum vidimus. Ejus formam in plumbo expressam habemus. Qui nummus duarum inter se civitatum fœdus, sive ὁμόνοιαν, consensionemque significat: ut iste Antonini Pii, e Gaza Regia, ΕΦΕCΟC. ΚΥΖΙΚΟC, aliique. Tristanus loc. cit. hunc nummum sic legit, ΛΑΚΕΔΑΙΗΩΝ. CΑΓΑΛΑCCΟC, & in Alcedæensibus deinde investigandis mire desudat.

CΑΓΑΛΑCCΕΩΝ. Nervæ, M. Aurelii, Severi, Juliæ Domnæ, Antonini Severi F. Alexandri Severi, Claudii Gothici. In nummo Nervæ, e Thesauro Regio, Castor & Pollux stant: in M. Aurelii, Apollo: in Severi, Deus Lunus: in Juliæ Domnæ, e Cimelio D. FOUCAULT, Victoria: In Antonini Severi F. Deus Lunus: in Severi Alexandri, caput turritum. In Claudii Gothici nummo denique, Deus Lunus: in alio, leo gradiens.

SAGVNT. E Cimelio Regio. Ex parte aversa, triremis &c. Triremim ideo insculptam volunt, quod ex Zacyntho insula deductam eo coloniam referunt, Polybius, Strabo, Silius. Plinius certe, lib. XVI. sect. LXXIX. a Zacyntho ait Saguntum advectum esse Dianæ simulacrum, una cum conditoribus templi oppidique, annis ducentis ante excidium Trojæ: hoc est, circiter annos tres ante Exodum. Eidem Plinio, lib. III. sect. IV. *Saguntum* dicitur *fide nobile.* Cur ita dicatur, id vero ex nostris in eum locum Notis intelliges.

L. SEMP. GEMINO. L. VAL. SVRA IIVIR. SAG. *L. Sempronio Gemino, L. Valerio Sura, Duumviris Saguntum.* Tiberii nummus, apud Patin. pag. 70. in quo triremis, ut supra.

ΣΑΙΤΩΝ, *in Ægypto.*

CΑΙΤ. cum Palladis stantis effigie, in nummo Hadriani, e Gaza Regia. Origenes contra Celsum, lib. V. pag. 257. Οὐδὲ τοῖς θεοῖς συγκαταλέξομεν τὰ τοῖς Σαΐταις δοκοῦντα, τὴν Ἀθηνᾶν. *Non divinos honores, ut Saitæ, Minervæ decernemus.* Tullius, lib. III. de Nat. Deor. *Minerva prima, quam Apollinis matrem supra diximus: secunda, orta Nilo, quam Ægyptii Saitæ colunt.* Strabo, lib. XVII. pag. 802. Ἡ Σάϊς μητρόπολις τῆς κάτω χώρας, ἐν ᾗ τιμῶσι τὴν Ἀθηνᾶν. *Sais metropolis inferioris Ægypti regionis, in qua Minervam colunt.* Plinius, lib. V. sect. IX. Saïten nomon, in Ægypto habet. Stephanus: Σάϊς, πόλις Αἰγύπτου.... ὁ πολίτης, Σαΐτης. Et Σάϊς Minerva appellatur, Ægyptiorum lingua, teste Pausania in Bœot. pag. 291. qui & in Corinth. pag. 79. meminit fani Minervæ Saitidis, ἱερὸ Ἀθηνᾶς Σαΐτιδος.

CΑΙΤ. L. ΙΑ. Posteriores notæ annum Hadriani undecimum notant, quo cusus ille nummus est, ut sæpius diximus: Sic alter, e Cimelio Regio.

CΑΙΤ. L. ΙΓ. annum decimum tertium.

ΣΑΙΤΤΗΝΩΝ *in Lydia.*

CΑΙΤΩΝ. Caput Apollinis radiatum: e Museo P. CHAMILLART, Parisiis. Nummus Antonini Pii. In Hadriani nummo, CΑΕΤΩΝ, cum caduceo: ΑΔΡΙΑΝΟC CΕΒΑCΤΟC. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOUCAULT.

ΕΠΙ ΑΙΛ. ΗΡΚΥΛΑΝΟΥ ΑΡΧ. Α. CΑΙΤΤΗΝΩΝ. ΕΡΜΟC. *Sub Ælio Herculano Archonte primo Sættenorum.* Nummus est M. Aurelii, in quo Herculanus Archon Herculem jussit

jussit insculpi. Est in Cimelio Magni Hetruriæ Ducis.

CAITTHNΩN. ЕРМОС. Juliæ Mamææ nummus, e Gaza Regia, qui Hermo amni appositum, id oppidum innuit: etsi apud scriptores antiquos nulla dum mentio ejus occurrit: diversum id tamen ab Ægyptiaco esse idcirco asseveramus, quod a Σάϊς deduci Σαϊτηνὸς nequit, sed Σαιτηνὸς tantum per unicum τ: & quod in subsequentibus nummis Deus Lunus, numen Asiæ familiare, & Pontificum nomina occurrunt, in Ægyptiorum nummis alibi nusquam animadversa, in Asiaticis passim obvia. Sed litem dirimunt antiquæ Notitiæ, in quibus inter Lydiæ Antistites, pag. 13. & 45. occurrunt, ὁ Θυατείρων, ὁ Σίτλων, haud dubie, pro Σαιτλῶν. Et pag. 29. Σίται, pro Σαῖται. Unde gentile nomen Σαιτλωὸς, ut Θυατειρηνὸς Leunclavius habet, ὁ Σετῶν, & in margine ex vet. cod. ἤτοι Ἀιτῶ. Sed genuinum est ὁ Σαιτλῶν. Est & inter Juliæ Soæmiadis nummos, ΕΡΜΟC CAITTHNΩN.

CAITTHNΩN. ΕΠΙ ΤΥΛΛΙΟΥ ΑΡΧ. Α. ΤΟ Β. Juliæ Domnæ nummus, in quo Herculis impressa effigies. Ἐπὶ Τυλλίου Ἄρχοντος πρώτου τὸ β. *Sub Tullio Archonte primo iterum.* Est & Severi similis, in Cimelio D. Foucault.

CAITTHNΩN. Luni Dei effigies, fluviis duobus apposita, Hermo scilicet, alterique qui in Hermum influat: quo situs urbis indicatur. Gordiani hic nummus est, e Gaza Regia: Adjectum Archontis nomen: ΕΠ. ΑΙ. ΑΤΤΑΛΙΑΝΟΥ ΥΙΟΥ ΙΠΑCΟΥ. ΑΡΧ. Α. ΤΟ Β. *Sub Ælio Attaliano filio Hipasi, Archonte primo iterum.*

CAITTHNΩN. ΥΛΛΟC. Hyllus amnis cum urna decumbit, in nummo Tranquillinæ. De Hyllo amne Plinius, libro v. sect. XXXI.

ΣΑΛΑΜΙΝΙΩΝ.

ΗΡΩC ΕΥΡΥΠΥΛΟC. *Heros Eurypylus*, de quo Maro, 2. Æneid. & Pausanias in Achaicis, pag. 225. Ex parte aversa, ΕΠΙ CΤΡΑ. ΠΟΛΛΙΩΝΟC. CΑΛΑΜΙΝΙΩΝ. ΠΑΦΙΑ. Ἐπὶ Στρατηγοῦ Πολλίωνος, Σαλαμινίων Παφία. *Sub Prætore Pollione, Salaminiorum* Venus *Paphia.* Plinio, lib. v. sect. XXXV. *Salamis*, in insula Cypro. Hæc postea Constantia Κωνστάντια dicta est, S. Epiphanii sede clara. Ex ejus deinde ruinis, haud procul a vetere oppido, excitata *Famagousta* est. Affertur hic nummus a Spanhemio, libro de usu Numism. pag. 480. sed ex alterius viri relatu, cujus labare hoc loco fidem vel eruditionem puto: cum ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ agrum tenuisse Eurypylum, apud auctores a me antea commemoratos reperiam: ΣΑΛΑΜΙΝΙΩΝ, nusquam. Et Pollio Prætor in aliis Pergamenorum nummis appellatur: ut idem & in Salaminiorum nummis appelletur, vix simile veri est.

ΣΑΛΑΝΤΙΝΩΝ, in Magna Græcia Goltzii, tab. XXXI. Plinio, lib. III. sect. XVI. *Soletum desertum.* Quæ & Salentia: unde Salentini populi, & Salentinus ager, & promontorium Salentinum. Nunc quoque *Solito*, supra Hydruntum *Otranto*. In priore nummo Minerva galeata, cum delphinis, insculpta. Strabo, lib. VI. pag. 281. Τοὺς δὲ Σαλεντίνους Κρητῶν ἀποίκους φασίν. ἐνταῦθα δ' ἐστὶ καὶ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν πλούσιόν ποτε ὑπάρξαν. *Salentinos aiunt Cretensium colonos esse. Apud hos est fanum Minervæ, dives quondam.* In altero Neptunus cum tridente.

ΣΑΛΑΠΙΝΩΝ. Caput Apollinis: equus ex aversa nummi parte. E Cimelio Regio. Plinio, lib. III. sect. XVI. *Apulia Dauniorum cognomine ..... in qua oppidum Salapia, Hannibalis meretricio amore cognitum.* Nunc rudera nomen servant, *Salpe.* Carthaginiensibus paruisse olim equus insculptus admonet. Vide nostras in Plinium notas.

SALDVBA. Nummus Caji Cæsaris, e Thesauro Goltzii, pag. 230. Plinio, lib. III. sect. IV. *Cæsaraugusta colonia . . . ubi oppidum antea vocabatur Salduba.* Vetus inscriptio apud eundem Goltzium, pag. 238. COL. CAESAREA. AVG. SALDVBA. Nunc *Sarragosse.*

CΑΛΙΤΩΝ. Sic perperam Patinus, ac Tristanus legunt in nummis iis Antonini Severi F. & Herennii, quos ΕΛΑΙΤΩΝ esse suo loco monuimus. Cave enim aut illis credas, qui ad Hyrcaniæ populum, oppidumque Σάλη nummos eos ablegant: aut nupero scriptori Gisberto Cupero, qui pag. 224. ad oppidum Pannoniæ inferioris refert, cui Σάλις nomen est apud Ptolemæum: cum neque Hyrcani unquam hunc Romanis honorem habuerint, ut nummos in eorum gratiam cuderent: nec Pannonia utraque Græcis characteribus usa sit, sed semper Latinis. Nummus in quo in primis hallucinati viri eruditi, ille est, qui Dorylaï Prætoris nomen præfert. ΕΠΙ. ΔΟΡΥΛΑΟΥ, quod quidem esse viri proprium, vel ex Strabone scimus, lib. x. pag. 477. & lib. XII. pag. 557.

SALMANTICA. Galbæ nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 230. In Hispania, *Salamanque.*

SALONA.

COL. CLAVDIA AVGVSTA PIA VETER. SALONA. Hoc est, *Veteranorum.* Tiberii nummus apud Ligorium, attestante Spanhemio, pag. 769. Sit penes Ligorium ejus nummi fides. Plinio, lib. III. sect. XXVI. *Salona colonia.* Ptolemæo quoque, Σαλῶναι κολωνία. Diocletiani patria: nunc excisa: ex ejus ruinis haud procul excitatum Spalatum.

COL. IVL. SALONA. Claudii nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 240. Vetus inscriptio apud Gruterum, pag. 23. COL. MARTIA. IVLIA. SALONA.

ΣΑΜΙΩΝ. Nummi Trajani, Domitiani, M. Aurelii, & Commodi cum Junonis velatæ icone, apud Tristanum, tom. I. pag. 737. aliorumque. Plinio, lib. v. sect. XXXVII. inter insulas quæ Ioniæ oræ adjacent: *Samos libera.* Vide nostras in Plinium notas. Samii nummos habent nominibus Augustorum, a Nerone usque ad Gallienum, & Valerianum juniorem. In nummo Neronis, Vulcanus adstante Pallade, arma cudit.

ΠΥΘΑΓΟΡΗC. CΑΜΙΩΝ. Commodi nummus, & alter Trajani Decii, uterque e Cimelio Regio. Pythagoras sedet, baculoque stellas in globo cælesti signat. Quo habitu viri indicari illud videtur, quod Plinius ait, lib. II. sect. VI. ubi de stella Veneris agens: *Infra Solem*, inquit, *ambit ingens sidus, appellatum Veneris, ipsisque cognominibus æmulum Solis ac Lunæ: Præveniens quippe & ante matutinum exoriens, Luciferi nomen accipit, ut Sol alter, diem maturans: contra ab occasu refulgens nuncupatur Vesper, ut prorogans lucem, vicemque Lunæ reddens. Quam naturam ejus Pythagoras Samius primus deprehendit, Olympiade circiter* XLII. *qui fuit Vrbis Romæ annus* CXLII. Est & similis nummus Antonini Severi F.

CΑΜΙΩΝ. Commodi nummus, in Thesauro Patini, pag. 176. & apud Tristanum, tom. I. pag. 736. Herculem cum athleta, quisquis est ille, jam jam congressurum exhibet. Alter e Cimelio Regio, cum Neptuno Iovem stantem.

Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC ΠΕΙΟC. Antonini Severi F. apud Occonem, pag. 384. ΚΑΜΙΩΝ, pro CΑΜΙΩΝ. ut pag. 425. ΚΑΡΔΙΑΝΩΝ, pro ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ. Junonis effigies, cum pavonibus. Junoni dicata Samos: ubi natam eam fama ferebat: teste Pausania, in Achaic. pag. 209. Inde Maro, *Posthabita*

bita coluisse Samo. Et Tullius, VI. in Verr. *Iuno Sami colebatur* &c. Est apud eundem Occonem, pag. cit. nummus alter Getæ & Antonini, quem juvat obiter emendare: ΑΥΤ. ΚΑΙC. Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. Π. CΕΠΤΙΜΙΟC. ΓΕΤΑC. ΝΕΟΓΗΛΕΟC. Amborum Cæsarum adversæ facies. Lege, ΝΕΟΙ ΗΛΙΟΙ. *Imp. Cæsar M. Aurelius Antoninus. Et P. Septimius Geta: Novi Soles.* Initio novi anni cusum hoc numisma credimus, quo Romani significant, ut Solis reditu post brumam recreatur orbis, ita Cæsarum conspectum sibi lætitiæ segetem esse maximam. Reviviscit enim, ridetque tellus, cum, ut Plinius ait, lib. XVIII. sect. L. *Novos Soles admittit.* Sic in Antonini Pii nummo novi anni auspiciis, S. P. Q. R. A. N. F. F. OPTIMO PRINCIPI PIO. (sic enim scriptum in corona est:) hoc est, *Senatus Populusque Romanus annum novum faustum felicem Optimo Principi Pio* apprecatur, apud Occonem, pag. 258. quem nummum vulgavit haud ita pridem vir eruditus. Sed & simpliciore sententia NOVI SOLES dici videntur, ut Novus Bacchus Caracalla, Nova Ceres Sabina, Nova Juno Livia, Nova Venus Julia, a Mytilenæis appellantur, aliique ab aliis, ut suo loco diximus.

CΑΜΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΙΩΝΙΑC. *Samiorum qui primi Ioniæ.* Hoc est, qui primi inter Ionas ludos & sacra fecere, sub Gordiano, Decio ve, quibus principibus sic inscripti nummi in Thesauro Regio reperiuntur. Vide quæ diximus verbo ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ, dicemusque in ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. Hæc porro Ἰωνικὴ Σάμος a Strabone nuncupatur, lib. VIII. pag. 347. & lib. x. pag. LVII. tum quod sit in Ioniæ Asiaticæ ora posita, tum quod Ionum, qui in Thracia fuere, caput olim extiterit.

CΑΜΙΩΝ. Dea Annona, cum temone & Cornucopiæ. ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΝΤ. ΓΟΡΔΙΑΝ. ΑΦΡ. *Imp. Cæsar M. Antonius Gordianus Africanus.* Est ex ære mediocri nummus perpulcher, in Museo P. CHAMILLART, Parisiis.

CΑΜΙΩΝ. Gordiani Pii nummus, templum exhibet, in quo Juno velata. Ad sinistrum templi latus, hortus Adonidis. Tranquillinæ, quæ Gordiani conjux, in Cimelio Regio nummus est, CΑΜΙΩΝ, in quo Meleager, vel Gordianus ipse fortassis, aprum confodit. Vidimus in quo integrum nomen esset Augustæ, ΦΟΥΡΙΑ CΑΒ. ΤΡΑΝΚΥΛΛΙΝΑ CΕΒ. *Furia Sabinia Tranquillina Aug.* Similis est & alter in eodem Cimelio, Decii. Virtutis id bellicæ in Augusto symbolum est: unde & Commodus in nummo Gazæ Regiæ ex equo leonem conficit, cum ea epigraphe, VIRTVS AVG. *Virtus Augusti.*

CΑΜΙΩΝ. Gallieni nummus, cum Junonis clypeo armatæ effigie. IVNO MARTIALIS vocatur in nummis Philippi, Galli, & Volusiani.

ΜΗΝΗ. ΣΑΜΙΩΝ. *Luna Samiorum,* apud Patinum, pag. 58. quo in nummo caput turritum, cum Lunæ falcatæ effigie. Eadem vero Luna, quæ & Juno, creditur. Cicero, lib. II. de Nat. Deor. *Dianam & Lunam eandem esse putant. Luna a lucendo nominata est: eadem cum Lucina. Itaque, ut apud Græcos Dianam, eamque Luciferam: sic apud nos Iunonem Lucinam in pariendo invocant. Diana dicta, quia noctu quasi diem efficeret.* Ex parte altera, ΙΕΡΟΝ ΣΥΝΚΛΗΤΟΝ. *Sacrum Senatum.*

ΣΑΜΙΩΝ. Pavo, cum sceptro Junonio: sub pedibus Mercurii caduceum habet: ibidem.

ΣΑΜΙΩΝ. Juno velata, cum sceptro. Apud Goltzium, in insulis Græciæ, Tab. XVI. Fulgentius, lib. II. Mythol. cap. III. *Iuno regnis præesse dicitur . . . ideo etiam cum sceptro pingitur . . . Velato etiam capite Iunonem ponunt,* &c. De Junone velata plura dicemus in nummis ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ.

ΔΗΜΟC CΑΜΕΙΩΝ. *Populus Samiorum,* habitu virili, Genius civitatis ipse est, quod Nonnium, dum Goltzii Græciam illustrat, fugit. Ex parte altera, Mercurius cum petaso, dextra crumenam, læva caduceum gerit. Ἑρμῆν Χαριδότην Samii colucre. Plutarchus, in Quæst. Græcis, pag. 303. Διὰ τί τοῖς Σαμίοις ὅταν τῷ Ἑρμῇ τῷ Χαριδότῃ θύωσι, κλέπτειν ἐφεῖται τῷ βουλομένῳ καὶ λωποδυτεῖν; *Cur Samiis, cum Mercurio Charidotæ,* (hoc est, Munifico) *sacrificant, licet furari ac vestes aliorum surripere, si quis id facere velit?* Adjectum præterea in eo nummo Sacerdotis nomen, ΕΠΙ ΛΥCΑΝΔΡΟΥ ΙΕΡΕ. Ἐπὶ Λυσάνδρου ἱερέως. *Sub Lysandro Sacerdote.*

ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΝ.

ΦΛΑ. CΑΜΟCΑΤ. ΜΗΤΡΟΠ. ΚΟΜ. Nummus Hadriani, in Cimelio D. FOUCAULT, & in Museo nostro: & apud Patinum, pag. 201. qui nunc Cimelii Regii. Sunt & similes Philippi patris. Φλαυΐας Σαμοσάτης Μητροπόλεως Κομμαγηνῆς. Plinio, lib. v. sect. XX. *Commagenes caput Samosata.* Stephano: Σαμόσατα, πόλις Κομμαγηνῆς, ἐπὶ τῷ Εὐφράτῃ. ὁ πολίτης, Σαμοσατεύς. Cognomen ei Flaviæ a Flavio Vespasiano Imp. datum, anno V. C. DCCCXXIII. qui Vespasiani secundus: a cujus anni autumno inchoant æram Samosateni. Nam in nummo Hadriani est ΕΤ. Ξ. annus LX. qui XIII. est Hadriani: in nummo L. Veri, ΕΤ. ΒϞ. annus XCII. qui est L. Veri primus, V. C. DCCCCXIV. Est hic in Cimelio D. FOUCAULT, ex ære mediocri: Φ. CΑΜ. ΙΕΡ. ΑCΥ. ΑΥΤ.

Φ. CΑΜΟ. ΙΕΡ. ΑCΥ. ΑΥΤΟΝΟ. ΜΗΤ. ΚΟΜ. Φλαυΐας Σαμοσάτης ἱερᾶς ἀσύλου αὐτονόμου μητροπόλεως Κομμαγηνῆς. Antonini Pii apud Patinum, pag. 227. & M. Aurelii, pag. 244. In his turrita mulier cum homine ex aquis emergente, ut in Antiochensium nummis, aliisque tractus hujusce quamplurimis. Appositum amni oppidum hic typus declarat. Esse hunc amnem Euphratem Metaphrastes ait, in Encomio Luciani Martyris: ad Marsyam amnem posita fuisse Samosata verius Plinio credimus, libro v. sect. XXI. pag. 582.

ΜΗΤΡΟΠ. Φ. CΑΜΟCΑΤΗ. Severi in Cimelio Regio, cum duobus turritis capitibus: quorum altero forte civitatis, altero Provinciæ Genius adumbratur: vel Numen ipsum, cui addicta in primis civitas est.

ΜΗΤ. ΚΟΜ. CΑΜΟCΑΤΕΩΝ. Caracallæ, apud Patinum, pag. 310. ex eodem Cimelio.

ΦΑCΑΜΟCΑΤΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠ. ΚΟΜ. Apud Occonem, in Philippo patre, pag. 444. pro Φ Α. CΑΜΟCΑΤΕΩΝ. Sunt & Trajani Decii nummi similes.

ΣΑΜΦΑΙΩΝ. Titi nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 230. Stephanus: Σάμφη, πόλις Φοινίκης· τὸ ἐθνικὸν, Σαμφαῖος.

ΣΑΜΨΕΙΡΕΩΤΩΝ. Hadriani nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 230. Stephano: Σάμψειρα, πόλις Αἰγύπτου. τὸ ἐθνικὸν, Σαμψειρεώτης, ὡς Μαρεώτης.

ΣΑΝΔΑΛΙΕΩΝ. Nummus Goltzii, in Thesauro, pag. 230. Oppidulum id est Pisidiæ, cujus Strabo, & Stephanus meminere. Σανδάλιον, Πισιδίας χωρίον. ὁ τοῦτο οἰκῶν, Σανδαλιεύς. Apud Occonem, pag. 112. ΣΑΝΔΑΛΙΕΩΝ. ΠΡΩΤΩΝ. ΚΟΙΝΩΝΙΑ. *Sandaliensium, qui primi* Provinciæ, *Concordia.*

ΣΑΝΙΝΑΙΩΝ. Stephano: Σάνινα, πόλις ἐπὶ τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. τὸ ἐθνικὸν, Σανιναῖος. *Sanina,*

u.1, *urbs ad mare Rubrum. Gentile, Sanineus.* Ptolemæo quoque memoratur, lib. VI. cap. VII. post Rubri maris angustias. Sed ΣΑΝΙΑΙΩΝ in nummo forsan legi satius, a Σάνις oppido Phrygiæ magnæ, apud eundem Ptolemæum, lib. V. cap. II.

ΣΑΡΔΗΣΣΙΩΝ. Vespasiani nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 230. Vide quæ diximus de Sardemiso monte, ad lib. V. Plinii, sect. XXVI. Stephano: Σάρδησσος, πόλις Λυκίας... ὁ οἰκήτωρ, Σαρδήσσιος.

ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ.

ΕΠΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΚΛΕΩΝΟΣ. ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ. Drusi & Germanici nummus, ΔΡΟΥΣΟΣ ΚΑΙΣΑΡ. ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΚΑΙΣΑΡ. ΑΔΕΛΦΟΙ, ambo enim Tiberii filii: natura Drusus, tutelæ beneficio Germanicus E Cimelio Regio. *Sub Alexandro Cleonis F. Sardianorum.* Deinde in laurea, ΚΟΙΝΟΝ ΑΣΙΑΣ. *Commune Asiæ.* Plinius, lib. V. sect. XXX. *Celebratur Lydia Sardibus*, &c. Stephano: Σάρδις, πόλις Λυδίας. ὁ πολίτης, Σαρδιανός. Habent Sardiani nummos nominibus Augustorum, ab Augusto ipso usque ad Gallienum & Saloninam.

ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ. ΑΜΑΣΕΙΑΣ. Cum Amasenis concordia. Claudii nummus, ex eodem Cimelio, & apud Patinum, pag. 102. cum Palladis armatæ effigie.

CΑΡΔΙΑΝΩΝ. Imp. Trajanus in equo. In superficie nummi altera, ΠΛΩΤΕΙΝΑ CΕΒΑCΤΗ, *Plotina Augusta*, quæ Trajani conjux. E Cimelio Regio.

ΠΑΦΙΗ. CΑΡΔΙΑΝΩΝ. Nummus Hadriani, e Museo nostro, cum templo Veneris Paphiæ, quam Sardiani quoque coluere. Sic Ἄρτεμις Ἐφεσία culta a Corinthiis, teste Pausania in Corinth. sive lib. III. pag. 46. Est eadem inscriptio in nummis Severi Alexandri, & Julii Maximini.

ΕΠΙ ΔΑΡΕΙΟΥ. CΑΡΔΙΑΝΩΝ. *Sardianorum. Sub Dario.* M. Aurelii, e Cimelio Regio, cum Copiæ cornu, quo agri ubertas indicatur. Strabo, lib. XIII. pag. 627. Sardianum campum inter optimos recenset, Σαρδιανὸν πεδίον καὶ τὸ ὃ Ἕρμου... πάντων ἄριστα πεδίων. Vel ABVNDANTIA & VBERTAS annonæ indicatur, quæ M. Aurelii principatu foret. Hæc in Antonini Pii nummo, e Gaza Regia, a Græcis ΕΥΘΗΝΙΑ dicitur. In Trajani, ΕΥΘΗΝΙΑ ΤΡΑΙΑΝΟΥ. Qui nummus, ex eadem Gaza, caduceum præfert inter bina Copiæ cornua. Et prius in nummo Claudii, ΕΥΘΗΝΙΑ. L. ΙΒ.

ΕΠΙ CΤΡ. ΑΡΙCΤΟΦΑΝΟΥC. CΑΡΔΙΑΝΩΝ. Palladis armatæ effigies, in M. Aurelii nummo, e Gaza Regia. Ἐπὶ Στρατηγοῦ Ἀριστοφάνους. *Sub Prætore Aristophane.*

CΑΡΔΙΑΝΩΝ. ΔΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ΕΠΙ. ΕΠΙΓΕΝΟΥC. *Sub Epigene* Prætore, vel ludorum Agonotheta. In infima nummi parte, ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΙΑ. Stat concordia, in hoc Severi nummo, Caracallam inter ac Getam: a quibus nomen accepere ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΙΑ certamina, ut diximus in nummis ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ. Est e Cimelio Franc. Gotifredi.

ΕΠ. Γ. Ι. ΚΡΙCΠΟΥ. CΑΡΔΙΑΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Ἐπὶ Γαΐου Ἰουλίου Κρίσπου. ΙΟΥΛΙΑ CΕΒΑCΤΗ. *Iulia Augusta* Severi conjux. E Cimelio Regio. Ubi & alter similis habet, ΕΠΙ Γ. Ι. ΚΡΙCΠΟΥ ΑΡΧ. CΑΡΔΙΑΝΩΝ ΔΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ. cum templo gemino, altero nempe Augusti, Augustæ Juliæ, vel potius Antonini F. altero: quod in nummis frequenter usuvenit. Quidam perperam legunt, ΕΠΙ C. ΠΕΡΙCΤΙΟΥ. Sunt & ejusdem Juliæ Domnæ, ΕΠΙ ΑΡΧ. ΑΝΤΩΝΙΟΥ ΙΕΡΑΚΟC. *Sub Archonte Antonio Hierace.* ΕΠΙ ΑΝ. ΡΟΥΦΟΥ. *Sub Annio Rufo.*

ΧΡΥCΑΝΘΙΝΑ CΑΡΔΙΑΝΩΝ ΤΡΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Nummus Antonini Severi F. e Cimelio Regio. *Chrysanthina* certamina *Sardianorum ter Neocororum.* Quod e floribus aureis coronæ sertave texerentur, ac præmii loco victoribus donarentur, id nomen ei certamini inditum. Erant diversi nempe generis coronæ in certaminibus etiam scientiarum & artium: tragœdis Cyzici ex violis concinnari solita: comœdis ibidem ex olea: Pergami ex edera: e quernis frondibus glande intermixta Nicomediæ, citharœdis: in omni genere victori e rosis Pergami: quæ omnia in vetusta inscriptione leguntur, apud Gruterum, pag. MXC. Epigraphe reliqua hujus nummi: ΕΠΙ ΑΝ. ΡΟΥΦΟΥ. ΑΡΧ. Α. Ἐπὶ Ἀννίου Ῥούφου Ἄρχοντος α΄. *Sub Annio Rufo Archonte primo.*

CΑΡΔΙΑΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ΕΠΙ ΑΝ. ΡΟΥΦΟΥ ΑΡΧ. Α. ΤΟ Β. Ἐπὶ Ἀννίου Ῥούφου Ἄρχοντος πρῶτα τὸ β΄. *Sub Annio Rufo Archonte Primo iterum.* Antonini Severi F. nummus, e Cimelio Regio, in quo urna cum palma, & epigraphe ΧΡΥCΑΝΘΙΝΑ. E summis sacerdotibus, qui sacris communibus totius Provinciæ præessent, ex nummis intelligimus unum fuisse ceterorum veluti Principem. In altero ejusdem Caracallæ nummo, idem Rufus tertium Archon primus appellatur, ΕΠ. ΑΝ. ΡΟΥΦΟΥ ΑΡΧ. Α. ΤΟ Γ. Affert hunc nummum Sponius in Itiner. Athen. Sunt ejusdem Antonini nummi, ΕΠΙ ΑΥΡ. ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΡΧ. ΤΟ Β. *Sub Aurelio Juliano Archonte iterum.* ΕΠΙ Γ. CΑΛ. ΚΛΑΥΔΙΑΝΟΥ ΑΡΧΟΝ. ΤΟ Β. *Sub Caio Sallustio Claudiano.* ΕΠΙ CΟΥΛΠ. ΕΡΜΟΦΙΛΟΥ ΑΡΧ. Α. ΤΟ Β. *Sub Sulpicio Hermophilo Archonte primo iterum.* Idem in Elagabali nummo rursum occurrit.

ΕΠΙ ΑΡΧ. Γ. ΑCΙΝ. ΝΕΙΚΟΜΑΧΟΥ. ΦΡ. CΑΡΔΙΑΝΩΝ Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Mamææ, apud Occonem, pag. 408. *Sub Pontifice tertium*, vel *sub Pontifice Caio Asinio Nicomacho Frontonis F.*

ΕΠΙ ΑΥΡ. ΖΗΝΩΝΟC. CΑΡ. ΠΡ. ΜΑΙΟΝΩΝ. Ἐπὶ Αὐρηλίου Ζήνωνος Σάρδις πρώτη Μαιόνων. Implexæ in eo nummo litteræ Π & Ρ. ut e duabus conflata unica videatur. *Sub Aurelio Zenone. Sardis Prima Mæonum.* Juliæ Mamææ nummus. Vide ΜΑΙΟΝΩΝ.

CΑΡΔΙΑΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ΕΠ. CΤΡ. ΜΕΝΕCΤΡΑΤΙΑΝΟΥ ΑΡΧ. *Sub Prætore Menestratiano Archonte.* Γ. ΙΟΥ. ΟΥΗ. ΜΑΞΙΜΟC ΚΑΙ. Γάϊος Ἰούλιος Οὐῆρος Μάξιμος Καῖσαρ. E Cimelio Regio. Affertur hic nummus ab Occone, pag. 425. sed insigniter vitiatus: ΕΠΙ CΕΠ. ΜΕΝΕCΤΡΑΤΙΑΝΟΥ. ΑΡΑ ΚΑΡΔΙΑΝΩΝ.

CΑΡΔΙΑΝΩΝ. Β. ΝΕΩΚΟΡ. ΕΠΙ ΡΟΥΦΕΙΝΟΥ. *Sub Rufino.* Gordiani junioris nummus, e Gaza Regia, in quo Serapidis stantis effigies.

CΑΡΔΙC. ΑCΙΑC. ΛΥΔΙΑC. ΕΛΛΑΔΟC. Α. ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC. Σάρδις Ἀσίας, Λυδίας, Ἑλλάδος, πρώτη μητρόπολις. Nummus e Cimelio Regio, in quo Pluto Proserpinam rapit: Metropolitici Sardium juris, & prærogativæ primatus index, apud Seguinum: nunc Gazæ Regiæ. Ex parte aversa, ΕΠΙ. Ι. CΟΥΛ. ΕΡΜΟΦΙΛΟΥ ΑCΙΑΡΧ. CΑΡΔΙΑΝΩΝ Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Hoc est, *Sub Iulio Sulpicio Hermophilo Asiarcha*, &c. Sic apud Occonem, pag. 137. in Gordiano juniore, ΕΠΙ ΙΟΥ. CΟΥΛ. ΕΡΜΟΦΙΛΟΥ. *Sub Iulio Sulpicio*

 Hermo-

Hermophilo. In antica parte hujus nummi depicta civitas Sardis est, sub effigie Matronæ, capite turrito, laureato, velato. Est autem velum in Nummis Urbium indicium Metropoleos aut libertatis.

ΕΠΙ. ΙΟΥΛ. ΕΡΜΟΦΙΛΟΥ ΑΡ. ΧΡΥCΑΝΘΙΝΑ CΑΡΔΙΑΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Sub Iulio Hermophilo Archonte.* Tranquillinæ, apud Sponium in Itiner. Athen.

CΑΛΩΝ. ΧΡΥCΟΓΟΝΗ CΕΒ. *Salonina Chrysogone Augusta.* ΕΠΙ. ΡΟΥΦΟΥ. ΑCΙΑΡ. CΑΡΔΙΑΝΩΝ. Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Sub Rufo Asiarcha* &c. E Cimelio Regio.

ΕΠ. ΔΟΜ. ΡΟΥΦΟΥ ΑCΙΑΡΧ. CΑΡΔΙΑΝΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡ. Juno velata, vel Proserpina potius, cum Cerere, quæ dextra spicas, facem læva tenet, in Valeriani Salonini nummo, e Gaza Regia. *Sub Domitio Ruso Asiarcha Sardianorum, qui tertium Neocori.*

ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ, ΕΦΕΣΙΩΝ. Β. ΝΕΩΚ. ΟΜΟΝΟΙΑ. Σαρδιανῶν, Ἐφεσίων, δὶς Νεωκόρων, ὁμόνοια. Concordia cum Ephesinis, ludorumque societas atque communitas.

ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ ΚΑΙ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. Vide ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ.

CΑΡΔΙC. Turritum caput; & ex aversa parte, CΑΡΔΙΑΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. cum Proserpinæ, ut Seguinus putat, effigie, pag. 23. Stat ea ornatu singulari decora, ceu nostræ fere Moniales, inter frumenti spicam & papaver. Sunt qui Junonem esse velatam malint: minus recte.

CΑΡΔΙΚΕΩΝ. Diadumeniani nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 230. Σαρδική, *Sardica* a Ptolemæo, lib. III. cap. XI. in oppidis Thraciæ mediterraneis censetur, Ab hoc oppido nomen Concilio Sardicensi fuit, anno post Christum natum CCCXLVII.

CCΥΘΗΙΑ. Antonini Pii, apud Occonem, pag. 250. Plinius, lib. IV. sect. XXIV. *A Danubio in plenum quidem omnes Scytharum sunt gentes*, &c.

SEBASTE *Ciliciæ.*

CΕΒ. ΑC. ΑΥΤΟΝ. ΝΑΥ. ΕΛΕΥΘΕΡΑC. Σεβαστῆς ἀσύλου, αὐτονόμου, ναυαρχίδος, ἐλευθέρας. *Sebastes sacrosanctæ, suis utentis legibus, classicæ, liberæ.* Commodi nummus, & alter Crispinæ, in Thesauro Regio.

CΕΒΑCΤΗ ΙΕΡ. ΑΥ. ΝΑΥΑΡΧ. Π. ΕΤ. ΔΟC. *Sebaste sacrosancta, suis utens legibus, classica prima. Anno* CCLXXIV. Valeriani nummus, ibidem. Annus hic est Valeriani secundus, V. C. MVII. ducto æræ initio ab anno V. C. DCCXXXIV. ut dictum est in Chronologia Veteris Testamenti.

ΣΕΒΑΣΤΗΝΩΝ. ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ ΙΟΤΑΠΗ. *Sebastenorum. Regina Iotape.* Fuit hæc Jotape Antiochi tertii Commagenorum reguli filia, conjux Alexandri, qui Herodis Magni pronepos, in Cilicia regulus Sebastenorum a Vespasiano est constitutus: ut refert Josephus, lib. XVIII. Antiq. cap. VII. Ea marito mortuo in societatem ejus regni, ut credimus, fratrem adscivit, jam Commagenorum mortuo patre regulum, Antiochum ejus nominis quartum, cujus in parte nummi hujus aversa depicta effigies est, cum epigraphe, ΒΑΣΙΛ. ΜΕΓ. ΑΝΤΙΟΧΟΣ. ΕΠΙ. Βασιλεὺς Μέγας Ἀντίοχος Ἐπιφανής. *Rex Magnus Antiochus Epiphanes*, in Gaza Regia. De voce ea Ἐπιφανής, in nummis ΕΔΕΣΣΗΝΩΝ diximus. Ob communicatum certe imperium cum fratre, ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΣ ΙΟΤΑΠΗ vocatur, ut vidimus, in nummis ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ. Quare & in nummo ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ altero, epigraphe adjecta ΠΙCΤΙC. *Fides*, junctæque manus inter se, ut in nummis Pupieni atque Balbini, qui sic inscribuntur, AMOR MVTVVS CARITAS MVTVA. CONCORDIA. AVGG. Dedit ea nomen oppido in Cilicia, de quo Plinius, lib. V. sect. XXII. *Arsinoë, Iotape*, &c. quem locum nos primi sanavimus, ubi prius perperam legebatur, *Arsinoë, Tabæ*, cum sint Tabæ in Lydia procul ab hoc tractu terrarum positæ: sit autem Ἰωτάπη in Cilicia, cum Arsinoe, Ptolemæo, lib. V. cap. VIII. aliisque, quos ibi appellavimus. Sed ut ad nummum redeamus, sunt hi Sebasteni ejus urbis cives, quæ Ptolemæo Σεβαστὴ in Cilicia vocatur, loco cit. Stephano quoque, quem mox appellaturi sumus. Sed operæ pretium sane fuerit hoc loco obiter Josephi locum emendare, in quo de Alexandro proxime laudato agens, Γαμεῖ δ' οὗτος, inquit, Ἀντιόχου τοῦ Κομμαγηνῶν βασιλέως θυγατέρα Ἰωτάπην, νησιάδος τε τῆς ἐν Κιλικίᾳ Οὐεσπασιανὸς αὐτὸν ἵσταται βασιλέα. Ubi Latinus interpres: *Hic Antiochi Commagenorum regis filiam duxit Iotapen, & Lesidis in Cilicia rex a Vespasiano constitutus est.* Ac nuper Arnaldus Gallice: *Il luy donna le Royaume d'Esis en Cilicie.* Atqui nec Lesis nec Esis nota priscis scriptoribus, & sunt eæ voces figmenta hominum τῶν ἀγενωγραφήτων. Lege, νησιάδος τε τῆς ἐν Κιλικίᾳ, *insulæ in Cilicia regulus est constitutus*: assumpta priore vocis ejus νησιάδος littera ex antecedente vocabulo Ἰωτάπην, quo absorpta hæc fuerat: cum geminari ibi eam oportuisset: familiari amanuensibus in MSS. exemplaribus vitio. Quæ porro νησιάς a Josepho appellatur, ea a Stephano χερρόνησος dicitur: Σεβαστὰ... τὸ ἐθνικὸν, Σεβαστηνός. Λέγεται δὲ ἡ πρὸς τῇ Κωρύκῳ χερρόνησος οὕτω. *Vocatur etiam Sebaste Cherronesus quæ juxta Corycum est.* Legendum enim πρὸς τῷ Κωρύκῳ. Nam Ptolemæus loco cit. Τῆς ἰδίας Κιλικίας, Κώρυκος, Σεβαστή. Simili modo urbes maritimæ complures, forte quod in æstu circumalluantur mari, a Stephano aliisque νῆσοι appellantur, quæ sunt æstu abscedente χερρόνησοι, hoc est, terræ in insulæ modum mari circumdatæ, unoque tantum & eo quidem angusto spatio, quod Isthmus appellatur, continenti adjunctæ. Denique regulum insulæ ejus ac finitimi agri cum audis, eodem jure hæc tenuisse scito, quo ditiones suas ii qui reguli Chalcidis, Emesenorum, &c. apud Josephum pariter appellantur. Nostram igitur emendationem quatuor omnino argumenta stabiliunt: Primum, quod Jotape conjux sit Alexandri Cilicum regis: Alterum, quod eadem sit βασίλισσα Σεβαστηνῶν. Tertium, quod Σεβαστὴ in Cilicia sit, auctore Ptolemæo, juxta Corycum. Quartum, quod eadem sit Χερρόνησος Stephano, hoc est, pæninsula: pæninsulas autem & νήσων quoque seu insularum appellatione venire interdum, tralatitium est. Sic Pelopis insulam dixere Peloponnesum, quam esse pæninsulam constat, & per Isthmum continenti adnecti. Miscent omnia, qui vel Antiochum tertium signari in hoc nummo putant: vel Augustam Euphratesiam, quæ Commagene ipsa est, Augustophratensis dicta Victori, in Vespasiano: Αὐγούστα Εὐφρατησία Græcis, non Σεβαστή: nec in nummis aliter exprimi solita, quam voce ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ: cum sit Αὐγούστα non oppidi nomen, sed merum regionis totius cognomen.

SEBASTE *Palæstinæ.*

ΑΥΤ. ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΡΧΙΕΡ. ΜΕΓ. Ο ΥΠΑΤΟΣ. ΔΗ. ΕΞ. ΙΖ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Σεβαστὸς Ἀρχιερεὺς μέγιστος, ὁ Ὕπατος, Δημαρχικῆς Ἐξουσίας ιζ. *Imp. Cæsar Augustus Pont. Max. Cos. Trib. Pot.* XVII. ΣΕΒΑΣΤΑ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ. Apud Occonem, pag. 64.

ΣΕΒΑΣΤΗΝΩΝ ΣΥΡΙΑΣ. ϘΑ. *Anno* XCI. Neronis nummus, e Thesauro Regio. Annus hic est V. C. DCCCXVII. Neronis XI. ducto

ducto æræ initio ab anno V. C. DCCXXVII, ut dictum est in Chronologia Veteris Testamenti.

ΣΕΒΑCΤΗΝΩΝ. L. ΘΡ. Anno CIX. Domitiani secundo: cujus hic nummus est, e Thesauro Regio.

CEBACTHNΩN CYP. Σεβαστηνῶν Συρίας. Commodi nummus, quem Patinus, pag. 265. ad Cæsareæ portum perperam refert, secutus Ortelium, qui in errorem illius impegit, a quo libri Josephi de bello Judaico in Latinum translati, (sunt qui Rufinum putent,) lib. I. cap. XX.

CEBACTHNΩN. CYP. L. CIE. hoc est, λυκάβαντος σιέ. anno CCXV. Commodi pariter nummus, in Cimelio Regio, cum Gradivi Martis effigie. Annus hic est Commodi octavus, V.C. DCCCCXLI. Ibidem est alter, cum L. CIϚ. hoc est, anno CCXVI. qui est annus sequens.

CEBACTHNΩN CYP. L. CK. *Anno* CCXX. Juliæ Domnæ nummus. Annus ille est V. C. DCCCCXLVI. Severi primus.

COL. SEBASTE. & ΚΟΛ. CEBACTE. Nummi Juliæ Domnæ, quæ Severi conjux. Plinio, lib. V. sect. XIV. *Sebaste in monte.* Stephanus: Σεβαστὴ ἐν τῇ Σαμαρείτιδι πολίχνιον. Ab Herode rege in gratiam Augusti, Sebaste appellata ipsa urbs Samaria est. Vide Benjaminum, in Itiner. pag. 38. Hodie *Sebastia.* In Conc. Nic. I. & CP. I. subscribunt Episcopi Sebastenses, vel Sebasteni, ex Prov. Palæstinæ.

SEBASTENI *Tectosages.*

CEBACTHNΩN. Nummus ex ære, quem vidimus, cum signo Victoriæ. Inter Episcopos Phrygiæ Capatianæ, in Notitia Eccles. antiq. pag. 17. & 49. censetur ὁ Σεβάστης. Altera Notitia, pag. 27. Σεβάστη. Leunclavius, pag. 94. ὁ Σεβαστείας. Plinius, lib. V. sect. XLII. *Sebasteni*, in Galatia, in qua & *Tectosages.* Apud Gruterum, pag. CCCCXXVII. 8. vetus inscriptio: Η. ΒΟΥΛΗ. ΚΑΙ. Ο. ΔΗΜΟC. CEBACTHNΩN. ΤΕΚΤΟCΑΓΩΝ. *Senatus Populusque Sebastenorum Tectosagum.* Tamen hunc nummum si quis referri ad Sebastenos Palæstinæ malit, ubi & subsequentem, dum id idoneis suadeat argumentis, haud ei sane ægre assentiemur.

ΚΑΙΣΑΡΕΙΩΝ ΣΕΒΑΣΤΗΝΩΝ. Augusti nummus, apud Patinum, in Sueton. pag. 111. Sedet Juppiter & hastam læva; dextra gestat Aquilam. Vel Sebastenorum concordia cum Cæsariensibus Bithyniæ eo nummo indicatur, vel ludi certaminaque signantur Cæsarea nuncupata, quod in alicujus Cæsarum honorem ea fuere a Sebastenis edita.

CEBEN. L. IA. Σεβεννυτῶν, λυκάβαντος ιά. Hadriani nummus, e Cimelio Regio, *anno undecimo* ejus Principatus. Plinio lib. V. sect. IX. *Sebennytes* nomos. Stephano: Σεβέννυτος, πόλις Αἰγύπτου ... Σεβεννύτης νομὸς καὶ πολίτης.

ΣΕΓΕΣΤΑΙΩΝ, & ΕΓΕΣΤΑΙΩΝ, apud Parutam. Plinius, lib. III. sect. XIV. *Segestani*, in Sicilia, a Segesta dicti, vel Egesta, præposita ei littera S. a Romanis scriptoribus, inquit Festus, ne obsceno nomine appellaretur.

ΕΓΗΣΤΑΙΩΝ. Augusti nummus, apud Patinum, pag. 47. nunc Cimelii Regii, cum Augusti capite: in averso nummo Æneas tollit Anchisen cum penatibus Diis, ut quidem vulgo creditur, sequente Iulo. Ovidius, lib. IV. Fastor.

Hinc satus Æneas, pietas spectata per ignes,
Sacra, patremque humeris, altera sacra, tulit.

Idem, lib. XIII. Metam.

Sacra, & sacra altera Patrem
Fert humeris, venerabile onus, Cythereius heros.

Segestam Æneas creditur condidisse, inquit Festus. Vide & Servium, lib. I. Æneid. Reipsa autem nihil aliud nummus ille exhibet, nisi symbola Pietatis Augustæ, tum erga superos, tum erga egenos.

ΕΓΕΣΤΑΝΩΝ, apud Parutam, num. XVII. cum eadem Æneæ effigie, & ex aversa parte, turrito capite. Sunt ibidem alii, in quibus canis insculptus, fidei symbolum. Sunt alii denique, in quibus Dianæ caput insculptum: nullus tamen, quod mirati sumus, in quo simulacrum sit Deæ illius ejusmodi, quale a Tullio describitur, lib. IV. in Verrem, num. 72. *Segesta est oppidum pervetus in Sicilia, Iudices, quod ab Ænea fugiente a Troja; atque in hæc loca veniente, conditum esse demonstrant ... Fuit apud Segestanos ex ære simulacrum Dianæ, tum summa atque antiquissima præditum religione, tum singulari opere artificioque perfectum ..... Erat admodum amplum, & excelsum signum cum stola: verumtamen inerat in illa magnitudine ætas atque habitus virginalis: sagittæ pendebant ab humero: sinistra manu retinebat arcum: dextra ardentem facem præferebat.*

SEGISAMA.

COL. IVL. SEGISAMA. Tiberii nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 240. Plinio, lib. III. sect. IV. num. IV. *Segisamonenses.* Segisamæ Florus meminit, lib. IV. cap. XII. Nunc est *Vezzama*, in ea Cantabriæ parte, quæ Guipuscoa nuncupatur, ut recte Mariana vidit, lib. III. hist. Hisp. cap. XXV.

SEGOBRIGA. Augusti, Tiberii, & Caji numismata, in Cimelio Regio: & apud Patinum, pag. 71. & 93. Plinio, lib. III. sect. IV. *Caput Celtiberiæ Segobrigenses.* Hos Numantiæ proximos facit in Celtiberia Ptolemæus, lib. II. cap. VI. & Strabo, lib. III. pag. 162.

SEGOVIA. Et ex aversa parte, C. L. *Colonia Latina*, apud Ant. Augustinum, Dial. VIII. Antiq. pag. 121. Plinio, lib. III. sect. IV. *Præterea Segovia*, &c. Pariter haud procul Numantia, in Celtiberis, teste Ptolemæo.

ΣΕΘΡΟΕΙΤΩΝ.

CEΘΡΟΕΙΤΗC. Antonini Pii nummus, e Cimelio Regio. Plinius lib. V. sect. IX. habet *Sethroiten* in Ægypto nomon. In Notitia Eccles. Provinciæ Ægypti Augustamnicæ adjudicatur, pag. 55. Σεθρώτης. Stephano: Σέθρον, πόλις Αἰγύπτου .... ὁ πολίτης, Σεθροΐτης.

CEΘΡΟΕΙΤΗC. L. IE. Antonini Pii nummus, e Cimelio Regio, anno principatus ejus *ιέ.* hoc est, XV. cusus. Stat Imperator paludatus, Apollinis Sethroitæ habitu, hastam dextra tenens, avem læva gestitans, lotum in capite, hoc est, Ægyptiam herbam, quæ similis fere papaveri est, capitibusque Ægyptiorum Numinum imponi sæpenumero solet. De loto Plinium vide, lib. XIII. sect. XXXII. Apollinem vero hic adumbrari, qui coleretur a Sethroitis, ex ave conjicimus, nec temere, uti remur: ita prodente Hygino, in Astron. Poët. cap. XXVIII. de Capricorno: *Ægyptii sacerdotes*, inquit, *& nonnulli poëtæ dicunt, cum complures dii in Ægyptum convenissent, repente venisse eodem Typhona acerrimum giganta, & maxime Deorum hostem: quo timore permotos in alias figuras se convertisse; Mercurium factum esse Ibin, Apollinem autem quæ Threicia avis vocatur, Dianam cato* (legunt *æluro* alii, quod idem est) *simulatam.* Quæ sit avis Threicia, docet Antoninus Liberalis. Metamorph. cap. XXVIII. Ἀπόλλων μὲν ἐγένετο ἱέραξ· Ἑρμῆς δὲ ἶβις· Ἄρης δὲ λεπιδωτὸς ἰχθύς· Ἄρτεμις δὲ αἴλουρος· τράγῳ δ' εἰκάζεται Διόνυσος, βοῒ δ' Ἥφαιστος, &c. Sed pro ἱέραξ, legerem κόραξ, ut non accipitrem, sed corvum esse intelligeres: uti ex Nasone scimus, lib. V. Metamorph. v. 329. ubi hanc ipsam Deorum mutationem refert:

Delius in corvo, proles Semeleïa capro,
Fele soror Phœbi, nivea Saturnia vacca,
Pisce Venus latuit, Cyllenius Ibidis alis.

Et

Et sane corvus propter auguria Apollini sacer est, ac *Phœbeius ales* ab eodem vate, lib. 11. v. 545. idcirco vocatur. Sed avis in nummo depicta magis est affinis accipitri, quam corvo: & accipitrem tota Ægypto coli auctor est Strabo, lib. XVII. & Threicia denique avis de accipitre commodius potest, quam de corvo, intelligi: quod Plinius refert, lib. x. sect. x. *In Thraciæ parte super Amphipolim homines atque accipitres societate quadam aucupari, &c.* Ubi nostras vide in eum scriptorem Notas. Itaque Antoninum vice Apollinis Sethroïten Deum esse hoc nummo ejus oppidi cives significant: ut M. Aurelium Nysæi sibi Dei Luni vice fore supra testati sunt, eo nummo quem ΚΑΜΑΡΕΙΤΗC inscripserunt, quod in eo Cretæ oppido coleretur: ut ipsum Antoninum Apis vice Memphitæ, in nummo supra allato, ΜΕΜΦΕΙΤΗC.

ΣΕΛΓΕΩΝ. Vide ΛΑΚΕΔΑΙΜΩΝ. Stephano: Σέλγη, πόλις Πισιδίας, ἄποικος Λακεδαιμονίων. οἱ πολῖται, Σελγεῖς.

CΕΛΓΕΩΝ. Severi nummus, in quo fulmen & arcus, bellicæ virtutis insignia, e Cimelio Regio. In nummo Antonini Pii est Hercules cum clava. In altero, cujus formam habemus in plumbo expressam, videntur esse turres duæ.

ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ *in Cilicia.*

ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΚΑΛΥΚΑΔΝΩ. ΑΘΗ. ΑΘΗ. E Museo nostro. Hoc est, Ἀθηνᾶ Ἀθηναίων. *Minerva Atheniensium.* Ex parte altera, Minervæ caput, cum litteris Σ & Α, quibus Seleuciensium Atheniensiumque ὁμόνοια fœdusque signatur. Plinius, lib. v. sect. XXII. *Seleucia supra amnem Calycadnum, Tracheotis cognomine, &c.* Eadem in nummo Getæ Aug. e Cimelio D. FOUCAULT, designatur vocabulo ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC ΙCΑΥΡΩΝ, *Metropoleos Isaurorum:* cum Herculis effigie. Ab Hadriano usque ad Valerianum & Gallienum Seleucienses hi nummos habent nominibus Augustorum.

CΕΛΕΥΚΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡ. ΚΑΛΥΚ. Hadriani nummus, in quo Pallas: e Thesauro Regio.

CΕΛΕΥΚΕΩΝ. Antonini Pii, apud Tristanum, pag. 609. In eo nummo turribus ac muris munitum credas oppidum intueri: e turribus vero assurgere quasi arbores duas, ramis decisis, ac nodis exstantibus: qua quidem effigie adumbrari putem hujus Seleuciæ cognomen, Tracheotidis, ut Plinius appellat, vel Τραχείας, ut alii, hoc est, asperæ: unde & ipsa Cilicia aspera cognominata est, ut diximus in Plinianis notis. Certe ad Seleuciam Syriæ spectare nummum eum, quanquam ita Tristanus statuit, argumenta nulla suadent.

CΕΛΕΥΚΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟC ΚΑΛΥΚΑΔΝΩ. Bacchus curru vectus binis tigridibus junctis. ΑΥΤ. ΚΑΙ. Λ. CΕΠ. CΕΟΥΗΡΟC. ΙΟΥΛΙΑ ΔΟΜΝΑ. CΕΒΑΣ. *Imp. Cæs. L. Septimius Severus. Iulia Domna Augusta.* E Cimelio Regio.

CΕΛΕΥΚΕΩΝ ΚΑΛ. Antonini Severi F. ex eodem Cimelio.

CΕΛΕΥΚΕΩΝ. ΚΑΛΥ. Severi Alexandri, ibidem. In nummo Gallieni, CΕΛΕΥΚΕΩΝ ΚΑΛΥΚΑΔ.

CΕΛΕΥΚΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟC ΤΩ ΚΑΛΥΚΑΔΝΩ. Gordiani junioris, e Gaza Regia. Et Valeriani, in Cimelio D. FOUCAULT.

CΕΛΕΥΚΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΠΡΩΤΩΝ. *Seleucensium qui primi Neocori fuere,* hoc est, qui primi sacra certaminaque solennia totius provinciæ fecere in gratiam Imperatoris. Gordiani ac Tranquillinæ nummus, apud Tristanum, tom. II. pag. 524.

ΚΑΛΥΔΙΟCΕΛΕΥΚΕΩΝ. Gordiani Pii in Thesauro Regio nummus, Deum Lunum in equo exhibet.

CΕΛΕΥΚΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟC ΤΩ ΚΑΛΥΚΑΔΝΩ ΕΛΕΥΘΕΡΑC. Gordiani capite nummus insculptus: ΑΝΤΩΝΙ. ΓΟΡΔ. ΤΡΑΝΚΥΛΛΙΝΑ CΕΒ. Capita duo adversa: Gordiani laureatum. & alter Gordiani simul & Tranquillinæ, in Cimelio Regio: e Thesauro Regio: ΑΝΤΩΝΙΟC ΓΟΡΔΙΑΝΟC CΕΒ. Similis & Philippi patris apud Spanhemium, pag. 786. & in eadem Regia Gaza. *Seleucensium ad Calycadnum, liberæ civitatis.*

ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ *in Syria.*

ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ. ΖΜ. ΕΠΙ ΣΙΛΑΝΟΥ. *Sub Silano.* Anno XLVII. æræ Augustanæ, ut dictum est in Chronologia Veteris Testamenti. Tiberii hic nummus est, e Thesauro Regio.

CΕΛΕΥΚΕΩΝ ΠΙΕΡΙΑC. Trajani nummus, e Museo nostro, cum fulmine, Jovis symbolo. Commodi alibi, cum turrito capite. Severi, apud Patin. pag. 282. cum fulmine: Antonini Severi F. pag. 304. CΕΛΕΥΚΙΑC ΠΙΕΡΙΑC.

CΕΛΕΥΚΕΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΠΙΕΡΙΑΙ. Fulmen. ΗΡ. Annus CVIII. qui est annus V. C. DCCXCVIII. ab autumno: ducto æræ initio ab anno V. C. DCXCI. In altera parte nummi caput Jovis est. Nummus est e Cimelio D. FOUCAULT. Ibidem alius, cum litteris ϚΞΡ: hoc est, anno CLXVI. qui est Trajani sextus: & cum Jovis capite.

CΕΛΕΥΚΕΩΝ Π. CΥΡΙΑC. ΖΕΥC ΚΑCΙΟC. Σελευκέων Πιερίας Συρίας. Ζεὺς Κάσιος. Trajani nummus apud Patin. pag. 180. & Antonini, pag. 218. Caracallæ item, pag. 305. ubi perperam illud Π. Πρώτη interpretatur. In his fere nummis templum cernitur, cujus in medio mons insculptus, Casius videlicet urbi ei proximus, quem quidem accolæ Jovem Casium appellabant. Strabo, lib. XVI. pag. 760. Ἔστι δὲ Κάσιον... ὅπου Διός ἐστιν ἱερὸν Κασίου. Ut Paphia Venus, metæ: sic Juppiter Casius, montis effigie in nummis depingitur. Plinio, lib. v. sect. XVIII. *Seleucia, Pieria appellata, super eam mons Casius, cujus excelsa altitudo, &c.* Fuit prope Antiochiam in Syria. Vide quæ diximus in Plinianis notis.

CΕΛΕΥΚΕΩΝ ΤΗC ΙΕΡΑC ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. *Seleucensium sacræ & liberæ civitatis.* Apud Spanhem. pag. 789. Nummus est Augusti sic inscriptus, in Thesauro Regio. Mensæ fulmen impositum, cum litteris ΙΔΡ. Plinio, *Seleucia libera*, ut dictum est. Ejecto e Syria Tigrane, Seleuciam Pompeius libertate donavit, teste Strabone, lib. XVI. pag. 751. Est & alter Caji Cæsaris, quo prærogativa eadem indicatur: ΣΕΛΕΥΚΙΑΣ. ΠΙΕΡΙΑΣ. ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ.

CΕΛΕΥΚΕΩΝ ΖΕΥC ΚΕΡΑΥΝΙΟC. *Seleucensium Juppiter Ceraunius:* a fulmine, qui Græcis κεραυνὸς est: cujus & in nummo eo Caracallæ insculpta effigies, e Cimelio Regio.

CΕΛΕΥΚΕΩΝ ΠΙΕΡΙΑC CΠΘ. hoc est, anno CCLXXXIX. qui annus est V.C. DCCCCLXXIX. Severi Alexandri, cujus hic nummus est, in Cimelio D. FOUCAULT, annus quintus. Æræ Pompeïanæ initium ab anno V. C. DCXCI. ut dictum est in Chronologia Veteris Testamenti.

ΣΕΛΙΝΟΝΤΙΟΝ, & ΣΕΛΙΝΟΝ, apud Parutam, cum apii folio, quod Græci σέλινον vocant. Plinius, lib. III. sect. XIV. *Selinuntii.* Stephano: Σελινοῦς, πόλις Σικελίας . . . ὁ πολίτης, Σελινούσιος, καὶ Σελινούντιος.

ΣΕΛΙΝΩΝΤΙΩΝ. Ex parte averſa, ΥΨΑΣ. Quod fluvii nomen eſt, haud procul oppido eo decurrentis. Plinio, loc. cit. *Amnes: Achates, Mazara, Hypſa, Selinûs oppidum. Lilybæum ab eo &c.* Hunc Plinii locum nos ita primi emendavimus, cum prius perperam legeretur, auctore Hermolao Barbaro, *Amnes: Acis, & Hypſa.* Emendandi cauſas attulimus in Notis & Emendationibus ad librum Plinii tertium, num. LV. Appoſitum amni cognomini Selinûs oppidum fuit, cujus oſtium Ptolemæus inter Mazaram & Lilybæum locat. Ex quibus duo intelligas: alterum, eum amnem ipſum Hypſam eſſe, quod & ſitus, & nummus docet: alterum, id oppidum non ibi ſitum fuiſſe, ubi Fazellus ſtatuit, hoc eſt, ubi nunc *Terra de li Pulci*, haud procul amne *Belice*, ſed in ipſa vicinia promontorii Lilybæi. In nummis enim plerumque, Siculis præſertim, cum ſuo oppidum quodque amne copulatur, quo alluitur. Sic in Aſſorinorum numiſmate vidimus, ASSORV. CRYSAS.

ΣΕΛΙΝΟΝΤΙΩΝ. Minotauri effigies. In parte averſa, Hygia ſeu Dea Salus ſerpentem paſcit. Ante pedes crus triplex, Siciliæ ſymbolum. Apud Parutam, num. IV. Sunt & in quibus Apollo, vel alius, ad aram patera libat, cum bove, & gallinaceo, qui Æſculapio ſacer.

ΣΕΛΛΑΣΙΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Nummus Neronis, e Theſauro Goltzii, pag. 231. Stephano: Σελλασία, πόλις Λακωνική. ὁ πολίτης, Σελλασιεύς.

CΕΠΦΟΡΗΝΩΝ. Domitiani ac Trajani nummi, e Cimelio Regio, quorum poſtremum laudat Patinus, pag. 183. cum palmæ effigie, qui Phœnices in primis, ac Judææ typus. In alio ex ære mediocri, cujus formam in plumbo expreſſam habemus, in corona laurea eſt, ΣΕΠΦΩΡΗΝΩΝ. In altera parte, ΤΡΑΙΑΝΟΣ ΑΥΤΟ . . . Σεπφωρὶς Joſepho, lib. III. bell. Jud. cap. I. pag. 832. id oppidum appellatur. More porro Hebræo *Sefforis* dicimus, quanquam in ſcribendo Græci æque atque Latini, Σέπφωριν & *Sepphorin* ſcribant. Conſuetudo enim ea in ſcribendo obtinuit, ut quoties aſpiratæ litteræ binæ concurrerent, prior in tenuem verteretur. Sic σάπφειρος, & *ſapphirus*. Ἀπφιανὸς, quod alii Ἀφφιανὸς, & ſcribi & efferri volunt.

ΣΕΡΔΙΚΗC.

CΕΡΔΩΝ. M. Aurelii nummus, in quo Serapis: e Theſauro Regio. Similes ſunt alii ibidem, L. Veri, Antonini & Getæ: alibi alius, Juliæ Domnæ.

ΗΓΕΜ. Λ. ΕΙΤΕΙ. ΒΑΡΒΑΡΟΥ. CΕΡΔΙΚΗC. Ἡγεμόνος Λευκίου Εἰτείου Βαρβάρου. *Præſide L. Itio Barbaro.* Nummus eſt Septimii Severi, in Cimelio Reginæ Chriſtinæ.

CΕΡΔΩΝ. Aquila roſtro coronam geſtat. Severi nummus ex ære minimo, apud P. Chamillart. Caput Severi: ΑΥΤ. Κ. CΕΟΥΗΡΟC.

ΟΥΛΠΙΑC CΕΡΔΙΚΗC. Mercurius ſtans, dextra tenet crumenam, ſiniſtra caduceum: ſymbola pacis & ſecuritatis: cum geſtare manu crumenam mercatori liceat, ſecuro a latronibus. ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. CΕΥ. ΑΝΤΩΝΙΝΟC. Caput laureatum Antonini Severi F. Eſt ex ære magno, apud P. Chamillart.

ΟΥΛΠΙΑC. CΕΡΔΙΚΗC. Antonini Severi F. ac Getæ nummi. In Antonini nummo, e Muſeo noſtro, ſedet Imperator, dextra pateram, haſtam læva tenens. Apud Patinum, pag. 311. vel Ceres curru trahitur juncto draconibus: vel ſtat Æſculapius. Ab Ulpio Trajano cognomen habet, eademque cum Sardica eſt. Getæ nummus inſculptam Triptolemi effigiem habet, qui curru draconibus binis juncto vehatur. In nummo Gallieni, ſerpens capite radiato in gyros aſſurgit.

ΣΕΡΙΦΙΩΝ.

ΣΕ. & ΣΕΡΙΦΙΩΝ. Nummi Græciæ Veteris, e Muſeo noſtro. Plinio, lib. IV. ſect. 22. *Seriphus*, in Cycladibus inſulis. Nunc *Serfino*. Vide quæ diximus in Plinianis notis. Inſculpta nummis Chimæra eſt, cum Aquila.

CΗCΤΙΩΝ. Nummi Gordiani junioris, & Philippi filii, e Regia Gaza. In his ſtat Juppiter cum haſta & aquila. Eſt & Trajani nummus, in quo lyra. Plinio, lib. IV. ſect. XVIII. *Seſtos*. Stephano: Σηστὸς . . . ὁ πολίτης, Σήστιος. Ad Helleſpontum, *le détroit de Gallipoli, où ſont les Dardanelles.*

ΣΙΒΙΔΟΥΔΕΩΝ. Antonini Pii nummus, in quo Dei Luni effigies, quæ in Phrygiæ nummis, finitimique tractûs, paſſim occurrit. In Notitia Eccleſ. pag. 49. inter Epiſcopos Phrygiæ Salutaris cenſetur ὁ Σιβίλδου. In Notitia altera, pag. 17. ὁ Σεβίνδου. Apud Leunclavium, pag. 94. ὁ Συνβίνδου. Sed & nummum iſtum aliorum tantum relatu cognovimus, nec ſatis certus auctor illius Notitiæ eſt.

SICILIA.

SICIL. IMP. XII. Nummus Auguſti, quo duodecies Imperator appellatur. Dianam exhibet, cum arcu vel cane, habitu venatricis.

SICILIA. Nummus Antonini, apud Patinum, pag. 217. nunc Cimelii Regii. In nummis plerumque triplici crure divaricato Sicilia repræſentatur: in quibuſdam etiam in medio umbilico feminea apparet ſpecies, cum ſpicis. Inde Trinacria dicta eſt, & Triquetra, a triplici promontorio, Lilybæo, Pachyno, Peloro. De quibus Naſo, lib. III. Faſtor.

Terra tribus ſcopulis vaſtum procurrit in æquor
Trinacris: a poſitu nomen adepta loci.

De antiquis Siciliæ Regibus.

Qui ſunt in Sicilia rerum potiti, tametſi regium diadema geſtarunt, Reges tamen non ſunt appellati, niſi poſt Alexandri Magni tempora, ut reges Macedoniæ, Syriæ, & Ægypti. Prius tantum *Tyranni* dicebantur; nec decedentibus aliis alii continua ſerie ſuccedebant: ſed ſuam ſubinde libertatem civitates recuperabant, quibus illi imperitarunt.

Vetuſtiſſimus omnium fuit Gelo, qui Syracuſis obtinuit principatum. Æqualis ei fuit Agrigenti μόναρχος, ut ab Herodoto nuncupatur, libro VII. cap. CLXVI. Thero. Nam ab utroque ſimul reportatam fuiſſe inſignem de Carthaginienſibus victoriam ibi refert; eadem die qua Salamine Perſas Græci vicerunt: nempe anno Urbis Romæ CCLXXIV. ante Chriſtum CCCCLXXX. Xerxis Perſæ ſexto.

Caput diadematum. .)(. Leo, nobilitatis, ſive excelſitatis animi ſymbolum. Epigraphe: ΓΕΛΩΝΟΣ. Eſt apud Illuſtriſſ. Spanhemium, pag. 547. num. 3.

Caput laureatum. .)(. Victoria in bigis. ΓΕΛΩΝΟΣ ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΥ. *Syracuſius* tantum appellatur, non *Siculus*: quoniam non toti Siciliæ imperitaret, ſed Syracuſanæ tantum ditioni: neque Rex; quoniam reipſa rex non eſſet; tametſi, ut diximus in Chronologia Veteris Teſtam. a legatis quos Lacedæmonii ad eum miſerant, βασιλεὺς Συρηκουσίων per adulationem ſalutatus ſit, apud Herodotum, pag. 497. A Plinio, lib. VIII. pag. 202. *Gelo tyrannus* tantum nuncupatur. Eſt hic nummus ab eodem Illuſtr. Spanhemio delineatus ibidem, num. I. Eſt & capite galeato Gelonis nummus, in Gaza Medicea, teſte eodem.

E duobus igitur nummis Gelonis, quos affert

Paruta; inscriptos ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΥ ΓΕΛΩΝΟΣ, cum litteris ΒΑ. alter suspectus est, nempe secundus, eo nomine quod aquilam habet adpictam cum fulmine quod unguibus tenet, ut in nummis Ptolemæorum: cujusmodi insigne nemo alius Siciliæ regum in nummis suis habet; alter, nempe quintus, quia est ex Goltzianis: quamvis hunc exhibeat idem Illustr. Spanhemius, pag. 547. num. 2. Quod si tamen est genuinus, (qua de re soli possunt oculi ferre judicium;) docet ille dumtaxat, furtim semel datum Geloni hunc titulum in nummis fuisse; quem nemo successorum ipsius adsciscere postea ausus fuerit. Herodotus Gelonem non *regem* vocat; tantum dicit; tyrannum magnum Syracusis paulatim effectum fuisse: *τύραννος ἐγεγόνεε μέγας ὁ Γέλων*, cap. CLVII. & paulo post, *Σικελίης τύραννος*, cap. CLXV.

Caput Proserpinæ. .)(. ΘΕΡΩ. hoc est, *Θήρωνος*: cum cancri marini effigie, apud Parutam. Fuit ille, ut diximus, Agrigentinorum tyrannus, æqualis Geloni Syracusio. Sed *Θήρων* apud Herodotum semper scribitur, cap. CLXV.

Caput diadematum. .)(. ΙΕΡΩΝΟΣ. Hiero ipse loricatus in equo decurrit cum hasta; bellicæ virtutis argumento. Est in Museo nostro ex ære mediocri, & apud Illustr. Spanhemium, pag. 547. num. 4.

Caput laureatum. .)(. ΙΕΡΩΝΟΣ. Ipse in equo decurrit, ut supra. Est in Museo nostro ex ære mediocri. Ad Hieronem priorem hi nummi pertinent, qui dudum fuit ante Alexandrum Magnum. Carent idcirco nummi ejus titulo ΒΑΣΙΛΕΩΣ.

Caput laureatum. .)(. ΙΕΡΩΝΟΣ. Equus incitato cursu decurrens, symbolum fortitudinis. Est apud Parutam ultimus ex Hieronianis.

Caput laureatum. .)(. Victoria in bigis. ΙΕΡΩΝΟΣ. Apud Parutam; ex Hieronianis decimus octavus. Puerile est in nummis Hieronis, aliorumque Siciliæ regum, ubi Victoria in curru bijugo, vel trigis, aut quadrigis vehitur, victoriam equestrem sive curulem ibi suspicari in Olympiis, Pythiisve, aut aliis Græcorum certaminibus reportatam: cum ibi Victoriæ effigies ipsa bello victos hostes æque significet, atque in Romanis denariis. Nisi forte aut ad ludos istos galeatum Hiero caput gessit; aut ipsa etiam regina Philisthis, (si tamen Sicula fuit regina:) cujus in nummis quadrigæ sunt insculptæ, in illis quoque agonibus decertasse existimanda est: aut denique magis devictos hostes denotat Victoria gestans palmam & coronam, quam cum in bigis pingitur triumphare. Victoria in his nummis signatur de Carthaginiensibus; a quibus Siciliam subinde infestatam fuisse produnt, Herodotus libro citato, & Plinius.

Caput diadematum, vultu senili. .)(. Neptuni tridens cum gemino delphine; quod est symbolum Trinacriæ, cujus tergeminum promontorium alluitur mari. ΙΕΡΩΝΟΣ. Est apud Parutam, 2. 3. & 4. inter nummos Hieronis secundi; male, cum ad priorem Hieronem isti pertineant. Nam in nummis Hieronis posterioris non abest titulus ΒΑΣΙΛΕΩΣ.

Caput Proserpinæ, sive *Κόρης*, cinctum spicis, ob Siciliæ ubertatem. .)(. Pegasus, ut vulgo vocant; hoc est, equus decurrens, cui alæ sunt aquilinæ. ΙΕΡΩΝΟΣ. Reipsa nec inter fabulosa quidem animalia habet istiusmodi Pegasos Plinius: neque in nummis aliud significatur eo symbolo, nisi Hieronem fuisse in propositis consiliis exsequendis celerem. Est hic nummus apud Parutam; sed perperam Hieroni juniori attributus, num. 5.

Caput galeatum: adjecto Siciliæ triquetræ symbolo, nempe tergemino crure. .)(. ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ. Caput equi: ob illud fortassis quod Plinius narrat, libro VIII. sect. LXIV. *Philistus refert à Dionysio relictum* equum *in cœno hærentem, ut se se evellisset: secutum vestigia domini, examine apum jubæ inhærente: eoque ostento TYRANNIDEM a Dionysio occupatam.* Verius, aliud nihil in nummis equus sive integer, sive dimidiatus significat, quam esse regionem eam equis generosis abundantem. Adjecta sinistrorsum est spica tritici, symbolum Siculæ fertilitatis. Est hic nummus apud Parutam, primus inter Dionysianos. Est hic Dionysius, qui Plinio, libro XII. sect. III. *Dionysius prior, Siciliæ tyrannus.* Libro III. pag. 350. *Dionysius major.* Libro VII. sect. XXXI. *Dionysius tyrannus*, qui *Platoni navem misit obviam.* Et sect. LIV. *Dionysius Siciliæ tyrannus*, qui *gaudio obiit, accepto tragicæ victoriæ nuncio.*

Caput diadematum. .)(. Victoria stans palmam gestat & coronam. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ. Est apud Illustr. Spanhemium, pag. 552. num. 1. Esse hunc Dionysium alterum eo nomine, qui post Alexandri Magni tempora regnum in Sicilia gesserit, nomen ΒΑΣΙΛΕΩΣ docet. Est & alter similis apud Parutam, sed capite galeato.

Caput diadematum. .)(. Victoria in curru quadrijugo. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΙΕΡΩΝΟΣ. Est in Gaza Medicea, teste Illustr. Spanhemio, pag. 548. Hic est quem *Hieronem regem* Plinius appellat, libro VIII. pag. 202. Fuit tempore primi belli Punici, ex libro XVI. sect. LXXIV. Hunc Valerius Max. Messala devicit in Sicilia, anno Urbis Romæ CCCCXC. teste eodem Plinio, libro XXXV. sect. VII.

Caput Dianæ cum pharetra. ΣΩΤΕΙΡΑ. *Servatrix.* .)(. Fulmen: symbolum Jovis Tutatoris. ΑΓΑΘΟΚΛΕΟΣ ΒΑΣΙΛΕΟΣ. Ex ære mediocri, in Museo nostro, & in Thesauro Brandeburg. pag. 297. num. 1. Est & alter ibi similis: sed pro Dianæ effigie, capite Palladis galeato, sine epigraphe.

Caput Proserpinæ, cum corona e spinis. ΚΟΡΑΣ. Est *κόρη* nomen Proserpinæ. In Dorico genitivo, *Κόρας*. .)(. Victoria trophæum erigit. ΑΓΑΘΟΚΛΕΙΟΣ, subintellige *νίκη*: *Victoria Agathoclis.* Ut in nummis Latinis legitur, VICTORIA CONSTANTINI AVG. &c. Adjectum est Siciliæ triquetræ symbolum. Est hic nummus apud Parutam, & in Thesauro Brandeb. pag. 296. In alio simili apud Illustr. Spanhem. pag. 552. pro capite Proserpinæ caput est Agathoclis diadematum, sine epigraphe ex ea parte.

Caput diadematum. .)(. Fulmen. ΒΑΣΙΛΕΟΣ ΙΕΡΩΝΥΜΟΥ. *Regis Hieronymi.* Est ex ære mediocri in Museo nostro, & in Thesauro Brandeb. pag. 299. Similitudo symboli, quod est in nummis Agathoclis & Hieronymi fulmen, suadet hunc istius fuisse filium, eique proxime successisse.

Superest nummus reginæ Philistidis. Caput exhibet diadematum ac velatum: retro, Cornucopiæ. .)(. Victoria quadrijugo curru vehitur. ΒΑΣΙΛΙΣΣΑΣ ΦΙΛΙΣΤΙΔΟΣ. Post Alexandrum Magnum vixisse eam suadet titulus *Βασιλίσσας*: in Sicilia vulgo ponunt propter Dorismum. Sed quoniam deest in alterutra nummi area Siciliæ typus solitus, verius (ut opinamur) regina Bithyniæ novissima fuisse creditur, ubi pariter in usu fuisse Dorismum nummi testantur ΚΑΛΧΑΔΟΝΙΩΝ.

ΣΙΔΗΤΩΝ. Neronis, Domitiani, Trajani, Antonini Pii, M. Aurelii, Commodi, Clodii Albini, Severi, Juliæ Domnæ, Antonini & Getæ, Severi Alexandri, Gordiani Pii, Philipporum, Decii,

Decii, & Gallieni numismata. Plinio, lib. v. sect. xxvi. *Side.* Stephano: Σίδη, πόλις Παμφυλίας... ὁ πολίτης, Σιδήτης.

ΣΙΔΗΤΩΝ. ΠΡΩΤΑ ΠΑΜΦΥΛΩΝ. Gallieni nummus, ex ære magno; e Gaza Regia. *Sidetum, prima Pamphylorum* certamina. Urna cum palmis emergentibus mensæ imposita. Vel primariam fuisse Pamphyliæ civitatem hæ voces indicant. Certe in Conc. C P. VI. ut diximus in Plinianis Notis, Σιδητῶν μητρόπολις Παμφυλίας legas.

ΣΙΔΗΤΩΝ. ΠΕΡΓΑΙΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ. Gordiani junioris nummus, e Cimelio Regio, qui concordes Sidetes Pergæosque ejusdem Pamphyliæ incolas significat. Πόλεις ἐπιφανεῖς ambas appellat Anonymus a Gothofredo editus, in Ἐξηγήσει. In eo nummo Pallas Sidetum, & Pergæorum Præses Diana insculpta.

ΣΙΔΗΤΩΝ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗΣ ΕΝΔΟΞΟΥ ΝΕΩΚΟΡΩΝ, in corona laurea. *Sidetum splendidissimæ & clarissimæ* civitatis, *Neocororum.* Gallieni iterum nummus, ex Cimelio Reginæ Christinæ, ex ære magno. ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΠΟΥ. ΛΙ. ΕΓ. ΓΑΛΛΙΗΝΟΣ. CE. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Πόπλιος Λικίνιος Ἐγνάτιος Γαλλιηνὸς Σεβαστός. Sic Λαμπροτάτη κολωνία Τύρος vocatur in Synodo Calched. act. ix.

ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΟΣ. ΣΙΔΗΤΩΝ. Tranquillinæ nummus, quæ Gordiani conjux fuit. Subintellige, ἀγὼν οἰκουμενικὸς, ut in Tarsensi nummo sub Commodo, ΚΟΜΟΔΕΙΟΣ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΟΣ. Et in Valeriani altero; CERT. SACR. CAP. OEC. IS. *Certaminis sacri Capitolini Oecumenici Iselastici.* Elagabali quoque gemino, ISEL. OECVM. De ea voce diximus, verbo HELIOPOLIS *Syriæ.*

ΣΙΔΗΤΩΝ. ΙΕΡΟΣ. Σιδητῶν ἱερὸς, subintellige ἀγὼν, *sacrum certamen.* Nummus Philippi, e Thesauro Goltzii, pag. 233. ubi perperam ΣΙΡΗΤΩΝ legitur.

ΣΙΔΗΤΩΝ. Antonini Severi F., & Philippi Filii, e Gaza Regia, in quibus Palladis stantis effigies, quæ & in altero Clodii Albini cum Albino ipso dextras jungit: nequicquam aliter sentiente Tristano, tom. ii. pag. 47. Strabo, lib. xiv. pag. 667. Σίδη Κυμαίων ἄποικος· ἔχει δ' Ἀθηνᾶς ἱερόν. *Side Cumæorum colonia, ubi Minervæ est ædes.* In Caracallæ nummo Pallas oleæ ramum dextra, læva hastam gerit. Minerva apud Phædrum, lib. iii. Fabular. *Oliva nobis propter fructum est gratior.*

ΣΙΔΗ ΝΕΩΚΟΡΟΣ. ΟΛΥΜΠΙΑ ΟΙΚΟΥΜΕΝ. *Side sacrorum præses.* Certamina *Olympia Oecumenica.* Nummus est Antonini Elagabali. Est & Sallustiæ Barbiæ Orbianæ, conjugis Severi Alexandri nummus, ΣΙΔΗΤΩΝ: in quo his nominibus ea appellatur: ΓΝ. ΕΡ. ΣΑΛΛ. ΒΑΡΒ. ΟΡΒΙΑΝΑ ΣΕΒ. *Cneia Herennia Sallustia Barbia Orbiana.* Genius urbis rupi insidet, homine ad pedes natante: dextra spicas tenet: quæ & urbis situm & ubertatem indicant.

ΙΕΡΟΣ ΠΥΘΙΟΣ ΜΥΣΤΙΚΟΣ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΟΣ. Subintellige, ἀγὼν, certamen *sacrum, Pythium, Mysticum, Oecumenicum;* ΣΙΔΗΣ ΝΕΩΚΟΡΟΥ. Nummus est Valeriani.

ΣΙΔΩΝΙΩΝ.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Caput Augusti laureatum, cum lituo, apud Occonem, pag. 82. ΣΙΔΩΝΟΣ. L. ZIP. λυκάβ. ριζ'. *anno* cxvii. Sidoniorum æræ: qui annus incidit in annum V. C. dcclviii. Christi quintum: ducto æræ initio ab autumno V. C. dcxlii. ut diximus in Chronologia Veteris Testamenti.

ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. *Cæsar Augustus.* Ex parte altera, ΣΙΔΩΝΟΣ ΘΕΑΣ. Caput Liviæ sub effigie Deæ Sidoniorum: cui caput myrto redimitum. Apud Tristanum, tom. i. pag. 125.

ΣΙΔΩΝΟΣ. ΘΕΑΣ. Claudii, & Neronis nummi, apud Tristanum, pag. 216. quibus de nummis, cum æra in his signata, egimus in Chronologia Veteris Testamenti. Item Trajani nummus apud Patin. pag. 182. Plinio, lib. v. sect. xvii. *Sidon* &c. Hodie *Sayd*, in Phœnice Syriæ. Dea Sidonis Europa est; (ut vulgo quidem creditur) quam tauro, seu Jovi insidentem hi fere nummi exhibent, quos vidimus: ipso Luciano, qui nummos pariter vidit, ita prodente, lib. de Syria Dea. At reipsa in Nummis inscriptio ΣΙΔΩΝΟΣ ΘΕΑΣ aliud nihil significat, nisi *Sidonis prænobilis & antiquæ.* Tam est enim epitheton Sidonis Θεά, quam est in nummis sequentibus Ναυαρχὶς, cum dicitur ΣΙΔΩΝΟΣ ΝΑΥΑΡΧΙΔΟΣ. Est enim Θεά, ut in nummis Cleopatræ geminæ, nomen designans priscam nobilitatem. Sic & Θεὸς in nummis regum Ægypti & Syriæ. Sidonem autem *magnam* ex tempore Josue, cap. xix, 28. appellant libri sacri, una cum Tyro: quæ tamen urbs Tyrus *filia Sidonis* appellatur, Isai. xxiii, 12. ut multo antiquior Tyro fuisse Sidon intelligatur.

ΣΙΔΩΝΟΣ ΝΑΥΑΡΧΙΔΟΣ. *Sidonis Classicæ.* Nummus Trajani in Cimelio Regio, & in Cimelio D. Foucault. De voce ναυαρχίδος egimus verbo ΔΩΡΩΝ. Præfert hic nummus virum currenti similem in navi. Urbis quoque æram, L. ZKΣ. λυκάβαντα σκζ. *annum* ccxxvii. qui plane incidit in annum Urbis Romæ dccclxix. Trajani vicesimum. Alter inscriptus, ΘΕΑΣ ΣΙΔΩΝΟΣ, sub eodem Principe, e Gaza Regia, habet ΕΚΣ. *annum* ccxxv. Alius in Cimelio D. Begon, Hadriani, ΑΥΤΟΚΡΑ. ΚΑΙΣ. ΑΔΡΙΑΝΩ ΣΕΒ. In altera parte, ΣΙΔΩΝΟΣ. ΘΕΑΣ. Astarte in curru. ΗΚΣ. Annus ccxxviii. qui est V. C. dccclxx. mense Septembri, & idem primus Hadriani.

ΣΙΔΩΝΟΣ ΝΑΥΑΡΧΙΔΟΣ. ΒΑΦ. Anno dxxxii. æræ Græcorum, quæ cœpit anno V. C. ccccxlii. autumno. Est hic Elagabali nummus, in Thesauro Regio. Annus est V. C. dcccclxxiii. Elagabali quartus.

AVR. PIA SIDON. COLON. METROP. Nummus Elagabali, in quo boves agit colonus: adjecto vexillo, in quo LEG. III. PAR. *Legio tertia Parthica.* In alio est modius tritici plenus: infra, AETERNV. BENEFI. *Æternum Beneficium.*

C. A. PI. MET. SID. *Colonia Aurelia Pia Metropolis Sidon.* Nummus hic vulgo ab Antiquariis creditur exhibere Europam tauro vectam, hoc est, ut aiunt, ipso Jove in taurum mutato. Nugæ. Quæ creditur esse Europa tauro vecta, virgo formosa est, vestita decentissime, velum utraque manu tenens, interdum & sinistra cornu tauri apprehendens, cui decore insidet. Ut hoc symbolo significetur, esse indigenas vultu decoros, simul & viribus robustos. Quamobrem non in nummis modo Sidoniorum, sed etiam Amphipolitarum in Macedonia, Amisenorum in Paphlagonia; Byzantiorum, Cretensium, aliorumque fortassis idem symbolum insculptum cernitur: ad id significandum nimirum de Sidoniis; quod de muliere forti Sapiens pronunciavit, Prov. xxxi, 25. *FORTITVDO ET DECOR indumentum ejus.* Itaque fabula de Europa tauro vecta non immerito creditur ex nummis istis prave intellectis fuisse conficta. Plinius certe illius de Europa fabulæ non me-

meminit; sed alterius tantum ab ista diversæ. Neque in nummis ullum vestigium maris est, quod transmeet taurus. Est hic nummus tum alibi, tum apud D. Vaillant, tomo 2. Coloniar. pag. 229. Non est igitur aut Europa *Astarthe Dea Sidoniorum*, aut in nummis omnino Europa depicta: tametsi alicubi omnes Antiquarios secuti sic scripsimus. *Astarthen Deam Sidoniorum*, ut dicitur III. Reg. XI, 5. sive, ut appellatur IV. Reg. XXIII, 13. *Astaroth idolum Sidoniorum*, Luna ipsa est, ut docet nummus alter a D. Vaillant exhibitus ibidem, pag. 142. Templum is exhibet tecto plano, quatuor fultum columnis, rotis duabus impositum; unde & currum Antiquarii vocant. In Templo conspicitur lucidum caput, cum Lunæ crescentis effigie dextrorsum apposita, sinistrorsum & decrescentis. Rotæ aliud nihil significant, nisi Deam ruris Astarthen esse. Nam in agris & ruri usus familiaris rotarum est. Quamobrem in alio ibidem nummo, pag. 141. pingitur Astarthe cultu pastoritio, veste nimirum vix ad genua defluente; dextra gestante pedum pastorale. Est igitur Astarthe, sive Astaroth, Luna, ut agris & præsertim gregibus fecundandis præest: unde ei Deæ Hebraicum nomen est factum. Sunt enim Hebraice עשתרת *greges*, Deut. VII, 13.

COL. AVR. PIA METR. SIDON. Corona laurea, in qua CERT. SAC. PER. OECVME. ISELA. *Certamina sacra perpetua œcumenica Iselastica.* Elagabali nummus hic est: cui similis alter Anniæ Faustinæ eamdem epigraphen habet, in corona laurea. Perpetua certamina sunt, quæ sunt quotannis celebranda; non trieterica, non pentaëterica, non sæcularia, sed anniversaria, & in omne ævum duratura.

COL. AVR. METR. SID. *Colonia Aurelia Metropolis Sidon.* Juliæ Mæsæ nummus apud Patin. pag. 340. & Elagabali: quanquam Patinus, pag. 298. non Elagabalo, sed Caracallæ adjudicat, perperam. Nam Sidonianos omnes nummos Latinos ad Elagabalum attinere, nullum ad Caracallam, norunt periti. Sunt & Juliæ Paulæ similes.

COL. AVR. PIA METR. SID. Severi Alexandri nummus, apud Patinum, pag. 349. in quo Bacchus occurrit, *cantharum potorium dextra pendentem* gerens, ut ait Arnobius: & idem, cultu vultuque muliebri: ob quem Διόνυσον ἀνδρόγυνον appellatum ait Theodoretus, lib. III. Eccl. Hist. cap. VII. Sed Patinus, & Patinum secutus Cuperus, pag. 228. COLONIA AVGVSTA pro AVRELIA falso legunt.

ΜΗΤΡΟ. ΣΙΔΩΝ ΚΟΛ. ΤΥΡΟ. Μητρόπολις Σιδών. Κολωνία Τύρος. Utriusque gentis concordiam nummus hic Otaciliæ indicat, apud Goltzium: sed is inverse legit, ΣΙΔΩΝ, ΚΟΛ. ΤΥΡΟ. ΜΗΤΡΟ. pag. 232.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. ΣΙΔΩΝΙΩΝ. E Medicea Gaza.

ΣΙΔΩΝΟΣ ΘΕΑΣ, ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥ ΚΑΙ ΝΑΥΑΡΧΙΔΟΣ. Triremis, prærogativæ illius symbolum, ob quam Ναυαρχὶς dicitur. Ex parte altera, caput turritum. E Cimelio Regio.

ΣΙΚΥΩΝΙΩΝ. Caracallæ, Plautillæ, Getæ nummi apud Patin. pag. 319. cum Hygiæ icone, nunc Cimelii Regii. Alii cum Jovis sedentis effigie: alii cum Apollinis, facem inversam dextra gerentis, lævam admoventis ori. Cultum a Sicyoniis Jovem, Apollinem, Æsculapium, cujus Hygia filia perhibetur, tradit Pausanias in Corinth. pag. 53. In nummo Domitiani Bacchus est. Non alii nummi a Sicyoniis cusi supersunt nominibus Augustorum, post Domitianum, præterquam Severi & domus ejus Augustæ. Plinio, lib. IV. sect. VI. in Achaïa, *Sicyon.* Stephano: Σικυὼν, ... ὁ πολίτης, Σικυώνιος.

ΣΙΚΥΩΝΙΩΝ. ΤΗΣ. ΙΕΡΑΣ. ΚΑΙ. ΑΣΥΛΟΥ. Tiberii nummus, apud Goltzium. Sed suspecta mihi ejus nummi auctoritas est: vereorque maxime, ne ΣΙΚΥΩΝΙΩΝ, pro ΣΙΔΩΝΙΩΝ legerit.

ΣΙΛΑΝΔΕΩΝ. ΕΠΙ ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ Κ. ΑΡΧ... ΤΑΤΙΑΝΟΥ. *Sub Pontifice & Archonte (primo)* Tatiano. Nummus est Commodi. Notitia Ecclesiastica Hieroclis, in Provincia Lydiæ: Σίλανδος. Est ex ære maximo, in Cimelio Card. Carpegna.

ΣΙΛΛΥΕΩΝ Antonini Pii, & Saloninæ nummi. Stephano: Σίλανδος, πόλις Ἰωνίας, πρὸς τῇ Σμύρνῃ· τὸ ἐθνικὸν, Σιλανδεύς. Est & Antonini Severi F. in Thesauro Regio.

ΣΙΝΓΑΡΑ.

ΚΟΛ. ΣΙΝΓΑΡΑ. Nummus Severi Alexandri, in quo caput turritum ac velatum est: item Gordiani junioris, in Cimelio Regio. Plinio, lib. V. sect. XXI. *Arabes, qui Retavi vocantur; horum caput Singara.* Nunc vicus est, *Sangiar.* Stephano: Σίγγαρα, πόλις Ἀραβίας πρὸς τῇ Ἐδέσσῃ. Ibi Singarensis pugna Constantii Imp. adversus Chosroën Persarum regem, de qua nos egimus in Notis ad Themistium, orat. I.

ΑΥΡ. ΣΕΠ. ΚΟΛ. ΣΙΝΓΑΡΑ. Nummus Tranquillinæ, ex eodem Cimelio. Αὐρηλία Σεπτιμία Κολωνία Σίγγαρα. Et apud Seguinum, pag. 173. ubi turrita ac velata mulier, & vir natans in aquis ante pedes, situm urbis ad amnem indicat, & ejusdem αὐτονομίαν.

ΣΙΝΩΠΗΣ. Apud Goltzium, in Asia, Tab. IV. Aquila Jovis fulmini insidet, ipseque ex parte aversa insculptus Juppiter Sinopites: quem eundem esse cum Serapide, atque ex oppido Sinope advectum esse Alexandriam, ibique vel sub ea appellatione Jovis Sinopitæ cultum, produnt auctores varii: Dionysius Periegetes, ubi de Alexandria, Eustathiusque in eum locum; Tacitus, lib. IV. histor. aliique. Urbs est in Ponto Asiatico, Mithridatis Eupatoris ortu, regno, sepulcroque nobilis, Diogenisque natalibus. Stephanus: Σινώπη, πόλις ἐπιφανεστάτη τοῦ Πόντου ... ὁ πολίτης Σινωπεὺς, καὶ Σινωπίτης. Hunc nummum nobis conspiciendum exhibuit Abbas Mezzabarba, cum Parisiis degeret.

ΣΙΝΩΠΕΩΝ. In Thesauro Goltzii, pag. 233. & in Cimelio Regio.

COL. IVL. SINOPE. Titi nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 240.

C. I. F. S. *Colonia Julia Felix Sinope.* Nummus Hadriani.

C. I. F. S. AN. CCIIII. *Anno* CCIV. M. Aurelii nummus: M. AVR. VERO CAES. capite nudo. Est hic annus V. C. DCCCCVIII. Antonini Pii XVII. ducto æræ initio ab autumno anni V. C. DCCV. ut dictum est in Chronologia Veteris Testamenti.

C. I. AV. F. SIN. ANNO CLXXXII. Dimidia columna ordinis Corinthiaci, & simul caput senile, tergemino cinctum diademate. *Colonia Julia Augusta Felix Sinope. Anno* CLXXXII. qui est annus Christi CXXXIII. ab autumno, V. C. DCCCLXXXVI. Parte altera, L. AELIVS CAESAR, capite nudo. Est hic nummus ex ære mediocri, in Cimelio D. FOUCAULT. Ex quo intelligas falli historicos, qui Ælium narrant factum fuisse Cæsarem dumtaxat anno Christi CXXXVI.

C. I. AV. SINOP. *Colonia Julia Augusta Sinope.* Antonini Severi F. nummus, apud Patinum, pag. 299. nunc Cimelii Regii. Plinio, lib. VI. sect. II. *Colonia Sinope.* Vide & Ulpianum, lib. L. Dig. tit. XV. de Censibus. Serapidis, seu Sinopitæ Jovis effigiem hic nummus præfert. Annus

nus adjicitur, ANN. CCLXI. qui est V. C. DCCCCLVI. Severi undecimus, Antonino jam Imperatore. In parte nummi antica, inscriptio est: IMP. CAES. M. AVR. ANTONINVS. Capite laureato.

C. I. F. SINOPESIAN. *Colonia Julia Felix Sinope* vel *Sinopensis*. Getæ, apud eundem Patinum, pag. 317. Nunc ejusdem Cimelii.

C. R. I. F. S. AN. CCCVIII. *Colonia Romana Julia Felix Sinope: Anno* CCCVIII. non ut Tristanus conjiciebat parum feliciter, G. R. I. F. S. *Gordianus Romanorum Imperator Filius Serapidis*. Est Gordiani junioris nummus apud eundem Tristanum, pag. 508. IMP. GORDIANVS AVG. capite laureato. Sic in Amisenorum nummis, qui Sinopensibus finitimi sunt, anni concessæ libertatis signantur, ut superius vidimus. Itaque cœpit hæc æra Sinopensium, anno Urbis Romæ DCLXXXIV. ut dictum est in Chronologia Veteris Testamenti. Ab eo enim anno trecentesimus & octavus annus occurret ille, quo primum Gordianus solus imperium iniit, qui Urbis Romæ fuit DCCCCLXXXXI. Expugnatam inter ceteras a Lucullo Sinopen, Strabo est auctor, lib. XII. pag. 546. & aliquanto post, nempe, ut ex nummo colligimus, sub Julio Cæsare, coloniam Romanam esse factam: Νυνὶ δὲ καὶ Ῥωμαίων ἀποικίαν δέδεκται, καὶ μέρος τῆς πόλεως καὶ τῆς χώρας ἐκείνων ἐστί. *Nunc Romanorum recepit coloniam, quæ in partem urbis agrique venit.* Facta a Julio colonia est, unde Julia dicta est: Romanis tamen multo antea parere coacta est, unde & Romana est appellata. Altera hæc æra nunc adhibita est, quoniam Gordianus paterno genere non ex familia Julia fuit, ut decessor ejus Julius Maximinus, sed ex Antonia.

ΣΙΝΥΕΣΣΑΝΩΝ. E Goltzii Thesauro, pag. 232. & e Magna Græcia, Tab. XVIII. Plinio, lib. III. sect. IX. *Oppidum Sinuessa extremum in adjecto Latio.* Nunc supersunt ingentis oppidi rudera, prope castellum *Rocca di Mondragone*, inter ostia Liris *Gariglano*, & Savonis *Saone*. In hisce nummis Cancer insculptus, Neptunusve cum tridente: quæ sunt oppidi in littore positi symbola. Stephano: Σινόεσσα ... τὸ ἐθνικὸν, Σινοεσσαῖος, καὶ Σινοεσσανός.

SIRMIVM.

CRISPVS ET CONSTANTINVS CC. Hoc est, *Cæsares*, SIRM. *Sirmii* signata moneta. Apud Occonem, pag. 536. Plinio, lib. III. sect. XXVIII. *Sirmium oppidum, & civitas Sirmiensium*, in Pannonia. Hodieque *Sirmich* in ea Sclavoniæ parte quæ Turcis paret, inter Savum amnem, & Dravum.

SARMATIA. DEVICTA. SIRM. Sunt & alii similes plurimi, quibus subscripta epigraphe SIRM.

SISCIA.

SISCIA. PROBI. AVG. *Siscia Probi Augusti.* Singularis Musei nostri nummus, Probo Imp. cusus, quem & Tristanus laudat, tom. III. pag. 284. & Patinus, pag. 437. In aversa superficie Siscia pingitur, forma muliebri, inter amnes duos, virili, qua pingi solent amnes, effigie: id quod situm oppidi egregie declarat, qualem Plinius descripsit, lib. III. sect. XXVIII. *Colapis in Saum influens juxta Sisciam, gemino alveo insulam ibi efficit, quæ Segestica appellatur.* Hodie *Sissech*, ad Savum amnem, in Croatia.

SISCIA AVG. *Siscia Augusti.* Gallieni nummus: cui cum similem epigraphen Probi nummus proxime allatus præ se ferat, non Probi magis patriam Sisciam fuisse, ex eo efficere Tristanus debuit, quam Gallieni. Est in Cimelio D. FOVCAVLT. Epigraphe partis anticæ, GALLIENVS AVG. Capite radiato.

ΣΙΤΑΛΙΑΙΩΝ. E Cimelio Ill. Harlæi. Forte pro Σαταλιαίων, a Σάταλα, vel Σαταλία Lydiæ, cujus oppidi mentio in Notitia Hieroclis, pag. 13. ὁ Σατάλων. In altera Notitia, pag. 29. Σαταλίων. Ab Armeniæ oppido cognomine gentile nomen est Σαταλεὺς, non Σαταλιαῖος, apud Stephanum.

ΣΙΦΝΟΥ, & ΣΙΦΝΙΩΝ. In Goltzii nummis, Tab. XIX. Plinio, lib. IV. sect. XXII. in Cycladibus insulis, *Siphnus, ante Meropia*, &c. Stephano: Σίφνος, περὶ τὴν Κρήτην νῆσος ... τὸ ἐθνικὸν Σίφνιος. Hodie *Sifano*. Vide nostras in Plinium notas. In hisce nummis vel Juppiter laureatus, vel Diana Venatrix insculpta. Pallas autem est, in nummo Gordiani Pii, e Cimelio D. FOVCAVLT.

ΣΚΑΜΑΝΔΡΟΣ. Vide ΙΛΙΕΩΝ.

ΣΚΑΜΒΩΝΙΔΩΝ.

ΚΟΙΝΟΝ. ΣΚΑΜΒΩΝΙΔΩΝ. Nummus Hadriani, e Thesauro Goltzii, pag. 218. Stephanus: Σκαμβωνίδαι, δῆμος Ἀττικός, &c.

CΚΗΨΙΩΝ. Juliæ Domnæ, & Antonini Severi F. nummi. Plinio, lib. V. sect. XXXII. *Palæscepsis*, & *Regio Scepsis*. Stephano: Σκῆψις ... τὸ ἐθνικὸν, Σκήψιος, in Æolide Asiæ parte. Hinc Demetrius Scepsius, de quo egimus in indice Auctorum, qui in Pliniano opere appellantur. In nummo Juliæ Domnæ, annus additur, ΑΛC. hoc est, CCXXXI. qui est V. C. DCCCCLIII. Severi octavus: ducto æræ initio ab anno V. C. DCCXXIII. quod est initium æræ Augustanæ, ab Asia recepta. Similis est alter Antonini Severi F. cum eadem anni nota, & Bacchi effigie.

ΣΚΗΨΙΩΝ. ΙΕΡΑ ΣΥΝΚΛΗΤΟΣ. *Scepsiorum sacer Senatus.* Caji Cæsaris nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 232.

ΣΚΙΑΘΟΥ. In Claudii nummo, e Cimelio Regio, Patinus, pag. 102. ΚΙΑΘΟΥ legit. Num ΣΚΙΑΘΟΥ legi satius sit, considerandum. Plinio, lib. IV. sect. XXIII. *Sciathos*, insula est ante montem Athon, in Ægæo mari.

ΣΚΙΡΦΑΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Claudii nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 232. Stephanus: Σκίρφαι, πόλις Φωκική· τὸ ἐθνικὸν, Σκίρφιος, καὶ Σκιρφαῖος.

ΣΚΟΤΟΥΣΣΑΙΩΝ. In Vetere Græcia Goltzii, Tab. XXI. Plinio, lib. IV. sect. XVII. *Scotussæi liberi.* In Macedonia fuere, haud procul amne Strymone. Lyram hic nummus insculptam habet, cui noctua insidet: ex aversa superficie, Palladem.

ΣΚΥΛΛΑΤΙΩΝ. E Magna Græcia Goltzii, tab. XXVIII. cum proræ effigie, & Mercurio petasato. Plinio, lib. III. sect. XV. *Scylletium.* In orientali Calabriæ ulterioris parte, in sinu cognomine Scyllacio, qui Tarentino est proximus. Nunc *Squillace*. Vide notas in Plinium. In Conc. CP. V. pag. 376. Vigilii Constituto subscribit *Zacchæus Episcopus Ecclesiæ Scyllacenæ.*

ΣΚΥΡΙΩΝ. Goltziani in Græcia Vetere nummi. Plinio, lib. IV. sect. XXIII. *Scyros.* Stephano: Σκῦρος, νῆσος ..... οἱ νησιῶται, Σκύριοι. Hodie *S. Georgio di Scyro*, insula Ægæi maris. In his navis rostrum insculptum, Neptunusque cum tridente.

CΜΑΙΤΩΝ. Nummum ex ære mediocri vidimus sic inscriptum, in Cimelio D. FOVCAVLT, cum anni nota, ET. ΡΜΒ. *Anno* CXLII: & templo quatuor columnis exornato. Est Juliæ Domnæ nummus, ΙΟΥΛΙΑ ΔΟΜΝΑ. CΕΒ. Urbs esse in Ponto videtur, cujus æra eadem ac Neocæsariensium fuerit.

ΣΜΙΝΘΑΙΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. E Thesauro Goltzii, pag. 232. Plinio, lib. V. sect. XXXII. in Æolide, *Sminthium templum durat.* Stephano:

no: Σμίνθη, πόλις Τρωίας, τὸ ἐθνικὸν, Σμινθαῖος, ἢ Σμινθεύς. Apollini Smintheo ſacer is locus fuit, cui nomen factum aiunt a fugatis inde muribus: ſunt enim *σμίνθοι* mures, Cretenſium lingua. Vide Euſtathium in Homer. Iliad. *α*.

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ.

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΙΕΡΑ. ΚΑΙ ΕΛΕΥΘΕΡΑ ΣΥΝΚΛΗΤΟΣ. Auguſti nummus, e Theſauro Goltzii, pag. 232. & apud Occonem, pag. 183. *Smyrnæorum ſacer ac liber Senatus.* Habent Smyrnæi nummos nominibus Auguſtorum, ab Auguſto uſque ad Gallienum & Saloninam.

ΣΕΒΑΣΤΗ. ΣΥΝΚΛΗΤΟΣ. ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Capita duo adverſa: alterum Liviæ Auguſti conjugis, ac Tiberii matris: alterum, non Auguſti, ut Patinus putat, pag. 55. nam is tum diem ſuum obierat, cum hic nummus cuſus eſt, ſed Senatus: quod & epigraphe palam facit. *Auguſta. Senatus. Smyrnæis Neocoris.* Ex parte averſa, templum quatuor columnarum, cujus in medio Tiberius ſtat togatus, cum ſceptro: ΣΕΒΑΣΤΩ ΤΙΒΕΡΙΩ. ΕΠΙ ΠΕΤΡΩΝΙΟΥ. *Auguſto Tiberio. Sub Petronio* Proconſule, vel Aſiarcha.

ΣΜΥΡΝΑΙΟΙ. ΣΕΒΑΣΤΟΙΣ. *Smyrnæi Auguſtis.* Auguſto nempe, & Liviæ, quorum in eo nummo capita expreſſa, in Cimelio Regio: & apud Patinum, pag. 56. In parte averſa Aſtarte Dea a Victoria coronatur. Prætoris, ut videtur, nomen adjectum: ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ. ΚΟΛΛΥΒΑΣΙΟΥ. *Dionyſius Collybaſti F.* In alio ſimili eſt ΛΕΟΝΤΙΣΚΟΣ ΙΠΠΟΜΕΔΟΝΤΟΣ, *Leontiſcus Hippomedontis F.*

ΚΑΙΣΑΡΑ ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΤΙ. ΣΕΒ. ΥΙΟΝ. *Cæſarem Auguſtum Tiberium Auguſti filium* colit. In averſa parte: ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. Nummus *Smyrnæorum.* ΚΟΡΩΝΟΣ ΛΙΒΙΑΝ. *Coronus* Liviam, matrem Tiberii colit. Eſt in Cimelio D. Foucault.

ΓΑΙΟΝ. ΛΕΥΚΙΟΝ. ΚΑΙΣΑΡΑΣ. ΣΜΥΡΝΑΙΟΙ. *Caium & Lucium, Cæſares.* Auguſti nepotes, colunt *Smyrnæi.*

ΓΑΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ. ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. Nummus Caji Auguſti F. ex Muſeo noſtro, cum Cancri effigie: quæ in nummis maritimarum urbium ſæpe inſculpta.

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΜΥΩΝΟΣ. Victoria cum palma & corona. *Smyrnæorum Myone* Prætore. Ex parte altera, ΓΑΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ. ΕΠΙ ΛΟΥ. ΘΑΛ. *Caium Cæſarem* Auguſti F. *ſub Lucio Thallo* Proconſule. Apud Triſtanum, tom. 1. pag. 141.

ΔΡΟΥΣΟΣ. ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ. ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. Ille Tiberii natura, iſte adoptione, ut aïunt, filius fuit. Nummus eſt e Cimelio D. Foucault.

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΜΗΝΟΦΑΝΗΣ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΑΓΡΙΠΠΕΙΝΑΝ. Nummus Caji Cæſaris Aug. ex eodem Cimelio. *Smyrnæorum* Prætor *Menophanes*, *Germanicum & Agrippinam*, Caji Auguſti parentes veneratur.

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΜΗΝΟΦΑΝΗΣ ΔΡΟΥΣ. *Druſillam* Caji Aug. ſororem colit. In eodem Cimelio.

ΖΜΥ. pro ΣΜΥ. in nummo Claudii, apud Triſtanum, pag. 188. ut apud Gruterum, pag. 225. DIVO. IVLIO. CIVIT. ZMYRNAEORVM. In ambitu nummi legit idem Triſtanus, ΕΠΙ ΧΡΕΣΧΙΟΥ. ΨΙΛΩΠΑΤ. ac de Pſile inſula uni Plinio memorata accipit, ſic deinde interpretatus: ΨΙΛΩ. ΠΑΤΡΙΣ. *Pſilo patriæ ſub Creſibio, Smyrnæis.* Lege: Α. ΓΕΣΣΙΟΣ ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΣ. *Aulus Geſſius amans patriæ.* Eſt in Theſauro Regio: & in parte antica capita exhibet Claudii & Agrippinæ: ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΣΕΒ. ΑΓΡΙΠΠΙΝΑ ΣΕΒ. Aulum Geſſium jam ſuperius vidimus in nummis ΑΙΖΑΝΙΤΩΝ.

ΕΠΙ ΖΗΝΩΝΟΣ. ΕΦΕΣ. ΣΜΥΡΝ. ΟΜΟ. ὁμόνοια. *Sub Zenone. Epheſiorum & Smyrnæorum concordia.* Diana & Serapis dextras jungunt, in nummo Neronis. Alius ſub eodem Nerone nummus, ΕΠΙ ΤΡΟΦΩΝΙΟΥ, *ſub Trophonio*, in Cimelio D. Foucault. Alius, Α. ΓΕΣΣΙΟΣ ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΣ, *Aulus Geſſius Philopatris.*

ΚΛΑΡΟΣ ΣΜΥΡ. ΕΠΙ ΕΡΜΟΓΕΝΟΥΣ. *Sub Hermogene* Prætore. Neronis nummus, apud Triſtanum, tom. 1. pag. 228. & apud Patinum, pag. 199. & in Theſauro Regio: cum Meletis amnis effigie, quo Smyrne alluitur: quo nummo nihil aliud ſignificatur, quam præcipuum apud Smyrnæos Apollinis Clarii cultum fuiſſe, quanquam præcipuum ejus Dei fanum a Smyrna abeſſet. Sic nummos alios ſingulares accipi oportet, ΝΙΚΑΕΩΝ ΣΑΓΑΡΙΣ, &c.

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΕΠΙ ΒΩΛΑΝΟΥ. Veſpaſiani nummus, apud Triſtan. pag. 291. cum Jovis effigie, victoriolam dextra geſtantis, haſtam læva, cum epigraphe ΑΚΡΑΙΟΣ, de qua ſupra.

ΕΠΙ ΦΙΛΩΝΟΣ. ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. *Sub Philone.* Titi nummus, e Cimelio Regio.

ΤΙΤΟϹ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ. ΔΟΜΕΤΙΑΝΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. Capita duo adverſa: Titi laureatum, Domitiani nudum. ΕΠΙ ΒΩΛΑΝΟΥ. ϹΜΥΡΝΑΙΩΝ. Fluvius, ut proxime. Nummus ex ære minimo egregius, in Cimelio P. Chamillart.

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΕΡΜΟΣ. ΕΠΙ ΒΩΛΑΝΟΥ. *Sub Bolano.* Fluvii decumbentis effigies. Plinius, loc. cit. *A Smyrna Hermus campos facit*, &c. In altera nummi parte, ΔΟΜΕΤΙΑΝΟϹ ΚΑΙ ΤΙΤΟϹ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ. Domitiani & Titi capita adverſa, in Cimelio Regio.

ΔΟΜΙΤΙΑΝΟϹ ΚΑΙϹ. ϹΕΒ. ΓΕΡΜΑΝΙΚΟϹ. ΔΟΜΙΤΙΑ ϹΕΒΑϹΤΗ. In parte averſa, ΕΠΙ ΔΗΜΟϹΤΡΑΤΟΥ ϹΤΡΑΤΗΓΟΥ. ϹΜΥΡ. *Sub Demoſtrato Prætore Smyrnæorum.* Apud Patinum, pag. 167. nunc Cimelii Regii. Eſt & in Cimelio D. Foucault.

ΠΟΛΕΜΩΝ ϹΤΡΑΤΗΓΩΝ ΑΝΕΘΗΚΕ ΣΜΥΡ. *Polemon Prætor poſuit Smyrnæis.* Nummus Hadriani, e Cimelio D. Foucault.

ΕΠΙ ϹΤΡ. ΦΡΟΝΤΕΙΝΟΥ ΦΟΥϹΚΟΥ. ϹΜΥΡ. *Sub Prætore Frontino Fuſco.* Hadriani.

ΕΠΙ ΚΛ. ΠΡΟΚΛΟΥ ϹΟΦΙϹΤΟΥ. ϹΜΥΡ. *Sub Claudio Proclo Sophiſta.*

ΜΕΛΗϹ. ϹΜΥΡ. Μέλης Σμυρναίων. Nummus Sabinæ, apud Spanhemium, pag. 891. Plinius, lib. v. ſect. xxxi. *Smyrna, amne Melete gaudens, non procul orto.* Pauſanias, in Achaïcis, pag. 211. ad fontes ejus amnis aït antrum exſtare, in quo fama ſit ſua carmina ſcripſiſſe Homerum. Statius, lib. III. Sylvar. de Homero:

Smyrna tibi natale ſolum, potuſque verendo
Fonte Meles.

Herodotus, lib. de vita Homeri, pag. 559. Meleſigenem inde eum appellatum tradit.

ΑΝΤΙΝΟΟϹ ΗΡΩϹ. ΠΟΛΕΜΩΝ ΑΝΕΘΗΚΕ ϹΜΥΡΝΑΙΟΙϹ. *Antinous Heros. Polemon poſuit Smyrnæis.* E Gaza Regia, & apud Patinum, pag. 209.

ΕΠΙ ΜΥΡ. ϹΜΥΡΝΑΙΩΝ. Ἐπὶ Μύρωνος. *Sub Myrone.* Nummus Antonini Pii.

ϹΜΥΡ.

ΣΜΥΡ. ΠΕΡΓ. ΕΦΕΣΙΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. Nummus Antonini Pii. Σμυρναίων, Περγαμηνῶν, Ἐφεσίων, ὁμόνοια. Diana Ephesia inter Æsculapium Pergamenorum Deum, & Smyrnen Amazonem, a qua urbi nomen. In Cimelio Reginæ Christinæ.

ΣΜΥΡ. ΕΠΙ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ ΑΠΡΟΝΙΑΝΟΥ. *Smyrnæorum, sub Proconsule Aproniano.* Nummus Antonini Pii, cum Cybeles sedentis effigie, e Cimelio Regio.

ΜΕΙΛΗΣΙΩΝ. ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. Nummus Antonini Pii, e Cimelio Regio, quo utriusque civitatis: Mileti Smyrnæque, concordia significatur: non, uti Tristanus putat, pag. 302. profectos Smyrnæos a Milesiis. Vide nummum ΚΩΩΝ, ΜΙΛΗΣΙΩΝ. In isto Apollo Milesiorum, Smyrnæorum Æsculapius Deus insculptus. Smyrnæ fanum Æsculapii fuisse, testis est Aristides, orat. de concordia ad civitates Asiat. tom. II. pag. 307. Pagina nummi altera, ΑΥ. ΚΑΙ. Τ. ΑΙ. ΑΔΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΣ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Τίτος Αἴλιος Ἀδριανὸς Ἀντωνῖνος.

ΑΤΤΑΛΟΣ ΣΟΦΙΣ. ΤΑΙΣ ΠΑΤΡΙΣΙ. ΣΜΥΡ. ΛΑΟ. Ἄτταλος Σοφιστὴς ταῖς πατρίσι, Σμύρνῃ, Λαοδικείᾳ, subintellige ἀνέθηκεν. *Attalus Sophista patriis suis Smyrnæ & Laodiceæ dedicavit.* M. Aurelii nummus, e Cimelio Regio. Est & Faustinæ junioris nummus huic similis. Vide supra, ΚΑΛΚΑΔΟΝΙΩΝ. Viros qualibet arte insignes in civium numerum urbes sæpenumero plurimæ cooptabant: sic ut multarum civitatum civis vir unus diceretur. Ut ceteris argumentis supersedeam, testis inscriptio vetus apud Gruterum, pag. 314. qua Asclepiades quidam appellatur ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΥΣ, ΕΡΜΟΠΟΛΕΙΤΗΣ, ΠΟΤΙΟΛΑΝΟΣ, ΝΕΑΠΟΛΕΙΤΗΣ, ΚΑΙ. ΗΛΕΙΟΣ, ΚΑΙ. ΑΘΗΝΑΙΟΣ. ΒΟΥΛΕΥΤΗΣ. ΚΑΙ. ΑΛΛΩΝ. ΠΟΛΕΩΝ. ΠΟΛΛΩΝ. ΠΟΛΕΙΤΗΣ, ΚΑΙ. ΒΟΥΛΕΥΤΗΣ. In eo nummo Juppiter Laodiceam signat, a quo ea, ut diximus suo loco, Diospolis est appellata: Smyrnam Cybele turrita sedens, læva innixa cantharo, leone ad pedes adsidente. Cybelen Smyrnæorum Deam Præsidem esse, alii quoque Nummi significant: Cantharus, vini in eo tractu ubertatem declarat. Utrumque Plinius egregie confirmat, lib. XVI. sect. L. *M. Varro auctor est, vitem fuisse Smyrnæ apud Matroum biferam.* Matroum Matris Deûm Cybeles fanum est. In Plinianis libris hactenus editis, Varronisque ipsius, ex quo hæc emanarunt, legitur, *Smyrnæ apud mare.* Sed utrobique mendum exstare haud leve, ex MSS. Plinii exemplaribus feliciter deprehendimus. Nam in Regiæ Bibliothecæ codicibus duobus, Colbertinæ tribus, & Thuanæo, quem Colbertina Bibliotheca servat, Chiffletiano, quem Dalecampius, & Toletano, quem Pintianus vidit, *Smyrnæ apud Matream* scribitur: cum legi haud dubie par sit, *apud Matroum.* Et Μητρῷον certe Smyrnæ fuisse, Matris Deûm Cybeles fanum, Strabo lib. XIV. pag. 646. locupletissimus est auctor. Plinius ipse quoque lib. XIV. sect. VI. ubi de vino Pramnio: *Nascitur Smyrnæ regione, juxta delubrum Matris Deûm.* Hinc hymnos Cybeles μητρῷα vocarunt, quos primus tibia cecinit Sirites, teste Athenæo, lib. XIV. pag. 618. & Julio Polluce, lib. IV. cap. X. Σιρίτης κατηύλησε τὰ Μητρῷα πρῶτος: Dalecampio τὰ Μητρῷα apud Athenæum Cereales hymnos nequicquam reddente. Fuit autem ipsa Deûm Mater & Isis ibi etiam, ut & alibi, appellata: unde *sacerdotem Isidis Smyrnæ* fuisse monet Aristides, tom. I. Serm. sacr. pag. 490.

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΝΕΙΚΟΜ. ΟΜΟΝΟΙΑ. In M. Aurelii nummo, figuræ turritæ duæ dextras jungunt.

ΣΤΡΑ. Μ. ΣΕΛΛΙΟΥ. (forte ΣΥΙΛΛΙΟΥ.) ΟΜΟ. ΣΜΥΡ. ΝΕΙΚΟΜ. Ceres stat, sedente Cybele, in M. Aurelii nummo, e Gaza Regia. *Prætore M. Suillio, Concordia Smyrnæorum, & Nicomediensium.*

ΣΤΡ. ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ ΟΜΟ. ΑΘΗΝΑΙΩΝ. ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. Hoc est: Στρατηγοῦ Ἡρακλείδου ὁμόνοια Ἀθηναίων καὶ Σμυρναίων. *Prætore Heraclide concordia Atheniensium & Smyrnæorum.* Victoria & Pallas stant. Commodi nummus ex ære mediocri. Alius habet: ΕΠΙ ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ. ΣΜΥΡ. ΑΘΗΝΑ. ΟΜΟ. Alius: ΕΠΙ ΔΗΜΟΣΤΡΑΤΟΥ ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ. ΣΜΥΡ. ΑΘΗΝΑ. ΟΜΟ. *Sub Demostrato Heraclida F.* Alius: ΕΠΙ ΣΤΡΑ. ΝΑΙΒ. ΚΥΙΝΤΟΥ. ΣΜΥΡΝΑ. ΚΥΖΙΚΟΣ. *Sub Prætore Nævio Quinto.* Smyrna & Cyzicus. Stant ambæ civitates, Imperatore Commodo inter eas medio. Est e Cimelio D. Foucault.

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ΕΠΙ ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ. Juliæ Mæsæ, e Cimelio Regio, *sub Diogene* Prætore. Amazon templum sustinet.

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΣΤΡ. ΠΟ. ΑΙΛ. ΑΡΙΖΗΛΟΥ. Στρατηγοῦ Πο.... Αἰλίου Ἀριζήλου. Commodi nummus, in quo Cybele curru leonum vehitur, e Cimelio Regio.

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑΣΙΑΣ. Ex parte altera, ΕΠ. Μ. ΑΥΡ. ΤΕΡΤΙΟΥ ΑΣΙΑΡΧΟΥ. *Sub M. Aurelio Tertio Asiarcha.* Apud Spanhem. pag. 693. e Cimelio Reginæ Christinæ.

ΕΠΙ. ΣΤΡΑ. ΚΛ. ΡΟΥΦΙΝΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ. ΣΜΥΡΝ. Commodi nummus e Cimelio Regio. Cybele cum leone.

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟ. ΘΕΑΣ ΡΩΜΗΣ. Roma sedens. *Smyrnæis tertium Neocoris Dea Roma.* Juliæ Domnæ nummus, e Cimelio Regio.

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. Serapidis effigies. Ex parte aversa prora navis, iterumque ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ.

ΣΤΡΑ. ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ. ΟΜΟ. ΣΜΥΡ. ΛΑΚΕΔΑΙ. Commodi nummus, e Gaza Regia, in quo Mars cum Cybele, illo Lacedæmoniorum Deo, ista Smyrnæorum Dea Custode ac Præside. Στρατηγοῦ Ἡρακλείδου. Ὁμόνοια Σμυρναίων, Λακεδαιμονίων. *Prætore Heraclide. Concordia Smyrnæorum & Lacedæmoniorum.*

ΕΠΙ ΣΤΡ. ΚΛ. ΜΕΣΣΑΛΟΥ. ΣΜΥΡ. *Sub Prætore Claudio Messala.* Crispinæ nummus.

ΕΠΙ ΣΤΡΑ. ΚΛ. ΣΤΡΑΤΟΝΕΙΚΟΥ. ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. *Sub Prætore Stratonico.* Cybeles sedentis effigies in Severi nummo, e Gaza Regia.

ΕΠΙ ΣΤΡ. ΚΛ. ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ. ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. *Sub Prætore Claudio Aristophane.* Severi nummus, e Thesauro Regio.

ΕΠΙ ΣΤΡ. Π. ΣΕΚΟΥΝΔΟΥ. ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. *Sub Prætore Publio Secundo.* Ejusdem Severi.

ΕΠΙ ΣΤΡ. Μ. ΑΥΡ. ΓΕΜΙΝΟΥ. ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. *Sub Prætore M. Aurelio Gemino.* Juliæ Domnæ. Sunt & ejusdem Juliæ: ΕΠΙ ΧΑΡΙΔΗΜΟΥ. *Sub Charidemo:* ut & Plautillæ.

ΠΡΩΤΑ ΚΟΙΝΑ ΑΣΙΑΣ. ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΕΠΙ ΣΤΡΑ. ΚΛ. ΡΟΥΦΙΝΟΥ ΣΟΦΙ. Severi & hic nummus est e Gaza Regia, apud Tristanum, tom. II. pag. 96. *Prima Certamina Communia Asiæ apud Smyrnæos, sub Prætore Claudio Rufino Sophista.* Delectam a Communi Asiæ ur-

urbem hanc nummus significat, quo conventus totius Provinciæ fieret, ludique solennes, & in templo ejus oppidi sacra communia, tum primum, Severi nempe principatu, celebrata. Est & Gallieni similis alter apud Tristanum, tom. III. pag. 93. ΕΠΙ CΤΡ. Μ. ΑΥΡ. ΟΡΕCΤΟΥ. CΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ, in nummi ambitu: deinde in corona, mediam aream verba hæc obtinent, ΠΡΩΤΑ ΚΟΙΝΑ ΑCΙΑC CΜΥΡΝ.

CΜΥΡΝΑΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Nummi Juliæ Domnæ, Antonini Severi F. Juliæ Mæsæ, & Severi Alexandri, in Cimelio Regio: quibus nummis civitatis ejus prærogativa significatur, quod ceteræ eo conventum agerent, disceptarentque ibi finitimæ civitates. Neque enim usitatæ illæ in nummis formulæ, CΜΥΡΝΑΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC: & in Augusti numismatibus, Severi Antonini, Getæ, Macrini, Severi Alexandri, Gordiani, Tranquillinæ, & Valeriani, ΕΦΕCΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC. Severi Antonini, Herennii Etrusci, & Valeriani, ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΠΡΩΤΩΝ. Non, inquam, hæ formulæ contentiones tantum inter se se urbium significant, de prærogativæ dignitate, ut visum alias eruditis viris: sed vel ludos primum a Communi Asiæ in ea urbe editos, sub eo Augusto, cujus effigies in nummo est, vel in finitimas civitates jurisdictionem, quod eo deferre causas hæ cogerentur, ut eo foro disceptarent, proptereaque principatum inter ceteras sui quæque tractus obtinerent. Plinius, loc. cit. *Smyrnæum conventum magna pars Æoliæ frequentat* &c. Vide quæ diximus in nummis ΑΜΑCΕΙΑC.

CΜΥΡΝΑΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΤΩΝ CΕΒΑCΤΩΝ. Neocori Augustorum dicuntur, nempe, Antonini & Getæ: (est enim Antonini effigie cusus iste Regiæ Gazæ nummus:) quod in eorum gratiam ludos, certaminaque ederent, & sacra tum tertium facerent. Sunt & Juliæ Domnæ inscripti, ΕΠ. CΤ. ΡΟΥΦΙΝΟΥ. ἐπὶ Στρατηγοῦ Ῥουφίνου. ΕΠ. CΤ. ΚΛ. ΑΡΙCΤΟΦΑΝΟΥC, Κλαυδίου Ἀριστοφάνους.

ΕΠ. CΤΡ. Μ. ΑΥΡ. ΓΕΜΙΝΟΥ. CΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ. Antonini Severi F. e Gaza Regia. Isis, Nemesis, Æsculapius, stantes.

ΑΥ. Κ. Μ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. Ejusdem Antonini, apud Occonem, pag. 383. & in Cimelio Regio. In superficie aversa: CΜΥΡΝ. ΠΡΩΤΩΝ ΤΩΝ CΕΒΑCΤΩΝ ΚΑΛΛΕΙ. ΚΑΙ. ΜΕΓΕΘΕΙ. ΕΠΙ. CΤΡΑΤΗ. ΤΙΒ. ΚΡΗΤΑΡΙΟΥ. Legit Sponius, in Itin. Athen. CΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΠΡΩΤΩΝ. ΑCΙΑC. Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ΤΩΝ. CΕΒΑCΤΩΝ. ΚΑΛΛΕΙ. ΚΑΙ ΜΕΓΕΘΕΙ. ΕΠΙ. CΤΡΑΤΗ. ΤΙΒΕΡΙΟΥ. ΚΑΙ ΚΡΗΤΑΡΙΟΥ. *Smyrnæorum. Primorum* certaminum *Augustalium, pulcritudine & magnitudine. Sub Prætore Tiberio Cretario.* At in nummo ex ære magno ejusdem Severi Antonini, apud P. Chamillart, legitur: ΑΥ. Κ. Μ. ΑΥ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC: & in altera parte, cum Amazonis stantis effigie: CΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ΕΠΙ ΚΡΗΤΑΡΙΟΥ. Cum *Prima per Asiam civitas pulcritudine & magnitudine* Smyrna vocatur, palam est quam recte Plinius, loc. cit. Smyrnam, uti & Ephesum, *alterum Asiæ lumen* appellet.

ΕΠΙ C. ΠΟΛΕΙΤΟΥ. CΜΥΡΝΑΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC Γ. ΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡ. ΤΩΝ CΕΒ. *Sub Prætore Polito. Smyrnæorum qui primi ex Asia tertium Neocori Augustorum* fuere. Severi Alexandri scilicet, & Juliæ Mamææ matris: quorum ille sub Solis effigie, ista sub Lunæ icone adumbratur, in nummo Gazæ Regiæ.

CΜΥΡΝΑΙΩΝ Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ΕΠ. CΤΡ. ΑΝΤΙΟΧΟΥ. *Sub Prætore Antiocho.* Juliæ Mæsæ, apud Tristanum, tom. II. pag. 372. Pallas sedet, hastam læva, dextra victoriolam gerit.

ΕΠΙ ΤΕΡΤΙΟΥ ΑCΙΑΡΧΟΥ. CΜΥΡΝΑΙΩΝ Γ. ΝΕΩΚ. Isis stat & Nemesis, in Gordiani junioris nummo, e Gaza Regia. *Sub Tertio Asiarcha, Smyrnæis tertium Neocoris.*

CΜΥΡΝΑΙΩΝ. Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ΡΟΥΦΙΝΟΥ. CΟΦΙ. Σμυρναίων τρὶς Νεωκόρων. Ῥουφίνου Σοφιστοῦ. *Smyrnæorum ter Neocororum. Rufino Sophista* Prætore. Amazon Smyrne dextra ædiculam, læva bipennem gerit. Tranquillinæ nummus, apud Sponium in Itiner. Athen.

CΜΥΡΝΑΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ. Otaciliæ Severæ nummus, in quo urnæ binæ cum palmis. Apud Sponium, in Itiner Athen.

ΕΠΙ. C. ΦΙΛΗΤΟΥ. ΙΠΠΙΚΟΥ. CΜΥΡΝΑΙΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Tria templa in Valeriani nummo, e Gaza Regia: Valeriano nempe Augusto, & liberis, dicata a Smyrnæis, qui se ter Neocoros Augustorum vocant. *Sub Prætore Philota Hippico.* Ionice, Φιλήτης, pro Φιλώτας dicitur.

CΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ. *Smyrnæorum & Hierapolitarum Neocororum Concordia.* Nummus Gallieni.

ΑΥΤ. Κ. Π. ΛΙΚ. ΓΑΛΛΙΗΝΟC. Capite laureato. CΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΕΠΙ Μ. ΑΥΡ. CΕΞΤΟΥ. *Sub M. Aurelio Sexto.* Smyrna galeata sedet, dextra ædiculam, læva hastam tenet. Æreus est in Cimelio D. Begon.

CΜΥΡΝΑΙΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ΕΠ. CΕΞΤΟΥ. *Sub Sexto* Prætore. Gallieni nummus, e Cimelio Regio.

CΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΠΡΥΤΑΝΕΙC. Apud Seguinum, pag. 27. nunc Cimelii Regii: qua voce Smyrnensium Magistratus indicatur: ut ii essent apud Smyrnæos Πρυτάνεις, qui Consules apud Romanos, apud Pœnos Suffetes: ut uberius explicuimus, verbo ΡΟΔΙΩΝ.

CΜΥΡ. Γ. ΝΕ. ΕΠ. ΠΟΛΛ. ΑΝΘΥ. Σμυρναίων τρὶς νεωκόρων· ἐπὶ Πολλίωνος Ἀνθυπάτου. *Sub Pollione Proconsule.* E Cimelio Regio. Ex parte aversa, ΙΕΡΑ CΥΝΚΛΗΤΟC, *sacer Senatus.* Isis & Nemesis, in eo nummo stant. Isidis Sacerdotem Smyrnæ fuisse auctor est Aristides, tom. I. serm. sacr. I. pag. 483. Πολλίωνος ἄρχοντος Ἀσίας meminit idem, serm. 4. pag. 611. Nemesis in Smyrnæorum nummo altero, sub Commodo.

CΜΥΡΝΑΙΩΝ. Ex parte altera, ΖΕΥC ΑΚΡΑΙΟC. Juppiter *Acræus,* quæ vox Jovem plerumque sonat, qui præest arcibus: ut apud Pausaniam, in Atticis, pag. 1. Ἀκραία Ἀφροδίτη. In Corinth. pag. 66. Ἥρα Ἀκραία. Nunc vero qui a Smyrnæis colitur Ζεὺς Ἀκραῖος, is est, cujus in promontorio Smyrnæorum fanum fuit: quod promontorium hodieque nautis & mercatoribus, Italico idiomate, a S. Joannis æde, *S. Giovanni d'Acri* vocatur.

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΞΕΝΩΝΔΗΣ. E Museo nostro. Ionice scilicet, pro Ξενώνδας. Ut a Charon, fit Charondas, ab Ἐπαμείνων, Ἐπαμεινώνδας, per syllabæ unius epenthesin, sic a Ξένων, fit Ξενώνδας. Et est id summi Magistratus in eo nummo nomen.

ΖΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΠΕΡΓΑΜΗ. Vide ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ.

ΑCΙΑ. CΜΥΡΝΑ. Asiam turrita mulier ex-

exhibet, læva hastam vibrat, generositatis insigne, cujus gratia & Damea olim vocitata est, auctore Eratosthene, ut diximus in nummo ΜΥΡΙΝΑΙΩΝ. Smyrne Amazon bipennem gerit, vulgare fere Amazonum symbolum. In summa nummi parte, ΟΜΟΝΟΙΑ, *Concordia* scilicet, fœdusque initum Smyrnæos inter ac reliquas Asiæ civitates, quod quidem foco ibi posito ante pedes, pateraque, qua libare videtur Asia, planissime significatur. In parte ima, ΕΠ. C. ΠΩΛΛΙΑΝΟΥ. Nos legi ΠΩΛΛΙ. ΑΝΘΥ. jubemus, hoc est, Ἐπὶ Στρατηγοῦ Πωλλίωνος Ἀνθυπάτε, *Sub Prætore Pollione Proconsule*, & quod apud Aristidem, ut diximus, Πωλλίων occurrit, ἄρχων τῆς Ἀσίας, quod idem atque ἀνθύπατος videtur: & quod ἀνθυπάτους inscribi nummis sæpe vidimus, ΕΦΕCΙΩΝ in primis: & quod denique eundem esse Smyrnæorum Prætorem, Asiæque Proconsulem, qui ob utramqne illam sibi impositam a Communi Asiæ Smyrnæorumque Senatu provinciam, insculpi nummo Asiam Smyrnæamque jusserit, quibus unus præerat, simillimum veri est. In pagina nummi altera, ΑΥ. ΚΑΙ. Μ. ΑΝΤ. ΓΟΡΔΙΑΝΟC. *Imp. Cæsar M. Ant. Gordianus.* Fecit nobis hujusce nummi copiam pro sua singulari humanitate P. Ludovicus Jobert, e Societate nostra.

CΜΥΡ. CΤ. ΠΡΟΚΛΟΥ CΟΦΙCΤΟΥ. Nummus M. Aurelii, e Gaza Regia, in quo muliebri habitu sedet Genius civitatis, hastam puram læva, dextra templum gestitans. Est & alter Faustinæ conjugis, cum Fortunæ vulgari effigie, atque insignibus, temone scilicet, & Copiæ cornu, cum epigraphe, ΕΠΙ. CΤΡ. ΚΛ. ΠΡΟΚΛΟΥ CΟΦΙCΤΟΥ. Ἐπὶ Στρατηγοῦ Κλαυδίε Πρόκλυ Σοφιςοῦ. Is est Claudius Aurelius Proclus, de quo diximus in nummis ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ. Et patria & ætate diversus a Proclo Sophista Naucratite, eodemque Atheniensi, impetrato ibi jure civitatis, de quo Philostratus, lib. II. de vitis Sophist. 598.

CΜΥΡΝΑ. Apud Seguinum, pag. 25. Smyrne Amazon, quæ urbem condidit, bipennem gestat humero. Plinius lib. V. sect. XXXI. *Ab Amazone condita, restituta ab Alexandro Smyrne.* In parte altera, leo: epigraphe CΜΥΡΝΑΙΩΝ. Vel triremis, ut in nummo ex ære minimo, apud P. Chamillart.

CΜΥΡΝΑΙΩΝ ΟΜΟ... ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ. Vide ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ.

CΟΛΟΝΤΙΝΩΝ, apud Parutam. Plinio, lib. III. sect. XIV. in Sicilia, *Solûs.* Nunc *Solunto.* Nummi alii Neptunum cum tridente exhibent, Jovem alii: alii denique Herculem, quod is Soluntem interemit, a quo Soluntini nomen cepere. Auctor Stephanus: Σολῦς, πόλις Κιλικίας, (lege Σικελίας) ὡς Ἑκαταῖος ἐν Εὐρώπῃ. Ἐκλήθησαν ἀπὸ Σολῦντος κακοξένε, ὃν ἀνεῖλεν Ἡρακλῆς. ὁ πολίτης, Σολύντιος, καὶ Σολυντῖνος. *Solûs, urbs Siciliæ, ut auctor est Hecatæus in Europa. Sic autem sunt appellati a Solunte, quem, cum esset in hospites acerbior, Hercules interemit. Gentile nomen, Soluntius, & Soluntinus.* Sunt quibus & papilio insculptus, & Punici characteres: quod Phœnices & Carthaginienses cum Siciliam omnem olim, tum Soluntem in primis tenuere, auctore Thucydide libro sexto.

ΣΠΑΛΕΘΡΑΙΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Caji Cæsaris nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 233. Plinio, lib. IV. sect. XVI. *Spalathra.* Stephano: Σπαλέθρη, πόλις Θεσσαλίας .... τὸ ἐθνικὸν, Σπαλεθραῖος.

ΣΠΑΡΤΩΛΙΩΝ. ΣΩΤΗΡΟΣ. *Servatoris Spartoliorum.* Æsculapii, ut opinor. Stephanus: Σπαρτωλὸς, πόλις Μακεδονίας. τὸ ἐθνικὸν, Σπαρτώλιος.

STA. In suprema parte nummi. In media bos. In ima, epigraphe BOV. Getæ ex Cimelio Regio nummus, quo geminum Campaniæ oppidum signari credimus, Stabias, & Bovillas. De priore Plinius, lib. III. sect. IX. *In Campano autem agro Stabiæ oppidum fuere, usque ad Cn. Pompeium, & L. Catonem.* Nunc loco etiam inter ostia Sarni amnis, & Surrentum, nomen est *Castel a mar di Stabia.* De Stabiano lacte, Galenus lib. V. Meth. med. Symmachus, lib. VI. ep. XVII. *Stabias ire desiderant, ut reliquias longæ ægritudinis armentali lacte depellant.* De posteriore, in mediterraneis Campaniæ oppidis, *Bovillæ.* Affertur hic nummus a Patino, pag. 317. nec in explanando eo satisfacit.

ΣΤΑΣΙΩΝ. Vidisse se nummum hunc, cum Solis effigie, & mali Punici flore, vulgatis Rhodiorum insignibus, Spanhemius asseverat, lib. de usu Numism. pag. 286. nec quo spectet ille, expedire se posse fatetur.

ΔΗΜΟC. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC. CΤΑCΙΟC. Elagabali nummus, allatus ab eodem Spanhemio, loc. cit. ex Ligorii collectaneis. Vide nummos Metropolitarum in Ionia.

ΣΤΕΚΤΟΡΗΝΩΝ. ΕΠΙ CΤΡ. ΠΑΥΛΟΥ. *Sub Prætore Paulo.* Nummus Faustinæ Aurelii in Cimelio Regio, qui cervum insculptum præfert. In Notitia Eccles. pag. 39. Provinciæ Phrygiæ Salutaris Σεκτόριον quarto loco censetur: pag. 4. Στεκτόριον septimo decimo. Et apud Leunclavium, pag. 94. ὁ Στεκτορίε. Et in Conc. CP. V. pag. 5. Παῦλος τῆ Στεκτορίε ἐπίσκοπος. Sed ex nummo certissima ejus loci appellatio repetenda, Στεκτόριον. Unde in hoc Pausaniæ loco, e Phocicis, pag. 344. vers. 4. Ἐν ὅροις πεποίηται Φρυγῶν ἐς Τεκτορηνῶν, addita ex præcedente vocabulo litterula, leges, ἐς Στεκτορηνῶν. Et apud Ptolemæum, lib. V. cap. II. in majoris Phrygiæ oppidis, ubi Ἰσόριον vel Ἐτόριον perperam scribitur, Στεκτόριον tu repone.

STOBENSIVM.

MVNICIPI. STOBENSIVM. Severi nummus apud Patinum in Indice, pag. 18. & alter Antonini F. apud Tristanum, tom. II. pag. 175. itemque Getæ, apud Mediobarbum, pag. 305. & Elagabali ibidem, pag. 314. victoriam cum palma & corona exhibet. Vespasiani, Titi, Domitiani, & Trajani, templum quatuor columnarum, apud Mediobarbum, pag. 118. & 127. Juliæ Domnæ, apud Patinum in Indice, pag. 19. & Mediobarbum, pag. 283. victoriam, aliudve Numen, quod dextra hastam, læva Copiæ cornu gerit, pedibus dracone implicitis. Plinio, lib. IV. sect. XVII. in Macedonia, *Oppidum Stobi civium Romanorum.* Ulpianus, libro L. Dig. tit. XV. de Censibus: *Stobenses juris Italici sunt.* Apud Occonem, pag. 194. Trajani nummus, SIDOBENSIVM, aut SIOBENSIVM, inquit: cum utrovis modo legas, error sit minime obscurus, pro STOBENSIVM. In eo nummo templum, in quo hastata Pallas.

ΣΤΡΑΤΟΝΙΚΕΩΝ.

ΕΠΙ ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΑΡΙCΤΕΟΥ. CΤΡΑΤΟΝΙΚΕΩΝ. *Sub Claudio Aristea.* Nummus Antonini Pii.

ΑΥΡΗΛΙΟC ΟCΤΙΛΙΑΝΟC. CΤΡΑΤΟΝΙΚΕΩΝ. *Aurelius Hostilianus* Prætor. Nummus est M. Aurelii.

CΤΡΑΤΟΝΙΚΕΩΝ. Getæ nummus, in Cimelio Regio, & apud Patinum, pag. 319. Ceres ibi cum gemina face, biga draconum vehitur. Alter quem vidimus, alatam Victoriam exhibet: ex antica parte, Numinis ignoti, Dei forte Luni effigiem. Nummus Juliæ Domnæ, Jovem: Severi Antonini, Junonem, ΕΠΙ ΑΥΡ. ΔΙΟΝΥCΟΥ, *sub Aurelio Dionyso.* Gordiani Pii, Fortunam

tunam sive Annonam, ΕΠΙ ΛΑΚΙΝΙΟΥ, *sub Lacinio.* Plinio, lib. v. sect. xxix. in Caria, *Stratonicea libera.* Decreto, ut quidem videtur, Cæsaris Dictatoris, cujus Tacitus libro iii. Annal. meminit. Strabo, lib. xiv. pag. 660. in agro Stratoniceno fana fuisse duo admonet, Jovis, & Hecatæ: de Cerere silet. Stephano: Στρατονίκεια Καρίας . . . ὁ πολίτης, Στρατονικεύς. Hos nummos Tristanus, tom. ii. pag. 272. & alii, alio frustra ablegant.

ΣΤΥΜΦΑΛΙΩΝ. Græciæ Veteris nummi, apud Goltzium, Tab. xi. In his Hercules cum leonis exuviis clavam attollit: addita vocula ΣΩ. qua Σωτὴρ *Servator* Hercules appellatur. Tamen ille volucres, quibus ab eo oppido nomen fuit, non clava, sed sagittis interfecit. Hyginus, fab. xxx. *Aves Stymphalides . . . . quæ emissis pennis suis jaculabantur, sagittis Hercules interfecit.* Lucretius libro v.

Uncisque timendæ
Unguibus Arcadiæ volucres Stymphala colentes.

Strabo, lib. viii. Λίμνη Στυμφαλὶς, ἐν ᾗ τὰς ὄρνις μυθολογοῦσι τὰς ὑπὸ τοῦ Ἡρακλέους τοξεύμασι καὶ τυμπάνοις ἐξελαθείσας, καὶ αὐτὰς καλοῦσι Στυμφαλίδας. *Stymphalides volucres, quas Hercules sagittis & tympanis expulerit.* Ex parte altera Junonis caput: quam educatam Stymphali Deam, triaque ibi fana habere Pausanias admonet, in Arcadicis, pag. 253. Plinio, lib. iv. sect. x. *Stymphalum.* Stephano: Στύμφαλος, πόλις Ἀρκαδίας . . . τὸ ἐθνικὸν, Στυμφάλιος.

SVESSANO. Nummus e Museo nostro, in quo gallinacei effigies, ut in Caleni Teanique nummis: & Palladis caput. Plinio, lib. iii. sect. ix. *Coloniæ: Suessa, Venafrum,* &c. Apud Gruterum, pag. 1093. COLONIA. IVLIA. FELIX. CLASSICA. SVESSA. Nunc *Sessa* dicitur, in Latio.

SVESANO. Herculis leonem suffocantis, Mercuriique petasati effigiem hi nummi præbent. Apollinem alii, & Minotaurum, qualis in Neapolitanorum nummis occurrit. Apud Goltzium, in Magna Græcia, Tab. xviii.

ΣΥΒΑΡΙΤΩΝ.

ΣΥΒΑ. Nummus e Magna Græcia Goltzii, Tab. xxxv. Plinio, lib. iii. sect. xv. *Sybaris.* Stephano: Σύβαρις, πόλις Ἰταλίας . . . . ὁ πολίτης, Συβαρίτης. Nunc jacet: in Tabulis signatur ruderibus nomen, *Sibari rovinata.*

CΥΕΔΡΕΩΝ. M. Aurelii, & Maximi nummi, in Cimelio Regio, cum Jovis effigie. In nummo Commodi, Æsculapius est: in Antonini & Getæ, Diana cum Venere: in Gordiani, Fortuna, Mars, & Mercurius: in Philippi denique junioris nummo, tres Charites. Urbs est Isauriæ, neglecta Plinio, Stephano memorata: Σύεδρα, πόλις Ἰσαυρίας . . . . ὁ πολίτης, Συεδρεύς. In Notitia Eccles. pag. xv. inter Episcopos Prov. Pamphyliæ, ὁ Συέδρων. Et pag. 31. Σύεδρα. Apud Goltzium in Thesauro, pag. 231. CΕΥΔΡΕΩΝ, litteris præpostere permutatis, pro CΥΕΔΡΕΩΝ. Errorem Goltzii & Occo hausit, pag. 273.

ΣΥΜΑΙΩΝ. Nummi e Vetere Græcia Goltzii, Tab. xxiii. Plinio, lib. v. sect. xxxvi. *Inter Rhodum Cnidumque Syme.* Stephano: Σύμη, νῆσος Καρική . . . . τὸ ἐθνικὸν, Συμαῖος. In hisce nummis insculpta Ceres cum spicis frumenti in eo agro ubertatem innuunt.

ΣΥΝΝΑΔΕΩΝ.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ. ΣΥΝΝΑΔΕΩΝ. ΟΥΑΛΕΡΙΟC ΑΝΘΥΠ. Nummus Augusti, cum Jovis effigie. *Valerius Proconsul.* Est & in M. Aurelii nummo Jupiter: in L. Veri, Bacchus: ΕΠΙ Π. ΑΤΤΑΛΟΥ, *sub Publio Attalo.* In nummo Severi, Æsculapius & Hygia, ut & in Juliæ Domnæ: in Macrini denique, Genius Synnadæ, & Ioniæ.

ΖΕΥC ΠΑΝΔΗΜΟC. ΣΥΝΝΑΔΕΩΝ. Domitiani nummus, apud Patin. pag. 166. quo Synnadensis conventus præses Juppiter appellatur. Plinius, lib. v. sect. xxix. *Alter conventus a Synnada accipit nomen.* Stephanus: Σύνναδα, πόλις Φρυγίας . . . . ὁ πολίτης, Συνναδεύς. Similis alter Nervæ apud eumdem, pag. 172. & in Cimelio Regio, ΔΙΑ ΠΑΝΔΗμον, ΣΥΝΝΑΔΕΙΣ, cum Jovis sedentis effigie, *Iovem totius conventus præsidem* vocat. Sic Ἀφροδίτην Πάνδημον Venerem totius populi Præsidem ab Atheniensibus coli Theseus voluit, cum in unam civitatem ex agris Atheniensem populum compulisset. Auctor Pausanias in Atticis, pag. 20. Ἀφροδίτην δὲ τὴν Πάνδημον, ἐπεί τε Ἀθηναίους Θησεὺς ἐς μίαν ἤγαγεν ἀπὸ τῶν δήμων πόλιν, αὐτήν τε σέβεσθαι κατέστησε.

CΥΝΝΑΔΕΩΝ. Caput Herculis, in nummo vetere Cimelii Regii: cujus ex parte aversa templi effigies est, cum oleæ ramis utrique posti affixis, & epigraphe ΔΩΡΙΕΩΝ. ΙΩΝΩΝ. Quibus verbis significantur communia utriusque gentis sacra, Doridis scilicet & Ioniæ, in eo Synnadensi fano, communiaque certamina, in ea civitate edita. Tristanum hæc aliter accipientem, tom. ii. pag. 202. nihil moramur, adstipulante nobis Herodoto, ut dicturi sumus in nummis ΦΡΥΓΙΩΝ.

ΣΥΝΝΑΔΕΩΝ. ΜΕΛΙΤΩ. ΑΘΗΝΑΙΟΥ. Malum granatum, spica, pileique Castorum. *Synnadensium, sub Melitone Athenæi F.* Ex parte altera, Jovis caput: e Cimelio Regio.

ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ, & ΣΥΡΑ. In nummis Musei nostri passim, & apud Parutam: cum effigie Jovis & epigraphe, ΖΕΥΣ ΕΛΕΥΘΕΡΙΟΣ, *Juppiter Liberator.* Notum Siciliæ oppidum Syracusæ, *Syracuses.*

ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ, cum Dianæ Venatricis effigie & epitheto ΣΩ, hoc est, Σώτειρα, *Servatrix*, apud Parutam, num. 28. &c. Cicero in Verrem, orat. iv. ubi de urbe Syracusis. *In ea sunt ædes sacræ complures: sed duæ, quæ longe ceteris antecellunt: Dianæ una: & altera, quæ fuit ante istius (Verris) adventum ornatissima, Minervæ.* Accedit huc fabula quam Pindari Schol. refert, in Nem. ode i. captum amore Dianæ Alpheum, ipsam in Siciliam secutum: ibique fontem Arethusam exstitisse: dictumque hinc Dianam Alpheam. Vide & Diodorum Sicul. lib. v. Bibl. Captæ sunt a Marcello Syracusæ, cum festum Dianæ agerent, teste Plutarcho in Marcello.

ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ, cum Apollinis pharetrati icone: quem Apollinem esse Temeniten puto, qui Syracusis colebatur, teste Tullio, in Verrem orat. iv. *Urbem Syracusas maximam esse Græcarum urbium, pulcherrimamque omnium, sæpe audistis . . . . . Et tanta est urbs, ut ex quatuor urbibus maximis constare dicatur . . . . . Præterea duo templa sunt egregia: Cereris alterum, alterum Liberæ: signumque Apollinis, qui Temenites vocatur, pulcherrimum & maximum.* Vide & Thucydidem lib. vi. Est autem Τέμενος Græcis, quod fanum seu templum Latinis. De aliis Syracusanorum fanis, Æsculapio sacris, aut Libero, aliisque, Tullius, loc. cit.

ΣΥΡΑΚ. Cum Palladis galeatæ effigie, apud Parutam, num. 21. cujus Deæ ædem ex Tullio ibi fuisse proxime vidimus. Sunt & quibus insculpta noctua, Palladis symbolum, num. 54.

ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ. Nummi plurimi, cum quadrigis, bigisve, certaminum ac victoriarum indicibus. Pindarus, in Pyth. Ode ii. Μεγαλοπόλιες, ὦ Συράκοσαι, εὐάρματος Ἱέρων ἐν ᾇ καρτερῶν &c. *Magna urbs, ô Syracusæ, in qua Hieron curru felix, victoria potitus, &c.* Olim autem quadrigæ,

drigæ, ut id obiter animadvertamus, junctos ἐκ παρατηλῶν equos habebant quatuor, uti ex hisce nummis quadrigatisque denariis liquet: non ut in nostris duo præeunt, totidem sequuntur.

ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ. Pallas armata, belli Dea præses: & ex parte aversa Pegasus, apud Parutam num. *67. 68. 69.* &c. Cusi fortassis ii nummi a Carthaginiensibus, dum rerum in Sicilia potirentur, quod Medusa, cujus ex sanguine Pegasus natus fingitur, Afra fuit, Phorcynos Cyrenæi filia, ut ait Palæphatus in fabulis. Silius certe lib. XIV. inter signa navium Punicarum Sicularumque Pegasum enumerat:

At vinclis trahitur cognata in littora Anapus,
Gorgoneasque ferens ad sidera Pegasus alas.

At Pegasum nos idcirco potius insculptum hic remur, ut in Corinthiorum nummis, quod *Corinthus*, teste Velleio, lib. II. *Syracusarum genitale solum* fuit, sive μητρόπολις, quo sensu accipi hanc vocem oportere ex Themistio diximus, verbo ΑΜΑΣΕΙΑΣ.

ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ, cum Cereris effigie, cujus in capite spicæ, qui & illius Deæ ornatus solennis est, quare *Spicifera Ceres* a Manilio dicitur: & idem ubertatis Siculæ argumentum. Apud Parutam, num. *95.* De Cereris æde, quæ Syracusis fuit, ex Tullio diximus. Sunt & in eo nummo faces accensæ, quibus usa Ceres fertur in fabulis, cum Proserpinam quæreret.

ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ Caput Jovis Olympii, cum fulmine: ex parte altera Pegasus: apud Parutam, in nummis Syracusiorum, num. 1.

ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ. Hercules leonem suffocat, apud Parutam, num. 26. Clava Herculis alibi solum insculpta, num. CXI. De fano Herculis prope Syracusas, vide Plutarchum in Nicia. Ejus fani ruderibus superstructam aiunt ædem Magdalenæ sacram.

ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ. In corona e spicis. Paruta, num. 97.

ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ. Leo, apud Parutam, num. 99. & 100. Fuisse vicum, locumve, prope Syracusas, cui Λέοντος nomen foret, Thucydides auctor est libro VI. & Livius lib. XXIIII.

ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ. Caput Apollinis laureatum. Ex altera nummi parte, Diana, soror Apollinis, cujus iterum ibi quoque cithara insculpta. Epigraphe, ΣΩΤΕΙΡΑ, *Servatrix.* Apud Parutam, num. 3.

ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ. Tripus. Ex parte antica, caput Apollinis laureatum: pone, equi caput, Carthaginiensium typus. Apud Parutam, num. 8.

ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ. Aquila fulmini insidet. Ex parte altera, Jovis caput forma & habitu juvenili, cum laurea corona, simul & spicea. Apud Parutam, num. 8. Epigraphe, ΔΙΟΣΕΛΛΑΝΙΟΥ, Dorice pro Ἑλληνίου, *Iovis Græci*, sive *Græcanici.* Sic Ἑλλήνιον τέμενος, fanum Græcum in Ægypto, teste Herodoto in Euterpe, fuit.

SYRIA.

ΚΟΙΝΟΝ ΣΥΡΙΑΣ. *Commune Syriæ.* Trajani nummus apud Tristanum, tom. I. pag. 417. & in Museo nostro, in quo caput turritum ac velatum, ex ære minimo. Vide ΚΡΗΤΩΝ ΚΟΙΝΟΝ, &c. Est & Juliæ Domnæ, apud eundem tom. II. pag. 138. qui nummus ipsius Augustæ in templo effigiem præfert.

ΣΥΡΙΩΝ. M. Aurelii & L. Veri nummus, cum palmæ icone: & vultu gemino rursum in aversa parte, Commodi & Annii Veri: in Thesauro Regio. Palma admonet non Syron insulam e Cycladibus intelligi hic oportere: sed Syriam Asiæ provinciam.

ΣΦΗΚΕΙΩΝ. Nervæ nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 233. Stephano: Σφήκεια, πόλις Εὐβοίας. τὸ ἐθνικὸν, Σφηκεύς. Addi oportuit, & Σφήκειος.

T

TABHNΩΝ. Domitiani & Domitiæ nummi, in quibus est cervi effigies. In Notitia Ecclesiastica Hieroclis, in Provincia Cariæ, Τάβαι. Tabas alteras Lydiæ adscribit Stephanus. Utriusque civitatis incola, ὁ Ταβηνός. Est & in Cimelio Magni Ducis Etruriæ, nummus M. Aurelii, cum Diana: & Severi Antonini, cum Sphinge & leone.

TALABRIGA MVN. Galbæ, e Thesauro Goltzii, pag. 244. Plinio, lib. IV. sect. XXXV. *Oppidum Talabrica*, in Lusitania. E Talabricæ ruderibus Alveirum oppidum est excitatum, *Aveiro.*

TAMAΣITΩΝ. Nummi duo apud Goltzium in Græcia Vetere, Tab. XXVII. Plinio, lib. V. sect. XXXV. *Tamaseus.* Stephano: Ταμασσὸς, πόλις Κύπρου... τὸ ἐθνικὸν, Ταμασίτης, καὶ Ταμάσιος. In eo nummo turritum caput, templumque Veneris Paphiæ, cum ejus Deæ simulacro, metæ effigie. Vide ΚΥΠΡΙΩΝ.

TANAΓΡΑΙΩΝ.

TA. In Græcia Goltzii, Tab. XVII. cum effigie dimidiati equi, cujus collo corona ex olea circumdata, relatæ in curuli certamine victoriæ symbolum: ex parte altera clypeus est, commune, ut diximus, Bœotorum insigne. Plinio, lib. IV. sect. XII. *Tanagra, liber populus.* Stephano: Τάναγρα, πόλις Βοιωτίας... ὁ πολίτης, Ταναγραῖος.

TANA. Ταναγραίων. Nummus Germanici, e Gaza Regia. Apollo nudus, arcum læva, dextra ramum tenet. Est & in Cimelio D. FOUCAULT, ex ære minutissimo: ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ, capite nudo: & in aversa parte, TANA.

TANAΓΡΑΙΩΝ. Nummus Pescennii Nigri, e Cimelio Illustriss. Ep. Glandavensis: sed recens & adulterinus.

TANITΩΝ.

TANI. L. IA. Τανιτῶν. Λυκάβαντος ιά. hoc est, *anno undecimo* Hadriani Imp. cujus principatu nummus ille cusus est, quem in Regia Gaza vidimus. Patinus, pag. 197. KANI. perperam legit, quæ vox nihili est. Stephano: Τάνις, πόλις μεγάλη Αἰγύπτου. ὁ πολίτης, Τανίτης. Plinio, lib. V. sect. IX. *Tanites* nomos, & sect. XI. *Taniticum* ostium Nili. In Notitia Eccles. pag. 55. Τάνις Provinciæ Ægypti Augustamnicæ adscribitur. Dissitam a Damiata unius fere diei itinere Tanin aiunt scriptores belli sacri, Vincentius, Antoninus, & alii. Nec Damiata Tanis itaque est, nec Pelusium, ut suo loco monuimus: sed oppidum utroque recentius, ab Ælio Hadriano, vel ab Ælio Cæsare conditum, & cognominatum: nam *Æliopoleos* nomen olim habuit, ut Spondanus animadvertit, ad annum Christi MCCXVIII. num. 1. Fallitur porro Holstenius, in Annot. ad Geograph. sacram, pag. 176. & qui ei præivit, Carolus a S. Paulo, cum Ταμιάθιν Stephani, cui præfuere Elpidius & Bassus Episcopi, Damiatam esse arbitrantur. Damiatam enim esse constat intra Delta, in Provincia Augustamnica, cujus metropolis Pelusium fuit: Ταμιάθη vero, sive Ταμίαθις procul inde, plurium dierum intervallo, ultra Memphim, ipsumque Delta; in Arcadia Ægypti Provincia locum habuit, cujus metropolis Oxyrynchus fuit, Hierocle teste, seu quisquis ille est, cujus opera ac studio concinnata exstat antiqua Notitia, pag. 55. Arcadia vero dicta ea provincia est, vel ab Arcade rege, ut vult Eustathius: vel, uti verius arbitror,

tror, quod ut Achaiæ umbilicus Arcadia est, mediterraneaque tota regio; sic tractus ille medium obtinet in Ægypto situm, ceteris undique cinctus nomis, sive præfecturis.

TAOYIANΩN.

CE. TPO. TAOYIANΩN. Nummus Severi e Cimelio reginæ Christinæ: & alter Juliæ Domnæ ex Gaza Regia: quem interpretari liceat, Σεπτιμίας vel Σεουηριανῶν Τρόκμων Ταουιάνων. Ut id ei nomen a Septimio Severo inditum intelligas, cui conjux Julia Domna fuit. Figura muliebris in rupe sedet, amne pro pedibus emergente, quo typo oppidi situs indicatur. Est & Severi Antonini alius similis, in Cimelio Magni Etruriæ Ducis, cum ara & serpente, quod est Æsculapii symbolum. Alius Severi, ibidem, in quo Apollo insculptus cum lyra, sub lauro. Plinius, lib. v. sect. XLII. *Oppidum Trocmorum Tavium*, in Galatia. In Conc. CP. V. collat. I. pag. 416. subscribit *Anastasius Episcopus Tabiæ, vicem agens Dorothei Episcopi Ancyræ.* In Notitia Hieroclis, pag. XI. Ἐπαρχία Γαλατίας. ὁ Ἀγκύρων. ὁ Ταβίας, &c. Et pag. 33. Ταβία. Vide notas in Plinium.

TAPANTINΩN.

TAPAΣ, Tarenti conditor. Nummus ex argento, quo Taras ipse delphino vehitur, in Museo nostro. Plinius, lib. III. sect. XVI. *Tarentum, oppidum Laconum* &c. Stephanus: Τάρας, πόλις Ἰταλίας, καὶ ποταμὸς ὁμώνυμος. . . ὁ πολίτης, Ταραντῖνος. Nunc quoque *Tarente.* Julius Pollux, lib. IX. cap. VI. Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ταραντίνων πολιτείᾳ φησὶ, καλεῖσθαι νόμισμα παρ' αὐτοῖς νοῦμμον, ἐφ' οὗ ἐντετυπῶσθαι Τάραντα τὸν Ποσειδῶνος, δελφῖνι ἐποχούμενον. *Aristoteles in Tarentinorum Republica ait, numisma ab ipsis nummum vocari, eique insculptum esse Tarantem Neptuni F. delphino vectum.* Apud Goltzium, in Magna Græcia Tab. XXXII. alteram nummi aream obtinent victores e ludo aut certamine, in equis sedentes, coronamque dextra præferentes, adscriptis nominibus, ΕΥΚΛΕΙΔΗΣ, ΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΗΣ, &c. Sunt & in quibus eques insculptus, quem Phalantum esse arbitramur, quo duce coloniam Lacones Tarentum duxere, teste Pausania in Phocicis, seu lib. X. pag. 326. Huic enim divinos honores decretos a popularibus suis auctor est Justinus, lib. III. cap. IV. Gerit is læva clypeum, cui delphin insculptus: quo vectum ad littus ipsum ferunt, navi in Crissæo mari fracta, ut idem Pausanias refert, pag. 329.

TAPAΣ. Apud Goltzium, in Magna Græcia, Tab. XXXI. Hercules leonem clava conficit. Tarentini cum Jove Herculem coluere, cujus simulacrum Romam Fabius Tarento transtulit. Plinius, lib. XXXIV. sect. XVIII. *Fabius Verrucosus, cum Herculem, qui est in Capitolio, inde transferret*, &c.

TARRACO.

DEO AVGVSTO. Sedet ipse, & Victoriam læva tenet. Alius Tiberii vultum & nomen habet: in aversa parte, Templum. Epigraphe: C. V. T. T. AETERNITATIS AVGVSTAE. Est apud Anton. August. Dial. VII. Alius habet: DIVVS AVGVSTVS PATER, Capite radiato.

C. V. T. In Museo nostro, Tiberii nummus. *Colonia Victrix Tarraco.* Similes sunt & Augusti nummi, tum in Cimelio Regio, tum in Museo nostro, & apud Patin. pag. 61.

C. L. CAES. AVG. F. C. V. T. *Caius, Lucius, Cæsares, Augusti filii. Colonia Victrix Tarraco.* In Cimelio Regio, & apud Patinum, in Indice, pag. 4.

C. V. T. T. In Cimelio Regio. Has singulares litteras Ant. Augustinus, Dialog. II. de antiq. veterum numism. sic interpretatur: *Colonia Vetus Togata Tarraco.* Nos *Victrix*, quam *Vetus* malumus: nam *colonia vetus*, aut *colonia nova*, nusquam quidem, quod sciam, in nummis exstat. Inscriptiones Gruteri duæ, pag. 419. COL. I. V. T. TARRAC. *Colonia Iulia Victrix Togata Tarraconensis.* De Togatæ cognomine, vide Anton. August. Dialog. VII. Antiquitatum in nummis veterum, pag. 105. Sic Lampridius certe in Commodi vita, Carthaginem coloniam auctor est ab eo cognominatam, Alexandriam Commodianam Togatam. At nos rectius dici, *Colonia Victrix Turrita Tarraco*, arbitramur, quoniam ita prodidit haud dubie Plinius, lib. III. sect. IV. *Colonia Tarraco, Scipionum opus*, quo quidem loco non coloniam ait Tarraconem a Scipionibus esse deductam: sed oppidum turribus munitum: hoc enim est dignum Scipionibus *opus*. Hodie *Tarragona*, in ora Catalauniæ. Inscriptio apud Gruter. pag. 382. COL. TARRAC. In eo porro Augusti nummo, quem hic repræsentamus, nummi aream ara obtinet, ex qua palma enascitur: quo symbolo quid indicetur, M. Fabius Quintilianus docet, ut ante nos vidit Ant. August. Dial. II. Antiq. pag. 13. Is enim auctor est, in dictis Cæsaris Augusti, lib. VI. cap. IV. Inst. Orat. enata palma in ara ipsi consecrata, misisse Tarraconenses legatos, gratulatum Romam, quod victoriæ omen, atque æternitatis symbolum palma in ejus ara extitisset. *Apparet*, respondit ille, *quam sæpe accendatis.* Intellexit nimirum Augustus nasci herbam, aut arboris ramos in ara sacrificiis atque ignibus minime frequentata.

TAPΣOY.

TAPΣOY MHTPOΠOΛ. Nummus Augusti. Templum exhibet, cujus in fronte scriptum est, OPEOIΣ KIΛIKIAΣ. In alio simili Nervæ, aliisque Antonini Pii, & Commodi, legitur in Templi fronte, KOINON KIΛIKIAC. In M. Aurelii, KOINOC KIΛIKIAC, subintelligo, ναός.

ΔΙΟC TAPCEΩN MHTPOΠ. *Jovis Tarsensium Metropoleos.* Juppiter in eo Hadriani nummo sedet.

AΔPIAN. TAPCOY MHTPOΠOΛEOC NEΩKOPOY. KYΔNOC. Nummus Hadriani, cum figura fluvii decumbentis. Et alter Sabinæ, apud Mediobarbum, pag. 187. Plinio, lib. v. sect. XXII. *Cydnus* amnis *Tarsum liberam urbem procul a mari secans.* In altero viri nummo e Gaza Regia additur, OMONOIA CEBACTΩN. *Concordia Augustorum*, stantque Impp. duo in ea nummi superficie.

API. KAI. ΘE. TPA. ΠAP. YIOC NEP. TPAI. AΔPIANOC. CEB. Capite radiato: in medio Π. Π. Hoc est: Ἀρίστου Καίσαρος Θεοῦ Τραιανοῦ Παρθικοῦ υἱὸς Νερούας Τραιανὸς Ἀδριανὸς σεβαστὸς, πατὴρ πατρίδος. *Optimi Cæsaris Divi Trajani Parthici filius, Nerva Trajanus Hadrianus Augustus, Pater Patriæ.* In altera nummi superficie, caput Sabinæ: CABEINA CEBACTH. Deinde nomen urbis: AΔPI. TAPC. MHTPOΠOΛEΩC A. K. *Hadrianæ Tarsi, quæ metropolis prima Ciliciæ.* Ex argento magno nummus, in Museo D. Rigord.

AΔPIANHC TAPCOY MHTPOΠOΛEΩC. Antinoi in Cimelio Regio, cum epigraphe altera, ANTINOOC HPΩC. Item M. Aurelii, L. Veri, Commodi, & Crispinæ. Ex quibus Hadriani nummum pæne exesum, quem Patinus affert, pag. 203. AΔPIAN.... MHTPOΠOΛIC, refertque ad nescio quam Hadrianopolim, vel Hadrianeam, sic explendum, farciendumque intelligas: AΔPIANH. TAPCOC. MHTPOΠOΛIC.

TAPCEΩN MHTPOΠOΛEΩC KIΛI-

ΛΙΚΙΑC. Antonini Pii, e Gaza Regia. Genius civitatis turrito capite ſpicas porrigit: amnemque Cydnum pede proterit.

ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΤΑΡCΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠ. Ejuſdem Antonini Pii.

ΑΔΡΙΑΝΗC ΚΟΜΟΔΙΑΝΗC ΤΑΡ. (Ταρσοῦ) ΔΙC ΝΕΩΚ. Commodi nummus eſt cum templo gemino: in fronte prioris eſt ΚΟΙΝΟΝ: in alterius fronte, ΚΙΛΙΚΙΑC.

ΤΑΡCΟΥ ΜΗΤΡΟΠ. ΔΙC ΝΕΩΚ. Templum, in cujus fronte, ΚΟΜΟΔΕΙΑ, ſacra in honorem, vel pro ſalute & incolumitate Commodi.

ΚΟΜΟΔΕΙΟC ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΟC ΤΑΡCΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC ΔΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Commodianus ἀγὼν Oecumenicus, Tarſi metropoleos, bis Neocororum.* Commodi nummus e Gaza Regia. Sic ſupra ΙΕΡΟC ΑΓΩΝ ΝΙΚΑΙΕΩΝ, ejuſdem Commodi. ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΚΟΜΟΔΟC, capite laureato.

ΑΔΡ. CΕΥΗΡΙΑΝΗC ΤΑΡCΟΥ ΜΗΤΡΟΠ. ΕΝ ΚΟΔΡΕΙΓΑΙC CΕΥΗΡΕΙΑ ΟΛΥΜΠΙΑ ΕΠΙΝΕΙΚΙΑ. ΟΡΟΙC ΚΙΛΙΚΩΝ. *Hadrianæ Severianæ Tarſi Metropoleos, in quadrigis certamina Severiana Olympia triumphalia, legibus Cilicum.* Prægrandis hic eſt Severi nummus, e Theſauro Regio, & in Cimelio Magni Ducis Hetruriæ.

ΑΔΡ. CΕΥ. ΤΑΡ. Ἀδριανῆς Σευηριανῆς Ταρσοῦ. ΕΝ ΚΟΔΡΕΙ. CΕΥΗΡΕΙΑ ΟΛΥΜΠΙΑ ΕΠΙΝΕΙΚΙΑ, ut ſuperius. Infra: ΓΑΙC. ΑΜΚ. Γ.Β. Forte, γαιεῶ, como. Reliqua ſic certius interpretamur: Πρώτης μητροπόλεως Κιλικίας. Γράμματι Βουλῆς, *Reſcripto Curiæ*, vel *Senatus.* Nummus eſt Severi.

ΕΠΙ ΑΡΧ. Γ. ΟΜ. CΕΥΗΡΙΑΝ. ΤΑΡCΟΥ ΜΗΤΡ. ΤΩΝ ΚΙΛΙΚΩΝ. ΙCΑΥΡΙΑ. ΚΑΡΙΑ. ΛΥΚΑΟΝΙΑ. Severi nummus: in quo Provinciæ tres, turrito capite adſtant: quarum una Genio Civitatis Tarſenſis coronam imponit: eo quod a ſuis littoribus piratas abegerint nautæ Tarſenſes. *Sub Archonte Gaio Hom..... Severianæ Tarſi Metropoleos Cilicum. Iſauria, Caria, Lycaonia.*

ΑΥ. ΚΑΙCΑΡ CΕΠΤ. CΕΟΥΗΡΟC ΠΕΡ. CΕΒ. *Imp. Cæſar Septimus Severus Aug.* capite radiato. In medio, Π. Π. *Pater patriæ*, πατὴρ πατρίδος.)(ΑΔΡ. CΕΥΗΡΙΑΝΗC ΤΑΡCΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC. Γ. Β. Γράμματι Βουλῆς. Victoria cum palma regit quadrigas. Eſt ex ære maximo, in Theſauro Regio.

ΚΟΙΝΟΒΟΥΛΙΟΝ ΕΛΕΥΘ. ΤΑΡCΟΥ. *Commune Curiarum liberæ* civitatis *Tarſi*, ἐλευθέρας Ταρσοῦ. Severi Antonini nummus, in quo Roma ſedet, e Theſauro Regio.

ΑΔΡ. CΕΟΥΗΡ. ΑΝΤΟΝΕΙΝΟΥΠΟΛΙ. ΜΗΤΡΟ. ΚΟΙΝΟΝ ΤΑΡCΟΥ ΑΜΚ. Γ. Β. *Hadrianæ Severiana Antoninopolitarum Metropolis. Commune Tarſi primæ metropoleos Ciliciæ. Reſcripto Curiæ.* Ejuſdem Antonini, ibidem.

ΕΠΙ ΑΡΧ. Γ. ΟΜ. CΕΥΗΡΙΑΝ. ΤΑΡCΟΥ ΜΗΤΡ. ΤΩΝ ΚΙΛΙΚΩΝ. ΙCΑΥΡΙΑ. ΚΑΡΙΑ. ΛΥΚΑΟΝΙΑ. Nummus Severi. *Sub Archonte Gaio Hom..... Severianæ Tarſi metropoleos Cilicum. Iſauria, Caria, Lycaonia.* Provinciæ tres turrito capite adſtant: quarum una Genio civitatis Tarſenſis coronam imponit: eo quod a ſuis littoribus piratas abegerint nautæ Tarſenſes.

ΑΔΡΙΑΝΗC CΕΥΗΡΙΑΝΗC ΤΑΡCΟΥ ΑΜΚ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC. Victoria in quadrigis coronam oſtentat. Supra, Γ Β. Ἀδριανῆς Σευηριανῆς Ταρσοῦ, ἀμφοτέρας Κιλικίας μητροπόλεως, Γερουσίας βουλῇ. *Hadrianæ Severianæ Tarſi, utriuſque Ciliciæ metropolis, Senatuſconſulto.* Eſt ejuſdem Severi nummus ex ære maximo, in Cimelio D. Abb. DE CAMPS.

ΑΝΤΩΝΕΙΝΙΑΝΗC CΕΥΗΡΙΑΝΗC ΤΑΡCΟΥ ΜΗΤΡΟΠ. ΓΒ. *Antoninianæ Severianæ Tarſi Metropoleos, Senatuſconſulto.* Antonini Severi F. nummus eſt, in quo Prætoria navis inſculpta. In parte nummi altera, ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. CΕΥΗΡΟC ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC Π.Π. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αὐρήλιος Σευῆρος Ἀντωνῖνος, Πιὸς Παρθικὸς, ut quidem Triſtanus interpretatur, tomo 2. pag. 215. Nos ſimplicius veriuſque, Πατὴρ Πατρίδος, *Pater Patriæ.* Eſt & Severi ſimilis in Theſauro Regio, ære maximo: ΑΥ. ΚΑΙCΑΡ CΕΠΤ. CΕΟΥΗΡΟC ΠΕΡ. CΕΒ. capite radiato. In medio, Π. Π. In altera parte, CΕΥΗΡΙΑΝΗC ΤΑΡCΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC. Victoria cum palma regit quadrigas.

ΚΟΙΝΟΒΟΥΛΙΟΝ ΕΛΕΥΘ. ΤΑΡCΟΥ. ἐλευθέρας Ταρσοῦ. Antonini ejuſdem nummus, in quo Roma ſedet; e Theſauro Regio. *Senatus liberæ civitatis Tarſi.* Sunt enim, apud Heſychium, Κοινοβοῦλαι, σύνεδροι, *Senatores.* In eadem Gaza: ΑΔΡ. CΕΟΥΗΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥΠΟΛΙ. ΜΗΤΡΟ. ΚΟΙΝΟΝ ΤΑΡCΟΥ. ΑΜΚ ΓΒ. *Hadriana Severiana Antoniniana civitas metropolis. Commune Tarſi. Utriuſque Ciliciæ Senatuſconſulto.* Ἀμφοτέρας Κιλικίας Γερουσίας βουλῇ.

ΤΑΡCΟΥ ΜΑΚΡΙΝΙΑΝΗC ΜΗΤΡΟΠ. Macrini nummus, e Cimelio Regio: ut & iſte, CΕΥΗ. ΜΑΚΡΕΙΝΙΑΝΗC ΤΑΡC. ΑΜΚ. ΓΒ. cum Apollinis ſtantis effigie.

ΤΥΧΗ ΤΑΡCΟΥ ΜΗΤ. ΑΜΚ ΓΒ. *Fortuna Tarſi.* Ex altera parte, ΑΥΤ. Κ. Μ. ΟΠ. CΕΟΥ. ΜΑΚΡΕΙΝΟC. *Imp. Cæſar M. Opelius Severus Macrinus.*

ΤΑΡCΟΥ ΤΗC ΜΗΤΡΟΠ. ΑΜΚ. Nummus Antonini Soæmiadis F. in Cimelio D. FOUCAULT.

Nummus Severi Alexandri ex ære maximo, in Gaza Regia. Pars nummi poſtica angues duos exhibet; qui ſunt in gyrum voluti; in dextram nummi partem alter, alter ſiniſtrorſum. Epigraphe, in ambitu: ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. ΤΑΡCΟΥ ΔΗΜ. In medio, ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC ΑΜΚ ΓΠ. Ἀλεξανδρουπόλεως Ταρσοῦ Δῆμος. Μητροπόλεως ἀμφοτέρας Κιλικίας Γερουσίας προστάγματι. *Alexandropoleos Tarſi Populus. Metropoleos utriuſque Ciliciæ Edicto.* Docet hic nummus perſpicue, litteras ΑΜΚ ſic exponi oportere, quemadmodum expoſuimus. Idcirco enim adpicti ſunt angues duo, ut geminam Ciliciam ſignificarent: ſymbolo petito ex nomine Κιλικίας; adſcitoque propterea verbo κυλίομαι, convolvor, volvendo circumagor. Talia ſymbola Galli vocant, *Armes parlantes*: inſignia vocalia. Sunt in Græcis etiam nummis plurima. Et hic obiter adnotandum, in Cilicia quoque litteram υ pronunciari ſolitam eſſe, ut ι: quod & nos facimus, cum dicimus, *Kyrie eleiſon.* Denique litteram Γ eſſe pro Γερουσίας, non pro Γνώμης, hinc quoque intelligere eſt.

ΑΔΡ. CΕΟΥΗ. ΑΛΕΞΑΝ. ΜΗΤΡ. ΤΑΡC. Severi Alexandri, ex eadem Gaza, & in Cimelio D. FOUCAULT. Sunt & Gordiani Pii, Philippi utriuſque, Trajani Decii, Valeriani, & Gallieni.

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΚΛΩΔ. ΠΟΠΙΗΝΟC CΕΒ. *Imp. Cæſar M. Clodius Pupienus Aug.* capite radiato.)(ΤΑΡCΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC. *Tarſi Metropoleos.* In medio, capita laureata;

reata; Pupieni, ad dextram; ad lævam, Balbini: quem Maximinus positus in medio respicit. Supra, Α.Μ. Κ. Infra, Γ Β. ubi adnotandum est, litteras Α Μ. puncto dirimi a littera Κ. a se autem invicem non dirimi: sic enim perquam accurate delineari hunc nummum Patinus curavit in Thesauro Mauroceni, pag. 83. Ac reipsa sic recte scribitur; quoniam earum litterarum non alia interpretatio est, quam quæ est a nobis allata: Ἀμφοτέρας Κιλικίας Γερουσίας βουλῇ, *Utriusque Ciliciæ Senatusconsulto.* Est hic nummus perpulcher ex ære maximo. Alium ex ære magno idem Patinus edidit, in Thesauro Numismatum, pag. 198. in quo sunt solæ litteræ quatuor, Α Κ Γ Β. ad perpendiculum in media nummi area positæ, inter Jovem Serapidem, & Imp. Gordianum: eadem tamen sententia.

Η. ΤΑ. ΑΔΕΛΦΩΝ ΔΗΜΩΝ, cum nota Præfecti monetæ in parte ima nummi. Ex parte altera Jovis caput. Quem nummum sic interpretor: Ἡρακλείας, Ταρσοῦ, Ἀδελφῶν Δημῶν. *Heracleæ, Tarsi, Fratrum populorum.* Fraternitatis, ac necessitudinis, ut inter fratres, sic inter civitates, vincula intercessisse, nec magis ex cognatione, quam ex amicitia, tum hic nummus docet, tum Aristides etiam, his verbis: Νῦν χρὴ πάσας τὰς πόλεις ἀδελφὰς ἀλλήλαις ὑπολαμβάνειν. Et Dio Prusæus, orat. XXXVIII. pag. 481. vocat, ἐν ταῖς πόλεσιν ἀδελφότητα. Iterumque, pag. 482. Ὄφελον ἐξῆν καὶ τὸν Ἐφεσίων ΔΗΜΟΝ ποιήσασθαι ΑΔΕΛΦΟΝ ὑμῶν. Quæ sit autem ea Heraclea, haud proclive est augurari: Thracicáne, an Pontica, an Carica, Æolicáve: de quibus nos suis locis egimus, tum in hoc opusculo, tum in Commentariis Plinianis. In ejus porro nummi parte suprema litteræ eæ adjectæ ΔΞΡ, annum designant CLXIV. fortassis æræ Cilicum, ab anno DCLXXXVI. Hunc nummum nobis ostendit Abbas Joan. Ant. Mezzabarba, cum Parisiis degeret.

ΤΑΡϹΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩϹ. Caput turritum. Ex parte aversa, ΚΟΙΝΟΝ ΚΙΛΙΚΙΑϹ. *Commune Ciliciæ*, e Cimelio Regio, & apud Tristanum, tom. II. pag. 217. Templi effigies, cum aquila: quo sacra communia totius Provinciæ Tarsi habita pro salute Romani Principis, cujus insigne Aquila, significatur.

TAVRINVM.

COL. IVL. AVG. TAVRINOR. *Colonia Iulia Augusta Taurinorum.* Nummus Neronis in Thesauro Goltzii, pag. 240. Plinius, lib. III. sect. XXI. *Colonia Augusta Taurinorum*, &c. Hodie *Turin.*

ΤΑΥΡΟΜΕΝΙΤΑΝ. E Museo nostro Parisiensi. In parte antica, caput Apollinis, cum epigraphe, ΑΡΧΑΓΕΤΑ. Appianus, lib. v. bell. Civil. p. 734. Ὁ δὲ Ἀρχηγέτης Ἀπόλλωνος ἀγαλμάτιόν ἐστιν, ὃ πρῶτον ἐστήσαντο Ναξίων οἱ εἰς Σικελίαν ἀπῳκισμένοι. *Archegetes est Apollinis parva statua, quam primum dedicarunt Naxii coloni missi in Siciliam*, Tauromenitani deinde appellati. Thucydides sub initium libri sexti, pag. 412. ubi de priscis Siciliæ incolis: Νάξον ᾤκισαν, inquit, καὶ Ἀπόλλωνος Ἀρχηγέτου βωμὸν, ὅστις νῦν ἔξω τῆς πόλεώς ἐστιν, ἱδρύσαντο. *Naxum condiderunt, & aram Apollinis Ductoris, quæ nunc extra urbem visitur, exstruxerunt.* Dorica dialecto Ἀρχαγέτας dicitur. Pindarus, Pyth. Ode v.

Ὁ δ' Ἀρχαγέτας δῶκεν Ἀπόλλων, &c.

Ubi Scholiastes: ὁ δὲ τῆς ἀποικίας ἀρχηγέτης Ἀπόλλων, *coloniæ ductor Apollo.*

COL. AVG. TAVROMEN. Tiberii nummus in Thes. Goltzii, pag. 238. Plinius, lib. III. sect. XIV. *Colonia Tauromenium, quæ antea Naxos.* Stephano: Ταυρομένιον.... ὁ πολίτης, Ταυρομενίτης, καὶ Ταυρομένιος. Quare in nummo sequenti ΤΑΥΡΟΜΕΝΙΤΑΝ. Dorice, pro ΤΑΥΡΟΜΕΝΙΤΩΝ. Nunc *Taormina.* Plura vide in Plinianis notis.

ΤΑΥΡΟΜΕΝΙΤΑΝ. Caput Apollinis, apud Parutam. In parte aversa, uva vini feracitatis in eo tractu ac bonitatis index. Plinius, lib. XIV. sect. VIII. *Est in eadem Sicilia & Tauromenitanis vinis honos, lagenis pro Mamertino plerumque subditis.*

ΤΑΥΡ. Caput Apollinis. Ex parte altera, ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ. Tripus. Apud Parutam, num. 10. Sunt & cum tauri, sunt & cum Minotauri effigie, num. 12. 13. &c.

TAVRVNVM. Miles Romanus inter equum & taurum. Busbequius visos a se hos nummos ait, epist. I. Plinio, lib. III. sect. XXVIII. *Taurunum, ubi Danubio miscetur Saus.* Hodie *Belgrade*, in Hungaria.

TEANVM *Italiæ oppidum.*

ΤΙΑΝΟ. Nummi Musei nostri, in quibus gallinacei sculpta effigies, ut in Suessæ, & Caleni nummis: ex parte aversa, Palladis caput, ut in Suessanis. Plinio, lib. III. sect. IX. *Colonia Teanum Sidicinum cognomine*, in prima Italiæ regione, in qua Latium & Campania continetur. Nunc *Tiano*, ad fontes fluvii Savonis.

ΤΙΑΝΩ. In Magna Græcia Goltzii, tab. XXI. cum Lunæ falcatæ effigie ex superficie una: ex altera, radiati Apollinis.

ΤΕΓΕΑΤΑΝ. Dorico more, pro Τεγεατῶν. Nummus Cimelii Regii, Jovis capite ex parte altera insignitus: Palladis, ac Martis, ex priore. Cur Mars in eo nummo & Alea Minerva sint insculpti, ex Pausania disces, in Arcadicis, seu lib. VIII. pag. 274. Plinio, lib. IV. sect. X. in Arcadia, *Tegea.* Stephano: Τέγεα, πόλις Ἀρκαδίας.... ὁ πολίτης, Τεγεάτης.

ΤΕΝΕΑΤΩΝ. In agro Corinthiaco Tenea pagus, seu oppidum fuit, ibique Apollinis Teneatæ fanum, teste Strabone, lib. VIII. pag. 380. Καὶ ἡ Τενέα δ' ἐστὶ κώμη τῆς Κορινθίας, ἐν ᾗ τοῦ Τενεάτου Ἀπόλλωνος ἱερὸν λέγεται. Vide & Pausaniam, in Corinth. seu lib. II. pag. 84. Huc pertinere credimus nummum eum, quem superius ΚΕΝΕΑΤΩΝ mendose inscriptum monuimus.

ΤΕΝΕΔΙΩΝ. E Thesauro Goltzii, pag. 233. & ex Tab. XIV. insularum Græciæ. In hisce nummis bipennis insculpta cum muribus, ex parte aversa vultus, ceu Jani, biceps. Stephanus. Τένεδος, νῆσος τῶν Σποράδων... ὁ πολίτης, Τενέδιος... Ἔστι καὶ ἑτέρα παροιμία, Τενέδιος πέλεκυς, ἐπὶ τῶν ἤτοι πικρῶς, ἢ καὶ μᾶλλον συντόμως ἀποκοπτόντων τὰ ζητήματα, καὶ τὰ ἄλλα πράγματα. Καί φησιν Ἀριστείδης καὶ ἄλλοι τῶν ἐν Τενέδῳ, Ἀπόλλωνα πέλεκυν κρατεῖν διὰ τὰ συμβάντα τοῖς περὶ Τέννην. Ἢ μᾶλλον, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Τενεδίων πολιτείᾳ, ὅτι βασιλεύς τις ἐν Τενέδῳ νόμον ἔθηκε, τὸν καταλαμβάνοντα μοιχοὺς, ἀναιρεῖν πελέκει ἀμφοτέρους. Ἐπειδὴ δὲ συνέβη τὸν υἱὸν αὐτοῦ καταληφθῆναι μοιχὸν, ἐκύρωσε καὶ περὶ τοῦ ἰδίου παιδὸς τηρηθῆναι τὸν νόμον. Καὶ ἀναιρεθέντος, εἰς παροιμίαν ἐλθεῖν τὸ πρᾶγμα, ἐπὶ τῶν ὠμῶς πραττομένων. Διὰ τοῦτό φησι καὶ ἐπὶ τοῦ νομίσματος τῶν Τενεδίων κεχαράχθαι, ἐν μὲν τῷ ἑτέρῳ μέρει πέλεκυν, ἐπὶ δὲ τοῦ ἑτέρου δύο κεφαλὰς, εἰς ὑπόμνησιν τοῦ περὶ τὸν παῖδα παθήματος. *Tenedus, insula Sporadum... Civis, Tenedius... Est & altera paræmia, Tenedia securis: de iis, qui vel acerbius, vel etiam nimis concise quæstiones, aut alias res præcidunt. Aiuntque Aristides & Tenedii alii, datam Apollini securim* (Smintheo scilicet, de quo mox dicemus) *propter ea quæ Tennæ acciderunt. Vel potius, ut ait Aristoteles, in Tenediorum republica, quod rex quidam in Tenedo legem tulit, ut deprehensi adulteri securi ambo ferirentur. Quoniam vero accidit, ut ipsius filius*

eo crimine teneretur, jussit etiam a filio pœnas exigi. Eoque occiso res in proverbium vertit, de iis quæ crudeliter aguntur. Quamobrem, inquit, & in nummis Tenediorum ab una parte securis insculpta ab altera capita duo, ad ejus rei memoriam quæ filio contigit. Rem narrat aliter Conon apud Photium, in Biblioth. cod. CLXXXVI. cap. XXVIII. Mures autem ad Apollinem Smintheum spectant, cujus ibi fanum fuit, Strabone teste, lib. XIII. pag. 604. Τένεδος . . . πόλιν ἔχει Αἰολίδα, καὶ ἱερὸν τοῦ Σμινθέως Ἀπόλλωνος, καθάπερ καὶ ὁ ποιητὴς μαρτυρεῖ.

Τενέδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις Σμινθεῦ.

Sminthεu, qui Tenedum regis.

Nomen autem ei Deo factum a muribus ex eo loco fugatis: sunt enim σμίνθοι Cretensium lingua mures. Plinio, lib. V. sect. XXXIX. *Tenedus.* Nunc quoque *Tenedo*, notissima fama insula, ut Maro cecinit, 2. Æneid.

ΤΕΝΕΔΟΣ. Securis, seu bipennis. Ex parte altera, Apollo cum mure: quo habitu a Strabone, loc. cit. describitur. Τὸ τοῦ Σμινθέως Ἀπόλλωνος ἐστιν ἱερὸν ... καὶ τὸ σύμβολον τὸ τὴν ἐτυμότητα τοῦ ὀνόματος σῶζον, ὁ μῦς ὑπόκειται τῷ ποδὶ τοῦ ξοάνου. *Templum Apollinis Sminthei, ac symbolum nominis veritatem rationemque conservans, mus sub pede simulacri est.*

ΤΕΝΤΥΡΙΤΩΝ, *in Ægypto.*

ΤΕΝΤΥΡ. L. IA. Τεντυριτῶν anno XI. Antonini Pii: cujus hic nummus est e Cimelio Regio. Apud Plinium, libro V. sect. IX. in Ægypto, *Tentyrites* nomos est: & sect. XI. *Tentyris* oppidum.

ΤΕΡΕΒΙΝΤΙΝΩΝ. Vel ΤΕΡΕΒΙΝΘΙΝΩΝ potius fortassis. Vide ΚΑΛΧΑΔΟΝΙΩΝ. Adde & ea quæ diximus postrema nota in librum quintum Geographicum Plinii, pag. 630.

ΤΕΡΙΝΑΙΩΝ. Victoriæ sedentis effigies, in Cimelio Regio, & in Magna Græcia Goltzii, Tab. XXIII. Plinio, lib. III. sect. X. *Crotoniensium Terina, sinusque ingens Terinæus.* Stephano: Τέρινα, πόλις Ἰταλίας . . . . . ὁ πολίτης, Τεριναῖος. In Calabria, hodie *Nocera.* Sinui Terinæo nomen, *Golfo di S. Eufemia.*

ΤΕΡΜΗΣΣΕΩΝ. In Cimelio Regio, & apud Spanhem. lib. de usu numism. pag. 477. Urbs est Pisidica memorata Straboni, lib. XIII. pag. 631. Ἡ δὲ Τέρμησσός ἐστι Πισιδικὴ πόλις... ὑπερκειμένη τῆς Κιβύρας, *supra Cibyram posita.* Ex parte altera, vir seminudus cum clava sedens, addita epigraphe ΣΟΛΥΜΟΣ, quem illum heroëm esse credimus, a quo Solymi appellati Pisidæ, ut Plinius ait, lib. V. sect. XXIV.

ΤΕΡΜΙϹΕΙΩΝ. E Cimelio Regio nummus, in quo Martis caput galeatum: quidam ΕΡΜΙϹΕΙΩΝ perperam legere. Ex parte aversa, ut in priore nummo, ϹΟΛΥΜΟϹ. Stephanus: Τερμισσός, πόλις Πισιδίας . . . . τὸ ἐθνικὸν, Τερμισσεύς. Strabo, lib. XIII. pag. 630. Τῆς γοῦν Τερμησσέως ἄκρας ὁ ὑπερκείμενος λόφος καλεῖται Σόλυμος· καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ Τερμησσεῖς Σόλυμοι καλοῦνται.

ΤΗΙΩΝ. Augusti nummus, e Cimelio Regio. In parte aversa, Augusti effigies, & epigraphe, ΣΕΒΑΣΤΟΣ. ΚΤΙΣΤΗΣ. *Augustus conditor.* Plinius, lib. V. sect. XXXVIII. *Teos cum oppido.* Stephano: Τέως, πόλις Ἰωνίας.... τὸ ἐθνικὸν, Τήιος, &c. Est & Liviæ nummus, in quo Bacchus stat.

ΤΗΙΩΝ. Neronis, Domitiani, Domitiæ, & Sabinæ, cum Bacchi stantis effigie. Et Severi etiam cum Prætoris nomine, tum in Gaza Regia, tum apud Patinum in Thesauro, pag. 116. ΕΠΙ ϹΤΡ. Π. ΓΕΡϹΑΛΑ. ΛΕΟΝΤΟϹ. ΤΗΙΩΝ. Ἐπὶ Στρατηγοῦ Ποπλίου Γερσάλα Λέοντος. Τηίων. *Sub Prætore Publio Gersala Leonis F. Teiorum.* Bacchus ibi insculptus cum tigride.

ϹΤΡΑ. ΛΟΥ. . . . ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ. ΤΗΙΩΝ. Commodi nummus e Gaza Regia, cum Æsculapii effigie *Prætore Lucio . . . . Antonino.*

ΕΠΙ ϹΤ. ΑΥΡ. ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ. ΤΗΙΩΝ. *Sub Prætore Aurelio Artemidoro.* Trajani Decii nummus, cum Bacchi effigie.

ΕΠΙ. ϹΤΡ. ΕΠΙΚΡΑΤΟΥϹ ΤΗΙΩΝ. *Sub Prætore Epicrate. Teiorum.* Valeriani nummus e Gaza Regia. Bacchi stantis effigiem exhibet, cantharum dextra, læva thyrsum gerentis: jacente ante pedes panthera. Hæc agri sunt vini feracis symbola. Gallieni similis est in Cimelio D. FOUCAULT: sic inscriptus: ΕΠΙ Ϲ. ΠΑΝΚΡΑΤΙΟΥ. *Sub Prætore Pancratio.* Alius ejusdem Gallieni: ϹΤΡ. ϹΕΞΤΟΥ ΛΟΥΚΙΟΥ. *Prætore Sexto Lucii filio.*

ΤΗΙΩΝ. Lyra, & Gryphus. E Cimelio Regio.

ΤΗΜΕΝΟΘΥΡΕΥϹΙ. Valeriani, ac Salonini nummi, ex Cimelio Regio. Τημένου θύραι *Temeni Portæ*, quarum Pausanias meminit, in Atticis, pag. 34. Λυδίας τῆς ἄνω πόλις ἐστὶν οὐ μεγάλη Τημένου θύραι. *In Lydia superiore oppidum haud magnum Temeni portæ.* In Notitia Ecclesf. pag. 20. Τημένου θύραι Phrygiæ Capatianæ adscribuntur. Et pag. 49. ὁ Τημένου θυρῶν, pro Τημένου θυρῶν. Apud Ptolemæum, lib. V. cap. II. ΤΡΙΜΕΝΟΘΥΡΙΤΑΙ, pro ΤΗΜΕΝΟΘΥΡΙΤΑΙ.

ΤΗΜΕΝΟΘΥΡΕΥϹΙ. ΛΟΛ. ΞΕΝΟΦΙΛΟϹ. ΑΡΧ. Α. ΤΟ Β. Pallas sedet, in nummo Gordiani junioris, e Gaza Regia. Λόλλιος Ξενόφιλος Ἄρχων πρῶτος τὸ β. *Lollius Xenophilus Archon primus iterum.*

ΚΛΕΟΒΟΥΛΟϹ. ΑΡΧΩΝ Α. ΤΗΜΕΝΟΘΥΡΕΥϹΙΝ. *Cleobulus Archon primus.* Ceres cum facibus, curru equorum quadrijugo vehitur, in nummo Gallieni ex eadem Gaza. In altero, cui eadem epigraphe est, Valerianus & Gallienus sacra peragunt ad aram: stans in medio Victoria utrumque coronat: in eodem Thesauro Regio. Inscriptio est. ΑΥ. ΚΑ. ΠΟ. ΛΙ. ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. ΑΥ. ΚΑΙ. ΠΟ. ΛΙ. ΓΑΛΛΙΗΝΟϹ. Capita adversa duo, Valeriani & Gallieni: radiatum alterum, alterum laureatum. *Imp. Cæsar Publius Licinius Valerianus &c.*

ΚΛΕΟΒΟΥΛΟϹ. ΤΗΜΕΝΟΘΥΡΕΥϹΙΝ. Hercules stans cum clava & spoliis. Κ. ΠΟ. ΚΟΡ. ΒΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. *Cæsar Publius Cornelius Valerianus.* Caput Salonini. Est in Thesauro Regio.

ΤΗΜΕΝΟΘΥΡΕΩΝ. Diana multimammia. Ex parte aversa, ΕΠΙ. Μ. ΤΥΛΛΙ. *Sub M. Tullio.* Prætore urbis scilicet. Cereris caput cum spicis. Est Cimelii Regii.

ΘΕΑ ΡΩΜΗ. Ex parte aversa, ΝΕΙΚΟΜΑΧΟϹ. ΑΡΧ. Α. ΤΟ Β. ΤΗΜΕΝΟΘΥΡΕΥϹΙΝ. *Nicomachus Pontifex primus iterum Temenothyrensibus.* E Cimelio Regio.

ΝΙΚΟΜΑΧΟϹ. ΑΡΧΙΕΡ. Α. ΤΟ. Β. ΤΗΜΕΝΟΘΥΡΕΥϹΙ. Ex parte altera, ΚΤΙϹΤΗϹ, *Conditor.* Herculis caput, quem conditorem urbis suæ ii appellant. Herculem certe in eo tractu aliquando fuisse, auctor est Pausanias, loc. cit.

ΤΗΜΝΟϹ. Caput turritum. Ex parte aversa, ΤΗΜΝΕΙΤΩΝ. Fortuna, cum temone & Copiæ cornu. Apud Sponium, in Itiner. Athen.

ΤΗΜΝΕΙΤΩΝ. Est Hadriani & Ælii Cæsaris nummus ex ære mediocri, in Thesauro Regio: in quo Hadriani quidem nomen abrasum; sed legitur cognomen ΟΛΥΜΠΙΟϹ: & deinde nomen Ælii Cæsaris, Λ. ΑΙΛ. ΚΑΙϹΑΡ.

ΤΗΜΝΕΙΤΩΝ. Nummi Philippi patris, apud Patinum, pag. 386. cum Hermi fluvii jacentis effigie. Nunc Cimelii Regii: in quo sunt & Severi Alexandri, & Gordiani junioris cum signo Libertatis, & cum Herculis stantis effigie nummi. Otaciliæ Severæ nummus, (quem & Occo, pag. 367. & Tristanus, tomo 2. pag. 137. Juliæ Domnæ perperam adscribunt, dum legunt, ΔΟΜΝΑ ΙΟΥΛΙΑ ΣΕΟΥΡΑ, pro Μ. ΩΤΑΚΙΛΙΑ ΣΕΟΥΡΑ:) Herculem exhibet in rupe sedentem, id quod oppidi fortassis in colle situm significat. Plinio, lib. v. sect. XXXII. *Temnos.* Stephano: Τῆμνος, πόλις τῆς Αἰολίδος.... ὁ πολίτης, Τημνίτης. Est in Cimelio D. FOUCAULT, Philippi filii nummus: ΕΠΙ CΤ. ΑΥΡ. ΟΝΗCΙΜΟΥ. *Sub Prætore Aurelio Onesimo*, cum Palladis stantis effigie.

ΕΠΙ CΤΡ. Ι. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ. ΤΗΜΝΕΙΤΩΝ. Nummus Otaciliæ e Cimelio Regio, cum Æsculapii effigie. *Sub Prætore Iulio Antonino.*

ΤΗΜΝΕΙΤΩΝ. ΕΡΜΟC. Otaciliæ Severæ, e Cimelio Regio: quo nummo cultum a Temnitis Hermum amnem patet, qui & in eo insculptus cernitur, & agrum Smyrnensem alluit: atque adeo utriusque populi societas indicatur. Vide ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ *Phrygiæ.* Quin & illud oppidum amnem eum alluisse conjicimus ex Pausania in Eliac. prior. pag. 160.

CΤΡ. ΑΥΡ. ΕΡΜΕΙΟΥ. ΤΗΜΝΕΙΤΩΝ. Juliæ Mamææ, e Cimelio eodem, & apud Tristanum, tom. II. pag. 400. Στρατηγοῦ Αὐρηλίου &c. *Prætore Aurelio Hermia Temnitarum.* Idem Prætor supra in nummo ΜΕΙΛΗΤΟΠΟΛΕΙΤΩΝ occurrit. In isto Pallas stat, dextra victoriolam, læva hastam gerit. Est & alibi simillimus Severi Alexandri.

ΕΠ. CΤΡΑ. ΗΡΩΔΟΥ. ΤΗΜΝΕΙΤΩΝ. Juliæ Mæsæ, ex eodem Cimelio, cum Palladis simili icone. *Sub Prætore Herode.* Cave hic Herodem Atticum intelligas, de quo Philostr. lib. 2. de vitis Soph. cum is Hadriano principe vixerit. Est similis Elagabali: ΕΠ. CΤΡ. Λ. ΗΡΩΔΟΥ. *Sub Prætore Lucio Herode.*

CΤ. ΑΥ. ΝΕΙΚΟCΤΡΑΤΟΥ Β. ΤΗΜΝΕΙΤΩΝ. Gordiani, ex eodem Cimelio. *Prætore Aurelio Nicostrato iterum.* Pallas stans victoriolam tenet. In altero ejusdem Gordiani, stat Æsculapius. Est & ejusdem Gordiani alius: CΤ. ΑΥ. ΝΙΚΟCΤΡΑΤΟΥ ΤΟ Β. *Prætore Aurelio Nicostrato iterum.* Et Tranquillinæ: ΕΠΙ CΤ. ΜΑΞΙΜΕΙΝΟΥ ΤΟ Β. *Sub Prætore Maximino iterum.*

ΕΠ. CΤ. ΑΥ. CΤΡΑΤΟΝΕΙΚΙΑΝΟΥ ΤΟ Β. ΤΗΜΝΕΙΤΩΝ. *Sub Prætore Aurelio Stratoniciano iterum. Temnitarum.* Gordiani, cum Æsculapii stantis effigie. Tristanus, tom. II. pag. 523. pro ΤΗΜΝΕΙΤΩΝ, ΒΑΗΝΝΕΙΤΑΝ legit, insigni errore.

Ε. CΤ. CΤΡΑΤΟΝΕΙΚΙΑΝΟΥ. ΤΗΜΝΕΙΤΩΝ. Ἐπὶ Στρατηγοῦ Στρατονεικιανοῦ, Τημνιτῶν. Patinus pag. 5. ΤΗΜΕΙΤΩΝ, perperam legit. Ex parte aversa, ΙΕΡΑ CΥΝΚΛΗΤΟC. In Apamensium Phrygiæ nummo hic rursum Stratonicianus Prætor occurrit.

ΤΗΝΙΩΝ. Nummus Antonini Pii, cum Bacchi effigie.

ΤΗΝΙΩΝ. Severi Alexandri nummus, in Cimelio Regio, & apud Tristanum, tom. II. pag. 411. Nummi aream Neptuni tridens obtinet, quod eum inprimis Tenii colerent, uti ex Philochoro Clemens Alex. refert in Protrept. pag. 18. Φιλόχορος δὲ ἐν Τήνῳ Ποσειδῶνά φησι τιμᾶσθαι ἰατρόν. *Philochorus in Teno coli Neptunum Medicum ait.* Et Strabo, lib. x. pag. 487. Τῆνος δὲ πόλιν μὲν οὐ μεγάλην ἔχει. Τὸ δὲ ἱερὸν τοῦ Ποσειδῶνος μέγα ἐν ἄλσει, τῆς πόλεως ἔξω θέας ἄξιον, &c. *Tenos urbem habet non magnam: sed extra urbem in luco est fanum Neptuni, dignum quod spectetur: ubi & Neptunia celebrantur.* Serpente tridens involvitur, quod serpentibus anguibusque insula ea scatet: unde & alterum ei nomen Ὀφιοῦσσα, teste Plinio, loco cit. & Stephano: Aristoteles etiam Hydrussam vocavit: non tam idcirco fortassis quod irrigetur aquis, διὰ τὸ κατάῤῥυτον εἶναι, uti Stephanus interpretatur, quam quod hydris abundet. Aristoph. Scholiastes in Pluto: Ἐν τῇ Τήνῳ μιᾷ τῶν Κυκλάδων νήσων ὄφεις καὶ σκορπίοι δεινοὶ ἐγίνοντο. Quin & vox ipsa Τήνια Hesychio ἔχιδνα est, hoc est, *vipera:* ut eodem spectare nomina hæc omnia videantur. Vel forte Neptuno vim medicam serpens ille inesse significat, quam Æsculapio symbolum idem alias in nummis assignat. Sunt & in Græcia Goltzii. Plinio, lib. IV. sect. XXII. *Tenos insula cum oppido.* Stephano: Τῆνος, νῆσος Κυκλὰς .... ὁ πολίτης, Τήνιος. Nunc *Teno.*

ΤΗΝΙΩΝ. Maximi Cæsaris nummus, e Thesauro Regio. Tristanus, tom. 2. pag. 455. legit Ῥηνίων.

ΤΗΝΙΩΝ. Neptuni tridens, cum delphinis. Ex parte altera, Neptuni caput. Apud Goltzium, in insulis Græciæ, Tab. XVII.

ΤΗ. Τηνίων cum uva, vini copiæ in agro eo indice. Ex parte aversa, Jovis Hammonis caput.

ΤΗΝΙ. Uva cum tridente. In aversa parte, caput Jovis Hammonis, ex ære minimo, apud P. CHAMILLART.

THRACIA.

ADVENTUI. AUG. THRACIAE. Hadriani e Cimelio Regio.

ΚΟΙΝΟΝ. ΘΡΑΚΩΝ. *Commune Thracum*, Antonini & Getæ nummus. ΠΥΘΙΑ. *Pythia certamina.*

NUMISMATA THRACIÆ REGUM.

Thraciæ regum duorum dumtaxat nummos vidimus, tametsi vetustissimum illud regnum fuisse, ac longam habuisse regum seriem videtur; neque quando desierit, ex satis certis monumentis liquet; cum alii sub Claudio id contigisse referant, ut Eusebius in Chronico; alii sub Vespasiano, ut Suetonius. Certe *Bizya*, quæ *arx regum Thraciæ* a Plinio appellatur, nonnisi sub Hadriano nummos honori Augustorum cudit. Anchialum autem, sed oppidum illud in ora, nonnisi sub Domitiano: & Maronea, in ora pariter, sub Nerone primum: Perinthus, similiter in ora, sub Claudio: Et Sestos in ora, non ante Trajanum. Et Cotyn autem, & Rhescuporim, & Inithimevum, non esse nomina regum Thraciæ, sed Ponti Polemoniaci, constat ex eo quod æram habent adscriptam: æram autem in nummis consignandi non fuit in Europa usus aut mos, si nummum unum Macedonum sub Severo Alexandro exceperis: nulli, inquam, reges, nulla civitas in Occidente æram adscripsit in nummis. Et sunt istorum regum nummi cælaturæ ejusdem ac fabricæ, æramque consignant forma eadem, atque qui Sauromatis nomen regis habent, ut supra diximus. Ergo reges Thraciæ in nummis duos tantum habemus, Seuthen, & Lysimachum.

Caput diadematum, vultu senili.)(. ΣΕΥΘΟΥ. Ipse in equo decurrit. Nummus est æreus, mole mediocri, editus a Seguino, pag. 38. 2. edit. Seuthes iste Alexandri Magni tempora antecessit.

Caput diadematum, cum cornu arietino.)(. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΛΥΣΙΜΑΧΟΥ. Pallas sedet, dextra Victoriam tenet, quæ coronam ostentat.

tat, Apud Goltzium, Tab. XXXVI. & in Museo nostro argenteus magnæ molis. Arietinum cornu, tum in isto, tum in Alexandri Magni nummis ac successorum ejus, e Græcia, Syria, & Ægypto regum, aliud nihil significat, (quamquam alias alios secuti secus & ipsi sensimus;) quam ducatum in bello, sive imperium in exercitibus: quoniam *DUX ARIES GREGIS.* Quamobrem & in nummo Tryphonis insculptum fuit, quoniam is Ἀυτοκράτωρ fuit.

Caput Lysimachi regis.)(. ΒΑΣΙΛ. ΡΛ ΛΥΣΙΜΑΧΟΥ. Juppiter sedet. Nummus est argenteus, quem vidimus apud Illustriss. D. Marchionem de Montauban: Quo nummo jactat Lysimachus antiquitatem regum Thraciæ ac generis etiam sui fortassis. Vix enim alia hujus epigraphes sententia potest esse, quam ista: Βασιλέως ἑκατοστοῦ τριακοστοῦ Λυσιμάχου. *Regis centesimi tricesimi* Thracum, *Lysimachi.*

Utroque isto rege longe vetustior fuit Sitalces Tyræ filius, Thracum rex; cujus meminit Herodotus, libro VII. sect. CXXXVII. Thracas subegisse Sesostris magnus ab eodem dicitur, libro 2. sect. CIII. haud multo post Trojana tempora. Jam tunc igitur reges habuisse Thracia videtur.

ΤΙΑΝΩΝ. Domitiani, Antinoi, Antonini Pii, L. Veri, & Gordiani junioris, ex Cimelio Regio nummi. Plinio, lib. VI. sect. 1. *Oppidum Tium*, in Bithyniæ, Paphlagoniæque confinio. Stephano: Τῖος, πόλις Παφλαγονίας τοῦ Πόντου, ἀπὸ Τίου ἱερέως, τὸ γένος Μιλησίου, ὡς Φίλων. Δημοσθένης δ' ἐν Βιθυνιακοῖς φησι, κτίστην τῆς πόλεως γενέσθαι Πάταρον, ἑλόντα Παφλαγονίαν καὶ ἐκ τοῦ τιμᾶν τὸν Δία, Τῖον προσαγορεῦσαι... τὸ ἐθνικὸν, ἀπὸ τοῦ Τίου, Τιανὸς, ὡς ἀπὸ τοῦ Κίου, Κιανός. *Tios, urbs Paphlagoniæ Ponti, a Tio sacerdote, genere Milesio, ut Philon prodidit. Demosthenes vero in Bithyniacis ait, conditorem oppidi fuisse Patarum, capta Paphlagonia: Et a cultu Iovis*, ἐκ τοῦ τιμᾶν τὸν Δία, *Tium appellasse..... Gentile nomen a Tio, Tianos, ut a Cio, Cianos.* A Phlegonte, lib. de longævis, inter eos quos centum annos vixisse Censuum Commentarii prodidere, hi recensentur: Ἀλέξανδρος Δημητρίου, Τιανὸς ἀπὸ Πόντου καὶ Βιθυνίας. Γάζα Τίμωνος, Τιανὴ, ἀπὸ Πόντου καὶ Βιθυνίας. Χρηστὴ Ἀντιπάτρου, Τιανή. Χρυσίον Θεοφίλου, Τιανή. Ἱέρων Ἱέρωνος, Τιανός. E Bithynia fuisse Antinoum constat, cujus in nummo e Gaza Regia, ΤΙΑΝΟΙ pariter legimus. In Notitia Eccles. pag. 33. Provinciæ Honoriadis, quæ pars Bithyniæ fuit, adscribitur Τῖος. Et in Conc. Constantinop. V. pag. 168. subscribit Ἀνδρέας ἐπίσκοπος τῶν Τιανῶν, τῆς Ὀνωριατῶν ἐπαρχίας. In nummo Antonini Pii primum allato, (nam id fere exciderat) fax erecta cernitur, quæ nempe in sacris Jovis Tiani accendi soleret. Neque enim hic quisquam existimet certamen hic signati Lampadum, quo in certamine victor discedebat, λαμπαδηφόρος dictus, qui cursum perfecisset inexstincta face. Nam & id certaminis genus Athenis modo in Ceramico edi solebat, & tergemino tantum festo solenni, Quinquatribus, Vulcanalibus, Prometheis. Scholiastes Aristophanis in Ranis, pag. 263. Ἐν Ἀθήναις ἐστὶ γυμνάσιον, ἐν ᾧ ἐλαμπαδηφόρουν οἱ γυμναζόντες. Ὁ τοῦ λαμπάδος δὲ ἀγὼν τρίτον Ἀθήνησιν ἤγετο. Προμήθεια, Ἡφαίστεια, Παναθήναια. Promethea quidem in memoriam ignis inventi: Vulcano & Minervæ artium magistris, quæ sine igne nullæ sunt. Vide & Pausaniam in Atticis, pag. 30. Sed non sunt, inquam, hæc eo loci certamina intelligenda, quæ fuere Atheniensium propria. De faculis itaque, in cultu Deorum accendi solitis, hanc in nummis facem accipimus. Sic in nummo Antoniæ, ejus quæ Drusi fuit & Caligulæ avia, duæ faces erectæ stant, symbolum sacerdotii Augusti, quod Antonia gessit. Lactantius, lib. VI. cap. 1. *Mactant opimas & pingues hostias Deo esurienti... accendunt lumina tanquam in tenebris agenti.* Conc. Arelat. II. can. XXII. *Si in alicujus presbyterio infideles aut faculam accenderint,* &c. Æsculapio in primis, cujus Numini in primis devotos fuisse Tianos nummi subsequentes docent, faces accendi solitas, ex Aristide discimus, orat. de concordia ad civitates Asiaticas, tom. II. pag. 304. Hallucinati sunt omnes ad hunc diem antiquarii, qui a Tyanensibus Cappadociæ cusos hos nummos putarunt, vel in Italiæ oppido Tiano, sive Apulo, sive Sidicino, ut Patinus, pag. 226. Sunt & aliæ quidem in Asia Proconsulari Τιανοὶ, in Notitia Eccles. pag. 27. sed quæ huc minime spectent, cum ex ipsis fingi ΤΙΑΝΑΙΩΝ ars plane poscat.

ΖΕΥC ΕΥΡΓΑCΤΗC. ΤΙΑ. Antonini Pii, & ΖΕΥC ΕΥΡΓΑCΤΗC. ΤΙΑΝΩΝ. Domitiani, & M. Aurelii nummi e Cimelio Regio, cum Jovis togati ac stantis effigie, brachio dextro nudo exertoque: lævo, hastam gerit. *Juppiter Opifex, Tianorum.* Est enim ΕΥΡΓΑCΤΗC, pro eo quod est ὁ ἐργαστὴς, contracte. De cultu Jovis apud Tianos, dictum est proxime ex Demosthene. Sic in nummis Laodicensium ΖΕΥC ΦΙΛΑΛΗΘΗC, in aliis ΖΕΥC ΜΕΙΛΙΧΙΟΣ, ΖΕΥC ΑΓΟΡΑΙΟC, &c. In vetusta inscriptione, apud Sponium, ΟΡΟΣ ΔΙΟΣ ΜΗΛΩΣΙΟΥ, *mons Iovis pecoralis.* Et apud scriptores Græcos, Ζεὺς Στράτιος, *Juppiter Militaris*: Ζεὺς Ἀρότριος, *Iuppiter Aratrius*, ab invento aratro, nomen invenit. Sic sane Ἐργάστης, quod sit operum Præses, nunc is appellatur. Exstat ea vox in inscriptione vetusta, apud Sponium, Itiner. Athen. pag. 151.

ΦΛΑΟΥΙΟΣ. ΖΕΥΞΙΣ. ΕΡΓΑΣΤΗΣ.
ΠΛΕΥΣΑΣ ΥΠΕΡ. ΜΑΛΕΑΝ. ΕΙΣ.
ΙΤΑΛΙΑΝ ΠΛΟΑΣ. ΕΒΔΟΜΗΚΟΝΤΑ. ΔΥΟ.

Hoc est, *Flavius Zeuxis Opifex, Maleam prætervectus bis & septuagies versus Italiam.* Quanquam hæc Sponius aliter, sed perperam, accipit. Sunt qui legant, ΖΕΥC CΥΡΙΑC ΤΗC ΤΙΑΝΩΝ: iidemque in Bithynia Syriam quærunt. Alii CΥΡΓΑCΤΗC, nullo sensu. Similitudo litterarum C & E in nummis, hos in fraudem impulit.

ΤΙΑΝΩΝ. ΒΙΛΛΑΙΟC. CΑΓΑΡΙC. *Billæus, Sagaris.* Nomina sunt fluviorum duorum, quibus Tium alluitur. Plinius, lib. VI. sect. 1. *Sagaris fluvius ex inclytis... Oppidum Tium... Fluvius Billis.* Vide Notas in eum locum. Stat in isto Antonini Pii nummo Bacchus, columnæ impositus, inter duos fluvios. Est in Cimelio D. FOUCAULT.

ΤΙΑΝΩΝ. Ex eodem Cimelio, cum face erecta: alter, cum serpente Æsculapii aræ imposito: uterque Antonini Pii: cum effigie stantis Æquitatis, & Mercurii cum crumena, M. Aurelii. Quid quod serpentem illum Glyconem esse haud temere suspicari licet, quo de serpente egimus prolixius, verbo ΙΩΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ? Suadent id sane Luciani verba e Pseudomanti, pag. 191. Ἐθέλω δέ σοι καὶ διάλογον διηγήσασθαι τοῦ Γλύκωνος, καὶ τοῦ Σακέρδωτος, Τιανοῦ τινος ἀνθρώπου... Ἀνέγνων δὲ αὐτὸν χρυσοῖς γράμμασι γεγραμμένον ἐν Τίῳ, ἐν τῇ τοῦ Σακέρδωτος οἰκίᾳ. Εἰπέ γάρ μοι, ἔφη, ὦ δέσποτα Γλύκων, τίς εἶ; ἐγὼ, ἦ δ' ὅς, Ἀσκληπιὸς νέος. Ἄλλος παρ' ἐκεῖνον τὸν πρότερον; πῶς λέγεις; Οὐ θέμις ἀκοῦσαί σε τοῦτό γε. &c. *Lubet etiam dialogum*

logum tibi referre Glyconis & Sacerdotis, qui Tianus vir fuit.... Hunc equidem legi pridem aureis descriptum litteris Tii, in ipsis Sacerdotis ædibus. Dic, inquit, mihi, Domine Glycon, quisnam es? Sum ille, inquit, minor Æsculapius. Num alius ab illo priore? quid ais? Haud fas est ut istud audias, &c.

ΚΕΡΑCΟΥΝ.ΤΙΑΝΕΩΝ Κεραϛουντίων, Τιανῶν. M. Aurelii nummus apud Spanhemium, in Juliani Cæsares, pag. 50. cum Satyri effigie, facem dextra gerentis. Sed cave credas ad Tyana Cappadociæ hunc nummum spectare, quod vir eruditus credidit: neque enim permutari litteras in nummis, atque I pro Υ huc irrepsisse, facile mihi persuaserim: cum & Cerasuntiorum æque cum Tianis, de quibus nunc agimus, atque cum Tyanensibus Cappadociæ incolis, concordia iniri potuerit: atque ejus oppidi Tii, in quo sumus, cives non Tianos modo, sed & Tianenses appellari Stephanus admoneat: Καὶ τὸ ἐθνικὸν, ἀπὸ τῆ Τίς, Τιανὸς, ὡς ἀπὸ τῆ Κίς, Κιανός. Λέγεται καὶ Τιανεύς.

ΑCΚΛΗΠΙΟC ΤΙΑΝΩΝ, & ΝΕΜΕCΙC ΤΙΑΝΩΝ. *Æsculapius* & *Nemesis Tianorum* Dii. Antonini Pii, & M. Aurelii nummi ex Gaza Regia. Et ad Tianos quoque referendus fortassis Antonini Pii nummus, e Gaza eadem, in quo sine ulla epigraphe Æsculapius & Nemesis stant.

ΔΙΟΝΥCΟC ΚΤΙCΤΗC. ΤΙΑΝΩΝ. *Bacchus stat.* Est M. Aurelii nummus, e Cimelio D. Foucault.

ΤΙΑΝΩΝ. Ex parte altera, Μ. ΑΥΡΗΛΙ. ΚΑΙCΑΡ. E Cimelio Regio. Æquitatem hic nummus stantem exhibet, qua pingi forma solet: bilancem dextra, læva virgam vel scipionem gerit: quod æqua omnibus & perticâ metiri loca solet. Hinc & Latini *æquare* dixerunt. Et in Codice Legum, & apud Gruterum, PER AEQVATORES, de quibus egimus verbo ΚΙΑΒΙΑΝΩΝ. Sunt & Faustinæ utriusque, ΤΙΑΝΩΝ, capite velato ac turrito.

ΤΙΑΝΩΝ. Gordiani Pii nummus, in quo Pluto cum Cerbero.

ΤΙΒΕΡΙΑΣ Tiberii nummus, quem ad Tiberiadem Palæstinæ referendum esse, nummi forma docet. Stephanus: Τιβεριάς, inquit, πόλις τῆ Ἰεδαίας . . . ὁ πολίτης, Τιβεριεύς Plinius lib. v. sect. xv. *Lacus, quem plures Genesaram vocant, amœnis circumseptus oppidis . . . ab occidente, Tiberiade, aquis calidis salubri.* A Tiberio Imp. id nomen accepit.

ΚΛΑΥΔΙΟΤΙΒΕΡΙΕΩΝ. ΕΤ. ΑΠ. *Claudio-Tiberiensium* nummus: *anno* LXXXI. Trajani nummus apud Patinum, pag. 185. & similis fere Hadriani, si annum æræ exceperis, pag. 205. Nunc Cimelii Regii uterque est. In nummo Trajani, ΕΤ. ΠΑ. *annus* LXXXI. Est V. C. DCCCLI. Trajani primus, ante Septembrem: ducto æræ initio ab anno V. C. DCCLXX. ut dictum est in Chronologia Veteris Testamenti. In nummo Hadriani uno est ΕΤ. ΑΡ. *annus* CI. qui Hadriani primus. Apud D. Foucault est ΤΙΒΕΡ. ΚΛΑΥΔ. ΕΤ. ΑΡ. In altero, ΚΛΑΥΔ. ΤΙΒΕΡ. ΕΤ. ΓΡ. *annus* CIII. qui Hadriani tertius.

ΤΙΒΕΡΙΕΩΝ. ΜΗΝ. Nummus Antonini Pii, ex ære minimo, in Gaza Regia, cum Dei Luni effigie, stantis & tecti pileo rustico, seu Phrygio, ut vocant. Non est ΜΗΝ æra, ut suspicatur D. Vaillant; nec oppidum Galilææ Tiberias hæc est: ut idem putat; sed nomen ipsum est Dei Luni, quod in nummis coloniæ Antiochiæ Pisidiæ Latine MENSIS appellatur, ut vidimus. Unde & in Asia minore hanc Tiberiadem fuisse colligimus, cum extra eam regionem Deus Lunus in nummis non appareat, ea forma.

ΤΙΒΕΡΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Trajani nummus, ex Cimelio D. Foucault: & alibi, Antonini Severi F. nummus. Meminit hujus oppidi Ptolemæus. Notitia Eccles. Phrygiæ Capatianæ, pag. 29. & 49. Τιβεριύπολις.

ΔΗΜΟC. *Populus.* Caput senile, barbatum, laureatum. .)(. ΤΙΒΕΡΙΟΠΟΛΙΤΩΝ. Genius urbis stans temonem dextra tenet, sinistra Cornucopiæ. Habemus hujus nummi ex ære formam in plumbo expressam.

TIBERIS. Antonini Pii, apud Occonem, pag. 254. & apud Anton. August. tab. XLI. Septem montibus insidet, quibus nempe Roma imposita. In nummo M. Aurelii cum scapha, urna, & arundine, amnis idem signatur, non appellato tamen nomine.

TIGRIS. Trajani nummus, apud Occonem, pag. 205. Lustravit vicitque Assyriam, quam Tigris alluit, Trajanus. De Tigri amne prolixe Plinius, lib. VI. sect. XXXI.

VIRTVS. AVGVSTI. TIGRIS. S. C. Ibidem.

ΤΙΦΟΥΛΕΩΝ. Nummus antiquus, quem post Goltzium, & Occonem, Tristanus retulit, pag. 95. At cum expedire minime posset quo referri eum oporteret, legi ΤΡΙΦΟΥΛΕΩΝ jussit, ablegavitque in Daciam, ubi Ptolemæo auctore Τρίφυλον oppidum fuit: hoc est, adulterinum finxit nummum pro genuino. Tristanum Patinus sequitur in Indice, pag. 4. Nos ad urbem Sardiniæ pertinere arbitramur, Ptolemæo memoratam, lib. III. cap. III. Τίβυλα πόλις. Antonino item, A TIBVLIS CARALIM. Τίβυλα enim & Τίφυλα idem esse, ex usitata litterarum earum permutatione, minime obscurum est: sic enim Βρύγες & Φρύγες, Βερενίκη & Φερενίκη, dici promiscue tralatitium est.

ΤΜΩΛΕΙΤΩΝ. Ex parte aversa, ΤΜΩΛΟC, cum senili capite ac barbato, ejus nempe viri, quem conditorem urbis suæ, & auctorem nominis, Tmolitæ agnoscerent. In Cimelio Regio. Plinio, lib. V. sect. XXX. Tmolus in Lydia mons est, quem qui medium incolerent, Tmolitæ, vel, ut ipse appellat, Mesotmolitæ vocarentur. Quin & ipsum quoque oppidum Tacitus Tmolum vocat, lib. II. Annal. pag. 55. In Notitia Eccles. Hieroclis pag. 13. inter Antistites Lydiæ, ὁ Μεσοτυμόλυ, pro Μεσοτμόλυ, vel Μεσοτμώλυ. Nam & Timolum, pro Tmolo dixisse veteres Plinius loc. cit. admonet. Et vetus inscriptio, apud Sponium, in Itin. Athen. pag. 148. ΦΙΛΗ ΤΙΜΩΛΙΣ, hoc est, ΤΜΩΛΙΣ, *e Tmolo.* Apud Leunclavium, pag. 91. ὁ Μεσοτιμώλυ. Hinc emendare obiter Appiani locum in Mithridaticis, operæ pretium fuerit: sic enim libri editi a Carolo Steph. typis Regiis habent, pag. 131. Οἱ πυνθανόμενοι Τραλλιανοὶ καὶ Υπαιπηνοὶ, καὶ Μεσοπολῖται. Ubi Tristanus tom. II. pag. 541. legi putat oportere, Μητροπολῖται. Falso. Sunt enim Metropolitæ in Ionia: Tralles & Hypæpæ in Lydia, in qua & Μεσοτμωλῖται, quos hic reponendos esse arbitramur. Est & flumen Tmolus, apud Plinium, lib. XXXIII. sect. XLIII.

ΤΜΩΛΙΤΩΝ. Faustinæ, cum Dianæ Venatricis effigie. Apud Sponium, in Itin. Athen. Est & alibi Sabinæ, cum Apollinis effigie, sive Cupidinis cum arcu.

TOLETVM.

P. CARISIVS. LEG. PRO. PR. COL. TOLET. *P. Carisius Legatus Proprætore. Colonia Toletana*, Plinio, lib. III. sect. IV. *Toletani*, in Carpetania Hispaniæ parte. Nunc quoque *Tolede.* Sed est nummus iste recens & adulterinus.

TOLOSA COL. Galbæ nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 241. Plinio, lib. IV. sect. V. *Tolosani*, in Gallia Narbonensi, *Toulouse.*

TO-

ΤΟΜΕΩΣ, & ΤΟΜΙΤΩΝ.

ΤΟΜΕΙΤΩΝ. Ex parte aversa, ΚΤΙΣΤΗΣ ΤΟΜΟΣ. *Tomus conditor*, capite diademato. In Museo S. Genovefæ, Plinio, lib. IV. sect. XVIII. *Tomi*, in Pontico littore Thraciæ. Stephano: Τομεὺς, πόλις περὶ τῷ Ὀδησσῷ . . . . ὁ πολίτης, Τομίτης, καὶ Τομείτης διὰ διφθόγγου. Urbs Ovidii exilio nobilis. Sic enim ille, libro I. de Ponto, epist. I.

Naso Tomitanæ jam non novus incola terræ,
Hoc tibi de Getico littore mittit opus.

Qui fieri autem possit, ut eo ablegatus ab Augusto fuerit, cum Tomitæ Romano Imperio non parerent: (neque enim ante Trajani tempora Tomitæ nummos Augustorum honori percusserunt: tunc nimirum cum post Dacicam victoriam finitimæ civitates, ut Byzantium, Tomi, aliæque, pacem & amicitiam petierunt a Romanis:) viderint eruditi. Nam neque Byzantii ante Trajanum, & illam Trajani victoriam, nummos cuderunt in honorem Augustorum, quamvis Romano propiores imperio, quam Tomitæ.

ΤΟΜΙΤΩΝ. In Græcia Goltzii, Tab. XXVIII. Equites duo galeati cum hastis decurrunt. Ex parte aversa laureatus Apollo cum lyra.

ΤΟΜΙΤΩΝ. Trajani nummus, e Cimelio Regio. Serpens ibi pluribus spiris involvitur. Vide ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΙΤΩΝ. Sunt & Hadriani, aliorumque Augustorum, usque ad Gordianum & Tranquillinam. In nummo M. Aurelii e Thesauro Regio, Bacchus stat.

ΤΟΜΕΩΣ ΜΗΤΡΟΠ. ΠΟΝΤΟΥ Δ. Fluvii duo decumbentes, in nummo Pertinacis, e Cimelio Regio. ΑΥΤ. Κ. Π. ΕΛΒ. ΠΕΡΤΙΝΑΞ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Πόπλιος Ἕλβιος Πέρτιναξ. *Imp. Cæsar P. Helvius Pertinax.* Est & Commodi, & alter Crispinæ, simili epigraphe: Τόμεως μητροπόλεως Πόντου τετάρτης. *Tomeos metropoleos Ponti quartæ.*

ΤΟΜΕΩΣ ΜΗΤΡΟΠ. ΠΟΝΤΟΥ Δ. Τόμεως Μητροπόλεως Πόντου. Severi nummus, & Severi Antonini, e Cimelio Regio, & Museo nostro. Hercules in eo nummo taurum domat. Oram Euxini Ponti, quæ circa Danubii ostia est, Pontum Latini scriptores vocant, Nasoque in primis: Plutarchus, Scythiam Ponticam. Hujus regionis, quæ quarta Ponti censita est, metropolis Tomi fuere. Sunt simili epigraphe nummi Plautillæ, Getæ, Elagabali, Severi Alexandri, Julii Maximini, & Gordiani simul cum Tranquillina.

ΜΗΤΡΟΠ. ΠΟΝΤΟΥ. ΤΟΜΕΩΣ. Nummus Philippi patris, Μ. ΙΟΥΛΙΟΣ ΦΙΛΙΠΠΟΣ. Capita duo adversa: Philippi patris, & Serapidis. Est ex ære mediocri, in Cimelio P. CHAMILLART.

ΤΟΠΕΙΡΟΥ.

ΤΟΠΕΙΡΙΤΩΝ. Nummus Antonini Pii, e Cimelio reginæ Christinæ. Similis est alibi, M. Aurelii.

ΟΥΛΠΙΑΣ ΤΟΠΕΙΡΟΥ. Juliæ Domnæ in Cimelio Regio numismata, Severi Antonini quoque, & Getæ. Plinio, lib. IV. sect. XVIII. *Topiris*, in Thracia.

ΟΥΛΠΙΑΣ ΤΟΠΕΙΡΟΥ. Getæ nummus, in quo Bacchus, ibidem. Ab Ulpio Trajano indita hæc ei appellatio est.

ΤΟΡΩΝΑΙΩΝ, in nummis Veteris Græciæ apud Goltzium, Tab. XXIV. Plinio, lib. IV. sect. XVII. *Torone.* Vide supra, ΟΛΥΝΘΙΩΝ. Stephano: Τορώνη, πόλις Θρᾴκης . . . ὁ πολίτης, Τορωναῖος. Præfert hic nummus navim cum Pharo, quo portus Toronici opportunitas designatur.

TRADVCTA. Vide IVLIA TRADVCTA.

ΤΡΑΙΑΝΗΣ ΑΥΓΟΥΣΤΗΣ. Vide ULPIA TRAIANA.

ΤΡΑΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. M. Aurelii & Faustinæ junioris nummus, e Gaza Regia & in Cimelio D. FOUCAULT. Est hæc, uti remur, Thraciæ Trajanopolis, de qua Ptolemæus, lib. III. cap. XI. eadem ipsa, quæ inferius VLPIA ΤΡΑΙΑΝΑ & ΤΡΑΙΑΝΗ ΑΥΓΟΥΣΤΑ est appellata. In Notitia Hieroclis, pag. 7. Provinciæ Rhodopes Metropolis appellatur: Ἐπαρχία Ῥοδόπης, ὑπὸ Ἡγεμόνα, ὁ Τραϊανουπόλεως. *Provincia Rhodopes, sub Præside, Trajanopoleos Antistes.* In eo nummo mulieres tergeminæ stant: in altero, Fortuna ipsa. In nummo Commodi est Deus Lunus: in altero ejusdem Commodi est Apollo, cum hac epigraphe: ΗΓΕΜΟΣ (pro ἡγεμὼν) ΤΑΤΙΑΝΟΣ. ΤΡΑΙΑΝΗΣ ΑΥΓΟΥΣΤΗΣ. *Præses Tatianus. Trajanæ Augustæ.* In alio Severi, ΗΓΕΜΟΣ ΤΙΒ. ΒΑΡΒΑΡΟΣ. ΤΡΑΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. *Præses Tiberius Barbarus.* In nummo Gordiani, Porta urbis, cum gemina turri.

ΤΡΑΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Cupido alatus tedæ inversæ innititur, in nummo Antonini Severi F. e Gaza Regia. Alter ejusdem Principis Harpocratem exhibet: digitum is ori admovet, læva Copiæ cornu gerit.

ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ.

ΠΥΘΙΟΣ. ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ. Domitiani nummus, apud Patinum, pag. 164. cum Apollinis Pythii effigie, citharam læva, laurum dextra gerentis. Certamina fuere solennia Trallibus in honorem Pythii Apollinis, uti ex marmore Arundelliano liquet, in quo hæc inter cetera certaminum genera recensentur: Ἐπίδαυρον Ἀσκλήπεια, Ἀθήνας Ἀδριάνεια, Σάρδεις Χρυσάνθινον, Τράλλεις Πύθια, &c. Vidimus in Cimelio Regio. Plinio, lib. V. sect. XXIX. *Trallis*, &c. Stephano: Τράλλεις, πόλις Λυδίας περὶ τῷ Μαιάνδρῳ ποταμῷ... τὸ ἐθνικὸν, Τραλλιανός. Cariæ Plinius & Ptolemæus adjudicant. Vide in eum Plinii locum animadversiones. Admonitione autem Cariæ, juvat obiter & alterum illustrare nummum e Gaza Regia, inscriptum ΙΔΡΙΕΩΣ, cum figura viri togati barbatique, humeris bipennem gestantis: Cerere, ex parte aversa. Fuit Ἰδριεὺς Cariæ rex, Mausoli frater, & regni hæres, de quo multa Strabo, lib. XIV. pag. 656.

ΕΠΙ ΑΠΕΛΛΟΥ ΓΡΑΜ. ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ. Ἐπὶ Ἀπέλλου Γραμματεύοντος Τραλλιανῶν. *Sub Apella Scriba Trallianorum.* Hadriani nummus ex eodem Cimelio, cum Jovis ac Dianæ effigie: quo gemino Numine concordia duarum civitatum signatur: Ephesi, Trallium que.

ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ. Antonini Pii, apud Occonem, pag. 271. cum Jovis sedentis effigie, dextra fulmen, hastam læva tenentis. Est & alibi ejusdem Antonini nummus: ΕΠΙ ΑΥΡ. ΑΡΙΣΤΕΟΥ. *Sub Aurelio Aristea*, cum fluvii decumbentis effigie. Alius præterea singularis sic est inscriptus: ΤΙ. ΑΙ. ΚΑΙΣΑΡ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΣ. *Titus Ælius Cæsar Antoninus*, capite nudo. *Cæsar* gentis cognomen se esse situ ipso quem hic habet admonet, ut in aliis plurimis, Græcis Latinisque, nummis: nam istud quidem observari satis non potest. .)(. ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ. Juppiter cum hasta sedet, cui canes venatici tres adblandiuntur. Est ex ære mediocri in Gaza Medicea. Cerberum hic se putant videre viri docti: frustra sunt. Juppiter est Κυνηγέτης, *Venator*: sive, ut alii malunt appellare cum Dionysio Halicarnasseo, libro I. Antiq. inquit Lilius Gyraldus, syntagm. 2. historiæ Deorum, pag. 110. Κυνηθεύς. Sunt & sub Antonino Severi F. nummi ΜΙΛΑΕΩΝ inscripti, cum simili Jovis Venatoris effigie. Ut

 Ephe-

Ephesii Diana Venatrice, sic isti Jove Venatore gloriantur, ob celebratam in eo tractu venationem.

ΕΠΙ ΕΥΑΡΕΣΤΟΥ ΓΡΑΜ. ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ. M. Aurelii, in quo Juppiter sedet. Sub Evaresto Scriba.

ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΤΩΝ CΕΒΑCΤΩΝ. Antonini Severi F. nummus, maximi moduli, e Cimelio Regio. *Trallianorum Neocororum Augustorum*, Getæ scilicet, & Antonini, fratrum Augustorum. Augusta sive Augustea certamina dicta fuere, in honorem Principis edita, quorum & Byzantii & Tralliani Neocoros se, hoc est, auctores curatoresque nummo cuso profiterentur. In nummo Juliæ Domnæ Diana est: ut & in Elagabali, in Thesauro Regio.

ΕΠΙ ΓΡ. ΕΡΜΟΚΛ. ΠΑΓΚΡΑΤΙΔΟΥ. ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΤΩΝ CΕΒΑCΤΩΝ. Antonini Severi F. nummus, e Gaza Regia: in quo templa duo insculpta, in quibus Antoninus & Geta Augusti, quorum se Neocoros Tralliani profitentur, *Sub Scriba Hermocle Pancratide F.* Alius est ejusdem Antonini, ΕΠΙ ΓΡ. ΓΛΥΠΤΟΥ. *Sub Scriba Glypta*, a Γλυπτής.

ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ ΕΦΕCΙΩΝ. Vide ΕΦΕCΙΩΝ.

ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ. ΖϞ. Anno XCVII. Ædificium perpulcrum, in nummo Gordiani Pii, e Cimelio D. Foucault. Æræ initium ab anno V. C. DCCCXCII. qui est Antonini Pii secundus.

ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ. ΕΠ. ΓΡ. ΓΕΝ. ΖΟΣΙΜΟΥ. ΤΗΛ. Ἐπὶ Γραμματέως Γεντίυ Ζωσίμυ . . . . . *Trallianorum, sub Scriba Gentio Zosimo*. . . . Valeriani nummus e Cimelio Regio, in quo Victoriæ gradientis effigies.

ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ. ΕΠΙ ΜΟΔΕCΤΟΥ. Gallieni nummus, *sub Modesto*.

ΙΕΡΟC ΔΗΜΟC. *Sacer Populus*, Romanus videlicet. ΤΥΧΗ ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ. Dea Annona cum temone & cornucopiæ. Est ex ære magno, apud P. Chamillart.

ΤΡΑΠΕΖΟΝΤΙΩΝ. Nummi ex Asia Vetere apud Goltzium, Tab. I. Plinio, lib. VI. sect. IV. *Trapezûs liberum*. Stephano: Τραπεζῦς..... ὁ πολίτης, Τραπεζύντι☉. Nunc *Trebizonde*, in Cappadocia. Præferunt hi nummi Apollinem capite radiato.

ΤΡΑΠΕΖΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Commodi nummus, e Cimelio Regio. Ptolemæo, lib. V. cap. II. in oppidis Cariæ, haud procul Antiochia ad Mæandrum, & Laodicea, Τραπεζόπολις collocatur. Plinio, lib. V. sect. XXIX. *Trapezopolitæ*. In Notitia Episcopatuum, Τραπεζόπολις Phrygiæ Pacatianæ adscribitur. Et in Conc. Quinsexto, pag. 1200. Εὐγένι☉ ἐπίσκοπ☉ πόλεως Τραπεζῶν Πακατιανῆς.

ΤΡΑΠΕΖΟΥΠΟΛΕΩC. Nummus Severi, in quo Dei Luni effigies.

ΔΗΜΟC ΤΡΑΠΕΖΟΠΟΛΙΤΩΝ. Caput juvenile. Ex parte aversa, ΔΙΑ. ΤΙ. ΦΛΑ. ΜΑΥΑΥCΙΟΥ. Διὰ Τιβερίυ Φλαυίυ Μαυαυσίυ, nisi mendum sit. E Cimelio Regio.

ΤΡΕΜΙΘΟΠΟΛΙΤΩΝ. Nummus antiquus e Græcia Vetere Goltzii. Stephano: Τρεμιθῦς κώμη Κύπρυ. Cives, Τρεμιθοπολῖται. Ptolemæo, Τρημηθῦς. In eo nummo Neptuni tridens, cui delphin implicitus: atque ipsemet ex aversa parte Neptunus.

TREVIRI.

COL. AUG. PAT. TREVIROR. In Thesauro Goltzii, pag. 237. Vespasiani nummus. *Colonia Augusta Paterna Trevirorum*. Similes apud Gruterum inscriptiones, pag. CXI. & CCXXV. Plinio, lib. IV. sect. XXXI. *Treveri*, & lib. XVIII. sect. XLIX. *Trevericus ager*, in Gallia Belgica, *Treves*.

ΤΡΙΑΚΑΛΑ, in Parutæ nummis. Plinio, lib. III. sect. XIV. *Triocalini*, in Sicilia. Stephano: Τρίκαλον, πόλις Σικελίας . . . τὸ ἐθνικὸν, Τρικαλῖν☉. Nunc *Troccoli*.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ *ad Mæandrum*.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ ΜΑΙΑΝΔΡ. Apud Spanhemium, pag. 888. Plinio, lib. V. sect. XXXI. *Tripolitani Mæandro alluuntur*. In Notitia Eccles. Provinciæ Lydiæ hæc Tripolis adjudicatur: a Ptolemæo, Stephanoque, Cariæ.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. Antonini Severi F. cum Cupidine: Tranquillinæ, cum Hercule: Otaciliæ, cum fluvii decumbentis imagine, in Thesauro Regio. Et Q. Herennii alter similis, ibidem. Valeriani, in quo Æsculapius & Hygia. Gordiani Pii, in quo Fortuna, sive Annona.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΜΑΙΑΝΔΡΟC. Juliæ Mamææ nummus, in Gaza Regia, cum fluvii decumbentis effigie.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. Philippi F. nummus, ex eodem Cimelio Regio, cum simili fluvii effigie.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΛΗΤΩΕΙΑ. ΠΥΘΙΑ. In corona. Ex parte aversa, ΔΗΜΟC. In Cenchrio amne hujus fere tractus abluisse se Latonam a partu poëtæ fabulantur: inde *Latonia* certamina, eademque *Pythia* ibi instituta. Est in Cimelio Regio similis huic nummus Gallieni.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΛΗΤΩ. ΙΕΡΑ CΥΝΚΛΗΤΟC. *Tripolitarum Latona. Sacer Senatus.* Est apud Tristanum, pag. 226. Patinum in Indice, pag. 7. & in Cimelio Regio. Habemus illius nummi formam in plumbo expressam ex ære magno.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ *Syriæ, seu Phœniciæ*. Plinio, lib. V. sect. XVII. *Tripolis, quam Tyrii; & Sidonii, & Aradii obtinent*. A M. Antonio usque ad Elagabalum & Juliam Soæmiada matrem ipsius, nummi sunt Tripolitarum, nominibus Augustorum plerorumque.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. Nummus Augusti, e Cimelio Regio, & apud Patinum, pag. 44. cum Apollinis ac citharæ effigie.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. Nummus Neronis: & alter M. Aurelii, apud Patin. pag. 244. in quibus Castor & Pollux insculpti, ut in Ascalonitarum nummis.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. Trajani nummus apud Patinum, pag. 187. cum eadem Castorum effigie. Ex parte aversa, ΑΡΑΔΙΩΝ. Quo nummo fœdus utriusque gentis intelligitur.

ΤΡΑΙΑΝΟC ΑΥ. ΚΑΙC. Apud eundem, pag. cit. Τραϊανὸς Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ. Ex parte aversa, ΤΡΙΠΟΛ. cum galeato capite, ut in nummis ΓΑΔΑΡΕΩΝ, pag. 229. eodem tractu.

ΤΥΧΗ ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. Hadriani nummus, e Gaza Regia, in quo bina Castoris & Pollucis capita: alter in quo mulier turrita stat. Sic in nummo tractus ejusdem, ΤΥΧΗ ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ Κοίλης Συρίας legimus, & ΤΥΧΗ ΑΔΡΑΝΝΩΝ.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. Severi nummus, apud Tristan. tom. II. pag. 100. cum palmæ icone, quod Phœnices symbolum. Alius est cum Castore & Polluce.

ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ. ΒΑΦ. Juliæ Soæmiadis nummus e Gaza Regia: in quo nummo terna templa insculpta: primum Elagabalo, Soæmiadi ejusdem Augusti matri alterum, tertium Aquiliæ Severæ sorori dicatum. Æram Græcorum in nummis suis Tripolitæ plerumque notarunt, ut diximus in Chronologia Veteris Testamenti. In nummo Augusti,

gusti, est ΠΣ. hoc est, annus CCLXXX. qui est V. C. DCCXXI. In nummo Tiberii est ΛΛΤ. hoc est, annus CCCXXXI. qui V. C. DCCLXXII. Tiberii sextus. In nummo Trajani, e Cimelio D. FOUCAULT, in quo Castor & Pollux equos manibus retinent, annus est ΤΚΖ. hoc est, CCCCXXVII. qui est V. C. DCCCLXVIII. In altero ejusdem Trajani, est ΗΚΤ. hoc est, CCCCXXVIII. qui V. C. DCCCLXIX. Trajani supremus. In nummo Hadriani, annus idem, qui etiam est V. C. DCCCLXX. usque ad Septembrem, & Hadriani primus. In nummis Antonini Pii, ΓΝΤ. ΕΝΤ. & ΘΝΤ. hoc est, CCCCLIII. CCCCLV. & CCCCLIX. qui sunt anni V. C. DCCCXCIV. DCCCXCVI. & DCCCC. Antonini Pii quartus, sextus, & decimus. In nummo M. Aurelii, est ΘΝΤ. annus CCCCLIX. qui V. C. DCCCC. quo anno Pii decimo, M. Aurelius accepit Tribuniciam potestatem. In nummis Antonini Severi F. est ΕΚΦ & ΖΚΦ. hoc est, DXXV. & DXXVII. qui sunt anni V. C. DCCCCLXVI. & DCCCCLXVIII. Antonini tertius & quintus. In nummis Antonini Elagabali, e Museo P. Chamillart, est ΛΦ. hoc est DXXX. e Cimelio Regio & e Museo nostro, est ΑΛΦ & ΒΛΦ. hoc est, DXXXI. & DXXXII. qui sunt V. C. DCCCCLXXI. DCCCCLXXII. & DCCCCLXXIII. Elagabali secundus, tertius, & quartus. In alio ejusdem: e Cimelio D. FOUCAULT, est ΓΛΦ. annus DXXXIII. qui quintus Elagabali; cum templo quatuor fulto columnis. ΑΤ. Κ. Μ. ΑΤ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ.....

Nummum Elagabali, e Thesauro Regio, ΑΤ. Κ. Μ. ΑΤ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ, capite laureato: & in contraria parte nummi, ΤΡΙΠΟΛΙ. ΝΑΤΑΡΧΙ. ΒΛΦ. D. Vaillant Tyriis perperam adscripsit, legitque ΤΥΡ. ΙΕΡ. ΑϹΤ. ΝΑΤΑΡΧ.

ΤΡΙΧΩΝΙΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. In Thesauro Goltzii, pag. 234. Stephano: Τριχώνιον, πόλις Αἰτωλίας. ὁ πολίτης, Τριχωνιεύς, &c.

TROAS.

COL. TROAS. ANTIGONIA. ALEXANDR. LEG. XXI. Titi nummus e Thesauro Goltzii, pag. 241.

COL. AUG. TROA. *Colonia Augusta Troas.* Caput turritum: retro, vexillum. Nummus est Trajani. In Hadriani nummo, COL. AUG. TROAD. *Colonia Augusta Troadensis.* Sic in Antonino, Crispina, Antonino & Geta, Gordiano, Philippo, Valeriano.

COL. ALEX. AUG. Antonini Pii. Plinio, lib. V. sect. XXXIII. *Troas, Antigonia dicta, nunc Alexandria, colonia Romana.* Ἀλεξάνδρεια Τρωάς Ptolemæo, lib. V. cap. II. & aliis. Ab Antigono Asiæ rege, Ἀντιγόνεια, Ἀλεξάνδρεια appellata est ab Alexandro Magno, conditore vel restitutore. Vide Chronicon Alexandr. ad annum 2. Olymp. CXIII. Deinde a Romanis eo colonos deductos esse jam ævo suo Strabo testatur, lib. XIII. pag. 593. Augusto nimirum Principe, ut nummi declarant.

COL. AUG. TROAD. Antonini, apud Patinum, pag. 221. & Commodi, pag. 262. In M. Aurelio, COL. AUG. TROA. In eo nummo pictus vir nudus, saccum humero sinistro gerens, dextra in cœlum elata. Est & Commodi similis.

ΤΡΟΑΔΕΩΝ. ϹΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ. M. Aurelii nummus.

COL. ALEX. AUG. TRO. Juliæ Domnæ apud Patinum, pag. 289. Elagabali, & Severi Alexandri, pag. 349. nunc Cimelii Regii.

COL. AUG. TROAS. *Colonia Augusta Troas,* Antonini Severi F. & Valeriani nummi, e Museo nostro. In nummo M. Aurelii e Cimelio Regio, rusticus humeris sacculum gestat, ut in Neapoleos Samariæ nummo.

COL. ALEX. TROAS. Antonini Severi F. nummi duo apud Tristanum, alter tom. II. pag. 179. in quo templi effigies, cum tripode & dracone, quod Æsculapii est, ut diximus sæpius, in nummis vulgare symbolum: alter, pag. 180. in quo pascentis equi imago cernitur: esse autem curam equorum ipsi quoque Æsculapio jam ante monuimus, ex Hierocle, in præf. ἱππιατρικῆς. Quod Tristanus non vidit. Huic posteriori plane similis est alter Severi Alexandri, apud eundem Tristanum, pag. 398. In aliis Antonini Severi F. nummis est COL. ALEXAND. AUG. In Elagabalo, COL. AUG. TRO. ALEX. vel COL. ALE. TROA. In Aquilia Severa, COL. ALE. AUG. In Severo Alexandro, COL. ALE. TRO. In Julia Mamæa, COL. AUG. TROA. & COL. ALEXAND. TRO. In Volusiano, COL. AUG. TROA. In Gallieni nummo, apud P. CHAMILLART, cum aquila, COL. AUG. TRO. & capite laureato Gallieni, IMP. LICINI. GALLIENUS: ex ære minimo.

COL. AUR. ANTONINIANA ALEX. *Colonia Aurelia Antoniniana Alexandrina.* Nummus allatus a Spanhemio, pag. 776. Traxit hæc cognomina colonia Troas, ab Antonino Severi F. cui M. Aurelii Antonini nomen fuit.

COL. ALEXAND. AUG. Aquiliæ Severæ, apud Tristanum, tom. II. pag. 360. & Patinum, pag. 339. Nunc est Cimelii Regii.

ΤΡΟΙΖΗΝ ϹΔΕΤϹ ΕΛΕΤΘΕΡΙΟϹ. *Juppiter Liberator.* In Vetere Græcia Goltzii, Tab. X. Plinio, lib. IV. sect. IX. *Trœzen.* Stephano: Τροιζὴν, πόλις Πελοποννήσου....... τὸ ἐθνικὸν, Τροιζήνιος. In superficie nummi altera, Neptuni tridens, cui Deo sacra civitas ea fuit. Strabo, lib. VIII. pag. 373. Τροιζὴν δ' ἱερά ἐστι Ποσειδῶνος, ἀφ' οὗ καὶ Ποσειδωνία ποτὲ ἐλέγετο. *Trœzen Neptuno sacra est: unde & Posidonia, hoc est, Neptunia, olim dicta fuit.* Διὸς Ἐλευθερίου βωμὸς, *Iovis Liberatoris ara*, etiam Delphis fuit, teste Aristide, tomo 2. pag. 320. Porro Æoles in multis vocibus loco ζ litteræ, σδ ponebant: ut pro μελίζειν, μελίσδειν. Et hic pro Ζεὺς, ϹΔΕΤϹ.

ΤΡΟΙΖΗΝΙΩΝ. Nummus Septimii Severi, in quo Juppiter stat cum hasta, & aquila.

ΤΡΟΙΖΗΝΙΩΝ. Et ex aversa parte ΠΟΛΙΑϹ, hoc est, *Urbana Minerva*, seu Urbis Præses, & custos. Ibidem.

TUCCI.

COL. AUGUSTA GEMELLA. LEG. XXV. Claudii nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 237. Plinius, lib. III. sect. III. *Colonia immunis Tucci, quæ cognominatur Augusta Gemella.* Gruteri inscriptio, pag. 332. COLONIAE. AUG. GEMELLAE. TUCCITANAE. Τοῦκι Ptolemæus, lib. II. cap. IV. Γέμελλαι vocat Appianus, in Iber. pag. 293. Gemellæ nomen ea colonia habuit, a colonis eo deductis militibus ex aliqua earum legionum, quibus Geminæ aut Gemellæ cognomen fuit: quales erant VII. X. XIII. & XIV. quod ex duabus factæ singulæ erant, quæ justum legionum numerum non explerent. Hodie *Martos* in Bætica, inter Cordubam & Giennum.

TURIASO.

MU. TUR. & MUN. TUR. Augusti ac Tiberii nummi, apud Patinum, pag. 66. Nunc in Cimelio Regio. *Municipium Turiaso.* Plinio, lib. III. sect. IV. *Turiasonenses civium Romanorum.* Nunc *Tarraçona* trans Iberum, in Aragoniæ confinio.

TURIASO. Caput muliebre, sive Genius civi-

civitatis. IMP. AVGVSTVS P. P. capite laureato.

ΤΥΑΝΑ *Cappadociæ.*

ΤΥΑΝΕΩΝ Τ. ΠΡ. Τ. ΙΕΡ. ΑΣΥ. ΑΥ. ΕΤ. Ε. Τυανέων τῶν πρὸς Ταύρῳ, ἱερᾶς, ἀσύλου, αὐτονόμου, ἔτους ε'. *Tyanensium* civitatis, *ad Taurum, inviolatæ, suis utentis legibus: anno quinto.* Hadriani Imp. cujus effigiem nummus hic præfert, e Cimelio Regio. Plinio, libro VI. sect. III. *Tyana.* Stephano: Τύανα, πόλις μέση Κιλικίας ἢ Καππαδοκίας .... οἱ πολῖται, Τυανεῖς. Eadem Christopolis postea appellata. In Notitia Ecclesiast. pag. 47. Ἐπαρχία Καππαδοκίας· ὁ Τυάνων, ἤτοι Χριστουπόλεως. Ut nempe Antiochiam post terræ motum auspicato nomine Theopolim, Θεούπολιν, Justinianus appellavit, sic Tyana Christopolim Valens, cum prærogativa metropolitici juris Urbem eam donavit. Haud procul portis Ciliciis fuit, unde in Syriam transitus, juxta montem Taurum: quare & ea regio, Εὐσέβεια ἡ πρὸς τῷ Ταύρῳ dicta Straboni, lib. XII. pag. 537. In eo porro nummo turrita mulier monti insidet, emergente ante pedes ex aquis homine, qua effigie situs oppidi in monte, cujus radices amnis alluat, indicatur: spicis, & papavere, quæ dextra tenet, circumjacentis agri fertilitas. Strabo, loc. cit. Ἡ μὲν Τυανῖτις ἐπίκειται ὑποπεπτωκυῖα τῷ Ταύρῳ τῷ κατὰ τὰς Κιλικίας πύλας ... καλεῖται δ' Εὐσέβεια ἡ πρὸς τῷ Ταύρῳ· ἀγαθὴ δ' ἡ πλείστη καὶ πεδιάς. Τὰ δὲ Τύανα ἐπίκειται χώματι Σεμιράμιδος τετειχισμένῳ καλῶς. *Tyanitis substrata Tauro est ad portas Cilicias .... Vocatur autem Eusebia ad Taurum: fertilis, & maxima sui parte plana. Tyana imposita sunt aggeri Semiramidis probe muris substructo.* Hæc de oppidi situ, & ubertate agri: de amne præter labente, idem Strabo, lib. XIII. pag. 587. ubi amnem eum ait, qui Solos Ciliciæ rigat, ex Tyanensi agro venire: ὁ ἐκ Τυάνων εἰς Σόλους διὰ τοῦ Ταύρου. Est similis Antonini Pii nummus, cum ΕΤ. ΘΙ. ἔτους ιθ'. *anno* XIX.

ΤΥΑΝΕΩΝ Τ. Π. Τ. ΙΕΡ. ΑΣΥΛ. Τυανέων τῶν πρὸς Ταύρῳ &c. Dea turrito capite, seu Genius civitatis rupi insidet. M. Aurelii hic nummus est. Similis est Commodi alter; & alter Severi. In nummo M. Aurelii: ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ. aversa pars exhibet caput turritum: & cum prædicta epigraphe, ΕΤ. Β. *Anno* 2. M. Aurelii. Est in Cimelio D. FOUCAULT.

ΤΥΑΝΩΝ. Caput apri. E Museo nostro.

ΤΥΝΔΑΡΙΤΑΝ, apud Parutam. Plinius, lib. III. sect. XIV. *Tyndaris colonia*, in Sicilia. Rudera supersunt, nomenque *Tendaro.* In nummo priore apud Parutam Juno insculpta, quæ pavone vecta fertur: In aliis Ceres, cum spicis, ubertatis symbola: pilei Castoris ac Pollucis, qui Tyndarei filii, iidemque hujus oppidi conditores fuere: quanquam a Messeniis conditum scribit Diodorus Sicul. lib. XIV. Bibl. Sed fuit nimirum quondam Laconici juris & ipsa Messenia, auctore Strabone, lib. VI. pag. 279. Hinc illud Silii, lib. XIV. de Tyndaritanis:

Geminoque Lacone
Tyndaris attollens se se.

Castorem & Pollucem intelligit, Tyndari Laconum regis filios.

ΤΥΝΔΑΡΙΕΩΝ. E Goltzii Thesauro, pag. 235. & apud Parutam.

ΤΥΝΔΑΡΙΤΑΝ Caduceus, Mercurii symbolum: laurus, Apollinis: spica, ubertatis. Apud Parutam, num. 6. Tullius sub finem Verrinæ quintæ: *Téque Mercuri, quem Verres in villa & in privata palæstra posuit, P. Africanus in urbe sociorum, & in gymnasio Tyndaritanorum, juventutis illorum custodem & præsidem voluit esse, imploro atque obtestor.* Et actione quarta: *Audistis nuper dicere legatos Tyndaritanos, homines honestissimos, ac principes civitatis, Mercurium, qui sacris anniversariis apud eos, ac summa religione coleretur, quem P. Africanus, Carthagine capta, Tyndaritanis non solum suæ victoriæ, sed etiam illorum fidei societatisque monumentum atque indicium dedisset, hujus vi, scelere, imperioque esse sublatum.* Hujus Mercurii mentio, quem Tyndaritanorum Præsidem Deum Tullius appellat, alterius nummi recordationem excitat, Severo Imp. cusi, cujus in aversa parte legimus, IOVI. PRAE. ORBIS, hoc est, *Iovi Præsidi Orbis:* non uti vir eruditus, in Juliani Cæsares censuit, *Iovi Præfecto Orbis.* Deos enim, quorum sub tutela forent oppida, regna, civitates, loca quævis, Præsides eorum locorum vocavit antiquitas. Tullius, pro domo sua. Ovidius, lib. X. Metam.

Caruerunt præside Delphi.

Seneca, in Hippolyto:

Præses terræ Dea.

ΤΥΡΑΝΩΝ. Caput turritum. Domitiani nummus, e Cimelio D. FOUCAULT.

ΤΥΡΑΝΩΝ. Nummus Antonini Pii. Item M. Aurelii, in Cimelio D. FOUCAULT: & alibi etiam Verissimi Cæsaris, & Commodi. Item Severi ac Juliæ Domnæ, quos Patinus affert, pag. 286. & 290. Nunc Cimelii Regii. Plinius, lib. IV. sect. XXVI. *Amnis Tyra, oppido nomen imponens*, &c. Stephanus: Τύρας, πόλις καὶ ποταμὸς ἐν τῷ Εὐξείνῳ Πόντῳ ..... τοὺς πολίτας, Τυρανούς. Goltzius in Thesauro, pag. 236. ΥΡΑΝΩΝ perperam legit in Severi nummo, pro ΤΥΡΑΝΩΝ. Quo in nummo e Gaza Regia Hercules stat: in altero Juliæ Domnæ, Cybele sedet. Est in Cimelio D. FOUCAULT, similis nummus Plautillæ.

ΤΥΡΑΝΩΝ. Hercules stans clavæ innititur. Est Juliæ Domnæ, ΙΟΥΛΙΑ ΔΟΜΝΑ, in Thesauro Regio.

ΤΥRVS, *in Syria Phœnice.*

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. ΤΥΡΙΩΝ. L. ΗΝΡ. *Anno* CLVIII. Demetrii Soteris nummus quem vidimus. Est ejusdem Principis alter, L. ΘΝΡ. hoc est, Λυκάβαντος ρνθ'. *Anno* CLIX. in Museo nostro. Tertius itidem Demetrii Nicatoris, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. ΤΥΡΙΩΝ. L. ΗΞΡ. *anno* CLXVIII. æræ nempe Seleucidarum, de qua diximus in nummis ΑΡΑΔΙΩΝ. Plinius, lib. V. sect. XVII. *Tyrus, quondam insula &c.*

ΤΥΡ. (litteris invicem implexis vox ea scribitur in nummo) ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. ΙΕΡΑΣ. ΑΣ. cum palmæ icone: turrito, ex parte altera, capite. In Museo nostro. Τύρου Μητροπόλεως ἱερᾶς ἀσύλου. *Tyri Metropoleos sacræ, inviolatæ.*

ΤΥΡΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩϹ. Capite laureato: ex aversa parte, ΚΟΙΝΟΝ ΦΟΙΝΙΚΗϹ ΑΚΤΙ. *Actia* certamina. *Commune Phœnices.* Phœniciæ Maritimæ Metropolis ea fuit. Notitia antiqua, pag. 61. Ἐπαρχία Φοινίκης Παραλίας. Τύρος Μητρόπολις. Sed nummus suspectus valde.

ΤΥΡ. ΙΕΡΑΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. ΗΛΣ. ΘΙΣ. ΘΟΣ. similesve annorum notæ, quas exposuimus in Chronologia Veteris Testamenti, ad æram Græcorum pertinent.

SEP. TYRVS METRO. COLONIA. ACTIA. ERACLIA. Certamina sunt Actia in honorem Herculis Tyri exhibita. Nummus est Antonini Severi F.

SEP. TYRVS, vel SEPT. TYRO. METROP. COLONIA. LEG. XII. In nummis

mis Juliæ Domnæ & Macrini: quos nummos inepte quidam legunt, SEPHYRVS & SEPHYRO, secuti Patinum.

SEPT. TYRVS. MET. COLONIA. *Septimia Tyrus Metropolis colonia*, a Septimio Severo Augusto sic appellata. Nummus est Antonini & Getæ, filiorum Severi.

TYRVS METRO. COLONI. Diadumeniani nummus, in quo insculptus Hercules. Strabo, lib. XVI. pag. 757. de Tyriis: Τιμᾶται ἢ καθ' ὑπερβολὴν Ἡρακλῆς ὑπ' αὐτῶν. *Colitur apud eos Hercules majorem in modum.* Vide & Curtium, lib. IV. ceterosque scriptores rerum Alexandri. Spoliatum donariis Tyrium Herculem a Cæsare, ob receptam ab iis uxorem Pompeji, Dio refert lib. XLII.

TYRO. COLO. Elagabali, apud Patinum, pag. 331. Vir nudus palmam arborem, qui Syriæ typus est, digito monstrat: apposita deinde concha Tyria, ex qua succus purpureus tingendis vestibus eliciebatur olim, qui *Tyri præcipuus Asiæ*, ut Plinius aït, lib. IX. sect. LX. Strabo, lib. XVI. pag. 757. Πολὺ δὲ ἐξήτασαι πασῶν ἡ Τυρία καλλίστη πορφύρα, &c.

TYRIORVM. Nummus Elagabali, in Cimelio Regio. ΗΡΑΚΛΙΑ. ΟΛΥΜΠΙΑ, certamina subintellige. Est & Anniæ Faustinæ, COL. MET. TYRO.

TYRIORVM. Nummus Antonini Elagabali: in quo stat Dido cum hasta pura, dextra protensa, instar jubentis: supra, muri & portæ civitatis: ad pedes Didonis, operarius ligone terram fodit: pone ipsum est murex Tyrius. Infra, ΔΕΙΔΩΝ. Hæc symbola docent prima Tyriorum mœnia a Didone fuisse constructa: non certe Karthaginem.

COL. TYRO. METR. Saxa duo, seu Petræ duæ, inter calicem, ex quo ignis emicat, & oleam arborem. In imo, AMBROCIE PETRE, cum conchylio. Scriptum est ita, pro Ἀμβρόσιαι πέτραι. Nummus est Gordiani junioris, apud Tristanum, tomo 2. pag. 508. Petræ duæ insculptæ idcirco sunt, ut situm urbis Tyri significent. Nam in petra, non una, sed gemina, civitas ea sita est: quarum in altera pars civitatis, quæ Palætyrus appellabatur; in altera ea est quæ Tyri nomen habet. Factum autem Tyri nomen a petra est: nam & *Tyrus* & *petra* Hebraïce צר est. Ergo *Petræ duæ*, duæ sunt partes civitatis Tyri. *Circuitus* Tyri, inquit Plinius, libro V. pag. 573. XIX. *mill. passuum est, intus Palætyro inclusa. Ambrosiæ* autem *petræ* dicuntur, hoc est, petræ quidem, sed in quibus tamen dulcis est quies, & habitatio perjucunda. Est enim ἀμβρόσιος, *dulcis*, ut apud Homerum, Odyss. ό. νὺξ ἀμβροσίη, *nox dulcis*: & Iliad. ά. ἀμβρόσιος ὕπνος, *dulcis placidusque somnus*. Merus ergo ludus est in verbo & significatione Tyri: quæ cum *Petra* dicatur, dulcis tamen & jucunda quoque prædicatur. Fabulas, quas hoc inspecto numismate scriptor fabulosus ac nullius pœne judicii, ut a Tristano appellatur, tomo I. pag. 492. quas, inquam, fabulas Nonnus confinxit de Petris Ambrosiis, nemo cordatus non aspernetur. Sic ille, sic alii, ex nummis antiquis, quos non intelligerent, occasiones cepere fabulas comminiscendi, quas qui arbitrantur prodesse ad Nummorum veterum explicationem, nesciunt se mendaces & fabulatores sequi. In imo isto numismate conchylium est; quoniam, ut Plinius aït loco citato, *nunc omnis* Tyri *nobilitas CONCHYLIO atque purpura constat*. Arbor olea laudatissimum in eo tractu oleum esse significat: ex quo in templo Herculis Tyrii lucerna perpetuo arderet: id enim calix dextrorsum positus indicare videtur, in quo ellychnium accensum apparet.

COL. TYRO METR. Nummus Philippi. In altero, COL. METROPOL. TYRO. In corona laurea: AKTIA. KAICAPIA. *Ludi Actii* in honorem Cæsaris. In nummis Otaciliæ & Saloninæ, AKTIA ERACL. *Actia Heraclea certamina.*

COL. TYRO METR. *Colonia Tyro Metropoli.* Roma galeata sedens cum hasta, dextra tenet Aquilam Romanam; cujus dorso impositi sunt Augusti duo, togati & laureato capite, Septimius Severus & Antoninus filius; primi nempe coloniæ conditores. Est hic nummus Treboniani Galli: & fuit is olim in Museo R. P. DE LA CHAIZE, Societatis JESU. Sic in nummo ΘΕΩ ΜΑΡΙΝΩ, Philippopolitæ Deam Romam similiter insculpsere, cum Aquila & Philippis duobus, coloniæ Philippopolis primis conditoribus.

COL. TYRO. METRO. Treboniani Galli, apud Patinum, pag. 397. BOS deductæ coloniæ symbolum, Tyriæ conchæ inhiat. In labaro deinde epigraphe, LEG. III. GAL. Similiter in Valeriani nummo. In vetustis inscriptionibus apud Gruterum, LEG. III. GAL. passim occurrit.

TYRVS SEPT. COL. METROPOL. Nummus Gallieni.

IMP. C. P. LIC. VALERIANVS AVG. Capite radiato. .)(. COL. TYRO METRO. Princeps femina stans, sinistra tenens hastam puram, dextra radium, quo locum ostendit operario terram ligone fodienti; juxta, muri & portæ civitatis, cum murice Tyrio: plane ut in nummo Antonini proxime allato: sed absque nomine ΔΕΙΔΩΝ. Habemus nummi ex ære mediocri formam in plumbo expressam.

V

VALENTIA *in Calabria.*

VALENTIA. Nummus Cæsaris Dictatoris, apud Occonem, pag. 15. cum gemino Copiæ cornu, ac fulmine. Hunc nummum Patinus & Mediobarbus nequicquam urbi Romæ adscribunt, in nummis Julii Cæsaris: alii frustra quoque Valentiæ Hispanicæ: nos Italicæ, nempe Viboni Valentiæ, de qua Plinius lib. III. sect. X. *Hippo, quod nunc Vibonem Valentiam vocant:* cum Goltzio, in Magna Græcia, tab. XXXV. Calabriæ civitas ea est, olim Hipponium appellata. Vide ΙΠΠΩΝΙΕΩΝ. Duris apud Athen. lib. XII. pag. 542. a Gelone aït, prope Hipponium oppidum, locum esse exædificatum, quem Cornu-copiæ appellarit: Πλησίον Ἱππωνίου πόλεως ... τόπον τινὰ εἶναι καλούμενον Ἀμαλθείας κέρας, ὃν τὸν Γέλωνα κατασκευάσαι. Id vero in præsenti nummo expressum. Alias Copiæ cornu in nummis felicitatem temporum designat. Dio Chrysost. Τὸ τῆς Ἀμαλθείας κέρας μηνύει τῶν ἀγαθῶν δόσιν καὶ τὴν εὐδαιμονίαν. *Cornu copiæ felicitatem & bonorum largitionem indicat.*

VALENTIA *Citerioris Hispaniæ.*

C. I. V. *Colonia Julia Valentia.* Nummus est e Museo nostro, in quo capita Julii & Augusti opposita sine laurea sunt. DIVI IVLI. & CAESAR DIVI. F. IMP. Cum litteris C. I. V. navis Prætoria est. Plinius, libro III. sect. IV. *Valentia colonia.* Nunc quoque est in Hispania regni cognominis caput.

VIENNA *Provinciæ Narbonensis.*

COL. VIENNA. LEG. VII. CLAVDIANA PIA. Neronis nummus, in Thesauro Goltzii, pag. 242. Plinius, lib. III. sect. V. *Colonia Vienna Allobrogum.* Nunc quoque, *Vienne en Dauphiné.*

VIMINACIVM.

P. M. S. COL. VIM. AN. I. In altero, AN. IIII. In altero, AN. V. *Provinciæ Macedoniæ Superioris, Colonia Viminacium.* Gordiani Pii nummus, e Cimelio Regio, Museoque nostro, ad Viminacium pertinet, quæ colonia est in Mœsiam deducta Gordiano hoc ipso Principe. Anni hi sunt a tempore deductæ coloniæ, hoc est, ab XI. Kal. Maji, anno tertio Gordiani Pii, V. C. DCCCCXCIII. Οὐιμινάκιον Ptolemæo, lib. III. cap. IX. in superiore Mœsia. Βιμινάκιον νῆσ☉ μεγάλη τῦ Ἴςρυ a Theophane appellatur, anno XIX. Mauricii. Ab Antonino in Mœsia Viminacium collocatur. Βιμινάκη μητρόπολις Μυσίας, in Notitia Eccles. Hieroclis, pag. 25. Notitia Imperii, sect. XXX. *Præfectura Legionis septimæ Claudiæ, Viminacio. Præfectura Classis Histriæ Viminacio.* Unde fuit olim cum suspicaremur legi in iis nummis posse, *Præfectura Militum Superventorum Coloniæ Viminacii:* cujusmodi *milites superventores Axiupoli* in Scythia fuisse eadem Notitia testatur, sect. XXVIII. Sed prior interpretatio, quæ magis recepta, magis arridet. Occo, pag. 432. in Gordiano Pio, P. M. SCOLVM. ANT. pro P. M. S. COL. VIM. AN. I. De Gordiano juniore Capitolinus, pag. 162. *Fecit iter in Mœsiam, atque in ipso procinctu quidquid hostium in Thraciis fuit, delevit, fugavit, expulit, atque summovit.* Tuncque deducta simul ab eo Viminacium colonia est. Sed omnes de Viminiaci situ falli & fallere mox liquebit.

P. M. S. COL. VIM. AN. V. & AN. VI. & AN. VII. & AN. VIII. & AN. VIIII. & AN. X. Nummi sex Philippi Imp. In his omnibus nummis stat Provincia media inter taurum & leonem, expansis brachiis utrumque ostentans: quo habitu situs provinciæ egregie demonstratur; *Macedoniæ* nimirum *superioris*, quæ media est inter Macedoniam inferiorem, in qua leones sunt, & Epirum, ubi tauri eximii. Macedonia enim in duas dividebatur provincias, ut hi nummi docent: & inferior ea nuncupabatur, quæ mari vicinior: superior, que mediterranea, & Epiro adjacens. De leonibus Macedoniæ inferioris, Plinius libro VIII. sect. XVII. *In Europa autem inter Acheloum tantum Nestumque amnes leones esse:* quo intervallo Macedonia inferior continetur. De tauris Epiroticis idem sect. LXX. *In nostro orbe Epiroticis laus maxima, a Pyrrhi (ut ferunt) jam inde regis cura.* Itaque alios in præsenti scriptores nihil moramur, qui quod repererunt scriptum in his nummis oppidum provinciæ Mœsiæ adsignarunt, pro Macedonia; nec Macedoniam in duas provincias diviserunt, sed Mœsiam: & Viminacium denique pro Vimania colonia, aliove simili nomine, fortassis finxerunt. Nam & in hoc toto opere, cum alios præter scriptores sacros & Plinium de situ terrarum, vel de rebus gestis, scriptores appellamus, nolumus propterea quisquam existimet, horum a nobis fidem præstari.

P. M. S. COL. VIM. AN. X. Otaciliæ Severæ, & Decii quoque, apud D. Vaillant.

P. M. S. COL. VIM. AN. XI. Decii, e Museo nostro.

P. M. S. COL. VIM. AN. XII. Herennii Etrusci, & Valentis Hostiliani, qui Decii filii.

P. M. S. COL. VIM. AN. XIII. Treboniani Galli, apud Patinum, pag. 397. qui quid eæ notæ valerent, non intellexit. In aliis est AN. XII. In aliis, AN. XIIII.

P. M. S. COL. VIM. AN. XIIII. Est Volusiani, Æmiliani, & Treboniani. In nummo Æmiliani, e Cimelio D. FOUCAULT, legitur. IMP. C. M. AEMIL. AEMILIANVS AVG. capite laureato. In parte aversa, P. M. S. COL. VIM. Dea stans inter leonem & taurum: infra, AN. XIV. sic enim ibi scriptum est pro XIIII.

P. M. S. COL. VIM. AN. XIIII. XV. & XVI. Valeriani, apud Mediobarbum, pag. 368. & apud D. Vaillant.

VINDELICI. Vide RAETIA, & AVGVSTA VINDELICORVM.

VISONTIVM. MVN. Galbæ, e Thesauro Goltzii, pag. 244.

MVN. VISONTIVM, in laurea. Augusti nummus, e Cimelio Regio. Ptolemæo, lib. II. cap. VI. Hispaniæ Tarraconensis oppidum est in Pelendonibus, Οὐισόντιον. Huc potius referri hos nummos reor oportere, quam ad Sequanorum, Pannonumve, Visontium.

VLIA. Urbs est Hispaniæ: inter nummos P. LUDOVICI JOBERT, Societatis JESU, Parisiis.

VLPIA TRAIANA.

COL. AVG. VLPIA TRAIANA. Trajani nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 238. Fuit ea civitas in Dacia antiqua trans Danubium, Ζαρμιζέθυσα βασίλειον, *Regia Zarmigethusa*, dicta Ptolemæo, lib. III. cap. VIII. Deinde Colonia Ulpia Trajana Augusta Dacica Sarmizegetusa, a Trajano conditore. Vetus inscriptio, apud Gruterum, Pag. CCCXXIX. 6. PROVINCIAE. DACIAE. COL. VLP. TRAIANA. DACIC. SARMIZEG. Pag. CCCCXXXVII. 1. COLON. VLPIA. TRAIANA. AVG. DAC. SARMIZGETVSA. Nunc *Varhel* dicitur, in Transylvania: eadem ipsa, quæ supra Trajanopolis est appellata.

ΗΓΕ. ΤΟΥΛ. ΜΑΞΙΜΟΥ ΤΗС ΤΡΑΙΑΝΗС. M. Aurelii nummus, e Cimelio D. FOUCAULT: cui nummo castellum insculptum. Ἡγεμόν☉ Τυλλίυ Μαξίμυ, *Præside Tullio Maximo*, cujus & in Pautaliatarum nummis, ejusdem fere tractus, nomen occurrit.

ΤΡΑΙΑΝΗС ΑΥΓΟΥСΤΗС. Severi nummi, in quibus & Dianæ Venatricis, & Cybeles stantis effigies. Cave Tristanum, tom. II. pag. 99. Patinumque, pag. 282. audias, qui hanc Trajanam esse eandem cum Trajanopoli Phrygiæ volunt: Holsteniumve, qui cum Augusta Ciliciæ. Sunt & Antonini Severi F. nummi, cum Apolline, Baccho, &c. Plautillæ, in Cimelio D. FOUCAULT, cum epigraphe: ΗΓ. СΙΚΙΝ. ΚΛΑΡΟΥ. ΑΥΓΟΥСΤΗС ΤΡΑΙΑΝΗС. *Præside Sicinio Claro.* ΦΟΥΛΒΙΑ ΠΛΑΥΤΙΛΛΑ СΕΒ.

ΕΠΙ СΤΡ. ΑΝΝΙΟΥ ΜΑΡΚΟΥ. ΑΥΓ. ΤΡΑΙΑΝΗС. *Sub Prætore*, vel *Duumviro, Annio Marco. Augustæ Trajanæ* Elagabali, apud Patinum, pag. 333. cum Cybeles stantis effigie. Verum ille haud dubie ΕΠΙ СΤΡ. de suo scripsit, pro ΗΓ. hoc est, ἡγεμόν☉: qui mos scribendi in illo tractu fuit.

ΤΡΑΙΑΝΗС ΑΥΓΟΥСΤΗС. *Trajanæ Augustæ.* Valeriani, e Cimelio Regio.

VOLCAE. in parte aversa, AREC. *Volcæ Arecomici.* Nummus singularis e Museo nostro, ex ære, minimi moduli. Caput ibi diadematum est: Senatus videlicet Nemausensis. In altera parte stat Senator togatus. Plinio, lib. IIII. sect. V. *Nemausum Arecomicorum:* Ptolemæo, lib. II. cap. X. Οὐόλκαι Ἀρικόμιοι, ὧν πόλεις μεσόγειοι, Νέμαυσος κολωνία, &c. Hodie *Nismes*, in Languedocio, ut vocant, Galliæ provincia olim Narbonensi dicta.

VRSO.

COL. GEMINA. VRBANOR. Neronis nummus e Thesauro Goltzii, pag. 239. Plinius, lib. III. sect. III. *Colonia Urso, quæ Genua*

nua Urbanorum: ubi vel libris invitis, *Gemina* monuimus legi oportere. Hodie *Offuna*, Ducatus titulo insignis. Mariana, lib. III. hist. Hisp. cap. 22.

VTICA, *in Africa.*

MVN. IVL. VTICEN. DD. P.P. Tiberii nummi e Gaza Regia. *Municipii Iulii Uticensis Decuriones posuere.* Plinius, lib. v. sect. III. *Utica Catonis morte nobilis.* Nunc *Biserte* dicitur. Datum Uticensibus jus civitatis ab Octaviano Cæsare, anno V. C. DCCXVIII. L. Gellio, Cocceio Nerva Coss. auctor est Dio, lib. XLIX. pag. 401.

C. VIBIO MARSO PR. COS. *C. Vibio Marso Proconsule.* Alius, PR. COS. II. *Proconsule secundum.* Alius, PR. COS. III. *Proconsule tertium.* Nummi sunt Tiberii tres: quorum in aversa parte Pietas sedet, cum his hinc inde litteris, M. M. I. V. *Municipes Municipii Julii Uticensis.* Vel DD. PP. *Decuriones posuere.* In uno ex his cum Marso Proconsule jungitur NERO CAES. Q. PR. In alio, DR. CAES. Q.PR. hoc est, *Nero Cæsar*, vel *Drusus Cæsar*, ambo Germanici filii, *Quinquennalis Præfectus*: non *Quæstor Provincialis*, ut quidam dixerunt. Neque enim certe Quæstor, in tam tenui præsertim provincia Cæsar foret.

C. LOLLI. ITER. latere dextro nummi: lævo, M. DOM. infra, IIVIR. Statua Augusti imposita cippo, cui inscriptæ sunt hæ litteræ: P. S. S. C. In altera parte caput Augusti nudum sine laurea. Nummus hic est apud Patin. in familiis, pag. 158. & apud D. Vaillant, in Colon. sic interpretandus: *C. Lollius iterum*, *M. Domitius, Duumviri, Poni suo sumptu curavere*: statuam illam Augusti nimirum, in nummo expressam. Similis alter est; in quo pro statua Augusti, Pietatis sedentis effigies est: qualis in nummis Uticensium: & in priore parte, Tiberii vultus, sine epigraphe. Eam ob rem Uticensibus hunc nummum tribuimus.

Υ

ΥΒΛΑΑΣ ΜΕΓΑΛΑΣ, apud Parutam. Plinio, lib. III. sect. XIV. in Sicilia. *Hyblenses.* Stephano, Ὕβλα μείζων, *Hybla major.* Nunc *Paderno.* In eo nummo Deæ Hyblææ signum exstat, urceolum dextra, læva hastam puram tenentis, blandiente ad pedes cane: quo ex argumento Dianam esse Venatricem auguramur. Ex parte antica ejusdem Deæ caput, cum api, ob mellis in eo tractu copiam. De melle Hyblæo Plinius, lib. XI. sect. XIII. aliique. De Hyblæa Dea Pausanias, in Eliac. prior. seu lib. v. pag. 172. ubi de Hybla majore: Καὶ ἱερὸν σφίσιν Ὑβλαίας ἐστὶ Θεοῦ, παρὰ Σικελιωτῶν ἔχον τιμάς. *Ibi fanum est Siculorum celebritate religiosum, Deæ quam Hyblæam vocant, dicatum.*

ΥΔΙΝΑΙΩΝ. Ad Majorem Græciam spectare hic nummus e Museo nostro videtur, cui similis est in Cimelio Regio: quod in eo Minotauri effigies, & Palladis caput exstat, quæ notæ in nummis illius tractus frequentes occurrunt. In nummo eo, qui est argenteus majoris moduli, conspicuæ sunt hæ tantum litteræ, ΥΔΙΝΑΙ. ubi quidam etiam putant, quæ littera Δ paululum inclinata videtur, esse litteram P: minus recte, ut arbitramur.

ΥΔΡΩΝΤΙΝΩΝ. E Magna Græcia Goltzii, tab. XXXIII. In eo nummo Neptunus, cum tridente ac delphinis. Plinio, lib. III. sect. XVI. *Hydruntum.* Stephano: Ὑδροῦς . . . . τὸ ἐθνικὸν, Ὑδρούντιος, & Ὑδρουντῖνος, & ex nummo Ὑδρωντῖνος. Nunc *Otranto*, in Italia.

ΥΕΛΗΤΩΝ, ex argento & ære, in Museo nostro.

ΥΕΛΗ. cum noctua Palladis symbolo, ibidem. Plinio, lib. III. sect. X. *Oppidum Helia, quæ nunc Velia.* Nunc vicus est, *Castel a mare della Brucca*, in Principatu citeriore. Sunt apud Goltzium in Magna Græcia, Tab. XXII. & XXIII. in quibus leo insculptus, noctuaque Palladis, tridens delphinusve Neptuni, spica fertilitatis symbolum.

ΥΚΚΑΡΕΩΝ.

ΙΚΑΡ. apud Parutam. Stephano: Ὕκκαρον, πόλις Σικελίας . . . . τὸ ἐθνικὸν, Ὑκκαρεύς. Antonino *Hiccara*, a Panhormo, XVI. M.P. Nunc quoque *Carini*, & *Muro d'Iccarini*, teste Fazello, decad. I. lib. VII. cap. VI.

ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ. Juliæ Domnæ nummus, e Museo nostro, cum templo, in quo Juno velata. Adjectum Prætoris nomen, ΕΠΙ CΤΡ. Μ. ΑΠΠΙΩΝΟC. *Sub Prætore M. Apione.* ΙΟΥΛΙΑ CΕΒΑCΤΗ. *Iulia Augusta.* Legitur hoc nomen Ἀππίων per geminum ππ, & in Bibl. Photii, cap. CXII. Et apud Clementem lib. x. Recogn. ubi ait Appionem cum Anubione venisse ab Antiochia. In Lexico Suidæ, Ἀπίων ὁ Πλειστονίκης. Sed ex litterarum serie scribi Ἀππίων ibi oportere palam est. Videtur sane Ἀππίων nomen Romanum esse, & in Græcam speciem detortum, ab recto *Appius*, ut Μάρκιος, a *Marcius*. Tamen Apion familiare Ægyptiis nomen fuit, deductum ab Api, quem colebant: ut a Serapi, Serapion, Anubion, ab Anubi. Quare Apion saltem ille Grammaticus, qui mundi cymbalum dicitur fuisse appellatus, Apion dicendus potius videtur, quam Appion. Sunt Hypæpenorum porro nummi alii in Thesauro Regio, & in Cimelio D. FOUCAULT, Antonini Pii, ΕΠΙ ΙΟΥΛ. ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ, *sub Julio Menandro.* Faustinæ Aurelii, cum Æsculapio: Crispinæ, ΕΠΙ ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥC ΤΟ Β. *sub Menecrate iterum*, cum Junonis effigie: Severi, cum Æsculapio: Getæ, Decii, Etruscillæ, & Valeriani. Plinio, lib. v. in fine sect. XXXI. *Hypæpeni.* Stephano: Ὕπαιπα, πόλις Λυδίας.... τὸ ἐθνικὸν, Ὑπαιπηνός. Plura vide in nostris ad Plinium notis.

ΕΠΙ CΤΡ. Π. ΑΠΙΩΝΟC. ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ. Juliæ Domnæ, cum Dianæ icone. Ἐπὶ Στρατηγοῦ Ποπλίου Ἀπίωνος. Ὑπαιπηνῶν. Cum Æsculapio, alter Getæ, sine Prætoris nomine. Uterque e Gaza Regia. Est & alter ejusdem Juliæ: ΕΠΙ ΙΕΡΑΚΟC, *sub Hierace.*

ΕΠΙ ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ. ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ. *Sub Apollodoro.* Pharetra & clava, in Antonini Severi F. nummo, e Cimelio Regio. In Elagabali nummo, ΕΠΙ Μ. ΑΥΡ. ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ, *sub M. Aurelio Juliano.*

ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ. CΤ. ΑΙΛ. ΑΝΤ. ΤΑ. ΕΤ. Δ. *Hypæpenorum, Prætore Ælio Antonino Tatiano, anno quarto*, Gordiani videlicet junioris, non Gordiani patris, ut Patino visum, pag. 360. a quo & perperam sic nummus legitur, CΤ. ΑΙΛ. ΑΝΤ. ΤΑCΤΑ. Ejus nummi aream obtinet ædes sacra, in qua Dianæ Ephesiæ, vel Junonis potius, aut Veneris, simulacrum. Est ex ære mediocri, in Cimelio Regio.

ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ. CΤ. ΑΙΛ. ΑΝΤ. ΤΑ. ΕΤ. Δ. Gordiani tertii, apud eundem Patinum, pag. 375. quo ex nummo errorem suum in explanando priore deprehendi ab ipso, atque emendari oportuit.

ΕΡΕΝ. ΕΤΡΟΥCΚΙΛΛΑ. CΕΒ. *Herennia Etruscilla Augusta.* ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ. ΕΠΙ CΤΡ. ΦΛ. ΕΡΜΟΛΑΟΥ ΝΕΙΚΩ. Ἐπὶ Στρατηγοῦ Φλαβίου Ἑρμολάου Νείκωνος. *Sub Prætore Flavio Hermolao Niconis F.* E Cimelio

 Regio.

Regio. Est & Decii ibidem, ΕΠ. ΣΤΡ. ΦΛ. ΕΡΜΟΛΑΟΥ.

ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ. ΕΠΙ ΣΕΚΟΥΝΔΙΑΝΟΥ, *sub Secundiano.* E Cimelio Regio, nummus Valeriani. In nummo Saloninæ, apud D. Begon, legitur, ΕΠΙ ΣΤΡ. ΣΕΚΟΥΝΔΙΑΝΟΥ.

ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ. ΚΑΥΣΤΡΟΣ. Nummus quem vidimus, cum fluvii decumbentis effigie. Ex parte aversa, ΙΕΡΑ ΣΥΝΚΛΗΤΟΣ. *Sacer Senatus.* Vel haud procul amne Caystro, qui & Ephesum alluit, positos fuisse Hypæpenos, vel certe Caystrum Ephesiorum ab Hypæpenis, quod ab aliis similiter factitatum animadvertimus, Numinis vice cultum, nummus iste indicat: vel solam denique cum Ephesinis ὁμόνοιαν & societatem.

ΥΠΑΤΕΩΝ. Stephano urbs ejus nominis gemina est, altera in Ænianibus & Ætolis: prope Sangarium amnem altera in Asia: Ὑπάτη, πόλις Αἰνιάνων. Λέγεται δὲ καὶ Ὕπατα. Ἔστι καὶ χώρα πλησίον Σαγγαρίου ποταμοῦ· τὸ ἐθνικὸν, Ὑπαταῖος, καὶ Ὑπατεύς. Meminit prioris, quæ in Ætolis est, etiam Livius, lib. XXXVI. In nummo Cimelii Regii, lyra est, & Apollinis caput: epigraphe, ΥΠΑΤΙΩΝ, vel potius ΥΠΑΤΕΩΝ.

ΥΠΕΡΗΣΙΕΩΝ. ΤΗΣ. ΙΕΡΑΣ. ΚΑΙ. ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. *Hyperesiensium civitatis sacræ ac liberæ.* Vespasiani nummus e Goltzii Thesauro, pag. 236. Stephano: Ὑπερησία, πόλις τῆς Ἀχαΐας.... τὸ ἐθνικὸν, Ὑπερησιεύς.

ΥΡΚΑΝΩΝ, *in Lydia.*

ΥΡΚΑΝΩΝ. Commodi nummus, in quo Æsculapius. ΕΠΙ ΣΤΡ. ΛΟΥΚ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ. *Sub Prætore Lucio Antonino.*

ΥΡΚΑΝΩΝ. Nummi Philipporum, in quibus Bacchi stantis effigies, apud Patinum, pag. 383. & 388. quos ille ad Hyrcanos Caspii maris accolas refert: perinde quasi aut illi unquam Græce didicerint, aut stipendiarii fuerint, fœderative populi Romani. Patino Tristanus præivit: ac propinavit errorem: quem & Carolus a S. Paulo, in Geographia sacra hausit, pag. 320. cum Joannem Hyrcanorum civitatis Episcopum, cujus in Conc. Calchedonensi mentio, ad Hyrcaniam Caspii maris ablegat, ac metropolim totius regionis fuisse eo ibi nomine comminiscitur. At fuere Hyrcani isti in Lydia, teste Plinio, lib. v. sect. XXXI. *Macedones Hyrcani cognominati.* In Notitia Eccles. Hieroclis, pag. 44. inter Episcopos Provinciæ Lydiæ recensentur, ὁ Μοσίνης, & ὁ Ὀρκανίδος. Lege, ὁ Μοσήνης, & ὁ Ὑρκανίδος. Certe Leunclavius, in Novella Leonis Imp. pag. 90. habet, ὁ Ὑρκανίδος. Strabo, lib. XIII. pag. 629. & Stephanus, Hyrcanii campi ab eo oppido appellati, in Lydia, meminere. Εἶτα τὸ Ὑρκάνιον πεδίον, inquit Strabo, Περσῶν ἐπονομασάντων, καὶ ἐποίκους ἀγαγόντων ἐκεῖθεν. *Sequitur Hyrcanius campus, quem sic Persæ nominaverunt, a colonis ex Hyrcania eo adductis.* Stephanus: Ἔστι καὶ Ὑρκάνιον πεδίον τῆς Λυδίας, ὡς Ἐρατοσθένης ἐν πέμπτῳ Γαλατικῶν. Livius quoque in Latinis scriptoribus, libro XXXVII. *Consul circa Thyatira regem esse ratus, continuis itineribus, quinto die ad Hyrcanum campum descendit.* Iidem postea ob admixtos Macedonas, Hyrcani Macedones, uti ex Plinio vidimus, appellati. Est & Maximi Cæsaris nummus, ΥΡΚΑΝΩΝ, cum Hygiæ icone.

ΥΡΚΑΝΙΣ. Caput turritum, apud Sponium, in Itiner. Athen. Lege ΥΡΚΑΝΗ, vel ΥΡΚΑΝΙΣ potius. Ex parte aversa, ΥΡΚΑΝΩΝ, cum Fortunæ vulgari effigie, dextra temonem, læva Copiæ cornu gerentis.

ΥΨΗΛΙΤΩΝ. Antonini Pii, e Thesauro Goltzii, pag. 236. Stephano: Ὕψηλις, κώμη Αἰγύπτου· Οἱ κωμῆται, Ὑψηλῖται. Horum enim potius nummum eum esse, quam Hypsaltarum Thraciæ, de quibus Plinius, lib. IV. sect. XVIII. quanquam & ipsi Græcis Ὑψηλῖται dicti, ipsa nummi, qui sequitur, forma suadet.

ΥΨΗΛ. Ὑψηλιτῶν L. ΙΑ. *Anno* XI. Hadriani: cujus hic nummus est D. Fauvel. Capellani Regii, & Abbatis de Claro-Fageto, amici nostri ex intimis.

Φ

ΦΑΙΣ & ΦΑΙΣΤΙΩΝ. Nummi Goltziani, in insulis Græciæ, Tab. VII. Plinio, lib. IV. sect. XX. *Phæstum.* Stephano: Φαιστὸς, πόλις Κρήτης..... ὁ πολίτης, Φαίστιος. In his fere nummis Hercules hydram clava conficit: quod Herculem gentis suæ Phæstii auctorem putarent: condita enim civitas a Phæsto, Rhopali filio, Herculis nepote. Ἐκτίσθη, inquit idem Stephanus, ὑπὸ Φαίστου τοῦ Ῥοπάλου, Ἡρακλέους παιδός. Bos quoque adjectus, soli ubertatis index. Venerem quoque ii coluere, quam Σκοτίαν appellabant. Etymologici auctor, verbo Κυθέρεια. Τὴν δὲ Κυθέρειαν νοοῦσί τινες ὡς κρυψίποθον· διὸ καὶ Σκοτίας Ἀφροδίτης ἐν Φαιστῷ ἱερὸν εἶναί φασιν. *Cytheream quidam dictam putant, quod amorem celet. Quare Tenebrosæ Veneris Phæsti fanum esse aiunt.*

Φ. in corona ederacea, apud Goltzium, loc. cit. Phæstios indicat.

ΦΑΛΑΙΣΙΕΩΝ Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Φαλαισιέων δὶς Νεωκόρων. Titi nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 225. Stephanus: Φαλαισία, πόλις Ἀρκαδίας.... τὸ ἐθνικὸν, Φαλαισιεύς.

ΦΑΛΑΝΝΑΙΩΝ. In Cimelio Regio. Plinio, lib. IV. sect. XVI. *Phalanna*, in Magnesia. Stephano: Φάλαννα, πόλις Περραιβίας..... ὁ πολίτης, Φαλανναῖος.

ΦΑΛΩΡΙΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Neronis, e Thesauro Goltzii, pag. 225. Stephanus: Φαλώρη, πόλις Θετταλίας· τὸ ἐθνικὸν, Φαλωρεύς, καὶ Φαλωρείτης.

ΦΑΡΑΘΟΝΕΙΤΩΝ. Claudii nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 225. Stephanus: Φάραθος, πόλις τῆς Γαλιλαίας..... τὸ ἐθνικὸν, Φαραθονίτης.

ΦΑΡΒΑΙΘΙΤΩΝ ΙΕΡΑ ΣΥΝΚΛΗΤΟΣ. Domitiani nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 225. ubi mendose, ut remur, ΦΑΡΒΑΙΕΤΩΝ scribitur. Plinio, lib. v. sect. IX. *Pharbætites*, nomos. Stephano: Φάρβαιθος, πόλις Αἰγύπτου. ὁ πολίτης, Φαρβαιθίτης.

ΦΑΡΣΑ. Nummus argenteus e Museo nostro: in altera parte Palladis caput, equi in altera. Plinius, lib. IV. sect. XV. *Pharsalici campi, cum civitate libera.*

ΦΑΣΗΛΙΤΩΝ. Tiberii nummus e Thesauro Goltzii, pag. 225. Est & Antonini Pii nummus, in quo sedet Juppiter: e Cimelio Magni Hetruriæ Ducis. Plinio, lib. v. sect. XXVI. *Phaselis.* Stephano: Φασηλὶς, πόλις Παμφυλίας..... ὁ πολίτης, Φασηλίτης.

ΦΕΝΕΑΤΩΝ. M. Aurelii nummus, cum Bacchi effigie & tigride: & alter Plautillæ, in Thesauro Regio. Plinio, libro IV. sect. X. *Pheneum* in Arcadia est.

ΦΕΡΑΙΩΝ. M. Aurelii nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 225. Plinio, lib. IV. sect. XV. *Pheræ.* Stephano: Φέραι, πόλις Θεσσαλίας... ὁ πολίτης, Φεραῖος.

ΦΘΕΝΟΤΩΝ. Vide ΠΡΟΣΩΠΙΤΩΝ.

ΦΘΙΩΤΩΝ Nummus e Thesauro Goltzii, pag. 226. In Græcia ejusdem, ΦΘΙΩΤΙΔΩΝ, cum Herculis stantis effigie, Tab. XXI. aut ejusdem clava, arcu, pharetra. Stephano: Φθία, πόλις

πόλις καὶ μοῖρα Θετταλίας· ὁ πολίτης, Φθιώτης. Et Plinio, lib. IV. sect. XIV. *Phthia*, oppidum: incolæ, *Phthiotæ*.

ΦΘΙΑΣ. Caput muliebre velatum, quo urbs a Stephano, Plinioque, proxime appellata, novo more, signatur: cum turrito capite indicari mos sit. Ex parte aversa ΠΥΡΡΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ, cum fulmine. E Cimelio Regio, & apud Seguinum, pag. 51.

ΦΙΑΛΕΩΝ. Severi, Juliæ Domnæ, Antonini ac Getæ nummi, cum Æsculapii icone, e Gaza Regia. Φιάλεια urbs Arcadiæ est, Ptolemæo memorata, lib. III. cap. XVI. In Notitia Eccles. Hieroclis, pag. 23. Provinciæ Helladis Achaiæ adscribitur, Φιάλεια, pro Φιάλεια. Stephanum vide, verbo Φιγαλία, πόλις Ἀρκαδίας. Et Pausaniam in Arcadicis, seu lib. VIII. pag. 269.

ΦΙΓΑΛΕΩΝ. Caji Cæsaris nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 225. Stephanus: Φιγαλία, πόλις Ἀρκαδίας . . . . . τὸ ἐθνικὸν, Φιγαλεὺς, καὶ Φιγαλείτης. Vide Pausaniam in Eliac. prior. pag. 151.

ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ *Lydiæ*.

ΖΕΥΣ. ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. Nummus Augusti e Cimelio Regio, quo Philadelphenorum cum Laodicensibus concordia indicatur. Supra in Laodicensibus Cariæ, ΖΕΥΣ ΦΙΛΑΛΗΘΗΣ ΛΑΟΔ. Plinio, lib. V. sect. XXX. *Philadelpheni*. Hi nummos habent nominibus plerorumque Augustorum, a Nerone usque ad Valerianum.

ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ. Hadriani e Cimelio Regio, cum effigie Dianæ Ephesiæ.

ΕΠΙ ΑΙΛ. ΚΑΠΙΤΩΝΟΣ ΑΡΧ. Α. ΤΟ Β. ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Sub Ælio Capitone Archonte primo iterum.* Nummus Antinoi, e Cimelio reginæ Christinæ. Templum quatuor columnarum, in quo est Antinous ipse, ut quidem asserit D. Vaillant. Sed vereor ne sit potius hic nummus Antonini Severi F. Nam idem videtur Archon esse, qui in istius Antonini numismate mox appellabitur.

ΕΠΙ ΕΥΓΕΝΕΤΟΥ. Α. ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ. Ἐπὶ Εὐγένετο, πρῶτα Φιλαδελφέων. *Sub Eugenete, prima Philadelphenorum* certamina. Vel forsan, ἐπὶ Εὐγένετο Ἄρχοντος, *Sub Eugenete Archonte*. Commodi nummus ex eodem Cimelio, cum Dianæ Venatricis icone. Est & M. Aurelii similis, cum templi effigie, cujus in medio Apollo stat.

ΕΠΙ ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ ΔΟΚΙΜΟΥ. ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ. *Sub Artemidoro Docimi F.* Severi nummus. Antonini Severi F. ΕΠΙ Μ. ΑΥΡ. ΚΑΠΙΤΩΝΟΣ ΑΡΧ. Α. ΤΟ. Β. ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Sub M. Aurelio Capitone, Archonte primo iterum.* Trajani Decii, & Herennii. ΕΠ. ΑΥΡ. ΡΟΥΦΕΙΝΟΥ ΑΡΧ. Α. ΤΟ Β. *Sub Aurelio Rufino Archonte primo iterum.* Denique Valeriani: ΕΠΙ ΑΡΧ. ΜΑΞΙΜΟΥ, *sub Archonte Maximo.*

ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΙΑ certamina quæ fuerint olim appellata, cum ab hac civitate nomen haud illa traxerint, non est hujus loci disputare. Præstitum id a nobis abunde, verbo ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ.

ΦΛ. ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. E Cimelio nostro, cum Dianæ Venatricis effigie. Ex parte altera ΔΗΜΟΣ, habitu virili. Sunt qui hunc nummum Philadelphiæ Syriæ adjudicent, ob Flaviæ utique cognomen. Nos aliis ducti argumentis Lydiæ adscribimus. Sunt ita inscripti Gordiani & Philippi nummi.

ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ *Syriæ*.

ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ ΚΟΙΛΗΣ ΣΥΡ. Φιλαδελφέων Κοίλης Συρίας. *Philadelphensium Cœles Syriæ.* Hadriani nummus, apud Patinum, pag. 200. nunc Cimelii Regii. Plinio in Decapolitana Syriæ regione, lib. V. sect. XVI. *Philadelphia.* Est & M. Aurelii similis, cum effigie Herculis, in Thesauro Regio.

ΤΥΧΗ ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ Κ. Σ. Τύχη Φιλαδελφέων Κοίλης Συρίας. *Fortuna Philadelphensium Cœles Syriæ.* Hadriani, ex eadem Gaza, cum turrito capite: alter cum Bacchi capite, quod & alteri nummo insculptum, quem M. Aurelii principatu cusum, in Cimelio Regio vidimus.

ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ. Κ. ΣΥΡ. M. Aurelii

ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ. L. ΓΜΡ. Ἀναβαστοῦς ρμγ'. *Anno* CXLIII. ex quo nimirum Syria a Pompeio redacta in Provinciam est, anno Urbis Romæ DCXCI. ut diximus in Chronologia Veteris Testamenti. Quare hunc Domitiani nummum e Cimelio Regio, ex annorum nota, ad Philadelphiam Syriæ referri liquet oportere: signarique eo annum Titi supremum, Urbis Romæ DCCCXXXIII. Similis est Titi nummus, cum eadem anni nota in Cimelio D. FOUCAULT. Ceteri hujus civitatis nummi carent annorum nota, sub Hadriano, Antonino Pio, M. Aurelio, & L. Vero.

ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, *in Thracia.*

ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Domitiani nummus, e Thesauro Regio.

ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Hadriani, cum effigie Harpocratis: Antonini Pii, & Commodi nummi, e Museo nostro. Omnia Imperatorum numismata, quibus inscriptum est ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, ad hanc Philippopolim ea spectant.

ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΣ ΣΕΒ. Ἀντώνινος Σεβαστός. Nummus Antonini Pii, apud Seguinum, pag. 150. nunc Cimelii Regii. Ex parte aversa, mulier monti insidet: quo situs urbis indicatur: in medio nummo, ΡΟΔΟΠΗ. In ambitu, ΗΓΕΜ. Μ. ΠΟΝΤ. ΣΑΒΕΙΝΟΥ. ΦΙΛΙΠΠΟΠΟ. Ἡγεμόνος Μάρκου Ποντίου Σαβείνου, Φιλιππόπολεως. Vel Ποντιανοῦ, ut in Macrini nummo, e Cimelio Regio, ΤΠ. ΠΟΝΤΙΑΝΟΥ. ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Nummus hic sub Rhodope monte fuisse id oppidum docet, quod & Plinius quoque admonuit, lib. IV. sect. XVIII. *Oppidum sub Rhodope, Poneropolis antea, mox a conditore Philippopolis.* Qui alteram in Arabia Philippopolim locant, a Philippo Imp. conditam, Sex. Aurelio Victori, & Zonaræ credunt. similibusque scriptoribus.

ΗΓΕ. ΠΟΜ. ΟΥΟΠΕΙΣΚΟΥ. ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙΤΩΝ *Præside Pompeio Vopisco.* Et,

ΗΓΕ. ΓΑΡΓΙΛΙ. ΑΝΤΙΚΟΥ. ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. *Præside Gargilio Antico:* uterque nummus e Regia Gaza, Antonino Pio Imp. cusus, cum vulgari fluvii icone: unde & amni appositum intelligas oppidum fuisse. Hic postremus ab Occone sic fœde exprimitur, pag. 267. ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙΤΩΝ. ΗΓΙΑΓΓΙΛΙΑΝΤΙΚΟΥ. Pag. 269. ΗΓΓΕΙΑΡΙΤΑΙΑΝΤΙΚΟΥ. ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙΤΩΝ. Et pag. 270. ΗΓΕΙΑΡΓΙΛΙΑΝΤΙΚΟΥ &c. Gargilius Anticus & in nummis Pautaliotarum occurrit, hoc ipso terrarum tractu. Est & M. Aurelii nummus ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, sub eodem Gargilio Præside.

ΗΓΕΜ. ΑΙ. ΣΕΡΟΥΙΛΙΑΝΟΥ. ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Commodi nummus in Cimelio Regio, in quo Victoria bijugo curru vehitur. Ἡγεμόνος Αἰλίου Σερουιλιανοῦ. Φιλιπποπολειτῶν. *Præside Ælio Serviliano, Philippopolitarum.* Fuit vir clarissimus Servilianus Gellii temporibus,

ribus, ut prodit libro I. cap. II. Gellius ipse, Trajani Hadrianique principatu. In nummis Ἡγεμὼν etiam appellatur vir Consularis, qui provinciæ præerat. Notitia antiqua, pag. 21. Ἐπαρχία Θρᾴκης ὑπὸ Κονσιλάριον. Φιλιππόπολις &c. *Provincia Thraciæ sub Consulari: Philippopolis*, &c.

ΗΓΕ. ΤΙΒ. ΒΑΡΒΑΡΟΥ. ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Severi nummus, e Cimelio D. FOUCAULT. *Sub Præside Tiberio Barbaro.* Idem Præses occurrit etiam in nummis Trajanopolitarum. Unde ejusdem provinciæ utraque civitas esse intelligitur.

ΜΗΤΡ. ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΩC, & ΜΗΤΡΟΠ. ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Severi nummi, e Cimelio Regio. In altero uva depicta, quæ vini in eo tractu ubertatis symbolum: in altero vir cum hasta & patera stat.

ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΩC. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Et, ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. In Severi Antonini & Elagabali nummis, ex eodem Cimelio.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΑ. ΠΥΘΙΑ. ΕΝ ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙ. Et, ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ. ΦΙ (hoc est, Φιλιπποπόλει) ΚΟΙΝΟΝ ΘΡΑΚΩΝ. Rursum: ΚΟΙΝΟΝ. ΘΡΑΚΩΝ. ΑΛΕΞΑΝΔ. ΠΥΘΙΑ. ΕΝ ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙ. qui nummi ludos ibi in honorem Alexandri M. a Communi Thraciæ exhibitos indicant: non urbem in Thracia, quæ fuerit Alexandria dicta, ut visum Ortelio. Ad similitudinem fortassis ejus certaminis, quod a communi Ionum prope Clazomenas, in honorem Alexandri M. edebatur, dicebaturque Ἀλεξάνδρεια, ita referente Strabone, lib. XIV. pag. 644. In eo nummo vir nudus dextra tenet tres globulos: dextræ eidem subjectus est, erectusque malleolus longioris manubrii, quo globus lusorius truditur: *un billard: le billard de terre.* Læva tenet idem majorem globum, ad significandum pilæ ludum, *le jeu de boule.* Nihil ibi astutius cogitandum.

ΚΕΝΔΡΕΙΣΙΑ ΠΥΘΙΑ ΕΝ ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙ. De hoc nummo egimus in Chronologia Veteris Testamenti.

ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΚΟΛΩΝΙΑC. Roma galeata sedet, dextra tenens Aquilam, cui impositi Augusti duo togati stant: læva tenet hastam puram. S C. In altera parte, caput nudum est: senili vultu, Aquilæ Romanæ superpositum. ΘΕΩ ΜΑΡΙΝΩ. Præfectus ille coloniæ deducendæ fuit a duobus Philippis, Augusto & Cæsare, vel utroque Augusto. Nam vastata supremis Antonini Elagabali temporibus Philippopoli a Scythis, nullos postea Severi Alexandri vel Gordiani principatu nummos cudere Philippopolitæ potuerunt. Itaque colonia deducta est a Philippo, ut denuo frequentaretur civibus. Est hic nummus a Seguino vulgatus, pag. 180. Quod de Marino Zonaras fabulatur, exsibilandum est.

ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΚΟΛΩΝΙΑC. S C. Roma sedet, ut supra: dextra tenens Aquilam, cui Augusti duo togati sunt super impositi: Philippus nempe uterque, Augustus & Cæsar, vel uterque Augustus. In altera parte: ΑΥΤΟΚ. Κ. Μ. ΙΟΥΛ. ΦΙΛΙΠΠΟC CEB. Caput laureatum Philippi patris. Est in Thesauro Regio, ex ære magno.

ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Nummus Saloninæ, in quo Veneris effigies est extensis brachiis. Est in Cimelio D. FOUCAULT. Saloninæ Marinus avunculus fuisse videtur: idcirco ut Θεῷ Μαρίνῳ, sic etiam Saloninæ nummum colonia Φιλιπποπολιτῶν cudit.

ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙΤΩΝ. Spica cum papavere. Apud Goltzium in Græcia, Tab. XXV. In priore parte, caput Philippi Macedonum Regis.

ΦΙΛΟΜΗΛΕΩΝ. Nummi Severi Antonini, & Severi Alexandri. Plinio, lib. V. sect. XXV. *Philomelienses.* In Notitia antiqua Eccles. inter Episcopos Provinciæ Pisidiæ, pag. 19. censetur ὁ Φιλομηλίου. Et pag. 29. Φιλομήλιον. Et in Actis Concilii Calched. *Paulus Philomeliensis* nominatur inter Episcopos Pisidiæ. Stephano: Φιλομήλιον, πόλις τῆς μεγάλης Φρυγίας . . . τὸ ἐθνικὸν, Φιλομηλεύς. Vide ΜΑΝΔΡΟΠΟΛΙΤΩΝ.

ΦΙΛΟΜΗ. Ejusdem Alexandri, in Cimelio Lamoniano.

ΦΙΛΟΜΗΛ. Getæ. ΕΠ. ΑΔΡΙΑΝΟΥ. *Sub Hadriano.* In Thesauro Mauroceni.

ΦΙΛΩΤΕΡΙΩΝ. Nummus Hadriani, e Thesauro Goltzii, pag. 226. Stephanus duas ejusce nominis urbes agnoscit: alteram Ægyptiam, cujus meminit pariter Plinius, lib. VI. sect. XXXIII. alteram in Cœle Syria, cujus gentile nomen Φιλωτερεὺς fuerit, cum Ægyptiacæ Φιλωτερίτης foret. Φιλωτέρα . . . κοίλης Συρίας· τὸ ἐθνικὸν, Φιλωτερεύς. Τῆς δ' Αἰγυπτίας, Φιλωτερίτης.

ΦΙΝΕΙΕΩΝ. Nummus e Thesauro Goltzii, pag. 226. Stephanus: Φίνειον, τόπος τοῦ Πόντου, κτίσμα Φινέως· τὸ ἐθνικὸν, Φινεύς, ὡς Σίγειον, Σιγεύς. Unde suspicamur in Asia fuisse hunc locum ad Bosphori fauces, contra Phinopolim, quæ in Europa, juxta Bosphorum, ut Plinius ait, lib. IV. sect. XVIII.

ΦΙΝΤΙΑ, in nummis Parutæ. Quanquam id esse regis nomen Paruta censet, quoniam in nummis ΒΑΣΙΛΕΟΣ, in eadem nummi facie cum ΦΙΝΤΙΑ legitur: vix assentimur tamen: cum in Sicilia Φιντιάδα oppidum Diodorus agnoscat, in Eclog. pag. 880. Et Siciliæ fons est *Phinthia*, apud Plinium, libro XXXI. sect. XVIII.

ΦΛΑΟΥΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ *Bithyniæ.*

ΚΡΗΤΙΕΩΝ ΦΛΑΟΥΙ. Severi nummus e Museo nostro, in quo Ceres insculpta, bigis draconum invecta. Α. Κ. Λ. CΕΠ. CΕΥΗΡΟC. *Imp. Cæsar Lucius Septimius Severus.*

ΚΡΗΤΙΕΩΝ ΦΛΑΟΥΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Juliæ Domnæ nummi, Getæque. Flaviopolis Bithyniæ oppidum, & Κρῆτια Dorica dialecto, Ptolemæo teste, nuncupata est: ut in eodem tractu Καλχαδόνιοι, pro Χαλκηδόνιοι. Notitia Eccles. antiqua, inter Episcopos Provinciæ Honoriadis appellatæ, pag. 15. ὁ Κρητίας. Et in quibusdam nummis, ΚΡΑΤΙΕΩΝ vidimus. In Conc. Calched. act. I. pag. 85. Γενέθλιος ἐπίσκοπος Κρατείας. Et in Sardicensi, pag. 711. *Philotas Episcopus a Cratia.* In Severi nummo, apud Tristanum, tom. II. pag. 93. Ceres accensas faces gestat utraque manu, & draconum biga vehitur. Sed nummum ille ad Cretenses refert. In Caracallæ, e Gaza Regia Pallas armata stat.

ΚΡΗΤΙΑ ΦΛΑΟΥΙΟΠΟΛΙC. Nummus Juliæ Domnæ, ex Cimelio Reginæ Christinæ.

ΦΛΑΟΥΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ *Ciliciæ.*

ΦΛΑΟΥΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΕΤ. ΗΞ. *Anno* LXVIII. ἔτους ξη'. Nummus Antonini Pii, e Thesauro Regio. Annus hic est V. C. DCCCXCIV. Antonini quartus: ducto æræ initio ab autumno anni V. C. DCCCXXVII. Flavii Vespasiani sexto. In nummo Commodi, ibidem, est ΔΙΡ. hoc est, annus CXIV. qui est V. C. DCCCCXL. Commodi octavus. In nummo Antonini Severi F. in quo sunt Isidis & Serapidis adversa capita, ex Cimelio D. FOUCAULT, litteræ sunt ΒΜΡ. hoc est, annus CXLII. qui fuit V. C. DCCCCLXVIII. Antonini Severi F. quintus. Similis est Fulviæ Plautillæ, quæ conjux Antonini: cum anno ΡΝΓ pro ΡΜΓ, anno CXLIII. Alius ejusdem Antonini, in

in Cimelio Regio, habet AMP. CXLI. In nummo Diadumeniani, est ΔMP. hoc est, annus CXLIV. qui est V.C. DCCCCLXX. Denique in nummo Severi Alexandri est PNE. hoc est, annus CLV. qui est V.C. DCCCCLXXXI. Alexandri septimus.

PHOENICE. Antonini Pii nummus e Gaza Regia, & Caracallæ, cum palmæ icone. De Phœnice Syriæ parte, Plinius, lib. v. sect. XVII.

ΦΟΙΝΕΙΚΑΙΩΝ. Nummus Neronis; & alter Trajani, qui est in Cimelio Regio, & apud Patinum, pag. 187.

ΚΟΙΝΟΝ ΦΟΙΝΙΚΗC. Nummus Antonini Severi F. in quo Templum est, fultum sex columnis.

ΦΛΙΑCΙΩΝ. Nummus Septimii Severi, in Cimelio D. FOVCAVLT. Plinio, libro IV. sect. VII. *Castellum Phlius*, in Peloponneso. Et libro XXXV. sect. XXXVI. *prælium ad Phliuntem*. Quæ regio dicta est Straboni Φλιασία.

ΦΡΙΞΙΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Vespasiani nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 226. Stephanus: Φρίξος, πόλις Λυκίας . . . τὸ ἐθνικὸν, Φρίξιος. Sunt & Phrixæ juxta Alpheum amnem in Pisæorum finibus: sed non hujus loci.

ΦΡΥΓΙΩΝ ΚΟΙΝΟΝ. *Phrygiorum Commune.* Caji Cæsaris nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 226. Plinio, lib. v. sect. XLI. *Phrygia.* Stephano: Φρυγία . . . τὸ ἐθνικὸν, Φρὺξ, καὶ Φρύγιος. Communia sacra totius Provinciæ, communesque ludos a Phrygiæ communi editos, hic nummus declarat: & sacra quidem in communi totius gentis fano. Commune autem fanum appello, quod vel communi sumptu ob id exstructum, vel gentis totius consensu delectum. Sic enim in Synnadensi civitate, cujus superius nummum vidimus, cum epigraphe, ΔΩΡΙΕΩΝ, ΙΩΝΩΝ, hæc utraque gens fanum commune habuit: In Ægypto Græcæ civitates gentis tergeminæ, Ionum, Dorum, Æolumque, fanum habuere commune. Testis Herodotus, in Euterpe, seu lib. II. pag. 159. Τὸ μὲν νῦν μέγιστον αὐτέων τέμενος, καὶ ὀνομαστότατον ἐὸν καὶ χρησιμώτατον, καλεύμενον δὲ Ἑλλήνιον, αἵδε πόλιές εἰσι αἱ ἱδρυμέναι κοινῇ, Ἰώνων μὲν, Χῖος, καὶ Τέως, καὶ Φώκαια, καὶ Κλαζόμεναι· Δωριέων δὲ, Ῥόδος, καὶ Κνίδος, καὶ Ἁλικαρνησσὸς, καὶ Φάσηλις· Αἰολέων δὲ, ἡ Μυτιληναίων μούνη. Τουτέων μέν ἐστι τὸ τέμενος τοῦτο. *Et maximum quidem eorum fanum ac celeberrimum Græcum vocatur: civitates autem quæ COMMVNITER illud exstruxerunt, sunt, Ionum quidem, Chius, Theos, Phocæa, Clazomenæ: Dorum autem, Rhodus, Cnidus, Halicarnassus, Phaselis: Æolum vero, una Mytilene. Harum civitatum hoc fanum est.* Ævo porro posteriore (ut id obiter dicamus) Phrygia bifariam dispertita: alia Capatiana dicta est, alia Salutaris, utraque sub Consulari: alterius Synnada, Laodicea alterius caput, in Notitia Ecclesiæ. pag. 17. 27. & 29. Ἐπαρχία Φρυγίας Καπατιανῆς, ὑπὸ Κονσιλάριον. Sunt qui Πακατιανῆς legi malint. Ἐπαρχία Φρυγίας Σαλυταρίας, ὑπὸ Κονσιλάριον. Et hoc quidem postremum nomen, cum Christianorum Principum ætate usurpari cœptum sit, haud assentiar ei sane, si quis exstiterit, qui id ei regioni nomen factum a cultu Cybeles Matris Deûm velit, cujus Numen in eo tractu summa religione habitum fuisse olim tralatitium est: quod ea in nummo Faustinæ e Regia Gaza inscribitur, MATRI DEVM SALVTARI, sedente ipsa Cybele inter geminos leones. Sed nobis istud, inquam, commentum cum eo nomine haud placet, tum quod in Notitia Imperii id aliis quoque Provinciis nomen vidimus attributum, Macedoniæ Salutari, Galatiæ Salutari, Syriæ Salutari, Palæstinæ Salutari.

ΚΟΙΝΟΝ ΦΡΥΓΙΑΣ. ΕΠΙ ΜΑΡΙΟΥ ΚΟΡΔΟΥ. ΑΠΑΜΕΙΣ. Aquila. *Commune Phrygiæ. Sub Mario Corde*, sacrorum Ludorumque Præside. *Apamenses.* E Phrygiæ videlicet oppido, quo de suo loco egimus. Neronis & Agrippinæ nummus, e Patino in Sueton. pag. 292. ΝΕΡΩΝ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. ΑΓΡΙΠΠΙΝΑ ΣΕΒΑΣΤΗ.

ADVENTVI AVG. PHRYGIAE. & RESTITVTORI PHRYGIAE. Hadriani, e Cimelio Regio. Phrygiam pileatam, ac Phrygio more vestitam, & ramum læva gerentem, supplicis ritu, Cæsar dextra sublevat.

ΦΩΚΑΕΩΝ. Vespasiani, & M. Aurelii nummi. Plinio, lib. v. sect. XXXI. *Finis Ioniæ Phocæa.* Stephano: Φώκαια, πόλις Ἰωνίας . . . ὁ πολίτης, Φωκαιεὺς, καὶ Φωκαΐδις, καὶ Φωκαΐτης. Nunc *Foggia vecchia.*

ΕΠΙ CΤΡ. ΕΡΜΙΟΥ. ΦΩΚΑΕΩΝ. Nummus Hadriani, e Cimelio D. FOVCAVLT. *Sub Prætore Hermia.*

ΚΛΕΩΝ. ΦΩΚΑΕΩΝ. *Cleon* Prætor. Nummus Sabinæ, in quo prora navis: e Thesauro Regio.

CΤΡΑ. ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ ΑCΚΛΗ. ΤΟ Β. ΦΩΚΑΙ. Commodi nummus, apud Patinum, pag. 263. nunc Cimelii Regii. *Prætore Heraclide Asclepiadis F. iterum, Phocæensium.* Ex quo alterum, quem Patinus vitiatum affert, pag. 5. CΤΡΑ. ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ. ΑCΚ. Κ. ΦΩ. nunc pariter regiæ Gazæ, ubi conspectus a nobis est, sic emendabis, CΤΡΑ. ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ. ΑCΚΛΗ. ΦΩ. In eo nummo Cybele cum leonibus insculpta, & turrita muliere altera, quæ urbem ipsam designat.

ΦΩΚΑΙΕΩΝ. Juliæ Domnæ. ΕΠΙ. CΤΡ. Μ. ΑΥΡ. ΡΟΥΦΟΥ. *Sub Prætore M. Aurelio Rufo.* E Thesauro Regio.

ΕΠΙ C. Μ. ΑΥΡ. ΘΕΟΔΟCΙΑΝΟΥ ΤΟ. Β. ΦΩΚΑΙΕΩΝ. Ἐπὶ Στρατηγοῦ Μάρκου Αὐρηλίου Θεοδοσιανοῦ τὸ δὶς, Φωκαιέων. *Sub Prætore M. Aurelio Theodosiano iterum, Phocæensium.* Nummus Severi Alexandri e Gaza Regia: in quo lupus piscem vorat.

ΕΠΙ CΤΡ. ΕΥΤΥΧΟΥC ΤΟ. Β. ΦΩΚΑΙΕΩΝ. *Sub Prætore Aurelio Eutyche iterum.* Fluvii Hermi decumbentis effigies. Apud Sponium, loc. cit. Occurrit jam supra Aurelius Eutyches in nummis ΑΙΓΑΕΩΝ Æolidis, sub Severo Alexandro. Fuit autem Phocæa, ut dictum est, in Ioniæ Æolidisque confinio. In nummis Phocæensium sub Severo Antonino, & sub Gordiano Pio, idem Prætor occurrit.

ΕΠ. CΤΡΑ. ΑΥΡ. ΑΦΦΙΑΝΟΥ. ΦΩΚΑΙΕΩΝ. *Sub Prætore Aurelio Apphiano. Phocæensium.* Maximini Thracis, apud Tristanum, tom. II. pag. 446. Vidimus & Mamææ alterum, eodem Prætore. Meminit Eusebius, lib. de Martyribus Palæstinæ, cap. IV. pag. 322. meminit Ἀπφιανοῦ Μάρτυρος, sub Maximino Galerio Cæsare. Et in sacris codicibus, ad Philem. II. Ἀπφίᾳ τῇ ἀγαπητῇ, ubi vulgatus interpres, *Appiæ sorori carissimæ* reddidit. Vide ΣΕΠΦΩΡΗΝΩΝ.

ΦΩΚΑ. ΕΠ. CΤΡ. CΚΡΕΙΒΩΝΙΑΝΟΥ. *Sub Prætore Scriboniano.* Philippi patris, apud Patinum, pag. 383. Caput turritum, cum Cybele Deûm Matre. In nummo Philippi filii, Castor & Pollux.

ΕΠ. CΤ. ΚΛ. CΚΡΕΙΒΩΝΙΑΝΟΥ. ΦΩΚΑΙΕΩΝ. *Sub Prætore Claudio Scriboniano.* Lupus piscem vorat, in nummo Philippi patris. Quæ quidem pictura, ut videtur, uberem in ora Ioniæ, ubi Phocæa fuit, capturam piscium fuisse significat, quam cum lupis, canibusve, piscantes communicarent. Affine illud est quod Plinius affert,

fert, lib. x. sect. x. *Simile quiddam lupi ad Mæotin paludem faciunt. Nam nisi partem a piscantibus suam accepere, expansa eorum retia lacerant.* Quod ille quidem hausit ab Aristotele, lib. ix. hist. anim. pag. 1081. aliique pariter prodidere: Ælianus, lib. vi. hist. anim. pag. lxv. Stephanus, verbo Κονώπη, &c. Sponius in Itin. Athen. discerpi vitulum marinum, quem Græci Φώκην vocant, a cane putat: indeque nomen effictum urbi. Sed tam est piscis in eo nummo insculptus vitulo marino, quam est ovis ovo, similis.

ΦΩΚΕΑ. Caput turritum. Ex superficie nummi altera, ΦΩΚΑΙΕΩΝ, cum navicula, ac pileolis duobus, stellisque Castorum indicibus: qualis est Sabinæ nummus, in Gaza Regia: quibus argumentis deductæ mari a Phocæensibus coloniæ forte indicantur, ut *Massilia Græcorum Phocæensium*, apud Plinium, lib. iii. sect. v. Vidit priorem ex his nummum Sponius, in Itiner. Athen.

ΦΩΚΙΣ, *in Locride.*

ΦΩΚ. & ΦΩΚΙΔ. apud Goltzium. Plinio, lib. iv. sect. iv. *Phocis.* In eo nummo tripus Apollinis, & laurus Phœbo sacra, & Jovi Aquila. Fuit nempe in Phocide oraculum Apollinis Delphicum.

X

XΑΔΙΣΙΩΝ. ΤΗΣ. ΙΕΡΑΣ. ΚΑΙ. ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. *Chadisiorum civitatis sacræ & liberæ.* Titi nummus e Thesauro Goltzii. Plinio, lib. vi. sect. iii. *Chadisia*, in Cappadocia. Stephano: Χαδισία, πόλις Λευκοσύρων.... οἱ πολῖται, Χαδίσιοι. Sunt autem Leucosyri Cappadoces. Plinius, loc. cit. *Cappadox amnis, a quo nomen traxere, antea Leucosyri dicti.*

ΧΑΛΚΙΔΕΩΝ.

ΦΛ. ΧΑΛΚΙΔΕΩΝ, in laurea corona. Nummi Trajani apud Patinum, pag. 184. & Hadriani, pag. 202. nunc Cimelii Regii uterque. Φλαυΐων Χαλκιδέων. Regio *Chalcidene*, Plinio, libro v. sect. xix. In utroque nummo, Trajani scilicet, & Hadriani, annus signatur ΚΕ. hoc est, xxv. qui est postremus Trajani, & idem Hadriani primus. Incipit enim autumno anni V. C. dccclxix. ducto æræ initio ab anno V. C. dcccxlv. quo cognomen Flaviæ huic Chalcidensium civitati inditum, ut & aliis hoc terrarum situ, Samosatis, aliisque Asiæ Africæque oppidis: idemque, ut in Samosatenorum nummo, aliisque hujusce tractus, laurea corona circumdatum. In nummo Commodi est Ϙ. hoc est, annus xc. qui est V. C. dccccxxxiv. Commodi secundus. Est hic in Cimelio D. Foucault. Sunt & L. Veri nomine, sed absque anni nota. M. Aurelii, in eodem Cimelio: ΕΠΙ CΩΤΕΙΡΙΧΟΥ. ΦΛ. ΧΑΛΚΙΔΕΩΝ. ΒΟ. Annus lxxii. qui est Urbis conditæ dcccccxvi. Christi clxiii. M. Aurelii tertius.

ΧΑΛΚΙΣ. Apud Lazium, lib. ii. Rerum Græcar. pag. 101. ad Euboïcam haud dubie Chalcidem spectat.

ΧΑΟΝΙΑΣ, &

ΧΑΟΝΙΤΩΝ, Goltziani in Græcia nummi, Tabula iii. Plinio, lib. iv. sect. i. *Chaones*, in Epiro *primi, a quibus Chaonia.* Stephano: Χαονία ... Χάονες, & Χαονῖται. In hisce nummis aut clava Herculis insculpta, aut Hercules ipse ebrius, vinum ex urceo fundens, leoninis insidens exuviis, jacente humi edera. Macrobius, lib. v. Saturn. cap. xxi. *Herculem vero fictores veteres non sine causa cum poculo fecerunt, & interdum quassabundum & ebrium: non solum quod is heros bibax fuisse perhibetur; sed etiam quod antiqua historia est, Herculem poculo, tanquam navigio, ventis immensa maria transmisisse.*

ΧΕΛΙΔΟΝΕΑΙΩΝ. Goltzianus e Vetere Græcia nummus, Tab. xxiv. in quo trophæum, & prora navis, victoriæ alicujus navalis argumentum. Plinio, lib. v. sect. xxxv. *Chelidoniæ* insulæ, in Lycio mari.

ΧΕΛΩΝΗ. Nummus e Gaza Regia, in quo testudo sculpta, quæ Græcis Χελώνη. Oppidi nomen id fuit, juxta promontorium, quod *Chelonates* a Plinio appellatur, lib. iv. sect. vi. nunc *Capo di Chiarenza*, in Peloponneso.

ΧΕΡΡΟ. & ΧΕΡΡΟΝΗΣΙΩΝ, in Goltzii nummis, Tab. xxvi. Plinio, lib. iv. sect. xviii. *Cherronesus*, Thraciæ videlicet. Stephano: Χεῤῥόνησος..... cives Χεῤῥονήσιοι. In iis nummis insculptæ leonis exuviæ, vel caput exserta lingua, ingentique rictu ore hiante: ut is, credo, leo intelligatur, quem Lysimachus, cui Cherronesus Thracica paruit, interemit. Plinius, lib. viii. sect. xxi. de leonibus: *Videlicet omnis vis constat in oculis: quo minus mirum sit, a Lysimacho Alexandri jussu simul incluso strangulatum leonem.* Vide Plutarchum in Demetrio, Pausaniam in Atticis, pag. 15. Senecam, lib. iii. de ira, cap. xvii. & lib. i. de Clem. cap. xxv. Justinum, lib. xv. cap. iii. aliosque.

ΧΙΩΝ. E Museo nostro nummus, cujus in parte aversa Homerus sedens, librumque lectitans, cum epigraphe ΟΜΗΡΟC. Julius Pollux, lib. ix. cap. vi. Χῖοι Ὅμηρον τῷ νομίσματι ἐνεχάραξαν. *Chii Homerum monetæ suæ insculpserunt.* Plinio, lib. v. sect. xxxviii. *Chios libera* &c. Notum illud Tullii, orat. pro Archia: *Homerum Colophonii esse dicunt suum: Chii suum vendicant, &c.* Nunc quoque *l'Isle de Scio.* Nullus Augusti alicujus nomine cusus occurrit nummus ΧΙΩΝ: nisi ille fortassis excipiendus est, qui est Philippi patris, ita inscriptus: CΤΡ. ΚΑΠΙΤΩΛΕΙΝΟΥ. ΧΙΩΝ. CΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ. *Prætore Capitolino, Chiorum & Smyrnæorum concordia.* Sed est ille profecto Smyrnæorum potius, qui Στρατηγὸν habent in nummis suis, quam Chiorum, qui Ἄρχοντα.

ΧΙΩΝ. ΑCCΑΡΙΑ ΤΡΙΑ. ΕΠΙ ΑΡΧ. ΠΡΑCΙΝΟΥ ΔΙC. Ἐπὶ Ἄρχοντος Πρασίνου δίς. Fuere civitates tredecim, quibus Ionum commune constabat, allatæ a Strabone, sub initium libri xiv. pag. 633. Ephesus, Miletus, Myûs, Lebedos, Colophon, Priene, Teos, Erythræ, Phocæa, Clazomenæ, Samos, Smyrna, & Chios denique, cujus hic nummus est, in quo explanando sumus.

ΧΙΩΝ. ΗΜΙCΥ. ΑCCΑΡΙΟΝ. *Chiorum dimidium assarium.* Quid porro Assarion sit, disce ex Du-Cangio, in dissert. de posterioris ævi Numism. pag. 61.

ΕΠΙ ΑΡΧ. ΑΥΡ. ΧΡΥΣΟΓΟΝΟΥ. ΕΠΑΦΡΟΔΕΙΤΟΥ. ΧΙΩΝ. *Sub Archonte Aurelio Chrysogono Epaphrodita Chiorum.* Hercules stans. In aversa parte, Sphinx: & ΑCCΑΡΙΑ ΤΡΙΑ. Nummus est ex ære mediocri, in Museo nostro.

ΧΙΩΝ. Sphinx amphoram diotam tenet: vel ipsa per se stat amphora: vel uva ante Sphingem pendet: apud Goltzium, in insulis Græciæ, Tab. xv. & xvi. quæ sunt vini feracitatis ac bonitatis in eo agro symbola: cui vino hodieque summa commendatio est. Plinius, lib. xiv. sect. ix. *In summa gloria fuere Thasium Chiumque vinum: ex Chio quod Arvisium vocant.* Maro, Eclog. v.

Vina novum fundam calathis Arvisia nectar.

Athenæus, lib. i. pag. 32. Χαριέστερος δ' ἐστὶν ὁ Χῖος οἶνος καὶ τοῦ ὁ καλούμενος Ἀρυσιος.

ΧΙΩΝ. Apollo radiatus, & Juppiter, Herculesve, aut Neptunus, vel Æsculapius potius cum baculo: ara inter utrumque Deum posita: id quod

quod Deos esse illos præsides custodesque insulæ argumento est. Apud Goltzium, loc. cit. Fuisse certe ibi Ποσείδιον, locum Neptuno sacrum, fanumque Apollinis, & aquas calidas, ἱερὸν Ἀπόλλωνος καὶ θερμὰ ὕδατα, auctor est Strabo, lib. XIII. pag. 645.

ΕΠΙ. ΑΡΧ. ΚΟΘΥΑΠΡΕΙΜΟΥ. ΧΙΩΝ. *Sub Archonte Kothyaprimo*, vel *Primi F.* (nisi error est) *Chiorum.* Ex parte altera, Sphinx. E Gaza Regia.

ΧΡΥΣΑΟΡΕΩΝ. ΙΕΡΑ. ΣΥΝΚΛΗΤΟΣ. Tiberii nummus e Thesauro Goltzii, pag. 212. & apud Occonem, pag. 95. Stephano: Ἴδριας, πόλις τῆς Καρίας, ἡ πρότερον Χρυσαορίς.

ΧΡΥΣΟΡΟΑΣ. Vide ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ *Phrygiæ.*

ΧΥΛΙΝΑΙΩΝ. Apud Goltzium in Asia. Situs adhuc ignoti oppidum. Quid si ΑΛΙΝΔΕΩΝ legi ibi oporteat? Viderint ii quorum in manus nummus ille venerit.

ΧΩΛΟΤΕΙΧΙΤΩΝ. Nummus e Thesauro Goltzii, pag. 212. Stephanus: Χωλὸν τεῖχος, πόλις Καρίας. τὸ ἐθνικὸν, Χωλοτειχίτης. Malim legi Χωλῶν τεῖχος. *Claudorum Mœnia.*

Ψ

ΨΑΜΜΑΘΟΝΤΙΩΝ. Tiberii nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 228. Plinio, lib. IV. sect. VIII. *Oppidum Psammathûs.* Stephano: Ψαμαθοῦς, πόλις Λακωνική.... τὸ ἐθνικὸν, Ψαμμαθούντιος, καὶ Ψαμμαθούσιος.

ΨΩΦΙΔΙΩΝ. Nummus est Getæ, in quo Panis effigies: qui parte superiore homo, equus inferiore est. *Psophis* in Arcadia collocatur a Plinio, libro IV. sect. X. inter oppida mediterranea. Nummus est hic e Cimelio D. FOVCAVLT.

ΨΩΦΙΤΩΝ. Antonini Pii nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 228. Non a Psophide Arcadiæ, de qua Plinius, lib. IV. sect. X. Est enim hujus gentile nomen, Ψωφίδιος: sed ab altera Libyæ. Stephanus: Ἔστι καὶ ἑτέρα Ψωφὶς, πόλις Λιβύης. ὁ πολίτης, Ψωφίτης.

Ω

ΩΛΕΝΙΩΝ Nummus Hadriani, e Thesauro Goltzii, pag. 224. Plinio, lib. IV. sect. VI. in Achaïa, *Olenum oppidum.* Stephano: Ὤλενος, gentile, Ὠλένιος.

ΩΡΕΙΤΩΝ. Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Nervæ nummus e Thesauro Goltzii, pag. 224. Plinio, lib. IV. sect. XXI. *Oreos.* Stephano: Ὠρεὸς, πόλις Εὐβοίας.... τὸ ἐθνικὸν, Ὠρείτης.

ΩΡΙΚΙΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Titi nummus e Thesauro Goltzii, pag. 224. Plinio, lib. III. sect. XXVI. *Oricum a Colchis conditum.* Stephano: Ὠρικὸς, πόλις ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ..... ὁ πολίτης, Ὠρίκιος.

ΩΦΘΙΤΩΝ. Tiberii nummus, e Thesauro Goltzii, pag. 224. Stephanus: Ὦφθις, πόλις Λιβύης, Αἰγύπτῳ προσκειμένη. ὁ πολίτης, Ὠφθίτης.

DE QVIBVSDAM VETERVM NVMMORVM SYMBOLIS.

Adjiciemus hoc loco vice Appendicis, quid quædam in Veteribus Nummis symbola significent; quod ea videmus perperam ab Antiquariis passim exponi. Hæc in duo genera dispertimur. Prius erit eorum, quæ Insignia vocalia, sive petita ex nomine Galli vocant, *Armes parlantes.* Alterum erit eorum, quæ fabulosa videntur, nec tam fabulosa tamen censeri debent, quam ænigmatica.

§. I.

Insignia vocalia, quæ vulgo dicuntur Armes parlantes.

Neque omnia tamen vocalia symbola nunc pervestigabimus; sed insigniora quædam attingemus; unde morem hunc in orbe Romano vetustum esse intelligamus. Nam præter hujusmodi nummos, quos hic proferemus, cusosque in Gallia Narbonensi arbitramur, sunt & Græci pariter a nobis alibi explicati.

1. Caput Julii Cæsaris laureatum: retro, lituus, Auguratus insigne. DIVI IVLI. .)(. Q. VOCONIVS VITVLVS. Vitulus gradiens: symbolum Voconiæ Vitulæ gentis petitum, ut apparet, ex nomine est. Est apud Patinum in famil. pag. 299.

2. Caput Augusti nudum. CAESAR AVGVSTVS. .)(. L. AQVILLIVS FLORVS IIIVIR. Flos apertus, & circinatæ rotunditatis. Ibidem, pag. 36.

3 Caput Victoriæ alatum, sine epigraphe. .)(. In corona laurea, ligo dente angustiore: Galli dicunt, *un Pic a foüir la terre, qui n'a qu'une pointe.* Acisculum vocant Lexica. Glossarium Græco-Lat. Philoxeni: *Acisculum*, σκαφίον, ἤτοι ὄρυξ λιθουργική. Glossarium Saxonicum Ælfrici: *Acisculum, Pic, id est, fossorium.* Intra coronam cum acisculo seu ligone epigraphe est, ACISCVLVS, Valeriæ gentis cognomen. Ibidem, pag. 281. num. 4.

4. Deæ Caput laureatum, sine epigraphe. .)(. Q. POMPONI. MVSA. *Q. Pomponius Musa.* Una Musarum stans stolata, citharam columnæ impositam dextra pulsat. Ibidem, pag. 223. num. 6.

5. Caput diadematum, non Apollinis, ut Patino visum est; sed Numæ Pompilii regis Romanorum, ex quo gens Pomponia æque ac Pompeïa, genus traxit. Caput enim regium ex diademate agnoscitur; & ex nomine Pomponiæ gentis Numæ vultus intelligitur. Epigraphe: Q. POMPONI. MVSA. .)(. Hercules clavam sinistra, dextra citharam, Musicæ symbolum, & proinde familiæ Musarum, tenet. Epigraphe: HERCVLES MVSARVM. Quod est dicere, gentis Musarum propriam esse fortitudinem; sive Musarum gentis Numen peculiare ac tutatorem Deum, Herculem esse.

6. Caput Augusti nudum. CAESAR AVGVSTVS. .)(. PETRON. TVRPILIANVS IIIVIR. Vir nudus usque ad femora; pedibus, alis, & cauda avium: dextra fistulam inflat. Hic videre se Sirenen credunt Antiquarii. Frustra. Insigne enim est Petroniæ Turpilianæ gentis, petitum ex nomine: picto nempe viro: cui *turpia*, siquidem nuda, sunt *ilia:* adjectisque notis avis canoræ, quæ sunt fistula, pennæ, cauda, pedes, cujusmodi sunt volucrum: juxta illud Psal. CIII, 12. *Super ea VOLVCRES cæli habitabunt: de medio PETRARVM dabunt voces.*

7. Caput diadematum, cui sidus impositum: retro, acisculum, cum epigraphe, ACISCVLVS, ut supra. .)(. In corona laurea, noctua capite galeato, clypeum & hastam gestat. Epigraphe: L. VALERIVS. Hic ubi Stymphalidem avem putant se Antiquarii videre, nihil aliud est nisi insigne petitum ex nomine. Est enim noctua, volucris Palladi sacra, quæ Dea virtutis, seu *valoris* est, ut Galli loquuntur, *de la valeur.* Idcirco non cirrum gestat in capite, ut Stymphalis apud Plinium, libro XI. cap. XXXVII. sed galeam, & hume-

humero hastam cum clypeo, ne symbolum esse prudentiæ tantum existimetur, ut est in nummis, cum his noctua caret insignibus. Est ibidem, pag. 281. num. 2.

8. Caput unius e tribus Charitibus.)(. Sphinx, ut vocant. Epigraphe: T.CARISIVS IIIVIR. Charitis sive Gratiæ effigies insigne gentis Carisiæ est, petitum ex nomine. Est enim Χάρις *Gratia*. Sphinx, ut supra diximus, verbo AEGYPTOS, significat solum in aliqua gente gigni formosos, fortes, ac veloces. Est hic nummus argenteus ibidem, pag. 61. num. 5.

9. SCARPVS IMP. in nummis Octavii Cæsaris habet volam manus, quam Græci καρπὸν vocant. Sic alii alia habent similia symbola petita ex nomine.

§. 2.

Symbola ænigmatica

E symbolis ænigmaticis insigniora tantum septem seligemus: quæ nempe sunt, Pegasus, Gryphus, Sphinx, Chimæra, Centaurus, Minotaurus, & Capricornus.

I. Pegasus in Corinthiorum nummis in primis depictus apparet, apud D. Vaillant, tomo 1. colon. pag. 45. 46. 199. & 266. In Syracusiorum nummis apud Parutam, & alibi. Equus est alatus, qui pernici cursu fertur. At hunc Pegasum Antiquarii falso vocant, & nos ipsi olim hos secuti, & quosdam poëtas, qui his prævere. Inter monstra Æthiopica Plinius adnumerat *pennatos equos & cornibus armatos, quos* (inquit) *Pegasos vocant*, libro VIII. sect. XXX. Libro autem IX. sect. LXX. inter *volucres* fabulosas reponit Pegasos, sed *equino* tantum capite, cetero volucres. Verum qui depingitur in nummis equus alatus, nec habet cornua, nec debet habere; & est corpore totus equino. Merum est symbolum, quo significatur, regionem eam, quæ nummos cudit, equos alere in cursu pernicissimos. Nihil amplius. Cum vir nudus adjicitur, qui equum freno ducit, læva clypeum tenens; nullus hic propterea quærendus Bellerophontes est: tametsi hunc equo vehi docuisse Plinius refert, libro VII. pag. 100. Neque enim equo certe alato docuit vehi. Tantum significatur, esse in ea regione viros, qui tales equos cursu pernices regere industrie norint; atque adeo pollere eamdem equitibus optimis. Est nummus istiusmodi ibidem, pag. 170. & 171. Huc pertinet & alius ab Illustriss. Spanhemio primum vulgatus, pag. 175. num. 1. in quo vir frenat equum alatum. In nummo Domitiani argenteo e Museo nostro, equus istiusmodi alatus in aversa pagina sculptus, cum epigraphe, COS. IIII. celeritatem in propositis consiliis exsequendis denotat. Hoc tantum. Quod nec aquila sola, nec solus equus significaret, hoc equus alatus percommode designat.

II. Gryphus similiter qui ab Antiquariis appellatur, ales est, cui rostrum est aquilinum, cum alis; pedes autem quatuor, & posteriora omnia leonina. Gryphas porro alites *aurita* tantum *aduncitate rostri* Plinius agnoscit, libro X. sect. LXX. Nihil in his aut leoninum ponit, aut alterius quadrupedis. Et inter fabulosas alites has quoque reponit. In nummis igitur quem Gryphem vocant, aliud nihil nisi symbolum est, quo significatur, id quod de Saule & Jonatha dixit olim David, 2. Reg. 1, 23. esse vel illius regionis incolas, vel virum cujus in nummo effigies nomenve conspicitur, *AQVILIS velociorem, LEONIBVS fortiorem*.

Huic symbolo, quod ex aquila & leone componitur, insidens subinde Apollo cum cithara pingitur; ut apud D. Vaillant, tomo 2. colon. in Treboniano Gallo, pag. 311. num. 1. & in Antinoi nummo ex Cimelio Eminentiss. Cardinalis Carpegna: ut significetur fuisse in Gallo & in Antinoo, aquilæ velocitatem, leonis indolem generosam, & has cum eximio politiorum Musarum usu dotes conjunctas. Ex eo nummorum genere prave intellecto finxere Gryphem avem esse sacram Apollini.

In nummo Smyrnæorum, apud Illustriss. Spanhemium, pag. 273. hinc est Smyrna Amazon, bipennim gerens; adjecta epigraphe, CMYPNA: inde cum voce CMYPNAIΩN Gryphis (ut vocant) effigies est illa quam diximus: sed idem anteriore pede dolium tenet; ut significet, Smyrnæorum esse velocitatem cum fortitudine conjunctam, quorum in agro vinum etiam nascatur generosum.

III. De Sphinge jam abunde diximus in Nummis antiquis Populorum & Urbium, hoc ipso volumine, verbo AEGYPTOS.

IV. Chimæra, qualis describitur ab Homero, Iliad. ζ. versu 181.

Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα.

Ante leo, post draco, media vero capra. Vel cum Lucretio,

Prima leo, postrema draco, media ipsa chimæra:

chimæra, inquam, hujusmodi nulla in nummis est. Nam in his, in quibus chimæram Antiquarii putant se videre, nihil est prorsus quod draconem referat. Nihil præter leonem est, cum emicante ad latus leonis, aut pede uno insiliente in leonem capra. Vide quem exhibet cum chimæra nummum Seriphiorum Illustr. Spanhemius, pag. 266. Nihil aliud hoc symbolo significatur, quam cives eorum oppidorum, quorum in nummis hæc picta cernuntur, leonibus indole generosa similes esse; & caprarum gregibus ob lac & caseum suam in eo tractu laudem esse. Nisi forte verius & leo generosos, & ingeniosos industriosque capra significet incolas: nam *solertiam ejus animalis* Plinius deprædicat, libro VIII. pag. 234. Quæ causa est quamobrem, cum in Corinthiorum nummis passim impressa hæc, ut volunt, Chimæra sit, ut apud D. Vaillant, tomo 1. colon. pag. 199. & 266. interdum tamen pictus in iisdem solus leo sit, in posteriores pedes desidens, ut pag. 292. ad solam incolarum generosam indolem significandam.

Interdum etiam in iisdem nummis Corinthiorum, & Pegasus, & Chimæra, ut vocant, sæpe junguntur: immo & Pegaso insidens eques stricto gladio sæpe pingitur, ut apud D. Vaillant, pag. 202. non ut Bellerophontes exhibeatur ex equo Pegaso decertans contra Chimæram: sunt enim hæc commenta otiosorum ex nummis prave intellectis; sed ut dotes simul omnes & opes Corinthiorum in una nummi superficie exhibeantur. Nam equitatus in bello virtutem eques armatus, excelsitatem animi leo, capra solertiam repræsentat: equus alatus, pernices equos in ea regione ali denotat.

V. Centauri qui vocantur, hoc est, anteriore parte homines, equi posteriore, nulli umquam fuere; si unum alterumve exceperis, de quo Plinius, libro VII. pag. 16. *Multiformes pluribus modis inter monstra partus eduntur. Claudius Cæsar scribit hippocentaurum in Thessalia natum eodem die interisse. Et nos principatu ejus allatum illi ex Ægypto in melle vidimus.* At recte Lucretius a nobis ibi laudatus, libro V. versu 875.

Sed neque Centauri fuerunt, nec tempore in ullo
Esse queat duplici natura, & corpore bino.

Ex

Ex alienigenis membris compacta potestas

. . . .

Ne forte ex homine & veterum semine equorum
Confieri credas CENTAUROS posse.

Ac si quando monstra hujusmodi gignerentur, quorsum (amabo) monstra ea sculperentur in nummis? Nihil aliud eo symbolo significatur, quam virtus equitatus in bello, aut victoria ab equitatu relata. Nam quia *pugnare ex equo* invenisse feruntur *Thessali, qui Centauri appellati sunt, habitantes secundum Pelium montem*, ut ait Plinius libro VII. pag. 201. inde ficta centaurorum, sive potius hippocentaurorum portenta sunt. Sic in gentis Aureliæ nummo apud Patinum, pag. 43. num. 1. M. Aurelium Cottam videbis vectum bigis hippocentaurorum, palmas sinistra gestantium: quod est insigne victoriæ ab equitatu relatæ. In nummo, quem delineatum exhibet Illustr. Spanhemius, pag. 280. num. 2. Victoria curru bijugo hippocentaurorum vehitur, quorum quisque Victoriæ effigiem tenet, a qua coronatur: ipsa autem Victoria, quæ curru vehitur, arcum & sagittam tenet. Supra, L. IB. *Anno* Trajani *duodecimo*. Est & apud Angeloni, pag. 123. Nihil aliud ista significant, nisi ab equitibus sagittandi peritis victoriam fuisse reportatam. Denique in nummo Juliæ Mamææ, apud D. Vaillant, tomo 2. colon. pag. 187. num. 1. ad pedes Dianæ rusticæ hinc & inde hippocentaurus inflat tubam: quo symbolo significatur tantum, in colonia Bostrensi, quæ hunc nummum cudit, milites præsidiarios ex equitatu fuisse collocatos.

VI. Minotaurus, ut vocant, in nummis Siciliæ, & Magnæ Græciæ, ac Νεαπολιτῶν in primis pingitur: hoc est, taurus humano vultu, barbaque promissa, sive integer, sive dimidiatus. Utriusque formam exhibet Paruta in Siciliæ nummis. Sed merum istud symbolum est regionis, quæ feliciter bobus utatur ad agros colendos: non, ut vulgo nugantur, originis urbium ex insula Creta deductæ. Nam si ita esset, cur nullus Cretensium nummus habet hujusmodi insculptam effigiem Minotauri? Minos rex Cretæ fuit: minotaurus ibi nullus fuit: nulli usquam nisi in nummis: nam cujusmodi fuerint, quos in signis militaribus olim fuisse Plinius refert libro x. sect. v. non liquet.

VII. Superest Capricornus, de quo jam alibi satis superque diximus. Cum sit enim caper in piscem desinens, persæpe cum Cornucopiæ, nihil ille aliud nisi annonæ copiam terra marique vel amne advectam denotat. Ejusmodi est, quem D. Vaillant exhibet, tomo 1. Colon. pag. 58. num. 1. in quo Capricornus æque ac tergeminum crus typus Siciliæ est: tergeminum crus quidem, insulæ triquetræ: capricornus, copiæ frugum quas terra, & piscium quos mare gignit. Ridiculum est Augusti symbolum fingere Capricornum fuisse: & quod Suetonius refert, jussisse Cæsarem Augustum nummos suos percuti nota sideris Capricorni, quod eo natus esset. Nam quis adeo Princeps insaniat, ut sub Cancro natum se vel sub Capricorno, aliove sidere, glorietur? aut quid habet aliis sideribus insignius Capricornus, ut in nummis sculpatur?

Est & in nummo Gordiani apud D. Vaillant, pag. 209. tomo 2. Colon. & alibi persæpe; non in Augustorum modo nummis, sed & populorum ad significandam copiam annonæ terra marique, vel flumine, in urbem advectæ, cujus nomen nummus exhibet. Nec dignum minus risu est arbitrari, in memoriam natalis Augusti, qui sub eo sidere contigerit, & in honorem ejus, Capricornum in nummis non modo Augustorum consequentium fuisse consignatum; sed & in nummis Antiochi Commagenorum regis, & Jubæ junioris regis Mauretaniæ.

Inter nummos Arschotanos Tab. XXVIII. nummus 2. est Vespasiani Aug. in quo Capricornus geminus est orbi Romano impositus, *clypeum votivum* sustentans, in quo litteræ sunt insculptæ id significantes, CL. V. *Clypeus votivus*. Ubi nescio quis simili conjectura, sed frigida: *Quia forte etiam Vespasianus natus est sub Capricorno*. Numquid autem sub gemino, qualem hic nummus exhibet? sed de hoc argumento satis esto dictum hactenus.

DE RE MONETARIA VETERUM ROMANORUM, EX PLINII SECUNDI SENTENTIA.

CONNEXA sic est cum tractatione nummorum, rei monetariæ ratio, ut hæc pars si desit, orba lumine altero nostra hæc lucubratio jure credatur: sin ad ea quæ exorsi sumus, ejus quoque partis fiat accessio, quod nunc quidem aggredimur, tum vero imposuisse operi fastigium merito videamur. Afferre porro lucem in re adeo obscura unus scriptorum pæne omnium PLINIUS SECUNDUS potest; quod non fusius modo is, & enucleatius quam reliqui: sed quod unus omnium dedita opera, ceteri obiter atque in transcursu sunt in eo argumento versati. Tot tamen ejus oratio visa est hactenus involuta ambagibus, ut quot verba, tot fuerint ferme scopuli, ad quæ summa ingenia, cum haud mediocri famæ & eruditionis dispendio, offenderint. Num feliciore simus usi Minerva, quam priores, legentium arbitrii judiciique esto: qui & hoc utique studiorum genere capiuntur, & excutiendæ huic nostrorum in Plinium Commentariorum particulæ suppeditare satis otii queunt. Præmitti id autem hoc loco operæ pretium est, arbitrari nos, cum sint nummi alii minimi moduli, alii mediocris, majoris alii, alii denique maximi, quos *Medaglioni* Itali vocant, ex tam multiplici forma ac mole, monetæ præbuisse pecuniæque usum, ex auro quidem argentoque quotquot in Cimeliis asservantur: sic ut pretii modum ex singulorum pondere, Plinianaque fere argentei sester-

tii vel scrupuli aurei taxatione, æstimari oporteat: æreorum autem numismatum, ut est multiformis moles, variumque pondus, æque adhuc esse pretium eorundem vel intelligentissimis quibusque monetariis incompertum. Neque vero necesse est eorum a me retractari sententias, qui sunt nuper in hoc argumento versati, quique certi aliquid de pretio monetæ veterum ææreæ statuere ausi fuerunt. Quam sint ii aliena a vero locuti, unanimis est eruditorum, quorum manibus scripta ea teruntur, conspiransque consensio. Poni nihilominus unum id extra controversiam jure, ut credimus, postulamus, quod & summorum virorum auctoritas & ratio suadet, quantumvis sit de pretio æreæ monetæ haud proclive statuere, aut nullam utique apud veteres Romanos monetam fuisse, aut certe fuisse æneam hanc vel maxime, quæ Senatus consulto in gratiam Principum cusa stante imperio est: multoque eam magis, quæ Senatus auctoritate veluti capite deminutâ, a Principibus deinde ipsis circa Diocletiani vel Constantini tempora cusa est, & in prioris illius vicem substituta: quæ & locum præfert Palatinæ monetæ, ubi signata est, Narbonem, Treviros, aliasque civitates, in quibus Procuratores Monetæ suæ Principes statuissent. Plinius certe lib. XXXIV. sect. II. Marianum æs eo nomine commendat, quod *aurichalci bonitatem imitaretur in sestertiis, dupondiariisque: Cyprio suo assibus contentis.* En asses ex ære Cyprio, dupondii sestertiique ex Mariano, Plinianis utique temporibus.

Jam si contemplemur, quod in hisce nummis cudendis sive Senatus sive Principum consilium fuerit, quid similius veri, quam ad quotidianum pecuniæ usum destinatos in primis? quod ea expeditissima ratio foret, ad famam rerum suarum longe lateque dissipandam: cum illatus per commercia nummus, vel ad eos populos, qui Romanæ Urbis ornamenta, statuas, arcus, columnas coram intueri non possent, facta Principum egregia domi forisque, non hos modo, sed & posteros, exiguo suo orbe edoceret. Quin & prægrande genus illud nummorum, quod *Medaglione* vocant, ut diximus, sive congiarii vice populo distribueretur, sive militibus ducibusque pro donativo, sive in theatro, circove, ac triumphalibus pompis spargeretur, expendi postea publice pro ratione ponderis solitum putamus, vel ob id solum, ut omittamus cetera, quod apud intentam unice rei atque utilitati suæ multitudinem venisset demum haud dubie in contemptum Principis effigies, ni distrahi eam in commercia fas fuisset. Sed de his plura nos alias: ad Plinium veniamus.

PLINIVS, lib. XXXIII. sect. XIII.

Proximum scelus fecit, qui primus ex auro denarium signavit: quod & ipsum latet auctore incerto. Populus Romanus ne argento quidem signato ante Pyrrhum regem devictum usus est. Librales (unde nunc etiam libella dicitur, & dupondius) appendebantur asses. Quare æris gravis pœna dicta. Et adhuc expensa in rationibus dicuntur: item impendia, & dependere. Quin & militum stipendia, hoc est, stipis pondera, dispensatores, libripendes dicuntur: qua consuetudine in his emptionibus, quæ mancipii sunt, etiam nunc libra interponitur. Servius rex primus signavit æs. Antea rudi usos Romæ Timæus credidit. Signatum est nota pecudum, unde & pecunia appellata. Maximus census CX. M. *assium fuit illo rege: & ideo hæc prima classis.*

Argentum signatum est anno Urbis CCCCLXXXV. *Q. Ogulnio, C. Fabio Coss. quinque annis ante primum bellum Punicum. Et placuit denarium pro decem libris æris, quinarium pro quinque, sestertium pro dupondio ac semisse. Librale autem pondus æris imminutum bello Punico primo, cum impensis Respublica non sufficeret: constitutumque ut asses sextantario pondere ferrentur. Ita quinque partes factæ lucri, dissolutumque æs alienum. Nota æris fuit ex altera parte Janus geminus, ex altera rostrum navis: in triente vero & quadrante, rates. Quadrans antea teruncius vocatus a tribus unciis. Postea Hannibale urgente Marcum, Q. Fabio Maximo Dictatore, asses unciales facti: placuitque denarium sedecim assibus permutari, quinarium octonis, sestertium quaternis. Ita Respublica dimidium lucrata est. In militari tamen stipendio semper denarius pro decem assibus datus. Notæ argenti fuere bigæ atque quadrigæ: & inde bigati quadrigatique dicti. Mox lege Papiria semunciales asses facti. Livius Drusus in Tribunatu plebis octavam partem æris argento miscuit. Qui nunc Victoriatus appellatur, lege Clodia percussus est. Antea enim hic nummus ex Illyrico advectus, mercis loco habebatur. Est autem signatus Victoriâ, & inde nomen.*

Aureus nummus post annum LXII. *percussus est, quam argenteus, ita ut scrupulum valeret sestertiis vicenis: quod effecit in libras, ratione sestertiorum qui tunc erant, sestertios* DCCCC. *Post hæc placuit* X. XL. *signari ex auri libris, paulatimque Principes imminuere pondus: minutissime Nero ad* XLV.

NOTÆ.

Proximum scelus fecit, qui primus ex auro denarium signavit.

Pessimum vitæ scelus fecit, ut Plinius ipse admonuit sect. IV. libri hujus, *qui aurum primus induit digitis.* Proximum ab eo scelus nunc fecisse arguitur, qui primus denarium ex auro signarit. Nummi enim ex auro denarii quoque appellati. Petronius, Satyr. pag. 106. *Pro calculis albis ac nigris aureos argenteosque habebat denarios.* Et pag. 160. *Non habemus Ædilem trium cauniarum . . . Plus in die nummorum accipit, quam alter patrimonium habet. Jam scio acceperit denarios mille aureos.* Didymus: Τὰ δὲ χίλια σηστέρτια ποιεῖ διακόσια πεντήκοντα δηνάρια ἀργυρᾶ· δέκα δὲ χρυσᾶ, ἅπερ μίλλε νούμμους φασί. *Mille sestertii efficiunt* CCL. *denarios argenteos, sive decem denarios aureos, quod mille nummos vocant.* Plinius ipse denique lib. XXXIV. XVII. Lysippum ait solitum pro manipretio cujusque signi, quod ipse conflabat, seponere singulos denarios aureos. Et lib. XXXVII. sect. III. *sex denariis aureis.* De nummi aurei pretio, dicemus ad calcem hujus concertationis.

Quod & ipsum latet auctore incerto.

Viri nomen latet, gentis tamen non omnino latet: nam aureum argenteumque nummum Lydos primum conflavisse, auctor est Herodotus, lib. I. Clio, num. XCIV.

Populus Romanus ne argento quidem signato ante Pyrrhum regem devictum usus est.

Est autem devictus anno Urbis CCCCLXXIX. ut diximus ad librum Plinii octavum, sect. VI.

Librales (unde nunc etiam libella dicitur, & dupondius) appendebantur asses.

Usque ad Pyrrhum devictum, inquit, imo & post illud tempus aliquanto, as fuit ex ære, librali pondere, sive duodecim unciarum: atque adeo semissis, sex unciarum: quatuor, triens: quadrans, trium: sextans denique, cujus mentio hoc eodem Plinii libro, sect. XLVIII. omnino duarum: & erat pars

assis

assis sexta. Asses librales appellat Volusius Mæcianus, pag. 881:

Unde nunc etiam libella dicitur.

A librali assis pondere, inquit, hodieque ipse as, seu res integra quæcumque, quam assem nuncupamus, libella quoque ex eo tempore appellatur. Sic Tullius ad Atticum, lib. VII. epist. II. *Fecit palam te ex libella, me ex teruncio*, hæredem scilicet: Hoc est, te omnium bonorum scripsit hæredem, (nam libræ nomine significatur omnis hæreditas: teruncii, pars quarta libræ, & bonorum:) me ex quarta parte, quam tu mihi deinde dares. Quin & nummulus quoque argenteus libellæ postea appellatione venit: non quod libram penderet, sed quod libræ æreæ pretio atque æstimatione responderet. Varro, lib. IV. de ling. Lat. pag. 41. *Nummi denarii decuma libella, quod libram pondo as valebat, & erat ex argento parva.* Libellam argenti Plautus appellat, in Captiv. act. V. sc. I. v. 27. Meminit & sembellæ Varro, loc. cit. quæ libellæ dimidium foret: & teruncii pariter ex argento, quæ dimidiata sembella: sed non fuere ea diuturni usus. Nec de libella argentea Plinius hoc loco agit.

Et dupondius.

Ita MSS. non *dipondius*. Varro, loco cit. pag. 40. *Dupondius a duobus ponderibus, quod unum pondus assipondium dicebatur: id ideo quod as erat libræ pondus.* Sestertii ex ære Plinius hoc loco non meminit, quod non habeat is nomen a pondere, ut as libralis, & dupondius: sed a pretio. De dupondio, lib. XXXIV. sect. II. Ante nos legebatur, *& dupondius appendebatur assis.* Cornutus, in Satyram Persii II. *Fuit autem assis libralis, & dupondius duarum librarum, quod hodie* (circa Neronis ætatem, aut Domitiani) *in usu remansit: & solebat pensari potius: quam numerari: unde & dispensatores dicti.*

Quare æris gravis pœna dicta.

Livius, lib. V. *Denis millibus æris gravis nos condemnat.* Festus: *Pendere pœnas, solvere significat: eo quod ære gravi cum uterentur Romani, penso eo, non numerato, debitum solvebant: unde etiam pensiones dictæ.* Significat autem Plinius æris gravis pœnam esse dictam, usque ad signatum ex argento nummum, atque adeo usque ad illud tempus, quo imminutum primo pondus æris: ut intelligas non rude modo, quale Numæ temporibus fuit: sed & signatum a Servio ceterisque deinceps, grave æs fuisse a pondere nuncupatum. Festus; *Grave æs dictum est a pondere: quia deni asses, singuli pondo libræ, efficiebant denarium ab hoc ipso numero dictum.* Et alibi: *Stipem* (quam ad æs grave pertinere Plinius hoc loco admonet) *esse nummum signatum testimonio est*, &c.

Et adhuc expensa in rationibus dicuntur: item impendia, & dependere.

Hoc est, etiamnum durant moris hujusce vestigia. Ita libri omnes, etiam MSS. Mutuatus hæc Plinius a Varrone, loc. cit. pag. 42. *Ab eodem ære impendendo, Dispensator: & in tabulis scribimus Expensum.... Usura, quod in sortem accedebat, Impendium appellatum.* Vide & Cassiodorum, lib. VII. Var. epist. XXXII. cujus lemma est: *Formula, qua moneta committitur.*

Quin & militum stipendia, hoc est, stipis pondera, dispensatores, libripendes dicuntur.

Stipendia innuit, quasi stipis pondera, esse appellata. Varro, lib. IV. de ling. Lat. pag. 42. *Stipendium a stipe dictum est, quod æs quoque stipem dicebant. Nam quod asses libræ pondo erant, qui acceperant majorem numerum, non in arca ponebant, sed in aliqua cella stipabant, id est, componebant, quo minus loci occuparet: a stipando stipem dicere cœperunt.* E Regiis codicibus, quibus utimur, alterum secuti sumus: cum prius hic insulse legeretur: *Quin & militum stipendiorum, hoc est, stipis ponderandæ pensatores:* &c. Nam cui aliquando *pensatores* auditi? At de dispensatoribus Festus: *Dispensatores dicti sunt, qui æs pensantes expendebant, non annumerabant. Hinc deducuntur expensa, sive dispensata, vel compensata: item compendium, dispendium, assipondium, dupondium.* Inscriptio vetus apud Reinesium, pag. 580. AVG. DISPENSATOR. AD. CENSVS. PROVINCIAE. LVGDVNENSIS. *Augusti Dispensator*, &c. Et a Varrone Plinius, ut diximus, *dispensatores* accepit. Thesaurarios nostra ætas vocat. *Libripendes* autem Græcis ζυγοστάται sunt, ut in Glossis vox ea exponitur, quia ζυγῷ ἱστᾶσι, hoc est, *libra pendunt.* Priscianus extremo libro sexto, ex Caji primo Institutionum: *Qui libram æneam teneat, qui appellatur libripens.*

Qua consuetudine in his emptionibus, quæ mancipii sunt, etiam nunc libra interponitur.

In omni solutione pecuniæ, quæ quidem ritu Quiritium fieret, ac præsertim in mancipatione, adhibebatur libripens, qui æra penderet, cum quinque testibus: eaque formula retenta est, etiam re mutata, hoc est, etiam tum cum non appenderetur, sed numeraretur pecunia. Quam consuetudinem Boëtius in Topica Ciceronis, ex lib. I. Instit. Caji, de nexu faciendo, his verbis exposuit: *Is qui mancipio accipit, æs tenens ita dicit: Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum esse aio: isque mihi emptus est hoc ære æneaque libra. Deinde ære percutit libram, indeque æs dat ei a quo mancipio accipit, quasi pretii loco.* Hinc illud Horatii, epist. ad Julium Florum:

Si proprium est quod quis libra mercatur, & ære,
Quædam, si credis consultis, mancipat usus.

Apud Scholiasten Horatii est, *Libra & ære comparare.*

Servius Rex primus signavit æs.

Cassiodorus, lib. VII. Var. form. XXXII. *Servius rex monetam in ære primum impressisse perhibetur.* At Cornutus in Persium, Satyra II. & Isidorus, lib. XVI. Orig. cap. XVII. a Saturno in Italia regnante fuisse signatum æs tradiderunt, nave, Janique capite: a Jano ipso Macrobius, lib. I. Saturn. cap. 7. Verum id posterius multo factum, nempe bello Punico primo, ex Plinio mox visuri sumus.

Antea rudi usos Romæ Timæus tradit.

Appellare auctorem solet, cum fidem obstringere propriam veretur. Est autem is *Timæus, qui de metallica disciplina scripsit*, ut Plinius aït ipse in Indice libri hujus XXXIII. Hoc loco Regius codex alter, *Temeos* habet. Chiffletianus, & Parmensis editio, *Timæus*, recte. Editi vero deinceps libri, *Remeus* inepte.

Signatum est nota pecudum: unde & pecunia appellata.

Signatum est bove, vel ove, vel sue. Βοῦν, ἢ πρόβατον, ἢ σῦν ἐγκεχάραχθαι τῶν νομισμάτων τοῖς παλαιοτάτοις, inquit Plutarchus in Poplicola, pag. 103. & in Quæst. Rom. pag. 274. Varro, lib. II. de re rust. cap. I. *Et quod æs antiquissimum, quod est flatum, pecore est notatum.* Et lib. I. de vita populi Rom. *Aut bovem*,

bovem, aut ovem, aut vervecem, habet signum. Spectat huc quadantenus, quod ait Columella, in præf. libri VII. *Nomina pecuniæ & peculii tracta videntur a pecore, quod non solum veteres possederunt, sed apud quasdam gentes unum usurpatur divitiarum genus.* Pecuniam idcirco fortassis pro æreo nummo veteres dixere. Lampridius in Alexandro Severo: *Scenicis nunquam aurum, nunquam argentum, vix pecuniam donavit.* His adde ea quæ diximus, ad lib. XVIII. Plinii, sect. III.

Maximus census CX. M. assium fuit illo rege: & ideo hæc prima classis.

Ut classes centuriasque ex censu descripserit Servius Tullius rex Romanorum, disce ex Livio, lib. I. Is primæ classis censum ait fuisse centum millium æris. Festus, CXX. *Infra classem significatur*, inquit, *qui minore summa, quam centum & viginti millium æris censi sunt.* Gellius, lib. VII. cap. XIII. ait fuisse centum & XXV. millium æris. Sunt autem æris sive assium centum ac decem millia, quadraginta quatuor sestertia: monetæ nostræ Gallicæ, libræ (ut vocant) 4400.

Argentum signatum est anno Urbis CCCCLXXXV. Q. Ogulnio, C. Fabio Coss.

Geminum hoc loco mendum sanavimus: alterum, quem libri vulgati: alterum, quem conditivi quoque præferrent. Nam in editis, *Q. Fabio Cos.* legebatur, sine collegæ nomine: cum neque id ei prænomen fuerit, & in Regio codice altero ex iis quibus usi sumus, legatur, *Q. O. C. Fabio*, hoc est, uti edidimus, *Q. Ogulnio, C. Fabio.* Hujus certe Consulis hodieque nummus exstat, in Museo nostro, cujus ectypum Patinus exhibet, in gente Fabia, pag. 107. cum hac epigraphe ex aversa parte, EX. A. PV. hoc est, *Ex Argento Puro*, seu potius *Publico*: ex adversa sunt bigæ, cum ciconia, quod Fabiæ gentis insigne: subscriptumque nomen habet, C. FABI. C. F. Sed & annum refinximus, quo Consulatum ambo gessisse dicuntur, nempe CCCCLXXXV. cum centenario integro codices tum MSS. tum editi discrepent, in quibus legitur CCCCCLXXXV. centenarii nota videlicet abundante. Eo certe anno quem edidimus, Consules fuisse Q. Ogulnium Gallum, & C. Fabium Pictorem, Fasti accuratiores tradunt: nec quintus ante Punicum bellum primum annus alius esse potest ab eo quem diximus. Denique in Chiffl. cod. si credimus Cl. Chiffletio, lib. de antiq. num. cap. VII. pag. 55. diserte legitur, CCCCLXXXV.

Quinque annis ante bellum primum Punicum.

Sive, quod eodem ferme recidit, ut Livius ait in Epitome libri XV. *Victis Tarentinis . . . . . tunc primum populus Romanus argento uti cœpit.* Varro tamen apud Charis. lib. I. Annal. sic scripsit: *Nummum argenteum conflatum primum a Ser. Tullio dicunt.* Sed hac loquendi forma obscuros esse famæ illius auctores significat. Scio T. Minucii Augurini nummum proferri: sed ejus esse nego, qui Consul fuit ante annos fere XL. quam cœptum fuit Punicum bellum. Cujus sit autem nummus ille, obscurum.

Et placuit denarium pro decem libris æris.

Subintellige, esse, vel permutari, ut infra. Sic enim MSS. Reg. 2. & alii: non *denarius*, vel *quinarius*, ut editi: quorum vel ex eo error detegitur, quod statim *sestertium* vel ipsi quoque legant. Porro denarius Romanus argenteus, Fabii primum, deinde & Augusti ævo, si cum moneta nostra probatissima ex argento componatur, legitima æstimatione valere dicendus est asses æreos omnino octonos: quinarius, quaternos: sestertius, binos. Scio ab erudito viro, in Mastig. II. pag. 31. & Gassendo, in appendice ad tom. III. Philos. Epic. minoris æstimari: taxarique assibus tantum septenis, vix cum semisse: A Gronovio, lib. III. de sestertio, pag. 384. sex assibus Hollandicis, hoc est, e nostris, assibus septem, & asse dimidio integro: sed ad pondera monetarum & pretia haud attendisse satis ii videntur.

Quinarium, pro quinque.

Quinarii notam geminam in nummis vidimus, Q, & V. Pondus, granorum, ut vocant, quadragenum. Denarii nota X. Pondus autem, ut pretium, duplum.

Sestertium, pro dupondio ac semisse.

Hoc est, pro assibus binis cum dimidio asse. Varro, lib. IV. de ling. Lat. pag. 41. *In argento nummi . . . . Denarii, quod denos æris valebant: Quinarii, quod quinos: Sestertius, quod semis tertius. Dupondius enim & semis, antiquus sestertius est.* Sestertium porro hoc Plinii loco intellige, qui sit in quarto casu, ut vocant, a recto *sestertius*: non a neutro, *sestertium* Cum enim sestertia audis neutro genere efferri, singula scito mille nummis, sive (quod idem est) mille sestertiis æstimari: hoc est, monetæ Gallicæ, libris centum: ut ex Plutarcho intelligimus, in Fabio Maximo, pag. 176 & ex Plinio ipso hujus libri sect. VIII. equitum censum taxante sestertiis CCCC. Et ut semel omnia dicamus, cum decies, vicies, quadragies, centiesve, audis, centena millia sestertiûm masculini generis subintelligi scito oportere: hic enim Romanis loquendi mos. Sestertium unum argenteum, cum nota sestertii IIS, Cimelium nostrum asservat.

Librale autem pondus æris imminutum.

Ita Pintianus vidit in suo codice: nos in Regio: *librare:* editi, *libræ.* Hoc est, assis, qui libralis pondo erat, pondus est imminutum: non ipsius libræ pondus, ut visum quibusdam alias eruditis. Priscianus ita locutus: *Denarius*, inquit, *decem librarum nummus*, hoc est, decem assium.

Bello Punico primo, cum impensis Respublica non sufficeret: constitutumque, ut asses sextantario pondere ferirentur.

Egregie Festus hallucinatur, qui verbo *Sextantarii*, id accidisse bello secundo Punico asseverat. *Sextantarii*, inquit, *asses in usu esse cœperunt, ex eo tempore, quod propter bellum Punicum secundum decreverunt Patres, ut asses, qui tum erant librarii, fierent sextantarii*, &c. Cœptum porro bellum Punicum primum, anno Urbis CCCCLXXXX.

Constitutumque, ut asses sextantario pondere ferirentur.

Hoc est, ut singuli essent sextantium pondere, hoc est, duarum unciarum: sic enim e libra una seni asses conflabantur, quorum singuli sexta pars prioris assis, seu libræ, foret. Festus, verbo *Grave æs: Bello Punico populus Rom. pressus ære alieno ex singulis assibus librarus senos fecit, qui tantundem valerent.* Alciati commentum Plinii verba sic immutantis, ut *dextantario pondere*, & mox, *quinta parte facta lucri* legat, non codicum modo conspirans consensus, sed & allatum modo testimonium refellit.

Ita

Ita quinque partes factæ sunt lucri, dissolutumque æs alienum.

Interdicta vetere pecunia, ex ærario publico, quod in æde Saturni fuit, ut dicemus lib. XXXIV. sect. 1. asses cusi de novo, ita ut in singulas æris libras seni conflarentur: cum prius singuli integræ libræ pondo forent. Sic quinque asses in libras, sive quinque partes libræ Respublica lucri fecit. Nihil planius.

Nota æris fuit ex altera parte Ianus geminus, ex altera rostrum navis.

In asse nimirum recens cuso, mutata priore nota illa, quam æri rex Servius impresserat: mutato æris pondere, & notæ mutatæ. Vide Plutarch. in Quæst. Rom. pag. 274. Id jam inde a Saturni temporibus factum Cornutus in Persii locum cit. aliique perperam arbitrati sunt. *Saturno*, inquit, *in Italia regnante æs in usu fuit: ...... Illud æs una parte capite Iani notatum erat: altera, nave, qua Saturnus fugiens ad Italiam vectus est. Bene autem in illo nummo geminum erat signum, & hospitalitatis Iani, & adventus Saturni*, &c. Huc vates respexit, lib. 1. Fastor. vers. 229.

Multa quidem didici: sed cur navalis in ære
Altera signata est, altera forma biceps, &c.
At bona posteritas puppim formavit in ære,
Hospitis adventum testificata Dei.

Venit hic in mentem mihi cujusdam puerilis consuetudinis, cujus Macrobius meminit, lib. 1. Saturn. cap. VII. *Æs ita fuisse signatum*, inquit, *hodieque intelligitur in aleæ lusu, cum pueri denarios in sublime jactantes, capita aut navim, lusu teste vetustatis, exclamant.* Quod fere ludi genus a nostris quoque pueris frequentatum cernimus. In eo vero Macrobii loco, cave denarios pro argenteis nummis accipias: sed pro asse ex ære. Quin & moneta minutior ex ære, ut quæ apud Marcum, cap. XII. λεπτὰ δύο dicuntur: *duo denarii*, δύο ἀσσάρια Lucæ x. Ambrosio *duo æra* appellantur: apud nos, *deux deniers*.

In triente vero, & quadrante, rates.

Festus: *Ratitum quadrantem dictum putant, quod in eo, & triente, ratis fuerit effigies: ut navis, in asse.* Triens est assis pars tertia, ut quadrans quarta. Varro, lib. IV. de ling. Lat.

Quadrans antea teruncius vocatus a tribus unciis.

Prius *triuncis*, quæ vox nihili est, pro *teruncius* legebatur: quam vocem & MSS. codices exhibent, & Varro, loc. cit. a quo Plinius, ut dixi, hausit. *Teruncius*, inquit, *a tribus unciis: sembella quod valet dimidium: & est quarta pars, sicut quadrans, assis.*

Postea Hannibale urgente Marcum, Q. Fabio Maximo Dictatore, asses unciales facti.

In Regio codice antea laudato, legitur, *Hannibale urgente Marcumque Fabio:* cujus admonitu hanc vocem *Marcum* addidimus, quæ a libris omnibus impressis abest: etiam *Minucium*, si eruditi faveant, libentius admissuri: gnari Marcum Minucium intelligi, Magistrum Equitum, quem Hannibal sane vehementer urgebat, dum Q. Fabius Maximus Dictator, qui & Cunctator dictus, Romæ ageret: anno Urbis fere DXXXVII. ut Livius prolixe narrat, lib. XXII. cap. XVIII. & XXIV. Et hic alter interim Festi lapsus notandus, qui septennio tantum sextantarios asses in communi usu fuisse scribit: cum Punicum bellum alterum, quo conflari unciales cœpti sunt, post annos amplius vicenos a prioris fine sit subsecutum. Unciales autem asses dicti a pondere unciæ: & sic duodecim in singulas libras percussi.

Placuitque denarium sedecim assibus permutari, quinarium octonis, sestertium quaternis.

Sic & Vitruvius habet, lib. III. cap. 1. Volusius Mæcianus, pag. 877. *Denarius primo asses decem valebat, unde & nomen traxit: Quinarius, dimidium ejus, id est, quinque asses: unde & ipse vocatur. Sestertius, duos asses & semissem, quasi semis tertius..... Nunc denarius sedecim, Victoriatus, & Quinarius, octo: Sestertius, quatuor asses valet.* Vixit is sub Antonino Pio. Exhibet Patinus in gente Titinia nummum, & in Valeria alterum, in quibus nota XVI. pretium denarii, eo quo sunt cusi illi tempore, indicat, nempe asses sedecim: uti priores nota X. decem signabant. Vidisse se quoque quinarium aït Anton. Augustinus, Dialogo 1. insignitum hac nota VIII. in sestertiis vero IIII. nunquam: Quin nec illam notarum varietatem diu in usu fuisse: sed veteres notas statim revocatas, aut nullas omnino appositas.

Ita Respublica dimidium lucrata est.

Hæc lucri ejus ratio gemina fuit. Antiquata enim vetere pecunia ex ære argentoque, assibusque sextantariis interdictis, unciales cusi sunt, hoc est, in singulas libras duodeni, cum prius tantum seni ferirentur. Confluente deinde ad ærarium publicum plebe, ut pro sextantibus novos asses acciperet, nihil damni plebs capiebat, cum ejusdem valoris ac pretii, quanquam ponderis diversi asses referret: Respublica, sive ærarium, dimidium lucrabatur. Rursum concurrente eadem, ut æream monetam acciperet pro argentea vetere, quæ tum erat edicto antiquata, pro denariis singulis asses sedecim domum referebat: nullo ipsius damno, imo sex assium facto, ut apparet, lucro: nam decem tantum assibus denarius olim taxabatur: tunc vero sedecim. Minoris hi quidem asses, ut diximus, qui recens conflati, fuere ponderis: at pretii omnino cum prioribus illis æqualis. Verum Reipublicæ & ærarii majus lucrum fuit. Nam e sextantariis assibus decem, qui denario argenteo prius permutabantur uno, cum vicenos conflavit asses unciales, deditque pro argenteo denario vetere, qui ad ærarium deferebatur, duntaxat sedecim, quaternos interim lucri fecit: deinde aucto novi argentei nummi pretio ad sedecim asses, iterum senos: igitur denos omnino: hoc est, quod Plinius ait, in singulos denarios dimidium lucrata est, sive denarium unum. Tantumdem porro & eadem ratione fuit in quinarios sestertiosque lucri. Expedire hunc nodum nequivere Anton. Augustinus, lib. II. Emend. cap. VII. pag. 118. Budæus, lib. V. de asse, pag. 173. minimeque omnium Alciatus, lib. de pond. & mensuris, tom. 6. Operum, fol. 279. ubi despondens animum, luxata hæc omnia, suisque mota sedibus esse, exclamat.

In militari tamen stipendio semper denarius pro decem assibus datus.

Militibus tamen, inquit, ut libentius in exercitu mererent, spe mercedis allecti, denarius argenteus, non sedecim, sed, ut olim, decem tantum assibus æstimatus est: atque hoc diurnum cuique stipendium datum, asses deni scilicet: neque illi ære, sed argenteo nummo in dies singulos persoluti. Hinc illa Pannonii militis apud Tacitum expostulatio, lib. 1. Annal. pag. 17. quod decem æreos asses acciperet, non denarium, ut olim, argenteum, quem sedecim deinde assibus æreis permutaret, ut sic nempe

pe fenos asses lucri faceret. Vide Budæum lib. v. de asse, & Hotoman. pag. 63.

Nota argenti fuere bigæ, atque quadrigæ: & inde bigati quadrigatique dicti.

Nota nempe, quæ tum jussu Senatus est impressa recenti pecuniæ. Festus: *Nummi quadrigati, & bigati, a figura cælaturæ dicti.* Recte: neque enim ponderis fuere a prioribus, sed cælaturæ tantum ac pretii disparis. De bigatis & quadrigatis crebra apud Livium mentio, lib. XXII. XXXIV. &c. Ita *ferrati nummi*, quorum idem Livius meminit, quales Museum nostrum asservat, in familia Aurelia, Clodia, Cornelia, in nummo cujus epigraphe, L. SCIPIO ASIAG. in Maria, Memmia, Nævia, Pomponia, Procilia, Sulpicia: non diversi generis, aut pretii, ponderisve nummi: sed ab incisis in serræ modum nummi marginibus, *ferrati denarii* appellati. Sed & postea præter bigas quadrigasque, impressæ sunt & Castorum in nummis imagines, mox & familiarum insignia, aliaque.

Mox lege Papiria semunciales asses facti.

Dupondii igitur fuere unciales: nec leviores ii, assesve fuere, usque ad Plinii tempora. Quis porro iste Papirius fuerit, Tribunus plebis, qui legem tulerit, incompertum. Ad Papirium Turdum, qui Tribunatum gessit anno Urbis DLXXVI. referre Pighius videtur, in Annal. ad annum DLXXV.

Livius Drusus in Tribunatu plebis octavam partem æris argento miscuit.

Anno post Urbem conditam DCLXIII. L. Marcio Philippo, Sex. Julio Coss. Tribunatum plebis gessit Drusus: medio ferme temporis intervallo quod intercessit sextum inter & septimum Marii Consulatum, a quo æs optimum, quod argento Drusus immiscuit, Mariani æris nomen accepit, ut dicturi sumus ad librum Plinii XXXIV. sect. II. *Mixto argento facti nummi* hi dicebantur, quod puro putoque opponitur. Vide Gothofred. in Cod. Theod. lib. IX. tit XXI. de falsa moneta, pag. 177. Sic monetæ argenteæ minimæ, quæ nunc teruntur apud nos, æstimanturque assibus æreis tribus cum semisse, octavam habent æris partem admixtam. Acta porro Drusi uno Senatusconsulto abrogata esse Tullius docet, lib. II. de Legibus.

Qui nunc Victoriatus appellatur, lege Clodia percussus est.

Is est Clodius Pulcher, qui a patriciis translatus ad plebeios, factusque Tribunus plebis, Ciceronem multavit exsilio, anno Urbis conditæ DCXCVI. De Victoriato, Volusius Mæcianus, pag. 877. *Victoriatus nunc tantundem valet, quantum quinarius olim: ac peregrinus nummus loco mercis, ut nunc tetradrachmum, & drachma, habebatur.*

Antea enim hic nummus ex Illyrico advectus, mercis loco habebatur.

De rara felicitate telluris Dalmaticæ ad fodinas auri argentique, Plinius hoc libro XXXIII. sect. XXI. Hanc & nummi indicant a nobis antea laudati, MET. DELM.

Est autem signatus Victoriâ, & inde nomen.

Est in nostro Cimelio nummus C. EGNATVLEI. C. F. cum signo Victoriæ, unde Victoriati nomen, & littera Q quinarium designante: epigraphe ROMA. Sed & denarios habemus eadem Victoriæ nota, in primis vero M. Catonis Proprætoris, ejus qui Censorii nepos fuit: quo in denario Victoriæ sedentis effigies, cum subscriptione VICTRIX. Ectypum Patinus exhibet in familia Porcia, pag. 228.

Aureus nummus post annum LXII. percussus est quam argenteus.

Nempe anno Urbis DXLVII. qui tertius decimus fuit belli Punici secundi, cum impensas fieri maximas ei bello gerendo oporteret. Consules tum fuere M. Livius Salinator secundum, C. Claudius Nero.

Ita ut scrupulum valeret sestertiis vicenis.

Sive, ut MSS. habent, *scripulum*, quod perinde est. Libra porro scripula continet CCLXXXVIII. Aurei igitur cujusvis nummi scripulum æstimabatur vicenis argenti sestertiis, sive, quod idem est, denariis quinque. Luculentum hujus rei testimonium præbent nummi aurei duo, quos vidimus, tum in Cimelio Regio, tum in Museo S. Genovefæ. Alter nummulus est, unius scripuli pondere, hoc est, granorum, ut loquimur, unius & vicenûm: epigraphe, ROMA. Pretium geminata littera XX. planissime signatum: quid enim eæ notæ indicant, quam vicenis sestertiis nummum eum, ut ait Plinius, æstimatum? Alter majusculus, pondere omnino triplo majore, hoc est, trium scripulorum, seu granorum ternûm ac sexagenûm. Igitur sexagenos sestertios valere necesse est, sive, quod idem est, denarios quindecim: & tantumdem valere sane clamant litteræ XV. in iis nummis insculptæ. Postea tamen Augustorum ævo denariis argenteis vicenis quinis permutabatur aureus nummus unus, ut ex Dione constat & Zonara. Hujus hæc verba sunt: Παρὰ Ῥωμαίοις αἱ εἴκοσι καὶ πέντε δραχμαὶ χρυσοῦν νόμισμα ἦν. Vide Snellium, lib. de re num. pag. 29. Et Didymum adde laudatum a nobis paulo antea. Sed erat tum aureus nummus ponderis majoris, nempe granorum fere 131. aut 132. nec pretii jam tanti scripulum, quanti prius. Nam grana 131. sena sunt scripula, cum quarta scripuli parte. Quod si scripulum auri 21. granorum, sestertiis sedecim æstimetur, sive denariis quaternis, omnino nummus aureus granorum 131. æquabit denarios vicenos quinos, sive sestertios centum. Quare cum Plinius lib. XIX. sect. IV. byssini lini scripula, ut auri, permutata quondam ait denariis quaternis, qui sestertios sedecim efficiunt, tum priorum Cæsarum tempora respicit, cum jam imminutum auri pretium fuit, quod erat major auri copia, nec angustum, ut olim, ærarium. Cum sestertios porro in summa aliqua designanda, aut indicando pretio, denariosve audis, cave alios intelligas, apud Latinos scriptores, quam quos antiqua taxatio, & nominis originatio ipsa declarat, nisi ipsi auctores accipiendas aliter voces eas admoneant, ut paulo post Plinius, quod est admodum infrequens. Itaque sestertium pro binis assibus ac semisse, denarium pro assibus denis accipe: quæ antiqua est earum vocum acceptio, & eadem retenta semper a Romanis scriptoribus, in pretio aliquo, summave signanda. Vide Anton. August. Dialogo I. Veter. Numism.

Quod effecit in libras, ratione sestertiorum qui tunc erant sestertios DCCCC.

Effecit, inquit, hæc major auri æstimatio, ut in libras auri singulas Respublica lucri faceret sestertios nongentos, eorum scilicet *sestertiorum qui tunc erant*,

erant, hoc est, anno DXLVII. quique jam ab anno, ut diximus, DXXXVII. quaternis assibus permutabantur. Quod si nongentos sestertios ejuscemodi, *qui tunc erant*, lucrata respublica est; igitur sestertios MCCCCXL. lucratam esse necesse est eorum sestertiorum qui prius erant, hoc est, qui duobus assibus & semisse aestimabantur. Continentur enim hi MCCCCXL. in nongentis illis, ita ut ne unus quidem aut desit, aut superet. Quare quod nunc vicenis sestertiis vulgaribus, assium scilicet duorum cum semisse, quorum sestertiorum haberi ratio solet in quovis pretio indicando, ut diximus: quod, inquam, vicenis illis sestertiis permutatum dicitur auri scripulum, quindenis antea necesse est fuisse taxatum: ut in singula scripula lucrata respublica sit quinque sestertios: in libras, quae scripula 288. continent, sestertios MCCCCXL. In libras, inquam, auri infecti, quod in aerario servabatur, quodque interdum distrahebat ad vasa, operaque publica ac privata. Nulli dum enim tum nummi aurei, nisi fortassis peregrini & externi. Quare apud Livium, anno DXLIII. jussere Patres deferri ad Triumviros mensarios aurum, argentum, & aes omne, sed caelatum scilicet, signatumve apud exteros; nempe ut illud in belli sumptus impenderent.

Totus hic locus, si quisquam alius in universo Pliniano opere, torsit mirifice summorum virorum ingenia, eorum praesertim, qui de asse ac de re nummaria volumina isto & anteriore saeculo ediderunt. In eo sese exercuere omnes, irrito ad hunc diem conatu. Nulla est propemodum in tota hac sententia syllaba, quam labis expertem putarint, quam non varie corruperint, ut corrigerent. Nos ea intacta plane, (praeterquam quod ex Regio codice, quem appellavimus, alteroque Marcelli Cervini, qui Romae servatur, *quod effecit* scripsimus, cum prius *quod effixit* legeretur, quod tamen ferme perinde est, ac per se leve,) sed ceteris integris, legitimam, uti remur, neque omnino invendibilem ejus loci interpretationem damus. Ac primum quidem nec Glareano, lib. de asse, cap. XVII. nec Hotomano, pag. 332. legi placet, *Post annum* LXII. ac *Post* XII: multo mallent. Budaeus, lib. III. fol. 71. non *sestertiis vicenis* legit, sed *bissenis*. Pancirolus, *vicenis quinis*. Mox Villalpandus, *quod efficit in senos*, non *in libras*. Post Agricola, lib. IV. pag. 98. & 276. non *sestertios* DCCCC. sed sestertios V̄DCCLX. hoc est, 5760. legi jubet. Sed pareant ii quibus ille jusserit, ut Snellius paruit, lib. de re num. pag. 30. Leonardus Portius, lib. de sestertio, fol. 13. & Budaeus, loc. cit. *denarios* DCCCC. Hotomanus, pag. 330. *sestertios* MMMMCCCCLXIV. Josephus Scaliger, lib. de re nummaria, pag. 50. *denarios* MCCCCXL. vel certe, inquit, MCCCC. neglectis ad rotundum solidumque numerum, denariis XL. Atqui his omnibus, ut diximus, & codices MSS. omnes, & libri editi, & aurei nummi, quos modo laudavimus, adversantur. Sed haud paulo lepidius est, quod Savotus existimat, cap. VII. pag. 155. his verbis, *sestertiorum qui tunc erant*, signari sestertios septuplo graviores, quam fuerint vulgares: quod commentum merito Gronovio risum movit, lib. III. de sestertio, pag. 393. & reliquae eruditorum turbae. Praeiverat Savoto Agricola, qui ut hunc nodum solveret, triplex denariorum genus commentus est, lib. II. de Monetis, pag. 279. Dalecampius in notis Plinianis, Salmasius in vegrandi mole Exercitationum ad Solinum, Lipsius in libro postumo de re nummaria, Gronovius opere mox laudato, quod *de sestertio* inscripsit, ceterique, locum eum intactum, tanquam foveam, praetergressi sunt. Omnes ad haec verba, tanquam ad scopulum, adhaeserunt, *Quod effecit in libras*, &c. rati nimirum nunc a Plinio colligi, si scripulum auri unicum sestertiis vicenis valeret, quot sestertiis libra integra aestimanda foret: perinde quasi non id cuivis numerandi artem callenti vel mediocriter, in promptu esset efficere. Aliud sane reconditius voluit indicare: quanta scilicet, ut diximus, lucri accessio foret, quantum proficeret aerarium publicum, cum major esset auri aestimatio, taxareturque vicenis sestertiis, quod minoris antea multo aestimaretur, nempe, ut colligere cuivis proclive est, subducta, ut fecimus, ratione lucri, sestertiis tantum quindenis. Nam praeter planam perspicuamque sententiam, quae sua se luce tuetur, id maxime persuadet, quod in ceteris pecuniae generibus, aere videlicet, argentoque, pari diligentia quantum lucri Respublica fecisset, ipse aperuit. *Ita quinque partes facta lucri*, inquit, *dissolutumque aes alienum*. Et mox, in aestimatione argenti majore, *Ita Respublica dimidium lucrata est*. Quid similus veri, quam simile Reipublicae lucrum in auro signare Plinium voluisse his verbis: *Quod effecit in libras ..... sestertios* DCCCC?

Post haec placuit X. XL. *signari ex auri libris.*

Hoc est, denarios XL. Nam & denarios ex auro dici, initio hujus concertationis monuimus. *Post haec* autem interpretor, confecto bello Punico secundo, atque adeo, si placet ita, & tertio: post redditam Reipublicae pacem, devicta Carthagine. In Regio codice, & altero Marcelli Cervini, itemque Pintiani, uti edidimus, totidem apicibus legitur, *Post haec placuit* X. XL. *signari*. In ceteris quos vidimus, & in Vaticanis codd. 1952. 1953. & 1954. quorum ad nos apographa missa sunt, haec tantum: *Post haec placuit* XL. *signari*, nempe aureos. Sed terruit librarios, aliosque imperitos gemina littera XX. praefixa huic L. ignarique eam quae priore loco est, esse denarii notam, quae sexcentis in Plinio locis occurrit, eam penitus extrivere. Et abesse vero ea sine ulla sententiae labe potest. Bouterovaeus, libro Gallico de Monetis Rom. pag. 95. appendisse se aït aureos nummos tres; primum quarti Caesaris Consulatus, alterum quinti, tertium Syllae Dictatoris: quorum quadrageni auri libram omnino aequarent. Agnoscit legitimam hanc scripturam, XL. *signari*, & Petrus Gassendus, tom. III. Philos. Epic. Itaque Snellium nihil moror, Agricolamve, qui XLII. ex conjectura rescribunt: nec Budaeum, qui L. nec Scaligerum, qui XL. *minus* lepide sane comminiscitur. Sed & risu dignum, quod in quibusdam MSS. & in omnibus ad hunc diem editis libris legitur, XL. *millia*, & mox XLV. M. vel XLV. *millia*. In vetustissimis scilicet Plinii exemplaribus id animadversum a nobis saepenumero est, ut cum librarii millia passuum signarent, in intervallis locorum indicandis, solam numeri notam apponerent: exempli gratia, XL. neglectis vocibus iis, quae non sine fastidio repeti toties possent, *millia passuum*: atque hoc eis ubique solenne est. Recentiores vero amanuenses, qui substituere voces eas operae pretium putaverunt, etiam eas saepenumero obtrusere, ubi minime omnium oportuit. Sic lib. V. sect. I. cum vetustiore manu scriptum viderent, *a CL. Caesare*, neoterici transcriptores, has litteras CL. numerorum notas esse arbitrati, *millia* addiderunt, teste Vossio in Melam, pag. 198. *a centum quinquaginta millia Caesare*. Simile exemplum & nos attulimus, in Notis & Emendationibus ad librum VI. num. CXIX. Et in hunc locum quoque is error irrepsit, qui editores deinde in fraudem impulit, ut XL. *millia*, & XLV. *millia* nobis exhiberent.

Paulatimque Principes imminuere pondus.

Imperatores, quos Principes ea appellabat aetas: hi enim penes se modo esse voluere jus cudendae monetae

netæ ex auro. Imminuere vero pondus, non libræ, ut Scaliger existimat, nam id semper æquale fuit: sed nummorum, qui leviores.

Minutissime Nero, ad XLV.

Principum postremus, qui pecuniam auream ante Plinii excessum mutarit, Nero fuit. Stante Republica nihil detractum de legitimo nummorum pondere: imminuere Principes: omnium maxime Nero. Libri editi omnes, ante nos, ut monuimus, *ad* XLV. M. exhibent: & *minutissimus vero*, quod sensu caret. Ciaconius & Alciatus, pro littera M, triplicem numeri singularis notam reponunt, leguntque *ad* XLVIII. Nos exterendam penitus paulo antea indicavimus: quanquam, si fides Joanni Grævio, in opere Anglico *de Denario*, pag. 98. in Vaticano & Florentinæ Bibl. codd. legitur, *minutissime Nero ad* XLVIII. In Regio codice, *imminuisse Nero*: nos cum Grævio, Budæoque, lib. III. de asse, fol. 70. *minutissime Nero*: vel *novissime Nero*.

Ut porro in auro, sic & in argento denarii pondus sequiore ævo imminutum, Plinii quoque expostulatio est, sect. XLVI. libri hujus. *Miscentur æra*, inquit, *falsæ monetæ. Alii e pondere subtrahunt: cum sit justum* LXXXIV. *e libris signari*: id quod & Celsus docet ad Natalem, & Scribonius Largus ad Callistum, laudati a nobis Pliniani operis libro XXI. sect. CIX. Multo vero amplius detractum e pondere Theodosii M. ætate, ex Cod. Theod. intelliges, lib. XV. tit. IX. lib. I. *de expensis ludorum*.

Hæc sunt omnino quæ Plinius de nummis habet, ab eruditis sæpe tentata, a nemine ante hunc diem intellecta.



INDEX RERUM

INDEX
CÆSARUM, ET AUGUSTARUM,
Quorum in hoc volumine nummi explanantur.

Φιλιπ-

Φιλιπποπολιτῶν.

DOMITIA, *conjux Domitiani.*

Ἀμασριανῶν.
Ἀμφιπολιτῶν.
Ἀνεμουριέων.
Καδοηνῶν.
Κιανῶν.
Κοτιαέων.
Λαοδικέων *Cariæ.*
Λαππαίων.
Μαγνήτων *a Sipylo.*
Ναυκρατιτῶν.
Σαρδιανῶν.
Σμυρναίων.
Ταβηνῶν.
Τηΐων.
Φιλαδελφέων.

JULIA *Titi F.*

Θυατειρηνῶν.
Σμυρναίων.

NERVA.

Ἀμασριανῶν.
Ἀγκυρανῶν.
Cassandrea.
Galatia.
Italia.
Judæa.
Κνιδίων.
Μαγνήτων *a Sipylo.*
Patræ.
Perga.
Περινθίων.
Ῥοδίων.
Roma.
Σαγαλασσέων.
Συνναδέων.
Ταρσου.

TRAJANUS.

Adiabene.
Ægyptus.
Alexandria *ad Issum.*
Ἀμοριανῶν.
Arabia.
Ἀραδίων.
Ἀρισβίων.
Armenia.
Ἀρσινοΐτης.
Ἀσκαλωνιτῶν.
Assyria.
Ἀτταλειτῶν.
Babylonia.
Βεροιαίων.
Berytus.
Bithynia.
Βυζαντίων.
Cæsarea *Palæstinæ*
Dacia.
Danuvius.
Deulton.
Δίκτυννα Κρητ.
Διοσιεριτῶν.
Δώρων.
Ἐρυθραίων.
Euphrates.
Ἐφεσίων.
Γαβαλέων.
Γαδαρέων.
Γορδηνῶν.
Γόρτυς.
Heraclea *Ponti.*
Θεσσαλονικέων.
Ἱεραπολιτῶν *Phrygiæ.*
Ἱεροπολιτῶν *Syriæ.*
Italia.
Καλχαδονίων.
Καισαρέων.
Κιλβιανῶν.
Κολοφωνίων.
Κοτιαιτῶν.
Κορκυραίων.
Κυζικηνῶν.
Κυπρίων.
Κυρρηστῶν.
Λαοδικέων *Cœles Syriæ.*
Μαγυδέων, *vel* Μακυδέων.
Μητροπολιτῶν *in Ionia.*
Μιλησίων.
Μιλητοπολιτῶν.
Νακολέων.
Νακρασειτῶν.
Νικαιέων.
Νικομηδέων.
Νικόπολις *ad Istrum.*
Ὀρθωσιέων.
Ostia.
Pannonia.
Parthia.
Perga.
Περγαμηνῶν.
Περινθίων.
Πεσσινουντίων.
Petra.
Προυσαέων.
Ptolemais *Phœnices.*
Ῥοδίων.
Σαρδιανῶν.
Σαμίων.
Σελευκέων *in Syria.*
Σεπφωρηνῶν.
Σιδητῶν.
Σιδωνίων.
Stobi.
Syria.
Τιβεριέων.
Τιβεριοπολιτῶν.
Tigris.
Τομιτῶν.
Τριπολιτῶν *Syriæ.*
Troas.
Ulpia Trajana.
Φιλαδελφέων.
Φοινικαίων.
Χαλκιδέων.

PLOTINA *conjux Trajani.*

Ἀμασίας.
Ἀμαστριανῶν.
Ἀγκύρας.
Cassandria.
Corinthus.
Γαβηνῶν.
Ἐφεσίων.
Καλχαδονίων.
Μητροπολιτῶν *Phrygiæ.*
Περινθίων.
Σαρδιανῶν.
Φιλαδελφέων.

MARCIANA *Trajani soror.*

Σαρδιανῶν.

MATIDIA *Marcianæ F.*

Μυτιληναίων.

HADRIANUS.

Achaïa.
Ἀδριανοθηριτῶν.
Ἀδριανοπολιτῶν.
Ægyptus.
Ælia Capitolina.
Africa.
Αἰγεαίων.
Αἰζανιτῶν.
Alexandria.
Ἀμασριανῶν.
Antiochia *Syriæ.*
Apamea *Phrygiæ.*
Ἀπολλωνιατῶν.
Arabia.
Ἀραδίων.
Ἀργείων.
Ἀρσινοϊτῶν.
Asia.
Ἀσκαλωνιτῶν.
Ἀτταλέων.
Ἀφροδισιέων.
Berytus.
Βιζυηνῶν.
Bithynia.
Βρισεατῶν.
Britannia.
Βυζαντίων.
Cæsarea *Palæstinæ.*
Cilicia.
Corinthus.
Dacia.
Dalmatia.
Δαμασκηνῶν.
Δελφων.
Διοπολιτῶν.
Δώρων.
Ἐδεσσαίων.
Ἐλαιτῶν.
Ἑορδαίων.
Ἑρμοπολιτῶν.
Eubœa.
Ἐφεσίων.
Γαβηνῶν.
Γάδαρα.
Gallia.
Γερασῶν.
Germania.
Γόρτυς.
Ζεφυριωτῶν.
Ἠλείων.
Heliopolis.
Ἡρακλεέων.
Ἡρακλεοπολιτῶν.
Hispania.
Θεσσαλονικέων.
Θεσσάλων.
Θινιτῶν.
Θυατειρηνῶν.
Italia.
Judæa.
Καβασιτῶν.
Κανωπιτῶν.
Κλαυδιοπολιτῶν.
Κοπτιτῶν.
Κορακησιωτῶν.
Κρητῶν.
Κυζικηνῶν.
Κυνοπολιτῶν.
Κῴων.
Λακεδαιμονίων.
Λαοδικέων *Cariæ.*
Libya.
Lycia.
Λυκοπολιτῶν.
Μαγνήτων *ad Mæandrum.*
Μακεδόνων.
Μαρωνιτῶν.
Mauretania.
Μεμφιτῶν.
Μενδησιτῶν.
Μενελαιτῶν.
Μετηλιτῶν.
Μιλησίων.
Mœsia.
Μοσηνῶν.
Μυλασέων.
Μύρινα.
Μυτιληναίων.
Nicephorium.
Νικαιέων.
Νικομηδέων.
Νικόπολις.
Nilus.
Νυσαέων *Cariæ.*
Ὀδησσιτῶν.
Ὀξυρυγχιτῶν.
Ὀρθωσιέων.
Pamphylia.
Πανοπολιτῶν.
Patræ.
Pella.
Perga.
Περγαμηνῶν.
Petra.
Πηλουσιωτῶν.
Philippi.
Πίναρος.
Pincum.
Πριαπέων.
Προσωπιτῶν.
Ptolemaïs.
Σαϊτῶν.
Σαιτηνῶν.
Σαμίων.
Σαμοσατέων.
Σαρδιανῶν.
Σεβεννυτῶν.
Σελευκέων.
Sicilia.
Σίδων.
Sinope.
Σμυρναίων.
Syria.
Τανιτῶν.
Ταρσου.
Τημενιτῶν.
Thracia.
Τιβεριέων.
Τομιτῶν.
Τραιανοπολιτῶν.
Τραλλιανῶν.
Τριπολιτῶν *Syriæ.*
Troas.
Τυανέων.
Ὑψηλιτῶν.
Φιλαδελφέων *Lydiæ.*
Φιλαδελφέων *Syriæ.*
Phrygia.
Φωκαιέων.
Χαλκιδέων.
Ὠλενίων.

SABINA *conjux Hadriani.*

Αἰζανιτῶν.
Ἀμισοῦ.
Ἀγκυρανῶν *Phrygiæ.*
Βιθυνία.
Βυζαντίων.
Corinthus.
Ἐλαιτῶν.
Ἐφεσίων.
Γερμηνῶν.
Κυπρίων.
Λαοδικέων *Cariæ.*
Μαγνήτων.

Μύρι-

FAV-

FAVSTINA
Pii F. Marci conjux.
Ἀδριανοπολιτῶν.
Ἀμασίας.
Ἀμαστριανῶν.
Ἀμφιπολιτῶν.
Ἀγκυρανῶν.
Ἀγχιαλέων.
Antiochia *ad Hippum.*
Βιζυηνῶν.
Cæsarea Palæstinæ.
Ἐφεσίων.
Γάζα.
Θεσσαλονικέων.
Θεσσάλων.
Ἱεραπολιτῶν *Phrygiæ.*
Ἰλιέων.
Ἰουλιέων.
Καλχαδονίων.
Κιανῶν.
Κλαρηνῶν.
Κλαυδιοπολιτῶν.
Κνιδίων.
Κορκυραίων.
Κυζικηνῶν.
Λαοδικέων *Cariæ.*
Μαγνήτων *ad Mæandrum.*
Μακεδόνων.
Μηθυμναίων.
Μιλησίων.
Νακρασίων.
Neapolis *Samariæ.*
Νικαίων.
Νικομηδέων.
Νυσαέων.
Παυταλίας.
Περγαμηνῶν.
Περινθίων.
Πεσσινουντίων.
Πλωτινοπολιτῶν.
Πομπηϊόπολις *Paphlagoniæ.*
Προυσιέων.
Σαμίων.
Σμυρναίων.
Στεκτορηνῶν.
Τηίων.
Τραιανοπολιτῶν.
Ulpia Trajana.
Ὑπαιπηνῶν.
Φιλιπποπολιτῶν.

ANNIVS VERVS.
Marci F.
Συρίων.

VERISSIMUS Cæsar.
Τυρανῶν.

L. VERVS, *Marci frater.*
Ἀβυδηνῶν.
Ἀδριανέων.
Ἀδριανοπολιτῶν.
Ælia Capitolina.
Ἀμαστριανῶν.
Ἀναζαρβέων.
Ἀγκυρανῶν.
Antiochia *ad Hippum.*
Antiochia *Pisidiæ.*
Antiochia *Syriæ.*
Apollonia *ad Rhyndacum.*
Ἀργείων.
Armenia.
Ἀχαιῶν.
Βυζαντίων.
Cæsarea *Cappadociæ.*
Cæsarea *Palæstinæ.*
Carrhæ.
Corinthus.
Ἐφεσίων.
Γαδαρέων.
Γάζα.
Ζακυνθίων.
Ζευγματέων.
Θηρέων.
Ἰασέων.
Ἰλιέων.
Ἱεραπολιτῶν *Syriæ.*
Illiberis.
Ἰουλιοπολιτῶν.
Καλχαδονίων.
Κανωβιτῶν.
Καπιτωλιέων.
Κιβυρατῶν.
Κορκυραίων.
Κυζικηνῶν.
Κυρρηστῶν.
Λαοδικέων *Syriæ.*
Μιλησίων.
Μιλητοπολιτῶν.
Μοσηνῶν.
Μυνδίων.
Μυτιληναίων.
Νακρασιτῶν.
Νικαίων *Bithyniæ.*
Νικομηδέων.
Parthia.
Patræ.
Παυταλιωτῶν.
Perga.
Περγαμηνῶν.
Περινθίων.
Πεσσινουντίων.
Προυσιέων.
Σαμίων.
Σαμοσατέων.
Σέρδων.
Σμυρναίων.
Συνναδέων.
Τάρσου.
Τιανῶν.
Ulpia Trajana.
Φιλαδελφέων *Syriæ.*
Χαλκιδέων.

LVCILLA.
Ἀδραμηνῶν.
Βαργυλιητῶν.
Βυζαντίων.
Cæsarea *ad Panium.*
Corinthus.
Καπιτωλιέων.
Μιλητοπολιτῶν.
Σμυρναίων.

COMMODUS.
Ἀβυδηνῶν.
Ἀδριανοπολιτῶν.
Ælia Capitolina.
Αἰγαίων,
Αἰζανιτῶν.
Ἀμασείας.
Ἀμαστριανῶν.
Ἀμίσου.
Ἀναζάρβου.
Ancyra *Galatiæ.*
Antiochia *Cariæ.*
Antiochia *ad Hippum.*
Ἀγχιαλέων.
Ἀπαμέων.
Ἀπολλωνιατῶν.
Ἀσσίων.
Ἀτταλέων.
Αὐρηλιοπολιτῶν.
Βαργασηνῶν.
Βαργυλιητῶν.
Berytus.
Βιθυνίων.
Bostra.
Britannia.
Βρυζηνῶν.
Βυβλίων.
Βυζαντίων.
Cæsarea *Cappadociæ.*
Cæsarea *Palæstinæ.*
Cæsarea *Paneas*
Carrhæ.
Corinthus.
Δαμασκηνῶν.
Διοκαισαρέων.
Δολιχαίων.
Ἐλαιτῶν.
Εὐβοίων.
Ἐφεσίων.
Γαβαλέων.
Γαδαρέων.
Γάζα.
Germania.
Germe, & Γερμηνῶν.
Ζακυνθίων.
Ἡρακλεωτῶν *in Ponto.*
Θεσσάλων.
Θηρέων.
Θυατειρηνῶν.
Ἱεραπολιτῶν *Phrygiæ.*
Ilium.
Illiberis.
Ἰουλιόπολις.
Ἰσμενέων.
Καλχαδονίων.
Καπιτωλιέων.
Κερεταπέων.
Κιλβιανῶν.
Κλεωναίων.
Κολοφωνίων.
Κορκυραίων.
Κοτιαέων.
Κυμαίων.
Κυρρηστῶν.
Λακεδαιμονίων.
Λαμψακηνῶν.
Λαοδικέων *Cariæ.*
Λαοδικέων *ad Libanum.*
Λαππαίων.
Λεσβίων.
Μαγνήτων.
Μακεδόνων.
Μαρωνειτῶν.
Mauretania.
Μητροπολιτῶν.
Μιλησίων.
Μιλητοπολιτῶν.
Μυτιληναίων.
Νακρασιτῶν.
Neapolis *Samariæ.*
Νικαίων *Bithyniæ.*
Νικομηδέων.
Νικόπολις *in Epiro.*
Νικόπολις *ad Mestum.*
Νυσαέων *Cariæ.*
Patræ.
Παυταλιωτῶν.
Περγαμηνῶν.
Περπερηνῶν.
Philippi.
Πομπηιοπολιτῶν.
Προυσαέων.
Ῥαφία.
Ῥοδίων.
Σαμίων.
Σαρδιανῶν.
Sarmatia.
Sebaste *Palæstinæ.*
Σελευκέων *Syriæ.*
Σιδητῶν.
Σιλανδέων.
Σμυρναίων.
Συεδρέων.
Τάρσου.
Τηίων.
Τόμεως.
Τραιανοπολιτῶν.
Τραπεζοπολιτῶν.
Troas.
Τροιζηνίων.
Τυανῶν.
Ὑρκανῶν.
Φιλαδελφέων *Lydiæ.*
Φιλιπποπολιτῶν *Thraciæ.*
Φλαουιοπολιτῶν.
Φωκαίων.
Χαλκιδέων.

CRISPINA
conjux Commodi.
Ἀδριανοπολιτῶν.
Ἀμαστριανῶν.
Ἀφροδισιέων.
Βύβλου.
Βυζαντίων.
Γερασῶν.
Γερμανῶν.
Ἐφεσίων.
Θυατειρηνῶν.
Ἱεραπολιτῶν *Syriæ.*
Κιανῶν.
Μαγνήτων *a Sipylo.*
Μασταυρειτῶν.
Μιλητοπολιτῶν.
Μυτιληναίων.
Νικομηδέων.
Νικοπόλεως.
Σεβαστὴ *Ciliciæ.*
Σμυρναίων.
Τάρσου.
Τόμεως.
Troas.
Ὑπαιπηνῶν.
Φιλιπποπολιτῶν.

PERTINAX.
Ἐφεσίων.
Τόμεως.

PESCENNIVS NIGER.
Ælia Capitolina.
Cæsarea *Palæstinæ.*

CLOD. ALBINUS.
Σιδητῶν.
Σμυρναίων.

SEVERUS.
Ἀβασηνῶν.
Ἀβυδηνῶν.
Adiabene.
Ἀδριανέων.
Ἀδριανοθηρειτῶν.
Ἀδριανοπολιτῶν.
Ælia Capitolina.
Africa.
Ἀζωτίων.
Αἰγεαίων.
Ἀκμονίων.
Ἀκρασιωτῶν.
Ἀλικαρνασσέων.
Ἀμασείας.
Ἀγκύρας *Galatiæ.*
Ἀντιοχέων *ad Euphraten.*
Antiochia *Pisidiæ.*

JVLIA DOMNA
conjux Severi.

ANTONINVS
Severi F.

Εὐρω-

Εὐρωμέων.
Ἐσβοῦς.
Ἐφεσίων.
Γαβαλέων.
Γαβηνῶν.
Γαδαρέων.
Γάζα.
Germania.
Γερμανικόπολις.
Germe, & Γερμηνῶν.
Γορδηνῶν.
Γυθεατῶν.
Ζακυνθίων.
Ζευγματέων.
Ζηλιτῶν.
Heliopolis *Syriæ.*
Heraclea *Ponti.*
Θεμισωνίων.
Θεσσαλονικέων.
Θεσσάλων.
Θρᾳκῶν.
Θυατειρηνῶν.
Ilium.
Illiberis.
Ἰνλιοπολιτῶν.
Ἱεραπολιτῶν.
Καδοηνῶν.
Καλλατιανῶν.
Καλχαδονίων.
Καπιτωλιέων.
Καρρηνῶν.
Καφυατῶν.
Κιανῶν.
Κιβυρατῶν.
Κλαζομενίων.
Κλαυδιοπολιτῶν.
Κνιδίων.
Κολοφωνίων.
Κορκυραίων.
Κοτιαέων.
Κρηθέων.
Κρητῶν.
Κυζικηνῶν.
Κυπαρισσιέων.
Κυπρίων.
Κυρρηστῶν.
Κωρυκιωτῶν.
Κῴων.
Λαοδικέων *Cariæ.*
Λαοδικέων *Cœles Syriæ.*
Λεβεδίων.
Μαγνήτων *ad Mæandrum.*
Μαγνήτων *a Sipylo.*
Μακεδόνων.
Μαντινέων.
Μαρκιανοπολιτῶν.
Μαρωνιτῶν.
Μασαυρειτῶν.
Μεγαρέων.
Μητροπολιτῶν τῶν ἐν Ἰωνίᾳ.
Μιδαέων.
Μιλησίων.
Μοψεατῶν.
Μυλασέων.
Μυτιληναίων.
Νακρασιτῶν.
Neapolis *Palæstinæ.*
Νεοκαισαρέων.
Νικαέων Κιλβιανῶν.
Νικαιέων *Bithyniæ.*
Νικομηδέων.
Νικόπολις *ad Istrum.*
Νικόπολις *ad Mestum.*
Νυσαέων *Cariæ.*
Ὀδησσιτῶν.
Ὀρθωσιέων.
Ὀρχομενίων.
Parthia.
Patræ.
Παυταλιωτῶν.
Pella.
Perga.
Περγαμηνῶν.
Περινθίων.
Πεσσινουντίων.
Philippi.
Πλωτινοπολιτῶν.
Πομπηιοπολιτῶν.
Πριαπαίων.
Προυσιέων.
Πρυμνησσέων.
Ptolemaïs *Phœnices.*
Πυλίων.
Ῥαββαθμώμα.
Ῥαφία.
Σαμίων.
Σαμοσατέων.
Σαρδιανῶν.
Σελευκέων *in Cilicia.*
Σελευκέων *in Syria.*
Σερδικῆς, & Σερδῶν.
Σιδητῶν.
Σικυωνίων.
Σιλλυέων.
Sinope.
Σκηψίων.
Σμυρναίων.
Stobensium.
Συρία.
Ταβηνῶν.
Τάρσου.
Thracia.
Τιβεριοπολιτῶν.
Τέμνου.
Τομέως.
Τραιανοπολιτῶν.
Τραλλιανῶν.
Τριπολιτῶν *Syriæ.*
Troas.
Tyrus.
Ὑπαιπηνῶν.
Φιαλέων.
Φιλαδελφέων *Lydiæ.*
Φιλιπποπολιτῶν.
Φιλομηλέων.
Φλαβιοπολιτῶν.
Φοινίκης.
Φωκαέων.

PLAVTILLA
conjux Antonini.

Ἀδρανέων.
Ἀδριανοπολιτῶν.
Αἰγεατῶν.
Ἀκμονέων.
Ἀκρασιωτῶν.
Ἀγχιαλέων.
Βυζαντίων.
Cæsarea *Cappadociæ.*
Corinthus.
Ἐλαϊτῶν.
Ἐφεσίων.
Γαβαλέων.
Γάζα.
Γυθεατῶν.
Ἱεροπολιτῶν *Phrygiæ.*
Κνιδίων.
Κορκυραίων.
Κοτιαέων.
Κυζικηνῶν.
Μυρέων.
Νικαιέων.
Νικομηδέων.
Νικόπολις *ad Istrum.*
Σελευκέων *Ciliciæ.*
Σικυωνίων.
Σμυρναίων.
Τάρσου.
Τόμεως.
Τραιανοπολιτῶν.
Τριπολιτῶν.
Τυρανῶν.
Φενεατῶν.
Φλαβιοπολιτῶν.

GETA, *Antonini frater.*

Ἀδριανοπολειτῶν.
Ἀκρασιωτῶν.
Ἀλικαρνασσέων.
Ἀμασίας.
Ἀμοριανῶν.
Ἀμφιπολιτῶν.
Ἀγχιαλέων.
Antiochia *Pisidiæ.*
Ἀπαμείας *Phrygiæ.*
Ἀπολλωνιατῶν.
Ἀργείων.
Ἀριασσέων.
Ἀτταιτῶν.
Ἀττουδέων.
Βαγηνῶν.
Βηραίων.
Βυζαντίων.
Cæsarea *Cappadociæ.*
Cæsarea *ad Panium.*
Corinthus.
Δαρδανέων.
Διοσιεριτῶν.
Ἐλαϊτῶν.
Ἐφεσίων.
Γερμανικοπόλεως.
Heliopolis *Syriæ.*
Heraclea *Ponti.*
Θελπουσίων.
Θυρρεατῶν.
Θυατειρηνῶν.
Ilium.
Ἰνλιοπολιτῶν.
Καλλατιανῶν.
Καλχαδονίων.
Κιλβιανῶν.
Κλεωναίων.
Κολοφωνίων.
Κορκυραίων.
Κυζικηνῶν.
Κυπαρισσέων.
Κυπρίων.
Λαμψακηνῶν.
Λαοδικέων *Syriæ Cœles.*
Λεβεδίων.
Μαρκιανοπολιτῶν.
Μηθυμναίων.
Μητροπολιτῶν.
Μιλησίων.
Μυλασέων.
Ναξίων.
Νεοκαισαρέων.
Νικαιέων *Bithyniæ.*
Νικομηδέων.
Νικόπολις *ad Istrum.*
Νικόπολις *ad Mestum.*
Παυταλιωτῶν.
Perga.
Περγαμηνῶν.
Περινθίων.
Πεσσινουντίων.
Πριαπαίων.
Προυσιέων.
Πρυμνησσέων.
Ptolemaïs *Phœnices.*
Πυλίων.
Σαμίων.
Σερδικῆς.
Σιδητῶν.
Σικυωνίων.
Sinope.
Σμυρναίων.
Sta. Bov.
Stobensium.
Στρατονικέων.
Τόμεως.
Τοπείρου.
Τραιανοπολιτῶν.
Τραλλιανῶν.
Troas.
Tyrus.
Ὑπαιπηνῶν.
Φιαλέων.
Φιλαδελφέων *Lydiæ.*
Φιλομηλέων.
Φλαβιοπολιτῶν.
Ψωφιδίων.

MACRINVS.

Αἰγεαίων.
Ἀμφιπολιτῶν.
Antiochia *Syriæ.*
Berytus.
Βύβλος.
Βυζαντίων.
Cæsarea *Cappadociæ.*
Cæsarea *Palæstinæ.*
Δαμασκηνῶν.
Deulton.
Ἔδεσσα.
Εὐκαρπέων.
Ἐφεσίων.
Γαβαλέων.
Heliopolis *Syriæ.*
Heraclea *Ponti.*
Θεσσαλονικέων.
Θυατειρηνῶν.
Κολοφωνίων.
Κοτιαέων.
Κυζικηνῶν.
Κυπρίων.
Μαρκιανοπολιτῶν.
Μητροπολιτῶν *Phrygiæ.*
Μιλητοπολιτῶν.
Μοψεατῶν.
Neapolis *Samariæ.*
Νικαιέων *Bithyniæ.*
Νικομηδέων.
Νικόπολις *ad Istrum.*
Pella.
Πριαπαίων.
Προυσιέων.
Συνναδέων.
Τάρσου.
Tyrus.

DIADVMENIANVS, *Macrini F.*

Ἀδανέων.
Ælia Capitolina.
Αἰγαιέων.
Ἀμίσου.
Antiochia *Syriæ.*
Ἀπολλωνιατῶν.
Ἀραδιατῶν.
Ἀσβυραίων.

Βύβλος.

Pella.

Pella.
Περγαίων.
Σαιττηνῶν.
Σαμίων.
Σαρδιανῶν.
Σμυρναίων.
Τημνιτῶν.
Τριπολιτῶν *ad Mæandrum.*
Troas.
Φωκαίων.

SALLVSTIA BARBIA ORBIANA,
conjux Severi Alexandri.

Προυσαέων.
Σιδητῶν.

JVL. MAXIMINVS.

Ἁλικαρνασσέων.
Ἀμίσου.
Ἀναζάρβου.
Ἀγχιαλέων.
Βαργασηνῶν.
Βρυζηνῶν.
Deultum.
Δορυλαέων.
Ἔδεσσα.
Εὐκαρπέων.
Ἐφεσίων.
Germania.
Θεσσαλονικέων.
Θεσσαλῶν.
Ἡρακλέων *Ioniæ.*
Ἰουλιοπολιτῶν.
Καρσηλιωτῶν.
Κιανῶν.
Κιβυρατῶν.
Κολαίων.
Κραναίων.
Λαμψακηνῶν.
Μαγνήτων, *in Thessalia.*
Μασταυρειτῶν.
Μητροπολιτῶν τῶν ἐν Ἰωνίᾳ.
Neapolis *Samariæ.*
Νικαιέων *Bithyniæ.*
Νικομηδέων.
Νυσαέων *Cariæ.*
Perga.
Περγαμηνῶν.
Περινθίων.
Σμυρναίων.
Ταρσοῦ.
Τόμεως.
Troas.
Φωκαέων.

JVL. MAXIMVS Cæsar, *Maximini F.*

Ἀναζάρβου.
Ἀγκυρανῶν *Phrygiæ.*
Βρυζηνῶν.
Deulton.
Ἐφεσίων.
Illiberis.
Ἰουλιοπολιτῶν.
Κυζικηνῶν.
Κυμαίων.
Μαγνήτων *ad Mæandrum.*
Μητροπολιτῶν τῶν ἐν Ἰωνίᾳ.
Νυσαέων *Cariæ.*
Σαρδιανῶν.
Συεδρέων.
Τηίων.
Troas.

GORDIANVS
Africanus.

Ægyptus.
Σαμίων.

BALBINVS.

Κορκυραίων.
Μιλησίων.
Ταρσοῦ.

PVPIENVS.

Ταρσοῦ.

GORDIANVS PIVS,
seu Junior.

Ἀδριανοπολιτῶν.
Αἰγεαίων.
Ἀκμονέων.
Alexandria.
Ἀλινῶν.
Ἁλικαρνασσέων.
Ἀμαστριανῶν.
Ἀμίσου.
Antiochia *Cariæ.*
Antiochia *Pisidiæ.*
Ἀγχιαλέων.
Apamea *Phrygiæ.*
Ἀπολλωνιατῶν *ad Rhyndacum.*
Ἀσιβαίων.
Αὐγουστανῶν.
Αὐρηλιοπολιτῶν.
Ἀφροδισιέων.
Βαργασηνῶν.
Berytus.
Βιζυηνῶν.
Βλαυνδέων.
Βυζαντίων.
Cæsarea *Cappadociæ.*
Carrhæ.
Δαλδιανῶν.
Deulton.
Διονυσοπολιτῶν.
Ἐδεσσαίων.
Εἰρηνοπολιτῶν.
Ἐπιφανέων.
Ἐφεσίων.
Γαδαρέων.
Γερμηνῶν, *sive* Germe.
Ζευγματέων.
Heraclea *Ponti.*
Θεσσαλονικέων.
Ἰασσέων.
Ἰλιέων.
Illiberis.
Ἰουλιοπολιτῶν.
Καδοηνῶν.
Καλλατιανῶν.
Καλχαδονίων.
Καρρηνῶν.
Κασατῶν.
Κιβυρατῶν.
Κολοφωνίων.
Κυζικηνῶν.
Κυμαίων.
Κωρυκιωτῶν.
Λευκαδίων.
Λιμυρέων.
Λυρβειτῶν.
Μαγνήτων *ad Mæandrum.*
Μαγνήτων *a Sipylo.*
Μαγνήτων *in Thessalia.*
Μακεδόνων.
Μαρκιανοπολιτῶν.
Μεσαμβριανῶν.
Μητροπολιτῶν τῶν ἐν Ἰωνίᾳ.
Μιλητοπολιτῶν.
Μοκκλείων.
Μυρέων.
Μυριναίων.
Νικαιέων *Bithyniæ.*
Νικομηδέων.
Νικόπολις *ad Istrum.*
Nisibis.
Νυσαέων *Cariæ.*
Νυσαέων *Syriæ.*
Ὀδησσιτῶν.
Παρλαέων.
Patræ.
Παυταλίας.
Pella.
Perga.
Περγαμηνῶν.
Περινθίων.
Πομπηιοπολιτῶν.
Πριαπηνῶν.
Ραββαθαμηνῶν.
Σαιττηνῶν.
Σαμίων.
Σαρδιανῶν.
Σελευκέων *in Cilicia.*
Σηστίων.
Σιδητῶν.
Σίγγαρα.
Sinope.
Σιφνίων.
Σμυρναίων.
Ταρσοῦ.
Τημενοθυρέων.
Τημνιτῶν.
Τιανῶν.
Τόμεως.
Τραιανοπολιτῶν.
Τραλλιανῶν.
Τριπολιτῶν *Cariæ.*
Troas.
Tyrus.
Viminacium.
Ὑπαιπηνῶν.
Φιλαδελφέων *Lydiæ.*
Φωκαέων.

FVRIA SABINIA TRANQVILLINA
conjux Gordiani.

Ἀδριανέων.
Ἀδριανοπολιτῶν.
Ἀμίσου.
Ἀγχιαλέων.
Antiochia *Syriæ.*
Βυζαντίων.
Cæsarea *Cappadociæ.*
Carrhæ.
Deulton.
Ἔδεσσα.
Γερμηνῶν.
Ἱεραπολιτῶν *Phrygiæ.*
Καδοηνῶν.
Καλχαδονίων.
Καρρηνῶν.
Κιανῶν.
Κυμαίων.
Laodicea *Syriæ.*
Μητροπολιτῶν *in Ionia.*
Μυρέων.
Μυριναίων.
Νικαιέων.
Νικομηδέων.
Ὀδησσιτῶν.
Πέργη.
Περινθίων.
Σαιττηνῶν.
Σαμίων.
Σαρδιανῶν.
Σελευκέων *in Cilicia.*
Σιδητῶν.
Σίγγαρα.
Σμυρναίων.
Ταρσοῦ.
Τημνιτῶν.
Τραλλιανῶν.
Τριπολιτῶν *Cariæ.*
Ὑπαιπηνῶν.

PHILIPPVS
pater.

Ἀδριανοθηριτῶν.
Antiochia *Pisidiæ.*
Antiochia *Syriæ.*
Ἀπαμέων.
Βιζυηνῶν.
Carpi.
Dacia.
Damascus.
Deulton.
Ἐδεσσαίων.
Εὐμενέων.
Ἐφεσίων.
Germe.
Heliopolis *Syriæ.*
Θεσσαλονικέων.
Ἱεραπολιτῶν *Phrygiæ.*
Ἱεραπολιτῶν *Syriæ.*
Illiberis.
Καλλατιανῶν.
Κιβησσίων.
Κολοφωνίων.
Κοτιαέων.
Κραναίων.
Κυζικηνῶν.
Κυρρηστῶν.
Κωρυκιωτῶν.
Κώων.
Laodicea *Syriæ Cœles.*
Μαγνήτων *a Sipylo.*
Μαρκιανοπολιτῶν.
Μασταυρειτῶν.
Μητροπολιτῶν.
Μεσαμβριανῶν.
Neapolis *Samariæ.*
Νικαιέων.
Νικομηδέων.
Nisibis.
Pella.
Perga.
Περγαμηνῶν.
Periæ.
Philippopolis.
Πομπηιοπολιτῶν.
Ptolemais *Syriæ.*
Σαμοσατέων.
Σελευκέων *in Cilicia.*
Σιδητῶν.
Ταρσοῦ.
Τηίων.
Τημνιτῶν.
Troas.
Tyrus.
Viminacium.
Ὑρκανῶν.
Φιλαδελφέων *Lydiæ.*
Φωκαέων.

MARCIA OTACILIA SEVERA, *conjux Philippi.*

Ἀκμονέων.
Ἀγκυρανῶν.
Antiochia *Cariæ.*
Antiochia *Syriæ.*
Ἀπαμέων.
Berytus.
Dacia.
Δαμασκηνῶν.

Μιλη-

Μιλησίων.
Μοσηνῶν.
Μυτιληναίων.
Νικαιέων.
Νικομηδέων.
Νικόπολις *in Epiro.*
Νυσαέων *Cariæ.*
Περγαίων.
Περγαμηνῶν.
Περινθίων.
Σαμίων.
Σαρδιανῶν.
Scifcia.
Σελευκέων *Ciliciæ.*
Σερδικῆς.
Ταρσοῦ.
Τηΐων.
Τημενοθυρεῦσι.
Τραλλιανῶν.
Τριπολιτῶν *Cariæ.*
Tyrus.
Ὑπαιπηνῶν.

CORN. SALONINA.

Αἰγαίων.
Ancyra *Galatiæ.*
Ἀτταλέων.
Ἀττουδέων.
Ἀφροδισιέων.
Berytus.
Βυζαντίων.
Dium.
Ἐφεσίων.
Θεσσάλων.
Θυατειρηνῶν.
Κυζικηνῶν.
Μητροπολιτῶν *in Ionia.*
Μητροπολιτῶν *Phrygiæ.*
Μιλησίων.
Μοσηνῶν.
Μυτιληναίων.
Νικομηδέων.
Νικόπολις *in Epiro.*
Ὀδησσιτῶν.
Περγαίων.
Περγαμηνῶν.
Σαμίων.
Σαρδιανῶν.
Σιδητῶν.
Σιλλυέων.
Σμυρναίων.
Ταρσοῦ.
Τριπολιτῶν *Cariæ.*
Troas.
Tyrus,
Ὑπαιπηνῶν.
Φιλιπποπολιτῶν.

P. LIC. CORN. SALONINUS VALERIANUS, *Valeriani F.*

Ἄμισος.
Ἐφεσίων.
Λυρβειτῶν.
Μητροπολιτῶν *Phrygiæ.*
Περγαίων.
Περινθίων.
Σαμίων.
Σαρδιανῶν.
Τημενοθυρεῦσι.

P. LIC. VALERIANVS, *alter Valeriani F.*

Ἐφεσίων.
Θυατειρηνῶν.
Λυρβειτῶν.
Νικομηδέων.
Περγαίων.
Σαμίων.
Σαρδιανῶν.
Τραλλιανῶν.

CORNELIA SVPERA.

Ἰουλιέων.

TETRICUS.

Illiberis.
Narbo.

VABALATHUS.

Παλμυρηνῶν.

POSTVMVS.

Deufon.

CLAVDIVS *Gothicus.*

Ἀμασείας.
Κυζικηνῶν.
Σαγαλασσέων.
Σελευκέων *in Cilicia.*

PROBVS.

Sifcia.

M. AVR. JVLIANVS.

Pannoniæ.



INDEX
RERUM MEMORABILIUM.

Ἀπήνη.

For-

Mi-

K

L

M

Para-

NOMINA

NOMINA MAGISTRATUUM,

PRÆTORUM, PONTIFICUM, &c.

Qui in hujusce voluminis nummis digniora notatu occurrunt.

G Γαρ-

G

Γάργιλιος. Παυταλιωτῶν. Φιλιπποπολιτῶν.
Γασοπάτωρ. Καδοηνῶν.
Γέλλιος. Νικαιέων.
Γεμῖνος. Περγαμηνῶν. Σμυρναίων.
Geminus. *Saguntum.*
Γεντιανός. Μαρκιανοπολιτῶν.
Germanus. *Cæsaraugusta.*
Γέασιος. Αἰζανιτῶν. Σμυρναίων.
Γλαῦκος. Κυζικηνῶν.
Γλαύκων. Ἐφεσίων. Περπερηνῶν.
Γλύκων. Βλαυνδέων. Θυατειρηνῶν.
Γοργιφάνης. Μεγαρέων.

Z

ΖΕῦξις. Μοσηνῶν.
Ζηνοβία. Παλμυρηνῶν.
Ζήνων. Κυπρίων. Μαιόνων. Σαρδιανῶν. Σμυρναίων. Ἰώνων.
Ζώπυρος. Δυῤῥαχηνῶν.
Ζώσιμος. Μαγνήτων. Τραλλιανῶν.

H

HElvius. *Bilbilis.*
Ἡγήσιππος. Μαγνήτων.
Ἡρακλείδης. Κυμαίων. Σμυρναίων. Φωκαέων.
Ἡρκυλανός. Σαιττηνῶν.
Ἡρώδης. Τημενιτῶν.
Ἡφαιστίων. Δαλδιανῶν.

Θ

Θάλλος. Σμυρναίων.
Θεμιστοκλῆς. Μιλησίων.
Θεμίσων. Ἀδρανέων.
Θεοδοσιανός. Φωκαέων.
Θεόδοτος. Μαγνήτων a *Sipylo.*
Θεοφάνης. Μητροπολιτῶν *Thessaliæ.*
Θέρμανδρος. Μιλησίων.
Θῦρος. Νικομηδέων.

I

Ἱέραξ. Αἰζανιτῶν. Σαρδιανῶν. Ὑπαιπηνῶν.
Ἱεροκλῆς. Μυτιληναίων.
Ἱερώνυμος. Κυμαίων.
Ἱππίας. Κοτιαέων.
Ἱππικός. Σμυρναίων.
Ἵππων. Καλχαδονίων. Μαγνήτων.
Ἰούντιος. Πεσσινουντίων.
Ἰουλιανός. Ἐφεσίων.
Ἰσαγόρας. Μεγαρέων.

K

ΚΑιπίων. Ἀκμονέων.
Καισέννιος. Ἐφεσίων.
Καλλικλείδης. Πελινέων.
Καλλίνικος. Κολοφωνίων.
Καλλιστεύς. Περγαμηνῶν.
Κάλλιστος. Κολοφωνίων.
Καμόσκας. Βλαυνδέων.
Καπιτωλῖνος. Βυζαντίων. Κολοφωνίων.
Καπίτων. Ἀβωνοτειχιτῶν. Περγαμηνῶν. Φιλαδελφέων.
Κάρβων. Νικαιέων. Νικομηδέων.
Κάρπος. Μαγνήτων.
Κάσσανδρος. Πιταναίων.
Κάστος. Ἀντιοχέων.
Κάστος. Ἀδριανοπολιτῶν.
Κέλερ. Κοτιαέων.
Κεφαλίων. Περγαμηνῶν.
Κίμων. *Patræ.*
Κλάρος. *Ulpia Trajana.*
Κλάσσικος. Αἰζανιτῶν.
Κλαυδιανός. Μαγνήτων. Σαρδιανῶν.
Κλέανδρος. Κιλβιανῶν.
Κλεόβουλος. Τημενοθυρεῦσι.
Κλεοπάτωρ. Καδοηνῶν.
Κλέων. Ἐφεσίων. Σαρδιανῶν.
Κολλύβασος. Σμυρναίων.
Κομίνιος. Κυπρίων.
Κόρδος. Ἀπαμέων Φρυγίων.
Κοάδρατος. Ἀντιοχέων.
Κούαρτος. Περγαμηνῶν.
Κυιντιλιανός. Κοτιαέων. Μαρκιανοπολιτῶν. Περγαμηνῶν.
Κυπέδιος. *Cæsarea Bithyniæ.*
Κυσίνιος. Ἐφεσίων.
Κράτιππος. Περγαμηνῶν.
Κρητάρος. Κρητῶν. Σμυρναίων.
Κρανακίδης. Ἀσσίων.
Κυιντιανός. Ὑπαιπηνῶν.
Κυιντιλιανός. Ἀδραμυττηνῶν.

L

Λάβας. *Laodicea Cariæ.*
Lætitius Apalus. *Mauretania.*
Λαϊανός. Νυσαέων.
Λάϊος. Ἀβδηριτέων.
Λάκων. Νικαιέων.
Λάχης. Κυδωνιατῶν.
Λέων. Τηίων.
Λεωνίδας. Ἀρπασηνῶν.
Λίανδρος. Ἀβυδηνῶν.
Λολλιανός. Μηθυμναίων. Κυμαίων.
Λόλλιος. Αἰζανιτῶν.
Λογγεῖνος. Μαγνήτων a *Sipylo.* Νικόπολις. Περγαμηνῶν.
Λύρος. Ἐλαιτῶν.
Lucretius. *Cæsaraugusta.*
Lutatius. *Cæsaraugusta.*
Lupus. *Cæsaraugusta.*
Λύπος. Κρητῶν.
Λύσανδρος. Σαμίων.
Λυσανίας. Αἰζανιτῶν.
Λυσίμαχος. Λυσιμαχέων.

M

ΜΑρκιανός. Μαγνήτων.
Marsus. *Utica.*
Μαρτιάλης. Ἀγχιαλέων.
Μαυλύσιος. Τραπεζοπολιτῶν.
Μελίτων. Καδοηνῶν. Συνναδέων.
Μέανδρος. Αἰζανιτῶν. Νυσαέων. Ὑπαιπηνῶν.
Μενεκλῆς. Μιλησίων. Περινθίων.
Μενεκράτης. Κώων. Ὑπαιπηνῶν.
Μενέμαχος. Μυτιληναίων.
Μενεστρατιανός. Σαρδιανῶν.
Μέξιος. Ἀβυδηνῶν.
Μηνογένης. Αἰζανιτῶν.
Μηνοφάνης. Ἐφεσίων. Σμυρναίων.
Μηνόφαντος. Ἐφεσίων.
Μηνόφιλος. Μαρκιανοπολιτῶν.
Μηρογένης. Αἰζανιτῶν.
Μητρόδωρος. Μυρριναίων. Πατρέων.
Μητρωνιστής. Ἀσσίων.
Μίλων. Μυτιληναίων.
Μίνδιος. *Patræ.* Νικομηδέων.
Μόδεστος. *Nicopolis ad Istrum.* Τραλλιανός.
Μόλοσσος. Ἐλαιτῶν.
Montanus. *Cæsaraugusta. Illici.*
Μοσχίων. Μαγνήτων *ad Mæandrum.*
Μοσχιανός. Ἀκρασιωτῶν.
Μουκιανός. Ἀντιοχέων.
Μυσώνιος. Νυσαέων.
Μύισκος. *Apamea Phrygiæ.*
Μύρων. Κολοφωνίων.
Μύων. *Antiochia Cariæ.* Σμυρναίων.

N

Νάσων. Ῥοδίων.
Νεοκύδης. Θασίων.
Νερατῖνος. Παυταλιωτῶν.
Νικαγόρας. Κώων.
Νίκανδρος. Μιλησίων.
Νικίας. Μητροπολιτῶν ἐν Ἰωνίᾳ.
Νικόμαχος. Θεοσάλων. Σαρδιανῶν.
Νικομήδης. Νικομηδέων.
Νικόστρατος. Ἐφεσίων. Μαρκιανοπολιτῶν. Πατρέων. Σμυρναίων.
Νίκων, vel Νείκων. Ἐρυθραίων. Ὑπαιπηνῶν.
Νόβιος. *Nicopolis ad Istrum.*

Ξ

ΞΕνόφιλος. Τημενοθυρεῦσι.
Ξενώνδης. Σμυρναίων.

O

ὈΝήσιμος. Τημενιτῶν.
Ὀνησιφόρος. Κυζικηνῶν.
Ὄπιμος. Κώων.
Ὀρέστης. Σμυρναίων.
Οὔϊβιος. Περγαμηνῶν.
Οὐιτέλλιος. Νικομηδέων.
Οὐολοσέννα. Ἰλιέων.
Οὐόπισκος. Παυταλιωτῶν. Πλωτινοπολιτῶν. Φιλιπποπολιτῶν.

Π

ΠΑγκρατίδης. Τραλλιανῶν.
Παγκράτιος. Τηίων.
Παιάνιος. Νυσαέων.
Παῖτος. Ἐφεσίων.
Πακιανός. Ἀδραμυττηνῶν.
Πακίννιος. Μακεδόνων.
Παλαμήδης. Καλυδωνίων.
Παμμένης. Μαγνήτων.
Παπίας. Βλαυνδέων.
Πάρδαλος. Μυτιληναίων.
Παυλῖνος. Μητροπολιτῶν *in Ionia.*
Παυσανίας. Κυμαίων.
Περιγένης. Μαγνήτων.
Petronius. *Carthago nova.*
Πετρώνιος. *Antiochia Syriæ.* Σμυρναίων.
Πιλονίτης. Ἀβυδηνῶν.
Πλάνκιος. Κλαυδιοπολιτῶν. Νικαιέων.
Πλίνιος Σεκοῦνδος. Βυζαντίων.
Πόβλιος. Πιταναίων.
Πόλεμος. Μιλησίων. Σμυρναίων.
Πολέμων. *Laodicea Cariæ.* Μαγνήτων a *Sipylo.* Σμυρναίων.
Pollio. *Corinthus.*
Πολλίων. Περγαμηνῶν. Σαλαμινίων.
Polyænus. Corinthus.
Πολύαινος. Μαγνήτων.
Ποντιανός. Κυζικηνῶν. Μαρκιανοπολιτῶν. Νικόπολις.
Πόντιος. Βυζαντίων.
Ποπλίλιος. Μακεδόνων.
Πρέσων. Χίων.
Πρεῖμος. Ἐρυθραίων.
Priscus. *Corinthus. Osca.*
Πρίσκος. Ἀκμονέων.
Proculus. *Corinthus.*
Πρόδικος. Καλυδωνίων. Κυζικηνῶν.
Πρόκλα. Μυτιληναίων.
Πρόκλος. Ἀβωνοτειχιτῶν. Κυπρίων. Νικομηδέων. Σμυρναίων.
Προσδέκτης. Μυτιληναίων.
Πρωτεύς. Μιτυληναίων.
Πυθόνικος. Κώων.
Πύθερμος. Ἐλαϊτων.

R

REctus. *Calaguris.*
Refectus. *Bilbilis.*
Ῥουφῖνος. Σμυρναίων.
Ῥοῦφος. *Patræ.* Ῥοδίων. Σαρδιανῶν &c.
Rullus. *Bilbilis.*
Ῥυλλιανός. Φιλιπποπολιτῶν.

Σ Σα-

ERRATA OPERARUM PRÆCIPUA.

Pag. 13. *columna* 1. *versu* 34. ΑΛΛΑΡΙΩΤΩΝ. *lege*, ΑΛΛΑΡΙΩΤΑΝ.
Pag. 16. *col.* 1. *versu* 52. ἀμφοτέρω Κιλικίας. *lege*, ἀμφοτέρας Κιλικίας.
Ibidem, versu 18. *quædam sunt perturbata, quæ lector eruditus facile emendabit.*
Pag. 18. *col.* 1. *versu* 62. ΠΡΟC I. *lege*, ΠΡΟC ΙΠ.
Pag. 20. *col.* 1. *versu* 70. ΤΡΛΙΑΝΟC. *lege* ΤΡΑΙΑΝΟC.
Ibidem, versu 71. ΓΕRΜ. *lege*, ΓΕΡΜ.
Ibidem, col. 2. *versu* 11. ΟΥHROC. *lege*, ΟΥΗΡΟC.
Ibidem, versu 33. cujas. *lege*, cujatis.
Pag. 21. *col.* 1. versu 24. ΜΕΤRΟΠΟΛΕΩC. *lege*, ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC.
Ibidem, versu 42. ΜΕΤΡΟΠΟΛΕΩC. *lege*, ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC.
Ibidem, versu 52. ΟΥΑRΟΥ. *lege*, ΟΥΑΡΟΥ. Item *versu* 61.
Ibidem, col. 2. *versu* 50. Habetne etiam hodie. *adde*, Imperator.
Pag. 23. *col.* 1. versu 44. ac ne tunc quidem. *lege*: si tamen Tyrii; nam ne tunc quidem.
Pag. 25. *col.* 1. *versu* 67. *adde:* In hoc nummo, ubi ΕΩΝ postrema pars est vocis ΑΠΑΜΕΩΝ, quidam magna simplicitate legendum putarunt, inverso litterarum ordine, ΝΩΕ: & diluvium, quod sub Noë contigit, in eo nummo depictum esse dixerunt.
Pag. 27. *col.* 2. *versu* 9. SARL. *dele hos duos versus.*
Ibidem, versu 54. vixit: *adde*, ut vulgo creditur: sed verius adulterinus hic nummus habebitur.
Pag. 28. *col.* 2. *versu* 65. Nomen utrique. *lege*, Nomen utrique nomo.
Pag. 30. *col.* 2. *versu* 34. ΑΤΑRΝΕΩΝ. *lege*, ΑΤΑΡΝΕΩΝ.
Ibidem, versu 70. Solvit. *lege*, solvit.
Pag. 31. *col.* 1. *versu* 66. ΑΠΟΛΛΟΜΕDΗC CΤRΑ. *lege*, ΑΠΟΛΛΟΜΕΔΗC CΤΡΑ.
Pag. 32. *col.* 2. *versu* 30. ΙΕRΑS. *lege*. ΙΕΡΑΣ.
Ibidem, versu 71. sic. *lege* Sic.
Pag. 36. *col.* 1. *versu* 44. Claudii itidem. *lege*, Claudii Cæsaris nummus.
Pag. 37. *col.* 1. *versu* 4. ΙΕRΑS. *lege*, ΙΕΡΑΣ.
Pag. 38. *col.* 2. *versu* 61. ΚΑΙΣΑR. *lege*, ΚΑΙΣΑΡ.
Ibidem, versu 37. PARR. *lege*, PARRA.
Ibidem, versu 69. & Cæsarea Palæstinæ non sub Augusto sit condita, sed sub Claudio. *Dele ista.*
Pag. 39. *col.* 1. *versu* 36. ΜΗΤRΟΠ. *lege*, ΜΗΤΡΟΠ.
Ibidem, versu 59. *&* 71. ΜΗΤRΟΠ. *lege*, ΜΗΤΡΟΠ.
Ibidem, col. 1. *versu* 13. ΓΕRΜ. *lege*, ΓΕΡΜ.
Pag. 40. *col.* 2. *versu* 18. ΜΕΤRΟΠ. *lege*, ΜΕΤΡΟΠ.
Ibidem, versu 38. PHILPPI. *lege*, PHILIPPI.
Pag. 41. *col.* 1. *versu* 12. *Cappella.* lege, *Capella.*
Pag. 47. *col.* 1. *versu* 49. Ubi Servius &c. *Versus isti quatuor reponendi sunt pag.* 46. *col.* 1. *post hæc verba: loquere Cosas.*

Pag. 48. *col.* 1. *versu* 53. ΕΠΙΤ. *lege*, ΕΠΙ ΤΙ. *Et infra*, Tiberius Damasias. *Et paulo post*, Vide ΜΙΛΗΣΙΩΝ.
Ibidem, *col.* 2. *versu* 4. ΑLΕΞΑΝΔΡΟC. *lege*, ΑΛΕΞΑΝΔΡΟC.
Ibidem, *versu* 13. ἀντάλη. *lege*, αὐτάλη.
Pag. 53. *col.* 1. *versu* 5. CTRA. *lege*, CTPA.
Pag. 54. *col.* 1. *versu ultimo*, *dele*, Vide infra, ΛΕΠΤΙΣ.
Ibidem, *versu antepenult.* Achaiæ. *adde*, Asiæ, Bithyniæ, Cypri.
Ibidem, *col.* 2. *versu* 36. una pingitur. *lege*, uva pingitur.
Pag. 55. *col.* 1. *versu* 20. ΚΑΙΤΑΡΧΟΥ. *lege*, ΚΛΕΙΤΑΡΧΟΥ.
Pag. 57. *col.* 1. *versu* 49. *Physco.* lege, *Phisco.*
Ibidem. *col.* 2. *versu* 26. THS. *lege*, ΤΗΣ.
Pag. 58. *col.* 1. *versu* 33. læte. *lege*, lætæ.
Ibidem, *versu* 34. fœtus. *lege*, fetus.
Ibidem, *versu* 49. Antonium. *lege*, Antoninum.
Ibidem, *versu* 58. favent. *lege*, favens.
Pag. 59. *col.* 2. *versu* 60. *dele* radiis.
Pag. 60. *col.* 1. *versu* 4. ΑΡΤΕΜIS. *lege*, ΑΡΤΕΜIC.
Pag. 61. *col.* 2. *versu penult.* ΚΛΟ ΔΙΟC. *& versu ultimo*, Κλόδιος. *lege*, ΚΛΩΔΙΟC & Κλώδιος.
Pag. 62. *col.* 2. *versu quarto ante finem paginæ* : Marnas. Gazæ. *lege*, Marnas Gazæ.
Pag. 63. *col.* 1. *versu* 11. ΓΑΥCΤЄΙΝΑ. *lege*, ΦΑΥCΤЄΙΝΑ.
Ibidem versu 41. prænomen. *lege*, primum nomen.
Ibidem, *col.* 2. *versu* 1. ΓΕΡΑCΟΝ. *lege*, ΓΕΡΑCΩΝ.
Pag. 65. *col.* 2. *versu* 14. juliæ. *lege*, Juliæ.
Ibidem, *versu* 49. Legis Heliopolis. *lege*, Legio Heliopolis.
Pag. 72. *col.* 2. *versu* 44. *dele*, Hæc Dea Syriæ est, ΘΕΑ ΣΥΡΙΑΣ.
Ibidem, *versu* 47. apud eumdem. *lege*, apud Occonem.
Pag. 78. *col.* 1. *versu* 7. torum. *lege*, totum.
Pag. 81. *col.* 2. *versu* 43. Revocat hic nummus &c. *hos versus fere septem.*
Pag. 84. *col.* 1. *versu* 23. ΚΑΥΠΙΕΩΝ. *lege*, ΚΑΥΗΙΕΩΝ.
Ibidem, *col.* 2. *versu* 67. ΔΩΡΟΘΕΟΣ. *lege*, ΔΩΡΟΘΕΟΣ.
Pag. 100. *col.* 2. *versu* 30. *dele*, eademque Caracallæ parens.
Pag. 101. *col.* 1. *versu penult.* *Benefaii.* lege, *Benefici.* Sic etiam *col.* 2. *versu* 3.
Pag. 108. *col.* 1. *versu* 12. ΙΠΠΟΛΕΙΤΟΥ. *lege*, ΠΟΛΕΙΤΟΥ. Et mox, *sub Ælio Polito.*
Pag. 111. *col.* 2. *versu* 39. secundi. *lege*, Secundi.
Pag. 113. *col.* 1. *versu* 26, sanat Imperium. *lege*, sanat infirmos. *Et pag.* 114. *col.* 2. *versu* 58. lege, *servat Imperium.*
Pag. 119. *col.* 1. *versu* 48. in quibus sunt : adde (ut vulgo creditur,)
Ibidem, *col.* 2. *versu* 6. *ante finem paginæ*, Antiquariis. *lege*, ut Antiquariis.
Pag. 120. *col.* 1. *versu* 48. CAMAR. *lege*, CAMAP.
Pag. 122. *col.* 2. *versu* 5. ΒΙΘΥ. *lege*, ΒΕΙΘΥ.
Pag. 129. *col.* 1. *versu* 12. in ejus. *lege*, in equis.
Pag. 133. *col.* 1. *versu* 68. *Cæsar*, adde punctum sic, *Cæsar.*
Pag. 139. *col.* 2. *versu* 45. Pythoris. *lege*, Pythodoris.
Pag. 155. *col.* 1. *versu* 58. ORBIANA. *lege*, ΟΡΒΙΑΝΑ.
Pag. 156. *col.* 1. *versu* 53. ΜΗΤΡΟ. ΣΙΔΩΝ. *dele hos septem versus.*
Pag. 169. *col.* 1. *versu* 58. inexstincta. *lege*, inextincta.
Pag. 170. *col.* 1. *versu* 30. *Bacchus stat.* lege, *Bacchus conditor.* Bacchus stat.
Ibidem, *versu* 44. ΤΙΒΕΡΙΑΣ. *Prius scribe extra lineam*, TIBERIAS *in Palæstina.*
Ibidem, *col.* 2. *versu* 30. arbitramur. *lege*, olim suspicabamur.
Pag. 171. *col.* 1. *versu* 41. Μητροπόλεως Πόντε, *adde* Τετάρτης.
Pag. 172. *col.* 1. *versu* 56. Quinsexto. *lege*, Quinisexto.
Pag. 175. *col.* 1. *versu* 41 ἰς. *lege* ις.
Ibidem, *col.* 2. *versu* 58. *adde* : sed nummus est nunc nobis suspectus.
Pag. 176. *col.* 1. *versu* 56. scriptores appellamus. *adde*, quibusdam exceptis.
Pag. 180. *col.* 2. *versu penult.* cum anno ΡΝΓ. *adde*, apud Octavianum Stradam, pag. 43.

JOANNIS HAR-

JOANNIS HARDUINI
SOCIETATIS JESU PRESBYTERI,
DE
BAPTISMO
QUÆSTIO TRIPLEX:

De Baptiſmo pro mortuis.

De Baptiſmo in vino.

De Baptiſmo in nomine Chriſti.

DE BAPTISMO PRO MORTUIS.

Ad locum Pauli, 1 *Cor*. XV. Ἐπεὶ τί ποιήσουσιν οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, εἰ ὅλως οἱ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται; τί καὶ βαπτίζονται ὑπὲρ αὐτῶν; *Alioqui quid facient qui baptizantur pro mortuis, ſi omnino mortui non reſurgunt? ut quid & baptizantur pro illis?*

CUM plurimæ ſint in epiſtolis Pauli ſententiæ, quæ difficillimos habent explicatus, quod & [1] Petrus dudum admonuit, & paſſim interpretes ipſo diſcunt experimento: haud tamen ex hoc illam eſſe numero, quæ in priore ad Corinthios epiſtola continetur, de Baptiſmo pro mortuis, quanquam inextricabilis viſa eſt ad hunc diem, propoſitum mihi eſt priore hac proluſione nunc paucis oſtendere. Nam ſi licet paulo liberius quod ſentio dicere, offudiſſe tenebras videtur orationi per ſe perſpicuæ, & puram ac limpidam aquam turbaſſe, tum vetus ille & vulgatus novi fœderis interpres, quem terimus: tum vero in primis nimia eorum ſubtilitas, qui huic loco explanando incubuerunt, & tanquam in curriculo deſudarunt. Quamobrem dum ſuo quiſque ingenio obſequitur, ſic in diverſas partes abiere univerſi, ut jam tot ſint propemodum interpretandi modi, quot exſtant paulo celebriora interpretum nomina. Verum enimvero noctem omnes arbitror in clariſſima luce quæſiviſſe. Quod ut liqueat quam verum ſit, ac ne noſtra temere vagetur & excurrat oratio, operæ pretium duxi certas circumſcribere interpretandi regulas, ad quas veluti ad normam certiſſimam variæ variorum interpretationes exigantur: ut ab ea ſcilicet quanto quæque longius aberrarit, tanto illam magis a Paulo divelli ac divagari promptum ſit intelligi.

I.

Hæc igitur in hoc negotio prima lex ſanciatur, in qua & ratio ipſa & [a] ſchola omnis interpretum acquieſ-

Ee

1. Petr. 3. 16.

a Aug. lib. III. de Doct. Ch. cap. x.

quiescit: non esse abs sensu nativo & maxime proprio vocum abscedendum, nec declinandum quasi de via, ubi in primis extra verborum sensum translatum, quem μεταφορικὸν Græci vocant, exponi omnia commode possunt & explanari. Quæ quidem lex tum ubique plurimum valere debet, tum hic potissimum, ubi nihil argumenti est, quod alio significatu cogat vel baptismi vocabulum accipi, quam quo alibi semper a Paulo idem usurpatur: eo nempe qui est obvius, quem usus fert quotidianus, qui vel nullo docente omnium se animis ingerit, pro lavacro videlicet regenerationis: vel mortuorum pariter appellatione aliud suspicari, præter eos qui de vita decesserint.

Quo igitur loco ac numero habenda illa interpretatio est, quanquam multorum, ut video, recepta calculis, quæ baptismi vocem detorsit alio ac deflexit? id quod ante annos ducentos primum omnium Dionysio Carthusiano venit in mentem. Neminem porro e recentioribus, qui sunt in eadem versati sententia, nomine appellabo: ac ne ex aliis quidem ejusdem nostræ fere hujus ætatis, ne videar magnorum virorum obtrectatione famam quærere, aut immortalis gloriæ viros maligno dente perstringere: nam sunt ex iis ea laude nonnulli. Is autem, quem dixi, e gemino sensu, quem affingi commode huic sententiæ arbitratus est, hunc priore loco his verbis obtulit: *Quid facient qui baptizantur, hoc est, Lacrymis pœnitentiæ, seu aquis afflictionum perfunduntur pro mortuis, id est, pro remissione peccatorum mortuis impendenda?*

Atqui in sacris paginis, seu novi seu veteris instrumenti, vocem hanc βαπτίζεσθαι pro vexatione corporis animive, quæ sit in primis sponte suscepta, usurpatam esse vel semel, quo tandem probari documento potest? Ubi hæc autem adhibita vox pro oratione, pro jejuniis, pro pecuniæ erogatione in pauperes, quæ tria sunt subsidiorum genera, quorum ope mortuis levatio aliqua emendatorii ignis affertur? *Orent quotidie pro caris suis*, inquit vetus auctor, qui diu sub Augustini nomine latuit, Sermone altero in Cathedra sancti Petri: *interpellent Dominum voce flebili, precentur eis errorum veniam, lapsuum remissionem: pascant esurientes, vestiant nudos: ut si quid defunctorum negligentia minus factum est, fide viventium impleatur. Adhibeat quoque unusquisque pro caris suis Sanctorum preces, sacrificia offerat, & sacerdotali eos prosecutione Domino commendet. Quod quidem a nobis si forte requiratur unde dicatur, cum hoc non nostra doctrina sit, sed Ecclesiarum: & si Ecclesiarum, utique Dei: quia magister Ecclesiarum est omnium Deus: ita illius verbis respondebimus, Hæc sunt quæ caros vestros juvare possunt, hæc sunt refrigeria quiescentium, HÆC REMEDIA DEFUNCTORUM.* At enim ecquid horum, amabo, baptismi potest appellatione censeri? Immissas sane aliunde molestias, ærumnasque, quibus, veluti quadam aquarum mole perfundimur, mergimur, obruimur, vox ea aliquando indicat. At id modo semel, & a Christo prolata, ac ne id quidem tum sola per se, sed altera simul voce adjecta, quæ & metaphoricam ibi verbi vim latere, & afflictationem extrinsecus irrumpentem innueret. Nam & hoc conduplicatio congeminatioque vocis, & præfixus ei articulus declarat: jubetque istic certum quemdam baptismum præter usitatum intelligi, non proprium: τὸ βάπτισμα, inquit, ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι. Et eadem articulo vis ac potestas in aliis plane similibus locis. Nam Marci x. v. 39. τὸ μὲν ποτήριον ὃ ἐγὼ πίνω, *Calicem quidem quem ego bibo*, calix ibi non calix, ut quivis ex articulo præfixo intelligit, sed passio est. Joannis vi. v. 51. ὁ ἄρτος ὃν ἐγὼ δώσω, *Panis quem ego dabo*, non panis est, sed Christi caro. Joannis iv. v. 14. τὸ ὕδωρ ὃ δώσω, *Aqua quam ego dabo*, non est aqua, sed spiritus. Sic neque baptismus, τὸ βάπτισμα, quo baptizandum se hoc loco dicit, baptismus proprie, sed illata mors fuit.

An vero aliam ob causam putamus & hanc cautionem fuisse a Patribus quoque adhibitam, ut cum baptismi vocem ad alia transferrent extra sacramentum fidei, non ea uterentur per se sola, sed & alteram una subnecterent, ut scilicet pro rei adjunctæ modo variatam significationem indicarent? Sic dolorem ex delicto expiationemque culpæ plerique certe baptismum pœnitentiæ, vel lacrymarum nuncupant, baptismumque laboriosum: obitam in propugnanda recta fide necem, baptismum sanguinis: baptismum ignis denique, vel caritatem in Deum, vel acerbum doloris ex noxa sensum, quam contritionem perfectam dicimus, vel demum cruciatus illos, quibus in vita altera culpæ eluuntur: nihil horum quisquam ex illis baptismum duntaxat appellavit.

Quod si hæc foret igitur Pauli verbis subjecta sententia, vel diceret sane, simili præfixo articulo, aliave nota, quæ lucem afferret orationi, Quid agunt qui certo quodam baptismate baptizantur? quanquam nec tum multo planior oratio foret. Vel exclamaret ille potius haud dubie, Quid faciunt qui se ipsi affligant divexantque pro mortuis? nam in sacris litteris affligere se, affligere animam suam, cor suum affligere, eo fere sensu dicitur: baptizare se, vel baptizari, nusquam. Vel in hanc denique vocem erumperet, Quid facimus, qui nos ipsi pro mortuis affligamus? Nam & fusas ab ipso preces mortuis expiandis sine ulla dubitatione credimus: quidni enim ceteris exemplo præiret? & jam tum hunc morem rite institutum & confirmatum usu fuisse, transmissa ad nos Patrum scripta testantur. Quid porro causæ, quæso, fuit, cur cum Aërius sæculo quarto pro mortuis orandum negaret, e Patribus tamen omnino nemo hunc ei Pauli locum objecerit, aut sit eo teli & argumenti genere usus? Dissentientem a formula fidei hanc hominis illius opinionem fuisse præter [1] Epiphanium Zonaras testis est, Canone in Deiparam:

> Κακῶς φρονῶν Ἀέριος
> Μὴ δεῖν προσφέρειν ἔλεγεν
> Ὑπὲρ τεθνεώτων
> Μηδεμίαν ὄνησιν
> Ἐκ τούτου καρποῦσθαι γάρ.

Prave sentiens Aërius non offerendum esse pro mortuis dictitabat: neque enim ex hoc illos utilitatem ullam percipere. Atqui nemo in ipsum impelli hunc arietem posse credidit: nemini uni suboluit, hunc quem Dionysius excogitavit, baptizandi vocabulo significatum subesse. Nam quod Ephremi Diaconi Testamentum quidam allegant, dignum ferme risu ac sibilo est: cum ille Pauli verba nude & sine ulla interpretationis luce recitet, ac totidem modo syllabis repræsentet, quo ea necesse sit intellectu accipi, pæne securus.

Eorum deinde obiter simili de causa perstringendus error, qui postremam sententiæ hujusce particulam, *pro mortuis*, accipi pro peccatis salutari lavacro abluendis jubent: [2] quod in sacris codicibus generare ea mortem dicuntur. Nam quis νεκρῶν præcise aut τῶν νεκρῶν dixit, ut peccata signaret? τὰ νεκρὰ ἔργα semel atque iterum in epistola ad Hebræos inscripta legas: nusquam νεκρῶν tantum. Verum eo loci, in quo explanando sumus, non νεκρῶν sed νεκροὶ profecto, hoc est, homines ii qui de vita exiere, debent intelligi: qui iis scilicet opponantur, quos deinde ad vitam revocandos Paulus affirmat, his verbis, εἰ ὅλως οἱ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, *si omnino mortui non resurgunt.* Quam fœda alioqui æquivocatione argumentatio laboraret, quæ νεκρῶν in antecedente

1 *Epiphan. hær.* LXXV. *num.* 3.
2 *Jac.* I. 15.

dente propositione; in consequente νεκρὸς apponeret?

II.

Alterum hoc generale scitum est, quod in omni novi præsertim fœderis interpretatione ratum fixumque habetur, eam unice fere probari, quæ sit non latinæ modo ac vulgatæ lectioni, sed & Græco fonti consentiens: atque id ita quidem, ut ne vim ullam afferre verbis videatur.

Quamobrem illa jure exploditur, quæ Pauli effatum de his interpretatur, qui tum in lectulo jam morti vicini sacramentum fidei flagitarent. Sic enim nonnulli apud Epiphanium: & e Latinis aliqui. [1] Perinde quasi Græci sermonis proprietas id patiatur: vel ea vox, ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, Latino verbo respondeat, *pro Mortuis*, cum jam jam morituros, & plane desperata salute veluti mortuos, conclamatosque significat, quos ὡσεὶ νεκρὸς Græci vocant, qui pro mortuis ac deploratis nempe censentur: vel integra denique oratio non aperte indicet alios esse qui baptizantur, ab iis propter quos baptisma suscipitur.

Jam quorsum attinet eos commemorare, qui ὑπὲρ τῶν νεκρῶν interpretantur, pro mortuis corporibus ad vitam suscitandis? cum sint, ut cetera nunc argumenta sileam, ea duo inter se maxime discrepantia, baptizari ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, & baptizari ἐπὶ τῇ ἐλπίδι τῆς ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν, hoc est, propter spem suscitationis a mortuis? Cum enimvero Paulus exclamasse fertur, [2] *de spe & resurrectione mortuorum ego judicor*: περὶ ἐλπίδος καὶ ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν ἐγὼ κρίνομαι: quis non obscure locutum & ambigue putaret, si diceret, περὶ τῶν νεκρῶν ἐγὼ κρίνομαι, *de mortuis ego judicor?* cum tam præcisa abruptaque oratio non magis aperte alterius vitæ spem propositam significaret, quam eandem ademptam ac præcisam.

Nec vero multum ab hac interpretatione abludit ista, Quid faciunt qui pro resurrectione mortuorum defendenda moriuntur? nisi quod bifariam ipsa peccat. Nam præterquam quod aliud est, uti monuimus, ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, *propter mortuos*: aliud ὑπὲρ τοῦ δόγματος τῆς ἀναστάσεως, *propter doctrinam resurrectionis*: quis ipsum baptizandi vocabulum figurato illo sensu a Paulo adhibitum putet, qui in hac ipsa epistola illud septies germano ac maxime proprio significatu usurparit: alieno, ac translato, nusquam? An cum idem inita tuendæ fidei nomine discrimina, toleratosque labores propriis semper verbis expresserit, causæ quidquam fuit cur subito inusitato dicendi genere abuteretur, tunc cum minime omnium id res tempusque posceret? Quin aiebat etiam tum pro more: Quid facient qui pro mortuorum resurrectione propugnanda, [3] *Ludibria & verbera experti sunt, insuper & vincula & carceres? qui in occisione gladii mortui sunt, egentes, angustiati, afflicti*, atque his similia? Quorsum subdit idem: *Quid & nos periclitamur?* Nisi aliud esset periclitari, aliud baptizari? Aut constaret is sibi certe in eadem loquendi formula, ac de se quoque pronunciaret, Quid faciemus & nos, qui baptismo haud dispari baptizamur.

Sed nihil alienius aut minus congruens dici potest quam quod ingenti nisu adstruere alii conati sunt, Apostolum vel ablutionem mortuorum spectasse, ultimumque cadaverum lavacrum, antequam efferantur: vel lustrationem eam, quæ ex Mosis lege præcipitur a contactu mortui: quam & Siracides sic expressit, βαπτιζόμενος ἀπὸ νεκροῦ. Quis enim non videt dicturum utique Paulum fuisse, [4] Quid facient qui baptizant abluuntve mortuos? vel, qui baptizantur a mortuo? non ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, *propter mortuos*. Imo ne dicturum id ipsum quidem: cum nihil uterque mos ad resurrectionem vel comprobandam vel omnino significandam attineret. Nam quid mos prior ille apud ethnicos fuit, præter ultimam honoris atque observantiæ erga demortuos significationem? aut quid apud Judæos alter, præter expiationem quandam lege præscriptam, quæ quidem fuerit animorum castimoniæ, si ita lubet, certe non resurrectionis index ac symbolum?

III.

Tertia deinde lex hæc esto. Baptismi nomine, qui propter mortuos susciperetur, non intellexit Paulus ritum aliquem inanis ac vanæ religionis: quod nec simile veri est vel ex tam levi causa, & ex insano amentium ritu, ducere argumentum voluisse: quod ut quivis solveret, erat in promptu responsio, desipere ac delirare id hominum genus, erroremque cumulare errore: vel tam insignem baptismi abusum nulla animadversione saltem obiter castigasse, qui leviora multo in Corinthiis ipsis errata graviore passim censura perstringeret.

Non sunt igitur audiendi ii, qui baptizatos, (verbis utar Petri Cluniacensis, in epistola contra Petrobusianos, ubi & huic ipse sententiæ suffragatur:) qui [5] *baptizatos, inquam, tunc temporis quosdam aiunt bona quidem, sed non sana voluntate, pro mortuis non baptizatis: æstimantes baptismum, quod dum viverent non perceperant, si pro ipsis vivi baptizarentur, mortuis posse prodesse. Quod Apostolus*, pergit ille, *sic de hoc eorum opere loquens temperat, ut baptismum talem non approbet, & baptizatorum voluntatem collaudet.*

Fuit hæc olim Hilarii Diaconi in hunc locum sententia, ac post eum aliorum sane complurium. [6] Tertullianus an rudioribus e fidelium plebe, id quod nullo potest argumento suaderi: an ethnicis, id quod verius esse remur, hunc morem adscribat, nec satis aperte ac liquido prodit, neque est omnino indubium. Ut ut est, *vanum* ille *vicarium* hunc *baptismum* vocat, cujus nec Paulus *auctor*, nec *confirmator* exstiterit. Cerinthianos quidem in ea fuisse hæresi fama retulit: sed, [7] ut Epiphanius testis est, obscura illa admodum, nec satis certa. Silent enimvero vetustiores, Irenæus, Justinus, Clemens Alexandrinus: & e nostris, Tertullianus. Marcionitis Chrysostomus hunc ritum primus adscripsit, & unus quidem: nam præter illum nulli Patres, nullæ Synodi meminere. Sed fuerint illi sane hujus pravi dogmatis inventores & magistri: quam longe illi autem, ut & Cerinthiani quoque ipsi, a Pauli temporibus absfuere, a quo hæc exarata epistola est biennio ante Neronis principatum?

IV.

Jam illud quarto loco adnotare succurrit, Græca locutione, ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, non omnes omnino mortuos, sed certos aliquos nominatim designari. Est enim in articulo ea vis, Græci ἔμφασιν vocant, ut nonnullos hic modo denotet: cum in subsequente sententia, a qua articulus abest, omnes penitus significentur: εἰ ὅλως νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, *si omnino mortui non resurgunt?*

Et illa igitur eorum interpretatio censuram flagitat, qui subtiliter magis quam vere ac solide ὑπὲρ τῶν νεκρῶν sic reddunt, *pro mortuorum statu*: ut sibi post mortem bene sit: tum ob allatam proxime causam: tum quod vox ipsa νεκρὸς non mortuorum statum, sed demortuos præcise sonat: tum denique quod ipsa oratio, ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, ut antea monuimus, alios enimvero esse aperte monet, a quibus baptis-

1 *Epiph. hær.* XXVIII. n. 6.
2 *Act.* XXIII. 6.
3 *Hebr.* XI. 36.
4 *Eccli.* XXXIV. 30.
5 *Pag.* 1123.
6 *Tertul. lib.* V. *contra Marcion. cap.* IX. & X. & *lib. de resurr. carnis, cap.* XLVIII.
7 *Epiph. hær.* XXVIII. *num.* VI.

Convolabant itaque ad baptismum plerique propter mortuos, occasione mortuorum, ὑπὲρ τῶν νεκρῶν. Sic enim dicere maluit, quam ὑπὲρ τῶν ἀποθνησκόντων, quanquam vis eadem ferme inest utrique verbo: sed ita maluit, quod erat illustrior splendidiorque, ac vivida magis sententia, earumdem occursu ac sono quodam & collisu vocum. Τί ποιήσουσιν οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν ΝΕΚΡΩΝ, εἰ ὅλως οἱ ΝΕΚΡΟΙ οὐκ ἐγείρονται; Sic praeterea dicere satius erat, quam ὑπὲρ τῶν κοιμηθέντων ἐν Χριστῷ, quanquam est idem hoc ipso capite ea voce usus: quod non propter mortuos in Christo, sed propter mortuos praecise, accelerari illi sibi salutare lavacrum optabant.

Quorum inanis utique solicitudo fuit, nisi futurae potius quam praesentis vitae securitatem in baptismo quaererent: nisi post excessum e vita vivere apud Deum mortuos agnoscerent, punirique post saeculum improbos: nisi aeternam salutem praecludendam iis intelligerent, qui salutis sacramento sua culpa carerent: nisi denique, quod idem Pacianus adjicit, *post animorum tempestiva supplicia redivivis quoque perpetua corporibus poena servaretur.*

Similis ac plane par huic Pauli argumento Augustini sententia est, eademque ratiocinatio, ab eodem hausta afflatu numinis, libro vicesimo de Civitate Dei, cap. IX. ubi & mortuos ad regnum Christi pertinere & in eo esse demonstrat. *Neque enim*, inquit, *piorum animae mortuorum separantur ab Ecclesia, quae etiam nunc est regnum Christi. Alioqui nec ad altare Dei fieret eorum memoria in communicatione corporis Christi: nec* ALIQUID PRODESSET AD EJUS IN PERICULIS BAPTISMUM CURRERE, NE SINE ILLO FINIATUR HAEC VITA: *nec ad reconciliationem, si forte per poenitentiam malamve conscientiam quisque ab eodem corpore separatus est. Cur enim fiunt ista, nisi quia fideles etiam defuncti membra ejus sunt?* Hoc est enim dicere, Quid prodest baptizari in periculis, propter mortuos exempli gratia, quorum subita ac numerosa clade terremur, si mortui nec vivunt apud Deum, nec resurgunt? *Totum enim quod salutaribus agitur sacramentis*, inquit [1] idem, *magis ad spem venturorum bonorum, quam ad retentionem vel adeptionem praesentium pertinet.* Quod & Chrysostomus quoque docet, homilia VII. in I. Cor. 2. Μάλιστα μὲν καὶ τὸ βάπτισμα, inquit, ἐν τοῖς μέλλουσιν ἔχει τὸ πλέον. *Maxime quidem & ipsum baptisma plus habet commodi in futuro.* Iterumque, homilia 2. in Coloss. 1. Διὰ τί λουτρὸν λαμβάνεις; διὰ τί τῆς ἐκκλησίας ἐπιβαίνεις; μὴ γὰρ ἀρχὰς ὑπισχνούμεθα; πᾶσα ἡμῶν ἐλπὶς ἐν τοῖς μέλλουσι. *Cur LAVACRUM accipis? Cur Ecclesiam ingrederis? Num enim imperia pollicemur? Tota spes nobis est in futuris?*

Nec vero Pauli tantum aetate, sed & Augustini temporibus, propter mortuos similiter, & pari mortis metu, sacramentum hoc salutis plurimi percepere. Refert hoc ipse sermone quarto ex iis quos Sirmondus edidit: [2] *Vapor est*, inquit, *vita humana super terram. Accedunt etiam ipsius fragilis vitae tanta & tam quotidiana pericula. Terrae motus magni de Orientalibus nunciantur. Nonnullae magnae repentinis collapsae sunt civitates.* TERRITI *apud Hierosolymam qui inerant Judaei, Pagani, Catechumeni,* OMNES SUNT BAPTIZATI. *Dicuntur fortasse baptizati septem hominum millia..... Sitifensis etiam civitas gravissimo terrae motu concussa est, ut omnes forte quinque diebus in agris manerent. Et ibi* BAPTIZATA *dicuntur fere duo millia hominum. Undique Deus terret, quia non vult invenire quod damnet.* De Orientali terrore illo Marcellinus Comes egit in Chronico, Monaxio & Plinta Coss. an. Christi CCCCXIX. *Multa Palaestina civitates villaeque terrae motu collapsae . . . multae tunc utriusque sexus vicinarum gentium nationes, tam visu quam auditu perterritae atque credulae, sacro Christi fonte ablutae sunt.*

Non propter mortuos quidem, quos similis antea clades afflixisset, sed tamen, si fas est ita loqui, propter morituros, hoc est, mortis divinitus intentatae metu, lavacrum & alii Constantinopoli expetiere, paulo ante Arcadii obitum, ut idem refert Augustinus, libro de excidio Urbis Romae, capite sexto: *Volens* enim *Deus terrere civitatem, & terrendo emendare, terrendo convertere, terrendo mundare, terrendo mutare, servo cuidam suo fideli . . . . venit in revelatione, & dixit ei, civitatem venturo de caelo igne perituram . . . . Videbatur horrenda flamma pendere, nec odor sulphuris deerat. Omnes ad Ecclesiam confugiebant: non capiebat multitudinem locus:* BAPTISMUM *extorquebat quisque a quo poterat. Non solum in Ecclesia, sed etiam per domos, per vicos ac plateas,* SALUS SACRAMENTI *exigebatur: ut* FUGERETUR IRA, *non praesens utique, sed* FUTURA.

An non cogitamus, inquit [3] idem, *cum ad istorum periculorum pervenitur extrema*, (loquitur de obsidionibus civitatum) *nec est potestas ulla fugiendi, quantus in Ecclesia fieri soleat ab utroque sexu, atque ab omni aetate concursus, aliis baptismum flagitantibus, aliis reconciliationem, aliis etiam poenitentiae ipsius actionem, omnibus consolationem & sacramentorum confectionem & erogationem.*

Eleganter & argute in eam quoque sententiam Prosper episcopus Regiensis, libro 2. de Vocatione Gentium, cap. XXXII. *Quam multos*, inquit, *qui in tranquillitate pacis* SACRAMENTUM BAPTISMATIS *suscipere differebant, ad aquam regenerationis consurgere instantis periculi metus impulit; & lentis tepidisque animis, quod diu cohortatio quieta non suasit, minax subito terror extorsit?*

Quam apposite, quam opportune adjiceret hoc utroque loco Augustinus, & Prosper suo, Pauli sententiam: Quid facient qui propter civitatem mox funditus perituram baptizantur, si omnino mortui non resurgunt? Quid vero aliud profitentur ii, qui occasione tanta perterriti lavacrum salutis expetunt, quam fugere se velle iram, non praesentem utique, sed futuram? Quo quidem nihil similius Apostoli orationi dici aut fingi potest.

Nostram hanc autem interpretationem non omnino fore despicatui multis nominibus speramus. Primum, quod ante praestitutis explanandi hujus loci legibus ac regulis ad amussim congruit, ut cuique singulas conferenti constabit. Deinde, quod est plana, atque expedita: nec veram modo & gravem, sed & illustrem exhibet perspicuamque sententiam. Tum quod & subsequentium aetatum exemplo, & consimili Augustini effato fulcitur ac nititur. Denique quod accommodatam quam maxime ad propositum ostendit Pauli argumentationem. Est enim haec necessaria consecutio. Metu mortis, qua plerosque absumptos oculis ipsi cernimus, vel fama & auditione comperimus, propter mortuos, inquam, istos, lavacrum salutis exposcimus: carere ante obitum baptismi fructu nolumus. Credimus ergo non praesenti vitae, sed alteri profuturum. Nam quorsum in mortis metu proximoque discrimine, hac nobis via ac ratione consulimus, *Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus?* Deo nempe vivere mortuos intelligimus ac profitemur: *Quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur*, ut ait Paulus hoc ipso capite: igitur ut [4] Tertullianus scite & acute colligit, hunc Pauli locum explanans, *carne vivificabuntur in Christo, sicut in Adam carne moriuntur.*

1 *Enchir. cap.* LXVI.
2 *Pag.* 50.
3 *Epist.* CLXXX. *ad Honorat.*
4 *Tertull. lib. de resurr. carnis, cap.* XLVIII.

Habent enimvero tam arctam inter se cognationem, atque conjunctionem, hæc duo, immortalitas animorum, & corporum ad vitam reditio: ut alterum si steterit, consequi ex eo alterum necesse sit. Certe idcirco Christus ipse Dominus, ut & os Sadducæis occluderet, qui utrumque stolide negabant, & ut suscitanda præsertim corpora comprobaret, id argumenti genus unum ex vetere instrumento arripuit ex quo id modo effici videatur, post obitum minime animos interire. [1] *Erratis*, inquit, *nescientes Scripturas, neque virtutem Dei. . . . . . De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est a Deo dicente vobis: Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob? Non est Deus mortuorum, sed viventium.*

Quid enim concludi vel acutius subtiliusve, vel omnino manifestius potuit? Nulla gens tam fera, nulla tam est immanis, cujus mentem non imbuerit de animorum æternitate opinio, quanquam hanc nonnulli excutere ex animis suis, sed vitiosa flagitiosaque vita eo progressi, frustra conantur. Natura ipsa de immortalitate animorum tacita judicat: intelligimus quotquot sumus mortem non interitum esse omnia tollentem atque delentem, sed quandam quasi migrationem commutationemque vitæ: discedere modo animos, sed eosdem permanere: nec cum corporibus pariter exstingui, sed Deo vivere cum ex iis excesserint. Atque hoc quidem si non ista consensio gentium suaderet, quæ lex naturæ putanda est, vel sacræ paginæ antiqui fœderis, ut Christus ipse demonstrat, apertissime proderent.

Atqui animus noster eam naturam in se ipse continet, id quod nemini nostrum latere potest, nisi in physicis plumbei sumus, ut & sentientis vitæ munia obire possit ac porro velit, & ex iis quæ sentiuntur ad ea quæ sejuncta sunt a corporibus contemplanda provehi. Hæc propria animi humani vis est atque indoles: dos hæc ipsum ab iis mentibus, quæ sunt ab omni corporea concretione liberæ, discriminat ac secernit: hac si vel segregatus a corpore careat, animus dici humanus aut esse omnino non potest. Aut habent igitur animi insitam & innatam vel post excessum vitæ propensionem ad corpora, aut nulli sunt. Pelli hos autem corporibus, quasi possessione sua, cernimus quidem: manere tamen eosdem post mortem, ut diximus, tum natura ipsa duce sentimus, tum Deo in sacris litteris docente agnoscimus.

Quid aliud postea rerum ipsa conditio postulat, quam ut in corpora denuo tanquam in domum suam ac nativum veluti vas & receptaculum postliminio animi redeant: ut quam sui absolutionem perfectionemque vehementer appetunt, nec habere vi propria possunt, hanc illi consociatione corporum assequantur? An potest enimvero aut ea distractio atque dissolutio, cum naturæ contraria ac violenta sit sempiterna esse? aut ingenitum a natura iterandæ conjunctionis desiderium, & illud quidem acre ac vehemens, fallax esse & irritum? Quid enimvero tam pugnat quam generi cuiquam insitam ab auctore naturæ adipiscendi boni cupiditatem ullam, cujus affatim olim explendæ & spem inanem idem, nec modum esse velit ullum? Ad istud igitur Christi Domini ratiocinium nec respondere aut omnino hiscere illi ausi: & gavisi tum Pharisæi, *quod silentium imposuisset Sadducæis.*

Neque vero nunc aliud judex nunciat, aliud præco clamat: nam & Paulus pariter sic eos isto capite carpit ac perstringit, qui resurrectionem negabant, perinde quasi iidem & animorum immortalitatem convellerent: quod sic aliud ex alio aptum nexumque intelligeret, ut ruere unum non possit, ut non alterum eodem labefactatum motu concidat. *Quomodo quidam*, inquit, *dicunt in vobis, quoniam resurrectio mortuorum non est? . . . . . Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. . . . Si mortui non resurgunt, manducemus & bibamus, cras enim moriemur.*

Sed circa hanc rationem, inquit Divus Thomas in hunc Apostoli locum, lectione 11. *Videntur duo dubitanda. Unum, quia non videtur, quod sit verum universaliter quod Apostolus dicit, scilicet, quod Christiani sunt confidentes in hac vita tantum: quia possent dicere illi, quod licet corpora non habeant bona nisi in vita ista, quæ est mortalis: tamen secundum animam habent multa bona in alia vita. Ad hoc obviatur dupliciter. Uno modo, quia si negetur resurrectio corporis, non de facili, imo difficile est sustinere immortalitatem animæ. Constat enim quod anima naturaliter unitur corpori, separatur autem ab eo contra suam naturam & per accidens. Unde anima exuta a corpore, quamdiu est sine corpore, est imperfecta. Impossibile autem est, quod illud quod est naturale & per se, sit finitum, & quasi nihil: & illud quod est contra naturam & per accidens, sit infinitum, si anima semper duret sine corpore. Et ideo Platonici ponentes immortalitatem, posuerunt reincorporationem, licet hoc sit hæreticum: & ideo si mortui non resurgunt, solum in hac vita confidentes erimus. Alio modo, quia constat quod homo naturaliter desiderat salutem sui ipsius: anima autem, cum sit pars corporis hominis, non est totus homo: & anima mea non est ego. Unde licet anima consequatur salutem in alia vita, non tamen ego, vel quilibet homo. Et præterea cum homo naturaliter desideret salutem etiam corporis, frustraretur naturale desiderium.* Dignæ profecto Angelico Doctore sententiæ, quæ priorem hanc dissertationem claudant.

NOS PISCICULI SECUNDUM ΙΧΘΥΝ NOSTRUM JESUM CHRISTUM IN AQUA NASCIMUR: NEC ALITER QUAM IN AQUA PERMANENDO SALVI SUMUS . . . . NONNE MIRANDUM LAVACRO DILUI MORTEM? *Tertullianus, libro de Baptismo.*

[1] *Matt.* XXII.

DE BAP-

DE BAPTISMO IN VINO.

MONUMENTA vetustioris ævi nonnulla, cum eadem enucleandi cupido incessit, facessunt negotii plurimum & laboris: quod sunt iis interdum contexta verbis atque sententiis, quibus adstrui quidpiam minus cautis videtur, quod a communi Ecclesiæ usu sensuve discrepet. Ejus generis duo commemorantur in primis, quæ quidem ad institutum nobis argumentum attineant: materiam, ut vocant, baptismi alterum: alterum formam spectat. Atque ut a primo incipiam, quod Stephani II. Papæ nomen præfert, in eo mirari profecto subit, præter pervulgatam sacramenti hujusce materiam, aquam nimirum, in partem hujus quoque laudis ac muneris vinum adsciscí.

Anno enim DCCLIV. in Carisiaco villa, ad Isaram, prope Noviodunum, cum is in Brittaniaco monasterio degeret, quod in ea villa fuit, non monachis quidem ipsis, ad quos nihil hæc attinebant, sed Gallicanæ Ecclesiæ Antistitibus, dedisse quædam responsa fertur, a Sirmondo nostro primum in lucem edita, erutaque ex vetere uno exemplari: quorum istud est ordine undecimum.

De Presbytero, qui, cum deesset aqua, periclitantem infantem vino baptizavit.

Si in vino quis, propterea quod aquam non inveniebat, omnino periclitantem infantem baptizavit, nulla ei exinde adscribitur culpa. Infantes sic permaneant in ipso baptismo. Nam si aqua adfuit præsens, ille presbyter excommunicetur, & pœnitentiæ submittatur, quia contra canonum sententiam agere præsumpsit.

Hæsere ad hunc scopulum e Theologis nonnulli: ab aliis ejusdem superandi duæ tantum hactenus, quod quidem sciam, excogitatæ viæ feruntur, quarum neutram probo: alteram, quod plena manifesti erroris: alteram, quod plena discriminis haud satis certos exitus habere videatur. Quamobrem tertia nobis erit tentanda via & ineunda.

I.

Prima igitur responsio est ejusmodi: In hoc Stephani responso duo maxime quæri posse: unum, quam credibile sit Papam hoc respondisse: alterum, qua ratione niti queat hæc responsio.

Quod ad priorem partem attinet, de historiæ fide ne ambigendum videatur, facere tum auctoritatem codicis antiqui, ex quo deprompta est, tum aliarum etiam veterum collectionum, quæ passim obviæ sunt, in quibus similis responsio tribuitur Siricio Papæ in epistola ad Genesium. Et quanquam Siricii epistola illa non exstat, causæ tamen nondum satis apparere, cur confictam putemus: & ex collectionibus istis habere nos, earum auctores nec alienum a Pontifice, cui adscribebant, responsum hoc judicasse: nec absurdam aut respuendam illis visam esse sententiam, quam ipsimet sibi inter ceteros canones & regulas ecclesiasticas proponerent.

Quod ad alterum quæstionis caput, quid causæ spectarit Pontifex in hoc responso, ex ipsis ejus verbis liquere: baptismi necessitate permotum fuisse, ut ita responderet: nec dubium videri quin quod respondit, ex recepta Ecclesiæ doctrina, quam minime ignorabat, respondisse videatur. Nam cum legem necessitas non habeat, ejusque vis tanta sit, ut in ipsis quoque divinis præceptis excusationi locum præbeat, mirum videri non potuisse, si qua interpretatione usa est Ecclesia in ministro baptismi, propter summam sacramenti necessitatem, eadem & in ejus materia uteretur. Hoc est, ut quemadmodum Ecclesia, licet a Christo ministri baptismi præcipue designati fuerint Episcopi, successores Apostolorum, quibus dictum est, Ite, baptizate: baptismum tamen & a presbyteris diaconisque conferri, ex delegatione vel officio: & ubi res exigat, ne quis baptismo destituatur, non a clericis tantum, sed etiam a laïcis, tum viris tum feminis: neque a Christianis modo, verum etiam a Judæis & Paganis collatum, valere declaravit: sic de aqua statuat: quamvis hæc a Christo maxime necessarii sacramenti maxime parabilis materia instituta sit, tamen si in eas angustias res veniat, ut aqua non inveniatur, & vinum sit in promptu, vinum aquæ substituere liceat, & Christi mentem in eo casu interpretari.

Verum ut de primo interim capite sileamus, de quo paulo post opportunior futurus est dicendi locus: ad alterum quod attinet, quæ ista porro necessitatis est, verbis quidem præclara atque magnifica, reipsa tamen mala & iniqua defensio ac patrocinatio? Mitto dicere quam sit illa non scholæ modo, sed & Ecclesiæ totius menti contraria, quæ ab omni semper succidaneo altero liquore, sive usurpando sive probando, abhorruit mirum in modum. Sed quæ est ista defensio? quæ si tum valet, cum baptismi materiam casus aliquis cogit mutari: nemo intelligit, quidni tum eadem valitura sit, ut citra baptismum nihilominus tum constet salus, cum impertiendo nempe baptismo similis fortunæ interventus obstiterit. Nam qua lege sancitum est baptismus ut suscipiatur, si quidem consultum saluti nostræ cupimus: eadem nominatim excipitur, quemadmodum rite tradatur, ex aqua nimirum: ipso legem statuente Domino: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.*

Quem vero non adultum modo, sed puerum, sed vel matris utero clausum infantem, ni abluatur, quamlibet maximæ necessitatis excusatio ab interitu sempiterno vindicet? Cum vero partes duæ hujus legis exstent: altera, quæ rem ipsam: altera, quæ rei modum constituat ac definiat: nec sit quisquam mortalium, qui non lege ea tota teneatur, quæ nulla exceptione utitur: non cujusdam istud esse audaciæ putas, nullo auctore disparem utriusque partis rationem sic statuere, ut prius quidem ultro annuas & concedas, renasci quemque oportere: de posteriore aperte dissentias, & aliter quam ex aqua id fieri posse, quod Christus negat, asseveres?

Atqui omnes in aqua positas baptismi opes & [1] sacræ paginæ & Patres profitentur. Neque enimvero Deus aliam ob causam salvos nos fieri per aquam Petro teste jussit: quam quod *similis forma* salutarem baptismum esse cum eo voluit, in quo Noëticæ quondam familiæ salutis omne subsidium fuit. Nec absimilis

[1] 1. Petr. III. 21.

milis Pauli ratiocinatio est, cum baptizatos in mari dixit veteris testamenti Patres. [1] Nam quod utrique aliud consilium fuit, nisi ut significaret omnem salutis in baptismo opem, ita multis jam retro ætatibus destinante Deo, peti ab aquis oportere?

[2] Hinc illa aquarum prærogativa, quam Tertullianus scite in primis, ut multa, exaggerat: ut & iis olim insidente Spiritu, ab ipsis videlicet mundi incunabulis, jam tum ex didicerint animare: & cum se Christus longo post tempore in Jordanem merserit, sanctificatæ rursum vim sanctificandi combiberint. [3] *Quanta aquæ gratia*, subdit ille, *penes Deum & Christum ejus est ad baptismi confirmationem?*

Hinc & Augustinus, cujus tot passim occurrunt de baptismi natura ac dotibus præclaræ voces atque sententiæ, idem de materia affirmate quidem ac præcise, sed tamen vere pronunciat: *Tolle aquam, non est baptismus.* [4] Quo quidem effato vel unico, quis non intelligit viri laudatoribus ac patronis, ceu valido ictu impacto, os obstrui?

II.

Altera responsio est, quæ ante annos decem fere prodiit: canonem hunc videlicet in mendo cubare: atque adeo depravatam lectionem sic restituendam esse & corrigendam: *Nulla ei culpa adscribitur, si infantes in eo baptismo permaneant.*

O præclaros correctores atque emendatores! qui non intelligant sincerum integrumque exemplar illud, unde hæc excerpta responsa sunt, a Sirmondo præstari, viro utique, ut ceteras ejus laudes taceam, talium rerum intelligentia notissimo! Divinos conjectores qui non perspiciant, cum similis attributa sit in aliis codicibus Siricio Papæ sententia, nullum esse reliquum ejusmodi effugio ac suspicioni locum!

Quid quod & ista responsio pugnat ipsa secum, nec cohæret ulla ex parte? Nam presbyterum ex omni culpa eximere, tametsi infans in eo baptismo perseveret, ipsum est baptismum probare. Cujus enimvero potissimum fuit irritam baptismi vinarii operam novo baptismate compensare, si presbyteri hoc est, Parochi, non fuit? Quod si alterius cujuspiam id muneris esset, quin hoc ipsum est a Pontifice indicatum? cum in eo maxime controversiam ac contentionem aut esse tum, aut postea fore nemo prudens non intelligeret, rectene an secus primo res gesta esset: quod si secus ac decuit, qua deinde ratione, cujus potissimum opera corrigi quod esset factum perperam, oporteret.

Frivola igitur tota hæc divinatio: nec multo vero melioris est notæ, quod alii conjecere. Aiunt voces istas, *Infantes in eo baptismo permaneant*, glossema forte exscribentis esse, quod ex ora libri in contextum irrepserit. Hominum vero diffidentium, ac prope desperantium causæ suæ, genus istud exceptionis est, qui sint ad discerpendum nodum aliquem, quam ad solvendum, paratiores ac promptiores.

Ecquid porro fiet simili responso Siricii, quod quidem aperte canonum collectiones nonnullæ præferunt? Ecquis deinde Stephanum non jure merito incuriæ arguat, qui tantopere fuerit de presbytero solicitus, de infante securus? qui cum acrem susciperet ac præ se ferret de illius pœna & castigatione curam, omnem interim de hujus salute, si quidem has voces expungi oporteat, solicitudinem abjecerit? Atqui & hæc ipsum cura vehementissime solicitare debuit: neque vero eadem in responsis quatuor aliis, quæ hic una commemorantur, mediocriter Pontificem pupugit. Nam in his, ut æquum esse visum est ei, qui ea pariter concinnavit, iisdem fere verbis infantum saluti ac prosperitati prospexit. Sic enim in decimo statuit: *Infantes vero illi, quos baptizavit.... omnimodo probantur baptizati.* In duodecimo: *Hoc baptisma . . . firmiter permanebit.* In decimo tertio: *Infantes vero quos baptizavit... in hoc baptismo permaneant.* In decimo quarto: *Infantes vero illi quos baptizavit..... in eo permaneant baptismo.* Itane vero cum dubitatio accidit, ratumne censeri baptismum oporteret, sive quem minister vel impurus vel imperitus dedisset: sive qui per infusionem, non per immersionem collatus: sive in quo demum immutata levissime forma esset: (nam hæc istarum quatuor responsionum argumenta sunt:) tum quidem infantum saluti consuluisse, ac de ea pronuntiasse existimandus est: cum de materia autem disceptatio intercidit, quæ & in quinque de baptismo interrogatis loco secundo interseritur, & in hoc certe negotio primas partes obtinet, tum quid ea de controversia statui ac decidi jura legesque poscerent, eumdem cuiquam suspicari licet minime fategisse?

Cum nihil horum igitur arrideret, frustraque sudando nihil profecisse Theologos viderem, sors tertium obtulit responsionis genus: quod, ut ingenue quæ sentio loquar, nostrum percussit animum probabilitate aliqua.

Fraudem hanc igitur insignem esse deprehendimus veteratoris alicujus: quam ille tamen non ita perite ac solerter architectatus sit, quisquis hanc adornavit, ut non plurimis ac manifestis ipsa se vestigiis proderet.

Sic nempe statuimus, e novemdecim capitulis, sive responsis, quæ Stephano adscribuntur, decem omnino supposititia esse: ista videlicet: secundum, tertium, quartum, nonum, decimum, undecimum, duodecimum, decimum tertium, decimum quartum, & decimum octavum. Sex deinde ex iis ipsis, nempe nonum, decimum, undecimum, duodecimum, decimum tertium, & decimum quartum, Siricio Papæ primum dolo malo attributa, tum pari scelere atque audacia Stephani responsis corpus illud insertum, ac veluti purpureo panno centonem assutum.

Juvat porro hoc loco integram repræsentare complexionem ac seriem responsorum illorum, quo promptius atque expeditius oculi ipsi fraudem internoscant: aurumque demum nunc primum secernant a stipula.

STEPHANI II. PAPÆ

RESPONSA,

Quæ cum in Francia esset, in Carisiaco villa, Britaniaco monasterio, dedit ad varia consulta, de quibus fuerat interrogatus, anno Christi DCCLIV.

Nunc primum edita ex codice S. Mariæ Laudunensis.

I. De eo qui abjecta ancilla uxorem ingenuam duxit.

In epistola Leonis Papæ ad Rusticum Narbonensem Episcopum cap. v. ita continetur: *Ancillam a toro abjicere, & uxorem certæ ingenuitatis accipere, non duplicatio conjugii, sed profectus est honestatis.*

II. Si alter conjugum debitum reddere non possit.

Si quis se in conjugio copulaverit, & uni eorum contigerit, ut debitum reddere non possit, non liceat eos separare: nec pro alia infirmitate: excepto si dæmonii infirmitas, aut lepræ macula supervenerit: ceterum si ab his duabus infirmitatibus liberi fuerint invicem conjuncti, unus alteri servitium exhibeat.

1 1. Cor. x. 2.
2 Genes. 1. 2.
3 Tertull. lib. de Bapt. cap. XIII.
4 Tract. XV. in Joan.

III. De eo qui habet uxorem in patria, & in alia regione versatur.

Si quis in aliena patria ancillam duxerit in consortium, postea in propriam reversus ingenuam acceperit: & iterum contigerit, ut ad ipsam qua inantea fuerat patriam revertatur, & illa ancilla, quam prius habuit, alii viro sociata fuerat: hic talis potest aliam accipere, tamen non illa vivente ingenua, quam in patria propria habuit.

IV. Si quis commatrem de baptismo vel confirmatione duxerit.

Ut nullus habeat commatrem suam spiritalem, tam de fonte sacro, quam de confirmatione, neque sibi clam in neutra parte conjugio sociatam. Quod si conjuncti fuerint, separentur.

V. An liceat viro qui uxorem repudiavit, aliam ducere.

Si uxor a viro repudiata fuerit, utrum liceat viro illa vivente aliam ducere, in epistola domni Innocentii Papæ directa ad Exuperium Tolosanum Episcopum ita continetur: *Qui interveniente repudio alii se matrimonio copularunt, hos in utraque parte adulteros esse manifestum est &c.*

VI. De virginibus non velatis, si nupserint.

De his qui promissam virginitatem transgredientes matrimonium inierunt, in epistola beati Innocentii Papæ directa Victricio Rotomagensi Episcopo cap. xv. ita continetur: *Eæ vero, quæ necdum sacro velamine sunt tectæ, tamen in proposito virginali semper vivere se promiserant, licet velatæ non sint, si forte nupserint, his agenda aliquanto tempore pœnitentia, quia sponsio earum a Domino tenebatur, &c*

VII. De monachis & nonnis, si nuptias ineant.

De monachis & nonnis, de monasterio fugientibus, in Concilio Calchedonense cap. XVI. ita continetur. *Virginem, quæ se Deo consecraverit, similiter & monachum, non licere nuptialia jura contrahere. Quod si hoc inventi fuerint perpetrantes, excommunicentur. Confitentibus autem decrevimus, ut habeat auctoritatem ejusdem loci Episcopus humanitatem misericordiamque largiri.*

VIII. De vidua quæ suscepto velo postea nubit.

De muliere, quæ post mortem viri sui velata fuerit aliquantum temporis, & postea virum accipit, in epistola Siricii Papæ ad Episcopum Himerium Tarraconensem directa cap. v. ita continetur: *De his vero qui acta pœnitentia, tanquam canes ac sues ad vomitus pristinos & volutabra redeuntes, & militiæ cingulum, & ludicras voluptates & nova conjugia, & inlicitos denuo adpetiere concubitus &c.*

IX. Si sanus vir leprosam duxerit uxorem.

Si sanus vir leprosam duxerit uxorem, ut postmodum ei superveniat lepra, postposita negligentia tales separentur, ne concepti filii lepræ macula polluantur. Fas namque est, ut mundus ad mundam jungatur.

S. Siricii Papæ, ex epistola ad Genesium Episcopum. Hera XII. Si sanus vir leprosam duxerit uxorem, &c. *ut in Stephani responsis. Ita codex Pithœanus, & S. Martini Turon. teste Sirmondo ad hunc locum, nota MS. in libri margine.*

X. De eo qui nesciens a quo sit ordinatus, Missas fecit, & baptizavit, tum postea dimisso officio uxorem duxit.

De illo presbytero, qui dicit se nescire qui eum benedixit, & tamen aliquantum temporis Missas fecit, & baptizavit: postea autem ipsum officium dimittens uxorem duxit. Hunc vero presbyterum quis ambigat omnino culpabilem, qui sacrilego ausu quod sibi collatum ignorabat uti minime debuit? Pro quo omnimodo abjiciendus est, & in monasterium mittendus: ut illic sub digna pœnitentia suam lugendo finiat vitam. Infantes vero illi, quos baptizavit, si in nomine sanctæ Trinitatis sunt baptizati, omnimodo probantur baptizati, pro eo quod & laicis, si necessitas urget, ut non illi qui baptizandi sunt in æternum pereant, licentia data est in hoc succurrere, &c.

In epistola Siricii Papæ ad Genesium Episcopum. Hera XIII. Presbyter qui dicit se nescire si episcopus fuit, qui eum ordinavit, & aliquanto tempore Missas fecit: & postea dimisso officio uxorem duxit, hunc pseudopresbyterum quis ambigat esse detestabilem? pro quo omnimodo abjiciendus est, & in monasterio ad pœnitentiam omni tempore vitæ suæ retrudendus. *Codex Turon. in collectione canonum.*

XI. De presbytero, qui cum deesset aqua, periclitantem infantem vino baptizavit.

Si in vino quis, propterea quod aquam non inveniebat, omnino periclitantem infantem vino baptizavit: nulla ei exinde adscribitur culpa. Infantes sic permaneant in eo baptismo. Nam si aqua adfuit præsens, ille presbyter excommunicetur, & pœnitentiæ submittatur, quia contra canonum sententiam agere sumpsit.

S. Siricii Papæ, Hera XIIII. Presbyter, qui in vino baptizat, pro maxima necessitate, ut æger non periclitetur, pro tali re nulla ei culpa adscribatur. Si vero aqua aderat, & necessitas talis non urgebat, hic communione privetur, & pœnitentiæ submittatur. Infans vero ille, si in sancta Trinitate baptizatus est, in eo baptismo permaneat. *Ita collectio S. Martini Turon. & Cod. Herouvallian. tit.* XXIII. *de Baptismo.*

Collectio antiqua titulorum LXXVI. in codice Pithœano, tit. XXIII. de Baptismo.

In epistola S. Siricii Papæ, Hera XIII. Presbyter qui in vino baptizat, pro maxima necessitate. &c. *ut supra.*

Alia collectio canonum, licet auctorem nullum afferat, canonem tamen profert hujusmodi, cum eo lemmate.

Quod pro necessitate in quolibet liquore baptizari possit.

Si quis in vino pro necessitate baptizat, ut æger non periclitetur, pro tali re nulla ei adscribitur culpa. Sed vere ille qui in sancta Trinitate baptizatus est, in eo baptismo permaneat. Similiter qui in qualicumque liquore.

Rursum alia collectio MS. x. partium.

In epistola sancti Siricii Papæ c. XIII. Qui in vino pro maxima necessitate baptizat, ut æger non periclitetur, pro tali re nulla ei adscribitur culpa. Si vero aqua aderat, & necessitas talis non urgebat, hic communicatione privetur, & pœnitentiæ submittatur. Homo vero ille si in sancta Trinitate baptizatus est, in eo baptismo permaneat.

XII. An liceat aqua concha vel manibus infusa baptizare.

Si licet per necessitatem cum concha, aut cum manibus, infanti in infirmitate posito aquam super caput fundere & sic baptizare. Hoc baptisma, si in nomine sanctæ Trinitatis peractum fuerit, firmiter permanebit: præsertim cum & necessitas exposcit, ut ille qui ægritudine detentus est, hoc modo renatus particeps Dei regni efficiatur.

Hera XV. si infantem in periculo constitutum, pro maxima necessitate, cum vase, aut cum manibus aqua in nomine sanctæ Trinitatis baptizaverit, firmiter permanebit: præsertim cum necessitas hoc exposcit. *Sic codex Pithœanus, Turon. & Herouval.*

XIII. De presbytero, qui baptizavit nesciens symbolum, nec orationem dominicam, nec psalmos, & an ipse ordinatus esset.

De illo presbytero, qui baptizavit, tamen nec symbolum,

De presbytero qui ignorat orationem dominicam. Hera

XVI.

nec orationem dominicam, nec psalmos tenet, nec scit si episcopus eum benedixit. Hic primum omnium dignitatem, qua illicita uti præsumpsit, amittens, sub districta pœnitentia, & in monasterium mittatur, & omnibus diebus vitæ suæ plangens quod incongrue egit, degat vita monastica. Infantes vero, quos baptizavit, si in nomine sanctæ Trinitatis baptizati sunt, in hoc baptismo permaneant.

XVI. Presbyter qui orationem dominicam non tenet, nec symbolum, neque psalmos, nec scit si episcopus fuit qui eum benedixit: hic primum omnium dignitatem, quam illicite præsumpsit, amittat: & sub districta pœnitentia omni tempore vitæ suæ in monasterio degat. Infantes vero quos in sancta Trinitate baptizavit, baptizati permaneant. *Sic Pithœanus codex, Tirron. & Herouval.*

XIV. De presbytero, qui baptismi formulæ quadam adjecit, & nescit utrum episcopus fuerit qui eum ordinavit.

De illo presbytero, qui baptizavit isto modo sic rustice: In nomine Patris mergo, & Filii mergo, & Spiritus sancti mergo: & ipse presbyter nescit si episcopus fuit qui eum benedixit. Hic qui ordinationem suam ignorat, omnino abjiciendus est, & sub arcta pœnitentia in monasterio mittendus, ut omnibus diebus vitæ suæ in luctu & fletu sub monastico habitu converfetur. Infantes vero illi, quos baptizavit, licet rustice, quia in nomine sanctæ Trinitatis sunt baptizati, in eo permaneant baptismo.

Hera XVII. Qui vero ita baptizant, ut dicant, In nomine Patris mergo, in nomine Filii mergo, & Spiritus sancti mergo: hi qui ita sunt baptizati, ac si rustice, tamen in nomine sanctæ Trinitatis, baptizati sunt. *Sic codices tres prælaudati.*

XV. De episcopis accusatis & condemnatis.

De episcopo accusato, in Concilio Antiocheno cap. XV. ita continetur: *Si quis episcopus de certis criminibus accusatus condemnetur ab omnibus episcopis ejusdem provinciæ, cunctique consonanter eandem contra eum formam decreti protulerint, hunc apud alios nullo modo judicari, sed firmam concordantium episcoporum provinciæ manere sententiam.*

XVI. De presbyteris & diaconis accusatis.

De presbyteris vel diaconibus accusatis, in Concilio Carthaginense cap. XX. ita continetur: *Si autem presbyteri aut diaconi fuerint accusati, adjuncto sibi ex vicinis locis cum proprio episcopo legitimo numero collegarum, quos ab eodem accusati petierint, id est, una secum in presbyteri nomine* VI. *in diaconi* III. *ipsorum causam discutiant, &c.*

XVII. De presbytero, cujus crimen, quod ante ordinationem admiserat, innotuit.

De presbytero, qui in culpam criminalem incidit, & peccatum ejus publicatum est, in Concilio Neocæsariense cap. IX. ita continetur: *Presbyter si præoccupatus corporali peccato provehatur, & confessus fuerit de se quod ante ordinationem deliquerit, oblata non consecret, manens in reliquis officiis propter studium bonum. &c.*

XVIII. De coma clericis aut monachis non laxanda.

Ut nullus clericus, aut monachus, comam laxare præsumat, aut anathema sit.

XIX. De femina, quæ alteri nupserat, cum ejus vir in aliena provincia falso mortuus putaretur.

De separata a marito, si vir ejus in aliena provincia vivere putabatur, in epistola beati Leonis Papæ directa ad Nicetam Aquileiensem Episcopum ita continetur: *Cum enim per bellicam cladem & per gravissimos hostilitatis incursus, ita quædam dicatis divisa esse conjugia, ut abductis in captivitatem viris feminæ eorum remanserint destitutæ, quæ viros proprios aut interemptos putarent, aut nunquam a dominatione crederent liberandos, & in aliorum conjugium solitudine cogente transierint. &c.*

Expliciunt quæ domnus Papa Stephanus in Carisiaco villa Brittaniaco monasterio, ad interrogata dedit responsa.

IV.

Jam ut indicata fraus certius detegatur, juvat ab eo capitulo conjecturam auspicari, quod est ex iis quorum auctoritatem infringimus, ordine postremum, hoc est, decimum octavum. Enimvero cum neque istud responsi formam præ se ferat, quo quæstioni positæ satisfiat: nec præfixus ei titulus, qui est hujusmodi, *de coma clericis aut monachis non laxanda*, ullam habeat dubiæ & controversæ rei, aut, si lubet, interrogati similitudinem: summarium quippe reipsa est, & ἐπιτομή quædam: Quis non statim intelligat stultitia obcœcatum hominem, quisquis artifex sceleris fuit, seipsum stolide prodidisse, qui caput istud non indutum prius responsi forma responsis intexuerit? Appositus enim huic capitum συλλογῇ titulus admonet, contineri ea aliud nihil, præter *Responsa quæ domnus Papa Stephanus, cum in Francia esset, dedit ad varia consulta, de quibus fuerat interrogatus:* vel, quemadmodum in ejusdem codicis calce legitur, *ad interrogata.* Quorum cum simile nihil istud habeat, quod nunc ad trutinam vocatur, potuitne alieno magis loco, quam isto, interferi? aut jamne possit illustrius interpolatæ hujus collectionis indicium desiderari vel requiri?

Hæc, inquam, hominis fraus cum vel hac saltem parte manifeste constricta convictaque teneatur, an non satis firmam haud absimilis doli in reliquo corpore suspicionem affert? An immerito mendax vel semel, semper mendax præsumitur? Aut vero temere auguramur, non hunc fuisse tantopere de clericorum coma solicitum, ut de hac componenda satageret, in hoc acquiesceret, huic uni rei vel alieno loco & contra fas subdito canone prospectum vellet? Alio profecto spectabat, aliud animo consilium agitabat: quod ut ille astutius abderet ac dissimularet, alia aliis in locis ejusdem conflaturæ decreta inseruit, quorum similitudine vestitum illud & adornatum, quod de baptismo in vino est, cujus potissimum causa fraudem hanc omnem moliebatur, latenter obtruderet.

Eandem non jam occulte, sed aperte sapiunt adulterationem, secundum, tertium, & quartum: quæ nec legitimam responsionis formam obtinent, de qua mox iterum planius dicturi sumus: & præpostero interjecta loco primum & quintum, quæ esse inter se conjuncta argumenti similitudine oportuit, distrahunt invicem perperam ac divellunt.

Sex deinde reliqua a nono ad decimum quartum, quæ sunt de baptismo omnia, præter nonum, in gemino alio codice, id quod est adnotatu dignum, eodem plane ordine, numeris modo pro ratione ac serie collectionis illius immutatis, Siricio Papæ tribuuntur: ita subinde singulorum ac præsertim undecimi dictione variata, quod & in plerisque canonum collectionibus usuvenit, ut & pro exscribentium ingenio arbitrioque addita vel detracta nonnulla appareat: & ex uno tamen exemplo omnia efficta esse, & ex uno fonte hausta, minime obscuris deprehendatur indiciis. Neutri tamen Pontifici adscribendum quod utrique tribuitur, spero mox futurum ut vel cœco, quod aiunt, appareat.

At quam debilis interim, & quam flaccescens, nec Pontificio ore digna undecimi ipsius capituli sententia est, vel ea parte qua baptizanti in vino presbytero pœna statuitur? Nam quæ illius statuendæ causa tandem affertur? Accipite, canonici juris periti.

Quod

Quod contra canonum sententiam agere præsumpsit: At proferri canones ante hoc tempus qui denique ex toto canonum corpore de hoc argumento possunt? nulli enimvero sunt. Sensere omni ævo Patres, perspicuum adeo Christi præceptum illustrare novi canonis luce si conarentur, se perinde facturos quasi si quis studeat clarissimo soli mortale lumen inferre: atque, ut est in parœmia vetere, ἡλίῳ τὸ φῶς δανείζειν. Mitto igitur quam sit hoc imperite confictum, nec satis caute. Hoc unum dico, frigide in hoc negotio canones appellari, vel si ulli exstarent, ubi Christi præcipientis imperium allegari fas & æquum est: levius quiddam esse ad sententiam canonum nescio quam provocare, ubi totius Ecclesiæ consensus adest, tot retro sæculorum corroboratus usu: audax esse facinus novæ legi condendæ necessitatem obtendere, ubi vicarii cujuscumque liquoris, qui vel tum in vicem succedat aquæ, sive tolerandi sive probandi, ne levissimam quidem mentionem aut omnino suspicionem antiquitas injicit.

Jam quanta deinde arte confinxit architectus hujus doli, improbusque malleator adulterinæ monetæ, alia capitula de baptismo quatuor, in quibus impune ac tuto asseveraret ratum esse baptismum oportere: ut vel ista, vel similis dicendi formula, qua tum fere abutitur, *Infantes in eo baptismo permaneant*, & in quintum pariter occulte irreperet, quod est de baptismo vinario: nec tum primum aut semel novitate sua legentium oculos animosque percelleret?

V.

Sed incassum petita longius argumenta quærimus, cum hæc capitula, quibus nigrum theta præfigimus, nec Siricii Pontificis, nec Stephani esse possint. Non Stephani certe. Quid ita? Quod ab ea videlicet respondendi forma normaque abhorreant, ad quam cetera concinnat & componit summa cum cura & diligentia. Nam in his pro more fere illius ævi nihil recenter cudere Marte suo, ut aiunt, videri vult: sed quidquid affert, id ex vetustis repetere Conciliorum decretis, judicatisque Pontificum: ad quæ ille quidem ita constanter in singulis provocat, quæ genuina censemus, ut hæc ab eadem dicendi formula, quæ hoc indicet, ordiatur. *In epistola Leonis Papæ*, inquit in primo, *ita continetur.* In quinto deinde, *In epistola domni Innocentii Papæ continetur:* atque ita in septem aliis, quæ sincera arbitramur ac vera. Horum igitur cum nihil habeant simile reliqua, sed a Stephani more ac genere dicendi sine causa desciscant, pro fucatis ac simulatis haberi ea necesse est a κριτικωτάτοις harum rerum arbitris ac judicibus.

Omnino simili forma legere est Zachariæ Papæ responsa septem ac viginti, ante annos septem, hoc est, anno DCCXLVII. ad Pippinum Majorem Domus, itemque ad Episcopos, Abbates & Proceres Francorum, data. Quorum plane nullum est, quod non sit similiter antecedentis synodi alicujus, aut Pontificis auctoritate nixum, cum hac solenni præfatione, *ita continetur, ita scriptum est, &c.* Quin & illud quod illic est ordine primum ac vicesimum, idem omnino est cum eo quod nunc sextum Stephano imputatur. Adde jam & Nicolai Papæ responsa ad consulta Bulgarorum: quæ cum sint omnino sex supra centum, vix unum eorum pariter alterumve reperias, quod non antecedentium Patrum, vel sacrarum litterarum auctoritate ac testimonio muniatur.

Sed cum deessent videlicet similia Patrum exempla vel dicta, quibus hic noster doli fabricator, quasi destina quadam ac fulcimento, opus sustentaret: & advertantem alioqui sibi Christum Dominum, ut diximus, in sacris litteris idem intelligeret: utroque argumenti genere caute supersedendum duxit, atque ab usitata potius responsorum ceterorum forma, tum in isto undecimo, tum ut fraus magis lateret, in reliquis quoque, quæ sunt ejusdem artificii, desciscere.

Quin enimvero ad faciendam pariter responso, vel decreto potius quarto, fidem, sive Pontificem Romanum Deus dedit auctorem laudabat & adstipulatorem ejus oraculi: cum exstet illius plane par in simili argumento sententia, quanquam ex adulterina Isidori merce, parte secunda Decreti, causa XXX. quæstione I. circa annum DCXIV. Sive edictum illud quod Gregorii Magni nomine vulgatum est, in calce ipsius Registri, ubi e capitulis septemdecim concinnatum his verbis quartum occurrit: *Si quis commatrem spiritualem duxerit in conjugium, anathema sit.* Sive illud demum, quod sincerum ac genuinum est ea de re Zachariæ Pontificis capitulum, an. DCCXLIII. editum: *Ut presbyteram, diaconam .... vel etiam spiritualem commatrem, nullus sibi præsumat nefario conjugio copulare ... Si autem qui sic conjuncti sunt admoniti declinaverint, & ab alterutro fuerint divisi, pœnitentiæ submittantur, ut sacerdos loci providerit.*

Quin & duodecimum eleganti admodum testimonio Cypriani firmabat, ex epistola LXXV. ad Magnum: quo vetustas illius moris, cui patrocinatur, hoc est, tradendi ex aquæ infusione baptismatis, egregie stabilitur?

Quin & decimum octavum auctoritate Concilii Carthaginiensis IV. communivit, cujus hic canon XLIV. refertur, anno CCCXCVIII. sancitus, ut vulgo creditur: *Clericus nec comam nutriat, nec barbam radat?* Aut canone certe vicesimo Concilii Agathensis, anno DVI? An hæc omnia nescisse, an nihil omnino scisse Stephanus existimandus est?

Quamobrem cum sit tam discrepans ac diversus in his respondendi modus, atque in novem istis, quæ sincera agnoscimus, secernimusque a reliquis: vix ut priora illa pro responsis habenda sint: quis non statim illigat non ejusdem esse parentis utrumque partum? Habent ista enimvero novem legitimæ responsionis formam: reliqua fere omnia decreti potius simplicis ac statuti, cujusmodi in Conciliis sancita leguntur.

Jam vero quæ Stephano supposita existimamus, eadem Siricio ipsi quoque pari jure abjudicanda censemus: propterea quia si Stephani sunt, cujus quidem nomen codex unus præfert, Siricii simul esse non possunt: quod ille Siricium haud dubie testem citaret, propugnatoremque suæ sententiæ. Nam si responsione octava, quæ legitima est, Siricium ipsum appellare testem Stephano licuit ac libuit: quis existimet molestum ei & grave fuisse futurum, eundem in undecima quoque, quæ nunc potissimum venit in controversiam, allegare suæ responsionis suffragatorem, si in eadem decidenda quæstione totidem fere verbis facem is olim sibi prætulisset? An & istud quoque Stephano latuit jampridem a Siricio anteoccupatum? Deinde & Genesius ille, ad quem Siricii inscripta fertur epistola, quis fuerit aut cujus sedis antistes, latet: & conficta haud dubie ex argumento appellatio est, ἀπὸ τῆς γενέσεως, a nativitate secunda, quæ baptismo fit. Atqui cum quatuor exstent omnino Siricii epistolæ, locum singulæ sedemque antistitum, quo sunt transmissæ, diligenter notant. Cur ergo Genesii unius dissimulata sedes, ac silentio obruta, nisi quod nulla exstitit: cautusque nunc saltem ac providus fuit, quisquis hunc struxit dolum, ne sedem ei forte, quæ foret alterius, arrogaret: cum alias haud ita astute reliquam fraudem texerit, ut detegi ea certo non possit?

VI.

Otiosi itaque hominis alicujus, ut levissime dicam,

cam, totum hoc figmentum est : qui ut majorem fraudi suæ adstrueret fidem, atque ut fabulæ vires & colorem adderet, non unicum hunc, sed plures una opera confinxit de baptismo canones, aliosque ejusdem officinæ : ut inter istos illum quoque, quo baptismus in vino probatur, callidius solertiusque, ut quidem rebatur ille, subjiceret. Adscripsit idem deinde duobus Pontificibus, id quod vel ab uno sanciri nefas fuit. Sed ita adscripsit, nullam ut prioris Pontificis mentionem posterior faceret, contra omnium morem, in primisque Stephani ipsius, in ea parte quæ potissima est hujus seriei : a quo tamen ipsum more discedere, in re præsertim tam gravi, si quis alius idem edixisset, id quod latere Stephano nec decuit omnino, nec potuisse arbitror, minime sane oportuit.

Accedit quod in quocumque liquore baptizari posse qui unquam censuere, semper sunt pro hæreticis habiti : ut Armeni olim, (nam Lutherum ac Bezam, similesque heterodoxos nihil moror, qui ubi semel defectionis signa sustulerunt, nihil intentatum deinde, nihil inausum reliquere:) Armeni inquam, quorum *vicesimus primus error est, quod varie baptizant, quidam in aqua, quidam in vino, quidam in lacte*, inquit Thomas Valdensis, libro II. cap. CXIV. ex Guidone Carmelita, de erroribus Armeniorum.

Denique tam irritum, si vinum aquæ substituatur, baptismum fore omnis schola censet, quam eucharistiam haud rite peragi, si in vini locum aqua subrogetur : quod quidem fecisse olim Ὑδροπαραστάτας, sive Aquarios, dum prodit antiquitas, exsecratur.

Hæc etsi forte singula a tricosis & contentiosis hominibus eludi aliqua arte possunt, vix tamen nullam fidem habebunt universa : & apud lectorem cordatum satis erunt, opinor, ut intelligat, tum ab imperito aliquo consarcinatore, nec satis provido, assutam hanc infeliciter laciniam Stephani responsis : tum ab eodem pari arte atque fallacia Siricio quoque ipsi attributam, sub Gratiam Monachi tempora : cui fuere hi canones supposititii ob eam causam incomperti : nam & qui eos exhibent vetustissimi codices manu exarati, ætatem eam adeo non antecedunt, ut vix assequantur.

LIBERTAS SINE SCIENTIA LICENTIA

DE

DE BAPTISMO IN NOMINE CHRISTI.

SED enimvero acrior de baptismi forma quam de materia, inter Theologos contentio, majus sententiarum divortium est: quæ ut controversia pariter dirimatur, nunc tertium postulat ac postremum cursus nostri spatium.

Dedit huic scholæ discidio locum in primis Nicolai I. responsum ad consulta Bulgarorum, cap. CIV. quod ii præpostere interpretati sunt, qui prius & in quibusdam explanandis, ex Actis Apostolorum, Ambrosioque sententiis, quæ eodem spectant, pariter aberrarunt. Est illud autem ejusmodi in collectione Conciliorum, ad annum DCCCLVIII.

A quodam Judæo, nescitis utrum Christiano an Pagano, multos in patria vestra baptizatos asseritis, & quid de his sit agendum consulitis. Hi profecto, si in nomine sanctæ Trinitatis, vel tantum in nomine Christi, sicut in Actis Apostolorum legimus, baptizati sunt, (unum quippe idemque est, ut sanctus exponit Ambrosius,) constat eos non esse denuo baptizandos. Sed primum utrum Christianus, an Paganus, ipse Judæus exstiterit, vel si postmodum factus fuerit Christianus, investigandum est: Quamvis non prætereundum esse credamus, quid beatus de baptismo dicat Augustinus. Jam satis, inquit, ostendimus, ad baptismum qui verbis evangelicis consecratur, non pertinere cujusquam vel dantis vel accipientis errorem, sive de Patre, sive de Filio, sive de Spiritu sancto aliter sentiat, quam doctrina cælestis insinuat.

I.

Hoc Pontificiæ vocis oraculum in eam partem accepere nonnulli, ut ratum eo ac legitimum declarari baptismum putarent, qui non evangelicis modo verbis, ut solenne est, sed sub hac quoque verborum formula conferretur, Ego te baptizo in nomine Christi. Ita ab Apostolis factitatum aiunt, Luca teste in Actis: ita & Ambrosium docuisse, libro primo de Spiritu sancto, capite tertio. Isto igitur tanquam tergemino ariete convelli posse existimant ac labefactari receptam totius fere scholæ, atque adeo Ecclesiæ conspirante consensu sententiam, quæ sic designatam hujus sacramenti administrandi formam a Christo Domino docet, ut baptismum esse omnem irritum oporteat, qui sacrosanctæ Trinitatis invocatione caruerit.

Quin etiam usque eo aliqui processere, ut quod Apostolos fecisse, ut plerique fatentur, non omnino indubium est: ut nos ostensuri sumus, falsum: id etiam nunc sine ulla dubitatione licere affirmarint. Expuncta hæc quidem sententia est Pii V. jussu ex Cajetani commentariis, editione Romana altera: quis nescit? At eadem in Hadriani VI. operibus perseverat: quæ quidem ab illo dudum antea, cum adhuc privatus esset, exarata sunt: typis deinde Romæ edita, cum Pontificatum gereret, ipso præsente ac spectante, anno MDXXII.

Viderint id ii sane quorum interest. Assentiri nos interim nulla ratione aut vi huic opinioni possumus: aut licuisse aliquando nimirum, aut etiamnum licere extra *regulam Christi Salvatoris imperio constitutam*, ut [1] Fulgentius loquitur, hoc est, *in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, qui crediderint baptizari.* Nam quemadmodum *lex tingendi imposita est*, inquit [2] Tertullianus, sic *forma præscripta*: a qua qui discesserit, & gravi se adstringat scelere, & operam ludat.

Unam enimvero esse tum Lucæ in Actis, tum vero Ambrosii, ac Nicolai mentem ultro damus: reprehensionem tamen novitatis adeo non extimescimus: aut, quia nunc primum aliam horum trium esse sententiam, quam quæ sit hactenus existimata, statuimus, eam ob rem veremur, ne quis criminetur videri nos, quod aiunt, cornicum oculos velle configere: ut nos etiamnum spes quædam obtentet, id hominibus iis persuasum iri, qui nec opiniosi sint, nec præjudicatæ sententiæ nimis tenaces.

II.

Juvat adeo capere ab Actis disputandi exordium, hoc est, rem omnem a capite arcessere, ac Lucam producere primum in scenam. Baptizari, quotquot apud ipsum leguntur, inquis, in nomine Domini JESU baptizati perhibentur.

Act. III. 38. *Baptizetur unusquisque vestrum in nomine* JESU *Christi, in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum Spiritus sancti.*

Act. VIII. 12. *In nomine* JESU *Christi baptizabantur viri ac mulieres.*

Act. VIII. 16. *Nondum enim* Spiritus sanctus *in quenquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini* JESU.

Act. X. 48. *Et jussit eos baptizari in nomine Domini* JESU *Christi.*

Act. XIX. 5. *His auditis, baptizati sunt in nomine Domini* JESU.

Atqui baptizatos in nomine JESU intelligi eos necesse est, qui baptizati sunt, postquam invocarunt & confessi sunt nomen Domini JESU. Dirimenda nimirum ac distrahenda in partes duas simplex oratio est, in hunc fere modum ac sensum. Act. III. 38. Invocet unusquisque vestrum nomen Domini JESU, & baptizetur. Act. VIII. 12. Invocabant viri & mulieres nomen JESU Christi, & baptizabantur. Act. VIII. 16. Invocarant illi quidem nomen Domini JESU, sed baptizati tantum erant. Act. X. 48. Et jussit eos invocato nomine Domini JESU Christi, fidem ei obstringere, & baptizari. Act. XIX. 5. Crediderunt Dominum JESUM esse Christum, & baptizati sunt. Ut his vocibus, *in nomine Domini Jesu*, non baptismi formam, sed baptizandorum fidem consignatam intelligas, invocatumque ab iis id nomen ante lavacrum sub antistitis manu.

 Gra-

1 *Fulg. in frag. lib. 2. contra Fabian.*
2 *Tertull. lib. de Bapt. cap. XIII.*

Gravem desideras interpretationis hujus auctorem ac vindicem, cujus auctoritate robur ei ac pondus accedat? Quis Luca gravior, a quo videlicet ipso hæc acta digesta confectaque sunt? Atqui eo prodente sic Paulum compellavit Ananias: [1] *Et nunc quid moraris? exsurge & baptizare, & ablue peccata tua, invocato nomine ipsius.* Quid istud autem erat aliud præcipere, quam ut confessus antea Christum, invocatoque ultro nomine ipsius, baptismo se tingi curaret? Quæ res ubi gesta est, baptizatus ille in nomine Domini JESU rite intelligitur, hoc est, ut carmen idem sæpius occinam, post confessionem ejus nominis. Hanc enim iis verbis subjectam esse sententiam qui non agnoscat, eum ipso in limine impingere ac temere labi necesse est.

III.

Pudet hujus controversiæ arbitros & judices grammaticos dare ac statuere. Pudet, inquam, pigetque, cum Theologi audiamus, ad hos provocare. Atqui si hos nihilominus in consilium vocemus, commemorabunt ii Christum aliter in Evangelio, aliter Lucam in Actis locutum. Quid enimvero iste? *baptizati sunt.* Quid ille? *baptizantes eos.* Lucam illi suggerent vocabulo formæ passivæ usum: quod utique verbi genus per se quid quisque patiatur ac recipiat: oblique vero, atque ex adjectis ei verbo voculis, quibus idipsum de causis patiatur, id si fert oratio, indicat. Itaque & quid susceperint ii, qui baptizati dicuntur: & quid iidem, quo tali munere ac præmio donarentur, veluti de suo conferrent, confessionem videlicet Christi nominis, comprehensæ in Actis sententiæ produnt: [2] quoniam prius elici necesse est confessionis officium, inquit Fulgentius, cui recte deinde minister sancti baptismatis ministret effectum.

At verbum ejusmodi quod agendi formam haberet, tum Christus adhibuit, cum Apostolis baptizandi munus provinciamque detulit. Quorsum istud autem? Quod nempe vocabulo istius generis potestas agentis addicta est, atque adeo actio illius qui baptizat, ut per se planum est: quamobrem & conjunctis cum eo verbis simul forma præscribitur, qua sit illa rite actio obeunda: nimirum istis, *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Quanquam neque his vocibus forma solum significatur, quæ est ab antistite recitanda: sed & confessio Trinitatis, quæ simul, imo & prius ab eo proxime redditur, qui tingi debet. Nam utrumque ex æquo signari tum nihil vetat, cum baptismus dicitur in nomine Trinitatis dari: secus, cum in nomine Christi tantum: tunc enim per se confessio modo indicatur illius, qui tingitur. Quare cum in sacris paginis *baptizare*, tum in Græcorum Euchologio, *baptizari*, subinde legere est in nomine Trinitatis: ut Trinitatis nomen, seu invocationem, æque ei qui abluitur, atque abluenti ministro competere intelligas: conjuncta tamen copulataque cum his vocibus, *in Christi nomine*, hæc vox, *baptizari*, occurret una dumtaxat: ut ad istius solum, qui salubri fonte abluitur, confessionem ac fidem, non ad abluentis præcise formulam, confestim id loquendi genus per se referri sentias oportere.

Uno omnia explicatius verbo complectar. *Baptizare* in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti Christus Dominus jubet. Quis ea potissimum tunc intelligitur verba prolaturus? is ipse profecto, qui baptizandi munus obit. At baptizati alias dicuntur in Christi nomine. A quibus tandem nomen istud pronunciatum esse hæc significat oratio? Ab iis ipsis, opinor, quos eadem oratio baptizatos in eo nomine indicat.

Non est enim profecto, non est humano consilio, sed nec mediocri sapientissimi numinis cura provisum, ut sacer scriptor neminem baptizasse retulerit in nomine Domini JESU: ne quis temere induceret animum usurpatam hanc fuisse ab hujus sacramenti administro formam: [3] ut Ferrando & [4] Vigilio visum, aliisque numero paucissimis: baptizatos itaque maluit in eo nomine dicere, hoc est, post publicam ejus nominis confessionum ac fidem ablutos & mundatos.

Egregie autem illa se Lucæ in scribendo accuratio prodit in primis, cum eunuchum is ablutum a Philippo refert. *Et dum irent per viam*, inquit, *venerunt ad quandam aquam:* & ait eunuchus: [5] *Ecce aqua: quid prohibet me baptizari? Dixit autem Philippus: Si credis ex toto corde, licet. Et respondens ait: Credo filium Dei esse Jesum Christum. Et jussit stare currum. Et descenderunt uterque in aquam, Philippus & eunuchus: & baptizavit eum.* Hoc tantum. An is in nomine Christi ablutus? quis neget? Ambrosio præsertim, ut mox liquebit, affirmante. At hoc dicere Lucas prætermisit. Consulte enimvero hoc quidem loco, & valde caute: ne si hanc loquendi formulam, sibi alias perquam familiarem, cum activæ significationis voce connecteret, a ministro prolatam quispiam existimaret.

IV.

Et sunt qui dispensatione usos pertendunt, [6] cum baptismum in Christi nomine Apostoli impertirent: cujus dispensationis nec vola nec vestigium, ut aiunt, in sacris paginis, aut in veterum monumentis apparet, nec afferri omnino causa probabilis potest. An enim id Apostolis liceret, quod nec Christo ipsi licuit? Nam cum sit ille primarius baptismi cujusvis administer, *Ipse est* enim *qui baptizat:* nefas aliam a vicaria potestate formam adhiberi, quam quæ a suprema, si quidem adesset illa, usurpari commode posset. Dicturumne unquam Christum ipsum putas, Ego te baptizo in nomine Christi? Quo ille loquendi genere alium se a seipso proderet, cum baptizatorem alium esse ab eo oporteat, cujus in nomine baptismum impertit. Diceret igitur, Ego te baptizo in nomine meo. At quantumvis non rapinam arbitratus sit esse se æqualem Deo, hanc si nihilominus forma uteretur, nec se ministrum tantum esse sacramenti ostenderet, ut est reipsa, qua homo est: nec sanctificationis primariam causam esse Trinitatem ostenderet.

Sed quid conjecturas sequimur, cum luculenta exstent divinæ vocis oracula, quæ ab ipsis quoque Apostolis sub invocatione Trinitatis baptismum esse collatum, vel tacentibus nobis, clament ac prædicent? [7] *Cum Paulus veniret Ephesum, & inveniret quosdam discipulos, dixit ad eos: Si Spiritum sanctum accepistis credentes. At illi dixerunt ad eum: Sed neque, si Spiritus sanctus est audivimus. Ille vero ait? In quo ergo baptizati estis?* Si nec invocatum est scilicet primum a vobis, nec invocatum deinde super vos Patris & Filii & Spiritus sancti nomen. Utrumque si abfuit, in quo baptizati estis? *Qui dixerunt, In Joannis baptismate:* in quo nempe nec fides Trinitatis ab eo, qui ablui debet, exigitur, aut redditur: nec a ministro Trinitas invocatur. *His auditis, baptizati sunt in nomine Domini* JESU: hoc est, credentes JESUM esse Christum ac Filium Dei, atque adeo Trinitatis fidem professi, demum abluti sunt.

Fuit enimvero solenne illud omni ævo servatum, ut qui salutari lavacro tingendos se sisterent, fidem sive symbolum rogarentur, quam deinde fidem ab-

lutio

1 *Act.* XXII. 16.
2 *Fulg. ep.* XII.
3 *Ferrand. ep. ad Anatol. Diac. cap.* XIII.
4 *Vigil. Tapsit. lib.* XII. *de Trin. Et Bernardi nomine, epist.* CCCXL.
5 *Act.* VIII. 36.
6 *Alex. Alensis, & alii.*
7 *Act.* XIX. I.

lutio obsignaret. Unde factum a Græcis Latinisque [1] Patribus huic sacramento nomen, obsignatio fidei, σφραγὶς τῆς πίστεως. *Anulum quoque accipit tunc primum* Christianus, *quo fidei pactionem interrogatus obsignat*, ut [2] Tertullianus loquitur, libro de Pudicitia, capite nono.

[3] Fidem autem in præsenti qualemcumque Trinitatis intelligo: hoc est, redditionem symboli eam, quæ baptismo præmittitur: at non eandem necessario omnis circa Trinitatem erroris expertem. *Integrum* enim nihilominus *sacramentum est*, ut præclare [4] Augustinus, *quamvis fides* SUB EISDEM VERBIS *aliud opinantis, quam catholica veritas docet, non esset integra, sed fabulosis falsitatibus inquinata.* Sive quantuscumque sit de Trinitate, ut præallatis ejusdem [5] Augustini verbis utar, vel dantis vel accipientis error. *Nec dubito etiam illos habere baptismum, qui quamvis fallaciter id accipiant*, hoc est, eam animo fidem adulterantes, quam ore profitentur, *in Ecclesia tamen accipiunt, vel ubi putatur esse Ecclesia ab iis in quorum societate id accipitur: de quibus dictum est, Ex nobis exierunt.* At fidem interim mos est ab eo posci, qui ablui debet: quam hæc deinde idcirco abluentis verba excipiunt, in Missali Gallicano vetere, tit. XXV. OPUS AD BAPTIZANDUM, pag. 364. *Baptizo te* CREDENTEM *in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.*

V.

Fecit hæc igitur confessionis hujus & baptismi copulatio conjunctioque mutua, ut non in Christi modo, verum etiam & in Trinitatis nomine baptizari, unum & idem existimatum sit, atque post confessionem utriuslibet baptizari.

De priore certe est illa plana & aperta Joannis Damasceni vox, libro quarto orthodoxæ fidei, cap. x. Τὸ οὖν εἰς Χριστὸν βαπτισθῆναι, δηλοῖ τὸ πιστεύοντας εἰς αὐτὸν βαπτίζεσθαι. *In Christo igitur baptizari, significat credentes in eum baptizari.*

[6] De posteriore autem quid apertius, quam quod Arelatensis primi Concilii Patres habent, cap. VIII. *Placuit*, inquiunt, *ut si ad Ecclesiam aliquis ab hæresi venerit, interrogent eum symbolum: & si perviderint eum in Patre & Filio & Spiritu sancto esse baptizatum, manus ei tantum imponatur. . . . . Quod si interrogatus non responderit hanc Trinitatem, baptizetur.* Eandem vero Arelatensis secundæ synodi, ac primæ, sententiam, totidemque expressam fuisse verbis, inferius constabit.

Viden interim non rogari quenquam, qui ab hæresi veniat, quas voces inter abluendum sacerdos ediderit: nam quis istud ab rustico jure poscat? sed num fuerit ipse symboli fidem professus. Quod si enimvero Trinitatem illic se credere præ se tulit, baptizatum hunc rite existimari Patres voluere. Quid ita? Quod *in Patre & Filio & Spiritu sancto baptizari* idem esse censerent, atque in confessione Trinitatis ablui: fidemque seu confessionem Trinitatis in ministro, qui tinctionem facit, consimilem exstitisse oportere, atque in eo qui recipit: quippe qui hanc ministro prius pro imperio officioque exigenti, ac voce quidem præeunti, reddiderit. *Ridicula penitus assertio*, inquit Hieronymus in Dialogo adversus Luciferianos, *aliter de Deo sentire baptizantem, & aliter baptizatum.*

An vero cum vel Ambrosium sic perorantem audimus, libro de iis qui initiantur, cap. IV. *Tu in gratia baptizatus es in nomine Trinitatis. Confessus es Patrem, recordare quid feceris. Confessus es Filium, confessus es Spiritum sanctum.* Vel Hilarium libro secundo de Trinitate: *Baptizare jussit in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, id est, in confessione & auctoris & unigeniti & doni.* An tum ullus, inquam, reliquus est ambigendi locus, quin perinde sit in confessione Trinitatis, atque in nomine Trinitatis ablui? similique causa unum atque idem esse in nomine Christi tingi, ac postquam in Christum credideris baptismo tingi?

VI.

Quid faciemus igitur eidem Ambrosio, inquies, cujus sententiam penitus adversari nostræ hactenus existimatum est? Quid facturus sis, quisquis es, rogas? Dabis operam ut & curiosius rimandos esse Patrum sensus vel hinc agnoscas: & exemplo deinde nostro Ambrosium omni erroris suspicione liberes. Eo enimvero, si nescis, omnis illius oratio recidit, quæ nunc venit in controversiam, ut hæc duo edoceat: alterum, hunc esse in sacris litteris loquendi morem, ut vel una Trinitatis appellata persona, intelligi pariter reliquas oporteat: alterum, quod est ex primo consequens, eos qui salubri lavacro tincti dicuntur, vel si Christum modo sunt ore confessi, totam nihilominus Trinitatem animo ac fide percepisse. Hæc illius orationis summa est, hæc sententia: de qua ne quamlibet tenuis animo scrupulus resideat, juvat ea illius verba repræsentare, quæ nonnihil habere visa sunt offensionis ac salebrarum, iis videlicet, qui vel nodum, ut aiunt, in scirpo quærunt: vel Ambrosium prospexere tantum, & a limine salutarunt.

Æthiops eunuchus Candacis reginæ baptizatus in Christo, hoc est, post confessionem Christi, ut vidimus, *plenum mysterium consecutus est*, hoc est, evangelicæ legis baptismum, ea qua omnino oportuit fide septum, communitum, instructum, vel Christi modo nomen confessus, obtinuit.

Et illi qui negaverunt se scire Spiritum sanctum .... quia nec in Christi nomine, nec cum fide Spiritus sancti baptizati fuerant, in Joannis baptismate nec Christum venisse confessi, sed venturum tantum, nec de Spiritu sancto edocti, *non potuerunt accipere baptismatis sacramentum*, baptismum regenerationis. *Baptizati postea sunt itaque in nomine Jesu Christi*, Jesum esse Christum fatentes ac Filium Dei: *nec iteratum est in his baptisma, sed novatum.* Novum illis baptisma tum primum datum est, non iteratum. *Unum enim baptisma*, Christi videlicet, seu legis novæ.

Ubi autem non est plenum baptismatis sacramentum, nec principium vel species aliqua baptismatis æstimatur. Ubi non est Trinitatis plena confessio, cujus & invocatione baptismus deinde consecretur, quod quidem utrumque Joannis baptismati defuit, (nam eo nunc tantum spectat:) nec principium nec species ibi baptismatis evangelici æstimatur, quod & unum est, & confessione illa, atque invocatione, sancitur & continetur.

Plenum autem est, hoc est, sua instructum & ornatum fide, cujus præmium regeneratio & sanctitatis adeptio est, *si Patrem & Filium Spiritumque fatearis. Si unum neges, totum subrues.* Si vel Filium exempli causa negas, tota pessumdatur & corrumpitur fides. *Et quemadmodum si unum in sermone comprehendas*, in ea confessione quæ baptismo præmittitur, *aut Patrem, aut Filium, aut Spiritum sanctum: fide autem nec Patrem, nec Filium, nec Spiritum abneges, plenum est fidei sacramentum*, fides baptismi integra est: *plenum sacramentum, quantum ad illam plenitudinem quæ est ex fide. Unde dicit*, (verbis utor [7] Alexandri Alensis) *plenum esse fidei sacramentum: non dicit, plenum est sacramentum. Ita etiam*, pergit Ambrosius, *quamvis*

1 *Basil. l.* III. *adv. Eunom. pag.* 48.
2 *Tertull. lib. de Pœnit. c.* VI.
3 *Aug. l.* III. *de Bapt. contra Donat. cap.* LI. cum aliqua fide.
4 *Aug. l.* III. *de Bapt. contra Donat. cap.* XV.
5 *Aug. l.* VII. *de Bapt. cap.* LIII.
6 *Anno* CCCXIV.

7 *Alex. Alensis p.* IV. *qu.* VIII. *a.* III. §. II.

tus & Patrem & Filium & Spiritum dicat, & aut Patris aut Filii aut Spiritus sancti munus potestatem, id quod Ariani Eunomianique faciunt, *vacuum est omne mysterium*, vacuum sua fide, & gratiæ proinde spiritalis munere vacuum, ut idem alio loco prodidit.

Denique & illi ipsi qui dixerant, nec si Spiritus sanctus sit audivimus, baptizati sunt postea in nomine Domini Jesu Christi: in fide & confessione ejus nomi[illegible]. *Et hoc abundavit* AD GRATIAM, hoc dicere abunde fuit, non solum ad auctoramentum fidei, verum etiam & ad gratiam in baptismo adipiscendam: *quia jam Spiritum sanctum Paulo prædicante cognoverant*, atque adeo jam & crediderant & confessi erant [illegible] *quamvis etiam postea tacitum sit de Spiritu, tamen creditum est: & quod verbo tacitum fuerat, expressum est fide. Cum enim dicitur in nomine Domini Jesu, per unitatem nominis impletum mysterium est.* Vel si unum Christi nomen appellaveris, nihil propter fidei defectum sacramento deperit, totum vel sic mysterium fidei attigisti. *Nec a Christi baptismate Spiritus separatur:* nec potest a confessione Christi in baptismo Spiritus sancti confessio divelli ac distrahi.

An aliquod igitur in hac oratione universa de baptismi forma vestigium est? omnino nullum. At alio loco sane expressum atque conspicuum, libro de iis qui initiantur, capite quarto. *Credit Catechumenus in crucem Domini Jesu, qua & ipse signatur: sed nisi baptizatus fuerit in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, remissionem non potest accipere peccatorum, nec spiritalis gratiæ munus haurire.*

Eant nunc qui vel pugnantia locutum Ambrosium, vel, quod vereor ut aures catholicæ ferre possint quin exhorrescant, errasse Doctorem Ecclesiæ, ac desipiendum clamant. Est hoc quidem compendium operæ ac laboris, quo curiosius exploranda Patrum sententia est. Sed quid est istuc aliud quam vadimonium deserere, ac præsumpta desperatione evadendi quo velis, in limine ipso subsistere?

VII.

Et simile tamen ei hæreseos crimen impactum, (ut & id obiter insinuemus, quando ejus rei se dat occasio:) ab [1] Roberto Coco, ubi traditum ab Ambrosio comminiscitur, actualia peccata baptismo, lotione pedum originalia relaxari. Verba hæc sunt Ambrosii, libro de initiandis, cap. VI. *Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus. Mundus erat Petrus, sed plantam lavare debebat. Habebat enim primi hominis de successione peccatum, quando eum supplantavit serpens, & persuasit errorem. Ideo planta ejus abluitur, ut hereditaria peccata tollantur. Nostra enim propria per baptismum relaxantur.* Atqui scribentis mentem si penitus introspicias, intelliges ab eo duo duntaxat affirmari. Alterum, levia esse errata quædam, quæ venialia nuncupamus, ea in primis, quæ ex errore nobis obrepant: eademque hereditaria merito appellari: quod, ut primo homini serpens afflavit errorem, sic Petrum, sic nos, ut in hoc genere peccemus, sæpenumero similis error impellit: cui ut obnoxii simus, facit naturæ imbecillitas orta ab Adami labe. His ut occurreretur, lotionem pedum, quæ baptismum consequebatur olim in Mediolanensi Ecclesia, (qui ritus & in Missali Gothico pariter, & in Gallicano vetere commemoratur: quæ nuper illustravit Vir Clariss. D. Mabillonius, e sacro Benedictinorum cœtu:) hanc inquam, ille cum sacerdotis prece conjunctam, his expiandis ait subsidio fuisse: nam MAJUS illa SUBSIDIUM SANCTIFICATIONIS afferebat, ut episcopi nunc quoque benedictio: auxilium nempe cæleste, *quo postea te serpens supplantare non posset*, ut loquitur [2] auctor librorum de Sacramentis: quibus in ipsis ita vestigiis insistit Ambrosii, ut pro eo & ab Hincmaro habitus sit olim, atque etiamnum vulgo habeatur. Alterum caput illud est, quod idem Ambrosius asseverat, esse delicta, præter hæc, alia, quæ propria nuncupat: quæ non error, ut priora, sed malitia, sed concupiscentia perpetrat: hæc autem baptismo dilui penitus & aboleri: quo quid a quoquam potest dici verius? Itaque cum heterodoxi, & catholici quoque nonnulli, quæ hereditaria ille appellat, originalia interpretantur: actualia quælibet, quæ ille propria: tum absurdum Ambrosio sensum affingunt, & ab Ecclesiæ doctrina, & a ratione, & a scribentis sententia alienum. Nam quid alienius fingi potest, quam sensisse Ambrosium, vel lotione pedum a Christo facta originale in Petro peccatum esse sublatum, cum idem ante hanc lotionem mundum fuisse Petrum totum admonuerit: vel simili pedum lotione, quam antistes faceret, originalem tolli noxam, cum actuales eluі culpas prius per baptismum dixerit? Tum vero deinde temere iidem proprium parenti fœtum abjudicant, cum opus illud esse supposititium tam futili argumento colligunt. Sed ad propositum revertamur, unde digressi sumus.

VIII.

Jam Nicolai deinceps oratio nihil habet difficultatis aut salebrarum. Complectitur enim ea partes duas. Prior est de fide illius, qui baptismum suscipit: nam de adultis in primis agitur, ut & in Actis, & apud Ambrosium. *Hi profecto*, inquit, si Christiano more ac ritu abluti sunt: hoc est, si in baptismo interrogati credere se in Trinitatem confessi sunt, vel tantum in Christum, sicut in Actis Apostolorum de eunucho Candacis reginæ legimus, aliisque: unum quippe idemque est, ut sanctus exponit Ambrosius: *profecto constat eos non esse denuo baptizandos. Profecto constat*, inquit: Quod est dicere, hoc nemo nescit, quod est communi omnium consensu atque usu receptum, nec nostri adeo rescripti luce ac robore eget. Sive dixerint illi igitur, cum abluendos se sisterent: In Patrem & Filium & Spiritum sanctum credo, baptismo me Trinitatis ablue: sive, in Christum credo, baptismo me Christi tinge: unum penitus & idem utrumque est.

Papæ! Quam est illa pars responsionis hujus supra laudato Arelatensis synodi decreto consentiens, qua nominatim cavetur, ut qui se Trinitatem in baptismo confessum dixerit, ne baptizetur: si secus, baptizetur! Nam cum utrobique fides exploretur illius, qui abluitur, nequit esse profecto ovum, quod aiunt, ovo similius.

Altera pars est de ministri fide: ab illis verbis, *Quamvis non prætereundum esse credamus:* quæ pars illius sententiæ cum per se plana sit ac perspicua, tum illud prodit in primis, nihil in priore de baptismi forma Pontificem edixisse, qui in postrema nonnisi verbis evangelicis consecratum baptisma probari sibi æque atque Augustino significet.

Non omnem igitur ille *baptismum* probat, ut verbis utar [3] Augustini in simili argumento. *Nam in multis idolorum sacrilegis sacris baptizari homines perhibentur.* Et ut ait [4] Ambrosius, *Multa sunt genera baptismatum, sed unum baptisma clamat Apostolus. Quare? Sunt baptismata gentium, sed non sunt baptismata. Lavacra sunt, baptismata esse non possunt. Caro lavatur, non culpa diluitur: imo in illo lavacro contrahitur.* Denique qui utrique prævivit [5] Tertullianus, libro de baptismo:

1 Cocus in Censura, pag. 140.

2 Libro III. de Sacram. cap. I. Hincmar. tom. 2. opusc. XXXIX. pag. 681.

3 Aug. lib. VI. de Bapt. contra Donat. c. XXV.

4 Auctor lib. de Sacr. apud Ambr. lib. II. cap. 1.

5 Tertull. lib. de Bapt. c. V.

tismo: *Sed enim nationes . . . . . viduis aquis sibi mentiuntur. Nam & sacris quibusdam per lavacrum initiantur, Isidis alicujus aut Mithræ. . . . . Certe ludis Apollinaribus & Eleusiniis tinguntur: idque se in regenerationem & impunitatem perjuriorum suorum agere præsumunt.*

Et vero nupertime Bulgarorum natio abjectis inanium numinum simulacris ad Christiana sacra transierat, adhuc plena Paganorum: neque erat satis exploratum, fallisne diis etiam tum addictus esset is qui baptizarat, Judæus utique, hoc est, mercator circumforaneus: (neque enim religionis istud ibi, sed negotiationis nomen est, ut alii ante nos monuerunt:) an Christi jam unius cultui consecratus, atque adeo non profani, ut olim, sed sacri baptismatis peritus administer.

Enimvero geminum ibi baptismum Nicolaus agnoscit: alterum, qui ex Paganorum superstitione agatur, quantumvis per eum ethnici, ut Athanasius animadvertit, oratione III. contra Arianos, uni se Deo, quem ore implorant, mancipari videri velint: alterum, in quo Christiano ritu ac more Trinitas invocetur. *Sed primum*, inquit Nicolaus, *utrum Christianus an Paganus exstiterit, investigandum est.* Quanquam & hunc posteriorem baptismum, vel si a Pagano evangelicis verbis detur, idem deinde jure merito approbat. Priorem autem, ut par est, exsecratur ac nominatim excipit: uti & exceptum multi arbitrantur hunc unum olim a Gregorio III. ante annos CXX. cum in epistola ad Bonifacium Moguntinum de Germanis istud rescriptum tulit: quo primum ævo gens ea pariter a profanis superstitionibus ad Christianos ritus transivit. *Quos a Paganis baptizatos esse asseruisti, si ita habetur, ut denuo baptizes in nomine sanctæ Trinitatis mandamus.* Et mox: *Eos qui a presbytero Jovi mactante, & carnes immolatitias vescente, baptizati sunt, ut rebaptizentur, præcipimus.* Quoniam dubium nimirum esset, num verbis profanis potius, quam evangelicis, baptismi hujusce forma constaret.

Itaque baptismus ille nunc Pontifici placet unus, qui post confessionem Trinitatis, vel Christi tantum, ab eo qui baptizatur, editam: a ministro deinde verbis evangelicis, ut ipse subjungit, hoc est, sub Trinitatis invocatione, sit collatus. Nam istud esse plane in nomine Christi baptizari, ex Actis & Patribus, ut vidimus, palam est.

IX.

Mirum est quot se vertant in partes, quot se in angustias conjiciant ii, qui alias expediendi hujus nodi vias ac rationes excogitant. Nicolaum aiunt de fide modo ministri utraque responsionis parte locutum: quod abhorrere prorsus a vero vel hæc vox una, *si baptizati sunt*, quæ passive potestatis est, aperte prodit: cum, ut est demonstratum a nobis, subsequentibus eadem conjuncta verbis, *in nomine Christi*, significet non ministri qui abluit, sed eorum qui abluuntur, explorari fidem.

Ambrosium illi deinde, quo Nicolaus auctore innititur, duo docuisse comminiscuntur. Alterum, fidem explicitam Christi, ut aiunt, fidem esse implicitam Trinitatis: fidemque hanc geminam iis vocibus designari, *si in nomine Trinitatis, vel tantum in nomine Christi.* Alterum, sufficere implicitam invocationem Trinitatis ad baptismi integritatem. Pontificem parte duntaxat priore usum, qua egebat: non item postrema.

Verum non una in hoc uno responso, sed multiplex hallucinatio est. Nam (ut omittam cetera) ex duobus hisce capitibus, quæ Ambrosio affinguntur, quam sit posterius alienum ab ejus mente, si de forma locutum existimant, qua ministrum uti necesse sit, qui abluit, paulo ante ostensum est: quippe qui sit in eo totus, ut illius tantum qui abluitur, fidem explicet. Quam sit autem & prius illud tum per se a vero, tum ab Ambrosii pariter mente abhorrens, mirum est a summis ingeniis non animadversum. Sic enim statuimus, fidem quam vocant explicitam Christi, non implicitam, sed explicitam esse pariter Trinitatis fidem: frustraque geminam fingi, ubi unica eademque sit. Alia quippe invocationis, alia fidei ratio est. Appellatio, seu invocatio Christi explicita, implicita quidem Trinitatis invocatio est. At Christi fides explicita, qualem animo informatam & habemus ipsi, & ceteris in docendo tradimus, simul est explicita fides Trinitatis. Annunciare enimvero Christum, ut Paulus loquitur, aut Christum credere nemo potest, quin Patris simul idem & Spiritus aperte meminerit: nec Catholicus modo, sed ne Arianus quidem, aut Socinianus: etsi perperam isti Trinitatem intelligunt. Non Christum is annunciare censendus est, qui Christum præcise commemoret. Quisquis hoc rite munus obit, eundem missionis Christi a Deo Patre, officii, dignitatis, atque adeo divinitatis meminisse convenit, atque hæc ipsa explicate docere. Hæc demum quisquis Christum aut credit aut docet, aperte vel docere vel credere necesse habet.

Ac ne istud a nobis recens excogitatum existimes, purissima Ambrosii oratio est, id quod adnotari paulo ante in transcursu licuit, loco nimirum prælaudato: ubi de iis sermonem habet, quos baptizatos Acta narrant in nomine Domini JESU: *Quamvis*, inquit, *etiam postea tacitum sit de Spiritu, tamen* CREDITUM EST: *& quod verbo tacitum fuerat*, EXPRESSUM EST FIDE. Quo effato dici quid expressius potest? aut quid excogitari, quo vel tanti ponderis auctoritas eludi, vel tam grave excuti ab adversariis telum queat?

Ambrosio concinit Damascenus, eo loco, quem jam perstrinximus obiter: Τὸ οὖν εἰς Χριστὸν βαπτισθῆναι δηλοῖ τὸ πιστεύοντας εἰς αὐτὸν βαπτίζεσθαι. ΑΔΥΝΑΤΟΝ δὲ εἰς Χριστὸν πιστεῦσαι μὴ διδαχθέντας τὴν εἰς πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα ὁμολογίαν. Χριστὸς γάρ ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, ὃν ἔχρισεν ὁ πατὴρ τῷ ἁγίῳ πνεύματι &c. *In Christo igitur baptizari, significat credentes in eum ablui. Atqui* IMPOSSIBILE EST *in Christum credere eos, qui non prius edocti sint confiteri Patrem & Filium & Spiritum sanctum. Nam Christus est Filius Dei viventis, quem unxit Spiritu sancto, &c.*

Quamobrem Pontificii oraculi sententia ea esse non potest, quæ vulgo fingitur: Sive fidem minister habeat Trinitatis explicitam: sive Christi tantum explicitam, implicitam Trinitatis: nam hæc secum ipsa pugnat oratio. Sed iste nimirum est rescripti Pontificii intellectus: sive nomen appellet Trinitatis explicite, sive explicite nomen Christi tantum, atque adeo Trinitatem, non minister utique, sed is qui ablui debet, ut diximus, implicite invocet, quam explicite nihilominus credit, ratum hunc haberi baptismum necesse est.

X.

Quid jam attinet, cum sint hæc adeo per se perspicua, aut falsa deinceps aut dubia fulciendæ huic causæ firmamenta conquirere? id quod ii faciunt, qui baptismum in Christi nomine collatum, damnari illo arbitrantur Apostolorum, ut vocant, canone XLIX. Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος μὴ τρία βαπτίσματα μιᾶς μυήσεως ἐπιτελέσῃ, ἀλλ' ἓν βάπτισμα εἰς τὸν θάνατον τοῦ κυρίου διδόμενον, καθαιρείσθω. Οὐ γὰρ εἶπεν ὁ κύριος· εἰς τὸν θάνατόν μου βαπτίσατε. ἀλλά, πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. *Si quis episcopus, aut presbyter, non trinam mersionem unius*

mysterii celebret, sed semel mergat, in baptismate, quod dari videtur in Domini morte, deponatur. Non enim dixit nobis Dominus, In morte mea baptizate: sed, Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

Non jus defendere, sed prævaricari causæ merito videar, id si genus probationis adhibeam. Exploratum enim mihi liquido est: nec ante annum CCCLXXXV. sancitam hanc legem esse, & eandem contra Eunomianos quosdam primo latam, quos non idcirco synodus, quæcumque est illa, (nam id obscurum est) perstrinxit ac notavit, quod alia baptismi forma, præter eam quæ usitata est, uterentur: sed quod & sub mersione simplici scelestissimæ hæreseos pestiferum virus obtegerent: & eandem fortassis in iis interrogationibus quæ baptismum antecedunt, aperte profiterentur ac præ se ferrent.

Damnantur iidem eo nomine & in epistola scripta Constantinopoli ad Martyrium Antiochenum antistitem, circa annum CCCCLV. quæ recitatur a [1] Leunclavio, libro quarto Juris Græco-Romani: cujus epistolæ pars ea, quæ de hæreticorum, in primisque Eunomianorum, baptismo pronunciat, post annos amplius ducentos descripta est a Patribus Trullanæ synodi canone XCVI. unde postea, ad adstruendam ei fidem, dolo malo inserta est & in Concilium Constantinopolitanum primum, ubi septimi canonis falso locum obtinet.

Eunomium certe ipsum verbis evangelicis, sub plena Trinitatis invocatione, baptismum impertiisse, auctor est in Latinis [2] Augustinus: in Græcis [3] Epiphanius, atque [4] Sozomenus. Quare cum vel Eunomium audis apud eundem Epiphanium baptizasse *in nomine Dei increati, & in nomine Filii creati, & in nomine Spiritus sanctificantis, & a creato filio procreati:* vel Arianos apud Hieronymum in dialogo adversus Luciferianos, *in Patre solo vero Deo, & in Jesu Christo salvatore creatura, & in Spiritu sancto utriusque servo:* sive ut [5] Athanasius ait, oratione tertia contra Arianos, εἰς κτιστὴν καὶ κτίσμα, εἰς ποίημα καὶ ποιητήν: cave formam ibi baptismi designatam putes: neque enim his vocibus formæ typus, sed fidei perversitas, quæ fuit vel sub legitima verborum forma dissimulata, describitur.

XI.

De toto hoc argumento præclare istud, ut omnia, sanctus Augustinus, libro sexto de baptismo contra Donatistas. cap. XXV. *Quis nesciat non esse baptismum Christi, si verba evangelica, quibus symbolum constat, illic defuerint? Sed facilius inveniuntur hæretici, qui omnino non baptizent, quam qui non illis verbis baptizent.* Quos enimvero suspicari liceat vel eo sponte prolapsos, vel aliorum suasu in eam pertractos amentiam, ut alia se forma verborum, quam quæ est a Christo Domino præstituta, tingi paterentur? An Montanistas, sive Cataphrygas? negat [6] Athanasius, negat & [7] Epiphanius. An Cerinthianos, Ebionæos, Praxeanos, Manichæos? negat Hieronymus in dialogo proxime appellato: quamvis [8] Gennadius asseveret. An Marcionem? an Valentinum? an Apellem? negat Stephanus Papa, qui Marcionis baptismum admisit: negat aperte & Cyprianus: quanquam hujus explorata paucis ac perspecta mens est in epistola gemina, ad Jubaïanum, & ad Pompeïum: negat & Augustinus libro tertio de baptismo contra Donatistas, cap. XV.

XII.

At de aliis secus summi Pontifices ipsi decernunt. Qui porro? ac de quibusnam? Gregorius, inquis, & Innocentius. Nam ille primum libri noni epistola LXI. quæ ad Quiricium & ceteros episcopos in Iberia constitutos inscripta est, refert Bonosiacos & Cataphrygas, quorum baptismum nullum esse aït, *in Trinitatis nomine minime baptizatos:* Quo sensu? An quod baptismi formam illi adulterarent? Minime vero: nam Bonosiacos certe prorsus hac culpa liberat [9] Concilium Arelatense II. quod annis fere centum & quinquaginta Gregorium antecessit. *Bonosiacos,* [10] inquit, *ex eodem* Paulianistarum *errore venientes, quos sicut Arianos* BAPTIZARI IN TRINITATE MANIFESTUM EST, *si interrogati fidem nostram ex toto corde confessi fuerint, cum chrismate & manus impositione in Ecclesia recipi sufficit.* Cataphryges vero cum duum generum exstiterint: vel priores, seu κατὰ Πρόκλον, qui parem & eandem habuere cum Catholicis de Trinitate sententiam: vel posteriores, seu κατ᾽ Αἰσχίνην, qui in Sabellianorum dogma deflexere, in baptismi forma quidquam turbasse, quis quo documento probet? cum & [11] Athanasius refragetur, & [12] Philastrius: & Phrygas universe Pontifex ipse haud aliter, quam de Bonosiacis idem ei affirmare licuit, in nomine Trinitatis baptizatos inficietur.

Quorsum ergo in Trinitatis nomine utrosque Gregorius baptizatos neget, si quidem scire aves, ab eo ipso accipe. *Quod & illi* (Bonosiaci) *Christum Dominum non credunt: & isti* (Cataphryges) *sanctum Spiritum perverso sensu esse quendam pravum hominem Montanum credunt: quorum similes multi sunt & alii: tales cum ad sanctam Ecclesiam veniunt, baptizantur: quia baptismum non fuit quod* IN ERRORE *positi in sanctæ Trinitatis nomine minime perceperunt.*

An isthæc autem ex Orientalium potius, quam ex suo sensu Pontifex dicat, & quamobrem a Bonosiacis ablutos iterum tingi significet, cum Arelatensis synodus II. vetet: cur item Photini baptismum improbet eadem, [13] Augustinus probet: cur Marcionis baptismum [14] idem recipiat, [15] Ecclesia Græca universa repudiet: cur Manichæos, Ebionæos, Cerinthianos, rursum ablui [16] Oriens velit, iterari in iisdem salutare lavacrum prohibeat [17] Occidens: hos inquam, nodos similesque expedire, neque est præsentis instituti, & erit ad hoc olim, favente numine, opportunior locus.

XIII.

Jam vero ex Gregorio interim, opinor, quæ pariter Innocentii mens fuerit, intelligis: qui *Paulianistas in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti minime baptizasse* refert, ex Orientalium quoque forte sententia, non ex sua: quod aliud haberent scilicet lingua promptum captiosa Paulianizantium ingenia, & ad perfidiam obdurata, aliud animo clausum tenerent. Eam enim perverso sensu & commentis suis labefactabant professionem ac fidem, qua Christiani sumus, in qua salutis summa vertitur, quo veluti fundamento stat catholicæ religionis structura: cujus caput est unius summi Dei in essentia unitas, & in personis differentia. Quocirca eadem Arelatensis synodus II. *Photinianos sive Paulianistas secundum Patrum statuta baptizari oportere* sanxit, Nicænorum videlicet: a quibus lex ea manavit, ordine

1 *Pag.* 290.
2 *Aug. lib.* III. *de Bapt. cap.* XV.
3 *Epiph. hær.* LXXVI. *Anomœorum num.* VI. *sub finem.*
4 *Sozom. lib.* VI. *hist. eccl. cap.* XXVI.
5 *Pag.* 413. *edit. Paris. Theodoret. epist.* CXLV.
6 *Athan. orat.* III. *contra Arian.*
7 *Epiphan. hær.* XLVIII.
8 *Gennad. lib. de Eccl. dog. cap.* LII.
9 *An.* CCCCLII.
10 *Cap.* XVII.
11 *Athan. orat.* III. *contra Arian. pag.* 413.
12 *Philast. in Catal. hær.*
13 *Lib.* IV. *de bapt. c.* XVI.
14 *Lib.* III. *cap.* XV.
15 *Theodoret. epist.* CXLV.
16 *Timoth. Presb. & Euchol. Græc.*
17 *Hieron. in Dial. adv. Lucif.*

ne prima ac vicesima, ut quidem appellat Rufinus interpres: *Ut Paulianistæ, qui sunt Photiniani, rebaptizentur.*

An vero hos existimas evangelicorum verborum in baptismo sinceritatem infecisse, aut hæc adulterasse ac depravasse? Suspicatus istud quidem olim [1] Augustinus, at forte suspicatus tantum. *Hos sane Paulianos baptizandos esse in ecclesia catholica Nicæno concilio constitutum est. Unde credendum est*, inquit, *eos regulam baptismatis non tenere.* Quo ex loco Primasius Augustini discipulus, (ut quidem dici vult ac videri,) auctor libri, quem sub Prædestinati nomine Sirmondus noster edidit, uti & jam olim ipse Rigaltium, & ipsum MS. codex Augiensis admonuit, a Reginbaldo monacho Benedictino exaratus ante annos DCCCL. is, inquam, ex iis verbis suum illud expressit, hæresi XLIV. de Paulianis: *Unde ego credo regulam eos baptismatis integram non tenere.* Hoc est enim dicere: Non omnes fortassis, sed cum Augustino tamen hi qui sunt sagaciores e nostris, & cum his *ego credo.*

At neque ausa illud ipsum pariter Arelatensis synodus affirmare: quæ, cur Bonosiacorum baptismum approbet, causam quidem aperte subjicit, quod *baptizatos esse eos in Trinitate manifestum sit*: cum Paulianisticum eadem improbat, non in Trinitate vicissim baptizatos negat, quod id omnino sibi non liqueret: sed ad antecedentis synodi Nicænæ statuta auctoritatemque de hujusce legis æquitate provocat. Quod si porro conjectura simili nobis uti licet, (nam conjecturæ pondus ac vim habere duntaxat optamus quidquid in præsenti a nobis de hoc argumento profertur, non ratæ atque indubitatæ sententiæ:) sed si conjecturis quoque utimur, cum ex Paulianistarum seu Photinianorum errore Bonosiaci veniant, ut eadem synodus admonet: ac Rufinus, & Gennadius, aliique testantur: quis in uno & eodem errore tingendi morem fuisse disparem ac discrepantem existimet? aut quis bipertitos idcirco Paulianizantes seu Bonosiacos ac Photinianos, bipertitos item simili occasione & causa Cerinthianos, bipertitos perinde Ebionæos, bipertitos Marcionitas, Manichæos denique bipertitos somniet: quod horum omnium baptismum improbavere Græci, Latini non repudiarunt? aut quis istud demum prona assensione animi sine teste ac tabulis affirmanti credat?

Sed quid conjecturis opus, cum liquido prodat [2] Athanasius, qui synodo Nicænæ ipse interfuit, Manichæos, Phrygas, similiterque Samosateni discipulos, hoc est, Paulianizantes, quorum baptisma nihilominus respuitur, nomina tamen sacrosanctæ Triadis perinde proferre solitos, atque Arianos? An vero ullus esse potest in hoc negotio fidelior eo teste, aut utique gravior? Μανιχαῖοι, inquit, καὶ Φρύγες, καὶ οἱ τοῦ Σαμοσατέως μαθηταὶ, τὰ ὀνόματα λέγοντες, οὐδὲν ἧττόν εἰσιν αἱρετικοί. Et paulo ante de iisdem: Πολλαὶ γοῦν αἱρέσεις λέγουσαι ΤΑ ΟΝΟΜΑΤΑ μόνον, μὴ φρονοῦσαι δὲ ὀρθῶς, μηδὲ τὴν πίστιν ὑγιαίνουσαν ἔχουσαι, ἀλυσιτελὲς ἔχουσι καὶ τὸ παρ' αὐτῶν διδόμενον ὕδωρ &c. Cur autem Bonosiacos simili erroris labe infectos, tum ex recepta toto Occidente οἰκονομίᾳ, tum ex Romanæ Ecclesiæ sensu & usu, quæ ceterarum mater est ac magistra, Arelatensis synodus iterum baptizari vetet, [3] Gennadio nequicquam contra statuente, ac post illum [4] Rabano, alias ut diximus, dispiciendum erit.

XIV.

Expressere utique a Samosateno perfidiam suam duo ejusdem fere tractus antistites: Photinus, ac Bonosus: Sirmiensis ille, in Illyrico occidentali: in orientali iste, Sardicensis. Prævivit utrique Marcellus Galata, cujus discipulus, ita prodente Hilario in fragmentis, Photinus in adolescentia exstitit, ac sub eo diaconus vixit. Eruditus a Marcello Photinus stultitiæ suæ hereditatem Bonoso reliquit, Siricii Papæ temporibus. Quin porro Nicæni Patres Paulianizantium nomine Galatas designarint, quibus Marcellus tum præesset, quod ii videlicet Pauli Samosateni impietatem iterum instaurarent, nullus propemodum dubito. Olim hæc in Ancyranum conjecta ab Hilario vox, in septimo contra Arianos: *Impie multos ad unius Dei professionem Galatia nutrivit.* Monarchiæ certe in deitate patronum ac defensorem Marcellum exstitisse, perinde ac Samosatenum, & fuisse illum ambiguæ ac subinde variantis fidei, plurimis veterum monumentis liquet: quanquam fuere postea ejusdem amentiæ sectatores a Marcelli discipulo Photino, ut [5] Augustini verbo utar, Photiniani celebrius nuncupati: quibus & Paulianistarum statim post Nicænam synodum hæsit appellatio. Enimvero Nicænorum Patrum sive ea indulgentia fuit, ut hæreseon architectos vel propugnatores proprio indigitare nomine parcerent: si præsertim ii, vel tempori servientes, id quod Marcellus fecisse videtur, pestiferum erroris virus deponerent: vel sola Arianæ perfidiæ detestatione catholicæ regulæ fines excessisse, & impegisse viderentur in Samosateni Sabelliique hæresim: sive justum in eosdem odium synodum sacrosanctam impulit, ut nomina premeret sempiterno obruenda silentio: in canonibus utique nullam e sectis, de quibus est aliquid sancitum, proprio ac suo vocabulo designavit, sed adscititio omnes & male auspicato nomine. In symbolo Arianos cum Ario satis habuit vel sic indicare, *Eos autem qui dicunt &c.* Novatianos capite octavo, *Eos qui se Catharos vocant.* Quem morem secutus & ipse Constantinus Porphyrianorum appellationem Arianis veluti infamiæ notam inurere maluit, quam quod proprium illorum fuit divalibus rescriptis consignatum posteritati prodere. Et Hieronymus in Chronico, ad annum XXIII. Constantini, qui æræ vulgaris CCCXXVIII. quo anno revocatus est ab exsilio, Principis jussu, Arius, uti ex Philostorgio colligitur, & ex Eusebii Nicomediensis libello: cum hoc ipsum, inquam, Hieronymus annalibus consignare vellet, id quod a nemine animadversum arbitror, dissimulato Arii nomine sic expressit: *Porphyrius misso ad Constantinum insigni volumine exsilio liberatur.*

Cum hac igitur usi cautione fuerint Nicæni Patres in ceteris appellandis, eandem & in Galatis vel eo nomine ultro ac sponte adhibuere: quod Marcellus ipse, sive deposito, sive dissimulato errore, synodo interesset: apertumque Arianæ factionis, quæ tum præcipue confodienda erat, odium præ se ferret. Quippe nec synodus oppugnasse nisi grassantes in vicinis Nicææ regionibus hæresum pestes fere videtur, præter Arii vesaniam, qui fuerat eo accitus: Novatianos nimirum ea præsertim ætate in Phrygia sobolescentes: exortosque illis ipsis temporibus Paulianizantes in Galatia. Nec Paulianizantium nomine haud dubie censendi sunt ii, qui Pauli impium dogma ἀμέσως, ac non alium ab eo sectæ magistrum ac ducem secuti fuerentur: sed qui exstinctum jampridem perfidiæ illius incendium paucis ante diebus iterum excitassent, & scelus imitarentur: [6] quo fere pacto Φίλων Πλατωνίζει a Græcis dictus olim: nam ea vis tum ejus generis verborum est, tum ἀορίστου χρόνου, quo usa synodus est, τῶν Παυλιανισάντων.

Atqui hi quandoquidem Christum esse merum ho-

 minem

1 *Lib. de her. cap.* XLIV. *Maldonatus epist. ad Car. Vorm.* Augustinum id suspicatum *ait.*

2 *Orat.* III. *contra Arianos pag.* 413. *edit. Paris.*

3 *Gennad. lib. de Eccl. dog. cap.* LII.

4 *Raban. lib.* V. *de universo cap.* X.

5 *Lib. de her. cap.* XLIV.

6 *Hieron. lib. de Eccles. script.*

minem affirmabant, in quem se Dei Verbum insinuasset, hoc est, divinitatis efficientia quædam, & temporaria divini Verbi a Deo Patre missio, Trinitatem, ut palam est, reipsa negabant: hanc ipsi tamen ultro, quod mirere, verbo fatebantur. Nisi forte existimas in dissimulando errore minus astutos, aut ad faciendum fucum minus acutos & habiles, Παυλιανίσαντας illos veteres fuisse, quam sunt recentiores, Sociniani videlicet: nam & hi puri putique Παυλιανίζοντες sunt: quorum hæc nihilominus & de baptismo circumfertur oratio, [1] *Etiamsi Pater & Filius & Spiritus sanctus ita sunt conjuncti, ut in nomen illorum baptizandi simus*: & illa de adversariis plena fraudis expostulatio, [2] *An nobis unquam venit in mentem negare Trium unitatem . . . Toto pectore credimus & ore confitemur Patrem, Filium, & Spiritum sanctum unum esse. An quia illis Patris & Filii & Spiritus sancti sacratissima nomina aliud sonant quam nobis: & unitas istorum trium aliam apud illos, aliam apud nos habet interpretationem: idcirco nobis istorum trium unitatisque eorum abnegatio . . . . debuit objici?* At enim sic agnoscebat Samosatenus ipse Patrem & Filium & Spiritum sanctum, ut testes sunt, præter Athanasium, [3] Epiphanius & Nicetas. Nam istud cum Christianis videri voluit sibi esse commune: cum Judæis & illud interim, quod singularem nihilominus ac solitariam admitteret Dei unius hypostasim: atque adeo, dum copulare studuit & quod Ecclesia loquitur, & quod recens Synagoga credit, horribile ex utroque nefandæ hæresis portentum conflavit.

XV.

Vix unum itaque alterumve in tota antiquitate reperias hominum genus, qui ab usitata forma dicesserint, quanquam nec de utroque ausim id affirmare dicere: vix demum vel hominem quemquam, si Deuterii Ariani facinus illud unum exceperis, quod [4] Nicephorus Callisti refert. Gnostici, ita quidem prodente [5] Irenæo, hac usi formula perhibentur: *In nomine ignoti Patris omnium, & in veritate omnium matre, & in nomine descendentis in Jesum.* Οἱ δ' ἄγουσιν ἐφ' ὕδωρ, inquit, καὶ βαπτίζοντες οὕτως ἐπιλέγουσιν· εἰς ὄνομα ἀγνώστου πατρὸς τῶν ὅλων, εἰς ἀλήθειαν μητέρα πάντων εἰς τὸν κατελθόντα εἰς Ἰησοῦν. Qua orationis ambage tergemina Trinitatis persona ab eo genere hominum in symbolo & interrogatione, quæ tinctioni sacræ de more præmittitur, explicari catechumenis ac describi, ut quidem arbitramur, non in ipsius baptismi formula appellari solita est. Fuisse enimvero qui *usitata & legitima verba interrogationis non usurparent*, atque adeo *discreparent ab ecclesiastica regula*; ex Firmiliani epistola ad Cyprianum: vix ullos exstitisse, qui evangelica verba mutarent, quæ inter abluendum eduntur, ex Augustino, indubitatisque aliis argumentis, exploratum compertumque est.

Insulsiores alii fuere, ex eadem secta Gnosticorum, seu e Valentini schola nonnulli, quamlibet videri vellent ii subtilius de rebus divinis loqui: adversus quos statuta lex ea, quæ canone Apostolorum, ut appellant, XLVIII. continetur: Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος κατὰ τὴν τοῦ κυρίου διάταξιν μὴ βαπτίσῃ εἰς πατέρα, καὶ υἱόν, καὶ ἅγιον πνεῦμα, ἀλλ' εἰς τρεῖς ἀνάρχους, ἢ τρεῖς παρακλήτους, καθαιρείσθω. Hoc est, Dionysio interprete: *Si quis episcopus aut presbyter juxta præceptum Domini non baptizaverit in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, sed in tribus sine initio principiis, aut in tribus filiis, aut in tribus paracletis, abjiciatur.* In Nomocanone, quem V. Cl. Jo. Bapt. Cotelerius, magno litterarum & Ecclesiæ damno nuper vivis exemptus edidit, can. XCI. Εἴ τις ἱερεὺς βαπτίσει εἰς τρεῖς πατέρας, καὶ εἰς τρεῖς υἱούς, καὶ εἰς τρεῖς παρακλήτορας, καθαιρείσθω. *Si quis sacerdos baptizaverit in tres Patres, & in tres Filios, & in tres Paracletos, deponatur.*

Hi nempe illi sunt, ut quidem videtur, adversus quos in symbolo, quod sub Athanasii nomine legitur, effatum exstat illud: *Unus ergo Pater, non tres Patres: unus Filius, non tres Filii: unus Spiritus sanctus, non tres Spiritus sancti.* Hos olim prisca ætas Περατὰς appellavit. Trinitatem illi ingenitam catholico more confitentes, tres Deos nihilominus, tres sermones, tres mentes, tres homines inesse ei garriebant: τριάδα ἀγέννητον, τρεῖς Θεούς, τρεῖς λόγους, τρεῖς νοῦς, τρεῖς ἀνθρώπους. Sic Theodoretus est auctor, libro primo hæreticarum fabularum cap. XVII. Τριὰς ἀγέννητος, τρεῖς ἄναρχοι, τρεῖς Θεοί, *tres Patres*, idcirco ab his dicebantur, quod singulæ Trinitatis personæ causa sui effectrice careant, cetera universa ipsæ efficiant. Τρεῖς λόγοι, τρεῖς νοῦς, quin idem sit ac *tres filii*, nemo ambigit: cur λόγοι autem, vel νοῦς appellentur, in promptu est. Τρεῖς ἄνθρωποι, qui & τρεῖς παράκλητοι, sunt *tres Spiritus sancti.* Ἄνθρωποι quidem, vel quod effectus homo est ad Trinitatis similitudinem: vel quod humanos veluti affectus erga homines in sacris paginis persona unaquæque induit. Quamobrem & τρεῖς παράκλητοι vocitantur. Nam & Pater *Deus totius consolationis* nuncupatur a [6] Paulo, Θεὸς πάσης παρακλήσεως. Et Filium παράκλητον ἔχομεν πρὸς τὸν πατέρα, *advocatum habemus apud Patrem*, JESUM *Christum justum*, in quo libenter desinimus, postquam instituta de baptismo in nomine ejus, a proposito paulisper disgressa, ad ipsum feliciter redit oratio.

1 *Catech. Racov. sect.* III. *cap.* I.
2 *Apolog. Equitis Bloni*, 1654. *adv. edictum Ord. Holl.*
3 *Epiph. hær.* LXV. n. I. *Nicet. lib.* IV. *Orth. fidei Thes. hær.* XXII.
4 *Lib.* XVI. *hist. cap.* XXXV.
5 *Iren. lib.* I. *adv. hæres. cap.* XVIII.

6 2. *Cor.* I. & *Joan.* II. I.

TYPOGRAPHUS LECTORI.

Peracta est ab ipsomet Auctore operis hujus Censura, in epistola ad Amicum; quæ cum in manus nostras pervenerit; digna visa est ob eruditionem, quæ subjiceretur hoc loco.

Nobilissimo

Nobilissimo Viro Domino

DE LANGHENMANTEL

Canonico Augustano,

JOANNES HARDUINUS, *Societatis* JESU *Presbyter.*

QUandoquidem amice rogas, ut & scriptum a me ante annos duodecim *De Baptismo pro mortuis* opusculum ad te mittam; & paucis aperiam, num ea, quam ibi attuli, interpretatione item etiamnum; dicam ingenue quod sentio: nec diffitebor omnino, quæ ibi sunt a me super ea re prodita, ea ingeniosius nunc videri excogitata, quam verius: quod vero nuper Deo auxiliante, cum in epistolas Pauli commentarios ederem, de eodem argumento venit in mentem, certius stabiliusque censeri oportere.

Integra hæc Apostoli oratio est, 1. Cor. xv, 29. *Alioquin quid facient, qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? ut quid & baptizantur pro illis?* 30. *Ut quid & nos periclitamur omni hora?* 31. *Quotidie morior per vestram gloriam, fratres, quam habeo in Christo* JESU *Domino nostro.* 32. *Si secundum hominem ad bestias pugnavi Ephesi, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt?*

Hanc igitur istius loci nunc paraphrasim accipe. Quid facient, inquit Apostolus, aut qua spe ducuntur ii, qui immissis ab adversariis fidei Christianæ molestiis ærumnisque, iis veluti quadam aquarum mole perfunduntur, merguntur, obruuntur, pro incredulis, pro convertendis ad Deum Christumque gentibus ac Judæis: qui hac veritatis luce destituti, vere pro mortuis habendi sunt? Nam & vidua, *quæ in deliciis est, vivens* MORTUA *est*, 1. Tim. v., 6. Et, *Frater tuus hic* MORTUUS *erat, & revixit*, Luc. xv, 32. Et, *Sedentibus in regione umbræ* MORTIS, *lux orta est eis*, Matth. IV, 16. *His qui in tenebris, & in umbra* MORTIS *sedent*, Luc. 1, 79. *Et nos eramus* MORTUI *peccatis & delictis nostris*, Eph. 2, 1. *Surge qui dormis, & exsurge a* MORTUIS, *& illuminabit te Christus*, Eph. v, 14. *Exhibete vos Deo, tamquam ex* MORTUIS *viventes*, Rom. VI, 13. Et Petrum similiter, sive cum in Actis, cap. x, 42. Christum ait constitutum esse *judicem vivorum, &* MORTUORUM: sive cum 1. Petr. IV, 6. MORTUIS dicit *evangelizatum esse*, observavimus postea in Commentariis nostris, *mortuos* dixisse eos, qui in Deum & Christum non crederent; *vivos*, qui crederent.

Quid igitur facient, quid illis fiet, inquam, qui pro his ad vitam revocandis, dum in procuranda his vita ac salute desudant, innumeris conflictantur malis, exagitantur, divexantur, si nullam a mortuis resurgendi spem propositam habent? Ut quid, seu quorsum & sic affliguntur pro illis? Ut quid & nos, qui ex eorum numero sumus, periclitamur omni hora? ut quid caput nostrum periculis offerimus? Enimvero quotidie, pergit Paulus dicere, in vitæ discrimen venio, fratres, ut possitis utique gloriari me tali magistro: quem quidem fructum laborum in Christo JESU jampridem sum consecutus. Denique si cum hominibus cædem meam ac sanguinem sitientibus, si cum feris ac belluis, ut fert quotidiana inter nos homines consuetudo loquendi, Ephesi dimicavi, cum resurrectionem mortuorum frequentissima & in me vehementissime furente concione defenderem; quid mihi prodest, si mortui non resurgunt?

Quis tibi sit sensus, Vir Nobilissime, dum hæc legis; ac num hæc tibi interpretatio placeat, cum rescripseris, sciam: præ illa nos certe prioris alterius jam pœnitet. Tria enim sunt, quæ in confesso esse oportet apud omnes, & ex istis Pauli verbis intelligi. Primum est baptizari hoc loco aliud nihil esse, quam acerbissimis animi vel corporis doloribus affici, adversis premi, duriore fortuna conflictari; pœnis non sponte quidem susceptis, sed aliunde immissis, vel omnino vel pæne profligari. Sic Christus Dominus de seipso dixit: *Baptismo habeo* BAPTIZARI: *& quomodo coarctor, usque dum perficiatur?* Luc. XII, 50. Et Marc. x, 38. Potestis bibere calicem, quem *ego bibo: aut baptismo, quo ego baptizor*, BAPTIZARI? Vetus est enim illa, & in Psalmis quoque usurpata subinde a Davide metaphora: in primis vero Psal. CXXIII, 4. 5. *Forsitan aqua absorbuisset nos... Forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.*

Alterum, quod hoc loco constare oportet, istud est: vocem illam *mortui*, quæ in illa sententia una bis ponitur, *Quid facient qui baptizantur pro* MORTUIS, *si omnino* MORTUI *non resurgunt?* alia significatione accipi priore loco; posteriore, alia. Voluit enim Apostolus eleganti sane verbi ambiguitate uti, qua Christum ipsum Servatorem multo antea usum esse sciret; cum nempe diceret, Matth. VIII, 22. *Dimitte* MORTUOS *sepelire* MORTUOS *suos.* Nam & ibi pariter *mortui* priore loco increduli sunt, cognati nimirum, aliive propinquitate conjuncti cum eo qui sepeliendus erat; fide in Deum & Dei amicitia destituti, ac Deo proinde mortui. Posteriore loco *mortui* vere sunt, qui sunt hac luce privati, qui ex hac vita migrarunt. *Mortuos suos* enim Christus Dominus eo sensu protulit, quo quondam Abrahamus, Gen. XXIII, 4. *Date mihi jus sepulcri vobiscum, ut sepeliam* MORTUUM MEUM. Itaque hæc ratiocinatio Apostoli est: Quid facient, quem illi fructum ærumnarum reportaturi sunt, qui pro hominibus a Christo alienis, & sedentibus in umbra mortis, innumeris opprimuntur ac deprimuntur malis, si nulla eos spes tenet a mortuis resurgendi? Velle enimvero absque ea spe mori pro istis, aut vel sic vivere, insanire ac furere est. Metaphorice igitur mortuos dixisse Paulum priore loco nemo miretur; qui & id intellexerit ab ipso factum Christi Servatoris exemplo: & *mortuos* eodem sensu ab eo positos aliis etiam quos indicavimus locis, ad Ephesios, & ad Romanos: & simili denique metaphora bestias paulo post hoc ipso in loco pro hominibus feris ac belluinis posuisse.

Postremo denique, hinc alterius quoque sententiam assequimur loci perdifficilis, nec adhuc ab interpretibus dilucide explanati; quos in fraudem impulit Græca hoc etiam loco, ut alibi plus millies, interpolata oratio. Versus est 31. superius allatus: *Quotidie morior per vestram gloriam, fratres, quam habeo in*

in Christo JESU. Hoc est, ut jam dixi; Quotidie in vitæ periculum venio, ut possitis de tali magistro gloriari, fratres; quem nullæ res adversæ scilicet a Christi fide prædicanda deterreant: quem quidem fructum laborum in Christo Jesu jam sum consecutus. Hoc enim illud est, quod alibi Apostolus ad eosdem Corinthios scribens dicit, 2. Cor. I, 14. *Gloria vestra sumus, sicut & vos nostra, in die Domini nostri JESU Christi.* Noluere nimirum isti Græci contextus interpolatores, gaudere Apostolum eo nomine, quod se magistro in subeundis pro Christo laboribus impigro & alacri gloriarentur: laxioris enim ethicæ, & se quodammodo, nec Deum unice spectantis, visa istis hæc ratio est. Itaque Græce posuerunt, νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν, ut juramentum esse ibi videatur: quo nihil certe dici vel obscurius, vel alienius hoc loco potest.

Mori demum isto loco, ne quid omittam, quod desiderare possis, Amice Optime, est de vita periclitari: quo sensu dixit idem Apostolus iterum, 2. Cor. IV, 11. *Semper enim nos qui vivimus, in mortem tradimur propter JESUM.* Et VI, 9. *Quasi morientes, & ecce vivimus.* Et XI, 3. *In mortibus frequenter*, hoc est, in præsentissimis vitæ periculis.

Itaque quod olim de baptismo pro mortuis dixi, id habeto, si me audis, pro primo studiorum quidem nostrorum de rebus sacris conatu ac partu; non pro rata tamen certaque sententia: cum nunc istam, quæ his litteris continetur, priori illi interpretationi longissime anteponam.

In ea autem quæ est de Baptismo in nomine Christi, multitudo testimoniorum, quæ ex Antiquitate petita, enucleatius explicanda erant, effecit, ne controversiam illam paucis ac dilucide dirimerem. Ad loca quidem Scripturæ ex Actis, ubi *baptizati* dicuntur *in nomine Domini JESU*, brevior fortassis, veriorque, & magis cum stilo sacræ scripturæ congruens responsio fuerit, *baptizari in nomine JESU Christi*, idem ibi valere, ac baptizari per invocationem Domini Jesu, quæ fit verbis istis Evangelicis, *In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti.* Nam in his verbis, in hac (inquam) formula, & in libris sacris Novi Testamenti, Filii nomen, nomen est, non Verbi solius per se, sed Jesu Christi, hoc est, humanitatis Verbo conjunctæ: tametsi nihilominus in ipsa per se Trinitate & Filium ab æterno Filium, & ex Patre natum ante sæcula Filium, quemadmodum in Symbolis asseritur, profitemur. Idcirco autem dictum est, baptizari eos oportuisse in nomine Jesu Christi, potius quam in nomine Trinitatis, quamvis in forma baptismi necesse esset appellari Trinitatem; quoniam ne per invocationem quidem Trinitatis voluit Deus baptismum prodesse, absque invocatione facta simul nominis Jesu Christi. Nam quin invocatio nominis Dei esset necessaria, nemo ambigebat. Sed ad illam adjiciendum esse præterea nomen Jesu Christi, sive *Filii*, semper Apostoli inculcarunt, quoniam is homo Deus esset; atque id credi maxime sane semper interfuit. In sacris litteris, *in nomine Domini*, idem semper valet, atque *invocando nomen Domini*; vel, *in Domino quem invocamus.* Ejusmodi est illud solemne; *Adjutorium nostrum in nomine Domini. Baptizari* igitur *in nomine JESU* Christi non sic dicitur, ut Patris & Spiritus sancti nomina omittantur; sed ut in invocatione Trinitatis homo etiam Christus Jesus commemoretur, & idem *Filii* nomine intelligatur. Quamobrem & cum dicitur, *Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto;* Filii nomine Jesus Christus, unus de Trinitate, intelligendus est; *quoniam JESUS Christus in GLORIA est Dei Patris;* & is est, quem in Litaniis inter Patrem de cœlis Deum, & Spiritum sanctum, sic invocamus: *FILI Redemptor mundi Deus.* Humanitas certe Christi per se, quamvis non propter se, sed propter Verbum, cui est unita hypostatice, æque in iisdem Litaniis compellatur in fine, cum dicitur, *Fili Dei*, atque cum subjungitur, *Agnus Dei.* Denique *OPORTET* prædicari *IN NOMINE EJUS pœnitentiam, & REMISSIONEM peccatorum*, etiam in baptismo, Luc. XXIV, 47. *Nec enim aliud NOMEN est sub cœlo datum hominibus, in quo*, sive quo invocato, *oporteat nos salvos fieri*, justos fieri, baptizari, absolvi. Act. IV, 12.

Nec tamen valde nobis etiam nunc displicet in ea quæstione observatio tertia; quæ aliter baptizandi verbum ostendit in sacris litteris accipi posse, cum active ponitur, aliter cum in passiva significatione. Vides quam tecum candide & aperte loquar. Sic nos tu semper, vicissim, ut cœpisti, dilige. De pecunia, quam ad me transmisisti pro libris emendis, pauculum quiddam superest, quod arbitrio tuo impendam. Vale. Parisiis, III. Kalendas Sextiles, anno Christi MDCXCIX.

EGO Jacobus Pallu, Societatis Jesu in Provincia Franciæ Præpositus Provincialis, facultatem concedo, ut P. Joannis Harduini liber, cui titulus est, *de Baptismo Quæstio triplex &c.* a Theologis e Societate nostra lectus & approbatus, typis mandetur. Aureliæ, die quarta Octobris 1686.

Jacobus Pallu.



SANCTI JOANNIS

SANCTI JOANNIS CHRYSOSTOMI EPISTOLA AD CÆSARIUM MONACHUM.

JOANNES HARDUINUS *Societatis* JESU *Presbyter notis illustravit, ac dissertatione*

DE SACRAMENTO ALTARIS.

3 INCIPIT (a) epistola beati Joannis episcopi Constantinopolitani, ad Cæsarium monachum tempore secundi exsilii sui.

ΙΩΑΝΝΟΥ ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, ἐκ τῆς πρὸς Καισάριον μοναχὸν ἐπιστολῆς, μετὰ τὴν δευτέραν αὐτοῦ ἐξορίαν.

INSPEXIMUS litteras tuæ reverentiæ: inspeximus autem non præter lacrymas. Quomodo enim non lacrymabimur, & animam ipsam dolore conficiemus, videntes fratrem [1] singularem vitam a pueritia eligentem, & ἀκρειφνῶς, id est, consummate circa pietatem se habentem, subito autem hæreticorum jactibus pulsum.

(b) Et dicas forsitan ab errore ad id quod melius est venisse te, & [2] gratiam confiteri his, qui admirabilem illum protulerint librum, quem magnum esse optima tua nominant scripta, qui splendide
4 prædicat concursum essentialem & commixtionem sacram factam ex divinitate & carne, unam autem ex hoc perfici naturam. [5] Istud (c) mirabitur insipientis Apolinarii inconsideratio. Ista eorum, qui introducunt contemperationem, & συναλοιφὴν, id est, commixtionem, impiissima intentio, quæ procedens immutat qui-

Καὶ φήσειας πάντως ἐκ πλάνης πρὸς τὸ κρεῖττον ἐληλυθέναι, καὶ χάριν ὁμολογεῖν τοῖς τὴν θαυμαστὴν ἐκείνην προκομίσασι βίβλον, ἣν ἀρίστην τὰ κάλλιστά σε ἀποκαλοῦσι γράμματα, [3] ὡς τηλαυγῶς [4] διηγορεύσασαν συνδρομὴν οὐσιώδη καὶ μίξιν θεσπεσίαν γεγενῆσθαι θεότητός τε καὶ σαρκός. μίαν τε ἐντεῦθεν ἀποτελεσθῆναι φύσιν. Τοῦτο, θαυμάσιε, τοῦ παραφρονοῦντος Ἀπολιναρίου τὸ ἀτόπημα. αὕτη τῶν εἰσαγόντων κρᾶσιν καὶ συναλοιφὴν ἡ δυσσεβεστάτη αἵρεσις.

(a) Anastasius Presb. in codice MS. Collegii Parisiensis Soc. JESU cap. 2.

(b) Ibid.

1 *Singularem vitam.*] Græce fuit, μοναδικὸν βίον, vitam solitariam, sive monasticam, ut apud Synesium, epist. LXVI. vel μονήρη ut apud Justinianum, Novella V.

2 *Gratiam confiteri.*] Χάριν ὁμολογεῖν, gratiam habere, gratias agere.

3 Ὡς τηλαυγῶς.] Ita MS. noster. Prius τηλαυγῶς tantum.

4 Διηγορεύσασαν.] Ita MS. noster. Al. διηγορεύουσαν.

(c) Anastasius, cap. 2. Et cap. 10. Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου πρὸς Καισάριον μοναχόν.

5 *Istud mirabitur.*] Legit interpres, τοῦτο θαυμάσει, credidit que aoristum esse, ut aiunt, Æolicum. At in MSS. ει pro ι occurrere tralatitium est: atque adeo θαυμάσιε hoc loco pro θαυμάσιε est, quemadmodum perspicue Anastasius noster habet, duobus locis. Verti igitur oportuit, *Iste, vir eximie, Apolinarii desipientis absurditas est.* Chrysostomi condiscipulus Theodorus Mopsuestenus, libro tertio contra Apolinarium, in fragmento quod recitatur in Collatione IV. Concilii V. Oecumenici, sub illius fere initium, *O mirande*, similiter dixit: ut quidem vetustæ editiones habent, ante Romanam: quæ prima substituit, *o mirandum*: cum Græce scriptum esset, ὦ θαυμάσιε. Nam Apolinarium ibi hoc verbo compellat: ut & apud Facundum, libro IX. pag. 394. vocula simili, *o mirabilis.* Claudit hanc Chrysostomi epistolam vox eadem illa, θαυμάσιε, ubi *o magnifice* reddit interpres. Hunc locum, in quo sumus, omissa vocula ista, θαυμάσιε, refert incertus auctor collectaneorum contra Severianos a Turriano editus, Tomo IV. Antiq. Lect. Henr. Canisii: quem esse Anastasium nostrum deprehendimus. *Chrysostomus ad Cæsarium Monachum. Hoc est absurdum Apolinarii amentis: hæc est hæresis impiissima introducentium mixtionem & compositionem.* Græce Anastasius: Τοῦτο, θαυμάσιε, τοῦ παραφρονοῦντος &c. Sic Ephræmius Antiochenus, cod. CCXXIX. Bibliothecæ Photii, pag. 787. Τὸ γὰρ λέγειν τοῦτο, τῆς Ἀπολιναρίου βλάβης ἐστὶν, ὅς ἔφη, μίξις θεσπεσία, θεὸς καὶ ἄνθρωπος, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἀπετέλεσε φύσιν. *Istud enim dicere, ex Apolinarii errore est, qui dixit: Admiranda commixtio, Deus & homo, unam & candem naturam effecit.* Extitisse hanc sententiam in Apollinarii libro de Incarnatione, ex iisdem collectaneis intelliges contra Severianos, apud Canisium, Tom. IV. pag. 236.

6 Arii.]

quidem [1] Arii, [2] Apollinaris, & [3] Sabellii, & Manetis nihil. Passionem autem excogitari & adponi
5 secundum illos unigeniti imaginatur deïtati, quod a Christianis alienum est.

Posside igitur temetipsum iterum, dilectissime, & ad priorem regredere [4] ordinem, ab abominabili illa abstinens opinione, quæ est Apollinaris, & eorum qui [5] Synusiastæ dicuntur. Impia cogitatio assidue puris influens nocere novit, qui secundum nos sunt simplicitati conviventes. [6] Ductoris enim eorum est liber, Apolinarii dico: etsi hunc sibi tua reverentia non recte faciens negotiata est. Verumtamen nos recordantes tuæ nobiscum conversationis, sentientes autem ex his quæ scripsistis errorem subsistere erga tuam dilectionem ex illorum insipientia, non solum erga dispensationis mysterium, magis autem & erga [7] nominum conjunctionem: excogitavimus Deo cooperante nostræ infirmitati de omnibus manifestam [8] ostentationem facere, ad redargutionem quidem malæ opinionis eorum, qui hæreticum tibi protulerunt librum, correctionem autem tuæ venerationis.

Deum ergo quando dicis, dilectissime, agnovisti id [9] quod simplex est naturæ, quod incompositum, quod inconvertibile, quod invisibile, quod immortale, quod incircumscriptibile, quod incomprehensibile, & istis similia. Hominem autem dicens, sig-
6 nificasti id quod naturæ est infirmum, esuritionem, sitim, super Lazarum lacrymas, metum, sudoris ejectionem, & his similia, [10] quibus id quod divinum est extra est. Christum autem quando dicis, conjunxisti utrumque: unde & passibilis dicatur idem ipse, & impassibilis: passibilis quidem carne, impassibilis autem deitate. Eadem ipsa & de filio, & Christo, & Jesu, & domino prædicantur. Communia enim ista, & susceptibilia duarum essentiarum nomina sunt: quarum conjunctio in hæreticis quidem errorem facit, [11] proprio pro communi utentes nomine Christi uno. His autem communibus istis uti oportet nominibus, quando dispensationis confitendum est mysterium. Si enim Deum dixeris pertulisse, qualicumque cogitatione, quod impossibile est dixisti, id quod blasphemum est, [12] & in Manetis, & in aliorum hæresum declinasti impietatem. Si iterum hominem dixeris qui pertulit, inveniris [13] purum ædificans templum. [14] Templum carnis extra inhabitantem nunquam dicitur, quia jam non est templum. [15] Et forsitan dicunt, Et quomodo Dominus dicit,
Ut quid me vultis occidere, hominem qui veritatem vobis locutus sum, quam audivi a Deo? Bene & omnino sapienter hoc dicendum est: Neque enim ex hoc ab inhabitanti defraudabatur deitate: sed significare volens patientem naturam, hominis memoriam fecit: propter quod & Deus & homo Christus. Deus propter impassibilitatem, homo propter passionem. Unus filius, unus dominus, idem ipse procul dubio unitarum naturarum unam dominationem, unam potestatem possidens: etiamsi [16] non consubstantiales existunt, & unaquæque incommixtam proprietatis conservat agnitionem: [17] propter hoc quod inconfusa sunt duo. Sicut enim antequam sanctificetur panis, panem nominamus: divina autem illum sanctificante gratia, mediante sacerdote, liberatus est quidem appellatione panis, dignus autem habitus est dominici corporis appellatione, etiamsi [18] natura panis in ipso permansit: & non duo corpora, sed [19] unum corpus filii prædicatur: 7

(a) Χριστὸν δὲ ὅταν εἴπῃς, συνῆψας ἑκάτερα· ὅθεν καὶ παθητὸς λέγοιτο ἂν ὁ αὐτὸς καὶ ἀπαθής· παθητὸς μὲν σαρκὶ, ἀπαθὴς δὲ θεότητι. Ταῦτα δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ Ἰησοῦ, καὶ κυρίου κατηγορεῖ. Κοινὰ γὰρ ταῦτα, καὶ δεκτικὰ τῶν δύο οὐσιῶν τὰ ὀνόματα.

[20] Οὕτω καὶ ἐνταῦθα τῆς (b) sic & hic divina *ἐνιδρυσά-*

(a) Idem ibid. cap. 2. ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς.

(b) Idem ibid.

1 *Arii.*] Hic nullam prorsus animam Christo assignavit: sed Verbum animæ vicem in eo gessisse docuit: ex Verbo autem & assumpto corpore naturam unam exstitisse. Faustus Reiensis, in epistola III. *Qui duas substantias in Redemptore non credit, Arii laqueo deceptus involvitur.*

2 *Apollinaris ... & Manetis.*] Verba Apolinarii & Manetis recitat Eulogius Alexandrinus apud Photium, codice CCXXX. pag. 849. Hoc loco MS. codex noster habet, Ἀπολλιναρίου τὸ ἀσέβημα.

3 *Et Sabellii.*] Errori Patripassianorum, quos antiqui Sabellianos nominabant, affines fuisse Apollinaristas docet etiam Athanasius, in epistola ad Epictetum: eo quod naturam ipsam Filii, quam consubstantialem esse Patri fides docet, passam existimavere.

4 *Ordinem.*] Τάξιν, stationem, classem, agmen.

5 *Synusiastæ dicuntur.*] Συνουσιασταὶ ex eo dicti, quod Christi carnem divinitati coæternam, & substantiæ illius insitam arbitrabantur, *προαιώνιον καὶ συνουσιωμένην*, inquit Gregorius Nazianzenus, in epistola ad Nectarium CP. sive oratione XLVI. pag. 722. Quo sensu *ὁμοούσιον* Patri Filium Sabellius credidit, ut tradit Nazianzeni frater, in dialogo primo, aut quisquis est alius dialogi illius auctor. Ex Apollinari manasse sectam Synusiastarum pariter cum Chrysostomo Theodoretus affirmat, libro IV. hæret. fabul. cap. IX. Et Polemius quidem Synusiastarum antesignanus id præ se ferebat, ut ex Valentino Apollinarista discimus, qui falso Polemium tanto magisterio gloriari dicit, apud Henr. Canisium, Tomo IV. pag. 217.

6 *Ductoris enim eorum.*] Ἀφηγητοῦ. Alii legunt, *doctoris.* De libris Apolinarii, ac de his potissimum, quos illius asseclæ Gregorio Thaumaturgo, aut Athanasio, aut Julio Romano Pontifici adscripsere, ut simpliciores fallerent, vide Leontium, de fraudibus Apolinaristarum, apud Henr. Canisium. Tametsi de Julio multo magis Gennadio assentimur, quam Græcis scriptoribus, qui Julii epistolam Apolinario adjudicant, ut dicemus in historia Monotheletarum.

7 *Nominum conjunctionem.*] Quemadmodum usurpanda sint nomina Dei, hominis, Christi, cum de mysterio incarnationis sermo incidit.

8 *Ostentationem.*] Malim, *ostensionem.*

9 *Quod simplex est natura.*] Ἁπλοῦν τῇ φύσει, *quod simplex est natura sua.*

10 *Quibus id quod divinum est extra est.*] Ὧν τὸ θεῖον ἔξω, *quibus non est obnoxia divina natura.*

11 *Proprio pro communi.*] Vel Deum solummodo, vel hominem dicunt, cum dici Christum satius sit, quæ vox Deum hominemque significat.

12 *Et in Manetis.*] Athanasius, in libro de salutari adventu Christi, contra Apolinarium, inter Marcionis & Manichæi deliria scribit illud fuisse, ut Christum existimarint, *carnem humanæ similem attulisse de cælo, & eandem in cælum recepisse, cum tota nihil nisi divinitas esset.* Ἀλλ᾽ ὁμοίαν σάρκα ὑποδεδέχθαι ἐξ ἑαυτοῦ καθ᾽ ὁμοίωσιν ὡς εἴδωλον ἐξ οὐρανοῦ ὀφθῆναι, καὶ εἰς οὐρανὸν χωρῆσαι, καὶ θεότητα ὅλον εἶναι.

13 *Purum ædificans templum.*] Nestoriana hæc postea amentia fuit, cui præter Theodorum Mopsuestenum, alii jam ante præluserant, quos Athanasius refellit in epistola ad Epictetum.

14 *Templum carnis.*] Ita recte reposuit Bigotius, cum perperam legeretur, *templum crucis.*

15 *Et forsitan dicunt.*] Ii nimirum, qui humanam naturam in Christo non divinæ sortis esse dicerent, ut Synusiastæ: sed ex adverso solum externo nexu ac vinculo cum Deo colligatam, ut postea Nestorius. Cujus hæc oratio, istius plane similis, quæ nunc a Chrysostomo confutatur, exstat apud Cyrillum, libro secundo adversus Nestorium, Tom. VI. pag. 52. Ἀλλ᾽ οὐ ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ Χριστὸς, συκοφάντα, ἀλλ᾽ ἄνθρωπος ὁμοῦ καὶ θεός. εἰ δὲ μόνον ὑπῆρχε θεὸς, ἐχρῆν, Ἀπολλινάριε, εἰπεῖν, Τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι θεὸν, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα; Λέγει δὲ, Τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον, οὗτος ὁ τὸν ἀκάνθινον στέφανον φορῶν; οὗτος ὁ λέγων, Θεέ μου, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; *Sed non nudus homo Christus, o calumniator: sed homo simul & Deus: si autem Deus tantummodo exsisteret, oportebat eum secundum Apollinarem dicere: Quid me quæritis occidere Deum, qui vobis veritatem locutus sum? Nunc autem dicit: Quid me quæritis occidere, hominem istum qui spinis coronatus est: istum, qui dixit, Deus Deus meus, quare me dereliquisti,* &c.

16 *Non consubstantiales exsistunt.*] Qui error, Apolinarii olim, & Synusiastarum fuit: a quo errore in hac epistola Cæsarium Chrysostomus revocat.

17 *Propter hoc quod inconfusa sunt duo.*] Rectius, *propter quod* Græce, *διότι ἀσύγχυτα δύο.*

18 *Natura panis in ipso permansit.*] Εἰ καὶ ἡ φύσις ἄρτου ἐν αὐτῷ ἔμεινεν, in eo permansit, in eo, inquam, quod corpus Dominicum appellatur.

19 *Unum corpus filii prædicatur.*] Κατηγορεῖται, ut supra.

20 *Οὕτω καὶ ἐνταῦθα.*] Conjunctio illa οὕτω antecessisse denotat priorem partem similitudinis. Joannes Damascenus in calce libri contra Acephalos hoc Chrysostomi fragmentum refert *ex ejusdem epistola ad Cæsarium monachum*, interprete Turriano nostro, apud Henr. Canisium, Tomo IV. pag. 211. multo elegantius. *Sic etiam hic divina natura in ipso insidente, unum filium, unam personam, utrumque constituit: agnoscitur tamen extra divisionem, & confusionem, non in una tantum natura, sed in duabus perfectis. Si enim in una, ubi illud, extra confusionem? Ubi, extra divisionem? Ubi unio dicetur? Unam enim sibi ipsi unit,*

8 δρυσάσης, id est, (a) inundante corpori natura, unum filium, unam personam, utraque hæc fecerunt. Agnoscendum tamen inconfusam & indivisibilem rationem, non in una solum natura, sed in duabus perfectis. Si enim unius, quomodo id quod inconfusum est? quomodo quod indivisibile? quomodo unitio dicitur aliquando? Sibimetipsi enim uniri, quæ una est, aut confundi, aut dividi, impossibile est. Quod ergo infernum evomuit unam in Christo [1] naturam dicere? [3] Putamus divinam solam nominantes, non omni modo unam negant, nostram dico salutem: aut humanam retinentes, [4] non divinæ abnegationem faciunt. [5] Dicant, quæ perdidit quod proprium erat? [6] Si enim unus est, salva nobis est unitio omnimodo, & ea quæ unitioni sunt propria salvari necesse est. [7] Si enim non, nec unitio, sed confusio & abolitio. Mox autem ad interrogationis fluctuantes responsionem, ad aliquid aliud exsiliunt, quod non sit proprium ad interrogationem: & inconstantes emittunt voces: Pertulit Deus, & non pertulit. Et si petantur modum dicere, ad ignoran-
9 tiam recedunt, proferentes, [8] Quomodo voluit: [9] Christi apud ipsos memoria fugiente. Posthæc vituperari in hoc, mox dicunt, & Christus non est Deus, sed & homo. Et iterum dicunt, Post unitionem non oportet dicere duas naturas. Attende significationem dicti. Unitionem dixisti: unius unitionem non invenis fieri, quomodo [10] prævenientes diximus. Sed *Verbum caro factum est.* Et speculare [11] eorum querentur subtilitatem. Intulit enim, *Et habitavit in nobis.* Numquid non ibi videtur, quia aliud est quod inhabitat præter habitationem? *Si cognovissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent.* Dominum iterum quando dixeris, non proprium, sed commune significatur nomen, passionis & impassibilitatis susceptibile. Consueverunt autem & istud prætendere: [12] Putamus non, corpus Dei & sanguinem accipimus, fideliter ac pie suscipiendum? Non quia corpus & san- 10
guinem possidet id quod divinum est natura: sed quia ea quæ carnis sunt propria facit. O inconsideratio! O impia cogitatio! Periclitatur enim apud ipsos dispensationis mysterium: & iterum dominicum corpus, sicut verum corpus confiteri non patiuntur. Per cogitationem enim dici conversum esse hoc in deïtatem imaginantur, unam hinc construentes naturam, & ipsam cujus sit [13] non juvantes dicere: ut passionem divinitati undique secundum Apolinarium excogitantes, decidant [14] a præmissis bonis. [15] Putamus non contremiscent ista dicere audientes? Non cogitant æternum judicium, & Domini vocem dicentis, *Ego sum, & non mutor. Caro infirma, spiritus autem promptus. Pater, si possibile est, transeat a me calix iste. Tristis est anima mea usque ad mortem. Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere.* Putamus deïtati ista apta sunt? Audiant & Petrum dicentem, *Christo pro nobis passo carne*, & non dixit, *deitate.* Et iterum, *Tu es Christus filius Dei vivi*: viventis dixit, non morientis. Et quæcumque his similia divina nos edocet scriptura, cui violenti esse hæretici non desistunt. (d) Horum istas

θείας ἐνδρυμένης τοῦ σώματι φύσεως, (b) ἕνα υἱὸν, ἓν πρόσωπον τὰ συναμφότερα ἀπετέλεσαν. γνωριζόμενον μέντοι ἀσυγχύτως ἀδιαιρέτῳ λόγῳ, [1] οὐκ ἐν μιᾷ μόνῃ φύσει, ἀλλ' ἐν δυσὶ τελείαις. (c) Ἐπεὶ γὰρ μιᾶς, πῶς τὸ ἀσύγχυτον; πῶς τὸ ἀδιαίρετον; πῶς ἕνωσις λεχθείη ποτέ; ἑαυτῇ γὰρ τὴν μίαν ἑνοῦσθαι, ἢ συγχεῖσθαι, ἢ διαιρεῖσθαι, ἀδύνατον. [2] Ποῖος οὖν ᾅδης ἐξηρεύξατο μίαν ἐπὶ Χριστῷ λέγειν φύσιν;

Τούτων [16] τὰς κενοφωνίας

hovi-

(a) ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς.
(b) Et Euthymius in Panoplia, parte 2. tit. xv.
(c) Huc usque Euthymius.
(d) Id. ibid. ἐκ τῆς αὐτ. ἐπιστολῆς.

uniri, vel dividi, impossibile est. Quis infernus eructavit dicere unam naturam in Christo post unionem? Aut enim divinam naturam tenentes, humanam negant, hoc est, nostram salutem: aut humanam tenentes, divinam naturam negant. Dicant, utra amisit proprium? Si enim adhuc salva est unio, necesse est proprietates unionis salvas esse: alioqui non esset unio hæc, sed confusio & interitus naturarum. Quæ quidem Græce ex libro MS. Joannis Damasceni adversus Jacobitas, nobiscum perhumaniter communicavit R. P. Michael Lequien, ex Ordine Prædicatorum vir pereruditus, nobisque ex amicis intimis. Sic ergo Græca se habent: Τὸ αὐτὸ (Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου) ἐκ τῆς πρὸς Καισάριον τὸν μονάζοντα ἐπιστολῆς. Οὕτω κἀνταῦθα τῆς θείας φύσεως ἐνιδρυσάσης, ἕνα υἱὸν, ἓν πρόσωπον τὸ συναμφότερον ἀπετέλεσε, γνωριζόμενον μέντοι ἀδιαιρέτῳ καὶ ἀσυγχύτῳ λόγῳ, οὐκ ἐν μιᾷ μόνῃ τῇ φύσει, ἀλλ' ἐν δυσὶ τελείαις. Ἐπεὶ γὰρ μιᾶς, πῶς τὸ ἀσύγχυτον; πῶς τὸ ἀδιαίρετον; πῶς ἡ ἕνωσις λεχθείη; ἑαυτῇ γὰρ ἑνοῦσθαι ἢ διαιρεῖσθαι ἀδύνατον. Ποῖος ᾅδης ἠρεύξατο μίαν ἐπὶ Χριστοῦ φύσιν λέγειν μετὰ τὴν ἕνωσιν; ἢ γὰρ τὴν θείαν φύσιν κρατοῦντες τὴν ἀνθρωπίνην ἀρνοῦνται, φημὶ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν· ἢ τὴν ἀνθρωπίνην κατέχοντες τῆς θείας φύσεως τὴν ἄρνησιν ποιοῦνται. εἰπάτωσαν ποία ἀπολώλεκε τὰ ἴδια. εἰ γὰρ ἔτι ἔρρωται ἡ ἕνωσις, πάντως καὶ μετὰ τῆς ἑνώσεως ἰδιώματα ἀποσώζεσθαι ἀνάγκη. ἐπεὶ οὐχ ἕνωσις τοῦτο, ἀλλὰ σύγχυσις καὶ ἀφανισμὸς τῶν φύσεων.

1 Οὐκ ἐν μιᾷ μόνῃ φύσει. Bigotianum exemplar, οὐκ ἐν μιᾷ φύσει. Theorianus, in legatione ad Armenos: Γνωριζόμενον μέντοι ἀσυγχύτως, ἀδιαιρέτως, λέγω, οὐκ ἐν μιᾷ μόνῃ φύσει, &c.

2 Ποῖος οὖν ᾅδης.] Ita MS. noster. Sic Athanasius, in epistola ad Epictetum, quæ est de eodem argumento: Ποῖος ᾅδης ἠρεύξατο, &c. Et Ambrosius, libro de mysterio Incarn. Dominicæ, cap. vi. *Emergunt alii, qui carnem Domini dicant & divinitatem unius esse naturæ. Quæ tantum sacrilegium inferna vomuerunt?*

3 *Putamus divinam solam nominantes, non omni modo unam negant.*] Legendum ex Damasceno, *Aut enim divinam solam nominantes, omni modo humanam negant.*

4 *Non divinæ.*] Expungenda negandi particula: nisi si interrogatio est.

5 *Dicant, quæ perdidit.*] Hoc est, utra natura perdidit proprietates suas? Prius legebatur, *dicantque.*

6 *Si enim unus est, salva nobis est unitio.*] Legendum denuo ex Damasceno: *si enim adhuc salva.* Græce fuit, εἰ γὰρ εἰσέτι. Legit interpres inconsiderate, εἰ γὰρ εἷς ἐστι.

7 *Si enim non.*] Sin minus, εἰ γὰρ μή.

8 *Quomodo voluit.*] Ὡς ἠθέλησεν. Quæ vox & Manetis fuit, ut paulo antea Athanasius admonuit. Vide & inter ejusdem Athanasii opera tractatum, quem Theodoreto Photius adjudicat, adversus Synusiastas exaratum: Πρὸς τοὺς λέγοντας, ἔπαθεν ὁ Θεὸς ὡς ἠθέλησεν. *Adversus eos qui dicunt, Passus est Deus ut voluit.* Similis istius & hæc altera formula, ὡς οἶδε, *quomodo novit*: quæ tum alibi occurrit, tum in epistola, quæ Dionysii Alexandrini nomine ad Paulum Samosatenum scripta circumfertur, cum sit nebulonis alicujus Eutychiani Synusiastæ figmentum: unde erit e nostra Conciliorum editione, cui nunc damus operam, expungenda. Passum esse Verbum subinde dicebant secundum carnem, quam sibi ipse condiderat, sed passum ineffabili modo: divinitate interim ipsa doloris experte, quemadmodum fere νοῦς in homine, ex Aristotelis doctrina, libro iii. de Anima, cap. vi. χωριστὸς, ἀπαθὴς, ἀμιγὴς, intelligitur. Sic Apolinarius ipse in libello de fide, quem Theodoretus laudat in dialogo tertio, pag. 171. Καὶ τῶν περὶ σάρκα παθῶν γενομένων, τὴν ἀπάθειαν ἡ δύναμις εἶχε τὴν ἑαυτῆς· ἀσεβεῖ ἄρα ὁ τὸ πάθος ἀνάγων εἰς τὴν δύναμιν. *Et cum in carne passiones essent, impatibilitatem suam habuit potentia, hoc est, divinitas. Quare impius est, qui passionem ad potentiam refert.* Hoc illud est quod alias iidem aiebant, passum esse carne Verbum impatibiliter: σαρκὶ ἔπαθεν ἀπαθῶς.

9 *Christi apud ipsos memoria fugiente.*] Obliti quid Christus sit: quod nomen est commune videlicet, geminam significans naturam: alteram passionis expertem, alteram passioni obnoxiam.

10 *Prævenientes diximus.*] Φθάσαντες.

11 *Eorum querentur.*] Forte, *quæ rentur.*

12 *Putamus non, Corpus Dei & sanguinem.*] Fortassis Græce scriptum, τὸ νομιζόμενον, *quod vulgo dici*, vel *usurpari solet.* Legit interpres, νομίζομεν οὐ. Certe sententia hujus loci aliquid simile postulat: *Quod vulgo dicitur, Corpus Dei & sanguinem accipimus*, &c. Inter ea placita, quæ Monophysitæ æque atque Catholici anathemate percellerent, illud refertur ab Anastasio in Ὁδηγῷ, pag. 77. Χρὴ ἀναθεματίζειν τὸν μὴ ὁμολογοῦντα Θεοῦ τὸ σῶμα καὶ Θεοῦ τὸ αἷμα, ὃ μεταλαμβάνομεν. *Oportet anathematizare eum, qui non confitetur Dei corpus & Dei sanguinem esse id quod accipimus.* Synusiastarum sententia fuit corpus & sanguinem Dei œconomice tantum dici debere, & secundum attributionem: quoniam Verbum caro factum, ea quæ carnis sunt, quomodo novit, per se præstitit: non quoniam corpus cum sanguine ei sit consubstantiale nostro.

13 *Non juvantes dicere.*] Forte, *non invenientes*, vel *non valentes dicere.*

14 *A præmissis bonis.*] Rectius, *a promissis bonis.*

15 *Putamus non contremiscent ista dicere audientes.*] Suspicamur ita emendari oportere: *An enim non contremiscunt ista dicere audentes?* Paulo antea *putamus* similiter occurrit, ubi *aut enim* legendum haud dubie constat ex Damasceno.

16 Τὰς κενοφωνίας.] Bigotius καινοφωνίας in altero, credo, exem-

novitates vocum declinantes, carissime, [1] ad id quod præjacet revertamur. Pium, & valde pium, Christum qui morte circumdatus est, confiteri in divinitate perfectum, & in humanitate perfectum, unum filium unigenitum, non dividendum in filiorum dualitatem: portan-
11 tem tamen in semetipso indivisarum duarum naturarum inconvertibiliter proprietates: non alterum & alterum, absit: sed unum & eundem Dominum Jesum, Deum, Verbum,

ἐκκλίνοντες, ἀγαπητέ, εἰς τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν. Εὐσεβὲς καὶ λίαν εὐσεβὲς τὸν θανάτῳ περιβληθέντα Χριστὸν ὁμολογεῖν ἐν θεότητι τέλειον, καὶ ἐν ἀνθρωπότητι τέλειον. (a) ἕνα υἱὸν μονογενῆ, οὐ διαιρούμενον εἰς υἱῶν δυάδα, φέροντα δ' ὅμως ἐν ἑαυτῷ [2] τῶν ἀχωρίστων δύο φύσεων ἀσυγχύτους ἰδιότητας· (b) οὐκ ἄλλον καὶ ἄλλον, μὴ γένοιτο. ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν κύριον [3] Ἰησοῦν Χριστὸν, Θεὸν λόγον, σάρκα ἠμφιεσμένον, καὶ αὐτὴν οὐκ ἄψυχον καὶ ἄνουν, ὡς ὁ δυσσεβὴς Ἀπο-

carne nostra amictum, & ipsa non inanimata aut irrationabili, sicut impius Appollinaris dixit. Istis mentem intendamus: fugiamus eos qui dividunt. Nam etsi duplex natura, verumtamen indivisibilis & indissipabilis unitio in una filiationis confitenda persona & una subsistentia. Fugiamus qui unam naturam post unitionem [6] prodigaliter dicunt: unius enim cogitatione impassibili Deo passionem adjungere impelluntur, dispensationem abnegantes, & diaboli gehennam arripientes. Ista propter mensuram epistolæ sufficere arbitror, ad confirmationem tuæ dilectionis, o magnifice.

λινάριος εἶπεν. [4] Τούτοις τοίνυν προσέχωμεν· φύγωμεν τοὺς διαιροῦντας. εἰ γὰρ καὶ διπλῆ ἡ φύσις, ἀλλ' οὖν ἀδιαίρετος καὶ ἀδιάσπαστος, [5] ἣν ἐν ἑνὶ τῷ τῆς υἱότητος ὁμολογουμένην προσώπῳ καὶ μιᾷ ὑποστάσει. Φύγωμεν τοὺς μίαν φύσιν μετὰ τὴν ἕνωσιν τερατευομένους· τῇ γὰρ τῆς μιᾶς ἐπινοίᾳ τῷ ἀπαθεῖ Θεῷ πάθος προσάπτειν ἐπείγονται, τὴν οἰκονομίαν [7] ἀρνούμενοι, καὶ τὴν διαβόλου γέενναν προσαρπάζοντες. Ταῦτα διὰ τὸ μέτρον τῆς ἐπιστολῆς ἀρκεῖν εἰς ἀσφάλειαν ἡγοῦμαι τῆς σῆς ἀγάπης, θαυμάσιε.

Explicit epistola B. Joannis Episcopi Constantinopolitani ad Cæsarium monachum, tempore secundi exsilii. Amen.

(a) Euthymius in Panoplia, tit. xv.
(b) Hactenus Euthym.

exemplari vidit Priore vocabulo etiam Paulus ad Timotheum utitur.

1 *Ad id quod præjacet.*] τὸ προκείμενον, *ad propositum revertamur.*

2 Τῶν ἀχωρίστων . . . ἰδιότητας.] Bigotius edidit, ἀχωρίστων... τὰς ἰδιότητας. Rectius ita locus redderetur: *duarum tamen naturarum inseparabilium minime confusas in se proprietates conservantem.*

3 Ἰησοῦν Χριστὸν, Θεὸν λόγον.] Bigotius ex alio codice, Ἰησοῦν, Θεὸν, λόγον. At noster integrior, quem fide etiam integra repræsentamus. Mox ubi σάρκα ἠμφιεσμένον noster habet, alter σάρκα ἡμετέραν ἠμφιεσμένον exhibet.

4 Τούτοις τοίνυν προσέχωμεν.] Bigot. τούτοις τὸν νοῦν προσέχωμεν.

5 Ἣν ἐν ἑνὶ τῷ τῆς υἱότητος.] Bigot. ἡ ἕνωσις, ἐν ἑνὶ τῆς υἱότητος.

6 *Prodigaliter.*] Legendum, *prodigialiter*, ex Græco.

7 Ἀρνούμενοι.] Huc usque noster Anastasii codex.

INDEX CAPITUM.

IN EPISTOLAM S. JOANNIS CHRYSOSTOMI AD CÆSARIUM MONACHUM

DISSERTATIO DE SACRAMENTO ALTARIS.

13 NUNC anni fere decem præteriere, cum hanc epistolam Vir Clarissimus, & idem nobis amicitia conjunctissimus Emericus BIGOTIUS primum edi curavit, ex bibliotheca Dominicanorum Florentiæ erutam. Particulas ejusdem epistolæ quatuor, quæ Græce exstarent in MS. codice Χρήσεων δογματικῶν Anastasii presbyteri, ex bibliotheca Collegii hujus nostri Parisiensis, cum eo tunc temporis libentissime communicavimus. Has indicarat LABBEUS noster in conspectu novæ editionis operum Damasceni, pag. 51. tametsi ille Anastasii esse eam collectionem non videat. Ex illis porro, vel si cetera argumenta desint, sua abunde huic epistolæ auctoritas adseritur & vindicatur. Nam cum sit codex ille annorum fere DCC. & cum Græcis Latina congruant: quin pari fide reliqua sint a satis vetusto, tametsi rudi, nec Græci sermonis valde perito interprete reddita, quippe cum inter se omnia cohæreant, nullus esse potest ambigendi locus. Bigotianum exemplar Latinum, qua forma excusum Roterodami est ante biennium, repræsentamus: neque enim aut Parisiense unquam ab amico etiam extorqueri, aut istud nisi nuperrime venire potuit in manus nostras. Græca ex uno codice nostro exhibemus, præter extremam fere epistolæ
14 clausulam, quam unus bibliothecæ Regiæ codex subministrat: cum ex hisce quatuor, quæ dixi, fragmentis, tria pariter reperire sit, tum in illa Regia, tum in Colbertina, in antirrheticis Nicephori CP.

Auctorem epistolæ Joannem Episcopum CP. Anastasius appellat, capite secundo. Nec alio certe nomine designatus est ævo suo, quo nomine & Augustinus ipsum appellat, libro VI. contra Julianum, cap. XI. & alibi passim. Joannem Chrysostomum, tum ipse Anastasius, decimo capite, tum Nicephorus CP. vocat epistolæ hujus scriptorem. Item [1] Joannes Damascenus adversus Acephalos. Euthymius denique in panoplia MS. bibliothecæ nostræ, parte secunda, tit. XV. & Theorianus in legatione ad Armenos: quanquam uterque epistolam inscriptam dicit, sed falso, πρὸς Ἀκάκιον μοναχόν, cum ceteri omnes Cæsarium vocent. Nam incertus auctor collectaneorum contra Severianos, a Turriano editus, apud eumdem Canisium, ipse noster Anastasius est: sed quem Græcus codex multis partibus auctiorem exhibet.

Jam ipsa secundi exsilii mentio tum Chrysostomum epistolæ auctorem aperte prodit, tum etiam quo tempore exarata hæc sit epistola, indicat. Abductus enim est in exsilium XII. Kalendas Julias, anno CCCCIV. Decessit idem e vita, XVIII. Kal. Octobres, anno CCCCVII. Cucusi in Armenia: quo in tractu, ut ex Liberato, aliisque monumentis didicimus, Apollinaris ac Synusiastarum insaniæ addicti complures fuere, monachi præsertim: adversus quam in hac epistola Chrysostomus stylum distringit.

In collectione epistolarum Chrysostomi hanc desiderari nemo mirabitur, qui norit & aliorum pariter Græcorum Patrum epistolas subinde a collectoribus prætermissas, quas viri docti e scriniis bibliothecarum quotidie eruunt: cujusmodi illa est, quæ Gregorium Nazianzenum auctorem habet, tempusque similiter quo exarata est, ut Chrysostomiana, indicat: Γρηγορίου ἐπιστολὴ πρὸς Νεκτάριον ΚΠ. χειροτονηθέντα, μετὰ τὸ αὐτὸν ἀποχωρῆσαι. Edita est a Viro Clariss. Cotelerio, ex libris regiis, ante annos quindecim.

Ex instituta porro a Chrysostomo collatione duplicis mysterii, Incarnationis videlicet atque Eucharistiæ, subiit catholicorum quorumdam animos ina- 15
nis certe trepidatio, ne his patrocinari videretur, qui corpus Christi ea ratione præsens esse pani volunt, ut absque ulla mutatione substantiæ panis sacramentali unione ei copuletur. Nonnulli etiam ex adversariis progressi longius, solam appellationem dominici corporis a sanctissimo doctore pani attributam dixere, ac ne coëxistentiam quidem, quam Græci συνύπαρξιν vocant, ut prioribus illis placet. Est id autem adversariis familiare ac solenne, ut antiquos Patres, quorum auctoritate lis ista componi possit, quamlibet invitos pertrahere conentur in partes suas: ac rem alioqui in Patrum scriptis perspicuam, suis offuciis ac præstigiis obscurare: nempe ut tali destituta subsidio mens in ambiguo fluctuet, veniatque in suspicionem aliquam, sanctissimos Patres aut non esse alienos a perversa heterodoxorum opinione, aut certe fidei nostræ non plane & aperte, ut decuit, suffragari.

Hanc criminationem a sanctissimo viro depellere, etsi mihi jamdudum consilium & animus fuit, tamen id ne præstarem cum maxime vellem, & Plinii illustrandi labor, & alia avocavere studia: tum vero in primis, quod tempus arbitrarer opportunius nullum fore in id incumbendi, quam ubi copia nobis epistolæ integræ fieret: id quod vix octavo abhinc mense contigit, & casu quidem ac fortuito. Nunc autem, cum Dei ope, in ea sum spe fore, ut nostra hæc lucubratio palam faciat, doctissimum virum, sapientissi-

1 *Joannes Damasc. adversus Acephalos, tomo IV. Antiq. Lect. Henrici Canisii, pag. 211.*

pientissimumque Antistitem, Joannem Chrysostomum, quem Eucharistiæ doctorem merito suo, ut doctorem gratiæ Augustinum, Ecclesiæ summa consensio nuncupat, non alibi fere apertius, siquidem attente ac diligenter illius mentem inspicimus, quam hoc ipso in loco, partem utramque catholicæ veritatis adstruere: & quæ adesse Christum in sacramento, & quæ abesse ab eo panis substantiam docet.

Qua in palæstra cum aliqui ante nos desudarint, ingeniumque exercuerint: nos tamen ab illis longissime dissidere, aliosque prorsus, nec tritos antea calles inire, itáque facto opus fuisse, illi haud dubie judicaturi sunt, quibus ut istorum lucubrationem cum
16 nostra componant, satis erit otii: ut de utraque recte sententiam ferant, satis solertiæ: ut quod sentiant loquantur, satis candoris ac bonæ fidei. Haud sane interim verebimur generatim asseverare, nec pauca priorum esse in hoc argumento errata, nec sane levia: Quæ Chrysostomianæ orationi vis, quantum robur insit, adhuc neminem persensisse: omnium vero minime scriptorem Gallicum, qui de Perpetuitate Fidei circa Eucharistiam librum inscripsit: idemque fere de Theodoreti sententia judicium esse oportere: neminem, quæ Synusiastarum hæresis fuerit, exposuisse: cum tamen in hujus deprehensione ac declaratione erroris, quem Chrysostomus in hac epistola confutat, cardo totius causæ summaque sit posita: denique de θέσει, & φύσει qui tractarunt, sive orationis prolixitate, sive ambage verborum, etiam in sermone vernaculo, rem obscurasse magis & involvisse videri, quam aperuisse. Quæ singuli porro in his capitulis peccarint, aut refellere, aut vero indicare, operæ esset longioris: qua libenter studio brevitatis supersedemus, quoniam multo plura fere confutanda forent, quam quæ sunt a nobis statuenda. Testimonia tamen veterum scriptorum, jam antea ab aliis indicata, nonnulla quidem commemoramus: nam qui potest aliter fieri? sed sunt ea primum paucissima: deinde vero ex ipsis fontibus, quo iere illi aquatum, fas esse & hortos quoque nostros irrigari quis neget? Judicium facient interim eruditi, num rivulos, num fontes ipsos sectati simus: an & inde cum Dei ope felicius hauserimus, copiosiusque, quam priores.

Est igitur ea pars orationis Chrysostomianæ, quæ venit in controversiam, his contexta verbis:

Sicut enim antequam sanctificetur panis, panem nominamus: divina autem illum sanctificante gratia, mediante sacerdote, liberatus est quidem appellatione panis, dignus autem habitus est Dominici corporis appellatione, etiamsi natura panis in ipso permansit: & non duo corpora, sed unum corpus filii prædicatur: sic etiam hic divina insidente corpori natura, unum filium, unam personam utrumque constituit: agnoscitur tamen extra divisionem & confusionem, non in una tantum natura, sed in duabus perfectis. Sic enim multo melius Turrianus noster ex Græco Damasceni reddidit, quam vetus interpres. Qua oratione, nostro quidem judicio,
17 dici planius nihil potest ad transubstantiationem adstruendam, cum sit hujus sententiæ hoc veluti summarium. Sicut antequam sanctificetur panis, panis appellatur, ac reipsa panis est: post sanctificationem autem sacerdotis nec panis appellatur, nec reipsa panis est, sed corpus Domini appellatur, ac reipsa est: tametsi simul natura panis in eo remanet: nec tamen appellantur, nec sunt duo corpora, sed unum corpus filii Dei, etsi sunt naturæ duæ: sic in Christo, Deo & homine, unus est filius Dei, non duo filii: tametsi naturæ sunt duæ, & maxime in Christo perfectæ. Nunc est autem ea Chrysostomi oratio in varias dissecanda partes, nulla ut de genuino singularum intellectu reliqua dubitatio sit.

CAPUT PRIMUM.

Panem consecratum corpus Dominicum idcirco appellari, quoniam vere corpus Domini est.

PRIMAM frontem tenet illa sententia. *Sicut enim antequam sanctificetur panis, panem nominamus: divina autem illum sanctificante gratia, mediante sacerdote, liberatus est quidem appellatione panis, dignus autem habitus est Dominici corporis appellatione.* An vero hoc loco quisquam appellationem esse vacuam ac sine re putet? aut tanto quidem censeri nomine panem arbitretur honoris causa, reipsa nihil extra panem esse? Næ ille parum & in exploranda Chrysostomi mente, & in pernoscendis Patrum sententiis solers & acutus. [1] *Quid enim EST panis?* inquit Chrysostomus alibi: *Corpus Christi.* Et hoc ipso loco: Antequam sanctificetur panis, inquit, panem nominamus: cur? quia panis est. Ubi accessit consecratio, non panem illum nominamus, ut prius, sed corpus filii Dei: quid ita? haud dubie, quia tunc corpus filii Dei est. Satis dilucide significat revera panem esse, cum ait *panem nominari*: ergo & satis dilucide pariter significat revera Christi corpus esse, cum ait *corpus filii prædicari.* Cur? quoniam Christus Dominus, cujus utique jussu mutatur appellatio, 18
quale quidpiam esse dicit, tale & facit. [2] *Corpus suum vocat panem:* quam ob causam? quia *corpus suum illum fecit*, inquit Tertullianus. Juvat enim obiter indicare alios quoque extra Chrysostomum in hoc argumento promiscue appellandi & faciendi vocibus esse usos, præsentiamque corporis Christi sub pane utralibet voce declarasse.

Quid igitur [3] Photius, ejusdem sedis antistes, quam Chrysostomus tenuerat, in epistola ad Nicolaum Papam? *O rem miram! Panis communis in corpus Christi immutatur: & vinum commune sanguis illius appellatur.* Sive immutari diceret, quod priore loco catholice, hoc est, eodem quo solemus ipsi sensu, fecisse in confesso est: sive appellari, quod posteriore, vidit is scilicet nihil interesse.

Quid Jeremias similiter CP. in censura Confessionis Augustanæ? [4] *Novum tradidit* Dominus *sacrificium*, inquit, *dum panem fregit, & distribuit ipsis, eumque corpus suum nominavit:* utique & fecit: id quod aperte Jeremiam docuisse ii norunt, qui & librum ejus legerunt, & Ecclesiæ Græcæ fidem didicere, nec maligne dissimulant. In Chrysostomi autem oratione non eandem esse vim vocum, atque in istis, quo quis tandem argumento evincat?

Apud Theodoretum, qui accepit a Chrysostomo disciplinam, Eranistes, orthodoxo consentiente, symbola immutata dicit: qua mutatione? plane simili illius, qua corpus Dominicum post ascensionem Eranistes mutatum aiebat in divinam naturam. Mutatione igitur οὐσιώδει. An hæc enim mutatio meræ appellationis existimata ab Eraniste est? Minime vero: sed οὐσιώδης, inquam. Nam cum duo sint in re qualibet materiali: tum materia scilicet, quam substantiam appellamus, tum & proprietates naturales, seu natura substantiæ: alterutrum si mutatur, mutatio οὐσιώδης a Græcis censetur. Proprietates corporis Christi absumptas esse post ascensionem, ipsamque ἰδέαν corporis adspectabilis interiisse censuit Eranis- 19
tes: sicut in sacramento materia panis ac vini interiit: utraque mutatio, siquidem admittenda utraque foret,

1 *Chrysost. hom.* XXIV. *in* 1. *Cor.* X. Τί γάρ ἐστιν ὁ ἄρτος; Σῶμα Χριστοῦ.

2 *Tertull. libro* IV. *contra Marcion. cap.* XL.

3 *Photius, apud Allat. in Creyght. pag.* 443. Ὢ τῶν θαυμάτων· ὁ κοινὸς ἄρτος εἰς σῶμα Χριστοῦ μεταβάλλεται, καὶ ὁ κοινὸς οἶνος αἷμα χρηματίζει.

4 *Ierem. pag.* 80. Τὴν καινὴν παρεδίδου θυσίαν, κλάσας μὲν τὸν ἄρτον, καὶ διανείμας αὐτοῖς, καὶ οἰκεῖον σῶμα αὐτὸν καλέσας.

foret, ἀνειώδης est. Hanc posteriorem orthodoxus ipse ultro agnovit admisitque, cum priorem tamen recte ac merito negaret ex hac altera consequi. Ut significet igitur Eranistes mutata esse symbola, & alia esse facta οὐσιωδῶς, atque adeo esse digna quæ adorentur, qua id oratione porro declarat? nempe ista: [1] *Atqui priorem, inquit, mutant appellationem: non enim amplius nominantur, quod prius vocabantur: sed corpus appellatur.* Quam sententiam & orthodoxus adsensu comprobavit. Appellationem ergo mutare, naturam οὐσιωδῶς mutare est. Et vero solane appellatio, si res absit, cultum Deo uni debitum, qualem sanctificatis deferri symbolis Theodoretus admonet, communicare cum pane possit? Ista profecto non religio, sed superstitio sit. Rem autem quampiam appellante Deo, si pro eo habemus quod ab eo dicitur, securi sumus: pro eo quod appellatur, etiam tuto colitur: quoniam a Deo aliter ac prius appellari, mutari est.

At sensisse aliter Theodoretus ipse videtur. Ubi porro? In dialogo nempe primo, qui Immutabilis inscribitur. Nam ibi nomina permutata ait, ubi natura tamen non potest ipsa dici immutata. Panis, inquit, caro Christi dicitur: sed & caro Christi vicissim frumentum ab ipso nominatur. Nisi, inquit, granum frumenti mortuum fuerit. [2] *In mysteriis* præterea *panis corpus dicitur, & vinum sanguis. Sic nomina salvator noster permutat. Nam & corpori quidem id quod erat symboli nomen imposuit: symbolo vero, quod erat corporis. Sic vitem seipsum qui nominavit, sanguinis nomen symbolo tribuit.* Recte. An hoc est ergo dicere, quemadmodum se vitem Christus non appellat, nisi figurate, ita nec vinum in mysteriis nisi figurate ab eo sanguinem appellari: neque adeo ex mutatione nominis naturæ mutationem consequi? Neutiquam certe. Theodoretum enim ipsum audiamus. *Qui seipsum vitem nominavit, idem sanguinis nomen symbolo tri-*
20 *buit.* Cur? [3] Norunt initiati, inquit. Voluit Christus eos, qui divinis mysteriis participant, non ad ea attendere quæ cernuntur, sed ad ea quæ appellantur: ut *per mutationem nominum credant eam mutationem, quæ facta est per gratiam. Qui enim corpus suum naturale & frumentum appellavit & panem, qui se vitem quoque nominavit*; ut se pro frumento nobis significaret, ac pro vino futurum: *ille ipse symbolorum nomina mutat:* cur? ut significet suadeatque mutationem eorumdem, quæ est facta per gratiam. At non est causa similis in appellatione vitis, aut pallii, aut frumenti: nulla idcirco intelligenda illic aut credenda est mutatio facta per gratiam. Ergo aliter se vitem Dominus nuncupavit, aliter panem corpus suum vocavit. Cum se vitem dixit, aut sanguinem suum in vetere testamento vinum; aut corpus suum pallium sive stolam: nec sui, nec sanguinis, corporisve appellationem propterea mutavit: neque adeo vel se, vel corpus, vel sanguinem, idcirco mutavit. At cum idem visibilia symbola, cibumque sanctissimum, corporis & sanguinis appellatione cohonestat, & priorem panis & vini mutat aboletque appellationem: & mutationem idcirco, quæ fit accessione gratiæ, esse οὐσιώδη significat & credi jubet.

Non igitur aut appellatio ex æquo mutata rebus, aut res ipsæ immutatæ, & cum se Dominus vitem, carnemve suam pallium ac stolam, & cum panem corpus appellat. Nomina quidem permutantur: at non ipsa tamen rerum nomina sic mutantur, ut prior utrobique appellatio pereat, cum nova ac recens imponitur. Panem cum vocat Dominus corpus suum, nec jam amplius panis est, nec proprie dicitur: atque, ut Chrysostomi verbo utamur, liberatus est appellatione panis. Ubi vinum appellat sanguinem suum, ubi carnem pallium sive stolam, ubi se vitem ipse nuncupat: & sanguis nihilominus, & caro, & Christus est ac dicitur: sola similitudo vini, stolæ, vitis, intelligitur: nec liberatur sanguis idcirco ap- 21
pellatione sanguinis, aut caro appellatione carnis, aut Christi nomine ac dignitate Christus. Quare nec sanguis esse, aut caro, aut Christus desinit. Desinit autem esse panis, quoniam liberatur appellatione panis.

Valet nimirum hoc loco ea, quæ est in communi hominum usu & consuetudine posita lex: nihil ut appellationem mutet, quod non simul vel οὐσίᾳ, seu φύσει, hoc est, proprietatibus iis, quibus a re quavis alia secernitur, vel substantia ipsa aliud fiat ac mutetur. Sic aqua cum gelu concrevit, glacies appellatur: aër cum cogitur, nubes: & sunt hæ mutationes naturæ, ut dicemus: illa totius etiam substantiæ, cum exempli gratia jubente Domino aqua in vinum abiit. Alterutro autem nisi res aliqua modo mutetur, ea nec appellationem apud homines mutat. Mutatur autem hic appellatio: ergo & res ipsa secundum alterutrum modum. Ut panem cum appellabamus, panis erat: sic corpus Christi cum appellamus, Christi corpus est.

Quid quod alioqui causam ipse suam Chrysostomus jugulat, & mirifice inservit alienæ? Nam quorum ille in hac epistola perfidiam petit? Synusiastarum utique, qui consubstantialem divinitati carnem Christi esse censuere: id quod illa Chrysostomi vox indicat, *Etiamsi non consubstantiales naturæ exsistunt:* quæ, ut paulo antea admonet, *abominabilis opinio est Apolinarii, & eorum qui Synusiastæ dicuntur.* Et nos istud uberius deinde ostensuri sumus. Quid igitur statui a Chrysostomo adversus illos, adstruique oportuit? Nempe non esse Christi carnem Verbo consubstantialem. At si vult idem in altari substantiam quidem panis exstare, corporis Dominici non substantiam, remque ipsam, sed appellationem tantummodo: adsumit illud omnino, unde consectarium fit esse Christi carnem consubstantialem Verbo: quod quid aliud est, amabo, nisi causam catholicam perfidiose prodere? Nam si in Eucharistia tametsi panis dicitur esse Christi corpus, nihilominus quidquid illic est, nihil est reipsa præter panem, corpus Christi non est nisi appellatione tantum: consequitur ex eo pariter in incarnatione, tametsi Verbum caro factum est, quidquid est in Christo nihil præter divinitatem esse, humanitatis solam appellationem esse, non ipsam naturam. Quid aliud porro Synusiastæ velint? Non hæc illorum erroris pura putaque pes- 21
tilentia est? Non igitur, quod cogitare animus perhorrescit, turpissimus prævaricator, non proditor causæ publicæ, non diversæ partis adjutor Chrysostomus censendus est, ita si censuit? Enimvero potuitne validius Synusiastis subservire, quam id si nunc afferret, quo egregie confirmari, si verum sit, eorum amentiam necesse sit? Atqui ne ipsis quidem istud de Eucharistia suspicari aliquando venit in mentem. Nam ecquis id ex istorum castris objecit? quod tamen obvium atque in promptu fuit, si causam juvaret. Nemo scilicet illorum ipsorum non alienum illud esse a vero vidit: nemo non æque Domini corpus in altari adesse, ac panis naturam, intellexit: nemo non didicit duas ibi res diversi inter se generis reipsa uniri, ac non earum alteram appellatione tantum: ex quo exemplo catholici, Chrysostomo ante

1 *Theodoret. dial. 2. pag. 85.* Καὶ μὴν τὴν προτέραν ἀμείβει προσηγορίαν. οὐκέτι γὰρ ὀνομάζεται ὅπερ πρόσθεν ἐκαλεῖτο, ἀλλὰ σῶμα προσαγορεύεται.

2 *Theodoret. dial. 1. pag. 17.* Ἐν δέ γε τῇ τῶν μυστηρίων παραδόσει, σῶμα τὸν ἄρτον ἐκάλεσε, καὶ αἷμα τὸ κρᾶμα . . . . Ὁ δέ γε σωτὴρ ὁ ἡμέτερος ἐνήλλαξε τὰ ὀνόματα. καὶ τῷ μὲν σώματι τὸ τοῦ συμβόλου τέθεικεν ὄνομα. τῷ δὲ συμβόλῳ τὸ τοῦ σώματος. οὕτως ἄμπελον ἑαυτὸν ὀνομάσας, αἷμα τὸ σύμβολον προσηγόρευσεν.

3 *Theodoret. dial. 1. pag. 18.* Δῆλος ὁ σκοπὸς τοῖς τὰ θεῖα μεμυημένοις· ἐβουλήθη γὰρ τοὺς τῶν θείων μυστηρίων μεταλαγχάνοντας, μὴ τῇ φύσει τῶν βλεπομένων προσέχειν, ἀλλὰ διὰ τῆς τῶν ὀνομάτων ἐναλλαγῆς, πιστεύειν τῇ ἐκ τῆς χάριτος γεγενημένῃ μεταβολῇ. Ὁ γὰρ δὴ τὸ φύσει σῶμα σῖτον καὶ ἄρτον προσαγορεύσας, καὶ αὖ πάλιν ἑαυτὸν ἄμπελον ὀνομάσας, οὗτος τὰ ὁρώμενα σύμβολα τῇ τοῦ σώματος καὶ αἵματος προσηγορίᾳ τετίμηκεν, οὐ τὴν φύσιν μεταβαλών, ἀλλὰ τὴν χάριν τῇ φύσει προστεθεικώς.

ante alios auctore ac duce, ut postea videbimus, naturas similiter duas in Christo copulatas atque reipsa conjunctas intelligi voluere.

Sed quid in investiganda Chrysostomi sententia conjecturis aut argumentis utimur: cum illi ipsi, quibus bellum indicit, ipsomet in hac epistola ita prodente, se in sacris mysteriis corpus & sanguinem Dei percipere fateantur? *Corpus Dei*, inquiunt, *& sanguinem accipimus.* Quam illorum vocem atque sententiam, Monophysitæ quoque postea, quorum parentes exstitere ii, in quos Chrysostomus in præsenti invehitur, sic exceperunt, ut palam præ se ferrent, sacram communionem non nudam esse figuram, panemve simplicem, sed ipsum vere corpus sanguinemque Christi. Nam apud Anastasium in Ὁδηγῷ, (scripsit is autem circiter annum DCXXX.) quærenti orthodoxo, [1] *Num communio sacratissimi corporis & sanguinis Christi, quam offers & accipis, corpus & sanguis verus est Christi filii Dei: an nudus panis, qualis ostiatim venditur: aut figura corporis Christi, ut sacrificium hirci, quod Judæi offerunt?* Respondet Gaianita e Monophysitarum grege: [2] *Absit ut dicamus*
23 *sacram communionem esse figuram corporis Christi, aut nudum panem: sed ipsum vere corpus & sanguinem filii Dei accipimus incarnati, & ex sancta Deipara semperque virgine Maria nati.* Cui deinde reponit orthodoxus: [3] *Sic credimus, & sic confitemur, juxta vocem ipsius Christi, qua discipulos affatus in cœna mystica, cum traderet eis vivificum panem, dixit: Accipite, comedite, hoc est corpus meum. Similiter & calicem cum daret illis, ait, Hic est sanguis meus. Non dixit, hoc est figura corporis & sanguinis mei.* Quare dum idem Anastasius, capite tertio, ea fidei capita commemorat, in quibus cum hæreticis orthodoxi consentirent, illud recenset inter cetera, quod anathemate pars utraque conspirantibus animis feriret [4] *eum, qui Dei corpus ac Dei sanguinem neget esse quod percipimus.* Quam sententiam cum ii quoque usurparent, quos Chrysostomus in hac ad Cæsarium epistola perstringit, eatenus quidem corrumpebant, quod corpus illud Verbi proprium esse, hæretico, quem exponemus inferius, sensu affirmarent: at verum interim esse corpus illud, ut in incarnatione, sic & in Eucharistia, fatebantur.

Pudet referre quam infelici effugio vim similium testimoniorum, quibus Patrum scripta referta sunt, declinare adversarii moliuntur: Dominum Christum scilicet, si Patrum solummodo sensa scrutamur, panem & vinum corpus & sanguinem suum efficere, non in signo & figura tantum, prout agnus paschalis olim esset: sed & in virtute cælesti ac spiritali, quæ efficaciam corporis Christi habeat, & realis qualitas sit illis rebus per consecrationem addita. Sic enim sensisse Patres jam a secundo saltem sæculo, [5] Albertinus plurimis locis confitetur. At cur duo corpora Chrysostomus in Eucharistia dici vetat, si
24 qualitas tantum, si virtus aliqua dumtaxat pani adjecta est? Quis ex corpore & qualitate duo fieri corpora, nisi amens, suspicetur? aut cui evellenda omnino hæc cogitatio sit?

Mitto enim, quod superius est indicatum, ruere funditus Chrysostomi ratiocinationem, qua duas similiter in Christo naturas non consubstantiales ex similitudine Eucharistiæ adstruere nititur, solam si virtutem ejusmodi, ac non substantiam corporis Christi integram in Eucharistia naturæ panis conjunctam esse censuit. Dicerent enim Synusiastæ, id ex ea plane argumentatione consequi, quod ipsi percupiant: nempe sicut in sacramento præter panem nihil est, dote quidem aliqua seu virtute divina præditum, sed non alteri conjunctum substantiæ: sic in Christo Domino præter divinitatem nihil esse: quæ formam quidem humanam exhibuerit, alteram tamen substantiam diversi generis reipsa sibi minime copularit.

Quod si deinde debet qualitas ejusmodi in sacramento altaris pani adjecta intelligi, cur ille, cur passim omnes iis usi sunt verbis atque sententiis, quibus adhiberi significantius nihil potuit, ut ipsum corpus ipsumque sanguinem adesse, persuasissimum cuilibet audienti aut legenti foret? Quin veriti ne obtusiora rusticorum saltem ingenia, hanc verbis istis inesse vim suspicarentur, quam inesse viri hodie non hebetes inter catholicos arbitrantur? Quin hunc errorem vel semel aut anteoccupare, aut evellere ex animis fategerunt? Cur nemini uni ea cautio curaque venit in mentem?

Sed fuerint illi minus cauti, minusque considerati. Quæ illa porro qualitas, seu virtus est? Eane arcessenda ab ipsa corporis & sanguinis Christi materia est: qualem forte quis putarit vim illam exstitisse, quam a se manasse in feminam sanguinis profluvio sanatam Dominus Christus declaravit? Eamne postea vim adversarii putant Patres censuisse ab ipsa carnis & sanguinis Dominici substantia in panis & vini materiam superne decidere atque influere, qua panis & vinum fiant ipsius corporis sanguinisque instar? Adeone inscite & absurde, Deus immortalis, Patres universi delirarint, sentiente & coarguente nemine? Aut si delirium non est, cur hanc virtutem, quam ab antiquissimis retro Ecclesiæ temporibus, a Patribus seculi etiam secundi, ceterisque deinceps omnibus agnitam comminiscuntur, nunc repudiant isti 25
nihilominus & abjudicant: exiguique id esse momenti aiunt, in eo si dissentiant? nisi idem etiamnum illos, atque olim Manichæos, atque Donatistas, spiritus agit, ut apud se similiter statuant, [6] *Quod volumus, sanctum est.*

Maneat igitur, id quod initio proposuimus, cum appellatione dominici corporis cohonestatum panem esse Chrysostomus dicit, ipsum advenisse corpus Dominicum, immutatumque panem fuisse, vel hac loquendi forma clare expressum: quod sic loqui Patres mos est: quod hæc est in usu communi hominum consuetudo sermonis: hoc ipsa Chrysostomi argumentatio postulat: hoc adversarii ipsi, quos hac epistola pulsat, professi: quid est igitur, quod desiderari ultra possit, vel optari?

CAPUT II.

Unionem naturæ panis cum corpore Christi ipsa illa Chrysostomi sententia exprimi: Etiamsi natura panis in ipso permansit.

JAM intelligere est, opinor, quæ sit alterius illius sententiæ a Chrysostomo prolatæ vis, *Etiamsi natura panis in ipso permansit.* Quis enim non sentit ad dominicum corpus vocem eam *in ipso* spectare, qui de eodem sermonem fuisse proxime memi-

1 *Anastas. cap.* XXIII. *pag.* 349. Αὕτη ἡ κοινωνία τῆς παναγίας σώματος καὶ αἵματος Χριστοῦ ἣν προσφέρεις καὶ μεταλαμβάνεις, σῶμα καὶ αἷμα ἀληθινόν ἐστι Χριστοῦ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, ἢ ψιλὸς ἄρτος, ὡς ὁ πιπρασκόμενος κατ' οἶκον, καὶ ἀντίτυπος τοῦ σώματος Χριστοῦ, ὡς ἡ θυσία τοῦ τράγου, ἣν Ἰουδαῖοι προσάγουσι.

2 *Anast. ibid.* Μὴ γένοιτο ἡμᾶς εἰπεῖν ἀντίτυπον τοῦ σώματος Χριστοῦ τὴν ἁγίαν κοινωνίαν, ἢ ψιλὸν ἄρτον. ἀλλ' αὐτὸ τὸ σῶμα καὶ αἷμα ἀληθῶς Χριστοῦ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ μεταλαμβάνομεν, τοῦ σαρκωθέντος καὶ γεννηθέντος ἐκ τῆς ἁγίας θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας.

3 *Anast. ibid.* Οὕτω πιστεύομεν, καὶ οὕτως ὁμολογοῦμεν, κατὰ τὴν φωνὴν αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ, ἣν πρὸς τοὺς μαθητὰς ἐπὶ τοῦ δείπνου τοῦ μυστικοῦ μεταδιδοὺς αὐτοῖς τὸν ζωοποιὸν ἄρτον ἔλεγε. λάβετε, φάγετε, τοῦτό μού ἐστι τὸ σῶμα. ὁμοίως καὶ τὸ ποτήριον μεταδιδοὺς αὐτοῖς φησί, τοῦτό μού ἐστι τὸ αἷμα. οὐκ εἶπε. τοῦτό ἐστι τὸ ἀντίτυπον τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματός μου.

4 *Anast. pag.* 77. Τὸν μὴ ὁμολογοῦντα θεοῦ τὸ σῶμα, καὶ θεοῦ τὸ αἷμα, ὃ μεταλαμβάνομεν.

5 *Albertin. pag.* 307. 881. *&* 903.

6 *Augustin. lib.* XXIV. *contra Faustum, cap.* 2. *& epist.* XLVIII.

meminerit: *Dignus habitus est dominici corporis appellatione, etiamsi natura panis in ipso permansit?* An enim in pane? Primum, cur potius quam in corpore Dominico, quod ibi cum natura panis adesse ex Chrysostomi mente proxime demonstravimus? Deinde quis ita, siquidem sanus sit, loquatur: *natura panis in pane permanet?* Naturæ si vocabulum, ut [1] Albertinus jubet intelligi, quemadmodum in apodosi, sive in redditione comparationis, ubi de duabus Christi naturis agitur, sic etiam in protasi, sive funda-
26 mento similitudinis, ubi vox ea pani tribuitur, non tantum proprietates naturales, sed ipsam quoque substantiam significat: dicat, amabo, aliquis pro Albertino, panisne substantia suis proprietatibus convestita in pane sit. Cum sint modi octo [2] ex Philosopho, quibus esse aliquid in alio dicatur: ut pars in toto, ut totum in partibus, ut species in genere, ut genus in specie, ut forma in subjecto, sive sit forma accidentalis, sive essentialis: ut effectus in efficiente, ut in fine, ut in loco: quonam modo ex tot istis substantia panis cum suis accidentibus in pane inest? Sed hæc philosophica omittamus, etsi non aliena prorsus a proposito: ex ipsa Chrysostomi oratione acrius res est urgenda.

Nisi duo duobus comparantur, nulla est ea, quam nunc ille instituit, comparatio. Mens enim est sanctissimi viri ostendere, sicut in eucharistico Domini corpore natura panis cum ipso corpore permanet, nec tamen id obest quominus corpus unum filii Dei prædicetur, non duo corpora: sic in corpore Christi solido & adspectabili insidere naturam divinam, nec tamen duos idcirco filios esse aut prædicari. Corpus Domini Eucharisticum, cum illo adspectabili componitur: illi natura speciesve panis, huic plenitudo divinitatis comes adjuncta est. In exemplari igitur æque atque in redditione comparationis duas intelligi naturas oportet. Nam ut comparatio ipsius Chrysostomi verbis proxime antecedentibus instituatur: dicitur quidem homo Christus: sed *non ex hoc ab inhabitanti defraudatur deitate.* Sic natura panis permanet quidem: sed *non ex hoc* ab eo quod consecratio sacerdotis advexit, hoc est, a coëxistente dominico corpore *defraudatur.* Ac proinde si natura panis in corpore Dominico insidet, magis ipsum revera dominicum corpus necesse est exsistere: quemadmodum proportione aliqua cum subjecto inesse accidentia dicimus, tum magis ipsum ibi reipsa exsistere subjectum profitemur.

Quid aliud igitur, si quid Latine, si quid Græce novimus, hæc loquendi forma designat, *natura pa-*
27 *nis in ipso permanet*, præter unionem naturæ panis, quæcumque ea natura sit, cum re altera, nempe cum corpore Christi: qui terminus formalis, ut Scholastici loquuntur, transsubstantiationis est?

Expressit hanc unionem atque conjunctionem Damascenus his verbis: [3] *Conjunxit Deus ipsis*, inquit, symbolis videlicet, *divinitatem suam, & ipsa effecit corpus & sanguinem suum.* Quo nempe ex vinculo atque nexu fit, ut panis in ipso corpore Domini eucharistico sit, tanquam pars in toto sacramentali, quod ex natura panis & substantia corporis dominici constituitur, & coalescit.

Expressit & Chrysostomus alibi apertissime aurea illa voce. [4] *Quemadmodum enim corpus illud* panis *unitum est Christo, ita & nos ipsi per hunc panem unimur.* Quam autem arcto nexu nos uniri cum Christo Chrysostomus existimarit: nec sola caritate, sed ipsa carne: tum diserta vox illius est, inferius laudanda, ex homilia XLV. in Joannem: tum hoc ipso loco, ubi hæc proxime subjicit: [5] *Quid enim dico communicationem corporis Christi, inquit? Ipsum illud corpus sumus. Quid enim est panis? Corpus Christi. Quid vero fiunt, qui sumunt? Corpus Christi. Non multa corpora, sed unum corpus. Quemadmodum panis ex multis compositus granis est unitus, ita ut nusquam grana appareant: sed sint ipsa quidem, manifestum autem non sit eorum discrimen propter conjunctionem: sic & invicem & cum Christo conjungimur. Neque enim ex alio quidem tu corpore, ex alio iste nutritur: sed ex uno omnes.* Christo idcirco unimur, quia de pane edimus, qui est Christo unitus, qui est ipse Christus. Tam vere igitur natura panis cum Christo unitur, quam vere nos unimur, ex Chrysostomi sententia, cum ipsa Christi carne, quæ in mensa Domini sub pane sumitur.

Hunc ipsum Chrysostomi locum, in quo nunc sumus, ex epistola ad Cæsarium, cum Damascenus 28
exscriberet, in libro contra Acephalos: omissaque comparationis protasi solam apodosin exhiberet: in hunc modum expressit: ut quidem latinæ consuetudini reddidit Turrianus noster: [6] *Sic etiam hic divina natura IN IPSO insidente, unum filium, unam personam utrumque constituit.* In ipso: in quo? in aliquo utique, quod sit a natura divina diversum, æque tamen & reipsa exstet, & cum divinitate reipsa copuletur. *In corpore* dixit aperte Chrysostomus: idipsumque dilucide a se significari Damascenus putavit, *in ipso* si diceret. Sic ergo natura panis *in ipso* permanet: in quo? in aliquo sane, quod sit & a pane diversum, & ipsum nihilominus reipsa cum pane conjunctum: in dominico nempe corpore, cujus facta proxime mentio est.

Sed est adhuc aliquanto planius res conficienda: ac nimiæ subtilitatis atque cavillationis, a qua maximopere abhorremus, vitanda reprehensio. Esto sane natura panis in pane: verum in quo? in pane utique jam sanctificato: nam ea Chrysostomi vox & oratio est. Erit igitur natura panis in pane sanctificato & consecrato, tanquam pars in toto: siquidem panis sanctificatus duo dicit, & complectitur: corpus dominicum, quod sanctificatio seu consecratio sacerdotis advexit: & panis naturam, qua tegitur illud & occultatur. Non sunt hæc scilicet plana ac perspicua?

CAPUT III.

Οὐσίας & φύσεως nominibus solas proprietates naturales rei cujusque per se Græcos Patres intellexisse.

His itaque prætermissis, quæ leviora possunt videri, ad majora veniamus. Sentio enim majus esse desiderium pernoscendi, quid naturæ vocabulo Chrysostomus designarit, cum in dominico corpore panis naturam dixit permanere. Nos autem statim sic habendum pro certo exploratoque
ponimus, apud Græcos οὐσίαν ac φύσιν aliud nihil 29
esse, nisi vel unam, vel omnes conjunctim proprietates & qualitates rei cujusque: quæ vel sensu perceptæ, vel quoquomodo cognitæ, quemlibet etiam in imperita plebe, & e vulgo hominum, eo per se confestim adducant, ut rem suo quamque nomine appellet, ac discriminet secernatque a reliquis: ut dicat, exempli gratia, hic panis, hoc vinum, hoc ferrum, hic homo, hic angelus, hic Deus est. Materiam interim, sive subjectum harum proprietatum, in

1 *Albertin. pag.* 533.

2 *Arist. libro* IV. *Phys. cap.* V.

3 *Damasc. libro* IV. *orthod. fidei, cap.* XIV. Συνέζευξεν αὐτοῖς τὴν αὐτοῦ θεότητα, καὶ πεποίηκεν αὐτὰ σῶμα καὶ αἷμα αὐτοῦ.

4 *Chrysostomus. homilia* XXIV. *in* I. *Cor.* X. Καθάπερ γὰρ τὸ σῶμα ἐκεῖνο τῷ Χριστῷ, οὕτω καὶ ἡμεῖς αὐτῷ διὰ τοῦ ἄρτου τούτου ἑνούμεθα.

5 *Chrysostomus, ibid.* Τί γὰρ λέγω κοινωνίαν; φησίν· αὐτὸ ἐσμὲν ἐκεῖνο τὸ σῶμα. Τί γάρ ἐστιν ὁ ἄρτος; σῶμα Χριστοῦ. Τί δὲ γίνονται οἱ μεταλαμβάνοντες; σῶμα Χριστοῦ. οὐχὶ σώματα πολλά, ἀλλὰ σῶμα ἕν. Καθάπερ ὁ ἄρτος ἐκ πολλῶν συγκείμενος κόκκων ἥνωται, ὡς μηδαμοῦ φαίνεσθαι τοὺς κόκκους, ἀλλ' εἶναι μὲν αὐτούς, ἄδηλον δὲ αὐτῶν εἶναι τὴν διαφορὰν τῇ συναφείᾳ. οὕτω καὶ ἀλλήλοις καὶ τῷ Χριστῷ συναπτόμεθα. Οὐ γὰρ ἐξ ἑτέρου μὲν σώματος σύ, ἐξ ἑτέρου δὲ ἐκεῖνος τρέφεται, ἀλλ' ἐκ τοῦ αὐτοῦ πάντες.

6 *Apud Henr. Canis.* Tom. IV. pag. 211.

in his nempe quæ materia constant, nemo certe spectat e plebe: atque idcirco e Patribus attigere eandem pauci admodum, qui nempe subtilius disputavere, quos & appellabimus.

Ad φύσιν autem, sive naturam, quod attinet, si vocis originem contemplemur, quis est qui ignoret deductum nomen ab eo, quod est πεφυκέναι, hoc est, natum, vel natura comparatum esse? Quare [1] Gregorius Nazianzenus, φύσις, *natura est*, inquit, *esse unumquodque tale vel tale.* Anastasius autem presbyter in philosophico compendio MS. quod quidem operis, de quo supra, fronti præfigitur, inter varias acceptiones vocis illius, hanc habet: Φύσις, ἢ οὐσία, ἢ μορφή ἐστιν ἡ τῶν ὄντων ὄντα ποιότης. *Natura, essentia, forma, est qualitas, sive proprietas exsistens rerum exsistentium:* id quod idem in [2] Ὁδηγῷ repetit, ex Basilio.

Apud Theodoretum autem in dialogo secundo, (nam & Patres ceteros, qui sunt innumeri, fastidii vitandi causa ultro prætermittimus: & hujus in primis auctoritas valet hoc loco, quod est ejus oratio, ut deinde visuri sumus, Chrysostomianæ similis ac plane par:) apud hunc, inquam, mare & gutta mellis habere dicuntur eandem naturam, φύσιν, humidam, fluidamque: sunt autem humor & fluxus, materiæ qualitates. Quare [3] *nihil est absurdi*, inquit, *affines naturas misceri, & alteram ab altera absumi:* hoc est, proprietates, seu qualitates alias absumi ab aliis: materia enim ipsa non absumitur.

30 [4] Illo in ipso dialogo, naturam suam post unitionem haudquaquam amisisse humanitas in Christo dicitur, hoc est, proprietatibus ac facultatibus caruisse, quarum ex conglobatione constitui humanitas intelligitur ab unoquoque nostrum, & a quibus divelli ipsa nequit. Illud enim intercedit inter substantias anima ac sensu præditas, inanimasque, discrimen: quod cum corpora materialia a se invicem diversis tantum proprietatibus discrepent, horum οὐσία sive φύσις complexio proprietatum est, quibus ab aliis quibuscumque rebus unaquæque secernitur, & quæ divelli a subjecto communi, sive materia, divinitus possunt. At in his substantiis, quæ sunt anima, sensu, aut ratione præditæ, multoque magis in his quæ sunt mere spiritales ac simplices, sejungi proprietates a subjecto nequeunt, qui cum unum idemque reipsa sunt. In his igitur vox illa φύσις totam integramque substantiam denotat, non statim quidem, primoque conceptu: sed per se proprietates, subjectum ipsum ex consequenti: quoniam hæc a se invicem divelli non possunt. Quare, ut Anastasius admonet, capite secundo: [5] *Si dicas, insignis natura Angeli, totam ipsorum essentiam indicasti*, οὐσίαν, hoc est, complexionem proprietatum omnium, ex quibus illorum natura tota, quoniam simplex est, intelligitur. Nam id omne, quod vulgus intelligit in re qualibet quæ exsistit, quæque τὸ ὂν a Græcis vocatur, οὐσία dicitur.

Opponit quidem οὐσίαν accidenti [6] Theodoretus, in eodem dialogo: sed proprietates eas hoc οὐσίας nomine intelligit, sive universas, sive præcipuas, quæ naturam cujusque rei ac nomen statim animo ingerunt: opponitque iis accidentibus, quæ si mutentur, nec mutant continuo rei illius, in qua sunt, nomen, nec aliam indicant naturam. Illas φύσιν & οὐσίαν, cujusmodi in homine, τὸ θελητικὸν, τὸ αὐτεξούσιον, volendi ac sponte agendi potestas est: hæc accidentia nuncupat, συμβεβηκότα: cujusmodi valetudo & sanitas, corruptio incorruptioque est.

At idem de Christi corpore, quale post mortem surrexit: [7] *Illud corpus*, inquit, *priorem habet formam, figuram, circumscriptionem, & ut semel dicam, corporis essentiam.* Quo loco οὐσία corporis proprietates dumtaxat proxime enumeratas significat, quæ soli quidem corpori & omni conveniant, sed adspectabili, & extra sacramentalem exsistendi modum. Habet enim corpus Christi in Eucharistia corporis essentiam, ut Chrysostomus tum multis locis, tum in isto, ubi dominicum corpus docet adesse, abunde declarat: nam quid veri corporis appellatione, nisi corporis essentia intelligitur? Verum, ut Anastasius jam sæpe laudatus admonuit, alia corporis definitio est apud Philosophos, alia apud ecclesiasticos doctores. 31

Quoniam nempe οὐσία deflectitur ab eo quod est εἶναι esse, quod Aristoteles appellare solet τὸ τί ἦν εἶναι, hoc est, quod affertur ac respondetur sciscitanti quid res quæque sit: ex eo factum ut οὐσία perinde ac φύσις id significet, quod in cujusque rei definitione ponitur, quo res quæque intelligitur. Quare corporis humani natura, in eo præcise posita, quod suis prædita sensibus materia constet, recte agnoscitur. Hæc illius οὐσία est, sive φύσις. Tale Christi corpus in Eucharistia est. Corporis autem adspectabilis ut adspectabile est, essentia profecto ex forma & figura, ceterisque, quas diximus, proprietatibus coalescit: sejuncta saltem per cogitationem omni materia. Hanc essentiam corporis retinet Christi corpus in cælo post ascensionem: in Eucharistia non retinet.

Simili acceptione vocis φύσεως, pro eo quod in unaquaque re statim intelligitur, nec veritus est olim Alexander Ep. Alex. in epistola ad Alexandrum CP. Patrem & Filium dicere non unam esse, sed duas hypostasi naturas, τὰς τῇ ὑποστάσει δύο φύσεις, ἢ μίαν, quoniam Filius ut Filius est, alius est natura a Patre: non natura absolute, sed qua Filius est, & intelligitur. Quo sensu & οὐσίαν γεννητὴν exserte prædicat [8] Epiphanius, & naturam genitam dixit Hilarius Pictaviensis: & Filii naturam, τὴν υἱοῦ φύσιν, omnipotenti Deo conjunctissimam, quasi proximam, dixit Clemens Alex. lib. VII. Strom. cum si de essentia præcise, non de natura Filii ut Filius est, non Patri proxima, sed eadem numero sit dicenda.

Quorsum autem a Chrysostomo ipso longe abimus, cujus ad explorandam hoc loco sententiam, id satis esse debet unum, si constet nimirum voces φύσεως & οὐσίας ab eo acceptas alibi quoque subinde eo significatu, quem diximus? Nam si vel ceteri ab eo dissiderent, si mentem illius, quam potissimum indagamus, dispicere ex ipso licet, nihil optari amplius potest. Certe is in homilia XII. in Genesim, cum de igne fornacis Babylonicæ ageret, [9] *Dominus prout vult*, inquit, *unumquodque elementorum in contrariam convertit essentiam*, οὐσίαν: tametsi substantiam ignis integram illæsamque, urendi solummodo vim ademptam fuisse sacræ paginæ docent. Idem in Psalmum X. tum de eodem argumento, tum de leonibus, quorum in fossam fuisse conjectum Danielem eædem perhibent: [10] *Elementa*, inquit, *propriam ignorantia naturam*, φύσιν, *in id quod illis utile*, pueris scilicet, *mutabantur: nec feræ amplius fuere feræ, nec fornax fornax fuit.* De priore denique argumento rursum alibi: [11] *Juvenum pietas* inquit, *rerum naturam mutavit*, restincto videlicet ignis ardore. 32

Cur

1 *Nazianz.* Φύσις ἐστὶ τὸ εἶναι ἕκαστον τοῖον ἢ τοῖον.
2 *Anast. cap.* 2. *pag.* 30.
3 *Theodoret. dial.* 2. *pag.* 77. Οὐδὲν ἀνάρμοστον τὰς ἀγχιστευούσας φύσεις κεκρᾶσθαι τὴν κρᾶσιν, καὶ θατέρας ὑπὸ θατέρας ἀφανισθῆναι.
4 *Theodoret. dial.* 2. *pag.* 79. Οὐκ ἄρα μετὰ τὴν ἕνωσιν τὴν οἰκείαν φύσιν ἡ ἀνθρωπότης ἀπώλεσεν.
5 *Anastasius, cap.* 2. *pag.* 34. Ἐὰν εἴπῃς, καλὴ φύσις ὁ ἄγγελος, ὅλην τὴν οὐσίαν αὐτῶν ἐσήμανας.
6. *Theodoret. pag.* 81. & 82.

7 *Theodoret, pag.* 85. Καὶ γὰρ ἐκεῖνο τὸ σῶμα τὸ μὲν πρότερον εἶδος ἔχει, καὶ σχῆμα, καὶ περιγραφὴν, καὶ ἁπαξαπλῶς εἰπεῖν, τὴν τοῦ σώματος οὐσίαν.
8 *Epiph. in hæresi Anomœor. pag.* 942.
9 *Chrysost.* Ὅταν ὁ δεσπότης βούληται, ἕκαστον τῶν στοιχείων πρὸς τὴν ἐναντίαν μεθίστησιν οὐσίαν.
10 *Chrysost.* Τὰ στοιχεῖα τὴν οἰκείαν ἀγνοήσαντα φύσιν, πρὸς τὸ χρήσιμον ἐκείνοις μετεβάλλοντο. καὶ τὰ θηρία οὐκ ἦν θηρία ὄν, οὐδὲ ἡ κάμινος κάμινος.
11 *Chrysost. homil.* IV. *ad popul. Antioch. pag.* 66. Μετέβαλε τῶν πραγμάτων τὴν φύσιν τῶν νεανίσκων ἡ εὐλάβεια.

Cur ergo ad perspiciendam Chrysostomi mentem, voces eas, quæ veniunt in controversiam, accipi quisquam velit sub ea acceptione, quam vel nostra ætas, vel philosophia invexit & excogitavit? ac non sub ea potius, quæ illius ævo invaluit, & in ejus scriptis deprehenditur, cujus testimonia proferuntur? aut cur hoc loco repente mutasse sententiam existimetur ille: nec φύσιν, ut semper alibi, de proprietatibus illis intellexisse, quibus vel mente cognitis, vel sensu perceptis, exclamet quivis e vulgo ac plebe, hic panis, hoc vinum, hic ignis est? Præsertim cum & Theodoretus, & Ephræmius Antiochenus, dum eandem utriusque mysterii comparationem adversus Monophysitas instituunt, φύσεως vocabulum & οὐσίας, ut ostensuri postea sumus, eodem significatu accipiant: pro panis videlicet ac vini proprietatibus: ac Gelasius Papa dum adversus eosdem fidei hostes
33 ipsa illa similitudine & argumentatione utitur, ex Chrysostomi ac Theodoreti contexta verbis atque sententiis, symbolorum dicat permanere in sua proprietate naturam: quod nihil interesse intelligeret, an panis naturam simpliciter ac præcise, an eandem diceret in sua dumtaxat proprietate permanere.

Neque enim hic loci quidquam habet illa altera essentiæ & naturæ acceptio, prout hypostasi opponitur, sive individuo, qua acceptione sæpe usi Patres, in mysterio Trinitatis & Incarnationis explicando. Sic illi nimirum statuebant, φύσιν & οὐσίαν communem esse essentiam sive naturam, (nam est utrique voci vis eadem, ut [1] Theorianus admonet:) hoc est, [2] conceptum universalem, qui prædicatur de multis: quomodo natura divina de Patre & Filio: Angelica, de Michaële & Gabriele: humana, de Petro & Joanne. [3] Hypostasim vero esse rem individuam, quæ ex propriis effectis sive animo sive sensu dignoscitur, nec de multis potest prædicari. Atqui talis οὐσία in sacramento manet: tales, inquam, hypostaticæ & singulares proprietates, ex quibus hic panis, hoc vinum, agnoscitur. Non itaque οὐσία solum remanet, prout hypostasi opponitur, & accipitur pro natura communi: ut scriptori Gallico libri de Perpetuitate Fidei visum est: sed pro eo quod vulgus statim, sive animo, sive sensu, in re quacumque deprehendit: hoc est, pro singularibus proprietatibus rei cujuslibet. At materiæ interim certe, sive subjecti communis, ne levissima quidem solet vulgi animis suspicio oboriri.

Φύσεις igitur, (nam est id sæpius inculcandum,) naturales sunt ac materiales proprietates panis ac vini, etiam individuales, ut vocant: quibus quisque cognitis, cum sensus feriunt, ni prohibeat fides, exclamet, hic panis, hoc vinum est. Unde & materia panis, quoniam vere nutrit, (est enim ὕλη, βρῶμα, cibus, nutrimentum, ut Lexicographi monent:) ab Origene appellatur quodam loco. [4] *Et*
34 *cibus ipse*, inquit, *per verbum Dei & orationem consecratus, secundum illud quidem ipsum, quod materia constat, in ventrem abit, & in secessum ejicitur*. ...... *nec panis materia, sed super eum prolata oratio, ea est quæ illum juvat, qui non indigne Deo comedit*. Non indigne Deo scilicet, quem oratio sacerdotis materiæ copulavit, τῇ ὕλῃ, hoc est, Origene ipso interprete, βρώματι τῷ ὑλικῷ, materialibus proprietatibus, quibus alimur. Nam quid comedentem juvat? oratio sacerdotis. Quid illa autem juvat edentem, nisi ipsa quod juvet, cum eo quod edi cernimus, copularit? hoc est, Domini corpus cum natura panis, seu proprietatibus materialibus, non cum ipsa materia.

Neque enim Patres in concionibus, quas haberent ad populum, materiæ illius fere meminere, quæ tota rerum materialium substantia est: quam idcirco Haymo Halberstatensis naturam substantiæ, ut mox liquebit, per abusionem appellat. Sed ea a Patribus non commemoratur, & quod hanc nemo e plebe novit: & quod per se οὐσία non est, nisi quantitate & qualitate vestiatur, ut ait auctor quæstionum ad Græcos, inter Justini opera, tum aliis locis, tum quæst. IX. Quanquam nec defuere subtiliores, qui hanc rerum inanimarum substantiam, sejunctam a proprietatibus, in tractatibus præsertim exegeticis, materiam appellarent, & corpus subjectum, & substantiam accidentium susceptricem. Sunt ex hoc numero, ut [5] Origenem omittamus, Gregorius Nazianzenus, & qui cum ipso philosophiæ studiis operam dedit Basilius. Nam ille quidem formam Solis, quæ lux est, ante materiam Solis, ac sine ea, ἀσώματον, incorpoream, [6] a Deo procreatam ait: materiam postea seu corpus Solis effectum fuisse. *Ut majoris miraculi*, inquit, *specimen ederet, formam materia priorem protulit: forma enim Solis, lux est: ac postea materiam induxit: Solem hunc nimirum, diei oculum, fabricatus*. Id quod Nicetas in eum locum, & Procopius Gazæus in Genesim, approbant. Quod 35
autem Nazianzeno forma est, εἶδος, hoc ipsum Basilio qualitas dicitur, quæ substantiæ accidit: ποιότης ἐπισυμβᾶσα τῇ οὐσίᾳ, eademque φύσις, sive natura, homilia VI. in hexaëmeron: ubi [7] naturam lucis ait primo fuisse conditam, solare deinde corpus, quod lucis hujus vehiculum foret. Mox lucem esse qualitatem admonet, quæ divina virtute a subjecto sejungi queat: qua de re perorantem ipsum operæ pretium erit audisse. Tametsi enim haud satis idoneo fortassis ad fidem faciendam exemplo usus recentioribus philosophis possit videri: tamen ex ea illum oratione constabit pro certo confessoque posuisse, hanc proprietatum a materia sejunctionem posse immensa & infinita divini numinis potestate fieri. Nec vero nunc quid statuat philosophia, sed quid Patres censuerint, investigamus. [8] *Atqui incredibile nemini videatur*, inquit, *quod dictum a me est, aliud nempe quiddam esse lucis splendorem, aliud item corpus luci subjectum. Primum quidem, quod res omnes compositæ sic a nobis dividi solent, in ipsam susceptricem essentiam, & in eam, quæ ipsi accedit, qualitatem. Ut igitur diversa hæc sunt natura, albedo, & corpus dealbatum: sic & ea, quæ modo diximus, differunt quidem, unita sunt tamen potentia creatoris. Neque mihi dicas fieri non posse, ut hæc invicem divellantur: neque enim ego separationem lucis a Solis corpore mihi ac tibi possibilem esse aio: sed hoc dico, quæ cogitatione nostra separari possunt, hæc posse reipsa sejungi ab eo, qui naturæ illorum effector est*: proprietates scilicet materiales, sive formas corporum, ab ipsa materia. Cujus rei exemplum ille subjicit rubi ardentis, in quo Deus vim adurendi a splendore sejunxit, ‡ καυστικὴν δύναμιν τοῦ πυρὸς ἀπὸ τῆς λαμπρότητος. Ubi καυστικὴ δύναμις natura ardens verti
potest: quomodo vulgatus interpres, ut mox dicemus, Sapientiæ capite XIX. σβεστικὴν δύναμιν aquæ, *naturam exstinguentem* reddidit. 36

Ii Quæ

1 *Theorian. legat. ad Armenos, pag. 443.*
2 *Theorian. ibid.*
3 *Theorian. ibid.*
4 *Origenes, in caput XV. Matthæi, pag. 254.* Καὶ τὸ ἁγιαζόμενον βρῶμα διὰ λόγου Θεοῦ καὶ ἐντεύξεως, κατ' αὐτὸ μὲν τὸ ὑλικὸν εἰς τὴν κοιλίαν χωρεῖ, καὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται . . . οὐχ ἡ ὕλη τοῦ ἄρτου, ἀλλ' ὁ ἐπ' αὐτῷ εἰρημένος λόγος ἐστὶν ὁ ὠφελῶν τὸν μὴ ἀναξίως τοῦ Κυρίου ἐσθίοντα αὐτόν.

5 *Origenes, lib. de oratione, pag. 92.*
6 *Gregor. Nazianz. orat. XLIII. pag. 699.* Ἵνα θαυματουργήσῃ τι μεῖζον, ἀσώματον τὸ εἶδος τῆς ὕλης προϋπεστήσατο. εἶδος γὰρ ἡλίου τὸ φῶς. μετὰ δὲ τοῦτο τὴν ὕλην ἐπάγει τὸν ὀφθαλμὸν τῆς ἡμέρας δημιουργήσας τοῦτον τὸν ἥλιον.
7 *Basil. pag. 70.* Τότε μὲν γὰρ αὐτὴ τοῦ φωτὸς ἡ φύσις παρήχθη. νῦν δὲ τὸ ἡλιακὸν τοῦτο σῶμα ὄχημα εἶναι τῷ πρωτογόνῳ ἐκείνῳ φωτὶ περιεσκεύασται.
8 Καὶ μηδεὶς ἄπιστον εἶναι δοκείτω τὸ εἰρημένον, ὅτι ἄλλο μέν τι τοῦ φωτὸς ἡ λαμπρότης, ἄλλο δέ τι τὸ ὑποκείμενον τῷ φωτὶ σῶμα. Πρῶτον μὲν ἐν τῷ τὰ σύνθετα πάντα δύο παρ' ἡμῶν διαιρεῖσθαι, εἴς τε τὴν δεκτικὴν οὐσίαν, καὶ εἰς τὴν ἐπισυμβᾶσαν αὐτῇ ποιότητα. Ὡς οὖν ἕτερον μέν τι τῇ φύσει ἡ λευκότης, ἕτερον δέ τι τὸ λελευκασμένον σῶμα, οὕτω καὶ τὰ νῦν εἰρημένα διάφορα ὄντα, ἥνωται τῇ δυνάμει τοῦ κτίσαντος. Καὶ μή μοι λέγε ἀδύνατον εἶναι ταῦτα ἀπ' ἀλλήλων διαιρεῖσθαι. οὐδὲ γὰρ ἐγὼ τὴν διαίρεσιν τοῦ φωτὸς ἀπὸ τοῦ ἡλιακοῦ σώματος ἐμοὶ καὶ σοὶ δυνατὴν εἶναι φημί. ἀλλ' ὅτι ἃ ἡμῖν τῇ ἐπινοίᾳ ἐστὶ χωριστά, ταῦτα δύναται καὶ αὐτῇ τῇ ἐνεργείᾳ διὰ τοῦ ποιητοῦ τῆς φύσεως αὐτῶν διαιρεῖσθαι.

Quæ Basilii porro, quæ Gregorii Nazianzeni sententia fuit de materia primum informi a Deo creata, quæ postmodum varias ab eodem formas acceperit, ea [1] Augustini quoque plane fuit. *Rectissime credimus*, inquit, *omnia Deum fecisse de nihilo: quia etiamsi de aliqua materia factus est mundus, eadem ipsa materia de nihilo facta est: ut ordinatissimo Dei munere, primo capacitas formarum fieret: ac deinde formarentur quæcumque formata sunt.* Fuit & illa pseudo-Origenis adversus Marcionitas opinio, pag. 90. aliorumque plurimorum.

Sic igitur φύσιν ab ὕλης, naturam sive formam a materia illi quidem sejunxere: ceteri materiam hanc, quæ neque sub adspectum per se cadit, & vulgi captum superat, neglexere prorsus. [2] Augustinus quin etiam quodam loco *nihil recte dici* materiam putat, *quoniam omni specie caret.* Plerique e Patribus aut de proprietatibus rei cujusque dumtaxat, ut animo concipiuntur: aut de ipsa re, prout exsistit extra caussas, verba fecere: atque hanc illi quidem cum designare vellent, vel substantiam, vel hypostasim dixere, vel individuum: vel, quod multo sæpius usuvenit, rem suo quamque nomine indigitarunt: panem, exempli gratia, vinum, corpus, carnem, sanguinem. Quibus vocibus ipsa res exsistens designatur; ut φύσεως & οὐσίας nominibus communis tantum notio rei fere exprimitur, quæ proprietatum complexione continetur.

Proprietates dico, (nam id adhuc planius disserendum,) qualitates essentiales: accidentia, quæ a subjecto quidem divinitus, a conceptu vero rei, ab οὐσίᾳ quam constituunt, nec divelli, nec distrahi possint: ac ne in viventibus quidem a subjecto cui insunt: nam quis possit etiam fingendo concipere intelligendi, aut volendi, aut ridendi facultatem, sine substantia, cui hæ proprietates inhærent? cum possint in his quæ sunt inanima, sejungi divinitus a materia quæ subest, & communis est omni corpori.

37 [3] *Essentiales igitur sunt qualitates*, inquit Anastasius in MS. codice, *quæ sunt semper implicatæ cum substantia: cujusmodi vivendi facultas, respirandi, vegetandi: quæ inseparabilia accidentia, ut diximus, nonnulli appellavere.* Ubi fallit Albertinus, aut fallitur, qui θρεπτικὴν δύναμιν eo loci putet vim nutriendi esse, quæ pani ac vino insit: cum ea ibi facultas designetur, qua quodcumque vivit, idem & viget: schola vegetativam vocat: quam & a vivente idcirco, ut monuimus, distrahere vis nulla potest: cum in pane ac vino, omnique re corporea, sejungi proprietates a materia posse divinitus, ut de ceteris sileamus, Basilius paulo antea, & Gregorius Nazianzenus conceptis verbis docuerint: & iis quidem placitis atque sententiis, quibus nunc quoque transubstantiatio defendi solet. Debent enimvero formæ viventium suæ simplicitati, ut divelli proprietates earum a substantia ipsa non possint: ut e diverso possint in inanimis distrahi invicem, concretio compositioque efficit: nam quid vetat a Deo posse sejungi, quæ ipse conjunxerit?

Ab his porro qualitatibus ac proprietatibus res quæque naturam suam & nomen obtinet: hæ si salvæ sunt & incolumes, nomen quoque salvum & incolume est, & φύσις atque οὐσία, hoc est, natura, integra apud vulgus censetur: cujus de materia, quæ non incurrit in sensus, nullum judicium est. Eædem si interierint, & nomen perit, secundum communem usum loquendi, & natura ipsa mutari dicitur. Sunt enim hæc reciproca: natura, & nomen. *Etiam cum demutantur qualitates*, inquit Tertullianus, libro de carne Christi, cap. XIII. *accipiunt vocabulorum possessiones. Verbi gratia, argilla excocta, testæ vocabulum suscipit: nec communicat vocabulo pristini generis, quia nec cum ipso genere.* Quamdiu vicissim nomen non immutatur, nec natura mutari creditur: sed quædam dumtaxat accidentia a proprietatibus diversa, quæ adesse possunt & abesse, sine mutatione nominis aut naturæ: ut in homine infantia, sanitas, valetudo. Guttæ mellis in mare injectæ, arenæ in vitrum, uvæ in vinum transformatio, mutatio naturæ est: quoniam proprietates mutantur & nomina. 38 Ferrum tametsi igneum, inquit [4] Theodoretus in dialogo secundo, & Anastasius in Ὁδηγῷ, nec ferri naturam, nec nomen ipsum exuit, nisi per abusionem. Manet natura, ac nomen idem, cum proprietas vel una singularis, vel plures perseverant. Nam [5] *& ferrum adhuc appellat faber*, inquit Theodoretus, *& incudi imponit, & malleo percutit.* Quare *non corrupit ferri naturam ignis conjunctio*, hoc est, complexionem proprietatum, quæ vulgo ferrum cognominant, discriminantque a re quavis alia.

Sed jam piget profecto ad tot alia divertisse, cum hic ipse Chrysostomi locus, in quo sumus, satis unus sit quæstioni dissolvendæ. Age enim, quid hoc in loco φύσεως nomine Chrysostomus intellexit? Certe quod & adversarii, contra quos argumentationem struit. Nemo enim aliter fere disputationem instituit. Quam illi igitur φύσιν dixere? quam, exempli caussa, φύσιν corporis humani voluere intelligi? De Synusiastis loquor, quibus Chrysostomus nunc bellum indicit. Qui cum corpus Christi expers materiæ esse censerent, ut ostensuri sumus capite sexto, circumscriptionem nihilominus, figuram, & formam, φύσιν esse corporis Christi dixere. Φύσιν ergo corporis absque materia illi statuebant. Nec φύσιν aliud interpretabantur, præter proprietates, quibus vel sensu vel animo deprehensis, sive ulla materiæ cogitatione, sive aliqua, sive nulla subsit, aliquid ab alio secernitur, & propriam habet appellationem: sic enimvero a circumscriptione, & figura, ac forma corpus nuncupatur, etiam illud, ex Synusiastarum opinione, quod materiæ expers sit: quantumvis humani corporis nomen in Christo Domino habeat. Φύσιν ergo panis Chrysostomus sic intellexit, quemadmodum adversarii φύσιν corporis humani: proprietates illas videlicet, quibus animadversis, illud quidem panis, istud vero humanum corpus a quolibet agnoscatur & appelletur, seclusa penitus animo materiæ cogitatione.

CAPUT IV. 39

Latinos Patres similiter naturæ vocabulo proprietates naturales rei cujusque: substantiæ nomine, solam naturæ, quæ proprietatum complexione constat, exstantiam extra caussas designasse.

Quam porro Græci φύσεως & οὐσίας nominibus vim dedere, hanc Latini adscripsere naturæ vocabulo: ut eo nomine rei cujusque proprietates, quas diximus, seclusa a cogitatione materia, si qua his subesset, designarent. Cujus acceptionis nunc tria tantum, ne longiores simus, exempla proferimus. Primum Hilarii, canone x. in Matth. *Corpus ipsum per fidem mortificatum in NATURAM animæ evadit*, hoc est, animæ proprietates induit aut imitatur.

Alterum est Ambrosii, in hexaëmeron, libro III. cap.

1 *Augustinus, libro de Fide & Symbolo, cap. 2.*

2 *Augustinus, libro LXXXIII. quæstionum, quæst. LIV.*

3 *Anastasius, quem & ipse citat Albertinus, pag. 905.* Οὐσιώδεις δέ εἰσι ποιότητες, αἱ συμπεπλεγμέναι εἰσὶν ἀεὶ τῇ οὐσίᾳ, οἷον ἡ ζωτικὴ ἐνέργεια, ἡ ἀναπνοή, ἡ θρεπτικὴ δύναμις, ἅτινα ἀχώριστα συμβεβηκότα, καθὼς ἔφημεν, καλοῦσί τινες.

4 *Theodoret. dial. 2. pag. 78. Anastas. in* Ὁδηγῷ, *cap. XIII. pag. 219.* Τῇ πυρώσει πῦρ λέγεται. οὐ μέντοι ἐκ τῆς φύσεως. οὐ γὰρ ἀπέστη τοῦ σίδηρος εἶναι.

5 *Theodoret. pag. 78.* Ὁ χαλκεὺς σίδηρον ὀνομάζει, καὶ τῷ ἄκμονι ἐπιτίθησι, καὶ ἐπιφέρει τὴν σφῦραν. . . Οὐκ ἐλυμήνατο τοῦ σιδήρου τὴν φύσιν ἡ τοῦ πυρὸς ὁμιλία.

cap. II. *Discant NATURAM posse converti, quando petra aquas fluxit, & ferrum aquæ supernatavit.* Quod idem rursum expressit in libro de initiandis, cap. IX. *Jordanis retrorsum conversus contra NATURAM in sui fontis revertitur exordium. Nonne claret NATURAM vel maritimorum fluctuum, vel fluvialis cursus esse mutatam? Sitiebat populus patrum, tetigit Moyses petram, & aqua de petra fluxit.*

Tertium est Augustini, libro II. de moribus Manich. cap. II. *Nam & ipsa natura nihil aliud est quam id quod intelligitur in suo genere aliquid esse. Itaque ut nos jam novo nomine ab eo quod est esse vocamus essentiam, quam plerumque substantiam etiam nominamus: ita veteres, qui hæc nomina non habebant, pro essentia & substantia naturam vocabant.* Quod intelligitur aliquid esse in suo genere, hoc natura, hoc essentia, hoc persæpe substantia nuncupatur: intelligitur autem aliquid esse sui generis ex coacervatione proprietatum, quas ei competere generi novimus: aliter certe pars hominum longe maxima non intelligit.

Multo autem luculentius, qui hos antecessit, Tertullianus rem planam facit, aperitque naturæ a substantia discrimen, libro de anima, sub finem capitis XXXII. *Aliud est*, inquit, *substantia, aliud NATURA substantiæ. Siquidem substantia propria est rei cujusque: natura vero potest esse communis. Suscipe exemplum. Substantia est, lapis, ferrum: duritia lapidis, & ferri, natura substantiæ est. Duritia communicat, substantia discordat. Mollitia lanæ, mollitia plumæ, pariant naturalia earum: substantiva non pariant:* hoc est, parem faciunt ac declarant naturam earum communem, quæ contemplatione mentis intelligitur: non parem substantiam, sive hypostasim, quæ res est ipsa exsistens, & constans suarum quæque proprietatum, etiam singularium, coacervatione. Id enim semper substantiæ vox apud Latinos Patres significat: id, inquam, quod est ac subsistit, hypostasim, individuum singulare, quod Græci ἄτομον, & ἄτομον οὐσίαν appellant: at sine materiæ similiter, quæ nostros fugit obtutus, consideratione.

40

Substantia enimvero, præter essentiam, sive οὐσίαν, quæ complexio proprietatum rei cujusque est, exstantiam, quam Græci ὕπαρξιν vocant, sive in rerum naturam extra potestatem causarum emersionem exitumque indicat: sed sine ulla pariter materiæ cogitatione in mente vulgi, cui se in loquendo scriptura & Patres accommodant. [1] *Dicitur homo*, inquit Augustinus, *dicitur pecus; dicitur terra, dicitur cælum, sol, luna, lapis, mare, aër. Omnia ista substantiæ sunt, eo ipso quo sunt. . . . . Nam quod nulla substantia est, nihil omnino est. Substantia ergo aliquid esse est.* Et Vigilius Tapsensis: [2] *Nos de illo substantiæ genere disputamus, quo unaquæque NATURA, ob id quod est vel subsistit, SUBSTANTIA nuncupatur.* Substantiam idem esse quod οὐσίαν, & ad οὐσίαν adjicere solam exsistentiam, satis illud quoque declarat, quod Latini, ut Episcopi catholici in professione fidei Hunerico Regi Vandalorum oblata, & Vigilius Tapsensis in dialogis contra Arium, & [3] Alcuinus in confessione sua, promiscue substantiam & essentiam, consubstantiale & coëssentiale nuncupant, id quod Græci οὐσίαν & ὁμοούσιον appellitant.

41 Quamobrem de re quæ exsisteret, nihil interesse putabant, naturamne an substantiam dicerent. *Deus*, inquit Rufinus, in expositione symboli, *secundum quod opinari potest humana mens, naturæ ipsius vel substantiæ, quæ est super omnia, appellatio est.* Et partem utramque, qua constat homo, utramque substantiam, & utramque naturam veteres appellarunt, eo quod unaquæque sit οὐσία exsistens, ac separabilis. Ita certe Faustus Reiensis, in sermone 2. de Ascens. qui apud Augustinum est CLXXVI. de tempore. *Ordinemus & custodiamus in nobis statum utriusque substantiæ: ne animam, nobiliorem utique hominis portionem, tartaro pars devolvat inferior: sed secum potius cælo sanctificatum corpus acquirat natura gloriosior.* Substantia igitur est natura quævis exsistens: quæ ex suarum complexione proprietatum coalescit ac dignoscitur. Harum vero proprietatum singulas naturæ nomine Tertullianus donavit, ut vidimus: Hilarius, naturæ rem appellavit: rem vero exsistentem quæ ex omnium complexione proprietatum extra causas positarum coalescit, ac vulgo noscitur, non, ut ille, substantiam: sed vetusto more naturam dixit. *Non idem est natura*, inquit, lib. VIII. *quod naturæ res: non idem est homo, & quod hominis est: nec idem est ignis, & quod ignis ipsius est.* Ignis est natura, ut calefaciat, sive res naturæ: non ignis ipse: cujus naturam integram, sive substantiam, non ex illa tantum, sed ex omnibus conjunctim proprietatibus exstantibus extra causas quivis intelligit.

Quod autem substantiæ nomen interdum accipi pro qualitate [4] Albertinus admonet, & alii, qui hoc ipsi dant ultro & concedunt, cum sit falsissimum, nunc piget refellere, ne abuti otio chartaque videamur: cum in his ipsis quæ ille profert in eam rem Tertulliani locis vel pueri intelligant longe aliam ei voci vim ac potestatem subesse, quam putat: nam in altero quidem, substantiæ nomine facultates, opes, sive divitiæ designantur: in altero, ubi demutandi homines in Angelicam substantiam dicuntur, substantiæ vox humanam ipsam substantiam indicat, cui sint Angelicæ aliquæ dotes accessuræ: nec Angeli fore substantiam dicit, sed quæ humana substantia est, 42
Angelicam fore, vel ut ejusdem verbo utamur, Angelificatam. Nec mens alia Hilarii est, canone x. in Matthæum, ubi carnem ait *in substantiam spiritalis animæ refundendam.* Neque enim hæc oratio aliam ei voci, *substantia*, significationem adserit: sed ejusdem substantiæ spiritales fore dotes, atque eatenus refundendam, indicat.

Hausta vero a Patribus illa naturæ acceptio est, tum ex communi ac trita consuetudine loquendi, tum ex sacris litteris: in quibus φύσεως & naturæ nomina eam habent, quam sæpe diximus, potestatem. Nam Sapientiæ VII, 20. legere est, *φύσεις ζώων καὶ θυμοὺς θηρίων, naturas animalium & iras bestiarum:* quemadmodum Tullius *stirpium naturas persequi* dixit: & *de natura rerum* Lucretius libros inscripsit. Sapientiæ rursum cap. XIX, 9. *aqua exstinguentis suæ NATURÆ oblita* dicitur: ubi Græci codices habent, *καὶ ὕδωρ τῆς σβεστικῆς δυνάμεως ἐπελανθάνετο*, ut naturæ nomine vis activa proprietatum intelligatur. Quod enim de aquæ δυνάμει Sapiens, hoc ipsum de ignis φύσει & οὐσίᾳ Chrysostomum proxime affirmantem audivimus.

Ne plura autem e sacris codicibus testimonia congeramus, quam necesse sit, ex novo fœdere Petrum solummodo in medium adducimus, epistolæ secundæ cap. I. *Efficiamini*, inquit, *divinæ consortes NATURÆ:* Γένησθε θείας κοινωνοὶ φύσεως, non essentia quidem ipsa, personave communicata, sed spiritu, per caritatem in cordibus nostris effusam: qua fit ut moribus & vita ad Dei similitudinem accedamus.

Quamobrem una cum Petro, tum in significatu harum vocum, tum in toto genere & in omni forma loquendi, maluere Patres *piscatorie loqui, quam Aristotelice*, quæ vox fuit olim episcoporum Ponti Polemoniaci ad Leonem Imp. parte tertia actorum Concilii Calchedonensis, cap. LII. Nec veriti idcirco cum Chrysostomo dicere naturam panis ac vini in eucharistico Domini corpore & sanguine permano-

1 *Augustin. in Psalmum* LXVIII.

2 *Vigilius Tapsensis, dial. 2. contra Arium, cap.* IV.

3 *Alcuin. in Confess. parte* III. *pag.* 58. 75. *&* 77.

4 *Albertin. pag.* 865. *&* 866.

manere: quod eo vocabulo proprietates illas intelligerent, quibus animadversis quilibet e plebe panem vinumque esse intelligit atque cognominat.

Neque vero sic vetusti illi dumtaxat locuti: ausi idem confidenter & impune tres potissimum e recentioribus, a nonnullis ante nos laudati: sed minus
43 accurate: iidemque nihilominus transubstantiationis acerrimi defensores, ut ipsimet adversarii confitentur.

Primus est Arnoldus Bonævallis in diœcesi Carnotensi Abbas, Bernardo Claravallensi æqualis. Nam is in sermone de cœna Domini, inter Cypriani opera, ut quidem exemplaria manu exarata habent, teste Verino, sive Salmasio, libro de Transubstantiatione, pag. 78. (quanquam is multo vetustiorem esse auctorem putavit:) *Panis iste*, dixit, *quem Dominus discipulis porrigebat, non effigie nec NATURA mutatus, omnipotentia Verbi factus est caro. Et sicut in persona Christi humanitas videbatur, & latebat divinitas: ita sacramento visibili ineffabiliter divina se effudit essentia.* Quæ ipsa Chrysostomi hoc loco comparatio est: quæ perinde atque in Christo naturam humanam cum divinitate, sic in Eucharistia sub visibili sacramento cum natura panis divinam corporis dominici essentiam, sive substantiam, docet esse conjunctam.

Alter, Robertus Pullus, quem antiquissimum esse Scholasticorum quidam aiunt, parte VIII. cap. V. ubi de hoc sacramento disserit. *Transit itaque substantia*, inquit, *sed remanet forma: neutrum miraris, sed omnipotentem contemplaris. Quamobrem non est sensuum delusio, sed vera rei comprehensio: quod cum dominica in mensa sit solum caro & sanguis, nihilominus tamen VINI NATURA percipiatur, & PANIS.* Formam ille cum dicit remanere, interire substantiam: solam item esse carnem, sanguinemque solum, vini tamen naturam panisque percipi: quid substantiæ vocabulo, quid item formæ ac naturæ nomine intelligi ex ipsius mente oporteat, quidve tunc maxime ferret usus Latine scribentium, haud obscurum est. Materiam nimirum totam esse rerum inanimarum substantiam: formam dici & esse complexionem qualitatum, a nobis jam toties commemoratam.

Quo mirere magis insignem [1] Salmasii solertiam, atque in interpretandis Patrum sententiis felicitatem ac fidem: qui libro jam laudato, cum legisset apud Gratianum, sub Augustini nomine brevem hanc sen-
44 tentiam, *Caro ejus, quam forma panis opertam in sacramento accipimus, & sanguis ejus, quem sub vini specie & sapore potamus:* formam panis & speciem vini, pro vini panisque substantia dici confidentissime pronuntiavit: qua interpretatione adhibita negatam præcise transubstantiationem adseverat hac oratione: quam si Lanfranci Cantuariensis esse sciret, ut Cardinalis Bellarminus monuerat, hoc est, insignis contra Berengarium edito volumine transubstantiationis patroni, cum [2] Albertino eandem fateretur ibi vendicatam iisdem verbis, quibus oppugnari putavit: itaque de viri tantum auctoritate, æque atque Albertinus, pugnaret: de testimonio non pugnaret. Sed quoniam Augustini esse credidit, aliud ei ac plane contrarium visa sonare in Augustini ore ea verba, quam in Lanfranci ore visa fuissent.

Postremus ordine temporis, ex his qui naturam panis ac vini in sacramento manere dixerunt, sed idem dignitate atque auctoritate omnibus longe potior, Innocentius III. Pontifex est, libro quarto mysteriorum Missæ, cap. IX. *Ibi forma panis videtur*, inquit, *ubi substantia panis non est..... Non solum autem accidentales, verum etiam NATURALES PROPRIETATES remanere videntur, ut PANEITAS, quæ saturando famem expellit: & VINITAS, quæ satiando sitim exstinguit.* Quis Innocentium Pontificem tamen, qui in Concilio Lateranensi docuit *transubstantiari panem in corpus, & vinum in sanguinem:* quis Arnoldum Bonævallis, quis Robertum Pullum, aliosve, negatæ transubstantiationis reos idcirco peragat, quoniam FORMAM PANIS, NATURAM PANIS, NATURALES PROPRIETATES, NON MODO ACCIDENTALES, PANEITATEM AC VINITATEM, dixerint remanere: quam nemo ignorat esse panis ac vini, ut vulgus saltem appellat, essentiam atque substantiam: ut Patres Græci φύσιν & οὐσίαν? aut cur aliter sensisse veteres existimandi sunt, cum sint omnino pari modo cum recentioribus de eodem argumento locuti? aut quis recte sentientium, ejusmodi vocibus, cum in Patrum scriptis occurrunt, percellatur: quas in recentiorum libris sine ullo metu, ac citra veritatis detrimentum aut discrimen, approbat? 45
Quis denique si alio significatu φύσιν, naturam, a Chrysostomo accipi pertinacius contendat, cum naturam panis aït permanere, quam cum mutatam ignis naturam in Babylonica fornace dixit, idoneo id argumento vincat? Atqui mutatas istic solummodo proprietates ignis in confesso est: & panis vicissim igitur proprietates solum manere, seu panis in sua proprietate naturam, ut Gelasius Papa vertit: quam Augustinus in sermone ad infantes, ut postea visuri sumus, speciem visibilem panis appellat: pro certo exploratoque sit. Quo sensu dictum alio loco ab eodem: [3] *Omne quod est, aut est corporeum, aut incorporeum. Corporeum sensibili, incorporeum autem intelligibili specie continetur. Omne igitur quod est, sine aliqua specie non est*, hoc est, sine natura substantiave, qualem exposuimus: quam & Tridentina synodus, cum de sacramento altaris egit, speciem panis ac vini nuncupavit. Accidentium enim vocabulo, quod istud & recentius est, nempe in schola natum, neque, ut Innocentius Papa proxime admonuit, satis proprium & significans, consultissime abstinuit.

CAPUT V.

Chrysostomum hoc in loco transubstantiationem dilucide docuisse.

JAM dicet Chrysostomus ipse profecto, quam se immerito suarum esse partium adversarii jactitent: & ab eorum hæresi quam vehementer abhorreat, qui cum Christi corpore in eucharistia panis coëxistentiam obstinate defendunt. Antequam sanctificetur panis, inquit, panem nominamus: cur? profecto quia panis est. Postquam autem consecratus est, panem haud amplius nominamus: quid ita? utique pariter, quia panis non est. Confecta hactenus hæc 46
pars illius argumenti est: sequitur altera. Corpus vicissim appellamus filii Dei, quia corpus filii Dei est. Non duo corpora dicimus, quia duo corpora non sunt, ex quo panem Christus corpus suum fecit. Nec panis igitur, nec corpus panis, nec substantia proinde panis integra & solida, qualis antea fuit, post consecrationem exstat: sed unum filii Dei corpus. Non hæc, amabo, transubstantiatio est? Nam quo ista tandem cautio pertinet? Cur dici corpora duo vetat, duo si sunt? aut cui venire possit in mentem duo corpora dicere, nisi ei qui putarit esse in eucharistia cum Christi corpore corpus panis? Negat autem esse duo corpora Chrysostomus: negat igitur panem integrum solidumque restare. At natura tamen panis remanet, quæ videtur: Necesse est igitur interiisse partem alteram, quæ non videtur, materiam scilicet, quam ætas nostra substantiam

1 *Verin. de Transubst. pag.* 239.
2 *Albertin. pag.* 659.
3 *Augustinus, libro* LXXXIII. *quæstionum, quæst.* VI.

tiam vocat: & quemadmodum subinde natura mutatur, & alia appellatur, sine mutatione materiæ, ut cum ex aqua glacies fit ac dicitur: ita in præsenti e contrario absque mutatione naturæ evanescere materiam.

Nunc istud quidem unum, si quis modum rogitet, respondemus, quod est ab Augustino breviter ac scite pronuntiatum, libro III. de consensu Evangelistarum, cap. XXV. Deum, *quale vult corpus de qualicumque corpore, verum de vero facere, qui de aqua vera verum vinum fecit.* Ceteroqui, ut ait Alcuinus, parte IV. confessionis suæ, de corpore & sanguine Domini, *magis* istud mysterium *venerandum est & pavendum, quam discutiendum. Nemo certe comprehendere sufficit, nemo inde aliquid digne loquitur. Fide capiendum est, non ratione quærendum, aut inveniendum.* Et pag. 115. *Si enim hoc non esset, nequaquam mysterium illud tam mirabile, & ineffabile, atque incomprehensibile dici posset. Qui Deum credit omnipotentem, credit utique eum facile posse de re aliqua quod vult facere:* quam sententiam ab Augustino desumptam apparet. Quorsum autem affertur in medium ea omnipotentiæ commemoratio, quæ quidlibet ex quolibet efficiat, nisi ut ex pane corpus Christi effectum suadet?

At non negat esse corpora duo Chrysostomus, negat solummodo duo prædicari. Cur id vero, inquam, aut quo jure neget, duo si sunt? cur appel-
47 lari unumquodque nolit, quale revera sit? Atqui, nihil ut interesse liqueat, duone prædicari, an esse duo neget: num in redditione comparationis duos esse filios Dei, alterum naturalem, adoptivum alterum, tametsi unus Dei filius prædicetur, Chrysostomus censuit? An ille ita, inquam, est ratiocinatus? Sicut in sacramento altaris duo sunt quidem corpora, tamen unicum corpus filii prædicatur: sic in mysterio principali sunt duo quidem filii, tamen unicus prædicatur. Scelus est profecto, scelus, tanti nominis, tantæ eruditionis, tantæ fidei virum in suspicionem vocare hujus amentiæ. Non enim hæc pura putaque Nestorii impietas est, quam jam tum exorientem, ipse in hac ad Cæsarium epistola elidit, ut in notis diximus? Cur igitur quisquam in exemplari hujus similitudinis duo esse nihilominus corpora, tametsi unicum prædicetur, pertinaciter velit: cum eo spectet comparatio utriusque mysterii, ut non magis illic duo corpora, quam illic duo filii agnoscantur?

Stare, inquam, comparatio a Chrysostomo instituta non potest, nisi quemadmodum, tametsi naturæ sunt duæ in Christo Domino, unica tamen est persona Verbi: nec filius alter est, quam qui Deus Verbum est: simili ratione, quamvis in sacramento altaris & natura panis & Domini caro sit, non aliud tamen, præter corpus dominicum, corpus ibi fit. Sunt, inquit, in eucharistia naturæ duæ, tamen corpus unum, quod est Christi corpus, neque est aliud præter ipsum. Sic in incarnatione sunt naturæ duæ, tamen una filiatio, quæ est Verbi Dei, neque est alia præter illam. Quod est aperte dicere, in eucharistia aliud naturam, aliud corpus esse: sicut in incarnatione aliud natura, aliud filiatio est. Utrobique quidem duplicem naturam exsistere: sed ut illic corpus unum, sic & istic unam filiationem esse: id quod egregie Chrysostomus tum hoc loco, tum in calce epistolæ docet. Neque illic igitur sunt duo corpora, neque istic duo filii: cur? quia neque illic est corpus aliud præter Christi corpus, neque istic alter filius est, præter Verbum Patris.

Joannem Damascenum, ut nominis cognominisque apud Græcos, (nam Ἰωάννης ὁ Χρυσοῤῥόας merito suo est appellatus:) quis etiam Chrysostomi fidei fuisse
48 neget heredem? At is conceptis verbis, quæ ipsum hausisse a Chrysostomo nemo non sentiat, duo non esse corpora, sed unum & idem adseverat. Loco enim antea laudato, de corpore Domini, quod est in altari, & de symbolorum transmutatione cum disputat: [1] *Corpus est*, inquit, *vere unitum divinitati, quod ex sancta virgine corpus est. Non quod ipsum corpus adsumptum e cælo descendit: sed quod ipse panis & vinum transmutantur in corpus & sanguinem Dei. Si vero modum requiris, quo res peragitur, sufficit tibi audire, quod per Spiritum sanctum: quemadmodum & ex sancta Deipara per Spiritum sanctum sibi ipsi & in seipso Dominus carnem condidit. Nec amplius aliquid novimus, nisi quod sermo Dei verus est, & efficax, & omnipotens: modus autem inscrutabilis. Nec erit abs re & illud dicere: quod quemadmodum naturaliter panis per comestionem, ac vinum & aqua per potum in corpus & sanguinem edentis ac bibentis transmutantur, nec fiunt alterum corpus, præter id quod erat prius corpus ipsius: sic propositionis panis, ac vinum & aqua, per invocationem & adventum Spiritus sancti supernaturaliter transmutantur in corpus & sanguinem Christi, NEC SUNT DUO, SED UNUM ET IDEM.* Non modo dicit duo non prædicari: sed duo esse corpora definite negat.

Exscripsit hunc locum integrum quidem, paucis admodum mutatis, Nicephorus C P. annis fere post Damascenum sexaginta, in Antirrhetico II. MS. clausulamque in hunc modum expressit: Καὶ οὐ δύο ταῦτα νοοῦμεν, ἀλλ' ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πιστεύομεν γίνεσθαι. *NEC DUO ipsa intelligimus CORPORA SED UNUM ET IDEM FIERI credimus*, ex Christi corpore & specie panis. Descripsit autem ab iis verbis potissimum, Οὕτως ὁ τῆς προθέσεως ἄρτος, tacito Damasceni nomine, [2] Jeremias Patriarcha C P. in secundo responso ad Theologos Wittembergenses: pariterque concludit, Καὶ οὐκ εἰσὶ δύο, ἀλλ' ἓν καὶ τὸ αὐτό. *NEC SUNT DUO, SED UNUM ET* 49
IDEM. An ergo hos quisquam putet a Chrysostomo, aut ab his Chrysostomum diffidere sententiis, cum verbis tam aperte consentiant? Quid ad Chrysostomum adjici a Damasceno potuit majoris lucis, majorisque firmamenti ac roboris, quam si pro certo confessoque poneret, non modo manente natura panis haud aliud tamen ibi corpus, præter Christi corpus, exsistere: sed mutatione symbolorum id effici, ut quo fere modo proportione aliqua cibus cum eo qui alitur unum corpus facit: sic ex natura panis & Christi corpore unum corpus eucharisticum effici, locum videlicet materiæ panis subeunte Domini Christi corpore?

Hoc illud est quod inter Chrysostomi & Damasceni interjectus ætates Gregorius Magnus scite pronuntiavit, ex visibili natura pariter & invisibili substantia unum fieri, unum utique corpus sacramentale; libro IV. Dialogorum, cap. LVIII. quod est inscriptum, de virtute ac mysterio victimæ salutaris. *Ejus quippe*, inquit, *ibi corpus sumitur, ejus caro in populi salutem partitur, ejus sanguis non jam in manus infidelium, sed in ora fidelium sumitur. Hinc ergo pensemus, quale sit pro nobis hoc sacrificium, quod pro absolutione nostra passionem unigeniti filii semper imitetur. Quis enim fidelium habere dubium possit, in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem cælos aperiri, in illo JESU Christi mysterio angelorum choros adesse, summis ima*

1 *Damascenus, libro IV. Orthod. fidei, cap. XIV.* Σῶμά ἐστιν ἀληθῶς ἑνωμένον θεότητι, τὸ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου σῶμα· οὐχ ὅτι αὐτὸ τὸ ἀναληφθὲν σῶμα ἐξ οὐρανοῦ κατέρχεται, ἀλλ' ὅτι αὐτὸς ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος μεταποιοῦνται εἰς σῶμα θεοῦ. Εἰ δὲ τὸν τρόπον ἐπιζητεῖς πῶς γίνεται, ἀρκεῖ σοι ἀκοῦσαι, ὅτι διὰ πνεύματος ἁγίου· ὥσπερ καὶ ἐκ τῆς ἁγίας θεοτόκου διὰ πνεύματος ἁγίου ἑαυτῷ καὶ ἐν ἑαυτῷ ὁ κύριος σάρκα ὑπεστήσατο. Καὶ πλέον οὐδὲν γινώσκομεν, ἀλλ' ὅτι ὁ λόγος τοῦ θεοῦ ἀληθής ἐστι, καὶ ἐνεργής, καὶ παντοδύναμος· ὁ δὲ τρόπος ἀνεξερεύνητος. Οὐ χεῖρον δὲ καὶ τοῦτο εἰπεῖν, ὅτι ὥσπερ φυσικῶς διὰ τῆς βρώσεως ὁ ἄρτος, καὶ ὁ οἶνος καὶ τὸ ὕδωρ διὰ τῆς πόσεως εἰς σῶμα καὶ αἷμα τοῦ ἐσθίοντος καὶ πίνοντος μεταβάλλονται, καὶ οὐ γίνονται ἕτερον σῶμα παρὰ τὸ πρότερον αὐτοῦ σῶμα· οὕτως ὁ τῆς προθέσεως ἄρτος, οἶνός τε καὶ ὕδωρ, διὰ τῆς ἐπικλήσεως, καὶ ἐπιφοιτήσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος ὑπερφυῶς μεταποιοῦνται εἰς τὸ σῶμα Χριστοῦ καὶ τὸ αἷμα. ΚΑΙ ΟΥΚ ΕΙΣΙ ΔΥΟ, ἀλλ' ἓν καὶ τὸ αὐτό.

2 *Ieremias CP. pag. 240.*

ima sociari, terrena cælestibus jungi, VNVMQVE ex visibilibus & invisibilibus fieri? Visibilia sunt panis ac vini natura: quæ autem invisibilia, præter Domini corpus cum divinitate conjunctum? At ex utroque unum fit, ex utroque corpus unum exsistit. Neque enim illud quod per sanctificationem sacerdotis materia sua multatum est, quod nihilominus plebs rudior subinde fortassis corpus appellat, quoniam in oculos & sensus incurrit, corpus integrum ac verum est. Natura corporis remanet quidem, corpus ipsum non remanet. Corpora duo proprie hic inesse si quis existimet, adversari se Patrum sententiis, atque adeo Christo Domino ipsi intelligat: quem qui dicentem
50 audiat, HOC EST CORPUS MEUM, quo mentis stupore geminum in eo, quod Christus porrigit, corpus suspicetur: cum & de uno ille pronuntiet: & hoc quod accipi per se præcipit ac manducari, nec continere corpus dicatur, nec comitari, sed esse corpus ipsum, sine alterius corporis comitatu? Quo plane modo si mutata in vinum aqua idem Christus Dominus diceret, Accipite & bibite, hoc est enim vinum: nemo, opinor, adeo desiperet, ut duo corpora, hoc est, vinum cum aqua conjunctum in hydriis designari ab eo putaret: nedum arbitraretur propinatum sibi vinum, ab eo esse sejunctum corpore, quod haurire juberentur convivæ his verbis, Accipite & bibite, hoc enim vinum est. Indicato manu dolio si quis dicat, Hoc est vinum, non dolium ille quidem mutatum significat: nec duo negat esse corpora, vinum & dolium. Sed cum evangelista scribit de Christo Domino, Accepit panem, & dixit, *Hoc est corpus meum:* an non ibi aperte mutationem significat: adeoque unicum jam corpus exsistere post mutationem? Quemadmodum si de eodem ita narraret; Accepit aquam, & dixit: Hoc est vinum: nemo desiperet adeo, ut existimaret duplicem nihilominus a Domino porrigi aquæ & vini substantiam. Nam in priore loco satis aperte alterum cibi, in posteriore alterum ac diversum potus genus præberi a se significaret, quam antea foret. Cum vero de aliquo dicitur, Accepit dolium, & dixit, Hoc est vinum; non is aliud quam prius esset, sed quæ prius essent duo, demonstrare intelligitur.

At ne sint sane duo corpora, inquiet aliquis, quando ita Chrysostomus censuit: sed ne sint duo scilicet, quemadmodum in Christo duo filii non sunt: ubi naturæ duæ nimirum perfectæ in unam hypostasim coëunt: nec jam sunt duæ. Coëant igitur in unum & in sacramento altaris naturæ duæ perfectæ: in unam, inquam, hypostasim. Atqui præter Christi Domini sententiam, quæ sensu proprio ac nativo, ut vidimus, accipi non potest, duo si sunt ibi corpora: vetat ita credi Chrysostomus, cum aliud ibi corpus, præter dominicum, Joanne Damasceno præsertim interprete, ac Nicephoro C P. negat esse. Nam quid est aliud corpus panis, præter naturam panis perfectam, sive proprietates cum materia? Ubi corpus igitur panis non est, neque ibi natura panis omni genere perfecta censetur. Neque vero hypostatica panis unio, sive cum Verbo, sive cum dominico corpore, si potest scilicet ab alterutro panis assumi, id quod subtilior schola jure negat: (negat enim aut a natura ulla creata posse omnino alteram, aut ab ipso Deo posse aliquam assumi expertem rationis, quæ pars humanæ non sit;) sed vel si demus illud ultro, quod fieri non potest: non illa tamen inquam, unio est effectura, ut aut natura panis perfecta si sit, corpus panis non sit: aut si quis assumptam velit, vel quoquomodo conjunctam cum Verbo, non sit perinde & ipsa corpus Verbi, atque humana caro, cum sit ex æquo conjuncta cum Verbo. Erit igitur ibi & corpus geminum, & geminum Christi corpus. Quam-
51 diu autem geminum corpus erit, tam fieri nequit ut unio inter utrumque hypostatica intercedat: quam fieri nulla ratione potest ut unica filiatio in Christo sit, duæ si sunt in Christo personæ.

Quis enimvero, nisi amens, fieri putet posse, ut quemadmodum Dei Verbi naturales proprietates sic assumptæ naturæ communicantur, ut causæ sint suæ quæque complexæ denominationis: atque ab æterna sapientia, verbi gratia, sapiens: ab omnipotentia, omnipotens: a relativa proprietate, quæ est filietas, hic homo, qui est Christus, Dei filius appelletur: atque adeo quemadmodum una est in Christo filietas, eaque naturalis, Christum & qua Deus & qua est homo in solidum afficiens: sic in sacramento communicetur naturæ panis ab assumpta carne proprietas corporeitatis filii Dei, ut ab ea hic panis quoque corpus filii & vere sit & dicatur? Istud vero ni fiat, quod fieri omnino nequit, erit in sacramento altaris, ut diximus, id quod Chrysostomus negat, & corpus geminum, & geminum Christi corpus: cum & unumquodque sit Verbo conjunctum: & alterum quidem, nempe corpus panis, sua præditum corporeitate, sejunctim a carne Christi. Quam ergo illa Chrysostomi accurata oratio est? quam fidei catholicæ congruens & consentanea? quam ille, inquam, considerate locutus, qui cum panis naturam permanere, hoc est, ut [1] Ysambertus loquitur, proprietates, qualitates, & virtutes naturales panis admoneret, negarit idem simul corpus panis permanere, hoc est, integram ex omni parte panis substantiam?

Sed vetat præterea id credi quod objicitur, rursum idem Chrysostomus plurimis locis, in quibus transmutari symbola docet: qualis illa sententia est, ex homilia LXXXIII. in Matthæum: [2] *Qui vero hæc sanctificat, & transmutat, ipse* Dominus *est.* Etenim mutationem isthic sine transubstantiatione esse non posse, ex eorum præsertim Patrum sententia, qui incarnationem cum eucharistia componunt, ut Chrysostomus facit, opitulante Deo demonstraturi mox sumus, cum de Theodoreti testimonio agemus. Nam is & eadem qua Chrysostomus comparatione utitur, & mutationis aperte mentionem facit: quæ
tametsi reipsa in Chrysostomi oratione continetur, 52
verbo tamen dilucide non est expressa: itaque commodius illic genus mutationis hujusce tractabitur.

CAPUT VI.

Tum adversus Synusiastas, tum adversus Nestorii prodromos, ex comparatione Incarnationis & Eucharistiæ Chrysostomum perite admodum argumentatum esse.

A Chrysostomi autem sententia ne longius divagemur, jam liquido apparet, opinor, quæ sit instituti ab eo argumenti adversus Synusiastas, non modo series, sed etiam vis ac robur: ex eo nempe, quod in utroque mysterio naturæ duæ sunt impermixtæ & inconfusæ: in Christo quidem, divina & humana: in Eucharistia, natura panis ac vini, & corpus sanguisque Domini. Pani etenim natura est nutriendi, præter innumeras pæne, quas continet, medicinas: vino, inebriandi, vires, sanguinem, coloremque alendi: hausto, accendendi calore viscera intus, foris infuso refrigerandi: naturales autem hæ dotes omnes in Eucharistia etiam post consecrationem perseverant. Simili ratione & in Christo proprietates naturæ duplicis cernere est, quas magna ex parte Chrysostomus in hac ipsa epistola indicat. *Deum quando dicis*, inquit, *agnovisti id quod simplex est natura, quod incompositum, quod inconvertibile, quod invisibile, quod immortale, quod incircumscriptum, quod incomprehensibile, & istis similia. Hominem autem dicens, significasti id quod natura est infirmum, esuritionem, sitim, super Lazarum lacrymas,* me-

1 *Ysambert. ad quæst.* LXXV. *disp.* VI. *art.* V. *pag.* 505.
2 *Chrysost.* Ὁ δὲ ἁγιάζων αὐτὰ, καὶ μετασκευάζων, αὐτός.

motum, sudoris ejectionem, & his similia, a quibus aliena est divina natura.

Sicut ergo nefas, inquit, in corpore Domini sacramentali duo corpora prædicare, ac tametsi in eo sunt impermixtæ naturæ duæ, non sunt ibi reipsa tamen corpora duo: sic etiam nefas in Christo duos filios dicere, tametsi duarum in eo naturarum proprietates agnoscimus. *Etsi duplex natura*, inquit, in calce hujus epistolæ, *tamen indivisibilis & inseparabilis unitio in una filiationis hypostasi confitenda.*
53 Hoc unum ille spectat & colligit. Plura hic addere, substantiam exempli gratia humanam ipsam, nec solas in Christo proprietates humanæ naturæ inesse, inutile prorsus ac supervacuum fuit: cum alterum ex altero plane necesse sit consequi: est enim alterum ex altero nexum: nec fieri ulla vi potest, quod antea monuimus, ut a naturis spiritalibus proprietates divellantur: quantumvis in his quæ constant materia tantum ac proprietatibus, possint ab illa divinitus illæ divelli ac distrahi. Quid ergo intererat ad struendam argumentationem istud hoc loco adnotari? Ut duæ naturæ in Eucharistia non cogunt duo corpora dici, sic neque duæ naturæ in Christo duos filios dici cogunt. Huc tota, inquam, argumentatio recidit.

Quid quod autem ex proprietatum ipsarum, τῶν ἰδιοτήτων operationumque diversarum demonstratione, quas ἐνεργείας Græci vocant, compendiosius quodammodo faciliusque argumentatio struitur? Quid ita? non modo quoniam non gemina substantia in Eucharistia, ut in Christo, sit: verum etiam quod naturæ humanæ Christo abjudicandæ occasionem Synusiastæ cepere ex operationibus passionibusque, quas de Christo Domino sacræ paginæ prodidere. Has uni naturæ, divinæ scilicet, competere ex æquo illi censuerunt. Naturæ igitur a catholicis duæ commode admodum adseri Christo potuere ex eo capite, quod duum generum in eodem proprietates & ἐνέργειαι deprehendantur, ex quibus naturarum quoque disparitatem nemo repente non intelligat. Nam, ut præclare [1] Anastasius Apocrisiarius in alterius Anastasii collectaneis, *omnis operatio naturalis substantiam indicat, ex qua procedit & inest: & indicativum uniuscujusque naturæ operatio & est & cognoscitur naturalis.*

Quid porro? Apollinarem certe nemo ignorat a Christo Domino animam humanam mentemque sustulisse. Cur autem? Nimirum, id quod de eo [2] Gregorius Nazianzenus, qui hominem apprime norat, breviter & acute cecinit,

> Ὡς τῆς δεδοικὼς μὴ Θεῷ μάχηθ' ὁ νοῦς.
>
> *Quasi ille veritus ratio ne pugnet Deo.*

54 Quod est dicere, sublatam ab eo naturam humanam, quod humanam ἐνέργειαν aut voluntatem cum divina stare in una persona posse negaret.

Quid multo post Severus Monophysitarum Acephalorum antesignanus, cum duas operationes vel duas potius ἐνεργείας in Christo inesse inficiaretur, quid spectabat? Scopus ei fuit, inquit Maximus martyr, apud Euthymium, voluntatem Christo ea via naturamque ipsam humanam adimere. Additque idem [3] Maximus se in Creta insula collocutum esse cum episcopis Severianis eosque dixisse, *non placere sibi duas operationes in Christo ponere, ut est in Leonis Tomo, quod ex illis totidem voluntates consequi necesse sit, totidemque personas.*

Apollinaristarum molliorum, qui carnem nostræ consubstantialem in Christo agnoscerent, qualis Eranistes a Theodoreto inducitur, dialogo e tribus postremo dumtaxat, eadem sententia fuit, quæ Severi & Achephalorum, sive Semieutychianorum. Quæ Monotheletarum autem? Non eodem illi quoque morbo laborarunt? non & his eadem causa morbi? Non ipsum θελητικὸν, ἐνεργητικὸν, αὐτεξούσιον, volendi vim & operandi, ipsamque liberi arbitrii potestatem, subtractam Christo Domino voluere? Unde jocoso vocabulo involuntativo-inoperatistæ appellati sunt in quodam [4] Hypomnestico: quoniam Christum Dominum humana voluntate omni & operatione multarent, omnem divinæ uni voluntati adscriberent. Quare & ipsi, perinde atque Monophysitæ Acephali ac Severiani, quorum propago fuere, rationis ac voluntatis, totiusque animæ vice, quantumvis ambiguis vocibus sentire aliter viderentur, solam in Christo Domino divinitatem esse voluere, ut [5] Maximus Aquileiensis acute perspexit: id quod aut neglectum, aut non fuisse hactenus animadversum a summis viris, qui in Monotheletarum errore detegendo & Honorii Papæ causa tractanda desudarunt, vehementer miramur: quod id plurimum interest ad utrumque pernoscendum. Hinc enimvero effectum est, ut neque ipsa Monotheletarum hæresis, neque Honorii Magni epistola utraque a quoquam adhuc sit intellecta: aut causa hujus Pontificis probe cognita: 55
nec dictum fere quidquam de utroque argumento hactenus, quod non omnino sit abhorrens a vero. Non animadversum in primis Latinas illius epistolas duas, quæ sunt authenticæ, ita esse catholicas, ut nihil magis: easdem Græce redditas, ac ne verbulo quidem uno (id quod mirum & παράδοξον videri debet) addito, vel detracto, vel immutato, plane hæreticas esse, Monothelismum sapere, dignasque anathemate, quo fuere a Synodo VI. perculsæ. Sed nos hanc Spartam alias Deo juvante exornabimus.

Quid interim Eutyches, inter Apollinaris & Severi interjectus ætates, [6] ille συνουσιώσεως e sepultis pæne cineribus excitator, quam Chrysostomus in hac epistola configit? An aliam ille ob causam consubstantiale Verbo corpus affinxit, [7] non nostræ substantiæ, aut humanæ materiæ, [8] carnem diviniorem, nec nostræ cognatam: Valentinum in ea amentia, Manetem, Apollinariumque ipsum, dum primum hæresim informaret, secutus?

Nam eo pariter lapsum errore primis temporibus Apollinarem, tametsi ab eo postea mutata velificatione recessit, (nisi forte Apolinarii patris priorem, posteriorem filii fuisse errorem existimat:) ex [9] Athanasio intelligitur, in epistola ad Epictetum, qua istud hæresis portentum, cum sub ortu suo ad ejus aures pervenisset, anno CCCLXX. accuratissime confutavit, teste, qui descripsit epistolam integram, Epiphanio, hæresi LXXVII. sive Dimœritarum, hoc est, Apolinaristarum: præsertim num. II. IV. & X. ex [10] Gregorio item Nysseno, in antirrhetico adversus Apolinarium, ex Gregorio denique Nazianzeno, in epistola ad Nectarium C P. testibus omni certe exceptione majoribus, qui fuere etiam cum Apolinario familiaritate olim amicitiaque conjuncti.

56 Memoranda in primis Nazianzeni oratio est, qua sibi dixit [11] *in manibus esse libellum Apolinarii, in quo quæ*

1 *Anast. Bibl. Collect.* 244.

2 *Gregorius Nazianz. in carm. de vita sua.*

3 *Euthym. in Panopl. tit.* 18. *Lat. pag.* 649. *In MS. Gr.* Διὰ τοῦτο δύο κατὰ τὸν Λέοντος τόμον ἐνεργείας οὐ λέγομεν ἐπὶ Χριστοῦ, διὰ τὸ ἑπόμενα ταύταις θελήματα, εἰς δὲ ἀνάγκην πρόσωπα συνεισάγεσθαι αὐτοῖς. *Refert hoc ipsum & Nicephorus Callist. lib.* XVIII. *cap.* LI.

4 *In Collect. Anast. pag.* 270.

5 *In Conc. Lateran. sub Martino, secr.* IV.

6 *Maximus apud Euthym. loc. cit.* τῆς Εὐτυχοῦς συνουσιώσεως μόνος.

7 *Flavian. epist. ad Leon.* Μὴ τῆς ἡμετέρας οὐσίας, μηδὲ τῆς ἀνθρωπίνης φυράματος.

8 *Conc. Nic. II. act.* VI. Θειοτέραν τινὰ σάρκα λέγων αὐτὸν ἀνειληφέναι, καὶ οὐχ ὁμοούσιον τῆς ἡμετέρας φύσεως.

9 *Athan.* Πόθεν ὅλως ἐξηρεύξαντο ὁμοούσιον εἶναι τὸ ἐκ Μαρίας σῶμα τῇ τοῦ Λόγου θεότητι.

10 *Gregorius Nyssenus, apud Leont. Byzant. lib.* 1. *contra Nestor. & Eutych. Tomo* IV. *Antiq. lect.* Henr. *Canis. pag.* 28.

11 *Gregorius Nazianz. in epist. ad Nectarium C P.* Ὅτι μοι πυκτίον ἐν χερσὶ τοῦ Ἀπολιναρίου, ἐν ᾧ τὰ κατασκευαζόμενα πᾶσαν αἱρετικὴν κακίαν παρέρχεται. Διαβεβαιοῦται γὰρ μὴ ἐπίκτητον εἶναι τὴν σάρκα ἣν οἰκονομίαν ὑπὸ τοῦ μονογενοῦς ἡμῖν προσληφθεῖσαν ἐπὶ μεταποιχειώσει τῆς φύσεως ἡμῶν, ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς ἐν τῷ υἱῷ τὴν σαρκώδη ἐκείνην φύσιν εἶναι.

quæ adstruuntur pravitatem omnem excedant. Affirmat enim ille, nequaquam adventitiam esse carnem, quam ad instaurandam naturam nostram unigenitus filius secundum dispensationem assumpsit: verum jam tum a principio carnalem illam naturam esse in Filio. Quod commentum, pergit ille, ex ea probare nitebatur scripturæ sententia: *Nemo adscendit in cælum, nisi qui descendit de cælo filius hominis:* [1] *tanquam ipse filius esset hominis, etiam antequam de cælo descenderet: ac descendens carnem illam suam secum advexerit, quam haberet in cælo sæculis omnibus anteriorem, & substantiæ suæ insitam,* συνουσιωμένην. Sic & Deum ἄνθρωπον, & Verbum Dei υἱὸν ἀνθρώπου, dixere Sethiani, Valentini discipuli, apud Theodoretum: apud Augustinum, Faustus Manichæus.

E Latinis autem, ut ceteros sileamus, hunc Apollinaris errorem dilucide patefacit Vincentius Lirinensis in Commonitorio. *Domini carnem*, inquit, *non de sanctæ virginis Mariæ carne susceptam, sed de cælo in Virginem descendisse dicebat: eamque nutabundus semper & dubius modo coæternam Deo Verbo, modo de Verbi divinitate factam prædicabat. Nolebat enim in Christo esse duas substantias, unam divinam, alteram humanam: unam ex patre, alteram ex matre: sed ipsam Verbi naturam putabat esse discissam: quasi aliud ejus permaneret in Deo, aliud vero versum fuisset in carnem. Ut cum veritas dicat ex duabus substantiis unum esse Christum: ille contrarius veritati ex una Christi divinitate duas adserat factas esse substantias. Hæc itaque Apollinaris.*

Manavit hic error ab Origene, homilia VIII. in Gen. & vel ab Origenistis, de quibus [2] Orosius Hispanus presbyter ad Augustinum sic refert. *De corpore vero Domini sic tradiderunt: quia cum usque ad nos veniens Filius Dei post tot millia annorum, otiosus eo usque non fuerit: sed prædicans remissionem Angelis, potestatibusque universis superioribus, cum qualitatem formæ eorum, quos visitaret, assumeret, usque ad palpabilitatem carnis assumptionis specie transivisse: hoc passione & resurrectione determinans, rursus donec usque ad Patrem veniret adscendendo tenuasse: ita neque depositum usquam fuisse corpus, nec in corpore ullo regnantem circumscribi Deum.* Nusquam sine corpore Deum esse dixere, adeoque Deo συνούσιον illud corpus esse, hoc est, cum ipso coëxistere: unde Synusiastarum derivata appellatio est. Et quoniam tum per se est incircumscriptum, tum a divina substantia inseparabile, [3] Deo eatenus esse ὁμοούσιον, hoc est, *cum uno aliud ipsum*, ut hanc vocem [4] Vigilius Tapsensis interpretatur. Ita omni ex parte Christum esse consubstantialem Patri, ut mox dicet Eutyches: [5] tametsi ossium & carnis speciem induerit, quomodo ipse novit, cum voluit in terris videri. Sic præterea fieri, ut & caro illa, seu forma servi, quam Verbum induit, non Trinitati peregrina, aut nova quædam accessio, sed divinitas ipsa sit: &, ut tradit [6] Facundus, ubi horum deliria recitat, *Deus Verbum non solum in divinitate, verum etiam in carne, consubstantialis sit Patri.* [7] A Tertulliano, qui Deum corpus esse sui generis in sua effigie dixit, & a Phœbadio Agennensi, qui Tertullianum descripsisse videtur, quantopere distarent illi, promptum est ex his intelligere, quæ affert [8] Augustinus, ut a Tertulliano suspicionem erroris amoliatur.

57

Ut ut est autem, adeo explorata hæc olim & confessa Apollinaris cum Synusiastis societas sententiarum fuit, ut a Chrysostomo quoque nostro in hac ipsa ad Cæsarium epistola liquido sit prodita. *Abominabilis*, inquit, *opinio, quæ est Apollinaris, & eorum, qui Synusiastæ dicuntur:* quod quid dici planius potest? Quare & postea Eutyches, Synusiastarum, ut diximus, defensor ac patronus, pravam Apollinaris doctrinam instaurasse, tum a [9] Flaviano C.P. tum ab aliis passim arguitur. [10] A Facundo certe Hermianensi, *Synusiastæ, ab auctoris sui nomine vocati Apolinaristæ, progenitores Eutychianæ dementiæ* fuisse dicuntur. Et [11] Leo Papa errorem Eutychis ait, *dudum in auctoribus suis perculsum, olimque prostratum.* Et [12] Vigilius Tapsensis, *Tandem reperimus*, inquit, *Eutychianam hæresim ex Apollinaris amarissimo fonte derivatam.* Et quam Eutychianis cognationem cum Manichæo exprobrant [13] Hormisdas Papa, Suidas, aliique: hanc Synusiastis & Apollinari Chrysostomus in hac ipsa epistola jure merito objicit, & [14] Theodoretus in dialogo primo. De Apollinaristarum certe portione aliqua, hoc est, de Polemio, Timotheoque Berytio, constat ab his omnino συνουσίωσιν propugnatam esse, tum ex Leone Papa, in epistola XXIII. ad Clerum & plebem C.P. tum ex Theodoreto, ut mox dicemus, tum ex libro Leontii Byzantini, quem inscripsit, *Fraudes Apolinaristarum* De Apolinario ipso testis adhuc est Photius, in epist. CCXLVIII. Armenos Apollinarem esse secutos, qui Christum nobis consubstantialem esse negarent, tradit Liberatus in Breviario, capite X. 58

An universus autem ille grex Synusiastarum eo dementiæ aliam ob causam prolapsus est, ut diceret [15] *Verbi corpus in carnem mutatum:* quam ut commodius unica Verbi Dei operatio intelligeretur, quæ & miracula per carnem perageret, & famen, sitim, necemque in carne pateretur? ut facilius mens humana perciperet, [16] Deum exempli gratia in terris visum esse, & cum hominibus conversatum, Deum a Judæis crucifixum, nostra causa sponte cruciatus pertulisse, aliaque similia, quæ de Christo Domino ac Deo vere affirmantur? His certe potissimum utitur argumentis auctor epistolæ, quæ sub Dionysii Alexandrini nomine ad Paulum Samosatenum inscripta circumfertur: quam ab Eutychianista concinnatam esse nobis exploratum est.

Dixere illi interim nonnulla, unde catholici videri possent, hoc est, catholico more sentire ac loqui. Est enim hæc obiter enucleanda hæresis paulo subtilius, cum sit Chrysostomus noster in ea nunc coarguenda totus: ne, quod vulgo jactari solet, delirium illud fuisse senis unius, nempe Eutychis, existimetur. [17] *Non putetis*, inquit Augustinus, *quia potuerunt fieri hæreses per aliquas parvas animas. Non fecerunt hæreses, nisi magni homines: sed quantum magni, tantum mali montes.*

I. Tametsi is igitur ea sentiret quæ diximus, de carne Christi consubstantiali Verbo, nihil tamen veritus est Christum asseverare [18] perfectum esse Deum, 59
hominemque perfectum: nempe propterea quod corpus Verbo conformatum ex ipsa divina substantia, Verboque animatum, hominem perfectum exhiberet, imo perfectiorem infinitis partibus, quam nos sumus: nam primus homo, inquiebat ille cum Apollinari,

1 Ὡς καὶ πρὶν τῆς κατελθεῖν αὐτὸν, υἱὸν ἀνθρώπου εἶναι, καὶ συγκαταβῆναι ἰδίαν ἐπαγόμενον σάρκα ἐκείνην, ἣν ἐν τοῖς οὐρανοῖς εἶχεν ἐπίσχεν, προαιώνιόν τε καὶ συνουσιωμένην.

2 *Orosius, in consultatione, sive commonitorio ad Augustinum, de errore Priscillianistarum, & Origenistarum.*

3 *Athan. ad Epict.* Ὁμολογοῦμεν μὲν γὰρ, φασὶν, ἐὰν ἀπόρρητον τὸ σῶμα τοῦ λόγου, μόνον δὲ τελείως, οὐδὲ ξένον εἰς αὐτὴν περιγεγραμμένον τοῦ λόγου. εἰ δὲ ἀνθρώπινον εἴπωμεν τὸ ἐκ Μαρίας σῶμα, ἀνάγκη ξένον ὄντος περὶ αὐτοῦ τοῦ σώματος, συνθετικὴν γίνεσθαι

4 *Vigilius Tapsensis, libro 2. contra Palladium, cap.* VII. *inter opera Ambrosii.*

5 *Athan. ibid.* Εἰς ὁμοία καὶ σάρκα περιγέγραπται τοῦ Λόγου.

6 *Facundus, libro* IX. *cap.* V.

7 *Tertullianus, lib. adversus Praxeam, cap.* VII.

8 *Augustinus, lib. de hæresibus, cap.* LXXXVI.

9 *Flavian. in epist. ad Leon.* Οὐαλεντίνου καὶ Ἀπολιναρίου κακοδοξίαν ἀνανεούμενος.

10 *Facund. libr.* VIII. *cap.* IV. *pag.* 337.

11 *Leo M. epist.* XXXIX. *ad Pulcheriam.*

12 *Vigilius Tapf. lib.* I. *contra Eutychetem, cap.* XV.

13 *Hormisd. epist. ad Cæsarium Arelatensem, an.* DXV.

14 *Theodoretus pag.* 20.

15 *Leo Papa, epist.* XI. *ad Iulian. Coënf.*

16 *Eran. apud Theodor. dial.* I. *pag.* 12.

17 *Aug. Enarr. in Psal.* CXXIV.

18 *Eutych. in Conc. C.P. sub Flaviano.* Θεὸν τέλειον, καὶ ἄνθρωπον τέλειον, οὐκ ἐκ τῆς οὐσίας ἡμῶν.

linati, de terra terrenus: secundus homo Christus de cælo totus cælestis.

II. [1] Modum, quo Verbum caro factum sit, aïebat sibi quidem latere: [2] mutatam interim in carnem Verbi substantiam plane negabat: factum tamen Verbum esse quod prius non erat, nempe assumpta quam dixi circumscriptione corporis: sed inconvertibiliter: quoniam divinitatis scilicet sorte ac censu minime excidere id quod corporis humani speciem in Christo gereret, ille aiebat: mutari autem aliquid tunc proprie dicitur, cum id esse desinat, quod antea fuerit. Nam [3] *translatio omnis, interemptio est pristini: sive interitio pristini status.* Quare divinitatem mutatam aut conversam negabat in carnem assumptam: quod quamvis caro esset sui generis, ipsa nihilominus nihil præter divinitatem foret. [4] *Ipse Deus*, inquiebat, *qui in carne natus est, qui est Verbum Dei Patris, qui factus est inconvertibiliter perfectus homo, permanens Dei filius unigenitus, & Deo similis in virtute, & nobis similis in infirmitate.* [5] Sed assumptum proprie corpus a Verbo quoque negabat, quando substantia ipsa divinitatis esset. Nunc ille igitur Verbum habuisse corpus, nunc cum scriptura carnem esse factum, dicere maluit, quam assumpsisse. Ipsum in carnem se conformasse subinde dictitabat: ἑαυτὸν ἀνέπλασεν: inquiebat ille, qui Leonis Magni epistolam ad Flavianum ex illa Eutychis schola damnabat: hoc est, [6] Vigilio Tapsensi interprete, *seipsum replasmavit.*

60 III. Carnem illam interim veram esse, non hominis quidem, sed tamen humanam, ut in gestis de nomine Acacii legitur, Synusiastarum secta defendit: veram, inquam, quoniam vere divinitatis corpus formam servi & humanæ carnis præ se ferret: reipsa enim Verbum carnem esse factum, [7] non δοκήσει dumtaxat, ut Valentino, inquiebat, & Marcioni, ac Maneti visum: seu vana & inani specie tenus, quæ hominum oculis illuderet. At nihilominus esse carnem ex carne negavit, hoc est, ex virgine, seu consubstantialem nostræ: quem loquendi modum Marciano Monophysitæ, qui Justiniani temporibus vixit, adscribit Alcuinus, parte tertia confessionis suæ, aliique. [8] Tamen interdum ex carne virginis esse Christum Dominum Eutyches ipse dixit, hoc est, ex utero prodiisse: nempe, ut ait Leo Papa in epistola dogmatica ad Flavianum, *frustratorie loquens, ita Verbum dixit carnem factum, ut editus utero virginis Christus haberet formam hominis, & non haberet materni corporis veritatem*, hoc est, non esset efficta caro e materna massa, atque substantia: quod, ut impostor ac planus aliquis saltem imperite inconsiderateque dixit, in priore ex illis duabus epistolis, quas Gregorii II. Papæ nomine confinxit, ad Leonem Isaurum inscriptas, *seminis loco verum lumen factum est caro:* nisi *seminis loco* barbare dixit, pro eo quod ars grammatica diceret, sine semine.

IV. Eandem, quod mirum magis, utpote consubstantialem Deo, ne materialem quidem esse prædicavere: sed qualem nihilominus Valentinus ante docuerat, [9] Theodoreto ita prodente, animatam ac vitalem, ineffabili sapientia elaboratam, ut & tangi, & cerni, & pati posset: materiæ interim, inquam, omnis expertem, siquidem pars divinitatis esset, τῆς θεότητος μέρος τὴν σάρκα, uti aiebat, teste Athanasio, libro de salutari adventu Christi, pag. 635. Valentinum secutus est aliqua saltem ex parte Manichæus, cujus est hæc oratio apud Leontium Byzantinum, [10] *Cum Judæi vellent aliquando lapidare Christum, & audaciam sceleris sui ad effectum perducere, demonstravit clare substantiam suam superni luminis Filius, & transiens per medium eorum non videbatur. Natura enim expers materiæ, quæ speciem carnis præ se ferebat, non erat quidem adspectabilis, nec adtrectabatur*, nempe cum cerni nollet, aut contrectari: *quia nullam habebat communionem materia cum experte materiæ.* [11] Quod si Angeli in propria sua natura, sine ullo adscititio corpore, (sic enim de his pariter Synysiastæ statuebant,) Abrahamo spectante cibum sumpsere: quanto istud magis Deo promptum & expeditum, inquiebant, (in tractatibus iis, quos Theodoreto Photius vindicavit, qui & inter Athanasii opera exstant:) quanto, inquam, Deo facilius est idem præstare absque carnis consortio, quæ materiæ cognata sit? Similis Eutychianorum professio, apud Vigilium Tapsensem. [12] *Quod is, qui in principio erat Verbum, qui per prophetas nuntiatus, caro factus est, super terram visus est, & cum hominibus conversatus, VISIBILIS ET PALPABILIS FACTUS, vita æterna, & natura Deus fit, adtestatur beatus Joannes dicens: Quod erat ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod aspeximus, & manus nostræ tractaverunt de Verbo vitæ.* 61

V. Dissensit in eo tamen a Manete [13] Eutyches, quod e cælo Christi carnem delapsam negaret, in utero Virginis conformatam circumscriptamque fateretur: virginalem contra partum Manes haud agnosceret: sed in Jordane primum affirmaret humana specie inter homines Dei filium cœpisse degere, ut passim tradit apud Augustinum Faustus Manichæus. Ab Apellis similiter delirio discessit, qui Christi corpus e cælesti materia esse, quam oculis cernimus, sive e sideribus, vel e crassi aëris substantia, somniasse dicitur: id quod objectum quibusdam quoque Eutychianis a Samuele presbytero Edesseno aiunt, ut quidem [14] Gennadius Massiliensis prodidit. Propterea fortassis quod *subtilem hominem Christum*, hoc est, tenui corpore, natoque confestim e conspectu avolare, cum luberet, ii prædicarent, ut docet Gelasius Papa, sive alius auctor est epistolæ, in epistola ad Laurentium Lychnidensem. 62

VI. Adjecit ad hæc iste, Verbum tametsi incarnatum dicitur, tamen vel sic appellandum esse Deum dumtaxat, sine mentione carnis, corporis, aut humanitatis: tum [15] quod a potiore parte facienda appellatio est: tum quod sine mutatione Verbum factum est quod non erat: itaque quod factum est, si substantiam spectes, jam antea erat: sola circumscriptio, effigiesque hominis ad tempus assumpta: formam ille solummodo servi accepit; cum in similitudinem hominum factus est. [16] Hominem igitur appellari Christum minime oportere, nisi ex dispensatione, cum sit totus natura Deus: [17] post passionem præsertim, & ascensionem, absorpta jam humanitate,

1 *Eran. apud Theodor. dial. 2. pag. 30.* Οὐκ οἶδα τὸν τρόπον.

2 *Eran. dial. 1. pag. 8.* Πολλάκις ἔφην ὅτι ὁ Λόγος τρεπτὸς ἐγένετο σὰρξ, ἀλλὰ μείνας ὃ ἦν, γέγονεν ὃ οὐκ ἦν.

3 *Vigilius Tapsensis, libro 2 contra Palladium Arianum, inter opera Ambrosii: & libro x. de Trinitate, pag 278.*

4 *Apud Vigilium Tapf. libro IV contra Eutychetem, cap. IV.*

5 *Eran. dial. 1. pag. 18.* Ἐγὼ γὰρ σῶμα ἀνθρώπου λέγω; .... ἐγὼ λέγω ὅτι ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο.

6 *Vigilius Tapsensis, libro IV. contra Eutychetem, cap. XX.*

7 *Eran. dial. 1. pag. 7.* Βαλεντινιανοῖς αὕτη, καὶ Μαρκίωνος, καὶ Μανιχαίων ἡ δόξα. ἡμεῖς δὲ ὁμολογουμένως ἐδιδάχθημεν σαρκωθῆναι τὸν θεὸν Λόγον.

8 *Eutych. in Conc. C P. act. VII.* Ὁμολογῶ δὲ τὸν Κύριον ἡμῶν [illegible] ἐκ τῆς σαρκὸς τῆς ἁγίας παρθένου.

9 *Theodoret. lib. 1. hær. fab. cap. VII.* Ἀπὸ δὲ τῆς οἰκονομίας περιθῆναι σῶμα, ψυχικὴν ἔχον οὐσίαν, ἀρρήτῳ δὲ σοφίᾳ κατεσκευασμένον ὥστε καὶ ὁρατὸν γενέσθαι, καὶ παθητόν. Ὕλικὸν δὲ οὐδ' ὁτιοῦν ἀνειληφέναι αὐτόν.

10 *Tomo IV. Antiq. lect. Henr. Canisii, pag. 237.*

11 *Theodoret.* Ὡς ἐπὶ τοῦ Ἀβραὰμ ἄγγελοι τῇ οἰκείᾳ φύσει μετεσχηκέναι τροφῆς πεπιστευμένοι, καὶ τὴν ζήτησιν τῆς διαιρέσεως Χριστοῦ κατὰ τὸ αὐτὸν ἑαυτοῦ δίχα σαρκὸς τροφῆς καὶ πάσης ἀληθείας ἀποφαινόμενοι.

12 *Vigil Tapf. libro IV contra Eutychetem, cap. XXII.*

13 *Eutych. in latrocin. Ephes.* Ἀναθεματίζω Μάνην, Βαλεντῖνον ... καὶ τοὺς λέγοντας τὴν σάρκα τοῦ Κυρίου ἐξ οὐρανοῦ κατεληλυθέναι.

14 *Gennad. libro de Eccl. script. cap LXXXII.*

15 *Eran dial. 2. pag. 49.* Ἀπὸ τοῦ κρείττονος ὀνομάζειν χρή.

16 *Eran. dial. 2. pag. 62.*

17 *Inter Athanasii opera:* Πρὸς τοὺς ἀναιροῦντας τὴν τῶν φύσεων διαφορὰν μετὰ τὸ πάθος καὶ τὴν ἀνάληψιν. *Et Eran. dial. 2. pag. 85.*

nitate, ut dicemus. [1] Nedum assumptum a Verbo hominem dici posse, hoc est, semen Abrahæ, seu corpus anima ac mente præditum: ne duæ personæ, inquiebant, cum Nestorio agnoscantur: quod ubi quid assumi vulgo dicitur; alius intelligitur esse qui assumit, alius qui assumitur.

VII. [2] Carnem adsumpsisse tamen, si obstinate Catholici eo verbo uti vellent; & ψυχὴν λογικὴν, vitam rationalem, Verbo nimirum illam divini generis carnem animante, non penitus diffitebantur. Nam Synusiastis, & Apollinaristis etiam mollioribus, ac postea Monotheletis, (id quod Theodoreto ipsi in Eraniste latuisse videtur:) ψυχὴ aliud nihil est quam ζωὴ, ut ex dialogo in primis quarto de sancta Trinitate constat, qui inter Athanasii opera, Maximo Martyri vulgo adscribitur, Theodoreti certe non est. Animatum igitur etiam rationali anima Christi corpus illi omnes ex æquo dixere, quod vitam illud
63 motumque a Verbo, totius mentis ac rationis fonte, haberet: nam sive illud Deo, ut Synusiastæ: sive nostræ carni, ut Monotheletæ, consubstantiale facerent: ex æquo utrique rationem humanam, sive mentem & animam creatam, ab eo corpore prorsus ablegarunt.

VIII. [3] Ex duabus tamen naturis ante incarnationem se nolle Christum Eutyches jactitabat: sed post unionem, naturam ejus unam: *volens utique eam solius deitatis intelligi*, inquit Leo Papa, epistola XIII. ad Pulcheriam Augustam. Hæc erat autem hominis vafri sententia, quæ Latinis scriptoribus haud fuisse satis explorata videtur: ante incarnationem, puta sub lege vetere, Christum qui nosse probe vellet, qualis esset futurus, ab eo duas intelligi naturas oportuisse: divinitatem scilicet, ac præterea humanitatem, in quam divina natura migraret: seu Verbum Patris, conformato sibi corpore, quo ea quæ carnis sunt præstaret. Nec vero posse a nobis ipsis aliter nosci Christum: nisi Deum ea quæ sunt hominis obeuntem. Ipsum tamen revera non esse nisi naturam unam Verbi incarnatam. Naturæ, inquit, ante unionem animo concipiuntur duæ: hæ dum uniuntur in Christo, unica reipsa Christus natura est: Verbum quidem cum humanitate: sed Christus tamen totus ex divinitate compositus, tam secundum corpus quam secundum id quod vices præstat animæ. Monophysitas hoc eodem postea usos axiomate longe alio intellectu scimus: sed nunc Eutychis ac Synusiastarum mentem exponimus.

IX. Jam passiones esse Verbi ipsius prædicabat, quoniam carnis essent consubstantialis Verbo, [4] quam mirabili modo sic temperasset, ut mali sensum sustineret: mirabilem modum, inquam, esse, [5] sicut quo natus Deus Verbum est, sic & quo passus: passum idcirco [6] quomodo novit, passum quomodo voluit, ὡς οἶδεν, ὡς ἠθέλησεν. Omnia enim esse Deo
64 possibilia: nec mysterium illud abditum nimis curiose scrutandum. [7] Non hic Patrum expositiones esse sectandas, nedum humanas ratiocinationes: sed in sola scriptura acquiescendum esse, [8] quæ multo sit præstantior certiorque quam doctrina Patrum. Docet autem illa Deum in terris visum esse, Verbum carnem factum, Dominum gloriæ crucifixum. Hic standum igitur, hic hærendum.

[9] In uno aïebat se pariter consistere Nicæno symbolo: quod cum filium Dei consubstantialem Patri dumtaxat profiteatur, cur præterea, inquiebat, dicatur consubstantialis & matri? Et qui postea adversus Leonis Magni epistolam ad Flavianum ex Eutychis schola ausi fuere stylum distringere: cum unius substantiæ, inquiebant, consortem cum Patre Filium Nicæni Patres asseverent: qua nunc cuiquam auctoritate fas est alteram in Christo naturam, qua sit Patre minor, comminisci? *Quomodo autem in Christo nihil magnum, nihil minimum intelligi possit*, (refert istas eorum voces [10] Vigilius Tapsensis) *etiamsi nostris condescendit mensuris per suam voluntatem, manifestat etiam divina trecentorum decem, & octo Patrum deliberatio, continens in unum Dominum* Jesum *Christum Filium Dei credere, quem & incarnatum, & unius substantiæ cum Patre cognoscunt: non dividentes minorem in Christo humanitatem, & æqualem Patri iterum deitatem.*

Eam similiter ob causam & mortuum Dominum confiteri Eutyches veritus est, in libello confessionis quem edidit: quoniam ea vox abest a Nicæna fide. Itaque magistrum secuti Eutychianistæ, ut idem Vigilius narrat, [11] *formidavere Deum dicere mortuum; sed elegere a fide Apostolica exorbitare, dicendo Deum inter mortuos deputatum, quam eum fateri secundum hominem mortuum.* Nam hæc illorum professio fuit ab eodem recitata: *Vitæ datorem & per omnia amatorem hominis Deum, qui inter mortuos deputatus est, & corruptione & morte nunquam victus est, quin in inferno descendit, ut obnoxius nostræ naturæ, sine peccato.* 65

X. Si Catholici porro confusionem, commixtionem, conversionemque naturarum objicerent, ac sane verissime: quoniam & Deum [12] confunderent passionibus carnis, ut a Patribus accepit is, qui falso Pamphili episcopi Abydeni nomine epistolam concinnavit ad Petrum Cnapheum: nec divinitatem ab humanitate secernerent, quippe qui humanitatem totam ex divinitate conflarent: adeoque mutatum esse Deum in hominem: & vicissim conversam humanitatem nostram in divinitatem, mutatumque hominem in Deum prædicarent, cum hominis loco nihil nisi Deum obtruderent: [13] tum vero, inquam, cum ista a catholicis objicerentur, plerique eorum sine cunctatione illam substantiarum confusionem, commixtionemque divinitatis & humanitatis eo sensu, quem diximus, ultro admisere: in primisque, ut Chrysostomus ipse testatur in hac epistola, Apolinarius: deinde & Polemius, ex Apolinarii scriptis ansam ita sentiendi nactus. Cum [14] aliis interim confusionis nomen videretur vitari oportere, in primisque [15] Dioscoro Alexandrino: qui Monophysita potius, quam Synusiasta fuit: quod plebs imperita id cogitare posset sub his latere vocibus, quod sit nimis stolidum dicere aut existimare: nempe etiam post unionem humanitatem in Christo non esse humanitatem, aut divinitatem non esse divinitatem: sed ex utraque aliquid concretum coaluisse, ut mixtum ex elementis, vel vinum aqua temperatum:

1 *Theodoret. dial.* 1. *pag.* 9. *Orth.* Καὶ τὸ σπέρμα τοῦ Ἀβραὰμ, οὐκ ἄψυχον, οὐδὲ ἄνουν, πάντα ἔχον, ὅπόσα τὴν φύσιν χαρακτηρίζει τοῦ Ἀβραάμ; *Eran.* Ὁ ταῦτα λέγων, δύο πρεσβεύει υἱούς.

2 *Eran. dial.* 1. *pag.* 55. Ὁμολογοῦντες καὶ σάρκα καὶ ψυχὴν λογικὴν ἀνειλῆφθαι τὸν Θεὸν Λόγον.

3 *Eutych. in Conc. Calched. act.* 1. *pag.* 139. Ἐκ δύο τῶν φύσεων οἶδα τὸν Χριστὸν πρὸ τῆς ἑνώσεως. μετὰ δὲ τὴν ἕνωσιν, μίαν. *Et Eran. dial.* 2. *pag.* 67. Ἐκ δύο φύσεων λέγω τὸν Χριστὸν, δύο δὲ φύσεις οὐ λέγω.

4 *Athan. ad Epictet.* Ἐν τῷ αὐτῷ ὁμοίας μετεποίησεν ἑαυτῷ σῶμα παθητὸν ὁ Λόγος.

5 *Ægyptii Episc. in Conc. Calch. act.* 1. Ὡς ἐγεννήθη, οὕτως ἔπαθε.

6 *Eran. dial.* 1. *pag.* 7. Ὡς οἶδεν, ἡμεῖς δὲ ἴσμεν ὅτι ἄπαθος αὐτὸς ὑπάρχει . . . τὰ πεπρωμένα οὐ δεῖ ζητεῖν.

7 *Eran. dial.* 1. *pag.* 13. Μή μοι λογισμοὺς ἀνθρωπίνους προσενέγκῃς. ἐγὼ γὰρ μόνῃ πείθομαι τῇ θείᾳ γραφῇ.

8 *Eutych. in Conc. C P. sub Flaviano, act.* 3. Μόνας δὲ τὰς γραφὰς ἐρευνᾷν, ὡς βεβαιοτέρας οὔσας τῆς τῶν πατέρων ἐκθέσεως . . . . ἀμείνονας τῆς τῶν πατέρων διδασκαλίας.

9 *In Conc. C P.* Τὸ μάθημα ἔχει, ὁμοούσιον τὸ πατρὶ μόνον.

10 *Vigilius Tapsensis, libro* IV. *contra Eutychetem, cap.* XXI. *pag.* 52.

11 *Vigilius Tapsensis, libro* IV. *contra Eutychetem, cap.* VI. & VII.

12 *Pamphil.* Θεὸν συγχέουσι σαρκὸς πάθεσι.

13 *Theodoret. lib.* IV. *heret. fabul. cap.* IX. Πολέμιος τις ἐκ τούτου (Ἀπολιναρίου) συγγραμμάτων τὰς ἀφορμὰς ἐχόμενος, καὶ συνουσίωσιν λέγει γεγενῆσθαι, καὶ κρᾶσιν τοῦ θεοῦ Λόγου καὶ τῆς σαρκός.

14 *Eran. dial.* 2. *pag.* 73. Καί μοι τῆς συγχύσεως φευκτέον ἐστὶ ὄνομα.

15 *Dioscorus Alex. in Conc. Calched. act.* 1. Ἀνάθεμα τῷ λέγοντι σύγχυσιν, ἢ τροπὴν, ἢ ἀνάκρασιν.

tum: qua temperatione utrumque corrumpitur, ut nec jure vinum nec aqua fit: quod amentis est hic putare: cum ne sic quidem anima nostra sit commixta corpori.

XI. Peracto autem dispensationis nostræ mysterio, [1] post ascensionem, resolutum id corpus Eu-
66 tychiani censuere, [2] non in Verbi quidem οὐσίαν, qua persona Verbi est, sed in divinam substantiam: ut quidem refert auctor Expositionis fidei apud Justinum, qua symbolum, quod Athanasii nomen præfert, fuse & particulatim explanatur. Nunc igitur esse Verbi incircumscriptum corpus, ut ante mysterium incarnationis fuit. Cui insaniæ affinis maxime Lutheri & Ubiquistarum error, quibus sub annum MDXV. Jacobus Faber Stapulensis prævit, iis verbis atque sententiis, quæ a Ruardo Tappero recitantur, art. XIII. sub finem. Resolutum, inquam, corpus post ascensionem Synusiastæ sic censuere, atque ita penitus depositam carnis effigiem esse, ut jam non habeat amplius [3] humanam formam, γένος, sive εἶδος: non priorem circumscriptionem, sub qua in terris visus est: non proprietates reliquas, quæ naturam indicant: in divinam denique & incircumscriptam, ut prius, recidisse naturam. Absorptam itaque humanitatem esse, [4] non tamen deletam: cum divinitas ipsa sit: sed mutatam, priore ablata circumscriptione. [5] *Corpus Christi*, inquiunt Theopaschitæ, apud Euthymium, *divinitatis commixtum pelago & absorptum, naturam suam non amplius retinet, nec proprietatem suam conservat*, hoc est, circumscriptionem ac figuram. *Propterea in Christo non sunt naturæ duæ, sed una tantum, eaque tota divinitatis. Unde & sacrificium panis carnis Christi, non corpus esse Christi, sed divinitatis prædicatur.* Qui error tum a Chrysostomo in hac ad Cæsarium epistola notatur & confutatur, tum a Theodoreto, in dialogo primo, pag. 18. inter Latinos, a Vigilio Tapsensi in primis, libro I. contra Eutychetem, cap. XIV. *Sed forsitan adhuc in terra positus, utriusque erat naturæ: postea vero quam cælos ascendit, unius cœpit esse divinæ. Et quid ergo ibi facis nomen Filii hominis, si natura ibi*
67 *non est humanitatis? Quomodo rei non exstanti inane nomen adscribitur? quomodo nominis veritas manet, si naturæ proprietas abest? Denique dicit, Cum venerit Filius hominis in gloria Patris sui, &c.*

XII. In his placitis, quantumvis omnipotentiam numinis exaggerarent ac prætenderent, non supra hominum captum modo, sed & supra fidem illud plerisque visum est, divinitati corpus inesse συνούσιον, quod variis subinde possit temperari formis. Itaque a multis unius naturæ defensoribus deserta hæc opinio est, atque in alteram longe mitiorem facta discessio: hoc est, in illud commentum, cujus Apollinaris, ut diximus, inventor & artifex fuit, postquam a priore sententia de συνουσιώσει corporis Christi retulit animum: eandemque agnita carnis Christi consubstantialitate cum nostra carne emollivit. Dioscorum ipsum Alexandrinum nunquam Eutychi hac in parte fuisse suffragatum, credi voluit Severiani episcopi, qui Collationem habuere Constantinopoli cum Catholicis, Justiniani principatu. Consubstantiale igitur nostro corpori corpus Christi esse dixere: cetero animæ ac mentis vices Verbum præstare, passumque carne impatibiliter. Sed de his fortassis nos alias opportunius.

Synusiastas interim dum Chrysostomus in epistola ad Cæsarium refellit, quam ille apte a Sacramento altaris, in quo natura panis cum dominico corpore conjuncta inest, argumentationem repetit? Primum, ut in Christo Domino naturam quoque humanam, non qualemcumque, sed nostri generis, iisdemque instructam proprietatibus, & ἐνεργείαις inesse colligat: deinde ut ostendat humanam in eo naturam, etiam dum ea quæ sunt sibi propria operatur aut patitur, nihilo magis unitati personæ officere vel obstare, quam in Eucharistia panis ἐνέργειαι, sive natura, cum Christi corpore conjuncta, obest unitati corporis Christi? Natura, inquit, substantiæ panis, sive proprietates naturales, alendi, inebriandi, medicandi, in sua vi & efficientia & ἐνεργείᾳ permanent inconfusæ cum Christi corpore: nec tamen corpora duo appellantur aut sunt, sed corpus unum filii Dei. Cur ergo magis cogant duos filios confiteri proprietates distinctæ & inconfusæ, operationesque sive ἐνέργειαι humanæ naturæ, quamtumvis cum Verbo Dei filio copulentur? Illic unius corporis dominici appellatio est: & istic unius filii Dei. Corpus 68
quidem panis subinde vulgus, & nos cum vulgo dicimus: Sed [6] *corpus illud* tunc dicimus *esse Christo unitum*: unitum autem jam non corpus panis proprie aut est aut appellatur a fidelibus, cum loquuntur ex fide: sed corpus Christi. Hoc ipsa catechesis docet infantes. [7] *Quid enim est panis? Corpus Christi.* Non appellatur tantum, sed reipsa est. Rem enim ipsam appellatio sequitur. Ut igitur, quanquam sunt naturæ & ἐνέργειαι in Eucharistia duæ, tamen est ibi corpus unum, nec aliud præter corpus Domini JESU: quod unum ibi fas est agnosci, appellari, ac prædicari: sic in incarnatione, tametsi sunt naturæ duæ, nec illæ etiam consubstantiales, sed diversi generis: quæ diversitas maxime ex operatione multiplici deprehenditur: (sunt enim operationes diversæ diversarum naturarum indices: divinæ quidem, ut cum [8] Leone Magno dicamus, miracula magna virtutis: humanæ autem, cibus esuritionis, somnus quietis, fletus miserationis, pavor formidinis:) hæc, inquam, cum ita sint, tamen ibi unica filiatio est: nec alium ibi filium, quam qui Deus Verbum est, agnosci fas est aut appellari. Tametsi *unaquæque natura*, inquit Chrysostomus, *incommixtam proprietatis conservat agnitionem*, *unus* nihilominus *Dei filius agnoscitur* & prædicatur. *Aut enim naturam divinam tenentes, humanam negant, hoc est, nostram salutem: aut humanam tenentes, divinam naturam negant. Dicant igitur, utra natura amisit proprietatem suam?* Quæ argumentatio verbis fere totidem exstat apud Vigilium Tapsensem, libro I. adversus Eutychetem cap. V. Ut in incarnatione autem neutrius naturæ, ita nec in Eucharistia aut essentiales dominici corporis, aut ullæ panis proprietates periere: itaque naturæ duæ permanent utrobique perfectæ.

Naturæ, inquam, perfectæ occurrunt duæ in utroque mysterio, si quemadmodum naturam perfectam vulgus appellat, cum Patribus hanc vocem accipimus. Hoc est, si eo nomine concipimus animo proprietates omnes solummodo, quarum complexio- 69
ne natura quæque a vulgo dignoscitur, & censeri perfecta solet: quoniam de materia, quæ tota rerum inanimatum, ut scholæ docent, substantia est, nunquam plebi venit in mentem. Proprietates certe ubicumque esse diversi generis deprehendere est, ibi & naturam esse multiplicem recte ac jure colligimus.

 Atqui

1 *Eran. dial. 2. pag. 85.* τὸ δεσποτικὸν σῶμα μετὰ τὴν ἀνάληψιν εἰς τὴν οὐσίαν μεταβληθῆναι τὴν θείαν.

2 *Auctor expos. fidei apud Justin.* Ἀλλ' οὐκ εἰς τὴν οἰκείαν ὑπόστασιν, ὅπερ ὁ Λόγος ἀνέλαβε τὸ σῶμα, ἀλλ' εἰς θείαν οὐσίαν μεταποιῆσαι.

3 *Eran. pag. 78.* Οὐκ ἔχει τὸ ἀνθρώπειον εἶδος . . . τὴν περιγραφήν . . . *Pag. 79.* ὅσα τὴν φύσιν δηλοῖ . . . εἰς τὴν οὐσίαν τὴν θείαν.

4 *Eran. pag. 78.* Οὐκ ἀφανισμὸν τῆς ληφθείσης φύσεως λέγομεν, ἀλλὰ τὴν εἰς θεότητος οὐσίαν μεταβολήν.

5 *Euthym. in Panoplia MS. tit. XX.* Τὸ σῶμα ἐκεῖνο συγκραθὲν καὶ καταποντισθὲν ἐν τῷ πελάγει τῆς θεότητος οὐκέτι σώζει τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, οὔτε φυλάττει τὴν οἰκείαν ἰδιότητα, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ εἰσὶν ἐν τῷ Χριστῷ δύο φύσεις, ἀλλὰ μία, καὶ αὐτὴ ὅλη θεότης. Ἔνθεν τοι καὶ τὴν θυσίαν τοῦ ἄρτου τῆς σαρκὸς τοῦ Χριστοῦ, οὐ σῶμα Χριστοῦ, ἀλλὰ σῶμα θεότητος λέγουσι.

6 *Chrysost. hom. XXIV. in 1. Cor. X.* Τὸ σῶμα ἐκεῖνο ἡνωμένον τῷ Χριστῷ.

7 *Chrysost. ibid.* Τί γάρ ἐστιν ὁ ἄρτος; Σῶμα Χριστοῦ.

8 *Leo M. epist. LXXXIII. ad Juvenalem Hierosolym.*

Atqui in Eucharistia, quæ imago incarnationis est, inquit Chrysostomus, remanent cum Christi corpore & proprietates seu natura panis: igitur & in archetypo, hoc est, in mysterio principali, ex illius imagine, sive ex altaris sacramento, recte colligitur duas esse pariter perfectas [1] contrariasque naturas; quoniam sunt in Christo ἐνέργειαι, hoc est, proprietates ac virtutes duæ contrariæ.

At naturæ duæ perfectæ in incarnatione cum dicuntur, inquiet aliquis, vel si proprietates dumtaxat humanæ naturæ commemorentur, tamen harum quoque subjectum ibi simul inesse intelligitur, adeoque omnibus numeris perfecta substantia. Igitur & in sacramento altaris, si naturæ sunt duæ perfectæ, vel si solæ proprietates panis ac vini commemorentur, pariter subjectum harum proprietatum intelligi nihilominus necesse est: atque adeo perfectam amborum quoque substantiam. Quam istud autem frustra opponitur? Negamus enim jure merito id esse ex antecedenti consectarium: negat ipse Chrysostomus: nec vero is potuit non istud hoc ipso in loco aperte negare.

Negamus enimvero: cur? quoniam in naturis saltem spiritalibus, cujusmodi homo & angelus est, ne divina quidem virtute sejungi a proprietatibus subjectum potest, cui inhærent: in rebus inanimis, cujusmodi panis ac vinum est, omnino potest. Negat id deinde ipse Chrysostomus, dum esse duo corpora negat, ut vidimus. Denique nec potuit istud ille non præcise negare, nisi in hæresim adversam imprudentissime incideret, nempe in eam, in quam post annos quatuor & viginti Nestorius incurrit. Diceret enim Chrysostomus, id quod jam indicavimus, esse in Eucharistia substantias duas perfectas, atque adeo
70 corpora duo integra, tametsi unicum prædicetur: ex quo Synusiastæ colligerent apertissime, in ea ipsum esse mente atque sententia, ut existimaret in incarnatione pariter duos esse filios, tametsi unicus tantummodo filius τῷ χρίσω prædicetur: quemadmodum tametsi unum modo filii corpus in Eucharistia dici juberet, tamen esse duo corpora unita filio fateretur. Quam si ille de se suspicionem daret, tum miros agerent Synusiastæ de eo triumphos: quoniam illi hominum generi, ut postea Eutychianistis, solenne fuit objectare catholicis contagionem illius erroris; qui & jam tum eruperat, ut in notis ad epistolam Chrysostomi diximus, & a Nestorio postea instauratus ab eo nomen traxit. Hunc igitur errorem Chrysostomus si præ se ferret, id adversarii, credo, silentio præterirent?

At illam quoque belluam eodem ictu, hoc est, eadem epistola, eodemque argumento strenue confodit ac perculit. *Et forsitan dicunt*, inquit, pag. 6. nempe Nestorii præcursores, ut in notis ad eum locum diximus: aut si quis ita malit, Synusiastæ ipsi, dum ejus hæreseos catholicis crimen impingerent: *Quomodo Dominus dicit: Ut quid me vultis occidere, hominem qui veritatem vobis locutus sum? Bene & omnino sapienter hoc dicendum est. Neque enim ex hoc ab inhabitanti defraudabatur deitate ..... propter quod Deus & homo Christus..... Unus filius, unus Dominus, idem ipse procul dubio unitarum naturarum unam dominationem, unam potestatem possidens, etiamsi non consubstantiales exsistunt...... Sicut enim antequam sanctificetur panis, panem nominamus: divina autem illum sanctificante gratia..... dignus habitus est dominici corporis appellatione: etiamsi natura panis in ipso permansit: & non duo corpora, sed unum corpus filii prædicatur: sic & hic . . . unum filium, unam personam, utraque hæc fecerunt.* Iterumque, pag. 10. *Unum filium unigenitum, non dividendum in filiorum dualitatem . . . non alterum & alterum, absit.*

Arguit nempe Chrysostomus ab eucharistiæ exemplo neutri sectæ adhærescendum: neque ex clade Synusiasticæ factionis, Nestorianam amentiam jure merito catholicis imputari. Ab eucharistiæ, inquam, exemplo docet utramque prorsus labem exscindi. Illam quidem, quoniam naturas duas non consubstantiales, sed diversi generis, in utroque mysterio agnosci ex æquo oporteat. Istam, quæ Nestoriana: 71
quoniam in duabus naturis perfectis ut unum ibi corpus, non duo corpora credi par est: id quod fieri sine interitu materiæ non posse diximus: sic istic non duo filii, sed unus est filius: filiatione pariter adoptiva hominis, quæ nulla esse potest in Christo, idcirco, ut ita dicam, absorpta. Ut corpus sit unum in eucharistia, nec duo sint corpora, perire substantiam alterius corporis necesse est. Ut unicus in incarnatione filius, non duo filii, non alius & alius, filietatem alteram exstingui quodammodo & perire a nobiliore oportet. Quæ potuit igitur afferri a Chrysostomo similitudo aptior? cum illa transubstantiationem adeo non convellat aut labefactet, tametsi non duas utrobique ex æquo exhibeat perfectas substantias: ut eam potius mirifice adstruere & constabilire nihilominus videatur. Aut quid Impanatorum (id vulgo ii nomen habent, qui duarum substantiarum in Eucharistia suppositis distinctarum συνύπαρξιν, hoc est, coëxistentiam statuunt:) quid horum, inquam, causam Chrysostomus adjuvat, a quorum hæresi tam longe abesse illum oportuit, quam valde abhorrere a Nestoriana labe, quam perimit, voluit palam videri? Potest quidem aliquis, si Nestoriana sit peste infectus, non continuo esse Impanator: id quod de Theodoreto haud dubie statuendum putamus, si Nestorianus fuit. Potest enimvero aliquis Nestorii partium adstipulator unum in Eucharistia Christi corpus agnoscere, & idem interim duos in incarnatione filios profiteri: si neget utique incarnationis hac in parte similitudinem cum Eucharistia ullam esse. At impanator esse nemo potest, qui exemplo utatur Eucharistiæ ad unam in Christo Domino filietatem adstruendam: id quod nunc Chrysostomus facit. Abest ille igitur ab ea impanationis opinione longissime.

Dissimilitudo certe inter utrumque mysterium aliqua intercedit: quis negat? Sed ea quidem & necessaria, &, ut docuimus, Chrysostomo quoque ipsi cognita. Similitudo enimvero gemina est: altera, quod in duabus naturis illic unum corpus, unus istic filius agnoscitur: altera, quod nec corpus unum e duobus, nec filius unicus esse potest, sine alicujus rei interitu quodam, in utroque mysterio. Hoc utrumque caput a Chrysostomo, ut vidimus, præser- 72
tim adstruitur ac spectatur. Jam dissimilitudo autem, sive inæqualitas, in eo est posita, quod ut ubi duo corpora videntur esse, unum ibi corpus sit, perire debeat alterius substantia, sive materia, manente solum natura, sive proprietatibus & ἐνεργείαις. Ut vero ubi duo filii esse putarentur, unicus sit reipsa, exstingui oporteat filietatem adoptivam, quæ esse nulla potest in assumpta a Verbo natura. Hanc dissimilitudinem, seu inæqualitatem, vel tacente Chrysostomo, rerum ipsa natura postulat: aperte autem Gelasius Papa, ut mox dicemus, adjecit huic ipsi argumentationi, quam ex Chrysostomo mutuatus est. In Eucharistia igitur incarnationis imago quidem est & similitudo: una tamen æqualitas deest: juxta illud [2] Augustini placitum, *Ubi imago, continuo similitudo, non continuo æqualitas.*

Quin ea dissimilitudo vel inæqualitas fortassis etiam in causa fuit, quamobrem cum hunc ipsum Chrysostomi locum adversus Acephalos Joannes Damascenus intorqueret, & Anastasius presbyter Theopolitanus, ac demum Euthymius in Panoplia, abstinuerint ii a protasi describenda, hoc est, parte priore com-

1 *Theodorus Patr. Hierosolymit. in synodica, quæ recitatur in VII. synodo, act. III.* Προσῆλθεν εἰς ἓν δύο τῶν φύσεων ὁ Θεὸς λόγος.

2 *Augustin. libro* LXXXIII, *quæstionum, quæst.* LXXIV.

comparationis, quæ mysterium Eucharistiæ complectitur : ne quis vitilitigator in ea disparitate cavillaretur. Itaque apodosin repræsentare, hoc est, partem oppositam, quæ de incarnatione agit, satis habuere. De Joanne Damasceno certe, quod hæc illum ratio permoverit, ut protasim supprimeret, ac plane reticeret, videri potest cuipiam major quam de reliquis causa suspicandi. Nam in laudato proxime tractatu, huic Chrysostomi orationi aliam ejusdem sententiam de hoc ipso argumento præmittit, ex homilia in Lazarum, his verbis : *Stannum plumbi & argenti particeps est : argenti quidem, adspectu : plumbi vero, natura. Sic Christus Deus & homo, duas naturas in se conservat*, &c. Cui sententiæ scholion istud statim subjicit Damascenus : *Non necesse est ut exemplum ex omni parte similitudinem ejus, cum quo comparatur, habeat. Ut hic stannum videtur quidem esse argentum, sed non est. Christus autem vere est homo.* At-
73 que huic deinde scholio eum Chrysostomi locum proxime subjungit, in quo nunc explanando sumus : prætermissa, ut diximus, ea parte, quæ Eucharistiæ mentionem facit : ne iterum scilicet submonere cogeretur, istud pariter exemplum æque ac prius, ab eo aliquatenus discrepare, de quo potissimum ageretur : panis enim integra in Eucharistia substantia non inest : Christus e diverso perfectus ex omni parte & integer homo est. Sed hæc de Damasceno conjectura esto, non fixa irrevocabilisque sententia.

Ut ut est autem, fuere alii certe minus timidi, Leo Magnus Gelasius Papa, Ephræmius Antiochenus, aliique : quibus visa idonea pariter argumentatio est ab Eucharistiæ exemplo adversus quoslibet Monophysitas, qui ex Synusiastis, tanquam excetræ capita, succreverunt. Itaque integram illi usurpavere, iisque contexuere vocibus atque sententiis, quæ plane haustæ & acceptæ mutuo a Chrysostomo, tanquam a fonte, videantur. De his igitur, tum ob similitudinem argumenti, tum quod ab his toti huic opellæ nostræ plurimum sit lucis accessurum, nec parum his a Chrysostomi oratione vicissim ; nunc erit instituenda oratio : ubi pauca prius de Theodoreto, qui Chrysostomi magisterio gloriatur, dixerimus.

CAPUT VII.

Theodoretum cum Chrysostomo de Eucharistia paria sensisse.

A Magistro igitur discipulum ; Theodoretum a Chrysostomo ; quis de Eucharistia ; quod ei nemo crimen objecit ; dissensisse putet ? Tamen hæc illius oratio nunc ab hostibus catholicæ veritatis objicitur, ex dialogo secundo, qui Inconfusus inscribitur, pag. 84. Quam infelici autem successu, Deo bene juvante, est aperiendum.

ΟΡΘ. Εἰπὲ τοίνυν, τὰ μυστικὰ σύμβολα παρὰ τῶν ἱερωμένων τῷ Θεῷ προσφε-
74 ρόμενα τίνων ἐστὶ σύμβολα;

ORTH. *Dic ergo : mystica symbola, quæ Deo a sacerdotibus offeruntur, quarum rerum sunt symbola?*

ΕΡΑΝ. Τοῦ δεσποτικοῦ σώματός τε καὶ αἵματος.

ERAN. *Corporis & sanguinis Domini.*

ΟΡΘ. Τοῦ ὄντως σώματος, ἢ οὐκ ὄντως;

ORTH. *Verine corporis, an non veri?*

ΕΡΑΝ. Τοῦ ὄντως.

ERAN. *Veri.*

ΟΡΘ. Ἄριστα· χρὴ γὰρ εἶναι τὸ τῆς εἰκόνος ἀρχέτυπον. καὶ γὰρ οἱ ζωγράφοι τὴν φύσιν μιμοῦνται, καὶ τῶν ὁρωμένων γράφουσι τὰς εἰκόνας.

ORTH. *Optime. Oportet enim imaginis exstare archetypum. Nam & pictores naturam imitantur, & eorum quæ videntur, pingunt imagines.*

ΕΡΑΝ. Ἀληθές.

ERAN. *Verum est.*

ΟΡΘ. Εἰ τοίνυν τοῦ ὄντος σώματος ἀντίτυπά ἐστι τὰ θεῖα μυστήρια, σῶμα ἄρα ἐστὶ καὶ νῦν τοῦ δεσπότου τὸ σῶμα, οὐκ εἰς θεότητος φύσιν μεταβληθὲν, ἀλλὰ θείας δόξης ἀναπλησθέν.

ORTH. *Si igitur verum corpus repræsentant divina mysteria ; corpus ergo Domini nunc quoque corpus est, non in divinitatis naturam mutatum, sed divina gloria repletum.*

ΕΡΑΝ. Εἰς καιρὸν τὸν περὶ τῶν θείων μυστηρίων ἐκίνησας λόγον. ἐντεῦθεν σοι γὰρ δείξω τοῦ δεσποτικοῦ σώματος τὴν εἰς ἑτέραν φύσιν μεταβολήν. ἀπόκριναι τοίνυν πρὸς τὰς ἐμὰς ἐρωτήσεις.

ERAN. *Opportune de divinis mysteriis intulisti sermonem. Nam inde tibi ostendam corpus Domini in aliam mutari naturam. Responde igitur ad mea interrogata.*

ΟΡΘ. Ἀποκρινοῦμαι.

ORTH. *Respondebo.*

ΕΡΑΝ. Τί καλεῖς τὸ προσφερόμενον δῶρον πρὸ τῆς ἱερατικῆς ἐπικλήσεως;

ERAN. *Qui appellas donum quod offertur ante sacerdotis invocationem?*

ΟΡΘ. Οὐ χρὴ σαφῶς εἰπεῖν. εἰκὸς γάρ τινας ἀμυήτους παρεῖναι.

ORTH. *Aperte dicendum non est. Verisimile est enim adesse aliquos mysteriis non initiatos.*

ΕΡΑΝ. Αἰνιγματωδῶς ἡ ἀπόκρισις ἔστω.

ERAN. *Respondeatur ænigmatice.*

ΟΡΘ. Τὴν ἐκ τοιῶνδε σπερμάτων τροφήν.

ORTH. *Cibum ex talibus seminibus.*

ΕΡΑΝ. Τὸ δὲ ἕτερον σύμβολον πῶς ὀνομάζομεν;

ERAN. *Alterum vero symbolum quomodo vocamus?*

ΟΡΘ. Κοινὸν καὶ τοῦτο ὄνομα, πόματος εἶδος σημαῖνον.

ORTH. *Commune & hoc nomen est, poculi speciem significans.* 75

ΕΡΑΝ. Μετὰ δέ γε τὸν ἁγιασμὸν, πῶς ταῦτα προσαγορεύεις?

ERAN. *Post sanctificationem vero quomodo hæc appellas?*

ΟΡΘ. Σῶμα Χριστοῦ, καὶ αἷμα Χριστοῦ.

ORTH. *Corpus Christi, & sanguinem Christi.*

ΕΡΑΝ. Καὶ πιστεύεις γε σώματος Χριστοῦ μεταλαμβάνειν, καὶ αἵματος;

ERAN. *Et credis te corpus Christi & sanguinem percipere?*

ΟΡΘ. Οὕτω πιστεύω.

ORTH. *Ita credo.*

ΕΡΑΝ. Ὥσπερ τοίνυν τὰ σύμβολα τοῦ δεσποτικοῦ σώματός τε καὶ αἵματος, ἄλλα μέν εἰσι πρὸ τῆς ἱερατικῆς ἐπικλήσεως, μετὰ δέ γε τὴν ἐπίκλησιν μεταβάλλεται, καὶ ἕτερα γίνεται. οὕτω τὸ δεσποτικὸν σῶμα μετὰ τὴν ἀνάληψιν, εἰς τὴν οὐσίαν μετεβλήθη τὴν θείαν.

ERAN. *Sicut ergo symbola dominici corporis & sanguinis alia sunt ante sacerdotis invocationem, post invocationem vero mutantur, & alia fiunt : ita dominicum corpus post ascensionem in divinam substantiam mutatum est.*

ΟΡΘ. Ἑάλως αἷς ὕφηνες ἄρκυσιν. Οὐδὲ γὰρ μετὰ τὸν ἁγιασμὸν τὰ μυστικὰ σύμβολα τῆς οἰκείας ἐξίσταται φύσεως: μένει γὰρ ἐπὶ τῆς προτέρας οὐσίας, καὶ τοῦ σχήματος, καὶ τοῦ εἴδους, καὶ ὁρατά ἐστι, καὶ ἁπτὰ, οἷα καὶ πρότερον ἦν. νοεῖται δὲ ἅπερ ἐγένετο, καὶ πιστεύεται, καὶ προσκυνεῖται, ὡς ἐκεῖνα ὄντα ἅπερ πιστεύεται. Παράθες τοίνυν τῷ ἀρχετύπῳ τὴν εἰκόνα, καὶ ὄψει τὴν ὁμοιότητα. χρὴ γὰρ ἐοικέναι τῇ ἀληθείᾳ τὸν τύπον. Καὶ γὰρ ἐκεῖνο τὸ σῶμα, τὸ μὲν πρότερον εἶδος ἔχει, καὶ σχῆμα, καὶ περιγραφὴν, καὶ ἁπαξαπλῶς εἰπεῖν, τὴν τοῦ σώματος οὐσίαν. ἀθάνατον δὲ μετὰ τὴν ἀνάστασιν γέγονε, καὶ κρεῖττον φθορᾶς, καὶ τῆς ἐκ δεξιῶν ἠξιώθη καθέδρας, καὶ παρὰ πάσης προσκυνεῖται τῆς κτίσεως, ἅτε δὴ σῶμα

ORTH. *Retibus quæ ipse texuisti, captus es. Neque enim symbola mystica post sanctificationem recedunt a sua natura. Manent enim in priore substantia, & figura ; & forma : & videri tangique possunt, sicut & prius : intelliguntur autem ea esse quæ facta sunt, & creduntur, & adorantur, ut quæ illa sint quæ creduntur. Confer igitur imaginem cum archetypo, & videbis similitudinem. Oportet enim figuram similem esse veritati. Illud ergo corpus priorem habet formam & circumscriptionem ; & ut semel dicam, corporis substan-*
tiam : immortale autem post 76
resurrectionem, & immune a corruptione factum est : sedemque a dextris adeptum, & ab omni creatura adora-

χρη-

χρηματίζον δὲ διὰ τὸ τῆς φύσεως.

ΕΡΑΝ. Καὶ μὴν τὸ μυστικὸν σύμβολον τὴν προτέραν ἀμείβει προσηγορίαν. οὐκέτι γὰρ ὀνομάζεται ὅπερ πρότερον ἐκαλεῖτο, ἀλλὰ σῶμα προσαγορεύεται. χρὴ τοίνυν καὶ τὴν ἀλήθειαν Θεὸν, ἀλλὰ μὴ σῶμα καλεῖσθαι.

ΟΡΘ. Ἀγνοεῖν μοι δοκεῖς. οὐ γὰρ σῶμα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄρτος ζωῆς ὀνομάζεται. οὕτως αὐτὸς ὁ κύριος προσηγόρευσε· καὶ αὐτὸ δὲ τὸ σῶμα, θεῖον ὀνομάζομεν σῶμα, καὶ ζωοποιὸν, καὶ δεσποτικὸν, καὶ κυριακὸν, διδάσκοντες ὡς οὐ κοινόν τινός ἐστιν ἀνθρώπου, ἀλλὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃς θεός ἐστι καὶ ἄνθρωπος.

tur, quia Domini naturæ corpus appellatur.

ERAN. *Atqui symbolum mysticum priorem mutat appellationem: non enim amplius nominatur, quod prius vocabatur: sed corpus appellatur. Oportet ergo etiam veritatem, Deum, & non corpus, vocari.*

ORTH. *Ignorare mihi videris. Non enim corpus solum, sed etiam panis vitæ nominatur. Ita Dominus ipse appellavit. Et corpus porro ipsum divinum corpus appellamus, & vivificum, & magistri, & domini: docentes non commune hominis cujuspiam esse, sed Domini nostri* JESU *Christi, qui Deus est & homo.*

Hactenus Theodoretus: cujus oratio sex in primis capita continet, quæ sunt excutienda singulatim, & dilucidius explananda. Primum est, quæ symbola mystica nuncupentur. Secundum, antitypa cur dicantur. Tertium, an mutentur symbola in aliam rem atque substantiam. Quartum, quemadmodum illa non recedant a sua natura. Quintum, num vere tamen ista mutatio transsubstantiatio sit. Sextum denique ac postremum, an panis appellatio dominico corpori in sacramento sic congruat, ut ex illa ipsa corpus Domini cum panis natura coëxistere necessario intelligendum sit. Ordiamur a primo.

I. Mystica symbola, sive dona quæ offeruntur, & quæ videntur, ut [1] ait idem in dialogo primo: [2] *visibile sacramentum*, ut appellat Augustinus: pa-
77 nis ac vinum est, ut Christi corpus sanguinemque continent. [3] *Veneranda symbola* vocat auctor libri de Ecclesiastica hierarchia, *per quæ Christus significatur & participatur:* [4] per quæ plebi id sacerdos ostentat quod occultant, quod ipse laudibus celebrat, postquam consecrando fecit, inquit idem. Mystica nuncupantur autem, quia rem sacram continent ac tegunt, quæ non sit evulganda. Mystica vasa sic fere [5] Ambrosius appellat, id est, sacra, quæ mysterium, sive rem sacram capiunt: quos *calices sanguinis Christi portitores* dicit [6] Optatus: ut vasculum, quo Eucharistia asservatur, [7] *novum corporis Christi SEPULCRUM* in vetusto Ecclesiæ Romanæ sacramentario dicitur.

Religio est hoc loco quiddam præterire, quod in Monumentis Ecclesiæ Græcæ, a V. Cl. Cotelerio editis, memoratur. Mysterium quid hoc loco sit, ea res edocebit. [8] Cum quidam in Sceti, Ægypti monte ac monasterio, de Eucharistia secus sentiret; quam fides catholica tradit: diceretque, *non esse REVERA corpus Christi panem quem sumimus, sed ANTITYPUM*, sive figuram: fertur correptus a sodalibus, monitusque, errorem ut deponeret: & *CUM ECCLESIA CATHOLICA sentiret, cum qua ipsi crederent panem esse corpus Christi, & calicem* SANGUINEM IPSUM *esse Christi* SECUNDUM VERITATEM, *non* SECUNDUM FIGURAM: editoque divinitus miraculo, quo
infans puerulus in hostia visus est, prorupit ille con- 78
festim in has voces, fidei suæ testes atque indices: *Credo, Domine, quod panis corpus tuum sit, nec non calix sanguis tuus. Atque illico caro rursus, quam manibus gerebat, evasit in panem juxta MYSTERIUM:* hoc est, rediit ea caro ad priorem panis speciem sub qua dum tegitur caro, mysterium nuncupatur. Quis igitur inficias ierit, aut mysterii vocem similiter a Theodoreto, ceterisque Græcis scriptoribus, intellectam esse? aut cum pariter ait ille, [9] *Credo me corpus & sanguinem Christi percipere:* eodem ipsum animo fuisse, atque Ægyptium illum senem, qui eadem usus est formula, post catholicam fidem ei divinitus patefactam? nempe censuisse ambos ipsum corpus *secundum veritatem, non secundum figuram*; quanquam in *mysterio*, sub pane latere? Ne quis autem huic narrationi detrahere fidem moliatur, vel auctoritatem auferre, vetustas prohibet libri quinti de vitis Patrum, unde excerpta est: cui pondus adjicit, quod exstat illa ex interpretatione Pelagii, qui tunc quidem S. R. E. Diaconus, cum hanc Latinæ consuetudini redderet, postea Vigilio Papæ suffectus est, anno DLIV. Nam quis tantæ auctoritati intercedat, tantæque vetustati?

Mysterium igitur, cum de sacramento altaris sermo incidit, ipsum Christi Domini corpus est, sed sub pane tectum ac velatum: unde ei quoque velamento atque integumento ob eam rem quæ velatur ac tegitur, mysterii, ac symbolorum mysticorum
factum est. Hoc ipsum est, quod nunc Ecclesia sacra- 79
menti, ut olim mysterii, vocabulo intelligit, dum canit,

Tantum ergo SACRAMENTUM Veneremur cernui. Quo illa nomine non symbola per se, sed sub symbolis Christum intelligit & adorat. Operæ pretium autem est istud diligenter imbibere animo, quod sit profuturum, non ut Theodoreti modo, sed ut & Augustini, de quo inferius dicendum erit, aliorumque Patrum sententias probe pernoscamus.

Insignis in primis, sive Joannis Chrysostomi, ut vulgo inscribitur, sive potius Joannis Hierosolymitani, qui Cyrillo successit, sub annum CCCLXXXVI. locus est, ubi *mysteria* corpus ipsum Christi Domini sacramentale appellat. [10] *Ne quod panis est, aspicias,* in-

1 *Theodoret. pag.* 18. Τὰ ὁρώμενα σύμβολα.

2 *Augustinus, tract.* XXVI. *in Joannem.*

3 *Cap.* III. Τῶν σεβασμίων συμβόλων, δι' ὧν ὁ Χριστὸς σημαίνεται, καὶ μετέχεται.

4 Ἱερουργεῖ τὰ θειότατα, καὶ ὑπ' ὄψιν ἄγει τὰ ὑμνημένα διὰ τῶν ἱερῶς προκειμένων συμβόλων.

5 *Ambrosius, libro* II. *de officiis, cap.* XXVIII.

6 *Optatus, libro* VI.

7 *Codices Sacramentorum Ecclesiæ Romanæ, a Thomasio editi, lib.* I. *pag.* 123.

8 *Apophthegm. Patrum, tomo* I. *Monum. Ecclesiæ Græcæ, pag.* 431. Εἶπεν ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἀββᾶς Ἀρσένιος περί τινος Σκητιώτου, ὅτι ἦν πρακτικὸς μέγας, ἀφελὴς δὲ εἰς τὴν πίστιν, καὶ ἐσφάλλετο διὰ ἰδιωτείαν, καὶ ἔλεγεν. Οὐκ ἔστι φύσει ὁ ἄρτος ὃν λαμβάνομεν σῶμα Χριστοῦ, ἀλλ' ἀντίτυπον... Οἱ δὲ παρεκάλουν αὐτὸν λέγοντες. Μὴ οὕτω κρατήσῃς, ἀββᾶ, ἀλλ' ὡς παρέδωκεν ἡ καθολικὴ ἐκκλησία. Ἡμεῖς γὰρ πιστεύομεν, ὅτι αὐτὸς ὁ ἄρτος σῶμά ἐστι τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὸ ποτήριον αὐτό ἐστι τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ, κατὰ ἀλήθειαν, καὶ οὐ κατ' ἀντίτυπον... Καὶ πληρωθείσης τῆς ἑβδομάδος, ἦλθον τῇ κυριακῇ εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἔστησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ οἱ τρεῖς... Ἀνεῴχθησαν δὲ αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοί. Καὶ ὅτε ἐτέθη ὁ ἄρτος εἰς τὴν ἁγίαν τράπεζαν, ἐφαίνετο τοῖς τρισὶ μόνοις, ὡς παιδίον... Καὶ ὡς ἐξῆλθεν λαβεῖν ἐκ τῶν ἁγίων, ἐδόθη αὐτῷ μόνῳ κρέας ᾑματωμένον. Καὶ ἰδὼν ἐφοβήθη, καὶ ἔκραξε λέγων. Πιστεύω, κύριε, ὅτι ὁ ἄρτος σῶμά σου ἐστί, καὶ τὸ ποτήριον αἷμά σου ἐστί. Καὶ εὐθέως ἐγένετο τὸ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ κρέας, ἄρτος κατὰ τὸ μυστήριον. *Dixit pater noster Abbas Arsenius, de quodam Scetiota, quod magnus esset in agendo, in fide vero simplex: unde quia erat idiota, fallebatur, ac dicebat: Non est REVERA corpus Christi panis quem sumimus, sed ANTITYPUM, seu figura... Illi vero monuerunt eum hisce verbis: Abba, noli sic tenere: sed QUEMADMODUM TRADIT ECCLESIA CATHOLICA. Nos enim credimus quod ipse panis CORPUS SIT CHRISTI, & calix, ipse sit sanguis Christi, SECUNDUM VERITATEM, NON SECUNDUM FIGURAM.... Completa ergo hebdomada, venerunt Dominico die ad Ecclesiam, steteruntque una tres... Tunc aperti sunt oculi eorum. Nam cum panis ad sacram mensam positus fuisset, tribus solis apparebat velut puerulus... Ut porro accesserunt ad sumendum de sanctis, soli seni data est caro cruenta. Quod intuitus, timuit, & clamavit, dicens: Credo, Domine, quod panis corpus tuum sit, nec non calix sanguis tuus. Atque illico caro, quam præ manibus gerebat, evasit in panem, JUXTA MYSTERIUM*

9 *Theodoretus, dialogo* II. *pag.* 85. Καὶ πιστεύεις γε σώματος Χριστοῦ μεταλαμβάνειν, καὶ αἵματος; Οὕτω πιστεύω.

10 *Inter opera Chrysostomi, in homilia de pœnitentia, sive de sacra mensa in Encæniis:* Μὴ ὅτι ἄρτος ἐστὶν ἴδῃς, μηδ' ὅτι οἶνος νομίσῃς. οὐ γὰρ ὡς λοιπαὶ βρώσεις εἰς ἀφεδρῶνα χωρεῖ. ἄπαγε. μὴ

inquit: *ne quod vinum est putet. Non enim, ut ceteri tibi, in secessum abit. Absit, ne id putes. Sicut enim cera in igne posita nihil scoriæ ejicit, nihil excrementi: sic & hic existima, mysteria consumi cum corporis substantia.* Panis natura haud dubie, ut cibi ceteri, in secessum abit: mysterium solum in substantiam nostræ carnis, & totum quidem, absumitur. Quis porro alius esse potest adeo defæcatus purusque cibus, nihil ut scoriæ aut sordis habeat, quod in substantiam ipsius corporis nostri possit inseri, eique commisceri, præter ipsum Domini corpus? Est ergo mysterium, corpus ipsum Domini, sed sub pane latens: panis & vini naturæ vicissim, dum corpus Domini sanguinemque continent, mystica symbola sunt. [1] *Mysterium Christianum*, inquit Hieronymus, *in salvatoris corpore & sanguine est.* Hoc mysterium dum a sacerdotibus perficitur, cum antea non esset, hi vere [2] *Christi corpus sacro ore conficiunt*, mysticum videlicet, hoc est, sub pane occultum, quo antea modo non erat.

Hæc porro symbola mystica nominatim appellare coram catechumenis tunc religio fuit, cum simul de eorumdem transmutatione tractandum ab Episcopo
80 foret: id quod hoc loco Theodoretus admonet. Nam & hos ille dialogos in Ecclesia habitos fingit, adstante promiscua plebe cum fidelium, tum catechumenorum: inter episcopum orthodoxum, & hæreticum, qui vices respondentis agat. Quare & in dialogo tertio [3] Eranistes: *Propter eos*, inquit, *qui initiati non sunt, obscurius dicam. Cum acciperet, & frangeret, ac discipulis divideret, dixit, Hoc est corpus meum..... Et rursus, Hic est sanguis meus.* Quid acciperet, hoc est, panem vinumque, non nominat. Hæc symbolorum nomina occultandi consuetudo tum ex aliis testimoniis colligitur, tum ex Irenæo apud Oecumenium, in primam Petri epistolam: tum ex Augustino, sermone x. ex septemdecim, qui fuere a Parisiensibus additi: item sermone XLVI. de verbis Domini, & tractatu XCV. in Joannem. In primis autem Enarratione secunda in Psalmum XXXIII. eodem usus est verborum ambitu, quo Theodoretus. *Cum commendaret*, inquit, *IPSUM CORPUS SUUM ET SANGUINEM SUUM, accepit in manus suas QUOD NORUNT FIDELES: & ipse se portabat quodammodo, cum diceret, Hoc est corpus meum.* Quod norunt fideles, symbolum mysticum est: nempe natura panis complexa corpus quod Christus portabat quodam modo, hoc est, in mysterio.

II. Jam ea symbola, quod alterum caput est in Theodoreti oratione pensitandum, [4] antitypa corporis appellantur, & corpus Christi Domini dicuntur repræsentare: recte quidem. Est enim in Eucharistia, est in symbolis mysticis & consecratis eximia incarnationis figura, ut Chrysostomus in hac epistola docet, quam explanamus: post [5] Justinum in primis,
81 & post utrumque alii: atque adeo sunt ipsa symbola corporis illius principalis, carnis illius adspectabilis, quæ est a Verbo assumpta, figura & imago: non imago præcise corporis ut corpus & caro est, sed ut est corpus divinum, & unita divinitati caro. Quandoquidem enim, ut est natura in Christo gemina, sic in sacramento gemina est: hoc est, cum natura panis copulata substantia corporis Christi: annon eatenus egregia similitudo & imago incarnationis eucharistia est? non ipsa symbolorum conjunctio cum Christi corpore, insigne exemplum unionis est, qua corpus cum divinitate conjungitur? Quæ propius ad hanc unionem accedat unio altera, præter istam? aut qua possit altera melius aptiusque hæc repræsentari? cum in utroque mysterio, e duobus utique, quæ sunt inter se conjuncta arctissimo nexu, aliud pateat ac videatur: in Christo quidem humanitas, in eucharistia natura panis, quæ humanitatem eatenus repræsentat: aliud non cadat sub aspectum, sed lateat: in Christo quidem divinitas, divinum Christi corpus in Eucharistia: ut Arnoldum Bonævallis Abbatem meminimus capite quarto scite ac subtiliter animadvertisse.

Antitypa ergo veri corporis & sanguinis Christi, hoc est, mysterii principalis, dicantur sane panis ac vini naturæ, etiam post consecrationem: neque enim alias verius possunt eo nomine insigniri: quandoquidem, ut caro Verbo, sic panis dominico corpori, Spiritu sancto tunc utrumque consociante, copulatur. Eadem vero necdum mystica, necdum consecrata, antitypa cum dicuntur, & sanum habet adhuc vox ea intellectum. Panis enim, exempli gratia, ex quo ad sacros usus adhibetur, ut [6] *fiat certa consecratione mysticus*, jam tum ut sit corporis Christi antitypum destinatur: quo sensu & ἅγια apud Græcos, & ἱερὰ, & apud Latinos *sancta*, *& sancta sacrificia illibata* nuncupantur panis ac vinum, quæ debent sancta, ἱερὰ & ἅγια, consecratione fieri. Jam tum igitur ob eam destinationem per se panis signum est, sive antitypum corporis Christi. Deinde [7] *Signum est*, inquit Hugo Victorinus, *quod præter speciem quam ingerit, facit aliquid in mentem venire. Hæc autem visibilia faciunt in mentem venire.... quia sicut in pane & vino..... corpus reficitur: ita illo vero cibo, veroque potu, anima ad veram vitam nutritur.* Norunt denique fideles panem in vetere testamento in 82
figuram corporis Christi a Deo ipso assumptum esse, in illo in primis Hieremiæ vaticinio, quod in eam rem [8] Tertullianus passim commemorat: *Venite, conjiciamus lignum in panem ejus:* quo ille verbo *corpus Christi in panem figuravit:* donec *illuminator antiquitatum* Christus, ut appellat idem, panem corpus suum fecit, & cum figura veritatem copulavit. Quæ ubi sunt simul conjuncta, tum proprie sunt antitypa Verbi corporati, sive hominis cum Verbo uniti: adeoque est in his imago, similitudoque perfecta mysterii principalis, hoc est, incarnationis: quæ esse imago non potest, nisi sit duplex utrobique natura: in eucharistia latens sub natura panis corpus Dominicum, ut in Christo sub humanitatis velamine divinitas.

Sive porro antitypa præcise Patres, etiam post consecrationem, ut [9] Cyrillus Hierosolymitanus, [10] Gregorius Nazianzenus, & auctor vitæ S. Basilii sub Amphilochii nomine, & [11] Macarius Alexandrinus: sive antitypa mysteria dicant, ut [12] auctor Constitutionum Apostolicarum, & [13] Epiphanius, nihil

μὴ τοῦτο νόει. ἀλλ' ὥσπερ κηρὸς πυρὶ προσομιλήσας οὐδὲν ἀπουσιάζει, οὐδὲν περισσεύει, οὕτω καὶ ἐνταῦθα νόμιζε συναναλίσκεσθαι τὰ μυστήρια τῇ τοῦ σώματος οὐσίᾳ.

1 *Hieronymus, in epist. ad Evagrium.*

2 *Hieronymus, in epist. ad Heliodorum.*

3 *Eranistes, pag. 147.* Τῶν ἀμυήτων ἕνεκα μυστικώτερον λέξω. Λαβὼν καὶ κλάσας, καὶ τοῖς μαθηταῖς διανείμας ἔφη, Τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα . . . καὶ πάλιν, Τοῦτό μου ἐστὶ τὸ αἷμα.

4 Ἀντίτυπα τοῦ σώματος.

5 *Justinus Martyr, in apologia quæ secunda dicitur, pag. 98.* Οὐ γὰρ ὡς κοινὸν ἄρτον, οὐδὲ κοινὸν πόμα ταῦτα λαμβάνομεν· ἀλλ' ὃν τρόπον διὰ λόγου Θεοῦ σαρκοποιηθεὶς Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν καὶ σάρκα καὶ αἷμα ὑπὲρ σωτηρίας ἡμῶν ἔσχεν, οὕτως καὶ τὴν δι' εὐχῆς λόγου τοῦ παρ' αὐτοῦ εὐχαριστηθεῖσαν τροφὴν, ἐξ ἧς αἷμα καὶ σάρκες κατὰ μεταβολὴν τρέφονται ἡμῶν, ἐκείνου τοῦ σαρκοποιηθέντος Ἰησοῦ καὶ σάρκα καὶ αἷμα ἐδιδάχθημεν εἶναι. *Neque enim ut panem communem, aut communem potum, ista sumimus: sed QUEMADMODUM per Verbum Dei incarnatus JESUS Christus salvator noster, & carnem & sanguinem salutis nostræ causa habuit: SIC per precationem Verbi, quod in ipso est, benedictum cibum, unde sanguis & carnes nostræ per mutationem aluntur,* hoc est, panem & vinum, quo quotidie alimur, *illius incarnati JESU carnem & sanguinem esse edocti sumus.*

6 *Augustinus, libro XX. contra Faustum, cap. XIII.*

7 *Hugo a S. Victore, in Summa Sentent. tract. V. cap. III.*

8 *Tertullianus, libro III. contra Marcionem, cap. XIX. item libro IV. cap. XL. & libro adversus Judæos, cap. X.*

9 *Cyrillus Hierosol. Catechesi V.*

10 *Gregorius Nazianz. in apologetico, & oratione funebri in sororem Gorgoniam.*

11 *Macarius, homilia XXVII.*

12 *Constit. Apostol. lib. V. cap. XIII.*

13 *Epiphan. tomo 2. pag. 278. orat. in Christi resurrectionem.*

nihil interest. Ab Afris autem eucharistia figura corporis appellata alio gemino sensu est: nunc figura nimirum unitatis corporis Ecclesiæ: nunc imago passionis atque immolationis: qua de utraque similitudine dicemus infra opportunius.

III. Ad ea porro symbola, quænam Spiritus sancti virtute mutatio, quæ gratia ad naturam accessit? nam de ea nunc tertio loco dicendum. Num forte nuda sine re appellatio corporis sanguinisque Dominici? Id vero superius confutatum Chrysostomi ore ac judicio: & nunc istud ipsum pariter Theodoreti calculo suffragioque refellitur. Nam symbola, inquit, sic appellari Dominus voluit, quia mutata,
83 quia facta sunt ea quæ appellantur. Nam & *mutantur, & alia fiunt: alia jam esse creduntur, & quia creduntur esse alia, adorantur*, ea adoratione, quæ competit his quæ talia esse creduntur, hoc est, quæ vero corpori & sanguini Christi congruit: fieri ergo necesse est verum Christi corpus, verumque sanguinem.

Et vero id poscit unum invocatio sacerdotis, quam Theodoretus & Chrysostomus commemorant: ut dona fiant corpus & sanguis Christi. Habent hoc omnes Græcæ per omnia loca ac tempora Liturgiæ, in quibus & Basilii Liturgia, [1] *ut fiat corpus ipsum, & sanguis ipse*, precatur. Quid Latinæ? Atque ut ex his unam modo commemorem, quid vetus Missale Gothicum, in oratione *Post Secreta* Missæ ultimæ Dominicalis? pag. 395. *Explentes sacrosancta cærimoniarum solennia, ritu Melchisedech summi sacerdotis oblata, precamur mente devota te, Majestas æterna, ut operante virtute PANEM MUTATUM IN CARNE, POCULUM VERSUM IN SANGUINE, illum sumamus in calice, qui de te fluxit in cruce ex latere. Carne* & *sanguine* pro quarto casu ævi illius consuetudo tulit.

Quid ergo divina virtus in immolatione operatur? Figuramne corporis? Quid ad eam rem opus divina virtute? quid obumbratione Spiritus sancti, aut ejusdem descensu super dona, quem liturgiæ toto orbe poscunt? Talem enimvero figuram cogitatione nobismetipsis fingere possumus: nihil in donis ipsis interim operante Spiritu sancto: nihilo certe plusquam operabatur in agno Paschali quotannis apud Judæos, ut figura & symbolum Christi esset. Invocatusne quondam Spiritus sanctus ut agnum faceret aut Christi corpus, aut Christi figuram? Illud ergo plane quod Theodoretus admonet, divina virtus hic efficit: symbola mutat & alia facit: panem mutat in carnem, vinum mutat in sanguinem: ut illum sumamus IN CALICE, qui fluxit ex latere. Quid ejusdem Missalis præfatio in Missa Epiphaniæ poscit? *Ut qui tunc aquas in vina mutavit, nunc in sanguinem suum oblationum nostrarum vina convertat*: vel quem-
84 admodum in eodem Missali legitur, feria v. in Cœna Domini, alibique passim, *transformet*.

An qui Calvino nomen dedere, sic mutari symbola & alia fieri, sic transformari, sic vina verti in sanguinem postulant, ut Christus aquas in vina mutavit? Hoc illi cum fieri posse negant, a Theodoreto saltem discedunt, ut ceteros nunc sileamus. Nam is & mutari dixit prece sacerdotis, & alia fieri, quo sensu *fieri alia* commemoratæ a nobis liturgiæ, aliæque flagitant: & propterea jure censuit adorari.

Nemo profecto quidquam sic mutari censuerit, ut sit propterea adorandum, eo quod alterius rei symbolum fiat, aut virtute ejus aliqua imbuatur. Nemo aquam salutaris lavacri, nemo chrisma dixit adorandum: tametsi & symboli vicem utrumque præstat: & virtutem illa sanguinis, spiritus efficientiam istud adjunctam habet. At symbola panis & vini pro corpore illo ipso dominico adorantur, quod *& sedem a dextris Patris adeptum, & ab omni creatura adoratur, quia Domini naturæ corpus appellatur.* [2] *Adorantur*, inquit, *ut quæ illa sint quæ creduntur*: hoc est, quoniam sunt reipsa corpus & sanguis Christi, ut esse creduntur a plebe fideli & religiosa: quoniam CORPUS PROPRIE ET SANGUIS CHRISTI DICUNTUR, SUNT, ET CREDUNTUR, inquit Nicæna II. Synodus mox laudanda.

Quid quod hoc ipsum credere, adorare est, aut necessario certe conjunctum cum adoratione. Nam quid ea credulitas facit, nisi religiosum incutit metum, ac Domini præsentis agnitionem imperat? Qui dicit, Credo hic esse Deum meum, non ibi adorat & colit Deum suum? Docet [3] Nicolaus Cabasilas Arch. Thessal. circa annum MCCCLX. eos qui ad sacram communionem accedunt, *pietatem suam ostendentes & fidem, adorare, & benedicere, & Jesum*, non qui in cælo, sed *qui in symbolis sanctificatis intelligitur, ut Deum celebrare.* Non is aperte adorari Christum in symbolis prædicat? aut est lacte lacti usquam similius, quam similis altera alteri, Theodoreti & Cabasilæ, oratio est?

Quare quoniam symbolis ipsis consecratis, eo quod creduntur ea esse quæ facta sunt, defertur adoratio: 85
ex eo colligit orthodoxus, nec minorem corpori ipsi aspectabili deberi, quod nunc in cælo sedem habet: quodque ob unionem cum divinitate tam coli debet & adorari, quam panis mysticus ob conjunctionem cum Christi corpore. Latriam igitur utrobique intelligit. [4] *Non nudi hominis corpus*, inquit, *sed domini nostri Jesu Christi unigeniti filii Dei. Quod si parvum tibi ac vile videtur, quomodo ejus typum venerabilem & salutarem existimas? cujus autem typus adorandus est & salutaris, qui potest archetypum ipsum despici & extenuari?* Visus fuerat Orthodoxo Eranistes ex Apolinarii grege corpus Christi Domini minus honorifice tractare, quam par esset. Docet orthodoxus, hæretico non diffitente, typum ipsum divini corporis adorari, typum salutarem censeri: ipsum igitur, inquit, archetypum similiter est adorandum. Quis non hic statim intelligit typo perinde, atque exemplari, eosdem decerni paresque honores, eandemque adorationem? Cujusmodi nempe *religionem erga panem & calicem* apud catholicos tum ipsi etiam approbavere Manichæi: tametsi aliquem isti hic quoque errorem adspergerent, quem refellit [5] Augustinus: tum e paganis [6] *nonnulli*, inquit idem, *nos propter panem & calicem Cererem ac Liberum colere existimant.*

Objicit in clausula & calce hujus dialogi Eranistes, panem non amplius dici panem, sed Christi corpus: ex eoque conficit, nec corpus Verbi corpus appellandum esse, sed Deum: quoniam a potiore parte facienda nuncupatio sit. Quid Orthodoxus reponit? Id plane ex quo necessario consequatur corpus Christi substantiale, in quod sint mutata symbola, cum ipsis in sacramento inesse. Immo, inquit, panis vocatur, sed panis vitæ: igitur & corpus appellabitur, sed corpus dominicum. Quæ vis est alia argumentationis hujus præter istam? Corpus Dominicum nuncupatur, quia corpori suo Dominus substantialiter adest: 86
ergo & panis vitæ appellatur, quia pani vita substantialiter, seu vitæ fons, corpus Domini vivificum, insidet: ac vice versa, panis vitæ duas res denotat; & naturam panis, & vivificum Domini corpus: igitur

[1] *Basilii Liturgia.* Τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον, ποιῆσαι αὐτὸν τὸ τίμιον σῶμα τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· τὸ δὲ ποτήριον τοῦτο, αὐτὸ τὸ τίμιον αἷμα τοῦ κυρίου &c.

[2] *Theodoret.* Προσκυνεῖται ὡς ἐκεῖνα ὄντα ἅπερ πιστεύεται.

[3] *Cabasil. in Expos. Liturg. cap.* XXXIX. Δεῖ δὲ τὴν εὐλάβειαν ἐπιδεικνυμένους καὶ τὴν πίστιν, καὶ προσκυνοῦσι, καὶ εὐλογοῦσι, καὶ θεολογοῦσι τὸν ἐν αὐτοῖς (τοῖς ἁγιάσμασι) νοούμενον Ἰησοῦν.

[4] *Theodoret dial.* 3. *pag.* 127. Οὐκ ἀνθρώπου σῶμα ψιλοῦ, ἀλλὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ. Εἰ δὲ τοῦτό σοι νομίζεται μικρόν τι καὶ εὐτελές, πῶς τὸν τούτου γε τύπον σεπτὸν εἶναι λέγεις καὶ σωτήριον; εἰ δὲ ὁ τύπος προσκυνητός ἐστι καὶ σωτήριος, πῶς τὸ ἀρχέτυπον εὐτελίζεται καὶ σμικρύνεται;

[5] *Augustinus, libro* XX. *contra Faustum Manichæum, cap.* II. & XIII.

[6] *Augustinus, eodem libro, cap.* XIII.

tur corpus dominicum ipsum duas res complectitur: & corpus, & dominum. Hoc orthodoxus affirmat; nec Eranistes habet quidquam quod opponat: cujus ipsa argumentatio corpus Christi substantiale adesse in sacramento æque probabat, ac pro confesso ponebat. Aiebat enim idcirco Deum appellari, sileri de corpore; quia appellatio repetenda sit a potiore parte, substantiali utique, & alteri συνούσῃ: (quo fere modo fortassis Varro aiebat [1] *hunc mundum esse Deum: sed sicut hominem sapientem, cum sit ex corpore & animo, tamen ab animo dici sapientem: ita mundum Deum dici ab animo, cum sit ex animo & corpore:*) idque colligebat Eranistes ex eo, quod in Eucharistia non panis diceretur, sed corpus dominicum, denominatione petita similiter a meliore parte: utique substantiali igitur pari modo, & eadem alteri inhærente, nempe naturæ panis: quemadmodum corpori ipsi Verbum inhærere orthodoxus exinde colligit.

IV. Non recedunt tamen, quæ quarta observatio est, a sua natura symbola: manent in priore substantia, οὐσίᾳ: hoc est, non in proprietatibus tantum, quas prius haberent, sed etiam in forma priore, & figura, & circumscriptione: his enim omnibus constat [2] essentia corporis adspectabilis. Mutantur symbola post invocationem, & alia fiunt: nec mutat tamen Deus naturam. Aliud est ergo in symbolis quod mutatur: nempe materia panis, quæ latet; quam substantiam dicimus: aliud non mutatur, quod patet, ac remanet: nempe præter naturales proprietates panis ac vini, forma, figura, circumscriptio, [3] quæ sunt de essentia sive conceptu adspectabilis palpabilisque corporis: quam idcirco eleganter ac subtiliter [4] Ephræmius Antiochenus, ut postea videbimus, *essentiam sensibilem* vocat. Hanc οὐσίαν dominico corpori post assumptionem in cælum Eranistes Synu-
87 siasta adimebat: tametsi verum esse corpus fateretur: ad priorem revertisse aiebat incircumscriptionem. Rogante enim orthodoxo, *Dic ergo, mystica symbola, quæ Deo a sacerdotibus offeruntur, quarum rerum sunt symbola?* Respondet, *corporis & sanguinis dominici.* Illo urgente, *Verine corporis, annon veri?* Reponit, *veri.* Sed illud amisisse priorem formam post ascensionem aiebat, incircumscriptum jam esse perinde ac Verbum ipsum: atque eo sensu [5] *in divinam substantiam esse immutatum.* Cum orthodoxus contra statuat, ex similitudine figuræ cum veritate, panis videlicet, qui dominico corpori alligatur, cum humano corpore, quod divinitati unitur, perinde istud debere tangi ac videri, atque panis & vini symbola tangi possunt ac videri, post unitionem seu consecrationem, sicut & prius: alioqui obnoxiam mutationi veritatem fore, nempe corpus assumptum a Verbo: cujus mutationis expers esset figura; nempe panis symbolum.

Mutari symbola in ipsum substantiale Christi corpus Eranistes dixerat: quoniam ei nefas erat per veræ philosophiæ leges concludere Domini corpus post ascensionem οὐσιωδῶς mutatum esse, nisi in similitudinis exemplari posuisset panem & vinum οὐσιωδῶς pariter esse mutatum. Neque vero negat orthodoxus symbola οὐσιωδῶς, atque adeo in divinam corporis substantiam immutata: immo confitetur, ac demonstrat, ut vidimus, non modo non erroris arguit. Sed idem notat, id quod Eranistes negare ipse non potuit, non eam οὐσίαν, non eam naturam in pane mutatam, quam in Christi corpore pariter mutatam fuisse Eranistes inde colligebat: naturam scilicet corporis adspectabilis, quæ forma, figura, & circumscriptione continetur. Hanc remanere in ipso Christo probat orthodoxus ex eo, quod etsi mutata symbola dicantur, & idcirco adorentur, non sunt tamen mutata secundum naturam corporis adspectabilis, ut adspectabile est: ergo, inquit, etsi mutata caro Christi dicatur post ascensionem, si tamen mutata recte dicitur, quæ neque naturam, neque nomen mutat, mutatam nihilominus dici nefas secundum naturam corporis adspectabilis atque palpabilis.

Eranistes sic argumentabatur: neque enim piget 88
istud identidem inculcare. Mutantur symbola οὐσιωδῶς, nec jam panis ac vinum appellantur, aut sunt: sed corpus & sanguis Christi. Sic igitur corpus Christi mutatur οὐσιωδῶς, nec jam corpus appellandum est, sed Deus. Statuebat ille videlicet exemplo Eucharistiæ, posse in ipso Christi corpore mutationem assignari: neque aliam deinde posse in corpore Christi agnosci, quam οὐσίας, sive substantiæ corporis, ut adspectabile est. Nam ex sectæ suæ placitis volebat intelligi non aliam corporis οὐσίαν in Christo esse mutationi obnoxiam: corpus enim Christi, ut corpus est, aiebat esse congenitum Verbo, συνούσιον: atque adeo & mutationis expers. Ut adspectabile autem & nostro simile, forma & circumscriptione adscititia constare, quæ deinde possit abjici arbitrio numinis, ac deponi. Igitur si mutatio esse ulla potest, debet illa esse mutatio corporis, ut adspectabile est, reditusque ad formam priorem, hoc est, incircumscriptam, & divinam. Negat id autem consequi orthodoxus: negat, quoniam aliqua in Eucharistia mutatio sit, ullam continuo in Christi corpore admittendam. Nam gemina, inquit, οὐσία est: altera corporis, ut corpus est: altera corporis, ut adspectabile est. Prior in symbolis quidem consecratis mutatur: quare mutatur & appellatio: posterior non mutatur. Igitur in Christo neutra mutatur. Nam de priore quidem, quanquam ex falso id errore colligis, ultro ipse concedis: nihil enim aliud esse Christi corpus ais præter divinitatem, quæ non mutatur. De posteriore autem constat ex eo quod in Christo haud magis illa mutari in divinam naturam debet, quam in sacramento mutatur in corpus Christi. Manet autem in sacramento natura & οὐσία symbolorum, ut adspectabilia sunt: ergo & in Christo natura corporis, ut est adspectabile: & quod Catholici præterea docent, natura corporis, ut corpus est; & consubstantiale nostro.

De sola igitur forma & circumscriptione corporis Dominici, lis est inter Eranisten & orthodoxum in hac dialogi parte. An enim mutatam ipsam corporis Christi substantiam Synusiastæ credidere? Minime vero: fieri enim non potest: sed formam carnis,
sive humani corporis, ut diximus, quam Verbum 89
assumpsisset, ab eodem in ascensione depositam. Hæc cum sit essentia corporis adspectabilis, tametsi illud materiæ expers sit, quale Christi corpus Synusiastæ, ut vidimus, esse censuere: cur in figura & imagine ea sit, eadem in veritate, hoc est, in Domini corpore non sit, quod nunc in cælo sedet? cur in mysterio principali mutatio illa essentiæ adspectabilis admittitur, quæ in imagine illius mysterii, hoc est, in pane mystico, nulla sit? Christi corpus in Eucharistia carere hac essentia, sive οὐσίᾳ, inter utrosque conveniebat: atque adeo hanc esse proprietatem corporis, quæ soli quidem, sed non omni, nisi solido & adspectabili competat: siquidem mutata symbola, nec panem ea aut vinum esse post sanctificationem, sed corpus & sanguinem Christi, pars utraque agnoscebat. Sed modum hunc existendi, qui corpori sacramentali congruit, in Christi corpore, quod a dextris Dei nunc sedem habet, ne Eranistes quidem admitteret: & ex mutatione symboli, quæ sola materiæ interitio est, colligere mutationem Christi corporis post resurrectionem, secundum circumscriptionem scilicet, visum est jure merito orthodoxis ἀντιλέγειν.

V. Quod autem transubstantiatio ex hac Theo-

1 *Apud Augustinum, libro VII. de Civitate Dei, cap. VI.*
2 Οὐσία σώματος.
3 *Theodoret.* Οὐσία σώματος ὁρατοῦ καὶ ἁπτοῦ.
4 *Ephræm.* οὐσία αἰσθητή.
5 *Eranistes:* εἰς τὴν οὐσίαν μεταβληθῆναι τὴν θείαν.

doreti disputationem consequantur, nam id quinto loco proposuimus, tametsi confectum id affatim videri potest quarta proxima observatione, nunc tamen est ex abundanti amplius constabiliendum. Sic enim statuimus, si mutatio sit ejusmodi, quæ ipsum Domini corpus in sacramento vere exhibeat, ut vidimus, esse hanc transubstantiationem oportere, ex Theodoreti, atque adeo & Chrysostomi sententia: utriusque enim eadem fere hac in parte ratiocinatio est. An enim accessio ea foret dominici corporis ad substantiam panis? Atqui similis intelligitur accessio naturæ divinæ ad humanam in Incarnatione: saltem consideratione mentis: (reipsa enim simul caro fuit, simul & Dei Verbi caro:) nec tamen idcirco humanam immutatam esse, aut aliam esse factam, quam quæ per se esset, quisquam catholicus dixerit. Deificatum Christi corpus confitentur omnes: mutatum
90 proprie nemo confitetur. [1] *Deificatio enim est*, inquit Anastasius; *ad id quod excellentius est evectio: non tamen naturæ imminutio aut transmutatio.* Iterumque post pauca interjecta: [2] *Deificatum dicitur, quod ad majorem gloriam exaltatum est, non tamen a propria natura alienatum.* Nec mutatur ergo accessione divinitatis humana natura in Christo, nec alia fit: mutatam certe idcirco dicere Patres perhorrescunt. Accedit, inquam, ad naturam pariter & ibi ingens gratia, conjunctio nimirum cum Verbo: ut in Eucharistia, copulatio cum dominico corpore: nec tamen mutationem illic humanæ naturæ Theodoretus, aut Chrysostomus, aut alius quispiam agnosci patiatur: cum e diverso non uterque solum, sed & universi Patres mutari symbola, atque alia fieri clara voce prædicent. Verbum pariter carnem factum esse mutatione aliqua, tametsi carnem induit, *ἐνεδύσατο τὴν σάρκα*, ut [3] Athanasius loquitur, nemo dixit unus e Patribus: nemo nisi Eutychianus. Panem fieri corpus Christi, pane immutato, nemo nisi e Calvini aut Lutheri grege negat: e Patribus certe nemo non clamat. Mutatio autem, quæ substantiam advehit, copulatque alteri naturæ, quando hypostatica unio esse non potest, quæ est mutationis expers, conversionem esse materiæ necesse est, aut mutationem plane nullam esse.

Sed quid porro in symbolis mutatur? neque enim eorum natura mutatur, & nihilominus ipsa mutantur: utrumque certe iidem Patres asseverant. Aliquid ergo profecto in his subest ac latet extra eorundem naturam, quod mutatur: quod est aperte dicere, [4] proprietates naturales non mutari, mutari panem, sive substantiam. [5] *Sunt quæ erant*, inquit acute & scite admodum vetustus auctor, *& in aliud commutantur.* Quid est quod erat, & adhuc manet? natura. Quid porro mutatur? substantia. Cur enim non possit Deus ea solvere, quæ sunt ipsius divina virtute connexa atque compacta? [6] *An Deus non est potens quo usque Christiani credunt, sed quo usque Platonici*
91 *tonici* (aut hæretici) *volunt? Nimirum quippe consilium Dei & potestatem potuerunt philosophi, nec potuerunt nosse prophetæ*, & Ecclesia Dei? *cum potius e contrario Dei prophetas*, & Ecclesiam, *ad enuntiandam ejus, quantum dignatus est voluntatem, Spiritus ejus docuerit: philosophos autem in ea cognoscenda conjectura humana deceperit.* Qui sunt qui [7] *non credunt hoc? qui etiam Dominum* JESUM *per integra virginalia matris enixum, & ad discipulos ostiis clausis ingressum fuisse non credunt.*

Dicet aliquis: at panis substautia tametsi permaneat, tamen immutatur: nam prius corpus panis erat: post consecrationem panis corpus non est, hoc est, habens corporeitatem: siquidem unum jam corporis Christi suppositum est, quod geminam corporeitatem sustentat, panis alteram, alteram carnis Christi. Quam ingeniosa ad errores humani ingenii subtilitas est? Quid? non in Christo sunt paria hæc omnia, homo nimirum non per se subsistens, sed Verbi subsistentia? quæ si ad mutationem veram conversionemque substantiæ sufficiunt, quid erat causæ quamobrem mutatam esse naturam humanam, mutatumve hominem, dicere patres tantopere exhorrescerent? Aut cur utriusque mysterii discrimen positum in eo concordissime consentiunt, quod in altero nulla naturæ mutatio, in altero substantiæ maxima conversio sit? nec post consecrationem sacerdotis negant solummodo panem esse, qualis esset ante, sed negant omnino panem esse?

Non potuit profecto illis temporibus transubstantiatio felicius exprimi. Theodoretum certe hoc ipso in loco, quem habemus præ manibus, *transubstantiationem videri confirmare, & idem sapere Chrysostomo* [8] Magdeburgenses ipsi confitentur: tametsi id referunt inter incommodas opiniones ac stipulas doctorum quinti sæculi: sapientiores multo scilicet, quam Chrysostomus, ac Theodoretus: certioresque, quam illi ipsi, sinceræ fidei, quæ illo sæculo obtineret, testes atque arbitri.

Quo igitur verbo Theodoretus mutationem symbolorum exprimit? nempe illo, *μεταβάλλεσθαι*. Quo 92
cum superiore proxime sæculo Jeremias CP. usus esset, capite decimo responsi prioris, cum diceret [9] *post sanctificationem mutari panem in ipsum corpus Christi, vinum autem in ipsum sanguinem:* Wittembergenses Theologi eam vim ac potestatem ei voci subesse agnovere & confessi sunt, ut *μετουσίωσιν* & *transubstantiationem* significaret: nam utramque hanc ipsi vocem in ora libri exprimi curavere, ut alteri, *μεταβάλλεσθαι*, quæ esset in contextu, subjecta notio legenti pateret. [10] Negant iidem postea, panem mutari in Christi corpus, *μεταβάλλεσθαι*. Regerit contra [11] Jeremias, in secundo responso, *μεταποιεῖσθαι*. Argumento sane perspicuo inter ambas partes convenisse, nullo horum vocabulorum, cum de sacramento altaris agitur, non abunde ac liquido transubstantiationem declarari.

Hæc Lutheranorum de voce *μεταβάλλεσθαι* mens olim fuit: quæ Calvinianorum autem? Cyrillus Lucaris pseudo-patriarcha CP. panem mutari negarat in corpus Christi: quo verbo usus? quo Patres e diverso affirmant: *μεταβάλλεσθαι*. Quo vel uno transubstantiationem affatim exprimi a catholicis intelligebat, quos impugnabat. Hanc ut adstrueret Catholica hac parte synodus anni MDCXXXVIII. verba Cyrilli referens & confutans, idem vocabulum adhibet: *Ἀνάθεμα Κυρίλλῳ δογματίζοντι καὶ πιστεύοντι μὴ μεταβάλλεσθαι τὸν ἐπὶ τῆς προθέσεως ἄρτον, ἢ ὅτι τὸν οἶνον, διὰ τῆς τοῦ ἱερέως εὐλογίας καὶ πνεύματος ἁγίου ἐπιφοιτήσεως εἰς ἀληθὲς σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ.* Panem in corpus Christi *μεταβάλλεσθαι*, ne dissentire videantur a Patribus, qui affirmant, non audent Calviniani negare: sed eo verbo negant transubstantiationem designari. Negat e contra Lucaris aperte panem in corpus *μεταβάλλεσθαι*, quod eo verbo transubstantiationem putat sat dilucide declarari, quam negat. Qui possunt igitur ii, qui Calvino nomen dedere, Cyrilli suffragio gloriari, nisi secum ipsi pugnant: dum nunc inter se soli inficiantur, nunc iidem

1 *Anast. in Ὁδηγῷ cap. 2. pag. 58.* Θέωσις γάρ ἐστιν ἡ ἐπὶ τὸ κρεῖττον ὕψωσις, οὐ μὴν φύσεως μείωσις, ἢ μετάστασις.

2 *Id.* Θεωθὲν λέγεται, τὸ πρὸς μείζονα δόξαν ἀνυψωθέν, οὐ μὴν τῆς οἰκείας φύσεως ἀλλοιωθέν.

3 *Athanasius, orat. III. contra Arianos, pag. 191.*

4 Φύσιν ἀμείβειν, ἄρτον μεταποιεῖσθαι, μεταβάλλεσθαι, μεταστοιχειοῦσθαι.

5 *Auctor librorum de sacramentis, apud Ambrosium, libro IV. cap. IV.*

6 *Augustinus, libro XIII. de Civitate Dei, cap. XVII.*

7 *Augustinus, libro XXII. de Civitate Dei, cap. VIII. n. 21.*

8 *Magdeb. centur. V. cap. IV. pag. 517.*

9 *Ierem. pag. 86.* Μετὰ τὸν ἁγιασμὸν ὁ μὲν ἄρτος μεταβάλλεται εἰς αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, ὁ δὲ οἶνος εἰς αὐτὸ τὸ αἷμα.

10 *Ibid. pag. 192.*

11 *Ibid. cap. de sacram. pag. 240.*

iidem cum Cyrillo Lucari aïunt, id quod catholici
93 quoque confitentur, verbo μεταβάλλεσθαι in hoc negotio eundem subesse significatum, atque hodierno die isti vocabulo μετουσιοῦσθαι?

Et merito sane. Nam quo planiore verbo vetusti præsertim Patres catholicam fidem ac mentem suam aperirent? Neque enim his licuit dicere μετουσίωσιν, vel transubstantiationem: quas postea voces necesse fuit in hos usus recipi. Nam cum illa per se alterutrius οὐσίας, ista alterutrius substantiæ interitum significet: quo ævo οὐσίαν seu φύσιν constaret esse proprietates eas, quas rei cuique competere novimus, non ipsam materiam, sive subjectum: easdemque manere, neque mutari, liquido appareret: qua item ætate substantiæ vocabulo, ut ex Tertulliano, Augustino, & Vigilio Tapsensi vidimus, rem Latini exstantem indicarent, sive eandem complexionem proprietatum omnium, quibus res quæque constat, in rerum natura exsistentem extra potestatem causarum: qui potuere aut Græci μετουσιώσεως, aut Latini transubstantiationis nominibus uti: cum proprietates illæ universæ remaneant, quas illa ætas οὐσίας ac substantiæ vocibus designabat? non iisdem potius fas fuit, tametsi nobiscum sentirent, ea quæ nos deinde adscivimus: ab his mysteriis abjudicare vocabula, si quis forte obtruderet, tum cum illis ea, quam diximus, vis inesset? hoc est, cum proprietates illæ ἐνέργειαι, seu vires ac facultates, remanerent integræ & incolumes, quas eo quod sunt vel subsistunt, naturas atque substantias non nos quidem, sed tamen vulgus appellat? *Rursum in elementorum qualitatibus*, inquit [1] Vigilius Tapsensis, *quæ sit substantiarum diversitas, vel proprietas, operæ pretium est advertere. Verbi gratia, uniuscujusque ignis vel luminis natura id ex se, quod ipsa est, ministrare videtur: ut lux fulgorem, ut ignis incendium: & in hoc officii sui genere subsistens, SUBSTANTIÆ SUÆ intemeratam videtur servare naturam.* Substantiarum, inquit, diversitas ex qualitatibus, sive ex agendi viribus, quæ cuique insunt, intelligitur. Nam id unaquæque fundit ex sese quod ipsa est. Natura igitur quælibet, dum suum officium peragit: eo quod subsistit & operatur, substantiæ suæ naturam servare
94 censetur incolumem. Quomodo itaque transubstantiari quidquam veteres dicerent, qui naturam, hoc est, proprietates, seu qualitates, cernerent permanere, quibus substantiam contineri, quibus salvis salvam esse substantiam cum vulgo ac plebe dicerent? Post scholam vero natam, cui subtilius omnia contemplanti alia rerum materialium esse substantia visa est, nempe materia: quam illæ proprietates vestiunt & exornant, quæ nomen substantiæ apud vulgus obtinent: cur non liceat minus olim idoneo quidem ad eam rem significandam, nunc autem aptissimo vocabulo uti: transubstantiationemque dicere: ubi nempe fides perire priorem materiam edocet?

Sic ὁμοουσίου nomen Antiocheni Patres repudiavere, quod esset a Paulo Samosateno prava interpretatione detortum, teste [2] Basilio, & [3] Facundo: at idem Nicæni postea, cum legitimus illius probabilisque constaret usus, amplexi sunt perlibenter, & pro orthodoxæ fidei tessera deinceps haberi voluerunt. Sic in Trisagio additamentum Felix III. & Hormisdas Pontifices abjecere, eo sensu quem Petrus Cnapheus in animo haberet, qui passum ipsa sua divinitate Verbum aiebat: idem adscivere, qui deinceps secuti sunt, gnari probum ac legitimum verbis istis sensum congruere: non ut unus ille de Trinitate secundum communem Trinitatis substantiam, sed ut in carne humanaque natura idem passus esse dicatur.

Quo igitur uti vocabulo antiquos Patres oportuit? aut quod excogitare illi omnino potuere, quod esset ab adversariorum nostrorum cavillationibus tutum & immune? Plane nullum. Non enim isti vocibus Græcis μεταποιουμένους & μεταστοιχειουμένους, æque atque latinis transmutationis, transitionis, aliam interdum inesse potestatem, quam ut mutationem substantiæ significent, compluribus exemplis probant? Quanto ergo brevius, ac simplicius fuit, mutata dicere symbola *in corpus Christi, in ipsum corpus, non in figuram corporis, sed in corpus ipsum: in carnem quoad veritatem essentiæ*, ut Gregorius Magnus, in 1. Reg. libro 2. adorari propterea symbola, quippe quæ sint 95
ea quæ facta creduntur: id ore sumi, quod fide creditur, ut Leo Papa: *ipsum naturarum creatorem & dominum, qui producit de terra panem,* DE PANE RURSUS, QUIA POTEST ET PROMISIT, EFFICERE PROPRIUM CORPUS: *& qui de aqua vinum fecit, & de vino sanguinem suum*, ut [4] Gaudentius Brixiensis: secreta potestate verbi divini panem & vinum converti in substantiam corporis & sanguinis, ut Isidorus, vel quisquis est alius auctor homiliæ inter Eusebianas quintæ, quem [5] Paschasius Ratbertus laudat sub Eusebii nomine: nec mutationem hanc fieri sola corporis dominici accessione, sed conversione præterea symbolorum? Sive enim hæc deinde μεταποιεῖσθαι dicerent, sive μεταβάλλεσθαι, sive μεταστοιχειοῦσθαι, quid intererat quo vocabulo uterentur, dum de re constaret: cum dijudicari genus mutationis oporteat, non ex solo mutandi verbo, quod per se ambiguum est: sed ex ipsis rebus, quibuscum vox ea copulatur: hoc est, tum quæ mutari, tum in quas mutari illæ perhibentur?

VI. Breve est, quod postremo loco in Theodoreti oratione subnotandum occurrit: symbolum mysticum scilicet, sive panem consecratum, non solum a consecratione corpus, sed etiam a priore natura panem vocari. Res enim composita est, sacramentum: quare alterutrius partis subinde nomen accipit. Utramque appellationem panis & corporis Paulus est hac oratione complexus: *Panis quem frangimus; nonne participatio corporis Domini est?* Nec tamen panis simpliciter appellatur, ne duo corpora existimentur, cum unum sit: sed cum adjecto, ex quo compositi quæ pars principatum obtineat, intelligatur: panis, qui participatio corporis Domini est: panis vitæ, quia vitam continet. Quemadmodum & corpus ipsum, quod est assumptum a Verbo, dominicum vivificumque dicimus, quia dominum vitamque gestat, cui copulatur: absque qua caro Christi non vivificaret, cum in altari sumitur, ut recte Cyrillus Alexandrinus admonet in epistola synodica ad Nestorium, cap. VII. interprete Mario Mercatore: *Quomodo enim juxta naturam suam vivificatrix esse caro hominis poterit?* Carnem Christi adesse ibi reipsa 96
pars utraque consentiebat: at nec ullam ei vivificam vim inesse posse adversus Nestorium Catholici pertendebant, nisi ab unito ei Verbo καθ' ὑπόστασιν: nec vivificum idcirco haberi corpus aut appellari. Panis vitæ ergo cum dicitur, oportet similiter arctissimo nexu conjunctam intelligi vivificatrici Verbi carni panis naturam: per modum scilicet continentiæ substantialis, ut cum schola loquamur: passivæ quidem ex parte Christi, qui continetur ac demonstratur: activæ autem, ex parte specierum, quæ continent ac demonstrant: adeoque non sine conversione materiæ panis ac vini, absque qua intelligi hæc continentia nequit: quoniam nec ullus hic esse potest hypostaticæ unioni locus, ut diximus: ac si præsentia dumtaxat localis foret, ut Lutheranis placet, non unum ibi corpus, sed, quod Chrysostomus negat, duo corpora necesse est prædicari.

CAPUT

1 *Vigilius Tapsensis, dialogo 2. contra Arium, cap. IV.*
2 *Basilius, epist. CCC. Κανονικῇ.*
3 *Facundus, libro X. pag. 450.*
4 *Gaudent. tract. 2. in Exod.*
5 *Paschas. Ratbert. epist. ad Fredegardum, de corpore & sanguine Domini.*

CAPUT VIII.

Gelasii Papæ cum Chrysostomo ac Theodoreto, Orientis cum Occidente jam a prioribus sæculis maximam consensionem esse.

QUID jam attinet Gelasii Papæ locum, qui pariter solet ab adversariis objici, hoc loco commemorare, cum verbo confici res uno possit, nempe a prioribus, quos exscribere nunc videtur, nihil ipsum discrepare? Sic ille quidem in libro de duabus naturis in Christo, adversus Eutychem. *Certe sacramenta, quæ sumimus, corporis & sanguinis Christi, divina res est: propter quod & per eadem divinæ efficimur consortes naturæ: & tamen esse non desinit substantia vel natura panis & vini. Et certe imago & similitudo corporis & sanguinis Christi in actione mysteriorum celebratur. Satis ergo nobis evidenter ostenditur, hoc nobis in ipso Christo Domino sentiendum, quod in ejus ima-*
97 *gine profitemur, celebramus, & sumimus: ut sicut in hanc, scilicet in divinam, transeunt, sancto Spiritu perficiente, substantiam, permanente tamen in sua proprietate natura: sic illud ipsum mysterium principale, cujus nobis efficientiam virtutemque veraciter repræsentant, iis ex quibus constat proprie permanentibus, unum Christum, quia integrum verumque permanere demonstrant.*

Sacramenta corporis & sanguinis Christi quæ sunt, nisi symbola mystica, sacra mysteria, natura panis ac vini cum corpore & sanguine Domini? At Gelasius non naturam modo panis ac vini, sed & substantiam commemoravit. Immo vero, non naturam & substantiam, sed substantiam vel naturam: ut alterum tantum, unumque & idem, gemino significari vocabulo admoneret. Vocabulum igitur utrumque scite conjunxit, οὐσίαν ἢ φύσιν, quoniam utroque Græci uterentur. Apud Græcos vigentem hæresim (neque enim Occidentem ea pestis afflavit) Græcorum sententiis verbisque confutat: ut qui e Græcis, ad quos hic tomus dirigebatur, hunc sui sermonis consuetudini redderent, οὐσίαν ἢ φύσιν possent interpretari. Sed quæ vis esset vocum illarum, abunde docuimus. Naturales dumtaxat cujusque rei proprietates indicant: quarum exstantia qualiscumque, sive cum materia conjunctim, sive seorsim ab ea, potuit etiam, ut diximus, substantia nuncupari: Quo sensu, si quis litigare pertinacius velit, substantiam vel naturam a Gelasio dici pro natura & substantia, non abnuimus. Nam *vel* pro & passim occurrere apud vetustos scriptores non inficiamur.

At imago & similitudo corporis & sanguinis Christi Eucharistia appellatur: quæ in actione mysteriorum, in sacrificio utique, conficitur. Egregie: sed corpus ille Christi dixit & intellexit, sive corpus incarnationis: qua voce usus olim [1] Isidorus Pelusiota, cum in epistola CIX. ad Marathonium scriberet Spiritum sanctum in mystica mensa communem panem efficere proprium incarnationis Christi corpus, hoc est, corpus unitum divinitati. Hujus autem unionis, quæ peracta primum est in incarnatione, Eucharistia certe imago ac similitudo est: quam similitudinem non Chrysostomus modo, ut vidimus,
98 sed & Gelasius ipse nunc quoque unam urget ac premit. Nam ille quidem cum Theodoreto οὐσίαν corporis seu φύσιν permanere in Christo ab Eucharistiæ exemplo probat: cum Chrysostomo autem unicam Christi filiationem ab Eucharistiæ similitudine, in qua corpus unum est, adstruit. Satis ergo, inquit, evidenter ostenditur, quemadmodum in Eucharistia natura panis cum divina corporis Christi substantia permanet: sic in mysterio principali, seu primigenio, in Incarnatione videlicet, iis ex quibus constat permanentibus, Christum unum esse. Quod est dicere: quæ potest esse inter utrumque mysterium similitudo, aut qui possit esse incruentum sacrificium imago & similitudo mysterii principalis, sive incarnationis, nisi utrobique ex duobus diversi generis unum aliquid coalescat?

De Eucharistia autem nominatim duo docet, quibus catholica fides continetur. Alterum est, mutari panem in substantiam corporis Christi: sive, ut loquitur, in divinam substantiam, quod eodem recidit: sive, ut [2] Hincmarus, in carnem divinæ ejus substantiæ. Sic enim & [3] Damascenus panem aït non esse simplicem, sed unitum divinitati: quo verbo divinum ille Domini corpus intelligit, ut & a [4] Theodoreto vidimus appellari: & Nicæna II. Synodus mox appellabit: quoniam sit indivisa a divinitate Verbi humanitas. Ausitne porro hac ætate ex adversariorum cœtu quisquam hanc Gelasii fidem simpliciter profiteri: Transeunt symbola in divinam Spiritu sancto perficiente substantiam? Huic toto animo catholici quotquot sunt subscribunt.

Alterum catholicæ doctrinæ placitum est, quam his temporibus substantiam dicimus, seu materiam panis, minime permanere, sed proprietates tantum: quod Gelasius breviter exposuit & acute, hoc verbo, *permanente*, inquit, *in sua proprietate natura:* nam ea oratio idem esse naturam seu φύσιν admonet, atque proprietatem, ex qua natura dignoscitur & appellatur: nec substantiam naturæ, ut nunc substantiæ vocem accipimus, sed naturam substantiæ, sive proprietatem solam remanere, quoniam separa- 99
bilis a substantia sive materia sit.

Minus accurate igitur, quam Gelasius, tametsi eodem sensu locutus [5] Walafridus Strabo, videri possit, sequiore scilicet latinitatis ævo, qui solum substantiæ nomen adhibuerit: ubi Christum aït, *corporis & sanguinis sui sacramenta in panis & vini substantia discipulis tradidisse.* Sed est Walafridi aperta planaque sententia, eademque nec a Gelasio, nec a fide dissidet: acceptam nimirum a Christo panis vinique substantiam, quam in corpus ipsum suum & sanguinem discipulis tradendum converteret. Neque vero Albertino habenda fides, cum Walafridum parti suæ adserit.

Nam quo Walafridus vixit ævo? Cum dicentis intentio, ut [6] Facundus aït, ex communione religiosius æstimetur. Quo igitur vixit ævo? Quo & Haymo Halberstatensis, qui Alcuini una cum Rabano discipulus fuit: cujus illa exstat oratio plane aurea, in libello de corpore & sanguine Domini, tomo XII. Spicilegii Dacheriani. *Credimus, & fideliter confitemur, & tenemus, quod substantia illa, panis scilicet & vini, per operationem divinæ virtutis, ut jam dictum est, id est, natura panis & vini substantialiter convertatur in aliam substantiam, id est, in carnem & sanguinem.* Iterumque illa: *Commutat ergo invisibilis sacerdos suas visibiles creaturas in substantiam suæ carnis & sanguinis secreta potestate. In quo quidem Christi corpore & sanguine propter sumentium horrorem sapor panis & vini remanet & figura, substantiarum natura in Corpus Christi & sanguinem omnino conversa: sed aliud renuntiant sensus carnis, aliud renuntiat fides mentis, &c.*

Sed quo uterque demum vixit ævo? Eo scilicet, quo mira & incredibilis fuit de reali corporis Christi præsentia in sacramento orbis utriusque consensio: quam auctor Carolini operis de Occidente quidem ita luculente prodit & explicat. [7] *Non imaginem*, inquit, *aut aliquam præfigurationem, sed semetipsum Deo Patri pro nobis in sacrificium obtulit:* (de incruento Missæ sacrificio hic agitur:) *& qui quondam sub umbra legis in agni immolatione, sive in quibusdam rebus imaginarie præfigurabatur offerendus, veraciter ea con-* 100
sum-

1 *Isid.* Ἐπὶ τῆς τραπέζης τῆς μυστικῆς τὸν ἄρτον τὸν κοινὸν, σῶμα ἴδιον τῆς αὐτοῦ σαρκώσεως ἀποφαίνει.

2 *Hincmarus, opusc. 2. cap. 12. Tom. II. pag 99.*
3 *Damasc.* Οὐκ ἄρτος λιτὸς ἐστιν, ἀλλ' ἡνωμένος τῇ θεότητι.
4 *Theod.* Σῶμα τὸ θεῖον.
5 *Walafr. lib. de rebus Eccl. cap. XVI.*
6 *Facund. lib. x. cap. v. pag.* 444.
7 *Carolin. lib. IV. cap. XIV.*

summatus, quæ de se vatum oraculis prophetata sunt, Deo Patri est victima salutaris oblatus: nec nobis legis transeuntibus umbris imaginarium quoddam indicium, sed sui sanguinis & corporis contulit sacramentum. Non enim sanguinis & corporis dominici mysterium IMAGO jam nunc dicendum est, sed VERITAS: NON UMBRA, SED CORPUS: non exemplar futurorum, sed id quod exemplaribus præfigurabatur. . . . . Jam verus Melchisedech, Christus videlicet, rex justus, rex pacis, non pecudum victimas, sed sui nobis corporis & sanguinis contulit sacramentum. Nec ait, HÆC EST IMAGO CORPORIS ET SANGUINIS MEI: sed, HOC EST CORPUS MEUM, quod pro vobis tradetur. Et, Hic est sanguis meus, qui pro multis effundetur. Et pars hæc quidem Carolini operis quam erudita! quam dilucida! quam vix luce nostræ interpretationis egens! Aliud, inquit, sive indicium corporis Christi, sive figura, sive imago: aliud corporis Christi sacramentum est. Est enim imago re vacua: at sacramentum rem ipsam veritatemque occultat quidem, sed continet tamen atque complectitur: non umbram corporis, sed corpus ipsum, quod adumbrabatur olim & præfigurabatur. Itaque hæc sententia Carolinorum librorum Hadriano ipsi Pontifici, atque adeo catholicis omnibus, quibus reliquum tamen opus haud plurimum arrideret, valde perplacuit: ut ex capite XXXVIII. defensionis ejus pro Nicæna synodo II. intelligere est.

Quid vero interim similius huic Carolinæ orationi, quam illa Nicænæ synodi, cui nihilominus, cum de imaginibus disceptatio instituitur, auctor libri illius atrox bellum indicit? Sentio me quidem digredi parumper a proposito: sed abripit non prorsus invitum rerum illarum inter se nexus, & illa plena suavitatis, quoties agnoscitur, utriusque orbis tam conspirans in eo argumento consensio. Quid Nicæna igitur synodus? [1] *Nullus, inquit, aliquando tubarum Spiritus, sanctorum videlicet apostolorum, aut insignium*
101 *patrum nostrorum, hostiam nostram incruentam, quæ in commemorationem Christi Dei nostri & totius dispensationis ejus efficitur, dixit imaginem corporis ejus. Neque enim acceperunt a Domino sic dicere vel confiteri: sed audiunt in Evangelio dicentem eum. . . . Accipite, & comedite, Hoc est corpus meum . . . . . ET NON DIXIT, Accipite, & comedite imaginem corporis mei.* Quæ postrema sententia & a Theodoro Mopsuesteno antea usurpata, totidem syllabis legitur in Catena ad caput XXVI. Matthæi. Mox pergit autem synodus eadem: [2] *Ergo liquido demonstratum est, quod nusquam Dominus, vel Apostoli, vel Patres, imaginem dixerunt incruentam hostiam, quæ per sacerdotem offertur: sed IPSUM CORPUS, ET IPSUM SANGUINEM. Et ante sanctificationis quidem celebrationem antitypa quibusdam sanctorum Patrum hæc pie visum est nominare . . . . . post sanctificationem autem,* CORPUS PROPRIE ET SANGUIS CHRISTI DICUNTUR, ET SUNT, ET CREDUNTUR. Et illud quidem de antitypis caput totidem verbis habent Joannes Damascenus, libro IV. orthodoxæ fidei, cap. XIV. & Nicephorus CP. in antirrhetico secundo MS. Denique, cum de Iconomachis ipsis synodus agit, quos impugnat, [3] *Dimisso*, inquit, *mendacio attingunt aliquatenus veritatem, cum DIVINUM FIERI CORPUS aiunt. Nam si imago corporis est, non potest esse hoc divinum corpus.* Quam sententiam describit & urget [4] Nicephorus CP. in antirrheticis.

Quid dici expressius omnino potest? Sunt veluti partes in pane consecrato duæ. Est natura panis: est & id quod consecratio precatioque sacerdotis ad- 102
vexit, corpus Christi. Utraque si copuletur, Eucharistia dicitur: quam & similitudinem & ἀντίτυπον appellare incarnationis, familiare, ut vidimus, Græcis Patribus æque ac Latinis fuit. Panis ipse per se quemadmodum figura sive signum dicatur corporis Christi, superius diximus. Hostiam vero ipsam, quæ sub pane consecrato latet, mente nimirum & consideratione spectatam seorsim a natura panis, sub qua delitescit, figuram aut imaginem qui dixerit esse corporis illius primigenii, quod visum est in terris, nemo certe Patrum occurrit. Iconomachorum istud inventum & commentum fuit. Nam Eucharistia quidem si spectetur integre, nempe corpus Christi cum panis velamine, perfecta incarnationis similitudo est. Christus tamen in Eucharistia, non imago Christi, non ἀντίτυπον, sed Christus ipse est.

Symbola ante consecrationem quidem in suis liturgiis Græci Patres, id quod Damascenus loco citato, aliique admonent, antitypa dixere corporis Christi. Post consecrationem vero iidem CORPUS IPSUM id quod consecratio sacerdotis adduxit, non ἀντίτυπον corporis, appellarunt. Post consecrationem, inquam, minime dixere ἀντίτυπον: non si consecratio quidem secundum essentiam præcise consideratur, ut schola spectat, quatenus ea Christi Domini verbis continetur: sed si adæquate, qua Patres plerique spectavere: hoc est, etiam secundum integralia, sive & cum sacerdotis prece: quæ ad consecrationem & ipsa spectat, si consideretur consecratio, ut est actio religiosa certis ex instituto Christi & Ecclesiæ præcepto ritibus peragenda: nam fit ea *verbis & manu* sacerdotis, ut ait [5] Amalarius, & [6] Hildebertus Turonensis, in carmine de officio Missæ.

Quo sensu dictum & a synodo Carisiaca, [7] *Manum chrismate sacro perunctam, de pane & vino aqua mixto PER ORATIONEM ET CRUCIS SIGNUM conficere corporis Christi & sanguinis sacramentum.* Et ab Augustino, (nam Græcos omittimus, quorum est omnibus explorata sententia:) [8] *Quid est, quod omnes noverunt, signum Christi, nisi* 103
crux Christi? Quod signum NISI adhibetur, sive frontibus credentium, sive ipsi aquæ ex qua regenerantur, sive oleo quo chrismate unguntur, sive SACRIFICIO quo aluntur, nihil eorum rite perficitur. Et Abbaudus Abbas, Berengarii temporibus, consecratum a Christo panem putavit, cum hunc benediceret. [9] *Credo*, inquit, *quod panem, quem accepit, BENEDICENDO CORPUS SUUM FECIT. Itaque corpus*

1 *Nicana II. Synod. act. V.* Οὐδεὶς γάρ ποτε τῶν σαλπίγγων τοῦ πνεύματος, τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ἢ τῶν ἀοιδίμων πατέρων ἡμῶν, τὴν ἀναίμακτον ἡμῶν θυσίαν, τὴν εἰς ἀνάμνησιν τοῦ πάθους τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, καὶ πάσης τῆς αὐτοῦ οἰκονομίας γινομένην, εἶπεν εἰκόνα τοῦ σώματος. Οὐδὲ γὰρ παρέλαβον ἀπὸ τοῦ Κυρίου οὕτως λέγειν ἢ ὁμολογεῖν. ἀλλ' ἀκούουσιν λέγοντος αὐτοῦ εὐαγγελικῶς . . . λάβετε, φάγετε, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου . . . καὶ οὐκ εἶπε, λάβετε, φάγετε, τὴν εἰκόνα τοῦ σώματός μου.

2 *Nican. II. Synod. ibid.* Οὐκοῦν σαφῶς ἀποδέδεικται, ὅτι οὐδαμοῦ οὔτε ὁ Κύριος, οὔτε οἱ ἀπόστολοι, ἢ πατέρες, εἰκόνα εἶπον τὴν διὰ τοῦ ἱερέως προσφερομένην ἀναίμακτον θυσίαν, ἀλλ' αὐτὸ σῶμα, καὶ αὐτὸ αἷμα. Καὶ πρὸ μὲν τοῦ τῆς ἁγιαστικῆς τελειώσεως, ἀντίτυπά τισι τῶν ἁγίων πατέρων εὐσεβῶς ἔδοξεν ὀνομάζεσθαι . . . μετὰ δὲ τὸν ἁγιασμὸν σῶμα κυρίως καὶ αἷμα Χριστοῦ λέγονται, καὶ εἰσὶ, καὶ πιστεύονται.

3 *Nicana Synodus II. ibid.* Εἶτα ἀφέντες τὸ ψεῦδος, ἅπτονται μικρόν τι τῆς ἀληθείας, θεῖον σῶμα λέγοντες γίνεσθαι. Καὶ εἰ εἰκὼν τοῦ σώματός ἐστι, οὐκ ἐνδέχεται εἶναι αὐτὸ τὸ θεῖον σῶμα.

4 *Nicephorus CP. in Antirrhetico secundo MS.* Καταπλαγείη δ' ἄν τις αὐτοῦ καὶ ἐν τούτοις τὸ ἄστατον, καὶ ἀσύνθετον, ὅτι γε ὀλίγῳ πρόσθεν μικροῦ κυρίως καὶ ἀληθῶς σῶμα Χριστοῦ διϊσχυρίζετο λαμβάνειν, τὸ αὐτὸ νῦν εἰκόνα τοῦ σώματος αὐτοῦ ὑποτίθεται. Τὸ δὲ λέγειν τὸ αὐτὸ κυρίως καὶ ἀληθῶς σῶμα εἶναι, καὶ εἰκόνα αὐτοῦ εἶναι, τί ἂν εἴη καταγελαστότερον, καὶ ἀσυστατώτερον; *Nec sine stupore mirabitur quispiam hujusce hominis in his rebus futilitatem & inconstantiam: quoniam, quod paulo antea proprie vereque corpus Christi contendebat se accipere, hoc idem nunc imaginem illius asfirmat. At idem proprie & vere corpus esse, & imaginem illius esse, dicere, an aliquid excogitari stolidius potest, aut ridendum magis?*

5 *Amalarius, libro I. cap. XII.*

6 Hildeb. *Sub cruce, sub verbo, natura novatur*: hoc est, benedictione sacerdotis, & verbo Christi.

7 *Anno* DCCCLVIII. *apud Hincmarum, tomo II. opusc.* IV. *pag.* 141.

8 *Augustinus, tract.* CXVIII. *in Joannem.*

9 *Abbaudus, de fractione corporis Christi, Tomo* III. *Analectorum Mabillonii.*

corpus suum fregit, & de eodem corpore suo jam benedicto & fracto discipulis dixit, Hoc est corpus meum.

In utraque sane liturgia, Latina, Græcaque, ad eam vocem *benedixit*, sacerdos benedicit oblata. Quæ benedictio, quocumque modo manu significata, oratio illa est, sive precatio, de qua plerique e Patribus sermo est. Neque enim ista hic altera debet intelligi, cujus initium est, *Quam oblationem....... ut nobis corpus & sanguis fiat, &c.* Nam caret illa oratione, aliave simili, vetus Missale Gothicum: caret & Gallicanum vetus. In utroque autem statim post *Sanctus*, sine ullo canone, (nam pro vivis ac defunctis precatio ibi præfationem antecedit:) post *Sanctus*, inquam, brevis oratio sequitur, qualis ista: [1] *Vere sanctus, vere benedictus Dominus noster* JESUS *Christus filius tuus, qui venit quærere, & salvum facere quod perierat. Ipse enim pridie quam pateretur*, &c.

Oratio autem, quæ consecratoria Christi verba consequitur in Græca liturgia, eo quoque pertinere censetur a Græcis, jam inde a sæculo octavo: ad integralem nempe consecrationem donorum. Nam & tota quidem essentialis consecrandi vis Christi Domini verbis, cum a sacerdote proferuntur in ara,
104 [2] a Chrysostomo ante ea tempora adseritur, in sermone de proditione Judæ: & illa ipsa oratio quæ consecrationem subsequitur, si probe intelligitur, tantum orat, tum *Deus ut nobis sua munera servet*, ut Paulini verbo utamur, inferius a nobis laudando: tum utilia nobis ut sint ea munera sanctificata.

Nam quis id inficiari possit, qui Basilianæ liturgiæ partem, quæ venire solet in controversiam, sive cum Ordine Romano, sive cum vetere Missali Gothico, hoc est, Galliæ Narbonensis, ac reliquæ ditionis regum Gothorum, & cum Gallicana liturgia antiqua, aliisque contulerit? Juvat omnes isto loco eam ob rem decerptas inde consecrandi formas oculis subjicere. De vetustate Gothicæ & Gallicanæ non est quod quis roget: nomina ipsa præferunt ac produnt ætatem: nempe sæculum sextum ac septimum. Romæ Missalia ista edidit ex codice nongentorum annorum ante annos novem V. Cl. Thomasius, e Congregatione Clericorum Regularium: in hac civitate ante quadriennium, V. C. Joannes Mabillonius, e sacro Congregationis S. Mauri cœtu.

1 *Codices Sacramentorum a Thomasio editi, pag. 279.*

2 *Chrysost. de diversis novi testamenti locis, serm. XXX. pag. 463.* Οὐδὲ γὰρ ἄνθρωπός ἐστιν ὁ ποιῶν τὰ προκείμενα γενέσθαι σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ· ἀλλ' αὐτὸς ὁ σταυρωθεὶς ὑπὲρ ἡμῶν Χριστός. Σχῆμα πληρῶν ἕστηκεν ὁ ἱερεύς, τὰ ῥήματα φθεγγόμενος ἐκεῖνα, ἡ δὲ δύναμις καὶ ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἐστι. Τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα, φησί. Τοῦτο τὸ ῥῆμα μεταῤῥυθμίζει τὰ προκείμενα. Καὶ καθάπερ ἡ φωνὴ ἐκείνη ἡ λέγουσα, αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, &c. *Non enim homo est, qui dona proposita facit corpus & sanguinem Christi: sed ipse qui crucifixus est pro nobis Christus. Stat sacerdos personam gerens, & illa verba proferens: Dei autem virtus & gratia est. Hoc est corpus meum, inquit. Hoc verbum proposita immutat. Et sicut illa vox, quæ dicit, Crescite, multiplicamini, &c.*

Liturgia Basilii.	*Ordo Romanus.*	*Missale Gothicum.*
[3] QUa nocte tradidit seipsum pro mundi vita, accepit panem in sanctas atque immaculatas manus suas, exhibuit tibi Deo & Patri, & gratias agens benedixit, sanctificavit, fregit,	QUi pridie quam pateretur, accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas, & elevatis oculis in cælum, ad te Deum Patrem suum omnipotentem, tibi gratias agens, *signat super hostiam*, benedixit, fregit,	IPse enim pridie quam pateretur, &c. *pag. 264.* *Ex Missali Francorum, pag. 430.* Qui pridie quam pateretur, accipit panem in sanctas ac venerabiles manus suas, elevatis oculis suis ad cælum ad te Deum Patrem omnipotentem, tibi gratias egit, benedixit, fregit, dedit discipulis suis, dicens:
Sacerdos inclinat caput, attollens manum dextram devote, benedicit sanctum panem, clara voce dicens,		
105 Deditque sanctis discipulis suis & apostolis, dicens, Accipite, comedite, Hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur in remissionem peccatorum. *Chorus canit*, Amen.	deditque discipulis suis, dicens, Accipite & manducate ex hoc omnes, Hoc est enim corpus meum.	Accipite, & manducate: Hoc est enim corpus meum.
Simili modo & calicem ex genimine vitis accepit & miscuit, & gratias agens benedixit, & sanctificavit,	Simili modo postquam cœnatum est, accipiens & hunc præclarum calicem in sanctas ac venerabiles manus suas, item tibi gratias agens,	Simili modo postquam cœnatum est, accipit & hunc præclarum calicem in sanctas & venerabiles manus suas; item tibi gratias agens,
Clara voce sacerdos manum tenens sublatam devote, & benedicens, ait,	*sinistra tenens calicem, dextera signat super eum,*	
Deditque sanctis discipulis suis & apostolis, dicens, Bibite ex	benedixit, deditque discipulis suis, dicens: Accipite, & bibite ex	benedixit, dedit discipulis suis, dicens: Accipite, & bibite ex hoc

3 *Liturgia Basilii.* Τῇ νυκτὶ ᾗ παρεδίδου ἑαυτὸν ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς, λαβὼν ἄρτον ἐπὶ τῶν ἁγίων αὐτοῦ καὶ ἀχράντων χειρῶν, ἀναδείξας σοὶ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, καὶ εὐχαριστήσας, εὐλογήσας, ἁγιάσας, κλάσας, (ὁ ἱερεὺς κλινεῖ τὴν κεφαλὴν, αἴρων τὴν δεξιὰν αὐτοῦ μετ' εὐλαβείας, εὐλογεῖ τὸν ἅγιον ἄρτον ἐκφώνως λέγων.) ἔδωκε τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις εἰπών, Λάβετε, φάγετε, Τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. (Ὁ χορὸς ψάλλει, Ἀμήν.) Ὁμοίως καὶ ποτήριον ἐκ τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου λαβὼν κεράσας, εὐχαριστήσας, εὐλογήσας, ἁγιάσας, (ἐκφώνως ὁ ἱερεὺς τὴν χεῖρα ἔχων ἀνω μετ' εὐλαβείας, καὶ εὐλογῶν, λέγει) ἔδωκε τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις εἰπών, Πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες, Τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου, τὸ τῆς καινῆς διαθήκης, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν καὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. (Ὁ χορὸς ψάλλει, Ἀμήν. Ὁ ἱερεὺς κλίνας τὴν κεφαλὴν ἐπεύχεται μυστικῶς,) Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν . . . Μεμνημένοι οὖν, δέσποτα, καὶ ἡμεῖς τῶν σωτηρίων αὐτοῦ παθημάτων, τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ, τῆς τριημέρου ταφῆς, τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως, τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀνόδου, τῆς ἐκ δεξιῶν σου τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς καθέδρας, καὶ τῆς ἐνδόξου καὶ φοβερᾶς αὐτοῦ παρουσίας. Τὰ σὰ ἐκ τῶν σῶν σοὶ προσφέροντες κατὰ πάντα καὶ διὰ πάντα. Διὰ τοῦτο δέσποτα πανάγιε, καὶ ἡμεῖς οἱ ἁμαρτωλοὶ καὶ ἀνάξιοι δοῦλοί σου . . . . προσεγγίζομεν τῷ ἁγίῳ σου θυσιαστηρίῳ, καὶ προσθέντες τὰ ἀντίτυπα τοῦ ἁγίου σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ σου, δεόμεθα, καὶ σὲ παρακαλοῦμεν, ἅγιε ἁγίων, εὐδοκίᾳ τῆς σῆς ἀγαθότητος, ἐλθεῖν τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τὰ προκείμενα δῶρα ταῦτα, καὶ εὐλογῆσαι αὐτὰ, καὶ ἁγιάσαι, καὶ ἀναδεῖξαι, (καὶ ὁ ἱερεὺς ἀνιστάμενος σφραγίζει τρὶς τὰ ἅγια δῶρα, λέγων μυστικῶς,) τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον (*in quibusdam exemplaribus additur hoc loco* ποιῆσον, *sic: sed supervacanea ea vox est, cum antecedat proxime* ἀναδεῖξαι, *hoc est, exhibeat, efficiat: nisi forte ob intercedentem aliquam sacerdotis moram inseri vocem istam hoc loco interdum oporteat:*) αὐτὸ τὸ τίμιον σῶμα τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. (ὁ δὲ ἱερεὺς εὐλογῶν λέγει.) τὸ δὲ ποτήριον τοῦτο, αὐτὸ τὸ τίμιον αἷμα τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. (ὁ δὲ ἱερεὺς εὐλογῶν μετὰ τῆς χειρὸς ἀμφότερα τὰ ἅγια λέγει.) Μεταβαλὼν τῷ πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ. (ὁ διάκονος, Ἀμήν, γ'. ὁ δὲ ἱερεὺς ἐπεύχεται.) Ἡμᾶς δὲ πάντας, τοὺς ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου καὶ τοῦ ποτηρίου μετέχοντας, ἑνώσαις ἀλλήλοις εἰς ἑνὸς πνεύματος ἁγίου κοινωνίαν, καὶ μηδένα ἡμῶν εἰς κρίμα ἢ εἰς κατάκριμα, ποιήσαις μετασχεῖν τοῦ ἁγίου σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ σου. ἀλλ' ἵνα εὕρωμεν ἔλεον καὶ χάριν μετὰ πάντων τῶν ἁγίων.

Liturgia Basilii.

hoc omnes: Hic est sanguis meus, novi testamenti, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

Chorus canit, Amen. *Sacerdos inclinans caput orat secreto.*

106 Hoc facite in meam commemorationem . . . Memores igitur, Domine, & nos salutaris tuæ passionis, vivificæ crucis, triduanæ sepulturæ, resurrectionis a mortuis, in cælos ascensionis, sessionis ad dexteram tuam Dei & Patris, ac gloriosi & terribilis adventus ejus: Tua ex tuis tibi offerimus in omnibus & per omnia.

Itaque, sanctissime Domine, & nos peccatores & indigni servi tui. . . . appropinquamus sancto altari tuo, & propositis antitypis sancti corporis & sanguinis Christi tui, oramus te & obsecramus, sancte sanctorum, beneplacito benignitatis tuæ, ut Spiritus sanctus tuus super nos veniat, & super proposita munera ista, & benedicat ea, & sanctificet, & exhibeat,

Sacerdos erectus ter sancta dona cruce signat, dicens secreto,

107 Panem hunc quidem, ipsum pretiosum corpus Domini & Dei salvatoris nostri Jesu Christi:

Sacerdos autem benedicens ait: Hunc vero calicem, ipsum pretiosum sanguinem Domini & Dei salvatoris nostri Jesu Christi.

Sacerdos autem utraque sancta (nempe panem & calicem) *benedicens manu, dicit:* Immutans Spiritu sancto tuo. *Diaconus ter dicit*, Amen. *Sacerdos vero pergit:* Nos autem omnes, qui de uno pane & calice participamus, conjunge invicem in communionem unius sancti Spiritus: & fac ut nemo nostrûm ad judicium aut ad condemnationem sit particeps sancti corporis & sanguinis Christi tui. Sed ut inveniamus misericordiam & gratiam cum omnibus sanctis.

108

Ordo Romanus.

eo omnes: Hic est enim calix sanguinis mei, novi & æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis.

Unde & memores, Domine, nos servi tui, sed & plebs tua sancta, ejusdem Christi filii tui tam beatæ passionis, nec non & ab inferis resurrectionis, sed & in cælos gloriosæ ascensionis, offerimus præclaræ majestati tuæ de tuis donis ac datis,

Signat ter super hostiam & calicem simul, hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam, panem sanctum vitæ æternæ, & calicem salutis perpetuæ. . . Supplices te rogamus, omnipotens Deus, jube hæc perferri per manus sancti Angeli tui in sublime altare tuum, in conspectu divinæ majestatis tuæ,

ut quotquot ex hac altaris participatione

sacrosanctum filii tui corpus & sanguinem

sumpserimus, omni benedictione cælesti & gratia repleamur. Per Christum . . .

Per quem hæc omnia, Domine, semper bona creas, sanctificas, vivificas, benedicis, & præstas nobis.

Missale Gothicum.

omnes. Hic est enim calix sanguinis mei, novi & æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis. Inde & memores, &c.

In Missa Dominicali, pag. 393. *Post Secreta.*

Memores gloriosissimi Domini Passionis, & ab inferis resurrectionis, offerimus tibi, Domine, hanc immaculatam hostiam, rationalem hostiam, incruentam hostiam, hunc panem sanctum, & calicem salutarem; obsecrantes ut infundere digneris Spiritum tuum sanctum, &c.

Ex Missa in Assumptione S. Mariæ Matris D. N. pag. 293.

Post Mysterium.

Descendat, Domine, in his sacrificiis tuæ benedictionis coæternus & cooperator Paraclitus Spiritus: ut oblationem, quam tibi de tua terra fructificante porrigimus, cælesti permuneratione, (*forte* PERMUTATIONE) te sanctificante sumamus. Ut. TRANSLATA FRUGE IN CORPORE,

CALICE IN CRUORE,

proficiat meritis, quod obtulimus pro delictis.

Ex Missa in Circumcisione, pag 279. *Post Secreta.* Hæc nos, Domine, instituta & præcepta retinentes, suppliciter oramus, uti hoc sacrificium suscipere, & benedicere, & sanctificare digneris: ut fiat nobis Eucharistia legitima in tuo, Filiique tui nomine, & Spiritus sancti, IN TRANSFORMATIONEM CORPORIS ET SANGUINIS Domini nostri Jesu Christi Unigeniti tui. Per quem omnia creas, creata benedicis, benedicta sanctificas, & sanctificata largiris.

Missa Gothica.

In Natali S. Stephani, pag. 271. *hoc tantum habetur:* Ipse enim pridie quam pateretur, &c.

Post Mysterium.

Hoc ergo facimus, Domine, hæc præcepta servamus: hæc sacri corporis passionem sacris solennibus prædicamus. Quæsumus omnipotens Deus, ut sicut veritatem nunc sacramenti cælestis exse-

Missa Gallicana vetus.

In Missa de Adventu, pag. 440.

Qui pridie quam pro nostra & pro omnium salute pati dignaretur. . . . .

Ex Missa in symboli traditione: pag. 454.

Aspice sincero vultu, pie miserator, hæc munera, qui semper es propensus ad dona: ut ipsa contemplatione oblata sanctifices natu-

Missa Mozarabica.

Adesto, adesto, Jesu bone Pontifex, in medio nostri, sicut fuisti in medio discipulorum tuorum: sancti † fica hanc oblationem, † ut sanctificata † sumamus, per manus sancti Angeli tui, sancte Domine ac redemptor æterne. Dominus noster Jesus Christus in qua nocte tradebatur accepit panem, & gratias agens qui-

Missa Gothicà.

quimur : ipsi veritati Dominici corporis ac sanguinis hæreamus. Per Dominum. *Sequitur brevis collectio ante orationem Dominicam.*

In cathedra S. Petri, *pag.* 310.

Post Mysterium.

Hæc igitur præcepta servantes, sacrosancta munera nostræ salutis offerimus obsecrantes : ut immiscere (*melius* immittere) digneris Spiritum tuum sanctum supra hæc solennia : ut fiat nobis legitima Eucharistia in tuo, Filiique tui nomine, & Spiritus sancti, IN TRANSFORMATIONE CORPORIS AC SANGUINIS Domini nostri JESU Christi unigeniti tui : edentibus nobis vitam æternam, regnumque perpetuum conlatura bibituris. Per ipsum Dominum. *Sequitur collectio ante orationem Dominicam.*

Missa Gallicana vetus.

rali majestate, qui perpetue sanctus es ; & sancta largiris. Per Dominum. *Sequitur collectio ante orationem Dominicam.*

Ex Missa de Adventu, *pag.* 440.

Collectio post Secreta.

Descendat, precamur, omnipotens Deus, super hæc quæ tibi offerimus, Verbum tuum sanctum : descendat inæstimabilis gloriæ tuæ Spiritus : descendat antiquæ indulgentiæ tuæ donum :

ut fiat oblatio hæc hostia spiritalis in odorem suavitatis accepta : etiam nos famulos tuos per sanguinem Christi tua manus invicta custodiat. Per Dominum. *Sequitur collectio ante orationem Dominicam.*

Missa Mozarabica.

bene † dixit, ac fregit, deditque discipulis suis dicens, Accipite & manducate, Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. *Hic elevetur corpus.* Quotiescumque manducaveritis, hoc facite in meam † commemorationem. Similiter & calicem, postquam cœnavit dicens, Hic † est calix novi testamenti in meo sanguine, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. *Hic elevetur calix coopertus cum filiola.* Quotiescumque biberitis, hoc facite in meam commemorationem. . . .

Dicat presbyter post Pridie. Domine JESU Christe, hanc hostiam vivam illustratione adventus tui sanctifica : ut ex ea libantes mundemur a crimine, & tuam gratiam mereamur percipere sine. ℟. Amen. *Sequitur brevis oratio ante confractionem hostiæ.*

In Missa Dominicali rursum liturgia Gothicæ, *pag.* 390. Ipse enim qui pridie... *Post Mysterium.* Magnum hoc munus misericordiæ est : qui nobis docuit redemptionis nostræ mysteria celebrare ; sicut obtulit Dominus noster JESVS Christus in terris. Per quem te, Pater omnipotens, deprecamur : ut supraposita altario tuo munera lætus aspicias : atque hæc omnia obumbres sancti Filii tui Spiritu : ut quod ex hac tua benedictione acceperimus, æternitatis gloria consequamur. Per. *Sequitur collectio ante orationem Dominicam.*

Post Secreta, post Mysterium, post PRIDIE, hoc est, post consecrationis formulam, cujus est initium, *Qui pridie quam pateretur :* adeoque post transmutationem symbolorum ; nam quid est *post mysterium*, nisi post consecrationem? post eam, inquam, peractam, nihilominus Spiritus sanctus in Gothico ordine, perinde atque in Græco, invocatur, IN TRANSFORMATIONEM CORPORIS AC SANGVINIS DOMINI. Atqui in Gothico jam facta censetur, ut palam est. Erit igitur & eadem liturgiæ Græcæ sententia, ubi Spiritus sanctus post consecra-
110 tionis verba similiter invocatur, IN TRANSMVTATIONEM corporis & sanguinis Domini : Ποίησον τὸν μὲν ἄρτον τὸ τίμιον σῶμα τοῦ Χριστοῦ, μεταβαλών, &c.

Neque enim orat hoc loco præcise sacerdos, ut fiat consecratio : aut in hoc hæret uno : sed sic oblata sanctificari denuo flagitat, immutato pane in corpus, & vino in sanguinem, ut per illa conjungamur inter nos invicem in unitatem spiritus : hoc orat liturgia Basilii. Ut oblationem, quæ de terra porrigitur, sanctificatam a Deo sumere liceat : ut fiat nobis eucharistia legitima, TRANSLATA FRVGE IN CORPORE, & CALICE IN CRVORE : sive, ut legitima nobis eadem fiat, IN TRANSFORMATIONEM CORPORIS AC SANGUINIS DOMINI, QUÆ SIT EDENTIBUS NOBIS VITAM CONLATVRA : hoc orat liturgia Gothica. Quid esse autem similius alteri potest ? Neutra præcise fieri transmutationem postulat : quin immo altera ex his mysterium esse peractum aperte declarat : factam igitur transmutationem eo fine conservari petit, ut nobis utilis & fructuosa sit. Quamobrem id utraque poscit, quod Missa Romana vel his verbis, *Ut quotquot ex hac altaris participatione*, &c. vel istis potius, quæ consecrationem antecedunt, *Ut NOBIS Corpus & Sanguis fiat dilectissimi filii tui :* hoc est, uti *ad nostram salutem*, ut [1] Innocentius III. interpretatur, id sanctificetur, quod jam per consecrationem sanctum est. Sicuti fere dicimus, [2] *Sanctificetur nomen tuum : Non quod nobis orantibus*, inquit Hieronymus, *sanctificetur, quod per se sanctum est : sed quod petamus, ut quod per naturam sui sanctum est, sanctificetur in nobis.*

Quid quod in Ordine Gothico Missæ sunt plurimæ, in quibus nec ante consecrationem, nec post mysterium, invocatur Spiritus sancti illapsus super dona, in transformationem corporis Christi? Solum *Qui pridie* recitatur : postea ut prosit Eucharistia, poscitur. Ejusmodi est Missa in natali sancti Stephani, ut diximus, aliæque multæ. Sola tunc igitur verba Christi, quæ continentur in formula *Qui pridie*, cum benedictione sacerdotis, ad eam vocem, *bene † dixit*, illam transformationem efficiunt, quam 111
aperte toties eæ liturgiæ profitentur. Sic ea duo conjunctim ad integrum consecrationis ritum ex illius Ecclesiæ præscripto ac more sufficere existimata sunt : & benedictio, qua sola dici potest Christus consecrasse : & verborum formula, qua voluit a sacerdotibus immolationem peragi. Nam [3] *sane dici potest*, inquit idem Innocentius III. Papa, *quod Christus virtute divina confecit : & postea formam expressit, sub qua posteri benedicerent. Ipse namque per se virtute propria benedixit : nos autem ex illa virtute, quam indidit verbis.* A qua sententia nec abludit Abbaudus Abbas ante laudatus : nec Augustinus ipse fortassis, cum ait, [4] *Panis accipiens benedictionem Christi, fit corpus Christi.*

Jam Basilianæ liturgiæ congruit omnino ea quæ Chrysostomi dicitur : & eadem apertius aliquanto rem docet, quam illa : quare hic quoque est subjicienda. Hæc igitur ibi recitatur oratio post mysterium, sive post consecrationis formulam ex Christi Domini verbis.

Μεμνημένοι τοίνυν τῆς σωτηρίου ταύτης ἐντολῆς, καὶ πάντων τῶν ὑπὲρ ἡμῶν	Memores igitur salutaris hujusce præcepti, & omnium quæ pro nobis ge-

1 *Innocentius III. libro III. mysteriorum Missæ, cap. XII.*
2 *Hieronymus, epist. CXXXV. ad Suniam.*
3 *Innocentius III. libro IV. mysteriorum Missæ, cap. VI.*
4 *Augustinus, serm. LXXXVII. de diversis.*

γεγενημένων, τοῦ σταυροῦ, τοῦ τάφου, τῆς τριημέρου ἀναστάσεως, τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀναβάσεως, τῆς ἐκ δεξιῶν καθέδρας, τῆς δευτέρας καὶ ἐνδόξου πάλιν παρουσίας. Τὰ σὰ ἐκ τῶν σῶν σοι προσφέρομεν κατὰ πάντα καὶ διὰ πάντα. Ἔτι προσφέρομέν σοι τὴν λογικὴν ταύτην καὶ ἀναίμακτον λατρείαν, καὶ παρακαλοῦμεν, καὶ δεόμεθα, καὶ ἱκετεύομεν, κατάπεμψον τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τὰ προκείμενα δῶρα ταῦτα . . . . (Καὶ ὁ ἱερεὺς ἀνιστάμενος σφρα-
112 γίζει τρὶς τὰ ἅγια δῶρα, καὶ λέγει μυστικῶς) Ποίησον τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον τίμιον σῶμα τοῦ Χριστοῦ σου... Τὸ δὲ ἐν ποτηρίῳ τούτῳ τίμιον αἷμα τοῦ Χριστοῦ σου. (Εὐλογῶν μετὰ τῆς χειρὸς ἀμφότερα τὰ ἅγια λέγει,) Μεταβαλὼν τῷ πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ ... ὥστε γενέσθαι τοῖς μεταλαμβάνουσιν εἰς νῆψιν ψυχῆς, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, εἰς κοινωνίαν τοῦ ἁγίου πνεύματος, εἰς βασιλείας οὐρανῶν πλήρωμα, εἰς παῤῥησίαν τὴν πρὸς σέ, μὴ εἰς κρίμα, ἢ εἰς κατάκριμα.

facta sunt, crucis, sepulcri, resurrectionis post triduum, ascensionis in cælos, sessionis a dextris, secundi & gloriosi rursus adventus: Tua ex tuis tibi offerimus in omnibus & per omnia. Offerimus etiam tibi hanc rationalem & incruentam hostiam, & oramus, & precamur, & supplices petimus, emitte Spiritum sanctum tuum super nos, & super hæc dona proposita . . . . . . (*Et sacerdos erectus cruce ter signat sancta, & dicit secreto*) Fac quidem panem hunc, pretiosum corpus Christi: Quod autem est in hoc calice, pretiosum sanguinem Christi tui: (*sancta utraque benedicens manu, dicit:*) Immutans spiritu tuo sancto . . . ut fiat accipientibus ad sobrietatem (*forte* νῆψιν ad ablutionem) animæ, ad communicationem Spiritus sancti, ad regni cælestis adeptionem, ad fiduciam erga te, non ad judicium aut condemnationem.

Quam perspicue hic locus admonet, quid poscat sacerdos? Neque enim tam poscit immutari dona oblata, quam & immutata conservari, & conservata donari nobis, & cum fructu percipi. Quod facit & Romana quoque liturgia iterum: ubi sacerdos munera jam consecrata denuo benedicens, ait: *Per quem hæc omnia, Domine, semper bona creas, sancti† ficas, vivi† ficas, bene† dicis, & præstas nobis.* Nam ista oratio cum benedictione quæ manu peragitur, continuari a Deo sanctificationem donorum æque flagitat, ac prior benedictio, quæ verba consecratoria antecessit, cum sacerdos diceret, *bene† dixit*, primam ipsam sanctificationem poscebat. Quanquam in Latina liturgia post consecrationem, ea *quæ videntur innuere, quod nondum sit transubstantiatio consummata*, aliter Innocentius III. Papa, & scite admodum expedit, libro v. mysteriorum Missæ, capite secundo, & sequentibus. In Græca autem, Gothicaque Liturgia, ut diximus, hoc unum sacerdos orat, ut effectus consecrationis ad nostram utilitatem perseveret. Quo plane modo sanata a profluvio sanguinis mulier vestimentorum Christi contactu, ab eo nihilominus postea audivit, [1] *Vade in pace, & esto sana a plaga tua:* quanquam illa multo antea *sensit corpore, quia*
113 *sanata esset a plaga.*

Jam ut hisce liturgiis Gallicana, Mozarabicaque, consentiant, vel tacentibus nobis oculi ipsi faciunt fidem. Nihil enim Gallicana poscit post Secreta, nisi ut descendat Spiritus sanctus, ut fiat oblatio hæc hostia spiritalis accepta: Mozarabica, hostiam vivam, adeoque jam consecratum panem sic sanctificari postulat, hoc est, in sanctificatione retineri & continuari, ut ex ea libantes mundemur a crimine: cum tamen prius ibidem post benedictionem sacerdotis ad eam formulæ vocem *bene† dixit*, & post verba Christi consecratoria, *corpus elevetur*, hoc est, plebi spectandum adorandumque proponatur. Jam tum erat igitur corpus Christi. Muzarabica porro Missa, ut id obiter indicemus, traxit ex eo nomen, quod erat illorum Christianorum propria, quibus a Muza Arabe, rerum in Hispania potito, anno DCCXIV. ut Rodericus Toletanus ait, libro III. cap. XXI. facta potestas est suis vivendi legibus ac ritibus. Ex eo illi tempore Muzarabes appellati, & Muzarabica Liturgia: cum jam esset illa in usu a Leandri Hispalensis, & Isidori temporibus, hoc est, sæculo sexto & septimo.

Ad antitypa autem ut revertamur, unde digressi sumus, in media certe consecratione, apud Græcos & Gothos, siquidem illa adæquate spectetur, ut diximus, & pro mysterii peractione, & pro oratione illa quæ *post mysterium* appellatur, illudque complet, & pars integralis tantum, ut vocant, consecrationis censetur a Græcis: dona consecrata sacerdos appellat antitypa: sed ea tunc ille spectat, qualia essent cum proponeret eadem & offerret. Quæ antitypa, inquit, proposuimus, προθέντες τὰ ἀντίτυπα. Quam frugem, inquit liturgia Gothica, obtulimus, tu sanctifica, vivifica, benedic, & præsta nobis, transformatam in corpus & sanguinem filii tui. Post consecrationem autem sic perfectam, sanctificata per verbum Christi & sacerdotis precem, non eo amplius modo antitypa nuncupantur, nec spectantur jam ipsa, cujusmodi erant ante sanctificationem. Quare antitypa deinceps aut imago Christi corporis cum dicuntur, tum alio sensu, quem diximus, hanc appellationem sustinent. Christus autem ibi positus, seorsim a natura panis, sub qua latet, spectatus, non 114
ἀντίτυπον profecto, aut εἰκὼν, non figura aut imago Christi dici debet, aut dictus a quoquam e Patribus est: sed Christus ipse.

Ut εἰκὼν, imago Dominici corporis appellaretur, novitas hæc fuit ab Iconomachis invecta: quorum cum interesset, ut aliquam plebi suaderent imaginem sibi probari, cum ceteras repudiarent: eam ob rem corpus Christi in Eucharistia imaginem illius, quod nostra causa passum est, appellavere: quoniam alio situ atque habitu in altari, quam ubique, sit. Nam & Iconomachi Orientales ab Eutychianis sunt prognati. Sed a Nicænis Patribus subtiliter animadversa primum, tum ab orbe Christiano universo repudiata hæc imaginis appellatio est.

An Nicæna synodus œcumenica si tunc erraret, sivissent illam abire impune Gallicani illi antistites, qui Carolinum opus concinnarunt, aut probarunt? Adeo vero non dissimulant, ut cum de imaginibus ingens, ut diximus, inter istos & Græcos discidium foret: tamen conjunctis una viribus pseudosynodum CP. ab Iconomachis celebratam pulsent ac feriant. Itaque tametsi revera catholice de Eucharistia & ipsa sentiret, ut Nicænos quoque Patres advertisse proxime vidimus, & Nicephorus CP. ante laudatus admonet: tamen quod incautius imaginis vocabulum corpori Christi, quod sub pane latet, tribuisse videretur, a qua loquendi formula Patres idcirco abhorrerent, quod sit corpus ipsum, illa ab omni orbe merito suo vapulavit. Quid illa autem in discordantibus alioqui inter se tantopere animis tam mirifica consensio prædicat, præter eximiam vim veritatis, cui tunc nemo etiam Iconomachicæ factionis, nedum catholicæ partis, obluctaretur? Sed e diverticulo, ut aiunt, in viam.

115

CAPUT IX.

Ephræmium Antiochenum præterea, & Leonem Magnum, adversus Eutychianistas eadem Incarnationis cum Eucharistia comparatione usos fuisse.

CLAUDET agmen Ephræmius Antiochenus, cujus similis ac priorum argumentatio, similisque sententia est, in libro quem adversus Monophysitas Severianos conscripsit. Refertur illa a Pho-

[1] Marci cap. v. versu 29. & 34.

Photio in Bibliotheca. [1] *Cum Patres nostri*, inquit, *e duabus naturis Dominum nostrum* JESUM *Christum constare dicunt, ex duabus intelligunt essentiis.... quemadmodum & quando in duabus naturis, in duabus intelligunt essentiis ..... ut unus Christus in palpabili & impalpabili essentia, in visibili & invisibili agnoscatur.... Sic & corpus Christi, quod a fidelibus accipitur, nec a sensibili essentia discedit, & indivisum ab intelligibili gratia manet. Sed & baptismus, qui totus est spiritalis, unusque exsistit, & proprietatem retinet sensibilis essentiæ, aquæ scilicet: nec amittit id quod factum est.*

Docet priore loco hæc oratio ante cetera, φύσεως & οὐσίας vocabula pro uno eodemque accipi a Patribus solita esse, qui piscatorie, ut diximus, non Aristotelice, loquerentur: his indicari proprietates cuilibet e vulgo cognitas, quarum complexio in æstimatione communi hominum naturam aliquam cognominat, secernitque ab omni alia.

Instituitur deinde ab Ephræmio, ut a prioribus, incarnationem inter & eucharistiam comparatio. Corpus Christi, inquit, quod sumitur a fidelibus, nec a sensibili essentia discedit, hanc enim retinet:
116 οὐσίαν quidem, sed αἰσθητὴν, hoc est, proprietates quæ sub sensum cadunt: quibus visis ac deprehensis quivis e plebe dicat, panis istud, aut vinum est: nec divellitur etiam ab ea gratia, quæ adjecta est prece sacerdotis, & fide intelligitur. Ergo & in incarnatione utriusque naturæ proprietates par est esse indivisas quidem, sed & inconfusas, hoc est, manifestas, visu cognituque faciles, aptas numerari, & permanentes, ut explicat [2] Anastasius, in eo libro qui Dux viæ inscribitur.

Eo ille in opere, annis fere centum post Ephræmium, nempe sub annum DCXXX. argumentationem hanc ipsam leviter immutatam adversus Entychianistas strenue distrinxit. Cum enim in Incarnatione unam divinam Verbi naturam agnoscerent, ex eo ille consectarium esse docuit oportere, ut solam pariter divinitatem crederent in Eucharistia, non & ipsam præterea Christi carnem & sanguinem immolari, dividi, accipi: id quod a fide catholica abhorreret. [3] *Impius est*, inquit, *Timotheus, cum ait, Natura Christi etiam post incarnationem est sola divinitas. Si enim Christus est sola divinitas, divinitas vero sub visum & tactum non cadit, neque sacrificari potest, nec membris constat, neque edi potest: manifestum est Timotheum, Judæorum instar, negare sacrificium & communionem sanctorum mysteriorum: neque credere, neque confiteri reipsa corpus & sanguinem Christi, visibile, creatum, & e terra esse:* QUOD *offerens* TRADIT *his verbis populo: Corpus & sanguis Domini & Dei & salvatoris nostri Jesu Christi. Si enim solam divinitatem naturam Christi esse ait: alienum autem est a divinitate teneri, frangi, dividi, in partes distribui, effundi, hauriri, transmutari & dentibus conteri: in alterutram foveam Timotheus incidat necesse est: ut aut divinitatem passibilem & mutabilem statuat: aut neget corpus & sanguinem Christi, quæ offert & manducat in mystica mensa, traditque his verbis populo, Corpus & sanguis Domini nostri Jesu Christi. Debebat enim potius sumentem ita alloqui: Sola divinitas Domini nostri Jesu Christi. Incarnatio itaque apud Timotheum fabulæ locum obtinet.* 117
Divinitatis corpus, cum Verbum caro factum est, quoquomodo concretum in carnem, aiebat Timotheus post ascensionem appellari Deum oportere, a potiore videlicet parte: non corpus, ab ea quæ minus præcipua sit. Divinitas autem certe comedi ore non potest: carnem autem Christi ore absumi fides catholica docet: neget ergo Timotheus, si divinitatis natura nunc sola e Christo reliqua superest, neget, inquam, quod catholica fides docet, carnem esse Christi quæ ore editur. Id porro argumentum ex [4] Theodoreto acceptum videtur, dialogo primo: indubitatum fidei catholicæ de sacramento altaris documentum.

Par omnino Leonis Papæ ratiocinatio est, sermone VI. de jejunio septimi mensis, ubi contra Eutychem potissimum disputat, *in divinis*, ut ait, *humana vacuantem*: hoc est, qui consubstantialem nostræ carnem in Christo negaret, unamque naturam divinam agnosceret. *Dicente Domino*, inquit, *Nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis: sic sacræ mensæ communicare debetis, ut nihil prorsus de veritate corporis Christi & sanguinis ambigatis. Hoc enim ore sumitur, quod fide creditur: & frustra ab illis Amen respondetur, a quibus contra id quod accipitur, disputatur.* Summa hæc illius ratiocinationis est: verum Christi corpus ore suscipere se isti prædicant: cur ergo de Christi corpore disputant, nec jam verum & humanum esse corpus corde credunt, & ore confitentur? At verum illi quidem, sed Verbo ὁμοούσιον esse Christi corpus, ut diximus, prædicarunt: humanum, sive consubstantiale nostro, nec illi unquam ore, nec corde confessi.

CAPUT X. 118

Cum in sacramento altaris aliud videatur, aliud intelligatur: a Græcis præsertim Patribus illud intelligibile dici, quod credi potest, cerni non potest: nempe Christi corpus: ab Augustino aliud, præter id quod creditur: nempe corpus Ecclesiæ, cujus figura fit corpus Christi, quod in altari sub pane credi potest, intelligi non potest: quod etiam figura immolati in cruce Dominici corporis a Tertulliano & aliis recte appellatur.

DICTUM autem abunde de utriusque mysterii comparatione hactenus. Sed quæ illa porro intelligibilis gratia est, νοητὴ χάρις, quam Ephræmius commemorat, adjunctamque dicit cum sensibili symbolorum natura in eucharistia? Explanandum illud enim hoc loco superest, quoniam ab adversariis secus & perverse accipitur. Hæc illa gratia, quam adjici ad naturam sacerdotis prece Theodoretus dixit, ut vidimus: quæ magistro ejus Chrysostomo, [5] *gratia in sacrificium decidens* appellatur: corpus Christi videlicet Spiritus sancti virtute atque omnipotentia, ad panis naturam additum. Generali autem gratiæ vocabulo designatur, quo quid beneficii

1 *Ephræmius Antioch. apud Photium in Bibliotheca, cod.* CCXXIX. *pag.* 793. Οἱ πατέρες ἡμῶν ἐκ δύο φύσεων λέγοντες τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν συγκεῖσθαι, ἐκ δύο νοοῦσιν οὐσιῶν. ὥσπερ καὶ ὅτε ἐν δύο φύσεσιν, ἐν δυσὶν οὐσίαις..... Ὥστε τὸν ἕνα Χριστὸν ἐν ψηλαφητῇ καὶ ἀψηλαφήτῳ οὐσίᾳ, καὶ ἐν ὁρατῇ καὶ ἀοράτῳ γνωρίζεσθαι.... Οὕτω καὶ τὸ ὑπὸ τῶν πιστῶν λαμβανόμενον σῶμα Χριστοῦ, καὶ τῆς αἰσθητῆς οὐσίας οὐκ ἐξίσταται, καὶ τῆς νοητῆς ἀδιαίρετον μένει χάριτος. Καὶ τὸ βάπτισμα δὲ, πνευματικὸν ὅλον γενόμενον, καὶ ἓν ὑπάρχον, καὶ τὸ ἴδιον τῆς αἰσθητῆς οὐσίας, τοῦ ὕδατος λέγω, διασώζει, καὶ ὃ γέγονεν, οὐκ ἀπώλεσεν.

2 *Anast. in* Ὁδηγῷ, *cap.* X. *pag.* 206. Ἀσύγχυτοι, τοῦτ' ἔστιν εὔδηλοι, καὶ εὐθεώρητοι, καὶ γνωριζόμεναι, καὶ ἀριθμούμεναι, καὶ διαμένουσαι.

3 *Anastasius, cap.* XIII. *pag.* 232. Οὐκοῦν ἀσεβεῖ Τιμόθεος λέγων, Φύσις τοῦ Χριστοῦ μόνη θεότης ἐστὶ καὶ μετὰ σάρκωσιν. Εἰ γὰρ μόνη θεότης ἐστὶν ὁ Χριστὸς, ἡ δὲ θεότης ἀόρατός ἐστι, καὶ ἀψηλάφητος, καὶ ἄθυτος, καὶ ἀμέλιστος, καὶ ἄβρωτος, εὔδηλός ἐστιν ὁ Τιμόθεος ἀρνούμενος, ὥσπερ οἱ Ἰουδαῖοι, τὴν θυσίαν καὶ κοινωνίαν τῶν ἁγίων μυστηρίων. καὶ μὴ πιστεύων, μήτε ὁμολογῶν ἐν ἀληθείᾳ σῶμα καὶ αἷμα ὁρατὸν, καὶ κτιστὸν, καὶ γήϊνον Χριστοῦ εἶναι, ὃ προσφέρων μεταδίδωσι τῷ λαῷ, λέγων, Σῶμα καὶ αἷμα τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Εἰ γὰρ φύσιν Χριστοῦ μόνην θεότητα εἶναι λέγει, ἀλλότριον δὲ θείας φύσεως τὸ κρατεῖσθαι, καὶ κλᾶσθαι, καὶ μερίζεσθαι, καὶ θρύπτεσθαι, καὶ ἐκχεῖσθαι, καὶ πίνεσθαι, καὶ μεταβάλλεσθαι, καὶ ὑπὸ ὀδόντων κατατέμνεσθαι. εἰς ἓν ἐκ τῶν ἀμφοτέρων βάθρων ὁ Τιμόθεος πίπτει. ἢ παθητὸν καὶ ῥευστὸν λέγων τὸ θεῖον, ἢ ἀρνούμενος τὸ σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ, ὅπερ προσφέρει καὶ ἐσθίει ἐπὶ τῆς μυστικῆς θυσίας, καὶ μεταδίδωσι λέγων τῷ λαῷ, Σῶμα καὶ αἷμα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἐχρῆν γὰρ αὐτὸν μᾶλλον οὕτω τὸν μεταλαμβάνοντα λέγειν, Θεότης μόνη τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Λοιπὸν μῦθος παρὰ τῷ Τιμοθέῳ ὁ τῆς σαρκώσεως λόγος.

4 *Theodoret. dial.* I. *pag.* 18.

5 *Chrysost. libro* III. *de sacerd.* Χάρις ἐπιπτεῦσα τῇ θυσίᾳ.

neficii intelligatur, satis ex argumento dignoscitur.

Sed cur intelligibilis gratia appellatur, si corpus ipsum Domini est, quod constat materia? Nescit quisquis hoc rogat, intelligibile dici, νοητὸν, quidquid mentis oculis, νοητοῖς ὀφθαλμοῖς, cognoscitur, cujuscumque illud generis sit. Fide nunc credimus vero præditum corpore Christum fuisse: non illud fide, sed oculis tactuque Apostoli percepere. Id illis igitur palpabile, αἰσθητὸν, nobis intelligibile,
119 νοητὸν, dicitur: quod licet unum idemque per se sit, non pari tamen modo agnoscitur. A nobis enim intelligi, hoc est, credi potest: oculis cerni non potest. Hinc appellationis discrimen, quod & in Eucharistia locum habet, ubi quod illis olim tractabile exstitit, nobis est supersensibile, tametsi verum, ut Hesychius [1] vocat. Aliud quippe in mysterio intuemur, inquit [2] Chrysostomus, aliud credimus: quod autem credimus, hoc intelligibile nominatur. [3] *Credamus ubique Deo*, inquit idem, *nec contradicamus ei, etiamsi quod dicit contrarium esse videatur cogitationi & oculis nostris. Sed ipsius sermo superet & cogitationem nostram, & oculos. Sic & in mysteriis faciamus, non ad proposita solum aspicientes, sed verba ejus teneamus. Sermo quippe ejus decipere nequit, sensus autem noster deceptu facilis est: ille nunquam aberrat, hic vero sæpius fallitur. Quandoquidem igitur Verbum ait, Hoc est corpus meum, persuasi simus, & credamus, & oculis intellectualibus id inspiciamus. Nihil enim sensibile nobis dedit Christus: sed rebus quidem sensibilibus INTELLIGIBILIA omnia.* Aliud sensibile, aliud intelligibile in Eucharistia est. Illud, species visibilis est: istud, corpus ipsum, quod intellectuales oculi, νοητοὶ ὀφθαλμοὶ, fidei oculi adesse renuntiant, quantumvis sensus reclament. Quare [4] Magdeburgenses, ubi hunc Chrysostomi locum allegant, ipsum aiunt, cum ibi, tum aliis in locis *præsentiam ac communicationem veri ac substantialis corporis & sanguinis Domini tam expresse docere, ut transubstantiationis dogma videatur asserere.* Sed multo certiora de mente Chrysostomi documenta protulimus.

Sic intelligibilem sanguinem Christi dixit Hesychius, libro 2. in Leviticum, ad caput VIII. & libro VI. in caput XXII. *cœnam intelligibilem*: sic alii
120 pariter locuti. Sed Augustinus in primis eo vocabulo usus est, tum isto loco jam antea laudato a nobis, sub finem capitis quarti: *Omne quod est, aut est corporeum, aut incorporeum. Corporeum sensibili, incorporeum autem INTELLIGIBILI specie continetur*: hoc est, quæ *intellectu & interiore mente capitur*, non oculis: tum illo percelebri sermone, quem [5] Fulgentius integrum exscripsit, & [6] Florus in Paulum: Bertramus ex parte refert: ex parte Hincmarus interpretatur. Est autem XVI. ex Vignerianis, præfixo hoc titulo: *In die Pentecostes, ad Infantes ante altare, de sacramento.*

Hoc quod videtis in altari Dei, etiam transacta nocte vidistis: sed quid esset, quid sibi vellet, quam magnæ rei sacramentum contineret, nondum audistis. Quod ergo videtis, panis est, & calix: quod vobis etiam oculi vestri renuntiant. Quod autem fides vestra postulat instruenda, panis est corpus Christi: calix sanguis Christi. Breviter quidem hoc dictum est, quod fidei forte sufficiat: sed fides instructionem desiderat. Dicit enim propheta: Nisi credideritis, non intelligetis. Potestis enim dicere mihi: Præcepisti ut credamus, expone ut intelligamus. Potest enim in animo cujusquam cogitatio talis suboriri. Dominus noster JESUS *Christus novimus unde acceperit carnem: de virgine Maria. Infans lactatus est, nutritus est, crevit, ad juvenilem ætatem perductus est; in ligno interfectus est, de ligno depositus est, sepultus est, tertia die resurrexit, quo die voluit in cælum adscendit, illuc levavit corpus suum, inde est venturus ut judicet vivos & mortuos; ibi est modo sedens ad dexteram Patris: quomodo est panis corpus ejus? & calix, vel quod habet calix, quomodo est sanguis ejus? Ista, fratres, ideo dicuntur sacramenta, quia in eis aliud videtur, aliud intelligitur. Quod videtur, speciem habet corporalem; quod intelligitur, fructum habet spiritalem. Corpus ergo Christi si vis intelligere, Apostolum audi dicentem fidelibus, Vos autem estis corpus Christi, & membra. Si ergo vos estis corpus Christi & membra, mysterium vestrum in mensa Dominica positum est: mysterium vestrum accipitis. Ad id quod estis,* Amen *respondetis, & respondendo subscribitis. Audis enim, Corpus Christi: & respondes, Amen. Esto membrum corporis Christi,* 121
ut verum sit Amen. Quare ergo in pane? Nihil hic de nostro afferamus: ipsum Apostolum identidem audiamus, qui cum de isto Sacramento loqueretur, ait; Unus panis, unum corpus multi sumus. Intelligite, & gaudete. Unitas, veritas, pietas, caritas. Unus panis: quis est iste unus panis? Unum corpus multi. Recolite quia panis non fit de uno grano, sed de multis. Quando exorcizabamini, quasi molebamini. Quando baptizati estis, quasi conspersi estis. Quando Spiritus sancti ignem accepistis, quasi cocti estis. Estote quod videtis, & accipite quod estis. Hoc Apostolus de pane dixit. Jam de calice quid intelligeremus, etiam non dictum, satis ostendit. Sicut enim ut sit species visibilis panis, multa grana in unum consperguntur, tanquam illud fiat, quod de fidelibus ait scriptura sancta, Erat illis anima una, & cor unum in Deum: sic & de vino. Fratres, recolite unde fit vinum. Grana multa pendent ad botrum: sed liquor granorum in unitate confunditur. Ita & Dominus Christus nos significavit, nos ad se pertinere voluit, mysterium pacis & unitatis nostræ in sua mensa consecravit. Qui accipit mysterium unitatis, & non tenet vinculum pacis, non mysterium accipit pro se, sed testimonium contra se.

Hactenus Augustini concio, cujus in fronte illud est obiter dignum notatu, quod sentio a nonnullis perperam negari: in Occidente saltem, ante eum diem, noctemque ipsam, qua infantes, hoc est, recens abluti perciperent Christi corpus de altari, nihil ipsis de eo mysterio indicatum esse: die Paschæ primum, post salutare lavacrum, quid eos credere, quem ex eo fructum percipere oporteret, edoceri solitos fuisse. Id quod ex gemino rursum sermone liquet infra laudando, nono videlicet, & LXXXIII. de diversis: & ex alio demum, qui XVII. e Vignerianis, in die Paschæ, ad populum & ad infantes. *Sermonem ad altare Dei debemus hodie infantibus, de sacramento altaris. Tractavimus ad eos de sacramento symboli, quod credere debeant: tractavimus de sacramento orationis dominicæ, quomodo petant: & de sacramento fontis & baptismi. Omnia hæc disputata audierunt, & tradita perceperunt. De sacramento autem altaris sacri, quod* HODIE *viderunt*, NIHIL *adhuc audierunt: hodie illis de hac re sermo debetur.* Ad altare haberi solitæ conciones de sacramento altaris, quoniam ad solos infantes pertinerent: pedem autem eo inferre 122
catechumenis non licuit: licuit interesse prioribus tractatibus, qui habebantur in narthece templi. *Regressis a fonte neophytis*, ut fert titulus secundi tractatus Gaudentii Brixiensis, *de ratione sacramentorum, quæ catechumenis audire non licuit*, tractabat Episcopus. Cujus consuetudinis causas eleganter describit auctor sermonis primi, quem Sirmondus edidit in appen-

1 *Hesych. libro* VI. *in cap.* XXIII. *Levit.*
2 *Chrysost. hom.* VII. *in* 1. *Cor.*
3 *Chrysost. homil.* LXXXIII. *in Math.* Πειθώμεθα πανταχοῦ τῷ Θεῷ, καὶ μηδὲν ἀντιλέγωμεν, κἂν ὑπεναντίον εἶναι δοκῇ τοῖς ἡμετέροις λογισμοῖς καὶ ταῖς ὄψεσι τὸ λεγόμενον. ἀλλ' ἔστω καὶ λογισμοῦ καὶ ὄψεως κυριώτερος αὐτοῦ ὁ λόγος. Οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν μυστηρίων ποιῶμεν, οὐ τοῖς κειμένοις μόνον ἐμβλέποντες, ἀλλὰ τὰ ῥήματα αὐτοῦ κατέχοντες. Ὁ μὲν γὰρ λόγος αὐτοῦ ἀπαραλόγιστος, ἡ δὲ αἴσθησις ἡμῶν εὐεξαπάτητος. Οὗτος οὐδέποτε διέπεσεν, αὕτη δὲ τὰ πλείονα σφάλλεται. Ἐπεὶ οὖν ὁ λόγος φησί, Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, καὶ πειθώμεθα, καὶ πιστεύωμεν, καὶ ΝΟΗΤΟΙΣ αὐτὸ βλέπωμεν ὀφθαλμοῖς. οὐδὲν γὰρ αἰσθητὸν παρέδωκεν ἡμῖν ὁ Χριστός, ἀλλ' αἰσθητοῖς μὲν πράγμασι, πάντα δὲ ΝΟΗΤΑ.
4 *Magdeb. Centur.* V. *cap.* IV. *de doctr. pag.* 384.
5 *Fulgent. in epist. de duabus quæstionibus ad Ferrandum.*
6 *Florus, ad* 1. *Cor.* 10.

appendice Augustinianorum. Non prius itaque infantibus explicata fuere mysteria mensæ Dominicæ.

Nunc in ipso igitur dicendi exordio pollicetur Augustinus, se tria esse dicturum : quid sit quod videtur : quid sibi velit : quam magnæ rei sit sacramentum. Sive quid sit quod oculo cernitur, quid sit quod fide creditur, quid sit quod intellectu percipitur. Eo recidet summa orationis, ut doceat primum, id quod videtur, oculorum judicio esse panem & calicem : testimonio fidei, esse corpus & sanguinem Christi. Deinde, id quod ex utroque coalescit, & animo percipitur, esse sacramentum corporis Ecclesiæ.

Primo autem capite concionis, breviter ac strictim quidem, quoniam & [1] *fides in Ecclesia brevissime traditur*, & plebem decet esse fideliorem quam doctiorem: sed perspicue tamen fides exponitur. Quod ergo videtis, inquit, panis est & calix : quod vobis etiam oculi vestri renuntiant. Quod autem fides vestra postulat instruenda, de his quæ videtis in mensa Dominica, panis quidem sanctificatus per verbum Dei corpus est Christi: calix, sanguis Christi. Breviter istud dictum est : sed fidei, quamvis breve, sufficit. Mysterium enim fidei est : quod nomen habet, [2] *quoniam aliud ibi cernitur, & aliud creditur. Cernitur ibi species panis & vini : & creditur veritas carnis & sanguinis.*

Jam instruenda fides, quod caput est alterum, percontatur, Quomodo panis est corpus Christi ? quomodo est in pane corpus Christi? quomodo Christus in pane? Ego vero modum, inquit Augustinus, lubens indicabo, quem intelligere operæ pretium
123 fuerit : habet enim ea res probe intellecta fructum spiritalem. [3] Frustra quæritur, an ibi Christus jaceat, an sedeat, an stet. Alius quidam est modus intelligendus. Quomodo panis est corpus Christi? Ut sacramentum, hoc est, ut sacrum signum. Panis consecratione fit mysticus : sic evadit sacramentum corporis Christi, quod est Ecclesia : sic igitur panis est illud corpus Christi, quia signum illius est. Quomodo rursum ipse Christus in pane ? ut sacramentum, ut signum. Cujus rei porro ? magnæ prorsus : corporis sui nempe, quod est Ecclesia, corporis illius quod nos multi sumus. Est ibi Christus ipse mysterium nostrum : ipse sic ibi compositus sacramentum nostrum est. Panis enim species, quæ cernitur, & Christi corpus quod latet, unum est sacramentum, sive sacrum signum corporis sui, quod est Ecclesia. Aliter panis sacrum signum esse non potest: nisi quia Christum continet : ipse enim Christus nos significat.

Ista, inquam, quæ cernitis, & quæ creditis, sunt sacramenta. Ideo autem sacramenta dicuntur, quia in eis aliud videtur, aliud intelligitur. Aliud, inquam, Christi corpus videtur, & creditur : aliud Christi corpus intelligitur. Alterum, sacramentum est: alterum, id cujus illud est sacramentum. Quod sacramentum videtur & creditur, HABET quidem speciem corporalem : habet, inquam : sed non est sola species corporalis: pars melior latet, quæ corporalem hanc speciem habet. Aliud enim in eo quod videtur, ut diximus, oculi renuntiant, aliud fides : [4] *nec quod videtur, sed quod creditur, pascit:* verum ex utroque exsistit [5] *visibile sacramentum: quod veneramur cernui :* nempe corpus Christi sub pane. Sic enim sacramentum est. Sacramentum est corpus Christi, ut dicet mox Ambrosius. Sacramentum esse non potest, nisi sub pane. Illud sacramentum? de quo Ecclesia sic Deum orat. *Præsta, ut hoc tuum sacramentum non sit nobis reatus ad pœnam, sed intercessio salutaris ad veniam : sit ablutio scelerum, &c.* Quo loco sacramentum esse aliud non potest, præter complexum ex specie panis & veritate corporis. Sed aliud præterea Christi corpus est, quod ibi debet intelligi.

Quomodo igitur ibi Christus est? Ut signum, in- 124
quam, sive sacramentum corporis sui. Corpus ergo Christi vis istud intelligere? Disce ex Apostolo Ecclesiam illud corpus esse: corpus Christi nos esse & membra: cujus corporis sacramentum est sub specie panis ac vini corpus Christi, Christi sanguis, Christus ipse. Tametsi ut signum unitatis nostræ, si cum schola loqui placet, dicit species panis & vini in recto, in obliquo carnem & sanguinem: signum enim oportet esse sensibile: non est autem caro sensibilis nisi per species. At ut est causa ejusdem unitatis, dicit in recto carnem & sanguinem, nam hic est cibus vitæ: species in obliquo. Unum ex utroque complexum exsistit: Christus ipse Dominus sacramentali habitu. Ita nos ipse significat : ita nos ad se vult pertinere : nec aliud nos significat, nisi ipse, quia ibi non aliud corpus præter ipsum, ut docet Chrysostomus in hac epistola ad Cæsarium.

Dicet aliquis, cur hunc modum Augustinus exponit, quo corpus Christi est sub pane: non alterum edocet, quo tam insigne nempe miraculum efficit supremi numinis potentia? Quoniam credi istud potest, intelligi non potest. *Hoc* igitur [6] *fides credat, intelligentia non requirat.* Istud quomodo fiat, *quonam modo panis efficiatur caro, & sanguis vinum*, inquit Lanfrancus ad Berengarium, in epistola adhuc inedita, *utriusque essentialiter mutata natura*, hoc est, substantia sive materia; *justus qui ex fide vivit, scrutari argumentis, & concipere ratione non quærit.* Episcopo sufficere debet, si mysterium credatur: si credant infantes ei cui credidere, ut ait [7] Gaudentius Brixiensis: nempe Christo dicenti, Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus. Deinde *de sacramento, quod accepturi sunt*, inquit [8] Augustinus alibi, *SUFFICIT prudentioribus audire quid res illa significet*, sive baptismus, sive quod cum baptismo percipi solitum est, sacramentum altaris.

Quomodo sit igitur in pane corpus Christi, quærunt jam fideles? Ut sacramentum, sive sacrum signum corporis, quod nos ipsi fideles sumus. *Quare ergo in pane?* Quia aliter sacrum signum esse non 125
potest. Sic autem nostram unitatem, non solum panis, sed per panem Christus Dominus ipse significat. Tria quippe in hoc sacramento sunt discreta, videlicet forma visibilis, veritas corporis, & virtus spiritalis. Forma panis & vini, veritas carnis & sanguinis, & virtus unitatis, sive caritatis. Species autem panis, & veritas corporis, sunt unum sacramentum, propter unum significatum, quod est illa unitas caritatis in Ecclesia: hanc enim corpus Christi & per panem significat, & per seipsum efficit. Quo ferme recidit usu recepta in scholis partitio, qua de tribus proxime commemoratis, unum dicitur sacramentum tantum, alterum sacramentum & res sacramenti: tertium, res tantum. Quo de argumento disputat erudite Hugo Victorinus, in Summa sententiarum, tract. v. cap. III. & libro 2. de sacramentis, parte 2. cap. VII.

ITA *Dominus Christus nos significavit, nos ad se pertinere voluit, mysterium pacis & unitatis nostræ in sua mensa consecravit.* Dominus Christus in illo sacramento est : ipse nos ibi significat : ipse, inquam, cum natura panis, quæ in eo sacramento manet : nam idcirco Christus in pane. Nos ad se, non ad panem dumtaxat, aut calicem: sed ad se,

1 *Augustin. lib. de Agone Christiano, cap.* XIII.
2 *Innocentius III. libro* IV. *Mysteriorum Missæ, cap.* XXXVI.
3 *Vide Innocentium III. libro* IV. *mysteriorum Missæ, cap.* VIII.
4 *Augustinus, serm.* XXXIII. *de verbis Domini, cap.* V.
5 *Augustinus, tract.* XXVI. *in Joannem.*
6 *Vox est Vigilii Tapsensis, libro de unitate Trinitatis, contra Felicianum, pag.* 340.
7 *Gaudentius, tract.* XV.
8 *Augustinus, libro de catechizandis rudibus, cap.* IX.

se, ad suum sacrificium, voluit pertinere: signum unitatis nostræ, in sua mensa panem consecrando, seipsum fecit.

Docet profecto hæc oratio aperte tria, nisi fallimur. Primum, panem consecratum esse vere corpus Christi. Deinde, sacramenti appellatione ipsum dominicum corpus designari, quod sub pane delitescit. Denique, quod ex his consectarium est, sacramentum corporis Christi Patres Africani saltem plerique cum dicerent, non corporis naturalis sacramentum hos intellexisse, sed Ecclesiæ. Quæ priusquam demonstrentur a nobis hoc loco contineri, proferendæ nunc sunt aliæ quædam similes istius, in qua versamur, Augustini sententiæ.

Primum in his locum occupat ejusdem sermo in die Paschæ, qui inscribitur [1] *ad Infantes, de Sacramentis. Memor sum*, inquit, *promissionis meæ. Promise-*
126 *ram enim vobis, qui baptizati estis, sermonem, quo exponerem mensæ dominicæ sacramentum, quod modo etiam videtis, & cujus nocte præterita participes jam facti estis. Debetis scire quid accepistis, quid accepturi estis, quid quotidie accipere debeatis. Panis ille, quem videtis in altari, sanctificatus per verbum Dei, corpus est Christi. Calix ille, immo quod habet calix, sanctificatum per verbum Dei, sanguis est Christi. PER ISTA voluit Dominus Christus commendare corpus & sanguinem suum, quem pro nobis fudit in remissionem peccatorum. Si bene accepistis, vos estis quod accepistis. Apostolus enim dicit, Unus panis, unum corpus multi sumus. Sic exposuit sacramentum mensæ Dominicæ. Unus panis, unum corpus multi sumus. Commendatur vobis in isto pane, quomodo unitatem amare debeatis. Numquid enim panis ille de uno grano factus est?*

Quid est, PER ISTA, hoc est, per panem & vinum sanctificatum, commendare nobis voluit Dominus Christus corpus & sanguinem quem fudit, nisi quod Missale Gothicum similiter admonet, docuisse vel commendasse Christum Dominum offerri in his corpus & sanguinem suum, offerri SE per ista, sicut ipse SE per ista primus obtulit? Sicut SE, inquam, per ista obtulit, sic per eadem OFFERENDUM SE commendavit: ipse hoc sacrificium, ipse formam hujus sacrificii dedit. Contestatio sic habet, sive præfatio Missæ Dominicalis: [2] *Dignum & justum est, invisibilis, inæstimabilis, immense Deus & Pater Domini nostri* JESU *Christi*: QUI FORMAM SACRIFICII PERENNIS INSTITUENS, HOSTIAM SE TIBI PRIMUM OBTULIT, ET PRIMUS DOCUIT OFFERRI. Hostia igitur Christus ipse fit illic per ista: hanc hostiam commendavit, hoc est, SE ipsum. Hostia jam illa porro sacramentum est, quod Apostolus ipse exposuit. Cujus autem rei esse sacramentum prodidit? Illius corporis, quod nos multi sumus.

Rursum in concione similis argumenti, quam Beda & Florus exscribunt, sub hoc titulo, *De sacramentis fidelium, feria secunda Paschæ. Quia passus est pro nobis*, inquit, *commendavit nobis in isto sacramento corpus & sanguinem suum: quod etiam fecit & nos*
127 *ipsos. Nam & nos corpus ipsius facti sumus: & per misericordiam ipsius, quod accipimus, nos sumus.* In illo sacramento quid commendat? Corpus & sanguinem suum. [3] *Alii heredibus suis sua tribuunt*, inquit Avitus Viennensis, in sermone de Natali calicis, hoc est, de institutione sacramenti altaris: *ille semetipsum, id est, carnem vel sanguinem corporis sui.* Hoc est sacramentum, quod heredibus suis Christus Dominus commendavit. Quid illo autem sacramento significat? nec significat tantum, sed etiam facit? Nos ipsos facit corpus suum. Aliud corpus est, quod commendat: aliud, quod significat & facit. Aliud quod accipimus: aliud quod sumus: cum illud autem bene accipimus, tum istud & accipimus quoque, & sumus. [4] *Nam per misericordiam ipsius*, inquit Augustinus, *nos corpus ipsius facti sumus: & quod accipimus, nos sumus.*

Jam constare ex ipso sermone ad Infantes, panem consecratum esse vere corpus Christi, id quod est primum e tribus, quæ diximus ea concione contineri, docent haud dubie istæ exinde Augustini voces atque sententiæ. *Ita & Dominus Christus nos significavit*, & reliquæ consequentes. Primum enim, quid istud est, ITA, sive, quod idem est, in illo sacramento, nos Dominus Christus significat: nisi docet se ipsum adesse, qui nos significet suo sacramento? Ipse signum, ipse nostrum sacramentum est: quod ipsius proinde carne, & visibili panis specie constare necesse est? [5] *In illo sacramento Christus est, quia corpus Christi est*, inquit Ambrosius. Nihil interest utrum quis dicat ipsum adesse, qui nos isto sacramento significet, an corpus ejus adesse & sanguinem.

Est in eam sententiam Paulini episcopi Nolani locus insignis, tentatus a multis, prætermissus ab aliis, a nemine intellectus. Fuit autem ille vir, ut omnes norunt, amicitia conjunctissimus Augustino, [6] qui Paulini animam ait alicubi se sicut suam nosse: & est locus ille decerptus ex epistola XII. ad Severum Sulpicium presbyterum Bituricensem: ut ex illo uno quæ
fides Italiæ, Africæ, Galliæ, de sacramento altaris 128
fuerit eo ævo, promptum sit intelligere. Nam quomodo his omnibus mens inter se una, nisi quia & una fides? Sic ille igitur cecinit:

[7] *Divinum veneranda tegunt altaria fœdus,*
Compositis sacra cum Cruce martyribus.
Cuncta salutiferi coëunt martyria Christi:
Crux, corpus, sanguis Martyris, ipse Deus.
Namque Deus semper nobis sua munera servat:
Atque ubi Christus, ibi Spiritus, & Pater est.
Sic ubi Crux, & Martyr ibi: qua Martyr, ibi & Crux,
Martyrii sanctis quæ pia causa fuit.
Illa cibum vitæ mortalibus, illa coronas,
Quæ Domino famulos participant, peperit.
In cruce fixa caro est, qua pascor: de cruce sanguis
Ille fluit, vitam quo bibo, corda lavo.
Christe, tuo coëant simul hæc tua dona Severo:
Portitor & testis sit crucis iste tuæ.
Carne tua vivat, tuus illi pocula sanguis
Præbeat, in verbo vivat agatque tuo.

Ara, inquit, sub qua reliquiæ sunt positæ martyrum, cum segmento veræ crucis, quod fuerat Hierosolymis transmissum, divini fœderis mysteria tegit sub symbolis sanctificatis, cum res divina peragitur. Tunc enimvero illic coëunt omnia Christi martyria, hoc est, quidquid ad Christi martyrium pertinet: Crux nempe vera Christi, verum Christi corpus, verus sanguis Martyris, Christi videlicet, qui [8] Martyrum Martyr in eadem epistola appellatur; uti & ab [9] Augustino, aliisque e Patribus. Deinde vere Deus ipse, qui sua ibi nobis munera servat, nimirum corpus & sanguinem Christi, quæ dona Deus ipse sanctificat, vivificat, benedicit, & præstat nobis: vere SUA MUNERA. Deus, inquam, Pater, Christus, & Spiritus: quia ubi Christus, ibi & Pater & Spiritus. Ubi porro corpus & sanguis Christi, ibi Christus est. Tam vere scilicet ibi Christi corpus & sanguis est, quam vere adest Christus, & Deus: ac versa
vice. Sic demum ubi crux vera, ibi vere adest & Martyr, 129
qui in illa cruce pependit: ubi martyr, ibi & crux, cui ille suffixus: crux illa ipsa, quæ & sanctos impulit

1 *Augustinus, serm.* LXXXIII. *de diversis.*
2 *Codices Sacramentorum, a Thomasio editi, pag.* 391.
3 *Avitus, in fragmentis, pag.* 209.
4 *Augustinus, feria secunda Paschæ, de sacramentis fidelium.*
5 *Ambrosius, libro de initiandis, cap. ultimo.*
6 *Augustinus, epist.* XXXII.
7 *Paulinus, epist.* XII. *pag.* 147.
8 *Paulinus, eadem epist. pag.* 154.
9 *Augustinus, serm.* XLVIII. *de Sanctis.*

lit ad martyrium. In cruce fixa est ea caro, quæ in mensa Dominica *tegitur*, qua & pascimur: de cruce sanguis ille fluxit, qui in eadem mensa hauritur. Hæc omnia habet unum altare. Ea omnino Paulini sententia est. Quod si ibi ideo Christus adest, quia corpus ejus ibi & sanguis adest, (nam eo redeundum est, unde digressi sumus:) nos ad se ita cum voluit pertinere, pertinere voluit ad corpus suum: nam si ad panem aut calicem, certe nec ipse nos significavit, nec ad se ibi voluit pertinere.

Jam dicet autem Augustinus ipse profecto, verbum illud, *Nos ad se pertinere voluit*, aliud nihil sonare, nisi nos isto sacramento, hoc est, corpore Christi, quod sub visibili panis specie tegitur, significari: ejusque illius sacrificii, quod ipse est, fieri socios corporis ejus, quod est Ecclesia: ipsumque adeo nostræ unitatis & signum, ut diximus, & causam esse. Nam is ad ea verba Apostoli, *Nolo vos socios dæmoniorum fieri:* [1] *Ostendere voluit*, inquit, *ita illos fieri socios dæmoniorum, si idolothyta sacrificia manducaverint, quomodo Israël carnalis socius erat altaris in templo, qui de sacrificiis manducabat. . . . . . Deinde secutus ostendit, AD QUOD SACRIFICIUM JAM DEBEANT PERTINERE, dicens: Quasi prudentibus dico, judicate vos quod dico. Calix benedictionis quem benedicimus, nonne communicatio est sanguinis Christi? Panis quem frangimus, nonne communicatio corporis Domini? Quia unus panis & unum corpus multi sumus: omnes enim de uno pane participamus. Et propter hoc subjunxit: Videte Israël secundum carnem: nonne qui de sacrificiis manducant, socii sunt altaris? Ut intelligerent ita se jam socios esse corporis Christi, quemadmodum illi socii sunt altaris.* Jamne liquido intelligere est Augustiniani hujus effati, *Nos ad se pertinere voluit*, hanc esse vim ac potestatem, ut significet, ipso interprete, tum ad [2] *sacrificium*
130 *corporis Christi*, quod *presbyteri offerunt*, sive ad [3] *sacrificium*, quod *ipsum est corpus Christi*, quod *male utentibus perniciosum fit*, quamvis *divinum & sanctum:* tum ad sacrificium, quo se cum capite ibi Christi corpus offert, quod est Ecclesia, nos pertinere? Quod si sacrificium, quod [4] *signo crucis rite peragitur*, dum panis ac vinum signatur, ut sanctificetur, & hostia fiat incruenta, illud ipsum est *sacrificium quo alimur*, quo nutritur animus: [4] *quod immolamus, quo Ecclesia mirabiliter & pascitur & nutritur:* si [5] *verum* illud *sacrificium* est, quod *uni debetur Deo:* eoque sacrificio *ejus altare SOLUS CHRISTUS implevit:* est profecto Christus ibi sub pane sacramentum corporis sui, quod est Ecclesia: ac sive ibi nos ipse significare, sive ad se, hoc est, ad sacrificium suum nos pertinere voluisse, sive se ibi in unitatis nostræ mysterium consecrasse dicatur, nihil interest. Nam tres illæ eodem recidunt Augustini sententiæ. Quin etiam nisi hunc, quem diximus, habent intellectum, neque illæ inter se, neque cum tota concione, neque cum aliis, quas laudavimus, Augustini sententiis, cohærent aut concinunt.

Sed est postrema ex hisce tribus adhuc lentius excutienda. *Mysterium pacis*, inquit, *& unitatis nostræ in sua mensa* Christus Dominus *consecravit*. Quid porro facit consecratio? De pane carnem Christi: [6] *Panis iste*, inquit vetustus auctor, qui Ambrosium est imitatus, *panis est ante verba sacramentorum: ubi accesserit consecratio, de pane fit caro Christi. Hoc igitur adstruamus. Quomodo potest, qui panis est, corpus esse Christi? CONSECRATIONE. . . . . . Non erat corpus Christi ante consecrationem: sed post consecrationem dico tibi quod jam corpus est Christi. Ipse dixit, & factum est: ipse mandavit, ET CREATUM EST.* Ejusdem roboris hæc Ivonis Carnotensis aurea vox: [8] *Illa salutaris hostia, pro nobis redimendis in ara crucis oblata, per novi sacerdotis ministros in Domini mensa quotidie CONSECRATUR.* Augustini ipsius, ut ceteros omittamus, quam est ea dilucida oratio, tametsi brevis, quæ est allata proxime? 131
Panis ille, quem videtis in altari, sanctificatum per verbum Dei, corpus est Christi. Calix ille, immo quod habet calix, sanctificatum per verbum Dei, sanguis est Christi, quem pro nobis fudit.

Sed piget alio argumenta conquirere, cum abunde suppetant in hac ipsa concione ad Infantes, in qua sumus. Nam ibi mysterii, quod Dominus Christus consecravit, sive sacramenti nomine, ipsam Christi carnem sub pane ab Augustino designari, quæ ipsa sit unitatis nostræ sive corporis Ecclesiæ sacramentum, [9] Hincmarus certe Remensis testis est, interpresque idoneus, in opusculo secundo, ad Carolum Calvum Regem: ubi tum ex isto sermone, tum ex aliis, collectas Augustini sententias de sacramento altaris, in primisque eam, quæ nunc venit in disceptationem, exhibet ac repræsentat. *Mysterium pacis & unitatis nostræ*, inquit, *Christus in sua mensa consecravit. Et quis alius nisi ipse quotidie in sua mensa consecratur? Deus enim adest verbis suis evangelicis, sine quibus sacramentum non consecratur: & ipse sanctificat sacramentum suum, & facit seipsum, sicut ipse dicit, Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Sicut enim ad verbum illius, ut primum jusserat, germinat terra herbam virentem, & facientem semen . . . ita & verba illius, qui totus ubique est, & semper est, etiam per peccatores prolata in sanctificatione corporis & sanguinis illius, per omnes mensas in catholica Ecclesia toto terrarum orbe diffusa, perfectam vim obtinent consecrandi corpus & sanguinem ejus qui dixit, Accipite, &c.* Qua ille comparatione, quam ex Chrysostomo descripsit [10] sermone de proditione Judæ, parem consecratoriis Christi verbis vim ac potestatem adserit, quæ Verbo Dei inerat in effectione rerum universarum.

Sed quid est interim apud Augustinum, interprete Hincmaro, mysterium unitatis nostræ, quod in ara positum est, sive sacramentum unitatis, nisi Christus ipse? aut dum sacramentum, sive mysterium, dicitur consecrari, quid aliud, nisi ipse, consecratur? *non* [11] *ipse est qui consecrat?* aut quid ipse conse- 132
crando facit, nisi SE IPSUM FACIT? nempe quoniam ipse dicit, Hoc est corpus meum. [12] *Tunc novum testamentum*, inquit idem, *factus sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec, nobis de pane & vino aqua mixto, IPSO SACRIFICANTE, & vivificante, ac benedicente, IN VERO CORPORE & sanguine suo MYSTERIUM fidei tradidit.* Mysterium igitur ipse est: sacramentum ipse est: nempe corporis sui, quod est Ecclesia, sacramentum: id quod ipse dicet mox paulo adhuc apertius Augustinus: idem symbolum unitatis illius corporis: & idem fermentum, ex quo illa unitas coalescit.

Quod symbolum, inquam, sive sacramentum unitatis est, idem est & fermentum. Quod fermentum igitur vicissim, idem est & sacramentum. Atqui certe non panis præcise, sed ipsum potius Christi corpus sub pane vicem fermenti præstat, quoniam illud unum esse potest vinculum caritatis: illud unum fideles veluti massam unam, unumque corpus fermentat

1 *Augustinus, libro* I. *contra adversarium legis & prophetarum, cap.* XIX.
2 *Augustinus, libro* XXII. *de Civitate Dei, cap.* VIII.
3 *Augustinus, libro* I. *contra Cresconium, cap.* XXV.
4 *Augustinus, tract.* CXVIII. *in Joannem.*
5 *Oratio super oblata, feria* IV. *post Pascha, in Sacramentorio Gregorii M.*
6 *Augustinus, libro* XX. *contra Faustum, cap.* XVIII.
7 *Apud Ambrosium, libro* IV. *de Sacramentis, cap.* IV.
8 *Ivo, epist.* CXVII. *ad Mathildem.*
9 *Hincmar. opusc.* 2. *cap.* XII. *pag.* 97.
10 *Chrysostomus. de diversis novi testamenti locis, serm.* XXX. *pag.* 463.
11 *Hincmarus, opusc.* XXIX. *pag.* 324.
12 *Hincmarus, opusc.* II. *cap.* 10. *pag.* 86. *post Augustinum; in præf. conc.* II. *in Psal.* XXXIII. *& lib.* XVII. *de Civit. Dei, cap.* XX.

mentat & copulat: non panis natura: idem igitur Christi corpus sub pane, non autem panis præcise ac solitarie consideratus, signum est sive symbolum unitatis. Ipse & nos significat, & ad se vult pertinere. Sed de fermento rursum inferius.

Docuit hoc ipsum eodem ævo ante Hincmarum Walafridus Strabo, libro de rebus Ecclesiasticis, cap. XVII. *Cum ipse filius Dei dicat*, inquit, *Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus*, *INTELLIGENDVM EST eadem redemptionis nostræ MYSTERIA & vere esse corpus & sanguinem Domini: & illius unitatis perfectæ, quæ cum capite nostro jam spe, postea re, tenebimus, pignora credere debemus.* Hoc est aperte dicere cum Augustino: Ista sunt sacramenta: aliud quippe in his videtur, aliud intelligitur. Quid est quod debet intelligi? Mysteriorum, sive sacramentorum nomine verum Christi corpus & sanguinem sub pane & vino designari. Quomodo igitur in pane Christus? Ut mysterium, inquam, sive sacramentum, immo & pignus. Cujus rei porro? Unitatis nostræ cum capite Christo olim perficiendæ.

133 Huc spectat & alia ista Augustini oratio, in hoc sermone ad infantes, in quo nunc explanando sumus: *Si ergo vos estis corpus Christi & membra, mysterium vestrum in mensa Dominica positum est: MYSTERIVM VESTRVM accipitis.* Siquidem estis corpus Christi, jam mysterium vestrum accipitis: nam vos illud mysterium, vestram illud unitatem significat: ad id quod estis, AMEN respondetis, hoc est, verum: & vos esse de Christi corpore, hoc responso jure subscribitis. Si non estis autem, mysterium quidem accipitis, sed non vestrum.

Mysterium quidem accipitis, mystica symbola, corpus mysticum: hoc est, ut & proxime, & superius ostensum est, cum præsertim de Theodoreti sententia sermo fuit, corpus Christi sub pane. Corpus enim Christi mysticum, quod est in altari Dei, tam verum ibi Christi corpus est, quam & symbola mystica esse symbola ibi censentur, vel cum mystica etiam appellantur & sunt: & mystica vasa, de quibus antea diximus, vasa sunt: & apud [1] Synesium, *velum mysticum*, velum est: & *panis noster* dum *fit consecratione mysticus*, panis est nihilominus secundum naturam: & [2] *Nicæna synodus mystica*, mysticumve concilium, cum ab Hincmaro dicitur, vera synodus intelligitur. [3] Mystica enimvero dicitur res quæque sacra, quæ vel celatur, nec est cuivis exposita, sive nota, ut Christi corpus mysticum in ara, quod soli [4] *norunt fideles*: vel rem sacram celat & continet, ut vasa mystica Christi sanguinem: panis mysticus, Christi carnem: vel denique rem sacram significat: ut Nicæna synodus, quoniam antistitum, qui illic interfuere, numerus, [5] Hincmaro ipso interprete, ei concilio adfuisse Dominum JESUM probat, idcirco mystica ab eo appellatur. Sic corpus Christi in altari positum sub pane, qui ex multis granis conficitur, significat unitatem alterius corporis, quod est Ecclesia: nec idcirco non corpus est, sed idcirco

134 mysticum nuncupatur. Corpus, inquam, mysticum non dicitur, quoniam vere corpus non sit: sed quoniam corpus cum sit, alterum præterea corpus significet. Corpus Christi mysticum qui illud appellarit, quod pane consecrato significatur, ante pseudo-Ratramnum vix quisquam occurret. Peculiaris apud veteres hæc appellatio est proprii Christi corporis in mensa Dominica, ubi & corpus est, & alterum corpus significat: non illius corporis, quod significatur, hoc est, Ecclesiæ. Quidquid ab antiquis, (nam recentiores quid loquantur, in præsenti nihil moror:) sed quidquid ab illis mysticum appellatur, tale est reipsa & secundum naturam, quale dicitur, sermo, mensa, panis, aqua, oleum, vas, corpus Christi: nec mysticum dicitur, quia tale significatur, cum tale non sit: desperantium enim causæ suæ, ac proterve mentientium istud effugium est: sed quoniam id cum tale reipsa sit ac dicitur, aliud quiddam significat aut continet, istam exinde nomenclaturam accipit.

Mysterium ergo accipitis, corpus mysticum, corpus Christi mystice percipitis, hoc est, corpus Christi sub pane tectum. [6] *Nullam quippe dubietatem*, inquit Hesychius, *hujusmodi intellectui* Spiritus sanctus *dereliquit, propterea carnes cum panibus comedi præcipiens, ut nos intelligeremus illud ab eo MYSTERIVM dici, QVOD SIMVL PANIS ET CARO EST, SICVT CORPVS CHRISTI panis vivi, qui de cælo descendit.* Et idcirco utique [7] *ore AMEN in sanctum profertis*: nam quid ea tum voce aliud profitemini, nisi verum ibi Christi Domini corpus esse? est quippe vox ea fidei. [8] *Non loquor de fide illa superiore*, inquit Augustinus quodam loco, *qua fidelis vocaris, accedens ad mensam Domini tui, respondens EX FIDE VERBA FIDEI.* Et alibi; [9] *In toto orbe terrarum pretium nostrum accipitur, Amen respondetur.* Sic ergo AMEN respondetis quidem, ex fide, ut mysterium agnoscatis, quod ex specie visibili panis, & carne invisibili Christi constat. Sed ut plenum, ut verum sit Amen, estote membra corporis Christi: nempe ut sit hic panis etiam mysterium vestrum. Et votum enim illud 135
Amen esse debet, quo quisque quasi rogante sacerdote, Vis esse corpus Christi? respondeat Amen dicendo, nihil esse sibi optatius, quam in unitate cum Christi corpore, quod est Ecclesia, cujus sacramentum in consecrato pane accipit, permanere. [10] *Voventur omnia, quæ offeruntur Deo*, inquit Augustinus, *maxime sancti altaris oblatio: quo sacramento prædicatur nostrum illud votum maximum, quo nos vovimus in Christo esse mansuros, utique in compage corporis Christi: cujus rei sacramentum est, quod unus panis, unum corpus multi sumus.*

Ecclesia igitur, id quod postremo loco debet ex concione ad Infantes colligi: Ecclesia, inquam, illud corpus est, cujus sacramentum ipse sub pane Christus intelligitur, quoties sacramentum corporis Christi ab Augustino appellatur. Sacramentum autem sic jubemur accipere, ut & in compage simus illius corporis, cujus est sacramentum: alioqui mysterium illud nobis solummodo, non & mysterium nostrum erit. [11] *Norunt etiam spiritalem alimoniam fideles*, inquit Augustinus, ad Competentes, ante baptismum, *quam & vos scituri estis, accepturi de altari Dei . . . Eucharistia panis noster quotidianus est, sed si accipimus illum, non solum ventre, sed & mente. Virtus enim ipsa, quæ ibi intelligitur, unitas est: ut redacti in corpus ejus, effecti membra ejus, simus quod accipimus.* Spiritalis hæc tum alimonia est, cum ea non ore solum, sed & mente accipitur. Mens nostra si tunc unitatem diligit, mysterium ibi suum accipit, suamque alimoniam, panem suum quotidianum.

[12] *Nec quisquam*, ait idem alibi, *se Christum agnovisse arbitretur, si ejus corporis particeps non est, id est, Ecclesiæ, cujus unitatem in sacramento panis commendat Apostolus dicens, Unus panis, unum corpus multi sumus.*

Corpus

1 *Synesius, epist.* LXVII. *pag.* 212. Καταπέτασμα μυστικόν.
2 *Hincmarus, opusc.* XII. *pag.* 189. *& opusc.* XXXII. *pag.* 354.
3 *Theodoretus, in cap.* XI. *ad Romanos*: Μυστήριόν ἐστι τὸ μὴ πᾶσι γνώριμον, ἀλλὰ μόνοις τοῖς θεωρουμένοις. *Mysterium est, quod non est omnibus notum, sed iis solis, qui contemplantur.*
4 *Augustinus, Enarrat.* II. *in Psalmum* XXXIII.
5 *Hincmarus, opusc.* LVIII. *pag.* 828.
6 *Hesychius, in Leviticum, libro* II. *ad caput* VIII. *fol.* 49.
7 *Tertullianus, libro de Spectaculis, cap.* XXV.
8 *Augustin. serm.* V. *ex Sirmondianis.*
9 *Augustin. in Psal.* CXXV.
10 *Augustin. epist.* LIX.
11 *Augustin. serm.* IX. *de diversis.*
12 *Augustin. lib.* III. *de consensu Evang. cap.* XXV.

Corpus Christi, Ecclesia est: [1] *Corpus suum, quod in sanctis suis ad vitam æternam prædestinavit*, inquit
136 idem. Sacramentum panis, quod est & sacramentum hujus corporis Christi, accipere potest etiam is qui sit extra Ecclesiæ unitatem: idem vero hujus corporis Christi, quod est Ecclesia, cujus sacramentum panis est consecratus, hoc est, Christus ipse, particeps esse nihilo magis potest, quam remissionis peccatorum.

Illud corpus Christi, quod est Ecclesia, sanctorum utique, hoc est, sacramentorum communione coalescit: at nec ipsa cuiquam extra hanc societatem fidelium sancta prosunt ad remissionem peccatorum: prosunt autem maxime ad eandem adipiscendam, si in Ecclesiæ corpore fuerit is qui accipit, sive in ea societate atque unitate, quæ & ipsa communio sanctorum est. Quare & in symbolo hæc tria apte sunt inter se nexa: Credo sanctam Ecclesiam, communionem per sancta cum sanctis, hoc est, per sacramenta cum justis ac piis: & ex ea communione remissionem peccatorum. Ecclesia societas una est, in qua sancti sancta communicant. Quis fructus autem hujusce communionis est? Primum, remissio peccatorum. Deinde post carnis resurrectionem, vita æterna per sanctam Ecclesiam, [2] ut ait symbolum Ecclesiæ Africanæ. Hic fructus est communionis sacramentorum, cum corpore sanctorum, sive cum Christi corpore, quod est Ecclesia.

Hic igitur cibus corporis Ecclesiæ est manducandus, aut æternæ vitæ spes nulla reliqua ei est, qui non manducarit. [3] *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam. Hanc ergo non habet*, inquit Augustinus, *qui istum panem non manducat, nec istum sanguinem bibit.... Hunc itaque cibum & potum societatem vult intelligi corporis & membrorum suorum, quod est sancta Ecclesia in prædestinatis, & vocatis, & justificatis, & glorificatis sanctis, & fidelibus ejus... Hujus rei sacramentum, id est, unitatis corporis & sanguinis Christi, alicubi quotidie, alicubi certis intervallis dierum in Dominica mensa præparatur, & de mensa Dominica sumitur: quibusdam ad vitam, quibusdam ad exitium: res vero ipsa, cujus sacramentum est, omni homini ad vitam, nulli ad exitium, quicumque ejus particeps fuerit.* Quis cibus ac potus a Domino commendatur? quod istud corpus, quis
137 iste sanguis Domini est? Societas corporis & membrorum ejus, quod corpus est sancta Ecclesia. Hujus corporis ubi sacramentum est? In mensa Dominica: ibi præparatur, consecratione videlicet: inde sumitur, & quotidie quidem multis locis: nam corpore & sanguine Dominico crescit Ecclesiæ corpus atque alitur. Quis hujus autem corporis, quod est societas membrorum Christi particeps est? Qui dum sacramentum illius corporis, hoc est, IPSAM Christi carnem, accipit, [4] *innocentiam*, unitatem, caritatem, *ad altare apportat*.

Hoc est ergo, inquit idem paulo post, *manducare illam escam, & illum bibere potum, in Christo manere, & illum manentem in se habere. Ac per hoc qui non manet in Christo, & in quo non manet Christus, procul dubio nec manducat carnem ejus, nec bibit ejus sanguinem: etiamsi tantæ rei sacramentum ad judicium sibi manducat & bibit.* Cujus rei sacramentum violat? cujus tantæ rei? Unitatis corporis Christi, quod est Ecclesia. Hujus magnæ rei sacramentum Augustinus, in concione ad infantes, contineri in eo aiebat & quod viderent, & quod crederent, in altari Dei. Num manducat ille carnem Christi, num sanguinem bibit, qui violat tantæ rei sacramentum? Non: sed sacramentum accipit tantummodo carnis & sanguinis: sacramentum, inquam, illius carnis sanguinis, quæ Ecclesia est: quoniam ipsa Domini sui carne & ipso sanguine alitur ac nutritur: [5] *nec per caritatem solum sed per cibum* salutarem mensæ dominicæ, *in carnem Christi contemperatur*. Exinde enim, si Græcos Patres audimus, & qui cum Græcis vixit sensitque, Hilarium Pictaviensem, libro VIII. de Trinitate, una cum Christo caro Ecclesia est: carne ipsa Christi, quæ in altari sumitur, ipsi carni fidelium, a quibus sumitur, commixta & contemperata mirabili ac singulari modo. Si Latinos autem reliquos Patres consulimus, ab unitate spiritus, quam sola perceptio sacramentorum in societate membrorum Ecclesiæ consummat ac perficit, Ecclesia una cum Christo caro spiritalis, sanguis unus est.

Est quippe Ecclesia caro sanguisque Christi, in- 138
quit Augustinus, ex quo desponsata uni viro Christo, facti sunt Christus & Ecclesia duo in carne una. [6] *Fit viro dormienti conjux de latere: fit Christo morienti Ecclesia de sacramento sanguinis, qui de latere mortui profluxit. Vocatur Heva* VITA *& mater vivorum, quæ de viri sui latere facta est: Et dicit Dominus in evangelio: Si quis non manducaverit carnem meam, & biberit sanguinem meum, non habebit in se* VITAM *... Sacramentum, inquit, hoc magnum est: ego autem dico, in Christo & in Ecclesia. Quis enim non agnoscat Christum ... adhæsisse uxori suæ sanctæ Ecclesiæ, ut in pace novi testamenti essent duo in carne una?* De societate Ecclesiæ igitur dictum a Christo Domino est, Augustino interprete: *Si quis non manducaverit carnem meam, & biberit sanguinem meum, non habebit in se vitam.* Caro Christi, Christi sanguis, etiam Ecclesia est. Hanc carnem, qui non manet in Christo & in Ecclesia, non manducat.

Quid? IPSAM Christi carnem, dicet aliquis, non ore manducat & impius? Immo profecto; [7] *CORPUS Domini nihilominus erat ETIAM ILLIS, quibus dicebat Apostolus, Qui manducat indigne, judicium sibi manducat & bibit.* Et ut Cyprianus, libro de lapsis: *Domini corpus inquinatis MANIBUS accipiunt: ORE polluto Domini sanguinem bibunt.* Et ut Tertullianus: [8] *Proh scelus! semel Judæi Christo manus intulerunt: isti quotidie CORPUS EJUS LACESSUNT.* Quam utramque sententiam Theodoretus complexus est quodam loco. [9] *Ut Judæi, inquit, ita Christum illi ignominia & dedecore afficiunt, qui sanctissimum ejus corpus immundis MANIBUS accipiunt, & in pollutum OS immittunt.*

At non comedunt tamen illud Domini corpus impii, cujus sacramentum ore percipiunt. Ipsa nimirum Christi caro est sacramentum: aliud autem Au-
gustino, ut diximus, sacramentum est: aliud cor- 139
pus, cujus est sacramentum. Sacramentum, corpus Domini est: quod est etiam impiis Domini corpus: sed non est impiis sacramentum: quippe non significat illorum cum Christo unitatem: tametsi corpus, quod est sacramentum, accipiunt. Corpus, cujus est ac dicitur ab Augustino sacramentum, non proprium Domini corpus, sed Ecclesia est. [10] *Illud enim quod ait, Dominus scilicet, Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, manet in me, & ego in illo, quomodo intellecturi sumus?* inquit Augustinus. *Numquid etiam illos hic poterimus accipere, de quibus dicit Apostolus, quod judicium sibi manducent & bibant,* cum

1 *Augustinus, libro* XIX. *contra Faustum, cap.* X.
2 *Apud August. serm.* XIV. *ex Vignerianis, num.* IX. *& apud Cyprianum, epist.* LXXVI.
3 *Augustin. tract.* XXVI. *in Joan.*
4 *Augustinus, serm.* LXXXIII. *de diversis.*
5 *Chrysostomus, homilia* XLV. *in Joannem.* Ἵν' οὖν μὴ μόνον κατὰ τὴν ἀγάπην, ἀλλὰ καὶ κατ' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα εἰς ἐκείνην ἀνακερασθῶμεν τὴν σάρκα διὰ τῆς τροφῆς γὰρ τοῦτο γίνεται ἧς ἐχαρίσατο, &c.
6 *Augustinus, libro* XII. *contra Faustum, cap.* VIII.
7 *Augustinus, libro* V. *de baptismo contra Donatistas, cap.* VIII.
8 *Tertullianus, libro de Idololatria, cap.* VII.
9 *Theodoretus, in epist.* I. *ad Corinth. cap.* XI. 27. Καθάπερ Ἰουδαῖοι, οὕτως ἀτιμάζουσιν αὐτὸν οἱ τὸ πανάγιον αὐτοῦ σῶμα χερσὶν ἀκαθάρτοις δεχόμενοι, καὶ στόματι εἰσφέροντες μεμιασμένῳ.
10 *Augustinus, sermone* XI *de verbis Domini.*

cum IPSAM CARNEM manducent ; & IPSUM SANGUINEM bibant ? Numquid & Judas magistri venditor & traditor impius, quamvis primum ipsum manibus ejus confectum sacramentum carnis & sanguinis ejus cum ceteris discipulis, sicut apertius Lucas evangelista declarat ; manducaret & biberet, mansit in Christo, aut Christus in eo ? Multi denique, qui vel corde ficto carnem illam manducant, & sanguinem bibunt, vel cum manducaverint & biberint, apostatæ fiunt : numquid manent in Christo, aut Christus in eis ? Sed profecto est quidam modus manducandi illam carnem, & bibendi illum sanguinem, quo modo qui manducaverit & biberit, in Christo manet, & Christus in eo. Primum sacramentum Christi Domini manibus confectum cum Judas manducaret ac biberet, quid ille manducavit ac bibit ? IPSAM CARNEM, IPSUM SANGUINEM. Sacramentum igitur ipsa Christi caro, ipse sanguis est. Sed idem alterius carnis & sanguinis sacramentum, alterius corporis : cujus particeps magistri venditor non fuit. Rem divinam autem cum sacerdotes faciunt ; an aliud conficiunt sacramentum, quam quod primum Domini manibus confectum est ? non Christi corpus ore sacro conficiunt, ut Hieronymus loquitur ? ergo ipsam carnem, ipsumque sanguinem, ut ait Augustinus : sacramentum corporis Ecclesiæ : cujus sacramenti sint boni malique participes : illi corde puro ad vitam : isti corde ficto ad pœnam.

Caro Christi duplex est : altera, quæ diros nostra causa pertulit cruciatus, quæ & resurrexit, & nunc
140 sedet ad dexteram Patris : altera, quæ spiritalis : nempe unitas Ecclesiæ, & membrorum ejus. [1] *Dupliciter*, inquit Hieronymus, *sanguis Christi & caro intelligitur : spiritalis illa atque divina, de qua ipse dixit, Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Et, Nisi manducaveritis carnem meam, & sanguinem meum biberitis, non habebitis vitam æternam. Vel caro, & sanguis, quæ crucifixa est, & qui militis effusus est lancea.* Hæc caro, hic sanguis, in altari & causa est & sacramentum sive signum alterius : prior illa, [2] *efficacia sacramenti, virtus sacramenti, spiritalis caro Christi nuncupatur*, inquit Hugo Victorinus.

Et Græci Patres geminam quoque Christi carnem prædicant, quæ sit edenda nobis : alteram, quæ olim visibilis, nunc reipsa in ara sit, sed occulta : quam *terrenam* carnem boni juxta ac mali sumunt : Judas, inquam, & Simon Magus, æque atque ex fidelibus optimi : alteram, quæ sub aspectum minime cadit : quod Verbum Dei nutriens animos, ut [3] Origenes interpretatur. Atque hanc quidem carnem Christi mysticam, mysticumque sanguinem appellat [4] Anastasius alter Sinaita, undecimi sæculi scriptor, ut sagacioribus criticis videtur : nec tamen carnem ille mysticam appellavit ; nisi ubi simul alteri *terrenæ carni* opponit, (sic enim vocat,) quam in mensa Dominica sumi ab improbis pariter atque a bonis docet : atque ita se mysticæ carnis appellatione abuti, ut in tractatu anagogico, præter usum veterum, tacite admonet.

Corpus igitur Christi cum geminum sit, & sit utrum- 141
que manducandum, disparem haud dubie necesse est utriusque manducationem esse. Corpus Christi, quod est sacramentum, oculis per symbola cernitur : illud nempe complexum ex specie panis ; & corporis veritate : habet enim speciem corporalem : ore ergo idem sumi, terique dentibus rectissime dicitur. Corpus autem, cujus illud est sacramentum, cerni non potest, nisi spiritaliter : nec potest igitur nisi spiritaliter manducari. *Spiritus est, qui vivificat, caro non prodest quidquam.* Quam Domini vocem planiore hac interpretatione exponit Augustinus. [5] *Spiritaliter intelligite quod locutus sum. Non hoc corpus quod videtis, manducaturi estis, & bibituri illum sanguinem, quem fusuri sunt, qui me crucifigent. Sacramentum aliquod vobis commendavi : spiritaliter intellectum vivificabit vos. Etsi necesse est illud visibiliter celebrari, oportet tamen invisibiliter intelligi.* Quid est quod oportet invisibiliter intelligi ? quod oportet invisibiliter manducari. Non igitur sacramentum : nam & illud visibile est, & visibiliter editur. Quid ergo invisibiliter ac spiritaliter manducatur ? non proprie corpus illud, quod visum olim a Judæis, & postea suffixum cruci : non sanguis, quem illi ipsi fuderunt : siquidem id Augustinus definite negat. An igitur figura fortassis corporis illius ? minime sane : nam quod spiritaliter manducatur, reficit : figura autem quidem certe non reficit : & vero dum caro visibiliter vescitur, animus non figura inani aliqua, sed Christo & Deo invisibiliter saginatur. Quod si jam nec visibiliter corpus Christi proprium manducatur, quemadmodum Calvino placet : & invisibiliter cor-
pus aliud intelligendum & manducandum ex Augu-
stino est : quem deinde vero ac proprio Christi cor- 142
pori in dominica cœna edendo locum relinquet Augustini sententia ? Plane nullum.

Sed recte monet sanctus doctor in mensa dominica aliud visibiliter celebrari & manducari, sacramentum nimirum, seu veram Christi carnem *in sacramento*, hoc est, ubi ipsa sacramentum est quod commendatur : ubi visibiliter per symbola, & sub ipsis, nullo non die in altari Dei consecratur : aliud invisibiliter intelligi, & invisibiliter manducari : nempe participationem spiritus, sive unitatem corporis Christi : cujus illa caro & sacramentum sit & vinculum. [6] *Hoc totum*, inquit, *ad hoc nobis valeat, dilectissimi, ut carnem Christi & sanguinem Christi non edamus tantum in sacramento, quod & multi mali : sed usque ad spiritus participationem manducemus & bibamus, ut in Domini corpore tanquam membra maneamus.* Et alibi : [7] *Non solo sacramento, sed reipsa manducare debemus corpus Christi*, illud nempe quod sacramento significatur ; *in ipso ejus corpore constituti, de quo dixit Apostolus*, Unus panis, unum corpus multi sumus.

Hæc enimvero conjunctio cum corpore Christi, quod est Ecclesia, manducatio spiritalis est corporis Christi : non illius quidem, quod in cruce pro nobis pependit : sed illius, in quo constituti sumus : cujus vera caro in altari posita, verusque sanguis, sacramentum est, spiritaliter intelligendum, ut prosit : nempe pro sacramento intelligendum corporis

1 *Hieronymus, in caput I. epist. ad Ephesios, v. 7.*

2 *Hugo a S. Victore, in Summa sentent. tract. v. cap. VII.*

3 *Origenes, tomo XXXII. Comment. in Joannem :* [illegible]

4 *Anastasius Sinaita, sermone XII. anagogicarum contemplationum in Hexaemeron, pag. 18.* [illegible] *Ostendit tibi nos fieri duobus modis mysteriorum participes. Nam digni scilicet panem illum percipiunt, qui de cælo semper descendit : hoc est, illius qui inhabitatio & splendor est sanctissimi patris, sive divinitatis Christi, quippe divina & cælestia cogitant. Terreni vero, & qui terrena sapiunt, TERRENAM AC SOLAM CARNEM CHRISTI accipiunt audacter & indigne. Diversa est autem hæc manducatio ab illa priore... Pergit enim idem Deus Verbum : Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Non de carne, quæ sub aspectum illius cadit, & sanguine : quippe particeps fuere Judas & Simon Magus corporis & sanguinis Eucharistiæ, nempe panis & calicis : neque tamen mansit in eis Christus, neque ipsi in Christo. Quæ autem sit vera manducatio carnis Christi mystica, aut quis ineffabilis sanguis ejus in ea absconditus, doctioribus ac peritioribus explicandum relinquimus.*

5 *Augustinus, in Psalmum XCVIII.*

6 *Augustinus. tract. XXVII. in Joannem.*

7 *Augustinus, libro XXI. de Civitate Dei, cap. XX. & XXV.*

Ecclesiæ, sive pacis & unitatis nostræ. Et vera tamen illa Christi caro est: ore sumenda, qualis fide creditur: sed nihil illa manducatio visibilis sola prodest, nec vivificat, nisi comitetur & spiritalis. Quæ est illa autem? Pietas, unitas, caritas. [1] *Ut simus membra ejus, unitas nos compaginet. Ut compaginet unitas, quid facit nisi caritas?* [2] *Qui ergo est in ejus corporis unitate*, inquit idem alio loco, *id est, in Christianorum compage membrorum, cujus CORPORIS SACRAMENTUM fideles communicantes de altari sumere consueverunt, ipse vere dicendus est manducare corpus Christi, & bibere sanguinem Christi. Ac per hoc hæretici & schismatici ab hujus unitate corporis separati, possunt idem percipere sacramentum, sed non sibi utile, immo vero etiam noxium, quo judicentur gravius. Non sunt quippe in eo vinculo pacis, quod eo exprimitur sacramento.* Non habent idcirco ex sacramento fructum sanctificationis, aut remissionis peccatorum. Nam, ut recte Hincmarus, [3] *Quicumque ab unitate fidei vel societatis illius quolibet modo semetipsos segregant, tales nec vinculis peccatorum absolvi, nec januam possunt regni cælestis ingredi.* Hæc, uti dictum est, communio sanctorum est, extra quam caro ipsa Christi nec remissionem peccatorum præstat, nec prodest quidquam. Nam quod de altari sumunt visibiliter fideles, hoc est, baptizati, sumere possunt & hæretici schismaticique, quibus ex ordinatione potestas insit consecrandi: sed non est corpus illud Christi, quod spiritaliter manducatur: est sacramentum solummodo illius corporis, quod est spiritaliter manducandum, hoc est, corporis Ecclesiæ. Carnis ergo ipsius, sive visibilis sacramenti manducandi quidam modus est, spiritalis videlicet, qui pietate constat, & caritatis studio atque unitatis: secundum quem modum qui manducarit, quoniam & corpori Ecclesiæ & Christo capiti copulatur, dum Christi carnem manducat, vere is manducare, eoque refici cibo existimatur.

143

Teritur quidem dentibus visibile sacramentum, adeoque ipsa Christi caro, per symbola utique: quoniam symbola teruntur, quæ carnem continent: ut fere homo calcari integer dicitur, cujus caro pede premitur. Teritur, inquam, dentibus Christus ipse, quo modo & frangitur. Nam [4] *quod non est passus in cruce, ut os comminueretur ex eo*, inquit Chrysostomus, *hoc patitur in oblatione propter te: patiturque se frangi, ut omnes impleat*: nempe dum symbola confringuntur, sub quibus ipse continetur & latet: propter quæ fit, ut secundum quemdam modum fractus ipse, quem continent, dici non immerito possit. Sed
144 spiritaliter aliud quiddam manducatur, præter ipsam carnem. Est autem manducatio, ut vera, ut plena, ut perfecta sit, spiritaliter intelligenda. *Spiritaliter intelligite quod locutus sum.* Manducatio porro spiritalis non est, nisi rei spiritalis. Non igitur hoc corpus manducabitis, aiebat Christus, ex interpretatione Augustini: non est esca hæc ejusmodi, quæ sola prosit. Tametsi enim hæc caro, non qualis quidem in sensus incurrit, sed quemadmodum est ad vescendum apta, per symbola, dentibus conteretur: invisibile tamen aliud quiddam erit, quod manducabitis ut nutriamini: non hoc corpus, inquam, quod videtis: nam caro non prodest sola quidquam: sed corpus Ecclesiæ cum Christo capite, societasque sanctorum: quæ unitas per caritatem inchoata, consummata deinde per carnis hujus manducationem, reficit. [5] *Manducare* enim, *refici est*: ex eo non reficitur, nisi qui sic manducat, ut ipse in Christo sit, & Christus in ipso: adeoque & ipse in Christi corpore, quod est Ecclesia: ut in mensa dominica id accipiat quod est. Neque vero hæc, de qua nunc agitur, manducatio spiritalis, aliud est, præter optimum animi habitum, ex quo cibus carnis Christi, qui ore sumitur, manducanti prosit, manducantem alat ac reficiat. Hic autem habitus, pietas, ut dictum est, & caritas est, qua Christum Dominum fratresque diligimus, innocentia quam ad altare quisque apportat. Hæc ut membra Christi evadamus, disponit ac præparat, unitatem deinde consummat carnis Christi manducatio, siquidem illam unitatem prius caritas inchoarit.

Sacramentum ergo cum dicitur ab Augustino, (nam id sæpius inculcandum, & subinde aliis atque aliis constabiliendum argumentis:) ipsa Domini caro sub pane latens intelligitur: sacramentum corporis Christi cum ab eodem dicitur, non alterius corporis, quam illius quod est Ecclesia, [6] *Ecclesiæ*, inquam, *quæ est corpus Domini*, sacramentum, hoc est, sacrum symbolum, nuncupatur. Quamobrem idem alibi, cum ad ea Christi verba respiceret, *Ideo mundus vos odit*: [7] *Non Apostolis*, inquit, *hoc dicebat paucis, quod dixisset eos mundus . . . sed dixit universo* 145
CORPORI SUO, dixit omnibus membris suis. Quicumque in corpore ejus & membrum ejus esse voluerit, non miretur quia odit eum mundus. CORPORIS autem EJUS SACRAMENTUM multi accipiunt; sed non omnes qui accipiunt sacramentum, habituri sunt apud eum etiam locum promissum membris ejus. Pæne quidem SACRAMENTUM omnes CORPUS EJUS dicunt, quia omnes in pascuis ejus simul pascunt: sed venturus est qui dividat, & alios ponat ad dexteram, alios ad sinistram. Quod est corpus Christi? Ecclesia. Ecquod est hujus coporis Christi sacramentum? Pascuum illud, in quo pascunt omnes: hoc est, ille panis mysticus & consecratus, qui [8] *pascit Ecclesiam.*

Pæne quidem omnes hujus corporis Christi sacramentum corpus hoc ipsum Christi appellant: quoniam est signum illius. Veniet autem dies, cum palam erit non omnibus tale signum fuisse, non omnes ad tale sacramentum, ad tale sacrificium pertinuisse. Nunc quidem omnes, quos oporteret membra esse & corpus Christi, in illis Christi pascuis [9] *& boni & mali versantur*: hoc est, in eo sacramento simul pascunt: quasi illud sacramentum sit ex æquo omnibus signum unitatis in Christi corpore, quod est Ecclesia. Sed cum multi ficto corde sacramentum accipiant, nec fiant ex eo corpus Christi: nec significentur eo sacramento, quod accipiunt: neque ad [10] illud pertineant: venturus est qui dividat eos qui sacramentum tantum, aut *sanctitatem sacramenti*, ab his qui virtutem etiam sacramenti acceperint, seu *vitæ sanctitatem*: eos quos Dominus Christus ita significarit, ab his quos nec significarit, nec ad se ob ipsorum improbitatem voluerit pertinere.

Tametsi autem dicitur sacramentum corporis Christi corpus Christi, non est tamen sacramentum proprie illud corpus ejus, cujus dicitur sacramentum: sed tantum secundum quemdam modum, & ob aliquam similitudinem: nempe propterea quia hos esse 146
istud corpus Christi, sive ex isto corpore, significat, qui bene sacramentum acceperint. Corpus illud Christi est, quia signum est illius corporis: signum est autem, quia sub pane ac vino latet, quæ fiunt ex multis granis & acinis. [11] *Si enim sacramenta*, inquit Augustinus, *quandam similitudinem earum rerum, quarum sacramenta sunt, non haberent, omnino sacramenta non essent. Ex hac autem similitudine plerumque etiam ipsa-*

1 *Augustinus, tract.* XXVII. *in Joannem.*
2 *Augustinus, libro* XXI. *de Civitate Dei, cap.* XXV.
3 *Hincmarus, tomo* II. *opusc.* XXXIII. *cap.* XX. *pag.* 460.
4 *Chrysostomus, homil.* XXIV. *in* I. *Cor.* X. Ὅπερ γὰρ αὐτοῦ, φησὶν, οὐ συνετρίβη. Ἀλλ᾽ ὅπερ οὐκ ἔπαθεν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, τοῦτο πάσχει ἐπὶ τῆς προσφορᾶς διὰ σὲ, καὶ ἀνέχεται διακλώμενος, ἵνα πάντας ἐμπλήσῃ.
5 *Augustinus, serm.* II. *de verbis Apostoli,*
6 *Augustinus, libro contra Adimantum, cap.* XV.
7 *Augustinus, sermone* LIII. *de verbis Domini, cap.* I.
8 *Augustinus, sermone* XII. *ex Sirmondianis.*
9 *Augustinus, libro* XII. *contra Faustum, cap.* XI.
10 *Augustinus, libro* XIII. *contra Faustum, cap.* XVI.
11 *Augustinus, epist.* XXIII. *ad Bonifat. Episc.*

ipsarum rerum nomina accipiunt. Sicut ergo secundum quemdam modum sacramentum corporis Christi corpus Christi est, sacramentum sanguinis Christi sanguis Christi est, ita sacramentum fidei fides est. Nihil est autem aliud credere, quam fidem habere. Ac per hoc cum respondetur parvulus credere, qui fidei nondum habet affectum, respondetur fidem habere, propter fidei sacramentum, & convertere se ad Deum propter conversionis sacramentum, quia & ipsa responsio ad celebrationem pertinet sacramenti. Sicut de ipso baptismo Apostolus, Consepulti, inquit, sumus Christo per baptismum in mortem. Non ait, sepulturam significavimus: sed prorsus ait, Consepulti sumus. Sacramentum ergo tantæ rei nonnisi ejusdem rei vocabulo nuncupavit. Sacramento corporis Christi attribuitur ipsum corporis Christi nomen: corpus Christi & ipsum appellatur, etsi non est nisi secundum quemdam modum: quoniam videlicet per illud sacramentum significatur corpus Christi quod nos fideles sumus. Et tamen tantæ rei sacramentum ipsius rei vocabulo nuncupatur. Nempe quia sacramentum Eucharistiæ significat unitatem corporis & sanguinis Christi, quod est Ecclesia: sicut baptismus, quod est sacramentum sepulturæ in Christo, significat in Christo sepulturam: idcirco sicut sepulturæ baptismo, sic Eucharistiæ quoque corporis illius & sanguinis Christi, quod est Ecclesia, nomen accommodatur. Sacramentum quoque fidei & conversionis ad Deum, nempe baptismus, fides & conversio nuncupatur: quoniam fidem indicat, & conversionem ad Deum. Sic corpus Christi & sanguis Eucharistia appellatur, illud nempe corpus & sanguis quod nos sumus: quoniam unitatem illius corporis consecratus panis vinumque significat, & quod est amplius, facit.

147 Ut porro sacramentum fidei fides, sic adoptionis sacramentum similem ob causam adoptio nuncupatur. Ex quo intelligere est, cujus corporis & sanguinis sacramentum Facundus quoque Hermianensis eo loco intelligat, ubi sacramentum corporis Christi cum adoptionis sacramento, circumcisione videlicet, baptismoque veterum, confert: non alterius utique corporis Christi, quam cujus corporis Christi sacramentum ab Augustino intelligitur eo loco, ubi sacramentum corporis cum sacramento fidei comparat. De quo recte quidem pronuntiatum ab utroque est, non esse sacramentum corporis Christi proprie corpus illud, cujus sacramentum dicitur: sed mysterium in se tam magnæ rei continere: unitatem illius corporis videlicet significare, quod sacramento alitur ac vegetatur. Facundi hæc oratio est, digna hoc loco.

[1] *Adoptionem quoque filiorum*, inquit, *suscepisse Christum si antiqui doctores Ecclesiæ dixisse monstrarentur, nec ipsi, nec omnis Ecclesia, quæ tales doctores habuit, judicari deberent hæretici. Nam sacramentum adoptionis suscipere dignatus est Christus, & quando circumcisus est, & quando baptizatus est: & potest sacramentum adoptionis adoptio nuncupari. Sicut sacramentum corporis & sanguinis ejus, quod est in pane & poculo consecrato, corpus ejus & sanguinem dicimus: non quod proprie corpus ejus sit panis, & poculum sanguis: sed quod IN SE MYSTERIUM CORPORIS EIUS SANGUINISQUE CONTINEANT. Hinc & ipse Dominus benedictum panem & calicem, quem discipulis tradidit, corpus & sanguinem suum vocavit. Quare sicut Christi fideles sacramentum corporis & sanguinis ejus accipientes, corpus & sanguinem Christi recte dicuntur accipere: sic & ipse Christus sacramentum adoptionis filiorum cum suscepisset, potuit recte dici adoptionem filiorum suscepisse.* Sicut adoptionem suscepisse Christus dici a Patribus potuit, quoniam susceperit sacramentum, quo adoptio significatur: tametsi istud minus proprie adoptio nominatur: & fidem recte suscipere dicuntur ii, qui suscipiunt fidei sacramentum, tametsi illud minus proprie fides vocatur: sic illi Christi corpus dicuntur accipere, qui 148 sacramentum corporis accipiunt, corporis nempe illius quod sunt fideles: *accipiunt enim quod sunt:* illud accipiunt nimirum, quod pane & poculo consecrato significatur: fiunt ipsi corpus & sanguis Christi: nec mysterium illis solummodo, sed & mysterium ipsorum fit: hoc est, eo sacramento ipsorum unitas cum Christi corpore, quod est Ecclesia, significatur. *Mysterium vestrum in mensa Dominica positum est: mysterium vestrum accipitis.* Quod accipiunt sacramentum, non est proprie corpus illud & sanguis Ecclesiæ, quod sunt fideles, quod & accipiunt secundum quemdam modum, cum sacramentum pie accipiunt: sed mysterium illius corporis sanguinisque continet, Quo etiam sensu primum sacramentum, quod suis manibus Christus ipse confecit, corpus & sanguinem suum ipse vocavit: hoc est, signum corporis & sanguinis sui, quod est Ecclesia. Sed fuit illud sacramentum in pane & poculo consecrato, adeoque jam tum in corpus Christi naturale & sanguinem immutato. *Mysterium Christianum*, ut Hieronymus dicere supra meminimus, *in Salvatoris corpore & sanguine est.*

Eam utique ob causam, [2] *non dubitavit Dominus dicere, Hoc est corpus meum, cum daret signum corporis sui*, inquit Augustinus: nempe corpus ipsum suum, quod idem sub pane est signum unitatis corporis sui: illius videlicet, quod ex ipsius carne ac spiritu alitur. Annon & istud autem Facundus ab Augustino mutuatus perspicue intelligitur? Facundum enim proxime meminimus similiter dicere, *Hinc & ipse Dominus benedictum panem & calicem, quem discipulis tradidit, corpus & sanguinem suum vocavit*, cum daret *sacramentum*, hoc est, signum, *corporis & sanguinis sui.* In benedicto pane nimirum & calice Dominus Christus nos significavit, nos ad se pertinere voluit, mysterium unitatis nostræ ibi consecravit. Jure ergo hunc panem corpus suum, & vinum sanguinem suum vocat: quod corpus, qui sanguis, Ecclesia est: quoniam hic panis sanctificatus sacramentum sive signum est illius corporis, & sanguinis illius, quod nos sumus: ex quo, ut [3] Paulinus ait, 149 *a redemptore in genus regale & sacerdotale mutati efficimur SANGUIS ejus.*

Eodem denique sensu atque intellectu accipienda & illa ejusdem Augustini oratio est. [4] *Ipsa*, inquit, *Domini nostri tanta & tam miranda patientia, quod eum* (Judam) *tamdiu pertulit tanquam bonum, cum ejus cogitationes non ignoraret, cum adhibuit ad convivium, in quo corporis & sanguinis sui figuram discipulis commendavit ET TRADIDIT:* hoc est, [5] ipsum corpus & sanguinem suum, quem fudit pro nobis, ut superius loquentem Augustinum audivimus: in pane & calice consecrato, per quæ unitas corporis & sanguinis ejus, quod est Ecclesia, figuratur, & constituitur. Ad convivium igitur, in quo dabat figuram corporis & sanguinis sui: corporis, inquam, illius, quod sunt justificati, qui spiritu Christi vivunt, Judam, qui nec ad illud corpus, adeoque nec ad Christum, nec ad illud sacramentum pertinebat, comiter Christus adscivit.

Hæc porro cum isto, quem diximus, intellectu extra controversiam accipienda sint: tametsi locis innumeris, ubi Augustinus Christi corpus appellat, ac de sacramento altaris verba facit, non aliud fere nisi proprium Domini corpus intelligit: debet nihilominus esse nunc apud omnes certum, confessum, & exploratum, figuram, signum, sacramentum corporis Christi quoties dixit, toties ibi corporis Christi

1 *Facundus Hermianensis, libro IX. cap. V. pag. 404.*

2 *Augustin. lib. contra Adimantum, cap. XII.*
3 *Paulinus epist. XVI. ad Delphinum.*
4 *Augustinus, Enarrat. in Psalmum III.*
5 *Augustinus, serm. LXXXIII. de diversis.*

sti appellatione non aliud quam Ecclesiam, quæ Christi corpus est, ipsum intellexisse: sacramenti vero ibi nomine, carnem ipsam & sanguinem Domini, ut sub panis ac vini natura unitatem illius corporis significat, designasse.

Atque is quidem loquendi modus Africanæ præsertim Ecclesiæ proprius ac peculiaris a Cypriani avo fuit, maxime vero a Donatianæ factionis exortu: eo quod sacramentum altaris signum est pacis atque unitatis, ejusdemque vinculum ac fermentum. Itaque apposite sacramentum corporis Christo eo intellectu ab his potissimum appellatum est, qui nullo non fere die aut cum schismaticis consererent manus, aut ipsis audientibus tractatus haberent, alienis
150 ab unitate videlicet, quam sacramentum eucharistiæ repræsentat & efficit.

Hinc illam toties Augustinus inculcat: apud quem vix crebrius quidquam occurrit, quam qui de altari visibilem cibum mali male accipiunt, hos sacramentum quidem, sive ipsam carnem, ipsum Domini corpus accipere: sed non continuo corpus illud, cujus sacramentum in altari est, spiritaliter manducare: nec sacramenti virtutem, hoc est, inhabitationem in Christi corpore adipisci: quod est carnem Christi spiritalem edere.

Eo spectavit & Cyprianus, in epistola de Novatiano. [1] *Nam quando Dominus*, inquit, *corpus suum panem vocat, de multorum granorum adunatione congestum, populum nostrum, quem portabat, indicat adunatum: & quando sanguinem suum vinum appellat, de botris atque acinis plurimis expressum atque in unum coactum, gregem item nostrum significat, commixtione adunatæ multitudinis copulatum. Si Novatianus huic pani Dominico adunatus est, si Christi poculo & ipse commixtus est*, hoc est, Ecclesiæ corpori: quod Dominus Christus, cum panem vocaret & faceret corpus suum, in manibus portabat: & cum vinum appellaret sanguinem suum, similiter significabat.

Fulgentius in eodem Africæ tractu Ruspensis episcopus, [2] *Dominici panis calicisque consortio* potiri eos docet, qui cum sacramentum ore percipiant, *ad compagem corporis ejus ecclesiastica unitate pertineant. Nos* enim *esse ipsum verum panem, verumque corpus, ipsum sanctum sacrificium*, cujus *esse participes* necesse sit, qui membra Christi esse ac censeri velint. Id quod ille hausit ab Augustino, cujus est vox illa præclara, ubi de mensa dominica tractat: [3] *Sacrificium pacis, sacrificium caritatis, sacrificium CORPORIS SVI norunt FIDELES:* hoc est, dominicæ carnis in ara sacrificium: in quo & unitas ecclesiæ significatur, & illa, [4] *cum ipsius capitis* Christi *corpus sit, seipsam per ipsum discit offerre.* Sic enim idem alibi,
151 ubi de cultu martyrum agit. [5] *Ipsum*, inquit, *sacrificium corpus est Christi, quod non offertur ipsis, quia hoc sunt & ipsi.* Sunt corpus Christi, quod se cum Christo capite offert Deo. Sunt [6] *invisibile sacrificium*, cujus *sacramentum, id est, sacrum signum, est visibile sacrificium*, sive *oblationes nostræ, quæ fidelibus nota sunt:* sive denique *sacramentum altaris, ubi Ecclesia demonstratur, quod IN EA RE quam offert, ipsa offeratur:* in Christo scilicet, qui ibi sub panis specie immolatur, & offertur.

Faeundum certe Hermianensem sacramentum corporis ita intellexisse, uti de Augustino diximus, quis non fateatur? cum & in eadem Africana Ecclesia altus ille educatusque fuerit, & Augustini se passim miratorem atque alumnum profiteatur: & sit hoc loco iisdem, ut apparet, similitudinibus, verbis, sententiisque usus.

Fuit igitur hic loquendi modus Africæ peculiaris, ob eam causam quam diximus: neque extra hunc tractum, quod quidem sciam, usu receptus. Nam quod *sacramentum* præcise Afri, hoc alibi plerique omnes *sacramentum corporis Christi* appellant: atque hac illi locutione complexa Christi corpus quod est sacramentum, sive sacrum signum alterius rei, intelligunt. Sic Isidorus, de pane & vino altaris. [7] *Hæc duo sunt visibilia*, inquit: *sanctificata tamen per Spiritum sanctum in sacramentum divini corporis transeunt:* hoc est, in divinum corpus, quod ut in pane occultum latet, sacrum signum est alicujus rei. [8] *Panis & vini creatura*, inquit Hincmarus, *in sacramentum carnis & sanguinis ejus ineffabili Spiritus sanctificatione transfertur: SICQVE corpus & sanguis illius, non infidelium manibus ad perniciem suam funditur, sed FIDELIVM ORE suam sumitur in salutem.* Ubi transferri panis in sacramentum carnis eatenus dicitur, ut SIC ea ipsa caro æque fidelium nunc ORE sumatur, atque infidelium MANIBUS olim occisa est. Sacramentum carnis igitur ipsa caro est, quatenus est sub pane alterius rei signum sacrum. Sic sa- 152
cramentum aquæ & baptismi, aqua ipsa est, ipsaque ablutio, quæ ipsa sacrum signum est. De sacramento olei & chrismationis est idem judicium. [9] *Sacramentum* denique *panis & calicis*, ipse panis & calix est, qui & ipse factus consecratione mysticus, sacrum signum evadit.

Quo rursum intellectu species panis ac vini, ut corpus Domini continent, *mysteria antitypa* optime ab Epiphanio, aliisque, ut vidimus, nuncupantur. Neque enim altera ex his duabus vocibus superflua est aut redundat, ut visum est Salmasio: cum prior significet latere ipsum Domini sub pane corpus: posterior, vel incarnationis, vel passionis, vel Ecclesiæ unitatis similitudinem in eo mysterio, quod exsistit ex natura panis & Christi corpore, contineri. Antitypum enim idem ibi, quod sacramentum sive sacrum signum est. Mysterium, ipsum est Domini corpus, sub pane tectum, ut diximus.

Equidem, ante ea quæ designavimus, Cypriani tempora, Africanaque schismata, a Tertulliano Eucharistiam, ut passionis imaginem quamdam, & immolationis repræsentationem ubique spectari non inficiamur: qui modus Eucharistiæ contemplandæ Cypriano etiam & Augustino subinde familiaris est: ut Gregorium Magnum nunc omittamus, laudatum a nobis capite quinto, aliosque propemodum innumerabiles.

Nam quis neget imaginem dominicæ necis sane conspicuam in sacramento altaris fas esse intueri? [10] *Passio est enim Domini sacrificium, quod offerimus*, inquit Cyprianus: nam dicemus de Tertulliano postea. Iterumque: *Nec nos sanguinem Christi possemus bibere, nisi Christus calcatus prius fuisset & pressus: & calicem prior biberet, quem credentibus propinaret.* Augustinus autem, [11] *Cœnam suam dedit*, inquit, *passionem suam dedit.* Et alibi: [12] *Nam & nos de cruce Domini pascimur, quia corpus ipsius manducamus.*

Figura profecto dici deinde a Patribus potuit in altari exstare corporis immolati: at non figura cor- 153
poris, ut corpus est, cum ipsum eucharistia sistat præsens & exhibeat: sed ejusdem, ut est immolatum. [13] *Manducari enim victimæ corpus non potest, si sit animatum*, inquit Nyssenus. Et Hesychius: [14] *Carnem ejus, quæ ante passionem inepta erat ad comedendum, (quis enim cupiebat comedere carnem Dei?) ap-*

tam

1 *Cyprianus, epist.* LXXVI. *ad Magnum.*
2 *Fulgentius, in epist. de duabus quæstionibus, ad Ferrandum.*
3 *Augustinus. Enarratione II in Psalmum* XXI.
4 *Augustinus, libro* X. *de Civitate Dei, cap.* XX.
5 *Augustinus, libro* XXII. *de Civitate Dei, cap.* X.
6 *Augustinus, libro* X. *de Civitate Dei, cap.* V. *&* VI. *& libro* XIX. *cap.* XXIII.

7 *Isidorus, libro* I. *de officiis ecclesiasticis, cap.* XVIII.
8 *Hincmarus, opusculo II. cap.* XI.
9 *Tertullianus, libro* V. *contra Marcionem, cap.* VIII.
10 *Cyprianus, epist.* LXIII.
11 *Augustinus in Psalmum* XXI.
12 *Augustinus in Psalmum* C.
13 *Gregorius Nyssenus orat.* I. *in Resurrect. Domin.* Οὐ γὰρ ἂν τὸ σῶμα τοῦ ἱερείου πρὸς ἐδωδὴν ἐπιτήδειον, εἴπερ ἔμψυχον ἦν.
14 *Hesychius, libro* I. *in Leviticum, ad cap.* I.

tam cibo post passionem fecit. Si enim non fuisset crucifixus, sacrificium corporis ejus minime comederemus. Et alibi: [1] *Sartaginem, Domini crucem . . . . . accipi oportet: quæ etiam superimpositam Dominicam carnem esibilem hominibus reddidit: nisi enim superimposita fuisset cruci, nos corpus Christi nequaquam mystice percepissemus.* Denique alio loco: [2] *Sed & ad vesperum, sive medio vespertinorum pascha proprium præveniens, crucem suam Christus celebravit:* hoc est, imaginem passionis, seu crucis suæ: atque ut [3] Hincmarus loquitur, *hostiam suæ passionis:* & alibi: *sacramenta passionis suæ.*

Occisum igitur immolatumque oportet esse quod edatur: occisum autem immolatumque corpus Christi Domini non fuit, præterquam in cruce semel. Ubi igitur manducationi idoneum est, cum vivat reipsa tamen, ibi gerere occisi immolatique corporis imaginem recte creditur ac dicitur. At est corpus Christi Domini in eucharistia manducationi aptum per symbola: neque enim habet nisi a symbolis, quibus tegitur, ut manducari ab homine possit. In eucharistia igitur imago est & repræsentatio corporis immolati. [4] *Nonne semel immolatus est Christus in seipso?* inquit Augustinus. *Et tamen in sacramento non solum per omnes Paschæ solennitates, sed omni die populis immolatur: nec utique mentitur, qui interrogatus eum responderit immolari. Si enim sacramenta quamdam similitudinem earum rerum, quarum sacramenta sunt, non haberent, omnino sacramenta non essent. Ex hac autem similitudine plerumque etiam ipsarum rerum nomina accipiunt.* Quo sensu immolatum in mensa Domini-
154 ca corpus Christi censetur, quod ibi gerit immolati corporis similitudinem.

Quamobrem vere pronuntiatum a Tertulliano est, pane consecrato corpus dominicum repræsentari: quo præsertim loco scripsit adversus Marcionem, qui Deum verum, Patrem Domini nostri Jesu Christi, negabat esse mundi istius, aut elementorum, aut omnino corporum effectorem: sed opus id esse aiebat inferioris Dei, nempe Angeli creatoris. [5] *Considera hominem,* inquit Tertullianus, *placebit tibi vel hoc opus Dei nostri, quod tuus Dominus ille Deus melior adamavit: propter quem in hæc paupertina elementa de tertio cælo descendere laboravit: cujus causa in hac cellula creatoris etiam crucifixus est. Sed ille quidem usque nunc nec aquam reprobavit creatoris, qua suos abluit . . . . . nec panem, quo IPSUM CORPUS SUUM REPRÆSENTAT,* nempe Deus ille melior, quem Patri consubstantialem Marcion quoque cum catholicis agnoscebat, ut locus iste dilucide prodit.

Et illa quidem repræsentandi vox, aliquid exhiberi ac sisti re ipsa præsens, tum aliis locis, ut libro de Patientia, cap. III. tum toto illo præsertim adversus Marcionem opere significat: nec in libris, inquam, omnibus quinque, quos adversus Marcionem exaravit, alia ei vocabulo inest notio ac potestas. Sic libro IV. cap. IX. *Nam & hoc opponit Marcion, Helisæum quidem materia eguisse, aquam adhibuisse, & eam septies: Christum vero verbo solo, & hoc semel functum, CURATIONEM statim REPRÆSENTASSE.* Et capite XVI. *Facilius enim vim comprimi scit REPRÆSENTATIONE talionis, quam repromissione ultionis.* Libro V. cap. XII. *Et tribunal autem nominando, & dispunctionem boni ac mali operis, utriusque sententiæ judicem ostendit, & CORPORUM OMNIUM REPRÆSENTATIONEM confirmavit.* Cum igitur in hoc potissimum opere adversus Marcionem non alia vis ei voci a Tertulliano detur, ipsum hoc uno in loco eamdem aliter accepisse, quis cuiquam probabili argumento suadeat? aut *repræsentari corpus ipsum suum* a Domino dixisse alio sensu Tertullianum, quam quo *repræsentandà omnia corpora* in die judicii dixit? Cum præsertim eodem sensu & ab 155
[6] Hieronymo, in mensa Dominica Christus *ipse veritatem sui corporis & sanguinis repræsentare* dicatur: hoc est, ut loquitur [7] Gaudentius Brixiensis, *ostendere nobis venerandi sui corporis veritatem:* ut [8] Prosper Africanus, *panem sanctificatum suum sacratum corpus in sua mensa confirmare.*

Sic Græci verbis ἀναδεικνύειν & ἀποφαίνειν in hoc ipso argumento utuntur: & hanc utrique voci vim inesse declarant, ut exhibere ac repræsentare significet, hoc est, efficere, perficere, præstare. In liturgia Basilii supra laudata, sacerdos Spiritus sancti super dona poscit illapsum, qui panem sanctificet & exhibeat corpus Christi: ἐλθεῖν τὸ πνεῦμά σου, καὶ ἁγιάσαι, καὶ ἀναδεῖξαι, τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον αὐτὸ τὸ τίμιον σῶμα τοῦ κυρίου. An Spiritus sanctus invocatur ut significet? non potius ut efficiat? Auctor Constitutionum Apostolicarum, ubi similem formulam refert: [9] Καὶ καταπέμψῃς, inquit, τὸ ἅγιόν σου πνεῦμα ἐπὶ τὴν θυσίαν ταύτην . . . . ὅπως ἀποφήνῃ τὸν ἄρτον τοῦτον σῶμα τοῦ Χριστοῦ σου, καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο αἷμα τοῦ Χριστοῦ σου. Denique Isidori Pelusiotæ sententiam superius recitavimus, in qua eodem vocabulo ἀποφαίνειν utitur, in hoc ipso argumento, pari significatu. Alias quoque ἀνάδειξις, manifestatio, repræsentatio, exhibitio rei ipsius est. Domini Jesu manifestationem in baptismo, quando [10] *revelatus est*, ut Tertullianus loquitur, τὴν διὰ βαπτίσματος ἀνάδειξιν vocat [11] auctor libri, qui sub Hippolyti Portuensis nomine circumfertur. Qui & de sacrificio altaris sub Antichristi tyrannide cessaturo ubi verba facit, verbo ἀναφαίνειν utitur, eodem intellectu. Τὰ ἱερὰ τῶν ἐκκλησιῶν, inquit, ὡς ὀπωροφυλάκιον γενήσονται. καὶ τὸ τίμιον σῶμα καὶ αἷμα τοῦ Χριστοῦ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις οὐκ ΑΝΑΦΑΝΗΣΕΤΑΙ. λειτουργία σβεσθήσεται, ψαλμῳδία παυθήσεται. *Ecclesiarum sacræ ædes tugurii instar erunt; pretiosumque corpus & sanguis Christi non exstabit in diebus illis: liturgia exstinguetur, psalmorum decantatio cessabit.* Ita vertit Joannes Picus, Classium Inquisitoriarum Senatus Parisiensis Præses.
Non exstabit Christi corpus, in terris utique, unde 156
illud vis Antichristi ejiciet: non exhibebitur, οὐκ ἀναφανήσεται, non repræsentabitur, hoc est, non sistetur præsens in ara, uti nunc ἀναφαίνεται, repræsentatur ac sistitur.

Nihilominus autem ut hæc ita sint, non continuo, si voci illi vis altera tribuenda foret, quod minime remur in eo Tertulliani loco, qui venit in controversiam, vadimonium est deserendum: quandoquidem eucharistiam perinde atque incarnationis, etiam passionis imaginem ac repræsentationem esse in confesso est. Nam ut in cruce & corpus fuit & ipsum occisum: sic in eucharistia, & corpus, & ipsum quidem edule est. Edule autem esse non potest, nisi quia prius occisum sit. At nunc ubi tamen edule est, ibi occisum non est: vivit enim: tametsi præter Augustinum, Hincmarus quoque, & alii admonent, [12] *quotidianas carnis & sanguinis Christi hostias immolari:* quod & proxime laudatus auctor sub Hippolyti nomine docuit: quoniam videlicet, quæ victima edulis efficitur,

1 *Hesychius, libro II. in cap. VI.*
2 *Hesychius, in caput XXIII.*
3 *Hincmarus, opusc. II. cap. XII. pag. 95. & opusc. XXV. pag. 196.*
4 *Augustinus, epist. XXIII. ad Bonifat. Episc.*
5 *Tertullianus, libro I. contra Marcionem, cap. XIV.*

6 *Hieronymus, in cap. XXVI. Matth.*
7 *Gaudentius, tract. XIV.*
8 *Prosper, libro II. de promissionibus Dei, cap. II.*
9 *Constit. Apostol. libro VIII. cap. VII.*
10 *Tertullianus, libro I. contra Marcionem, cap. XV.*
11 *Hippolyti nomine liber de consummatione mundi, pag. 4. & 46.*
12 *Hincmarus, opusc. II. ad Carolum Calvum, cap. IX pag. 85. & Auctor libri de consummatione mundi, sub nomine Hippolyti Portuensis, pag. 56.* Δεῦτε οἱ ἱεράρχαι οἱ λειτουργήσαντές μοι ἀμέμπτως ἡμέρας καὶ νυκτός, καὶ τὸ τίμιον σῶμά μου καὶ αἷμα ... θύοντες. *Venite, sacerdotes, qui pure mihi sacrificium die noctuque obtulistis, ac pretiosum corpus & sanguinem meum quotidie immolastis.*

citur, mactata jam & immolata jure censetur: ibi igitur non est nisi figura occisi & immolati corporis: quia per panem edule ibi corpus est: corpus quidem verum per se, non figura corporis: at idem sub immolati figura, unde aptum ad vescendum est: id quod per se nec habet, nec habere potest, nisi per symbola. Quod ita potuit [1] Paulinus exprimere, non *in ipso corpore*, palpabili scilicet, Christi corpus edi, tametsi corpus ipsum editur: sed in pane. Cur autem in pane? ut ipsum sic edi proprie ac vere possit.

Quare cum Dominus discipulis diceret, Hoc est corpus meum, dedit figuram corporis sui, quale futurum in cruce scilicet, hoc est, edule, tanquam post immolationem. Quæ sententia Tertulliani est, illo percelebri loco adversus Marcionem. [2] *Acceptum panem & distributum discipulis, corpus illum suum fecit, Hoc est corpus meum dicendo, id est, figura cor-*
157 *poris mei. Figura autem non fuisset, nisi veritatis esset corpus. Ceterum vacua res, quod est phantasma, figuram capere non posset. Aut si propterea panem corpus sibi finxit, quia corporis carebat veritate: ergo panem debuit tradere pro nobis. Faciebat ad vanitatem Marcionis, ut panis crucifigeretur. Cur autem panem corpus suum appellat, & non magis peponem, quem Marcion cordis loco habuit, non intelligens veterem fuisse istam figuram corporis Christi, dicentis per Hieremiam, Adversus me cogitaverunt cogitationem dicentes, Venite, conjiciamus lignum in panem ejus, scilicet crucem in corpus ejus.* Nam qui panis figura olim fuit corporis Christi, ex Tertulliani mente, sive hoc loco, sive altero consimili, e libro tertio, cap. XIX. ejusdem operis? cujus item corporis figura censetur? Non quilibet panis hic commemoratur: sed ille dumtaxat, in quem conjectum fuisse lignum Hieremias vaticinatus est: quo pane Christi corpus non nude ac præcise, sed immolatum in cruce præfigurabatur, ut ipse Tertullianus exponit: quem panem crucifigi & tradi pro nobis oportuit loco veri corporis, uti per jocum colligit, si caruit Christus vero corpore: quoniam prodesse nobis Christi corpus non possit, nisi crucifixum & immolatum. Quare nec panis eucharisticus a Christo datus pro mundi vita, apud Tertullianum figura est præcise corporis, sed corporis crucifixi. Figura autem corporis crucifixi non esset, nisi crucifixum verum corpus esset. Nam si corpus illud, cujus vetus figura in sacris paginis panis est, verum non fuit: nec corporis ipsa crucifixio, sive immolatio, cujus eucharistia figura est, vera fuit. Delirare ergo non mediocriter, sed plene, inquit, Marcionem oportuit: ac si forte aliud non agnoscit verum Christi corpus præter panem, hunc quoque traditum pro nobis & crucifixum prædicare. Quod cum sit dictu perabsurdum, quin intelligebat ille, & veterem fuisse figuram corporis illius olim immolandi panem, teste Hieremia: & ejusdem immolati imaginem in pane postea Christum dedisse: atque adeo vere crucifixi corporis: cum figura crucifixi corporis esse non possit, nisi verum corpus fuerit crucifixum? Dedit ergo Christus in pane imaginem crucifixi, sive immolati corporis: verum quidem corpus ipsum, ut dic-
158 tum est, non figuram: sed immolati tamen dumtaxat figuram & similitudinem: quia per panis speciem edule corpus est.

Quorsum enimvero & ab Eusebio Cæsariensi, nunc [3] *salutaris passionis ineffabilia symbola*, nunc [4] *divinæ dispensationis symbola*, hoc est, passionis, nuncupantur: nunc jussi dicuntur Apostoli a Christo Domino [5] *panem ipsius corporis imaginem efficere*? nisi eo quod inenarrabili modo salutare Christi corpus, pro nobis passum, hic panis, hæc symbola complectuntur: quoniam illud edendum, adeoque velut occisum, exhibent? Quo spectavit & Chrysostomus, cum diceret, simili ratiocinio, atque Tertullianus, usus: [6] *Nisi Christus mortuus est, cujus rei symbola sunt, quæ conficiuntur* a sacerdote? Cur mortui potius similitudinem, quam vivi corporis, sacerdos efficit, nisi quia edule repræsentat?

Sic Ambrosius subinde [7] *Christum in imagine offerri in terris* docet, *quando Christi corpus offertur, immo ipse offerre manifestatur in nobis, cujus sermo sanctificat sacrificium quod offertur.* Sermo Christi *operatorius*, vivus & efficax, sanctificat sacrificium quod offertur, & illud immutat. Panem igitur corpus Christi facit. Sed quoniam immolati tamen corporis gerit ibi dumtaxat similitudinem, offerri, sive immolari tantum in imagine, recte adseveratur. Quo sensu Gaudentius Brixiensis, quem Ambrosius episcopum initiavit, [8] *labores passionis Christi in figura corporis ejus ac sanguinis* dixit exhiberi. Augustinus, Christum Dominum [9] *sui sacrificii similitudinem celebrandam in suæ passionis memoriam commendasse.* Et auctor sermonis de cataclysmo, inter opera Augustini, cap. IV. *offerri* dixit *sacrificium imaginis Agni, quem IPSUM quotidie comedimus, & cujus sanguinem bibimus.* Scripsit is in Africa, paulo post Augustini obitum.

Ipsum itaque Christi corpus nunc quidem ore sumitur, quia nunc edule est: verum, quod postremo 159
est loco notandum obiter & in transcursu, sumi etiam debet idem ut occisum & immolatum: quia non prodest, nisi occisum & immolatum. Manducari nunc autem ore, ut occisum reipsa & immolatum nequit: tametsi manducatur ore quod olim occisum. Spiritalis ergo illa manducatio fit, eademque cum altera manducatione conjuncta, quæ ore peragitur. Est ea porro manducatio spiritalis & figurata, non sola caritas, quæ animum manducantis habitualiter, ut scholæ verbo utamur, exornat: sed actualis præterea recordatio passionis, quam Augustinus commendat in primis. [10] *Si præceptiva*, inquit, *locutio est, & flagitium aut facinus videtur jubere: aut utilitatem, aut beneficentiam vetare, figurata est. Nisi manducaveritis*, inquit, *carnem filii hominis, & sanguinem biberitis, non habebitis vitam in vobis: facinus & flagitium videtur jubere. Figurata est ergo, præcipiens passioni Dominicæ esse communicandum, & suaviter atque utiliter recondendum in memoria, quod pro nobis caro crucifixa & vulnerata sit.* Hæc recordatio, manducatio spiritalis est corporis Christi: quam & commendat Ecclesia, dum canit, *O sacrum convivium, in quo dum Christus sumitur, recolitur memoria passionis ejus.* Idem ore sumitur, idem animo recolitur: nam & ore manducare certe jubemur: sic utraque nostra substantia, caro & animus, sanguine Christi imbuitur. [11] *In utroque enim poste*, inquit Jonas Aurelianensis, *Agni sanguis est positus, quando sacramentum passionis Christi cum ore ad redemptionem sumitur, ad imitationem quoque intenta mente cogitatur.*

Quod de corpore autem Domini dictum est, non posse illud nisi immolatum edi, istud ipsum & de sanguine accipiendum est: qui hauriri profecto nequit, nisi effusus. Ubi igitur hauriri potest, nec tamen effusus reipsa extra corpus est, ibi non sanguinis quidem præcise, cum sit ipse sanguis, sed effusi in morte & cruciatu sanguinis similitudinem gerit. Quo

1 *Paulinus Nolanus, epist.* IV. *ad Severum.*

2 *Tertullianus, libro* IV. *contra Marcionem, cap.* XL.

3 *Eusebius, libro* X. *hist. Eccles. cap.* III. Σωτηρίου πάθους ἀπόρρητα σύμβολα.

4 *Eusebius, libro* VIII. *Demonstr. Evang. pag.* 380. τὰ σύμβολα τῆς θείας οἰκονομίας.

5 *Eusebius, ibidem.* Τὴν εἰκόνα τοῦ ἰδίου σώματος ποιεῖσθαι παρεκελεύετο.... ἄρτῳ δὲ χρῆσθαι συμβόλῳ τοῦ ἰδίου σώματος παρεδίδου.

6 *Chrysostomus, homilia* LXXXIII. *in Matthæum.* Εἰ γὰρ μὴ ἀπέθανεν ὁ Ἰησοῦς, τίνος σύμβολα τὰ τελούμενα;

7 *Ambrosius, libro* I. *de officiis, cap.* XLVIII. *& in Comment. super Psalmum* XXXVIII.

8 *Gaudentius, tract.* XIX.

9 *Augustinus, libro* LXXXIII. *quæstionum, quæst.* LXI.

10 *Augustinus, libro* III. *de doctrina Christiana, cap.* XVI.

11 *Jonas Aurelian. libro* II. *de Instit. laicali, cap.* XVIII.

Quo spectasse videtur inter ceteros auctor librorum de sacramentis. Etenim postquam mutari a Deo dixit instituta naturæ in consecratione, ac simile ibi mira-
160 culum peragi, cujusmodi peractum est, cum sæpe alias, tum vero maxime cum de virgine natus est Christus: hac nimirum oratione: [1] *Accipe ergo quemadmodum sermo Christi creaturam omnem mutare consueverit, & mutat, quando vult, instituta naturæ. Quomodo, requiris? Accipe: & primo omnium de generatione ejus sumamus exemplum. Consuetudo est ut non generetur homo, nisi ex viro & muliere, & consuetudine conjugali. Sed quia voluit Dominus, qui hoc elegit sacramentum, de Spiritu sancto & Virgine natus est Christus ..... Vides ergo quia contra instituta naturæ & ordinem homo est natus ex Virgine? ..... Ergo didicistis quod ex pane corpus fiat Christi, & quod vinum & aqua in calicem mittitur, sed fit sanguis consecratione verbi cælestis.* Post illam, inquam, orationem, quæ nullis potest cavillationibus eludi, hæc ille statim subjungit: *Sed forte dicis, speciem sanguinis non video. Sed habet similitudinem. Sicut enim mortis similitudinem sumpsisti*, in baptismo scilicet, ut [2] antea monuit,) *ita etiam similitudinem pretiosi sanguinis bibis, ut nullus horror cruoris sit, & pretium tamen operetur redemptionis.* Et paulo post: [3] *Dicit sacerdos: Fac nobis hanc oblationem adscriptam, rationabilem, acceptabilem: quod fit IN FIGURAM corporis & sanguinis Domini nostri* JESU *Christi: Qui pridie quam pateretur, &c.* Sanguis nunc Christi quidem venis corporis continetur: non habet ergo, dum bibitur, nisi effusi cruoris similitudinem. Non est ibi mera similitudo sanguinis: sed qui ibi sanguis adest, habet similitudinem effusi sanguinis. Tametsi enim ibi reapse sanguis est, ibi tamen reapse effusus non est: sed habet ibi similitudinem effusi sanguinis, eo quod bibi potest: quemadmodum Domini corpus in altari habet similitudinem immolati corporis, eo quod manducari potest, per symbola utique: sub quibus ut istud edi, sic ille hauriri, etiam dum venis corporis continetur, recte intelligitur.

Habet ista nihilominus hujusce scriptoris sententia alium adhuc ex parte aliqua intellectum: qui tametsi
161 eodem ferme recidit, tamen videri potest magis obvius & expositus. Figuram ille ac similitudinem vocat, quo de Patribus plerique mysterium appellarunt: qua de voce dictum est abunde superius. Est autem positum extra controversiam, nullus ut horror bibendi sit, in mysterio dominicum cruorem hauriri, non in ipso adspectabili cruore: in veritate quidem ipsum cruorem, sed in mysterio tamen, quia tectum eumdem opertumque sub symbolis: unde mysterii apud plerosque, apud istum similitudinis & figuræ nomen accepit. Quo fere modo in baptismi expositione dixerat: [4] *Quomodo Christus mortuus est peccato, & Deo vivit: ita & tu superioribus illecebris peccatorum mortuus sis per baptismatis sacramentum, & surrexeris per gratiam Christi. Mors ergo est, sed non in mortis corporalis veritate, sed in similitudine. Cum enim mergis, mortis suscipis & sepulturæ similitudinem:* hoc est, mysterium: veram enim certe mortem peccati, sed aquæ symbolo significatam & adumbratam. Sic & in altari accipis similitudinem, sive mysterium: id est, verum quidem sanguinem, sed sub vini specie opertum ac velatum: unde & effusi cruoris similitudinem habet, quoniam & bibi potest, ut diximus, & bibi citra horrorem potest. Mysterium denique, non, ut impie [5] Bertramo visum est, quod fides operatur: sed quod Deus in ipsis quæ mutantur symbolis operatur, & fides effectum postmodum a Deo credit.

SED nos longius profecto abripit forte etiam reprehendendus ardor aucupandi ex veteri memoria undique, & in unum coacervandi, quæ sunt a nobis, dum Patrum monumenta pervolvimus, obiter subnotata de hoc argumento: nisi haberet justam excusationem ea suavitas, qua nemo catholicus non laudabiliter detinetur, ubi nempe deprehenditur mira antiquorum, atque in primis Augustini, cum nostra fide consensio. Quidni enim & huic ipse voluptati aliquid indulgeam? cum præsertim & in exponendis Tertulliani, Ambrosii, Augustini, & Facundi locis omnibus, quæ protulimus, tum alios, tum qui novissime in hac palæstra se exercuit, Auctorem libri de Perpetuitate fidei, tomo III. infelici plane 162
Minerva usos fuisse intelligamus: & multa ex illis ad Sacramentariorum errorem Bertramus prave detorserit: neque in his fere explicandis immoremur, quæ alii ante nos attigerint, aut probæ ac legitimæ interpretationis luce collustrarint. Derelictas enim tantum fere spicas legimus, non messem integram repræsentamus: & tacita etiam multo plura transimus, cura hujus operis terminandi.

An est ergo aliquid in tot tamque diversis sententiis, aut in Augustini sermone ad Infantes, ex quo nata in aliorum dicta digrediendi occasio est, quod non adesse Dominum in sacramento clamet, ac pro confesso ponat? Aut unde adversariorum natus error, sive in eo interpretando sermone, sive in aliis, nisi ex INTELLIGIBILIS voce accepta præpostere? Quæ vox indicat, ut diximus, intelligi mente vel fide, non sensu percipi, rem aliquam, qualis esse dicitur: ut ea profecto, quæ absunt a nobis longo locorum intervallo disjuncta, animo quidem intelliguntur, nullo visu tactuve corporis sentiri possunt a nobis, tametsi per se sub sensum cadunt: quanto minus Christi caro in altari, ubi spiritali modo sub symbolis latet? An idcirco non ibi vere adest? Immo vero: intelligibiliter quidem, & invisibiliter, sed tamen vere: ut totidem verbis profitentur ii, qui Judaïcæ religioni renuntiant; sub ea formula, quam ex codice Regio V. Cl. Cotelerius edidit, in Notis ad librum I. Recognit.

Porro autem animadvertere est ex iis quæ hactenus dicta sunt, aliud Græcis Patribus in altaris mysterio INTELLIGIBILE dici, aliud Augustino. Illi enim Christi carnem dixere intelligibilem, quoniam credi fide potest, oculis cerni non potest: iste intelligi aliud voluit præter id quod creditur: nempe corpus Ecclesiæ, cujus figura sit corpus Christi, quod in altari sub pane credi posse: intelligi, hoc est, comprehendi non posse, jure merito censuit. Illi intelligibilem, hoc est, non sensu, sed sola fide cognitam dixere dominici corporis veritatem: iste, intelligendam esse ejusdem corporis mysticam significationem.

Nec vero refert quod, uti aliqui ex Ephræmii Antiocheni oratione opponunt, ex qua primum orta occasio est in alia divertendi, in baptismo aliud similiter videtur, aliud intelligitur: cum substantialiter tamen aquis spiritus minime conjungatur. An enim 163
idcirco nec ipsum substantiale Christi corpus conjungi cum symbolis oportere quisquam putet? Næ ille vehementer [6] cum pseudo-Ratramno erret. Quam longo enim id exemplum, cum ab incarnatione, tum ab eucharistia, (nam cum utraque pariter ab Ephræmio conferri meminimus,) quam longo, inquam, ab utroque illo mysterio, intervallo distat? Ab incarnatione quidem: quod illic unio naturæ humanæ cum persona verbi hypostatica est: in baptismo, Spiritus sancti unio cum aqua, solius præsentiæ & efficientiæ est. Ab eucharistia autem: quoniam in baptismo nulla aquæ fieri mutatio dicitur: nec mutat aqua

1 *Auctor librorum de sacramentis, apud Ambrosium, lib.* IV. *cap.* IV.
2 *Libro* II. *cap. ultimo.*
3 *Libro* IV. *cap.* V.
4 *Libro* II. *cap.* VII.
5 *Bertramus, libro de corpore & sanguine Domini, num.* XI.
6 *Ratramni nomine liber, de corpore & sanguine Domini num.* XVII. XVIII. *&* XIX.

aqua naturam, nec appellationem: neque aliud aqua fit, neque adoratur: cum in eucharistia e diverso mutari symbola omnes asseverent, atque alia fieri & appellari: & adorari denique, ut ea quæ facta esse creduntur: [1] προσκυνεῖται, καὶ σέβεται: quæ vox posterior soli numinis adorationi competit. Aliud ergo longe est, aliterque se habet, quod in eucharistia INTELLIGIBILE est: aliud, & aliter, quod in baptismo.

Nemo certe interrogat, Quomodo aqua est Spiritus sanctus? Sed quomodo aqua sit peccato abluendo par? Et responsio quidem ad hoc interrogatum in promptu est hujusmodi: Spiritu sancto aquis insidente, & per eas mortalium animos sanctificante. At in hoc quæsito, Quomodo panis est corpus Christi: responsum est ab Augustino apposite: Ut sacramentum. Nam eo ibi consilio, eo ibi habitu Christus est, ut nostram unitatem IPSE significet: nec significet tantum, sed etiam efficiat. Quæ cum ille dixit, Christum reipsa sub pane adesse docuit, ut vidimus.

Contulit baptismum quoque cum eucharistia Joannes Damascenus. [2] *Quemadmodum in baptismate*, inquit, *quia mos est hominibus aqua lavari, & oleo ungi: Deus oleo & aquæ conjunxit gratiam Spiritus, & fecit illud lavacrum regenerationis. Similiter quia consue-*
164 *tudo est hominibus panem, ac vinum & aquam bibere: conjunxit ipsis divinitatem suam, & ipsa effecit corpus & sanguinem suum.* Quid porro inter utrumque mysterium interesse admonet? Conjunxit, inquit, aquæ & oleo Deus gratiam suam: pani & vino, divinitatem suam. Aquam fecit lavacrum suum: chrisma fecit charisma suum: neutrum fecit aut appellavit spiritum suum: panem autem ac vinum fecit atque vocavit corpus & sanguinem suum. Dixit, & factum est. Dixit ipse, & ipse fecit: non nos ipsi fide aut cogitatione fecimus. Fecit, inquam, in ipsis symbolis, quibus conjunxit divinitatem suam: non in credentium animis, quibus ex adspectu symbolorum intimet corpus suum.

In benedictione aquæ & olei, quæ unquam aut usquam Ecclesia invocato Spiritu sancto dixit, Fac aquam istam sanguinem tuum: fac oleum istud spiritum tuum? De pane autem & vino orbis universus orat: Fac panem hunc corpus tuum: & vinum istud, sanguinem tuum: hoc orat, inquam: nec orat tantum, sed exorat & impetrat.

De baptismo quis affirmavit aquam non esse aquam, sed Spiritum, aut sanguinem Christi, quantumvis aquam esse visus gustusque renuntient? Nemo profecto. At de eucharistia, præter Chrysostomum antea laudatum, Cyrillus Hierosolymitanus: [3] *Ne ergo consideres, inquit, tanquam simplicem panem, & simplex vinum: corpus enim & sanguis Christi est secundum Domini verbum. Quamvis sensus hoc tibi suggerit, tamen fides te confirmet. Ne ex gustu rem judices: sed ex fide indubitanter persuasus sis te corpore & sanguine Christi honorari . . . Hoc sciens & pro certo habens, quod panis qui videtur, panis non est, licet gustus panem esse sentiat, sed corpus Christi: nec vinum quod videtur, vinum est, quamvis gustus id velit, sed Christi sanguis.* Non sunt aquæ baptismatis quidem oculis pariter æstimandæ, sed mente: ut ait incer-
tus auctor sermonis secundi, quem [5] Sirmondus edidit in appendice Augustinianorum: quis tamen similem cautionem adhibuit, sua ut illis æstimatio sarta tecta servaretur? quis aquam non esse aquam admonuit? quis non esse gustui illic credendum, aut tactui? aquas denique vel naturam, vel nomen, mutasse? liberatamque aquam, ut verbo utamur, quod interpres epistolæ Chrysostomi adhibuit, appellatione aquæ? Immo Deum, non aquam, adoptionis spiritum appellari [4] Theodorus Mopsuestenus expresse admonet, in Catena. Est illa dos peculiaris igitur ac prærogativa panis mystici, ut post consecrationem illud appelletur, quod reipsa fit: aliudque longe, quam prius: hoc est, non panis, sed corpus Christi & dicatur & vere sit, per veram conversionem substantiæ panis: tametsi istud per fidem dumtaxat oculosque mentis potest intelligi: id quod a Chrysostomo, Theodoreto, Augustino, Gelasio, aliisque, quos appellavimus, apertissime traditum, demonstrare cum Dei ope conati sumus. 165

De BERTRAMO, *sive* JOANNE SCOTTO, HERIGERO, *aliisque similibus.*

In hac porro lucubratione cum laudati a nobis antiquioris ævi Patres fidem orthodoxam perspicue adstruunt, tum vero hæreticorum cavillationes & effugia antevetterunt ac pessumdederunt in primis duo: alter, a quo nostra exorsa disputatio est, Chrysostomus: alter, in quo finem accepit, Augustinus: id quod est in præsenti corollarii vice demonstrandum. Adducenda idcirco sunt in medium illius argumenta, qui Sacramentariorum errorem primus in orbe Christiano vulgavit, auctor, qui Ratramni nomine circumfertur, Berengarii Calvinique prodromus: nam istud a Sixto Senensi, aliisque, merito suo nomen habet: cum sit ambobus eo periculosior, quo subtilior multo callidiorque est. Liber inscribitur, *De corpore & sanguine Domini:* cujus veritatem
labefactare nititur: quo more Jonas Aurelianensis 166
volumen inscripsit *de cultu imaginum*, quem impugnat. Hujus autem libri, qui Ratramno tribuitur, qui hac ætate patrocinium susciperent, valde miror aliquos fuisse inventos: postquam non modo nuper a Tridentinis censoribus, summisque Pontificibus censura notatus est: verum etiam, ut mox dicemus, jampridem a plenariis synodis, universaque Ecclesia damnatus, & igni addictus: proxime superiore ætate ab Illustrissimis doctissimisque Antistitibus, Sanctesio Ebroicensi, & Perronio Cardinale, apertam docere hæresim deprehensus.

Jussu Caroli Magni, nam id nomen præferunt quædam exemplaria: sed Carolus Calvus is est, cui & istud cognomen datum sæpissime in vetustis monumentis eruditi norunt: jussu illius principis, inquam, finxit auctor se de corpore Domini litteris prodere quid sentiret. Nam in sententiam ultro concedimus Illustrissimi Parisiensis Antistitis [5] PETRI DE MARCA, quam explanare paulo uberius, & novis adhuc juvat constabilire conjecturis atque documentis. Sub adscititio nomine latere voluisse Joannem Scottum, sive Erigenam, hujus voluminis concinnatorem: confinxisse jussionem religiosissimi Principis, ad quem scilicet tentaret aditus: quoniam is avi sui more doctis subinde hominibus scribendi provinciam imponeret de rebus sacris. Cum vellet tamen latere, Bertrami nomen accepisse: quod ab amanuensibus sub ipsum finem sæculi noni, vel decimi initium in Ratramni nomen deflexum sit: id quod fraudi fuit sæculo undecimo Herigero Lobiensi Abbati:

1 *Theodoretus, dialogo* III. *pag.* 117.

2 *Joannes Damascenus,* IV. *Orthodoxæ fidei, cap.* XIV. Ὥσπερ ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος, ἐπειδὴ ἔθος τοῖς ἀνθρώποις ὕδατι λούεσθαι, καὶ ἐλαίῳ χρίεσθαι, συνέζευξε τῷ ἐλαίῳ καὶ ὕδατι τὴν χάριν τοῦ πνεύματος, καὶ ἐποίησεν αὐτὸ λουτρὸν ἀναγεννήσεως. Οὕτως ἐπειδὴ ἔθος τοῖς ἀνθρώποις ἄρτον ἐσθίειν, ὕδωρ τε καὶ οἶνον πίνειν, συνέζευξεν αὐτοῖς τὴν αὐτοῦ θεότητα, καὶ πεποίηκεν αὐτὰ σῶμα καὶ αἷμα αὐτοῦ.

3 *Cyrillus Hierosolym. catech.* IV. *Mystag.* Μὴ πρόσεχε ὡς ψιλοῖς τῷ ἄρτῳ καὶ τῷ οἴνῳ· σῶμα γὰρ καὶ αἷμα Χριστοῦ κατὰ τὴν δεσποτικὴν τυγχάνει ἀπόφασιν· εἰ γὰρ καὶ ἡ αἴσθησίς σοι τοῦτο ὑποβάλλει, ἀλλὰ ἡ πίστις βεβαιούτω. Μὴ ἀπὸ τῆς γεύσεως κρίνῃς τὸ πρᾶγμα, ἀλλ' ἀπὸ τῆς πίστεως πληροφοροῦ ἀνενδοιάστως σώματος καὶ αἵματος Χριστοῦ καταξιωθείς . . . Ταῦτα μαθὼν καὶ πληροφορηθεὶς, ὡς ὁ φαινόμενος ἄρτος, οὐκ ἄρτος ἐστὶ, εἰ καὶ τῇ γεύσει αἰσθητὸς, ἀλλὰ σῶμα Χριστοῦ· καὶ ὁ φαινόμενος οἶνος, οὐκ οἶνός ἐστι, εἰ καὶ ἡ γεῦσις τοῦτο βούλεται, ἀλλὰ αἷμα Χριστοῦ.

4 *Theodorus, in Catena, ad cap.* III. *Joannis.* Ὁ θεὸς γὰρ καὶ πνεῦμα υἱοθεσίας λέγεται, οὐχ ὕδωρ.

5 *In epistola ad Dacherium, Tomo secundo Spicilegii.*

bati: duodecimo, [1] Sigeberto: nam hi Ratramnum vocant: tametsi quædam Sigeberti exemplaria Bertramum exhibent.

Huc certe spectasse Paschasium Radbertum minime ambigimus, cum diceret in epistola ad Fredugardum, sub finem: *Quamvis ex hoc quidam de ignorantia errent, NEMO tamen EST ADHUC IN APERTO qui hoc ita esse contradicat, quod TOTVS ORBIS credit & confitetur:* quibus ille verbis innuit haud dubie notum sibi volumen esse, cujus artifex non auderet γυμνῇ quod aïunt κεφαλῇ
167 congredi, sed larvatus incederet. Scribebat autem hanc epistolam Paschasius, sub annum DCCCLX.

At verum auctorem ejus operis subodoratus anno superiore jam fuerat [2] Hincmarus. Nam ille capita quædam commemorat, *quorum auctor jactitaretur a multis Joannes Scottigena:* in his istud est: *Quod sacramenta altaris non verum corpus & verus sanguis sit Domini: sed tantum memoria veri corporis & sanguinis ejus.* In eo autem docendo est adscriptus Ratramno liber in primis num. XCIX. & C. Adrevaldus similiter monachus Floriacensis, Caroli Calvi principatu, scriptori larvam detraxit. Nam is sententias Patrum collegit, *de corpore & sanguine Christi contra ineptias Joannis Scotti*, quæ exstant tomo XII. Spicilegii Dacheriani.

Berengarii certe temporibus non aliud nomen præfert, nisi Joannis Scotti, præterquam apud Sigebertum, ut diximus. Ascelinus monachus in epistola ad Berengarium: [3] *Joannem vero Scottum*, inquit, *nec inconsiderate, nec impie, nec indigne sacerdotio meo habeo: quem toto nisu totaque intentione ad hoc solum tendere video, ut mihi persuadeat, Hoc videlicet quod in altari consecratur, neque vere corpus, neque vere Christi sanguinem esse. Hoc autem adstruere nititur ex sanctorum Patrum opusculis, quæ prave exponit. Quorum illum sancti Gregorii orationem hic adnotari sufficiat: Perficiant in nobis tua, Domine, quæsumus, sacramenta quod continent: ut quæ nunc specie gerimus, rerum veritate capiamus. Quam exponendo prædictus Joannes inter cetera nostræ fidei contraria*, Specie, *inquit*; geruntur ista, non veritate. *Quod non catholice dictum, si bene tuam vigilantiam novi, non ignoras.* At hæc sunt totidem plane syllabis in Bertrami libro, num. LXXXVIII.

Berengarius ipse in epistola ad Lanfrancum: [4] *Pervenit ad me*, inquit, *displicere tibi, immo hæreticas habuisse sententias Joannis Scotti de sacramento altaris, in quibus dissentit a suscepto tuo Paschasio..... Si hæreticum habes Joannem, cujus sententias de Eucharistia probamus, habendus tibi est hæreticus Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, ut de ceteris taceam.*
168 Hos appellat cum Fulgentio Bertrami liber. Adversus Paschasium autem, qui luculento opere veritatem propugnarat, scripsisse Joannem Scottum innuit: quod & Ratramnum fecisse Herigerus aït, ut mox dicemus.

Denique Berengarius idem alibi, [5] *Noverit*, inquit, *quæ scribit Joannes Scottus, monitu illum scripsisse precarioque Karoli Magni*, hoc est, Caroli Calvi, ut monuimus: cujus pariter jussu scripsisse Ratramnum multi opinantur: sub annum scilicet DCCCLV. quo anno *multa catholica fidei contraria in regno Karoli, ipso quoque non nescio, concitata* Bertiniani annales prodidere.

Jam damnatum fuisse Joannis Scotti librum de Eucharistia in Concilio plenario Vercellensi, testes sunt [6] Lanfrancus, & Ascelinus. In Concilio quoque Parisiensi, anni ML. testis [7] Durandus Abbas Troarnensis. In Synodo Romana denique, cui Nicolaus II. præfuit, anno MLIX. totius Synodi judicio flammis hunc librum tradere Berengarius jussus est, ut Lanfrancus cum Guitmundo refert. De Ratramni nomine ac volumine interim silentium: quod de vero libri tunc auctore constabat: Bertrami autem falsum nomen & adscititium esse. Quare factum exinde est, ut excidisse Joannis Scotti liber existimetur, quoniam sub ejus nomine non apparet: nam concremata[4] exemplaria videntur, quæ id nomen præferrent. Subduxere se flammis, quas merebantur, omnino pauca, quæ Bertrami, sive Ratramni, nomen haberent. Unde & sub isto nomine nunc sunt admodum rara inventu in bibliothecarum forulis exemplaria manu exarata: & usque ad annum MDXXVI. altum ex eo tempore apud omnes ejus libri silentium est.

Tamen illius operis fabricatorem Ratramnum appellat, idque adversus Paschasium Radbertum fuisse exaratum, Herigerus Abbas Lobiensis in Belgio arbitratus est: qui vir obiit anno MVII. annis CL. post Ratramnum, quem tanquam parum sibi cognitum nominat. *Ratramnus quidam*, inquit, *libro composito ad Karolum regem.*

Sed stilus plane Joannis Scotti, sive Erigenæ, est: 169
diversissimus a Ratramni stilo, tum in libris contra Græcorum opposita, tum in libris de prædestinatione, qui Ratramni nomen habent. Est autem adeo similis: ut non sit ovum ovo similius, stilo alterius voluminis de prædestinatione, quod Joannis Scotti Erigenæ esse exploratum est. Nam ut indicia cetera omittamus, quam est affinis ac pæne par hæc præfatio istius libri de prædestinatione, qua compellat episcopos, quibus illum inscripserat: *In hoc itaque opusculo nostro, quod ad testimonium vestræ orthodoxæ professionis vobis jubentibus scribere curavimus, quæ vera esse perspexeritis, tenete, & Ecclesiæ catholicæ tribuite: quæ falsa, respuite: & nobis, qui homines sumus, ignoscite.* Illa item peroratio libri quinti & postremi de divisione naturæ: *De qua si quis nos invenerit incognitum atque superfluum aliquid scripsisse, nostræ intemperantiæ incuriæque imputet. . . . . Sin autem in eo utile & ad ædificationem catholicæ fidei pertinens arriserit, soli Deo..... deputet.* Quam est illa, inquam, præfatio peroratioque, similis isti clausulæ, qua liber de corpore & sanguine Domini concluditur? *Imperio vestræ magnitudinis parere cupientes, præsumpsi parvus rebus de non minimis disputare. . . . . Quæ si probaveritis catholice dicta, vestræ meritis fidei deputate.... Sin autem minus placuerint, id nostræ deputetur insipientiæ, quæ quod optavit, minus efficaciter valuit explicare.* Ratramni igitur falso nomen habet, cujus in perorando formulas, si quis cum istis diligenter contulerit, alterius esse generis deprehendet. Joannis Scotti hic stilus & oratio est.

Sed fortassis dedita opera *Ratramnus quidam* dixit Herigerus: sibique notum esse fraudis architectum dissimulavit, quod male audiret apud omnes: tametsi ipse favere ei non obscure videatur. Ex eo enim illum hominum genere esse apparet, qui silentium utrique litigantium parti indici velint, vitarique schismata: ut per pacis speciem virus erroris sui liberius impuniusque spargant. In præfatione *dogmatizare* aït, & qui quidquid de corpore Domini dicitur, in veritate: & qui in figura acciperent: male habet ex æquo omnes, a quibus fuere illæ primum propositæ quæstiones: addit postremum qui de hac re lites movissent, Paschasium, Ratramnum, alios,
hoc est, qui alterutri sese opinioni addixissent, ni- 170
hil promovisse tantis animorum motibus, nec posteris satis fecisse. Neutram ex ambabus partibus aspe-

1 *Sigebertus libro de scriptoribus Eccles. cap.* XCVI.
2 *Hincmarus, tomo* I. *libro de prædestinatione cap.* XXI. *pag.* 231.
3 *In Notis ad vitam Lanfranci Cantuariensis, pag.* 25.
4 *In Notis ad vitam Lanfranci, pag.* 22.
5 *Berengarius, in epist. ad Richardum, tomo secundo Spicilegii, pag.* 510.
6 *Lanfrancus, libro de corpore & sanguine Domini, cap.* IV. *& Ascelinus in epist. ante laudata ad Berengarium.*
7 *Durandus Abbas, libro de corpore & sanguine Christi, parte* IX. *post Lanfranci opera.*

rius aliquanto, quam alteram, habet: in eos solummodo invehitur, qui secessui obnoxium fore corpus Christi putarent: id quod catholicæ veritatis hostes ex orthodoxa doctrina imperite colligebant. Paschasium nominatim, qui Christi corpus in veritate fieri a sacerdote pertendissent, *simplicitatis* insimulat: eo tamen nomine *excusandum* putat, quod *simul hoc mysterium & figuram & veritatem dici posse* pronuntiarit: quasi hoc uno verbo retexere prius dicta videatur: quod verbum a cavillationibus hæreticorum non esset omnino immune.

Quid quod in pseudo-Ratramni castra discedere non clam, sed aperte videtur, in extrema fere libelli calce: ubi adversus eos disputat, qui dicerent, ut ipse fingit, Christi corpus obnoxium secessui fore? Nam ibi de mysterio, hoc est, de pane sanctificato cum disserit, Anonymi verba recitat, de quo mox dicemus: *Non ejus excellentiam reveretur*, inquit, *qui secessui dicit obnoxium, sicut ceteras escas: sed tamen eodem modo, quantum ad comestionem & haustum percipitur: videlicet trajiciendo per os, & in ventrem mittendo: ubi quid Dominus de MYSTERIO SUO agere voluerit, suæ scimus tantum cognitum voluntati. Scimus enim consumi posse spiritali virtute: scimus & servari posse inconsumptibili perennitate: quia quæque ex his Christus elegerit, de SUO SACRAMENTO perficit. Absit tamen ut tantum mysterium secessui fiat obnoxium: in quo si forte ordo naturæ servatur, mysterium, quod sola fide conspicitur, humilietur. Si corpus in corpore ordinem servat, non violatur mysterium, quod divinitatis formavit sacramentum: nec spiritus amittit, quod fide integra in re corporali spiritaliter sumpsit.* Ubi mysterium Domini, & sacramentum Domini, cum Bertramo vocat, qua de appellatione mox dicemus: mysterium, quod commisceri corpori ex ordine naturæ possit: rem corporalem, quæ vel consumi possit spiritali virtute, vel servari divinitus incorrupta: in qua re corporali spiritus sumit per fidem quod vivificet. Quas loquendi formulas quam Bertramo familiares, tam plenas esse fraudis atque erroris mox visuri sumus.

171 Nam abesse Christum a consecrato pane qui putarent sæculo nono ac subsequentibus, adeo reverenter ipsi tamen sentire de eucharistia videri voluere, ut ne sic quidem mysterium Domini secessui obnoxium dici paterentur. De speciebus consecratis idem catholicorum complurium illis temporibus sensus fuit: rem alii in medio reliquere: in quibus est [1] Algerus. Negavit id præcise Origenes loco antea a nobis allato. Quare Stercoranistarum vocabulum infame convitii, non sectæ, fuit: ac depellere istud a se illi quidem conati, qui panem sanctificatum Christi corpus appellarent in mysterio dumtaxat, sive figura: sed illud iidem objecere catholicis, quoniam ore dicerent sumi Christi corpus: quod autem in os intrat, (nam sic illi syllogizabant,) ipso attestante Domino, in secessum vadit. Græcis crimen idem haud multo æquius Humbertus & alii impegere: quoniam solvi eucharistia jejunium ille aïebant: ex quo isti confecere, minus certe perite, & minus considerate, in ea Græcos hæresi esse, ut putarent eucharistiam eatenus instar habere ceterorum ciborum: atque ut paulatim augere & exaggerare crimina mos est, tanquam ceteras escas egeri. Cum nihil aliud Græci vellent, quam sacrificium ne offerretur, aut Missa etiam celebraretur, quæ præsanctificatorum dicitur, quam quo solvi jejunium tempore legitime posset.

Itaque catholicos per speciem Stercoranismi petere Herigerus ipse videtur. Quare non est de eodem repudianda prorsus aut aspernanda Sigeberti censura: aïentis [2] *Herigerum congessisse CONTRA Paschasium RADBERTUM multa catholicorum Patrum scripta de corpore & sanguine Domini*: nempe in prælaudato opere: quod ipsius esse adhuc in obscuro foret, nisi illud tum ex vetustissimi exemplaris fide, cui Herigeri nomen præfixum est, tum ex certissimis aliis conjecturis V. Cl. MABILLONIUS auctori suo adseruisset. Nam prius quidem lucem adspexerat, sed ἀδέσποτον, edente [3] Cellotio nostro: unde Anonymus Cellotianus apud eruditos hactenus audiebat.

Damnarat ipse, opinor, nomen suum tenebris, 172
quibus addici merebatur. Nam sæculo nono ac decimo dignum illud animadversione est, qui a fide catholica de corpore & sanguine Domini deflexere, tum per se homines & paucissimos numero, & ipso genere obscuros fuisse: tum vero etiam tanquam mali augurii volucres lucem publicam dissimulato nomine fugitasse.

Horum e numero, præter [4] Anonymum ab Herigero citatum, alter Anonymus est, cujus dicta quædam contra Radbertum recitat idem [5] MABILLONIUS. Neque is enim nomen habet, nec sine causa ipsius fides in suspicionem venit: triplici loco præsertim: tum ubi mirum sibi videri non obscure fert, quod Ambrosius dixerit, eandem esse Christi carnem in altari, quæ nata est de virgine: atque id ante eum diem sibi inauditum esse ac novum exclamat: tum ubi Paschasium irridet, *qui quoties toto terrarum orbe Missarum solennia celebrantur, toties Dominum Christum pati prædicaret*: id quod Paschasio pariter Bertramus objicit, num. XXXVIII. tum denique ubi ex Augustino, quem non intelligit, conficit imperite, non *naturaliter* quidem, sed *specialiter aliud* esse corpus Domini quod est in altari, *aliud specialiter* quod natum ex Virgine, *aliud specialiter* quod est corpus Ecclesiæ. Cui enimvero non suboleat hic virus latere? Hoc est enim dicere, aliud esse corpus quod est in altari, ab eo quod natum ex Virgine, quo plane modo aliud est ab utroque corpus Christi quod nos sumus: nempe *specialiter*, hoc est, in individuo, ut dialectici loquuntur: sive potius secundum propriam corporis essentiam: nam illam huic voci, *species*, vim attributam ab ea hominum factione mox visuri sumus: at idem vicissim esse corpus Christi in mensa Dominica cum eo corpore quod natum ex Virgine, sicut idem cum utroque est corpus Christi quod est Ecclesia, nempe *naturaliter*: quoniam unius ejusdemque spiritus Christi tergeminum illud corpus est. Hæreticorum ingenium & indolem quis hoc loco non agnoscat? quibus familiare ac solenne est mysteria verbis involvere & ob- 173
scurare: dum fides catholica interim simpliciter & aperte quid sentiat paucis ac perspicuis verbis explicat, Panis sanctificatus per verbum Dei, est corpus Christi. Persensisse hanc fraudem sagaciter & acute Paschasius Radbertus videtur, sub finem epistolæ ad Fredugardum, quem his verbis commonet: *Ad ultimum, quæso, ne sequaris ineptias de tripartito Christi corpore.*

Latebras igitur quæsiere, qui veritati eo ævo bellum indicerent: at qui eandem propugnarent, quot & quales, quanta eruditione, fama, vitæ sanctimonia insignes, toto hoc opere appellavimus? Addi his Rabanum Moguntinum oportet, cujus integram fidem viri eruditi probarunt, Mabillonius inprimis, num. 74. 75. & 76. Neque obstat quod Rabanus aït, in epistola ad Heribaldum, cap. XXIII. *Quidam nuper de ipso sacramento corporis & sanguinis non recte sen-*

1 *Algerus, libro secundo, de sacramento corporis & sanguinis Domini, cap. 1.*

2 *Sigebertus, libro de scriptoribus ecclesiasticis, cap. CXXXVIII. totidemque verbis Continuatio de gestis Abbatum Lobiensium, tomo VI. Spicilegii.*

3 *Cellotius, in appendice historiæ Gothescalci.*

4 *Anonymi hujus scriptum exstat tomo XII. Spicilegii, pag. 39.*

5 *Acta sanctorum ordinis Benedict. Sæculo IV. parte secunda, in præfat. pag. XXVII. XXVIII. & XXX. num. 58. & 59.*

sentientes dixerunt, *HOC IPSUM corpus & sanguinem Domini*, *quod de Maria Virgine natum*, *& in quo ipse Dominus passus est in cruce*, *& resurrexit de sepulcro* (hic lacuna est in MS.) *Cui errori quantum potuimus, ad Egilum Abbatem scribentes de CORPORE IPSO quid vere credendum sit*, *aperuimus*. Lacunam supplevit Vir eruditissimus ex Herigero in hunc modum: *idem esse quod sumitur de altari*. Sed scripsit haud dubie Rabanus aliud: nempe, *carnem nostram ad incorruptionem alere*. Nam & Paschasius, adversus quem Rabanus scripsit, si Herigero fides, istud anno DCCCXXXI. docuerat, in libro de corpore & sanguine Domini, cap. XIX. & id venerat in controversiam: & hoc ipsum Rabanus impugnat toto reliquo capite, quod luxatum alioqui adeo est, ut non cohaereant ibi extrema cum primis. Distinxit acute Rabanus alibi, libro I. de Institutione clericorum, cap. XXXI. sacramentum a virtute sacramenti, hoc est, IPSO CORPORE Christi, quod de Maria Virgine natum est, *vitam*, non temporalem, sed *aeternam adipisci* dixit. Nam sic eo verbo usus est. Herigeri, qui locum in lacuna vidit, aut imperita, aut malitiosa divinatio est, cum reposuit, *idem esse quod sumitur de altari*. Paschasii caput XIX. integrum qui contulerit diligenter cum isto Rabani capite ad Heribaldum, & id omnino quod diximus
174 a Rabano scriptum, impugnatumque, fatebatur, ac receptae ubique fidei de eucharistia ipsum pariter subscripsisse.

Nemo interim e catholicis scriptoribus, ut diximus, non confidenter agnosci voluit de nomine: nemo non cum *orbe toto*, *cum omnibus ubique universaliter*: ut ait Paschasius, in eadem epistola, sibi consensionem esse aperte professus est: cum pseudo-Ratramnus non quid Ecclesia doceat, sed quid ipse privatim sentiat, aperire se tum in praefatione, tum in calce ejus libri significet: & num. XXXII. adversari se plurimis ultro fateatur. Nunc demum igitur mens illius investiganda paulo accuratius, & exploranda est: quoniam nec fuit adhuc aut catholicis perspecta, aut heterodoxis ipsis, quibus prolusit: & est ea fidelibus detestanda.

Cum orthodoxi conspirante consensu dicerent cum Augustino, quoniam in sanctificato pane aliud oculi renunciant, aliud fides: uti fere in homine aliud patet, quod est corporeum: aliud, quod est spiritale, latet: cum in communi sermone, inquam, & in omni tractatu episcopi praedicarent, Hoc quod videtis in altari Dei, corpus est Christi quod natum ex Virgine: Corpus est *Domini mei*, ut aït [1] Amalarius, Metensis olim Ecclesiae Abbas, postea sedis adhuc incertae episcopus: Calix, vel quod habet calix, sanguis est verus, qui fusus est pro nobis: [2] *Hoc accipite in pane, quod pependit in cruce: hoc accipite in calice, quod manavit de latere Christi.* Cum Chrysostomo: [3] *Id quod est in calice, est idem quod fluxit e latere: & illius participes sumus.* Et inferius, de corpore quod est in mensa Dominica: [4] *Quando ipsum videris propositum, dic. . . . Hoc est illud corpus, quod fuit cruentatum, quod lancea percussum.* Cum Liturgia Gothica ante laudata: *Illum sanguinem sumimus in calice, QVI de te fluxit in cruce ex latere.* Cum id, in-
175 quam, catholici ubique gentium profiterentur, hanc fidem pseudo-Ratramnus convellere nititur ac labefactare: atque ut id falso dici, si qua arte possit, evincat, eo omnia argumenta collineat, erroneaque placita. Ab his quae sunt paulo apertiora ordiamur.

I. Primum igitur, num. VIII. figuram a veritate distinguit eatenus, quod in figura aliud intelligitur, quam dicitur: quocirca nec vitis Christus, nec palmites Apostoli, etsi in sacris paginis id nomen habent. At quando Christus dicitur natus, passusve, vere passus ac vere natus intelligitur. Hoc, inquit, *veritas* est *in narratione*, *id est*, *nuda & aperta vocum significatio*. Cum negat ibidem igitur, & passim toto in opere, praesertim num. XXXII. id quod est in altari esse Christi corpus in veritate, ac solum ait esse in mysterii figura: negat esse hujusce vocis, *Corpus Christi*, nudam & apertam significationem: negat intelligi debere quod dicitur: vult eo dumtaxat quod videtur, corpus Christi significari. Negat igitur vere dici posse, Hoc quod videtis in altari Dei, vere est corpus quod natum est ex Virgine: quod expresse negat, num. L. LII. & CI. Et num. X. *Claret*, inquit, *quia panis ille vinumque figurate Christi corpus & sanguis exsistit.* Num. XIX. *Non sunt idem quod cernuntur, & quod creduntur.* Quae sententia si praecise ac sola spectetur, tametsi probabilem habere potest intellectum, cum eo tamen consilio proferatur, ut catholicae huic voci adversetur, Hoc quod videtur in altari, est corpus Christi, pestifera haeresis est.

Sed, quod caput est, idem apertissime, num. XV. *non esse aliquid in veritate* docet esse idem, atque non esse tale ac dicitur *secundum propriam essentiam*. Rursumque quemadmodum hoc loco figuram opponit veritati, sic num. XVIII. mysterium proprietati, hoc est, propriae rerum essentiae. Cum negat igitur corpus Christi in mensa Dominica exsistere *in veritate*, negat *in propria essentia* exsistere.

Hanc unam Joanni Scotto placuisse acceptionem vocis *in veritate*, immo & catholicis omnibus, intelliget cordatus quisque, qui meminerit damnatum esse Berengarium, quod pariter [5] *asserebat*, *in figura & in sacramento totum fieri*, *nihil in veritate*: cum 176
praesertim Berengarii quasi susceptus ac deliciosus Joannes Scottus exstiterit.

II. Substantiam deinde vini conspici aït, num. X. qua aetate catholici & aperte profitebantur substantiam panis in substantiam corporis Christi converti, ut Haymo Halberstatensis superius laudatus, pag. 99. & hoc quod videmus in altari aïebant esse, non panis substantiam, sed corpus ipsum natum ex Virgine.

III. Nullam autem ut mutationem substantiae factam probet, num. XII. ad judicium provocat oculorum ac sensuum. *Speciem creaturae permansisse ait*: num. XIV. *Speciem & formam nihil habere in se permutatum*, hoc est, propriam essentiam: aut si cui ita magis arridet, formam externam, quam illa natio indivulsam a substantia credidit. Quo sensu dictum ab illo est, num. LVI. *Intellige quod non in specie*, *sed in virtute*, *corpus & sanguis Christi exsistant*, *quae cernuntur.* Quod est catholicorum effatum impetere, aientium utique, Hoc quod cernitur, est corpus Christi verum. Et num. LIV. *Dicant qui nihil hic volunt secundum interius latentem virtutem accipere*, *sed totum quod apparet visibiliter aestimare: secundum quid hic sit commutatio facta. Nam secundum creaturarum substantiam*, *quod fuerunt ante consecrationem*, *hoc & postea consistunt. Panis & vinum prius exstitere: in qua etiam specie jam consecrata permanere videntur. Est ergo interius commutatum Spiritus sancti potenti virtute*, *quod fides aspicit*, *animam pascit*, *aeternae vitae substantiam subministrat.* Nolebant utique catholici quidquam fidem, quae interius in animo latet, in mysterio operari: quod videretur in altari Dei, aïebant Christi corpus esse: substantiam creaturarum immutatam esse, salva specie, pro ea speciei acceptione quam capite IV. diximus: nec jam esse symbola post consecrationem, quod antea fuissent. Interius quidem commutationem fieri, sed in symbolis prius, quam

1 *Amalarius Episcopus*, *epist.* VI. *ad Guntbardum*, *tomo* VII. *Spicilegii*, *pag.* 171.
2 *Augustinus*, *sermone ad Neophytos*, *citatur a Paschasio*, *in epistola ad Fredugardum.*
3 *Chrysostomus*, *homilia* XXIV. *in* 1. *Cor.* X. Τοῦτο τὸ ἐν ποτηρίῳ ὄν, ἐκεῖνό ἐστι τὸ ἀπὸ τῆς πλευρᾶς ῥεῦσαν, καὶ ἐκείνου μετέχομεν.
4 *Ibidem.* Καὶ ὅταν αὐτὸ προκείμενον ἴδῃς, λέγε σεαυτῷ. . . Τοῦτο ἐκεῖνο τὸ σῶμά ἐστι τὸ ᾑμαγμένον, τὸ λόγχῃ πληγέν.

5 *Walterius Abbas*, *apud Mabillonium*, *tomo* III. *Analectorum*, *pag.* 450.

quam in credentium animis. His capitibus totidem ille maxime adversaria hoc uno in loco tradit.

IV. Eucharistiam cum baptismo confert, num. XVII. XVIII. XIX. In baptismo, inquit, duo sunt: quod exterius abluit, elementum: & quod interius purgat, virtus sanctificationis, sive fides illius
177 qui abluitur. Itaque in specie, sive in proprietate, nihil est præter aquam: in mysterio, sive in credentis intelligentia, virtus sanabilis. Et num. XXI. In baptismo, inquit, sive fœderis antiqui, sive novi, duo sunt: aqua, quæ cernitur: & spiritalis potentia, quæ creditur interius. Ex utroque mysterium fit, dum cognoscitur quid symbolum significet. Ubi non eucharistiam modo perinde ac salutaris lavacri undam fieri mysticam ait, quoniam viso symbolo mens aliud intelligit quam videt, ex qua fidei intelligentia mysterium dicatur & fiat: verum etiam sacramenta novæ legis in parem censum devolvit, in quo sunt sacramenta antiqui fœderis: quod & de veteribus sacrificiis, quæ cum novo componit, rursum confirmat, num. XCI. *Sicut illa figuram habuere futurorum, sic & hoc sacrificium figura fit præteritorum.*

V. Num. XXX. *Non ergo carnem meam*, inquit, *vel sanguinem meum vobis corporaliter comedendum vel bibendum, per partes distributum, distribuendumve putetis: cum post resurrectionem visuri sitis me cælos ascensurum cum integri corporis sive sanguinis mei plenitudine.* Quis porro e catholicis somniavit carnem Christi scindendam in frusta? Plane nemo. Sed illud voluit veterator intelligi, nec cerni in ara, nec comedi, nec frangi corpus Christi: sublatoque in cælos corpore, non exstare amplius illud in terris. Nusquam enim esse, nisi ubi palpabile sit. Quod iterum repetit, num. LXXXIX. colligitque exinde num. XCVII. ubi corpus Christi non cernatur oculis, nec manifestum sit, ibi omnino non esse.

VI. Illam Domini vocem, *Spiritus est qui vivificat*, num. XXXI. sic interpretatur, ut de spiritali credentium operatione, hoc est, de fide accipiat, quæ vivificat, quæ facit mysterium: absque qua fide & operatione mysteria tantum corpus pascant: nec mysteria quidem, sed substantiæ panis ac vini sint. Mysterium ait agi spiritaliter, quia fidei spiritus illud peragit: fides ea pascit, lætificat, vivificat interius: dum quod exterius est, carnem alit. Non hæc pura putaque Sacramentariorum oratio est?

VII. Negat apertissime num. LII. quod ore sumitur in altari, *æternitatem posse præstare.* Vitam enim ait, quæ in eo mysterio continetur, esse a verbi po-
178 tentia invisibili, quæ fidem operatur in nobis: in hac fide esse efficientiam ac virtutem corporis Domini.

VIII. Corporaliter cum negat esse Christum in altari, ac spiritaliter ait intelligi oportere: quam utrique illi voci subesse notionem ac potestatem velit, ipse aperit, num. LXXIV. *Sicut in mysterio*, inquit, *panis ille Christi corpus accipitur: sic etiam in mysterio membra populi credentis in Christum intimantur: & sicut non corporaliter, sed spiritaliter panis ille credentium corpus dicitur: sic quoque Christi corpus non corporaliter, sed spiritaliter necesse est intelligatur.* Hoc est enim perspicue ac sine ambage dicere, neutrum esse corpus in sanctificato pane corporaliter, hoc est, secundum substantiam: sed tantum intellectu fidei spiritalis. Quod ille rursum num. LXXV. adstruit. *At videmus in aqua nihil esse conversum: consequenter ergo & in vino nihil corporaliter ostensum. Accipitur spiritaliter, quidquid in aqua de populi corpore significatur: accipiatur ergo necesse est spiritaliter, quidquid in vino de Christi sanguine intimatur.* Quod est dicere, nihilo magis vinum converti in sanguinem, quam aqua vino immixta in sanguinem populi credentis mutatur, cujus illic aqua gestat imaginem, ut sanguinis Christi vinum: neutrum corporaliter converti, neutrum ergo converti secundum substantiam.

Hæc aperte cum sint a catholica fide abhorrentia, veniamus nunc ad ea quæ sunt paulo tectiora, quæ fefellere nonnullos, eoque impulere, ut hujus voluminis architectum immunem ab errore putarint. Nam est hic illis ipsis eripiendus error. Proderit nosse hæreticorum in loquendo vafritiem, in sentiendo improbitatem. Sic Monotheletæ quondam duplicem in Christo voluntatem, & duplicem ἐνέργειαν, divinam & humanam, sunt ultro confessi: quos tamen Ecclesia justo confixit anathemate: quoniam duas nihilominus negarent voluntates & ἐνεργείας: quod arcanum alias cum Dei ope evolvemus. Nunc quod instat, agamus.

I. Dum quæstionem ille quidem proponit, qua de agitur, eamdem sic implicat verbis, ut vix a peritis dignoscatur. Exquirendum enim ait, num. V. *quod in Ecclesia ore fidelium sumitur, corpus & sanguis* 179
Christi in mysterio fiat, an in veritate. Id est, utrum aliquid secreti contineat, quod oculis solummodo fidei pateat: an sine cujusquumque velatione mysterii hoc aspectus intueatur corporis exterius, quod mentis visus aspiciat interius: ut totum quod agitur, in manifestationis luce clarescat: & utrum ipsum corpus, quod de Maria natum est, & passum, mortuum, & sepultum, quodque resurgens & cælos ascendens, ad dexteram Patris consideat. Pseudo-Bertramo *secretum* id est, quod interius in animo geritur cujusque fidelis: mysterii velatio, symbolum est, quod quisque intuitus secum in animo credit verbo Dei de Christi corpore. Quærit igitur an quod in Ecclesia ore fidelium sumitur, corpus & sanguis Christi fiat per mysterium: hoc est, an sit tantum figura, & signum, quod cum fide intuentis conjunctum, mysterii nomen habeat: & sit panis corpus Christi per cogitationem tantum: an vero in veritate, ac reipsa: sic ut ante fidei mentisque operationem, dici vere possit, Hoc quod aspicitur, vere corpus est natum de Maria Virgine: nec fides hoc mysterium operatur: sed factum intuetur: &, ut ille exaggerando ait, totum mysterium in manifesta luce clarescit ante fidem, quæ est in imo recessu mentis abdita: quoniam dici vere potest, Hoc quod intuemur, corpus est Christi. Hoc vero negat passim ille præcise. Mysterium ex duobus fieri admonet; ex symbolis, tanquam signis: & ex fide credentis, quæ mysterium perficit, dum credit.

II. Similis doli plenum est, quod ait, num. IX. *Mysterium dici non potest, in quo nihil est abditum, nihil a corporalibus sensibus remotum, nihil aliquo velamine contectum. At ille panis, qui per sacerdotis ministerium Christi corpus conficitur, aliud exterius humanis sensibus ostendit, & aliud interius fidelium mentibus clamat. . . quia cælestе, quia divinum, id est, Christi corpus, ostenditur: quod non sensibus carnis, sed animi fidelis contuitu, vel aspicitur, vel accipitur, vel comeditur.* Fefellere viros doctos hæ voces, *interius*, & *exterius.* Neque enim illud *interius*, quod occurrit adhuc num. X. XXI. aliisque locis, sic accipit iste, ut significet, in ipsis symbolis: sed in credentium animis, a quibus peragi mysterium arbitratur. Negat dici mysterium, nisi ubi a symbolis veluti mens commonita aliud credit, quam oculus intuetur: ex utro- 180
que enim mysterium fieri: ex symbolo, & fide credentis. Non dicit interius mutari symbola: sed interius, hoc est, intimæ menti corpus Domini a symbolis *intimari*, sive significari: ubi animus fidelis aspicit, accipit, comedit. Quod cum ille disserit, callide negat dici posse: Aspectus corporis Christum intuetur, os Christum manducat.

III. At num. II. & alibi, invehi videtur in eos solum, qui nullam figuram in eucharistia agnoscerent: num. XI. in eos, qui figurate nihil hic acciperent, sed dicerent totum in veritate conspici: nihil hic fidem operari, nihil secundum fidem accipi: nihil esse abditi, nihil secreti, nihil spiritale geri: sed quidquid illud est, totum secundum corpus, si-

ve corporaliter accipi. Verum confiteri, quod Catholici ultro fecere, Panis conſecratus eſt vere corpus Chriſti, quod natum de Virgine: fuit ex pſeudo-Ratramni mente *nullam figuram* in ea voce, Corpus Chriſti, agnoſcere: figurate nihil ibi accipere: totum in veritate, & ut aït num. XIV. in veritatis ſimplicitate conſpici, ſponte fateri: totum corporaliter opinari. Aiebant nimirum ultro catholici, Hoc quod conſpicimus, vere corpus eſt Chriſti: anathema ei qui dixerit fidem myſterium operari: quippe ante fidem conſecratio, os ſacerdotis, verbum Dei, Deus ipſe, myſterium in ipſis ſymbolis operatur. Nihil ſpiritale in illo myſterio geritur: nihil abditi, nihil ſecreti, hoc eſt, quod pendeat ab intelligentia fidei, ut myſterium cenſeatur & ſit. Non accipimus quod fides efficiat: ſed quod effectum verbo Dei & ore ſacerdotis, fides cogitat & credit. Nihil horum pſeudo-Ratramno placet.

IV. At videtur negare ſolummodo num. X. ſecundum id quod videtur, carnis ſpeciem in illo pane cognoſci. Quis iſtud autem adeo amens fuit, ut exiſtimaret, ut affirmaret? Sed in ea ille hæreſi fuit, ubi carnis ſpecies non ſit, ibi carnem non eſſe. Quo de errore Paſchaſius egit in epiſtola ad Fredugardum. *Sed quidam*, inquit, *loquaciſſimi magis quam docti, dum hæc credere refugiunt, quæcumque poſſunt ne credant quæ Veritas repromittit, opponunt: & dicunt nullum corpus eſſe, quod non ſit palpabile. Hæc autem*, *inquiunt, quia myſteria ſunt, videri nequeunt, nec pal-*
181 *pari: & ideo corpus non ſunt. Et ſi corpus non ſunt, in figura carnis & ſanguinis hæc dicuntur, & non in proprietate naturæ carnis Chriſti & ſanguinis, quæ caro paſſa eſt in cruce, & nata de Maria Virgine.*

Hoc plane intellectu pſeudo-Ratramnus, num. LXXXVIII. *In ſpecie*, inquit, *geruntur iſta, non in veritate: id eſt, per ſimilitudinem, non per ipſius rei manifeſtationem.* Ponit enim pro certo exploratoque, id quod eſt falſiſſimum, non poſſe eſſe Chriſti corpus uſquam, niſi alterutro modo: hoc eſt, aut per conſpicuam manifeſtationem, aut per ſimilitudinem dumtaxat, ſeu figuram. Species enim, ut & myſterii vocabulum, cum veritati opponitur, mera ſimilitudo, mera figura, intelligitur.

V. Negat num. XV. panem & vinum hoc jam eſſe, quod prius fuere. Sane: quoniam in altari corpus Chriſti & ſanguinem credendum intimant. Audire juvat quid ſtatim num. XVI. ſubjiciat: ſic habendum autem interim, ſpiritale ex hominis vafri ſententia, & figuratum, pro uno eodemque accipi: pro eo nempe quod intelligentia fidei animo repræſentat. *At quia confitentur*, inquit, *& corpus & ſanguinem Dei eſſe, nec hoc eſſe potuiſſe, niſi facta in melius commutatione: neque iſta commutatio CORPORALITER, ſed SPIRITALITER facta ſit: neceſſe eſt jam ut FIGURATE facta eſſe dicatur: quoniam ſub velamento corporei panis, corporeique vini, SPIRITALE CORPUS Chriſti, ſpiritaliſque ſanguis exſiſtit*, hoc eſt, quod corpus, quem ſanguinem, cogitat creditque ſpiritus fidei, admonitu ſymbolorum.

VI. Converſionis quidem vocabulo utitur, num. XXIV. XXV. & XXVII. ſed quo intellectu? tam pravo, ut dici nihil perverſius poſſit. Nunc panis ſubſtantiam in corpus, nunc vini creaturam in ſanguinem eo modo converti a Deo docet, quo manna olim corpus ſuum, aquam de petra ſanguinem ſuum inviſibiliter operatus eſt: ſpiritaliter ſcilicet: hoc eſt, in animis piorum, atque credentium, quibus Deus afflat ſpiritum fidei. *Ut intelligeremus*, inquit, *in deſerto Chriſtum in ſpiritali petra conſtitiſſe, & ſui ſanguinis undam populo præbuiſſe, qui poſtea corpus de Virgine ſumptum . . . noſtris ſæculis exhibuit.... Mirum certe, quoniam incomprehenſibile & inæſtimabi-*
182 *le! Nondum hominem aſſumpſerat . . . & jam noſtri Patres in deſerto per eſcam ſpiritalem potumque inviſibilem ejus corpus manducabant, & ejus ſanguinem bibebant . . . Non iſthic ratio qui fieri potuerit: diſquirenda: ſed fides, quod factum ſit, adhibenda. Ipſe namque, qui nunc in Eccleſia omnipotenti virtute panem & vinum in ſui corporis carnem, & ſui cruoris undam SPIRITALITER CONVERTIT: ipſe tunc quoque manna de cælo datum corpus ſuum, & aquam de petra profuſam proprium ſanguinem INVISIBILITER OPERATUS EST.* Quæ hæc eſt ſpiritalis converſio? quæ fit in animis credentium ſcilicet, quorumcumque admonitu ſymbolorum, ſeu mannæ & aquæ, ſeu panis & vini. Alioqui tranſubſtantiatum æque manna in Chriſti corpus ſomniavit, ac nos panem credimus: quam huic auctori amentiam objicere coguntur ii, qui catholicum opus eſſe defendunt. Sed cui iſtud unquam venit in mentem? quis iſtud ei delirium objecit? quis id objicere neglexiſſet, ſi adeo ille deſiperet?

Quid quod id ipſe negat diſertis verbis, num. LXII? *Cum tamen manna illud*, inquit, *quod comederunt, & aquam quam biberunt, corporea fuiſſe nemo qui dubitet.* Quo loco perinde in euchariſtia corporeum contendit eſſe quod editur, atque in manna fuit. Quare num. XXVI. in utroque ſymbolo *Chriſtum* dumtaxat *innui* docet, *qui credentium paſcat animos:* diſſimulatque, vel negat præciſe potius eo verbo callidus veterator, in altero Chriſtum innui ſolum, in altero etiam contineri: cujus rei nullum toto in opere vel tenue veſtigium eſt: negat & malorum dentibus premi, cum bonorum ſolummodo animos paſcat.

Num. denique XXVIII. ſimilis apparet improbitas ac verſutia: nam verbis catholicis utitur, quo antiquam fidem ſpirare videatur: cum tamen adjuncta eadem mannæ & aquæ ſimilitudine genuinum illarum vocum ſenſum evertat. *Sicut ergo*, inquit, *paulo antequam pateretur, panis ſubſtantiam & vini creaturam CONVERTERE potuit in proprium corpus quod paſſurum erat, & in ſuum ſanguinem, qui poſt fundendus exſtabat: SIC ETIAM in deſerto manna, & aquam de petra, in ſuam carnem & ſanguinem CONVERTERE prævaluit.* Annon huic ſententiæ ſubſcribat ultro Calvinus, Bonum dictum? 183
Hoc eſt enim dicere: ſicut panem in corpus, ſic & olim manna convertit in carnem ſuam: non *corporaliter*, ſed *ſpiritaliter:* dum per utrumque ex æquo ſymbolum intimavit, ſive juſſit intelligi corpus ſuum. *Jam tum ſui corporis & ſanguinis myſterium operatus eſt*, in animis credentium ſcilicet.

VII. At ait num. XXX. *vere per myſterium panem & vinum in corporis & ſanguinis Chriſti converti ſubſtantiam, a credentibus ſumenda.* Quam eſt ingenioſa hæreſis ad fallendas mentes mortalium! Cur ergo cavit ille diligenter, ne ſumi ore diceret corporis Chriſti ſubſtantiam? cur *ſumenda* ſcripſit, non *ſumendam*, niſi panem ac vinum, haud immutata corporaliter intellexit? Deinde *converti* quidem *vere* dixit: ſed *vere per myſterium:* quod myſterium facit, ut quidem ille ponit ac ſtatuit, ſpiritus credentium: facit fides intuitu ſymbolorum, dum credit verbo Dei de corpore Chriſti & ſanguine.

Eadem vis verbo *tranſponendi* ab eo affingitur, num. XLII. *Panis, qui offertur*, inquit, *in Chriſti corpus, dum ſanctificatur, tranſponitur: ſicut & vinum, cum ex vite defluxerit, divini tamen ſanctificatione myſterii efficitur ſanguis Chriſti: non quidem viſibiliter, ſed operante inviſibiliter ſpiritu Dei:* in animis utique ſacerdotis aut plebis, in quibus fides myſterium contemplatur, & contemplando efficit. Nam dum *viſibiliter* ſolum id fieri negare videtur, vafrities ea eſt hominis improbi, corpus eſſe poſſe qui neget, ut ex Paſchaſio antea audivimus, niſi quod *palpabile ac viſibile* ſit: adeoque ubi tale non ſit, ibi nullum eſſe omnino.

Pergit in eadem fraude, num. XLIII. *Unde ſanguis*

guis & corpus Christi dicuntur, inquit, *quia non quod exterius videntur, sed quod interius,* in animis credentium, *divino spiritu,* spiritu fidei, *operante, facta sunt: accipiuntur: & quia longe aliud per potentiam invisibilem exsistunt, quam visibiliter appareant:* per potentiam verbi nimirum, quod fidem in animis nostris creat & ingenerat: quod verbum dum creditur, vim habet corporis & sanguinis Christi, ut pascat animum ac vivificet.

Rursum num. XLII. *Quid isthinc perdocemur, nisi quod corpus & sanguis Domini propterea mysteria dicuntur, quod secretam & reconditam habeant dispositionem: id est, aliud sint quod exterius innuant, & aliud quod*
184 *interius invisibiliter operentur?* Quæstionem in eo sensit esse positam, an *invisibiliter*, hoc est, per fidem credentium, quam nemo intuetur: (*intelligentiam invisibilem* appellat, num. LXXXII.) an *visibiliter* mysterium peragatur, ut loquitur Augustinus passim locis antea allatis: ita ut dici possit, Hoc quod videtis, est corpus Christi verum. Aliud sane est quod interius mysteria invisibiliter operantur, aliud quod panis & vinum exterius innuunt: sed an mysteria operentur, quæ Deus effecerit ipse in symbolis, an quæ faciat fides invisibiliter in animis credentium, hoc quærebatur. Posterius Pseudo-Ratramnus affirmat: prius definite negat.

VIII. Fraudes hominis reliquas percurramus. Num. LVI. *Nunc autem quia fides totum, quidquid illud totum est aspicit, & oculis carnis nihil apprehendit: intellige quod NON IN SPECIE, SED IN VIRTUTE corpus & sanguis Christi exsistant, quæ cernuntur. Unde dicit Ambrosius, ordinem naturæ non hic intuendum: sed Christi potentiam venerandam: quæ quidquid vult, quomodo vult, in quodcumque vult, & creat quod non erat, & creatum permutat in id quod antea non fuerat:* nempe in credentium animis, in quibus verbi divini potentia fidem corporis & sanguinis Christi creat, *Spiritus sancti potenti virtute*, ut ait num. LIV. Nam sic ille intelligit. Concoquere non potest, dici a quoquam, Quod videmus in altari, est verum corpus Christi. Ait esse corpus NON IN SPECIE, sive in proprietate, hoc est, in propria essentia, SED IN VIRTUTE. Quam illius ac similium vocem recte Paschasius corripit, in caput XXVI. Matthæi. *Unde miror,* inquit, *quid velint nunc quidam dicere, non in re esse veritatem carnis Christi vel sanguinis, sed in sacramento: virtutem quamdam carnis, & non carnem: virtutem fore sanguinis, & non sanguinem: figuram, & non veritatem: umbram, & non corpus.* Hæc virtus signi tantum est: quoniam symbola corpus & sanguinem animo repræsentant.

Quo sensu num. LVII. sacramentum carnis ait in altari esse, non carnis veritatem: *non esse specie carnem, sed sacramento.* Quo loco si *non esse specie carnem*, idem est solummodo ac non esse carnis formam aspectabilem, (ut quidem volunt qui eum criminis & erroris expertem volunt,) cum larvis luctatur: nam quis Christi corpus esse aspectabile in ara dixit?
185 an Patrum testimoniis id somnium confutandum fuit? Si eo tantum consilio pugnat, ut accidentia non esse Christi corpus evincat, cur dicit num. V. LXIX. & XCVI. alibique, Hoc quod supra mensam Dominicam positum est, quod celebratur & consecratur in altari, quod ore sumitur fidelium, esse verum Christi corpus tantum in mysterio, seu figura? An hoc quod in altari consecratur, ac celebratur, quod ore fidelium sumitur, sola accidentia sunt? An si qui adeo desipuere, ut putarint inhærere corpori Dominico accidentia, idcirco ea arbitrati sunt esse *speciem carnis*, corpus Dominicum, manifestationem Dominici corporis: cum adhuc nihilominus sub accidentibus lateat, & perinde abditum secretumque sit? Vel tunc quidem vere diceretur, id quod pseudo-Ratramnus unum impugnat, Hoc quod videtur, corpus est in quo Christus est natus. Nam *Hoc* cum dicitur, non dialecticis cavillatoribus dicitur, sed fidelibus quibusque, ac simplicibus rusticis, qui *Hoc* cum audiunt, totum complexum, quod digito monstratur, intelligunt.

Alios ergo pseudo-Ratramnus petit adversarios, quam qui dicerent ipsi Dominico corpori hærere accidentia: qua de opinione ne semel quidem verbum unum facit. Et vero Herigerus, sive Anonymus Cellotianus, duas solummodo factiones exstitisse, similiter ac Paschasius, & Bertramus, ait: *dicentibus quibusdam,* inquit, *idem esse quod sumitur de altari, quod & illud quod natum est ex Virgine: aliis autem negantibus, & dicentibus aliud esse:* quoniam illud nimirum verum sit & circumscriptum: istud, ut pseudo-Ratramnus interpretatur, mysticum tantum & figuratum: quod secundum speciem visibilem corruptibile sit, nec a Deo immutatum: secundum virtutem spiritalem, divinum & incorruptibile: quia fidei spiritus est, spiritale in animis credentium corpus Christi.

In tanto animorum discidio fideles nihilominus vocat num. II. eos a quibus dissidet: & num. XV. corpus sanguinemque Christi ait fideliter confiteri: sed demulcendi gratia, blandiore est verbo usus. Ceteroqui num. LVI. admonet, recte hos quidem ore fidem profiteri: sed vim verborum interim negat satis diligenter inspicere. Quis autem non deprehendat in his quæ sunt allata hactenus parem pseudo- 186
Ratramno ac novis Sacramentariis perversitatem mentis inesse: illi majorem etiam in errore defendendo ingenii subtilitatem?

Ad duo porro capita revocari errores illi universi possunt: quæ duo ab Augustino, ut diximus, & Chrysostomo, egregie confutantur. Primum est, quod mysterii vocabulo præpostere abutatur. Num. enim LXXIII. LXXIV. & XCVIII. panem consecratum esse mysterium docet, tum corporis in quo Christus est natus, tum corporis Ecclesiæ: quod maxime abhorrere a vero multis documentis evicimus. Est enim Augustino mysterium corpus Domini, non corporis Domini, sed corporis Ecclesiæ. Hinc idem Bertramus mysticum corpus figuratum interpretatur, num. XCII. falso, ut pariter diximus: Ecclesiam corpus mysticum vocat, num. XCV. novo more, ut jam monuimus.

Confutatur autem hæc perversa mysterii acceptio & a Paschasio in epistola ad Fredugardum. *Sacramentum corporis Christi & sanguinis, quamvis sacramentum dicatur, non est aliud quam veritas. . . . . Sacramentum fidei, vera caro & sanguis est. . . . . Si quis hoc negat ita esse, quia sacramentum vocatur, erit ei, sicut sanctus Augustinus testatur, mors, non vita.* Sed multo expressius luculentiusque ab Haymone Halberstatensi. Nam is recte admonet corpus ipsum Christi in pane consecrato esse signum, sive mysterium, non sui ipsius, sed credentis populi. [1] *Notandum,* inquit, *quod panis ille sacratus & calix signa dicuntur. Non autem hoc quantum ad corpus Christi & sanguinem accipiendum est: quod tamen QUIDAM ERRONEI sensibus carnis omnino dediti, mente cæcati, stolidissime putant. Jam enim corpus & sanguis Christi non essent. Nullum signum est illud cujus est signum: nec res aliqua sui ipsius dicitur signum, sed alterius. Et omnino omne signum, in quantum esse signum deprehenditur, diversum est ab eo quod significat. Corpus ergo Christi & sanguis sacramenta dicuntur, id est, sacrum signum, non sui ipsius, ut præmissum est & probatum: sed AD SIMILITUDINEM SUMENTIUM revera signa dicuntur.*

Nec vero patrocinantur pseudo-Ratramni errori 187
orationes ecclesiasticæ duæ, quas ille recitat, num. LXXXV. & LXXXVIII. Altera ex sacramentario Ge-

1 *Haymo, libro de corpore & sanguine Domini, tomo XII. Spicilegii.*

Gelasii, quod Thomasius edidit: [1] *Pignus æternæ vitæ capientes humiliter imploramus, ut quod in imagine contingimus sacramenti, manifesta participatione sumamus.* Altera, e sacramentario Gregorii Magni. [2] *Perficiant in nobis, Domine, quæsumus, tua sacramenta quod continent: ut quæ nunc SPECIE gerimus, rerum veritate capiamus.* Orant enim in priore formula, qui communicarunt, ut in unitate Ecclesiæ & societate sanctorum, cujus sacramentum, sive imaginem, sive speciem perceperunt, manifestis spiritus & caritatis operibus censeantur: ut carnem Christi spiritalem, de qua cum Hieronymo & Augustino diximus, cujus sacramentum, quod Christi corpus est, accepere, manifesta atque conspicua vitæ sanctimonia sumant: absque quo Eucharistia nemini esse potest pignus æternæ vitæ. De hac enim *manifesta participatione* Augustinus supra laudatus: [3] *Hoc totum ad hoc nobis valeat, dilectissimi*, inquit, *ut carnem Christi & sanguinem Christi non edamus tantum in sacramento, quod & multi mali: sed usque AD SPIRITVS PARTICIPATIONEM manducemus & bibamus, ut in Domini corpore tanquam membra maneamus.* Aliam Lanfranci Cantuariensis interpretationem omittimus, quod & ab aliis recitata est: & quanquam probabilis ea videri potest, non esse tamen genuina videtur.

In altera similiter oratione hoc Ecclesia flagitat, ut sacramenta perficiant in nobis quod continent, & quod significant: nempe unitatem spiritus, cujus & causa & symbolum illa sunt: ut in die Paschæ aperte, *Spiritum nobis tuæ caritatis infunde, ut quos sacramentis paschalibus satiasti*, quæ sunt sacramenta unitatis & caritatis, *tua facias pietate concordes.*

Perversa hæc mysterii acceptio Pseudo-Ratramnum transfert in eam sententiam, ut passim affirmet, corpus Christi quod est in altari, magno distare intervallo ab eo in quo Christus natus est: quantum
188 inter signum rei scilicet, & rem significatam, debet discrimen interesse. *Multa differentia separantur*, inquit, num. LXIX. *corpus in quo passus est Christus, & sanguis quem pendens in cruce de latere suo profudit: & hoc corpus, quod in mysterio passionis Christi quotidie a fidelibus celebratur: & ille quoque sanguis, qui fidelium ore sumitur, VT MYSTERIVM SIT illius sanguinis, quo totus redemptus est mundus.* Et num. LXXI. *Namque dum carnem vel sanguinem, quæ quotidie sumuntur a fidelibus, SPIRITVALIA dicit esse* Hieronymus: *at vero caro, quæ crucifixa est, & sanguis qui militis effusus est lancea, non spiritualia esse dicuntur, neque divina: patenter insinuat, quod tantum inter se differunt, quantum differunt corporalia & spiritualia, visibilia & invisibilia, divina atque humana.* Iterumque num. LXXXIX. *Apparet itaque, quod multa inter se differentia separantur, quantum est inter pignus, & eam rem pro qua pignus traditur: & quantum inter imaginem, & rem cujus est imago: & quantum inter speciem & veritatem.* Denique num. XCVII. *Evidentissime monstratum est, quod panis qui corpus Christi, & calix qui sanguis Christi appellatur, figura sit, quia MYSTERIVM: & quod non parva differentia sit inter corpus quod PER MYSTERIVM exsistit, & corpus quod passum est, & sepultum, & resurrexit.* Quæ sententiæ plane ex adverso repugnant, ut diximus, Augustino, Chrysostomo, totique Ecclesiæ: cujus est ea vox in universo orbe recepta, Corpus quod in altari Dei est, ipsum est quod passum in cruce, αὐτὸ τὸ σῶμα.

Confutantur eædem & illa aurea Eligii Noviomensis oratione, qui quondam aulæ primum, deinde & Ecclesiæ Franciæ decus & ornamentum fuit. [4] *Scitote*, inquit, *fratres dilectissimi, veraciter, ac credite firmiter: quod sicut caro Christi, quam assumpsit in utero Virginis, verum corpus ejus est, & pro nostra salute occisum: ita panis quam tradidit discipulis suis, & quem quotidie consecrant sacerdotes in Ecclesia, verum corpus est Christi. NEC SVNT DVO CORPORA, CARO QVAM ASSVMPSIT, ET ISTE PANIS: SED TANTVM VNVM CORPVS:* 189 *in tantum quod dum ille frangitur & comeditur, Christus immolatur & editur: & tamen unus & integer permanet.* Quam orationem ad verbum exscripsit auctor Anonymus Commentarii in Pauli epistolam ad Corinthos: cujus exemplar manu exaratum est ante annos octingentos, teste [5] Mabillonio, qui vidit.

At pseudo-Ratramnus, corpus quod *per mysterium* exsistit, hoc est, quod exsistit in intellectu fidei, post admonitionem figuræ, symboli vel mysterii: quod falso putat esse corpus divinum, ac spiritale, & invisibile, ab Hieronymo indicatum: hoc, inquam, corpus, a corporali & proprio, sive humano Christi corpore, discriminat ac secernit. Recte: sed illud impie, quod proprio corpori esse locum in altari negat. Aliud esse in altari sacramentum, aliud rem cujus est sacramentum, recte similiter asseverat, num. XXXVI. sed in eo aberrat, quod & sacramentum esse symbola arbitretur integra, & mutationis omnis expertia: rem, cujus sunt sacramenta, ipsum esse corpus in quo Christus est natus: cum & Augustino, & vetustis aliis scriptoribus, sacramentum sive mysterium Christus ipse sit: res, cujus est sacramentum, unitas corporis Christi, quod nos sumus.

Connexum cum hoc priore erroris capite alterum est: quod omne mysterium peragi fide censet: & ut proxime citato loco dicit, panem qui corpus Christi figurate & in mysterio dicitur, ore fidelium accipi, UT SIT MYSTERIUM, hoc est, ut fides signum istud esse intelligat corporis Christi. Eo enim spectant plurimæ illius sententiæ. Num. XLIV. sacramentum, sive mysterium, constare ait ex duobus: & pane visibili, & verbo Dei de Christi corpore, quod eo pane intimatur, intellectu creditur: sic mysterium intellectu & fide peragi. Num. XLV. *sacramentum aliquid secreti continere: & aliud esse quod visibiliter appareat: aliud vero quod invisibiliter sit accipiendum:* id est, ex illius mente, quod non sit in eo pane sanctificato qui videtur, sed in credentium spiritu, in fide quæ latet. Quo referri etiam debent allatæ jam ejusdem voces, de eo quod exterius panis innuit, & de eo quod mysterium interius operatur: 190 in animis nempe credentium, in quibus totum esse mysterium putat, admonitu symbolorum.

Similiter num. XLIX. Corpus & sanguis Christi, quæ sic appellantur, & sunt figurate, inquit: quæ fidelium ore sumuntur, *figuræ sunt secundum speciem visibilem: at vero secundum invisibilem substantiam, id est, divini potentiam verbi, vere corpus & sanguis Christi exsistunt.* Invisibilis substantia pseudo-Ratramno virtus est verbi divini, cui animus credit: sive, quod idem est, virtus fidei, quæ mysterium dum intelligit, facit. Secundum hanc verbi potentiam, quæ fidem in animis nostris creat, panis & vinum, quæ ore sumuntur, sunt illud vere in animo quod creduntur. Hæc fides pascit, creatura visibilis non pascit. Sic homo scelestus verbis catholicis, invisibilis substantiæ, aliisque, quibus misere ac per vim detortis abutitur, Gallicis interpretibus fraudi fuit, qui hunc locum sic reddidere, *par la puissance du Verbe divin.* Cum ille non per potentiam, sed secundum potentiam verbi dixerit: adeoque nec Verbum Deum, sed verbum Dei in animis nostris per fidem insi-

1 *Codices Sacramentorum Ecclesiæ Romanæ, libro* II. *pag.* 160.
2 *Sacramentarium Gregorii M. Missa in sabbato* IV. *temporum mensis septimi.*
3 *Augustinus, tract.* XXVII. *in Joannem.*
4 *Eligius, homilia* XV.
5 *Acta Sanctorum Ordinis Benedict. parte secunda sæculi* IV. *in præfat. pag.* XVII.

insitum, tum isto loco, tum num. XLIII. LXIV. & alibi toto opere intellexerit: quo *verbo Dei anima nutritur ac vegetatur*, quoniam *est panis invisibilis*, ut ait num. XLIV. & LXVI. substantia invisibilis, quæ & æternæ vitæ substantiam subministrat, ut ait num. LIV. & panis substantiam in substantiam corporis Dominici per fidem convertit.

Eodem intellectu num. LXVIII. panem corporis Christi duo complecti dicit: & id quod vadit in corpus, & id quod panis est vitæ æternæ: verbum Dei scilicet, cui dum creditur, animus Christi corpore & sanguine pascitur ac potatur. Num. LXXII. carnem Christi spiritalem ex duobus componi: specie quam gerit exterius: & spiritali verbi divini potentia, invisibili efficientia, divinaque virtute verbi cui creditur. Num. LXXVII. *Aliud est quod exterius geritur, aliud vero quod per fidem creditur. Ad sensum quod pertinet corporis, corruptibile est: quod fides vero credit, incorruptibile. Exterius igitur quod apparet, non est ipsa res, sed imago rei: mente vero quod sentitur & intelligitur, veritas rei.* Verum corpus est, inquit, quod sentit animus cogitando: est in intelligentia fi-
191 dei, invisibili quidem & spiritali, sed quam animus ipse percipit. En quomodo Christi corpus est in mysterio: in mente credentium verbo Dei: extra mentem in altari non est. Num. LXXXIX. & XCIV. fide spiritaliter animam pasci aït, *dum non attenditur quod corpus pascit, quod dente premitur, quod per partes comminuitur: sed quod in fide spiritaliter accipitur.* Innuens nimirum extra fidem nihil esse nisi quod corpus pascit, & dente premitur: nec dici posse quod profitetur Ecclesia Dei cum Paulo, & Augustino, immo cum Christo Domino, Hoc quod videtis, quod accipitis, quod frangitis, vere corpus est Christi.

Eam ob rem num. XV. negat *corpus panis* esse mutatum: cur? *Corporaliter namque*, inquit, *nihil in eis cernitur esse permutatum.* Sane: sed creditur tamen. Et num. XVI. mutationem aït esse figuratam & spiritalem, ut diximus, quæ fiat per fidei intellectum. Negat proinde ibidem duas in altari res exsistere. *Sub velamento*, inquit, *corporei panis, corporeique vini, spiritale corpus Christi, spiritalisque sanguis exsistit. Non quod duarum sint exsistentiæ rerum inter se diversarum, corporis videlicet, & spiritus, verum una eademque res, secundum aliud species panis & vini consistit: secundum aliud autem corpus est & sanguis Christi.* Hoc est dicere hæretico plane intellectu: Non sunt duæ res in eucharistia, sive in pane consecrato: sed una intimat ac significat alteram. Est in altari substantia panis dumtaxat, cujus admonitu corpus Christi quod creditur, animos credentium pascit ac vivificat: & eo quod mente concipitur, corpus Christi spiritale nuncupatur.

Ex quo consectarium necesse est esse id quod ultro & aperte aït num. XL. *Dominicum corpus & sanguinem dominicum* symbola *appellari, quoniam ejus sumunt appellationem*, hoc est, veri corporis & sanguinis in quo Christus est natus, *cujus exsistunt sacramentum:* cujus memoriam & fidem excitant. Quod si verum sit, quid dici aut fingi potest quod Synusiastarum magis causam adjuvet, adversus quos Chrysostomus in epistola ad Cæsarium monachum exserit stilum? Nam si panis *intimans*, sive significans corporis Christi substantiam, totum est Christi corpus
192 in mensa Dominica: etiam divinitatis corpus circumscriptum, quod vel sic profecto non animis solum, sed oculis etiam intuentium, humanitatem intimat, cujus opera, ex illorum sententia, divinitas ipsa præstat, totus est Christus: una, inquient, natura, una substantia pariter Christus est. Si mysterium altaris constat ex duobus, nempe ex specie visibili, & credentium fide: aut Christus similiter ex duobus constabit: ex divinitate, quæ reipsa exsistit: & humanitate, quæ creditur a fidelibus: nam verbo Dei monemur Deum humana agere & pati: aut absone prorsus cum eucharistia incarnationis mysterium a Chrysostomo ceterisque Patribus comparatur. Quantopere enim istud exemplum adversariorum causæ prodest, adversus quos illud imprudens Chrysostomus hoc loco intorsit? Quantum istud Synusiastas juvat? qui, uti de Manichæis Vincentius Lirinensis ait, *phantasiæ prædicatores aiebant filium Dei Deum: personam hominis non substantiæ exstitisse: sed actu putativo quodam & conversatione simulasse.* Et sicut *cum actor tragicus sacerdotem effingit aut regem, sacerdos aut rex est: at desinente actu, simul & ea, quam susceperat, persona desistit.* Nihil attinet hoc loco rursum commemorare, quanta vis tamen insit Chrysostomi orationi ad catholicam fidem declarandam: nam id abunde confectum putamus.

Non est autem prætereundum, quam insigni audacia Patrum testimonia, quibus abutitur, pseudo-Ratramnus corruperit: Ambrosii præsertim, & Augustini. De Ambrosio certe jam præmonuit Antistes Illustrissimus PETRUS DE MARCA, in eo testimonio quod impostor recitat num. LIX. hæc verba fuisse expuncta, quibus premi se ac jugulari sentiret: *Hoc quod* nos sacerdotes *CONFICIMUS corpus, ex Virgine est.* Sed & ejusdem sancti doctoris verba alibi pessime a genuino sensu detorquet. Nam cum ille corpus Christi spiritale dicit, solum negat esse corporalem escam, hoc est, quæ corpus nutriat: nec esse negat idcirco corpus *corporaliter*. Tantum cum [1] Paschasio docet *hæc mysteria non esse carnalia, licet caro & sanguis sint.* At pseudo-Ratramnus & istud negat, & corpus spiritale interpretatur; quod 193
sit in animo & fide credentium corpus.

Jam in Augustini verbis fraus haud paulo levior. Nam cum dixerit sanctus doctor in sermone ad Infantes superius allato, *Mysterium vestrum accipitis:* legisse pseudo-Ratramnus videtur, num. XCV. *Mysterium Domini accipitis.* Sic enim habent editiones ejus libri omnes, a prima, quæ anno MDXXXII. prodiit: præter postremam, anni MDCLXXXVI. Nec vero sine consilio hunc Augustini locum sic interpolavit: nempe ut statim colligeret panem consecratum tam esse mysterium Domini, quam est mysterium nostrum: hoc est, tam esse tantummodo signum corporis Dominici, quam est tantummodo signum credentis populi. *Sanctus Augustinus*, inquit, num. XCVI. *satis nos instruit, quod sicut in pane super altare posito corpus Christi signatur, sic etiam & corpus accipientis populi.* Atqui mysterium Augustino, ut vidimus, non signum Christi, sed ipse Christus est: [2] *in veritate corpus Christi, & sanguis, etsi mysterium appellatur:* nec *mysterium Domini*, hoc loco dixit, sed *mysterium vestrum*, ut & Vignerius, & Patres Benedictini in emendatissima sua editione repræsentant: hoc est, mysterium unitatis ac pacis nostræ, [3] *quæ sub oblatis muneribus*, ut canit Ecclesia, *mystice designatur:* nempe sub pane & vino consecrato.

Sic rursum num. XXXIII. cum Augustinus a nobis pag. 159. citatus dixerit, *suaviter atque utiliter recondendum in memoria* mysterium passionis: ipse expunctis detritisque vocibus duabus prioribus, *fideliter recondendum* exhibuit: quæ interpolatio tametsi alibi per se levis possit videri: eo tamen consilio est ab isto adhibita, ut ex eo colligat mysteria a fidelibus peragi sua fide, non ab ipso Deo in symbolis sanctificatis, ut fides catholica tenet: quam [4] *sanum est adstruere, periculosum niti refellere:* exsecrabile, fraude subruere.

Vi-

1 *Paschasius, libro de corpore & sanguine Domini, cap. XX.*
2 *Remigius Autissiodorensis, de celebratione Missæ.*
3 *Secreta Missæ, in festo corporis Christi.*
4 *Ascelinus, in epistola ad Berengarium, in notis ad vitam Lanfranci Cantuariensis, pag. 25.*

Viderint qui Ratramno Corbeïensi monacho illud opus magno molimine vindicant, quantum auctori-
194 tatis pondus ei homini adserant, aut verius detrahant, in altero doctrinæ capite, de quo sinistræ opinionis suspicionem movit [1] Hincmaro Remensi, æque atque Gothescalcus. Aliquanto certe Ratramno æquior Hincmarus exstitit, cui multo fuere, quam huic ætati nostræ, scripta illius notiora. Nam is de prædestinatione tantum male intellecta Ratramnum insimulat, nullam eidem de eucharistia litem intendit: qui Joanni Scotto, ut vidimus, istud quoque erroris caput objecit.

1 *Hincmarus, libro de Prædestinatione, cap. v. & Flodoardus. libro III. historiæ Remensis, cap. XV.*

195

EMBOLUM PRIMUM. DE POTESTATE CONSECRANDI.

Cum in iis nunc hominibus, qui sunt alieni à regno Dei epuloque cælesti, multi non modo quid efficiat consecratio, verum etiam quis consecrationem efficiat, in quæstionem vocent: prodieritque nuper de hoc argumento volumen in Anglia: de priore idcirco controversia postquam dictum est hactenus pro instituti nostri ratione satis, de posteriore si quid adjiceretur corollarii vice, haud abs re omnino fore visum est.

CAPUT I.

Diaconos offerre sacrificium nec ausos fuisse olim, nec potuisse.

Diaconi quidem olim in Occidente ausi sibi arrogare panis & calicis consecrandi potestatem vulgo existimantur: sed statim fuisse repressi, jussique intra præscriptos sibi limites se continere, canone XV. Concilii Arelatensis I. quod plenarium, hoc est, totius occidentis, ab Augustino jure merito appellatum. *De diaconibus*, inquit, *quos cognovimus multis locis offerre, placuit minime fieri debere.* Sed quorum animis hæc insedit opinio, illis fraudi fuit vox offerendi: quæ cum de diaconis sermo est, nihil aliud quam eucharistiæ porrigendæ plebi officium declarat, quo nunc primum officio illis interdicitur: eadem cum sacerdotali ordini tribuitur, consecrationem indicat, sive immolationem: ut omittam, quod tralatitium est, suo etiam modulo ple-
196 bem offerre: hoc est, [2] *fide & devotione*: vel quoniam munera consecranda offert.

Vidit hoc discrimen vetustus ille Arelatensium canonum collector, ut ipse fortassis synodi notarius, qui titulos singulis apposuit. Nam cum *offerendi* vox perinde allato canone XV. de diaconis; & canone XVIII. de episcopis peregrinis occurrat, *De episcopis peregrinis*, inquit, *qui in Urbem solent venire, placuit eis locum dari ut OFFERANT*: cur priori titulum non inscripsit, Ut diacones non sacrificent: sed, *Ut diacones*, vel *levitæ non offerant*: quemadmodum posteriori hoc lemma præfixit, *Ut Episcopo peregrino locus sacrificandi detur*: nisi aliud esse intellexit offerre, cum de diaconis: aliud, cum de sacerdotibus sermo est: aliud, eucharistiam offerre: aliud, & sacrificare: ac prius illud quidem ausos esse diaconos, posterius non esse ausos?

Usus eadem OFFERENDI voce [3] Innocentius III. Pontifex, cum diaconorum officia partesque describeret: & quæ tum insit ei voci vis ac potestas, statim Christi Domini exemplo declaravit. *Hi septem candelabra aurea*, inquit: *hi voces tonitruorum, qui pacem annuntiant, prædicant Evangelium, mensam componunt, OFFERUNT Eucharistiam &c. Hoc officium Christus exercuit, quando post cœnam sacramenta confecta propriis manibus dispensavit.* Offerre igitur, cum diaconis ea vox attribuitur: sive, ut Innocentius ait, offerre eucharistiam, corpus Domini dispensare est: quod ne deinceps diaconi facerent, princeps omnium hæc synodus prohibuit: id quod deinde Nicæni Patres sunt imitati, aliique, ut dicemus.

Coërciti igitur hoc canone XV. diaconi in provinciis constituti, concise ac breviter, pro synodi auctoritate: *Placuit minime fieri debere.* Mitius actum canone XVII. urbaniusque cum Urbicis, hoc est, cum Romanis, pro reverentia sedis Apostolicæ, qua in Ecclesia militarent. *De diaconibus Urbicis, ut non tantum sibi præsumant, sed honorem presbyteris reservent, ut sine conscientia ipsorum nihil tale faciant.* Diacones Urbici, Romani sunt. Sic enim apud [4] Cyprianum, Urbici Clerici: Urbicus Zephyrinus, apud [5] Opta- 197
tum: Urbici sacerdotes, apud [6] Ambrosium: Urbicus Papa Siricius, apud [7] Paulinum: denique apud [8] Victorem Vitensem, captivi Urbici appellantur. Itaque de his ita sancitum in synodo: ut summo Pontifici in ara facienti quando ministrarent, ne sancta plebi porrigerent: hunc honorem presbyteris reservarent: nihil tale, quale videlicet in diaconis extra Urbem proxime reprehensum est, sine presbyterorum conscientia, sive præcepto facerent, ubi maximus est communicantium numerus.

Nam vis est ea vocis illius, *sine conscientia ipsorum.* In Concilio Antiocheno anni CCCXLI. canone XI. chorepiscopus prohibetur presbyteros aut diaconos ordinare *præter conscientiam episcopi* civitatis, vel Ecclesiæ, in cujus parœcia est constitutus, ex vetere interprete, quem secutus est [9] Isidorus Hispalensis: hoc est, *sine præcepto episcopi*: sic enim Dionysius reddidit canonem Ancyranum ejusdem argumenti; ut quidem Dionysii interpretationem exhibet Rabanus Moguntinus, in opusculo de chorepiscopis, ad Drogonem Metensem.

2 *Remigius Autisiodorensis, de celebratione Missæ.*

3 *Innocentius III. Papa, libro I. mysteriorum Missæ, cap. v. de diaconibus.*

4 *Cyprianus, epist. XL.*

5 *Optatus, libro I.*

6 *Ambrosius, lib. II. epist. XII.*

7 *Paulinus, epist. I. ad Severum.*

8 *Victor Vitensis, lib. I.*

9 *Isidorus Hispal. libro II. de officiis Ecclesiasticis, cap. VI.*

An verò si consecrandi officium utroque illo canone Arelatensi diaconis adimeretur, tam leniter ac moderate dixerent Patres; *Placuit minime fieri debere?* aut illud ipsum Urbicis cum presbyterorum conscientia fas esse concederent? Diaconos ruri quidem rexisse plebem in occidente, constat ex [1] Cypriano, ex [2] Illiberitana synodo, quæ hanc Arelatensem biennio antecessit, ex litteris [3] Constantini ad Eusebium, quæ fuere encyclicæ, atque adeo ad episcopos totius orbis scriptæ a paribus: ex [4] Collatione Carthaginiensi: denique ex Concilio Toletano anni DXCVII. sed qua lege? primum, ut baptismi gratiam, ac pœnitendi copiam in necessitate tantum positis imperti-
198 rent: nam extra necessitatem, nefas. Deinde, ut in suis quique diaconiis commendatas sibi oves foverent monitis suis, ut loquitur Cyprianus, epistola XI. Oblationes autem eosdem a plebe exigere, vel consecrare ausos, quis prodidit? aut quo omnino documento potest suaderi tentatam ab illis adeo profanam ac temerariam usurpationem sacrorum?

Quin immo nefas esse diacono consecrare, quot & quam illustria monumenta clamant? [5] *Diaconus*, inquit auctor Constitutionum Apostolicarum, libro VIII. cap. XXVIII. *non baptizat, non offert.* Et cap. XLVIII. [6] *Neque enim fas est diacono sacrificium offerre, aut baptizare.*

Collectas quidem diaconus celebrat, ibi plebs agit: hoc est, ecclesiasticum officium, divinasque laudes concinit. *Diacones illic habeo*, inquiebat episcopus Donatista, in laudata Collatione Carthaginiensi: *vicina plebs agit. Conventicula* scilicet *facit*, cujusmodi *per diversa loca*, Frumentio auctore, ut [7] Rufinus prodidit, negotiatores Romani in Æthiopia, *ad quæ Romano ritu ORATIONIS CAUSA confluerent:* ἐπὶ τῷ χριστιανικὰς ἐπιτελεῖν εὐχάς, inquit [8] Socrates: qui & catechumenos Indos in communionem precum adscitos addit, quos arceri solitos a rei divinæ conspectu nemo nescit: non tamen ab orationis societate. Sed ubi presbyter non aderat, sacra res peragi non potuit: etsi [9] Theodoretus communem hanc precationem λειτουργίαν appellat, laxiore ejus vocabuli significatu: cum Rufinus, a quo rem gestam reliqui accepere, orationem præcise dicat: hoc est, collectas cum lectione librorum sacrorum.

At non integre, inquam, collecta celebratur, sine presbytero, qui consecret. Hoc est enim integre celebrare: ut aperte docent Acta Martyrum Alutinensium, qui sub Diocletiano & Maximiano Augg. anno CCCIV. martyrium fecere, Anulino Proconsule Africæ, ab aliquo Donatianæ factionis patrono conscripta: a V. Cl. eruditissimoque, & nobis amicitia conjunctissimo STEPHANO BALUZIO edi-
199 ta, Tomo II. Miscellanorum. *Talia precanti, Proconsul, Quis est, inquit, auctor tecum congregationis vestræ? Qui crudelius sævienti carnifici clara voce respondit, Saturninus presbyter . . . . . Quærente igitur Proconsule Saturninum, ostendit, non quod illum prodiderit . . . . . sed ut illi panderet INTEGRE SE CELEBRASSE COLLECTAM, QUANDOCUM IPSIS ETIAM PRESBYTER FUERAT.*

Porrigere presbyteris sacram communionem, quamobrem diaconi in Nicæna deinde synodo sunt prohibiti canone decimo octavo? [10] *Quod*, inquit, *neque regula, neque consuetudo tradidit, ut hi qui OFFERENDI SACRIFICII NON HABENT POTESTATEM, his qui offerunt, corpus Christi porrigant.* Nam *quis patiatur*, inquit Hieronymus, epistola LXXXV. ad Evagrium, *ut supra eos se tumidus* diaconus *efferat, ad quorum preces Christi corpus sanguisque conficitur?* Hac una prærogativa ac dote, quacumque diaconus laude præstet, diacono presbyter longo præit intervallo. *Si ex diacono ordinatur presbyter*, inquit idem, *noverit se lucris minorem, sacerdotio esse majorem:* quo plane sensu Nicæna synodus canone jam laudato, [11] *diaconos* aït *presbyteris esse minores.*

Cur Ecclesiam apud Luciferianos idem Hieronymus negat esse? Quod sacerdotes non habent, qui corpus Christi conficiant, sed diaconum tantum. *Hilarius*, inquit, *cum diaconus de Ecclesia recesserit, solusque, ut putat, turba sit mundi, NEQUE EUCHARISTIAM CONFICERE POTEST, EPISCOPOS ET PRESBYTEROS NON HABENS: neque baptisma sine Eucharistia tradere: & cum jam homo mortuus sit, cum homine pariter interiit & secta: quia post se nullum clericum diaconus potuit ordinare. Ecclesia autem non est, quæ non habet sacerdotes.* Quod hi solum, ut est ab eodem scite dictum in epistola ad Heliodorum, *Christi corpus sacro ore conficiunt.* Diaconus vero, ut est in Concilio, quod Carthaginiense IV. appellant, *non ad sacerdotium, sed ad ministerium consecratur.*

Cur in ægritudine baptismum impertiri presbyte- 200
ro fas est, diacono nefas est, nisi in summa necessitate? Quoniam, cum baptismum sine eucharistia tradere, si vetustos mores consulimus, nefas est, (& ita quidem affirmantem Hieronymum proxime audivimus,) offerendi sacrificium pro peccatis alteri potestas inest, nempe sacerdoti: diacono similiter non inest. Ita certe statuunt Romani canones ad Gallos Episcopos, canone VII. *Ubi ægritudinis necessitas consequi unumquemque compellit, specialiter presbytero licentia est per salutaris aquæ gratiam dare indulgentiam peccatorum: quoniam & MUNUS ipsi licet CAUSA EMUNDATIONIS OFFERRE. Diaconis vero nulla licentia* baptizandi *invenitur esse concessa: sed quod semel forte contigit usurpari, per necessitatem dicitur excusari, nec postea in securitate commissum,* quam quidem rationem explanat uberius D. Thomas, parte III. quæst. LXVIII. art. 2.

Concilium Vasense II. anno DXXIX. canone secundo, diaconis potestatem facit, ut infirmitate prohibente, quominus presbyter verba facere ad populum per se ipse possit, diaconus sanctorum Patrum expositiones publice recitet. Quæ afferri synodus similiter potest ulla, quæ consecrandi absente presbytero diaconis detulerit facultatem? Plane nulla.

Quamobrem merito Fulbertus Carnotensis, in epistola XXXVI. ad Guidonem Bituricensem, *diaconum, qui se presbyterum simulavit, missamque celebrare præsumpsit, procul dubio extra chorum deponendum, & pœnitentia plectendum* pronuntiat: cum ne plebs ipsa quidem tantum flagitium impune tulisset, nisi presbyterum se diaconus mentitus esset.

Quæ sunt igitur diaconorum in re divina partes & munia? Ut sacerdoti offerenti ministrent: nam inde διακόνων seu ministrorum nomen. Per se nec baptismum impertiri extra necessitatem, nec omnino eucharistiam conficere fas illis unquam fuit. [12] *Nam neque diaconis ecclesiastica regula concreditum est, ut aliquod mysterium peragant: sed solum ut ministrent, interea dum peragitur*, inquit Epiphanius, hæresi LXXIX. quæ Collyridianorum est. *Presbyteris* igitur *agenti-*
bus, ut ait Rufinus, in conversione canonis XX. Ni- 201
cæni, hoc est, sacrificantibus, diaconi *solum ministrent.*

1 *Cyprianus, epist.* XI.
2 *Conc. Illiberit. cap.* LXXVII.
3 *Apud Eusebium, lib.* II. *de vita Constantini, cap.* XLVI.
4 *Collatio Carthag. cap.* CXXXIII.
5 *Constitut. Apost.* Διάκονος οὐ βαπτίζει, οὐ προσφέρει.
6 Οὔτε γὰρ διακόνοις προσφέρειν θυσίαν ἔξεστιν, ἢ βαπτίζειν.
7 *Rufin. lib.* X. *hist. Eccl. cap.* IX.
8 *Socrat. lib.* I. *cap.* XIX.
9 *Theodoret. lib.* I. *cap.* XXIII.
10 *Nicæna Syn.* Οὔτε ὁ κανὼν, οὔτε ἡ συνήθεια παρέδωκε, τοὺς ἐξουσίαν μὴ ἔχοντας προσφέρειν, τοῖς προσφέρουσι διδόναι τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ.
11 *Nicæna Syn.* Διακόνους τῶν πρεσβυτέρων ἐλάττους τυγχάνειν.
12 *Epiph.* Καὶ γὰρ οὔτε διακόνοις ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ τάξει ἐπιτέτραπται μυστήριόν τι ἐπιτελεῖν, ἀλλὰ μόνον διακονεῖν τὰ ἐπιτελούμενα.

strent. Agere enim, cum de sacerdotis officio sermo incidit, ut offerre, est sacram rem agere: sive, ut Victor Vitensis ait, libro II. *Missas agere:* unde & *agenda* passim pro Missa occurrit, ut in Concilio Carthaginiensi II. sub Genedio, canone IX. & *actio*, pro Missæ canone, apud Walafridum, cap. XXII. aliosque: [1] *actio nuptialis*, in Sacramentario Ecclesiæ Romanæ, pro Missa nuptiali. Hinc apud Augustinum, libro de bono viduitatis, cap. XVI. ubi commemorat quemadmodum in Missa cor habere sursum commoneamur, *Recordaris*, inquit, *hæc verba unde sunt, intus qua sanctione & quanta sanctitate commendentur agnoscis.* Quem locum longe melius Florus ad I. Cor. 2. legit, *inter quas actiones & qua sanctitate:* dicente ipso proxime antea Augustino, *inter sacra mysteria cor habere sursum jubemur.* Agenti presbytero igitur, hoc est, immolanti diaconi tantum ministrent. His illi se contineant finibus: hoc se modulo metiantur.

Duplici autem potissimum officio ministerium illud constat. Primum enim, fidelium oblationes præsente ac jubente sacerdote diaconus suscipit: atque inde partem designat, quæ debeat a presbytero consecrari. Quin etiam, siquidem adesset diaconus, nefas presbytero fuit absque eo oblata suscipere: ne carere se posse opera diaconi sacerdos existimaret, ut mox dicemus. Cujus ritus vestigium aliquod in eo manet, quod in Missa solenni de diaconi manu sacerdos panem in ara & calicem accipit consecrandum. Hoc officium ne subdiaconi occupent, canone XXV. Laodiceno cavetur: [2] *Quod non oportet subdiaconos panem dare.* Quo in canone explanando miræ sunt Græcorum interpretum, aliorumque, allucinationes. Possunt subdiaconi in prothesim ex ædibus panem afferre, id quod Oblationarius inde appellatus Romæ subdiaconus factitabat: ad aram dare presbytero non possunt: solis hoc diaconis reservatum.

E prothesi, hoc est, ex ara minore, sive ex altari propositionis, ubi munera a sacerdote mox con-
202 secranda primo imponuntur, in Orientali Ecclesia diaconus, dimissis catechumenis, olim utraque, hoc est, panem & calicem, ad aram majorem, ubi res divina a sacerdote fieri consuevit, deferebat: recentiori more solum ille panem defert, sacerdos ipse calicem. Sic enim in Chrysostomi liturgia. [3] *Deinde sanctam pateram sumit diaconus supra caput cum attentione: sacerdos vero sacrum calicem defert.* At vetusti moris meminit tum auctor Constitutionum Apostolicarum, libro VIII. capite XII. [4] ubi catechumenis ceterisque a diacono ejectis, deferre oblata episcopo ad aram diaconi dicuntur, duo videlicet, panem ut alter, alter vinum deferat: tum synodus Ancyrana canone secundo, quo prohibetur, ne diaconi sacrificati aut panem calicemve deferant: aut plebem quid facto sit opus, dum res sacra peragitur, præconum more admoneant: id quod in liturgia Græca diaconus sæpius multo, quam in Latina, facit. [5] *Diaconos similiter, qui sacrificarunt . . . . . cessare ab omni sacro ministerio, sive panis calicisve deferendi, sive annuntiandi.* Quid sit κηρύσσειν, dicemus ad hunc canonem alias. Aliud interim προσφέρειν offerre est, quod proprium sacerdotum munus est in Nicæna synodo: aliud ἀναφέρειν, quod diaconorum proprium in ista. Alioqui quo jure Nicæna, quæ Ancyranam vix post annos XIV. est subsecuta, diaconis potestatem inesse τὸ προσφέρειν, offerendi sive consecrandi, negaret? Hoc nunc est ἀναφέρειν, quod apud auctorem Constitutionum Apostolicarum προσ-άγειν: in liturgia Chrysostomi ἐπὶ τῆς κορυφῆς λαμβάνειν: apud Joannem Episcopum Carpathi, in MS. κομίζειν τὴν ἁγίαν ἀναφορὰν τῶν ἁγίων μυστηρίων, *gestare sanctam oblationem divinorum mysteriorum.* Quæ gestatio, ἀναφορὰ, προσκομιδὴ, munerum consecrandorum, a prothesi ad aram majorem, ut dictum est, magna pompa fit in Ecclesia Orientali, ante oblationem quæ fit a sacerdote rem divinam peragente: in occidentali locum non habet: diaconi ta- 203
men officium aliquod huic affine reperitur, quod quidem his verbis indicatur in Ordine Romano, *suscipere oblatas de oblationario, & dare pontifici, levare calicem & ponere eum super altare juxta oblatam pontificis.* Apud Cumeanum Abbatem, cap. XII. est oblationem afferre: *Diaconus*, inquit, *oblivissens OBLATIONEM AFFERRE, donec auferatur linteamen, quando recitantur nomina pausantium, similiter pœniteat.*

Ministri porro cum sint hæ partes in re divina, & ipse quodammodo cum sacerdote offert, quanquam dispari longe modo ac potestate: & offerendi vox utrique eam ob rem ab Hieronymo ipso accommodatur, in Apologia ad Pammachium: *Non mihi irascantur*, inquit, *sed scripturis sanctis, immo episcopis, & presbyteris, & diaconis, & universo choro sacerdotali & levitico, qui se noverunt HOSTIAS OFFERRE non posse, si operi serviant conjugali.* Unde & diaconorum quoque *sacerdotium* e veteribus multi vocant.

Munus alterum diaconorum Cyprianus libro de lapsis indicat. *Calicem diaconus*, inquit, *OFFERRE præsentibus cœpit.* Et iterum: *Perstitit diaconus, & reluctanti licet de sacramento calicis infudit.* Ac de Laurentio Augustinus, sermone XXXVII. de diversis: *Universa testis est Roma, ubi diaconi gerebat officium. Ibi sacrum Christi sanguinem ministravit.* Xystum Pontificem cum ad necem rapi Laurentius cerneret, sic compellatum ab eo narrat Ambrosius, uti optimi codices MSS. & typis editi exhibent: *Quo, sacerdos sancte, sine diacono properas? Nunquam sacrificium sine ministro offerre consueveras. . . . . Cui commisisti Dominici sanguinis CONSECRATIONEM, cui consummandorum consortium sacramentorum, huic consortium tui sanguinis negas?* Committit scilicet sacerdos diacono dominici sanguinis consecrationem, cum ei consecratum sanguinem, sive calicem dominico plenum sanguine tradit in manus, unde hauriat sacerdos ipse primum, quem deinde ceteris diaconus offerat. Sic conceptis verbis Ordo Romanus. *Dum communicaverit* Pontifex, *de ipsa sancta quam momorderat, ponit inter manus archidiaconi in calicem, faciens crucem ter, dicendo: Fiat commixtio & consecratio corporis & sanguinis Domini nostri Jesu Christi, accipientibus nobis in vitam æternam . . . . Et ita confirmatur ab Archidiacono.* Et quibusdam interjectis: *Archidia-* 204
conus confirmat omnes sanguine dominico, quos communicaverit Pontifex corpore dominico. Et mox: *Sicut Archidiaconus confirmat, quos Pontifex communicat: sic reliqui diacones confirmant, quos Episcopi sive presbyteri post Pontificem communicant.*

Quid est igitur quod diacono sacerdos committit? consecrationem corporis & sanguinis Domini: sive, ut est in Ordine Ambrosiano, *commixtionem consecrati corporis & sanguinis Domini:* hoc est, consecratum calicem cum panis consecrati commixtione. Quis porro consecrationem sanguinis dici miretur pro sanguine consecrato, qui meminerit tum in liturgia sacra dici *hanc oblationem* pro donis oblatis: tum benedictionem pariter a veteribus sæpe appellatam esse, munusculum a sacerdote benedictum, a Gregorio M. potissimum pluribus passim locis? Cur consecrationem illam autem, consecratumve sanguinem, sive, ut aureo plane verbo [6] Primasius vocat,

1 *Codices Sacramentorum, a Thomasio editi, pag. 220.*
2 *Laodic. can. XXV.* Ὅτι οὐ δεῖ ὑπηρέτας ἄρτον διδόναι.
3 *Liturg.* Εἶτα τὸ ἅγιον δισκάριον ἐπὶ τῆς κορυφῆς αὐτοῦ ὁ διάκονος μετὰ προσοχῆς λαμβάνει, ὁ δὲ ἱερεὺς αἴρει τὸ ἅγιον ποτήριον, &c.
4 *Const. Apost.* Καὶ προσφέρουσιν οἱ διάκονοι προσαγέτωσαν τὰ δῶρα τῷ ἐπισκόπῳ πρὸς τὸ θυσιαστήριον.
5 *Ancyr.* Διακόνους ὁμοίως θύσαντας . . . . πεπαῦσθαι πάσης τῆς ἱερᾶς λειτουργίας, τοῦ τε ἄρτον ἢ ποτήριον ἀναφέρειν, ἢ κηρύσσειν.

6 *Primasius, in lib. de hæresibus, sub titulo Prædestinati, cap. XXII.*

CONFECTUM CRUORIS DOMINI, diacono sacerdos committit? Ut confirmet diaconus, quos sacerdos communicarit: hoc est, ut sanguinem dispenset. Sic enim diaconi ope & consortio confirmantur consummanturque sacramenta.

At in Oriente quædam calicis benedictio diacono assignatur. Sane: sed quæ nihil ad consecrationem attinet. Tum initio liturgiæ scilicet, in calicem cum vino frigidam: ante communionem iterum in consecratum a sacerdote calicem [1] diaconus aquam ferventem e cochleari instillat, in modum crucis: quæ crucis signatio: benedictio illa est calicis, qua canone XXV. Laodiceno jam laudato subdiaconis interdicitur: id quod interpretes Græcos pariter & Latino fugit. [2] *Quod non oportet subdiaconos panem dare, vel calicem benedicere.* Prior dumtaxat illa aquæ infusio in calicem, quæ fiat in modum crucis, in usu est apud Latinos. *Archidiaconus*, inquit Ordo Romanus, *infundit faciens crucem in calice.* Sed quorsum subdiaconis benedictione ea interdictum? quo-
205 niam propria illa diaconorum est: qui si absint, præstari has vices a sacerdote ipso oportere, æquæ ac vasa dominica ad sacram mensam deferri, ceteraque eorumdem in re sacra obiri munia, liturgia quoque Chrysostomi admonet, Græcique interpretes ad canonem XXI. ejusdem synodi. Nam, ut ait auctor Constitutionum Apostolicarum, [3] *Nulli ceterorum clericorum licet diaconi munus obire.*

Hæc fere diaconorum officia describit [4] Isidorus, ex quo plurimum lucis accedet iis, quæ de his hactenus dicta sunt. *Ipsi*, inquit, *clara voce in modum præconis admonent cunctos*, (κηρύσσειν, ut vidimus, Ancyrana Synodus dixit:) *sive in orando, sive in flectendo genua, sive in psallendo, sive in lectionibus audiendo. Ipsi etiam ut aures habeamus ad Dominum clamant: ipsi quoque evangelizant. Sine ipsis sacerdos nomen habet, officium non habet. Nam sicut IN SACERDOTE CONSECRATIO, ita IN MINISTRO DISPENSATIO SACRAMENTI est. Illi orare, huic psallere mandatur. Ille oblata sanctificat, hic SANCTIFICATA DISPENSAT. Ipsis etiam sacerdotibus propter præsumptionem* (ne sibi diaconorum operam inutilem ac supervacuam putent) *non licet de mensa Domini tollere calicem, nisi eis traditus sit a diacono. Levitæ componunt mensam Domini. Levitæ operiunt arcam testamenti*, &c. Quæ totidem verbis exscripsit ab eo [5] Rabanus Maurus, aliique. Et auctor tractatus de septem ordinibus, inter Hieronymi opera, tum eadem habet, tum ista: *Eget officio diaconi sacerdos, sicut & diaconus sacerdotis .... diaconus calicem tradit, testis passionis, testis dispensationis, testis humilitatis: ne elatus in superbiam is qui obtulit, nihil sperandum sibi a diacono recognoscat.*

At ubi sacramenta vel sanctificata dispensari a diacono dicuntur, post Arelatensem synodum, sanguinem dumtaxat intelligi necesse est, quod erat complementum communionis, ut verbo utamur [6] Bracarensis IV. Concilii, anni DCLXXV. sive, quo communio confirmabatur, ut diximus: non ipsum Do-
206 mini corpus, sive Eucharistiam: quam confringere quidem diacono licuit, dividere autem sive impertiri plebi in occidente nunquam fas fuit, nisi absente presbytero. [7] *Eucharistiæ sacramentum*, inquit Tertullianus, *non de aliorum manu, quam præsidentium, sumimus.* Sanguinis certé dumtaxat apud Cyprianum, Ambrosium, Augustinum, locis allatis, mentio est.

Quare & Arator pio cantu prosequens primam diaconorum functionem, sic repræsentat:

Quam splendida cœpit
Ecclesiæ fulgere manus, quæ pocula vitæ
Misceat, & latices cum sanguine porrigat Agni.

Plus ausi quidem diaconi antiquis temporibus multis in locis: sed statim coërciti: in Arelatensi prima synodo potissimum, ut vidimus: mox & in Nicæna, canone XVIII. non si Græca quidem per se verba nude spectentur: sed si Latina Rufini, apertissime. *Et ne diaconi*, inquit, *presbyteris præferantur, neve sedeant in consessu presbyterorum: aut illis præsentibus eucharistiam dividant: sed illis agentibus solum ministrent. Si vero presbyter nullus sit in præsenti, tunc demum etiam ipsis licere dividere: aliter vero agentes, abjici debent.* Sed & Arelatensis synodus secunda, ubi Nicænæ synodi decreta recenset, Rufini potius interpretationem, (nam fuere Galli & occidentales omnes in Rufinum propensi:) ac simul Ecclesiæ morem, canonisque Græci sententiam potius, quam verba repræsentat, canone XV. *In secretario diacono inter presbyteros sedere non liceat, vel corpus Christi præsente presbytero tradere non præsumat. Quod si fecerit, ab officio diaconatus abscedat.* Anno demum CCCCLXXXIV. ut recentiora exempla omittamus, Gelasius I. (ut creditur) in epistola IX. ad episcopos Lucaniæ, de diaconis: *Sacri corporis prærogationem sub conspectu pontificis seu presbyteri, nisi his absentibus, jus non habeat exercendi.* Ne cogente quidem infirmitate diacono licuit olim communionem ægris impertiri, sine jussione sacerdotis, ut synodus Illiberitana admonet, capite XXXII. Similis fere definitio Concilii, ut vocant, Carthaginiensis IV. canone XXXVIII. *Ut diaconus, præsente presbytero eucharistiam corporis Christi populo, si necessitas cogat, jussus eroget.*

Quare quod & Justinus in apologia, quæ secun- 207
da dicitur, & Auctor Constitutionum Apostolicarum, libro VIII. cap. XXVIII. diaconis munus adscribunt dividendi populo panem: vetustum admodum morem indicant: qui Arelatensi primum interdicto sit sublatus, ut diximus. Nam & ille Romæ quæ cerneret, scripto haud dubie consignavit: & istum constat apud eruditos Romanæ ecclesiæ consuetudines operi suo subinde aspergere: & idem denique cap. XIII. ejusdem libri conceptis verbis admonet episcopum oblationem impertiri, diacono calicem porrigente. Apud Græcos certe ne quidem confringendæ eucharistiæ munus, quod Ordo Romanus diaconis committit, datum fuisse, nedum porrigendæ, locuples sane auctor est Theodorus Cantuariensis, homo Græcus, in Pœnitentiali, capite secundo: ubi Græcanicum potius morem a suis recipi in hoc negotio, quam Romanum, optat. *Diacones*, inquit, *cum Græcis non frangant panem sanctum, nec collectionem dicant, vel Dominus vobiscum, vel completam.* Et mox: *Diaconi possunt baptizare...., non tamen panem dare.*

Maneat ergo quod summa consensione sæculis omnibus persuasissimum fuit, solis sacerdotibus jus competere corpus Christi conficiendi sacro ore, ac per se quoque illud populo dispertiendi: prius illud autem consecrandi munus diaconos arrogare sibi nec olim ausos, nec potuisse.

CAPUT II.

A Tertulliano sacerdotium tantum spiritale & mysticum, non externum, laicis adsignatum esse.

AT habent sacerdotium & laïci, ut in necessitate possint offerre, & tingere. Quo istud autem auctore statuitur? Tertulliano, inquiunt, libro de Exhortatione castitatis: ubi monogamiæ necessitatem vel isto in primis argumento adstruit. *Inde*

1 *Chrysost. liturgia.* Ὁ δὲ διάκονος ἐγχεῖ συγκεράσας ὕδωρ τῷ ἁγίῳ ποτηρίῳ.
2 *Concil. Laod.* Ὅτι οὐ δεῖ ὑπηρέτας ἄρτον διδόναι, οὐδὲ ποτήριον εὐλογεῖν.
3 *Const. Apost. lib.* VIII. *cap.* XXVIII. Τῶν ἄλλων κληρικῶν τὸ τοῦ διακόνου ἔργον ποιῆσαι οὐδενὶ ἔξον.
4 *Isid. lib. 2. de offic. Eccl. cap.* VIII.
5 *Raban. lib. 1. de Instit. Cleric. cap.* VII.
6 *Concil. Bracar. IV. can. 1.*
7 *Tertull. lib. de corona, cap.* III.

de igitur apud nos plenius atque instructius præscribitur, unius matrimonii esse oportere, qui adleguntur in ordi-
208 *nem sacerdotalem. Usque adeo quosdam memini digamos loco dejectos. Sed dices: Ergo ceteris licet, quos excipit. Vani erimus, si putaverimus quod sacerdotibus non liceat, laicis licere. Nonne & laici sacerdotes sumus? Scriptum est: Regnum quoque nos & sacerdotes Deo & Patri suo fecit. Differentiam inter ordinem & plebem constituit Ecclesiæ auctoritas, & honor per ordinis consessum sanctificatus. Adeo ubi Ecclesiastici ordinis non est consessus, & offers, & tinguis, & sacerdos es tibi solus. Sed ubi tres, Ecclesia est, licet laici. Unusquisque enim SUA FIDE VIVIT. Nec est personarum acceptio apud Deum: quoniam non auditores legis justificantur a Deo, sed factores: secundum quod & Apostolus dicit. Igitur si habes jus sacerdotis in temetipso, ubi necesse est, habeas etiam disciplinam sacerdotis, ubi necesse sit habere jus sacerdotis. Digamus tinguis? Digamus offers? Quanto magis laico digamo capitale est agere pro sacerdote, quum ipsi sacerdoti digamo facto auferatur agere sacerdotem? Sed necessitati, inquis, indulgetur. Nulla necessitas excusatur, quæ potest non esse. Noli denique digamus deprehendi, & non committis in necessitatem administrandi quod non licet digamo. Omnes nos Deus ita vult dispositos esse, ut ubique sacramentis ejus obeundis apti simus. Unus Deus, una fides, una & disciplina. Usque adeo nisi & laici ea observent, per quæ presbyteri adleguntur: quomodo erunt presbyteri, qui de laicis adleguntur?*

Scriptum a Tertulliano hunc librum, cum adhuc in castris Ecclesiæ militaret, ipso adhuc adolescente, ante annos proinde ut minimum decem, quam ad Montanum deficeret, hoc est, anno CLXXXX. tum Hieronymus aperte docet, libro primo adversus Jovinianum: *Certe & Tertullianus*, inquit, *cum esset adhuc adolescens, lusit in hac materia:* tum ex ipsius Tertulliani verbis, qui se laïcum profitetur: haud obscure colligimus. Sed quod ille hoc loco sacerdotium intellexit? Spiritale prorsus & mysticum, quale & regnum: perinde atque capite XII. ejusdem libri militiam spiritalem commemorat: *Non enim & nos milites sumus? eo quidem majoris disciplinæ, quanto tanti imperatoris.* Et spiritalem similiter fraternitatem obtrudit, libro de Monogamia, capite VII. ut a secundis nuptiis uxorem deterreat. *Ergo non nubet defuncto viro uxor, fratri utique viri sui nuptura, si nupserit. Omnes enim nos fratres sumus.* Illud denique
209 sacerdotium, de quo id scriptum est, quod ipse allegat: *Regnum quoque nos & sacerdotes Deo & Patri suo fecit.* Quis enimvero non jam intelligit spiritalia omnia undecumque Tertullianum arripere, ut monogamiæ legem adstruat: nunc spiritale sacerdotium, nunc fraternitatem etiam spiritalem? Si quis hanc ratiocinationem strueret ex Tertulliani verbis: Vani erimus, si putaverimus quod regibus non liceat, subditis licere. Nonne & subditi reges sumus? Scriptum est: Regnum quoque nos & sacerdotes Deo & Patri suo fecit. An aliud regnum, præter spiritale, intelligere Tertullianus a quoquam, si sanus sit, existimetur? Nunc sacerdotii igitur idem judicium esto.

Aliud sane præterea sacerdotium est, quo ordo a plebe secernitur: sed illud est, quod Ecclesiæ a Christo fundatæ auctoritas postulat, per quod Ecclesia constituitur, *Ecclesia quæ est numerus* confidentium in Ecclesia *sacerdotum*, cujus sacerdotii sanctissimus honos in consessu maxime ordinis illius conspicuus est. Quamobrem ubi hæc Ecclesia, hic consessus non est, adesse nihilominus *Ecclesia spiritus* potest, vel in tribus laicis. Ecclesia quidem sacerdotum, ut appellat auctor tractatus adversus Lupercalia, qui sub Gelasii Papæ nomine circumfertur: sed Ecclesia secundum spiritum, sicut & sacerdotium secundum spiritum: tametsi non secundum ecclesiasticum honorem atque consessum.

Quam deinde igitur oblationem etiam Tertullianus intelligit? quam tinctionem? Omnia spiritalia, cujusmodi ipsum laudat sacerdotium. Non qualia sacerdos in Ecclesia peragit, hoc loco commendat: sed quæ eorum vice esse possint, quæ sacerdos, siquidem adfuerit, jure peragat. An enim sacerdos potest esse quisquam sibi solus, ut se ipse tinguat, si de lavacro aquæ vox ea accipienda est? minime sane: si de fide, rectissime. Fides igitur sua unicuique tunc vice sacerdotii est, cum sacerdos abest. Hac quisquis instructus fuerit, id a Deo consequi beneficii potest, quod tinctio vel oblatio afferat, siquidem hanc articulus necessitatis, non contemptus, excludat. *Habet* quisque [1] *gratiam, quam desiderat*, æque
catechumenus ac fidelis: *habet quam poscit. Certe* 210
quia poscit, accipit. Hunc sua pietas abluit & voluntas, ut de Valentiniano, qui nondum sacro lavacro tinctus obierat, Ambrosius pronuntiavit: hunc igitur & eadem pascit. Denique, ut hoc ipso in loco Septimius, *Unusquisque sua fide vivit*, abluitur, pascitur. Persecutionis æstu fervente non licet in Ecclesia conventus agere? Domi licet. Ibi fides & oratio pro oblatione esto. [2] *Sed quomodo colligemus? inquis: quomodo dominica solennia celebrabimus? Utique*, inquit idem, *quomodo & Apostoli: fide, non pecunia tuti.... Postremo, si colligere interdiu non potes, habes noctem.... Non potes discurrere per singulos? sit tibi & in tribus Ecclesia.*

Neque ecclesiastici ordinis consessu ad hanc tinctionem vel oblationem opus. Sacerdos es tibi solus. Quanquam, si Ecclesiam desideras, [3] *ubi tres, id est, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, ibi Ecclesia, quæ trium corpus est.* Multo magis, ubi tres, licet laici, ibi Ecclesia est, hoc est, Pater & Filius & Spiritus sanctus, suos sibi atque inter se fideles consocians, unitate fidei & caritatis. Hæc fides autem tunc una abluit ac pascit: hæc justificat æque laïcum, ac sacerdotem. Neque enim est acceptio personarum apud Deum: qui non auditores verbi, sed factores justificat.

Quamobrem si sacerdotale jus habes in temetipso, quod te perinde ac sacerdotum opera ministeriumque justificet, quando necessitas ipsum sacramentorum usum excludit: habeas necesse est, inquit Tertullianus, disciplinam sacerdotis, ubi necesse sit sanctitatis & gratiæ tibi conciliandæ jus æquum habere cum sacerdote. Atqui sæpe contingit, ut solus temetipse tinguas, solus offeras, & sacerdos sis tibi solus. Crebro id, inquam, usuvenit, quoties nimirum persecutionis procella sævit, ut vel cum uxore & liberis in his angustiis legitimum agas domi cœtum. Est autem ibi fides & oratio oblationis loco. [4] *Hæc exercens*, ut de eleemosyna olim Laurentius Novariensis aiebat, *est tibi intra te quotidiana oblatio.* Et Radulfus Flaviacensis, libro 2. in Leviticum, capite V. *offerimus* Christum Patri *credendo*. Sive sis
catechumenus, sive sis in fidelium cœtum adscitus, 211
unusquisque tum sacerdos sibi solus: nullum ubi sacrificium est: nulla ubi sacerdotis opera, sive qui tinguat, sive qui offerat, præsto est: sua tum quisque fide tingitur, pasciturque: sacerdotium in hos usus habet unusquisque idoneum, fidem, mundamque conscientiam. Sacerdotii igitur legibus etiamtum quisque teneatur.

Vis nosse quomodo offeras, cum solus es, quomodo sacrifices? [5] *Sacrificas quomodo præcepit Deus: pura prece.* Quid offeras? [6] *Offer, opimam & majorem hostiam Deo: quam ipse mandavit: orationem de carne pudica, de anima innocenti, de Spiritu sancto profectam.*

1 *Ambros. in obitu Valentiniani.*
2 *Tertull. lib. de fuga in persec. cap. ult.*
3 *Libro de bapt. cap. VI.*
4 *Laur. Novar. homil. 2.*
5 *Tertull. ad Scapul. cap. 2.*
6 *Tertull. in Apolog. cap. XXX.*

fectam. Quid domi solus? [1] *In omni loco sacrificium nomini meo offertur, & sacrificium mundum, scilicet simplex oratio de conscientia pura.* Quid denique immoles? [2] *Orationem Deo immolas.* Tertulliani ipsius ex voces atque sententiæ sunt. Ista Minutii in Octavio: *Nam litabilis hostia bonus animus, & pura mens, & sincera sententia. Hæc nostra sacrificia, hæc Dei sacra sunt.* Lactantii illa: [3] *Verbo sacrificari oportet Deo, siquidem Deus Verbum est, ut ipse confessus est. Summus igitur colendi Dei ritus est, ex ore justi hominis ad Deum directa laudatio.* Augustini denique: [4] *Ara Dei anima nostra est. Sacrificium Dei quid est? Imponimus in ara sacrificium, quando Deum laudamus.*

Atque ut externorum, hoc, Græcorum etiam aliquis advocetur, qui symbolam conferat, Origenes nomina prima in Leviticum, Rufino interprete: *Sacerdos in te est,* inquit, *& filii ejus: mens quæ in te est, & sensus ejus: qui merito sacerdos, & filii sacerdotis appellantur: soli enim sunt qui intelligunt Deum, & capaces sunt scientiæ Dei. Vult ergo sermo divinus, ut rationabili sensu carnem tuam in castitate offeras Deo.* Origenem sequitur Chrysostomus, homilia xx. in cap. xii. ad Romanos. Et habet idem aliquid maxime affine, homilia L. ad populum Antioch. quæ est de sanctis Bernice & Prosdoce, pag. 640. & 641. Quid similius, quam istæ orationes inter se duæ? illa scripturæ, *Sacerdos in te est:* & ista Septimii, *Sacerdos es tibi solus?* Quam illa rursum ejusdem Ori-
212 genis oratio, homilia nona, Tertullianeæ similis ac gemina est? *Aut ignoras tibi quoque,* inquit, *id est, omni Ecclesiæ Dei, & credentium populo sacerdotium datum? Audi quomodo Petrus dicit de fidelibus: Genus, inquit, electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus in acquisitionem. Habes ergo sacerdotium, quia sacerdotalis es: & ideo offerre debes Deo hostiam laudis, hostiam orationum, hostiam misericordiæ, hostiam pudicitiæ, hostiam justitiæ, hostiam sanctitatis.* Nusquam interim vel Origenes, vel Tertullianus, hostiam corporis Domini, tot inter hostias adnumeravit.

Nec tum igitur opus illo sacerdotio, quo ordo a plebe differt, qui honos est sanctificatus in sacratis hominibus, in Ecclesia considentibus, per sacram ordinationem: quo sacerdotio Ecclesiæ auctoritas constituitur: quod Ecclesiæ dignitas ac disciplina postulat, Deo & Christo auctore: ad quam disciplinam si provocamur, [5] *Deponimus* sacerdotii mystici ac spiritalis *infulas, & impares sumus: tametsi quum extollimur & inflamur adversus Clerum,* inquit, *tunc omnes sacerdotes:* quo sacerdotio? *quia sacerdotes nos Deo & Patri fecit.* Quo impune uti in necessitate sacerdotii jure fas est: nec ecclesiasticos consessus opus est synaxesve quærere. [6] *Quam multi,* inquit egregie Anastasius alter Sinaïta, *in desertis, qui privati manducatione panis divini, possident tamen æternam vitam, neque in judicium veniunt, sed e morte in vitam transiere: ipsi omnino panis & corpus Dei: sanguis, & domus, templum & altare, holocaustum & oblatio?*

Vide tamen, pergit Tertullianus, ne digamus vel sic ausis tinguere aut offerre. Putasne te posse gratiam promereri oratione ac fide, qualis oblationem veram consequitur, aut tinctionem, digamus si fueris: cum eamdem impertiri alteri, digamus si fueris, nequeas? Agis pro sacerdote in re tua, quo nefas modo sacerdotem agere in aliena? Non agis tunc quidem proprie sacerdotem: hæreticorum ea amen-
213 tia est, [7] ut *sacerdotalia munera laicis injungant:* sed tamen sacerdotalem operam antevertis & manum: dum credis & oras, agis pro sacerdote. Agere porro pro sacerdote nefas est, nisi quo decet, & quo velis modo sacerdotem agere. Quid ita? quoniam omnes nos Deus ita vult dispositos esse, ut ubique sacramentis ejus obeundis apti simus. Alioqui quomodo e laïcis presbyteri adlegentur, ni laïci ea servent, ob quæ in presbyteros possint cooptari?

Haud satis firma, inquiet aliquis, ratiocinatio, a sacerdotio externo ad spiritale translata. Perinde quasi quam sit ea valida, non quæ sit ea per se, nunc investigemus. An est quisquam, qui Tertullianum vel a limine salutarit, qui hominis ingenium ignoret, ut arripere soleat quascumque argumentorum occasiones, quæ causæ suæ qualitercumque deserviant? Quid quod sensit ipse fortassis hoc esse telum imbelle, quod nunc tam audacter vibrat: cum in libris de Monogamia eo plane ratiocinio abstinuit, quanquam idem ibi de integro argumentum retractat? Solitus alioqui, cum in eadem materia denuo stilum acuit, easdem inculcare passim rationes, & exornare dicendo, quas antea delibarat. Sic enim in Apologetico, & in libris ad Nationes occurrunt eadem fere omnia: quod est utrumque opus ejusdem argumenti. At ista ille ratiocinatione in opere de Monogamia supersedit, quod intelligeret ex ea consectarium fore, ut ne laïco quidem uti sociali toro liceat, quoniam sacerdoti non licet.

Sensit & Hieronymus, qui tametsi paria de secundis nuptiis cum Tertulliano scriptis prodidit, excepto quod non abjecit de Ecclesia digamos: cum hunc ipsum, in quo sumus, Tertulliani locum exscribit, postremam solummodo sententiam repræsentat, nec de mystico sacerdotio verbum facit, aut jus offerendi tingendive spiritale laïcis objicit. [8] *Et nos,* inquit, *putabamus sacerdotum hoc tantum esse privilegium, ut non admittatur ad altare, nisi qui unam habuerit uxorem. . . . . Quanquam lege sacerdotali tenetur & laicus, qui talem præbere se debet, ut possit eligi in sacerdotium. Non autem eligitur, si digamus fue-* 214
rit. Porro eliguntur ex laïcis sacerdotes. Ergo & laicus tenetur mandato, per quod ad sacerdotium pervenitur.

An si Tertulliani ipsius mens ea fuisset, Ecclesiam laïcis posse constare, quibus consecrandi in necessitate jus esset, latuisset id deinde aut martyribus aut lapsis sub Cypriano? quantulo autem isto post Tertulliani ætatem intervallo vixere? Quanta nihilominus, uti [9] Cyprianus fidem facit, presbyterorum cura & solicitudo fuit, ut ad Martyres in carceribus detentos aspirarent, rei divinæ faciundæ causa? cujus certe labor in captando redimendoque aditu supervacuus foret, si præstare sacerdotum vicem in tanta necessitate laïcis licuisset. Jam quis lapsorum vel necessitate cogente unus repertus est, qui consecrare auderet? Maximus illorum numerus fuit: pax illis concessa a Martyribus jus afferre ad Eucharistiam existimabatur a plerisque: a presbyteris tamen communionem quantis precibus, quanta vi conati extorquere, de conficienda interim nemine quidem cogitante?

Latuissetne istud Hilario diacono, schismaticorum antesignano, qui sectam suam potius deficere passus est, quam ut in ea quovis necessitatis prætextu sacerdotium quisquam usurparet Ecclesiæ? An potest ulla fingi tamen necessitas major? Tota certe Africa, in qua Tertullianus vixit, ut ceteros terrarum tractus sileamus, omnium vox hæc fuit una, laïcis nefas esse offerre sacrificium, teste Augustino, sermone XLIX. de verbis Domini, ubi Clericos malos verbis increpat & castigat, qui illam Christi sententiam, *Quæ dicunt facite, quæ faciunt nolite facere,* præpostere interpretarentur. *Quomodo ergo,* inquit,

1 *Tertull. lib.* IV. *contra Marcion. cap.* I.
2 *Tertull. de jejun. cap.* X.
3 *Lactant. lib.* VI. *cap.* XXV.
4 *August. in Psal.* XCIV.
5 *Tertull. lib. de Monogamia, cap.* XII.
6 *Anast. serm.* 12. *in Hexaem.* Πόσοι δὲ πάλιν ἐν ἐρήμοις ἀποκείμενοι τῆς τοῦ ἁγίου ἄρτου μεταλήψεως ἔχουσι ζωὴν αἰώνιον, καὶ εἰς κρίσιν οὐκ ἔρχονται, ἀλλὰ μεταβεβήκασιν ἐκ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωήν. αὐτοὶ ὅλοι δι' ὅλου ἄρτος θεοῦ καὶ σῶμα γίνονται, καὶ αἷμα, καὶ οἶκος, καὶ ναὸς, καὶ θυσιαστήριον, καὶ ὁλοκαύτωμα, καὶ προσφορά.
7 *Tertull. lib. de præscrip. cap.* XLI.
8 *Hieron. epist.* XI. *ad Ageruchiam.*
9 *Cyprianus, epist.* V.

quit, *pervertunt isti hanc sententiam, quando illis dicitur male viventibus, Merito dictum est a Domino, Quæ dicunt, facite: quæ faciunt, facere nolite? Recte dictum est, inquiunt. Dictum est enim vobis, ut quæ dicimus, faciatis: quæ autem nos facimus, vos non faciatis. Nos enim offerimus sacrificium, VOBIS NON LICET.* Quamobrem & idem [1] Augustinus, libro secundo contra litteras Petiliani, laicum ait non solum verum non esse, sed etiam nullum sacerdotem esse.

215 Postulatus est judicio ab Arianis ac Meletianis Athanasius, ob fractum mysticum poculum, disjectamque mensam, sacrificii tempore, cui Ischyras sacerdos operabatur. Crimen hoc ita dilutum, ut cum sacerdotem non esse Ischyram liqueret, nec sacrificium peragere potuisse constaret. Ita Hilarius Pictaviensis insigni loco in fragmentis, pag. 21. *Reus presbyteri sui impetu disturbati altaris in ipso sacrificiorum tempore, ubi Ischyras presbyter adsistebat, arguitur. Ischyras presbyter negatur, & criminis falsitas cum auctore damnatur. Porro autem SACRIFICII OPUS SINE PRESBYTERO ESSE NON POTUIT.* Maneat ergo, quod proposuimus, nemini corpus Christi ore conficiendi, præter presbyteros, concessam prærogativam esse: & quicumque laicus sine sacerdote aliquid eo consilio operetur, inaniter hunc operari, ut recte monet auctor Constitutionum Apostolicarum, libro secundo, cap. XXVII. Πᾶς λαϊκὸς ἄνευ τοῦ ἱερέως ἐπιτελῶν τι, μάταια ποιεῖ.

1 *Augustinus, cap. XXX.*

---

216 # EMBOLUM SECUNDUM.

Explicantur canones duo de Sacramento altaris.

CAPUT I.

De canone Arausicano.

Ne manum tollamus de tabula, retinent adhuc & vocant nos ad se canones antiquorum Galliæ Conciliorum duo, quorum interpretatio aut plane desperata, aut tentata hactenus ab eruditis viris infeliciter fuit: a nobis est hoc loco expedienda paucis. Nam in utroque de consecratione corporis Domini Christi agitur. Itaque moræ veniam argumenti dignitas impetrabit. Consuetudinem enimvero duplicem circa sacramentum altaris, nunc quidem antiquatam, dignissimam tamen, quæ alieno potius loco, quam nullo, tractetur, canon uterque complectitur.

Prior est canon XVII. Arausicani Concilii I. anno CCCCXXXXI. *Cum capsa & calix offerendus est, & admixtione Eucharistiæ consecrandus.* Titulus canoni præfixus hujusmodi est: *Ut in unum propositio sacramenti consecretur.* In exemplaribus MSS. tribus legitur, *Cum capsa & calix inferendus est.* In aram scilicet calix inferendus, offerendi seu consecrandi causa, simul cum capsa, sive capsula hostiarum: ut calix admixtione Eucharistiæ, quam sacerdos degustaverit, consecretur. Cur istud autem? in signum unitatis: ut exinde appareat unum esse propositum sacramentum, & quod sacerdos, & quod populus sumit: de una omnia consecratione esse: quod consecratur & sumitur, unum ea commixtione fieri. Capsa solas populi oblatas continet: non habet sacerdotis oblatam: cum capsa itaque in aram inferatur & calix pro communione populi: qui calix admixtione particulæ ex eucharistia, quam sacerdos absumit, consecretur. Ne sit igitur unicus in altari calix, quem
217 sacerdos haurit: ex quo aliquid instilletur in scyphos vini plenos; unde plebs deinde confirmetur, hoc est, *complementum communionis*, ut ait Micrologi auctor, accipiat. Fuit enim hic mos, non in quibusdam solum orbis Latini locis, ut alii adnotarunt: sed & in Galatia multo ante, ut ex Primasio discimus. Nam is, dum Ascitarum, sive Ascodrogitarum in eo tractu hæresim refert, vel ritum potius indecentiorem circa Eucharistiam, hos ait solitos esse in utrem vino plenum de consecrato calice aliquid instillare, ad communionem plebis nimirum: & illum deinde *linteaminibus velare, & ADORARE, QUIA CONFECTUM CRUORIS DOMINI IBI ADJICIUNT.* Crimen omne illorum fuit, quod utre pro calice uterentur. Nam quod Philastrius adjicit, & qui eum descripsere, verbis exaggerata accusatio est: crimen ex nomine noscitur.

Ad rem autem ut redeamus, ne sit, inquam, calix unicus, ubi capsa plebi communicandæ posita in altari fuerit. Sit & plebi suus cum capsa calix, qui admixtione Eucharistiæ, quam sacerdos admomorderit, consecretur his verbis Ordinis Romani: *Fiat commixtio & consecratio corporis & sanguinis Domini nostri JESU Christi accipientibus nobis in vitam æternam.* Ubi commixtio & consecratio pro re mixta & consecrata accipitur: vel, ut in Ordine Ambrosiano paulo antea legi monuimus, pro *commixtione consacrati corporis & sanguinis Domini.* Sententia est igitur ista eorum verborum: Hæc commixta & consecrata, quæ sunt corpus & sanguis Christi, fiant accipientibus nobis in vitam æternam. [2] *Illud autem,* inquit Innocentius III. *sane debet intelligi, quod dicit sacerdos, cum Eucharistiam mittit in calicem: Fiat, inquit, commixtio corporis & sanguinis Domini. Quod utique referendum est ad species panis & vini, quibus continetur corpus & sanguis.* Eæ enim sunt, quæ miscentur: non corpus proprie sanguisque miscentur.

Quod vero dicitur calix in Arausicano canone admixtione Eucharistiæ consecrandus, perinde est ac si diceretur, eam admixtionem fieri oportere, ut cum Eucharistia consecratus, hoc est, simul sacratus in- 218
telligatur & calix plebi destinatus. *Consecrare enim est simul sacrare,* inquit Pelagius I. in epistola ad Joannem Patricium. Quo sensu Maximinus Thrax Imperator quondam exercitum sic compellabat: *Sacrati commilitones, immo etiam consecranei mei:* vel, ut [3] Tertullianus loquitur, *consacranei.* Hac igitur admixtione intelligitur una esse propositio sacramenti: censetur de uno pane & de uno calice eadem una benedictione

2 *Innocentius III. Papa, libro VI. mysteriorum Missæ, cap. 2.*
3 *Tertullianus, libro 1. ad Nationes, cap. XII.*

dictione consecrato, cum plebe sacerdos participare, plebs cum sacerdote. Hunc vero morem an Gregorius II. postea improbarit, his verbis: [1] *Congruum non est duos vel tres calices in altario ponere, cum Missarum solennia celebrantur*, adhuc ampliandum. In ordinationum præsertim ritibus, quos Græcorum libri describunt, reperire est τὰ ποτήρια, τοὺς κρατῆρας, τὰ ἅγια ποτήρια, τὸ πρῶτον ποτήριον, δύο ποτήρια.

Est locus insignis in Ordine Romano, in quo & capsarum mentio est, & oblatarum quæ capsulis continerentur. Ubi nempe agitur de ingressu episcopi ad altare: *Duo acolythi tenentes CAPSAS CUM SANCTIS apertas, & subdiaconus sequens cum ipsis tenens manum suam in ore capsæ, ostendit SANCTA Pontifici, vel diacono qui præcesserit. Tunc inclinato capite Pontifex vel diaconus SALUTAT SANCTA, & contemplatur: ut si fuerit superabundans, præcipiat ut ponatur in conditorio.* Ubi cum SANCTA audis, caveris Eucharistiam intelligas, quæ ante sacrificium ex secretario, quam nos sacristiam dicimus, deferatur. Nam cui unquam auditum, aut eucharistiam in secretario adservatam, aut ab acolythis gestatam publice in Ecclesia, aut ante sacrificium delatam fuisse ad altare? Hæc, inquam, plane inusitata & inaudita: præsertim id quod de secretario dicitur: in quo quidem recondi sacra supellex solita est: sed non Christi corpus: ut docet inscriptum cuidam secretario istud [2] Paulini distichon.

Hic locus est, veneranda penus qua conditur, & qua
Promitur alma sacri pompa ministerii.

219 Septimi fere sæculi scriptoribus ecclesiasticis, in primisque auctori hujus Ordinis Romani, aliud vox SANCTA significat, cum pluralis numeri est & neutrius generis: aliud, cum singularis, ac feminei. Nam in posteriore quidem casu ac modo eucharistiam significat: uti cum in eodem Romano ordine dicitur Pontifex *DE IPSA SANCTA QUAM momorderit, ponere in manus archidiaconi, dicendo in calice, Fiat commixtio.* Et in Ordine Romano II. quem publici juris fecit Vir Clariss. Ordinis sui lumen, Joannes MABILLONIUS, e sacro Benedictinæ familiæ cœtu, Congregationis S. Mauri: qui Romanus Ordo contractior est priore, quem similiter edidit, factus ad usum Ecclesiarum suburbicariarum, resectis iis quæ ad Pontificem pertinent, adjectoque symbolo, quod id Romæ adhuc non canebatur: ceteroqui est priori simillimus. In eo, inquam, ubi ritus idem num. 12. describitur: *Mittit*, inquit, *in calicem DE SANCTA OBLATA:* non de sancta ex ante adservata: excepta utique, de qua nemo dubitat, Missa præsanctificatorum, quæ semel anno fit in Parasceve: & in Urbe quondam, Missa presbyterorum, quibus esset plebs credita: nam ex Innocentii I. rescripto ad Decentium Eugubinum, liquet morem fuisse, ut hi fermentum, hoc est, eucharistiæ ab Apostolico consecratæ particulam, per acolythos ad se transmissam, calici admiscerent Dominico quoque die. *De sancta*, interim, quod nunc quærimus, idem est atque de eucharistia. Sic in Ordine IV. Romano, pag. 62. *Deinde dicit, Pax Domini sit semper vobiscum. Non mittit partem DE SANCTA in calicem, sicut ceteris sacerdotibus mos est:* nempe Domnus Apostolicus, quando rem divinam facit. Cur? quod id postea facturus est. *Quando communicat Domnus Apostolicus, partem sibi mordet, & reliquam in calice mittit, faciens crucem de ea tribus vicibus super calicem, nihil dicens. Et sic confirmatur de calice.* Priore loco cum hæc commixtio ab episcopis presbyterisve, in Urbe fieret, de fermento fiebat, ut mox dicemus, quod in titulos Urbis, sive parochias, a Domno Apostolico mittebatur: Apostolicus autem fermentum a nemine accipit, sed dat ipse omnibus.

Fermenti mentio quoniam incidit, aperiendum 220 obiter quid illud sit, tametsi ab aliis ante nos, atque in primis a Sirmondo nostro, feliciter est indicatum. Palam erit exinde DE SANCTA mitti in calicem idem esse, atque de FERMENTO, hoc est, de eucharistico, seu consecrato pane. Liber Pontificum Romanorum in Melchiade hæc habet: *Hic fecit ut oblationes CONSECRATÆ per Ecclesias EX CONSECRATU Episcopi dirigerentur, quod declaratur FERMENTUM.* Non quia fermentatum idcirco necesse sit intelligi: aliud enim fermentum est, aliud fermentatum: sed qui fermenti instar fideles omnes, qui communicant, veluti massam unam fermentet. Sumptum id verbum ex parabola fermenti. Matth. XIII, 33.

In Siricio: *Hic constituit, ut nullus presbyter Missas celebraret per omnem hebdomadam, nisi CONSECRATUM episcopi loci designati susciperet, declaratum (quod nominatur) FERMENTUM.* Quo loco vox ea, *quod nominatur*, interpretatio est alterius, *declaratum*: & ex margine videtur in contextum irrepsisse. *Per omnem hebdomadam* autem idem est atque per omnem diem Dominicum, qui dies caput hebdomadis est in Latino ritu. Excipiebatur Dominica Palmarum: quoniam eo die propter officii divini prolixitatem ad titulos urbis FERMENTUM serius mitteretur. Itaque pridie mitti mos fuit. Sic enim habet capitulare Evangeliorum, quod V. C. Joannes Fronto Canonicus Regularis e Monasterio S. Genovefæ edidit: *Sabbato datur FERMENTUM in Consistorio Lateranensi:* nempe de SANCTA consecrata in Natali Domini, ut mox dicetur. Nam in sacramentario Gregorii M. sabbatum illud *vacat.*

Innocentius I. in epistola ad Decentium Eugubinum, cap. V. *DE FERMENTO vero, quod die Dominico per titulos mittimus superflue nos consulere voluisti, cum omnes ecclesiæ nostræ intra civitatem sint constitutæ. Quarum presbyteri, qui die ipsa propter plebem sibi creditam nobiscum convenire non possunt, idcirco FERMENTUM A NOBIS CONFECTUM per acolythos accipiunt, ut se a NOSTRA COMMUNIONE maxime illa die non judicent separatos. Quod per parochias fieri debere non puto, quia non longe portanda sunt SACRAMENTA, nec nos per cœmeteria diversa constitutis presbyteris destinamus: & presbyteri eorum CONFICIENDORUM jus* 221 *habeant & licentiam.* Glossa vetustissima ad hunc locum, relata primum ex MS. codice, a V. C. Joanne Mabillonio, sic habet: [3] *De fermento quod dicit, mos est Romanis, ut de Missa quæ cantatur in Cœna Domini, & in sabbato sancto, & in die sancto Paschæ, & in Pentecoste, & in Natali Domini, de SANCTA per totum annum servetur. Et ubicumque per stationes, si ipse Papa ad Missam præsens non fuerit, de ipsa Missa* (hoc est, de SANCTA quæ in ipsa Missa fuerat consecrata) *mittitur in calicem, cum dicitur,* PAX DOMINI SIT SEMPER VOBISCUM. *Et hoc dicitur FERMENTUM. Tamen Sabbato sancto Paschæ nullus presbyter per ecclesias baptismales neminem communicat, antequam mittatur ei de IPSA SANCTA, quam obtulit Dominus Papa.*

In primo Ordine Romano, quem idem Mabillonius edidit, num. 22. *Quando dici debet, Pax Domini sit semper vobiscum: deportatur a subdiacono oblationario particula FERMENTI, quod ab Apostolico consecratum est: & datur archidiacono. Ille vero porrigit episcopo. At ille consignando tribus vicibus, & dicendo, Pax Domini sit semper vobiscum, mittit in calicem.*

Quot vocibus res eadem in his testimoniis declaratur? Fermentum, consecratus episcopi, oblatio consecrata, quod consecratum ab Apostolico, confectum

1 *Gregorius II. in epistola ad Bonifatium Mogunt. anno* DCCXXVI.
2 *Paulinus, epist.* XII. *ad Severum, pag.* 154.
3 *Mabillonius, tomo* 2. *Musei Italici, pag.* XXXVIII. *&* XXXIX.

fectum ab episcopo fermentum, quo qui multantur a communione separati censentur, sacramentum quod non est longe portandum, sacramentum quale conficere presbyteri possent, denique SANCTA quam obtulit Dominus Papa, quæque est mittenda in calicem, cum dicitur *Pax Domini.* Non hic & consecrandi, & offerendi, & ipsa conficiendi vox, Eucharistiam abunde designat? Nam & *conficere panem,* de Eucharistia dixit [1] Justinus Martyr: [2] Hieronymus, *conficere panem Domini, conficere sacro ore carnes Agni:* tum ipse, tum Ambrosius, *conficere Christi corpus:* [3] Augustinus, *conficere sacramentum carnis & san-*
222 *guinis Christi:* & est illud conficiendi verbum eucharistiæ peculiare, non commune cum eulogiis, seu pane benedicto. SANCTA igitur femineo genere, haud dubie Eucharistia est. Similiter & SANCTUM apud [4] Tertullianum, *Ex ore quo Amen in SANCTUM protuleris.*

Plurali vero numero cum SANCTA dicuntur, oblatæ debent intelligi, quæ consecrationi destinantur. Ostenduntur enim e capsa Pontifici vel diacono, in ipso liturgiæ sacræ initio: ut dispiciat is, num plures sint oblatæ, quam esse oporteat. Itaque *si superabundans* oblata *fuerit*, præcipiet idem ut *in conditorio* reponatur: hoc est, in loco ubi hostiæ consecrandæ servantur. Quo sensu *conditoria frugum* dixit Ammianus, libro XXXI. Conditorii cura penes custodem Ecclesiæ fuit, ut in Ordine Romano VI. dicitur, n. 9. Episcopus, inquit, *apportante sibi archidiacono oblatas in patena a nullo immolatas, accipiat ex illis, quantum sibi sufficere videatur, & alias archidiacono restituat, quas ille CUSTODI ECCLESIÆ AD OBSERVANDUM committat.*

Sic apud Græcos ἅγια necdum etiam consecrata per verbum Dei dona interdum dicuntur, sed proposita tantum, & altari deputata: ut in Euchologio pag. 684. & alibi: ἅγιος ἄρτος in Liturgia Basilii ante verba consecrationis. In Missa, quæ Chrysostomi dicitur, ut mox videbimus, statim initio Missæ τὰ ἱερὰ appellantur. Egbertus Eboracensis, initio officii feriæ quintæ in Cœna Domini: *Hora sexta celebratur Missa ad Lateranis. Sic incipiens Pontifex dicit, Oremus. Tunc ponuntur in altare SANCTA.* In Ordine Romano altero, & apud Amalarium in Ecloga, num. 6. *Pontifex...... inclinato capite ad altare, primo ADORAT SANCTA.* In canone Missæ annon *sancta sacrificia illibata* dicuntur, uti monuimus, ante consecrationem, [5] *quæ in ministerio Dominici corporis offeruntur?* Apud Græcos similiter, in Missa quæ Chrysostomi nomen præfert, sacerdos & diaconus in ipso rei sacræ exordio dona proposita ter adorant, id est, salutant: προσκυνήματα τρία ἔμπροσθεν τῆς προθέσεως ποιήσαντες, &c.

Nam quod in Ordine Romano legitur alio loco,
223 ex MS. aliquo uno exemplari, *Cum dixerit, Pax Domini sit semper vobiscum, faciens crucem tribus vicibus manu sua super calicem, mittit SANCTA in eum:* error est librarii manifestus. Nam vetustæ editiones Georgii Cassandri, & Melchioris Hittorpii, habent *DE SANCTA*, ut & Colbertinus codex, & Amalarius in lib. III. cap. XXXI. ex hoc ipso Romano ordine: *Dicit libellus memoratus*, inquit, *Cum dixerit Pax Domini &c. mittit in calicem DE SANCTA.*

Atque hæc prima quidem commixtio est oblatæ consecratæ cum sanguine: quæ fit ante communionem, uti hodieque mos est: *ad designandam conjunctionem corporis & animæ in resurrectione*, inquit auctor Micrologi, cap. XVII. Sed de altera commixtione sermo est in Arausicano canone: quæ nempe fit post communionem sacerdotis, antequam sanguinem hauriat. Utramque commemorat Ordo Romanus: & posteriorem quidem, nam de priore proxime egimus, his verbis pariter antea laudatis: Pontifex, *dum communicaverit, DE IPSA SANCTA, quam momorderit, ponit in manus archidiaconi, dicendo in calice, Fiat commixtio &c.* Refert utramque & Amalarius Abbas, loco citato: *Si hoc ita agitur in Romana Ecclesia*, inquit, *ab illis potest addisci quid significet BIS POSITUS PANIS IN CALICEM. Non enim vacat a mysterio, quidquid in officio agitur juxta constitutionem Patrum.* Hæc altera commixtio ex præscripto Arausicanæ synodi in calice fieri debuit, qui confirmandæ plebi destinaretur: ad significandam utique unitatem sacrificii, quo sacerdos & quo plebs pascitur: unum enim est sacrificium. *Meum ac vestrum sacrificium*, inquit sacerdos in Latina liturgia.

Ad capsam autem ut redeamus, de qua in canone Arausicano agitur, eandem deprehendimus a Gregorio Turonensi, aliisque, turris: a S. Remigio turriculi vocabulo, simul cum patena comprehendi. Liber Pontificalis in Innocentio I. *Turrim argenteam cum patena, & columbam deauratam, pensantem libras XXX...... Calices argenteos quinque, pensantes libras tres.* S. Remigius in testamento suo, apud Flodoardum, libro I. cap. XVIII. *Tibi heredi meæ Ecclesiæ supra memoratæ jubeo turriculum, & imaginatum calicem fabricari.* In testamento S. Aredii Lemovicini 224
Abbatis, Tomo 2. Analectorum Mabillonii: *Turres IV. copertoriolos holosericos III. calices argenteos IV.* Ubique cum turri vel turriculo calix memoratur: hoc est, ut in Arausicano canone dicitur, *cum capsa & calix.* Sed turris ipsa ex capsa constat & patena simul: capsa quidem, quæ plebis oblatas contineat, tempore sacrificii: patena, in qua confractio fiat oblatarum: patena autem capsæ imposita, turrim facit. Sic apud Flodoardum, libro 2. cap. VI. *Turrim quoque auream, quam ad votum suum fabricari fecerat, super altare posuit S. Mariæ Remensis Ecclesiæ, & patenas tres.* Apud Venantium Fortunatum, libro III. Epigramma exstat XXIII. *ad Felicem episcopum Bituricensem, in turrem ejus*, hoc est, in capsam simul & patenam.

Quam bene juncta decent, sacrati ut corporis Agni
Margaritum ingens, aurea dona ferant.

Imposita capsæ patena scilicet, quæ simul juncta turrim efficiunt, ambo corporis Christi aurea dona excipiunt. Gregorius Turonensis, libro I. de gloria Martyrum, cap. LXXXVI. *Lecta igitur passione, cum reliquis lectionibus...... tempus ad sacrificium offerendum advenit: acceptaque turre diaconus, in qua ministerium Dominici corporis habebatur, ferre cœpit ad ostium: ingressusque templum, ut eam altari superponeret, elapsa de manu ejus ferebatur in aëra.* Ministerium ibi Dominici corporis, capsa est cum patena, quæ duo simul juncta, ut Fortunatus cecinit, turrim repræsentant: in qua idcirco recte dicitur a Gregorio Turonensi ministerium haberi Dominici corporis, hoc est, vasa sacro corporis Dominici ministerio deputata: quæ *divina mysteria* eam ob causam Victor Vitensis, libro I. vocat. [6] *Ministerium corporis Domini nostri gerulum*, in Sacramentario Ecclesiæ Romanæ. Hoc ministerium, hanc turrim e secretario diaconus paulo ante oblationem deferebat, *ut altari superponeret.* Id quod in Ordine Romano, ut Egbertus Eboracensis proxime monuit, initio liturgiæ fieri solitum est: *Ponuntur in altare SANCTA.* Dormitavit autem Odo Cluniacensis, libro 2. Collat. cap. XXXII. ubi hunc Gregorii locum exscribens, pro turri, sive ministerio corporis 225
Dominici, *capsam cum corpore Domini* posuit. In Sacramentario Gallicano, Tomo I. Musei Italici, pag. 389. *Benedictio calicis, & patenæ, & turris* exstat: in

Qq

[1] *Justinus Martyr, in dialogo cum Tryphone.*
[2] *Hieronymus in Jeremiam, cap XXXI. in epist. ad Fabiolam, & ad Heliodorum. Ambrosius, libro de initiandis, cap. IX.*
[3] *Augustinus, serm. XI. de verbis Domini*
[4] *Tertullianus, libro de Spectaculis, cap. XXV.*
[5] *Remigius Autissiodorensis in Expositione Missæ.*
[6] *Libro I. Sacramentorum Ecclesiæ Romanæ, pag. 123.*

in eaque patena & turris inter ea vasa censentur, in quibus sacrosancta mysteria, non adservantur, sed celebrantur: ne quis turrim fuisse adservandæ Eucharistiæ idoneam pyxidem putet, aut columbam: cum a turri columbam, ut videmus, liber Pontificalis discriminet. *Precamur te, Domine, tuam majestatem, ut hunc calicem, patenam, & turrem, in quo celebraturi sumus sacrosancta mysteria, cælesti benedictione sanctifices atque benedicas*, &c. Capsæ argenteæ cum oblatis ex ara pensilis iconem damus in calce hujus libri, Figura VI. ex Sirmondo, quam in libello de azymo primus edi curavit. Capsulæ nomen eadem significatione occurrit in libro Cærimoniarum S. Rom. Eccl. qui vulgo creditur esse Christophori Marcelli Episcopi Corcyrensis, cum verius sit Augustini Piccolominei, sive Patricii, Episcopi Picentini. Lib. I. cap. I. sect. XII. *Ducitur equus albus, phaleratus, mansuetus, & pulcher, cum tintinnabulo ad collum bene sonante, qui CAPSULAM vehit cum sanctissimo Christi corpore.* In hæc autem digredi haud abs re visum est, quod de his omnibus, de capsa, de turri, de sanctis, nemo adhuc occurrit, qui rem acu, ut aiunt.

CAPUT II.

De canone Turonensi.

NUNC est alter e duobus, quos proposuimus, canon explicandus: tertius nimirum Turonensis II. Concilii, anni DLXVII. *Ut corpus Domini in altari, non in imaginario ordine, sed sub crucis titulo componatur.* Titulus iste autem canoni præfigitur, *De compositione corporis Domini in altari.* Sed canonem multo emendatius codex Bellovacensis, & collectio Bonæ-Vallis exhibent, teste Sirmondo: Vaticanus item codex, Labbeo teste: nimirum absque præpositionibus, quæ sententiam interpolant & obscurant. *Ut corpus Domini in altari, non imaginario ordine, sed crucis titulo componatur.* Mitto dicere quæ fuerint eruditorum de hoc canone, ut & de Arausicano, sententiæ: ne dum easdem confutare aggrediar, colligere videar ex aliena reprehensione laudem. Summo illi quidem ingenio viri, & omni exceptione majores: quorum alii jam diem supremum
226 obiere, degunt alii adhuc inter nos, & sunt iidem amicitia quoque & familiaritate nobis conjunctissimi. A quibus tamen nihil ut verear confidenter ac libere hac parte diffidere, singularis eorumdem modestia efficit ac finit: quippe quos sim expertus, ut aïebat Sirmondus olim de suis æqualibus, aliena solitos haud gravate audire: &, si meliora suis cognoscant, libenter amplecti.

Dicam igitur quod sentio, breviter. Ac primum quidem, imaginario ordine, crucisque titulo, ut ipsa orationis structura, sublatis ac deletis præpositionibus, admonet, non locus aliquis designatur: sed modus, seu forma Dominici corporis, vel panis qui consecratur in corpus Dominicum, in altari ipso componendi: *ubi vota populi & MEMBRA CHRISTI* portata sunt, ut aït Optatus, libro VI.

Deinde corpus Domini sunt oblatæ plurimæ consecratæ, simul in ara: quæ [1] *non sunt multa corpora Christi*, ut recte docet Remigius Autissiodorensis, *sed unum est corpus Christi & unus sanguis, cum illo quod sumpsit in utero Virginis, & quod dedit Apostolis. Sicut enim*, inquit [2] Amalarius, *multæ ecclesiæ sunt per universum orbem terrarum, propter diversa loca, & tamen una sancta est catholica propter unam fidem: sic & multa oblata, propter vota offerentium, unus panis est propter unitatem corporis Christi.* Sed de hoc argumento adhuc planius [3] Chrysostomus in epistolam Pauli ad Hebræos.

1 *Remigius Autissiodorensis, in Expositione de celebratione Missæ.*
2 *Amalarius, in Eclogа in Ordinem Roman. num. XXV.*

Denique titulus crucis, figura & effigies crucis est, ut Glossaria indicant. *Titulus*, χαραχτὴρ, στηλογραφία. Hilarius Diaconus, in caput IV. epistolæ ad Colossenses, ad ea Apostoli verba, *Nympham, & domesticam ejus Ecclesiam. Nympham, inquit, cariorem existimans, cujus & domum salutati. Tam enim devota videtur fuisse*, (*devotum* debuit dicere; est enim ibi Νυμφᾶς viri nomen; καὶ Νυμφᾶν, inquit Paulus, καὶ τὴν κατ' οἶκον αὐτοῦ ἐκκλησίαν:) *ut omnis domus ejus signo TITULATA esset crucis*, hoc est, Christiana facta esset, crucis titulo, sive signo, fronti inscrip- 227
to: sic enim fieri Christianos olim mos fuit. Paulinus Nolanus, poëmate XXX. de reditu Nicetæ episcopi in Daciam, quem ipse Latino nomine Victorem appellat, pag. 636.

Ibis illabens pelago jacenti,
Et rate armata Titulo Salutis,
Victor, antenna Crucis ibis undis
Tutus, & austris.

Antenna titulo crucis composita est: hoc salutis titulo navis armatur: hoc est, effigie salutari crucis, quem antenna exhibet. Hinc antenna crucis vocatur, hoc est, ut [4] Tertullianus loquitur, antenna pars crucis: sive antenna titulo crucis, ut diximus, composita. Memoranda Martyrum, qui Carthagine passi sunt sub Hunerico, vox illa, quam refert Victor Vitensis, sub finem historiæ suæ: *Unus Dominus, una fides, unum baptisma. Nec poterit in nobis adjuvante Domino iterari, quod in sancto evangelio semel præceptum est dari. . . . Nobis vero nullus de postibus frontium valebit evellere, quod in uno baptismo artifex Trinitatis dignatus est TITULARE:* nempe crucem in frontibus neophytorum titulatam, hoc est, inscriptam. Stephanus Africanus presbyter, in vita S. Amatoris, num. XIX. laudatus a Viro Clariss. D. DU CANGE, in appendice ad Glossarium: *Crucis signaculo frontem ejus ATTITULANS, salutis integritatem roganti restituit.* Ubi haud dubie titulus crucis effigies crucis est, quæ digito fronti imprimitur.

Quo Latini porro sensu *tituli* vocabulum, eodem Græci voces ἀναστηλοῦν & στηλογραφεῖν usurpavere: quarum non alia vis ac potestas est, quam de pictis imaginibus loquuntur, quam ut erectæ ac stantes pingi imagines intelligantur. In Concilio Nicæno II. actione VI. tomo VI. ex Iconomachica synodo hic canon refertur: Εἴτις τὰς τῶν ἁπάντων ἁγίων ἰδέας ἐν εἰκόσιν ἀψύχοις καὶ ἀναύδοις ἐξ ὑλικῶν χρωμάτων ἀναστηλοῦν ἐπιτηδεύοι. Anastasio Bibliothecario interprete: *Si quis universorum sanctorum effigies imaginibus inanimatis & surdis ex materialibus coloribus TITULARI studuerit.* Vetus interpres, *coloribus depingere*, dixerat. Ipsa synodus VII. Oecumenica, actione VII. 228
Εἴτις τὰς εὐαγγελικὰς ἐξηγήσεις τὰς στηλογραφικῶς γινομένας οὐ προσίεται, ἀνάθεμα. Anastasio interprete: *Si quis evangelicas narrationes TITULIS picturisque factas non admittit, anathema.* Vetus interpres: *Si quis evangelicas narrationes per picturam repræsentatas non acceptaverit, anathema.*

Ut effigies ergo sanctorum imaginibus titulare, est eorum vultus, totumque corporis habitum coloribus repræsentare: sic Domini corpus in altari titulo crucis componere, est in crucis effigiem formamque componere. Ἀναστηλοῦν, & στηλογραφεῖν, sive titulare,

3 *Chrysostomus, in cap. IX. epist. ad Hebræos, homil. XVII.* Ἐπειδὴ πολλαχοῦ προσφέρεται, πολλοὶ Χριστοί; Μηδαμῶς· ἀλλ' εἷς πανταχοῦ ὁ Χριστὸς, καὶ ἐνταῦθα πλήρης ὢν, καὶ ἐκεῖ πλήρης, ἓν σῶμα. Ὥσπερ οὖν πολλαχοῦ προσφερόμενος ἓν σῶμά ἐστι, καὶ οὐ πολλὰ σώματα, οὕτω καὶ μία θυσία. *Quoniam multis in locis offertur, multine sunt Christi? Nequaquam, sed unus ubique Christus: qui & hic est integer, & integer illic, unum corpus. Quemadmodum ergo multis in locis oblatus unum est corpus, & non multa corpora: ita etiam unum est sacrificium.*
4 *Tertullianus, libro adversus Judæos, cap. XI.*

tulare, effigiem cujuscumque rei statuere est, sive pictura, sive alia qualibet ratione.

In altari autem ipso, non extra altare, sed in ipsa mensa Dominica, *corpus Domini crucis titulo componi* debet. Nempe cum mos esset illis temporibus panes simul in ara multos offerendi, statuitur in hoc tractu Galliæ, ne temerario vel arbitrario ordine, sive quem quisque pro arbitratu finxerit, aut aliqua fortassis falsa religione ductus imagineturs, denique ne *imaginaria ratione*, ut [1] Augustini verbo utamur, sed in crucis formam modumque disponantur. Quantus porro numerus hostiarum in altari collocaretur, incertum est: neque enim eumdem arbitramur ubique morem fuisse servatum. Tantum ubi plures poni mos fuit, decretum ex hoc canone intelligimus, ut in crucis formam in altari eæ componerentur.

Edidit Mabillonius ante annos quatuordecim libellum ita inscriptum: *Revelatio, quæ ostensa est venerabili viro Hispaniensi Eldefonso Episcopo..... anno octingentesimo quadragesimo quinto incarnationis Domini nostri JESU Christi.* Præscribitur in eo libello, quot sint offerendi panes: quos etiam ex antiquo ritu, perinde atque canon Turonensis, in crucis formam componendos seu collocandos auctor libelli admonet. *In Pascha scilicet Dominica Resurrectionis*, inquit, *centum triginta & quinque panes sunt offerendi IN CRUCIS MODUM per trium Missarum officia: videlicet quadraginta & quinque in unaquaque Missa, ita.* Vide figuram I.

229 *In Domini JESU Christi ascensione*, pergit idem, *ita sunt uno eodemque numero ET FIGURA panes offerendi. Similiter omnino & in Natale Domini, ut ostenditur.* Vide figuram II.

In Pentecoste etiam sub quadrata, CUM CRUCE tamen IN MEDIO..... prout videbitur in subsequenti figura. Vide figuram III.

In diebus autem Dominicis, & Dei sanctorum festis amplius non sunt offerendi panes, nec minus maxime, quam quinque, IN CRUCIS FORMA. Vide figuram IV.

Quotidianis autem diebus nec amplius, nec minus, nisi unus tantum: quia unus est Deus, qui est semper supra omnes Deus.

1 *Augustinus, lib. de duabus animabus, contra Manichæos, cap.* XIV.

Hæc porro consuetudo plures oblatas inferendi in aram progressu temporis est abolita: satisque visum est, unicam offerri cum crucis effigie, vel Christi crucifixi. Unicam similiter Orientales offerunt: sed Ægyptii Syrique laterculis multis distinctam, quibus singulis singulas cruces imprimunt: ut ex eo tractu advectæ, quas adservamus, oblatæ demonstrant. Pro cruce in eucharistico pane expressam olim fuisse Agni effigiem docet Paulinus Nolanus, in epistola XII. ad Severum, hoc in primis versiculo:

Sub cruce sanguinea niveo stat Christus in agno.

Atque hic mos in occidente multis locis perseverat. In Oriente Trullana Synodus, anno DCLXXXVI. canone LXXXII. agnum pingi vetuit, Christi effigiem prætulit.

Ab eadem crucis reverentia traxit ortum quoque ille Missæ Mozarabicæ ritus, quo corpus Domini dividere sacerdos jubetur in partes septem: quarum quinque crucis stipitem, duæ reliquæ bina veluti brachia repræsentent: aliis præterea duabus ad latus adjectis, quæ statim in calicem immergantur: ut sola crucis figura supersit, a sacerdote mox absumenda, in eum modum, quem exhibet figura V.

Jam non imaginario ordine, sed neque crucis titulo dispositas oblatas cernere est in altari, cujus effigiem delineari curavimus ex Sirmondo nostro, figura VI. ut diximus. Calice enim mediæ aræ imposito, ternæ utrumque latus oblatæ obsident, a ministris altaris, ut credimus, absumendæ. Atque hæc forma fortassis Arelatensis provinciæ peculiaris fuit, designataque potest videri canone primo Arelatensis V. Synodi anno DLIV. *Ut oblatæ, quæ in sancto offeruntur altario, a comprovincialibus episcopis non aliter* 230
quam ad formam Arelatensis offerantur Ecclesiæ. Quanquam autem dispar Ecclesiarum consuetudo hac in parte fuit olim, tamen in eâ ipsa varietate elucet perspicue interim de Eucharistiæ fide & adoratione mira omnium inter se consensio: cui quidem demonstrandæ hæc si elucubratio prodesse potest, egregie cum Dei ope collocatam a nobis operam putamus. [a] *Sed si opere displicemus, saltem studio placeamus. Sit acceptum voluisse, si displicet non potuisse nostrum.*

a *Vigilius Tapsensis. in fine librorum contra Eutychetem.*

EMBOLUM TERTIUM.

Quid sit MYSTERIUM FIDEI, *in consecratione Calicis.*

IN sacra Liturgia consecratio Calicis habet, præter cetera, verbum unum, quod nec satis æstimari, nec satis intelligi a recitantibus vulgo videtur: De eo subit nunc cogitatio cum Dei ope aperire quid sentiamus.

Forma consecrationis est hujusmodi: *Hic est enim Calix sanguinis mei, novi & æterni testamenti, MYSTERIUM FIDEI, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Colligit ac repræsentat hæc formula verba Christi omnia, quæ a sacris Evangeliorum scriptoribus referuntur; & duo præterea adjicit quæ non sunt in libris sacris, ubi hujus Sacramenti institutio recitatur. Nam hi quidem sic habent:

Matth. XXVI, 28.	Marc. XIV, 24.	Luc. XXII, 26.	1. Cor. XI, 25.
Hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.	*Hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur.*	*Hic est calix novum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur.*	*Hic calix novum testamentum est in meo sanguine.*

In formula igitur Calicis consecrandi, *Hic est enim*, ex Matthæo est: *calix*, ex Luca & Paulo: *sanguinis mei*, & *novi Testamenti*, ex omnibus: *qui pro vobis*, ex Luca: *& pro multis effundetur*, ex Matthæo & Marco: denique, *in remissionem peccatorum*, ex Matthæo est. Quis *& æterni*, *& mysterium fidei* addiderit, vulgo fertur incompertum esse. Certe qui de Ritibus Ecclesiasticis scripserunt, cum quæ particula Canonis a quo sit Summo Pontifice addita, diligenter referre videantur, de hoc utroque additamento silent: nemo, inquam, ipsius auctor appellatur, aut tenuiter indicatur. Vel illud autem unum silentium argumento est, ab Apostolis saltem adjecta, aut verius a Christo Domino ipso prolata, ab iisdem deinde Ecclesiæ tradita, hæc verba fuisse. Eccui enim mortalium alteri tantum Ecclesia tribueret, ut ei crederet, verba quædam alia excogitata ab ipso, ad perficiendam vini transsubstantiationem, cum verbis Christi Domini consocianda esse? Id certe si vel summus Pontifex aliquis vellet hac ætate aggredi, quantæ, Deus immortalis, excitarentur tragædiæ?

Hæc ipsa igitur ratio pæne suadet, ne ab Apostolis quidem, sed ab ipsomet Christo Servatore inductum istud geminum additamentum esse. Nec tamen illa dumtaxat: sed etiam quod ea vox, *Mysterium fidei*, adeo eximium continet reconditumque sensum, ut venire in mentem nemini potuerit, nisi revelante Christo. Quod si ab ipso autem constiterit adjectum fuisse *Mysterium fidei:* quin & altera vox, *& æterni*, pariter ipso auctore addita fuerit, nemo dubitabit.

Quæ huic igitur voci, *Mysterium fidei*, vis ac significatio subest? Quo sensu Christi sanguis, *mysterium fidei* est, cum id de corpore Christi non dicatur? Nam ad sanguinem id verbum refertur; siquidem structura & ἀκολουθία orationis hunc sensum requirit: Hic est enim calix sanguinis mei: qui sanguis est novi & æterni testamenti, idemque est mysterium fidei; propterea que idem pro vobis & pro multis effundetur, danda per ipsum vobis & illis ipsa etiam remissione peccatorum. Quo igitur intellectu Christi sanguis *Mysterium fidei* est? Quia nempe totum fidei Christianæ, ac sanctissimæ Religionis nostræ arcanum, Christi sanguine continetur. Est enim *mysterium*, idem atque arcanum, quod diu latuit & occultum fuit, quod nonnisi Deo revelante innotuit. Itaque *Mysterium fidei*, totum arcanum fidei est. Gallice dixeris, *Tout le secret de la foi*, *Tout le secret de la Religion.* Arcanum, quia diu latuit, nec revelatum nisi a Christo est. Arcanum fidei, quia summam totius Christianæ religionis Christi sanguis continet ac docet. Summa enimvero totius Christianæ religionis est; esse Deum verum, qui nonnisi sanguine placari se voluerit, cum iratus fuerit, & peccato quocumque gravi offensus. Nam quo quis dato pretio, sive reus, sive innocens, mortem æternam, quæ gravi peccato pœna debetur, sive a se, sive ab aliis, possit depellere? Oportuit ut unus pro omnibus moreretur, qui quoniam homo Deus esset, caput esset omnium hominum; qui dignitate proinde ac merito omnes infinite antecelleret; qui ut transfunderetur in alios meritum ipsius obedientiæ, propterea exigere jure posset. Caritatis enim alioqui laudem haberet ipse quidem, si se morti offerret pro ceteris culpæ remissionem exigere in præmium vel pro uno, sive mereri alteri reconciliationem, sive gratiam sanctificantem, propterea non posset, nisi Deus esset. Caritas enim, ut Schola loquitur, non fructificat nisi subjecto suo; ei soli meretur gratiam & caritatem, a quo caritas ipsa elicitur, nisi sit ipsum infinitæ jam sanctitatis; id quod soli personæ divinæ convenit.

Summa ergo fidei, Christi sanguis est; quem & in satisfactionem, sive in solutionem pretii pro peccatis, quantumvis irato Deo, sufficere manifestum est; & acceptum ad id a Deo fuisse ipso Deo revelante credimus, cum *pro multis* eum effusum fuisse profitemur, usque ad dandam eis *remissionem peccatorum.* Quo dicto quid aliud, quam Deum esse, qui placari sanguine voluerit, & Christum Deum esse, qui placare Deum pro multis potuerit, ac reipsa placaverit, placaturusque sit, profitemur? Hæc autem summa certe religionis Christianæ est; & Deum esse aliquem verum, qui cum peccatis hominum offensus iratusque fuerit, sanguine placari se voluerit; nec placari condigne potuerit, hoc est, ita ut amplius aliquid poscere jure non posset ad ignoscendum, nisi Dei sanguine; ac Deum proinde Christum esse. Est hoc igitur *mysterium*, sive arcanum *fidei;* propositum sive decretum Dei nimirum, de ira nonnisi effuso Dei sanguine remittenda; quod Dei propositum cum diu latuerit, *mysterium* fuit: cum idem ipso revelante cognovimus, *mysterium* nostræ *fidei* fuit, & totius religionis Christianæ compendium.

Non est ejusmodi *mysterium fidei* in Corpore Christi per se, si nimirum illud absque mortis cruciatu sponte pro nobis suscepto spectetur, ut est Dei Corpus, divina eo nomine adoratione dignum. Quamobrem nec in consecratione, qua panis fit Corpus

Christi, verba ea adhibentur; tametsi nihilo certe minus fides requiritur, ut transsubstantiationem panis, quam vini, credas. Sed non est nimirum *mysterium fidei* hoc loco, mysterium solummodo, sive res sacra, quæ sola fide noscatur. Alia, ut diximus, & singularis prorsus eo loci significatio horum verborum est: nempe ut Christi sanguis, *mysterium*, hoc est, arcanum ac summarium totius *fidei* Christianæ sit. Nec potuere certe alio sensu hæc verba huic formulæ Sanguinis consecrandi inseri; nec potuere proinde isto sensu inseri, nisi ab ipsomet Christo Servatore. Nam quis alius potuit aut tam pulcram sententiam excogitare, aut excogitatam a se jubere ab omni Ecclesia recipi?

Mysterium istud sive arcanum *fidei* noverat Joannes Baptista, vir plusquam propheta, cum de Christo diceret, Joan. I, 29. *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi.* Et Evangelista idem arcanum divulgat, cum Apoc. XIII, 8. laudat *librum vitæ Agni qui occisus est ab origine mundi:* hoc est, cujus unius sanguine decrevit Deus ab origine mundi se velle placari; quoniam nec aliter potest, nec isto non potest condigne placari.

Quamobrem & a Petro quoque, in priore epistola, cap. I, 19, 20. redempti fuisse dicimur *pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi & incontaminati: præcogniti quidem ante mundi constitutionem, manifestati autem novissimis temporibus propter nos.* Quod fuit dicere, *mysterium* olim absconditum, postea reseratum, sanguinem Christi esse; qui est idcirco *Agnus Dei*, quia a Deo præcognitus & missus est, ut per ipsius sanguinem placaretur ipse Deus *pro multis*, usque ad sua eis peccata remittenda.

Sanguine aliquo Deum esse placandum novit Abel, qui de primogenitis gregis sui, hoc est, de agnis obtulit Deo. Synagoga similiter, sed minus perfecte; cum vitulos tantum & hircos obtulit pro peccato, non agnos, Hebr. IX, 12, 13. Quamvis sive agnos ille, sive vitulos tantum & hircos ista offerret, non ad placandum Numen valere istud intelligerent; sed dumtaxat ad testandum, sanguinem suo quemque, qui deliquit, velle, si liceret, expiare quamlibet violationem divinæ legis. At postquam Christus advenit, tunc per Christum ipsum Baptistæ primum, deinde Apostolis, & per hos Christianis omnibus innotuit *mysterium fidei*, totum videlicet fidei arcanum: nempe quod prædicabat Paulus, Act. XVII, 3. *quia oportuit Christum pati, & quia hic est JESUS Christus.*

Novum propterea in eo sanguine testamentum est, posterius institutum, posterius promulgatum: idemque æternum, quippe cui nullum aliud subrogari omnino possit. Quamobrem *novi & æterni testamenti* dixit Christus Dominus: & ex eo Paulus eam vocem accepit; *qui pastorem magnum ovium, in SANGUINE TESTAMENTI ÆTERNI, Dominum nostrum JESUM Christum* appellat, Hebr. XIII, 20. Et dici quidem *novum*, tunc cum illud proxime sanciendum esset, oportuit: hoc est, cum hoc sacramentum Christus, pridie quam pateretur, institueret: dici tunc *æternum*, necesse non fuit. Tunc satis fuit dici desiisse priscum fœdus, novum esse mox cum Deo feriendum. Quamquam cum *novum* diceretur, idem æternum esse significabatur, ut diximus. Apertius vero postea *& æterni* Christus Dominus addidit, & *mysterium fidei;* cum *post passionem suam per dies quadraginta apparens* Apostolis, *loquebatur de regno Dei*, hoc est, de Ecclesia, rebusque ad optimam Ecclesiæ administrationem pertinentibus, in primis vero de sacramentis & sacrificio jugi sive quotidiano.

Cum Eucharistiæ sacramentum Christus institueret, non fuit tunc necesse dici, *mysterium fidei:* quoniam tunc doceret tantummodo, quid facturi essent sacerdotes. At si est istud utile scitu, ut est profecto summopere, quo id essent fructu facturi; post resurrectionem necesse fuit dici *mysterium fidei*, non veluti formulam quidem necessariam ad perficiendam consecrationem; sed ut integra doctrina de sanguine traderetur; discerentque in primis sacerdotes, cur etiam sanguinem consecrarent: nempe quia fides docet revelante Christo summam fidei hanc esse, ut Deum sanguine Christi Dei placandum fuisse credas: & quoniam quotidie placandus idem est, id quotidie Ecclesiam, cum Deo offert hunc sanguinem ministerio sacerdotum, decet profiteri. Cum enim ex illo sensu eximio, qui sub his vocibus occultatur, constet, ut diximus, fieri non posse, ut ab alio fuerint excogitatæ ac prolatæ, & in formulam consecrationis insertæ, quam ab ipsomet Domino Salvatore; necesse est eas post resurrectionem suam ab eo fuisse Apostolis traditas.

Summa fide propterea ab Ecclesia Romana hæ voces in consecratione Calicis custoditæ sunt, velut depositum sibi a Christo commissum: unde ad vetustissimas Religiosorum familias dimanavit; quales Cluniacenses sunt, Cartusiani, aliique. An enim ex his familiis id aliqua susciperet, quod non esset a summa ac legitima & universali potestate traditum, sed ab aliqua æmula, ut fit, societate inventum. Non id mores hominum ferunt: non innata omnibus æmulatio, aut etiam invidia, credi sinit.

Non legitur quidem *Mysterium fidei* in libro qui *Ordo Romanus* inscribitur: sed quis incerti scriptoris silentium magni faciat? At est in Sacramentario Gregorii Magni: est apud Alcuinum, & Micrologum: & quod majus est, servavit illud Ecclesia Romana, ut diximus, semper summa fide, ut debuit, quoniam a Petro accepit. Etiam in MSS. libris Missalibus omnibus antiquissimis, quos vidit, testatur Cardinalis Bona ea se verba vidisse, libro 2. Rerum Liturgicarum, cap. XIII. num. I.

Non placet hoc verbum Socinianis, aliisque, qui Deum negant irasci, nisi metaphorice; & metaphorice proinde eumdem aïunt placari; satisfactiones Christi, ac nostras multo magis, metaphorice satisfactiones dici & esse; satisfactionem quippe Christi esse meram nostri loco vel nostra causa substitutionem; quæ quidem doceat, quanta sit pœna peccatori in inferis subeunda; at veram ac propriam debiti solutionem non esse; quæ redundet ac refundatur in nos, ut credunt Catholici, per sacramenta præsertim: nostræ autem quæ dicuntur satisfactiones, aliud nihil eas præter morum emendationem, vel dati scandali reparationem, esse. Sed quis tamdem miretur displicere mendacibus veritatem, impiis fidem, quam hoc uno verbo fortassis sentiunt contineri?

Occurrit illa vox, *Mysterium fidei*, etiam apud Apostolum, I. Tim. III, 9. ubi diaconos jubet esse, *habentes mysterium fidei in conscientia pura.* Et ibi quidem *mysterium*, ut in Consecrationis formula, pro *arcano* est; sed *fidei* paulum dissimilis est ibi significatio; nempe non, ut isthic, pro objecto materiali fidei: sed pro Evangelii prædicatione, & vocatione ad fidem. Est enim hæc loci illius sententia: Ut probe discant, teneantque consilium Dei, quod hactenus (inquit) arcanum fuit; de vocandis ad fidem Gentibus æque ac Judæis: & habeant illi puram præterea ab omni crimine conscientiam. Utut est, imitatus videri potest Apostolus formulam Consecrationis, atque inde accepisse *mysterium fidei*, quanquam sensu paulum dissimili. *Mysterium* pro arcano dixit idem iterum, I. Cor. 2, 7. & Coloss. I, 26. Et quod idem est, *sacramentum voluntatis* divinæ, pro arcana Dei voluntate, Eph. I, 9. *Sacramentum pietatis*, pro arcano Dei consilio veræ pietatis constituendæ in Christi fide, I. Tim. III, 16. *Sacramentum absconditum a sæculis in Deo*, Eph. III, 9. *Sacramentum quod aliis generationibus non est agnitum filiis hominum*, Eph. III, 5. *Mysterium temporibus æternis tacitum*, postea *patefactum*, Rom. XVI, 25.

Quemadmodum autem ex traditione accepta a Christo Domino, dicit Ecclesia *mysterium fidei* in consecratione Calicis; sic ex eadem omnino traditione prætermittit in consecratione panis hæc verba, *quod pro vobis tradetur*, vel *quod pro vobis datur*: tametsi prolata tunc ea fuisse a Domino, cum sacramentum institueret, testes sunt Paulus & Lucas. Docente Domino nimirum post resurrectionem, cum sacræ Liturgiæ modum ritumque definiret, Corpus ibi suum intelligi oportere esse per se venerabile, etiamsi pro nobis non traderetur: quamvis traditum illud fuisse norint fideles, & forma ipsa consecrationis Calicis aperte prodat.

Hactenus σὺν Θεῷ de Sacramento Altaris dictum esto.

EGo JACOBUS LE PICART, Societatis JESU in Provincia Franciæ Præpositus Provincialis, facultatem concedo, ut liber cui titulus est, *Sancti* JOANNIS CHRYSOSTOMI *epistola, cum notis & dissertatione* P. JOANNIS HARDUINI, quem librum Societatis nostræ Theologi approbarunt, typis mandetur. Flexiæ, die v. Julii, MDCLXXXVIII.

JACOBUS LE PICART.

ERRATA QUÆDAM OPERARUM IN LIBRIS,

De Baptismo in nomine Christi, & de Sacramento Altaris.

Pag. 236. in Notis: *Equitis Bloni*, lege, *Equitis Poloni.*
Pag. 237. *col.* 2. *versu antepenult.* ut alibi plus millies, hæc tria verba dele.
Pag. 238. *col.* 1. *versu* 14. ratio: *lege*, oratio.
Pag. 239. *litterulæ* (a) *&* (b) *&* (c) *similesque, non Latino textui, sed Græco, sunt inserendæ.*
Pag. 240. *col.* 2. *versu* 32. Οὕυτω pro Οὕτω. *Et littera* (b) *Græco præfigenda textui, non Latino.*
Pag. 255. *col.* 2. *versu* 47. Nisi forte Apolinarii, *lege* Nisi forte quis Apolinarii.
Pag. 256. *col.* 1. *versu* 31. & vel, *dele* vel.
Pag. 263. in Notis: *Hieronymus in epist. ad Evagrium*, lege, *in epist.* XVII. *ad Marcellam.*
Ibid. *versu antepenult.* sub Amphilochii nomine, *adde*, cap. XVII.
Pag. 272. *col.* 3. *versu* 22. percipere sine. *lege*, percipere sine fine.



INDEX LIBRI DE SACRAMENTO ALTARIS.

Numerus paginam indicat, non hujus editionis, sed prioris: cujus est numerus paginarum in ista adscriptus in margine. Prior numerus paginas, posterior columnas notat.

DEFENSE DE LA LETTRE

DÉFENSE DE LA LETTRE DE SAINT CHRYSOSTOME A CESAIRE.

Adressée a l'Auteur de la Bibliotheque Universelle, en Hollande.

MONSIEUR,

J'Ay lû depuis peu quelques articles du quinziéme tome de vôtre Bibliotheque Universelle : mais je me suis principalement arrêté à ceux qui regardent la Lettre de Saint Chrysostome, que le Pere Hardoüin a fait imprimer. Je ne doute pas que ce Pere ne les ait lûs : mais je ne suis pas pour cela surpris de son silence. Je sçay qu'il n'est pas homme à prendre le change, pour s'amuser maintenant à des repliques, qui le détourneroient de ses desseins, & qu'il peut croire d'ailleurs fort inutiles, aprés ce qu'il a dit dans son livre, pourvû qu'on le lise avec attention. Mais pour moy qui me trouve engagé depuis quelque temps à étudier à fonds cette matiére, j'ay cru ne pas faire diversion à mon étude, si je me chargeois de faire voir avec combien peu de bonne foi vous attaquez la verité que le P. H. a solidement appuyée sur l'autorité de Saint Chrysostome. Je rapporterai vos paroles mêmes, avec autant de fidelité & d'exactitude, que vous en deviez avoir apporté dans l'extrait que vous avez fait du livre du P. H. Je vous dirai en François pour les réfuter, ce qu'il a déja dit en Latin, & ce que par malheur pour vous, vous n'avez pas entendu, ou que vous n'avez pas voulu entendre. Je n'y ajouterai rien : & il ne seroit pas même nécessaire de le dire dans nôtre langue, s'il n'étoit à propos de détromper ceux dont vous pourriez surprendre la simplicité, dans un livre qui peut devenir public. J'oserai peut-être même de quelques redites ; mais ce ne sera qu'autant que j'y serai obligé, pour vous suivre pied à pied. Enfin je tâcherai de m'expliquer sur chaque article avec autant de netteté & de clarté, qu'il y a d'obscurité & d'embarras dans tout vôtre discours. Voici donc par où vous débutez, aprés quelques lignes de prélude, à la page 254.

> *Pour entendre ce que Saint Chrysostome veut dire dans cette Lettre, il faut sçavoir, qu'il écrit à un Moine, qui s'étoit laissé infecter de l'opinion des Apollinaristes, qui prétendoient, comme l'on dit, que Dieu & l'homme s'étoient si bien mêlez dans Jesus-Christ, qu'ils n'y faisoient qu'une seule nature.*

Aprés l'éclaircissement que le P. H. a donné sur cette hérésie, vous deviez parler plus hardiment. Vous pouviez retrancher ce *comme l'on dit :* & vous ne deviez pas dire que Dieu & l'homme s'étoient mêlez dans Jesus-Christ. Il faloit dire tout simplement; que les Apollinaristes ne reconnoissoient dans Jesus-Christ que la nature divine seulement, qui s'étoit d'elle même formé un corps dont l'exterieur frappoit les sens, & qui néanmoins étoit toûjours par consequent consubstantiel à la divinité. Car contre qui est-il besoin de prouver que dans Jesus-Christ il y a deux natures qui ne sont nullement consubstantielles, comme Saint Chrysostome le prouve dans cette Lettre, *etiamsi non consubstantiales existunt*, que contre ceux qui n'y en reconnoissent qu'une ? mais une nature spirituelle composée de deux, qui se soient mêlées ensemble, à peu prés comme l'eau se mêle avec le vin, c'est ce qui est incompréhensible, parce qu'il est ridicule : c'est ce qui n'est aussi jamais tombé dans l'esprit d'aucun hérétique : & vous avez tort de le leur imputer. Un Auteur qui a écrit du temps des Eutychiens un fort petit traité sous ce titre, *Breviculus historiæ Eutychianistarum*, dont le P. H. n'a cité qu'un mot en passant a donné l'idée de cette hérésie, qui est au fonds toute la même que celle d'Apollinaire. Il en a, dis-je, donné l'idée telle que je viens de vous la tracer, par ces mots: *Nam fidentissime dicunt rem ineptam, rem etiam stolidis exsecrandam : ante unitionem, id est, incarnationem, duas dici debere naturas : post vero, unam Dei Verbi tantum incarnatam : ut si dicamus aliquid ceratum, aut picatum, aut stannatum, aut quolibet alio genere coloratum.* Il est de conséquence de convenir de cet article : & le P. H. qui en a apporté cent autres preuves évidentes, a ôté tout lieu d'en douter. S'il ne vous avoit pas satisfait là-dessus, il le faloit dire.

> *Saint Chrysostome les réfute par quelques raisons que l'on ne rapportera pas. . . . Il éclaircit ensuite sa pensée par l'exemple de l'Eucharistie, dont le pain est nommé le Corps du Seigneur, aussi bien que son corps naturel, sans qu'il s'ensuive delà, ni qu'il y a deux corps de Jesus-Christ, ni que ces deux corps sont consubstantiels : parce que le corps sacramentel de Jesus-Christ est uni à son corps naturel, sans que l'un soit confondu avec l'autre, comme l'humanité est unie avec la divinité.*

Cette prétenduë union du corps sacramentel de Jesus-Christ avec son corps naturel, telle que vous l'imaginez, n'a nul rapport avec l'union hypostatique. Ainsi ce n'est pas celle dont Saint Chrysostome a parlé. Mais nous l'examinerons plus bas.

Page 258. *La dissertation du P. Hardoüin est divisée en dix chapitres, que l'on parcourra l'un aprés l'autre, afin que le public voye si la suite répond au debut: sans néanmoins s'arrêter aux digressions & aux questions incidentes, qui se trouvent répanduës dans cet ouvrage, parce que cela nous meneroit trop loin.*

Est-ce une digression inutile, ou une question incidente, que de sçavoir par exemple, si les Peres Grecs ou Latins ont dû, ou même s'ils ont pû se servir du mot de *Transubstantiation?* Le P. H. a fait voir qu'ils ne l'ont pas pu faire, quoi qu'ils la crussent en effet comme-nous. Il a fait voir que ce mot n'a pu être mis en usage, que lors que l'Eglise s'en est servi. Cette digression ne paroit pas tout-à-fait hors d'œuvre: c'est un point fort essentiel. Il ferme la bouche aux Sociniens & aux Protestans, qui accusoient cette doctrine de nouveauté, parce que le mot ne se trouvoit pas dans les Péres, & qu'il étoit nouveau. Il y a quantité de ces digressions fâcheuses pour vous répanduës dans le livre du P. H. Mais vous dites vrai: elles vous eussent mené assurément trop loin.

Page 259. *Aprés avoir rapporté le passage de Saint Chrysostome, traduit par François Turrien Jésuite, nôtre Auteur entreprend d'abord de montrer, que le pain consacré est appellé le corps de Jesus-Christ, parce qu'il l'est effectivement. Sa principale raison est, que l'on ne peut pas dire, que les Péres ayent nommé le pain, Corps de Jesus-Christ, quoi qu'il ne le soit point; & que souvent les termes, être nommé, signifient la même chose qu'être. Personne ne peut contester cela: car assurément quand on donne un certain nom à quelque chose, il faut que cette chose soit à quelque égard ce qu'on dit qu'elle est. Quand on dit d'une médaille que c'est un Jules César, il faut qu'il y ait quelque raison qui fasse donner ce nom à cette médaille.*

L'argument du P. H. ou plûtôt de Saint Chrysostome, n'est pas tel que vous le faites: vous le défigurez de telle sorte, qu'il n'est plus reconnoissable. Il dit qu'avant la consécration le pain est appellé pain, pourquoi? parce que c'est du pain: & qu'aprés la consécration il est dépoüillé du nom de pain, pour être appellé le corps du Seigneur: pourquoi? il est visible que c'est parce que ce n'est plus du pain. Et pour me servir de vôtre comparaison, une médaille de Jules César, est appellée un Jules Cæsar: pourquoi? parce qu'elle en a la figure. Si on lui donne une autre empreinte, elle n'est plus appellée un Jules Cæsar: pourquoi? c'est qu'elle en a perdu la figure: car c'est tout ce qu'on y considere d'essentiel, quand on dit un Jules César: c'est-là sa nature: on ne pense point au métal. Faites maintenant l'Application. Avant la consécration, on nomme le symbole, du pain: pourquoi? c'est qu'il en a la substance & les proprietez. Aprés la consécration on ne le nomme plus pain: pourquoi? parce qu'il en a donc perdu ou la substance, ou les proprietez que l'on appelle avec les Péres la nature: car ces deux parties, pour ainsi dire, composent le pain entier: comme la médaille est composée du métal & de la figure. Or on avertit, & il est visible, que les proprietez demeurent: & l'on avertit qu'il n'y demeure que ces proprietez, quoi que ce ne soit plus du pain: c'est donc l'autre partie du pain, c'est-à-dire, la substance, ou le sujet des proprietez, qui périt.

Le P. H. ajoûte que lors que les Péres appellent le pain consacré le corps du Seigneur, ils ont voulu dire qu'il est aussi véritablement son corps, qu'en appellant le pain non consacré du pain, ils ont voulu dire que c'étoit véritablement du pain: tant parce que les Péres ne mettent nulle différence, je ne dis pas *souvent*, mais jamais, lors qu'ils s'expliquent sur cette matiére, entre être appellé, & être, non pas *à quelque égard* seulement, mais substantiellement & en effet ce que le nom porte: que parce que s'ils ne supposoient cela comme incontestable, il ne se pourroit rien dire de plus pitoyable que leur raisonnement contre les Apollinaristes, comme nous le verrons bientôt. Pourquoi dissimulez-vous donc ici sa pensée?

Le P. H. appelle avec tous les Péres la nature d'une chose, les proprietez qui font qu'on la connoit, & qu'on lui donne dans l'usage ordinaire un tel nom, en faisant abstraction ou précision du sujet qui soûtient ces proprietez, que l'on appelle la matiére ou la substance. De même que quand on appelle une médaille un Jules César, on ne considére que les traits qui le font connoître, & qui le distinguent d'un autre: l'on fait alors abstraction du métal: & l'on diroit assez bien que la nature de cette médaille subsiste toûjours, tandis que la figure subsiste. De sorte que si Dieu changeoit une médaille de bronze en or, la nature de cette médaille subsisteroit toûjours, quoi que le métal fût changé. C'est dans ce sens que les Péres ont dit, que la nature du pain demeure dans l'Eucharistie, quoi que les symboles soient changez: c'est-à-dire, quoi que le sujet ou la substance soit changée, qui est comme le métal dans une médaille. Il y a seulement cette différence: c'est que le nom suit ordinairement la nature des choses: mais ici le nom se perd, quoi que la nature subsiste, c'est-à-dire, les proprietez: parce qu'elles sont dépoüillées de leur sujet, qui est la partie du composé la plus essentielle, puisqu'elle en est proprement toute la substance. Les proprietez néanmoins sont aussi appellées essentielles par Saint Anastase le Sinaïte, que le P. H. a cité page 37. parce qu'elles font l'essence ou la nature d'une chose dans l'esprit du peuple, qui ne pense nullement au sujet dans lequel ces proprietez subsistent: comme on ne pense pas au métal, lors qu'on dit simplement d'une médaille, que c'est un Jules César. Or l'Ecriture & les Péres suivent cette maniére de parler. Vous deviez avoir dit cela nettement.

Page 259. *Il explique à cette occasion un passage de Théodoret: mais comme il doit en parler plus bas, on n'en dira rien en cet endroit.*

Est-ce ici la mémoire qui vous a manqué, ou la sincérité? Le P. H. doit parler plus bas de Théodoret à la vérité, mais non pas du passage qu'il examine ici, à la page 19. que vous citez. C'étoit autrefois un des terribles argumens du parti Protestant: mais le P. H. l'ayant demêlé, on eût été bien aise de voir si vous aviez rien à y repliquer. Pourquoi amuser le lecteur par l'esperance d'une réfutation solide, qu'il semble que vous promettez, & que vous ne donnez nulle part?

Page 259. & 260. *Il dit que c'est une loi établie par l'usage, que rien ne change de nom, qu'il ne change en même temps d'essence & de nature: c'est-à-dire, qu'il ne change de proprietez, qui font qu'on distingue une chose d'une autre; ou de substance. Ainsi quand l'eau est gelée, on l'appelle glace:*

glace : quand l'eau fut changée en vin par Nôtre Seigneur, elle prit un nouveau nom. Pour ce qui regarde ce dernier exemple, c'est une question de Philosophie, sur quoi il n'est pas facile de dire, si la matiere de l'eau ne fit que recevoir les proprietez du vin : ou si Jesus-Christ lui substitua une autre matiere & d'autres proprietez. On croiroit plûtôt le premier que le second, s'il falloit prendre parti : cependant l'Auteur suppose comme clair, qu'il se fit un changement de toute la substance.

Il le suppose avec tous les Péres : mais il ne le suppose pas comme un point nécessaire à la décision de la question principale. Car que cela soit ou qu'il ne soit pas, cela ne fait rien au raisonnement de Saint Chrysostome, dont il s'agit ici. L'on sçait assez d'ailleurs, que les Protestans & les Sociniens prennent toûjours le parti qui affoiblit le plus les miracles du Fils de Dieu : témoin celui de son entrée dans le lieu où les Apotres étoient enfermez. Vous sçavez ce qu'en disent Calvin, Volkel, & Grotius. Outre cela n'étes-vous pas agréable de prendre ici les Philosophes pour arbitres & pour juges de l'interpretation de l'Ecriture, & de les croire sur cela préférables à tous les Péres ? Mais ce ne sont pas les Philosophes que vous suivez ici ; c'est Socin lui même, pour qui vous vous déclarez que vous prendriez parti, s'il le falloit prendre. Car pensez-vous que nous ne sçachions pas, que c'est un des dogmes capitaux de sa secte, de nier que Dieu puisse changer ou détruire aucune substance?

Ce n'est pas néanmoins ce que ses adversaires trouveront le plus à redire dans son raisonnement. On lui dira sans doute que les choses changent de nom en changeant de figure & d'usage : comme il paroist par l'exemple d'une medaille, dont le métal reçoit un nouveau nom par l'empreinte que l'on y met.

Si c'étoit le raisonnement & la pensée de Saint Chrysostome, les Apollinaristes n'eussent pas manqué de lui repartir avec esprit, qu'il trahissoit sa propre cause : parce que pour eux ils avoüoient que c'étoit toute la même chose dans Jesus-Christ, dans qui la Divinité changeant *de figure & d'usage* recevoit un nouveau nom : & qu'il n'y falloit pas pour cela reconnoitre deux substances differentes & unies entre elles : ce qui étoit justement leur erreur. Ainsi Saint Chrysostome en les combattant devoit passer pour un insigne prévaricateur, qui leur fournissoit lui-même le plus fort exemple, dont ils pussent se prévaloir pour autoriser leur dogme.

Mais si c'étoit là la pensée de Saint Chrysostome, qu'avoit-il besoin de produire un mystere, pour faciliter l'intelligence d'un autre mystere ? Que ne se servoit-il d'un exemple plus familier, plus intelligible, & moins sujet à contestation ? Que ne disoit-il, par exemple, que le portrait du Roi se nomme le Roi, aussi bien que le Roi même, parce qu'il est le Roi *à quelque égard :* mais qu'il ne s'ensuit pas delà que ce soient deux Rois, ou que ces deux Rois soient consubstantiels? car voila le raisonnement que vous attribuez à Saint Chrysostome. Etoit-il besoin pour cela de recourir à un mystere? D'où vient pourtant que cette comparaison si facile & si simple, n'est venuë dans l'esprit d'aucun des Péres qui ont disputé contre ces heretiques? D'où vient qu'ils sont tous allez chercher le mystere de l'Eucharistie pour expliquer celui de l'Incarnation, si ce n'est qu'ils ont bien vû que toute autre comparaison n'étoit nullement propre à leur dessein ? Car nul d'entre eux n'étoit d'humeur pour convaincre un Apollinariste, de prendre le personnage d'un Nestorien : ce qu'ils auroient dû faire, s'ils avoient eû dans l'esprit le raisonnement que vous leur attribuez. Vous m'obligerez dans la suite à vous dire cela plus d'une fois, & à vous le faire toucher au doigt.

Ainsi lors que l'Auteur dit en parlant de l'Eucharistie, que le nom étant changé en cette rencontre, il faut que la chose le soit en l'une ou en l'autre maniere : & que comme lors qu'on nommoit un des symboles pain, c'en étoit effectivement : on ne le nomme ensuite corps de Jesus-Christ, que parce qu'il l'est : lors, dis-je, que l'Auteur parle de la sorte, il ne prend pas garde que les Protestans disent, que les symboles changent de nom, parce qu'ils changent d'usage.

Vous me pardonnerez, Monsieur ; il y a bien pris garde. Car n'a-t-il pas averti, que si Saint Chrysostome eût supposé cela, il donnoit gain de cause aux Apollinaristes qu'il combattoit, comme je viens de vous le dire? cela ne lui a donc pas échapé.

L'ennumeration qu'il fait des raisons, pourquoi une chose change de nom, étant imparfaite, on n'en peut rien conclure contre eux.

Je ne m'arrête pas presentement à cela, parce que vous ferez encore bientôt revenir cet article.

Page 261. *Il dit ici que sans supposer la transsubstantiation, Saint Chrysostome ruineroit sa propre cause. Et pourquoi? C'est qu'il a dessein de prouver contre les Apollinaristes, que la chair de Jesus-Christ n'est pas consubstantielle à la Divinité. Or si ce Pere vouloit, dit l'Auteur, que la substance du pain demeure, & qu'il n'y a pas la substance du corps de Jesus-Christ, mais seulement le nom, il supposeroit une chose, d'où il s'ensuivroit que la chair de Jesus-Christ est consubstantielle au Verbe. On dira au P. H. que Saint Chrysostome ne prouve rien en cet endroit ; qu'il ne fait qu'expliquer, ou défendre tout au plus le sentiment des Orthodoxes, selon lequel il ne s'ensuit pas de ce qu'on appelle le corps de Jesus-Christ le corps d'un Dieu, qu'il soit consubstantiel à Dieu : de même qu'il ne s'ensuit pas que le pain de l'Eucharistie soit consubstantiel au corps de Jesus-Christ, quoi qu'on lui donne le même nom.*

Quoi? Saint Chrysostome ne prouve rien? Ces deux mots seulement, par où il debute, *Sicut enim . . . Car tout de même que. . . .* ne marquent-ils pas qu'il est sur la preuve par comparaison ? Or en quoi la fait il consister lui même? En trois choses. La premiere est, que comme dans l'Eucharistie il y a deux natures, il en est de même dans l'Incarnation. La deuxiéme, qu'elles ne sont pas plus consubstantielles dans l'Incarnation, qu'elles ne le sont dans l'Eucharistie. Et la troisiéme, que comme dans l'Eucharistie les deux natures unies ne font qu'un corps du Seigneur, ainsi dans l'Incarnation les deux natures unies ne font qu'un seul Fils & un seul Seigneur. Saint Chrysostome dit tout cela en termes exprés. Voici ses paroles : *Unus filius, unus Dominus : idem ipse procul dubio unitarum naturarum unam dominationem, unam potestatem possident : etiamsi non consubstantiales existunt, & unaquæque incommixtam proprietatis conservat agnitionem : propter quod inconfusa sunt duo. Sicut*

 enim

enim antequam ſanctificetur panis, panem nominamus: Divina autem illum ſanctificante gratia, mediante Sacerdote, liberatus eſt quidem appellatione panis, dignus autem habitus eſt Dominici corporis appellatione, etiamſi natura panis in ipſo permanſit: & non duo corpora, ſed unum corpus Filii prædicatur; ſic & hic Divina inſidenti corpori natura, unum Filium, unam perſonam, utrumque conſtituit. Etablir deux natures dans l'Incarnation, la Divinité & l'humanité, par la comparaiſon de l'Euchariſtie, ou il y a pareillement deux natures, la nature du pain, c'eſt-à-dire, les proprietez, avec le corps du Seigneur; n'eſt-ce pas prouver l'un par l'autre? & n'eſt-ce pas ſuppoſer viſiblement la préſence réelle du corps du Seigneur ſur l'Autel avec la nature du pain: puiſqu'on infere de là une humanité auſſi réelle que la Divinité dans l'Incarnation? Aprés cela établir que dans Jeſus-Chriſt il n'y a qu'un fils, par la comparaiſon de l'Euchariſtie, n'eſt-ce pas encore prouver l'un par l'éxemple de l'autre? Mais que la preuve eſt nulle, à moins de préſuppoſer, ou pour mieux dire, d'établir la transſubſtantiation, c'eſt ce que nous verrons dans la ſuite.

Page 261. & 262. *Outre cela, la conſéquence que les Apollinariſtes auroient pû tirer de ce ſentiment, paroît extrémement forcée. Mais il faut entendre comment le P. H. l'explique. Si encore que le pain de l'Euchariſtie ſoit nommé le corps de Jeſus-Chriſt, il n'y a en effet que du pain, & que le corps de Jeſus-Chriſt y ſoit ſeulement de nom: il s'enſuit de même dans l'Incarnation, que quoi que le Verbe ait été fait chair, tout ce qu'il y a dans Jeſus-Chriſt n'eſt autre choſe que la Divinité, & que l'humanité n'eſt en lui que de nom, & non pas effectivement. Ce raiſonnement, dira-t-on, s'il prouvoit quelque choſe, prouveroit que l'on ne peut pas argumenter du ſimple nom contre les Apollinariſtes: & montrer contre eux que Jeſus-Chriſt eſt veritablement homme, ſeulement parce que l'Ecriture l'appelle ainſi: parce que le même nom ſe donne metaphoriquement à une choſe qui eſt très-differente de celle à qui ce nom convient proprement.*

Vous prenez ici le change, ou bien vous nous le voulez donner. Saint Chryſoſtome n'argumente pas du ſimple nom, ni par l'Ecriture, contre les Apollinariſtes: & le P. H. n'a jamais dit cela. Saint Chryſoſtome n'argumente ici que par la comparaiſon qu'il fait de l'Euchariſtie avec l'Incarnation: tout roule là-deſſus: il n'y eſt point parlé de l'Ecriture. Il ne dit pas ici qu'il faut croire que Jeſus-Chriſt ſoit véritablement homme, parce que l'Ecriture l'appelle ainſi; car ſon argument n'auroit nulle force contre eux, à ce que vous prétendez: mais il dit que l'humanité eſt à proportion dans l'Incarnation, ce que le pain eſt dans l'Euchariſtie; c'eſt-à-dire, la partie viſible du compoſé: & que comme l'une eſt appellée l'humanité d'un Dieu, de même l'autre eſt appellée le corps du Seigneur. Par conſéquent ni l'un ni l'autre n'eſt de nom ſeulement ce qu'on dit qu'il eſt, mais il l'eſt éffectivement: car s'il y a de la différence, ſa comparaiſon cloche pitoyablement, & elle fait contre lui même. Pouvoit-il donc dire en termes plus clairs, que le pain n'eſt non plus le corps du Seigneur, de nom ſeulement, que l'humanité de Jeſus-Chriſt n'eſt l'humanité d'un Dieu ſeulement de nom & non pas effectivement, qu'en comparant ainſi ces deux myſteres entre eux? Car il s'enſuit delà neceſſairement, que comme l'humanité dans Jeſus-Chriſt eſt l'humanité d'un Dieu, parce qu'elle eſt réellement unie à Dieu: de même ce que nous voyons à l'Autel, eſt le corps du Seigneur, parcequ'il eſt réellement uni au corps du Seigneur.

Si Saint Chryſoſtome avoit raiſonné uniquement ſur le nom, pour prouver le ſentiment des Orthodoxes, il ſe ſeroit attiré cette réponſe des Apollinariſtes. Mais il ne prouve rien touchant le fonds de la queſtion dans les mots que l'on a rapportez.

Le raiſonnement de Saint Chryſoſtome étant fondé ſur la reſſemblance des deux myſteres, il ſe ſeroit également attiré, comme nous avons vû, cette réponſe des Apollinariſtes, s'il n'avoit ſuppoſé que ces deux myſteres ſe reſſemblent parfaitement. Or il étoit trop éclairé & trop aviſé pour ſe l'attirer. Il a donc traité le fonds de la queſtion dans la comparaiſon qu'il a faite: & a trés-bien établi que l'humanité dans Jeſus-Chriſt n'eſt non plus l'humanité d'un Dieu ſeulement de nom, que le pain n'eſt pas le corps du Seigneur, de nom ſeulement: parce que ni l'un ni l'autre n'eſt ce qu'on dit qu'il eſt, que par l'union réelle qu'il a avec ce qui lui donne le nom qu'il porte.

Page 262. & 263. *Outre cela il auroit été aiſé à cet Eveſque de retorquer l'argument en cette ſorte, en réduiſant ſes adverſaires à une abſurdité. Si ce raiſonnement eſt bon, je pourrai conconclure de ce que Jeſus-Chriſt eſt appellé homme, qu'il n'eſt point Dieu, & qu'il porte le nom de Dieu, ſans avoir la realité de la nature Divine. Or c'eſt ce que les Apollinariſtes n'avoient garde d'avoüer, puis que ce ſentiment eſt directement oppoſé au leur. Saint Chryſoſtome les auroit contraint par là de reconnoiſtre que le nom ſeul ne prouve rien; & qu'il ne s'enſuit pas qu'une choſe ait la ſubſtance d'une autre, de ce qu'elle en porte le nom, comme il l'aſſûre en cet endroit, en expliquant le ſentiment reçû.*

Saint Chryſoſtome n'avoit garde de retorquer ainſi l'argument, puiſqu'il s'étoit ſervi d'une comparaiſon, qui donnoit lieu à ſes adverſaires de lui repliquer ce que nous avons dit, ſans qu'il eût ſujet de s'en plaindre, ſi le pain n'étoit le corps du Seigneur, que de nom ſeulement. Car pourquoi faire comparaiſon de deux choſes, ſi elles n'ont du rapport entre elles? & pourquoi ſe plaindre de l'application qu'on fait de cette comparaiſon, quand on n'a pas averti qu'il y avoit de la différence, & qu'on a même ſuppoſé qu'il n'y en avoit pas? Il auroit peutêtre pû retorquer ainſi l'argument, s'il eût diſputé contre eux ſur le ſimple nom & par l'Ecriture, ſans uſer de cette comparaiſon: mais c'eſt ce qu'il n'a pas fait.

Encore dans ce cas là même, ſi Saint Chryſoſtome *les eût contraint de reconnoiſtre, que le nom ſeul ne prouve rien, & qu'il ne s'enſuit pas qu'une choſe ait la ſubſtance d'une autre, de ce qu'elle en porte le nom*, & qu'il en fût tombé d'accord lui-même, ſçavez-vous bien ce que vous lui faites accorder? C'eſt que l'Ecriture ſeule ne prouve rien, ni pour la Divinité de Jeſus-Chriſt, ni pour ſon humanité: c'eſt-à-dire, ni contre les Apollinariſtes, ni contre les Samoſateens ou les Sociniens. Cela ſeroit vraiment beau dans la bouche de Saint Chryſoſtome. Dans la bouche d'un Socinien, patience: car l'on ſçait aſſez que c'eſt ainſi qu'il élude la parole de Saint Jean, *Λόγος σὰρξ ἐγένετο*. Mais pour Saint Chryſoſtome, vous ne croyez pas vous-même qu'il ait été dans ces ſentimens. Poſons néanmoins qu'il ait dit ce que vous lui faites dire, quelle plus belle preuve lui reſtoit-il donc à employer contre les Apollinariſtes, que

que celle qu'il a tirée de la ressemblance des deux mystéres entre eux ? Car il s'ensuit delà, que l'humanité dans Jesus-Christ est en effet, & non pas seulement de nom l'humanité d'un Dieu, & cependant distinguée de Dieu, & nullement consubstantielle à Dieu : comme le pain dans l'Eucharistie, dont la nature n'est nullement consubstantielle au corps du Seigneur, est en effet le corps du Seigneur, & non pas de nom seulement. On ne peut imaginer au monde de comparaison qui soit ni plus juste ni plus sensible.

Outre cela, quand du raisonnement d'un Auteur, il s'ensurvroit que son adversaire en peut tirer quelque avantage contre lui, s'ensuit-il qu'il faille toûjours chercher un autre sens dans ce raisonnement ? Plût à Dieu que cela fût vrai ! nous n'aurions pas des milliers d'Auteurs si peu exacts, que leurs propres principes peuvent servir à les réfuter. On sçait que c'est un defaut des anciens Orateurs, & de ceux qui les ont imitez.

Vous sentez bien vous-même le foible de vos premieres réponses, puis que vous en estes enfin réduit à ce dernier retranchement de ceux de vôtre parti. A quoi bon tant de detours ? Parlez franchement : l'on vous entend fort bien. Vous voulez qu'on croye que Saint Chrysostome est un de *ces milliers d'Auteurs si peu exacts, que leurs propres principes peuvent servir à les réfuter*. Vous voulez dire enfin, qu'il y a du defaut dans le raisonnement de Saint Chrysostome, puisque les Apollinaristes pouvoient tirer avantage pour eux de la comparaison même qu'il employoit contre eux, s'il falloit la prendre dans le sens que vous y donnez : puisqu'ils n'avoient qu'à dire, qu'ils reconnoissoient une parfaite ressemblance entre ces deux mystéres : que dans l'un & dans l'autre ils ne trouvoient qu'une nature en effet, & l'autre de nom seulement. On sçait bien que c'est là le respect que les Sociniens sur tout ont pour les Péres. Le P. H. soutient que si Saint Chrysostome ne suppose ici la présence réelle & la transsubstantiation, il se contredit lui-même ; il établit l'hérésie, qu'il fait mine de combattre ; & il donne l'avantage à son adversaire : & M. le Clerc répond à cela, qu'il n'y auroit pas d'inconvenient à nous l'accorder. L'en doit-on croire sur sa parole, ou le peut-on faire en sûreté de conscience ? Si le P. H. n'avoit pas d'autre réponse à vous faire sur Saint Chrysostome, ou sur quelque autre Pére, quelque indifferens qu'ils vous soient tous, vous en tiendriez-vous bien satisfait ?

Page 263. & 264. *Nôtre Auteur entreprend ensuite de prouver, que l'union de la nature du pain avec le corps de Jesus-Christ, est exprimée dans ces paroles de Chrysostome :* Etiamsi natura panis in ipso permansit : Quoi que la nature du pain soit demeurée en lui. *Il prétend que les termes* in ipso, *se rapportent à ces mots,* Dominicum corpus : *si bien que Chrysostome veut dire, que le pain sanctifié est nommé le corps du Seigneur : encore que la nature du pain demeure dans le corps du Seigneur : c'est-à-dire, encore que les proprietez du pain subsistent dans le corps du Seigneur, qui a succedé à la substance du pain. Il demande d'abord pourquoi on rapporteroit* in ipso *au pain, plûtot qu'au corps de Jesus-Christ ? c'est à cause de toute la suite du raisonnement qui le demande aussi : car comme après l'union hypostatique le corps de Jesus-Christ demeure* le corps d'un homme, *quoi qu'on l'appelle* le corps d'un Dieu, *à cause de la Divinité qui lui est unie : de même le pain en demeurant pain est nommé le corps de Jesus-Christ, parce qu'il est uni par la vertu qui le sanctifie au corps naturel de Jesus-Christ. On pourroit exprimer ce raisonnement en Latin, de cette sorte :* Ut post unionem personalem corporis Christi & Divinitatis, corpus Christi dicitur corpus Dei, etsi IN IPSO permansit natura corporis humani : ita post consecrationem panis dicitur corpus Christi, quamvis natura panis permanserit IN IPSO. *Or c'est là precisement le raisonnement de Chrysostome : & comme les mots* IN IPSO *dans, le premier membre de la comparaison, se rapportent non à* Deus, *mais à* corpus : *ainsi les mêmes termes dans le second membre, ne peuvent que se rapporter à* panis, *qui répond dans ce membre à* corpus, *qui est dans le premier.*

Dans tout ce grand discours, je vous trouve d'abord en mauvaise humeur contre Saint Chrysostome, depuis que vous avez été contraint de l'abandonner. Il n'est plus Saint pour vous : il n'est plus que Chrysostome simplement & sans éloge. C'est comme si en vous écrivant, le dépit me faisoit vous appeller de temps en temps *le Clerc*, au lieu de dire, *M. le Clerc*, comme la bienseance le demande.

En second lieu, pour ces paroles du Saint Evêque, *Etiamsi natura panis in ipso permansit*, le P. H. a prouvé qu'*in ipso* ne pouvoit marquer le pain en cet endroit-là : & il l'a prouvé non seulement par Aristote, de qui nous parlerons après ; mais par Saint Chrysostome lui-même, dans ce passage même où nous sommes. Car parlant de l'Incarnation, où la Divinité habite dans l'humanité, Saint Chrysostome dit, au rapport de Saint Jean de Damas, qui entendoit fort bien le Grec de ce Saint Evêque, & qui le cite, *Natura divina* IN IPSO *insidente*. Ce mot IN IPSO, ne marque-t-il pas évidemment quelque autre chose que la Divinité, en quoi la Divinité habite, sçavoir le corps ou l'humanité ? Il faut donc porter le même jugement de ces autres mots, dit le P. H. page 28. *Etiamsi natura panis in ipso permansit* : & concevoir outre la nature du pain, quelque autre chose dans laquelle cette nature du pain demeure aussi : puisque ce second membre n'a pû être mis de la sorte par opposition au premier, que pour faire mieux appercevoir la ressemblance des deux mystéres. Pourquoi supprimez-vous cela ? sinon parce qu'il prouve visiblement le contraire de ce que vous avancez ici sans preuve, que la suite du raisonnement de Saint Chrysostome demande que le mot IN IPSO se rapporte au pain. Mais pourquoi nous forgez-vous des expressions inoüies & barbares, dont pas une n'est tirée de quelque bon auteur, soit Latin, ou Grec ? Pretendez-vous par là nous persuader, que celle de Saint Chrysostome peut être aussi barbare, que celle que vous produisez ? La construction seule du passage dont il s'agit, persuade les gens de bon goût & desinteressez, qu'il ne se peut rien dire de plus juste, ni de plus exact, ou qui puisse être plus médité. Quand Saint Chrysostome dit, *Natura Divina in ipso insidente*, est-ce dans la nature Divine que la nature Divine habite ? Non sans doute, & il seroit ridicule de l'imaginer. Quand il dit donc ensuite, *Natura panis in ipso permanet*, est-ce dans la nature du pain que la nature du pain demeure ? Qui ne voit que cette derniére explication est aussi ridicule que la premiére : & que ce second membre est mis dans le discours par opposition au

au premier, avec lequel il doit avoir un parfait rapport? C'est donc dans quelque chose qui n'est pas la nature du pain que la nature du pain demeure: comme la Divinité réside dans quelque chose qui n'est pas la nature de la Divinité. C'est dans ce corps sacramentel, qui est composé du corps naturel de Jesus-Christ, & des especes, que la nature du pain demeure, c'est-à-dire, ses proprietez. Il y demeure comme une partie dans le tout.

En troisiéme lieu enfin, le P. H. a-t-il jamais dit, que les propriétez du pain subsistent dans le corps du Seigneur: ou que la substance du corps du Seigneur serve de sujet aux propriétez du pain? Vous lui imposez un sentiment fort grossier. Lisez la page 96. vous y verrez de quelle maniére les Théologiens Catholiques expliquent l'union des symboles avec le corps & le sang du Seigneur; & que le P.H. est bien éloigné de ce que vous lui faites dire.

Page 265. *On peut ici faire contre le Pere Hardoüin le raisonnement qu'il fait contre les Protestans, dans le chapitre précedent. C'est qu'en supposant que la substance du corps de Jesus-Christ serve de sujet aux propriétez du pain, on donneroit lieu aux Apollinaristes de dire, qu'il en est de même des propriétez du corps de Jesus-Christ, qui pourroient aussi exsister dans la Divinité, comme dans leur sujet. Les Orthodoxes n'auroient pas eû lieu de prouver contre eux, que ce qu'on appelle le corps de Jesus-Christ est un véritable corps parce qu'il en a les propriétez: puis que l'un des symboles de l'Eucharistie a toutes les propriétez du pain, sans être du pain.*

Si l'Apollinariste avoit dit, que les propriétez du corps exsistoient dans la Divinité, comme dans leur sujet, l'Apollinariste étoit donc un insensé, comme vous avez dit ailleurs que l'Eraniste le seroit, s'il avoit eû les sentimens que le P. H. lui attribuë. Vous n'avez pas bien étudié l'Apollinarisme dans le P H. Il paroît du moins, que vous ne l'avez lû qu'avec une prevention, qui vous a empêché d'y rien comprendre. Si les Apollinaristes avoient reconnu dans Jesus-Christ, ne disons pas les propriétez du corps, pour éviter les équivoques, mais les propriétez de l'humanité, car ce sont là celles dont il s'agissoit: ils eussent été forcez, en reconnoissant deux natures nullement consubstantielles dans l'Incarnation, comme dans l'Eucharistie; ils eussent été, dis-je, forcez, comme le P. H. l'a fait remarquer, de les reconnoître entiéres dans l'Incarnation avec leur sujet, quoi qu'ils ne pussent les reconnoître de même entiéres dans l'Eucharistie avec leur sujet. Car qu'est-ce que la nature humaine, que les propriétez essentielles de l'humanité? Saint Chrysostome dans l'endroit de sa lettre que vous avez cité, la définit-il autrement? *Hominem autem dicens, significasti id quod natura est infirmum; esuritionem, sitim, super Lazarum lacrymas, metum, sudorem, & his similia.* Et ces sortes de propriétez peuvent-elles être sans leur sujet? Cela est impossible. Les Apollinaristes n'avoient donc garde de répliquer ce que vous leur faites dire.

Page 265. & 266. *Qui a jamais dit, ajoûte nôtre Auteur, que la nature du pain demeure dans le pain? Tout le monde, quand il parle de cela: qui dit aussi que le pain demeure pain: ce qui veut dire qu'il n'y arrive aucun changement essentiel. Il est ridicule de dire ici, qu'Aristote a remarqué, qu'on disoit qu'une chose est dans une autre en huit maniéres, & que celle-là n'y est pas comprise. Car il ne s'ensuit autre chose delà; si ce n'est que le Dictionnaire d'Aristote n'est pas bon, & qu'il auroit pû remarquer, que l'on dit encore, que la nature d'une chose demeure dans cette chose-là, lors qu'elle ne change pas. Il ne faut pas chicaner sur le sens grammatical de la construction de certains mots, lors qu'on sçait qu'on l'entend communément d'une autre maniére.*

On dit bien dans l'usage que le pain demeure pain, & que l'homme ne cesse pas d'être homme, quand il ne se fait dans l'un ni dans l'autre aucun changement essentiel: mais on ne dit pas alors, du moins à parler correctement, que la nature du pain demeure dans le pain, ou que la nature de l'homme demeure dans l'homme. Vous ne sçauriez même contredire le P. H. sur cela, qu'en le blâmant d'avoir parlé comme Aristote; & qu'en disant, qu'il est *ridicule* de n'être pas sur la Logique, c'est-à-dire, sur l'art de penser, & sur la maniére de parler juste, plus habile homme qu'Aristote, ni plus éxact que lui. Quel autre meilleur *Dictionnaire* avez-vous, qui autorise cette maniére de parler, que vous voulez introduire? Saint Chrysostome lui-même, comme nous l'avons vû, ni le bon usage, n'est pas pour vous.

Page 266. & 267. *Le Pere Hardoüin ne fait que répéter son principe dans le reste du chapitre, où il prétend que Saint Chrysostome veut dire, que comme Jesus-Christ n'est pas deux corps, quoi que les propriétez du pain soient attachées à celui de l'Eucharistie, il n'y a pas deux fils dans Jesus-Christ, parce que la Divinité habite dans son corps. Il n'y a qu'à comparer ce raisonnement à celui que l'on a rapporté ci-dessus, pour voir lequel est celui de Saint Chrysostome. Si cét Evêque s'étoit servi de cette comparaison dans le sens du P. H. on lui auroit pû repliquer d'abord, qu'elle cloche, puisque dans l'union hypostatique il y a deux substances distinctes selon les Orthodoxes: au lieu que dans l'Eucharistie, il n'y a que la substanstance seule du corps proprement dit de Jesus-Christ, & les accidens du pain. Ainsi il n'y auroit pas sujet de s'étonner selon les Apollinaristes, & en supposant les sentimens de l'Eglise Romaine, que l'on dit qu'il n'y a qu'un corps de Jesus-Christ: mais on auroit droit de croire qu'il y a deux fils, puisqu'il y a selon les Orthodoxes deux substances en Jesus-Christ.*

Non, Monsieur, on ne pouvoit pas repliquer à Saint Chrysostome, que sa comparaison clochoit: il ne s'en peut faire de plus juste au monde: mais vous la prenez mal: vous la faites clocher malgré qu'en ait Saint Chrysostome, parce que vous ne la prenez pas tout-à-fait comme lui. Elle consiste d'abord seulement à faire voir, qu'il y a également deux natures, qui ne sont pas consubstantielles, dans l'un & dans l'autre mystére. Dans l'Eucharistie le corps de Jesus-Christ avec les propriétez du pain: le P. H. n'a pas dit les accidens: il a évité ce mot là avec le Concile de Trente: il a dit les propriétez, avec le Pape Innocent III. & les Péres appelloient ces propriétez la nature, comme je vous ai dit, ou bien les especes. Après cela, que dans l'humanité les propriétez ne soient pas seules, parce qu'elles sont inséparables de leur sujet, c'est leur nature. Mais pour cela les Apollinaristes pouvoient-ils dire, qu'il étoit aisé de comprendre à la verité, qu'il n'y eût qu'un corps dans l'Eucharistie; mais qu'il s'ensuivroit delà qu'au contraire il y auroit deux fils dans Jesus-Christ? Nullement: quoi que dans

dans l'un on reconnût les deux substances entieres, & dans l'autre les proprietez seulement de l'une des deux, détachées de leur sujet. Pourquoi? Parce qu'il ne peut y avoir d'union hypostatique, ou de communication d'idiomes, qui fasse un seul fils, comme la foi le reconnoît, & que Saint Chrysostome l'enseigne dans cette lettre-ci même, sinon entre deux substances parfaites : au lieu qu'au contraire on ne peut reconnoistre un seul corps dans l'Eucharistie, sans la destruction de la substance du pain; puisque l'union hypostatique & la communication d'idiomes n'y peuvent pas avoir lieu.

Dans le chapitre troisiéme, nôtre Auteur fait voir que les Péres Grecs ont entendu par les termes de οὐσία essence, & de φύσις nature, les proprietez naturelles de chaque chose, & non le sujet auquel elles sont attachées : telle qu'est la matiere premiere dans le corps. Il apporte en effet quelques passages, où ces mots se prennent en ce sens, & on y en pourroit ajoûter encore d'autres. Mais il ne s'ensuit pas delà, que par ces mots ils entendent constamment les propiétez par opposition au sujet dans lequel elles sont.

Le P. H. n'a pas dit aussi que par ces mots, οὐσία & φύσις, les Peres entendissent les proprietez par opposition au sujet : mais il a dit qu'ils l'entendoient constamment des proprietez, avec abstraction, ou avec précision du sujet dans lequel elles subsistent; c'est-à-dire, soit qu'elles en puissent être dégagées, ou non. L'exemple que vous m'avez suggeré vous-même, de la médaille & du metal, avec la maniére dont Saint Chrysostome explique dans sa lettre la nature de l'homme, vous en doit convaincre

Qu'ont entendu les Péres du Concile de Nicée par l'ὁμοούσιον même, qu'Alcuin & d'autres ont traduit coëssentiel, & que l'Eglise Latine a rendu par le mot de consubstantiel? La même éternité sans doute, la même sagesse, la même puissance, la même bonté. Or ce sont là tous des noms de proprietez, mais qui dans Dieu ne sont autre chose que la Divinité même: & si le Fils les posséde comme le Pere, on conçoit bien parlà qu'il est le même que son Pére en substance; puisque la substance de la Divinité n'est rien que cet amas de proprietez infinies que nous y concevons. Car nous ne connoissons guéres l'essence des choses, ni ne les definissons que par leurs proprietez, par où elles se font connoitre. Delà vient que les Péres ont universellement appellé οὐσία ou φύσις, *essence* ou *nature*, cet amas de propriétez, ou bien la propriété principale, qui fait connoître chaque chose, ou qui la distingue de toute autre, sans penser nullement au sujet, auquel ces proprietez sont attachées, s'il y en a quelqu'un.

Page 267. & 268. *C'est ce que l'on peut voir dans un passage d'Alexandre Evêque d'Alexandrie, que le P. Hardoüin cite, & que l'on peut trouver dans le X. Tome de cette Bibliotheque, pag. 434. Cet Evêque explique ces paroles de Jesus-Christ, Le Pére & moi sommes un : & dit que nôtre Seigneur parle ainsi,* non pour marquer qu'il est le Pére, ni pour dire que deux natures à l'égard de la maniere d'éxister, τῇ ὑποστάσει δύο φύσεις, n'en sont qu'une : mais parce que le Fils est d'une nature, qui garde parfaitement la ressemblance paternelle, &c. *Alexandre veut dire, comme on l'a fait voir dans l'endroit que l'on vient de citer, que le Pére & le Fils sont deux* estres, *ou deux* substances en nombre, *mais non pas* en espéce. *Ainsi* φύσις *se prend ici, non pour les proprietez du Pére & du Fils, qui les distinguent, mais pour ce qu'ils ont de commun : &* ὑπόστασις *ou éxistence, pour ce qu'ils ont de particulier.*

Que dites-vous là, Monsieur? Ce grand Evêque d'Alexandrie, qui a le premier déclaré la guerre à Arius étoit plus extravagant qu'Arius même? Quoi? il a donc dit, *que le Pére & le Fils sont deux estres, deux substances en nombre, mais non pas en espece?* Avez-vous dessein, comme le Socinien de Courcelles vôtre bon ami, que vous citez sur cette matiere, tome 10. page 30. avez-vous dessein, dis-je, de nous donner de l'horreur pour tous les Péres du Concile de Nicée, en nous persuadant qu'ils étoient bons Trithéites? c'est-à-dire, qu'ils tenoient les trois personnes consubstantielles, d'une unité spécifique, telle qu'elle est entre trois hommes d'une même espéce; mais non pas d'une unité de nature individuelle, comme nous parlons? C'est à quoi tend à la vérité une grande partie de vôtre dixiéme tome. Vous avez envie, comme lui, de porter vos lecteurs à croire, que *Saint Athanase* même, & *les Evêques de son parti* se trompoient sur le fait de la Trinité, aussi bien que les Ariens : que les uns & les autres donnoient dans des extrémitez absurdes, étant également Trithéites, quoi que de différente maniére : parceque les Orthodoxes, dites-vous, tenoient trois Dieux collatéraux : (car selon les principes des Sociniens, l'on est Orthodoxe, quand on suit sur cet article le sentiment reçû, quel qu'il soit:) & que les Ariens en tenoient aussi trois, mais differens en perfection, & pour ainsi dire, de different étage. De Courcelles avoit dessein, comme il le paroit par le livre des quatre dissertations, que vous citez pour garant de vos sentimens, de rendre le dogme Catholique aussi odieux que l'Arianisme : après quoi, que reste-t-il que de prendre parti chez les Sociniens? C'étoit là, dis-je, son dessein : & à voir l'approbation que vous donnez à ses sentimens, on ne peut douter que ce ne soit aussi le vôtre. Vous renvoyez à vôtre troisiéme tome, page 107. pour y trouver que *de sçavans hommes* ont eté de cette opinion à l'égard de Saint Athanase, & des autres Péres. J'ai donc eu la curiosité de voir le dénombrement de ces *sçavans hommes*, sur l'autorité desquels vous vous appuyez : & j'ai trouvé que c'étoit l'auteur de la Défense des sentimens de quelques Théologiens de Hollande, sur l'histoire critique du vieux Testament : c'est-à-dire, M. LE CLERC lui-même, & lui seul.

Cette pernicieuse doctrine est répanduë dans chaque tome de vôtre Bibliotheque : & vous l'établissez encore ici, par le tout hérétique & la fausse interprétation que vous donnez aux paroles de l'Evêque d'Alexandrie : par ce que vous vous écartez de la régle générale, que le P. H. a établie pour entendre le mot de φύσις, & surtout dans ce passage même, qu'il cite pour cela, page 31. Car il dit que δύο φύσεις τῇ ὑποστάσει, selon l'idée que les Péres vouloient qu'on eut du mot φύσις, ne signifie que deux differentes proprietez d'hypostase, ou de subsistence : ou bien, si vous voulez, deux differentes natures d'hypostase. Quoi? δύο φύσεις se dit selon vous, de ce que le Pére & le Fils ont de commun entre eux, c'est-à-dire, de spécifique, comme Pierre & Paul? C'est un blasphème. Sçait-on en Hollande, que vous insinuez cette doctrine hardiment par tout, avec les autres principes des Sociniens, qui détruisent la Divinité de Jesus-Christ, & le péché originel, comme à la page 319. 320. 336. 337 & 338. du 10. tome, & cent fois ailleurs? On vous les marquera, si vous voulez. Car quoi que vous sem-

sembliez quelquefois renoncer Socin, & reconnoître la satisfaction de Jesus-Christ, sçavoir comme ont fait Grotius & Courcelles, l'on mettra, si vous le souhaitez, vos véritables sentimens dans leur jour. Mais lit-on, encore une fois, vos livres en Hollande ? Je ne le croi pas. Du moins si vos Maîtres sçavoient qu'on les lût, leur zéle les porteroit assurément à interposer leur autorité pour les supprimer.

Page 268. *Aussi le P. Hardoüin avoüe-t-il que nature & essence, quand il s'agit des substances qui sont animées, qui ont des sens ou de la raison, & à plus forte raison de celles qui sont purement spirituelles, signifient le sujet même. Il n'en donne aucune raison tirée de l'usage : mais il dit, comme s'il le sçavoit, que dans ces êtres les proprietez ne peuvent pas être separées du sujet, parce que le sujet & les proprietez sont les mêmes.*

Vous avez encore ici fort mal pris la pensée du P. H. Il dit bien que dans les substances animées ou spirituelles, la séparation réelle ne se peut faire du sujet d'avec les proprietez. Mais il n'a pas dit, que les mots de *nature* & *d'essence* signifient le sujet même dans quelque substance que ce puisse être. Il a dit expressément qu'ils ne le signifient jamais : quoi que dans de certaines substances on conclut nécessairement qu'il est inséparablement uni à ses proprietez. Mais ce n'est qu'une conséquence qu'on tire après la première idée, que ces mots de *nature* & *d'essence* ont auparavant formée dans l'esprit.

Page 269. *Aussi en supposant la chose du monde la plus douteuse, il prétend faire une exception dans ce qu'il a dit du sens des mots de nature & d'essence : & soutient que quand il s'agit des corps inanimez, les Péres ne prennent pas ces mots dans un sens rigoureux & philosophique La raison de cette différence, c'est qu'il craint qu'on ne lui objecte cette explication de ces mots, lors qu'il parlera de l'essence ou de la nature du corps de Jesus-Christ, qu'il prétend être dans l'Eucharistie. Mais Saint Chrysostome, qui n'a pas eu peur d'une semblable objection, employe le mot de nature, en parlant de l'humanité de Jesus-Christ, pour exprimer des choses qui ne sont point assurément la substance d'un homme. Voici comme il parle dans cette même Epître, page 5. de cette édition.* Hominem autem dicens, significasti id quod naturæ (*ou* natura) est infirmum, esuritionem, sitim, super Lazarum lacrymas, metum, sudoris ejectionem, & his similia. *Avoir faim, avoir soif, pleurer, craindre, suer, & autres choses semblables, ne sont que des propriétez, ou si l'on veut, des accidens, ausquels néanmoins Chrysostome donne le nom de nature.*

Le P. H. dites-vous, suppose la chose du monde la plus douteuse ? Jamais homme raisonnable a-t-il pû douter, que des propriétez essentielles dans des substances douées de sens & de raison, par exemple, avoir faim, avoir soif, soient inséparables réellement de leur sujet ? Le peu de bon sens que Dieu nous a donné à vous & à moi, à vôtre avis, Monsieur, peut-il être séparé du sujet où il est ? Souffrir, rire, pleurer, sont les proprietez de l'homme, selon Saint Chrysostome que vous avez cité : ces propriétez peuvent-elles être hors du sujet qui souffre, qui pleure, ou qui rit ?

Vous confondez encore ici deux choses bien opposées. Car c'est autre chose de dire, qu'un mot signifie les proprietez sans marquer le sujet, dans quelque substance que ce puisse être : & autre chose de dire, que pour ce qui est de la séparation réelle des proprietez d'avec le sujet, il ne faut pas raisonner de la même maniére de toutes les substances. En cela le P. H. ne fait d'exception, que celle dont tous les hommes raisonnables conviennent. Il n'en fait pas, comme vous luy imposez, pour le sens de ces mots, φύσις & οὐσία, *nature & essence.* Il en reconnoit pour la séparation réelle des propriétez d'avec le sujet : mais il n'en reconnoît pas pour la signification de ces mots. Ainsi il avoüe que ces mots sont toûjours pris constamment dans le même sens, soit qu'on parle du corps de Jesus-Christ, ou de la nature du pain dans l'Eucharistie. Un des motifs qui vous empeschent d'en tomber d'accord, c'est que vous voulez donner un sens hérétique à ce mot, dans l'expression de l'Evêque d'Alexandrie, que vous voulez faire passer pour Trithéïte, avec *Saint Athanase & les Evêques de son parti.*

Au reste, ce que vous rapportez de Saint Chrysostome appuie merveilleusement ce que le P. H. a avancé, & fait bien voir, que le dépit de ce qu'il vous avoit relevé sur un procés que vous lui aviez fait fort mal à propos, à l'occasion d'un mot Grec, & de vôtre Saumaise, vous a tellement rempli l'esprit de l'Etymologique Grec, qu'il vous a empesché d'entendre le Latin, & de prendre sa pensée, toute aisée qu'elle est à comprendre.

A propos de M. Saumaise, que ne l'avez-vous disculpé sur la mauvaise foi dont le P. H. l'accuse à la page 43. de ce livre-ci ? C'est une accusation plus forte que les reproches qu'on lui peut faire, de s'être trompé dans des questions de critique ou de pure Grammaire. C'est là-dessus qu'il le falloit justifier, ce grand M. Saumaise, dont l'interêt vous touche si sensiblement, qu'à vôtre compte, le P. H. n'a pû faire de plus grosse faute, que de le traiter comme il a fait. *Au reste,* dites-vous, en parlant du P. H. à la page 253. où vous en voulez aprés tout dire quelque bien, *cela n'empêche pas que l'on ne reconnoisse que nôtre Auteur a rendu d'assez bons services au public. Mais il ne faut pas mépriser des gens, dont le merite est aussi grand que celui de Saumaise.*

Voilà ce qui vous a mis en mauvaise humeur contre lui. Je ne doute pas que le point de la transsubstantiation qu'il a défendu, ne vous ait encore irrité : mais le P. H. ne s'en plaindra jamais : car pourquoi voudroit-il être plus épargné des Sociniens, que tous les Péres ? ou plus consideré par les Protestans que le Concile de Trente ?

Page 270. *Les Péres ne sont pas si uniformes entre eux, ni si exacts dans leurs expressions, qu'ils tiennent constamment la même idée attachée au même sujet, & que l'on puisse conclure de quelques passages où un mot se prend en un certain sens, qu'ils l'entendent toûjours ainsi en parlant du même sujet. On n'en sçauroit donner d'exemple plus convaincant à l'égard du P. Hardouin, que ce passage de Grégoire de Nysse dans son Oraison Catéchétique, où il dit en parlant des sacremens :* Il donne ces choses par la vertu de la bénédiction : c'est qu'il change en cela, *sçavoir en ce qu'il y a de mystique dans le sacrement,* la nature des choses que l'on voit, τῶν φαινομένων τὴν φύσιν. *Ici le mot de* Φύσις, nature, *se doit entendre de la substance des sacremens, selon le P. Hardoüin, & des proprietez qui demeurent les mêmes. On peut encore reconnoître par cette remarque, que nôtre Au-*

teur

teur ne peut pas dire dans ses principes, que les Péres dans leurs discours au peuple, n'entendent en cette occasion par le mot de nature, que les proprietez naturelles.

C'est une pitoyable défaite, que de dire que les Péres ne sont pas uniformes entre eux, ni constamment exacts dans leurs expressions. On dit ordinairement cela, quand on est réduit à ne pouvoir répondre. Ils sont tres-uniformes, & d'une exactitude achevée, sur tout en ce point-ci: & pour Saint Gregoire de Nysse que vous citez, souffrez que je vous dise que vous l'entendez mal: car il dit ouvertement, que ce que l'on voit sur les autels change de nature: & si vous aviez representé le passage entier, l'on auroit vû que par le mot de nature il n'entend que ce que nous avons dit, c'est-à-dire, les proprietez: mais vous n'avez osé le produire. La nature de ce que nous voyons, dit-il, est d'entretenir une vie mortelle: or aprés la consécration il donne une vie immortelle. C'est bien là changer de nature: mais la nature en cet endroit, ne sont-ce pas les proprietez ou la vertu d'agir? Voici le passage entier en Grec. *Τούτου χάριν πᾶσι τοῖς πεπιστευκόσι τῇ οἰκονομίᾳ τῆς χάριτος, ἑαυτὸν ἐνσπείρει διὰ τῆς σαρκὸς, ἧς ἡ σύστασις ἐξ οἴνου τε καὶ ἄρτου ἐστὶ, τοῖς σώμασι τῶν πεπιστευκότων κατακιρνάμενος, ὡς ἂν τῇ πρὸς τὸ ἀθάνατον ἑνώσει καὶ ἄνθρωπος τῆς ἀφθαρσίας μέτοχος γένοιτο. Ταῦτα δὲ δίδωσι τῇ τῆς εὐλογίας δυνάμει πρὸς ἐκεῖνο μεταστοιχειώσας τῶν φαινομένων τὴν φύσιν.* Saint Grégoire de Nysse est donc d'accord avec tous les autres Péres sur la signification de ce mot-ci: & l'on ose bien vous defier d'en montrer un seul éxemple au contraire. Aprés le défi que le P. H. en avoit déja fait, voilà le seul que vos recueils vous ayent pû fournir: mais il vous a fort mal reüssi.

Page 271. *Il montre ensuite au long, que les Péres Latins ont aussi marqué les proprietez par les mots de nature & de substance. Il y a encore un passage exprés de Lactance, (liv. 2. chap. 9.) que l'Auteur n'a pas cité, où il appelle les proprietez du nom de substance.* Ignis quidem permisceri cum aqua non potest, quia sunt utraque inimica: & si cominùs venerint, alterutrum quod superaverit, conficiat alterum necesse est. Sed eorum SUBSTANTIÆ permisceri possunt. SUBSTANTIA ignis, calor est: aquæ, humor.

Le P. H. a cité un passage de Lactance; n'étoit-ce pas assez pour lui, puisqu'il n'avoit pas dessein de faire un gros livre? L'on voit bien que vous avez de gros recueils sur les mots qui ont rapport à la Trinite: aussi en parlez-vous à chaque volume. Vous n'en parlez pourtant jamais en Catholique, mais toûjours selon les idées des Sociniens.

Nôtre Auteur a mis pour titre à son chapitre cinquiéme, que Saint Chrysostome a enseigné clairement la transsubstantiation en cet endroit. . . . . Il faut voir comme le P. H. le prouve. Nous ne disons pas qu'il y a deux corps de Jesus-Christ, parce qu'il n'y en a pas deux, depuis que Jesus-Christ a fait le pain son corps. La substance du pain ne demeure donc pas aprés la consecration, telle qu'elle étoit auparavant. N'est-ce pas là, je vous prie, la transsubstantiation? Car pourquoi est-ce que Saint Chrysostome ne voudroit pas qu'on dit qu'il y a deux corps, s'il y en a deux? Il nie qu'il y ait deux corps: donc il nie que le pain entier demeure dans l'Eucharistie. *Le P. Hardouin étend cette pensée, & cite sur cette matiére Jean de Damas, Nicéphore Patriarche de Constantinople, qui a vécu environ soixante ans aprés lui, & Grégoire le Grand, qui a vécu entre Saint Chrysostome & Jean de Damas. On ne s'y arrêtera point.*

Vous estropiez le raisonnement du P. H. & vous manquez encore ici de sincerité. Voici comme il raisonne. Saint Chrysostome dit en termes exprés, qu'il n'y a qu'un corps dans l'Eucharistie. Les Péres Grecs & Latins ont parlé comme lui, & par conséquent ils ont tous pensé comme lui. Il n'y a, disent-ils, qu'un corps dans l'Eucharistie, quoi que le corps du Seigneur y soit. Il n'y a pas deux corps. Comme dans Jesus-Christ il n'y a qu'un Fils: il n'y en a pas deux, quoi qu'il y ait deux natures. Le P. H. conclut delà, Le pain n'y est donc pas entier, autrement il y auroit deux corps bien comptez: n'y ayant pas là d'union hypostatique ou de communication d'idiomes, qui pourroit seule nous obliger à n'en compter qu'un. Ceci paroîtra encore mieux dans la suite.

Page 272. *On remarquera seulement, que plusieurs Auteurs Protestans ont dénoüé la difficulté que le P. H. fait: en disant que Chrysostome a cru, qu'il y avoit entre le pain Eucharistique consacré & le corps de Jesus-Christ, une union semblable à celle qui est entre sa Divinité & son humanité. Comme l'union hypostatique qui est entre ces deux derniéres, fait que l'on dit qu'il n'y a qu'un seul fils, quoi que les natures demeurent sans confusion: de même l'union qui est entre le pain de l'Eucharistie & le corps de Jesus-Christ, fait que l'on peut dire que l'un & l'autre ne forment qu'un seul corps.*

Parlez nettement & sans équivoque. En premier lieu, y a-t-il des auteurs Protestans qui disent, qu'il y ait une véritable union hypostatique entre le pain & le corps du Seigneur? Ensuite s'il y en a qui ayent cru Saint Chrysostome capable d'une pareille extravagance, sont ils recevables? Je ne vous demande pas s'ils ont dit que l'union du pain avec le corps du Seigneur ressemble à l'union hypostatique, en ce que comme l'on dit qu'il n'y a qu'un fils, ainsi *l'on peut dire* qu'il n'y a qu'un corps du Seigneur: sçavoir lors que l'esprit du fidelle attache au pain, pour ainsi dire, le corps du Seigneur, auquel il pense alors: & que ce composé que l'esprit se forme du pain & du corps, peut passer pour un seul corps sacramentel: ce n'est pas là ce qu'on demande. On sçait assez que les hérétiques, pour éblouïr les simples, se servent souvent d'expressions, qui semblent d'abord avoir assez de rapport à celles des Péres, quoi qu'elles ne signifient dans le fonds rien moins que ce qu'ont dit les Péres. Mais les Protestans néanmoins n'ont jamais dit qu'il y ait entre le pain & le corps de Jesus-Christ une union hypostatique, qui soit de la même nature que celle qui unit l'humanité avec le Verbe. Les Impanateurs même, je veux dire les Luthériens, du moins au rapport de Kemnicius leur Theologien, n'en sont jamais venus là. Il ne veulent pour le plus qu'une union locale & de coëxistence, à ce que croit la plûpart des Théologiens; quoi que selon moi ils ne different des Calvinistes que dans l'éxpression.

Mais dans le sentiment des autres Protestans, l'esprit du fidelle en attachant au pain le corps de Jesus-Christ, fait-il une union hypostatique de l'un avec l'autre? Parce qu'il ne forme qu'un corps sacramentel, pensant en même temps à la figure, & à ce qu'el-

le repreſente; encore une fois fait-il alors une union hypoſtatique? Ces équivoques ſont-elles ſupportables? Si cela eſt, voilà donc, ſelon vous, le raiſonnement de Saint Chryſoſtome : Comme mon eſprit voyant le pain & penſant au corps de Jeſus-Chriſt, fait une union hypoſtatique, qui ne confond pas les deux natures, & qui ne forme pourtant qu'un corps ſacramentel : Ainſi la Divinité & l'humanité unies hypoſtatiquement ne font qu'un ſeul fils. Ce ſeroit s'y prendre fort mal, quand il s'agit de prouver que dans Jeſus-Chriſt il y a deux natures réelles & diſtinctes, que de ſe ſervir pour cela d'un exemple, dans lequel on n'en voit qu'une en réalité, & où l'autre n'eſt que par la penſée : ſur tout lors qu'on diſpute contre des hérétiques, qui ne veulent que la réalité d'une de ces deux natures, avec la ſimple apparence de l'autre. Ne ſeroit-ce pas viſiblement leur donner lieu de dire de même, que c'eſt à l'occaſion des propriétez de l'humanité formées par le Verbe du propre corps de la Divinité, que nôtre eſprit ſe figure auſſi une union hypoſtatique de deux natures en Jeſus-Chriſt, quoi qu'en effet il ne s'y trouve qu'une nature?

Page 272. & 273. *Je ne ſçai ſi le P. Hardouin a ſçeu que les Proteſtans expliquoient ainſi les ſentimens de l'Egliſe Grecque ; mais il ſe contente de toucher en paſſant cette ſolution à la page 51. & de demander par une figure de Rhétorique, s'il y a quelqu'un qui ſoit ſi fou que de la ſoutenir. Cette figure ſeroit paſſable parmi les écoliers des R.R. P.P. Mais elle eſt extrémement froide dans un livre que les Proteſtans peuvent lire, & qu'ils croiront avoir refuté d'avance par ce principe.*

Eſt-ce uſer d'une ſimple figure de Rhétorique, que de la ſoutenir ſur le champ d'une preuve, qui fait toucher au doigt l'extravagance du ſentiment que l'on attaque? C'eſt ce que le P. H. a fait, & c'eſt ce que vous ſupprimez. Voici ce qu'il a dit. Qui pourroit au monde s'imaginer, que comme dans Jeſus-Chriſt l'homme eſt ſage, puiſſant, Fils de Dieu même, par la ſageſſe, la puiſſance, & la filiation naturelle du Verbe; la filiation adoptive, ſi l'on pouvoit ſuppoſer qu'elle eût été quelque temps avant cette union, ceſſant d'être deſlors, à cauſe de la filiation naturelle qui ſurviendroit, étant toutes deux incompatibles: (car c'eſt là l'effet néceſſaire de l'union hypoſtatique, & ce qui en doit ſuivre naturellement:) de même le pain n'eſt plus corps, comme il étoit, par ſa corporéité naturelle, mais par la corporéité ſeule de l'humanité de Jeſus-Chriſt, laquelle y eſt réellement attachée? Afin que comme il n'y a là qu'un fils, qui eſt le fils naturel, quoi qu'il y ait deux natures unies: il n'y ait de même ici qu'un corps, qui eſt le corps de Jeſus-Chriſt, quoi qu'il y ait deux natures unies entre elles réellement, & non par l'eſprit. Or cela eſt aſſurément extravagant. Comment donc Saint Chryſoſtome & les autres Péres de l'Egliſe Grecque auroient-ils pû ſuppoſer une union hypoſtatique dans l'Euchariſtie, pour conclure que comme il n'y a qu'un corps à l'Autel, il n'y a de même qu'un fils dans Jeſus-Chriſt? Une ſuppoſition extravagante eſt-elle fort propre à établir la créance de quelque myſtere? Voilà ce qu'a dit le P. H. Eſt-ce là une figure de Rétorique *extrémement froide*, qu'on ne peut emploier que *parmi les écoliers?*

Se peut-il dire, encore une fois, que le pain dans l'Euchariſtie ait des bras & des mains, parce qu'il eſt uni au corps de Jeſus-Chriſt qui en a? ou que le corps de Jeſus-Chriſt ſoit cuit au four, parce qu'il eſt uni à une nature qui l'a été? Cela n'eſt-il pas extravagant? Et pourquoi l'eſt-il, ſinon parce qu'il n'y a pas d'union hypoſtatique, là où il n'y a point de communication d'idiomes? D'ailleurs un corps quel qu'il ſoit, peut-il s'en unir perſonnellement un autre? Cela eſt impoſſible: & ſi cela n'eſt pourtant, ce ſeront toûjours deux corps.

Mais horſmis l'union hypoſtatique, qui eſt en ce cas impoſſible & chimérique, il ne peut y avoir nulle autre union dans l'Euchariſtie, de quelque nature qu'elle ſoit, ſelon Saint Chryſoſtome, que celle qui éxige que le ſujet des propriétez, que nous appellons la ſubſtance, y ſoit détruit. Voici le point capital de la diſpute : voici en quoi conſiſte le raiſonnement de Saint Chryſoſtome dans ſa force. Il faut, dis-je, qu'il ſuppoſe que le ſujet des propriétez de chaque ſymbole ſoit détruit & tranſubſtantié. Car enfin s'il ne l'eſt pas, *on peut-dire*, ſi vous voulez, que ce n'eſt qu'un corps: mais *on peut dire* auſſi avec plus de raiſon que c'en ſont deux. Car un corps humain, & un autre corps, qui n'eſt pas corps humain, ſont deux corps. Et le Neſtorien s'accommodera fort bien de cette comparaiſon & de cet argument de Saint Chryſoſtome. Car il ſe ſervira de vôtre *on peut dire*, pour avoüer qu'aprés l'union des deux perſonnes, *on peut dire* de même dans un ſens paſſable, que dans Jeſus-Chriſt il n'y a qu'un fils, mais *qu'on peut dire* auſſi qu'il y en a deux : qui eſt une ſeconde héréſie, que Saint Chryſoſtome combat dans ſa lettre, auſſi bien que l'Apollinariſme.

Voilà ce que le P. H. a dit, qui doit incommoder extrémement les Proteſtans, s'ils font bien réflexion avec lui, que Saint Chryſoſtome enſeigne ici ouvertement & en termes exprés, qu'il y a deux natures que Dieu a unies dans l'Euchariſtie, comme dans l'Incarnation : & que ſelon ce Pére il eſt auſſi hérétique de dire, qu'il y ait pour cela deux corps parfaits dans l'Euchariſtie, ſoit en effet, ou par la penſée, qu'il eſt hérétique de dire qu'il y a dans Jeſus-Chriſt deux fils, l'un naturel, qui eſt le Verbe; & l'autre adoptif, qui ſeroit l'homme.

Voici donc à quoi ſe réduit toute la preuve que le P. H. tire du paſſage de Saint Chryſoſtome contre vous. Elle a deux parties : l'une eſt un argument démonſtratif pour la préſence réelle ; l'autre eſt de la même force pour la tranſubſtantiation. Si Saint Chryſoſtome ne reconnoiſſoit pas la préſence réelle dans la premiére, il établiroit l'Apollinariſme, au lieu de le détruire: & s'il ne préſuppoſoit, ou pour mieux dire, s'il n'établiſſoit même la tranſubſtantiation dans la ſeconde, il appuyeroit le Neſtorianiſme, qu'il entreprend de ruiner. J'en ay apporté les preuves. Or ces deux conſéquences ſont tout-à-fait inſoutenables. Songez donc, vous & les Proteſtans, à vous mieux défendre de la preuve de Saint Chryſoſtome.

Car enfin cette fameuſe lettre de Saint Chryſoſtome, cette lettre formidable que vous objectiez aux Catholiques avec tant fracas, cette lettre qu'ils avoient ſupprimée, dites-vous, pour n'y pouvoir répondre; cette lettre foudroyante ne contient plus un argument contre eux, mais une preuve convaincante & démonſtrative contre vous: une preuve qui vous inquiétera toûjours d'autant plus, que vous aviez tâché de la faire valoir en vôtre faveur. Vous voilà du moins preſentement ſur la défenſive; & nous n'y ſommes plus. J'entreprens bien ici la défenſe de Saint Chryſoſtome contre vous; mais vous êtes obligé de vous défendre contre Saint Chryſoſtome. Quand on vous preſſe & qu'on vous convainc, que ſi ſon raiſonnement ne détruit vos idées, il ſe détruit lui-même, vous vous retranchez à dire qu'on n'eſt pas reſponſable, s'il raiſonne ſi mal, qu'il donne priſe à ſon adverſaire. C'eſt de ce reproche que je le defens. Et comme il ne ſe contredit pas lui-même ; car qui le croira, quand vous le diriez cent fois? il faut que vous ſongiez à vous défendre de lui par quelque autre voie. Quoi que le meilleur parti pour vous,

ſeroit

feroit assûrément d'imiter les Théologiens Proteftans, qui ne peuvent parer ce coup, ont (ce femble) pris le parti de battre en retraite, & de nous abandonner Saint Chryfoftome ; bien mortifiez fans doute d'avoir fait une fi grande levée de boucliers.

Page 273. & 274. *Dans le fixiéme chapitre l'Auteur entreprend de faire voir, que Saint Chryfoftome a fort bien raifonné, foit contre les Synufiaftes, foit contre les avantcoureurs de Neftorius, en comparant l'Incarnation & l'Eucharistie. Pour cela il traite au long des fentimens des Synufiaftes & des Eutychiens. . . . . Les Eutychiens qui reffembloient aux Apollinariftes, croyoient que Jefus-Chrift avoit un corps confubftantiel au nôtre, & que ce corps avoit été changé aprés fon Afcenfion en une même fubftance que celle de Dieu, & n'eft plus figuré & vifible comme auparavant.*

Pardonnez-moi, fi je vous dis, que vous avez eû quelque abfence d'efprit, quand vous avez lû le P. H. fur les Eutychiens. Ils n'ont jamais été dans les fentimens que vous dites : & il a dit expreffément tout le contraire. Vos extraits font toûjours bien infidelles. Il a dit que les Eutychiens ne différoient en rien des Apollinariftes, & qu'ils étoient très éloignez de croire que Jefus-Chrift eût un corps confubftantiel au nôtre : ils le nioient abfolument. Le P. H. l'a prouvé fort au long, page 59. 60. &c. Et cette feule parole d'Eutychés, le chef du parti, qu'il a rapportée, page 64. aprés les actes du Concile, tels que nous les avons, en fait foi. *Je croi*, difoit cét héréfiarque, *que Iefus-Chrift Fils de Dieu eft confubftantiel à fon Pére : n'eft-ce pas là le fymbole des Péres du premier Concile? En veut-on faire aujourd'hui un nouveau, pour y ajoûter qu'il eft auffi confubftantiel à fa Mere?* Si vous aviez lû les lettres qui font fuppofées au Pape Hormifdas, vous euffiez pû remarquer la même chofe dans la cinquiéme. *Eutychetis quoque*, dit-il, *abdicetur hebetudo, qui Deum & Dominum noftrum Iefum Chriftum* FIGURAM *tantùm carnis habuiffe teftatus eft, &* NOSTRÆ VERITATEM NON HABUISSE SUBSTANTIÆ. C'eft-là l'idée que l'on avoit encore de cette héréfie, lors qu'on forgeoit ces piéces. Mais il vous étoit important de nier cela, comme nous le verrons plus bas.

Page 275. *Pour venir à nôtre Auteur, il s'efforce de faire voir que Saint Chryfoftome a parfaitement bien raifonné contre ces gens-là. Il exprime ainfi fon raifonnement. Les propriétez naturelles du pain demeurent dans l'Euchariftie avec le corps de Iefus-Chrift fans confufion : il n'y a neanmoins pas deux corps, mais un feul corps du Fils de Dieu. Pourquoi s'enfuivroit-il qu'il y a deux Fils de Dieu de ce qu'on dit qu'il y a deux natures diftinctes dans Iefus-Chrift ? S'il y avoit encore des Apollinariftes au monde, qui cruffent la tranfsubftantiation comme l'Eglife Romaine, ils répondroient au R. P. Hardoüin, qu'il fe moque d'eux de raifonner de la forte, parce que felon lui il y a dans Iefus-Chrift deux fubftances diftinctes, au lieu que dans l'Euchariftie il n'y en a qu'une, dans laquelle les propriétez du pain éxiftent. Les Neftoriens diroient de même, qu'ils reconnoiffent deux Fils de Dieu en Iefus-Chrift pour la même raifon : quoi que les propriétez du pain jointes au corps de Iefus-Chrift, ne faffent qu'un feul corps. Ils ne fe laifferoient peut-être pas payer de figures de Rétorique & de fimples affirmations de ce qui eft en queftion, de quelque gravité qu'elles foient accompagnées.*

J'ay déja répondu plus d'une fois à tout ce long difcours. Je vous ai dit que Saint Chryfoftome raifonnoit ainfi : Il n'y a qu'un corps fur l'autel : il n'y a de même qu'un Fils en Jefus-Chrift. L'Apollinarifte ne pouvoit nier la comparaifon. Premiérement, parce que c'eft un miracle égal, de deux natures différentes & fans confufion ne faire qu'un corps ; & en deux natures différentes & fans confufion ne trouver qu'un Fils. En fecond lieu, parce que de deux natures il ne fe peut faire un corps, qu'en détruifant la fubftance de l'un des deux, cela ne fe pouvant faire par union hypoftatique, ou par communication d'idiomes, comme nous l'avons fait voir : & qu'au contraire, de deux natures il eft impoffible de n'en faire qu'un Fils, que par union hypoftatique, laquelle fuppofe effentiellement que les deux natures fubfiftent dans leur perfection, parce qu'elles font fpirituelles. Avoüez une fois que le P. H. ne fonge pas à payer les gens de figures de Rétorique. Tout hérétiques qu'étoient les Apollinariftes, ils avoient plus de bonne foi que vous ne leur en attribuez : ils n'ont jamais pû rien repliquer à cét argument.

Pour les Neftoriens, le P. H. n'a pas dit que Saint Chryfoftome les ait combatus par cette comparaifon. Il a infinué au contraire à la page 71. qu'on pouvoit être Neftorien fans être Impanateur ; & il en a rendu la raifon, Mais il eft cependant vrai que Saint Chryfoftome combat auffi dans fa Lettre les précurfeurs du Neftorianifme avec vigueur ; & qu'il l'établiroit ici néanmoins, s'il reconnoiffoit deux corps fur l'Autel, & s'il comparoit après cela l'Incarnation avec l'Euchariftie. Cela n'eft-il pas evident? Sont-ce là *de fimples affirmations de ce qui eft en queftion?*

Page 276. *Auffi le P. Hardoüin lui-même, en comparant l'Euchariftie avec l'Incarnation, ne peut diffimuler que l'Euchariftie différe en ceci de l'Incarnation ; c'eft que la fubftance des fymboles de l'Euchariftie eft entierement anéantie : au lieu que dans l'Incarnation rien n'eft anéanti du côté de l'homme, que ce que le P. H. appelle la filiation adoptive. Il dit que la chofe même fait voir, fans qu'il foit befoin que Chryfoftome en avertiffe, qu'il y a cette différence : mais c'eft cette chofe là même, qui eft en queftion.*

Vous déguifez l'état de la queftion : il n'eft pas tel que vous dites. Le P. H. a feulement dit, que Saint Chryfoftome n'avoit pas befoin d'avertir, que les propriétez ne pouvoient être féparées du fujet dans l'humanité de Jefus-Chrift : car qui l'oferoit jamais dire, ou même qui le pourroit imaginer? Ainfi cela ne peut pas être en queftion. Il a ajouté, comme nous avons dit plus d'une fois, que Saint Chryfoftome devoit fuppofer, que le fujet des propriétez dans le pain devoit être détruit : parce qu'autrement en combattant les Apollinariftes, il favorifoit ouvertement les Neftoriens, defquels pourtant il détruit le dogme dans la même lettre, Voilà ce qui devroit être en queftion entre vous & lui. Vous deviez faire voir que cette conféquence étoit fauffe, fi vous le pouviez montrer.

Il ajoûte à la vérité, que Gelafe & Jean de Damas peuvent fuppléer au défaut de la comparaifon de Chryfoftome : mais le fens des paffages qu'il en apporte dans les chapitres fuivans, eft auffi clair pour la tranffubftantiation que celui de Saint Chryfoftome, que l'on vient d'examiner.

Voilà de ces simples affirmations, que vous croyiez avoir remarquées dans le P. H. mais les vôtres sont sans preuves: & vous supprimez celles qu'il apporte. D'ailleurs vous lui faites dire qu'il y a du défaut dans la comparaison de Saint Chrysostome: au lieu qu'il proteste par tout, qu'il ne se peut rien dire de plus juste ni de plus éxact, & que les autres n'ont fait que le suivre. Est-ce là la fidélité que doit avoir un faiseur d'extraits, qui veut instruire le public?

Page 277. & 278. *Nôtre Auteur passe ensuite au célébre passage de Théodoret, tiré de son second dialogue, intitulé* Inconfusus . . . . . . *Le P. Hardoüin examine diverses choses sur ces paroles . . . . . Il fait encore quelques autres remarques, mais on ne peut pas s'y arrêter.*

Les remarques qu'il fait sont pourtant essentielles. Ce sont autant de preuves, qui visent à faire remarquer sensiblement la transsubstantiation dans les Péres & dans les Liturgies anciennes. Cela méritoit bien que vous vous y arrêtassiez un peu.

Il soûtient que le changement qui se fait dans l'Eucharistie, est celui que le Prestre qui officie demande à Dieu: c'est-à-dire, que les symboles deviennent le corps même, & le sang même de Jesus-Christ, ce qu'il prouve par les termes de diverses Liturgies. Mais sans changer l'idée de l'union du corps Eucharistique avec le corps naturel de Jesus-Christ, on pouvoit prier Dieu qu'il voulût unir au corps de son Fils le pain & le vin qu'on lui offroit, par la vertu de son esprit.

Voilà de ces expressions équivoques, que l'on diroit d'abord être les expressions des Péres: mais vôtre idée ne répond pas à la leur. Car quelle est la vôtre? Le Prestre prie Dieu, dites-vous, que par la vertu de son esprit, c'est-à-dire, selon vôtre sens, par la foi qu'il inspire à ses fidelles, il leur fasse attacher de la pensée le corps & le sang de son Fils aux symboles. Est-ce là l'idée des Péres? c'est bien celle des Péres de vos Protestans, du faux Bertram, de Jean Scot, & de Berenger: mais non pas des Péres que le P. H. suit, & que vous abandonnez: car il n'y en a pas un qui ne dise clairement, que le Prestre demande un changement de substance, que Dieu seul peut faire, qu'il fait lui-même sur l'autel, & non pas dans l'esprit des fidelles, & qui ressemble à la creation, ou au changement de l'eau en vin. Pourquoi ne citez-vous pas un de ces Péres, soit pour l'expliquer ou pour le réfuter?

Page 278. & 279. *On ne doit pas demander là-dessus des idées distinctes, parce que les Peres ne nous en fournissent point, étant presque toûjours dans la déclamation sur ces matiéres, & ne voulant pas même parler clairement, pour ne pas faire connoître la nature du sacrement à ceux qui n'étoient pas encore admis à sa participation, comme on le peut voir dans ce dialogue même de Théodoret.*

Les Péres, dites-vous, n'avoient nulle idée distincte des expressions dont ils usoient. Il vaudroit autant franchir le saut, & dire ingenûment, qu'ils ne sçavoient tous ce qu'ils disoient. Ils étoient, ajoutez-vous encore, presque toûjours dans la déclamation sur ces matiéres. A quoi tendent ces vains artifices? sinon à nous persuader, si vous le pouviez, de ne prendre non plus qu'eux aucune idée distincte de l'Eucharistie: c'est-à-dire, de quitter celle que nous avons de la transsubstantiation, parce qu'elle est trop distincte selon vous. Ces défaites au reste vous plaisent si fort, que dans vos extraits de Bibliothéque vous les insinuez par tout: comme dans vôtre dixiéme tome, page 220. où vous dites, *qu'il faut avoüer qu'il y a assez peu de Péres, dans les écrits de qui l'on ne puisse remarquer mille traits guindez & mille expressions metaphoriques & peu naturelles, dont leurs écrits sont pleins: sans que l'on en voye que tres-peu, qui ayent pensé que le plus grand soin qu'un écrivain doit prendre, consiste à faire naitre dans l'esprit de son lecteur des idées nettes de ce qu'il dit en se servant de termes sans équivoques.* C'est là se défaire des Péres à peu de frais, quand on ne peut s'en accommoder. Ils ont pourtant parlé si clairement, que ce qu'ils en ont dit, est écrit, pour parler ainsi, avec les rayons du soleil. Le nombre est infini des expressions naturelles & nettes, dont leurs écrits sont pleins là-dessus: & je pourrai peut-être vous en marquer tantôt quelques unes de Saint Chrysostome, dont assurément vous ne serez pas content, parce qu'elles sont trop claires.

Le P. Hardoüin presse le mot de προσκυνεῖται, *que l'on a traduit*, on les respecte: *& qu'il traduit*, adorantur. *Mais ce mot étant équivoque, même dans l'Eglise Romaine, on n'en peut déterminer le sens que par la connoissance que l'on peut avoir d'ailleurs de l'opinion de ceux dont on lit les discours. Or il n'est pas facile de sçavoir éxactement quelle sorte d'honneur on croyoit du temps de Théodoret qu'il faut rendre aux symboles sacrez.*

C'est bien vous, qui traduisez le mot προσκυνεῖται, par celui-ci, *on les respecte*. Mais le P H. a fait voir par avance, page 163. que selon le sens de Théodoret, ce mot ne peut signifier absolument que l'adoration que nous devons à Dieu: parce qu'il l'explique lui-même dans son troisiéme dialogue par le mot de σέβεσθαι, qui ne marque jamais que l'adoration que l'on rend à Dieu seul, dans cet Auteur là. Pourquoi supprimez encore cela?

Outre cela, supposé qu'il s'agisse de l'honneur que l'on rendroit au corps naturel de Jesus-Christ, s'il étoit présent; on diroit toûjours que l'on adoroit les symboles, comme unis personnellement à ce corps, & non comme les supposant transsubstantiez.

Voilà vôtre union personnelle, que vous faites revenir encore sur les rangs. Mais ne vous moquez-vous pas bien de nous, quand vous appellez union personnelle, l'union que l'esprit des fidelles peut faire des symboles avec la personne de Jesus-Christ? Vous voulez seulement dire, que l'on adore la personne de Jesus-Christ, que l'esprit a uni aux symboles: est-ce là donc une union personnelle? Grotius dit toute la même chose que vous, dans la 647. de ses lettres, sçavoir de la deuxiéme partie: & il voudroit bien, comme il marque par tout une extréme passion de concilier toutes les sectes, que nous fussions assez dupes pour croire, que le Concile de Trente même n'en demande pas davantage. Je croi que si vous lui eussiez proposé ce biais, il seroit encore convenu avec vous d'une transsubstantiation, de la nature de l'union personnelle que vous admettez: c'est-à-dire, d'une transsubstantiation que fait l'esprit du fidelle, lors qu'il regarde dans le pain la substance du corps de Jesus-Christ, & qu'il se figure que ce pain lui tient la place de la substance du corps du Seigneur. Aprés cela vous vous plaignez que les Péres dans leurs expressions n'ont pas eû *des idées distinctes*, & qu'ils se sont servis *de termes* sujets aux *équivoques*

Quel

Quel terme eussent-ils pû imaginer sur ce mystére, qui fût à l'épreuve de vos fauxfuyans? Pour le mot de transsubstantiation, ils n'ont pû le mettre en usage, comme le P. H. l'a montré. Mais s'ils s'en étoient servis, y donnant le faux sens que je viens de dire, vous croiriez avoir esquivé la force de ce mot, *sans changer d'idée*. Avec le double sens que vous donnez ainsi à tous les termes qu'il vous plaît, on ne sçaura plus où mettre le pied pour se fixer: & il sera presque impossible de trouver une expression que vous ne gastiez par quelque sens forcé. Ne vous vantez pas néanmoins d'être l'inventeur de cette transsubstantiation spirituelle, que fait l'esprit du fidelle, qui *change* par la foi *le pain & le vin dans la substance du corps* & du sang du Sauveur. Il y a long-temps que le faux Bertram l'a imaginée, comme le P. H. l'a fait remarquer à la page 183.

L'hérésie, sur tout quand elle est maniée par des gens d'esprit, ne s'embarrasse pas des mots: pourvû qu'elle s'en puisse servir sans changer l'idée qu'elle a: car c'est là vôtre grande régle, que vous établissez, & que vous suivez à la page 278. après vos prédecesseurs.

Demandez à Grotius & à Courcelles, si Jesus-Christ est Dieu égal en substance à son Pére: ils ne le diront jamais: mais à cette expression là près, il n'en est presque point d'autre, qu'ils ne croyent assez supportable. Ils reconnoissent de bon gré dans Jesus-Christ deux natures; nature Divine, & nature humaine. Car le Verbe ou l'Esprit, λόγος ou πνεῦμα, qu'ils regardent comme une émanation de l'essence Divine, telle qu'est à proportion l'influence des astres, & qui n'est pourtant selon eux, qu'une qualité ou une vertu, qui réside dans Jesus-Christ; ce Verbe est certainement, disent-ils, d'une nature toute Divine. Le mot d'Incarnation ne les rebute pas non plus: car enfin ce Verbe ou cette vertu n'est-elle pas unie à la chair? L'union hypostatique après cela ne les effraye pas davantage, puisque tout cela se trouve reüni dans une personne. Car pour dire que Jesus-Christ soit Dieu, il n'y a plus aujourd'hui de Socinien des plus grossiers, qui ne franchisse le mot, & qui n'en convienne. En effet, puisqu'il a, disent-ils, sur son Eglise la puissance Divine, son Pére s'en reposant sur lui, pourquoi ne seroit-il pas nôtre Dieu? Sçavez-vous encore à quoi aboutit la dispute de Grotius contre Socin, touchant la satisfaction de Jesus-Christ, que ce malheureux avoit rejettée? A rejetter uniquement, ce que Socin *sans changer d'idée*, lui auroit accordé de fort bonne grace, s'ils étoient entrez un jour en conférence ensemble. Rien absolument que cela. Vous trouverez la Trinité dans Grotius, le Verbe éternel, le Verbe de Dieu, le Verbe Dieu: pourvû que vous n'y cherchiez pas la Trinité des personnes, ou trois personnes en un seul Dieu: ni la personne du Verbe, ou la personne du Saint Esprit. Sa Trinité ne dit pas trois personnes, mais elle dit trois choses: Dieu le Pére, Jesus-Christ & l'esprit de la grace, ou la grace de l'esprit, que Dieu nous communique. Ainsi ce qui parmi les Catholiques est un terme fort simple, devient chez Grotius un terme équivoque & captieux.

Interrogez de même les Protestans que vous connoissez, pour sçavoir d'eux, si Jesus-Christ est mort pour quelque damné: ils croyent que non. Quelques uns pourtant d'entre eux aujourd'hui, & d'autres qui les ont imitez, sans scrupule disent que si: parce que plusieurs damnez, disent-ils, ont joüi sans doute de quelques effets de la mort du Sauveur du monde. Mais comme ils ne veulent pas pour cela que Jesus-Christ ait eû en vuë le salut d'aucun des reprouvez, pas un ne dit franchement que Jesus-Christ soit mort pour le salut d'aucun deux: ou que pas un d'entre eux ait eû par les mérites du Sauveur la grace suffisante pour le salut. Je ne dis pas simplement quelques graces suffisantes: parce que par un rafinement de nouvelle chicane, les hérétiques pourroient encore nous passer ce mot *sans changer d'idée*, à la faveur de certaine restriction, qu'ils ne manqueroient pas d'y apporter: mais je dis que pas un d'eux n'avouë tout simplement, que Dieu ait accordé à un réprouvé la grace suffisante pour le salut: la grace, dis-je, suffisante de nom & d'effet, sur tout à un réprouvé qui ait été justifié: suffisante par elle-même pour accomplir une bonne œuvre, ou pour attirer du Ciel une grace plus grande & plus forte: suffisante enfin, non pas parce qu'elle auroit pû dans l'état d'innocence, mais parce qu'elle peut dans l'état présent où il est, le conduire au salut. L'ancienne interprétation de l'Eglise, qui explique ces mots du symbole, où il est dit que Jesus-Christ est mort pour nous, *propter nos*, par ceux-ci, *& propter nostram salutem*, en ce cas n'est pas au gré de ces gens-là. Mais on sera en droit de crier à l'hérétique, si quelqu'un ne convient pas nettement de ces propositions.

Au sujet de la présence réelle, les Protestans usent des mêmes détours, pour surprendre la crédulité des peuples, & pour faire accroire qu'ils parlent ainsi que les Péres. Car ils protestent qu'on reçoit à leur Céne substantiellement & personnellement le corps du Seigneur: la restriction qu'ils y ajoutent, quand on les presse, c'est qu'on le reçoit par la foi qui s'y figure le corps du Seigneur. Mais pas un dira-t-il nettement & simplement, que ce que nous voions à l'autel, ce que nous y touchons, ce que nous y rompons, ce que nous y mangeons, est le même corps, lequel a été crucifié pour nous? Non: ni le faux Bertram, ni Bérenger, ni Calvin, n'ont jamais pû digerer cette expression. Ils n'ont pû aussi l'éluder par aucun double sens, parce qu'elle n'en peut souffrir qu'un tout simple: qui est, que sous les especes que nous voyons, il n'y a point de corps, horsmis celui même, lequel a été crucifié pour nous. Ce corps avec les espéces ne fait qu'un tout sacramentel: ainsi ce qui convient à une partie, s'attribuë au tout. On dit que ce que nous voions, & ce que nous rompons entre nos mains, est le corps du Seigneur, parce qu'il le renferme: comme on dit de l'homme que nous voions, qu'il est spirituel & immortel, parce que sous l'extérieur qui frappe les sens, l'esprit de l'homme que nous ne voïons pas, a ces qualitez. Cette idée n'est-elle pas claire, précise, intelligible, & nette? Aussi les hérétiques se sont toûjours récriez contre cette façon de parler. Elle est pourtant dans les Péres en cent endroits: & pour Saint Chrysostome en particulier, elle est sur tout dans son homélie vingt-quatrieme sur la première Epitre aux Corinthiens, qui a été indiquée par le P. H. page 143. & 174. Car elle est pleine de ces expressions, qui sont les seules que les Protestans ne sçauroient souffrir.

Je ne vous apprens rien de nouveau: mais aussi mon dessein n'est autre, que de vous faire remarquer l'esprit de l'hérésie: car elles se ressemblent toutes par cét endroit-là; elles sont toutes sœurs, filles d'un même Pére. Et que pourroit produire l'esprit de mensonge, que l'équivoque, l'ambiguité, les faux fuïans, & la supercherie? Prenez donc garde qu'on ne dise que telle est l'origine & la naissance de vôtre union personnelle dans le sacrement. Car qui des Péres l'y a reconnuë? Qui d'entre eux a dit, que c'est la foi & l'esprit de l'homme, fortifié tant qu'il vous plaira par la vertu de l'esprit Divin, qui fait ce changement, ce mystére, cette union, ce corps sacramentel? Il en faut nommer quelqu'un. Il faut la trouver dans l'antiquité, cette union personnelle: car si elle est de nouvelle fabrique, elle ne passera pas.

Page 280. & 281. *Mais il presse le raisonnement de l'Eraniste, qui avoit objecté à l'Orthodoxe, qu'on*

disoit des symboles ce qu'Apollinaire soutenoit du corps de Jesus-Christ: & que comme les symboles ne sont plus la même chose après la consécration, le corps de Jesus-Christ est changé après la résurrection. L'Eraniste, pour raisonner juste, devoit supposer que dans l'Eucharistie il se fait un changement de substance, puisqu'il en vouloit conclure un semblable changement dans la nature humaine de Jesus-Christ. Nôtre Auteur appuye beaucoup là-dessus, & dit que l'Orthodoxe ne nie point ce changement substantiel: mais conclut seulement du raisonnement de l'Eraniste, que comme les propriétez naturelles des symboles ne sont pas changées dans le sacrement après la consécration, il doit apprendre de sa propre comparaison, que le corps de Jesus-Christ retient après la résurrection les mêmes propriétez naturelles du corps visible & palpable qu'il avoit auparavant. Mais on dira au P. Hardouin qu'il aide ici beaucoup à la lettre. Il n'est pas nécessaire de supposer que l'Eraniste raisonne si juste: & rien n'empêche que Théodoret ne le répresente faisant un sophisme en argumentant d'un changement à un autre. C'est aussi ce qu'il lui reproche dans la réponse qu'il lui fait donner: où il montre que selon les principes d'Apollinaire, on ne peut pas comparer le changement qu'il vouloit qui se fût fait dans le corps de Jesus-Christ avec celui qui arrive dans les symboles sacrez. Il s'agit seulement de sçavoir si les mots de Φύσις & de σχῆμα dont Théodoret se sert, marquent les propriétez par opposition à la substance. Dans cette supposition, l'Orthodoxe donneroit le change à l'Eraniste, & commettroit lui-même un sophisme. L'Eraniste prouvant le changement de la substance du corps de Jesus-Christ, selon le P. Hardouin, par le changement qui arrive dans l'Eucharistie: l'Orthodoxe lui répondroit seulement, que comme les propriétez naturelles des symboles ne sont pas changées, celles du corps de Jesus-Christ ne souffrent pas ce changement, ce qui n'est pas répondre. Pour le faire directement, il faut prendre les mots de nature & d'essence, pour la substance aussi bien que pour les propriétez.

L'Eraniste argumente fort juste, & l'Orthodoxe répond directement, sans sophisme, sans donner le change: mais vous ne sçauriez sortir d'affaire, sans vouloir rendre tout incertain, & sans supposer de faux principes. Vous persistez à dire que l'Eraniste ou l'Apollinariste soûtenoit le changement de la substance du corps de Jesus-Christ dans la Divinité. Encore une fois, vous n'avez pas compris quelle étoit son erreur, quoi que Sant Chrysostome l'ait dit ouvertement dans sa lettre. Elle consistoit à dire, que la Divinité s'étoit formé d'elle-même tout l'extérieur & toute l'apparence d'un corps humain: & que ce corps quant à la substance étoit par conséquent consubstantiel à la Divinité. Comment après cela eût-il pû s'imaginer, que la substance de ce corps ait jamais été changée? Auroit-il crû que la substance de la Divinité pût changer? Le luy a-t-on jamais reproché? Il ne pouvoit donc se figurer d'autre changement, que celui de la forme extérieure, & de tout cet amas de propriétez humaines, qui étoient à la vérité les propriétez éssentielles de l'humanité du Verbe, mais qui n'étoient que les apparences de la nôtre, à laquelle celle du Verbe n'étoit nullement consubstantielle, selon les Apollinaristes: & dont enfin il s'étoit défait après son Ascension; ne lui étant plus d'aucun usage, depuis qu'il ne converse plus visiblement avec nous.

Un changement éssentiel maintenant se pourant faire en l'une de ces deux maniéres: ou par le changement du sujet même, ou par le changement des propriétez, qu'on nomme aussi éssentielles, comme on l'a dit: l'Eraniste ne raisonnoit-il pas fort juste, lors qu'il disoit que le changement éssentiel des propriétez humaines dans Jesus-Christ ne devoit pas surprendre, puisqu'il s'en faisoit un aussi éssentiel pour le moins dans l'Eucharistie? Dans ce mystere à la vérité c'est un changement du sujet, comme seroit à peu près le changement du métal dans une médaille: dans le corps de Jesus-Christ, selon la supposition de l'Eraniste, ce ne seroit qu'on changement de propriétez: mais c'est toûjours changement essentiel dans l'un & dans l'autre, à parler le langage des anciens. Ce n'est pas dans l'Eucharistie un changement de propriétez; cela est visible. Ce ne seroit pas dans le corps de Jesus-Christ un changement de sujet; cela est impossible. Mais changement éssentiel pour éssentiel, lequel des deux, disoit l'Eraniste, doit il plûtôt nous paroître étrange? Quel sophisme y a-t-il là, Monsieur? Ne sont-ce pas là des idées distinctes? Et cela ne devoit-il pas lui venir naturellement dans l'esprit: ou plûtot n'est-ce pas qu'il dit presque mot pour mot? Lisez le P. H. à lage 87. & 88.

Aussi Théodoret ne lui reproche pas de sophisme: il convient de ce qu'il a dit qui se passe dans l'Eucharistie. Mais il répond que l'Eucharistie étant une image de l'Incarnation ou du Verbe incarné, en ce que comme il y a deux natures dans Jesus-Christ, il y en a de même deux dans l'Eucharistie, l'une qui est visible, & l'autre invisible: il faut nécessairement conclure, que les propriétez véritables & naturelles du corps de Jesus-Christ subsistent encore, puisque les propriétez des symboles subsistent aussi? Faut-il pour cela dire que l'Orthodoxe donne le change à l'Eraniste, & qu'il commet lui-même un sophisme?

L'Eraniste conclut du changement éssentiel qui se fait dans l'Eucharistie, un changement pareillement essentiel dans Jesus-Christ même. Le pain, dit-il, après la consécration n'est plus du pain: il en a perdu la substance. De même Jesus-Christ après l'Ascension n'est plus homme; il s'est dépoüillé de son humanité; elle est absorbée. L'Orthodoxe nie la parité, posant pour cela deux principes. Le premier, que ni l'Ecriture, ni les Péres ne se sont jamais servis d'expression, qui marquât du changement, quand ils ont parlé de l'Incarnation: & qu'au contraire ils ont employé constamment le mot de changement, quand ils ont parlé de l'Eucharistie. Y a-t-il là du sophisme? Le second principe est celui que j'ay déja dit: que l'Eucharistie étant une image de l'Incarnation, (car c'est sous cette idée fort distincte, comme vous voiez, que non seulement Saint Chrysostome & Théodoret, le Pape Gélase & Saint Ephrem, mais encore tous les Péres Grecs, sans en excepter un seul, ont consideré l'Eucharistie, comme le P. H. l'a fait remarquer:) selon cette idée, dis-je, l'Orthodoxe faisoit voir que l'Eucharistie bien considerée detruisoit l'erreur que l'Apollinariste vouloit introduire dans l'Incarnation. Y a-t-il encore là du sophisme? Faut-il pour répondre directement à l'Eraniste, prendre le mot de nature pour le sujet avec les propriétez? Non sans doute. Car l'Eraniste ne pouvoit le prendre dans ce sens là: & il supposoit outre cela dans son propre raisonnement que j'ay rapporté, que l'Orthodoxe non plus que lui ne l'y pouvoit prendre, lors qu'il s'agit de l'Eucharistie. Voici donc à quoi se réduit la réponse de l'Orthodoxe: voyez si elle enferme quelque sophisme. Dans l'Eucharistie s'il se trouve du changement, c'en est un qui

qui précede le mystere ; & qui le produit ; comme l'union du Verbe avec l'humanité fait l'Incarnation, mais pourtant sans nul changement. Or les deux mystéres étant une fois accomplis, tout est égal. Il n'y a nul changement dans l'un : pourquoi y en auroit-il dans l'autre, puisque l'un est toûjours l'image de l'autre, en ce que l'un & l'autre unit deux natures? D'ailleurs, s'il y a eû du changement pour faire le mystére de l'Eucharistie, s'ensuit-il qu'on soit obligé d'en reconnoitre un pareil pour defaire celui de l'Incarnation ? Ils doivent tous deux se ressembler. Ils doivent donc tous deux subsister sans nul changement. C'est la pensée de Théodoret, quand il dit, qu'après la sanctification, μετὰ τὸν ἁγιασμὸν, rien ne change. Tout demeure de part & d'autre dans l'état où il est ; parce que l'Eucharistie est une image : jugez par là, dit-il, de l'original : jugez si rien y doit changer. Ne sont-ce pas là des idées distinctes & nettes, sans sophisme & sans équivoque?

Page 282. *Le P. Hardoüin a senti cette difficulté, & c'est ce qui l'a engagé à dire au bas de la page 88. que la question entre l'Orthodoxe & l'Eraniste, n'est que de la forme & de la circonference du corps de Jesus-Christ, que l'Eraniste disoit être changées. Mais cet Eraniste étoit donc un insensé de conclure du changement invisible qui se fait dans le sacrement, selon nôtre Auteur, d'une substance qu'on ne voit pas, en une autre que l'on ne voit point non plus, de conclure, dis-je, de ce changement, celui des propriétez visibles du corps de Jesus-Christ. Le P. Hardoüin qui le faisoit bon Philosophe à la page precedente, est obligé de l'abandonner en celle-ci.*

En quoi donc l'Eraniste, à vôtre compte, étoit-il insensé ? Changement visible, ou invisible, qu'importe? Car une chose invisible a son essence de même que celle qui est visible : & le changement de l'une n'étant pas plus difficile à Dieu que le changement de l'autre, est-on insensé pour raisonner de l'un à l'autre? Il s'agit précisément d'un changement essentiel. L'Eraniste le trouve dans l'Eucharistie : il le veut trouver aussi dans le corps de Jesus-Christ : & il ne veut pas qu'on le trouve plus surprenant dans l'un que dans l'autre, puisque ce sont, dit-il, deux mystéres où Dieu opére tout ce qui s'y fait. Il est bien hérétique en raisonnant de la sorte ; mais il ne paroit pas qu'il soit insensé.

On trouvera peut-être encore que nôtre Auteur s'est abandonné lui-même, lors qu'il dit : Les Synusiastes ont-ils crû que la substance même du corps de Jesus-Christ étoit changée? Point du tout. Cela ne peut pas être : mais seulement la forme de la chair ou du corps humain, qu'ils disoient que le Verbe avoit prise, & dont il s'étoit dépoüillé dans son Ascension. Il a prouvé néanmoins à la page 65. & 66. & par ce dialogue de Théodoret, & par d'autres Auteurs, que selon les Eutychiens le corps du Seigneur étoit changé après l'Ascension en la substance Divine, qu'il ne gardoit plus sa nature, mais qu'il étoit absorbé par la Divinité. Il n'a montré nulle part que ces hérétiques distinguassent la substance du corps de Jesus-Christ, de sa forme ; & dissent que l'une subsiste, pendant que l'autre est changée.

Il n'y aura que vous qui trouverez que le P. H. se soit abandonné ; car vous serez le seul qui n'aïez pas entendu ce qu'il a dit clairement en Latin. Il a expliqué nettement ce que l'on ne sçavoit pas encore : c'est-à-dire, quel étoit le véritable sentiment des Eutychiens ; & il a fort bien appuyé son explication. Mais il n'a jamais dit, que selon les Eutychiens la substance du corps de Jesus-Christ fût changée dans la substance Divine. Cela étoit impossible dans leur systéme : puisqu'ils soûtenoient, comme les Apollinaristes, de qui ils étoient descendus, que le corps du Verbe étoit consubstantiel à la Divinité. Il a dit seulement à la page 65. que vous citez, que ce corps figuré, ou plûtôt cét extérieur du corps du Verbe, selon les Eutychiens, cessoit d'être apres l'Ascension ; & que la Divinité demeuroit dans son immensité ordinaire, sans cette circonférence & tout ce dehors emprunté. Si le P. H. n'a dit que cela, où est-ce qu'il s'abandonne lui-même?

Page 283. *Le P. Hardoüin entreprend ensuite de montrer, que le changement qui se fait selon les Péres dans l'Eucharistie, ne peut-être qu'une transsubstantiation, parce que les proprietez naturelles ne changeant point selon eux, il ne reste que la substance qui doit être changée. Si ce n'étoit pas un changement reel, mais seulement une union du pain avec le corps de Jesus-Christ, ils ne lui donneroient pas le nom de* changement; *puis qu'ils ne peuvent souffrir que l'on dise que l'humanité de Jesus-Christ ait été changée en s'unissant à la Divinité. En cela le P. Hardoüin est obligé de concilier les Péres avec eux-mêmes : car puisqu'ils comparent l'état des symboles consacrez avec l'état de l'humanité du Verbe, & qu'ils disent que ni l'un ni l'autre ne change de nature, on a droit de juger de l'un comme de l'autre.*

Le P. H. n'a nulle peine à concilier les Péres avec eux mêmes : il ne s'apperçoit pas non plus qu'ils se contredisent. Car il n'y a nulle contradiction entre ces deux propositions : la premiére, Les symboles sont changez : & la seconde, La nature ou les proprietez des symboles consacrez, n'est non plus changée, que la nature ou les proprietez essentielles de l'humanité de Jesus-Christ après l'Ascension. Cela dit ouvertement, que dans les symboles il y a quelque chose de changé par la consecration, qui est different de la nature des mêmes symboles consacrez, laquelle ne change plus. Ainsi est-il bien vrai, que puisque les Peres *comparent l'état des symboles consacrez, avec l'état de l'humanité du Verbe, & qu'ils disent que ni l'un ni l'autre ne change de nature, on a droit de juger de l'un comme de l'autre.* Mais ce n'est pas aussi là qu'ils mettent le changement : c'est lors que l'on consacre les symboles : c'est par la consécration qu'ils disent que le pain est changé ; au lieu qu'ils n'ont jamais osé ou pû dire de même, que par l'union hypostatique l'humanité ait été changée. Voilà où est la différence. Après l'union, comme après la consécration, rien ne change plus de nature : c'est alors que tout est égal, *& qu'on à droit de juger de l'un comme de l'autre.* Je ne vois point là de contradiction : je ne vois pas qu'on puisse être embarassé à accorder les Péres avec eux-mêmes, quand ils nous fournissent eux-mêmes avec tant de clarté toutes les lumiéres propres à dissiper les contradictions que vous vous y figurez.

Page 284. *S'ils disent néanmoins, que les symboles sont changez, & non l'humanité de Jesus-Christ, c'est que les disputes ont fait que l'on a été reservé dans ce dernier cas, de peur de donner prise aux hérétiques : au lieu que l'on a parlé librement des symboles Eucha-*

> *charistiques; parce que l'on n'avoit pas à craindre que qui que ce soit entendît le* changement *que l'on disoit s'y faire, autrement que d'une maniére toute spirituelle. Car qui auroit jamais deviné qu'on inventeroit quelque jour,* la transsubstantiation?

Cette interrogation a tout l'air de ces figures de Rétorique, que vous aviez crû trouver dans le P. H. quoi qu'elles n'y fussent pas. Croiez-moi, c'est une fort méchante défaite, quand on nous presse par l'exactitude achevée, avec laquelle les Péres ont parlé, & toûjours, & uniformément de ces deux mystéres, que de s'esquiver alors, en disant qu'ils ont écrit exactement de l'un, mais qu'ils n'ont pas eû la même exactitude sur l'autre. Car quelle raison en pouvez-vous apporter, sinon que cette grande exactitude vous embarrasse extrémement? Mais qui vous a fait ainsi changer de langage? Saint Chrysostome & Théodoret ne sont pas exacts aujourd'hui pour vous? Or il n'y a encore que fort peu de temps qui ni vous ni les Protestans ne parliez pas sur ce ton là; quand vous vous figuriez inconsidérément, qu'ils étoient directement opposez aux sentimens de l'Eglise Romaine.

> *Il faudroit faire ici l'extrait du chapitre 8. & des deux suivans, ainsi qu'on se l'étoit proposé d'abord: mais comme le P. Hardoüin n'y dit dans le fonds rien de nouveau, & que la plûpart des passages qu'il cite & qu'il explique, ont déja été citez sur le même sujet, & expliquez à peu près de même par ceux qui ont écrit de l'Eucharistie dans l'Eglise Romaine, & réfutez par les Protestans, qui leur ont répondu, on ne s'y arrêtera pas.*

Assurément vous ne vous y êtes pas arrêté en les lisant, comme vous deviez faire: car vous vous fussiez apperçû, que pas un des passages que le P. H. met en œuvre, n'a été expliqué avant lui avec le tour qu'il prend, non pas même *à peu près:* & que l'explication qu'il y donne, n'a jamais été ni remarquée, ni prévenuë, ni réfutée par les Protestans. Le P. H. n'est pas d'humeur comme eux à composer un livre sur des matiéres de controverse, pour le grossir de redites déja usées. Il est encore moins d'humeur à copier M. Saumaise, sur des points de Grammaire ou de critique, comme vous le lui imposez à tort. *Il ne s'agit,* dites-vous à la page 248. *que de sçavoir lire, pour reconnoître que le P. Hardoüin a copié Saumaise dans les endroits que l'on a marquez dans le tome cinquiéme, & en une infinité d'autres.* Cét *infinité d'autres* sent l'*& cetera* des Notaires. Pour les autres endroits, combien, je vous prie, en marquez-vous? Treize ou quatorze en tout. Qu'est-ce que cela sur le Pline entier? Mais ce sont avec cela des endroits, dont je ne pense pas que ni le P. H. ni M. Saumaise veüillent se faire honneur: ils sont plus vieux qu'eux deux; & d'ailleurs ils sont si minces pour la plûpart, qu'ils seroient capables de n'inspirer que du mépris pour les critiques, si l'on venoit à sçavoir qu'ils perdissent leur temps à de semblables bagatelles. Ce n'est pas aussi par là qu'il faut juger du Pline du P. H. Apparemment il n'a mis ces remarques légéres, que pour ne rien omettre. Cela néanmoins empêche-t-il que ce qu'il a dit de M. Saumaise dans sa préface, ne soit véritable? Que dans ses deux gros volumes sur Solin, il n'a rien dit qui serve à l'éclaircissement des endroits qui sont tant soit peu difficiles à entendre dans Pline. Que s'il a quelque remarque heureuse, elle n'est pas de lui: le P. H. en a découvert la source. Et s'il a enfin quelque remarque qui soit de son crû, qu'elle n'est pas heureuse. Vous renvoyez les gens à lire ces deux gros volumes, pour en juger. Mais je crains fort que vous n'ayez pas si tôt la satisfaction que vous souhaitez. Car l'ouvrage de M. Saumaise sur Solin n'est pas une lecture si réjoüissante, qu'on s'empresse si-tôt de le parcourir tout entier, même pour vous faire plaisir.

Mais quoi que je vous puisse garantir que le P. H. ne copiera jamais M. Saumaise, ni autre: il est pourtant extrémement dur de lui faire un procès, s'il lui échape quelque chose dans ses livres, que quelqu'un ait dit avant lui; ou de l'accuser pour cela *de larcin public.* Car si cela étoit, où en serions-nous, Monsieur, vous & moi? Quoi que dans ce que vous lui reprochez à la page 244. que pour concilier Saint Luc avec Tertullien par le moien d'un passage de Saint Justin, M. le Prieur a dit le même avant lui: si vous étiez équitable, vous verriez qu'il y a sur cet article là-même quelque différence entre eux, qui n'est pas tout-à-fait à mépriser.

> *On avertira seulement le Lecteur, que dans le chapitre 8. on trouvera l'explication d'un passage de Gelase, & la conformité des liturgies anciennes sur le sujet de l'Eucharistie.*

Il falloit dire sur le sujet de la transsubstantiation; car c'est ce qu'il y établit si bien, que vous n'avez pas osé avancer, n'ayant rien à y répondre: & vous n'étiez pourtant pas encore parvenu à la moitié de son livre. Il n'a presque pas de ligne, qui ne soit une preuve, à laquelle il ne faille une réponse particuliére. C'est ce qui vous a affraié: vous n'avez pas osé passer outre.

Page 285. *Dans le dernier il examine au long divers passages de plusieurs Péres. . . . .*

Vous ne vous êtes pas donné le loisir de voir, ou vous n'avez pas voulu dire, qu'il a expliqué d'une maniére aussi simple & aisée, qu'elle est nouvelle, tout ce que les Protestans ont proposé de plus fort contre la transsubstantiation, & qu'ils avoient pris de Tertullien, de Saint Ambroise, & de Saint Augustin.

Il y a encore ajoûté Facundus de surcroît. Il a expliqué ses paroles conformément aux sentimens de l'Eglise d'Afrique: parce que celui qui a supposé cét ouvrage sous son nom, n'a pas voulu qu'on crût qu'il ait eû d'autres sentimens. Le P. H. étant néanmoins convaincu dés lors, que c'est une piéce fausse: quoi qu'il ait mieux aimé suivre encore pour quelque temps le sentiment commun: parce qu'il faut être reservé à prononcer quel est le véritable auteur d'un ouvrage.

Vôtre confrére, qui partageoit avec vous l'an passé la gloire de travailler à votre Bibliothéque, n'a pas eû toûjours autant de reserve ni de circonspection. Car sans sçavoir quel est l'auteur d'un livre, il attribuë quelquefois à un écrivain ce qui n'est point du tout de son caractére: tandis qu'il hésite d'ailleurs à lui donner un ouvrage qui est visiblement de son style & de sa façon. Qui lui a inspiré de mettre sur la tête du Pére Bouhours, *l'Art de plaire dans la conversation,* à quoi ce Pére ne pensa jamais, & dont tout le monde connoît l'Auteur? Il prononce pourtant là-dessus d'un ton décisif: & ne doutant pas du fait, il dit que *pour peu qu'on se connoisse en style & en maniéres, il n'est pas difficile de reconnoître l'Auteur de cét ouvrage. On y voit,* poursuit-il, *le tour fin, ingénieux & délicat, la netteté & la politesse du P. Bouhours.* Ces loüanges préparent la voye à des injures: on ne loüe le Jésuite que pour le railler. Mais ni les éloges ni les railleries ne tombent point sur lui: & *pour peu qu'on se connoisse en style & en maniéres,* il est aisé de voir

voir que *l'Art de plaire dans la conversation*, ne vient point du Pére Bouhours.

L'autre béveuë qu'il a faite dans le même volume, donne une aussi grande idée de son discernement. Car apres avoir fait ce Pére l'auteur d'un livre qui n'est point de lui, & l'avoir fait sans aucune difficulté, il dit ensuite sur *La maniére de bien penser dans les ouvrages d'esprit*, n'osant pas décider, *On attribuë cét ouvrage au R. P. Bouhours.* C'est-à-dire, qu'il parle affirmativement où il n'y a nulle apparence d'assûrer rien: & il doute, où la chose est certaine & constante. Excellent caractére pour un historien & pour un critique! Ce n'est pas tout. Suivant ses lumiéres, il met dans les argumens des extraits, *Génie du P. Bouhours:* sçavoir au sujet de *l'Art de plaire dans la conversation.* Mais ce n'est non plus son génie que son livre: & ce prétendu génie n'a pour fondement que l'imaginatiou du faiseur de Bibliothéque.

Je puis vous assûrer que je n'ay guéres lû que cét endroit de l'onziéme tome de M. de la Crose. Mais une si mauvaise critique m'a fort déplu. Si j'entreprenois de faire la discussion des vôtres, je ne finirois jamais, quand je ne m'arrêterois qu'aux articles du Socinianisme que j'ai rencontrez par tout, en cherchant les endroits où vous renvoyez le lecteur, à l'occasion du livre du P. H.

> *Il y a à la fin une addition ..... de Ratramne ou de Jean Scot, de Heriger, & de quelques autres .... Il traite Jean Scot de précurseur de Berenger & de Calvin.*

Ajoûtez, s'il vous plaît, dans vôtre premier extrait, qu'il a fait remarquer dans le livre du faux Bertram les mêmes équivoques, & tous les mêmes détours, dont les Sacramentaires de ces derniers siécles se sont servis dans leurs expressions, pour paroître orthodoxes & conformes aux Péres: & que cét hérétique a sçû leur donner un tour encore bien plus fin, & par conséquent d'autant plus dangéreux, que l'auteur est plus adroit à couvrir son jeu.

Je passe le reste de vôtre extrait, parce que je n'ai pas entrepris de suppléer ici à l'éloge que vous pouviez faire du livre du P. H. Il n'attend pas que les Sociniens ni les Protestans le traitent favorablement. Je puis pourtant vous assûrer que de tout son cœur, comme moi, il prie Dieu qu'il les éclaire, & qu'il leur fasse connoître & embrasser la vérité. Je me recommande à vous & à M. Jurieu. Je suis,

Monsieur,

A Paris, le 25 Mai, jour de la Fête-Dieu, 1690.

J'avois achevé ma lettre, Monsieur, lorsqu'il m'est tombé entre les mains le mois d'Octobre de l'Histoire des ouvrages des sçavans de M. B***. Il est vrai qu'il y parle assez obligeamment du P. H. à l'occasion de la lettre de Saint Chrysostome. *L'Auteur*, dit-il, *montre par tout beaucoup d'adresse & de sçavoir. Il parle en maître, & en homme qui a bien parcouru le païs d'Antiquité.* Mais il ne laisse pas de donner dans vôtre sentiment touchant le fonds de la doctrine: horsmis vôtre *union personnelle*, dont il ne s'est pas encore avisé. Quoi qu'il ne fasse guéres qu'effleurer la matiére, il paroit néanmoins qu'il l'a bien étudiée. Aussi conclut-il enfin comme vous, par un coup de déséspoir, se voïant serré de près. *Quand même*, dit-il, *Saint Chrysostome auroit lâché quelques termes, qui emporteroient le Nestorianisme, il ne faudroit point le faire raisonner d'une autre maniére: puisque les rafinemens de Nestorius ne furent condamnez que long-temps après lui: & qu'il est souvent arrivé aux Péres de pancher vers Nestorius, contre lequel ils n'étoient point en garde, pour fuir & pour s'éloigner d'Apollinaris & d'Eutyches.* Je lui demanderois volontiers d'abord, qui sont ces Péres, à qui il est SOUVENT arrivé de pancher vers Nestorius, pour s'éloigner d'Apollinaire. Je voudrois bien qu'il m'en marquât quelqu'un, du temps même de ces hérésiarques: car je n'en ai pas oüi nommer un seul au P. H. *qui a bien parcouru le païs d'Antiquité.* Mais pour venir au fait, dites, s'il vous plaît, à M. B***, ou faites lui dire, que S. Chrysostome du moins n'est point de ceux-là. Le Nestorianisme, même avant la condamnation solennelle, qui en fut faite au Concile d'Ephese, n'étoit pas, comme il semble qu'il le voudroit bien, un simple rafinement, semblable à certaines subtilitez de l'Ecole, dans lesquelles on tient le pour & le contre, sans blesser le fonds de la Religion. C'étoit dés-lors une hérésie capitale, dont Saint Chrysostome a eu horreur, & qu'il a combattuë de dessein formé dans cette lettre-ci même, parce qu'elle commençoit déja à se glisser dans les esprits. D'où vient que Cassien, à la fin de son ouvrage contre Nestorius, exhorte les habitans de Constantinople à s'attacher sur cét article à la doctrine de Saint Chrysostome, qui avoit été leur maître commun, & de qui il fait gloire d'avoir appris tout ce qu'il écrit contre l'hérétique. Après cela, faites lui bien comprendre, que le P. H. aura toûjours cette objection à lui faire en bonne forme, à laquelle vous ne satisferez jamais, ni vous, ni les Protestans. Si Saint Chrysostome ne panche pas vers Nestorius, mais si au contraire il en combat expressément l'erreur, de vôtre aveu même, Monsieur, il faut nécessairement *faire raisonner* Saint Chrysostome *d'une autre maniére*, que celle qu'il plaît aux Protestans: il faut qu'il établisse la transsubstantiation dans cette lettre-ci même. Or il ne panche pas vers Nestorius: cela est constant. Car est-ce pancher vers Nestorius, ou plûtôt n'est-ce pas combattre ouvertement, & condamner Nestorius par avance, que de dire, qu'il faut détester ceux qui veulent reconnoître deux Fils de Dieu, parce qu'il y a deux natures parfaites en Jesus-Christ: ceux qui ne croyent pas qu'il n'y a pour cela qu'une seule filiation, qu'une seule personne, qu'une seule hypostase, μίαν υἱότητα, ἓν πρόσωπον, μίαν ὑπόστασιν: & que ces hérétiques, qui introduisent deux filiations, sont aussi pernicieux, que les défenseurs d'une seule nature? Ce sont les propres paroles de Saint Chrysostome sur la fin de sa lettre, où il s'étend au long sur ce sujet. Saint Chrysostome est donc *en garde* contre Nestorius, & ne *panche* pas *vers lui:* Il le faut donc faire raisonner d'une autre maniére, que celle qu'il plaît aux Protestans: il faut donc enfin nécessairement, qu'il établisse la transsubstantiation dans cette lettre-ci même, puisque sans cela son raisonnement entraîneroit par une conséquence évidente & infaillible, ou pour me servir du mot de M. B***, *emporteroit* le Nestorianisme qu'il combat. Aïez donc la bonté, Monsieur, de donner avis à M. B*** qu'il prenne une autre voie de s'accorder avec Saint Chrysostome.

JOANNIS HARDUINI

Societatis JESU Presbyteri

CHRONOLOGIÆ


EX NUMMIS ANTIQUIS RESTITUTÆ

PROLUSIO

DE NUMMIS HERODIADUM.

VETUS adagium est, aptiorem quam in sua quemque causa patronum esse neminem: quod nuper intellexi esse longe verissimum. Inventus est enim qui pro Eumenio scriberet: sed ea primum stili vehementia, quam ab Eumenii indole ac moribus esse alienam ipse professus est: deinde deflectente etiam ab Eumenio ipso alicubi ac discorde sententia. Ex quo gemino, opinionum scilicet stilique discrimine, tametsi ille frequens auditor Eumenii est, tamen longe alium Eumenium esse ab eo, qui Eumenii Hyperaspisten egit, mox erit, opinor, omnibus persuasum. Itaque quod ille, sive obscurius paulo, sive pressius quam par fuit, de Cæsarea Herodianique generis descriptione perstrinxit, nunc demum juvat ex ipsius Eumenii, hoc est, ex nostra sententia promere: excerptis ex majore nostro opere, digestisque per annos singulos nummis antiquis, qui ad illam historiæ partem adtinent. Nam cum universam Chronologiam moliamur ex nummis veteribus illustrare, quorum subsidio nihil esse certius deprehendimus, tum ad veritatem historiæ detegendam, tum ad judicium ferendum de plurimis veterum monumentis: fas nobis esse arbitramur, priusquam in lucem publicam integrum opus emanet, de quibusdam capitibus paulo abstrusioribus, quale istud est quod hodierno die proponimus, eruditorum sensa ac judicia explorare, ex iisdemque proficere. Herodiadum ætatis delineatio est, tam sacris codicibus, nummis antiquis, lapidibusque consentanea, quam videbitur eadem a Josepho, aliisque annalibus, dispar ac dissentiens. Quæ ætas ut postea a nobis copiosius, si res ita ferat, conjunctéque cum historia Augusta, veluti cum integro corpore, tractabitur: ita nunc ab eo divulsa, in brevi quasi tabella seorsim strictimque repræsentatur.

Anni ab Urbe condita



723 ΗΡΩΔΟΥ. Uva, symbolum agri vim feracis, *in vineis Engaddi*, Cant 1, 13. Plinius, lib. v. sect. xv. *Engadda oppidum secundum ab Hierosolymis fertilitate, palmetorumque nemoribus: nunc alterum bustum.*

ΕΘΝΑΡΧΟΥ. Ex Regia gaza nummus æris minimi. Herodi priori Spanhemius quoque hunc nummum merito adjudicat. Nemo certe post hunc Herodem Herodes alter Ethnarcha fuit, hoc est; Princeps Judææ ac Samariæ. Nummi aream occupat, non galea, ut quibusdam visum est: sed flos rubentis lilii, qualis a Plinio describitur, libro xxi. sect. xi. *Foris striati, & ab angustiis in latitudinem paulatim se se laxantis effigie calathi, resupinis per ambitum labris, tenuique filo & semine, stantibus in medio crocis, calyce diversi coloris. Laudatissi-*

tissimum esse in Antiochia, & Laodicea Syriæ, mox in Phaselide Judææ, testis est idem. Est hic igitur lilium Phaselidis, *lilium convallium*, Cant. 2, 1. Ethnarcham Judææ tantum fuisse Herodem utraque nummi area indicat.

Caput Octavii Cæsaris nudum sine laurea. L. BΠΣ. Annus 282. Græcorum, autumno anni hujus iniens. Post caput Octavii, NΓ aliæque litteræ excisæ, ut quidem oculi referunt. In quem annum Græcorum incurrat Octavii victoria de Asia recepta, fœdusque renovatum eodem anno inter Octavium Cæsarem & Zenodorum, hic nummus Zenodori notat.

ΖΗΝΟΔΩΡΟΣ ΤΕΤΡΑΡΧΗ ΓΗ.... Sic enim detritæ sunt litteræ istæ duæ postremæ, ut fugiant propemodum aciem oculorum. Caput Zenodori nudum sine diademate: quoniam tetrarcha tantum, non βασιλεὺς fuit. Nummus perrarus, in Cimelio Illustrissimi Domini Foucault, ex ære minimæ fere molis.

Caput Octavii Cæsaris nudum, ut supra. L.... ΠΣ. Annus, ut conjicimus, idem qui in priore nummo.

ΖΗΝΟΔΩΡΟΥ ΤΕΤΡΑΡΧΟΥ.... Caput nudum, sine diademate. E Cimelio D. Dron: ejusdem molis & metalli.

724 Annus primus æræ, ut dicitur, Augustanæ, post Asiam nempe receptam: ab autumno anni superioris iniens: cum & Actiaca victoria ab Octavio Cæsare est relata. Quam vere Judæam ab Augusto captam hoc anno retulerit vetus scriptor in Isaiam libro 2. tomo 1. amplius considerandum est.

725

726

727 Sebaste ab Herode hoc anno condita. Æra in nummis primum apparet anno Christi 82. Augusti nomen, Græce Σεβαστῦ, Octavius Cæsar accepisse videtur Kal. Januariis, anni V C. DCCXXIX. & tunc quoque appellata Sebaste.

728

729

730

731

732

733 Cæsarea Augusta Palæstinæ circa hoc tempus condita fuisse ab Herode vulgo creditur, ob illud Plinii, libro v. sect. XIV. *Stratonis turris, eadem Cæsarea, ab Herode rege condita.* Certe hic annus est undecimus æræ Augustanæ, autumno iniens, qui designari videtur in nummo, quem Patinus affert in Suetonium, pag. 111. ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ, capite Augusti laureato.)(Fortuna stat, cum ancora, & palma, & cornucopiæ; quæ sunt annonæ uberrimæ in portu Cæsareæ Palæstinæ symbola. L. ΙΑ. ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. Sicut in nummo Claudii, anno Christi 54. scriptum est, ΕΤΟΥΣ ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ ΙΓ. Nam ea civitas, ut aliæ quædam, nunc L. nunc ΕΤΟΥΣ, in suis nummis scripsit. Alter ibidem, parte antica similis: in postica, ΜΗΤΡΟΠ. ΚΑΙΣΑΡΙΑΣ. Dea rupi insidet, spicas dextra gerens, fluvio ad pedes emergente: de quo amne in Antirrhetico diximus. Sed nummi isti a Patino allati, recentes sunt & adulterini. De Plinii autem loco dicemus inferius.

ΚΑΙΣΑΡΙΑ. Ara cum igne, ob vota suscepta pro Cæsare.

ΣΕΒΑΣΤΗ in corona laurea. E Gaza Regia, æris minimi. *Cæsarea Augusta* Palæstinæ. Jam tum id nomen habuit ab Augusto Cæsare: sed postea ab Herode rege *condita* fuit, hoc est, muris cincta.

734 Herodes templum Hierosolymitanum instaurari jussit, si fabulatori Josepho credimus.

735

736 Laudat hoc anno, ut apparet, *Herodis palmeta pinguia* Horatius, libro 2. epist. 2. versu 184.

737 In Judæa *Herodium toparchia* fuit una *ex decem, cum oppido illustri ejusdem nominis*, teste Plinio, lib. v. sect. XV. De anno natali hujus oppidi, nihil certi & explorati est.

738

739

740 Phaselis, si Stephano fides, urbs est Judææ ab Herode condita: Plinio convallis Judææ est, palmetis inclyta, lib. XIII. sect. IX. de nomine conjugis Herodis, ut videtur: sicut Livias ibidem, de nomine Liviæ Augusti.

741

742

743

744 Dedicatio Cæsareæ ab Herode, si Josephum audimus.

745 Si Josepho fides habenda esset, libro XVI. cap. IX. aienti agrum Phaseliticum cognominatum fuisse & coli cœptum post annum V.C. 744. consectarium ex eo foret, non ante annum istum fuisse percussum nummum ΗΡΩΔΟΥ ΕΘΝΑΡΧΟΥ, quem attulimus anno 723. Nam is Phaseliticum lilium repræsentat.

746

747

748 Herodes Zenodori F. Galilææ: simul Philippus ejusdem tetrarchæ frater, Ituræ & Trachonitidis regionis tetrarchiam obtinet. Anno certe 752. quo conceptus est Joannes Baptista, solam Herodes prior Judæam cum parte Samariæ tenebat, teste Luca: hoc est, annis quatuor ante excessum e vita: neque unquam extra hos fines regnavit, ut dicemus in Notis.

749

750

751 Philippus Zenodori F. Herodis tetrarchæ frater, Cæsaream Cæsari Augusto donat. Ea dicitur Cæsarea Philippi in Evangelio: Cæsarea Paneas apud Plinium, & in nummis.

752 Augusti caput. Nummus a Spanhemio descriptus, ad Juliani Cæsares, pag. 34. sed adulterinus ac recens,

ΙΟΥΛΙΟΣ ΘΕΟΣ. *Divus Julius.* ΚΑΙΣΑΡΙΑ ΣΕΒΑΣΤΑ ΝΕΩΚΟΡ.

753 ΛΕΥΚΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ. Lucii Cæsaris Augusti F. caput nudum.

ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. Capricornus cum Cornucopiæ. Est nummus Gazæ Regiæ, ex ære minimo. Caper ille in piscem desinens, abundantiam annonæ terra marique indicat. Ex quo intelligere promptum est, Cæsaream hic designari, quæ sit litori maris apposita, non tamen Cæsaream Palæstinæ, ut putat D. Vaillant, sed Cæ-

saream Bithyniæ. Neque enim condita Cæsarea Palæstinæ fuit ab Herode priore Judææ rege, tametsi Josephus & alii ita prodiderunt: sed ab Herode rege Galilææ, ut postea dicemus. Vide enim Nummos Populorum & Urbium, verbo CÆSAREA *Bithyniæ*. Neque aliud in nummis pariter Augusti Capricornus significat: tametsi Antiquarii de natali Augusti accipiunt, de quo disceptant inter se frustra, a Suetonio decepti, ut alias dicemus.

Anni æræ Christianæ.

1 Primus hic annus est æræ Christianæ, nato Domino sub exitum anni superioris, *in diebus Herodis regis.*
V.C.754.

2

3 Herodes Judææ rex diem obit, cæsis antea infantibus *a bimatu* post Christum natum. Archelaus F. *in Judæa regnat pro Herode patre suo.* Matth. 2, 22. Nummus Archelai nullus exstat, qui sit sincerus.

4 De nomine Archelai regis, Archelaïs Judææ convallis, palmetorum nemoribus clara, apud Plinium, lib. XIII. sect. IX.

5

6

7 Caput Augusti laureatum. E Regia Gaza, ære mediocri.

ΣΕΒΑΣΤΟΥ. Capricornus. ΛΗ. Annus XXXVIII. ab Asia recepta, autumno iniens. A Cæsariensibus Palæstinæ percussus: qui more Græco Σεβαστὸν dixere, non, ut Judæi, Καίσαρα tantum.

8 Archelaus hoc anno obit: Judæa fit Augusti provincia.

ΚΑΙCΑΡΟC. Spica, fertilitatis agri Judaïci symbolum.

ΛΘ. Palma. Annus XXXIX. Asiæ receptæ. Vide Notas.

9

10

11

12

13

14 ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. *Augustus Augusti F.* capite laureato.
Augusti finis. Tiberii initium mense Aug.

Intra coronam lauream, A. *primus* Tiberii annus. Inferius, ΕΠΙ ΣΙΛΑΝΟΥ. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΕΜ. *Sub Silano Præside Syriæ, Antiochensium annus* XLV. ab Asia recepta, autumno iniens, idemque incidens in primum Tiberii principatus annum. Est e Gaza Regia, & apud Illustriss. LAMONIUM, ex ære magno: apud D. DRON, ex ære mediocri. At in Lamoniano legitur ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ, capite nudo.

15 ΤΙΒΕΡΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ. *Tiberio Cæsare:*): ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ. Imperatore. Est in Cimelio D. FOUCAULT, cum spicis tribus, ubertatis Judaïcæ symbolo, ut in nummis Agrippæ regis inferius.

16

17

18 ΤΙΒΕΡΙΑΣ in corona.

ΠΕΡΙΟΔΟΥ ΤΕΤΑΡΤ. Palma. E thesauro Mauroceni, apud Patinum, ex ære, pag. 112. Significat Tiberiadem ædificatam de nomine Tiberii fuisse, currente anno imperii quarto. Nam ea vis est hujus vocis περιόδου in nummis, ut annum currentem exprimat: id quod duobus aliis exemplis liquet. Ergo ut Augusto vivente Cæsaream Philippus Zenodori F. condidit: ita Tiberii jussu, cui Claudii de patre nomen fuit, antequam insereretur in gentem Juliam, Claudia Tiberias in Galilæa ab Herode fratre Philippi, sive tetrarcha, condita est. Quo ille argumento Claudiæ familiæ devotus, & jam tum Φιλοκλαύδιος existimari voluit. Hinc fit, ut nummi ΚΛΑΥΔΙΟΤΙΒΕΡΙΕΩΝ & ΤΙΒΕΡΙΟΚΛΑΥΔΙΕΩΝ, sub Trajano & Hadriano percussi, æræ suæ initium ab hoc anno repetant: quasi æque priscam incolæ credi vellent Claudiæ atque Tiberiadis appellationem. Fuit Tiberias oppidum, ab occidente lacus Genesaræ, aquis calidis salubre, teste Plinio, lib. V. sect. XV.

19

20

21

22

23 Julias oppidum, in honorem Juliæ Augustæ Tiberii conjugis, ab Herode tetrarcha conditur circa hoc tempus: sita ab oriente lacus Genesaræ, teste Plinio, loco jam citato.

24

25

26

27

28

29 Prædicatio Joannis Baptistæ, *anno quintodecimo imperii Tiberii Cæsaris, procurante Pontio Pilato Judæam, tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre ejus tetrarcha Ituræa*, &c. Lucæ cap. III.

30 Baptismus Christi Domini. *Et ipse* JESUS *erat incipiens quasi annorum triginta.*

31

32 Sub Pascha, *Herodes tetrarcha* Joannem Baptistam jubet securi percuti. Matth. XIV, 1. & Lucæ IX, 7. Idem Marci VI, 14. *rex Herodes* appellatur, quia qui primum tetrarcha, postea idem rex fuit, ut dicemus. Itaque κατὰ πρόληψιν a Marco rex appellatur, quia supremo vitæ anno rex fuit: quo tempore & a Luca in Actis cap. XII. *Herodes rex* appellatur. Idem a Luca vicissim in iisdem Actis cap. XIII. tetrarcha nuncupatur, quem cap. XII. regem dixerat: quia & prius ille & diutius tetrarchæ nomen, quam regis obtinuit: deinde ne priorem ibi Herodem aliquis intelligeret, qui statim Herodes ethnarcha, diutissime vero Herodes rex est appellatus.

33 Passio CHRISTI Domini. Solam adhuc Galilæam Herodes tetrarcha regebat. Luc. XXIII, 6. *Pilatus autem audiens Galilæam, interrogavit si homo Galilæus esset. Et ut cognovit quod de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat illis diebus.*

34


35

36 Paulus in Arabia prædicat. Id vero quomodo stare possit cum bello Herodis tetrarchæ, & Aretæ Arabum regis, de quo bello Josephus, libro XVIII. cap. VII. viderint qui Josephum defendunt.

37 ΗΡΩΔΗΣ ΤΕΤΡΑΡΧΗΣ. L. ΜΓ. Palma.

ΓΑΙΩ

Caii 1. ΓΑΙΩ ΚΑΙΣΑ. ΓΕΡΜ. ΣΕΒ. in corona. E Cimelio Illustriss. D. Begon, ex ære minimo. Qui mos erat in Oriente regum ac civitatum, monet Herodes, in quem tetrarchiæ suæ annum primus Caii Cæsaris annus incurrat, nempe in XLIII.



38 ΗΡωΔΟΥ ΤΕΤΡΑΡΧΟΥ. L. ΛΔ Palma.)(. ΤΙΒΕΡΙΑC, in corona laurea. Nummus est ex ære minimo, in Thesauro Regio. Annus est XLIV. Herodis tetrarchæ, non XXXIV. ut quidam putant: nam ex littera M & Δ una conflatur, ut fit in nummis. Nummum Herodis tetrarchæ nullum vidimus ante Caji Cæsaris Germanici principatum. ΗΡΩΔΟΥ ΤΕΤΡΑΡΧΟΥ. L. ΜΔ. litteris duabus pæne nexis. *Anno XLIV.* tetrarchiæ Herodis. Palma.

In corona laurea, ΠΛΤЄ. hoc est, litteris implicitis, Παλαιςίνης. Nam est ibi A pro A & Λ. Deinde Є etiam pro C. Eminet postea littera T: quæ ipsa cum A vel Λ conjuncta, efficit N. præterquam quod & pro I jure accipitur. Herodes Tetrarcha in hoc nummo satis ambitiose Palæstinæ se Tetrarcham appellat, non Galilææ: eo quod ultra Galilæam ditionem extenderet; & Turrim Stratonis in potestate haberet, quæ fuit postea Cæsarea, caput Palæstinæ. Est hic nummus perpulcher ex ære minimo in Gaza Regia. Is est quem Illustriss. Spanhemius, pag. 527. pereruditi operis nuper impressi typis Londini, ex relatu haud satis fido sic expressit, *In corona laurea*. NK.

39



40 Agrippa, si Josepho credimus, scribit ex Urbe ipsa Roma ad Caium Cæsarem pro Judæis. Reipsa hoc anno Cæsaream occupat, & sub Caji Cæsaris tutela anno uno tenet: mox a patruo Herode pellitur, cui Claudius Aug. magis favebat. Id intelligitur ex isto Caji Principis, quem Caligulam dixere, nummo: cujus in aversa superficie legitur, ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΑΣΤΛΟΥ. ΑΓΡΙΠΠΑ ΒΑΣΙΛΕΥ.. Ἀγρίππα βασιλεύοντος. Stat Agrippa togatus, dextra codicillos tenet. Pulsum eumdem mox Cæsarea fuisse ab Herode nummi sequentes significant.

41 Claudii 1.

42 ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΗΡΩΔΗΣ. Caput diadematum.

ΚΛΑΥΔΙΑ ΚΑΙΣΑΡΙΑ, in corona. E Gaza Barberina, æris minimi, referente Holstenio in Stephan. pag. 154. Cæsareæ æram hic annus aperit, quo ei civitati Cæsareæ, & Claudiæ, & Germaniciæ nomen ab Herode datum est. Quo ille officio se rursum sub Claudio principe, ut antea sub Tiberio, Claudiæ gentis amicum & clientem, Φιλοκλαύδιον profitetur in nummo sequente. Hanc Cæsarienses æram alterumque nomen notarunt in nummo Commodi, ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ ΓΕΡΜΑΝΙΚΑΙΩΝ ΡΛΘ. Claudiæ nomen coloniæ Cæsareæ inditum refert, opinor, & Treboniani Galli nummus ex ære magno in Gaza Regia; cujus pars postica in laurea corona exhibet hanc epigraphen: COL. PR. FL. AVG. F. C. CAES. METR. P S. P. *Colonia Prima Flavia Augusta Felix Claudia Cæsarea metropolis Provinciæ Syriæ Palæstinæ.* Quod si G CAES. legeris, erit *Germanicea Cæsarea*, ut in Diadumeniani nummo ex ære minimo, in Cimelio D. Foucault, qui inscribitur: COL. PR. FL. F. AVΓ. G. CAES. Et in altero M. Aurelii e Gaza Regia, ΚΑΙCΑΡΕ. ΓΕΡΜΑΝΙΚ. ΚΟΜ. *Cæsareæ Germaniceæ Commodianæ.*

43 ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΗΡΩΔΗΣ φιλοκλαΥΔΙΟΣ. Caput Herodis diadematum. E Gaza Regia.

ΚΛΑΥΔΙΩ ΚΑΙΣΑΡΙ ΣΕΒΑΣΤΩ. ΕΤ. Γ. in corona, hoc est, ἔτει γ'. *anno* Claudii *tertio.* Ultra quem annum cum nulli deinceps Herodis nummi appareant, hunc ipsum esse Herodem ex eo recte conficitur, cujus obitum narrat hoc ipso anno Lucas in Actis cap. XII. Quod & Spanhemio V. Cl. pag. 444. olim placuisse animadvertimus. Itaque interregnum fuit in Palæstina, usque ad annum 51.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΗΡΩΔΟΥ. Ara accensa. Hinc L. Γ. *Anno tertio.* Inde T. Τιβεριέων. Inde parte aversa, galea, ut volunt: ut verius arbitramur, lilium est. Ut ut est, hoc nummo, qui est ex ære magno in Gaza Regia, refellitur error eorum, qui nummis inscriptis, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΗΡΩΔΟΥ, Herodem Chalcidis regem, a Josepho confictum, jubent intelligi. Nam cur Herodi Chalcidis nummum cuderent Tiberienses? At Herodi Galilææ Tetrarchæ, anno tertio ex quo βασιλεὺς appellatus est, Tiberienses, qui fuere ad mare Galilææ, percusso numismate gratulantur. Nihil planius. Hic nummus demonstrat Herodem regem, cujus est in Actis mentio, cap. XII. eum ipsum esse, qui prius Tetrarcha vocabatur.

44

45

46 Claudii caput laureatum.

ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ ΕΤΟΥΣ Ε. Dea rupi seu monti insidet, ut in nummo anni V. C. 733. & in altero ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ ΓΕΡΜΑΝΙΚΑΙΩΝ. Annus quintus hic est æræ Cæsariensium. Nummus est nuper laudatus ab Antiquario.

47

48

49

50 Circiter hunc annum Felix in Judæam Præses a Claudio Imperatore mittitur.

51 Annus primus Agrippæ prioris, cui regnum patris ac patrui obtigit sub Claudio, hoc

 est,

est, Galilæa, cum Trachonitide. Tunc ille se & Magnum Regem & Φιλοκλαύδιον simul appellat in nummo vetere nuper edito: annosque numerat regni, ex quo illud accepit.

52 Nummus Claudii vultu ac nomine. In aversa parte, ΕΠΙ ΒΑΣΙΛΕ. ΑΓΡΙΠ. ΤΙΒΕΡΙΕΩΝ, in corona laurea. *Sub rege Agrippa, Tiberiensium* in Galilæa nummus.

53

54 ΚΛΑΥΔΙΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. capite laureato. Jam tunc ita fingi Σ cœptum in nummis: etiam & multo prius.

Claudii ultim. Neronis 1. ΕΤΟΥϹ ΚΑΙϹΑΡΕΩΝ ΙΓ. *Anno Cæsariensium* Palæstinæ, non Claudii Principis, *decimo tertio*. Caput turritum, ut in nummo Titi, COL. CAESAREA. L. IB. ΦΛΑ. Ex ære mediocri, apud D. FOUCAULT.

55

56

57 Nummus Neronis. In aversa parte: ΕΠ. ΒΑΣΙΛ. ΑΓΡΙΠ. ΝΕΡΩΝΙ Γ. ἐπὶ βασιλέως Ἀγρίππα, Νέρωνι γ'. *Sub rege Agrippa, Neroni* nummus dicatus, anno ejus *tertio*.

58 ΝΕΡΩΝΟΣ, in corona.

ΚΑΙΣΑΡΟΣ. L. E. *annus quintus* Neronis. Spica, Judææ symbolum. In thesauro Mauroceni, pag. 113. Judæa provincia sine rege, nisi Cæsare.

59 Act. XXV, 1. *Festus ergo cum venisset in provinciam, post triduum ascendit Hierosolymam a Cæsarea.* Erat Judæa *provincia* Augusti fisco addicta, post obitum Archelai, ut diximus. Act. XXV, 13. *Agrippa rex & Berenice descenderunt Cæsaream ad salutandum Festum* Judææ Præsidem. Nusquam dicitur in Actis Agrippa rex Judææ, sed rex præcise, vel Agrippa. Neque is Hierosolymis tunc fuit: alioqui Festum ibi salutasset. Descendit igitur a Galilæa Cæsaream, sedem Præsidis Provinciæ.

60

61 Agrippa junior Agrippæ F. accepit ex Senatusconsulto imperium rei militaris in Palæstina, ut ex nummo liquet anni 86.

62

63

64

65

66

67

68 ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓΑΣ ΑΓΡΙΠΠΑΣ ΦΙΛΟΚΛΑΥΔΙΟΣ. Caput diadematum Agrippæ senioris. Nummus nuper vulgatus a D. Vaillant, ex ære mediocri.

Neronis ultim. Galbæ 1.

Μ...ΚΑΙΣΑΡΙΑ Η ΠΡΟ Σ ΤΩΝ ΣΕΒΑΣΤΩΝ. Dea stat cum temone & cornucopiæ, uberis annonæ in portu Cæsariensi symbolum.

ΝΕΡΩΝ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Caput laureatum, adjecto solis sidere, quod est symbolum Orientis. Nummus Reg. ex ære mediocri.

Μ...ΙΑ Η ΠΡΟ Σ ΣΕΒΑΣΤΩΝ. Dea stat cum hasta, pede proræ navis imposito. Μητρόπολις Καισάρεια ἡ πρώτη Σεβαστὴ Σεβαστῶν, *Prima Augusta Augustorum*, Ti. Claudii nimirum, & Neronis Claudii. Nam ambos coli a se ea civitas profitetur, cui rex Φιλοκλαύδιος profitetur. Litteram O pro Ω in nummis scribi, tralatitium est. Ut in Latinis autem, C. A. C. *Colonia Augusta Cæsarea*, A pro Augusta: ita solum Σ pro Σεβαστὴ in Græcis ponitur: quemadmodum in nummo Crispinæ: & in aliis Augustorum littera Græca C pro Σεβαστὸς passim ponitur. In media nummi area, L. ΙΔ *Annus* XIV. Neronis, quo anno a Neronis partibus stetit Cæsarea. Eam ob causam, ut videtur, ducta in partem civitatis anno sequente a Vespasiano colonia est.

ΝΕΡΩΝ ΣΕΒΑΣΤΟΣ, ut supra, in eadem gaza.

Μ....ΙΑ. Η ΠΡΟ ΣΕΒΑΣΤΩΝ. Μητρόπολις Καισάρεια ἡ πρώτη Σεβαστῶν.

69 Judæa rebellante jam ab anno superiore, Vespasianus cum liberis ad bellum se comparat.

Vespas. 1.

70 ΔΟΜΙΤ... Capite laureato.

ΕΤΟ. ΙΘ. ΒΑ. ΑΓΡΙΠ. *Anno* XIX. *regis Agrippæ*. Triremis, Galilææ symbolum: quale in nummo Τιβεριέων cernitur sub Hadriano: cujus symboli vice in aliis ejusdem civitatis, sub Trajano & Hadriano, nunc est ancora, nunc temo cum prora. Est hic nummus e Gaza Regia: cui similem Titi nomine profert D. Vaillant e Museo suo. Cusus uterque hoc anno ante Septembrem.

Cæsaream ducta a Vespasiano colonia est, eademque Prima Flavia cognominata, teste Plinio, nummisque permultis. Æra coloniæ Flavianæ Idcirco ab autumno incipit hujus anni.

Hoc anno Hierosolyma, ut Plinius ait, bustum Judææ efficitur. Nummi JUDAEA CAPTA inscripti, anno sequente cusi in provincia Narbonensi.

71 ΑΥΤΟΚΡ. ΤΙΤΟΣ ΚΑΙΣΑΡ. *Imp. T. Cæsar*, capite laureato.

ΙΟΥΔΑΙΑΣ ΕΑΛΩΚΥΙΑΣ. *Judæa capta*. Victoria scribit in clypeo palmæ arbori apposito. Est ex ære mediocri, e Cimelio Illustrissimi Domini FOUCAULT. Qui hunc nummum alias sic edidere, ut in altera superficie legeretur ΙΟΥΔΑΙΑΣ ΕΑΛΩΚΥΙΑΣ, in altera ΚΑ 'ΒΑ. ΑΓΡ.: ii ex duobus nummis dissimilibus unum conflavere. Quod & e Constantini nummis duobus fecisse quemdam nuper in notis ad Lactantium, jam adnotatum est.

Domitiani nummus, ex ære mediocri, apud Patin. pag. 164.

ΕΤΟ. ΚΑ. ΒΑ. ΑΓΡΙΠΠΑ. *Anno* XXI. *regis Agrippæ*. Victoria cum palma & corona.

72

73 Titi nummus, ex ære mediocri, apud Patin. pag. 151.

ΕΤΟ. ΚΓ. ΒΑ. ΑΓΡΙΠΠΑ. *Anno* XXIII. *regis Agrippæ*. Victoria, ut supra.

74 ΔΟΜΕΤ. ΚΑΙΣΑΡ, capite laureato. Regius, ex ære mediocri. Est & in thesauro Mauroceni, pag. 116.

ΕΤΟ. ΚΔ. ΒΑ. ΑΓΡΙΠΠΑ. *Anno* XXIV. *regis Agrippæ*. Victoria, ut supra.

Ab autumno hujus anni incipit æra Flaviopolitarum in Cilicia.

75

76 ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΤΙΤΟΣ ΚΑΙΣΑΡ, capite laureato.

ΕΤΟ.

ETO. Kϛ. BA. AΓPIΠΠA. *Anno* XXVI. *regis Agrippæ.* Victoria, ut supra. E Regia Gaza, ære mediocri. Hic nummus est, opinor, quem Spanhemius pag. 864. ex Seguini Museo legit ΣΕΒΑΣΤΟΣ, & Vespasiano tribuit. Tamen & Occo habet pag. 158. e Cimelio Alb. Princ. nummum sequentem:

AYTOKPATOPI KAICAPI CEBACTΩ, capite Vespasiani laureato.

ETO. Kϛ. BA. AΓPIΠΠ. Dea stat cum cornucopiæ, ut in nummo Cæsareæ, anno 43. Exhibetur iste & ab Erizzo, pag. 131.

ΔOMITIANOC KAICAP, capite laureato. Reg. æris minimi.

ETO. Kϛ. BA. AΓPIΠΠA. Victoria sinistro pede galeam premit, dextra scribit in clypeo.

77 AYTOKPA. OYECΠACIANΩ CEBACTΩ. Caput laureatum.

ETOY. KZ. BA. AΓPIΠΠA. *Anno* XXVII. *regis Agrippæ.* Dea stans, dextra spicas, læva cornucopiæ gerit. Est Reg. ære mediocri.

ΔOMITIANOC KAICAP, capite laureato. Reg. æris minimi.

ETO. KZ. BA. AΓPIΠΠA. Duplex cornucopiæ.

78

79 AYTOKPAT. OYECΠACIANΩ CEBACTΩ. *Imp. Vespasiano Aug.* Caput laureatum. Est Reg. ære mediocri.

Titi 1. a mense Julio.

ETO. KΘ. BA. AΓPIΠΠA. *Anno* XXIX. *regis Agrippæ.* Dea stans, cum spicis & cornucopiæ.

Titi nummus, e Gaza Medicea, referente Spanhemio.

ETO. KΘ. BA. AΓPIΠΠA. Victoria cum palma & corona. Vespasiano adhuc superstite conflatus. Agrippæ autem nec tricesimus, nec deinceps alius in nummis annus occurrit. Id quod argumento est alium esse ab isto Agrippa illum, cujus post annos septem annus præfecturæ vicesimus sextus notatur in nummo Domitiani. Jedidæus Alexandrinus, sed falsus testis, ut dicemus, annos XXX. nec plures huic Agrippæ tribuit, quem & postremum Agrippam, communi cum sociis errore, nuncupat.

80

81 Titi nummus, COL. CAESAREA. L. IB. ΦΛΑ. *Annus* XII. *Flaviorum*, autumno iniens: Nam annus primus apud Græcos cœpit autumno, anno Christi 70.

Annus hic primus est Agrippæ alterius, ut colligi posse videtur, ex nummo anni 94.

Domitiani 1.

82 IMP. DOMIT. CAESAR. Capite laureato. Reg. ære mediocri.

CEBACTHNΩN. Jupiter stans dextra hastam, læva victoriolam tenet. L. ΘP. Mos fuit Syriæ civitatum, ut diximus, in nummis adnotare, in quem æræ suæ annum primus Augustorum annus incideret. Itaque hic annus est CIX. æræ Sebastenæ, incurrens in annum Domitiani primum, a verno tempore etiamnum iniens, vetusto Judææ ac Samariæ more. Nam in Galilæa annus autumno cœptus est, more Græco, quem in urbe Sebastena quoque receptum postea fuisse verisimile est. Æram Sebastenam videri biennio ab erudito viro retardari dicetur in Notis.

83

84 ET. KΔ. BAC. AΓPIΠΠA. *Anno* XXIV. *regis Agrippæ.* Victoria stans. Ex ære minimo, in Gaza Regia. Vide annum 86.

85 BACIΛE..C AΓPIΠA. Tabernaculum: de quo dicemus in Notis.

L. E. *Annus quintus*, ex quo imperium rei militaris in Judæa gerit, quale jam in Palæstina gerebat. Tres spicæ ex uno surculo emicant, ubertatis Judaicæ symbolum. E Museo nostro, ære minimo.

86 BACIΛE..C AΓPIΠA. Tabernaculum.

L. ϛ. *Annus sextus.* Tres spicæ, ut supra. Apud D. Dron, ære minimo.

IM. CA. D. VES. F. DOM. AV. GER. COS. XII. *Imp. Cæsar Divi Vespasiani Filius, Domitianus Augustus, Germanicus, Consul* XII. capite laureato.

EΠI. BA. AΓPI. ET. Kϛ. S.C. *Sub rege Agrippa, anno* XXVI. *Senatusconsulto.* Caduceus insertus gemino cornucopiæ: pacis & abundantiæ symbolum. E Regia Gaza, ære minimo. Ex quo rex Agrippa imperium in Palæstina rei militaris accepit ex S. C. annus hic est sextus ac vicesimus.

IM. CA. D. VES. F. DOM. AV. GER. COS. XII.

SALVTI. AVGVST. S. C. Ara. EΠI. BA. AΓPI. ET. Kϛ. Vota suscepta toto imperio pro salute Domitiani Aug. ab anno 84. quo Romæ percussus alter iste nummus est ex ære mediocri, apud D. Foucault: IMP CAES. DOMITIAN. AVG. GERM. COS. X.)(SALVTI. AVG. Ara. Infra, S. C. At prior ille e Cimelio est Illustriss. D. Begon, Cæsareæ Palæstinæ percussus.

87 EΠI BA. AΓPIΠ. ET. KZ. *Sub rege Agrippa, anno* XXVII. Duplex Cornucopiæ. Nummus Domitiani Imp. nomen ac vultum ex altera parte refert: apud D. Vaillant, ex ære minimo.

88

89 BACIΛEΩC AΓPIΠΠA. Tabernaculum.

L. Θ. *Annus nonus.* Tres spicæ, ut supra. Apud D. Foucault, ære minimo.

ETO. ΘK. BA. AΓPIΠ. Triremis. *Anno* XXIX. *regis Agrippæ.* Domitiani Imp. nomen ac vultum area nummi altera exhibet. Est in Gaza Regia, ex ære minimo.

90

91 AYTOK. ΔOMITIANOΣ KAIΣAP ΣEBAΣTOΣ, capite laureato.

ΦΛAOYI. NEAΠ. ΣAMA. L. AI. *Flavia Neapolis Samariæ*, anno XI. Sunt eæ voces in corona laurea, cum gemino cornucopiæ. E Regia Gaza, ære mediocri. Alter e Cimelio Droniano: ΦΛAOYI. NEAΠOΛ ΣAMA. L. AI. cum palma. *Annus* XI. Verius tamen ad annum Domitiani primum, quam ad istum, hi nummi pertinent, ut dicemus in Notis.

92 Autumno anni hujus incipit æra Flaviorum Chalcidensium in Syria.

93 Autumno anni hujus incipit æra Capitoliensium, sive Hierosolymæ restitutæ, ut in Chronologia Veteris Testamenti ostendimus.

94 KAICAP. Δ....... Caput Domitiani laureatum.

L. IΔ. BACI. AΓPIΠ. Victoria scribit

bit in clypeo. Annus est XIV. regis Agrippæ: qui annus in eadem idcirco nummi area cum nomine Agrippæ conjungitur, autumno iniens. Pulsos in Oriente Arabas Parthosque a diversis Domitiani ducibus vel legatis, quorum haud postremus Agrippa rex fuerit, hic nummus insignis docet, qui est in Cimelio Droniano, ex ære mediocri, Cæsareæ pariter in Palæstina conflatus. Hoc anno, qui Domitiani quoque XIV. est, gratulantur Cæsari victoriam aliæ similiter Palæstinæ civitates: ut Raphia, cujus æram vir eruditus biennio remoratur: & Ascalo. Item Cæsarea Cappadociæ, in nummo ex ære mediocri, Cimelii Dromani: MHTPO. KAICA. ET. ΔI. cum Argæo monte. In antica parte caput est Domitiani laureatum, detrita epigraphe.

95 AYTO. ΔOME. capite laureato, *Imp. Domitianus.* .)(. BA. AΓP. ET. EA. *Regis Agrippæ anno* XXXV. in corona laurea. Nummus est ex ære minimo, in Gaza Regia.

96 IMP. NERVA. CAES. AVG. P. M. TR. P. COS. II. PP. capite laureato.

Nervæ 1. FISCI IVDAICI CALVMNIA SVBLATA. S. C. Palma, Judææ symbolum. E Gaza Regia, & Cimelio Droniano, ex ære magno. Judæa fisco Augusti addicta, non fuit ante hunc annum Senatui Populoque Romano reddita. Unde & balsamum Judaïcum *fiscus* Principis serebat, vendebatque, teste Plinio, libro XII. sect. LIV.

97

98 Trajani Imp. annus primus.

N O T Æ.

Ad annum Urbis Romæ DCCXXIII.

I. *Quo anno principatus Herodi fuerit adsignatus.*

Annum statuere, quo Herodes iniit Judææ principatum, haud erit difficile, cum de causa constiterit, cur eidem sit delatus: id quod adnotatione sequente facturi sumus. Ex qua apparebit, anno Urbis conditæ DCCXXIII. assignari initium Herodianæ ethnarchiæ oportere. Itaque a Josepho, qui Herodis initium, & illud quidem, ut volunt, alterum, anno DCCXVII. statuit, non sine causa discedimus: ut & ab auctore brevis Chronologiæ, *Seder Holam Zuta*, qui regnum Proselytorum, ut appellat, in Judæa, hoc est, Herodiadum, annis centum ac tribus usque ad Urbis excidium circumscribit, ejusque proinde initium conjicit in annum Urbis Romæ DCCXXI. Tamen hunc sequuntur calculum hodieque Judæi in suis Kalendariis: sed Europæi tantum, a vafro admodum genere hominum delusi, abhinc annos vix dum quingentos. *Occisus est autem Antigonus*, inquit ille, pag. 60. *anno centesimo tertio regni posteritatis Machabæorum. In ejus vicem substitutus est Herodes filius Antipatri, Machabæorum servus, qui rebellans totam familiam dominorum suorum trucidavit. Regnavit autem annis duobus:* nempe, opinor, ut Herodis pessimi principis typus fuisse Saül credatur, duo pariter dumtaxat Herodis anni commemorantur. Et pag. 61. *Anno centesimo tertio regni Proselytorum, qui est annus* CCCCXX. *a templo restaurato, ter millesimus* DCCCXXVIII. *ab orbe condito, venit Vespasianus, & solo æquavit ædem.* Fabulam præterea de Herode ac puella Machabæa describit ex Talmude Bartoloccius, tomo tertio Bibliothecæ Rabbinicæ, pag. 556. quam si quis conferat cum tragœdia de Mariamne apud Josephum, plus in ista fortasse concinnitatis atque artis, nihilo certe plus veritatis, quam in priore deprehendat.

Agebat Herodes ætatis annum XV. si vere prodidit auctor Antiquitatum Judaïcarum, quisquis est, anno V. C. DCCVIII. Galilæam Herodi commissam fuisse, *νέῳ παντάπασιν ὄντι, ιε' γὰρ αὐτῷ ἐγεγόνει μόνα ἔτη, cum esset omnino juvenis, annos dumtaxat quindecim natus.* Atqui, ut recte Salianus admonuit, si Herodes circiter LXX. annum de vita exiit, quod istius testificationi passim creditur, septimum supra vicesimum tunc annum agebat, non quintumdecimum. Sed vanus scriptor fortassis nihil aliud eo loci spectabat, quam ut ex Herode priore heroïs magni speciem informaret, atque imaginem principis Cyro Xenophontis nihilo inferiorem effingeret, ne desideraretur in egregio opere splendida quoque istiusmodi fabula. Itaque in puero generosam indolem, occasionem peropportune oblatam promendæ virtutis, denique jam tum in eo excelsa omnia supra ætatem commentus est: idemque postea priorum quæ scripsisset oblitus, senectutem illi quidem, ut erat propositum, heroë dignam impertiit: sed cum præteritorum annorum serie minime congruentem. Nam qui κε' pro ιε', hoc est, XXV. pro XV. reponunt, nec verum assequuntur, nec Josephi mentem: siquidem & κζ' scribi oportuisse, & auctorem ιε' revera scripsisse, Salianus erudite probat. Quod si fidem atque auctoritatem conciliare operi volunt, qui sic corrigunt: quique alibi similiter, ne secum pugnare videatur architectus Originum bellorumque Judaïcorum, *δευτέρου μηνὸς* pro *δύστρου* rescribunt, rursumque *σταδίους ε'* pro *σταδίους η'*, hoc est, *σταδίους διακοσίους* pro *σταδίους ὀκτώ*, sexcentaque similia: ecquod erit, amabo, monumentum tam spurium, tam falsum, cui non demum accedat auctoritas ac veri opinio, si perperam adscripti emendentur anni mensesque, ceteraque *ἀντιλογίας* ac *νοθείας* certissima indicia expungantur?

II. *Quo casu Principatus Herodi datus.*

Anno Urbis conditæ DCXCI. Cn. Pompeius Hierosolyma cepit, & *victor ex illo fano nihil attigit*, si credimus Ciceroni, in oratione pro Flacco. Eam ob rem *Hierosolymarius* ab eodem, libro 2. ad Atticum, epist. 9. nuncupatur: quod quemadmodum vere dictum sit non video; cum in titulo triumphorum ejus, quem Plinius describit, libro VII. sect. XXVII. non de Judæa, sed *de Judæis* legatur triumphasse: quos nimirum, ut Scythas, Albanos, Iberos, prælio aliquo tantummodo superasset: EX ASIA. PONTO. ARMENIA . . . CILICIA. SYRIA. SCYTHIS. IVDAEIS. ALBANIS. MITHRIDATE ATQVE TIGRANE TRIVMPHAVIT. Itaque non potuit tunc fieri provincia Populi Romani Judæa, sed tantum ex parte fortassis stipendiaria. At postea Parthis ex Asia fugatis, Asiaque recepta M. Antonii & Octavii Cæsaris armis, tota Syria fœdus amicitiæ & conjunctionis cum Triumviris renovavit, Romanæ virtutis terrore perculsa: Judæa vero fuisse coacta tunc quoque videtur Herodem ethnarcham accipere, fratrem (ut videtur) Zenodori jam in Galilæa tetrarchæ, nec omnino a Judæorum ritibus alienum: hac ratione viam sibi præmunientibus Romanis, ut dum staret Herodis familia, Judæam sibi obsequentem haberent: si deficerent autem in ea heredes masculi, fieret imperii Romani Judæa provincia, armis Cæsarum. Hæc probabilis una nunc quidem videtur causa fuisse tum Herodiani in Judæa regni, neglectis Josephi fabulis: tum Judææ post Archelaum e vivis sublatum in Augusti provinciam redactæ.

III. *Quæ*

III. *Quæ ditio Herodi fuerit adsignata.*

Ethnarchiam Herodis regiamque potestatem ad Judæam tantummodo cum Samaria pertinuisse, omnino credimus. Neque enim existimandum est a sacro Scriptore Luca, cap. III. tetrarchias quatuor enumerari eo consilio, ut olim sub Herode priore in unum corpus fuisse conjunctas, tunc vero distractas atque divulsas, posteri crederent: cum nec ibi Herodem priorem spectari ullo modo a sacro Scriptore oportuerit, nec usquam sacræ litteræ tantam illi potentiam adscribant: sed quod ineunte Domino Christo Servatore prædicandi munus, *ad oves quæ perierant domus Israël*, æquum & par fuit consignari tempus prædicationis illius, appellatis principibus, qui in utroque regno, Juda nimirum & Israele, principatum, magistratumve sub Principe, obtinerent. At Ethnarchæ regisque jure ac titulo Herodem sola Judæa, Samariaque potitum fuisse, non item Galilæa, certissimo argumento est, quod obsides clientelæ ac fidei suæ pro utraque illa ditione, Samaria scilicet ac Judæa, atque in eo solo dumtaxat, condita ab illo fuit Sebaste: in Galilæa, & Trachonitide, ditione tanto ampliore, nulla, nisi postquam utraque ethnarchia in potestatem liberorum Zenodori venit; hoc est, Herodis alterius, & Philippi.

Deinde hæc utraque sane sola ditio, Judæam dico & Samariam, ac ne tunc integra quidem Samaria, ἔθνος τῶν Ἰουδαίων in libro primo Machab. cap. XI. nuncupatur. Hæc ergo intelligi pariter debet Herodis ethnarchia: eoque sensu *rex Judææ* tantum appellatur, Lucæ 1, 5. quo & Archelaus filius, Matth. 2, 22. Nam & in sacris Novi Testamenti litteris, librisque Machabæorum, ut nunc de ceteris sileam, tam intelligitur extra Judæam Galilæa, cum Judæa appellatur, quam est extra Normanniam Britannia minor: & Archelaum præterea totum adiisse regnum paternum sacer scriptor indicat, cum ipsum ait *regnasse in Judæa pro Herode patre suo:* ut in libris Regum hæc forma loquendi obvia, *& regnavit filius ejus pro eo*, integram hereditatem, quam moriens pater reliquisset, ad filium pertinuisse significat. Scriptoribus sacris, quibus in loquendo nihil esse diligentius accuratiusve potest, Plinius quoque adstipulatur. Nam is Joppen oppidum nunc Samariæ adscribit, libro V. sect. XIV. nunc Judææ, sect. XV. & libro IX. sect. IV. Quid ita? quoniam utraque regio uni sive ethnarchæ, sive regi, sive denique præsidi obtemperaret: cui ditioni cum a nobiliore parte Judææ sæpissime nomen adhæresceret, sive rex Judææ quispiam appellaretur, sive Judææ & Samariæ, nihil intererat.

Argumento postremum accedat, si ita lubet, præter nummum Herodis ethnarchæ, quem exposuimus ad annum DCCXVIII. nummus Zenodori tetrarchæ, qui Herodi æqualis fuit. Nam cur in Zenodori nummo insculpta vultus effigies est, Herodis e diverso nummus omnino nullus occurrit, cum ejusdem vultus effigie? nisi quod iste in Judæa tantum proprie dicta, hoc est, in regno ac tribu Juda regnavit: ubi subditorum fere nemo, quia Judæi plerique omnes, monetam aliquo vultu impressam admitteret: ille extra hoc regnum, Galilææ præfuit vel Trachonitidi, ubi haud plures Judæi, quam Græci, forent. Quod si angustis adeo finibus circumscriptum Herodis regnum fuit, si Judææ ille solum ac Samariæ præfuit: annon aperte cum sacris scriptoribus pugnat Josephus, sive cum Galilæam quoque, aliasque tetrarchias ei liberaliter donat, eoque nomine ex regulo facit Herodem Magnum? sive cum testamento, alteri e liberis Judæam, Galilæam alteri; illi Trachonitidem, Jamniam isti cum Azoto, dividentem inducit?

At istum quidem rerum Judaicarum scriptorem cum insigniter obcæcavit Herodiani regni amplificandi desiderium, tum parum fida, qualem plerique mendaces habent, memoria impulit, ut in illo quoque argumento secum pugnantia de more scriberet. Nam libro XV. cap. XI. pag. 531. narrat Herodem, ubi primum capessivit regni administrationem, τὴν βασιλείαν παραλαβών, Idumææ & Gazæ dedisse Costobaro præfecturam: hoc est, ipsius calculo, anno V.C. DCCXIV. cum tamen idem asseveret, eodem illo capite XI. pag. 529. Gazam Herodi ipsi traditam fuisse a Cæsare, post decennium tantum, anno DCCXXIV. exeunte.

IV. *Unde Ethnarchæ titulum Herodes acceperit.*

Anno V. C. DCXI. Simon summus Pontifex, idemque simul totius gentis Judæorum Ethnarcha factus est, ita prodente scriptore sacro, 1. Mach. XIII. 41. & XIV, 41, 47. *Judæi & sacerdotes eorum consenserunt eum esse ducem suum & summum sacerdotem . . . . Et suscepit Simon, & placuit ei, ut summo sacerdotio fungeretur, & esset dux &* PRINCEPS GENTIS *Judæorum & sacerdotum, & præesset omnibus:* ΕΘΝΑΡΧΗΣ τῶν Ἰουδαίων καὶ ἱερέων, καὶ τοῦ προστατῆσαι πάντων. Anno DCXIX. factus est Joannes Simonis F. *princeps sacerdotum post patrem suum*, ac proinde cum *bella* gereret, pari jure ἐθνάρχης. Centum omnino post annos, anno V. C. DCCXVIII. qui Herodem in nummis ethnarcham viderit appellari, nec sit ille admodum in conjiciendo hebes, quid aliud ex eo colligat, quam toto illo tempore interjecto ethnarchas in Judæa fuisse, quorum in locum ac nomen & possessionem immissus Herodes fuerit, ethnarchiæ titulo tunc primum sejuncto ab honore summi sacerdotii, sive principis sacerdotum? Quod si verum est, ut sane videtur, an primum temere arbitrabimur huncce nummum ei latuisse, qui Judaïcas Origines condidit: quippe qui Herodem ab Antonio primum tetrarcham, ab eodem postea & ab Octavio Cæsare regem fuisse renunciatum scribat, libro XIV. cap. XXIII. nusquam appellet ethnarcham? Archelaum contra, qui statim rex fuit *pro patre suo*, ut Matthæus admonet, ethnarcham semel atque iterum faciat, libro XVII. cap. XIII. & XV. eoque nomine ab Augusto donatum referat: neget autem regem fuisse? Quid deinde illa fabula fiet, quæ circumfertur, de Alexandro, si Strabonem audimus, libro XVI. pag. 762. vel si Josepho potior fides, libro XIII. cap. XIX. de Aristobulo Alexandri fratre ac decessore, qui primus pro sacerdote se regem accepto diademate fecerit: quibus demortuis disceptantes de regno fratres, Hyrcanum & Aristobulum, Pompeius superveniens dejecerit?

Verum haud multo post principatus initia Herodem donatum fuisse regis titulo testis est scriptura. Quamquam mos est scripturæ, titulum *regis* etiam Tetrarchis tribuere; quanto magis Ethnarchis? Ut ut est, non alio jure hunc titulum gessit Herodes, sive in Archelaum transfudit, quam quo ipse prius Ἐθνάρχης fuit: hoc est, sub clientelæ professione: ut Archelao absque liberis e vita demigrante, rediret ad fiscum Augusti provincia, ut dicemus, vel ad Senatum populumque Romanum. Nunc de altero significatu vocis ἐθνάρχης, 2. Cor. XI. 32. dicere supersedemus, ne longius digredi videamur ab instituto nostro.

Inter Simonem autem ethnarcham, & ethnarcham pariter Herodem, quis in hominum moribus non omnino peregrinus ignorat, regem non potuisse aliquem intercessisse? Quem titulum si quis gessisset ex interjectis principibus, non hunc abjecissent profecto consecuti, ut priorem illum reciperent, qui minus habet splendoris ac dignitatis. Ergo quem Antiquarii quidam in hac civitate Antigoni nummum unum alterumve venditant, cum titulo regis, is esse Judææ rex non potest. Et habet sane Vir eruditus P. Ludovicus JOBERT, e Societate JESU, ejusdem

Anti-

Antigoni nummum; qui priores illos elegantia vincit ac nitore characterum. Ex una parte coronam lauream exhibet, intra quam scriptum est, ΒΑCΙΛΕΩC ΑΝΤΙΓΟΝΟΥ. Ex altera Cornucopiæ, cum litteris novem saltem conspicuis, plane barbaris ac peregrinis: at nihilo magis certe Samariticis, quam Latinis. Antigonus ille Macedoniæ rex est, cui Illyrici pars aliqua cum obtigisset, civitas ibi aliqua, quæ & indigenas haberet Illyricos, & Græcos colonos, utraque lingua nummum ejus honori cudit: quemadmodum Augustorum honori a Latinis Græcisque ejusdem unius oppidi civibus nummos utroque idiomate videmus inscriptos.

V. *De Zenodoro tetrarcha.*

VIDERUNT hunc Zenodori nummum Josephus & Dio. Et ab illo quidem, lib. xv. Antiq. cap. xiii. ab isto, lib. liv. pag. 602. dicitur Ζηνόδωρός τις, quoniam erat ex æquo utrique ignotus: id quod de Josepho profecto mirum est, si fuit, ut creditur, illius tractus atque ævi scriptor. Ait uterque hujus tetrarchiam Herodi fuisse ab Augusto donatam: cum Zenodoro patri successisse liberos, Herodem & Philippum, dici oportuerit. Et Dio quidem donatam refert anno dccxxxiv. Quod enim illum ex nummo intelligebat hoc anno dccxxiii. tetrarcham fuisse, in annos undecim ei imperium prorogavit. At Josephus tantum in annos novem: & tetrarchiam ei Trachonitidis attribuit, libro xvi. cap. xiii. pag. 570. quamquam idem a seipso pro more dissidens, libro xv. cap. xiii. pag. 541. Paneados extra Trachonitidem tetrarcham Zenodorum facit. Verum eo inclinat animus ut credam, Galilææ simul tetrarcham fuisse, ac Trachonitidis & Ituraæ. Herodem certe & Philippum, post mortem ei suffectos fuisse, ex apta nummorum serie intelligitur. Nam Galilæam alter, alter Ituræam & Trachonitidem adeptus videtur alio jure ac titulo, quam Judæam Herodes Archelai pater: nempe jure paternæ successionis. Vixisse autem Zenodorum tetrarcham, usque ad initia Herodis & Philippi tetrarcharum, probabili argumento est, quod non ante id tempus conditæ sunt in Trachonitide & Galilæa urbes, quæ forent sub præsidio Romanorum, velut pignora fidei Principis, ejusdemque clientelæ. Primum a Philippo, Zenodori F. Cæsarea Paneados in Trachonitidis confinio absoluta est anno dcclív. Serius ab Herode tetrarcha Tiberias, perfecta demum anno Tiberii quarto currente. Ab Zenodoro, cujus ætate Asia ab Octavio Cæsare est recepta, quoniam avito suo regno integro potiretur, ac fœdus cum Cæsare sponte ac satis æquis conditionibus iniisset, nihil causæ fuit, quamobrem ita caveretur. At mortuo eo, divisoque inter liberos Zenodori patris regno, ea pignora a tetrarchis Herode ac Philippo Cæsar exegit. Nam Herodem tetrarcham, & Philippum fratrem ejus, quos Herodis Magni, ut appellant, Josephus filios facit, Zenodori potius liberos fuisse, duplici argumento statuimus: tum quia annis ipsis novem suam quisque illorum ditionem sive tetrarchiam obtinuit, quam diem supremum clausit rex Judææ Herodes: tum quia Galilææ & Ituraæ, quas regiones obtinuerunt hi duo tetrarchæ, non Herodes ille, quem Judææ regem tantum appellant sacræ litteræ, umquam præfuit, sed Zenodorus.

Annus interim in nummo Zenodori notatus, L. ΒΠΣ. est *annus* Græcorum cclxxxii. sic enim longe accuratius locus est sacer scriptor, quam vulgo soleant eruditi, qui Seleucidarum annos appellant, ut alias dicemus. Eamdem æram Græcorum his ipsis temporibus exhibet nummus Tyriorum, ante annos tres, quam iste Zenodori, percussus, e Gaza Medicea, & e Cimelio D. Dron: ΘΟΣ id est, annus cclxxix. ΤΥΡ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. Quem vir eruditus ex epocha commentitia refert ad annum V. C. dcccvi. æræ Christianæ cliii. quæ sunt Antonini Pii tempora: cum ipse character litteræ Σ monere debuerit, nummi fabricam multo esse vetustiorem. Ducentis itaque fere annis, non in illo tantum, & sed in aliis quatuor similibus nummis aberrat. Erroris autem causa erudito viro duplex fuit: altera quod Tyrum metropolim factam fuisse Hadriani principatu Suidæ falso testi credidit: altera, quod Tyriorum epocham in Chronico vetere allatam, esse geminam, nobis ipsis, (nam est fatendum ingenue,) præeuntibus, existimavit. At nullam Tyriorum æram fuisse, nisi quæ Græcorum fuit, neque ab Octavio quidem Cæsare accepisse eos Augustanam, in Chronologia Augusti docebimus.

Ad annum V. C. dccxxxiv.

De Templo novo, quod Hierosolymis, ut creditur, Herodes exstruxit.

HERODEM jussisse templum novum exstrui, vetere a fundamentis diruto, regni sui anno xviii. auctor est Josephus, libro xv. Antiq. cap. xiv. At libro i. de bello, cap. xvi. *anno* xv. *πεντεκαιδεκάτῳ* dixit, tum memoriæ lapsu, tum oblivione veteris parœmiæ, *Mendaces esse memores oportere.* Est enim fictarum rerum memoria haud paulo difficilior quam verarum: atque hoc certissime indicio deprehenduntur mendaciorum architecti, cum obliti priorum quæ dixerint, posterius diversa scribunt, ac secum ipsi fœde pugnant. De Templo Herodis marmoreo Talmudistæ loquuntur Ord. 2. Moëd, cod. 9. Succa, cap. 5. Hachalil. Quo tempore autem hanc illi fabulam concinnarint, alias Deo dante aperiemus. Fictam certe ac refertam fabulis esse Josephi narrationem, de renovatione ædis ab Herode, & pugnare omnino cum sacris paginis illam a fundamentis ædificationem, jamdudum SALIANUS noster edocuit, ad annum mundi 4035. Nec forsassis temere aliquis affirmarit, nihilo magis Herodem Hierosolymitano templo operam impendisse, quam Capitolino: confictamque illam esse publicæ magnificentiæ prædicationem in exstructione sacrarum etiam ædium, ne non omni ex parte Herodis Magni titulum implesse videretur.

Ad annum V. C. dccxliv.

De anno natali & situ Cæsareæ Palæstinæ, ex Josepho.

CÆSAREAM Palæstinæ ab Herode exædificatam fuisse *anno decimo*, narrat Josephus, libro xvi. cap. ix. (*duodecimo* dixerat, libro xv. cap. xiii.) Olympiade cxcii. cujus hic annus quartus est, ex vulgari falsoque calculo: ex Pliniano & vero, annus tertius Olympiadis cxcv. Sic idem libro xiv. Antiq. cap. xxvi. scribit Herodem accepisse regnum a Senatu, Olympiade clxxxiv. Caio (pro Cneio) Domitio Calvino II. & C. Asinio Pollione Coss. qui fuit annus Urbis dccxiv. At a recepto & vulgari Olympiadum calculo dissidet; ex quo horum Consulatus incidit in annum secundum Olympiadis clxxxv. A Pliniano autem veroque calculo annis duodecim discrepat. Nam fuit annus ille primus Olympiadis clxxxviii. Similis alibi error non unus. Qui porro homini Judæo venit in mentem Olympiadas computare, aut has omnino commemorare, in rebus Palæstinæ ac Judææ describendis? Id enim perinde esse videtur, ac si quis natalem urbis alicujus, in Gallia Hispaniave hoc ævo conditæ, annis Hegiræ definiat.

Quis autem hunc miretur in adsignando Cæsareæ Palæstinæ anno natali incertum fluctuasse, qui situm urbis

urbis penitus ignorarit? Nam ille Palæstinæ, ut creditur, incola, unus omnium Cæsaream Palæstinæ, egregius finium regundorum magister, e Palæstina transmigrare jubet in Phœnicen, libro XV. Antiq. cap. XIII. *Sita est*, inquit, *hæc urbs in Phœnice, qua in Ægyptum prænavigatur, Dora inter & Joppen, litorales urbeculas.* Geographicum ille nimirum Plinii opus tunc habuit ante oculos, in quo hæc illius oræ maritimæ oppida isto ordine recensentur, libro V. sect. XIV. *Joppe Phœnicum, antiquior terrarum inundatione, ut ferunt .... Inde Apollonia, Stratonis turris, eadem Cæsarea ab Herode rege condita.... Finis Palæstinæ, deinde Phœnice.* Et sect. XVIII. *Hinc redeundum est ad oram, atque Phœnicen. Fuit oppidum Crocodilon..... Doron, Sycaminon.* Ex hoc loco objectus error est homini imperito: qui cum Cæsaream cerneret appellari inter Joppen Phœnicum, & Dora Phœnices, pariter Phœniciæ adscribendam esse censuit Cæsaream, quippe mediam inter utrumque oppidum. Nec vidit homo acutus, Joppen Phœnicum a Plinio dici, non quod urbs ea Phœnices esset, sed quod a Phœnicibus condita, sicut *Massilia Græcorum Phocaensium, Istropolis Milesiorum*, aliæque multæ apud Plinium. An justa deinde vel hoc uno argumento suspicio est, Palæstinam huic homini, nisi in Pliniano opere, non esse conspectam? nec fidem usquam mereri, qui visam a se nihilominus contestetur?

Ad annum I. æræ Christianæ.

I. *De anno natali Christi Domini.*

QUIBUS inducti argumentis mutemus sententiam de anno Christi natali, æramque nunc arbitremur illam, quæ vulgo recepta est, unam esse verissimam, suo tempore, si Christus faverit, ostendemus. Quamquam statim poterit magna ex parte decisa videri ea controversia. Nam de anno obitus Herodis, qui cardo hujus æræ videtur esse, quis auctori Antiquitatum Judaicarum abrogari fidem miretur, qui præter alios errores, eumdem in descriptione Herodiani generis, quod erit mox forte perspicuum, hallucinatum esse fateatur?

II. *De Cæsarea Paneade.*

Nummi Cæsareæ Paneados nulli occurrunt ante annum Christi CLXXII. Nemo enim peritus, opinor, alteram censeat designari Cæsaream in nummis ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ, alteram in nummis ΚΑΙΣΑΡΙΑ inscriptis, ut quidam nuper somniavit: illam aiens esse Cæsaream Paneados, istam Palæstinæ. Hoc enim perinde est, ac si quis geminam fingat Ephesum, eo quod alii nummi ΕΦΕΣΟΣ, alii ΕΦΕΣΙΩΝ exhibeant. Longe cautior vir eruditus fuit, qui nullum Cæsareæ Philippi nummum certo adseruit, nisi in quo vel *Πανιάδος* regionis, vel *Πανείου* mentio sit. Quod quidem *Πάνειον*, non montis nomen, ut eidem scriptori visum est, sed fani fuit. *Πάνειον* enim, ut *Σεβάστειον*, templum sonat: non Cæsari, ut vult Josephus, libro XV. cap. XIII. sed Pani dicatum. Unde ΚΑΙΣΑΡΙΑ ΥΠ. ΠΑΝΕΙΩ cum dicitur, *Cæsarea sub Panium*, vel *prope Panium*, ut *ὑπὸ Τροίῃ* apud Homerum, sub Trojam, vel ad Trojam est. Neque ullus profecto nummus Cæsareæ Paneados montis effigiem habet, sed vel Pana tantum, vel Panos fistulam. Plinio certe fontis nomen est, libro V. sect. XV. *Fons Paneas, qui cognomen dedit Cæsareæ.* Et sect. XVI. *Paneas regio, in qua Cæsarea cum supradicto fonte.* Montem vero pro fonte qui scriptores obtrudunt, cur omnes præ uno Plinio posthabendi sint, alias planum fiet.

Jam qui duo nummi præsertim Deam exhibent monti seu rupi insidentem, quorum alter inscriptus ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ ΕΤΟΥΣ Ε, anno sexto Claudii: sub Commodo alter, ΚΑΙCΑΡΕΩΝ ΓΕΡΜΑΝΙΚΑΙΩΝ: ad unam eamdem Cæsaream pertinent. Neuter igitur ad Paneadem: sed uterque ad Cæsaream Palæstinæ: nisi forte quis Cæsareæ Paneados cognomen Germanicæ solo arbitratu ac sine teste vindicet. Cur autem Cæsariensium annus in priore quintus notatur, si nulla Cæsariensium æra fuit, ut præter virum eruditum, qui in Epochis Syriæ ac Palæstinæ Cæsaream prætermisit, quidam nuper dixere Antiquariorum antesignani? Neque enim Claudii principis, sed Cæsariensium annus iste dicitur, ut liquidius patet in altero nummo anni LIV. Cæsareæ autem Paneados annus esse non potest: quod, ut cetera sileam argumenta, ceteri omnes ejusdem civitatis nummi sub Marco & Commodo, æræ caput repetunt ab anno Christi primo. Est igitur iste nummus Cæsareæ Palæstinæ, non Paneadi, adscribendus: & est aliqua Cæsareæ Palæstinæ æra primum a nobis deprehensa.

De situ Cæsareæ Paneados dicere haud satis fortasse tutum est. Nam Plinius quidem, unus omnium certissimus auctor, aperte extra Phœnicen collocat, in Decapolitana regione, libro V. sect. XIII. XVI. & XVII. Et est profecto Phœnice ora Syriæ maritima, quæ Syria circumfunditur, in primisque Decapolitana regione, in qua Damascus est, cum Paneade Cæsarea ad fontem cognominem sita, e quo Jordanis amnis oritur. Decapolitanam autem regionem, & superpositam Syriam Cœlen a Phœnice, ut ab Hispania Galliam, disterminant vallantque perpetua montium juga. At Phœniciæ nihilominus Cæsaream Paneadem, quot monumenta tribuunt? Et quod permirum est, Damascum quoque ex Decapolitana, ex Syria Cœle Hemesam & Laodiceam Libano appositam, & quæ multo magis in Orientem recedit Palmyram, Phœniciæ adscribunt secundæ. Atqui si quis cum viro erudito credat ab Hadriano Imp. factam fuisse divisionem imperii, in qua Decapolitana regio cum suis tetrarchiis, & Syria Cœle, & Palmyrena ditio Phœnicia altera appellata sit, quod nemo de Hadriano etiam fictus testis prodidit: credet is quoque, opinor, sub aliquo e Francorum regibus divisionem imperii ita fuisse institutam, ut Britannia minor mutato nomine diceretur Normannia secunda, aut versa vice Si quis tamen hoc uno argumento atque indicio tot monumentis fidem detrahat vetustatis, quot sunt quæ Phœniciæ Cæsaream istam, & partem Syriæ Cœles, & Palmyram adjudicant, videbitur ille multitudini iniquum postulare.

Ad annum Christi II.

De cæde infantium a Josepho prætermissa.

CÆDEM infantium ab Herode factam consulto auctor Judaicarum Antiquitatum silentio præterivit, tum ne legisse sacras Novi Testamenti litteras videretur: tum vero ne tam immani scelere adversus insontes, & ab omni suspicione criminis alienos, principatum commaculasse crederetur is, cujus historiam ad effigiem Magni Principis foris admirandi, domi tantum calamitosi, confingebat. Cogeretur enim causam tantæ stragis, tantique in Herode pavoris ac furoris, aut veram prodere, aut falsam comminisci: quorum alterum ab ea persona quam sustinebat Judæi scriptoris alienum erat: alterum obnoxium reprehensioni.

Ad annum Christi III.

De testamento & successore Herodis.

CUM ab Herode in testamento suo legatum quiddam fuisse Juliæ Augusti conjugi, narrat Josephus libro XVII. cap. 10. annon ille se prodit

dit recentioris ævi scriptorem? Juliæ enim numquam ei nomen fuit, sed Liviæ tantum, ut nummi docent, de quibus erit in Chronologia Augusti disserendi locus. A ceteris certe sodalibus suis discrepat, qui ante Augusti obitum negant Juliæ nomen ei fuisse.

Seder Holam Zuta, pag. 60. Post mortem Herodis Magni, ut vocant, *regnavit deinde Agrippa Herodis filius, cui successit Munabaz filius ejus.* Has nugas aniles otiose conscripsisse de industria aliquis videri potest, ut iisdem posteri offensi fidem huic opellæ statim denegarent, omnemque transferrent potius in Josephum. Nam is libro XX. cap. 2. Munabazum facit Adiabenorum regem, lepidamque de eo narrat fabellam.

Archelaum autem Herodis F. ac successorem, in nummo adulterino quis ferat cum capite diademato ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΕΘΝΑΡΧΟΥ inscribi: cum nec vultum insculpi in nummis Judæa ferret: & tam sit inconcinna duarum istarum vocum junctura βασιλεὺς ἐθνάρχης, quam est istarum, βασιλεὺς τετράρχης?

Ad annum Christi VIII.

I. *De anno obitus Archelai.*

HUNC porro brevis ævi sive imperii fuisse colligimus, ex eo primum, quod Christus Dominus dicitur, ante annum ætatis duodecimum, singulis annis templum frequentasse: id quod post annum ætatis fere octavum intelligendum videtur: ut saltem per annos quatuor ante id tempus in templum se contulisse credatur, quo adire, Archelao vivo, quem fugerat, noluisset. Deinde nummus admonet, e Cimelio D. DRON, Museoque nostro, æris minimi: qui in Judæa hoc anno sub autumnum, vel anni sequentis initio cusus, non Archelai nomen, sed Cæsaris tantum præfert: ΚΑΙCΑΡΟC, cum spica, quod fertilitatis agri Judaïci symbolum est: in altera parte, Palma, cum litteris ΛΘ, hoc est, anno XXXIX. Asiæ receptæ & imperii Augusti, qui annus autumno hujus anni octavi incipit. Hic nummus, inquam, Archelaum regem e vivis excessisse hoc anno, ni fallimur, docet: cum moneta Græca usu recepta hoc anno in Judæa non Archelai nomen referat, sed Cæsaris tantum, hoc est, Augusti: Judæa enim semper Cæsarem dixit pro Augusto. Unde illa sunt in sacris litteris: *Dicunt ei, Cæsaris.* Et, *Non habemus regem, nisi Cæsarem.* Et, *Cæsarem appello.* Est igitur hic regni Archelai annus postremus: idemque sextus, non decimus, ut Josepho placuit, inchoatus.

II. *De vaticinio Jacob.*

Post Archelai obitum ablatum est sceptrum de Juda: deinceps præsides habuit ea provincia, seu magistratus inferiores Cæsari subjectos: regem non habuit nisi Cæsarem. Quod non est ita accipiendum, quasi rex Judææ Cæsar esset, tametsi vetaret alium dici Judææ regem, præter se: eo quod omnem in Judæa potestatem regiam in se vellet credi derivatam. Sicuti neque se Britanniæ minoris Ducem, aut Lantgravium Alsatiæ in titulis Rex Francorum inscribit: tametsi crimen majestatis sit, si quis alius hæc sibi nomina arroget, quoniam utraque illa potestas in regia continetur. Suam enimvero imperitiam veteres quidam scriptores, & forte νεώτεροι, eo indicio produnt, quod Imperatores Romanos βασιλεῖς, atque eorum potestatem βασιλείαν vocant: neque quisquam dubitabit prudens æstimator, quin sit alterius Antonini, ut vocant, Caracallæ nummus, qui ΒΑCΙ. habet, ut quidem ad nos relatum est: tametsi isto βασιλέως nomine donat eumdem Augustum nonnemo ex illis scriptoribus qui antiqui putantur, aliosque alii, quos apud Spanhemium videre est. Antoninum dici βασιλέα non magis profecto tulisset illo ævo Senatus P. Q. R. quam hodie sineret aut Venetia aut Genua ducem suum regium nomen sibi sumere: nec si hunc titulum vel affectasset, vel sibi tribui passus esset, Senatus eum loco Principis esse pateretur.

In recentioribus autem aberrat a vero Grotius, qui hæc verba Apostoli Petri, in epistola I. cap. 2. v. 14. *sive regi, quasi præcellenti:* & v. 17. *Regem honorificate*, de Romano Imperatore accipit: cum scribat Apostolus ad *advenas dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithyniæ*, quo in tractu fuit illo ævo rex Polemon, amicus & socius Populi Romani, ut dicemus in Chronologia Claudii & Neronis.

Sed ut ad propositum revertamur, unde digredi nos cogit interdum amplitudo materiæ, nulla veluti caduca provincia, cujusmodi Judæa hoc anno fuit, in jus Augusti semel devoluta, ad regiam postea rediit potestatem. Sic ea quæ dicitur in nummo Trajani DACIA AVGVSTI PROVINCIA, nullos deinceps reges vidit, dum stetit imperium Romanum. Ita nec ulli posthac proprio regi, vel duci, aut judici, ut prius, Juda & Jerusalem paruit: hoc est, dilecta illa præ ceteris *una tribus & Jerusalem*, ut dicitur III. Reg. XI, 32. Ubi δύο σκῆπτρα quibus auctoribus Græce legatur, invito textu Hebræo & vulgata, alias dicemus Deo juvante.

Ablatum est tunc igitur, iterum repeto, *sceptrum de Juda & de femore ejus:* hoc est, in ea tribu rex esse desiit, quæ *ex Juda* prodiit & *femore ejus:* sicuti in Britannia minore desiisse sceptrum dici potest, quando facta est provincia imperii Gallici. Sceptrum de Juda, inquam, non de Israële proprie ac speciatim dicto. Nam & gemina ea ditio fuit ac discreta: & cum sciscitarentur Magi, *Ubi est qui natus est rex Judæorum*, de solo Judæ regno intellexere, non simul de Israëlitico. Quare post Herodis obitum in terra Juda, timuit Joseph cum puero *illo ire:* quoniam perinde Archelaus, ac pater ipsius Herodes, ex oraculo intelligeret sibi esse de adventu Messiæ metuendum: quod oraculum de rege Judæorum & regno seu tribu Juda loqueretur: regem tollendum esse, nec fore diu in ea tribu regem, cum Messias advenisset. Secessit igitur Ioseph in Galilæam, sive in regnum Israëlis: de quo sibi auferendo Herodes tetrarcha ex fama publica noverat ab oraculo sacro nihil portendi.

Quod si cui autem duriuscule interpretata vox ea videtur, *de femore*, pro eo quod est de tribu quæ prognata ex femore sit, meminerit is in vaticinio parem verborum perspicuitatem, atque in historica narratione immerito desiderari: & tamen, quod est ei locutioni affine, apud Tobiam, VII, 3. legi, *Ex tribu Nephthali sumus, de captivitate Ninive*, pro eo quod dicitur Dan. V, 13. *de filiis captivitatis Judæ:* & Israël passim, ut ait vetus auctor in Isaïam, pag. 376. pro his qui orti sunt ex sanguine Israël: & Juda denique in hoc ipso oraculo, pro his qui orti sunt ex Juda. Quid ergo mirum, si dicatur & *de femore* Juda, pro eo quod est de iis qui sunt ex femore ejus? Itaque *de Juda & de femore ejus*, est ἓν διὰ δυοῖν, eodem uno significatu gemina vox posita: hoc est, de tribu quæ ex femore Juda prodiit.

Prærogativa porro tribus Judæ præ reliquis in eo fuit singularis, quod habuit semper reges, vel judices, ac duces, *sicut habebant omnes per circuitum nationes:* & quidem, usque ad Herodis tempora, *non alterius gentis hominem, qui non esset frater suus*, hoc est, ex genere Israël, ut est in lege scriptum, Deut. XVII, 14, 15. Reliquæ autem tribus aut nullos, aut inferiores tantum magistratus plurimis omnino sæculis habuere, a quibus provocatio esset ad superiorem, cumque sive Judææ, sive alterius gentis principem.

cipem. Quare & vaticinii tempus adesse in foribus Judæi suspicabantur, cum Herodes in regnum irrepsit; quem non ipsi *elegissent de numero fratrum suorum.* Sed regem præcise, atque adeo etiam insititium, quacumque is ex gente foret, vaticinium dixerat, quod isti minime advertebant.

III. *De Fisco Judaico.*

Facta eodem anno descriptio Judæorum altera est per capita, tributi imperandi causa: cujus quidem tributi meminere sacri scriptores: Matth. XXII. *Licet censum dare Cæsari, annon?* ubi census tributum est, Luca exponente, cap. XX. *Licet nobis tributum dare Cæsari, annon?* Item Act. V, 37. *Judas Galilæus in diebus professionis*, id est, census hoc anno in Judæa acti, *avertit populum post se, & ipse periit*, &c. Id vero factum fuisse oportet, cum Judæa in provinciam Augusti redacta est, & per magistratus Romanos, Præsides scilicet, primum administrata. Præsides enim sæpius appellantur in sacris paginis: nec satis causæ, ut Procuratores appellentur, in his Lucæ verbis esse videtur, *procurante Pontio Pilato Judæam.* Hic fiscus ille Judaicus est, cujus calumniam a Nerva sublatam fuisse nummi testantur. Nam Judæi viritim *numisma census* cum *imagine & inscriptione Cæsaris*, Cæsari pensitabant: quod Senatus Cæsari potius solvi, quam ærario publico, ægre ferebat.

Anno superiore ante autumnum, sive XXXVII. post Actiacam victoriam, censum hunc peractum fuisse a Quirinio ait Josephus, libro XVIII. Antiq. cap. III. Nam quo jure, quoque consilio nomen Herodis alterius in Agrippam convertit, ut postea videbimus, eodem jure atque consilio Quirinii magistratus annum mutavit: quem Syriæ Præsidem fuisse anno Christi Domini natali Lucas admonuit. Nempe ut sacer scriptor non tam rerum gestarum historicam veritatem, quam allegoriam, in propriis etiam nominibus, secutus esse existimetur, excogitata hæc ab isto discrepantia est. Nam ita credi, nempe dictum fuisse a sacris Scriptoribus Quirinium pro Saturnino, & alibi Nabuchodonosorem pro Cambyse, & pro Agrippa Herodem, mystico intellectu, ob similitudinem morum, aliamve causam affinem, ut quidem mihi nonnemo nuper aiebat, eorum intererat, qui veteres plerasque historias concinnarunt. Itaque sedulo ii operam dedere, ut numquam cum sacro Scriptore congruerent tempora & narrationes Josephi annalium: id quod nonnullis eorum minus sagacibus ac minus cautis fraudi fuit: qui apud Josephum deinde, multo post Herodis prioris obitum, Quirinium nacti census Judaici curatorem: sub uno eodemque Herode, posteriore nimirum, Christi Servatoris ortum obitumque collocandum esse censuerunt. Has istorum artes atque hæc consilia eruditi viri minime subodorati multo labore atque inani diutissime desudarunt, atque etiamnum desudant, ut æram Christianam, quæ a sacris Scriptoribus duxit ortum, & cum iis mirifice consentit, falsam esse pronuncient, eamque ad Josephi potius & affectatorum fidem emendent.

Ad annum Christi XVIII.

Quam ob causam Tiberias condita ab Herode tetrarcha fuerit.

INFELIX Caji Cæsaris Augusti F. in Oriente, mox & Germanici in Syria exitus, vicinia quoque Galilææ & Trachonitidis cum hostibus populi Romani, Parthis atque Arabibus, perpulere Senatum P. Q. R. ut perquam moderate & clementer ageret cum tetrarchis Herode & Philippo, in limite imperii positis, supremis Augusti annis. Ac vicissim Augusti Cæsaris demerendi causa, Philippus quidem statim illius se clientem professus est, data ultro urbe Cæsarea Paneade in suæ fidei oppignerationem. At Herodes Galilææ tetrarcha nullam Augusto dedit: quod se, opinor, nollet esse deteriori jure quam patrem Zenodorum decessorem: quem Cæsaris & Imperii socium ac fœderatum fuisse, non clientem vel subditum, admonet æra Græcorum in nummo ipsius expressa, non Augustana. Nam ea causa & Damasceni, Romanorum quidem socii ac fœderati, non subditi aut vectigales, sed Aretæ regi obnoxii, ut Paulus admonet, 2. Cor. XI, 32. sub Augusto & Tiberio æram Græcorum servavere: quod de Hemesa quoque, & Tripoli, & aliis, statuendum, ut alias dicturi sumus. Sic Herodes ipse tetrarcha annum Caji Cæsaris primum, tertiumque Claudii rex idem signavit, æra Græcorum derelicta, postquam se clientem Cæsarum professus est: sed non ante Tiberii principatum, cui Tiberiadem demum, ut diximus, seu sponte, seu metu condidit, dedidit-que. Quare Φιλοκλαύδιος seu Φιλοτιβέριος dici iste maluit, quam Φιλοιέλιος. Nisi quis forte adeo principum ingenia & mores ignorat, ut eorum quemquam arbitretur posse in animum inducere, vicini principis honori ac nomini in suo solo oppidum ædificare, nisi quia vel clientelæ vel fidei ratio cogat. Quod si id honori tantum Augusti ac Tiberii datum est, cur Occidente toto, ubi major esse provinciarum erga Principem adulatio debuit, Tiberias nulla prorsus fuit, Cæsarea Augusta nulla, præter coloniam unam Cæsaraugustam, quam in devictam a se Hispaniam deduxit Augustus, *ubi OPPIDUM antea vocabatur Salduba*, teste Plinio, libro III. sect. IV. nulla denique civitas Augusta, præter colonias quasdam in oppida dudum antea condita, & tunc deserta, deductas?

Ad annum Christi XXIX.

De annis imperii Tiberii Cæsaris.

VETAT ratio credi annos imperii Tiberii Cæsaris a sancto Luca aliter computatos fuisse, quam consuetudo ferret toto orbe Romano recepta: sed & nummi vetant: tum ille nimirum, quem in Galilæa conflatum attulimus anno XVIII. tum vero in primis, & illi qui primum Tiberii consignant annum, ut diximus, Antiochiæ conflati: & iste Seleuciæ, qui tertium, e Cimelio Illustriss. Præsidis BIGNONII: Γ. ΕΠΙ ΣΙΛΑΝΟΥ. ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ. ΖΜ. hoc est, *sub Silano* Syriæ Præside, *tertius* Tiberii annus incurrens in annum *Seleucensium* XLVII. Ergo cum tota Syria annos imperii Tiberii ab excessu Augusti numerari mos fuerit: quis sanctum Lucam existimet alium in Tiberii annis tenuisse calculum, si præsertim, ut dicitur in libro de scriptoribus Ecclesiasticis, cap. VII. Antiochenus fuit? Et vero orbi Romano Græcoque potissimum Lucas indicabat Romani Principis annum, in quem initium incideret Baptistæ prædicationis. Vel Romano igitur, vel Græco more loqui eum oportuit, non alio quodam insolito, quem nostra ætate excogitarunt viri ingeniosi: quem & nos olim secuti sumus, fraudem in Antiquitatibus Judaicis nullam suspicati, nummisque veteribus haud adhuc satis diligenter exploratis. Mos autem Romæ fuit in Principibus annos numerare Tribuniciæ Potestatis: in Oriente semper fere annos Principatus: Tribuniciæ autem potestatis annos, perraro. Hinc apud Josephum, libro 2. de bello, cap. VIII. ubi Augustum ait rebus præfuisse, ἀφηγησάμενον τῶν πραγμάτων, (quod e Gallico redditum potius existimes, *conduire les affaires*, quam ab homine Græco profectum,) annis septem & quinquaginta, mensibus sex, diebus duobus: ibi, inquam, non illa modo affectata diligentia in mense ac die notando, quæ haud levem

habet adjunctam suspicionem falsi: verum etiam ille modus numerandi annos Augusti, fidem auctori detrahit, & νοθείας suspicionem injicit. Geminus enim fuit modus omnino annos Augusti Cæsaris computandi: alter in Oriente, in Occidente alter usurpari solitus, ut nummi aperte docent: illic ab Asia recepta, sive, ut vulgo loquuntur, a victoria Actiaca: istic per annos Tribuniciæ Potestatis. Hanc autem Potestatem ille gessit annis tantummodo sex & triginta: obiit ante annum post Asiam receptam quadragesimum inchoatum: nec ulla regio annos Octavii Cæsaris computavit a Triumviratu: a quo etiamsi initium Octavii duxerit, tamen aberrat a vero Josephus annis duobus, ac tribus fere mensibus, ut Salianus admonuit.

Ad annum Christi XXXVII.

I. *De Herode tetrarcha.*

HERODIS tetrarchæ honori positam inscriptionem hanc fuisse olim, eamque in insula Co repertam Sponius refert in Miscellaneis, pag. 338.

ΗΡΩΔΗΝ ΗΡΩΔΟΥ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΤΙΟΝ ΤΕΤΡΑΡΧΗΝ ΦΙΛΩΝ ΑΓΛΑΟΥ ΦΥΣΕΙ ΔΕ ΝΙΚΩΝΟΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΥ ΞΕΝΟΝ ΚΑΙ ΦΙΛΟΝ.

Herodem Herodis Regis Filium Tetrarcham, Philon Aglai adoptione filius, *natura vero Niconis, hospitem suum & amicum* colit. Sed sunt inscriptiones hujusmodi pleræque omnes, allatæ e Græcia, vel ibi repertæ, spuriæ ac recentes: ista vero in primis, quæ Herodem tetrarcham Herodis regis filium facit. Quamquam si prisca hæc inscriptio foret, duo doceret observatu digna. Alterum est, nusquam in nummis lapidibusve Antipæ cognomen occurrere, quod Herodi sequenti Josephus affinxit. Alterum, nec Magnum Regem appellari priorem Herodem: qua de re rursum inferius.

II. *Quo primum anno tetrarchiam obtinuerit.*

Porro nummum Herodis tetrarchæ huic anno necesse est adscribi: quod in more positum fuit, ut diximus, regibus ac tetrarchis Syriæ annum suæ potestatis in suo nummo signare, in quem Cæsarum primordia incurrerent. Sic Zenodorum tetrarcham, quo anno Græcorum Asia recepta ab Octavio fuerit, & ipse cum eo fidem fœdere devinxerit, in suo nummo expressisse vidimus. Hanc enim nimirum ab illis veluti suæ fidei tesseram dari Cæsaribus oportuit in auspiciis imperii sive principatus, suamque vel sic probari clientelam, aut conjunctionem. Primum igitur Caji Cæsaris annum non possumus hoc loco non interpretari, ubi nullus est expresse signatus: præsertim cum si annus alter, tertiusve aut quartus foret, perinde notaretur in nummo, atque annus tetrarchæ quadragesimus tertius. Sic enim idem Herodes vice versa in nummo anni æræ Christianæ 42. qui Claudii Imp. honori dicatus est, sub eadem plane formula, annum Claudii tertium adnotavit: quotus autem regni sui esset, non expressit: quod vellet intelligi, & in isto suum esse illum regni, βασιλείας, primum, nondum expletum, in quem Claudii tertius incurreret: & in nummo priore si alium a primo Caji annum vellet accipi, æque se expressurum in Caio fuisse, atque in Claudio. Juvat in conspectu legentium repræsentare hoc loco rursum utriusque nummi epigraphen:

1. ΗΡΩΔΗΣ ΤΕΤΡΑΡΧΗΣ. L. ΜΓ. ΓΑΙΩ ΚΑΙΣΑ. ΓΕΡΜ. ΣΕΒ.
2. ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΗΡΩΔΗΣ ΦΙΛΟΚΛΑΥΔΙΟΣ. ΚΛΑΥΔΙΩ ΚΑΙΣΑΡΙ ΣΕΒΑΣΤΩ ΕΤ. Γ.

Hic, opinor, videre est, quod diximus, illud Herodem in utroque nummo ex æquo servasse, ut ubi annum non adjecit, ibi sive Caji in principatu, sive suum post regii tituli adeptionem, vellet annum primum intelligi. Hæc autem in nummis istis observatio ut debet apud harum rerum peritos in confesso esse, & pro certa atque indubitata haberi: ita primum Herodis tetrarchæ annum fuisse demonstrat eum, quem adsignavimus, Urbis conditæ DCCXLVIII. ante biennium quam possit obitus Herodis prioris ex Josepho colligi: re autem ipsa ante annos octo quam iste e vita decesserit. In priore porro numismate a Caio receptum Herodem fuisse in amicitiam & clientelam apparet: in altero, regis titulum a Claudio impetratum: quem, ut Herodes Archelai pater haud diu postquam Ethnarcha tantum fuisset, sic Herodes tetrarcha sub autumnum dumtaxat anni XLII. æræ Christianæ adeptus est: cum & Cæsaream jussit Claudiam appellari, ut nummus ille docet suo loco descriptus a nobis: ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΗΡΩΔΗΣ.)(ΚΛΑΥΔΙΑ ΚΑΙΣΑΡΙΑ. Nec vero ante annum XLIII. æræ Christianæ a S. Luca Herodes rex appellatur. Itaque non anno amplius uno potitus eo insigni est.

Ad annum Christi XL.

Quæ hoc anno Josephus de Herode & Agrippa prodidit.

HERODEM Antipam ablegatum in exsilium fuisse, sive Lugdunum in Gallias, sive in Hispaniam, (nam utrumque hoc anno Josephus parum memor diversis locis prodidit:) concessamque ejusdem tetrarchiam fuisse Herodi Agrippæ regi, nemo credet, cui persuasum erit, uti mox fore speramus, eumdem esse Herodem, qui Antipas cognominatus est a Josepho, & eum qui major Agrippa. Caji Cæsaris similiter expeditionem in Gallias, Agrippa comite, quis credat: cum titulum IMP. sive ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ, Caïo principi, nec provincia Narbonensis in nummis aureis atque argenteis usurparit, nec Senatus in ærea ei detulerit, nec Græci in Oriente, nec Herodes ipse tetrarcha, ut dicemus uberius in Caji & Claudii Chronologia? Denique legatio ad Caium principem pro Judæis, & Agrippæ apud eumdem oratio de eodem argumento, quam fidem mereatur, cum hujus tragœdiæ scriptores non magis cum veritate quam secum ipsi pugnent? Nam, ut omittam cetera, qui verisimile sit eum se pro Deo ac Jove haberi voluisse, qui ne Imperator quidem ex SC. esse potuerit? Ac Josephus quidem, libro XVIII. cap. XI. & Philo in libro de legatione, scripsisse referunt de ea re Petronium Syriæ Præsidem ad Caium, ut aiunt, Imperatorem: cum nec αὐτοκράτωρ Caius fuerit, sed Cæsar & Princeps tantum: nec Petronius ante primum Claudii annum gesserit Syriæ Præsidatum, si mutati sunt magistratus post mortem Caji, ut simile veri videtur. At Josephus autumno scriptas esse litteras perhibet, cum essent agri serendi: Philo, cum essent maturæ segetes: quod si nescivit in Judæa sub Pascha accidere, non ut in Gallia, sub autumnum: quo is loco pariter ac pretio habendus est? Aut si revera sub Pascha intellexit, duplici capite dissidet a Josepho: qui & autumnum adsignat, ut necesse est, ne tota narratio non sibi constet: & satos anno isto agros fuisse, oportet ut neget: quoniam, ut ipse libro

XV.

xv. cap. i. prodidit, annus Urbis Romæ DCCXVII. quo capta fuisse existimat Hierosolyma a Sosio & Herode, Sabbaticus fuit: atque adeo & istum XL. æræ Christianæ, Urbis Romæ DCCXCIII. consectarium est pariter autumno fuisse sabbaticum. Ita cum Philone Josephus, & secum ipse pugnat.

Ad annum Christi XLI.

Quæ hoc anno Josephus de Agrippa narrat.

AGRIPPAM regem, cum venisset casu in Senatum, fuisse delegatum a Patribus ad Claudium, ut hominem deterreret ab imperio capessendo: universo autem Senatu Romano callidiorem unum Agrippam fuisse, atque auctorem e contrario exstitisse Claudio, virum ut se præberet, & Rempublicam occuparet, scribit Iosephus libro XIX. Antiq. cap. III. At idem libro 2. de bello, cap. XVIII. ait Agrippam accitum a Senatu & Claudio, ad Claudium prius se contulisse, mox Claudii nomine ad Senatum. Quæ duæ narrationes nec similitudinem veri præ se ferunt: nam quis credat peregrinum, ditionis barbaræ & satis quidem exiguæ regulum, consiliorum Senatus arbitrum, ac veluti mentem Reipublicæ fuisse? Sed ambæ narrationes tragœdiæ instar habent, quæ & adeo pugnant inter se, ut unicus atque ejusdem cerebri partum esse vix ambas existimes.

Ad annum Christi XLII.

I. *Eumdem esse Herodem, qui tetrarcha & Antipas, & qui Agrippa senior vulgo cognominatur.*

HERODEM istum vulgo Agrippam majorem appellant: eumque diversum ab Herode tetrarcha, cui Antipæ nomen fecere. Verum quem sacræ paginæ Herodem vocant, numquam Agrippam, vel Antipam: quis me reprehendendum putet, si neque ego hunc Agrippam, vel Antipam ausim vocare: sed Herodem vocem: atque a sacro scriptore verbo vel uno dissidere religioni habeam? Nam si fuit alter ex iis Agrippa, alter Antipas, cur non Agrippam & Antipam scriptura sacra nominavit, sicut Archelaum, sicut Agrippam alterum? Si filium Archelaum a patre discriminavit: cur non & alterum similiter a patre filium, ut vulgo existimant, & ab avo nepotem? At unum eumdemque Herodem esse, qui Antipas ac tetrarcha, & qui Agrippa senior falsis cognominibus nuncupatur, si fictis probare testibus juvat, Jedidæus Alexandrinus, (sic enim libuit jocosis hominibus Philonis Judæi nomen occultare Hebraïca dialecto: nam φίλος & φίλων Judaice ידיד est:) Is, inquam, in libello de Temporibus, non alium facit Herodem tetrarcham ab eo quem Antipam, nec ab eo quem Agrippam seniorem, patrem Agrippæ junioris, vulgo eruditi vocant. *Hic autem Herodes Ascalonita*, inquit, *vi regnavit* XXXI. *annis: atque ex beneplacito Judæorum adhuc sex annis. Post ipsum Archelaus filius ejus, novem annis. Post hunc Herodes tetrarcha*, XXIV. *annis. Ego vero Jedidæus Alexandrinus, anno* XXI. *regni ejus, missus sum Alexandria adhuc juvenis, ut oratorem agerem pro fratribus meis Judæis. Post Herodem hunc imperavit Agrippas ultimus* XXX. *annis, usque ad annum hunc ultimum senectutis meæ.* Sed isthæc quoque opella trium vel quatuor paginarum, partus esse creditur, ut quidem nuper didici, improbæ factionis: in quo cum ea tantummodo regum nomina repræsentaret, quæ in sacris paginis continentur, admiscuit simul fabulas & ἀναχρονισμοὺς, quibus & statim hic libellus fidem amitteret, nec satis esse subsidii in sacris litteris, absque Josephi ope, crederetur, ad seriem regum Herodianæ familiæ, usque ad urbis & ædis excidium, perdiscendam.

Majoris ergo nominis ac ponderis testem alium proferamus, quippe quem tirones ipsi quoque vel appellato operis titulo se credant agnoscere. Is igitur in dialogo cum Tryphone, pag. 258. Herodem tetrarcham Herodis prioris filium, regem Judæorum, βασιλέα τῶν Ἰουδαίων, ex successione post Archelaum appellat, illum ipsum Herodem, ad quem Pilatus Christum misit. At in Judæa post Archelaum nemini quidquam regia potestate licuisse proditum est, nisi ei quem Agrippam Josephus, Lucas in Actis Herodem vocat. Ergo quem Lucas in Actis Herodem, & quem Josephus Agrippam nuncupat, ipse est Herodes Herodis F. quem Antipam cognominant, qui prius tetrarcha, postea rex fuit: scilicet si tanti nominis testem audimus: qui Josephum tamen a se lectum fuisse sæpe dicit in Exhortatione ad Græcos: tametsi num idem auctor sit utriusque operis, dubitant eruditi. Æque notum omnibus Panarium est, in quo semel iterumque Herodes Agrippa Magnus appellatur is, cujus anno vicesimo Christus obierit. Piget nihilominus eo teste uti, qui hunc Herodem Agrippam Archelai filium fuisse simul affirmet, vicesimumque adsignet annum pro tricesimo nono. Euthymius denique, cap. XLIII. in Matth. *Et de Jacobo*, inquit, filio Zebedæi, fratre Joannis, *noverunt OMNES, quod ab HERODE TETRARCHA sit interemptus.* Sed de hac Herodiana controversia certioribus vestigiis, quid veri statuendum sit, mox inquiremus.

An error ille autem proxime memoratus, ex eo profectus est, quod primi Judaïcarum Originum similiumque Annalium conditores, cum sacri libri sola præcise Herodiadum nomina suppeditarent, ubi statuendum fuit, qui quave essent inter se cognatione conjuncti, in diversas abiere sententias: eo consilio, ut quidquid posteri de ea re statuerent, id anteoccupasse ex eo grege aliquis videretur? Hi sunt enim omnino, quos sacræ litteræ commemorant.

Herodes, sub quo Christus est natus.
Archelaus, qui pro patre suo Herode regnavit.
Herodes tetrarcha Galilææ.
Herodes, qui Jacobum occidit gladio, ut Acta referunt, Claudii principatu.
Agrippa, qui Paulum perorantem audiit, sub Nerone.

De Herode & Archelao res erat perspicua & expedita. Herodem vero tetrarcham, quoniam ex sacris litteris non liquido apparet cujus sit filius, (nam id ex lapide, nummoque uno constare potest, quorum illi neutrum viderunt:) Archelao alii, alii Herode priore genitum esse censuerunt. Jam Herodem, de quo in Actis mentio est, pars eumdem esse cum Herode tetrarcha pronunciavit: pars istum ab illo discriminavit: verita fortassis, ne si eumdem esse poneret, justo longius ei vitam imperiumque produceret. Quam isti ob causam Aristobulo Herodis F. prognatum istum esse finxere: alii Herode ipso tetrarcha. Agemus inferius de Agrippa.

II. *Herodem regem, quem Agrippam seniorem vocant, nec regem Judææ fuisse, nec Judæum.*

Ceterum Herodes iste, quem dicimus, qui olim tetrarcha, tandem regio donatus est titulo a Claudio Imp. cum jam ab obitu Philippi fratris Ituræam cum Trachonitide adjunxisset Galilææ: atque ob ingentem illam ditionis accessionem Magnus Rex meruit appellari, in vetere inscriptione (si tamen vetus illa ac sincera est,) inferius recitanda. Nec regio tamen jure tenuit idcirco Iudæam, quæ provincia Augusti fuit, ut diximus. Nam & Agrippa Herodis ejusdem in regno successor, tum in eodem lapide, tum in antiquo numismate Magnus Rex pariter,

 ac

ac præterea in isto similiter Φιλοκλαύδιος nuncupatur: quem nihilominus sacræ litteræ negant in Judæa regnasse: siquidem Præsides Judææ, ipso regnante, Felicem & Festum appellant. Neque Herodem igitur ratio cogit ulla credi, eo nomine Magnum Regem fuisse appellatum, quod Judæam titulo regio obtineret. Deinde censum a Judæis exactum fuisse pro fisco Principis sub Præsidibus, Augusti, & Tiberii ævo, annisque saltem decem Claudii postremis, in confesso est: nec fisci hujusce calumniam ante Nervæ principatum fuisse sublatam. Herodem hunc igitur Judæa regem non habuit: cum si regem habuisset, non fisco Principis isto anno censum, sed vel regi suo, vel nullum omnino penderet: remissumque a Claudio fisci jus vel Plinius commemoraret, vel nummi docerent.

At a sancto Luca in Actis cap. XII. regia dici videtur Hierosolymis potestate usus, ubi res gestæ anno sequente commemorantur. *Misit Herodes rex manus, ut affligeret quosdam de Ecclesia*, Hierosolymitana scilicet. *Occidit autem Jacobum fratrem Joannis gladio. Videns autem quia placeret Judæis, apposuit ut apprehenderet & Petrum ..... Postea descendens a Judæa in Cæsaream, ibi commoratus est.* Næ si ex illa oratione, ut nuper quidam affirmabat, occasionem Josephus arripuit confingendi regnum Herodis, sive Agrippæ majoris, ut appellat, in Judæa, næ sua illum egregie frustrata conjectatio est. Neque enim jus Herodi fuisse in cives Hierosolymitanos sanctus Lucas innuit, sed tantum in *quosdam de Ecclesia*: nempe in Petrum, Jacobum, aliosque similes, suæ ditionis homines Galilæos. Quo utique jure ad eumdem, cum tetrarcha tantum esset, & *Hierosolymis* pariter commoraretur *illis diebus*, *remisit* Christum Dominum Pilatus, *ut cognovit quod de Herodis potestate esset*: testatusque postea est ab Herode *nihil dignum morte actum esse ei*: quod jus illi vitæ ac necis in Galilæos esse intelligebat, ubicumque terrarum forent. Ex eo igitur capite, quod Hierosolymis Herodes rex *afflixerit quosdam de Ecclesia*, perperam confictum est Hierosolymis Herodem regnasse: cum præterea, ut dictum est ad annum 8. nulla provincia semel in jus Augusti devoluta, regiæ postea fuerit obnoxia potestati.

Nec proselytum autem similiter illum fuisse, nec Judæum, Lucas aperte declarat: qui eum non studio propriæ religionis impulsum, sed *quia placeret Judæis*, vulpem callidam, ut a Servatore nuncupatur, bellum Christianis indixisse narrat. Sicuti enim ut placeret Cæsari, se Φιλοκλαύδιον cognominavit: ut placeret Pilato Præsidi, qui *nullam invenisset in Christo causam*, *nihil* quoque *dignum morte egit ei*, quem prius voluerat *occidere*: sic ut *placeret Judæis*, alios ex Apostolis interemit, alios contrusit in carcerem.

Argumento præterea est vox illa Joannis Baptistæ ad Herodem tetrarcham: *Non licet tibi habere uxorem fratris tui*, defuncti scilicet, quamvis Josepho secus sentiente. Nam γυναῖκα fratris, Levitici XVIII, 16. dici in Lege eam, quæ non sit amplius viro subjecta, eruditi in sacris litteris norunt: & e palatio atque ipso toro regali invitis maritis regibus abduci principes feminas incredibile est, ac fere ἀδύνατον. Et Josephum hac parte redarguit Isidorus Pelusiota dictus, libro IV. epist. XCVI. Quod non liceret ei igitur uti prærogativa legis, Deut. XXV, 5. nec habere uxorem fratris sui Philippi, causa est facilis & expedita: tum quod filium superstitem Philippus reliquerat; tum quod etiamsi nullum reliquisset, solos ea nimirum exceptio Judæos spectaret, non item gentiles: cum, Baptista idoneo interprete, omnes mortales, ipsique post Evangelium prædicatum Judæi, absque legitima dispensatione, lege tenerentur allata, Levit. XVIII, 16.

Quorsum ergo, inquiet aliquis, Hierosolyma sub Pascha singulis annis Herodes tetrarcha se conferre solitus est, si Judæus non fuit, aut proselytus? Nam eo statis illis diebus ventitasse ex sacris litteris haud obscure colligitur. Illud nimirum in causa fuit, quod est in sacris ipsis monumentis proditum. Multi *gentiles ascendebant* in Jerusalem, *ut adorarent in die festo* Paschæ, quod Joannes in Evangelio testatus est, cap. XII, 20. Fuisse autem illos e Galilæa præsertim, recte vidit Græcus commentator in Joannem, pag. 700. sive illi Platonicæ, sive alteri sectæ essent addicti: qui nempe μοναρχίαν, ut verbo ejusdem utar, hoc est, unum Deum singularem colerent, tametsi ethnicis adhuc superstitionibus erroribusque impliciti. Enimvero *ex his quidam accesserunt ad Philippum, qui erat a Bethsaida Galilææ*, nempe ad Galilæum hominem conterraneum Galilæi. Ex eo igitur numero qui Hierosolymam tunc venirent, fuisse Herodem, Lucas est auctor, cum in Evangelio, tum in Actis: religionis autem vel obtentu, vel minime ficto officio id fecisse, idem Lucas cum Joanne compositus docet: nam ille adventum Herodis in urbem feriis Paschalibus, iste quæ tunc causa foret gentilium adventus in urbem sacram, perspicue aperit.

Hominis denique totiusque Herodianæ familiæ superstitionem haud obscure prodit illa commoratio in urbe Cæsarea, *in prætorio Herodis* cognominato, atque adeo in suo domicilio, extra Judæam: sed & in eo oppido, quod Herodes Archelai pater, in confinio regni sui, hoc est, Samariæ, solo a Romanis adsignato, condiderat, ut ibi collocaretur statio præsidiaria militum Romanorum, Act. X, 1. & tribunal Præsidis Provinciæ, Act. XXIII, 24. XXV, 6. Quod si ex domo quæ domini religio sit, minime fallax aut dubia conjectatio est: quis de Herodis superstitione ambigat, qui norit Cæsariensis civitas quantopere esset falsorum numinum addicta cultui, ut & nummi testantur, & illa civium adulatio, de qua sacræ litteræ prodidere, dum Herodes concionaretur pro tribunali, populum acclamasse, *Dei voces & non hominis?*

III. *Cæsaream Palæstinæ ab Herode rege Galilææ hoc anno fuisse conditam.*

Narrat Josephus, libro I. de bello Jud. cap. XVI. aliique eum secuti, Cæsaream Palæstinæ ab Herode priore fuisse conditam: falso. Verba hæc sunt Plinii, libro V. sect. XIV. *Stratonis turris, eadem Cæsarea, ab Herode rege condita.* At Herodes prior non est in nummis βασιλεὺς, sed ἐθνάρχης tantum; nec *reges* appellat Plinius, quoscumque Judæa reges vocabat; sed qui dumtaxat βασιλεῖς inscriberentur in nummis: nec obscure Plinius significat, dum dicit tantum, *ab Herode rege*, unicum fuisse in Palæstina regem, Herodem nomine; Herodem alterum, ethnarcham dumtaxat, non regem fuisse. Ex libris sacris, Act. XII, 19. & ex nummis antiquis, apparet Herodi regi illi paruisse Cæsaream, qui fuit primum Tetrarcha, deinde Rex Galilææ: item Agrippæ regi Galilææ, ex nummis, ac fortassis etiam ex Act. XXV, 13. Herodi autem regi Judææ, sub quo Christus est natus, paruisse Cæsaream, neque sacræ litteræ, neque nummi veteres produnt. Ergo hoc anno, quo æra Cæsareæ incipit, conditam fuisse eam, nemo prudens negaverit, hoc est, muris cinctam, & palatio exornatam.

Ad annum Christi XLIII.

I. *De obitu Herodis, quem Agrippam vocant.*

HUJUS exitum refert Lucas in Actis cap. XII, 21. his verbis. *Statuto autem die, Herodes vestitus veste regia, sedit pro tribunali. . . . Confestim autem percussit eum Angelus Domini . . . . & consumptus a vermibus exspiravit.* Longe aliter a Josepho

pho res ea narratur: quo consilio, satis indicavimus ad annum Christi VIII. nempe ut sacer scriptor non historicam veritatem, sed allegoricum secutus scribendi genus credatur. Et Eusebius quidem, libro 2. cap. x. miram dicit Josephi hoc loco cum sacra scriptura consensionem esse. Oculi judicent.

II. *De Herode Chalcidico.*

Ut Φιλοκλαύδιος nescio quis Herodes Chalcidicus appelletur, quæ vel ratio vel auctoritas cogat, non satis apparet. Neque enim hujus rei testis omnino ullus, nullum idoneum documentum, nulla causa prorsus afferri potest. At Herodi illi, qui tetrarcha primum, deinde rex fuit, hunc titulum adserunt ea, quæ in descriptione nummorum attulimus argumenta. Quid si autem non tantum nullus Herodes Chalcidicus, sed neque regnum Chaldis ullum fuit? Nam *regio* quidem *fertilissima Syriæ Chalcidene* a Plinio nuncupatur, nempe in Syria Cœle, supra Decapolitanam regionem & Damascum: situ nunc tamen obscuro & ignoto. Plinius enim certe regiones ac populos Syriæ Cœles elementorum ordine recenset, lib. v. sect. XIX. ceteri vero scriptores, etiam ii qui Plinio vetustiores vulgo creduntur; cum in illis quidem Plinii verbis allatis idoneum sibi visi sint tractum reperisse regno statuendo, iidem tamen inter se de situ Chalcidis adeo discrepant, ut conciliari posse, nisi geminam poneret Chalcidem, vir eruditus non putarit, quamvis unicam singuli eorum agnoscant.

Ad annum Christi XLIX.

De Felice Præside.

Jam ab hoc anno Felicem Judææ Præsidem sive Judicem fuisse statuimus hoc uno argumento, quod Paulus in Actis cap. XXIV, 10. sic eum compellat anno æræ Christianæ LVII. *EX MULTIS ANNIS te esse judicem huic genti sciens*, &c. Ac si Josepho credimus, Pilatus annis decem gessit hunc magistratum. Decennium igitur pariter Felici ante illum annum, adducti his Apostoli verbis, haud temere adsignamus. Neque enim ille profecto post tres dumtaxat annos elapsos diceret, *ex multis annis*. Tamen Chronicon vetus Felicem Judææ Procuratorem statuit anno 50. Tacitus anno 52. ac simul Procuratorem Galilææ Ventidium Cumanum, libro XII. Annalium, cap. LIV. At Josephus, tum libro XX. Antiq. cap. v. tum libro 2. de bello Judaïco, cap. XXI. Ventidium facit Galilææ ac Samariæ cum Judæa procuratorem, cui in exsilium deportato Felix successerit anno 52. Certe si ambo simul, diviso inter se magistratu in eo tractu fuere: hoc est, si alter Judææ ac Samariæ impositus fuit, nempe Felix: Galilææ alter eodem tempore, nempe Ventidius Cumanus, ut Tacitus refert: tota Josephi narratio, quæ est prolixa admodum locis allatis, fabulis adnumeranda est. Utri autem potior habenda fides est, an verius neutri? cum uterque & sacris codicibus refragetur, ubi Felicis in Judæa magistratum angustiore temporis spatio circumscribit: & cum ratione pugnet usuque civili, ubi Galilæorum nationem paruisse Cumano, Romano magistratui, refert, quæ uni suo regi Agrippæ debuit esse obnoxia.

Ad annum Christi LI.

I. *Herodem, de quo in Actis sermo est; falso Agrippam cognominari.*

Nummum quidam nuper edidit ita inscriptum: ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓΑΣ ΑΓΡΙΠΠΑΣ ΦΙΛΟΚΛΑΥΔΙΟΣ, capite diademato.)(. ΚΑΙΣΑΡΙΑ Η ΠΡΟΣ ΤΩΝ ΣΕΒΑΣΤΩΝ Μ. Hoc est, ipso interprete: *Καισάρεια ἡ πρὸς τῶν Σεβαστῶν μεγάλη, Cæsarea ab Augustis Magna.* Et nummum ille refert ad Herodem, ut appellat, Agrippam, cujus exitum narrat sanctus Lucas in Actis, cap. XII. hoc est, anno Claudii Imp. tertio. At sapiens nemo, mea quidem sententia, animum induxerit ut credat a sacro scriptore Herodem regem appellari potuisse, ut diximus, quem nummi Agrippam regem vocarent. Nam usitatiore ac notiore vocabulo designatum ab ipso fuisse principem, nemo sanus ambigat: usitatius autem ac notius illud nomen est, ni fallimur, quod nummi repræsentant. Quem igitur sacræ paginæ Herodem vocant, istum alio quam Herodis nomine designatum quoque in nummis, nemo nisi temere existimaverit.

Eccur autem aliter a sancto Luca, a Josepho aliter nuncupatur? Afferam hoc loco non inanis quidem semper conjectoris, sed nunc tamen plus justo fortassis suspiciosi, ingenioque nimium indulgentis hominis conjecturam. Accipiet quisque, ut volet. Deprehendit ille, ut quidem mussitabat nuper nobiscum, cœtum certorum hominum ante sæcula nescio quot exstitisse, qui historiæ veteris concinnandæ partes suscepissent, qualem nunc habemus, cum nulla tunc exstaret: sibi probe notam illorum ætatem atque officinam esse: inque eam rem istis subsidio fuisse Tullium, Plinium, Maronis Georgica, Flacci sermones & epistolas: nam hæc ille sola censet, quod vereor ut cuiquam suadeat, ex omni Latina antiquitate sincera esse monumenta, præter inscriptiones admodum paucas. E ceteris scriptis monumentis, qui hodie valde sudant, ut conciliatis quanta licet ingenii vi sententiis, inter se plerumque dissidentibus, historiæ corpus unum integrum repræsentent, eos sibi videri aïebat ex pluribus fabulis novam alteram velle fabricari ac scite concinnare, secum omni ex parte aptius cohærentem. Addebat illis annalium architectis majori fuisse adjumento magnam nummorum antiquorum, quam diligentissime congesserant, suppellectilem. Horum potestatem in primis fuisse penes totius consilii principem ac primarium operis architectum: cui, propterea quod ut thesaurum draco, sic ille nummos in arca incredibili solicitudine custodiret, nec nisi parce admodum eorumdem usum conspectumve ceteris impertiret, jocose sodales geminum SEVERI ARCHONTII nomen fecere: alterum Latinæ consuetudinis, a morositate: Græcum alterum, ab eo; quem inter eosdem gereret, veluti magistratu. Tamen illis artificibus multo minorem numismatum veterum copiam, quam nostræ huic ætati fuisse aïebat, Græcorum præsertim: & Latinos, quos in manibus habuit, ut in præpropero opere usuvenit, præpostere sæpenumero intellexisse. An enim, exempli gratia, si Josephus vidisset nummum ΗΡΩΔΟΥ ΕΘΝΑΡΧΟΥ cum lilio Phaselitico, diceret agrum Phaseliticum coli cœptum fuisse post annum V.C. DCCXLIV. ut diximus suo loco: cum prius dixisset anno V.C. DCCXIV. tetrarcham Herodem dici desiisse, ut rex deinceps appellaretur? Minime sane. Videret enim cum Phaselitico lilio adhuc ethnarcham vocari. Itaque nec anno uno tetrarcham Herodem exhiberet, sed aliquot annis ethnarcham: nec Phaseliticum agrum primo excultum referret, tanto post tempore quam rex est salutatus. Uno verbo ἀναχρονισμὸν annorum fere viginti vitaret. Similia esse sexcenta istorum hominum σφάλματα, aïebat ille, ex penuria nummorum Græcorum orta: nec pauciora autem ex iis quos in manibus habuere perperam intellectis. Atque hujus dicti in Agrippa ponebat exemplum. Nam cum illos vel una nummorum, qui Agrippæ nomen ferunt, dissimilitudo admoneret Agrippam geminum exstitisse: & utrumque statuerent ante ex-

cidium

cidium Urbis esse collocandum, quoniam urbe excisa regnum Judæorum defecisse, quod Agippæ detulerant, credi vellent: fingi oportuit, Herodi, de quo sermo in Actis, cognomen Agrippæ fuisse: atque ita finxere. Nam ab anno Claudii quarto, quo & priorem Agrippam obiisse, & successisse ponunt alterum juniorem Agrippam, usque ad urbis cladem, plane sunt anni sex & viginti, quot omnino in vetere Chronico Agrippa posterior regnasse perhibetur. In quo dissidet a Josepho: qui quoniam ultra annum XXI. ET. KA. BA. ΑΓΡΙΠ. nummos Agrippæ nullos haberet, finem illius quidem, ut iste, circa eversionem urbis, sed primordia maluit anno tantum XXI. ante eam excisionem figere: quæ res posteris crucem fixit, decertantibus inter se, utrius standum sententia sit, de Agrippæ initiis. Nam de fine inter veteres adeo convenit, nemo ut unus post urbem deletam, nec Josephus ipse, vel quisquam alius Agrippæ annos aut facta ulla commemoret, præter Justum Tiberiensem unum: qui, si fuit, annos Agrippæ usque ad initia Trajani protraxit. Sed effecere ipsi, nemo ut e posteris non hunc hominem φιλοψευδῆ ac nullius præ Josepho fidei esse statueret, a quo scilicet tantopere discreparet. Ea causa esse inter ceteras huic quem dixi homini videbatur, quamobrem quem sanctus Lucas semper Herodem, numquam Agrippam vocat: hunc vice versa Josephus, ut vel idem gemini nominis fuisse, vel Lucas errasse crederetur, semper Agrippam, ac ne semel quidem Herodem appellet. Annon enimvero ex eo cœtu, pergebat idem rogare, censendus ille est, qui cum paulo posterius scriberet, & animadverteret hanc suorum cum sancto Luca pugnam atque ἀντιλογίαν, difficilemque præterea, ac sine exemplo, illis præsertim temporibus, duorum istorum nominum in uno homine consociationem: idcirco pari audacia atque improbitate sacrum verius scriptorem, quam Josephum sociosque, venire pronunciavit in suspicionem erroris? Ἡ ἐν διαφωνίᾳ, inquit, τῦ ὀνόματος ἐνταῦθα τὸ λέγειν ἀντὶ Ἀγρίππα Ἡρώδην, ἢ κατάσφαλμα, ὡς εἰκὸς, γραφικὸν γέγονεν, ἢ κατὰ διωνυμίαν εἴρηκεν. Certe quidem Herodes Agrippa tam dici illo ævo quispiam potuisse videtur, quam Alexander Philippus, vel Ptolemæus Demosthenes.

Sed suas sibi habeat noster ille conjectationes: easque, cum volet, viderit quomodo sit defensurus: nobis enimvero alia nunc argumenta suppetunt: nec valde refert in præsenti nosse, sive qui sint fraudis istius architecti, dum de fraude interim, vel errore, constet: sive an illa causa fuerit Herodis Agrippæ cognominandi, an verius altera, quam indicavimus ad annum Christi octavum: an ambæ conjunctim. Quid quod enim si Herodi Chalcidico tribui nummum oporteat inscriptum, ΗΡΩΔΗΣ ΦΙΛΟΚΛΑΥΔΙΟΣ, hoc ipsum argumento est haud improbabili, non esse Agrippam seniorem eum, qui ΑΓΡΙΠΠΑΣ ΦΙΛΟΚΛΑΥΔΙΟΣ in altero inscribitur? cum præsertim arrogans ac superba nimis ea appellatio videatur, in Chalcidis, hoc est, in agri perexigui regulo, si quis fuit. Certe Spanhemius, ceterique viri eruditi, qui nummos inscriptos ΗΡΩΔΗΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ & ΗΡΩΔΗΣ ΦΙΛΟΚΛΑΥΔΙΟΣ Agrippæ seniori tribuunt, numquam alterum hunc Agrippæ nummum, ΑΓΡΙΠΠΑΣ ΦΙΛΟΚΛΑΥΔΙΟΣ, eidem Herodi adscribent. Quid ita? quoniam nullo suaderi potest exemplo, ut quisquam in nummis nomine nunc uno, nunc altero, sit appellatus. Geminum ei nomen si fuit: non alterutrum pro arbitratu, sed vel utrumque: vel, si alterum ex his unum, semper idem apparet. Severus Pertinax, exempli gratia, numquam solo Pertinacis nomine designatur: sed vel utroque, vel solo Severi. Herodes igitur qui semel dictus in nummo sit, dici Agrippa in altero non debuit, sed Herodes tantum, vel Herodes Agrippa.

II. *De regis Magni cognomine, in Agrippæ nummo.*

At Agrippa Magnus, inquit is qui nummum vulgavit, ut in nummo, sic etiam a Josepho appellatur. Prior igitur intelligi debet is, quem Lucas Herodem nuncupat, non sequens. A Josepho autem? quo loco? Nempe libro XVI. cap. VII. ubi mentio Herodiadis. Ἀγρίππα δὲ, inquit, ἀδελφῆς τῦ μεγάλυ. Taceo nunc quidem de Josephi ac sodalium solœco Ἀγρίππα, quod etiam in codicibus mss. legitur, pro Ἀγρίππα, ut nummi exhibent ipsius Agrippæ, qui cum vixisse vult videri. Quid si magnum Agrippam dixit ille, ut ex eo grege alii, quo sensu nos Galli dicimus interdum, *le grand Agrippa*, pro majore natu e duobus? Certe eo significatu μέγαν in nummo scribi nemo sobrius dixerit. Et est inepta ista quidem locutio, nec ferme hominis qui Græce nisi sub Gallico cælo didicerit, aspergatque idcirco sermoni Græco subinde Gallicæ nonnihil dialecti. Sed tamen ille capite subsequente ita est de Druso majore locutus: Ἀντωνίᾳ τῦ Δρύσυ τῦ μεγάλυ γυναικί. Quid si igitur quem Hebraice nescivisse, cum se Hebræum profiteatur, SALIANUS noster ostendit, Græce idem haud multo peritior fuit? Alia quidem sententia mox idem subjicit, φύσει δὲ μέγας ὢν Ἀγρίππας, καὶ δωρεῖσθαι πολυτελής. Sed neque istud prodest ad Magni cognomen: quod si Agrippa gessit, postponi nomini oportuit, non præponi: ut esset Ἀγρίππας μέγας, quemadmodum Pompeïus Magnus, non μέγας Ἀγρίππας. Sed scriptum est in nummo rectissime Βασιλεὺς μέγας, ut sit Rex Magnus, non Magnus Agrippa. Nam interest plurimum quo vox ea loco ponatur, ut recte intelligatur, quæ vis ei potestasque subsit. Alia Regis Magni, alia Agrippæ magni appellatio est. Illa enimvero a perampla ditione peti solet, ista a rebus præclare gestis. Rex Magnus Agrippa, perinde atque decessor Herodes fuit, ob geminam ditionem, quæ pariter potitus est, Galilæa scilicet ac Philippi tetrarchia: sed idem Agrippa Magnus cur dicatur, nihil causæ est. Et ille quidem perturbata supremo Neronis anno Republica, atque ex turbidis imperii rebus majores assumens spiritus, nummum suo vultu ac nomine impressum signare, quod priores ante se reges reformidassent, absque Cæsaris vultu vel nomine, ausus est: in qua se ille Magnum Regem appellaret. Sed brevi repressa ea audacia est. Nam a Vespasiano ita redactus est in potestatem, ut non aliam singulis annis, quam Flaviorum nomine ac vultu impressam monetam cudere ei fas esset, suo vero dumtaxat nomine in area nummi aversa, non etiam vultu: quod est haud leve minimeque obscurum indicium imminutæ pariter potestatis. Atque hæc e summo honoris gradu dejectio, quantum ad jus monetæ spectat, perseveravit in filio, Agrippa juniore: quantum ad regnum attinet, major fuit. Fuere autem Judaïcæ historiæ scriptori hæc omnia penitus ignota.

III. *De titulis Cæsarea, in Agrippæ nummo.*

Sed de antica parte nummi hactenus, quid de postica? *Cæsarea ab Augustis Magna*, Latinæ aures non ferunt: quanto Græcæ minus, ἡ πρὸς Σεβαστῶν μεγάλη? At *subauditur*, inquit, *appellata*. Sic nuper Valens in quodam Augusti nummo, CONS. S.C. OB. R. P. CONS. quod est, *Conservatori suo clypeum ob Rempublicam conservatam*: legit, *consecrata senatusconsulto*; *subauditur*, *statua*. Quod cum ei objectum est, modeste siluit. Tales subaudiri voces nemo alterutrius linguæ peritus, aut in nummis lapidibusque versatus dixerit. In tam paucis certe vocibus eam

eam esse vim voculæ παρὰ, ut significet Latine *ab*, quo quis exemplo adstruat? Non παρὰ Græci profecto, sed ὑπὸ scribant. Quid deinde fiet nummo alteri simillimo sub Nerone, in quo non παρὰ sed πρὸ tantum legitur: ΚΑΙΣΑΡΙΑ Η ΠΡΟ ΣΕΒΑΣΤΩΝ L. ΙΔ. Num loco παρὰ in nummo scribi πρὸ quisquam putet posse? Quorsum deinde ab Augustis Magna appelletur? Amplitudo enim civitatis, non voluntas aut gratia Principum, hoc nomen adserit. Et ab Augustis profecto potius dicatur Augusta, ὑπὸ σεβαστῶν σεβαστή. Nam illud nomen habet in nummis quamplurimis: Magnæ contra appellatio nusquam apparet, cum sint nummi Cæsareæ permulti obvii: in quibus & Augusta, & Flavia, & Felix cognominatur: Magna ne semel quidem, vel in nummo, vel in lapide, vel apud ullum scriptorem etiam fictum. Statimne ut accepit, Magnæ nomen amisit? Si *ab Augustis* accepit, cur nullus ante Neronem nummus Augustorum, nullus post ipsum Magnam appellat? Hyperaspistæ crede, qui Prima Cæsarea cur sit appellata, primus aperuit: qui & Samariam epochamque Samariæ ex simili nummo ablegandam, reponendamque Cæsaream admonitu nostro primus edocuit. Prima Cæsarea Augusta igitur dicta est, quod ante alias civitates Cæsareæ Augustæ nomen habuit: sicuti postea eadem Prima Flavia, quod ea colonia prima Flaviæ cognomen obtinuit.

Primatum Judææ, ut loqueris, quisquis es, cum Palæstinæ primæ potius dici oportuerit, si habuit a Vespasiano: dic, amabo, quid aliud ille primatus ibi fuit, præter honorem metropoleos? Metropolim appello, sedem Præsidis Provinciæ. Quæ tunc autem civitas posset de primatu Judææ cum Cæsarea contendere? An Hierosolyma? quæ funditus eversa. An Cæsarea Paneados? quæ longissime dissita in Decapolitana regione. Atqui multo antea apud Cæsaream Palæstinæ sedem fuisse ac *tribunal* præsidis Judææ, constat ex Actis cap. XXV. versu 1. & 6. aliisque locis. De primatu quod narras urbes inter se disceptasse, profer ejusmodi litium, si tamen fuere, vel unum in omni Syria exemplum: nullum est. At metropoleos vocabulum in multis Cæsariensium nummis omittitur. Primum, at & in multis apparet: cur non sit & in isto? cum prima vocis littera integram vocem aut exstitisse, aut intelligi debere admoneat. Fac ablatam fuisse a Vespasiano, quod temere affirmatur, metropoleos prærogativam, eamque sero restitutam: fruebatur ergo prius eo honore civitas: haberi enim necesse est quod aufertur. Denique nummi Τιβεριέων & Σεπφωρηνῶν in eodem tractu carent ea voce: quam tamen utramque civitatem Galilææ metropolim Josephus ille tuus appellat: cur non & de Cæsariensium nummis idem statuatur? Sed vide quam sim æquus. Nec *Magnam* volo Cæsaream, nec *Metropolim* his temporibus dictam fuisse. Neque enim, ut legisti, & alios legere jussisti, in nummis istis Neronis & Agrippæ est, Μ....... ΚΑΙΣΑΡΕΙΑ: sed quantum in uno certe fugientes assequi litteras potui, ΚΑΙΣΑΡΙΑ ΠΡΟΣΕΒΑΣΤΩΝ ΜΕΝΙ: quæ sunt obscura, nec *Magnam* aut *Metropolim* denotant.

At certe non in una parte civitatis coloni fuere Romani, qui Latine: in altera indigenæ, qui nummos Græce cuderent: &* *quod de distinctione indigenarum fingit Eumenius, nugæ.* Strabonem tu forte pluris, quam ego, facis: at ille tamen tuo judicio nugator, qui discrimen illud colonorum & indigenarum disertis verbis prodidit, de Heraclea & Sinope, libro XII. pag. 542. & 546. Neque enim angustiæ hujus loci sinunt, ut ex nummis Καπιτωλιέων, aliisque, nunc ea res multo certius comprobetur: quod in Chronologia Severi fiet. Si Narbone positam inscriptionem, quæ describitur a Grutero, pag. CCXIX. sinceram putas, dic nugatos pariter fuisse Narbonenses illius ævi, qui colonos ibi ab incolis septies secernunt ac separant. Nolim hic ego tamen tale patrocinium opponere, cum probe norim spuriam illam ac recentem inscriptionem esse. Cujus generis esse quamplurimas qui nesciunt, quam inani se labore vexant, cum in iisdem illustrandis multum temporis, operæ, chartæque consumunt? Nam quod est, exempli gratia, operæ pretium in Cenotaphia Pisana grande volumen elucubrare, si sint ea Cenotaphia ab aliquo sat strenuo artifice conficta: ut certis argumentis in Chronologia Augusti ex nummis, Deo donante, docebimus? In hanc primum partem eruditionis, quam κριτικὴν Græci vocant, incumbere par est eos, qui prodesse sibi sua studia ac ceteris velint. Incredibile enim ac simile portenti est, quantam falsorum scriptorum segetem, de rebus tum sacris tum profanis, exsecranda & detestabilis una quædam, ut ceteras sileam, ante annos fere quingentos, officina effuderit: quanta sit e diverso, ut auri ac gemmarum, ita genuinorum operum paucitas. Aurum igitur a stipula plumbove secernere, hoc opus, hic labor est. Sed de hac re alias copiosior erit atque opportunior, si Deus dederit, disputandi locus.

Ad annum Christi LXVIII.

Cur nummi Ascalonis & Gazæ, quæ sunt oppida Palæstinæ, a nobis fuerint prætermissi.

HOC anno, qui quartus decimus Neronis est, ab autumno anni superioris, ut in gemino Neronis nummo notatur, quem ad hunc annum descripsimus, Ascalonitæ perinde atque Cæsarienses Neronis partes secuti nummum cuderunt, in quo annum æræ suæ CLXXI. apposuere, ab autumno superiore pariter incuntem: in altera nummi area vultum Neronis laureati, cum sola voce ΣΕΒΑΣΤΟΣ, ut peculiaris mos fuit illius civitatis, absque Neronis nomine. Sed istum Ascalonis nummum, aliosque ibidem sub Augusto & Domitiano percussos in hac lucubratione consulto prætermisimus, quod in titulo Nummos duntaxat Herodiadum polliciti sumus: ad Herodianum autem regnum Ascalo numquam pertinuit. Fuit enim, teste Plinio, *oppidum Ascalo liberum*, sociumque Populi Romani, jam ab anno V. C. DCL. sub autumnum. Atque hæc causa illius æræ fuit, ut dicemus, vel in Augusti, vel in superiorum temporum Chronologia: non quam Norisius attulit, levibus admodum conjecturis, pag. 435. & 436. Salomæ quidem (non *Salomi*, ut dixit Norisius σολοικίζων, pag. 437.) Cæsar largitus esse dicitur Ascalone palatium, Καῖσαρ χαρίζεται ϗ τὴν ἐν Ἀσκάλωνι βασίλειον οἴκησιν, apud Josephum, libro XVII. Antiq. cap. XVII. τὰ ἐν Ἀσκάλωνι βασίλεια, libro 2. de bello, cap. IV. Regiam istam autem in eo oppido fuisse ab Herode ædificatam Norisius auguratur, sed sine teste. Nam ipse Josephus libro 1. de bello, cap. XVI. Rufino, ut aiunt, interprete: *Apud Ascalonem vero*, inquit, *Nymphæa, sive lacus ornatissimos, & balneas, item peristylia tam opere quam magnitudine miranda constituit.* De regiis ædibus verbum nullum facit. Amicam Herodi civitatem idem Norisius fuisse asseverat, qui Ascalonitam Herodem existimat: nec meminit a Josepho dici eam civitatem fuisse usque ad Vespasiani tempora Judæis semper invisam, libro III. de bello, cap. I. ἀεὶ διὰ μίσους Ἰουδαίοις γεγενημένην. Verius, neglecto Josepho, βασίλειον Ascalone nullum Salomæ datum: neque in civitate libera ac socia populi Romani quidquam donare Cæsar cuiquam potuit. Merito igitur dilati sunt a nobis in aliud tempus nummi Ascalonis. Tamen de symbolis, quæ in nummis occurrunt sub Augusto, Nerone, & Domitiano percussis, nunc dicemus obiter cursimque, quoniam & aliquid habent

affine cum Herodiano nummo anni V.C. DCCXVIII. & eadem conatus exponere vir eruditus, affert dumtaxat ex Diodoro Siculo fabulam: sed nihil ad rem. Nec vero fere Diodorus ipse nisi somnia narrat. In Ascalonitico igitur nummo Dea turrito capite Genius est civitatis, ut omnes norunt: dextra hastam puram tenet, symbolum potestatis, seu jurisdictionis: sinistra arbusculam Cypron, cujus e semine confectum fuisse oleum, Ascalone præsertim, maximæ commendationis ac famæ, Plinius auctor est, libro XII. sect. LI *Cypros in Ægypto est arbor zizyphi foliis, semine coriandri, candido, odorato. Coquitur hoc in oleo, premiturque postea, quod Cyprus vocatur. Optimum habetur e Canopica, in ripis Nili nata: secundum ASCALONE JUDÆÆ: tertium Cypro insula, odoris suavitate.* Sic in Herodis ethnarchæ nummo lilium Phaseliticum deprehendimus, cum uva ex agro Engaddi. Sic Cyrenenses, quod nemo ignorat, silphium in suis nummis sculpsere: sic alii alios frutices, qui essent apud se in pretio. Ara lateri dextro Deæ apposita, vota significat pro salute Augusti suscepta: columba denique, præsidem Ascalonis Deam, Venerem Cypriam indicat: quod numen ibi fortassis in honore, ob cyprum, quæ ibi in pretio fuit: aut verius, propter ingentem in eo tractu columbarum frequentiam, de qua Philo legendus apud Eusebium, libro VIII. Præpar. Evang. cap. XIV. pag. 398.

De Gazensium nummis cur hic sileremus, major etiam quam de Ascalone causa fuit: nulli enim Gazenses hac ætate occurrunt quam describimus, ut neque Καπιτωλιῶν, quos esse Hierosolymitanos, Norisio nequicquam refragante, docebimus in Severo: neque Raphiensium. Nummos Gazenses igitur in Hadriani potissimum Chronologia repræsentabimus: ubi illius oppidi æram, a nobis recte positam fuisse anno V. C. DCXCI. a Norisio perperam reprehendi, & in annum DCXCIII. male conjici, defendemus. De Gaza interim taciti præterire ac sine censura non possumus, quod ait Josephus, uti jam indicavimus, traditam Herodi ab Augusto Cæsare fuisse eam civitatem. Daret Cæsar Herodi civitatem liberam? Liberam enim suique juris Gazam fuisse, non Josepho, sed nummis credimus, qui Gazensium libertatem societatemque cum Populo Rom. atque ejusdem societatis annos a Pompeii victoria & M. Tullii Consulatu, etiam sub Antonino Pio, oculis nostris exhibent. Daret Cæsar civitatem non a se expugnatam? sociam jamdudum Populi Romani inconsulto Senatu P. Q. R. civitatem daret? An istud ille auderet primo ipso sui principatus anno? an Senatus ferret? Perinde quasi ea largitio in potestate Cæsaris foret: cui non magis licuit donare vel unum, sive conjunctum fœdere ac societate oppidum, sive stipendiarium, aliove nexu jam Populo Romano obnoxium, quam hac nostra ætate istud licet aut Reipublicæ Venetæ Duci, aut Principi Belgii fœderati, in jussu Senatus, vel Ordinum. Neque enim Cæsares fuere illis præsertim temporibus veluti dynastæ, dominique imperii: sed Imperatores tantum & Augusti: hoc est, summi Administratores belli gerendi, & Principes Senatus.

Ad annum Christi LXIX.

Πάρεργον. *In re nummaria quis censeri debeat eruditus.*

SPANHEMIUS pag. 864. ex Seguini Museo hunc ipsum Domitiani nummum affert, & Tito adjudicat. Hic si quis Viro Clarissimo ac pereruditо litem moveat, eumque imperitiæ arguat, aut nummum illum, de quo pronunciat, neget contrectasse, quod in vultu aberrarit, neque epigraphen ΔOMIT. oculis perspexerit, quæ nobis conspicua fuit: næ ille omnium judicio ineptissimus sit. Neque enim peritus ille habendus est in re nummaria, qui bene litteras nummo insculptas legit, sed qui lectas bene intelligit. Tu rectius forte legis in tuo nummo, quam ego in meo: Dos hæc est, vix fortassis oculorum, nedum ingenii tui: sed vel dioptræ, vel nummi ipsius, qui magis integer & magis conspicuus ad te pervenit. Ergo inter peritos rei nummariæ eodem tu esto loco & gradu, quo inter eruditionis magistros censeri fas est bibliopolas complures: qui quos libros divendunt, horum legere titulos norunt, intelligere non norunt. Quod si vel Spanhemius vel similis Spanhemio alter, in paucis quibusdam legendis nummis aberret, de his autem quos probe legerit, disserat erudite ac scite: tu interim nullum intelligas, etiam cujus litteras omnes conspicuas syllabasque videris: uter amborum, quæso, peritior? Quod si alius similis tui Samariticos characteres, non quidem per se ipse legerit, (nam est perinde atque ego sum, quamquam Hebraica docui publice, in Samariticis ἀναλφάβητος:) sed si alio præeunte Samariticos in nummis characteres quidem legerit: ignarus interim, nam ita palam profitebatur, qua causa nummi Samaritice essent inscripti: alter vero statim aperuerit istud arcanum brevi pagina, in qua lectum a se aut omnino conspectum nusquam nummum ait, sed tantum intellectum: uter, amabo, peritior? Hic locus admonet, ut de me ipso ac pro me aliquid dicam: nam in eadem esse me navi sentio. Prodiit nuperrime epistolium *Ad totius Europæ Antiquarios* inscriptum, proposita quæstione, *Utrum laurea Eumenio Pacato sit concedenda.* Avertendum scilicet omni ope ac nisu tantum dedecus fuit, ostensis palam Eumenii erroribus duodecim: selectis, ut credibile est, gravissimis. In quibus, ne singulos fastidiosius enucleem, si se fateatur, quod humanum est, errasse Eumenius, primo quidem arbitrabitur sibi fas esse ridere cum vate quodam, libro VII. Epigram. LXXX.

Triginta tota mala sunt epigrammata libro:
Si totidem bona sunt, Lause, liber bonus est.

Nam & plura multo esse in eo libro, quæ laudari possint, ipsi fortassis erudito viro ita nuper inedito grandi volumine affirmanti fides habebitur: & eumdem librum auctor hujus epistolii refert ad totius orbis Antiquarios pervenisse, libri fama, ut quidem ponit iste, permotos. Quid si deinde Eumenius excipiat hos omnes esse lapsus oculorum, nullum ingenii vel judicii: ac ne oculorum quidem, sed nummorum potius, qui cum essent evanidi, aciem legentis fefellerunt? Addet ejus generis nummos istos esse, de quibus intenta lis est, ut & perparum intersit ad veram eruditionem rectene an secus legantur, & in his cuique liceat esse negligenti. Dicet eosdem omnes esse e primo Eumenii conatu decerptos, nullum ex Antirrhetico posterius exarato: profitebiturque *conari se, ut ex eorum numero sit, qui proficiendo scribunt, & scribendo proficiunt*, ut quidam aiebat epist. VII. multoque verius scripta sua, quam Concilia, priora posterioribus emendari. Subjiciet etiam haud satis bonæ fidei in adversariis videri posse, quod aliquot lapsus ex illis duodecim, nunc iterum tertiove objiciunt, quoniam alii desunt scilicet: quamvis Eumenius ipse tres priores ante triennium in Antirrhetico, quem legisse isti se profitentur, aperte revocaverit, pag. 59. & 56. & 53. In nummis reliquis novem, quos per se videre Eumenius non poterat, nam quis videre possit omnes? secutum se fuisse vel Patini fidem, viri utique in hoc genere non aspernandi: vel indicem Gazæ Regiæ, quem Antiquariorum coryphæus Valens ipse confecisset, Eumenius vero sæpe emendaret. De quinto, qui annum Hadriani XXII. notat, quam merito tunc dubitarit, quam nihil in eo quisquam adhuc viderit, alias dicemus. Ad septimum quod attinet, in quo oppi-

oppidum legisse Eumenius arguitur pro viri nomine, iniqua prorsus criminatio est. Nam in nummo evanido ac fugientibus litteris, ubi Τερεβεντίνων cum Tristano, viro pererudito, tomo 2. pag. 401. legeret, an ibi viri nomen esse non temere crederet? si dioptræ ope ac subsidio Τερεβεντίνῳ felicius legis, sit illa oculorum aliqua, ingenii certe vel eruditionis laus nulla est. An Τερεβεντίνῳ autem ac Magistratus, an Τερεβεντίνων, Terebinthi insulæ civium nomen ibi sit, quid rei litterariæ interest? quid inde ad historiam, ad Chronologiam, ad Geographiam lucis aut subsidii speres? plane nihil. Nam qui insulam esse prope Byzantium negant Terebinthum, ii Zonaram se negant legisse, libro XVI. cap. XX. & Nicetam in Alexio Comneno, num. XV. quos in Plinianis notis olim indicavimus.

Itaque ex tot argumentis Eumenius efficiet, nihil fuisse causæ quamobrem Antiquaria ξυνωρὶς conjunctis operis epistolam scriberet, plenam acceptis de trivio maledictis, quæ Eumenius præter alias causas idcirco negligit, quod eo libello palam ambo fecerint minime se dignos esse, qui inter judices sedeant, *utrum laurea Eumenio Pacato sit concedenda.* Quod si iste Eumenii hostis geminus virum alium eruditum hallucinantem in Cæsariensi nummo excusat, eo nomine, quod nummum non contrectarit: sed sibi Θ pro O referenti fidem habuerit: Eumenium autem accusat, quod indicem alterius amborum secutus sit: quid istud, obsecro, aliud est, quam ex eodem ore, ut aiunt, calidum frigidumque efflare?

Quid si quis e novissimo libro Valentis duodecim pariter errores, prout se se primum nullo delectu facto obtulerint, Antiquariorum Senatui repræsentet? 1° Pag. 41. ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ legit, pro ΘΕΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ, *Divus Augustus:* hoc est, vivum facit ex mortuo: in altera autem nummi superficie, ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. L. ΙΔ. ad Tribuniciam potestatem refert: cum Tribunicia potestas in nummis numquam signetur cum L. vel ET. nec sine vocibus ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞΟΥCΙΑC. nec denique Tiberius Augustus Σεβαστὸς fuerit, cum Tribuniciam gereret potestatem XIV. sed XVI. dumtaxat.

2° Pag. 254. inter Constantis nummos hunc refert, VOT. XXX. MULT. XXXX. quem de Constantino accipit: cum neque Constantini sit, neque Constantis, sed Constantii.

3° Pag. 71. nummos tres, ΕΤΟΥΣ ΙΗ. ΕΤΟΥΣ ΚΓ. ΕΤΟΥΣ ΚΔ. de rege Polemone accipit, cum sint anni æræ Claudianæ: sintque idcirco in ea nummi area appositi, sive quæ Tiberii Claudii vultum exhibet, cum ΕΤΟΥΣ ΙΑ. sive quæ Neronis Claudii, cum numeris proxime adnotatis.

4° Pag. 68. & 69. in nummis duobus, altero qui ΘΕΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ, altero qui ΚΑΙΣΑΡ ΘΕΟΣ ΘΕΟΥ ΥΙΟΣ inscribitur, Claudii caput nunc radiatum, nunc laureatum agnoscit: cum in utroque sit Augustus: nec Claudius esse possit: qui nec *Divus Augustus* umquam, nec *Divi F.* dici potuit. Sic vice versa in libro de Coloniis, pag. 46. Augustum fecit ex Caïo principe, quem vulgo, ut alias dicemus, sed falso Caligulam vocant.

5° Pag. 43. Cossum Lentulum in nummo aureo Consulem facit, cum sit tantum Monetæ Triumvir.

6° Pag. 158. Tres Amisi fingit æras, cum sint dumtaxat duæ.

7° Pag. 212. JOVI. PRÆ. ORBIS, mavult *Jovi Præfecto Orbis* legere, quam nobiscum *Præsidi:* quamvis nemo præfectus Latine dici possit, nisi quem alius præfecerit.

8° Pag. 211. In nummo Commodi, TR. P. XIII. IMP. VII. pro IMP. VIII. & pag. 212. TR. P. IV. IMP. VI. pro IMP. III.

9° Pag. 213. sub titulo, M. COMMODVS ANT. PIVS. FELIX. AVG. BRIT. ponit in aversa parte, P. M. TR. P. VII. IMP. V. cum ille nec Britannicus, nec Felix dicatur in nummis ante TR. P. X. IMP. VI.

10° Pag. 216. TR. P. XI. COS. VI. pro COS. V.

11° Pag. 240. in Gallieno, TR. P. X. COS. II. pro COS. V.

12° Pag. 77. in Antonino Pio, LIBERALITAS AVG. VII. IMP. VIII. COS. III. cum Antoninus non sæpius quam IMP. II. in nummis occurrat, & legi COS. IIII. oporteat. Pluribus nunc supersedeo: nam quis finis, si quis recensere lapsus velit omnes? Mitto festivam illam interpretationem nummi Volusiani Imp. ΑΥΤ. Κ. ΓΑ. ΦΙΝ. ΓΑΛ. ΟΥΕΝΔ. ΟΥΟΛΟCΙΑΝΟC. Nam ubi Valens veluti quatuor auctum triumphis, Vandalicum, Finnicum, Galendicum, Vendenicum, Volusianum cognominavit: ac nomina Augusti quatuor transformavit in totidem gentium nomina, quo Romana numquam arma penetravere: quorum postremum etiam fictum est & antehac inauditum: ibi legi oportuit, *Imp. Cæsar Galerius Finnius Gallus Vindex Volusianus*, ut Hyperaspistes admonuit, & in Chronologia Volusiani dicturi sumus. Sunt autem hi lapsus partim hominis prave legentis, sed plerique perverse intelligentis: quod utrumque vitium in Antiquariorum primipilo venia omni caret: præsertim cum historiæ plurimum & Chronologicæ rei intersit non in istis labi. Tamen si quis etiam post longam ejusmodi erratorum seriem exclamet. *O hominis impudentiam, qui nec nummos contrectarit, sed ex ingenio cuncta fabricat!* Post errores fere ducentos ab Antirrhetici auctore indicatos, *jam istum docere velle, laterem lavare esset, & Æthiopem dealbare. O egregium epocharum scrutatorem & artificem! Quid infelicius pro milite glorioso? Antiquariorum cymbalum vult haberi: bulla ventosior:* similesque multas verborum blanditias si quis effundat, quis vir frugi approbet? Longe humanius certe ruri, atque in ipso foro lites geruntur. Est quidem hoc jurgium πάρεργος λόγος, ut inscripsimus, præterque propositum: tamen attingi a nobis potuisse, dummodo fieret moderate, nemo, ut spero, negabit.

Ad annum Christi LXXI.

De annis Agrippæ, ex Josepho.

HIc nummus Domitiani, cum epigraphe ΕΤΟ. ΚΑ. ΒΑ. ΑΓΡΙΠΠΑ. quem repræsentamus ex Patino, æque ac duo Regiæ Gazæ, quos anno LXIX. retulimus, Agrippæ anno XIX. quos cum aliis in hoc opere laudatis diligenter otioseque exploravimus, ostendente perhumaniter, ut solet, Viro Clariss. OUDINETO, Regii Cimelii Custode: nummi, inquam, isti Josephum non unius, sed perpetui cujusdam erroris arguunt, qui Agrippæ initia anno uno ubique antevertat. Nam is, exempli causa, libro 2. de bello Jud. cap. XXV. Neronis annum XII. mense Maïo, cum XVII. Agrippæ in Judæa anno componit. Quod si verum esset, annum hunc oporteret esse alterum ac vicesimum Agrippæ regis.

Ad annum Christi LXXVI.

Non fuisse Agrippam religione Judæum.

IN nummo quem Erizzo descripsit, Dea habet emicantem in summa fronte Lunæ crescentis effigiem. Ergo regem ethnicum, non Judæum, ni fallimur, ea numinis effigies probat. Didicerat ille quidem Judaicas consuetudines atque quæstiones: credebat, id quod sæpe audierat, vaticinatos esse de

Christo rege venturo prophetas, ut ex Paulo discimus in Actis, cap. XXVI, 3, 27. Nam Apostolus ibi hominem acriter perurget, ut quod animo clausum tenebat, hoc lingua promeret. Gentiles enimvero plerique in eo tractu atque illis temporibus, cum numen divinum colerent, templumque frequentarent statis anni diebus: iidem oracula prophetarum a Judæis edocti de rege propediem nasciturο, exspectatione eventus, perinde atque ipsi Judæi, suspensi pendebant: nec Judaïcos interim ritus amplexi, quos nullius esse momenti crederent: nec dantes Christo Servatori nomina, crucem perosi. Itaque illi palam in avita superstitione perstabant, præter *Deum Ignotum*, ut aïebant alia quoque numina venerati. Ex eo fuit Agrippa numero, ut nummi docent: quos qui non habuere, vel non satis diligenter inspexere, ex hoc uno Actorum loco perperam intellecto Judæum fuisse Agrippam collegerunt.

Ad annum Christi LXXX.

De æra Flaviana, Aureliana, & similibus.

IN nummo Titi, COL. CÆSAREA. L. IB. ΦΛΑ. qui coloniam liberam legunt, quam graviter ii fallantur, in Antirrhetico docuimus, pag. 54. Cæsaream nummi nulli neque Latini liberam, neque Græci prædicant αὐτονόμον: cum sint nummi tamen illius civitatis obvii. Qui Flavianam illic æram nolunt agnoscere, iidem fortassis neque in nummis Commodi Alexandriæ percussis Aurelianam agnoscere potuerunt, quæ a primo M. Aurelii Antonini anno ad ultimum usque M. Aurelii Commodi annum perducta est, in quo stirps Aureliana desiit. At inventus est ante biennium nonnemo, cujus nunc nomini parcimus, qui hos annos in nummis Commodi secus acciperet. Nam is annum XX. L. K. quoniam in annum Commodi primum incidit, vicesimum ætatis Commodi annum, ceterosque deinceps usque ad XXXII. similiter interpretatus est: quo dici nihil alienius a vero potuit. Nam, ut cetera nunc prætermittam argumenta, an potest vicesimus ætatis Commodi annus, & XXI. & XXII. idem esse cum XX. XXI. & XXII. Faustinæ Commodi matris anno? Fieri certe non potest. Atqui hujus Faustinæ tamen pariter nummos tres e Thesauro Mauroceni pag. 125. Patinus exhibet, similiter notatos, L. K. L. KA. L. KB. Non magis in illis igitur anni Commodi, quam in istis Faustinæ ætatis anni signantur. Adde quartum ejusdem Faustinæ nummum e Cimelio D. DRON, in quo annus XIX. alterumque L. Veri perrarum maximæ formæ, e locupletissima Gaza Illustriss. D. FOUCAULT, Summi rei ærariæ, judiciariæ, ac civilis in inferiore Normannia Præfecti: qui nummus eumdem annum XIX. ENNEAKΔ. exhibet, nempe æræ M. Aurelii, qui tunc rerum potiebatur: non autem vel Faustinæ, nam Principum feminarum annos notari solitos fuisse nemo dixerit: vel L. Veri, quem & supremum diem ante annos decem obiisse alii nummi docent: & novis hoc anno decimo nono auctum honoribus ab Achæis Asiæ minoris, nummus hic fidem facit. Qua de re alias uberius dicemus. Nescis, amice, morem hunc olim usurpari solitum in Oriente, ut in nummis consignaretur æra familiæ illius, cui se tuendam Respublica commisisset: Juliana, Augustana, Claudiana, Flaviana, Aureliana, Severiana: quemadmodum si Lutetia notasset in nummis olim æram Valesiorum a Philippo Valesio, & nunc similiter regum Borboniorum æram consignaret ab Henrico Magno. Et illi quidem nummi tres Faustinæ, quos diximus, non inanem modo conjecturam ostendunt de ætate Commodi in nummis signata: verum etiam cum haud mediocri pondere auctoritatis accedunt ad cetera argumenta, quibus historiæ Augustæ scriptores de Faustinæ obitu falsi convincuntur, atque adeo νοθείας.

Ad annum Christi LXXXII.

De Sebaste Samariæ, & æra Sebastenorum.

EX quo excisa est urbs Samariæ a Salmanassare, oppidi deinceps nomen Samaria non fuit, sed regionis: in qua post Neapolim secundum locum, Plinio ita prodente, Sebaste obtinuit. Hanc ab Herode conditam fuisse initio posuimus, ut aliquid saltem semel feliciter conjecisse Josephum daremus. At nunc pœnitet hujus indulgentiæ. Nam vellicat aurem Plinius: qui postquam Cæsaream dixit conceptis verbis *ab Herode rege conditam* fuisse, de Sebaste, quam statim subjicit, nihil tale refert. Et vero potuit æque Augusti Cæsaris atque Herodis jussu arx ea in monte, ut ait Plinius, continendis Judæis haud impar exstrui.

Nemo enim ignorat, opinor, hoc esse in more principum, ut in extremo regno arces de suo nomine exstruant, tum ad tutandos fines suos, tum ad hostes subditosque in officio continendos. Neque quemquam profecto e posteris ulla ratio in dubitationem adducet, Arcemne Ludovici, exempli gratia, *le Fort Louis*, aut Caroloregium, *Charleroi*, similesque munitiones, alius exstrui jusserit, quam cujus unaquæque nomen præfert. Et Sebasten igitur a Σεβαστῷ, hoc est, ab Augusto conditam pariter fuisse, maximam similitudinem veri habet. Ut ut est autem, alteruter haud dubie in animo habuit; multo vero magis Augustus, si conditor ipse Sebastes fuit, annum consignare, quo Augusti sive Σεβαστοῦ nomen accepit: cum ea civitas in nummis suis & natalem suum, & honorem simul nominis Augusto delati, orbi publicaret. Josephum itaque nunc nihil moramur, qui libro XV. cap. XI. viro erudito subscribente, ad annum V. C. DCCXXIX. quem Herodis annum XIII. appellat, Sebastes ædificationem refert. Ac, nisi fallimur, hæc æra *Augustorum* est, sive *Augustana*, quam auctor libri de die Natali, sub nomine Censorini, ab eo ipso anno repetit, quem diximus Sebastes esse natalem, V. C. DCCXXVII. Consulatu Augusti VII. & Agrippæ III. quamque æram ex his ipsis nummis aut lectis perperam, aut perverse intellectis collegisse potest videri, L. ΘP. ΣΕΒΑΣΤΗΝΩΝ, *annum* CIX. *Augustorum* imperite interpretatus. Certe quantumvis licet ille asseveret nomen annorum Augustanorum ad suam usque memoriam permanere, atque in Ægypto biennio prius quam in orbe reliquo numerari: tamen in nullo prorsus scripto sculptove monumento æra ista Augustorum consignata apparet, si Sebastenorum nummos exceperis. Vir eruditus pag. 446. ait *in Chronico Eusebii* (quod alii Hieronymianum vocant) *natalem Sebastes septennio tardius statui, & non tantum quadriennio, uti scribit in Notis Scaliger: ita nummorum ope insignium scriptorum anachronismos emendari.* Huic censuræ ultro subscribimus, ut modo pro septennio novennium reponat. Sic Tiberiadis natalem decennio retardavit auctor ejusdem chronici: Cæsareæ Paneados, annis septem & viginti. Sed hunc isthic *divinare, ut solet*, Scaliger jamdudum admonuit in iisdem Notis, ad annum MMXLI.

Hujus autem oppidi Sebasteni in sacris Novi Testamenti litteris mentio nulla est, eam ob causam, opinor, quod urbs esset tota Græcorum atque Gentilium, perinde atque Cæsarea Palæstinæ: & Romano utraque munita præsidio. Fuit autem illud Christi Domini mandatum de his civitatibus similibusque, Gaza, Ascalone, Tiberiade, Juliade, & Cæsarea Philippi, Matth. X. 5. *In viam gentium ne abieritis, & in civitates Samaritanorum ne intraveritis: sed potius ite ad oves quæ perierunt domus Israël.* Nam æque gentes,

tes, de quibus hic sermo est, ac Samaritani, intra Palæstinæ fines fuere. Neque hic discipulos Dominus Palæstina vetat excedere: quibus haud tantum animi tunc fuisse videtur, ut deserere patriam auderent. Certe in urbem Cæsaream inferre postea pedem Petrus memor istius præcepti veritus est, usque dum cælesti edoctus oraculo, vocem illam Domini ad solum vitæ suæ tempus in terris pertinuisse, jussus est eo se conferre, Act. x. & xi. Et de gentili quidem Cæsariensium superstitione sat diximus. Sebasten autem falsorum similiter deorum cultui addictam fuisse, Jupiter in nummo sculptus admonet. Ab Herode Magno templum ibi Augusto dicatum fuisse Josephus est auctor, libro xv. Antiq. cap. xi. & libro i. de bello, cap. xvi. At non ego credulus: qui probe noverim, ne Romæ quidem erga Cæsarem Augustum, ullumve Principum, usque ad dedicanda templa adulationem processisse, ut in Chronologia Augusti dicemus.

Ad annum Christi LXXXVI.

De nummo Agrippæ junioris, ΕΠΙ. ΒΑ. ΑΓΡΙ. ΕΤ. ΚϚ. SC.

NUMMI omnes Agrippæ junioris eo conspirant atque consentiunt, ut doceant ei commissum ex Senatusconsulto imperium rei militaris in Palæstina: sive illud officium, quod Ducis Palæstinæ multo recentior Notitia Dignitatum appellat, sect. xxi. Hujus sub dispositione ibi dicuntur fuisse, si tamen fidem liber meretur, equites Æliæ positi, hoc est, Hierosolymis: cohortes aliæ juxta Jordanem, aliæ inter Æliam & Hiericunta, aliæ alibi copiæ plurimæ. Nam ΕΠΙ. ΒΑ. non *rege*, sed *sub rege*, sic accipiendum est, ut ea formula conflatum esse nummum admoneat, non in ea ditione, quam ille regia potestate, sed in provincia, quam Cæsaris ac S. P. Q. R. vice, vel Præsidis ritu administraret, vel tamquam legatus armis defenderet. Itaque hunc Ducatum in Palæstina quidem hic nummus significat Cæsareæ percussus: in Galilæa autem & Judæa, ut dicemus postea, tabernaculum sive tentorium, in omnibus fere nummis hujus Agrippæ cum spicis insculptum: quasi omnis illius regiæ potestatis usus esset in castris ad tutandum Galilææ ac Judææ limitem rite locandis ac permutandis: cujus rei symbolum tentorium est.

Ad annum Christi XCI.

De æra & nominibus Neapoleos Samariæ.

NUMMUM similem priori e duobus, quos hoc anno descripsimus, Spanhemius pag. 769. e Gaza Regia, Tito adscribit, cum Domitiani sit: legitque ΦΛΑΟΥΙ. ΝΕΑΠΟΛΙ. ΣΑΜΑΡΕΙΑΙ. pro ΣΑΜΑΡΕ. L. ΑΙ. hoc est, Σαμαρείας, *anno* xi. At nos hoc loco duos non ea mente exhibuimus, ut anno isto percussos fuisse suaderemus: sed ut quisque intelligeret ex nostra præsenti animadversione, quam ibi spopondimus, quam sunt in nummis diligenter investiganda prius singula, quam de his pronuncies. Ne Domitiani enim annum illum esse undecimum affirmaremus, tametsi prima specie nemo non ita existimet, ac ne cuiquam etiamnum affirmanti credamus, nummi prohibent ejusdem civitatis, Neapoleos Samariæ, quatuor vel quinque, Antonini Pii temporibus percussi: in quibus æra notatur Flaviana, seu potius Neapolitana: neque enim ducit initium ex quo Flavii rerum potiti, sed ex quo Flaviæ nomen Neapolis Palæstinæ obtinuit. Nam cur in Flavii Domitiani nummo aliam existimabimus æram signari, quam Neapolitanam ab accepto Flaviæ prænomine, cum & aream illam hæc æra impleat, non quæ Domitiani vultum, sed quæ Flaviæ Neapoleos nomen habet: & ipsius quoque Antonini Pii principatu non alia appareat in nummis illius civitatis, quam hæc ipsa Neapolitana, ex quo illud Flaviæ prænomen accepit? Quo argumento duplex æra statuatur in nummis unius civitatis, ubi satis sit unam intelligi? Deinde cum illo eodem ævo atque tractu terrarum, ut vidimus, similiter Sebasteni suam æram cum anno Domitiani primo, Herodes tetrarcha suam pariter cum anno Caji principis primo, uti suam Zenodorus cum primo Asiæ receptæ Augustique imperii anno, conjunxerit: nec post annum illum Sebastenorum alius sub Domitiano nummus magis appareat quam Neapolitanorum, aut sub Augusto Zenodori, aut Herodis tetrarchæ sub Caio principe: quis non intelligit ad primum Domitiani annum æque referri oportere Neapolitanorum huncce nummum, quam Sebastenorum? moremque illius ævi fuisse, ut reges, tetrarchæ, & civitates, cum æra sua componerent annum præsertim primum Principum Romanorum? Admonet & littera Σ, in hisce Neapolitanorum nummis nondum lunata effigie conformata: quod argumentum est, ut periti norunt, exorientis adhuc Domitiani principatus. Ex his porro intelligere est, primum Neapoleos Samariæ annum statui oportere, LXXI. æræ Christianæ, autumno ineuntem. Nova enim civitas in anni sui initio figendo Græcum statim morem secuta fuisse videtur, neglecta vetere Judæorum ac Samaritarum consuetudine a verno tempore anni inchoandi. Vir eruditus in Epocha Neapoleos, de nummis istis duobus tribusve disserere, quos attulimus, quoniam vel sciens prudensque refugit, vel imprudenter omisit, certo definire initium æræ Neapoleos non potuit.

Hæc æra perseverat, ut diximus, sub Antonino Pio, in nummis ipsius Pii, & Aurelii Cæsaris, & Faustinæ junioris. Ubi vero Neapolis ad Flaviæ appellationem in nummis suis Aureliæ prænomen adjecit, ΑΥΡ. ΦΛ. ΝΕΑC. ΠΟΛΕΩC. CΥΡ. ΠΑΛ. & ΑΥΡ. ΦΛ. ΝΕΑC. ΠΟΛΕΩΣ CΑΜ. nempe sub M. Aurelio Antonino, desiit hæc æra deinceps apponi: quoniam annus unus & idem esse non potuit, ex quo utrumque prænomen adepta civitas fuerat. Virum eruditum interim miror, qui pag. 449. de M. Aurelii Antonini Caracallæ nomine Aureliam Neapolim in nummis cognominatam velit. Nam de istius Antonini nomine, nonnisi Antoninianæ dictæ sunt civitates in nummis, ut Amasia, Ancyra, Tarsus. Quæcumque dicta Aurelia est, id nomen habuit a M. Aurelio Commodi patre: a quo & *colonia Aurelia Carrhenorum* & *Colonia Aurelia Karthago Kommodiana Pia Felix* inscribitur: non *Carrhenorum Commagene*, ut a quibusdam perperam interpretatum fuisse monuimus, in priore nostra de Nummis antiquis lucubratione, Et quæ apud Spanhemium, pag. 776. in nummo Caracallæ, *Colonia Aurelia Antoniniana Alexandria* vocatur, nempe Troas, geminum prænomen a gemino Augusto, M. Aurelio nimirum, & Antonino Caracalla, ut vocant: sicuti Neapolis a duobus Augustis, Aurelio & Flavio, geminum Aureliæ & Flaviæ prænomen traxit. Una ex omnibus, opinor, *Colonia Aurelia Pia Sidon* ab uno Imperatore M. Aurelio Antonino Pio, quem Elagabalum vocant, geminum nomen tulit: alterum a nomine Aurelii, a Pii cognomine alterum: quod singularis cujusdam artificii fuit, ut ex utroque conjunctim nomine planum esset, ex Aureliis qui plurimi sunt, a quo se deductam colonia Sidon agnosceret.

Quod superest denique de Neapoli dicendum, vetus illius nomen *Mamortha* fuit, teste Plinio: tametsi Josephus libro v. de bello cap. iv. Μαβαρθὰ vocat, nimirum ut in Samaritico nomine efferendo Josephi admonitu posteri crederent lapsum esse Plinium: cujus

jus viri auctoritatem ut imminueret factio antea indicata, quot & quas artes adhibuerit, alias Deo juvante patefaciemus. Sed & alio ex capite Josephus a Plinio dissidet. Nam iste prius oppidi nomen repudiatum atque e medio sublatum admonet, Neapoleos in illius vicem inducto vocabulo: *Oppidum Samariæ Neapolis*, inquit, *quod ANTEA Mamortha dicebatur.* Ille simul a Græcis Neapolim, ab indigenis *Mabartha* appellatam refert, τὴν Νεάπολιν καλουμένην, Μαβαρθὰ ἢ ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων. Et Neapolim ille quidem jam tum sub Nerone appellatam fuisse innuit: cum ipsa quidem vox Νέας πόλεως & æra in nummis ejus impressa, videatur æque recentem indicare Neapoleos ac Flaviæ appellationem: Pliniana vero oratio, quæ est accuratissimæ brevitatis, haud obscure significet, pulsis inde Samaritis a Vespasiano, rejectoque simul vetere Samaritico vocabulo, novos incolas, nempe Græcos, inductos in eam civitatem, nova, ut fit, munitionum accessione firmatam, novum Neapoleos nomen adscivisse. Quam porro dubia est illius scriptoris patria, qui Νεάπολιν more Latino scribit, pro Νέαν πόλιν? Et hæc suspicio cadit in omnes, qui simili errore tenentur. Nam Græco sub cælo nati, ut Thucydides: & quorum scripta constat perinde atque istius esse genuina, Νέαν πόλιν scribunt. Palæstinos certe Νέαν πόλιν dixisse testes nummi sunt, ΝΕΑΣ ΠΟΛΕΩΣ inscripti. An Palæstinus ergo censeri debet, auctor Originum Judaïcarum, qui ab eo more discedit? Nam Act. XVI, 11. si Νεάπολιν hodie legitur, id eorum inscitiæ tribuendum, qui Græcos sacræ scripturæ codices a suis sodalibus interpolatos descripserunt: quamquam codex Alexandrinus eo loci Νέαν πόλιν retinet. Sed & vox Μιθριδάτης, quæ apud Josephum sociosque occurrit, pro Μιθραδάτης, ut nummi habent, parem oris Latini suspicionem efficit. Qua de re nos alias fortassis dicturi sumus.

Ad annum Christi XCIV.

De formæ dissimilitudine in nummis Herodiadum.

In nummis Herodiadum, diversos Principes vel una indicat dispar forma nummorum. Herodes prior usus est gignendi casu, ΗΡΩΔΟΥ ΕΘΝΑΡΧου. Herodes alter recto casu, ΗΡΩΔΗΣ ΤΕΤΡΑΡΧΗΣ, aut ΒΑΣΙΛΕΥΣ. Agrippa prior similiter, ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓΑΣ ΑΓΡΙΠΠΑΣ, sed supremo tantum Neronis anno: sub Vespasianis, numquam sine aliquo vultu Flaviorum in priore parte, rejecto in aversam aream solo Agrippæ nomine absque vultus effigie: ΕΤΟ. ΙΘ. ΒΑ. ΑΓΡΙΠ. anno XIX. vel alio *regis Agrippæ.* Susceperat ille Neronis partes anno istius supremo, cum sua Cæsarea, ut simillimi admonent Neronis & Agrippæ nummi, in eadem illa civitate anno ipso conflati. Eam ob rem, ut Cæsarea, deducta mox eo a Vespasiano colonia, pœnas persolvit Reipublicæ violatæ: sic iste ab eodem multatus est Magni Regis appellatione, atque adeo, ut apparet, Philippi tetrarchia. Hoc illa una nummorum Agrippæ discrepantia subjicere oculis pæne ipsis videtur. Denique alter Agrippa scripsit, ΒΑCΙΛΕωC ΑΓΡΙΠΑ L. Θ. cum tabernaculo, seu papilione, *une tente, un pavillon:* quo significetur Judæam ab Agrippa rege, non regio jure aut potestate administratam, sed tantum Rectoris sive Imperatoris titulo, hoc est, Ducis copiarum Romanarum in illo imperii limite constitutarum. Est enim Imperatoris adsignare, ubi tentoria ponenda, castra locanda, quove transferenda sint. Quare una eademque nummi area regis Agrippæ nomen exhibet, & tentorium. Nam Scenopegiæ festum in nummo quærere: aut in spicis, quas area nummi altera repræsentat, festa gemina Azymorum & Pentecostes, puerile est: nisi forte quis existimet Cæsarienses quoque Cappadociæ eadem festa celebrasse: eo quod in Cimelii Droniani nummo, Severi Alexandri principatu, tres spicæ similiter emicant, cum epigraphe, ΜΗΤΡΟ. ΚΑΙC. ΕΤ. Ε. Functus eodem Ducis seu Rectoris munere multo post, is qui in nummo Aureliani Imp. appellatur VABALATHVS VCRIMOR. hoc est, *vice Cæsaris Rector Imperii Orientis:* vel potius, siquidem, ut admonuit D. Dron, in nitidiore nummo apparet VCRIMPR. *vice Cæsaris Rector Imperii Romani.*

Jam symbolum Judææ in nummis Agrippæ senioris nullum est, sed Galilææ tantum. In nummis junioris Agrippæ vicissim qui supersunt, nullum peculiare Galilææ symbolum est: in Judæa Samariave percussos fuisse, forma nummi & fabrica admonet, qualis in nummo ΚΑΙCΑΡΟC. Λ Θ. anno Christi octavo. Hinc haud temere conjicere est, post mortem Agrippæ prioris, Galilææ regnum ereptum Agrippæ filio a Domitiano fuisse, solo regis titulo ei relicto, cum exigua, quæcumque ea fuerit, regni portione: & præfectura rei militaris in limite Arabiæ & Palæstinæ.

Ad annum Christi XCVIII.

Vera descriptio Herodianæ gentis ex sacris litteris, nummisque, & marmoribus.

Inscriptionem a se descriptam Athenis, Sponius recitat, quæ est hujusmodi.

Η ΒΟΥΛΗ Η ΕΞ ΑΡΕΙΟΥ ΠΑΓΟΥ
ΚΑΙ Η ΒΟΥΛΗ ΤΩΝ Χ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ
ΙΟΥΛΙΑΝ ΒΕΡΕΝΕΙΚΗΝ ΒΑΣΙΛΙΣ-
ΣΑΝ ΜΕΓΑΛΗΝ
ΙΟΥΛΙΟΥ ΑΓΡΙΠΠΑ ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΘΥΓΑΤΕΡΑ
ΚΑΙ ΜΕΓΑΛΩΝ ΒΑΣΙΛΕΩΝ
ΕΥΕΡΓΕΤΩΝ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ ΕΚ-
ΓΟΝΟΝ
ΔΙΑ ΤΗΣ ΠΡΟΝΟΙΑΣ ΤΟΥ ΕΠΙΜΕ-
ΛΗΤΟΥ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ
ΤΙΒ. ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΘΕΟΓΕΝΟΥΣ
ΠΑΙΑΝΙΕΩΣ.

Senatus Areopagi, & Senatus Millevirorum, & Populus, Juliam Berenicen Reginam Magnam, Julii Agrippæ Regis Filiam, & Magnorum Regum Benefactorum Urbis Neptem, procurante Urbis Ædile Tiberio Claudio Theogene Pæaniensi, venerantur. Sed ex hujusmodi lapidis auctoritate velle stemma Herodianum conficere, est admodum falso teste fulcire fabulam. Nam & ista, & pleræque omnes, quæ dicuntur exstare in Græcia, recens omnino fictaque inscriptio est. Nec vero fuit aut Agrippa Julius, aut Julia Berenice, aut Berenice regina magna. Julius Agrippa nullus fuit, præter Agrippam juniorem, filium Agrippæ & Juliæ Augusti filiæ. Neque Julii vel Juliæ nomen habere quisquam potuit, nisi qui esset ex familia Julia ob consanguinitatem, aut in eam certe ut gener insertus. Hunc vero honorem aut nomen Herodis familiæ obtigisse, ne Josephus ipse quidem aliquando somniavit. Dixere se Principes in Asia quidem Syriaque nonnulli amicos Romanorum, & Claudiæ gentis amicos; quoniam essent fœderati nimirum, & amicitiam se colere profiterentur populi Rom. Quemadmodum si quis externorum Regum se Φιλο-Βερβώνιον dixerit, vel Φιλο-Αυστριακόν. At ut quis se propterea Julium dicat, qui non sit e familia Julia, sive filius sive gener, quemadmodum hic Julius Agrippa nominatur; tam est absurdum, quam si quis somniet. Regem Magnæ Britanniæ se Borbonium Stuartum nuncupare, quoniam Regis Francorum colit amicitiam.

Illa

Illa deinde magnorum Regum erga Athenienses *εὐεργεσία* desumpta est ex Josepho; qui Herodis Magni, ut appellat, largitiones effusas in illam civitatem, aliasque, commentus est. Fuit Herodes uterque cum sua familia ex Syria Palæstina. Neque ad eos proinde quidquam attinebat, extraneas civitates, jam per se opulentissimas, longeque a Syria dissitas, beneficiis cumulare: cum sit istud omnino alienum a moribus hominum, & a sana mente.

Sed quod est in hac Inscriptione potissimum, fictum Areopagi Senatum esse, situs ipse loci & ipsa nominis notatio admonet; & ea denique ipsa narratio, quæ in Actis continetur, cap. XVII. Est enim *Areopagus*, pagus, seu vicus, collisve Marti sacer, *Ἄρηος πάγος*. Locus in eo vico, seu pago, seu colle fuit, quo Athenienses otiosi convenirent, non ad judicia profecto, sed ad res novas audiendas vel narrandas, Act. XVII, 21. Eam ob rem duxere Paulum illuc per speciem deambulationis, ut fit, quoniam res novas afferret, Act. XVII, 18, 19. 20. Itaque non Senatores ibi compellat, qui nulli erant: nec sic præfatur, *Optimi Judices*, vel *Senatores Amplissimi*, ut Act. XXIV, 3. *Optime Felix*: & Act. XXVI. 25. *Optime Feste*: sed simpliciter, *Viri Athenienses*, Act. XVII, 22. Galli dicerent, *Messieurs d'Athenes*, nempe ex omni & qualicumque ordine: *Athenienses omnes*, cum *advenis* & *hospitibus*, quibus satis esset ad obambulandum & confabulandum otii, Act. XVII, 21. *In medio Areopagi*, hoc est, vici illius in colle positi: non autem, ut Act. XXIII, 1. *Intendens in Concilium*: id quod sane & Paulus faceret, & Lucas diceret, si coram judicibus ille similiter adstitisset. Et erat alioqui Paulus ea semper erga judices magistratusque reverentia, ut nonnisi *annuente sibi Præside* loqueretur in Curia. At hic nihil simile, sed longe omnia diversa narrantur. Ex eo vico seu pago Dionysius nuncupatus Areopagita, & Damaris Areopagitis, cum de Christo disserentem Paulum audissent, crediderunt. Nihilo magis autem Senator Dionysius, quam Damaris *Senatrix* fuit, si verbo uti tam malo licet. Et cum exisse Paulus de medio eorum dicitur, Act. XVII, 33. annon aperte satis cœtum hominum potius fortuitum, quam consessum Judicum, denotat scriptor sacer? Qui nunc Athenis monstratur Areopagus, tumulus est extra civitatem, in quo tenuis circuli specie veluti theatrum est, structum quadrato lumine, vix e summa tellure exstans; ubi sub dio, inquit Sponius. Senatus consessus suos agebat, ut omnis populus judiciorum Senatus æquitatem magis conspicue cerneret. Quæ nugæ, proh Superi! quam putidæ eæ conjectationes! Senatores Athenis sub dio? & eo fine quidem sub dio, ut tota civitas oculis ipsa suis judiciorum cerneret æquitatem? Sed ita nimirum a bono sensu aberrare eos oportet, qui fabulosis credunt scriptoribus; quoniam vestigia Curiæ vel Senatus nulla in eo vico apparent. Senatum Areopagi qui putat fuisse, censeat ille quoque Parlamenti Parisiensis Senatores ac Præsides jus dicere in Valle Girardi, vel in Luxemburgico (ut ibi appellatur) horto, sub dio. Vide Ichnographiam Athenarum apud Sponium, tomo 2. Itinerum, quæ Gallice scripsit. Itaque hoc neglecto lapide, quod unum denique potest hoc loco desiderari, quæ sit Herodiani generis descriptio ex nummis antiquis, ac sacris codicibus, breviter repræsentamus: ac simul alteram ex Josepho e regione opponimus: ut quam sint ambæ inter se dispares, oculi statim ipsi faciant fidem.

Ex sacris litteris, & nummis antiquis.

N
- HERODES Ethnarcha Judææ ac partis Samariæ.
  - ARCHELAUS Rex Judææ ac Samariæ. Matth. 2, 22. ubi *regnasse* dicitur *in Judæa pro patre suo*: hoc est, regnum obtinuisse paternum integrum.
- ZENODORUS Tetrarcha Galilææ & Ituræ.
  - PHILIPPUS Tetrarcha Ituræ & Trachonitidis. Uxor Herodias.
    - AGRIPPA Magnus Rex Galilææ & Ituræ cum Trachonitide: cujus ætate capta sunt Hierosolyma. Soror Berenice.
      - AGRIPPA Rex, vice Cæsaris Præfectus rei militari in Judæa & Palæstina, usque ad suprema fere Domitiani tempora.
  - HERODES Tetrarcha primum Galilææ, deinde Rex.

Ex Josepho.

HERODES MAGNUS, Rex Judææ, Idumææ, & Galilææ.
- Herodes, ignotus. ~ Salome uxor Philippi.
- ARCHELAUS Ethnarcha, non Rex.
- HERODES Tetrarcha Galilææ.
- Aristobulus
  - Herodias, primum uxor ignoti Herodis, Herodis M. filii: postea & Herodis tetrarchæ.
  - AGRIPPA, rex Judææ & Galilææ, qui anno Claudii tertio obiit.
    - Berenice.
      Reliquam Herodis progeniem, quam Josephus recenset, libro XVIII. *Antiq. cap.* VII. *consulto prætermittimus, quoniam neque ad eam refellendam nummi antiqui juvant: neque ipsa vicissim ad nummos illustrandos.*
    - AGRIPPA, sub quo capta sunt Hierosolyma: quem usque ad tertium Trajani annum vixisse Justus Tiberiensis, ut aiunt, prodidit: longe prius obiisse alii ex Josepho utcumque colligunt.
  - HERODES Chalcidis Rex.
- PHILIPPUS Tetrarcha Trachonitidis.

Ex Epiphanio.

HERODES.
- ARCHELAUS.
  - HERODES.

I. *De Herodis ditione.*

Herodem, ut jam sæpe diximus, Judæam tantum obtinuisse, non etiam Galilæam, cum Judæam tantum sacri duo scriptores docent, Matthæus & Lucas: Neque vero arbitramur posse quemquam sine scelere affirmare, minus accurate locutos fuisse: ac regem Judææ Herodem dixisse tantummodo, quamvis rex esset totius Israëlis, aliarumque ditionum. Hoc esset enim dicere, tam parum considerate locutos, quam si quis rem aliquam nuper gestam sub rege Hispaniarum scriptis proditurus, narrationem exordiretur ab his verbis, *Fuit in diebus Caroli Regis Murciæ*: si quidem Judææ vocabulum quo ævo scriberent, tum iisdem ipsis, tum aliis testibus, tribum unam & alteram dumtaxat complectebatur, cum parte Samariæ: non Galilæam & reliquas ditiones, quas Herodi suo Magno Josephus adsignat: ac ne Jerusalem quidem ipsam in Evangelio Joannis, cap. III, 22. Sic Luc. I. *montana Judææ*, in sola Judæa proprie dicta fuere, etsi

etsi montana essent alia Galilææ. Sed *montana Judææ*, una e toparchiis Judææ fuit, Orine dicta Plinio, lib. v. sect. xv. Vulgatus interpres Psalmi cxiii. 2. Judæam similiter pro Juda & Jerusalem posuit, & opposuit Israëli. *Facta est Judæa sanctificatio ejus, Israël potestas ejus.*

II. *De Berenice.*

Illa in eo lapide memorata Berenice, facit ut animo occurrat altera in sacris litteris appellata: quæ nobis soror Agrippæ verius, quam conjux, videtur. Nam Act. xxv, 13. dicitur *Agrippa rex, & Bernice*, absque reginæ vocabulo: & Act. xxvi, 30. *Rex, & Præses, & Bernice:* Quæ si regina fuisset, præponenda fuisse Præsidi nunc quidem videtur.

III. *De Herodianis.*

De Herodianis similiter loquuntur sacri scriptores, de quibus altum apud Josephum silentium est. Cur autem de his silet? Res enim alicujus certe momenti fuit, eoque nomine etiam a nobis hoc loco perstringenda, quod intelligimus a nemine adhuc de ea dictum satis apposite. Horum mentio primum occurrit apud Matthæum, cap. xxii, 16. ubi Pharisæi *cum Herodianis*, hoc est, Judæi qui se immunes a tributo esse optarent, cum ethnicis Φιλοκαίσαρσιν, qui Cæsari pendi tributum vellent: Christum tentantes, *ut caperent eum in sermone*, sciscitantur ab eo, *licet censum dare Cæsari, an non?* Nam si affirmaret, Judæi illum quidem pro Christo non agnoscerent: qui non modo non libertatem, qualem ipsi sperabant, Judæis afferret, sed duram sub gentilibus principibus servitutem, pensionemque tributi gravissimam approbaret. Si negaret autem, Græci *traderent illum principatui & potestati præsidis*, ut ait Lucas, cap. xx, 20. tamquam auctorem rerum novarum adversus Cæsarem, ac læsæ majestatis reum. Monet deinde Christus, Marci viii, 15. uti caveatur *a fermento Pharisæorum & fermento Herodis:* quod Matthæus sic retulit, *Cavete a fermento Pharisæorum & Sadducæorum:* subjecitque interpretationem fermenti, perversitatem doctrinæ. Illis enim temporibus in Judæa & Galilæa, ac multo antea, nempe ex quo fere in eas regiones Græcanica se peregrinitas infudit, ingens de resurrectione disceptatio fuit: Pharisæis *resurrectionem futuram justorum & iniquorum* prædicantibus, negantibus Sadducæis. Testis est Paulus in Actis, cap. xxiii, 6. *Ego Pharisæus sum, filius Pharisæorum, de spe & resurrectione mortuorum judicor.* Et Lucas v, 8. *Sadducæi enim dicunt non esse resurrectionem, neque Angelum, neque spiritum. Pharisæi autem utraque confitentur.* Ut prius apud Matth. xxii, 23. *Accesserunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non esse resurrectionem.*

Apud Marcum pro Ἡρώδου, quidam dicuntur codices Ἡρωδιανῶν habere, quod eodem recidit. Sunt igitur, ipso Domino præmonente, Herodiani eadem infecti labe, qua Sadducæi, ac vice versa. Neque enim testes alios, si qui secus sentire videantur, in præsenti moramur: sive quod piget post Deum audire mortales: sive quod isti ætatis incertæ fortassis, ac per se dubiæ fidei sunt: sive denique quod neque inter ipsos de Herodianis convenit: neque cogit ulla ratio ut alterum præ altero audiamus. Quanto autem satius est uni Domini ac magistri voci adhærescere, neque eam ullius conjecturæ fuco adulterare, aut tricis infringere? Græcanica igitur ea superstitio fuit, quæ neque resurrectionem, neque Angelum, neque Spiritum, hoc est, neque Angelum, neque Deum ipsum, resurrectionis magistrum ac doctorem agnoscebat: est enim orationis ascensus, ab Angelo ad Deum, & est πνεῦμα Deus. Quemadmodum Christus ipse, dixit, Joan. iv, 24. πνεῦμα ὁ Θεός, *spiritus est Deus.* Illam profecto ibi Pauli fidem ac Pharisæorum esse, cum Sadducæorum placitis pugnantem, ex his verbis conficitur, quæ post prius allata statim subjiciuntur, versu 9. *Factus est autem clamor magnus. Et surgentes quidam Pharisæorum pugnabant, dicentes: Nihil mali invenimus in homine isto. Quid si Spiritus locutus est ei, aut Angelus?* Spiritus haud dubie idem in hoc versu, qui & in proxime superiore, cum Angelo consociatur, ut apparet: quoniam per se vel per Angelum loqui Deus homini possit ac soleat. Nam qui Pharisæi in versu priore dicuntur *utraque confiteri*, Angelum, & Spiritum: iidem ipsi in subsequente Spiritum & Angelum commemorant: eumdemque proinde in utraque sententia Spiritum, nec diversum.

Est aliud πνεῦμα in sacris codicibus, aliud τὸ πνεῦμα: tametsi leve ac subtile istarum vocum discrimen est, cum de Deo agitur. Nam istud quidem τὸ πνεῦμα per se Spiritum sanctum, ex consequenti vero naturam divinam significat, cui vis operandi inest: operationemque ab ea profectam, quæ *per appropriationem*, ut schola loquitur, Spiritui tribuitur. Πνεῦμα autem, divinam per se naturam; nam *Spiritus est Deus:* ex consequenti vero, personam divinitatis eam, cui operatio tribuitur: sunt enim, ut ejusdem scholæ verbis utamur, actiones suppositorum, quantum ad denominationem attinet. Pugnat porro cum catholica veritate Grotii interpretatio in hunc locum, ubi nomine πνεύματος jubet intelligi *quemdam afflatum, qui animum miro modo penetret, quem Græci ἐπίπνοιαν vocant.* Et enim Socinianæ pestis, quam ille in suis Notis ad libros sacros singulis non dico paginis, sed pæne versibus callidissime occultissimeque ingerit, illud primarium placitum, ne τὸ πνεῦμα quidem Spiritus sancti personam usquam significare: sed hunc dumtaxat afflatum quem diximus. Quare in Notis ad hunc locum, monet alia simili sensu loca accipi oportere, tametsi in his omnibus τὸ πνεῦμα legitur, Act. x, 19. xi, 12, 28. xvi, 7. xx, 23. Cujus autem imperitiæ, sive potius malitiæ est, hoc loco non agnoscere perinde Spiritum atque Angelum, intelligentem substantiam declarari: cum uterque ex æquo, Spiritus atque Angelus, & æque uterque proprie loqui dicatur? τί εἰ πνεῦμα ἐλάλησεν αὐτῷ, ἢ ἄγγελος; Hanc enim vim esse vocis tum Græcæ λαλεῖν, tum Latinæ *loqui*, ut in substantiam tantum cadat mente ac ratione præditam, tum pueri norunt, tum trecenta Novi Testamenti exempla confirmant. Tamen a malitia Grotius non discedens, ad locum Joannis xvi, 13. *Cum venerit ille Spiritus veritatis . . . . quæcumque audiet loquetur*, ὅσα ἂν ἀκούσῃ, λαλήσει, ne personam Spiritus sancti agnoscat, illi afflatui quem prædicat, personam legati dicit affingi per prosopopœiam, & λαλεῖν ait *Spiritus sancti esse*, hoc est, Grotiani afflatus *insinuare* sive irrepere *animis.* Et Joannes igitur fere sexagies, & tricies Lucas, hoc est, ubique constantissime, proprio significatu vocis illius usi sunt: semel tantum uterque, sui perpetui moris oblitus, improprio & metaphorico: neque usquam alibi, quam ubi propria vocis acceptio dogmati Sociniano officit? Quis istud autem, nisi e Socini castris aliquis, fieri potuisse existimet? Ne Deum autem hoc loco Grotius agnosceret, causa hæc fuit: (nam alios aliæ causæ perpulere:) at is verebatur ne si Sadducæos Herodianosve fateretur Deum aut nullum verum, aut corporeum coluisse, eoque nomine a sacris scriptoribus repudiatos, atque ab ipsa Synagoga rejectos, se quoque jam tum in illis fuisse prædamnatum fateri cogeretur. Nam ipse corporeum Deum coluit, qualem grex Socini.

Angelum igitur ac Spiritum negavere Sadducæi, hoc est, & Angelum, & Spiritum sustulere, qualem Paulus cum Pharisæis, & nos cum Paulo animis informamus: substantiam nimirum omnis expertem corporis, omniumque affectionum quæ corporis propria

priæ sint: quæ non tenuitate solum, aut vi motus celerrima, sed toto substantiæ genere a corpore discrepet. *Pharisæi autem utraque confitentur*, hoc est, geminum resurrectionis magistrum: nempe & Angelum, & Spiritum, sive Deum: quorum ab alterutro edoceri Paulum potuisse iidem suspicantur. *Quid si*, aiunt, *Spiritus locutus est ei, aut Angelus?* Afflatum, sive ἐπίνοιαν Grotianam an in Mose saltem, quem prophetæ loco ipsi quoque habuere, Sadducæi negarent? Minime sane. Sed hunc afflatum esse a Deo Spiritu, quæ vocis istius acceptio est apud Catholicos Doctores; æque atque Grotius, pernegarunt: sive (quod Lyrano placuisse intelligo:) Deum illi corporeum, ut Sociniani: sive, quod multo est verius, naturam illi tantum pro Numine haberent, & Deo Ignoto: cujus μοναρχίαν qualemcumque agnoscerent in res omnes, hoc est, in substantiam corpoream. Nam τὸ πᾶν esse corporeum statuebant, cujus partes inferiores a superioribus certa ratione ac lege regantur. Hoc est autem Angelum ac Spiritum, sive Deum reipsa tollere.

De Angelis quidem ait iste Sadducæos id statuisse, *quod Judæorum nonnullos sua quoque ætate sensisse Justinus affirmat*, ἀτμήτους καὶ ἀχωρίστους Θεοῦ δυνάμεις, ἃς ὁ Θεὸς ὅταν βούληται, προπηδᾶν ποιεῖ, καὶ πάλιν ἀναστέλλει πρὸς ἑαυτόν, nempe in Dialogo cum Tryphone, pag. 280. At illa non Judæorum, sed quorumdam ex his qui Christo nomen dedissent, opinio fuisse ibi dicitur: qui de Verbo similiter ac de Angelis pronunciarent, ipsum esse Virtutem, quæ ab rerum omnium parente subinde prosiliret, ad eumque peracto opere remearet: nunc Verbum appellari, cum Patris mandata defert ad mortales: nunc gloriam Patris, cum admirabiles quasdam de Deo ἐπινοίας animis nostris injicit: nunc aliis nominibus insigniri. Qui si hæretici tunc fuere, præivisse Marcello Ancyrano possunt videri, cui similis de Verbo deliratio tribuitur, libro 2. hæreticarum fabularum, cap. x. Idem objectum olim Origeni fuisse refert Anonymus in Bibliotheca Photii, cod. CXVII. ὅτι τὰ Χερουβὶμ ἐπίνοιαι τοῦ υἱοῦ εἰσίν. Quæ sunt profecta haud dubie, ut illa priora ex Dialogo descripta, ab impio dogmate de Deo aut Verbo corporeo. Quod si æque conficta aut temere credita illa in Dialogo hæresis est, atque ista Origeni per calumniam impacta vulgo creditur: quid erit deinde Grotio relictum, quo non suum potius, qui verus error est, in sacris codicibus damnatum defendat, quam istum alterum, qui nec Judæorum fuit, ut ostendimus, nec fortassis ullius sectæ inter Christianos? Quod si qui Angelos somniarunt, ut quidem ipse vult, esse ἀτμήτους καὶ ἀχωρίστους Θεοῦ δυνάμεις, iidem, ut de Origene creditum est, censuere esse ἐπινοίας τοῦ υἱοῦ, quod idem prorsus valet, aut eodem certe recidit: qui fieri potest, ut Sadducæi Spiritum negarent, si nomine πνεύματος intelligi necesse est hanc ipsam ἐπίνοιαν, sive afflatum Grotianum?

Quoniam vero quæ Angelorum, eadem omnino humanorum spirituum conditio atque ratio est, quantum ad secretionem ab omni corpore: de natura similiter atque origine animæ visum est auctori Antiquitatum Judaicarum, Grotioque, & Wolzogenio, Sadducæorum hæresim in eo statuere, quod affirmarent animam esse dumtaxat quamdam corporis humorumque κρᾶσιν, sive temperationem, quæ cum corpore evanesceret atque interiret. Nisi enim ita Sadducæi crederent, non potuit alia eorum esse de animæ natura hæresis, quam quæ ἀρχαιολόγου, Grotiique, ac Socini fuit: tenuem esse substantiam, quæ pro sua tenuitate dici incorporea & spiritalis jure possit, divinæ particulam auræ, spiritum natura sua corruptionis expertem, ex æthere vel anima mundi, aliove simili fonte, decerptum: qui non ut quod, sed ut quo vivat: hoc est, qui per se non vivat, sed vitam cum corpore conjunctus efficiat. Ne hic igitur confixus error in sacris litteris crederetur, alium illi longeque diversum Sadducæis affinxere, quem diximus. Tametsi in diversas ipsi quoque partes abiere. Nam ille quidem ἀρχαιολόγος discedere ex hac vita animum cum quodam perpetuo corpore aut vehiculo, ut Trismegistus, aliique, censuit: qui Catholicorum sensa ac voces cum vellent imitari, vitam hoc modo sensumque animis a corpore sejunctis dedere. Isti alterum in corpore corpus perosi prorsus hæc adimunt, ac vivere animos nostros a corpore separatos plane negant: tametsi eosdem subsistere nihilominus, hoc est, non interire asseverant. Quare quod est a Salomone pronunciatum, Eccl. XII, 7. *Revertitur pulvis in terram suam unde erat, & spiritus redit ad Deum qui dedit illum*, pro eo positum est, si Grotium audimus, quod Euripides cecinit, Τὸ σῶμα δ' εἰς γῆν, πνεῦμα δὲ πρὸς αἰθέρα, *redire spiritum ad æthera*. Est enim æther Grotio fons animarum: quem fontem etiam Aristoteli placuisse vetus scriptor prodidit, libro IV. contra Celsum; pag. 202. In priorem illam autem de corpore aut vehiculo animæ hæresim (nunc enim certe Catholici omnes sic appellant:) quo sive casu, sive consilio vel errore, veterum quidam impegerint, alterius erit loci exponere, ne uno omnia tempore dicamus, longiusque a proposito evagemur. Posterior, quæ Grotiana, quam nihil ab Herodiana Sadducæaque distet, de origine animæ, nunc est aperiendum: de exitu enim ac fine quanto sit illa pejor, & ii intelligunt vel me tacente, qui Socinianæ doctrinæ corpus integrum callent: idemque Grotii virus esse ex libris ipsius didicerunt: & nos ipsi satis aperte pro instituto nunc indicavimus.

An vero decerptam ex æthere, quintave substantia, sive anima mundi, animam humanam Sadducæi negarent, cum id Platonici non negarent? An Angelos minime subsistere, animosque similiter interire cum corporibus, atque in nihilum redire Sadducæi docerent, cum Platonici e contrario permanere contenderent? Nam ut Herodianos a Sadducæis nihil differre Christus admonuit, in hac parte doctrinæ: ita nihil illos a Platonicis in eadem dissidere, maxime probabilis ratio persuadet. An enim Herodes Atticus aliam, quam Platonis Attici sectam sequeretur? aut quæ alia, quam Platonis vel similium dogmata, cum se Græca peregrinitas in Asiam infudit, secum invexisse existimanda est? Atqui & Platonis ipsius, & Aristotelis, & ipsius Pythagoræ sententiæ, *spem Tullio afferunt*, I. Tusc. XXIV. *posse animos, cum e corporibus excesserunt, in cælum quasi in domicilium pervenire*. Quod fieri utique non potest, si animus non ὑφίσταται. Et vero *nullum esse sensum post mortem, & cum corporibus simul animas interire, atque omnia morte deleri, minuti* tantum *quidam philosophi censent*, inquit idem, in fine libri de Senectute, & in Lælio num. XV. Pythagorica autem παλιγγενεσία post aliquot sæcula, Platonicaque μετεμψυχώσεις statim post exitum, quam hodieque ab Orientalibus permultis retineri aiunt, permansionem pariter animorum tamquam certam ac minime controversam ponit. Nam Democriti, Empedoclis, Aristoxeni, aut Dicæarchi deliria, quæ Tullius refert, & quæ sunt eorum simillima, ea quæ Sadducæis a Grotio tribuuntur, nulla gens nisi barbara, nulla certe quamvis exigua in orbe Romano amplexa est.

Animum igitur humanum dici ab Herodianis Sadducæisque oportuit, tenuem esse, decerptamque ex æthere substantiam, quæ pro sua tenuitate præ corpore concreto, quod sub tactum vel sensum cadit, & spiritus appellationem, apud eos qui proprie spiritum negant, καταχρηστικῶς obtineat: & incorporeæ substantiæ. Quo sensu fortassis Græcus auctor εἰς τὴν ἁγίαν ἑορτὴν τῶν βαΐων, pag. 402. Christum dixit post ascensionem nunc esse ἐν τοῖς ἀσωμάτοις χοροῖς ἑστιώμενον. Hujusmodi deinde spirituum humanorum nullam

 lam

lam futuram esse cum prioribus suis corporibus novam conjunctionem: nullam, quod idem est, corporum ἀνάστασιν: sed vel permixtionem animorum cum æthere, unde sunt delapsi: vel post pœnas persolutas μετενσωματώσιν, cum incipient in corpora velle reverti, non priora quidem, sed quæ tunc se offerent, diversa a prioribus. Nam ita Plato, libro x. de Republica, & in Phædone. Quod si ita futurum est, *vana*, ut Paulus ait, *& inanis est fides nostra.* His igitur placitis affinia Sadducæi si docuere cum Herodianis: quæ potest esse Grotii vel Socini defensio, ne se prædamnatos cum istis intelligant ac sentiant? Ἀνάστασιν quidem Grotius cum suis admittit: quamquam qualem istam, & quorum? sed careat sane utcumque hac parte Sadducæorum Herodianorumque labe: alteram de origine animæ ut a se depellat, quo demum effugio consequetur?

Ex Sadducæis igitur discimus qui sint Herodiani: ex Herodianis vicissim qui sint Sadducæi. Nam ex Sadducæis Herodianos colligimus resurrectionem, Angelum, & spiritum negasse: ex Herodianis autem, ecquod genus spiritus in homine, (est autem eadem de Angelo ratio:) repudiarent. Nempe illud quod extra corpus positum vere ac per se vivat, nec conjunctim tantum cum corpore, cui motum ac vitam imprimat: quod & sine adminiculo corporis actu intelligat, ametque vel oderit, gaudeat, doleatve, pro eo ut in præmio scilicet, vel pœna fuerit: ac proinde quod appetat atque deposcat resurrectionem, hoc est, reversionem in prius corporis sui domicilium. Nam animi, nisi ita vivunt, ut diximus, præoptare sua priora corpora non possunt, atque adeo neque veram ἀνάστασιν, seu proprie dictam resurrectionem: sed in quodcumque illi corpus inciderint, erit ex æquo gratum & jucundum. Quare adversus Sadducæos Herodianosque vera fides duobus istis quasi connexis invicem atque indivulsis capitibus continebatur: quorum alterum si proferretur, intelligi ex eo alterum necesse esset: & spiritus nimirum separatos vivere: & veram priorum corporum resurrectionem ipsis nobisque in exspectatione esse. Ex quo gemino dogmate, si tamen geminum est, consequitur pro iisdem spiritibus humanis exorare, sanctam esse salubremque cogitationem, ut a peccatis solvantur, alii citius, serius alii, omnes certe ante resurrectionem: quæ ratiocinatio est sacri scriptoris, 2. Machab. XII, 43. jam tum illo grassante in Judæa pestifero errore, quem eo Græci rerum potiti invexerant.

Rectam hanc fidem de generali mortuorum ad vitam reditu, Pharisæi obfirmatis animis tenuere contra Sadducæos, teste Paulo, qui se Pharisæorum, ut diximus, filium ea causa vocat. Tametsi istud displicuit olim certo hominum gregi, qui inter pestifera sectæ suæ placita, Christum apparuisse posuere, eo tantum consilio ac fine, ut resurrectionem doceret: non ut pro alienis peccatis satisfaceret: quamvis illi Christum agnoscerent, quod Sociniani negant, ἀληθείᾳ καὶ φύσει θεόν. Resurrectionem igitur si Pharisæi jam olim tenerent eodem quo Paulus sensu atque intellectu, quid Christi adventus mortalium generi profuisset? Hic isti deformandum primo Pharisæorum de resurrectione dogma censuere: quod ἀρχαιολόγος faciendum suscepit, libro 2. de bello cap. VII. deinde in loco Actorum proxime laudato, υἱὸς Φαρισαίων, Paulo ipso invito, & Luca scriptore, spretoque vulgato interprete, vel mutandum in Φαρισαίου, quod nunc plerique codices habent, interpolati ab ea factione scilicet: vel sive Φαρισαίων, sive Φαρισαίου legeretur, non tam filium instituto ac fide, quam genere atque ortu, monuerunt intelligi oportere.

Ut est autem timidus ac suspiciosus error, præsertim in re sua: Herodes tetrarcha, tametsi veram ἀνάστασιν cum Sadducæis Herodianisque suis negaret, tamen diffidens saltem semel opinioni suæ, ubi *audivit famam* JESU, *ait pueris suis: Hic est Joannes Baptista, ipse surrexit a mortuis, & ideo virtutes operantur in illo.* Matth. XIV, 1. Hæc ille autem non de suo sensu, sed injecta ab aliorum Judæorum sermonibus suspicione loquebatur, teste Luca, cap. IX, 7. *Audivit autem Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo: & HÆSITABAT, EO QUOD DICERETUR A QUIBUSDAM, Quia Joannes surrexit a mortuis: a quibusdam vero, quia Elias apparuit: ab aliis autem, quia propheta unus de antiquis surrexit. Et ait Herodes: Joannem ego decollavi: Quis est iste, de quo ego talia audio? Et quærebat videre eum.* Negabat enim ille ἀνάστασιν cum Sadducæis: tunc vero eorum quæ audiebat novitate perculsus *hæsitabat*, an potior illorum esset veriorque sententia, qui dicerent Joannem esse e mortuis suscitatum: uti ab Elia & Elisæo quosdam fuisse revocatos ad vitam libri sacri prodebant. Nam cum fuisset Christus Dominus ante illum fere annum plerisque ignotus, non alium existimabant esse qui verbum Dei prædicaret ac miracula ederet, quam quem eo fungentem munere paulo ante audierant, ab Herode nuperrime capite damnatum, priusquam de JESU fama exisset. Itaque ad Joannem, ut putabant, redivivum, omnia referebant: alii ad unum ex prophetis, quem, si Jeremias vel alius foret, surrexisse suspicabantur: si Elias, rediisse.

Quot erant igitur Hierosolymis Sadducæi, Herodiani totidem fuere: sed & multo plures: quoniam præter Sadducæos, qui se Mosaïcæ legi ceteroqui profiterentur addictos, Græci ibi fuere plurimi ab ea lege immunes: quibus Herodianorum inditum nomen est, quod invecta jamdudum hæc falsa opinio e Græcia in terram Israël, novum ab Herode priore in Judæa, ac forte ibi tunc primum, robur accepit: nomenque inde sub Herode quoque altero prioris filio perseveravit. Cur autem hæc a Josepho neglecta sunt ac prætermissa? An sociis quinam Herodiani essent inter se disceptantibus, noluit afferre præjudicium, ne tota fere cohors sequi ducem invita cogeretur? Cui enim religio non foret, in re tali, quam ille scilicet oculis usurpasset, ab ejusdem decedere sententia? Quamquam alioqui non debet mirum videri, Herodianos ab eo fuisse prætermissos, qui de rebus ab Herode tetrarcha Galilææ gestis per annos saltem XLIII. nihil plane prodiderit, perinde quasi ad Judaïcam historiam nihil pertinerent: nec de eo fere aliud retulerit, quam incestas nuptias, quas ex sacris libris hausit, exitumque qualem ipse finxit.

IV. *De Philippo, & altero Herode, præter tetrarcham, Herodis Magni liberis, ex Josepho.*

Quid aliud denique, nisi & ardens studium texendi progeniem Herodi numerosam, & intemperans illa cupiditas adversandi sacris scripturis, de qua ad annum Christi octavum diximus, Josephum impulit, ut Herodem plane ignotum, Herodis Magni filium, nec ulla tamen vel exigua regni portione donatum a patre, fingeret: cujus uxorem Herodiadem, marito adhuc superstite, frater ejusdem Herodes tetrarcha duxerit: & Philippum ab isto diversum statueret, quem decessisse sine liberis ait, relicta uxore Salome ficti illius Herodis filia, libro XVIII. Antiq. cap. VII. ubi dedita opera universam describit gentis Herodianæ familiam? Cum scriptor sacer non Herodis, sed Philippi uxorem fuisse Herodiadem diserte affirmet, eamque Herodi tetrarchæ post obitum mariti nupsisse: eo quod afferret nimirum veluti pro dote, sub tutelæ specie ac titulo, tetrarchiam Trachonitidis & Ituræ. Adde quod narrat idem cap. VI. Philippum obiisse anno XX. Tiberii, tetrarchiæ suæ XXXVII. cum dicere debuerit, si secum ipse constare vellet, *anno Tiberii XXII. tetrarchiæ suæ XXXVIII.*

ut est a Petavio animadversum. Annum certe Tiberii vicesimum secundum hoc loco habet Rufinus, Josephi interpres, ut creditur, in pervetusto codice MS. Sorbonico. Quis hunc deinde aberrasse miretur in anno obitus Herodis prioris notando, qui in Philippi obitu, in Herodis tetrarchæ scelere, & probro domus Herodianæ describendo, tantopere hallucinatus sit: quæ xxx. fere annis ab ejus ætate propius abfuere: quæ discere eum ab Agrippa rege oportuit? Nam ille quidem libros de bello Judaico prius exaratos, legit comprobavitque epistolis duabus ac sexaginta, si Josepho fides ita narranti in vita sua, pag. 1026. Heu! quot fabulæ comparatæ, tamquam destinæ, fabulis fulciendis? Num igitur adeo parum cognita sua Agrippæ amita fuit? num uterque avi sui frater ignotus adeo, ut connubia inter ipsos affinitatesque permutaret? An illius ergo ævi, quod præ se fert, Josephus existimandus est, post tot & tam insignes errores in Herodiana historia, sexcentosque alios in reliquo opere, a Saliano & aliis adnotatos: & quod caput est, post tot cognationes confictas, post tot contrarias sacræ scripturæ narrationes? Putidum est enim, quod Grotius comminiscitur, ut Josephi honori ac pudori consulat: quem scilicet Herodem Josephus, Marcus ac forte Matthæus Philippum appellant, dictum videri Philippum Herodem, Herodis tetrarchæ fratrem, ab altero Philippo ejusdem pariter Herodis tetrarchæ fratre, & ipso, ut Lucas ait, tetrarcha, diversum. Sicuti nimirum quem Agrippam Josephus, Lucas Herodem vocat, videri cognominatum fuisse Herodem Agrippam multi dixere. Nam quæ vel tam discors ac dissentiens a vero narratio, vel quæ similiter tam discrepantes sententiæ esse possunt, quæ non hac via facile componantur? aut quis tam supposititius scriptor erit, cui non concilietur fides, si talibus effugiis & commentis locus absque teste vel idoneo argumento datur? Magis sincere Casaubonus, Exerc. XIII. §. 26. pag. 282. impossibile ait esse conciliare Josephum cum Evangelio.

Hæc tamen de conscriptis Josephi nomine libris, aliisque capitibus, quæ attigimus, non tamquam totidem effata, planeque decisa ἀξιώματα accipi volumus: quantumvis pro oratorio dicendi genere, quo subinde utimur, secus videri possit nonnullis. Nodi sunt, quos solvendos erudito cuique ac φιλαλήθει proponimus: quos si quis salvis Antiquitatibus expediri putet posse, laudabimus ingenium ac felicitatem. Sed novis criminationibus deinde utemur in ἀρχαιολόγον. Indicabimus enim quam pravo ille consilio ab Hebraici codicis calculo discesserit; carmina Sibyllina descripserit, historiam Judithæ Tobiæque omiserit, de probatica piscina siluerit: Straboni quædam de Antigono, aliaque, quæ in Strabone non exstant, adscripserit: fati necessitatem induxerit: fato ad singula movente, manere in nobis nihilominus bene aut male agendi potestatem pluribus locis docuerit: fatum a faciendo tamquam homo Latinus derivarit, secutus definitionem, qualis habetur libro V. de Civitate Dei, cap. VIII. notationemque Latini nominis potius quam Græci, quod & Salianus noster animadvertit: aliaque non pauca ejusdem generis: ex quibus fortassis & totius conscelerati gregis agnoscatur ætas: & si de Sadducæorum hæresi recte conjecimus, novorum Sadducæorum nefaria consilia retegantur. Nemo interim in hisce capitibus, quæ sacrorum codicum, nummorumque, & marmorum auctoritate adstruimus, scriptores quoscumque opponat, qui Josepho patrocinari, vel ejusdem operi videri possint fidem adserere vetustatis: sive eorum ipsorum αὐθεντία, ac forte γνησιότης venire possit in controversiam, sive pro genuinis ab omnibus vulgo habeantur. Nam quid primum in eo genere quisquam asserat, quod non sit tritum ac pervulgatum? aut quid aliud in præsenti sciscitamur ab eruditis, nisi an Josephus, in his capitibus quæ nunc proponimus; cum sacris codicibus, nummisque, quos testes attulimus nostrarum sententiarum, probe consentiat? Nam horum auctoritati scilicet scripta quæcumque testimonia concedere jus & ratio postulat.

INDEX
RERUM ALIQUOT INSIGNIORUM.

 Cæsa

PERMISSIO.

Ego Ludovicus Genevray, Provincialis Societatis Jesu in Provincia Franciæ, permitto ut P. Joannis Harduini ex eadem Societate *Chronologia ex nummis antiquis restituta*, typis edatur. Flexiæ, die 1. Novembris, 1692.

Ludovicus Genevray.

LETTRE à MONSIEUR

LETTRE A MONSIEUR DE BALLONFFEAUX,

Conſeiller du Roi d'Eſpagne en ſon Conſeil Provincial de LUXEMBOURG:

où l'hiſtoire des Juifs de M. Baſnage eſt refutée, ſur ce qui regarde les HERODES.

MONSIEUR, A ce que je vois, vous êtes mieux ſervi à Luxembourg, pour avoir les livres que vous ſouhaitez de Hollande & d'Angleterre, que nous ne le ſommes ici. Le livre de M. Hickes, que vous avez mis depuis peu dans vôtre Bibliotheque, à ce que vous me faites l'honneur de m'écrire, n'eſt encore à Paris, qu'à la Bibliotheque Roïale. Je n'ay point encore vu l'hiſtoire des Juifs de M. Baſnage. Ainſi vous m'avez fait plaiſir de m'envoier les Extraits, que vous avez faits des endroits qui me regardent, pour m'en inſtruire par avance: & de me dire, que le reſte n'eſt preſque qu'un ramas des contes du Talmud, tirés des morceaux qui en ont été juſqu'ici traduits en Latin, & que M. Baſnage s'occupe à réfuter. Je vous renvoie, MONSIEUR, vos Extraits mêmes; afin que vous voyiez par les apoſtilles, que j'ay miſes à la marge; combien j'aurois de choſes à repliquer, ſi j'entreprenois de faire un écrit, que je vouluſſe rendre public, pour le réfuter. Je vois que vous avez ſuivi un ordre fort methodique dans l'arrangement de ces Extraits. Car vous avez mis d'abord ceux qui regardent la Genealogie des Herodes: enſuite ceux où il eſt parlé de l'étendue de leurs Etats: & en dernier lieu ceux qui traitent de leur Religion. Aprés cela vous y avez ajouté ceux qui touchent les Semaines de Daniel, & quelques autres moins importans. Vôtre diviſion eſt juſte, je la ſuivrai fort exactement.

I.

Voici la genealogie des Herodes, que j'ay tracée, ne voulant l'établir que ſur l'autorité de l'Ecriture ſainte, & ſur les preuves que les Médailles nous en fourniſſent.

HERODE Prince de la Nation, dans la Judée, & dans une petite partie de la Samarie.

ARCHELAUS, fils d'Herode, & qui lui a ſuccedé.

ZENODORE, Tetrarque de la Galilée & de l'Iturée.

PHILIPPE, Tetrarque de l'Iturée & de la Trachonite. Il eut pour femme Herodias, fille d'Herode, & ſœur d'Archelaüs.

HERODE, qui fut premierement Tetrarque de Galilée: & puis Roi de Galilée, de l'Iturée, & de la Trachonite.

Berenice.

AGRIPPA, qui prit le titre de Grand Roi, parce qu'il poſſedoit la Galilée, l'Iturée, & la Trachonite. Jeruſalem fut priſe de ſon tems.

AGRIPPA Roi, Lieutenant General pour les Romains, dans les armées de la Judée & de la Paleſtine. Il vivoit encore a la fin de l'année 95. de JESUS-Chriſt, qui eſt la derniere année de Domitien.

Le ſyſtéme de Joſephe & de M. Baſnage eſt bien different. Le voici. Je ne marquerai pourtant, de toute la genealogie qu'ils produiſent, que les perſonnages qui ſont en queſtion.

HERODE LE GRAND, Roi de la Judée, de l'Idumée, & de la Galilée: fils d'Antipater, & petit fils d'Antipas, qui fut valet de Prêtre.

Herode Philippe, mari d'Herodias.

ARCHELAUS Tetrarque de Jeruſalem, qui ne fut jamais Roi.

HERODE Antipas, Tetrarque de Galilée.

Ariſtobule.

PHILIPPE Tetrarque d'Iturée.

Herodias, femme premierement d'Herode Philippe ſon oncle; & puis d'Herode Antipas ſon autre oncle.

AGRIPPA, Roi de toute la Judée, comme ſon grand pere: & qui mourut la 3. année de Claude.

HERODE Roi de Chalcide: qui eut le droit de nommer & de depoſer le ſouverain ſacrificateur, & d'avoir ſoin du Temple de Jeruſalem, quoi qu'il n'en fût pas Roi.

Berenice.

AGRIPPA II. ſous qui Jeruſalem fut pris. Il ne fut jamais Roi a Jeruſalem. Il mourut l'an 94. de JESUS-Chriſt.

Extrait de la page 63. du livre de M. Basnage. *Tous ces faits* (c'est à-dire, cette suite de Princes selon qu'il les a rangés,) *paroissent incontestables, lors qu'on lit Joseph. Mais on a fait depuis peu une nouvelle genealogie de la maison d'Herode, & particulierement de la branche d'Agrippa, qui renverse toutes les idées qu'on en avoit eues jusqu'à present: & cette genealogie, qui change entierement l'histoire de ces Princes ayant été imaginée par un Critique ingenieux & sçavant, il faut l'examiner. . . . . Il ne faut pas dérober au Lecteur ce qu'il y a de nouveau qui mérite son attention: & quoi que nous préferions la route ordinaire & batuë, il est juste de ne rien dissimuler, & de laisser la liberté de choisir l'opinion qui paroîtra la plus séure.*

Réponse. Puisque M. Basnage laisse a ses Lecteurs la liberté de preferer mon opinion à la route ordinaire & batuë, qu'il fait état de suivre; il faut qu'il s'apperçoive lui-même, que ses preuves sont foibles; & qu'il se pourra bien faire, que les habiles gens, tout consideré, jugeront que mon hypothese est la plus seure, non obstant la Critique qu'il entreprend d'en faire.

Page 35. *Pour trouver les ancêtres d'Herodes, ce ne sont pas des Herodes qu'il faut chercher; car ce n'étoit pas le nom de la famille.... Antipas & Antipater..... c'étoient là les pere & le grand pere d'Herodes, QUI PRIT un autre nom: c'est a quoi le Pere Hardoüin n'a pas pensé.*

Je n'avois garde de penser qu'Herode eût pris ce nom là, ou un autre nom que celui de quelqu'un de ses ancêtres. Car prenons-nous ou choisissons-nous nous mêmes nos noms? Et dans les familles distinguées, les parens ne prenoient-ils pas autrefois, du moins le plus souvent, parmi les noms de leurs ayeuls ceux qu'ils donnoient à leurs enfans? Qu'Antipas & Antipater soient le pere & le grand-pere d'Herode, c'est Josephe seul qui le dit. D'autres plus éclairés, qui ont bien vu qu'on pouvoit du moins *chercher* & trouver des Herodes parmi les ancêtres d'Herode, lui ont donné Antipater pour pere, Herode pour grand pere, & Antipas pour bisayeul. Ce sont ceux que S. Epiphane a suivis dans sa 20. heresie. Si ce sentiment n'est pas plus seur que celui de Josephe, du moins est-il plus vrai semblable. Ainsi Cambyse est, fils de Cyrus, petit-fils de Cambyse, & arriere-petit-fils d'un autre Cyrus. Dans nos Rois de la troisiéme race, plus de 260. ans les noms de l'ainé & du second fils de France ont eté alternativement Philippe & Loüis; l'ainé ayant ordinairement le nom du grand pere, & le second le nom du pere. Chercher des Herodes parmi les ancêtres d'Herode, c'est s'égarer encore avec Julius Africanus, l'un des plus anciens auteurs Ecclesiastiques, & qui est cité & recommandé par Eusebe, au livre premier de son histoire, chap. 6. Car selon lui le grand pere d'Herode est un autre Herode. Si M. Basnage ne veut dire autre chose, sinon qu'il ne faut pas chercher pour cela les Herodes d'Athenes, j'en conviens avec lui.

Page 74. *Mais lors qu'on admet la Genealogie du Pere Hardoüin, il faut faire d'Herode un nouveau Roi, quoi qu'il n'ait été que Tetrarque. Il faut prolonger sa vie jusqu'à la troisiéme année de Claude, quoi qu'il fut exilé & déja mort sous Caligula. Il faut anéantir Herode Roi de Chalcide, frere d'Agrippa...... Tout ce dérangement ne peut que causer de grands embarras a ceux qui le font; & ne s'accorde ni avec Dion que nous avons cité, ni avec la Genealogie des Herodes.*

Tout cela ne signifie autre chose, sinon qu'il faut se résoudre à laisser dire Josephe sur tous ces articles là, sans l'en croire. Mais je ne vois pas quel embarras cela peut causer; quand on ne l'abandonne, lui & ses copistes, comme l'est Dion, que par l'impossibilité qu'il y a d'accorder ces Auteurs avec l'Ecriture sainte, & avec les Médailles. Quand on trouve que Josephe, & Dion qui l'a suivi, sont opposés au témoignage du S. Esprit dans les livres sacrés, & a celui des Magistrats publics, qui ont fait frapper les Médailles; on en est quitte pour dire dans ces occasions là de Josephe, ce que le Cardinal Baronius & bien d'autres en ont déja dit: *Scriptor mendacissimus.* Est-ce là un fort grand embarras? Nous verrons bientot, s'il est vrai que celui des Herodes, dont M. Basnage parle ici, n'ait été que Tetrarque, sans être jamais Roi: s'il n'a pas vécu jusqu'à la troisiéme année de Claude: & si le Roi enfin & le roiaume de Chalcide, n'est pas un roi & un roiaume imaginaire. Que doit-on penser de Josephe, s'il a dit faux dans tous ces chefs que M. Basnage soutient, & en beaucoup d'autres? Au reste souffrez, je vous prie, MONSIEUR, que je dise toûjours Josephe, selon l'ancien stile: je ne puis m'accoutumer a nommer comme les saints de ce nom là que je révere, un auteur pour qui l'on ne doit avoir que du mépris.

Page 74. *La grande raison qu'on allégue pour transformer Agrippa en Herode, est l'autorité des Ecrivains sacrés, qui ne parlent jamais que d'Herode, & ne le nomment ni Antipas, ni Agrippa. On se fait une dévotion de parler précisément comme eux: de bannir les Antipas & les Agrippa, & de ne reconnoître toute l'histoire des Actes, qu'un seul Herode qui étoit Tetrarque. On est ravi de voir un homme, dont la Religion égale les Traditions à l'Ecriture, n'oser pas s'écarter des Ecritures, & pousser son scrupule jusqu'aux noms des personnes. Quand on ajoute ou qu'on reçoit tant de dogmes ajoutez aux écrits des Apôtres, le respect qu'on a pour eux sur de simples noms, devient suspect. Ce n'est pas alors le dessein de suivre exactement les Apôtres; mais le desir de leur prêter nos imaginations, & nos conjectures, qui nous anime.*

Ce que j'ay avancé, c'est que le fait que S. Luc rapporte d'Herode, au chapitre douziéme des Actes, à suivre la Chronologie de Josephe, doit tomber sur un autre Prince que lui, sur un Prince imaginaire, neveu de cet Herode selon Josephe, & qu'il nomme Agrippa: & je l'ay avancé sur ce que Herode & Agrippa sont deux noms differens, qui nécessairement désignent deux differentes personnes. Est-ce une dévotion mal entenduë, que de vouloir parler comme les Ecrivains sacrés, même dans les faits historiques? & de n'oser s'écarter des Ecritures, jusqu'aux noms même des personnes? Tout Chrétien ne doit-il pas faire scrupule de s'en écarter? Et le respect que j'ay, entant que Catholique, pour la Tradition, n'est-il pas bien loüable, quand il s'accorde, comme il arrive toûjours, avec le respect qu'on doit avoir pour les Ecritures? Seroit-il enfin plus pardonnable d'imiter M. Basnage; c'est-à-dire, de ne point déferer aux Traditions de l'Eglise; & pour l'Ecriture même, de n'avoir nul égard aux noms des personnes dont elle parle, lors qu'il s'agit de sauver l'honneur de Josephe, qui lui est contraire? Voilà justement ce que le Cardinal Baronius à raison d'appeller la folie des Novateurs, *vesaniam Novatorum, dum Josepho plus tribuunt, quam Evangelio.* Et c'est une folie, dont il ne leur est pas aisé de guerir.

Page 75. *Le Pere Hardouin avouera deux choses: l'une que les Juifs avoient souvent deux noms; & ceux qui le nient, doivent s'inscrire en faux contre une infinité de faits. Car Alexandre fils du vieux Hircan s'appelloit Jannæus, Hircan s'appelloit Jean: Onias s'appelloit Menelaus: Saint Matthieu avoit encore le nom*

Il est certain que les Juifs dans les derniers tems de la Synagogue, depuis qu'ils furent mêlés avec les Grecs & avec les Latins, avoient souvent deux noms: l'un étoit Hébreu & propre de leur nation: & l'autre étoit Grec ou Latin, par lequel on les connoissoit dans le païs des Grecs ou chez les Romains.

nom de Levi: comme Simon celui de Cephas.

mains. Ainsi Simon se nomma Pierre, ce que signifie le même que Cephas en Syriaque: & Saul se nomma Paul: mais c'étoit chez les Romains & chez les Grecs. Quelques uns même n'avoient qu'un nom Grec, du moins que nous sachions, comme les sept, que les Apôtres ordonnerent au chapitre, sixiéme des Actes, & comme Nicodeme dans S. Jean. C'est ce qu'avoit produit le commerce & le melange des Grecs dans le pais des Juifs. Mais pour ne rien dire des trois premiers *faits* que cite M. Basnage, & qui n'ont que Josephe & ses copistes pour garants; où trouvera-t-il que les Grecs, tel qu'étoit Herode, ait jamais pris deux noms? C'est de cela qu'il s'agit ici. Où trouvera-t-il aussi dans toute l'Antiquité, que les Rois ayent pris deux noms? Cyrus & Cambyse, Alexandre & Philippe, Romulus & Numa, Clovis & Dagobert, ont-ils jamais eu deux noms? C'est une échapatoire pitoiable & ridicule; que celle de certains Chronologistes, qui pour accorder des Ecrivains qui ne s'accordent pas entre eux, nous disent que les Rois de Perse & de Babylone, dont parle l'Ecriture sainte, avoient deux noms. Mais ils le disent sans fondement; ils le supposent, parce que sans cela ils ne pourroient accorder avec les Ecrivains sacrés certains historiens du Paganisme, qu'ils reverent avec entêtement. Cela fait que chaque Chronologiste donne differens noms à tous ces Rois suivant ses imaginations & ses conjectures. Mais Herode Agrippa & Herode Antipas sont des monstres en fait de noms propres, aussi affreux, que le seroit le nom de Philippe Demosthene, Isocrate Aristote, Pindare Platon, Themistocle Euripide, Amyntas Ptolemée. Herode étoit Grec. Son nom & celui de son fils Archelaüs, le montre. Les noms de Philippe & d'Aristobule, s'ils étoient ses enfans, le prouveroient encore. Agrippa est de même un nom Grec; quoi que les Latins s'en soient aussi servis depuis, dans une autre signification, par une espece de sobriquet. Si Herode est Ascalonite d'origine, comme M. Basnage le veut, il est Grec: car à Ascalon on ne parloit alors que Grec; ou du moins le Grec y étoit la langue principale: les Médailles en font foi. Pourquoi donc le petit-fils de cet Herode eût-il pris deux noms, contre la coutume des Grecs, & celle de ses ancêtres? Ce n'est qu'un faux-fuiant inventé pour sauver l'honneur de Josephe, & qui n'a été inventé que depuis lui & malgré lui. Car ni Josephe, ni Dion qui l'a copié, ont-ils dit quelque part que ce Prince avoit nom Herode Agrippa? Les Grecs n'avoient non plus deux noms chez eux, que les Latins & Juifs. Les Latins avoient des surnoms; les Juifs & les Grecs en avoient aussi quelquefois: mais tous n'avoient qu'un nom. Car pour le nom de Levi qu'avoit S. Matthieu, ce n'étoit pas un nom, mais un surnom & une espece de sobriquet, qui lui étoit donné a cause de sa profession de banquier: car c'est ce que Levi signifie en Hébreu. Ainsi quand quelqu'un des Evangelistes l'auroit appellé Matthieu Levi, cela ne tireroit point à conséquence; & l'on n'en devroit pas conclure, qu'on pût dire Herode Agrippa. Les enfans de Mathathias, au second chapitre du premier livre des Machabées, avoient des surnoms Hebreux: mais pas un n'avoit deux noms, du moins en Judée. C'est pour cela qu'à chacun d'eux l'Ecrivain sacré dit, *Qui cognominabatur.* Il n'y a que Judas Machabée, dont il dit, *Qui vocabatur Machabaeus;* parce qu'en effet il avoit deux noms; ou plûtôt un nom Hebreu chez les Juifs, sçavoir Judas; & un surnom, qui lui tenoit lieu de nom propre chez les Grecs; & qui étoit composé de Grec & d'Hébreu; de *μάχη* & de חבב: ce qui signifie, Qui cherche à combattre, ou Qui aime la guerre. Par une autre raison Nehemias à deux noms; l'un Hébreu, qu'il avoit comme Juif: & l'autre, Athersatha, qu'il avoit pris en Perse. Zorobabel & Daniel en avoient fait autant. Ainsi les Missionnaires aujourd'hui à la Chine prennent des noms Chinois. Mais on ne joignit jamais ensemble ces deux sortes de noms ensemble tout court. Et encore moins Herode & Agrippa étant tous deux des noms de même langue, peuvent-ils passer pour être le nom d'un même homme, que dans l'idée de ceux qui ne connoissent pas l'usage du Grec. Que si ces deux noms marquent necessairement deux personnes differentes, comme je le pretens, que s'ensuit-il, sinon que S. Luc s'est trompé, ou Josephe, quand S. Luc attribue à Herode, ce qui selon l'histoire de Josephe ne peut convenir qu'a un Agrippa, qu'il suppose être son neveu? Et un Chrétien doit-il abandonner S. Luc, de peur de donner le tort à Josephe?

Page 76. *Le Pere Harduin ne peut pas aussi contester, que dans la famille d'Agrippa on n'ait pris le nom de Julie: il a produit lui-même une inscription Grecque, où Berenice est appellée Julie Berenice.*

J'ay cru en effet autrefois que cette Inscription étoit bonne. Elle est fausse, comme le sont la plûpart des anciennes Inscriptions historiques. Je m'en suis expliqué depuis ce tems-là dans d'autres ouvrages. Et si l'Inscription étoit vraie, elle prouveroit seulement, que Berenice eût ete adoptée par quelqu'un de la famille des Jules, ou fille d'une mere de cette maison là. Que serviroit cela pour autoriser la jonction des deux noms, Herode Agrippa? Car cela voudroit-il dire, qu'Agrippa à été adopté par Herode, dont il n'étoit ni le fils, ni le petit fils? ou que sa mere étoit fille de quelque Agrippa? Josephe n'en conviendroit pas.

Page 70. *En effet Joseph n'est pas le seul qui parle. S. Luc qui a composé l'histoire des Actes, distingue deux Herodes: l'un Tétrarque, l'autre roi de Jerusalem. Il parle même du Tétrarque, aprés avoir parlé du Roi.* Act. XII, 1. *&* XIII, 1. *Il faut donc avoüer qu'il y avoit deux hommes de ce nom, dont le caractére & la dignité étoient differens..... Ce Roi étoit Herode Agrippa, que nous cherchons. Dion le fait connoître, en disant, qu'Agrippa étoit petit-fils d'Herode..... On ne peut parler plus conformement à Joseph. Strabon s'accorde aussi avec lui. Il y a seulement quelque difference entre ces historiens sur la mort d'Herode le Tetrarque: qui, dit-il, obtint avec peine son retour: au lieu qu'il mourut dans son exil, & n'obtint que la liberté de passer en Espagne....... La grande différence que nous remarquons entre Herode & Agrippa, est tirée du titre de Roi, que ce dernier obtint de Claude, & que l'autre ne posseda jamais.*

S. Luc n'est nullement pour Josephe, comme M. Basnage le suppose toûjours hardiment. S. Luc, dis-je, ne suppose nullement deux Herodes. Ce n'est pas toûjours par les différens titres, mais c'est toûjours par les noms différens qu'on distingue les différentes personnes. Autrement il faudroit dire, pour me servir d'exemples recens, que Henri VIII. qui a été Seigneur d'Hibernie, est un autre Henri que Henri VIII. Roi d'Hibernie: & que son Altesse Monsieur l'Electeur de Brandebourg n'est pas le même Féderic, que le Féderic Roi de Prusse. Car Herode de même, qui n'etoit auparavant que Tétrarque, devint Roi, lorsque sa jurisdiction fut plus étenduë. Mais Tetrarque ou Roi, il est toûjours Herode, & il n'est jamais Agrippa. Enfin de ce qu'Herode dans l'Ecriture sainte est tantôt appellé Tétrarque, & tantôt Roi, comment M. Basnage en peut-il conclure que ce sont deux Herodes, s'il a autant de respect pour S. Marc, qu'il se vante d'en avoir pour S. Luc? Car S. Marc appelle expressément cet Herode, *Roi: Herodes rex:* au chapitre sixiéme, verset 14. lors qu'il n'étoit encore que Tétrarque. S. Luc n'a-t-il pas pu appeller cet Hero-

Herode roi, aussi-bien que S. Marc, & dans le même sens que lui; quoi qu'il l'appelle Tétrarque, après l'avoir appellé Roi? Que devient donc cette *grande différence*, que M. Basnage *remarque* entre le vrai & le prétendu Herode; qui est tirée, dit-il, du titre de Roi, que le premier n'obtint jamais: puisque cette différence se detruit par l'Ecriture sainte, que M. Basnage ne sçauroit désavoüer? S. Luc ne dit pas qu'Herode fut roi de Jerusalem: il n'avoit garde, puisque cela est faux. Mais il est vrai que cet Herode se qualifia Roi, ayant accrus ses Etats de quelques provinces: & que S. Luc au chapitre treiziéme des Actes, ne l'appelle pourtant que Tétrarque après sa mort; par deux raisons: La premiére, c'est qu'il étoit bien plus connu sous le nom de Tétrarque que sous celui de Roi: parce qu'il avoit été 47. ans Tétrarque, & n'avoit été Roi que deux ou trois ans. La seconde est, que s'il avoit dit de Manahem, qu'il avoit été frere de lait du Roi Herode, on auroit pu croire que S. Luc parloit du premier Herode, qu'il avoit appellé le Roi Herode dans la premiére partie de son ouvrage; c'est-à-dire, dans son Evangile. Il a sagement prevenu cette ambiguité, en disant, *d'Herode le Tétrarque*. Pour ce qui regarde Dion, il ne faut pas le faire tant valoir. Car qu'a-t-il fait sur les Herodes, que suivre Josephe? Strabon ne nomme nulle part Agrippa. Et selon M. Basnage même il n'est pas d'accord avec Josephe sur la mort d'Herode le Tétrarque. S'il en faut croire Strabon, qui a écrit avant Josephe, ce dernier sera-t-il croiable sur aucun article des Herodes, en cas qu'il se soit trompé sur celui-ci, qui lui devoit être mieux connu qu'à Strabon?

assure que Claude avoit donné à ce même Herode les honneurs de la Préture....

On distingue dans ces trois médailles trois personnes differentes par leurs noms & par leurs qualitez. 1. Herode le Tétrarque, qui ne fut jamais Roi. 2. Herode roi de Chalcide, Ami de Claude, parce qu'il lui a donné le Roiaume. 3. Agrippa plus connu à l'Empereur sous ce nom, que sous celui d'Herode; qui étoit grand Roi & ami de Claude; parce qu'en effet cet Empereur avoit comblé sa maison de bienfaits...

Page 75. *Il s'appelloit Herode Agrippa. Il avoit le nom de sa famille; & comme il fit un long séjour à Rome, il en prit un autre, qui y étoit illustre. On le connoissoit plus en Judée par le nom de sa famille, comme il étoit plus connu à Rome par celui d'Agrippa.*

trarque n'à pu devenir Roi?

Dans la seconde médaille de même cet Herode sous Caligula ne prend que la qualité de Tétrarque: s'ensuit-il de là que sous Claude qui a succedé à Caligula, le même Herode ayant aggrandi ses Etats, n'ait pas pu en même tems se qualifier Roi? Cela ne se peut-il expliquer qu'en suivant Josephe, c'est-à-dire, en forgeant un Roi imaginaire, un Herode roi de Chalcide, pour lui pouvoir attribuer cette médaille?

Enfin, dit M. Basnage, on voit dans deux médailles deux Rois amis de Claude; l'un est Herode sous Claude, & l'autre est Agrippa. Le premier est donc, dit-il, Herode Roi de Chalcide; & l'autre est Agrippa son frere; celui que S. Luc, au chapitre 12. des Actes appelle Herode. Cela ne se peut dire sans doute qu'en suivant Josephe.

Mais comment M. Basnage tire-t'il ces consequences? L'oncle & le neveu consecutivement n'ont-ils pas pu prendre le même titre d'Affectionné à servir la famille des Claudes? Herode, dont parle S. Luc au chapitre douziéme des Actes, étoit l'oncle: Agrippa, dont le même S. Luc fait mention, étoit le neveu. La médaille d'Agrippa est visiblement frappée sous Neron: elle a au revers toute la même inscription, que celle de Neron, qui à la 14. année de cet Empereur bien marquée. Et le nom de la ville de Cesarée en Paléstine est de la même maniere sur l'une & l'autre médaille. Comment peut-elle donc convenir à ce prétendu Agrippa, frere du prétendu Roi de Chalcide, & mort la troisiéme année de Claude? C'est un embarras tres-grand, dont on ne se peut tirer en suivant Josephe? Connoît-on les médailles, quand on dit qu'on ne peut les expliquer qu'en suivant cet auteur?

M. Basnage paroît outre cela ne pas entendre ce que signifie le mot de Φιλοκλαύδιος. Il croit que cela veut dire, Ami, ou aimé de Claude, *qui avoit*, dit-il, *comblé sa maison de bienfaits*. Si l'on a bâti sur ce titre l'histoire qui nous dit, que Claude donna la royauté à Herode, l'erreur est sans doute fort plaisante: mais elle ne peut tomber dans l'esprit que d'un homme qui n'entend pas le Grec. Φιλοκλαύδιος ne signifie pas, Qui est aimé de Claude; mais, Qui aime les Claudes; Qui est attaché aux interêts des Claudes; Qui est affectionné à la famille des Claudes. Il faut être en quelque maniere égal à ceux qui l'on parle, pour leur dire; Je suis porté d'inclination à vous rendre service. Cette familiarité ne conviendroit gueres à des gens que Claude auroit élevés à la Royauté, quoi qu'ils ne fussent de leur estoc, que petits fils d'un petit fils d'un valet de Prêtre d'idoles, tel qu'on dit avoir été le grand pere du Grand Herode. Je doute fort que l'Empereur Claude eût pris plaisir à une semblable familiarité, dans des gens dont l'origine eût été si basse, & qui lui eussent été obligés de leur élevation. Il est cependant certain, que comme Φιλορωμαῖος & Φιλέλλην dans les médailles des Rois Parthes & de Cappadoce, ne signi-

Page 73. *Enfin le P. Hardoüin qui tire presque toutes ses preuves des médailles, en a produit trois, qu'on ne peut expliquer qu'en suivant Joseph. Dans l'une, Philon déclare qu'il honore Herode le Tetrarque son hoste, son ami, fils du Roi Herode. Il y a là une distinction de dignitez: le pere est Roi, & le fils n'est que Tetrarque. 2. Herode ayant fait battre lui même une médaille pour Caligula, il ne prend que la même qualité de Tetrarque. Cependant on voit une seconde médaille battuë à l'honneur de Claude, dans laquelle paroît un Herode roi & ami de Claude. 3. Enfin on en voit une troisiéme, dans laquelle on lit ces mots, Le grand Roi Agrippa Ami de Claude.... On voit dans ces médailles deux Rois amis de Claude; l'un étoit Herode Roi de Chalcide; & l'autre, Agrippa son frere... Le Pere Hardoüin n'a pas raison de dire, que le Roiaume de Chalcide n'étoit pas assez considerable, pour donner à celui qui le possedoit la liberté de s'appeller Ami de Claude.... Page 74. D'ailleurs sans examiner l'étenduë de ce Roiaume, qui étoit effectivement renfermé dans une vallée; Dion*

Que de faussetez & de conjectures sans fondement, entassées hardiment les unes sur les autres, pour soutenir une méchante cause? Je tire presque toutes mes preuves des médailles, dit M. Basnage. Ce *presque* comprend néanmoins les preuves que je tire de l'Ecriture sainte, qui sont en aussi grand nombre, & qui sont certainement d'un bien plus grand poids. Il cite ici trois médailles. Il y en a bien davantage. Mais de ces trois qu'il cite, il en faut d'abord retrancher la premiere. Car c'est une Inscription sur une pierre, que par précipitation M. Basnage à prise pour une médaille. Et puis cette Inscription est fausse. Mais posons qu'elle soit vraie; pour nommer Herode Tétrarque fils du Roi Herode, cela prouve-t-il que le Tétrarque n'à jamais été Roi? Ne l'à-t'il pas pu être, après que cette Inscription à été posée? Cette Inscription n'a point de datte: & Herode à été Tétrarque 47. ans. Cette Inscription ne se peut-elle donc expliquer qu'en suivant Josephe: c'est-à-dire, en supposant qu'Herode le Té-

signifie autre chose, que Prince affectionné aux Romains & aux Grecs; Φιλοκλαύδιος de même ne veut dire autre chose, sinon, Prince affectionné à la famille des Claudes. Ainsi Φιλόθεος à toute une autre signification, que Θεόφιλος. Le premier signifie, Qui aime Dieu : & le second, Qui est cheri de Dieu, Θεῷ φίλος. Cela nous apprend, MONSIEVR, que les Herodes étoient de meilleure maison qu'on ne pense: qu'ils étoient de race à pouvoir aspirer à la Royauté; & à se mesurer avec l'une des plus anciennes familles de Rome. La Tetrarchie donc & la Roiauté échut au Tétrarque Herode par droit de succession: ce qui n'empêchoit pas que lui & son neveu Agrippa ne tinssent des Claudes, c'est-à-dire, de l'Empereur Tibere, & de l'Empereur Claude son neveu, & de Neron gendre de celui-ci, & petit-fils de Claude Germanicus, la ville de Tiberias, que le premier avoit fait bâtir dans la Galilée, pour s'assurer de ces païs là; & la ville de Césarée en Palestine, qu'Auguste s'étoit reservée comme la clef du païs. Car c'est cette dépendance, que marque la préposition ΕΠΙ sur les médailles, qui ont pour inscription, ΕΠΙ ΒΑΣΙΛΕ. ΑΓΡΙΠ. ΤΙΒΕΡΙΕΩΝ, avec la teste de Claude de l'autre côté. Mais à cela prés Herode le Tétrarque, & Agrippa son neveu se croioient assez de qualité, puisqu'ils étoient souverains dans un assez grand païs, pour aller de pair en quelque façon avec les Empereurs mêmes, & pour prendre le titre d'Affectionnés à les servir. Voilà ce qu'on apprend par les médailles des Herodes bien entenduës; sans être obligé de suivre Josephe.

Pour persuader que l'Agrippa dont parle Josephe est l'Herode dont parle S. Luc au chapitre douziéme des Actes; & pour prévenir l'objection qui se fait naturellement à la veuë d'une médaille, qui a le nom d'Herode, & qui porte avec soi la marque de la troisiéme année de Claude; c'est-à-dire, de l'année juste ou tombe le fait qui est rapporté dans ce chapitre des Actes: l'on a cherché un autre Herode, a qui l'on pût attribuer cette médaille; & l'on en a fait un Roi de Chalcide: Roi & Roiaume imaginaire, comme je l'ai prouvé. Car j'ai dit aprés Pline, que la Chalcide étoit une si petite contrée, qu'elle ne meritoit pas de porter le titre de Roiaume ou de Tétrarchie. Mais M. Basnage passe la dessus legerement. Il se contente de dire par une figure de sa Rétorique : *que sans examiner l'étenduë de ce Roiaume, qui étoit effectivement renfermé dans une vallée*, &c. Mais cette étenduë de la Chalcide merite pourtant bien qu'on examine, pour voir si elle a pu donner le titre de Roi à son maître. Qu'on riroit bien, si on lisoit dans nôtre histoire un Roi de la vallée de Montmorenci; ou bien un Roi de Vaugirard? C'est pourtant ce que M. Basnage lit dans Josephe sans rire. Mais outre cela les historiens qui ont suivi Josephe, placent si diversement la Chalcide, que pour les accorder entre eux, quelques Compilateurs & Geographes modernes ont cru qu'il falloit reconnoitre deux contrées de ce nom, l'une fort distante de l'autre : parce que sans cette supposition l'on ne pourroit pas sauver Josephe : veu qu'il n'est pas vraisemblable, qu'un Roi de la Chalcide dont parle Pline, fort éloignée de la Judée, & aprés de cent lieuës de Jerusalem, ait jamais eu quelque autorité dans cette grande ville. Par ce moyen là le roiaume de Chalcide n'est il pas bien établi?

Dans l'embarras où je trouve les Geographes pour le placer, je crains fort que cet Herode roi de Chalcide, ne soit fondé sur ce qu'on voioit un Herode roi, comme parlent les Médaillistes, c'est-à-dire, le titre d'Herode roi sur une médaille, qui n'étoit ni d'or ni d'argent, car il n'y en a point de ces métaux là, mais de cuivre ou de bronze. Car c'est ce que signifie Χάλκος en Grec: à quoi l'on a peut-être fait allusion en badinant, pour bâtir la dessus un Herode roi de Chalcide. Je n'ose pourtant pas garantir que c'en soit là l'origine: ce n'est qu'une conjecture.

Mais *Dion assure que Claude avoit donné à ce même Herode les honneurs de la Préture.* Voila un Prince bien relevé : on lui a rendu les honneurs de Lieutenant Civil. Cette circonstance là seule ne rend-elle pas suffisamment suspecte la narration de Dion; qui ne fait que suivre par tout Josephe, ou qui encherit sur lui ?

Que répondront ces défenseurs d'Herode roi de Chalcide à la médaille qui est chés le Roi, avec l'inscription, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΗΡΩΔΟΥ, & un autel au milieu : qui a à la droite, L. Γ. *Anno tertio* : & à la gauche un T qui est la premiere lettre du mot Τιβεριέων? Car voilà visiblement un Herode Roi, pour qui l'on frappe une médaille à Tiberiade, ville de la Galilée, la troisiéme année qu'il porte la qualité de Roi : qui est aussi la troisiéme année de l'Empereur Claude : l'année ou tombe le fait d'Herode, que rapporte S. Luc au chapitre XII. des Actes. Frapperoit-on des médailles à Tiberiade pour le Roi de Chalcide? Et cette médaille ne confirme-t-elle pas visiblement, que le roi Herode, dont parle S. Luc au chapitre que je viens de citer, n'eut jamais d'autre nom que celui d'Herode: que c'est ici celui, pour qui les habitans de Tiberiade pouvoient avoir fait des médailles avec la qualité de Tetrarque pendant plus de 44. ans; mais qui en frapperent pour lui ses trois dernieres années avec le titre de Roi; & par consequent que l'Agrippa qu'on met en cette année ci, en suivant Josephe, & qui n'a aucune médaille, puisqu'il est constant, qu'on n'a jamais frappé de médailles pour un même Prince sous deux noms differens; que cet Agrippa, dis-je, n'est qu'un Prince feint & imaginaire ?

Qui est encore cet ΗΡΩΔΗΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ, qui a au revers de sa médaille le nom de la ville de Cesarée, surnommée Claude; c'est-à-dire, comme je l'ai demontré par une médaille de l'Empereur Trebonien; de Césarée de Palestine? Est-ce encore là un Herode Roi de Chalcide? N'est-ce pas plûtôt cet Herode, qui n'étant même que Tétrarque, met sur d'autres médailles, avec le titre de Tétrarque d'un côté, le nom même de la *Palestine* de l'autre? Car Césarée étoit alors la clef de la Palestine. Donc Herode, qui jusques à l'Empire de Claude avoit été Tétrarque, celui là même fut Roi sous Claude : & c'est une erreur dans Josephe, & (si l'on veut) dans Strabon encore, que cet Herode soit mort en exil sous Caligula.

M. Basnage insiste encore, & veut persuader, que l'Herode de S. Luc dans les Actes, est l'Agrippa dont parle Josephe. *Il s'appelloit Herode Agrippa*, dit-il. *Il avoit le nom de sa famille: & comme il fit un long séjour à Rome, il en prit un autre qui y étoit illustre. On le connoissoit plus en Judée par le nom de sa famille, comme il étoit plus connu à Rome par celui d'Agrippa.* Quelles visions, & quelles chimeres! Quel Prince a-t-on vu jamais, pour avoir séjourné quelque part, prendre le nom d'une maison qui y étoit illustre? Sommes nous écrivains pour noircir le papier de suppositions si frivoles? Quelque séjour que fasse en France le Roi d'Angleterre, s'avisera-t'il jamais de prendre pour cela le nom de Condé, ou celui de Loüis au lieu de celui de Jacques? Et se feroit-il mieux connoître par là en France, que par le nom de Stuart, ou de Jacques Roi d'Angleterre? Si Herode étoit plus connu en son païs sous le nom d'Herode, pourquoi M. Basnage lui attribue-t'il les médailles qui n'ont que le nom d'Agrippa, & qui ont été néanmoins constamment frappées dans son païs? M. Basnage n'a pas fait attention qu'en cela il détruit lui même sa supposition & sa conjecture.

Herode étoit plus connu en son païs sous le nom d'Herode : il vouloit donc qu'on l'y méconnût, lors qu'il faisoit mettre sur ses médailles dans son païs même un autre nom que celui sous lequel il y étoit connu.

Aprés cela où M. Basnage à-t'il pris, que le nom d'Agrippa étoit illustre du tems de Caligula & de Claude ? Il n'y avoit à Rome alors personne de ce nom-là, que la petite fille de l'Agrippa de Rome, mere de Neron, qui n'étoit alors que la femme ou la veuve d'un particulier, & qui n'épousa l'Empereur Claude qu'aprés la mort de l'Agrippa de Josephe & de M. Basnage. Comment donc le nom d'Agrippa pouvoit-il paroitre alors illustre a Herode dans Rome, & digne d'être substitué au sien ? Si l'on ne peut dire que de pareilles choses en suivant Josephe, & si pour le disculper on est obligé de les inventer, ne vaut-il pas mieux l'abandonner, & se taire ?

Je dis plus. Cet Agrippa avoit donc nom Herode dans la maison paternelle & dans son païs, puisque S. Luc lui donne ce nom là : & il avoit pour frere un autre Herode, qui fut Roi de Chalcide, puisque Josephe le dit : mais ou a-t'on vu deux freres de même nom dans une même famille, tous deux vivans ? On évite cela dans les familles même des bourgeois ? On n'y voit ni deux Jeans, ni deux Jacques. Mais que ne tolere-t'on pas pour sauver Josephe ?

Si cet Agrippa avoit aussi le nom d'Herode, d'ou vient que dans l'Inscription trouvée a Athenes, rapportée par M Spon, & reconnuë pour être ancienne & bonne par M. Basnage, quoi que je la croie fausse ; pourquoi, dis-je, ce Prince n'y est-il appellé que Jule Agrippa, sans faire mention du nom d'Herode ? Est-ce qu'il étoit aussi plus connu a Athenes, comme M. Basnage prétend qu'il l'étoit a Rome, sous le nom d'Agrippa, que sous celui d'Herode ? Je mets trop de tems a réfuter ces vaines & frivoles suppositions, que le seul entêtement pour Josephe peut faire inventer à des Ecrivains oisifs ou interessés, contre ce que le S. Esprit a dicté, & contre ce que dicte aussi le bon sens, autorisé de l'usage de tous les hommes.

Page 77. *Enfin on ne peut faire d'Agrippa le fils de Philippe, a moins qu'on ne produise sa conjecture pour toute preuve. Car il ne paroît par aucun passage d'historiens, ni veritable, ni supposé, que ce troisiéme fils d'Herode ait laissé des enfans.*

Je trouve par les médailles, que sous Caligula l'an 40. de N. Seigneur, Agrippa chassa Herode de Cesarée ville de la Palestine, que l'Empereur Claude rendit ensuite à Herode. Herode n'étoit donc pas le pere d'Agrippa, mais son oncle seulement : & Philippe étoit conséquemment son pere. Est-ce là une simple conjecture, dans la nécessité ou l'on est de rejetter la genealogie que donne Josephe, qui est insoutenable ?

Page 59. *Philippe troisiéme fils d'Herode cause un grand embarras dans l'histoire de cette maison, parce qu'il est difficile d'accorder Joseph avec les Ecrivains sacrés. Ces derniers donnent Herodias pour femme a Philippe : & Joseph, qui devoit connoître cette maison, assure qu'elle etoit femme d'Herode, lors qu'elle se fit enlever......* Page 61. *Enfin il n'est pas etonnant que cet Herode fils de Mariamne exheredé, portât aussi le nom de Philippe, pour le distinguer de tant d'autres qui etoient dans cette maison. Joseph ne le dit pas : mais il fait la même chose pour Herode Antipas, qu'il appelle simplement Herode le Tetrarque, lors qu'il récite la visite qu'il fit a son frere, & enleva sa femme. Cependant on sçait qu'Herode le Tetrarque s'appelloit aussi Antipas. Joseph ne l'a pas ignoré. Il lui donne ce nom en d'autres endroits de son histoire. Dion rapportant l'arrêt de bannissement donné contre Archelaus, l'appelle Herode de Judée. Cependant Archelaüs ne s'appelloit pas ordinairement Herode. Quoi qu'il en soit,* &c.

M. Basnage avouë d'abord fort ingenuëment l'embarras ou il est, & la difficulté qu'il y a d'accorder Josephe avec S. Marc. Car l'Evangeliste dit qu'Herodias étoit femme de Philippe : Josephe dit qu'elle etoit femme d'Herode. Mais l'expédient des deux noms pour se tirer d'embarras, est trop commode pour ne s'en servir qu'une fois. C'est, dit M. Basnage aprés Grotius, un certain Herode fils de Mariamne, qui avoit été exheredé, & qui avoit aussi nom Philippe. Il est vrai qu'*il ne paroît par aucun passage d'historiens, ni veritable ni supposé*, que cet Herode ait eu aussi le nom de Philippe : mais qu'importe, quand on ne peut sauver Josephe autrement, alors il est permis, du moins a M. Basnage, *de produire sa conjecture pour toute preuve.* Voila bien des Herodes dans une même famille. Herode Archelaüs, Herode Antipas, Herode Philippe. Il ne manque plus que Herode Aristobule, & le Tetrarque Philippe Herode. Josephe ne le dit pas : mais qu'importe ? Puisqu'ils sont tous freres, & que trois d'entre eux du moins ont deux noms, pourquoi les autres n'en auroient-ils pas deux aussi ? Qu'en pensez-vous, Monsieur ? Casaubon a été bien plus sincére, que M. Basnage : car il a avoüé de bonne foi, dans son Exercit. XIII. §. 26. pag. 282. qu'il est impossible de concilier sur cet article ci Josephe avec S. Marc. C'est aussi civilement que j'ay pu faire, donner le démenti a Josephe.

Page 106. *Il ne faut pourtant pas dissimuler qu'il reste dans les médailles du Pere Hardouin une circonstance embarrassante. Il est bon de l'expliquer, afin que les Critiques y fassent leurs conjectures.* Page 109. *Si ces explications ne sont pas assés solides, je me soumettrai avec plaisir a celles qui paroîtront plus evidentes.*

Apparemment, Monsieur, vous avez voulu vous épargner la peine de faire ici un long Extrait de quatre pages. Sans doute que vous l'avez jugé inutile : & pour cela, apres avoir mis ici a la marge, *Médailles des deux Agrippa difficiles a concilier avec Josephe* ; vous vous êtes contenté de mettre l'aveu ingenu que fait M. Basnage, que mes Médailles l'embarrassent du moins quelquefois ; & que ses explications pourroient bien paroitre aux Experts n'être *pas assés solides.* Voilà, Monsieur, tous vos Extraits, qui regardent la Genealogie des Herodes. Je passe à ceux qui traitent de leur Jurisdiction : aprés que je vous aurai fait remarquer, que par la différence même des Médailles de ces Princes, on peut avec assez de vrai-semblance, sans parler des autres preuves que j'en ay, reconnoître s'ils étoient grands ou petits Seigneurs.

HERODE Ethnarque de Judée. *Médaille sans l'image du Prince.*

ARCHELAUS Ethnarque de Judée. *Point de médaille.*

ZENODORE Tetrarque de la Galilée, de l'Iturée, & de la Trachonite. *Médaille avec l'image du Prince.*

HERODE premiérement Tétrarque de Galilée. *Médaille sans l'image du Prince.*

PHILIPPE, Tetrarque de l'Iturée & de la Tracho-

Et

Et puis Roi de Galilée, de l'Iturée, & de la Trachonite. *Médaille avec son image.*

nite. *Point de Médaille.*

AGRIPPA Grand Roi de la Galilée, de l'Iturée, & de la Trachonite. *Médaille avec son image sous Neron: mais sous Vespasien, qui l'humilia, médaille avec son nom seulement; étant obligé d'y joindre l'image & le nom de l'Empereur ou de ses enfans.*

AGRIPPA Roi, & Lieutenant general sous Domitien, dans la Palestine. *Médaille avec son nom seulement, mais avec l'image & le nom de Domitien.*

Page 38. *Un Critique fameux soutient que ce Prince* (le premier Herode) *n'eut que Samarie & la Judée en partage; & que la Galilée & la Trachonitide ne furent jamais sous sa jurisdiction, parce qu'il ne bâtit des forteresses que dans les deux premieres provinces.......* Page 39. *Ce ne furent donc que les enfans du Grand Herode qui possédoient ces dernieres provinces: & Joseph ne les a données a leur pere, que dans la passion qu'il avoit d'étendre les frontieres d'un roiaume qui lui paroissoit trop petit pour un homme a qui il vouloit donner le titre de Grand. Voila bien des conjectures entassées les unes sur les autres: mais ou en sont les preuves? Dion rapporte qu'a la naissance de Caius, Auguste donna a Herode I. la Trachonitide, dont un certain Zenodore étoit Tétrarque. Cet historien étranger, qui confirme le témoignage de Joseph, ne peut-être suspect. Joseph a donné une copie du Testament d'Herode. Il y met la Galilée & la Trachonitide qu'il laissa en partage a ses enfans.*

Pour établir que le premier Herode n'eut jamais sous sa jurisdiction que la Judée & une fort petite partie de la Samarie, je n'ay pas fort compté sur ces forteresses: mais j'ay tiré ma principale preuve du témoignage de l'Ecriture sainte, joint a celui des Médailles. J'ay produit la médaille, qui a pour Inscription ΗΡΩΔΟΥ ΕΘΝΑΡΧΟΥ. *La médaille d'Herode Prince de la Nation.* Et c'est la premiére médaille de celles que j'ay proposées sur les Herodes. J'ay ajouté ensuite, que cent ans avant cet Herode, Simon frere de Judas Machabée avoit le même titre de Prince de la Nation, avec celui de Grand Duc, au premier livre des Machabées, chapitre XIII. verset 42. & au chapitre XIV. verset 47. & sur les médailles Samaritaines, ou il est qualifié, *Prince d'Israël.* J'ay fait remarquer, que ce titre de Prince de la Nation est exprimé dans le Grec de ce livre de ces Machabées, par le même mot, Ἐθνάρχης. Que Simon néanmoins ne possédoit que la Judée avec trois petites villes de Samarie & de Galilée, que le Roi Démétrius avoit accordées a la Nation. Et qui ne concluroit de la, que non seulement tous les Princes qui ont été depuis Simon, jusqu'a Herode, mais encore qu'Herode lui même n'a point eu de jurisdiction plus étendue que Simon puisqu'il n'a point d'autre titre sur ses médailles, que celui qu'avoit Simon cent ans avant lui? Eût-il évité par modestie le glorieux titre de ΒΑΣΙΛΕΥΣ qu'a pris l'autre Herode, ou de ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓΑΣ qu'a pris Agrippa, s'il eût été en effet le grand Herode? Car que S. Matthieu & S. Luc l'appellent Roi, M. Basnage convient, que cela seul ne prouve pas qu'il fût un grand Roi; puisque l'autre Herode n'étant que Tétrarque, est néanmoins appellé Roi par S. Marc. Et un Ethnarque, ou Prince de la Nation, est néanmoins quelque chose de plus considerable qu'un simple Tétrarque. D'ou vient donc qu'Agrippa, quoi que la Judée ne lui appartint pas, & qu'il n'eût sous son domaine, que le reste de la Palestine, à l'exclusion de la Judée entiere, qui alors appartenoit aux Césars; qu'Agrippa, dis-je, se qualifie néanmoins *Grand Roi*; & que le premier Herode, qui selon Josephe possédoit tout, n'a point d'autre titre que celui qu'avoit Simon cent ans avant lui, quoi qu'il n'eût que la quatriéme partie de ce tout?

Mais j'ay dit plus. J'ay dit que le mot de Judée dans l'Ecriture sainte ne signifie jamais que la Judée seule; c'est à dire, cette province qui est autant distinguée & separée de la Galilée, & du reste des tribus du peuple d'Israël, que le Gouvernement de Picardie est séparé du Gouvernement de Champagne. Or le premier Herode n'est que Roi de Judée dans les livres sacrés: il n'est pas roi d'Israël, comme David & Salomon l'ont été. Il n'a donc jamais possedé tout ce que Josephe lui donne a fin de pouvoir lui donner le titre de Grand. Donc le second Herode & Philippe son frere, dont l'un a eu la Galilée, & l'autre l'Iturée & la Trachonite, ne tenoient pas ces provinces la du premier Herode. Donc le Testament que produit Josephe, par lequel Herode laisse la Galilée & la Trachonite en partage a ses enfans, est aussi bien une fiction, que le reste de sa narration. Le second Herode & Philippe son frere, ne sont donc pas les enfans du premier Herode, mais plûtôt de Zenodore, qui étoit Tétrarque constamment, comme ses médailles nous l'apprennent. Ces conséquences ne sont-elles pas directes?

J'ay ajouté que selon S. Matthieu, chapitre 1, 22. Archelaüs regnoit dans la Judée en la place d'Herode son pere. D'ou j'ay conclu, qu'Herode n'étant appellé dans la sainte Ecriture, que Roi de Judée de même, cela veut dire qu'ils ont eu tous deux les mêmes bornes de leur domaine. Or il est constant qu'Archelaüs ne commandoit que dans la Judée seule, a l'exclusion de la Galilée & des autres provinces de la Terre sainte. Herode lui-même n'étendoit donc pas plus loin sa jurisdiction. Quand on lit, par exemple, au chapitre huitiéme de Daniel, verset 22. que quatre Rois succédérent a Alexandre le Grand, *pro eo*; cela veut dire, dans tous ses Etats. Ainsi quand S. Matthieu dit qu'Archelaüs regnoit en Judée, *pro Herode patre suo*, cela doit signifier, dans tous les Etats de son pere. Donc les limites de la jurisdiction de l'un & de l'autre étoient toutes les mêmes.

Sont-ce la *des conjectures entassées les unes sur les autres*, dont on ne voit pas les preuves? D'ou vient donc que M. Basnage ne les voit pas, ou qu'il ne fait pas semblant de les voir, puisqu'il demande ou elles sont? Cela est-il de bonne foi?

Ce n'est pas la tout: voici quelque chose encore de plus fort. J'ay démontré par les Médailles, jointes au témoignage de S. Luc, & par le Calendrier des Juifs joint a l'Evangile, que nôtre Ere, qu'on appelle l'Ere Vulgaire est vraiment l'Ere Chrétienne; c'est-à-dire, qu'elle commence en effet a la Naissance de Jesus-Christ; & qu'ainsi le premier Herode n'est mort que la troisiéme année de cette Ere. J'ay produit aussi des médailles du second Herode, Tétrarque de Galilée, avec la 43. & la 44. année de son Tétrarchat bien marquées. La 43. année concourt avec la premiere de Caius Germanicus, qu'on appelle Caligula: & cette premiere année de Caligula tombe l'an 37. de N. Seigneur. Il s'ensuit de la, que ce second Herode étoit Tétrarque de Galilée huit ans devant la mort du premier Herode: & par con-

consequent, comme il est tres-vrai semblable, son frere Philippe eut aussi en même tems sa Tetrarchie: du moins est il costant par d'autres médailles, qu'il la possédoit trois ans pour le moins devant l'Ere Vulgaire, & par consequent plus de cinq ans devant la mort du premier Herode. Ce n'est donc pas en vertu du pretendu Testament du Grand Herode, que l'autre Herode & Philippe son frere entrérent en possession de leurs Etats; & ils ne sont ni les héritiers ni les enfans du grand Herode. Vous voiez sans doute, MONSIEUR, que les Médailles avec l'Ecriture sainte doivent fort embarrasser les Chronologistes, s'ils veulent défendre Josephe. Ce seul article *bouleverse tout l'ordre & la succession des Herodes.* Je l'ay proposé & prouvé dans les livres que M. Basnage cite, & qu'il tâche de réfuter. D'ou vient donc qu'il ne touche pas cet article ci? car je n'en vois pas un mot dans tous vos Extraits. M. Basnage croit-il qu'il suffit pour justifier Josephe, qu'on puisse dire; M. Basnage a écrit pour Josephe contre le Pere Hardoüin, sans qu'on s'informe s'il l'a bien ou mal fait.

Page 39. *S. Luc nous représente un partage semblable a celui que Joseph a conservé; & place les enfans d'Herode dans les terres que leur pere leur a assignées. Peut-on s'inscrire en faux contre tant de faits?*

C'est contre M. Basnage seul que je m'inscris ici en faux. Il fait dire a S. Luc, ce que S. Luc n'a jamais pensé. Car voici ses paroles au commencement du chapitre troisiéme de son Evangile: *Or la quinziéme année de l'Empire de Tibere César, Ponce Pilate étant Gouverneur de la Judée, Herode étant Tétrarque de la Galilée, Philippe son frere l'étant de l'Iturée & de la Trachonite, & Lysanias de la contrée d'Abila.* Ou est ici le moindre mot, qui ait pu faire dire a M. Basnage, que S. Luc autorise le testament d'Herode rapporté par Josephe; & qu'il paroît par ses paroles, que c'est du premier Herode que le second & Philippe son frere tiennent les terres ou S. Luc les place? Cela n'est que dans la glose de M. Basnage: dans le texte, cela n'y est pas.

Page 40. *On produit des médailles de Zenodore, sur lesquelles on voit une teste avec le titre de Tetrarque; au lieu que celles d'Herode n'ont aucune figure humaine: ce qui prouve que l'un regnoit hors de la Judée, ou les images étoient permises; & qu'Herode étoit renfermé dans les terres de Samarie & de Jerusalem; ou c'étoit un crime de graver sur la monnoie des testes, & l'image d'un homme. Mais ces médailles ne prouvent rien. Car sans examiner si Herode, qui plaça une Aigle d'or jusques sur la porte du Temple de Jerusalem, fut assez scrupuleux en faisant frapper sa médaille pour n'oser y mettre sa teste, puisqu'on a conservé si peu de médailles de ce Prince, on ne peut tirer de consequence pour mille autres qui sont perduës.*

Oui, c'est une preuve certaine, que la domination d'Herode étoit renfermée dans la Judée seule, de ce qu'on ne voit jamais son image sur ses médailles, comme on y voit celle de Zenodore, qui regnoit dans la Galilée. A l'honneur d'un aussi grand Roi, qu'on veut que nous croions que fut Herode, on auroit fait des médailles & en plus grand nombre, & de toutes les grandeurs, avec les titres les plus pompeux: & la posterité eût eu autant de soin de les conserver, que les Samaritaines du tems du Grand Prêtre Simon, qui vivoit cent ans avant lui; & celles du second Herode & des deux Agrippa qui l'ont suivi. Mais puisqu'il s'en trouve peu avec son nom, & nulle avec son image; c'est une preuve visible qu'il n'en a eu que dans un païs peu considérable pour son étenduë, & ou de graver l'image d'un homme c'étoit un crime: c'est à dire, dans la Judée seule. Je veux que par complaisance pour les Empereurs, ou bien par leur ordre, Herode ait placé une Aigle d'or sur la porte du Temple; ce que je crois pourtant être fabuleux; mais quand il seroit vrai, le soin qu'avoit Herode, selon M. Basnage, *de gagner l'affection des Juifs, & de leur persuader qu'il avoit beaucoup de zele pour la religion,* doit nonobstant cela l'avoir empêché de rien souffrir sur ses médailles, qui fût contre la loi des Juifs. Veu principalement, que quand il auroit souhaité le contraire, les peuples sans doute le lui auroient refusé. Car c'est ainsi que les Magistrats Chrétiens, qui présidoient a la fabrique des Médailles, ne souffrirent jamais qu'on mît la moindre marque de paganisme, sur les Médailles qu'ils étoient obligés de faire pour Julien d'Apostat leur Prince.

Page 41. *Mais Zenodore étant mort, Herode qui trouvoit ses terres a sa bienseance, les obtint d'Auguste, l'an 734. & vingt & trois ans devant la Naissance de N. Seigneur. L'Iturée & la Trachonitide étoient donc de la jurisdiction d'Herode. C'est pourquoi il les laissa a ses enfans dans son Testament, sous le bonplaisir d'Auguste: & ce partage est confirmé par S Luc.*

Auguste pouvoit il donner des terres qui ne lui appartenoient pas? Et s'il y eût eu quelque droit, lui qui retint la Judée aprés la mort d'Archelaüs, ne se fut-il pas aussi bien emparé de la Trachonite & de l'Iturée aprés la mort de Zenodore? Zenodore, le second Herode, & Philippe son frere, étoient des Seigneurs proprietaires de leurs terres; & les possédoient apparemment depuis longtems: mais d'ailleurs si independans des Romains, que premiérement Zenodore ne mit jamais sur ses médailles, que l'Ere des Grecs, ou des Seleucides: ce qui est une preuve certaine, qu'il n'étoit qu'allié & nullement sujet des Romains; & qu'ensuite Herode, comme nous l'avons vu, & puis Agrippa son neveu, prirent la qualité de Princes affectionnés a la famille des Claudes, c'est-à-dire, a la famille de Tibere, de Claude, & de Neron. Dispose-t'on a son gré des terres d'un Prince ami & allié? J'ay déja parlé du testament d'Herode, & du passage de S. Luc, que M. Basnage rebat encore, faisant dire a S. Luc ce qu'il ne dit pas, & ce qui est néanmoins uniquement en question: sçavoir, que Philippe & Herode étoient fils du premier Herode; & que ce n'est qu'en vertu de son testament, qu'ils étoient maîtres de ce qu'ils possédoient. S. Luc ne dit rien de tout cela.

Page 54. *Auguste donna a Archelaüs la Judée, la Samarie, & l'Idumée, sous le titre d'Ethnarque ou Prince de la Nation. Il promit seulement de le faire roi, s'il s'en rendoit digne par sa vertu.* Page 55. *Il ne faut donc pas s'étonner que les Ecrivains sacrés aient donné par honneur la qualité de Roi a Archelaüs, quoi qu'il ne fût que Roi par la décision d'Auguste.*

Ce sont encore ici les visions de Josephe, que M. Basnage adopte *sans* les *examiner.* Le premier Herode n'aiant été qu'Ethnarque ou Prince de la Nation, Archelaüs son fils, qui lui succeda, n'eut point aussi d'autre qualité que lui: quoi que S. Matthieu, selon le stile ordinaire des Juifs, appelle l'un & l'autre Roi: Parce qu'il a voulu nous faire comprendre, comme j'ay déja dit, qu'Archelaüs succedant a Herode, *pro eo,* le pere n'avoit pas été plus grand terrien, que le fils l'étoit. Les differens titres d'Ethnarque ou de Roi ne venoient point d'Auguste; mais de la juste étenduë & de l'usage du païs ou commandoient les Princes qui portoient ces titres.

D'ailleurs Ethnarque ne signifie certainement que le Prince d'une Nation; comme Simon frere de Judas Machabée l'étoit de la Nation des Juifs. Or les Juifs & les Iduméens étoient deux nations bien differentes, & qui ont toûjours été fort opposées entre elles, & toutes deux fort nombreuses. Comment donc

donc peut-on dire, qu'Archelaüs fut Ethnarque de la Judée & de l'Idumée? Ces deux provinces n'étoient pas suffisantes pour faire chacune un Ethnarchat a part?

Page 87. *On dit qu'il* (Herode second) *ne persecuta que quelques Apôtres, comme S. Jacques & S. Pierre, qui étant Galiléens, dépendoient de sa jurisdiction, en quelque lieu qu'ils se trouvassent. Mais 1. on oublie que S. Luc, nomme non seulement S. Jacques & S. Pierre, mais quelques uns de l'Eglise. Tous ces saints persecutés étoient-ils donc Platoniciens comme Agrippa, & Galiléens d'origine? Pourquoi ne veut-on pas qu'il y en eût quelques uns de Jerusalem, ou des autres villes de la Judée? On suppose que la persecution se borna a deux Apôtres. Mais S. Luc dit le contraire. 2. Il n'est point vrai que les Galiléens dépendissent d'Agrippa, en quelques lieux qu'ils se trouvassent. Les Princes ne peuvent faire justice de leurs sujets, que dans les lieux ou leur jurisdiction est reconnuë, Pilate n'envoia JESUS-Christ a Herode le Tetrarque de Galilée que par honneur..... Mais Agrippa parle & agit en maître: Il persecute les saints: il fait trancher la teste a un Apôtre: il arrête l'autre prisonnier: & lors que par un miracle S. Pierre échappa a sa fureur, il fit punir du dernier supplice les gardes qu'il lui avoit donnés. Tous ces gardes étoient ils Galiléens de la jurisdiction du Tetrarque? Il y en avoit peut-être quelqu'un de Jerusalem, ou des lieux voisins. Cependant Herode Agrippa les punit tous également, & fit voir qu'il avoit droit de vie & de mort en Jerusalem, comme en Galilée.*

J'ay fait observer, que le second Herode, Roi de Galilée, & qui avoit été Tétrarque 47. ans, est celui dont parle S. Luc au chapitre XII. des Actes, qui fit mourir S. Jacques & emprisonner S. Pierre. J'ay dit ensuite, que ce Prince étant venu a Jerusalem cette année la, pour la solennité de Pâque, comme il y étoit venu douze ans auparavant pour celle ou N. Seigneur mourut, il ne persecuta que les Chrétiens de sa jurisdiction, c'est-à-dire, que des Galiléens. M. Basnage me reproche ici d'avoir *oublié que S. Luc nomme non seulement S. Jacques & S. Pierre, mais quelques uns de l'Eglise.* Il n'est pas plus fidelle a rapporter les paroles & le sens de S. Luc ici, qu'il l'a été sur le chapitre troisiéme de son Evangile. S. Luc ne dit que ce que j'ay dit: bien loin de dire rien qui y soit *contraire.* Mais M. Basnage l'a lu avec ses préjugés, & y a ajouté un *non seulement* & un *mais*, qui ne sont point de S. Luc, & sans quoi néanmoins il voioit bien que S. Luc ne seroit pas pour lui. Mais cela est-il sincere? Voici le texte de S. Luc: *En ce tems-là le Roi Herode entreprit de persecuter quelques uns de ceux de l'Eglise.* Voilà la proposition generale, qu'il explique ensuite en détail, quand il dit: *D'abord il fit mourir par le glaive Jacques frere de Jean. Et voiant que cela faisoit plaisir aux Juifs, il se saisit encore de Pierre.* Voilà en particulier ceux qu'il n'avoit désignés d'abord qu'en general. Et je ne vois pas comment S. Luc eût pu dire, qu'Herode entreprit de persecuter *non seulement* quelques uns de l'Eglise, *mais* encore S. Jacques & S. Pierre. Ces deux saints n'étoient-ils pas de l'Eglise. S. Luc parleroit sans doute, & a parlé en effet plus exactement, que M. Basnage ne le fait parler. Du moins s'il avoit voulu marquer *quelques uns de ceux de l'Eglise*, différens de ceux qu'il marque ensuite, il se seroit expliqué de la sorte: *Occidit etiam Jacobum. Il fit mourir même par le glaive Jacques frere de Jean.* Ne le faisant pas, il est visible qu'il ne fait que nommer en particulier, ceux qu'il avoit d'abord indiqué seulement en general: ou pour mieux dire, il ne fait qu'expliquer au 2. & au 3. verset, jusqu'ou Herode poussa le dessein qu'il avoit formé de persecuter les Chrétiens, & qui est exprimé au premier verset.

Quand j'aurois dit qu'Herode étoit Platonicien, comme j'ai dit qu'il étoit païen; en verité la plaisanterie a t'elle ici lieu; pour demander si les Chrétiens qu'Herode persecutoit, étoient aussi Platoniciens comme lui? Si les païens de la Galilée étoient Platoniciens, s'ensuit-il que les Chrétiens le fussent aussi?

Il demande ensuite, pourquoi je ne veux pas que parmi les fidelles persecutés *il y en eût quelques uns de Jerusalem, ou des autres villes de la Judée.* Il me permettra aussi de lui demander à mon tour, pourquoi il veut qu'il y en eût quelques uns de ces lieux là, puisque l'Ecriture n'en marque aucun qui ne soit de la Galilée, & que le Prince qui les persécutoit, n'avoit droit que sur les Galiléens. Mais M. Basnage quitte S. Luc pour suivre Josephe. C'est selon lui Agrippa, & non pas Herode, comme dit S. Luc: & il en fait un Roi a Jerusalem, ce qu'assurément S. Luc ne dit pas. Pourquoi les Empereurs eussent-ils mis des Rois a Jerusalem & dans la Judée; c'est à dire, dans un païs dont ils étoient les proprietaires depuis la mort d'Archelaüs? *Non habemus regem*, disoient les Juifs, *nisi Cæsarem.* Tibere y mit pour Président, Pilate: Felix le fut sous Claude: & Festus le fut sous Neron: car l'Ecriture nous apprend ces faits la. Par quelle bizarrerie ces Princes y eussent-ils mis des Rois de tems en tems dans l'entre-deux? Et quel exemple en a t'on vu ailleurs?

Il est vrai que les Princes aujourd'hui ne peuvent regulierement faire justice de leurs sujets, que dans les lieux ou leur jurisdiction est reconnuë. Mais c'est selon le Code de l'Occident: l'ancien Code de l'Orient, du moins de la Judée, étoit bien différent du nôtre. Pilate envoia Nôtre Seigneur a Herode, des qu'il sceut qu'il étoit son sujet: *ut cognovit quod de Herodis potestate esset, des qu'il apprit qu'il étoit de la jurisdiction d'Herode.* Les Prêtres & les Scribes accoururent a ce tribunal, & y accusoient JESUS-Christ avec beaucoup de vehemence, comme étant devant son juge naturel: Pilate les y avoit renvoiés par cette raison la: *quod de Herodis potestate esset: remisi vos ad illum.*

On ne voit pas aussi qu'Herode dans cette autre occasion ci fasse mourir ou emprisonner que des Galiléens. Il fit la premiere execution par le seul mouvement de sa passion, en haine du Christianisme, qui avoit pris naissance dans ses Etats. Il fit, dis-je, la premiere tentative, sans sçavoir si les Juifs en seroient satisfaits ou non. Car enfin les Galiléens étoient leurs freres, & lui il étoit païen. Mais quand il vit que la haine des Juifs pour le Christianisme, l'emportoit sur l'amitié qu'ils devoient avoir pour ceux qui descendoient d'Abraham comme eux; quand il vit enfin que les Juifs lui en sçavoient gré, d'autant plus que les Galiléens a qui il en vouloit, étoient aussi d'une nation contre laquelle les Juifs avoient une fort grande antipathie: ce fut alors qu'il proceda a faire encore emprisonner S. Pierre. Mais ce ne fut qu'aprés avoir pressenti la disposition des esprits, qu'il passa outre. S'il eût été souverain a Jerusalem, eût-il été obligé de s'assurer, comme il fit, qu'il ne courroit aucun danger, en continuant la persecution?

M. Basnage ne prend pas garde enfin, que quand il demande, si les gardes, a qui S. Pierre échappa, & qu'Herode fit mourir, étoient tous Galiléens; il est aisé de lui répondre, que fort vraisemblablement ils l'étoient tous: étant fort vraisemblable que ces soldats étoient de ses gardes; & qu'il n'est pas plus extraordinaire, que les gardes du Roi de Galilée fussent tous Galiléens, qu'il n'est extraordinaire, que les gardes du Duc de Lorraine soient tous Lorrains. Peut-être, dit M. Basnage, qu'il y en avoit quelqu'un de Jerusalem. Mais plus vraisemblablement aussi il n'y en avoit aucun. Herode n'en trouvoit-il pas assez chez lui. Enfin tout le raisonnement de M. Basna-

Basnage roule sur un *peut-être*. Peut-être qu'Agrippa, comme il parle, ou plûtôt qu'Herode, comme parle S. Luc, fit mourir quelques Juifs qui n'étoient pas Galiléens. Donc S. Luc, quoi qu'il ne parle expressément que des Galiléens, dit le contraire de ce que j'avance; savoir qu'Herode n'entreprit de persecuter que des Galiléens. Quelle consequence!

Venons enfin à la Religion des Herodes. J'ay avancé qu'ils étoient tous paiens. Voyons comment M. Basnage combat cette these, pour soutenir avec Josephe, qu'ils étoient Juifs: & commençons par le grand Herode.

III.

Page 32. *Ce Prince étoit donc demi-Juif .... Il étoit Juif & incorporé dans la nation, puisque son grand pere & son pere avoient deja professé la Loi de Moïse, & possedé les premieres charges de la Republique: mais il n'étoit pas Juif descendu de la posterité d'Abraham, ni de la Tribu de Juda, puis qu'il étoit Ascalonite d'origine, & que son aieul étoit sorti du sein du Paganisme.*

Tout cela n'est fondé que sur l'autorité de Josephe. Mais si le grand Herode eût été Juif, n'eût-il pas été informé, comme les autres Juifs, du lieu ou le Messie devoit naître? Eût-il eu besoin d'assembler, comme ils fit, tous les chefs des Prêtres & les Scribes de la ville, pour l'apprendre d'eux? D'ou vient qu'il ne le sçavoit pas, sinon qu'étant paien, il n'avoit nulle connoissance des Ecritures, pas même sur l'un des principaux articles de la Religion des Juifs? D'ou vient qu'il étoit si peu instruit de ce qui n'étoit pas même ignoré de la populace; qui disoit, selon S. Jean, chap. VII, 42. *L'Ecriture ne dit-elle pas, que le Messie est de la race de David, & qu'il doit sortir du bourg de Bethlehem, ou demeuroit David?* Le grand Herode, ce grand genie, fils & petit-fils de Juif selon M. Basnage, avoit été sans doute bien mal élevé dans sa Religion, puisqu'il en ignoroit un des points capitaux, qui n'étoit pas même inconnu au menu peuple.

Page 26. *Il tâcha de gagner l'affection des Juifs, & de leur persuader qu'il avoit beaucoup de zele pour la religion en rebatissant le Temple plus grand & plus superbe qu'il n'étoit. Cependant comme il se servit des mêmes materiaux, & qu'il conserva quelques pieces de l'ancien édifice, on ne laisse pas de confondre ce Temple avec celui de Zorobabel: & les Juifs même ne comptent que deux Maisons. Quelques Chrétiens au contraire (Harduin. de nummis Herodiad.) lui disputent cet ouvrage: & assurent qu'il n'eut pas plus de part a l'embellissement du Temple de Jerusalem, qu'a celui du Capitole: & qu'on ne lui en a fait honneur, qu'afin de pouvoir lui donner a plus juste titre le nom de Grand. Mais je ne sçai sur quel fondement on peut appuier cette conjecture. La magnificence d'Herode paroît assez par d'autres bâtimens, & par le Temple de Samarie, pour croire qu'il eût part a celui de Jerusalem.*

Ce n'est plus ici un simple entestement, c'est une espece d'ensorcellement, qui porte les défenseurs de Josephe a dire des puerilitez, dont le commun des hommes ne pourroit s'empescher de rire; & même a faire douter plûtôt de la verité de nos propheties, que d'accuser Josephe de nous avoir voulu tromper. Car premierement qui ne riroit d'entendre, qu'un petit Prince de la Judée seule a fait rebâtir a ses dépens le Temple de Jerusalem plus grand & plus superbe qu'il n'étoit? Qui ne riroit d'entendre que ce Prince pour gagner l'affection des Juifs, & pour leur marquer le zele qu'il avoit pour la religion, fit rebatir le Temple; & un autre Temple en même tems avec autant de magnificence pour les Samaritains, que les Juifs regardoient comme des schismatiques? Est-ce qu'Herode étoit Tolerant? & les Juifs alors l'étoient-ils aussi? Quant aux Juifs du moins l'Evangile atteste que non. Qui ne riroit d'entendre, qu'il y a des gens d'esprit & des sçavans, qui ne laissent pas de confondre ce Temple nouveau avec celui qui l'a précedé, quoique Josephe lui même, qui est leur auteur, assure que ce Temple est tout autre depuis les fondemens? Qui ne riroit d'entendre, que parce qu'on dit qu'on a fait entrer les anciens materiaux dans le nouvel édifice, (quoi que ce ne soit qu'une pure imagination, une supposition sans fondement & sans autorité; car Josephe ne le dit pas: & quoi qu'il y en faille bien ajouter de nouveaux, sur tout quand l'édifice est plus superbe & plus grand:) on a pourtant raison de confondre l'ancien édifice avec le nouveau, & d'assurer que c'est pourtant constamment tout le même qu'auparavant? Y a t'il un architecte qui l'osât dire, quand même il seroit certain qu'on se fût servi des anciens materiaux? Y a t'il encore un architecte qui voulût dire, que dans un Temple bâti depuis les fondemens plus grand & plus superbe que le précedent, on a cependant pu conserver quelques pieces de l'ancien édifice? Un écrivain oisif, & obstiné a défendre une méchante cause, peut bien rêver dans son cabinet ces vaines suppositions, ausquelles Josephe même n'a jamais pensé: mais qui les pourra croire, s'il n'est pareillement entêté?

Mais les Juifs même aujourd'hui, dit M. Basnage, ne comptent que deux Maisons, c'est-à-dire, deux Temples: sçavoir celui de Salomon, & celui de Zorobabel qui a succedé au premier. Il est vrai: mais c'est parce que les Juifs ont tous constamment pour Josephe autant de mépris que j'en ai: c'est qu'aprés le Temple de Salomon ils n'en reconnoissent point d'autre, que celui qu'on avoit été quarante-six ans à mettre dans sa perfection comme les Juifs le dirent a N. Seigneur: & dont la derniere piece fut bâtie du tems de Nehemias, comme je l'ai fait voir dans ma Chronologie du Vieux Testament: c'est qu'enfin ils regardent comme une fable inventée a plaisir, cette magnificence prétenduë d'Herode, & ce Temple nouveau: quoi qu'on lise dans le Talmud, au lieu que j'ai allegué en traitant cette matiere, que ce Temple d'Herode fut tout bâti de marbre: avantage sans doute, que le Temple de Zorobabel n'avoit pas. Et s'il en faloit croire le Talmud, comme il est constant que les Juifs y défereroient plûtôt qu'a Josephe, parce qu'il est écrit en une espece d'Hebreu, & en caracteres Hebreux; qui ne riroit d'entendre qu'on s'est servi des materiaux du premier édifice, qui n'étoit que de pierre, pour bâtir le nouveau, qui étoit tout de marbre? Mais les Juifs du moins en ce point abandonnent le Talmud & Josephe, & s'en tiennent a leur Tradition.

Ce qui oblige M. Basnage à dire de pareilles pauvretez, c'est l'embarras où le jette l'oracle du S. Esprit, qui est visiblement contraire a Josephe. C'est une des plus belles prediĉtions que nous ayions de la venuë du Messie, qu'il faut abandonner, & accuser de faux, si c'est un fait veritable, que la Temple rebâti par Herode. Car le Prophete Aggée dit en termes clairs & formels, que le Desiré des Nations viendroit dans le Temple même, que Zorobabel faisoit bâtir, dans ce second Temple qui succédoit a celui de Salomon. Et dire que le Temple d'Herode, quoi que plus grand & plus superbe que le précedent, quoi que bâti tout de neuf depuis les fondemens, est neanmoins encore le même qu'auparavant, qu'est-ce autre chose au fonds, que vouloir faire douter, si le Prophete étoit bien inspiré en parlant ainsi? Les Juifs même, tout aveugles qu'ils sont, ne vont pas jusques la.

Aprés cela M. Basnage ose dire, qu'il ne sçait surquel fondement je puis appuier ce que j'avance, que c'est un conte de Josephe, que ce Temple rebâti par Herode. S'il ne le sçavoit pas, ce que j'ai peine

ne a croire, que n'alloit-il consulter le P. Salien, sur l'année 4035. que j'avois indiquée? Cet auteur le lui eût appris du moins en partie. *La magnificence d'Herode*, poursuit M. Basnage, *paroît assez par d'autres bâtimens.* Oüi: mais par d'autres bâtimens, qui sont aussi fabuleux que l'est celui ci: & qui n'ont point d'autre garant que celui qui a fabriqué le conte du Temple de Jerusalem rebâti par Herode.

Page 78. *On a fait de tous ces Herodes autant de païens . . .* Page 79. *On ne peut desavoüer qu'il n'y ait eu des Herodes païens, puisqu'on a trouvé dans la voie Appia proche de Rome une Inscription, qui a un caractere certain de Paganisme.*

Je ne pense pas avoir jamais cité cette Inscription là. Du moins je n'ai jamais fait fonds la dessus. Je me suis assez déclaré dans mon livre des Médailles du siecle de Constantin, que la plûpart des Inscriptions, qu'on croit anciennes, sont fausses: & qu'on ne peut gueres compter sur elles, sans se jetter dans de terribles embarras, & sans s'égarer. Et M. Basnage dit vrai a la page 246. que *les preuves qu'on tire des Inscriptions ne sont pas toujours incontestables & solides.* Celle même qu'il y rapporte, qui a le nom de l'Empereur Tite, & dont vous me faites l'honneur, MONSIEUR, de me demander mon sentiment; celle là même est fausse, quoi que M. Basnage la prenne pour veritable.

Page 80. *Il est vrai qu'Herode persecuta S. Pierre, afin de plaire aux Juifs. Un motif humain entra dans son zele: mais s'ensuit-il dela qu'il fût païen? ....* Page 81. *D'ailleurs on abuse des paroles de S. Luc, afin d'en tirer une fausse consequence. Cet historien sacré distingue deux degrez dans la persecution d'Herode Agrippa: le commencement, & la perseverance. Il commença de son chef a persecuter l'Eglise, & fit mourir S. Jacques de son pur mouvement. Mais lors qu'il vit que le peuple prenoit goût au supplice des saints, il fit arrêter S. Pierre, afin de lui plaire par un second spectacle. S. Luc marque exactement ces deux choses. Il faudroit donc dire qu'Agrippa étoit Juif, lors qu'il fit mourir S. Jacques, & qu'il devint païen, lors qu'il arrêta S. Pierre prisonnier, puis que ce fut alors qu'il voulut plaire: & que c'est ce desir de plaire qu'on regarde comme le caractere de son paganisme.*

Nous voici au second Herode, pour examiner sa religion: sçavoir a celui dont il est parlé au douziéme chapitre des Actes. Il n'est pas vrai que j'abuse des paroles de S. Luc: mais il est vrai que M. Basnage pour éluder la consequence que j'en tire, dissimule, ou bien n'entend pas l'usage que j'en fais. Je ne dis pas, comme M. Basnage le veut faire accroire, que puisqu'Herode avoit dessein de plaire, il s'ensuit de la qu'il étoit paien. Ce raisonnement sans doute seroit pitoiable. Mais j'ai voulu faire comprendre, que cette expression, *Voyant que cela faisoit plaisir aux Juifs*, entant qu'elle est de l'historien sacré, marquoit assez le paganisme d'Herode. Car cette maniere de parler, dans un historien, marque évidemment, que celui qu'il dit qui veut faire plaisir aux Juifs, n'étoit pas lui même Juif. On ne dira pas du Roi, par exemple, qu'il fait quelque chose pour plaire aux Chretiens, puisqu'il est Tres-Chrétien lui même. C'est du Turc qu'on pourroit dire, qu'il fait certaine chose pour faire plaisir aux Chrétiens; & par là on concevroit, ce qui est vrai, que pour lui il n'est pas Chrétien. Quand on entend dire que le Roi fait quelque chose pour faire plaisir aux Espagnols, ou si vous voulez, aux Hollandois; a-t-on tort de concevoir que cette expression emporte & suppose, que le Roi n'est ni Espagnol ni Hollandois? Herode commença de son chef la persecution: cela est certain. Il n'avoit pas moins de haine que les Juifs pour le Christianisme, qui avoit pris naissance, comme j'ai dit, dans ses Etats: mais enfin comme ceux qu'il persecutoit, descendoient d'Abraham & de Jacob, de même que les Juifs, & qu'ils se regardoient tous comme freres, il ne sçavoit pas si tous ces Juifs le trouveroient bon. Si quelques uns des principaux eussent desapprouvé sa conduite, il pouvoit craindre une sedition: il se fût fait lapider a Jerusalem. Mais quand il vit que les Prêtres & les Magistrats lui en sçavoient gré, il passa outre. Voilà le vrai sens de S. Luc. Et la mauvaise plaisanterie de M. Basnage n'a plus lieu: puisqu'il ne peut conclure de ce que j'ai dit, *qu'il faudroit donc dire qu'Agrippa* (il devroit dire, comme S. Luc, Herode) *étoit Juif, lors qu'il fit mourir S. Jacques, & qu'il devint paien, lors qu'il arrêta S. Pierre prisonnier.*

De plus, quand le même S. Luc dit au chapitre XXIV. des Actes, verset 27. que le Président Felix *voulant faire plaisir aux Juifs, laissa Paul en prison:* & au chapitre XXV. verset 9. que le Président Festus *voulant faire plaisir aux Juifs, répondit a Paul, Voulez-vous aller a Jerusalem?* ne conçoit pas a cette façon de parler, que Felix & Festus n'étoient pas Juifs, mais qu'ils étoient paiens? C'est ici toute la même chose, comme c'est toute la même expression.

Outre cela les Juifs ne décolloient pas. Cet Herode selon les Ecrivains sacrés fit décoller S Jacques, comme il avoit fait auparavant décoller S. Jean Baptiste: Ce qui persuade encore que c'est le même Prince qui fit mourir ces deux Sains. Cet Herode n'est donc pas Juif: ou du moins il ne suit pas les loix & les mœurs des Juifs.

Enfin cet Herode (car c'est Herode, quoi qu'en dise M. Basnage, qui veut que ce soit Agrippa, contre le témoignage exprés de S. Luc) cet Herode grave sur ses médailles son image. Un Juif de religion l'auroit-il fait? Quand ces médailles seroient du Roi de Chalcide, comme le prétend M. Basnage, est-ce que celui ci avoit apostasié, & ne suivoit pas la religion d'Agrippa son frere, de son pere Aristobule, & du grand Herode son grand pere? Mais qui plus est, Agrippa lui même, celui que M. Basnage place ici, celui qui a sur ses médailles le nom d'Agrippa avec les titres de Grand Roi & Ami des Claudes, celui la même a sur ses mêmes médailles la son image. Cela est-il d'un Juif de religion & de profession? Avoit-il aussi apostasié? ou bien tous ces Princes étoient-ils tous Juifs également fort peu scrupuleux sur ce point de leur Religion, comme M. Basnage l'a dit ci-devant du premier Herode?

Page 80. *On rejettera sans doute le témoignage de Joseph: mais pourroit-on rejetter aussi la lettre de Petronius aux habitans de Dor, dont la copie a passée jusqu'a nous? (Petron. epist. apud Joseph. ibid. cap 6. pag. 675.) Rejettera t'on aussi la lettre du même Agrippa a l'Empereur Caius, que Philon a conservée? . . . Cela ne suffiroit-il pas pour prouver le Judaïsme d'Agrippa?*

Je fais profession de rejetter comme mensonge tout ce qui est opposé a la verité; c'est-à-dire, tout témoignage purement humain, qui est contraire a l'Ecriture sainte: & tout témoignage particulier touchant les faits purement historiques, quand il est détruit par un témoignage public, tel qu'est celui des médailles, qui n'ont jamais été frappées que de l'aveu des Princes, ou des Magistrats legitimes. Ainsi ni Josephe ni Philon ne m'embarrasse gueres en pareils cas. Mais pour la lettre de Petronius, qui n'a point d'autre garant que Josephe, ne peut-elle pas avoir été fabriquée par lui même, aussi bien que le Testament d'Herode?

Page 81. *Les Juifs ont toûjours cru qu'Agrippa II. étoit de leur religion. Et en effet S. Paul qui plaida devant lui, lui rendit ce témoignage*

Il ne reste plus que la religion d'Agrippa II. a examiner; c'est-à-dire, de celui que pour moi j'appelle Agrippa premier. Car

moignage, qu'il étoit instruit de toutes les coutumes & de toutes les questions des Juifs. D'ailleurs il parle de nos douze tribus, de l'esperance de nos peres; & il s'associoit avec ce Prince dans une même religion. Enfin S. Paul lui crie: O Roi Agrippa, crois-tu aux Prophetes? Je sçay que tu y crois: & il y croioit si fortement, que peu s'en falut qu'il ne devint Chrétien... Cependant on nie qu'il fût Juif: & on en fait encore un païen sur une médaille qu'il fit frapper; & sur laquelle on voit une figure d'une femme avec un croissant, qui est l'image de Venus, tenant une Corne d'abondance, parce qu'elle étoit la déesse des generations. Mais cette médaille ne prouve pas ce qu'on prétend. Car faut remarquer que les Chrétiens ont emprunté souvent des figures symboliques du Paganisme sans embrasser leur religion: la Corne d'Abondance marque la Judée, que le même Agrippa a representé par trois epis, dans les autres médailles que le Pere Hardouin a publiées. Et la femme qui tient cette corne a un croissant sur la tête, pour indiquer la Lune, qu'on a cru depuis tant de siécles avoir beaucoup d'influence sur les moissons, & sur la fécondité de la terre. Ce symbole n'est donc point une marque du Paganisme, qui puisse prévaloir contre le témoignage de S. Paul.

Car le premier Agrippa de Josephe & de M. Basnage est un personnage imaginaire. S. Paul, dit M. Basnage, plaidant devant Agrippa, *lui rendit ce témoignage, qu'il étoit instruit de toutes les coutumes & de toutes les questions des Juifs.* Et que prouve cela? Les Princes Protestans ne sont-ils pas *instruits de toutes les coutumes & de toutes les questions* des Catholiques: & sont-ils Catholiques pour cela? Tant s'en faut qu'il faille en tirer cette conséquence; que cette expression au contraire, Tel Prince est bien instruit de toutes les coutumes des Catholiques, marque assez expressément qu'il n'est pas Catholique comme eux.

S. Paul, poursuit M. Basnage, *parle de nos douze tribus, & de l'espérance de nos peres:* mais ce n'est pas à dire pour cela, que S. Paul s'associât avec ce Prince dans une même religion. Il entendoit parler des tribus dont ils étoient lui & les Juifs ses parties, & de l'espérance de leurs peres communs. Comme quand un frere plaide contre son frere devant un Juge, il peut bien dire; Notre pere nous a laissé tant de bien. Il ne s'associe pas pour cela avec le Juge, comme si le Juge étoit son frere.

Enfin S. Paul lui crie; O Roi Agrippa, crois-tu aux Prophétes? Je sçay que tu y crois. Mais si Agrippa eût été Juif, c'étoit là que S. Paul devoit se l'associer, & lui dire bien respectueusement; Sire, ne croions-nous pas tous aux Prophétes? puisque là où il avoit occasion de se l'associer selon M. Basnage, il lui disoit, *Nos douze tribus, & l'espérance de nos peres.* Mais ce qui prouve qu'il ne se l'associoit pas même dans cette derniere expression, c'est qu'il n'ose lui dire ici sur ce ton-là, Ne croions-nous pas, Sire, aux Prophétes? Et pourquoi ne l'osa-t-il pas, sinon parce qu'il sçavoit qu'Agrippa n'étoit pas Juif? Si ce Prince eût été Juif, la demande de l'Apôtre n'eût pas été assez respectueuse. C'est comme si un Prédicateur en chaire s'avisoit d'apostropher un Roi Chrétien, & de lui dire: Sire, Croiez-vous l'Evangile? Il diroit plutôt, s'il le faloit dire; Sire, Ne croions-nous pas tous l'Evangile? Et S. Paul étoit bien éloigné de manquer, de respect aux Puissances. Agrippa pouvoit faire cas des Prophétes, sans être Juif, sçachant qu'ils avoient bien prédit des choses long-tems avant l'évenement. Et S. Paul voulant profiter de cet avantage, lui en faisoit compliment. Car pour ce que M. Basnage ajoute, que le Roi Agrippa croioit si fortement aux Prophétes, que peu s'en falut qu'il ne devint Chrétien, S. Luc ne dit nullement cela. La repartie qu'Agrippa fit à S. Paul, *In modico suades me Christianum fieri*, n'a pas ce sens là. Cela signifie seulement: Paul, Ce que vous sçavez du cas que je fais de vos Prophetes, parce qu'ils ont prédit bien des choses comme elles sont arrivées depuis, c'est trop peu de chose, pour en conclure que je dois me faire Chrétien. A quoi S. Paul repliqua fort à propos, Plût à Dieu, Sire, que sur cet article, qui vous paroit si peu de conséquence, & sur tous les autres qui sont plus importans, non seulement vous, mais tous ceux qui m'écoutent, devinssiez aujourd'hui tels que je suis, à ces liens prés. C'est le seul vrai sens de cet endroit-là, que M. Basnage & beaucoup d'autres n'ont pas entendu. Mais tout cet entretien ne marque certainement dans Agrippa ni le Judaïsme, ni aucune disposition prochaine au Christianisme.

Si le Roi Agrippa eût été Juif, le Président Festus lui parlant de S. Paul & des Juifs, lui auroit-il dit, chap. XXV. verset 19. *Il lui faisoient seulement un procés sur quelques choses qui concernoient LEUR SUPERSTITION?* Se seroit-il servi de ce terme de *superstition*, si elle eût été la religion du Prince à qui il parloit? Et auroit-il dit, *leur superstition*, si elle avoit aussi été la superstition d'Agrippa? N'eût-il pas dit plus civilement, *de vôtre religion?* Supposé qu'Agrippa fût Juif, certainement Festus le devoit dire.

S. Paul de même, au chapitre XXVI. des Actes, s'addressant au Roi Agrippa, lui parle en ces termes, au sujet de la résurrection qu'il prêchoit: *C'est au sujet d'une telle esperance, Sire, que les Juifs m'accusent. Quoi, juge-t-on parmi vous que ce soit une chose incroiable, que Dieu ressuscite les morts?* Si Agrippa eut été Juif, comme S. Paul, cet Apôtre lui eût-il dit, *Juge-t-on parmi vous?* Et cette expression ne marque-t'elle pas évidemment, qu'il prenoit pour juge & pour arbitre du différent qu'il avoit avec ses adversaires, un Prince neutre, & qui n'étoit d'aucun des deux partis, c'est-à-dire, qui n'étoit ni Juif, ni Chrétien?

Mais pour la médaille de ce Prince, où se voit la Lune peinte, avec une Corne d'abondance, qui marque l'abondance qui étoit dans le païs, je ne comprens pas pourquoi M. Basnage ne veut pas que ce soit le symbole de la Divinité qu'on y adoroit. Comment l'y pourroit-on peindre autrement? C'est l'usage sur les Médailles anciennes d'y mettre la Divinité du païs, Mais la seule sculpture d'une telle image s'accorde-t'elle bien, MONSIEUR, avec le Judaïsme? L'image de la Lune est-elle chez les anciens sur une médaille un symbole innocent? M. Basnage a-t'il veu une seule fois ce symbole innocent de la Lune sur quelque médaille tant soit peu ancienne des Princes Chrétiens? Voilà assurément un Tolerantisme affreux. Jamais Julien l'Apostat lui-même n'a vu ni l'image du Soleil, ni celle de la Lune sur les médailles qui portoient son nom; parce que c'étoient des marques constantes de Paganisme, que les Villes Chrétiennes, qui frappoient les Médailles, n'eussent jamais voulu y graver.

Ce n'est pourtant pas la seule médaille, qui fait voir qu'Agrippa ne fut jamais Juif, non plus que le jeune Agrippa son fils. Il y en a plus de quinze différentes: dont les unes, c'est à dire, celles du pere, ont l'image de Vespasien & celles de ses enfans, avec le nom d'Agrippa; les autres ont l'image de Domitien, avec le nom de jeune Agrippa. Car Agrippa le pere, qui avoit fait graver son image sur ses médailles du tems de Neron, avec le glorieux titre de *grand Roi;* comme son oncle Herode sous Claude avoit fait mettre son image d'un côté, & le nom simplement de l'Empereur Claude de l'autre; Agrippa, dis-je, sous Vespasien, qui le domta, & sous ses enfans, fut obligé de rabbattre beaucoup de sa fierté. Vespasien ni ses enfans, qui n'étoient pas de la moison des Claudes, ne purent souffrir, qu'un si

petit

petit Prince, qui ne les avoit peut-être pas servi dans la guerre contre les Juifs, osât ainsi se mesurer avec eux, Vespasien le réduisit: il le fit tributaire: & les deux Agrippa n'oserent plus mettre sur leurs monnoyes ou sur leurs médailles d'autre image que celle de l'Empereur ou de ses deux fils. Mais de qui que ce soit que fut l'image, n'étoit-ce pas alors un caractere de Paganisme d'en graver aucune?

Enfin on voit sur les médailles d'Agrippa second, que j'ay citées, un autel, avec cette inscription, SALVTI AVG. pour marquer les sacrifices qu'il avoit fait faire pour le rétablissement de la santé de Domitien, dont l'image & le nom est de l'autre côté; comme l'un & l'autre est avec la même inscription sur une médaille toute Latine du même Empereur. Or l'autel constamment, comme sur une infinité d'autres médailles, marque ici un sacrifice fait aux faux dieux: peut-on souhaiter une preuve plus sensible de Paganisme?

Mais on a beau écrire: Josephe sera toûjours le cinquiéme Evangile des Protestans. J'en ay apporté les raisons ailleurs. Leur aveuglement sera là-dessus éternel, quelque opposition qu'il se trouve souvent entre cet auteur & les Ecrivains sacrés. Et combien de fois le Cardinal Baronius, le P. Salien Jésuite, & les autres sçavans Catholiques ont-ils découvert dans ses écrits, qu'il semble vouloir décrediter les Ecrits saints, tant il leur est contraire dans ses narrations? Le nombre en est infini. Quelques-uns d'entre les Protestans même en conviennent quelquefois. Et M. Basnage, dans l'Extrait, que vous m'avez envoié de la page 13. *Les guides qu'il suivoit*, dit-il en parlant de Josephe, *étoient divinement inspirés. C'est pourquoi on ne conçoit pas comment il a osé quelquefois s'en écarter.* Il falloit dire, comment il l'a osé plus de cinq cens fois de compte fait, si vous les ramassez dans le Pere Salien, & ailleurs. Et un écrivain de ce caractére ne doit-il pas être suspect par tout?

Il ne touche certainement aucun fait historique, de ceux que rapportent les Ecrivains sacrés du Nouveau Testament, qu'il ne le raconte tout autrement dans ses circonstances les plus importantes. Et ses adorateurs là-dessus déliberent, à qui il faut plûtôt déferer, a Josephe, ou aux historiens sacrés.

1. Herode n'est Roi que de la Judée chez les Evangelistes: il a toute la Palestine avec l'Idumée chez Josephe.

2. Cyrinus Président de Syrie dressa l'état de toute la Judée selon S. Luc l'année même de la Naissance de Jesus-Christ; mais selon Josephe ce ne fut que huit ans aprés.

3. Jesus-Christ selon le prophete Aggée a honoré de sa présence le Temple de Zorobabel: selon Josephe il faut que Jesus-Christ n'ait pas vu ce Temple la: il faut que cet honneur tombe sur un Temple plus superbe & plus grand, qu'Herode a fait bâtir.

4. Herode le Tétrarque enleve Herodias, la femme de son frere Philippe, selon S. Marc: mais selon Josephe ce n'étoit pas la femme de Philippe: c'étoit la femme d'un autre Herode. Car la femme de Philippe n'étoit pas Herodias même, comme S. Marc l'a cru; mais la fille d'Herodias.

5. Selon l'Evangile Herode fit décoller S. Jean, parce que ce saint lui reprochoit son inceste. Selon Josephe ce ne fut nullement par cette consideration la. Ce fut par la seule crainte qu'il eut, que ce saint, qui avoit beaucoup de credit dans l'esprit des peuples, ne les soulevât contre lui.

6. Ce même Prince fit décoller S. Jean Baptiste en Galilée selon trois Evangelistes; mais selon Josephe ce fut a plus de 40. lieuës delà, a Machærus, chateau situé selon Pline, à l'extremité de la mer Morte. Ainsi le courier, qui pendant le souper receut commission d'aller querir dans la prison la tête de S. Jean Baptiste, & qui l'apporta devant que le souper finit, fit ce soir la 80. lieuës en moins d'un quart d'heure; ou bien le recit de l'Evangeliste est faux.

7. Anne & Caïphe étoient deux souverains Pontifes du tems de N. Seigneur, selon S. Luc au chapitre troisiéme de son Evangile, & sur tout au 4. chapitre des Actes, ou Anne est nommé devant Caïphe, quoi que Caïphe fut, selon S. Jean, le Pontife de cette année la: & j'ay justifié cet usage par des exemples de l'ancien Testament. Mais selon Josephe cela est faux. Voici comme en parle M. Basnage, dans l'Extrait, Monsieur, que vous m'avez envoié de la page 153. avec un ou deux autres, je ne sçay par quel motif, puisque ces endroits ne regardent pas les Herodes. *S. Luc dit que Caïphe & Anne étoient souverains sacrificateurs. Cependant IL EST INCONTESTABLE* (puisque Josephe le dit) *qu'Anne avoit été déposé plusieurs années auparavant, & que Caïphe son gendre étoit alors a la tête du Clergé.* Et à la page 155. *La difficulté est grande. Mais ne peut-on pas dire, qu'Anne déposé par un Intendant païen, ne laissoit pas de conserver le titre & même le pouvoir qui étoit attaché a cette charge, parce qu'il étoit fort consideré chez les Juifs? Les Evangelistes insinuënt, que Caïphe laissoit a Anne la plus grande partie de l'autorité Pontificale* &c.

8. Ce fut Herode, qui selon S. Luc fit décoller S. Jacques, & emprisonner S. Pierre; mais selon Josephe il faut que ce soit Agrippa, & non pas Herode.

9. Ce même Herode selon S. Luc mourut mangé de vers: mais selon Josephe ce fut une furieuse colique, qui emporta l'Agrippa qu'il substituë a Herode, aprés l'avoir tourmenté cinq jours.

10. Il paroît par le narré que fait S. Luc de la revolte de Theodas, au cinquiéme chapitre des Actes, qu'elle arriva environ la septiéme année de N. Seigneur: mais selon Josephe il faut que ce soit prés de 40. ans aprés, sous l'Empereur Claude. Et le Protestant Cappel, par respect pour Josephe, n'a point fait de difficulté de protester contre l'Evangile, & de dire que S. Luc s'est trompé. Lighfoot a été plus raisonnable, quand il a dit: *Non video quidem ego, qua ratione eam reverentiam & modestiam debeamus Josepho, ut tanto sudore famæ ejus consulamus. Inveniendus est alter Theudas, vel nescio quid aliud absurdi emplastri applicandum potius, quam Josephus postulandus falsi; cui tamen & in historia & in Chronologia titubare & vagari non insuetum.* Il dit vrai: on ne dit que des pauvretez, & on en dit beaucoup, en voulant sauver le crédit de Josephe.

11. Les Pharisiens selon S. Luc suivoient la créance orthodoxe touchant la résurrection: & S. Paul pour cela se vantoit d'être Pharisien, & d'être enfant, c'est à dire, disciple des Pharisiens: & cette créance suppose qu'on ne meurt qu'une fois, comme S. Paul l'enseigne. Mais selon Josephe, ces Pharisiens croioient la transmigration ou le passage des ames d'un corps dans un autre, comme les Pythagoriciens. Ainsi les hommes meurent plus d'une fois selon eux. *Et l'on ne peut douter qu'ils ne le crussent ainsi, puisque Josephe l'assure formellement*, dit un loüangeur de M. Basnage; & M. Basnage lui-même dans l'Extrait que vous m'envoiez de la page 514.

12. Enfin Drusilla, femme de Felix Président de Judée, étoit Juive de religion, selon S. Luc, au chapitre XXIV. des Actes, verset 24. Mais selon Josephe elle avoit abjuré son Judaïsme en épousant Felix. Sur quoi M. de Tillemont, dans son premier tome de l'histoire des Empereurs, page 553. fait cette reflexion: *Il semble que Drusilla en épousant Felix ait abandonné la religion des Juifs. S. Luc néanmoins l'appelle Juive.* Voila S. Luc encore en compromis avec Josephe.

N'en voilà-t-il pas assez, Monsieur, pour persuader, qu'une si prodigieuse opposition, qui est si visible entre les livres saints & Joseph sur tous les mêmes faits, ne peut gueres être sans dessein: puisqu'il est impossible sans affectation, qu'il ne se trouve pas un seul point sur lequel ils s'accordent? Je ne parle point du silence que Josephe garde sur le massacre des Innocens: il n'avoit garde d'en parler: cela eût flétri & deshonoré son héros.

IV.

Mes réflexions sur vos Extraits, Monsieur, sont un peu longues: mais la matiére en est la cause. Le reste se réduit à deux articles, que je ne toucherai qu'en passant: sur tout le premier, qui régarde l'explication que j'ay donnée des Septante semaines de Daniel, quoi qu'il soit l'article le plus important. Je vous puis assurer, Monsieur, que dans la Dissertation entiere de M. Basnage, que vous avez eu la patience de copier, je ne vois rien qui m'oblige d'ajouter un seul mot à tout ce que j'ay dit sur cette prophetie. M. Basnage ne peut approuver mon explication sans reconnoître le second livre des Machabées pour un livre Canonique: & c'est à quoi il déclare en bon Protestant qu'il ne peut se résoudre. Il ne peut souffrir que le grand Prêtre Onias y soit regardé comme un saint. Il ne touche aucune des plus fortes preuves que j'apporte pour soutenir mon explication; ni aucune des objections insolubles que je fais contre les sentimens opposés au mien. Il dissimule encore les réponses que je donne aux objections minces qu'il fait contre mon systéme, quoi qu'elles soient traitées au long dans la Dissertation même qu'il cite. Il pose des principes, que j'ay montré évidemment être faux; & il ne dit pas un mot de la réfutation que j'en fais. Il paroît enfin n'avoir point approfondi la question. Pourquoi donc grossirois-je ici ma lettre, pour vous répeter en François, ce que vous avez déja lu en Latin; & ce qui l'a pourtant obligé d'avoüer d'abord, que mon systéme étoit l'ouvrage *d'un Critique infiniment plus sçavant & plus exact en Chronologie*, que je ne sçay quel autre qu'il réfute?

Mais nonobstant ce compliment, je ne puis lui pardonner ce qu'il dit dans l'Extrait que vous avez eu la bonté de faire de la page 52. du premier tome.

On dit (Harduin, page 38.) *que JESUS-Christ redouta toûjours ce même Archelaüs son ennemi. Mais que ce Prince étant mort huit ans aprés la naissance du Fils de Dieu, comme cela paroît par une médaille, où la Judée est representée sous la figure d'une palme, & qui porte le nom de César, au lieu de celui d'Archelaüs, JESUS-Christ commença à être plus hardi, & a aller dés ce tems-là à Jerusalem. Les Evangelistes renvoient donc ce terme trop loin, en disant qu'il avoit douze ans, lorsque ses parens le menérent au Temple: & ce terme doit s'entendre des quatre années qui avoient precedé, & pendant lesquelles il n'avoit plus rien à craindre. C'est aimer les conjectures, que de produire celle-ci..... La foiblesse d'un âge peu propre pour un si long voiage, n'étoit-elle pas une raison suffisante pour le garder jusqu'à l'âge de douze ans, comme les Evangelistes l'insinuënt: & pourquoi les démentir ou changer l'usage des termes, & transformer douze en huit ans?*

M. Basnage en rapportant mes paroles leur donne un tour burlesque, & il turlupine d'une maniere qui ne convient ni à son âge ni au sujet qu'il traite. Quand il s'agit de Nôtre Seigneur, il faut que le discours marque le respect qu'on lui doit. Je n'ay jamais dit, comme il me l'attribuë, que Jesus-Christ *redouta son ennemi*, ni qu'*aprés sa mort il commença à être plus hardi*. M. Basnage s'oublie encore, quand il dit, que parler comme je fais sur cet article, c'est *bien aimer les conjectures*; & que c'est même *démentir les Evangelistes*. Ce reproche est trop injurieux pour le mépriser. Je n'y répons néanmoins, qu'en disant, que M. Basnage sçait quelque chose mieux qu'il ne sçait l'Evangile; & que s'il l'avoit bien étudié, les Interpretes lui auroient appris, que mon sentiment qu'il combat, est plus probable que celui qu'il veut défendre. Je vous prie, Monsieur, de livre Maldonat & Cornelius a Lapide, sur S. Luc, chapitre second, verset 41. Ce sont des auteurs estimés, & qui ne sont pas rares. Vous y verrez, que mon sentiment est celui, de ces deux sçavans Interpretes, qui font profession de suivre en cela S. Augustin, Bede, Juvencus, avec quelques auteurs modernes. Tous ces gens-là ont-ils aussi *démenti* les Evangelistes? Je ne vous rapporte point les paroles de Maldonat, ni de Cornelius a Lapide: elles méritent néanmoins d'être luës, mais ma lettre grossiroit trop, si je les transcrivois. Jugez seulement, Monsieur, par cet endroit-ci, s'il faut se fier à certains écrivains, qui prennent par tout un ton hardi & décisif. Il y a dans ma lettre bien des râtures & des renvois: mais vous êtes accoutumé à les démêler, & à excuser les fautes qui échappent lors qu'on écrit vîte. Je suis avec un parfait respect, Monsieur......

Ce Vendredi 11. Février, 1707.



JOANNIS

3 # JOANNIS HARDUINI

Societatis JESU Presbyteri,

DE SUPREMO CHRISTI DOMINI PASCHATE.

Ad Prolusionem Chronologicam de Nummis Herodiadum,

EMBOLUM.

VENIT illa jamdudum in controversiam ac disceptationem, necdum satis est explicata quæstio: quo die Christus Dominus supremo Paschate functus sit: an eodem quo Judæi die: aut si diverso, an ille legitimo, alieno Judæi, an vice versa: an ille demum ne Pascha quidem eo anno omnino, sed cœnam vulgarem tantummodo, absque agno Paschali, cœnaverit. Totidem enim video esse sententias doctorum virorum, quorum nulla adhuc legentibus plane satisfaciat: minime vero omnium postrema: quippe quæ ab Ecclesiæ Catholicæ sensu, ut dicemus, longius abscedere videatur. Quoniam vero nuperrime annum definivimus æræ Christianæ tricesimum tertium Dominica passione insignem fuisse: propterea quia & Christi natalem cum æra vulgari congruere, & decimumquintum imperii Tiberii Cæsaris annum, cujus meminit sanctus Lucas, accipi oportere ab excessu Augusti, ex veteribus nummis demonstratum credimus: triaque tantum Paschata Christum peregisse statim a baptismo, præter quartum ac supre-
4 mum Pascha, quo obiit, cum peritissimis sacrarum litterarum interpretibus posuimus: de die quoque ejusdem sanctissimi obitus ut dicamus, nostras sentio partes desiderari: siquidem de anno liquidius constare vix potest, quam si de die quoque constiterit: hoc est, si decima quinta mensis dies, sive Pascha, conjuncta cum feria sexta, anno isti congruat. Tametsi autem suum videatur habere locum hæc disputatio in editione altera auctiore & emendatiore, quam prælo paramus, Prolusionis Chronologicæ de Nummis Herodiadum nuper editæ: non injucundum tamen fore arbitramur, si inde divulsa sejunctim eadem a nobis præmittatur: quod est ea momenti per se maximi, & ad difficultatem insignis, & hac ætate necessaria: tum ut appareat mirifice convenire inter sacros scriptores, quos imperiti & impii ἐναντιολογίας, sive pugnæ & contrarietatis arguunt: tum ut consectaria quædam alia statuantur, quæ ipsa oratio in decursu exhibebit.

Ad hanc porro litem pro virili dirimendam ut aggrediamur, illud ante omnia ponimus, quod erit, ut spes est, postea perspicuum: posse eamdem plane decidi, atque adeo etiam oportere, sacrorum præcipue codicum præsidio, ac rituum deinde Judaicorum: neglectis utique Rabbinorum fabulis atque conjecturis: præter traditiones, quæ cum sacris litteris aliquid habent affinitatis: nam ceteræ, præter fastidium maximum, aut nullam apud viros cordatos ac sapientes fidem, aut perparvam habent: certi autem subsidii nihil: quod sunt eæ omnes multis post Templi excisionem sæculis excogitatæ & concinnatæ: atque adeo in summa consuetudinum illarum inscitia, quæ Templo adhuc stante erant in usu communi.

I. *Quid* Phase, *sive* Pascha *sit: & ubi mactaretur.*

PRIMA hæc esto igitur e scripturæ auctoritate deprompta observatio. Vox illa *Phase*, sive *Pascha*, in sacris litteris veteris Testamenti, duo tantum significat: vel agnum hædumve paschalem: vel cum agni mactatione conjunctum paschale sacrificium.

5 cium. Ante egressum de Ægypto, solum agnum hædumve denotat, nullo adhuc sacrificio a Moyse instituto: post egressum autem, & agni esum designat, & cum eo paschale fere sacrificium. Quod est a Majemonide quoque observatum in Porta Mosis, pag. 277. adeo multa sunt & perspicua scripturæ testimonia, quibus ea res comprobatur. In primis Deuteronomii capite XVI, 1. *Observa mensem novarum frugum, & verni primum temporis, ut facias* PHASE *Domino Deo tuo: quoniam in isto mense eduxit te Dominus Deus tuus de Ægypto nocte. Immolabisque Phase Domino Deo tuo, de ovibus & de bobus, in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, ut habitet nomen ejus ibi.* Id est, immolabis Deo Phase, nempe agnos & hædos: tum etiam in holocausta, oves & boves. Ex quo enim sive Tabernaculum, sive Templum erectum est, mactatus ibi pariter cum sacrificii victima agnus est: unde quilibet paterfamilias, sive tunc de sua, sive de collata prius pecunia emeret, aut donatum a rege vel principibus sacerdotum auferret, assum igni, una cum parte fortassis holocaustorum elixa: ut principe Josia contigit, 2. Paralip. XXXV. 7. *Dedit præterea Josias omni populo qui ibi fuerat inventus in solennitate Phase, agnos & hædos de gregibus, & reliqui pecoris triginta millia, boum quoque tria millia: hæc de regis universa substantia. Duces quoque ejus, sponte quod voverant, obtulerunt, tam populo quam sacerdotibus & levitis. Porro Helcias, & Zacharias, & Jahiel, principes domus Domini, dederunt sacerdotibus ad faciendum Phase pecora commixtim duo millia sexcenta, & boves trecentos. Chonenias autem, & Semeias, etiam Nathanaël, fratres ejus, nec non Hasabias, & Jehiel, & Jozabad, principes Levitarum, dederunt ceteris Levitis ad celebrandum Phase quinque millia pecorum, & boves quingentos. Præparatumque est ministerium, & steterunt sacerdotes in officio suo: Levitæ quoque in turmis, juxta regis imperium. Et immolatum est Phase: asperseruntque sacerdotes manu sua sanguinem, & Levitæ detraxerunt pelles holocaustorum: & separaverunt ea, ut darent per domos & familias singulorum, & offerrentur Domino, sicut scriptum est in libro Moysi: de bobus quoque fecerunt similiter. Et assaverunt Phase super ignem,*
6 *juxta quod in lege scriptum est: pacificas vero hostias coxerunt in lebetibus, & cacabis, & ollis, & festinato distribuerunt universæ plebi: sibi autem & sacerdotibus postea paraverunt: nam in oblatione holocaustorum & adipum* USQUE AD NOCTEM *sacerdotes fuerunt occupati: unde Levitæ sibi & sacerdotibus filiis Aaron paraverunt novissimis.*

Sub Ezechia similiter annis centum ante Josiam, 2. Paral. XXX. in templo Phase mactatum est: Itemque post Josiam annis amplius centum, 1. Esdr. VI, 20. post reditum e captivitate. Igitur ex his tribus locis apparet, non ita fieri tantum consuevisse tot sæculis, sed & sic facto opus fuisse: Josepho etiam sic docente satis perspicue, libro x. Antiq. cap. v. apertius vero libro VII. de bello, cap. XVII.

Quid quod ne ipse quidem refragari Philo videtur, qui libro III. de vita Mosis, pag. 531. negat solummodo certos ac privatos homines, huic muneri addictos, ut in aliis fere sacris usuvenit, Phase mactare: affirmatque universam per se multitudinem, σύμπαν τὸ ἔθνος, hoc est, illos ipsos qui Phase comederent, ipsum mactare suis manibus. Et libro de Decalogo similiter, pag. 591. populum omni frequentia, πανδημεὶ, non exspectata sacerdotum opera, fungi eo munere, nempe jugulatione agni. At idem & cum frequentiam plebis sacrificantis agnoscit, vel hoc uno verbo locum satis aperte unum fuisse declarat, qui hanc multitudinem caperet, in quem sacrificandi causa plebs conveniret: & cum libro de Monarchia, pag. 634. negat cuiquam sacrificandi potestatem esse extra Templum unicum Hierosolymitanum: sacrificium Phase, opinor, ibi quoque peragi oportuisse haud obscure docet: Nec ille denique sacerdotum usquam operam abnuit in excipiendo crateribus sanguine, aspergendoque altari: sed in mactando tantum agno: quod vero ac proprie dicto sacrificio nihil omnino detrahit. Nam in agni immolatione ita suæ singulis fuerunt distributæ partes, ut privatus quisque paterfamilias, vel ejus nomine domesticus aliquis aut vernaculus, agnum mactaret: sacerdotes sanguinem cratere exciperent: pelles levitæ detraherent, & agnum igni torrerent: nisi forte pro aliqua parte plebis non sanctificata, nec proinde idonea sacrificio peragendo, levitæ ipsi agnum
pariter immolarent, excipiente sanguinem sacerdo- 7
te. Ita diserte legimus libro 2. Paral. cap. XXX, 14. *Congregatique sunt in Jerusalem* POPULI *multi*..... *Immolaverunt autem Phase quartadecima die mensis secundi*..... *Sacerdotes vero suscipiebant effundendum sanguinem de manibus Levitarum: eo quod multa turba sanctificata non esset: & idcirco immolarent Levitæ Phase his, qui non occurrerant sanctificari Domino.* Populi immolaverunt, exceptis his, qui cum sanctificati non essent, suas partes Levitis commiserunt. Et cap. XXXV, 11. *Et immolatum est Phase*: hoc plebs per se egit: *asperseruntque* SACERDOTES *manu sua sanguinem, & Levitæ detraxerunt pelles holocaustorum..... & assaverunt Phase super ignem.* Nulla re igitur a ceteris Philo dissidet, cum sacerdotis partes privato cuique permissas fuisse eo die narrat: cum de sola mactatione sibi sermonem esse apertissime significet, non de universo ritu.

Nec vero satis considerate illud objici videtur, quod idem Philo ait, libro de septenario, pag. 29. *Unaquaque domus illo Pascha tempore, templi speciem* HABUIT: ut exinde colligatur in privatis ædibus mactatum agnum fuisse, non in Templo. Cum nihil aliud iste velit, quam agnum in domibus privatis, non mactari quidem, sed edi ea modestia solitum, tamque pie ac religiose ante cœnam & post eam hymnos recitari, ut omnino templi sacri, non domus profanæ, instar habere ædes singulæ privatorum hominum viderentur. Sic ille conceptis verbis: Ἑκάστη δὲ οἰκία κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον σχῆμα ἱεροῦ καὶ σεμνότητα περιβέβληται, τοῦ σφαγιασθέντος ἱερείου πρὸς τὴν ἁρμόττουσαν εὐωχίαν εὐτρεπιζομένου, καὶ τῶν ἐπὶ τὰ συσσίτια συνειλεγμένων ἁγνευτικοῖς περιρραντηρίοις κεκαθαρμένων. οἱ παραγεγόνασιν, οὐχ ὡς εἰς τὰ ἄλλα συμπόσια, χαριούμενοι γαστρὶ δι' οἴνου καὶ ἐδεσμάτων· ἀλλὰ πάτριον ἔθος ἐκπληρώσοντες, μετ' εὐχῆς τε καὶ ὕμνων. ἄγεται δὲ ἡ πάνδημος θυσία ιδ' τοῦ μηνὸς, &c. *Unaquæque vero domus illo tempore speciem majestatemque templi* PRÆ SE TULIT, *dum hostia quæ mactata fuerat ad congruum epulum* PARARETUR, *purgatique essent purificantibus aspersionibus, qui ad convivia collecti* CONVENERANT *qui utique* ADVENTARANT, *non uti ad cetera convivia, ut ventri indulgerent per vinum cibosque: sed ut*
avitum institutum SERVARENT, *cum precibus &* 8
hymnis. Agitur autem publicum sacrificium, XIV. mensis &c. In certis quibusdam sacrificiis, inquit idem, libro de victimis, pag. 653. locus epuli Templum est, ubi sacerdotes soli epulantur. At in Phase non sic: nec soli sacerdotes de victima edunt, sed quilibet e plebe cum domesticis aut vicinis totam absumit: neque in Templo quidem: sed pro templo ad epulum sua cuique domus est, etiam Alexandrinis, si Hierosolymam ad Phase se conferant: nam hi quoque Templum unicum noverunt Hierosolymitanum: quamvis Alexandriæ, ut in orbe reliquo, Proseuchas haberent: quod idem Philo prodidit, libro in Flaccum, pag. 572. Quod si cui autem ista Philonianæ sententiæ expositio minus arridet, norit ille demum, quid Philo senserit, refragante Josepho, nos cum viris eruditis plerisque parum laborare. Et vero, ut scite Tostatus, si Pascha non est sacrificium in Templo mactandum, cur non hodieque Pascha integre peragitur a Judæis, esu agni paschalis: siquidem solo sibi sacrificio extra Urbem sanctam interdictum putant?

Sed

Sed quid conjecturis opus, ubi sacrificium aperte vocat scriptura, ut est animadversum jamdudum a Tostato, qui in eadem nobiscum sententia est, in cap. XII. Exodi, quæst. XLIV. & in cap. XXIII. quæst. XXVII. Certe præcipitur Num. IX, 13. *Si quis autem & mundus est, & in itinere non fuit, & tamen non fecit* PHASE, *exterminabitur anima illa de populis suis, quia* SACRIFICIUM *Domino non obtulit tempore suo.* Quo ex loco verbisque Exod. XXIII, 17. *coram Domino Deo tuo*, vir doctissimus invicte demonstrat, Dei jussu post egressum de Ægypto agnum paschalem ab ipsis sacerdotibus immolari oportuisse in loco sanctuarii: atque adeo in atrio tabernaculi, antequam Templum exstrueretur: ne quis hic fortassis humanum institutum cogitet, quod negligi vel omitti pro arbitrio potuerit. Hebræorum certe omnes magistri de hoc consentiunt cum Majemonide, in tractatu Corban Pesach, cap. 1. *Non mactandum erat Pascha*, inquit, *nisi in atrio, ubi reliqua sacrificia*
9 *immolantur: immolandumque die* XIV. *post meridiem, post juge sacrificium.* Eadem in Talmude leguntur, cod. Pesachim, cap. V. & ministerium præterea sacerdotum exprimitur.

II. *An Christus Dominus agnum Paschæ comederit.*

JAM alterum simile priori pronunciatum, ex eoque consectarium est, in sacris pariter litteris novi Testamenti eamdem notionem voci Paschæ ac potestatem esse subjectam. Nam ut unus utriusque Testamenti auctor Deus est, ita vox & lingua una est scriptorum θεοπνεύστων: nec ullo satis idoneo documento evincitur aliud ab aliis vocabulo uno eodemque intelligi. Agnum igitur paschalem a Christo manducatum poni necesse est: & quamvis scriptum non sit conceptis verbis, Apostolos qui jussi sunt a Domino parare Pascha, e Templo victimam agni paschalis sibi comparasse, indeque holocausti simul fortassis partem abstulisse: ratio tamen credi cogit, a recepta eos consuetudine ac lege minime descivisse. Accedit eo, quod diserte satis sacri Evangeliorum scriptores negant, aliud discipulos *parasse Pascha*, aliudve Christum *cum discipulis Pascha manducasse*, quam quod Judæi *Pascha immolabant*, Marc. XIV, 12. & illud quod *necesse erat occidi Pascha*, Luc. XXII, 7. Marci XIV, 12. *Quo vis eamus, & paremus tibi, ut* MANDUCES PASCHA? .... *Ite in civitatem..... dicite domino domus, quia magister dicit, Ubi est refectio mea, ubi* PASCHA *cum discipulis meis* MANDUCEM? Nisi Pascha utrobique idem intelligitur, aliud discipuli interrogant, aliud Christus respondet: nec manducavit ille quod jussit parari: & via demum aperitur figuratis coactisque interpretationibus neglecta littera. Accedit & altera ipsius Christi perspicua satis oratio; quæ *Pascha* proprio ac nativo sensu jubet accipi, Luc. XXII, 15. *Desiderio*, inquit, *desideravi hoc Pascha manducare vobiscum, antequam patiar. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei.* Et mox, priusquam sui corporis & sanguinis sacramentum conderet, *accepto calice dixit: Accipite, & dividite inter vos. Dico enim vobis, quod non bibam de generatione*
10 *vitis, donec regnum Dei veniat.* Tam ludere enim profecto de scripturis divinis ille merito videatur, ipsumque τὸ ῥητὸν subruere atque convellere, qui Paschæ vocabulo putet aliud designari, extra illud quod Apostoli parasse ipsius Domini jussu proxime antea perhibentur: hoc est, extra agnum Paschalem: quam qui alium ibi potum extra vinum de vite cogitet: cum præsertim utrumque ex æquo ad cœnam Paschalem pertinuisse hic locus admonere videatur, quod & in Talmude Hierosolymitano traditur, cod. Pesachim, cap. VII. ex usu nimirum antiquo Synagogæ. Nec vero quisquam paulo doctior sine risu audiat, θύειν καὶ φαγεῖν τὸ πάσχα, aliud esse quam agnum Paschalem immolare vel edere: Nec minus Christum, opinor, agnina Judaïca delectabat, ut Tertulliani verbo utar, quam reliquæ legis observatio: quamvis nemo tamen Christum existimet alio consilio ante obitum fungi hoc officio voluisse, quam ut vetere expleto Paschate, novum simul conderet, Eucharistia instituta.

Quare sapientissime pronunciarunt Theologi doctissimi tum *esse* adversam huic *sententiam plane hæreticam*: sic enim Suarez: & *hæresim* pariter Ysambertus appellat: tum prorsus videri eum fidei catholicæ sacrisque litteris adversari, qui agnum Paschæ neget a Christo Domino in suprema cœna manducatum. Hic certe quem defendimus, Ecclesiæ Romanæ sensus est, in hymno sacro:

Noctis recolitur cœna novissima,
Qua Christus creditur AGNUM *& azyma*
Dedisse fratribus, juxta legitima
Priscis indulta patribus.

Ubi mox eadem *post* AGNUM *typicum, corpus Dominicum datum discipulis* canit: Ecclesiæ vero universæ in Concilio Tridentino, sess. XXII. cap. I. *Nam celebrato veteri pascha*, inquit, *quod in memoriam exitus de Ægypto multitudo filiorum Israël immolabat, novum instituit Pascha, seipsum ab Ecclesia per sacerdotes sub signis visibilibus immolandum.* Certe enimvero nec immolantur azyma, nec agrestes lactucæ, sed agnus *Phase Domini est*, Exod. XII, 11.

Furor est profecto, furor, intolerabilisque audacia, recentiorum quorumdam, affirmantium, tribus primis Ecclesiæ sæculis, in ea fuisse hæresi Patres, ut Christum Servatorem supremo vitæ suæ die Pascha peregisse negarent. Et testes illi quidem appellant ejus dicti, Petrum Alexandrinum, Clementem Alexandrinum, Hippolytum martyrem, Apollinarem Hierapolitanum: demumque sic colligunt; Ex Petro Alexandrino sententia negans Christum comedisse Pascha, sententia communis Patrum fuit, qui tribus primis sæculis vixerunt: Gallice, ut scribunt: *Selon lui le sentiment de ceux qui nient que JESUS-Christ ait mangé l'Agneau Pascal, est le sentiment commun des Peres des trois premiers siecles.* O furorem hominum, quos concludi oporteat cum insanientibus! Nam quis non furorem jure appellet tantam hominum cœcitatem, ortam ex obstinatione ac pervicacia? Unde enim sumpta hæc testimonia sunt, Petri, Clementis, Hippolyti, & Apollinaris? Numquid ex scriptis eorum quæ indubitata ac genuina esse censeant eruditi? Minime vero: sed ex auctore Chronici, quod Sigonius Fastos Siculos, Du-Cangius Chronicon Paschale appellat: homine, quem veterum prorsus nemo appellat, nemo ante Sigonium novit: quem nostra ætate ob anachronismos innumeros Petavius sprevit & Scaliger: qui eo demum insolentiæ processit, ut ad suam illam defendendam hæresim, quæ Christum Servatorem negat Pascha peregisse, testimonia confingat, adscribatque magnis illis nominibus, Petri, Clementis, Hippolyti, & Apollinaris. Nam quis hic mentiri impudentissime hominem istum neget, & illa testimonia ex cerebro confingere; cum verborum illorum quæ allegat ne syllaba una quidem alibi exstet; & quod est multo insolentius, cum ex Evangelio ipso loca se describere profiteatur ibidem, quæ eidem hæresi apertissime faveant; quorum nihil tamen in sacris libris appareat? An qui vel sacros codices corrumpere, vel sententias affingere sacris Evangeliorum scriptoribus ausus est, quæ in libris sacris neque nunc sunt, neque aliquando fuerunt; non idem ab hominibus non omnino furentibus aut cœcis censeri debuit finxisse ea similiter quæ voluit, sub magnis Patrum nominibus? Atqui certe Matth. XXVI, 17. ubi legimus: *Prima autem die azymorum accesserunt discipuli ad JESUM, dicentes: Ubi vis paremus tibi comedere Pascha?* is

is ne eo die comedi potuisse Pascha, hoc est, alio quam quo Judæi Hierosolymitani id facerent, censuisse ac dixisse Apostoli videantur, ait scriptum esse; *dicentes: Ecce POST BIDUUM PASCHA FIET; Ubi vis ergo paremus tibi?* Sic ille in editione Du-Cangii, pag. 218. Iterumque ne peregisse Pascha decima quinta apud Galilæos die Christus putetur, decima quarta passum fuisse eum dicit, (quam nempe unicam in utraque provincia, Judæa & Galilæa, fuisse censet, ut alii:) idque conceptis verbis a Joanne Evangelista traditum, teste Clemente. Hæc igitur verba ex Joanne recitat, pag. 7. *Post hæc ergo DECIMA QUARTA, quando passus est, ipso mane ad Palatium adducto, Pontifices & Scribæ non introierunt Prætorium, ut non contaminarentur, sed ut vespere libere manducarent Pascha.* Anno ergo cœcutit volens, qui non animadvertit, pari audacia ficta ab illo ignoto scriptore Patrum testimonia, atque Evangeliorum, esse?

11 Quamobrem explodendus primo Spalatensis error est, qui cœnam tantum vulgarem: deinde & Grotii alter, qui peractum a Domino Pascha non θύσιμον, sed dumtaxat μνημονευτικὸν finxit: & voluntarium magis, quam lege præceptum: in quo non agnus, sed azyma tantum cum lactucis agrestibus pararentur. Id enimvero eo magis incredibile est, quod ipsimet etiamnum Judæi, quibus unum reliquum est Pascha μνημονευτικὸν, decima quarta die ad vesperam fercula bina in disco parant: alterum, armum agni assum, in memoriam agni paschalis, egressusque de Ægypto: alterum carnis elixæ, si ita lubet, in memoriam paschalis sacrificii: quamquam neutrum est θύσιμον, sive sacrificii ritu mactatum: id enim extra Urbem sanctam & Templum sibi nefas esse confitentur: sed emptum de macello. Quam ob causam severe præcipitur, ne dum ea caro vel ad cœnam paratur, vel in cœna editur, cuiquam vox ea excidat, בשר זה לפסח *Hæc caro, Pascha:* sed fas dici tantum, *Hæc caro* ליום טוב *in diem bonum*, sive *in diem festum:* ne sacrificii scilicet antiqui Paschæ instar habere hæc cœna videatur aut existimetur. Similiter agnum hædumve integrum, hoc est, *capus cum femoribus, pedibusque ejus & intestinis*, ut in lege præcipitur, Exod. XII, 9. nunc apponi nefas, tametsi convivæ verbis antedictis abstineant: eo quod antiquum sacrificium, quo extra Jerusalem interdictum est, repræsentari ea specie videretur. Fas est autem dici de pane azymo, *Hic mihi* לפסח *in Pascha est:* quia sacrificii instar non habet. Tradit hæc omnia totidem verbis R. Jacob, in opere *Arbaah Turim*, parte I. n. 469. & 473. Et de armo agni vel hædi asso, Leo Mutinensis, parte III. cap. III. n. 7. Ex perpetuo igitur & constanti more Judæorum liquet, vel si μνημονευτικὸν tantum Pascha Christus peregisset, quod falsum putamus, tamen agnum ei suprema cœna fuisse appositum. Adde, quod si azyma edere, idem ac facere Pascha fuit, toto fere anno Pascha μνημονευτικὸν fecerunt sacerdotes: quippe quorum annona omnis propemodum, ut constat ex Levitici capite secundo, azymi panes essent.

12 III. *An legitimo die Pascha peractum sit supremo vitæ Christi anno.*

TERTIUM subjungatur effatum illud: Quo anno Christus Dominus mortem pro salute omnium obiit, tum ipse, tum Judæi, agnum paschalem eo die comederunt, quo die ut comederetur lege sancitum fuit. Matth. XXVI, 2. *Scitis quia post biduum Pascha fiet.* Unde autem scirent, nisi ex lege, ex cujus præscripto *necesse erat occidi Pascha?* Luc. XXII, 7. Rursum Matth. XXVI, 13. *Apud te facio Pascha cum discipulis meis:* Quo die igitur apud te fieri lex & mos finit. Haberet enim justam & maximam offensionem, si die diverso ac præter legem quisquam faceret, aut suo arbitratu, præter jussum usumque synagogæ. Neque vero quod usu communi sancitum esset, Christus Dominus ullo modo violaret. Ac reipsa ea die egit, *in qua necesse erat occidi Pascha:* ergo ex lege, qua Israëlitæ omnes tenerentur ex æquo. Nam ante tempus legitimum non erat necesse occidi, neque ulla potuit esse nisi ex lege necessitas. Denique tunc Christo Domino Pascha Apostoli paravere, *quando Pascha* Hierosolymis *immolabant*, teste Marco, XIV, 12. quod est aperte dicere, Judæos sive Israëlitas patriorum rituum tenacissimos neque alieno die agnum immolaturos fuisse: & istud reipsa tum eos, tum Christum Dominum legitimo die perfecisse. Quod si in Templo mactari Pascha oportuit, ut vidimus, non sivissent profecto sacerdotes extra legitimum tempus mactari: legitimo igitur die Christum Paschate perfunctum fuisse confitendum est, si omnino functum eo officio damus.

IV. *Qua die, quave hora Pascha mactaretur.*

OCCIDEBATUR autem Phase, quod est quarto loco statuendum, die decima quarta ad vesperam, hoc est, decima quarta exeunte, eademque vergente in decimam quintam diem, cujus initium fuit a solis occasu. Levit. XXIII, 5, 6. 13
Mense primo quartadecima die mensis ad vesperum Phase Domini est: & quintadecima die mensis hujus, solennitas azymorum Domini est. Ita profecto hunc locum Ecclesia interpretatur, quæ in officio Dominicæ de Passione, responsorio primo, hæc verba sic jubet intelligi, ut quartæ decimæ diei vespera accipiatur ea, quæ decimamquartam diem cum quintadecima die, seu Dominica Paschæ, connectit. Atque ita constat factum fuisse in Ægypto primum. Deut. XVI, 6. *Immolabis Phase vespere ad solis occasum, quando egressus es de Ægypto:* hoc est, ea hora qua egressus es. Qua hora Pascha cum ederent, baculum manu altera tenuere: nempe ut statim post esum agni viæ se darent. Egressos autem fuisse die decima quinta, hoc est, ea nocte quæ antecedit decimum quintum solis ortum, ipso die celebrati Paschatis, conceptis verbis proditum est, Num. XXXIII, 3. & Deut. XVI, 1. Nam ut dierum, ita festorum ac celebritatum initia Judæi a solis occasu & ineunte nocte capiunt. Levit. XXIII, 32. *A vespera usque ad vesperam celebrabitis sabbata vestra.*

Statutum est similiter Exodi XII, 6. *Immolabitque eum universa multitudo filiorum Israël ad vesperam;* Hebraïce בין הערבים *ben haarbaim*, inter duas vesperas. Vespera prior est ante solis occasum: posterior, post occasum. Quo sensu apud Matthæum, XIV, 15. *Vespere autem facto*, hoc est, hora una ante solis occasum, *accesserunt ad eum discipuli ejus dicentes: Desertus est locus, & hora jam præteriit: dimitte turbas, ut euntes in castella emant sibi escas.* At noluit Dominus: sed quinque virorum millia ibi pavit. Postea *dimissa turba ascendit in montem solus orare. Vespere autem facto*, ejusdem diei altero vespere, *solus erat ibi.* Ita editum a Domino illud miraculum est inter duas vesperas, Hebraïca consuetudine loquendi. Itaque mactatio agni similiter decima quarta die fieri consuevit, circa solis occasum: vergente proinde die decima quarta in decimam quintam noctem: præsertim cum pridie ante solis occasum nondum decimæ quartæ, sed tertiæ decimæ tantum vespera censeatur. Nec patitur autem vesperæ vocabulum a Deo positum, uti sapientissimi Hebræorum magistri agnoscunt, paucis admodum dissentientibus, tempus ad- 14
signari mactandi Phase citra horam nonam, hoc est, citra illud tempus, quo sol occasui propior est quam meridiei. An enim si sub ortum solis Phase immolandum præciperetur, usque ad meridiem prorogari posse tempus lege incolumi quisquam putaret? Neque igitur usque a meridie, cum sub occasum præcipi-

cipitur: tametsi ita Philo statuit, libro de septenario, pag. 28. Josepho refragante libro VII. de bello, cap. XVII.

Exod. XXVII, 21. cum lucerna accenditur *a vespera* מערב *usque ad mane*, aut *ad vesperum*, *ben baarbaim*, Exod. XXX, 8. a meridie nemo, opinor, intelliget. Et quisquam putabit Deut. XVI, 6. *immolabis Phase vespere ad solis occasum*, בערב כבוא השמש, de meridie posse vesperam accipi: ac non potius horam soli occidenti proximam ab ipso Numine præstitutam? Cum sæpissime vox ערב in sacris litteris occurrat, nusquam tempus designat tam laxum, ut citra ternas circiter horas ante solis occasum significet. Ergo *inter duas vesperas* sic accipiendum est, ut prima sit cum sol occidit: altera cum lux superstes deficit, quam crepusculum vocamus, *usque ad noctem*: 2. Paralip. XXXV, 14.

Denique hodiernus etiam mos Judæorum, non malus in ea re legis interpres, id confirmat: nam decima quarta tantum die exeunte de agno comedunt: &, ut ait Majemonides, tract. de paschate cap. VI. *nocte quæ decimam quintam lucem Nisan antecedit.* Samaritani demum ipsi etiamnum in suo monte Garizim, die XIV. sole primum occidente agnum Paschæ immolant, ut ii prodiderunt, qui accuratissime scripserunt de Samaritanorum ritibus ac moribus. Quale autem Quartadecimanorum Judaizantium Pascha fuerit, qui decimoquarto ipso die Paschate fungerentur, non decimoquinto, ut Judæi: aut cur Quintadecimani non appellentur: aut qui Judæi fuerint, qui ante æquinoctium vernum Pascha celebrarent, ut dicitur in canone Apost. VII. aperiemus in Notis ad Concilia, quibus illustrandis operam jamdudum navamus, Illustrissimorum Antistitum Cleri Gallicani jussu: propediem Deo juvante ea edituri.

V. *Quæ prima dies mensis Judaïci fuerit.*

15 QUÆ vero decima quinta dies censeri debeat, cum haberi pro certo non possit, nisi de prima constiterit, quinta deinceps hæc erit ea de re adnotatio. Prima dies cujusque mensis ab ea vespera cœpit, quæ solis ac lunæ congressum vel proxime antecessit, si contigit illa luminarium conjunctio inter solis occasum, consequentemque meridiem: vel quæ est proxime illam σύνοδον consecuta, si inter meridiem facta est, & proximum solis occasum. Hæc est regula יח, de qua dicetur inferius iterum observatione decima. Ex qua efficitur, quod est simul animadvertendum, ut alia esset interdum dies prima mensis, aliud festum Calendarum, sive Neomeniæ. Istud enim semper interlunium continebat, sive σύνοδον siderum: illa, non semper. Uno verbo, ad Neomeniam civilem constituendam, συνόδε τῶν ἀςέρων, ut Scaliger censuit, aliique: non τῆ φάσεως, sive primi lunæ conspectus, ut nonnulli ponunt, rationem habuisse Judæos olim arbitramur.

Nam primo quidem cur *tricesima sabbata* ab Horatio appellantur, libro I. satyra IX. nisi quod festum illud, perinde atque siderum congressus, tricesimo quoque die recurrit? sive, ut Plinius ait, libro 2. sect. VI. quia Luna *a solis coitu cum tardissime* TRICESIMA LUCE *rursus ad suas vices exit?* Primus quidem dies mensis persæpe ille festus dies Calendarum est: sed tunc idcirco festus, quia a simili priore festo dies est tricesimus. Tricesimo enim quoque die siderum ille congressus recurrit: hoc est, post dies XXIX & horas nunc plures, nunc pauciores: ut minimum quidem, fere septem: ad summum autem, fere vicenas. At tricesimo quoque die φάσις non semper recurrit. A congressu igitur luminarium, non a φάσει, (quæ interdum post octavum ac vicesimum diem redit: interdum in tertium vel quartum etiam diem a jugo moratur:) tricesima sabbata nuncupantur & ortum habent, quæ sunt festa Calendarum. Nisi forte quis velit institutos fuisse menses alios dierum octo & viginti, alios unius supra tricenos. 16
Quod cum fieri in mense lunari sive Judaïco non possit, ἀπὸ τῆς φάσεως menses numerari a Judæis solitos fuisse, erudito homini turpe est vel putare. Jam vero cum menses alios oporteat plenos esse, hoc est, triginta dierum: alios, novem & viginti tantum, sive cavos: in mense pleno lux ipsa tricesima festa fuit, quod in eam interlunium incideret: & cum ea luce unum conflabat festum Calendarum nox proxime subsequens, cum ea reipsa pertineret ad primam diem mensis consequentis. Atque hæc forma dierum hodie apud Judæos perseverat, teste Leone Mutinensi, parte III. cap. 2. de Neomenia. Unde hæc autem orta inæqualitas, ut cum festa reliqua Judæi celebrent Dei jussu a vespera ad vesperam: tamen istud festum Calendarum versa vice interdum ab exortu solis ad exortum usque alterum ducant? nisi quod eo semper spectaverunt ut festum Calendarum sive Neomeniæ cum interlunio, quantum fas esset, accurate conjungerent? Hæc sunt illa tricesima sabbata ab Horatio laudata, a nemine adhuc satis apte, opinor, exposita: festa nempe in tricesimam lucem ab anteriore simili interlunio & luce incurrentia.

Cur deinde ad Kebiam figendam, seu Neomeniam civilem, Judæi regulam posuerunt יח appellatam, de qua dicemus animadversione decima, nisi unius Molad, hoc est, Neomeniæ veræ vel mediæ, in constituendo primo die mensis, respectum haberent? Mediam conjunctionem luminum (ut istud semel dicatur) appellamus eam, quæ ex Astronomico calculo sequitur, reipsaque contingeret, si semper iidem & æquabiles forent solis ac Lunæ motus, uti calculus ille ponit. Vera conjunctio dicitur, tempus illud quo fit interlunium, & cum sole Luna congreditur. Differt autem vera a media, paucis interdum horarum scrupulis: ut longissime, circiter horas novem. Ad utramlibet autem conjunctionem respectum habuisse Judæos oportet, qui regulam יח antedictam posuerint: ad φάσιν quippe respexisse nemo sobrius dixerit.

An alia similiter potest causa excogitari, quamobrem geminum mensi nomen jam olim a principio fecerint: alterum, ירח, quod Lunam: uti proditum est apud Jobum XXIX, 2. ante Exodum, ut multis videtur: & postea Eccl. XLIII, 8. alterum חדש, 17
quod renovationem significat, Gen. VIII. nisi ut renovationem Lunæ, cum νέα fit, Neomeniam esse judicarent? Nam a νέᾳ μήνῃ nova luna, Neomeniæ factum nomen apparet. Quare satis consulte Aben Ezra ad Psalmum LXXX, 4. qui est Hebræis LXXXI. vocem כסה, & ad Prov. VII, 20. verbum כסא ad ἔνην καὶ νέαν retulit, hoc est, ad eum diem quo Luna sub radiis Solis latet: eo quod כסה κρύψις est, sive absconsio: quem ille diem *Neomeniam* ab utroque vate regio censuit appellatam. Et ipsa igitur originatio vocum Hebraïcarum nostræ sententiæ suffragatur, de Neomenia a conjunctione luminarium repetenda.

Præterea, cum decimaquarta die Phase mactare Israëlitæ juberentur, sive, si qua foret in libri tertii Esdræ auctoritate momentum, decimaquarta Luna: simplicius profecto ac verius decimaquarta Luna intelligitur ea esse, quæ ἀπὸ τῆς συνόδε numeratur, quam quæ ἀπὸ τῆς φάσεως: cum φάσις sæpenumero tertio tantum, ut diximus, quartove a jugo die appareat. Quare & auctor libri Esdræ proxime appellatus, *novilunium* pro die mensis primo dixit, cap. V, 57. ratus nimirum nihil interesse, novilunium quis an primum diem primamve noctem mensis appellet. Sed auctor longe certior Joannes ipse fortassis docebit inferius observatione postrema, & Lucas præterea observatione nona, a conjunctione luminarium, non a φάσει, Neomeniam fuisse Christi temporibus Hierosolymis computatam.

Ad-

Adde quod incredibile est exspectatam fuisse primam Lunæ visionem, cum solaribus radiis explicata se conspiciendam præberet, ut Neomenia civilis promulgaretur: tum quod cælo sæpissime obducto nubibus subtrahitur oculis primus Lunæ conspectus: tum vero in primis, quod non Hierosolymitanis dumtaxat civibus consulendum fuit: sed his quoque qui apud Romanos Parthosque, Corinthi & Thessalonicæ,
18 degerent: quibus significari Neomenia ἀπὸ τῆς φάσεως deprehensa, ad paschalem festum suo die peragendum, omnino non potuit. At isti per se, perinde atque Hierosolymis summus sacerdos, & in Judæa archisynagogi, potuerunt adhibito Astronomorum calculo tempus συνόδου luminarium certo nosse. Quanto igitur credibilius est, ita deprehensa conjunctione siderum, antecedente aliquo sabbato, tum in Templo, tum in aliis passim Israëlitarum synagogis, Neomeniam fuisse promulgatam: uti apud nos Dominicis diebus inter sacra Missarum solennia Parochi significant festa mox subsecutura: quanto istud, inquam, similius veri est, quam exspectatam φάσιν fuisse?

Nec vero magnopere laboramus, ecquid Talmudistæ ac Rabbini de φάσει garriant: cum id unum in præsenti investigemus, quid Israëlitæ fecerint tot retro sæculis, antequam isti quidquam litteris consignarent. In sacris certe monumentis observare menses jubentur, in primisque Deuteronomii cap. XVI, 1. *mensem novarum frugum, & verni primum temporis*: quod etiamnum faciunt, ut de intercalatione pronuncient mensis embolimæi, quem Adar alterum vocant. Item celebrare Neomenias & Calendas jubentur: observare φάσιν, ne semel quidem. Quo magis mirum videri cuipiam possit Judæos Karaïtas, a φάσει Neomeniam computare: cum nihil illi se egregie studere præter scripturas, ac repudiari a se traditiones præ se ferant. Nisi forte & illi ipsi traditionum osores, præceptum φάσεως observandæ in Exodo deprehendunt, cap. XII, 2. confictamque a Majemonide fabulam pro traditione amplectuntur: qui tunc Moysi ostensam a Deo primam Lunam nugatur, ut cum eamdem illa ipsa effigie corniculata cerneret, Neomeniam consecraret. At non alia reipsa Karaïtas ad hanc consuetudinem causa perpulit; quam quod a ceteris Judæis, ut sententiis, ita etiam terrarum tractu divulsi: quemadmodum post Synedrion dissipatum isti cum Christianis inter quos versantur, cyclum decemnovennalem communem habent: ita ipsi vicissim ad Turcarum Arabumque morem, quibuscum degunt, ultro Neomeniarum suarum leges finxerunt. Nam hos in confesso est ἀπὸ τῆς
19 φάσεως ducere initia mensium.

Quod si quis autem ex hodierno Arabum more velit de veterum Judæorum instituto pronunciare, & hos proinde statuat æque atque istos a primo sideris conspectu mensem auspicatos: næ ille longe multumque fallitur. Arabes enim ac Turcæ annum mere lunarem, simplicem, ac solutum habent, expertemque intercalationis. Judæi vero ab ipsomet Mose edocti, ut diximus, Exod. XXXIV, 22. & Deut. XVI, 1. altero vel tertio quoque anno intercalarunt: & cum Solis rationibus implicatum annum habuerunt, qualem etiamnum habent, non mere lunarem. Cur ergo in mense digerendo veterum Judæorum consuetudo ex Arabum more ac legibus metienda sit, cum in anni forma definienda tantopere discrepet? Quamquam orientales Arabes & Indi Neomenias ἀπὸ τῆς ἕνης καὶ νέας, a novissima simul primaque Luna inchoant, si Scaligero credimus, libro III. Can. Isag. pag. 236. quæ ratio propius ad Judaïcam mensium formam accedit. Ceteri Arabes Muhammedanorum morem secuti, tertium a coïtu diem ad mensium suorum initia sponte delegerunt: non quod ita faciendum esse ratio Astronomica ulla suadeat: sed quoniam eo die Muhammedes fugit, idcirco unde Hegiræ initium factum est, ibi de industria civiles Neomenias ex calculo Astronomico defixerunt. Quare & istud recens inventum est, & vetere alio more antiquato inductum, neque cum veterum Judæorum moribus consentaneum: Qui si ea lege usi fuissent, anno XXXIII. quem Christi supremum hodie plerique nobiscum agnoscunt, ut de ceteris annis sileam, decimaquinta dies mensis primi non in feriam sextam, sabbatumve, sed in feriam primam incideret. Quod apud Judæos recentiores, ut Petavius noster admonet, plerumque usuvenit, qui in hodierno computo, ob certarum feriarum delectum, ut dicemus, Neomenias longius a lunari coïtu summovent: institutis pro arbitrio eam ob causam mensibus plenis aut cavis, pro eo ac feriæ postulant festis quibusdam menstruis destinatæ.

Nec tamen inficias imus, φάσιν olim a Judæis 20
fuisse observatam: siquidem id etiamnum hodie summa religione faciunt: tametsi primum mensis cujusque diem, non ἀπὸ τῆς φάσεως, sed ex calculo Astronomico, & secundum medios Lunæ motus decernunt. At vicissim eadem olim causa permotos id fecisse, quæ hodieque eosdem ad hanc religionem impellit, credi æquum est. Neque enim id nunc eo faciunt, ut ex sideris contemplatione Neomeniam civilem denuncient, quæ veram φάσιν nunc quoque apud ipsos modo subsequitur, modo antecedit: sed quod a Leone Mutinensi traditur, parte III. cap. 2. ut qua primum vespera Luna copiam sui videndi facit, hymnos in synagoga Deo concinant siderum conditori, ac novæ Lunæ reparatori: Eoque pertinet in libris ritualibus Judæorum Hispanice scriptis, BENDICION DE LA LUNA. *Quando paresce la Luna nueva, se dize esta bendicion*, &c.

Quis porro priscis Judæis Astronomicæ rei scientiam putet defuisse, absque qua Lunæ ἕνης καὶ νέας, hoc est, extremæ simul ac primæ tempus explorari ac deprehendi certo non posse, motuum cælestium periti confitentur? Quod si hac ætate, qua rudes a plerisque indoctique habentur, tamen ingeniosissima omnium atque artificiosissima methodo in Kalendariis concinnandis utuntur: quid de illis censendum temporibus, quibus religio apud ipsos regnumque floreret? Qui Templo etiam diruto omnes extuderunt ingenii vires, ut quantum potest humanus assequi calculus, Phase decima quinta mensis Nisan, ceteraque festa suis describant diebus: quid illos eodem stante impendisse laboris in eam rem existimandum est? Quis credat deinde, cum Neomeniæ festum Moses ipse passim inculcet: aut de ea certo dignoscenda leges ab eo nullas fuisse traditas: aut studium certe scientiæ sideralis eo fine non fuisse ab eodem impense commendatum? Fac istam ab eo curam fuisse neglectam: annon illi a Chaldæis Astronomicæ disciplinæ peritissimis necessariam sibi artem sponte comparassent, a quibus oriundi, quorum finitimi, apud quos diu postea commorati essent: a quibus fortassis characteres & scribendi formam, mensium vero haud dubie nomina in captivitate Babylo- 21
nica accepissent? Ab his profecto Judæos olim Tabulas Astronomicas mutuatos probabilius est, quam ab Hipparcho aut Calippo, ut quibusdam placet: siquidem Græcas disciplinas Judæi proprie appellati, hoc est, e regno Juda, vehementer aversarentur, saltem si Talmudi fides: neque credibile sit, usque ad Hipparchi tempora aut Calippi, absque certa methodo Neomeniæ constituendæ Judæos vixisse.

Chaldæos autem fuisse Astronomiæ intelligentia eruditos, testis est Isaïas, cap. XLVII, 13. ubi Babylonem alloquitur: *Stent & salvent te augures cæli, qui contemplabantur sidera, & supputabant menses, ut ex eis annunciarent ventura tibi.* Frustra porro quisquam aggrediatur novilunia supputare, vaticinii causa, nisi veros Lunæ motus, nec tantum medios, accurate ex calculo noverit. Artem igitur ii apprime callebant, me-

medias verasque Solis ac Lunæ conjunctiones deprehendi: quod fieri sine Tabulis Astronomicis omnino non potest. An vero Judæi illam Tabularum peritiam, rebus suis atque observationi legis egregie profuturam, ad Kalendaria sine ullo errore concinnanda perutilem, nec longe petendam, sed in foribus, ac propemodum ante pedes positam, negligerent & aspernarentur? Atqui si Rambamum sive Majemonidem audimus, aliosque nonnullos interpretes, *De filiis Issachar viri eruditi, qui noverant singula tempora, ad præcipiendum quid facere deberet Israël*, 1. Paral. XII, 32. fuere qui Astronomiæ ediscendæ operam impense navarent. Si eidem rursum fidem habemus, in tractatu de Consecratione Kalendarum, cap. 1. n. 6. & cap. 2. n. 4. ex principiis Astronomiæ, Astronomorumque responsis, qui siderum statum motumque perspectum haberent, e Synedrio judices indagare consueverunt, non modo tempus quo se Luna conspiciendam præbitura esset, verum etiam diversos Lunæ habitus situsque: futurumne esset ut in Austros dejecta vergeret, an in Aquilonem elata: ut in hanc partem, an in contrariam cornua tenderet: quantum futura esset a terra sublimis: humillimane ad terræ centrum, ac proxima: an in abside
23 ab eodem centro altissima: hisque indiciis judices dispexisse, num vera referrent, qui conspectam a se primo Lunam nunciarent. Quid est aliud autem illud, amabo, quam exploratos illis judicibus fuisse veros Lunæ motus, apertissime profiteri: quandoquidem aliter aut has Lunæ positiones, aut φάσιν lunarem exploratam habere nemo possit?

Quare Tabulis usos fuisse Judæos etiam in Talmude legitur, ut Rambamus idem agnoscit, cap. VIII. libri proxime laudati: sed solis Tabulis, solaque φωσφορίᾳ σεληνιακῶν συνόδων, tunc usos fuisse subjungit, cum nullus esset τῇ φάσει locus, cum nubes oculis Lunæ conspectum eriperet. Quam nullo autem, vel quam exiguo certe operæ pretio speculatores adhibiti fuisse videri possunt, qui e locis editis montibusque primum Lunæ visum singulis mensibus observarent, referrentque ad Synedrion: si fuere tam accurata, tamque certa, apud sacrum ipsum Senatum ex Tabulis collecta ratiocinia, ut ex his ferret ille de istorum delatione judicium? aut quo potuit fructu adhiberi illa φάσεως observatio, præterquam ad Lunam, ut dictum est, sanctificandam?

Quod si ex eventu juvat argumentum ducere, ac pronunciare de peritia veterum Judæorum, tum regula בדו posterius a nobis exponenda, palam faciet, non ἀπὸ τῆς φάσεως, sed a congressu luminarium, computatos ab his fuisse mensis primi dies anno XXXIII. de quo nunc præsertim quærimus: tum vero plenilunium expletum fuisse decimaquinta a jugo die, qua die Pascha ex lege peractum est, defectus Lunæ patefecit, sub horam quartam pomeridianam iniens, desinensque post septimam, ut Grandamicus noster observat pag. 189. ita ut Luna emergens ex umbra terræ Hierosolymis conspiceretur post solis occasum, feria sexta, qua Christus obiit.

Omitto enim duplex Josephi testimonium hoc loco commemorare, alterum e libro VI. de bello, cap. IX. ubi Pascha celebratum refert quo anno Hierosolyma capta sunt a Vespasiano, æræ Christi septua-
23 gesimo, *quartadecima mensis Aprilis, quo se primum tempore opinantur Judæi ab Ægyptiis liberatos esse*: alterum, libro VII. cap. XII. ubi *ad festum azymorum populum convenisse* narrat, *octavumque diem* illum *fuisse mensis Aprilis*, quo portenta visa sunt plurima venturæ cladis prænuncia, anno videlicet LXV. æræ Christi. Quo in utroque loco quem cyclum calculumve Josephus secutus fuerit, magno labore Scaliger, Mullerus, & alii investigant: cum nullum omnino ibi calculum adhibuerit. Nam priore quidem loco hoc dicit unum, decimaquarta die mensis Nisan Pascha de more peractum fuisse: id quod iterum repetit totidem fere verbis, libro III. Antiq. cap. X. ubi quotannis nunc ipsum diem XIV. Xanthici servari admonet, δι' ἔτους ἑκάστου. Posteriore autem loco, ab octavo jam die mensis ejusdem convenisse frequentes ait in Urbem sanctam Israëlitas, ad celebrandum suo die nimirum, qui tunc instabat, festum azymorum. Neque enim Josephus in tam vasto opere, quem in diem mensis Græci vel Romani Pascha vel unum inciderit, levissime indicavit: sed Græcum Xanthici mensis vocabulum pro Hebraïco Nisan apposuit, ipsomet interprete, loco proxime appellato. Et Latini interpretis hallucinatio fuit, si Aprilem ibi mensem Romanum designatum fuisse a Josepho censuit.

Illo igitur prætermisso, affirmare ausim nihilominus, tam liquido constare erudito cuilibet oportere, Astronomicas regulas Tabulasque Christi temporibus diligenter & accurate secutos fuisse Judæos, uti nunc utuntur Ptolemaicis, quam certi sumus de observationibus Astronomorum principis Ptolemæi. Nam quo jure tamdem licet opinari istum haud aberrasse: nisi quia Lunæ solisque defectus, quos consignavit, si nos ad calculum nostrasque Tabulas revocemus, cernimus apte congruere cum die, hora, ac fere scrupulis quæ notavit? Atqui pariter ex calculo Astronomico liquet, reipsa feriam sextam, quam oportuit decimamquintam mensis diem esse, anno XXXIII. fuisse decimamquintam Lunæ ac mensis primi diem apud Israëlitas. Illum certas regulas secutum esse ex eventu novimus: cur non ab eventu pari parem fere in istis scientiam siderum agnoscamus? De anno enim 24
Christi obitus, partim ex Evangeliis, ut diximus, partim ex veteribus nummis, res videtur profligata: eritque rursum paulo post perspicua, etiam ex regula בדו inferius explicanda. Diem XV. fuisse, hoc est, paschalem, qua Christus in crucem actus est, feriamque sextam, Evangelia sacra testantur. Hanc si Astronomico calculo fuisse vere decimamquintam probetur a prima post σύνοδον vespera: quis deinde dubitet, aut certo Israëlitas calculo usos fuisse, aut primam diem unde diximus ab iis esse numeratam?

Ipsa denique dierum festorum, qui in Evangelio memorantur, ut Paschatis & festi Sortium, in eas hebdomadæ ferias, quæ ibi indicantur, incursio, quæ est cum Astronomico calculo plane congrua & consentiens, ut inferius ostendemus, si Neomeniæ a conjunctione luminarium designantur: e diverso autem, plane nulla, & ab Evangelio dissentiens, si ἀπὸ τῆς φάσεως computentur: illa, inquam, haud dubitare sinet viros cordatos, qui nulla præjudicata opinione abripi se patiantur, unde Neomenias civiles putari oporteat.

Hoc vero constituto sequitur, Græcorum similiter & Grotii repudiandum errorem esse, qui feriam quintam volunt tertiamdecimam diem mensis fuisse: sive ut Dominum anno vitæ suæ supremo legitimum Pascha celebrasse negent: sive ut anticipato tempore legitimo, ex fermentato pane corpus suum confecisse asseverent. Constat enimvero, si jam tunc dies ille decimus quintus advenerat a Neomenia constituta; quo die necesse erat manducari Pascha ex lege, eo die Christum Dominum panes azymos suprema cœna comedisse: ac simul, ut omni ex parte legem impleret, agnum Paschalem. Manet itaque Ecclesiæ Romanæ, matris ac magistræ ceterarum Ecclesiarum, incolume argumentum, quo traditionem acceptam a Petro, (sic enim existimo: tametsi quibus argumentis ea res mihi liqueat, non est hujus loci vel temporis commemorare:) quo traditionem, inquam, defendit in azymis consecrandi: exemplum videlicet Servatoris: quantumvis eadem consuetudinem Græcorum, metu tantum gravioris mali, nempe schismatis, censuerit tolerandam. 25

VI. *Quæ fuerit prima dies azymorum.*

PRIMA vero dies azymorum, de qua sexto loco nobis inquirendum est, apud Matthæum, Marcum & Lucam, ipsa decima quinta dies mensis primi fuit, ab antecedente vespera. Nam qui in vetere Testamento *primus dies azymorum* dicitur, idem in novo sic cognominari profecto debuit, uti jam antea innuimus. Atqui Levit. XXIII, 5. 6. & Num. XXVIII, 16. *dies primus azymorum*, idem est dies mensis decimus quintus: idque pro certo ac minime controverso viri omnes sacris imbuti litteris habent. Et vero septem dies azymorum passim celebrantur, *a quartadecima die mensis ad vesperam; usque ad diem vicesimam primam ejusdem mensis ad vesperam*, Exod. XII, 18. Prima dies igitur dies est quintadecima: ut septima exinde dies prima ac vicesima sit usque ad vesperam. Eodem itaque intellectu necesse est apud Evangelii scriptores eam vocem, *prima dies azymorum*, accipi, quo est a Mose prolata. Nam si, ut novo commento Grotius excogitavit, in Matth. XXVI, 17. & Act. XII, 4. dies quæ primam diem azymorum proxime antecedit, ac præparatoria azymorum est, prima ex eo dies azymorum, diesve Paschalis, appellata est: ecquod erit nomen, quisve numerus diei sequentis? primane, an secunda dicetur? an vero placet etiam ἡμέραν azymorum δευτεροπρώτην comminisci? Præterea, dies azymorum prima quænam jure censetur? Ea, opinor, qua primum eduntur azyma, non qua primum coquuntur. Atqui non ante undecimam, ut nos appellamus, horam decimæ quartæ diei coqui solitos fuisse azymos panes Judæi asseverant: & hunc morem etiamnum perseverare auctor est Leo Mutinensis, parte 3. cap. III, n. 4. Non illa igitur prima dies azymorum unquam existimata est.

At Josephus dies octo computat azymorum. Primum, inquirendum prius videtur, quid ille cogi- 26 tans octo dixerit, cum novem fortassis dicere debuerit, ut postea planum fiet, si inter dies azymorum referri diem illam παρασκευαστικὴν oportuit: aut cur inconstanter locutus semel dies octo, sæpius septem dumtaxat numerarit. Deinde dies ista, quæ præparatoria tantum fuit; ac veluti parasceve paschæ, si eo nomine venit in censum octo dierum, non continuo *prima dies azymorum* aut appellata est a Josepho, aut recte appellari a quoquam, scriptura sancta refragante, potuit. Itaque ne si primam quidem diem azymorum, diem illam præparatoriam per abusum appellaret, credi idcirco oporteret improprie pariter locutos esse sacros scriptores: cum recta ratio suadeat, Apostolos sub Christo magistro, cum Moyse potius, quam cum Josepho, in loquendo ac scribendo conspirasse. Quamquam ne Josephus ipse quidem, ut diximus, aut ullus etiam e grege Rabbinorum, diem illam pridie azymorum, qua die fermentum e domibus ejici solitum perhibetur, primam diem azymorum aut in sacris litteris, aut in vulgi consuetudine appellatam fuisse commemorat. Quo igitur auctore tam insitata, tam contraria sacris litteris locutio inducitur? Est ea quippe æque insolens, ac si quis dixerit apud nos esse novem dies Epiphaniæ, relata utique in numerum dierum illorum antecedente vigilia.

VII. *Primum diem azymorum anno Christi vitæ supremo non fuisse Hierosolymis festum ac solennem.*

JAM nos ad se vocat de illius diei conditione disceptatio, de qua sic statuimus: Primum diem azymorum, cujus sacri Evangeliorum scriptores meminerunt, quo anno Christus obiit, ut tantisper de prioribus annis subsecutisque quæstio differatur, nec festum diem aut solennem Hierosolymis fuisse, nec esse potuisse. Nam primo quidem, quid Apostolis venit in mentem suspicari, teste Joanne, cap. XIII, 29. quando Christus Judæ proditori dixit, *Quod facis, fac citius*, iis verbis jussisse Dominum, ut *ea quæ opus erant ad diem festum* emeret, si jam dies ille festus advenerat: qui si jam iniisset, ni- 27 hilo magis quam sabbato, emere eo die aliquid per leges liceret?

Deinde *parasceven* eam diem fuisse, ac *diem parasceves*, cur toties inculcatur, nisi ut significetur, primam illam diem azymorum ejus conditionis fuisse, ut simul esset parasceve, hoc est, dies ἐργάσιμη & negotiosa, non festa & solennis? Cur adeo festinanter sententia capitis in Dominum lata est prima ipsa die azymorum? Quia simul *erat parasceve Paschæ*, Joan. XIX, 14. hoc est, quoniam dies ille non festus, sed pridie diei festi fuit: quo festo die si judicium de reo constitueretur, *tumultus fieret in populo*, Matth. XXVI, 5. Cur Josepho licuit ac Nicodemo emere sindonem & aromata prima die azymorum? aut quorsum deponere de cruce Dominicum corpus ac sepelire maturarunt omni festinatione? *Propter parasceven Judæorum*, qui dies profestus fuit, obeundis operibus destinatus. Verebantur autem, ne initio festi & sabbati ingruente, isto defungi officio ac justa facere prohiberentur. Joan. XIX, 42. Similiter Marc. XV, 42. *Cum jam sero esset factum*, QUIA ERAT PARASCEVE, *quod est ante sabbatum, venit Joseph ab Arimathæa ..... mercatus sindonem, & deponens eum involvit sindone, & posuit eum in monumento.* Luc. XXIII, 54. *Et* DIES *erat* PARASCEVES, *& sabbatum illucescebat.* Joan. XIX, 31. *Judæi ergo*, QUONIAM PARASCEVE ERAT, *ut non remanerent corpora sabbato; erat enim magnus dies ille sabbati, rogaverunt Pilatum, ut frangerentur eorum crura.* Non fuit igitur dies prima azymorum Hierosolymis festa ac solennis: nec vero esse potuit: siquidem parasceve Paschæ Judæorum, & sabbati fuit: hoc est, præparatio non cibariorum solummodo, sed aliarum insuper rerum, quæ *opus* erant *ad diem festum.* Joan. XIII, 29. Nam sua præsertim sabbato parasceve servari debuit, ut in eum diem epulæ pararentur, ceteræque operæ serviles fierent, quas præstari sabbato nefas esset. Quare die ipso Paschæ solenni, (nam & illud obiter notasse operæ pretium est,) non modo ea parare, *quæ ad vescendum pertinerent* eo die, Exod. XII, 6. sed & si sabbatum sequeretur, ut in Galilæa, etiam ea quæ essent ad vescen- 28 dum postridie opus, fas ibi fuit ab hora nona, quam nos tertiam post meridiem vocamus. Alioqui certa erat futura sabbato inedia, quam nec pridiana, nec illius diei cura depellere per leges liceret. Nec nisi falso creditur ullam priscis temporibus factam translationem festorum fuisse eo consilio, ne festum alterum altero consequente exciperetur, ut Rabbini aliqui somniarunt: aut ne forte sabbatum post festum solenne proxime sequeretur. Nec dico, ne festum solenne post sabbatum: quale est exemplum ex Josepho petitum, libro XIII. Antiq. cap. XVI. sed ne sabbatum etiam post festum solenne. Nam si dies festus ac solennis sabbatum subsequeretur, sibi ipse abunde prospiceret: si antecederet autem, fas erat ab hora nona, quæ nostro more tertia pomeridiana dicitur, sabbato subsequenti, quantum ad cibos attinet, quod sabbato ipso præstare nefas fuit, salva lege ac pietate consulere. Sic annis quadraginta *die sexta*, quæcumque celebritas in eam diem incurreret, *collegerunt cibos duplices* Hebræi in deserto, Exod. XVI, 22. 35. Atque id deinceps instar legis obtinuit, cum festum incurreret in feriam sextam, sive *dies cœtus atque collectæ sanctissimus*, Levit. XXIII, 36. 39. sive Encænia, sive festum Sortium, sive denique dies ipse celeberrimus atque sanctissimus Pentecostes, quem necesse est feriam sextam esse, quoties Pascha in feriam quintam incidit. Gemina igitur, si recte pu-

putamus, fuit Parasceve: altera ἁπλῶς dicta *parasceve, quod est ante sabbatum*, ab hora diei nona: altera Parasceve Paschæ, quæ ipsa hora nona desinit, cum Pascha, hoc est, cum agni mactatio incipit. Manere itaque illud necesse est, quod abunde probasse nobis videmur: primum diem azymorum, anno Christi supremo, diem fuisse ἐργάσιμον ac negotiosum: non quia parasceve ἁπλῶς, aut parasceve sabbati, sed quia Paschæ parasceve foret: siquidem qui Judæis est Paschæ parasceve, idem Judæis dies festus Paschæ esse non potest.

29 VIII. *Via proponitur solvendæ controversiæ.*

CUM nihil igitur satis probabile afferre videantur ad controversiam de Paschate disceptandam, qui Pascha secus intelligunt, apud quemlibet e sacris Evangelii scriptoribus, quam in vetere Testamento, ubi mactationem agni & paschale sacrificium solummodo vox ea designat: nihil qui alieno die Paschate functum esse sive Christum sive Judæos opinantur, aut alio omnes quam decimoquarto ad vesperam: nihil qui diem mensis primum a Lunæ conspectu repetunt, ut feriam quintam eo anno statuant fuisse tantummodo tertiamdecimam mensis diem: nihil denique qui primam diem azymorum accipiunt de die præparatoria, quæ fermento e domibus ejiciendo impendi saltem ex aliqua parte consueverat: nunc tanto fortassis videri poterit difficilior nodus ad expediendum, quanto validius vias omnes solvendi possumus præclusisse. Cardo enim totius difficultatis in eo vertitur, quod e sacris Evangelii scriptoribus tres priores prima die azymorum, atque adeo ipso die Paschæ, cujus a vespera utique more Judaïco initium est, Christum Dominum corporis & sanguinis sui sacramentum condidisse aiunt, eodemque die in crucem fuisse sublatum: Joannes autem, non ipso die Paschæ, sed pridie gestum utrumque referre videatur: cum alterum *ante diem festum Paschæ*, alterum *in parasceve Paschæ* commemoret. Inest enim in vocabulo parasceves vis ac potestas adverbii *pridie*, & quæ apud nos vulgo vigiliæ nomini tribuitur. Præsertim cum eo die *mane* Judæi *non introierint in prætorium, ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha* vespere. Joan. XVIII, 28. Quamobrem æqui bonique facient, ut spero, viri eruditi, si quod suspicati super ea re sumus, in medium afferamus, de quo ferant ipsi judicium. Videbitur enim illud fortassis ejusmodi, ut in nullas difficultates incurrat, quibus obnoxiæ sunt reliquæ conjectationes ante hunc diem propositæ: nodumque sic solvat, ut & omnia scripturæ loca secundum nativum ac proprium verborum sensum exponat, & idem eximie congruat cum ritibus Judæorum.

30 Certum exploratumque est, hac ætate a Judæis non septem tantummodo celebrari, sed octo ipsos azymorum dies: e quibus primi duo, totidemque postremi, festi solennesque censentur: idque ex antiqua consuetudine, inquit R. Leo Mutinensis, qui hoc sæculo de Judæorum moribus ritibusque scripsit accurate. Atque hunc morem a synagoga accepisse Ecclesia in ipsis incunabulis videri potest, quæ Pascha pariter, non diebus septem, ut lege vetere præcipitur, sed octo ipsis diebus agit, ceteraque simili ratione festa solennia. An non vero in sacris etiam scripturis exstent ac deprehendi possint octo illi dies azymorum, postea viderimus. Quæ autem vulgo affertur ratio, quorsum adjectus a Judæis dies ille octavus ad Pascham fuerit, vana est admodum ac futilis, ex eoque genere conjecturarum Rabbinicarum, quas initio repudiavimus. Nam ipse quidem R. Leo hunc morem stante Templo & Christi Domini ætate longo jam usu increbruisse confitetur: sed, ut fit in rebus vetustate abditis, parum felix conjector, extra Urbem sanctam & Palæstinam tantum, inquit, parte III. cap. III. apud eos, quos Neomeniam a Synedrio discere locorum intercapedo prohiberet. *E commendata sette giorni, ma la fanno otto, quelli che sono fuori di Gierusalem, e territorio,* PER USANZA ANTICA, *che cosi si faceva, quando non per conto, ma per il Sanedrin si stabiliva il capo di mese.* Perinde quasi inter Parthos aut Romæ degentes Judæi, vel in Asia & Bithynia, vel Thessalonicæ & Corinthi, adeo stulti forent, ut non æque prompte possent ac Hierosolymitani, ex præsenti sideris consideratione primam secundamve Lunam agnoscere, si ἀπὸ τῆς φάσεως mensis initium caperetur: aut ex Astronomiæ regulis, verisque vel mediis Lunæ motibus, ut Hierosolymis solitum fieri diximus, de Luna renascente pronunciare, Neomeniamque statuere.

Ergo illa fortassis verisimilior aliquanto causa videbitur, quod propter populi frequentiam, impendi Hierosolymis vesperas duas mactandis victimis agnisque Paschalibus oportuit: alteramque Judæis destinari, Israëlitis sive Galilæis alteram. Investigemus enim paulo curiosius, quis hominum ibi numerus, quis victimarum fuerit: an ulla ex eo capite geminandæ vesperæ necessitas aliquando exorta sit, paulisper exploremus. Sub Josia principe quot cæsi in Phase leguntur agni vel hædi? Triginta septem millia, aut paulo amplius. Tempore belli Judaici, quot? Si Josephum quidem audimus, libro VII. de bello, cap. XVII. ducenta quinquaginta sex millia cum quingentis. Atqui sub Josia *usque ad noctem sacerdotes fuerunt occupati*, 2. Paral. XXXV, 14. hoc est, usque ad horam cœnæ legitimam. Qui possent igitur una vespera, hoc est, quaternis ad summum horis sextuplo fere majorem cædere numerum hostiarum? Fieri prorsus non poterat. Nam quod tantum numerum Josephus narrat duarum horarum spatio cæsum fuisse, est illud omnino incredibile, atque ἐκ τῶν ἀδυνάτων: sive Templi capacitatem ambitumque spectes, tantæ simul hominum ac victimarum multitudini continendæ prorsus imparem: sive temporis brevitatem; sive auctoritatem denique scripturæ, quæ fidem Josepho adimit, ubi tanto minorem numerum hostiarum sub Josia vix demum nocte prima cæsum affirmat. 31

In unis igitur sacris codicibus veri indicia vestigemus. Sub Ezechia vel Josia rege, quinam Phase fecerunt? quanta tunc ibi hominum frequentia fuit? Ezechiæ quidem principatu, e solo fere regno Juda populi confluxerant Jerosolymam: ex Israël, seu decem tribubus, *viri quidam* dumtaxat, ceteris *irridentibus & subsannantibus* nuncios ad se missos, 2. Paral. XXX, 10. 11. Josiæ vero temporibus, centum post annos, ne convocatus quidem ad Phase Israël fuisse legitur: sed solum regnum Juda, præterea que *Israël qui repertus fuerat ibi*, Phase celebravit, 2. Paral. XXXV, 18. non qui venerat ex Israël, ut sub Ezechia factum fuerat, 2. Paral. XXX, 25. sed *ex his qui habitabant in urbibus Juda*, 2. Paral. XXXI, 6. *omnis Israël qui repertus fuerat in urbibus Juda*, 2. Paral. XXXI, 1. Ponamus igitur fuisse sub Josia, qui Hierosolymis epularentur in Phase, quot sub Abia Roboami F. rege Juda, militum *electorum fuere*, hoc est, quadringenta millia. Numerum enim certum exempli causa pro incerto ponimus: majorem minoremve ponere si cui lubet, nihil ad causam interest. Josiæ certe quidem & Ezechiæ principatu, quamvis pauci ex Israël convenissent, tam *grandis facta est celebritas*, ut ne major quidem ipsis Davidis ac Salomonis temporibus fuerit, 2. Paral. XXX, 27. & XXXV, 18. jam tum flagrante scilicet inter Juda & Israël gravi invidia atque æmulatione. At si quando duplicatus numerus convivarum fuit, si tot fuere Hierosolymis, quot nunc Lutetiæ Parisiorum esse creduntur, sive quot ex Israële adversus Judam bellatores sub Jeroboamo, hoc est, millia hominum octingenta: perfici profecto una vespera res tanta non potuit: gemi- 32

geminam necesse fuit vesperam destinari, ut ad horam alterutrius cœnæ parati tot agni forent. Certam enim fuisse horam cœnæ, qua discumberetur, nempe circiter horam unam, aut, si lubet, alteram post solis occasum, verba illa Lucæ innuunt, cap. XXII, 14. *Et cum facta esset hora, discubuit*, & illa Joannis, cap. XIII, 30. *Erat autem nox*, post esum agni. Certam similiter definitamque horam fuisse, qua immolationem peragi ex lege oporteret, nempe inter duas vesperas, ut superius diximus observatione quarta: hoc est, ut nec citra horas amplius tres ante solis occasum legitime inchoari posset, neque ultra horam fere unam post solis occasum produci. Exod. XII, 6. Deuteron. XVI, 6. Quare *festinato* sacerdotes ac Levitæ distribuebant plebi agnos victimasque, ut dicitur 2. Paral. XXXI, 13. utique propter angustias temporis festinatione opus fuit, ut ante primam noctem Phase mactari desineret.

Quod si Josephum audimus aientem exstitisse ibi hominum vicies centena ac septingenta millia: hoc est, si quadruplo populosiorem tunc Hierosolymam fuisse credimus, quam nunc est Lutetia: quis putet tantæ multitudini una vespera satisfactum? Sed octingentis hominum millibus contenti sumus: vel quantacumque demum ea fuerit, duplo certe majore, quam sub Josia, multitudine. De qua profecto nemo dubitabit, qui meminerit Galilæam fuisse altero tanto vastiorem quam Judæam: nec ullo tunc schis-
33 mate, uti Josiæ principatu, Israëlem a Juda divisum fuisse: sed cum una religio cultusque Numinis, & amor incredibilis Hierosolymitani Templi tuendi omnes inter se consociaret, venire solitos magno concursu ad diem festum Galilæos, Joan. IV, 45. quod & Christus cum discipulis suis pariter Galilæis, certis annis festisque diebus factitabat. Nam & e Galilæa *gentiles ascendebant ut adorarent in die festo*, Joan. XII, 20. quanto ergo cupidius Israëlitæ, ut agnum ederent? Ex Æthiopia ipsa quidam advolabant, Act. VIII, 27. quanto plures e viciniore tractu? Adde proselytorum numerum prope infinitum illis temporibus, quibus Judaica religio maxime florebat, præsertim ob famam Messiæ, cujus adventus illa tempestate fuit in exspectatione maxima.

An vero rejicerentur quadringenta circiter hominum millia in secundum mensem: sive quæcumque ea multitudo fuit, cui prima vespera suppeditari agni a sacerdotibus minime potuerunt? Id vero prorsus iniquum foret. Nam aut immundos dumtaxat sic rejici lex præcepit, Num. IX, 10. 13. aut qui necessario tunc itinere distinerentur, neque in Urbem sanctam tempori convenissent, Num. IX, 10, 13. & 2. Paral. XXX, 3. Quos ergo nulla lege Deus ipse ab esu agni prohiberet, qua quis auctoritate, quove jure arceri vellet? An vero tempus anteverteretur agnorum mactationi destinatum? At lex prohibebat: neque unica tantum allata ex Deut. XVI, 6. sed & sabbati altera, cujus erat aperta violatio, quoties sabbatum pridie Paschæ foret, si citra horam a lege præscriptam, & agni mactatio, & plebis circumcursatio in Urbe fieret.

Annon igitur verius credi potest ingenioso prorsus religiosoque consilio, in tanta convenarum multitudine, superpositionem alterius vesperæ excogitatam esse: eamque ob rem alios aliis uno die serius Neomeniam civilem Nisan computasse: ut altera quidem vespera convenæ e regno Juda cum civibus Hierosolymitanis Pascha immolarent: altera Israëlitæ, sive Galilæi: quamvis utrique ea die, quam decimamquintam mensis primi numerarent? Salva certe
34 lex & incolumis tam solerti consilio videbatur. Ad vesperam enim diei, quam decimamquintam apud se quæque turma putaret, Pascha utraque ex lege mactavit, editque cum azymis in Urbe sancta: septem deinde dies azymorum utraque turma peregit: quæ duo potissimum erant ex lege imperata. Sic octo omnino fuisse Hierosolymis dies azymorum statim intelligitur: quamvis septem dumtaxat diebus unaquæque turma Paschate fungeretur: nam cum alteram altera uno die antecederet, dies omnino octo exsistebant: quos Judæi extra Palæstinam positi idcirco sacros habuerunt, quod ex utraque gente permixti, in suo Paschate μνημονευτικῷ se cum utraque gente conjunctos non sanguine magis quam religione vel sic testatum esse vellent. Quare non Pascha dumtaxat octo diebus pro septem a lege præscriptis Judæi hodieque celebrant: sed & diem octavum post festum Tabernaculorum sive Scenopegiæ, & Pentecosten, & septimi denique mensis initium, gemino die colunt simili de causa, pro uno qui est imperatus.

Sed quorsum multiplices conjecturas tam anxie consectamur, cum quæcumque demum ratio & causa hunc morem invexerit, invaluisse certe Christi Domini temporibus sacræ ipsæ litteræ contestari videantur? Nam Galilæos certe sejunctim a Judæis in templo Hierosolymitano diebus solennibus sacrificia obtulisse sanctus Lucas haud obscure prodidit, cap. XIII, 1. *Aderant autem quidam*, inquit, *ipso in tempore, nunciantes illi de Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificiis eorum. Et respondens dixit illis: Putatis quod hi Galilæi præ omnibus Galilæis*, hoc est, præ reliquis qui ad diem festum non convenerant, & ad sacrificium, *peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Non, dico vobis: sed nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis*; nempe in illius Urbis suprema clade, cum rursum ad festum solenne illuc de more convenientes, obsessique pariter cum Judæis cæsique sunt Galilæi. Quos autem Pilatus occidi jussit inter sacrificandum, ob seditionem illam fortassis, quæ commemoratur Luc. XXIII, 19. aliamve similem, non in Galilæa trucidati sunt: quippe 35
quæ non Pilato pareret, sed in Herodis potestate esset, Luc. III, 1. & XXIII, 7. neque extra Templum Hierosolymitanum sacrificarunt, ut recte Lucas Brugensis admonet, cum pertinacissimi videlicet legis ac Templi propugnatores essent: neque extra diem solennem, extra quem scilicet diem neque multi ex eadem una gente sacrificium conjunctum offerrent, neque Pilatus coactos in unum locum deprehendisset, nec denique illi cum Judæis eo tempore hostias mactaverunt: alioqui Galilæos in tanta strage tantoque tumultu secernere ac discriminare a Judæis, immissus a Pilato miles nequivisset: siquidem, ut Matthæus significat, cap. XXVI, 73. hominem Galilæum nonnisi *loquela manifestum fecit*, discrevitque a Judæo. Ergo peracta hæc sunt Hierosolymis, quo illi convenerant sacrificandi causa, sex fere mensibus ante Christi mortem: in festo Expiationis: hunc enim diem unum poscere videtur ratio temporum, seriesque rerum a sacris scriptoribus proditarum. Et par fere Galilæorum, ut dictum est, in reliquis festis solennibus, atque in Pascha, frequentia fuit in Urbe sancta: tametsi multis partibus major, cum annus Badu foret, ut dicemus. Separatim igitur a Judæis sacrificia obtulerunt illis temporibus Galilæi. Atque istis fortasse conditionibus cum Judæis inierunt societatem, ut in Templo suas vices alternarent in festis solennibus: cum se nihilo inferiores Judæis Israëlitæ ducerent.

Sic autem rebus constitutis, in ea controversia, quæ de Christi supremo Paschate visa est hactenus intricata maxime, jam plana sunt omnia & expedita. Nam primo quidem apparet aliud fuisse anno XXXIII. Pascha, diemque primam azymorum, alium diem festum, sive diem solennem Paschæ: illum diem fuisse Paschæ Galilæorum, istum Judæorum Paschæ destinatum. Nec deinde ullius inter sacros scriptores pugnæ verborum vel ἐναντιολογίας suspicio superest: sed nativo maxime genuinoque sensu verba sacra ubique accipiuntur: qua vel una dote reliquis anteponenda videri potest nostra hæc conjectatio.

36 jectatio. Etenim vox Paschæ ubique mactationem agnorum, ut in vetere, sic in novo Testamento significabit: *dies festus* autem sive *solennis*, Pascha Judæorum, officiumque seu rem divinam eo die cum celebritate peractam. Sed cum mactatio agnorum, quæ Pascha dicitur, gemina foret: de Pascha prioris turmæ, hoc est, Israëlitarum seu Galilæorum, tres primi Evangelistæ: de posteriore Joannes, sive de Pascha Judæorum, commode intelligetur esse locutus: nam utraque ex æquo Pascha erat. Quoniam vero Joanni in scribendo propositum fuit ea potissimum commemorare, quæ Christus in Judæa & cum Judæis egisset, eo quod hæc parcius fuerant leviusque perstricta a prioribus, Matthæo, Marco, & Luca: nam hi ea potissimum scriptis consignarunt, quæ Christus in Galilæa & cum Galilæis egit: eam ob rem & solus ex omnibus Paschata Judæorum commemoravit, quæ effluxerunt, ex quo Christus cogere discipulos cœpit: & Judæorum semper Pascha spectavit potius quam Galilæorum.

At Luc. XXII, 1. *Appropinquabat autem dies festus azymorum, qui dicitur Pascha. Et quærebant principes sacerdotum, & scribæ, quomodo* JESUM *interficerent: timebant vero plebem ..... Venit autem dies azymorum, in qua necesse erat occidi Pascha. Et misit Petrum & Joannem, dicens: Euntes parate nobis Pascha.* Non idem *dies festus azymorum* eo anno fuit, qui primus *dies azymorum*. Illius mentio idcirco fit, quoniam ad Judæos, ut diximus, in primisque ad principes sacerdotum & seniores populi dies ille festus sive hæc Pascha pertinuit: qui deliberabant, ut ante illum diem festum Christum comprehenderent: *non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo*, Matth. XXVI, 5. Dies autem azymorum pertinuit eo anno ad Pascha Israëlitarum. Venit itaque dies azymorum ista ante diem illum festum azymorum: *dies*, illa, inquam, *in qua necesse erat* ex lege *occidi Pascha*, & manducari, ab his qui cum Christo erant, quod erant Galilæi: decimaquarta die nimirum ad vesperam. Cui legi obtemperare cum Israëlitis quoniam Christus Servator voluit, eam ob causam ad commendandam ejus obedientiam commemoratur quid egerit, ubi *venit dies azymorum:* sicuti ad declarandum odium
37 sacerdotum, paulo antea *dies festus azymorum* appellatur: ante quem festum videlicet & Pascha suum, Christum decreverant de medio tollere.

Si nullus ex sacris Evangelii scriptoribus, cum primam diem azymorum dicit, diem simul festum azymorum appellat: ac vicissim cum diem festum ac solennem dicit, numquam primum diem azymorum vocat: ac si Marcus quidem Pascha & azyma simul conjungit, nemo autem unus e quatuor sacris scriptoribus primam diem azymorum cognominat Pascha Judæorum: an non probabilis satis ea causa est alterum ab altero diem, hoc est, diem primam azymorum a Judæorum Paschate, vel a die festo Paschæ, secernendi? Nam quæ illi distinxerunt, quis dubitet hos ea voluisse distincta credi? Ecquando autem primus azymorum dies potuit non esse festus, nisi cum octo dies essent azymorum: nec primus tamen esset idem ac Pascha Judæorum?

Joan. XII, 1. *Ante sex dies Paschæ:* & alibi, *parasceve Paschæ:* & *manducare Pascha:* Pascha Judæorum designat, & mactationem agni postremam, quam proxime subsequeretur festus dies ac solennis. Enimvero priorem agni mactationem, seu diem primum azymorum nihil causæ fuit cur Joannes uspiam commemoraret: qui Paschate functum fuisse eo die Dominum Servatorem, quoniam ceteri ante ipsum scriptis prodidissent, arbitratus est a se silentio præteriri posse. Neque alia autem causa ei fuit, cur mentionem faceret diei illius primæ azymorum.

Joan. XVIII, 39. *Est autem consuetudo vobis, ut unum dimittam vobis in Pascha*, hoc est, in vestro Paschate, Judæi, qui cives estis. Nam ea res pridie diei solennis ac festi decerni de more debuit: quod judicium de reo constitui die festo per legem non liceret. Hanc celebritatem spectavit & Matthæus ipse quidem, cum diceret, cap. XXVII, 15. *per diem solennem:* & Marcus, cap. XV, 16. & Lucas, tum capite ante laudato, tum cap. XXIII, 17. *per diem festum.*

Et vero *magnus dies ille sabbati* fuit, qui primam diem azymorum proxime est secutus, Joan. XIX, 31. Cur autem magnus, hoc est, religione ceteris insignior, 38
nisi alterius incursione festi? Nam si secunda dumtaxat dies azymorum & profana fuit, quæ major esse sabbati religio diei profanæ accessione potuit? Sed crevit illa maximopere, si, uti ponimus, Pascha Judæorum fuit. Etenim e septem diebus azymorum, duo tantum magni dies & celebres in lege censentur, primus ac novissimus, qui & septimus. Levit. XXIII, 8. *Septem diebus azyma comedetis: dies primus erit vobis celeberrimus sanctusque: omne opus servile non facietis in eo: sed offeretis sacrificium in igne Domino septem diebus: dies autem septimus erit celebrior & sanctior: nullumque servile opus facietis in eo.* Qui dies autem celebris & sanctus a Moyse dicitur, ille ipse *dies magnus* a Joanne nuncupatur. Nam cum de festo Tabernaculorum pariter Moyses statuat, Levit. XXIII, 35. *Dies primus vocabitur celeberrimus atque sanctissimus: omne opus servile non facietis in eo. Et septem diebus offeretis holocausta Domino: dies quoque octavus erit celeberrimus atque sanctissimus . . . omne opus servile non facietis in eo.* De hoc ipso die octavo Scenopegiæ, Joan. VII, 37. *In novissimo autem* DIE MAGNO *festivitatis.* Ergo qui *magnus dies* a Joanne dicitur, idem ipse est qui *celeberrimus atque sanctissimus* a Moyse nuncupatur: aut primus nimirum, aut postremus, e septem vel octo.

Quod si res eo modo gesta est, quem ponimus: tunc vero, quod omitti non debet, plane contigit, ut Christus Dominus & Eucharistiæ & passionis suæ figuras veritate compleret, uno illo ipso die, quo Hierosolymis utriusque mysterii figuræ peragebantur. Eucharistiam enim instituit, qua hora agnum Paschalem Israël sive Galilæa ederet: idem pro nostra omnium salute occisus, quo die Juda & Jerusalem agnum mactaret.

IX. *Regula* בדו badu *quid conferat ad controversiam dirimendam.*

SENTIO autem hoc loco desiderari, quorsum Israëlitæ priore loco, posteriore Judæi, anno isto Christi supremo, Paschate vescerentur. Huic 39
vero quæsito satisfaciet, opinor, celebrata ab ipsis Talmudistis, atque etiamnum a Judæis usurpata regula בדו *Badu:* quam qui non intellexerunt, aut suæ senserunt hypothesi adversari, alii neotericam, seroque receptam, & longe a Christi sæculo invectam fuisse, sed sine teste, pertendunt: alii ex superstitione verius, quod sit causa illius & origo usque ad hunc diem incomperta, quam ex religione natam, cum Mullero aiunt. At nos Deo juvante, & genuinum illius intellectum, & germanam originem hoc loco aperire conabimur: gnari videlicet, quam sunt dignæ contemptu atque risu Talmudistarum fabulæ, atque conjecturæ, tam esse e diverso habendos magno in pretio priscos Judæorum ritus, quos ab antiquis retro temporibus constanter retinent: præsertim cum illa constantia ac tenacitate vetusti moris, impatientiaque novitatis, quæ in ea gente magna semper fuit, effectum sit, prospiciente rebus nostris divino Numine, ut ex eo more quem Judæi retinent, a vetere synagoga acceptum, (nam quis alius illum toti genti suasisset?) maxima lux Evangelio, ac præsenti potissimum disquisitioni afferatur.

Cum igitur in unam religionem Judæi, ut diximus, Galilæique, qui & Israëlitæ, conspirassent: id

id quod dudum ante Herodiana tempora contigisse, ex sacris litteris haud obscure conjicitur: tum vero concursus ingens in Urbem sanctam diebus festis fieri cœptus est: nec tantæ multitudini potuit una vespera satisfieri a sacerdotibus ac Levitis, quibus sacrificio Paschæ vacare ex officio incumberet. Itaque religioso plane consilio festa sunt geminata: atque inter Juda & Israël dies hebdomadæ ita sunt distributi, ut prima feria cederet iis, *qui in Jerosolymis Judæi & qui in regione Judææ*, ut sacræ loquuntur litteræ, 2. Mach. 1, 1. sive populo *Juda & Jerusalem*: secunda, Israëli, sive Galilææ: atque ita deinceps: quo fiebat, ut sabbatum Judæis pariter cum feria prima obveniret. Proinde Judæi in *badu* ne Paschate fungerentur, sancitum est, sed Israëlitæ dumtaxat: hoc est, si in feriam secundam, quartam,
40 vel sextam, quæ vocis illius בדו litteris designantur, Pascha incideret, sive xv. dies Nisan, tunc priore loco Israëlitæ Pascha peragerent, postridie Judæi: respondent enim hi characteres litteralibus notis, 2. 4. 6. Si in ceteras quatuor ferias, 1. 3. 5. 7. tunc illis ipsis Judæi Paschate defungerentur, Galilæi postero die.

Feria 1. 1. Juda.
2. Israel. ב
3. Juda.
4. Israel. ד
5. Juda.
6. Israel. ו
Sabbatum. Juda.

Hæc a prima retro vetustate, ut dicturi sumus posita lex videtur: at multo posterius reliquæ. Nam primo quidem de Neomenia mensis septimi statutum est, numquam in ארו eam debere fieri a Judæis: hoc est, si in feriam primam, quartamve, aut sextam incurreret, priore loco fungi legitimis solennibusque sacrificiis Israëlitas oportere, eumque diem illis concedi: posterum Judæis. Itaque sic distributi sunt pro eo festo dies hebdomadæ:

Feria 1. Israël. א
2. Juda.
3. Juda.
4. Israel. ד
5. Juda.
6. Israël. ו
Sabbatum. Juda.

Sequitur hæc dierum partitio ex priore *Badu*: nec alio instituta consilio potest videri, quam ut Neomeniam Tisri aperiret gens illa ipsa, quæ in Neomenia Nisan priores vices præstitisset: easdemque ferias in utroque ejusdem anni mense una gens observaret. Alioqui בדו æque in Tisri maneret, atque in Nisan. At posita quam diximus lege, & sanctione, si Neomenia Nisan, atque adeo & ipsum Pascha sabbato affigatur, quæ dies est, ex regula Badu, propria Judæorum: Neomenia Tisri sequens, quamvis
41 incurrat in feriam secundam, non tamen Israëlitis adscribetur, sed Judæis. Eam ob rem pro mense Tisri בדו mutari oportuit in ארו. Similiter sex menses anni priores alternis vicibus plenos constitui & cavos oportuit: diesque a Nisan ad Tisri 177. sive hebdomades 25. & dies 2. Unde vulgatum hodie apud eos, *A Nisan ad Tisri* ב, hoc est, ad ferias singulas Neomeniæ Nisan, adde numerum binarium, & habebis ferias Tisri, in quas apte cadit Neomenia. Atqui feriæ Neomeniarum Nisan Judæis assignatæ sunt 1. 3. 5. 7. ergo feriæ in quas apte cadat Neomenia Tisri apud Judæos non aliæ sunto, quam 3. 5. 7. 2. Sed non fuit his novis legibus locus, quando unicum fuit anni principium. Fuit autem unicum Christi temporibus, usque ad eversionem Templi. Post illam igitur cladem constitutæ illæ jure possunt videri. Sed ea de re rursum dicemus inferius.

Eodem mense septimo, die decima, *dies expiationum* est, Levit. XXIII, 27. Hoc festum nunquam in אגו *Ago*. Hoc est, dies hebdomadis prima, tertia, & sexta Israëlitis, Judæis reliquæ reservantur.

Feria 1. Israël. א
2. Juda.
3. Israël. ג
4. Juda.
5. Juda.
6. Israël. ו
Sabbatum. Juda.

Hæc partitio sequitur necessario ex partitione dierum hebdomadis pro Neomenia mensis hujus. Nam si Neomenia in feriam primam incurrit, quæ Israëlitis adsignata est, dies decima incidet in feriam tertiam, quæ pariter erit Israëlitis tribuenda. Si Neomenia fuerit feria secunda vel tertia, quæ duæ sunt Judæis concessæ, decima dies erit feria quarta vel quinta, iisdem proinde ambæ concedendæ: atque ita de reliquis.

Septimo eodem mense, xv. die, occurrit Scenopegia, sive festum Tabernaculorum: cujus dies dumtaxat octavus, *Atzereth* vocant, biduo celebratur: XXII. die scilicet, & XXIII. Uterque dies est 42
cœtus atque collectæ, Levit. XXIII, 36. At ille Judæis numquam est גהז *Guehaz*, hoc est, nunquam incidit in feriam tertiam, quintam, septimamve, seu sabbatum.

Feria 1. Juda.
2. Juda.
3. Israël. ג
4. Juda.
5. Israël. ה
6. Juda.
Sabbatum. Israël. ז

Dies octavus post Scenopegiam, *dies cœtus atque collectæ*, Levit. XXIII, 36. Atzereth Hebraïce, ut in sacris litteris, etiamnum dictus a Judæis, in duos dies æque festos ac solennes diffunditur. Posterior, qui *novissimus dies magnus festivitatis* appellatur, Joan. VII, 37. ei turmæ tribuitur, quæ primas in Scenopegia vices egit. Quare cum idem ordo feriarum hebdomadis die Scenopegiæ primo servetur, atque in Paschate: si feria prima Judæi primam scenopegiam peregerunt, feriam secundam pro die novissimo festivitatis, seu vicesimo tertio mensis Tisri, iisdem ipsis adsignari necesse est, quoniam nona illa a prima scenopegia dies est. Si sabbato, feriam primam: & sic deinceps de reliquis. Si vicissim feria secunda Israëlitæ Scenopegiam aperuerunt, claudent iidem ipsi feria tertia, quæ illis idcirco in גהז, *Guehaz* adsignatur: atque ita in reliquis diebus. Quare hæc regula sequitur, tum ex priore בדו, tum ex eo quod *dies iste cœtus est atque collectæ*: hoc est, dies ejusmodi, ut ei interesse universum Israëlem oporteat. Ex quo consectarium fuit, ut dies ambo postremi Hierosolymis festi essent atque solennes: octavus quidem ex lege divina, si non esset annus *Badu*: si esset autem *Badu*, etiam nonus: quoniam ille ipse octavus esset Judæis eo anno. Nonus autem dies, si non esset annus *Badu*, solennis præterea ipsis quoque Judæis fuit propter Israël, cui erat eo anno dies ille octavus. Ne quis enim abiret ex Urbe sancta, priusquam cœtus fieret atque collecta, hoc est, publicum ab utraque turma Judæ & Israëlis pro tota gente sa- 43
crificium, ii postremo die rem sacram in Templo agebant, qui priores egissent initio Scenopegiæ, eo quo præscriptum est ordine ex regula *Guehaz*. Ex quo intelligimus diem septimum azymorum fuisse simi-

similiter diem cœtus atque collectæ, Deut. XVI, 8. neque adeo Galilæis licuisse, si priores Pascha mactassent in Templo, ut contigit anno XXXI. XXXIII. & XXXV. post septimum diem azymorum remeare ad patrios lares, ante diem septimum azymorum Judaicorum, tametsi nullum eo die ipsi separatim proprium sacrificium in Templo offerrent. Perridiculum vero est, & quod Josephus refert, libro III. Antiq. cap. X. pag. 93. *Pentecosten Hebraice Azartha nuncupari:* & quod omnino hanc vocem ei festo accommodat.

Restat festum Purrim, sive Sortium, vel Mardochæi & Esther, die decimaquarta Adar, seu mensis postremi. Hoc festum numquam Judæis est בדז *Bedaz*: feria 2. 4. 7.

Feria	1.	Juda.	
	2.	Israel.	ב
	3.	Juda.	
	4.	Israël.	ד
	5.	Juda.	
	6.	Juda & Israël.	
Sabbatum.			ז

Hoc biduo indulgere genio Judæi solent, rebusque ludicris, uti apud Christianos multi eo biduo, quod quadragenarium jejunium antecedit. Quare in partitione dierum hebdomadis, cum sabbato nefas sit talibus nugis vacare, eam ob rem quo anno festum in feriam sextam incurrit, non geminatur: sed Israël æque ac Juda eodem uno die celebrat: hoc est, post solennem & statam precationem in Templo, ea ambo faciunt, quæ præstari sabbato nefas est. Esther IX, 19. *Quartumdecimum diem mensis Adar conviviorum & gaudii decreverunt, ita ut exsultent in eo, & mittant sibi mutuo partes epularum & ciborum. Scripsit itaque Mardochæus . . . ut quartamdecimam & quintamdecimam diem mensis Adar pro festis susciperent.* Est
44 enim festum istud inferioris ordinis, in sola communi lætitia positum, absque sacrificio solenni in Templo.

Hæc sunt omnino festa quinque, de quibus rubricæ, ut vocant, istæ jamdudum sancitæ in libris ritualibus Judæorum leguntur, a nemine ante hunc diem, quod quidem sciam, explanatæ: quamquam & usus per se maximi, ut apparet: & quæ semel ab illis definiendæ fuerint, ut qui cuique genti dies destinati essent, expedite omnes prompteque agnoscerent. Nam de Pentecoste nihil aliud statuendum fuit, nisi diem esse quinquagesimum post Pascha Judæorum. Non esse autem has leges eo quo diximus sensu accipiendas, neminem arbitror facile suasurum, nisi & idoneo ille testimonio, vel argumento aliquo, verisimilitudinis nihil in nostra interpretatione inesse demonstret, & proferat ipse feliciore Minerva verisimiliorem. Nam temere ac sine causa positas, aut nuper invectas fuisse leges istas pronunciare, nec afferre ullam istius dicti rationem, nimis fastidiosum ac superbum videtur.

Regulam Badu *lege divina institutam videri pro sexta feria.*

Quid porro conjecturis immoramur, ubi lex ipsa divina regulam *Badu* pro sexta saltem feria videtur adstruere? Quo tandem, inquies, loco? Levitici XXIII, 10, 11. quo loco præcipitur, ut *altero die sabbati*, hoc est, postridie diei festi Paschæ, sacerdoti manipulus offeratur. Nam cum lex omnis scrupulosissime observanda sit, atque ad litteram, ut aiunt: hanc ita intelligi omnino oportuit, ut non ipso die festo quidem, quoniam obstat celebritas: sed tamen ipso postridie diei festi, oblatio manipuli perageretur, nec ultra eum diem prorogaretur. Quid ergo tunc facto opus, cum sabbatum altero consequente sabbato proxime excipitur, sive cum *alter dies sabbati* dies ipse festus est, hoc est, cum posterus dies a die festo sabbatum proprie est? Aliud consilii capi omnino non potuit, nisi ut prior celebritas, quæ in feriam sextam incurreret, in sabbatum differretur: eo quod messem oblationemve manipuli sabbato fieri nefas esset. Alioqui si feria sexta 45
Hierosolymis Pascha foret: *altero die sabbati*, sive postridie festivitatis Paschæ, hoc est, ipso die veri & nuncupati proprie sabbati, matutinis ipsis horis viri rusticani non solum in agro meterent, opusque servile præstarent, cui vacare die sabbati, quantumvis religiosum opus videretur, ut Tostatus in hunc locum Levitici probat, solis sacerdotibus licuit, atque in sanctuario quidem, sive *in Templo*, Christo ipso teste, Matth. XII, 5. non in civitate, vel in agro: verum etiam iidem iter præterea susciperent longius quam sit *iter sabbati* Act. I, 12. quod mille passibus ex receptissima traditione continetur. Quo igitur anno contingeret Pascha feria sexta, eo anno Neomeniam non a jugo, sed a φάσει putata, ut diceemus, decerni desigique Hierosolymis oportuit: & sic uno die Pascha removeri, ut esset nihilominus dies quintadecima primi mensis.

Ex eo jam intelligitur tam vetustus usus fuisse apud Judæos differendæ Neomeniæ Nisan ob Pascha, a feria sexta in sabbatum, quam sunt ipsæ leges hoc Levitici capite comprehensæ: quandoquidem exacte & scrupulose servari lex allata non potuit, ut vidimus, absque regula *Badu:* quam proinde sanctionem esse divinam, non humanam tantum, quod ad sextam feriam attinet, fas est affirmare. Hoc illud nimirum placitum est, quod habet antiqua traditio Judæorum, tametsi a posteris aut perperam, aut nullo modo est intellecta: NE FESTA DUO CONTINUA SUNTO. Nam id de solo festo Paschæ intelligendum fuit: non ob inanes causas ac rationes, quas Talmudistæ comminiscuntur: sed quod alias impleri exacte & scrupulose lex divina non poterat.

Verum huic diei, seu feriæ sextæ, postea additæ sunt propter Galilæos aliæ duæ reiculæ feriæ, quibus Judæi simili ratione Neomeniam & Pascha differrent. Quamobrem causa prima ac potissima sextæ feriæ repudiandæ, (de qua vel sola si statuatur, ad præsentem quæstionem abunde debet videri:) ex lege divina repeti debet, & illius excipiendæ usus lon- 46
ge vetustior existimari, quam duarum reliquarum. Quod igitur hoc anno Christi supremo Judæi Pascha e feria sexta in sabbatum procrastinarunt, ex religiosa divinæ legis observatione factum est. Quod vero Christus Dominus, tametsi posset ipse cum Judæis Paschate fungi, quod erat is *e tribu Juda, & de semine David*, maluit nihilominus *cum discipulis*, & cum Galilæis facere, quoniam Galilæus Nazaræusque vocabatur, id illius arbitrii fuit atque voluntatis, qui vellet utraque fieri unum in semetipso, Juda & Israëlem.

Et erat certe multo æquius, ut cum Galilæis Pascha perageret, quam cum Judæis. Tametsi enim is erat e tribu Juda, ut diximus, quemadmodum alii fuere innumeri in provinciis etiam longe dissitis nati, ubi parentes eorum vel majores rerum suarum dudum domicilium collocassent; at eo nomine Hierosolymis peregrini & ipsi censebantur. Quæ causa est, quamobrem numquam Christus Dominus Judæam dixit, sive regionem tribui Juda assignatam, tametsi jure sic diceret, esse patriam suam: Galilæam vero, in qua altus educatusque fuerat, patriam suam semper appellavit, quod & Evangelistæ tres fecerunt. Vox enim Domini est, Matth. XIII, 57. *Non est propheta sine honore nisi IN PATRIA SUA, & in domo sua.* Erat tunc autem in Galilæa: de qua similiter Matthæus, versu 54. *Et veniens IN PATRIAM SUAM, docebat eos in synagogis eorum.* Sic etiam Marc. VI, 4. & Luc. IV, 24. Ergo cum Ga-

Galilæis Christus Pascha comedens, cum his edebat qui essent vere πατριῶται; tametsi si cum Judæis id faceret etiam tum tunc faceret cum πατριώταις suis. Nam & Judæam *patriam* ipsius appellat Joannes, cap. IV, 44. Æquius vero fuit, quemadmodum jam diximus, ut cum discipulis suis Galilæis Galilæus etiam ipse perageret; tum ut se ad eorum consuetudinem ac legem accommodaret; tum quod lege faciendi Pascha cum Judæis nemo tenebatur, nisi qui eo die intra mœnia Hierosolymitana esset, & peregrinus non esset. Nam vice castrorum Israël fuere mœnia Hierosolymorum: extra quæ quisquis domicilium fixum haberet, minime ea lege teneretur.

Huc pertinet etiam vox illa Christi Domini, Matth. XXVI, 18. *Ite in civitatem ad quemdam, & dicite ei: Tempus meum prope est; apud te facio Pascha cum discipulis meis.* Cujus loci paraphrasim istam in Commentariis nostris ad Matthæum dedimus: Ite vos ambo, tu Petre, tuque Joannes, in civitatem Jerusalem, ad eum quem indico vobis: & dicite ei meo nomine: Magister dicit: Tempus mortis meæ instat: non possum differre in crastinum diem comestionem Paschæ: itaque hodie in domo tua Paschalem agnum decrevi comedere cum Apostolis meis, quibus hodie facere licet, siquidem Galilæi sunt. Alioquin ego, quamvis Galilæus & ipse sim, tamen si solus essem, quia sum de tribu Juda, differre possem in crastinum. Docet aperte hæc paraphrasis, quæ veram ac genuinam Christi sententiam repræsentat, alium diem faciendo Paschati Galilæis, Judæis alterum fuisse adsignatum: Christum Dominum autem, quippe qui de tribu Juda esset, facturum fuisse Pascha cum Judæis, si solus esset, ac nisi *tempus* mortis instaret, crucifigendumque se sciret, antequam Judæi Pascha manducarent: Itaque voluisse pro suo jure, si quidem in Galilæa domicilium haberet, ac peregrinus propterea haberetur, cum discipulis suis pariter Galilæis, pridie facere, qui dies erat Galilæis eo anno adsignatus. Neque enim certe, eo quod crastino occidendus ipse esset, causa legitima ei esse crederetur tempus antevertendi, quod esset edendo Paschati constitutum a Deo in lege: neque hanc Dominus causam afferret, nisi etiam constaret, pridie quam Judæi facerent, Galilæis (quales fuere Apostoli & Christus ipse) idem licuisse. Neque vero agnum Paschalem, qui e Templo, ubi mactari eum oportuit, coëmendus fuit, obtinuissent a sacerdotibus, si ante diem a lege constitutum Apostoli hunc postularent sibi dari.

Dicet aliquis: Qui fieri potuit, ut Galilæi feria sexta Pascha peragerent, si postridie, qui dies sabbati fuit, iisdem non licuit manipulum ex lege offerre? Quasi vero ex omnibus agris aut villis ac prædiis manipuli in Templum afferrentur. Atqui ne ex Judæa quidem universa, nedum ex Galilæa, advehi manipulum moris fuit: sed ex agro dumtaxat Urbi sanctæ proximo. Glossa in Talmud Babylon. cod. Sanhedrin, fol. 11. 2. *Non adducunt manipulum primitiarum, nisi a loco aliquo qui est prope Hierosolymam. At si locus aliquis prope Hierosolymam primitias istas non protulerit, tunc petunt e longinquo.* Idem reperias & in Ord. *Kodaschim*, cod. *Menachoth*. Quare propria tribus Juda vel Benjamin, propter viciniam Templi, cærimonia ea fuit, nomine totius Israëlis peragi solita: cui cærimoniæ interesse possent, si luberet, (neque enim dies festus ille fuit,) ex utraque gente viri pii ac religiosi, postridie Paschatis Judaïci.

Itaque quod Judæi quidam recentiores, aliique, has leges, *Badu*, *Adu*, similesque, sero receptas fuisse pertendunt: sive sexto Christi sæculo natas, ut nonnulli: sive post millesimum, ut Thomas Lydiatus: alii vero vetustas esse volunt & stante Templo usurpatas: ita nos distinguimus, & conciliamus discrepantes sententias, ut vetusta quidem regula Badu, censeri debeat, reliquæ non item: cum præsertim Neomenia civilis Tisri, ex regula posita a nobis observatione quinta, interdum eveniret olim post dies 178. a Nisan, atque adeo diversa feria ab ea, quam vel regula *Adu*, vel cum ea cohærens altera ista, *a Nisan ad Tisri* ג, postulet ac ferat: ut anno Christi 47 XXXI. contigit. Hoc igitur unum, quod est multo simplicius, olim observatum credimus, ut in quolibet festo, præter Atzereth, dies septem hebdomadæ inter se partirentur Juda & Israël, ex sola regula *Badu*, tribus nimirum hisce diebus Israëli semper reservatis, 2. 4. & 6.

Seu medios enim, seu veros Lunæ motus Judæi spectarint secutique sint, in Neomeniis statuendis, cum anno XXXI. æræ Christianæ Neomenia media mensis Tisri fuerit die V. Septembris, 15′ 30″ post meridiem, calculo Pauli Middelburgensis: conjunctio autem vera luminarium, sub meridiano Hierosolymitano fuerit hora 4. pomeridiana 13′ 25″: ex regula quam statuimus observatione quinta, Neomenia civilis esse debuit die VI. Septembris, feria quinta, littera Dominicali G. Ex quo consequitur, non fuisse tunc in usu regulam qua nunc Judæi utuntur, *a Nisan ad Tisri* ג, hoc est, ad ferias Neomeniæ Nisan, si numerum binarium feriarum adjicias, habebis feriam Tisri. Ut si feria Nisan fuerit prima, Tisri erit tertia: si Nisan fuerit secunda, erit Tisri quarta: & sic de reliquis. Quod ut eveniat, fiunt menses anni sex priores alternis vicibus pleni cavique: diesque mensium istorum omnino 177. sive hebdomades 25. & dies 2. Atqui anno isto, quem diximus, tricesimo primo, Neomenia Nisan fuit feria secunda, & Tisri quinta: Non fuit igitur anno isto recepta hæc regula feriarum, dierum, alternorumque mensium: nec *Adu* proinde, aut *Ago*: sed *Badu* tantum.

Ex regula Badu, *ostenditur annum Dominicæ Passionis non alium adsignari posse, præter annum* XXXIII. *æræ Christianæ.*

Si afferri igitur non potest regulæ *Badu* origo alia, aut probabilior interpretatio, quam quæ est a nobis exposita: certe ex ea simul cum Evangelio collata satis liquet, opinor, alium esse annum omnino non posse, quo Christus est in crucem sublatus, quam tricesimum tertium æræ Christianæ: cum nullus alius 48 præter istum possit in *badu* incidere, hoc est, primam diem azymorum exhibere, pro Israële quidem feria sexta, XV. Luna, pro Juda & Urbe sancta festum Paschæ postridie die pariter ibi decimaquinta. Unaque opera simul demonstrantur cetera quoque capita priore loco posita a nobis; Pascha nimirum in Evangelio de agno tantum paschali dici: primam diem azymorum ipsam esse decimamquintam mensis primi diem: primam mensis diem a conjunctione luminarium, non ἀπὸ τῆς φάσεως computari: primam denique diem azymorum festum Hierosolymis eo anno non fuisse.

Annus certe XXX. præterquam quod annus primus Christi prædicationis fuit, neque adeo potuit idem esse annus obitus: Neomeniam Nisan Astronomicam Hierosolymis dedit, die XXII. Martii, hora 8. 42′. post meridiem. Dies prima Nisan, seu Neomenia civilis, numerata est a vespera, quæ horis duabus veram illam conjunctionem antecessit: mediam autem, horis quinque: nam media fuit, hora 11. vespertina, 2′. 35″. Itaque dies XIV. cœpit quarta die Aprilis post solis occasum. In fine diei quintæ Aprilis, Pascha mactatum a Judæis est, hoc est, feria quarta ad vesperam: nam littera Dominicalis eo anno A fuit. Pascha Judæorum feria quinta: sexta, Galilæorum. Non igitur illud Pascha σταυρώσιμον fuit, quo nempe feria quinta ad vesperam mactari primum Pascha a Galilæis oportuit, alterum postridie a Judæis.

Anno

Anno XXXI. Neomenia Astronomica vera fuit Hierosolymis, die 12. Martii, hora 1. 6'. post mediam noctem: Neomenia media, hora 7. matutina, 51'. 12". Prima dies mensis fuit post solis occasum, vespera antecedente diem XII. Martii. Itaque dies XIV. Nisan cœpit a vespera diei XXIV. Martii, subsequente autem XXV. ad vesperam, hoc est, in fine XIV. diei Pascha immolatum est a Galilæis: Ergo feria prima ad vesperam: nam littera Dominicalis ejus anni G. Postridie a Judæis.

Anno XXXII. Neomenia media fuit die 30. Martii, hora quinta matutina, 23'. 51". Vera autem, 29.
49 Martii, hora XI. post meridiem. Prima dies igitur, seu veram conjunctionem luminarium Judæi spectarunt, sive mediam, a vespera antecedente horis fere quinque computata est. Itaque XIV. dies ad vesperam, cum agnus a Judæis occideretur, fuit XII. dies Aprilis, sub solis occasum, sabbato: nam littera Dominicalis E.

Anno XXXIV. Neomenia vera fuit 9. Martii, hora 5. 50'. matutina: media autem, die 8. hora 11. serotina, 1'. 5". Prima dies igitur mensis a vespera antecedente: ut dies prima Nisan sit ipsa dies 9. Martii. Dies XIV. ad vesperam, fuit XXII. Martii sub solis occasum, atque adeo feria secunda: nam littera Dominicalis C. Plenilunium fuit die XXIII. Martii, hora 5. vespertina: æquinoctium vero, die XXII. Martii, hora 10. serotina: atque adeo post æquinoctium maxima pars diei decimæ quintæ sive diei festi paschæ, immo dies ferme tota solennis transacta est. Non debet igitur in mensem subsequentem differri Luna paschalis: præsertim cum nec annus XXXIII. Judaicus, ad quem menses priores pertinent anni hujusce XXXIV. Juliani, embolimæus esse poterit, ut inferius videbimus: nec differri Christi obitum usque in diem XXII. Aprilis, ulla ratio probabilis ferat.

Anno XXXV. media conjunctio siderum fuit, die 27. Martii, hora 8. serotina, 33'. 44". Vera autem, die 28. hora 6. 40'. matutina plane contigit. Prima dies igitur, ex utroque pariter computo, cœpit illucescere ab antecedente vespera: ut prima dies Nisan, esset ipsa dies 28. Martii. Itaque XIV. ad vesperam, cum Phase a Galilæis immolatum est, fuit X. Aprilis, sub solis occasum, feria prima: nam littera Dominicalis B. Postridie a Judæis.

Anno denique XXXVI. vera conjunctio fuit, die 16. Martii, hora 6. 42' serotina: media autem, hora 3. pomeridiana, 25'. 1". ex regulis Pauli Middelburgensis. Itaque a vespera illius diei, dies prima mensis cœpta est numerari: ut prima dies fuerit 17. Martii. Ita XIV. ad vesperam, cum Pascha macta-
50 tum est a Judæis, fuit XXX. Martii, feria sexta, sub solis occasum: tunc enim littera Dominicalis G. Quare neque hic annus esse ille potest, quem Evangelistæ describunt: alioqui contra legem, ac decima tertia die Christus Pascha peregisset. Et propter regulam *badu*, ut diximus, debuisset Pascha mactari denuo sabbato ad vesperam pro Israëlitis, quod factum non fuisse clamat silentium sacrarum litterarum. Præterquam quod Evangelia credi vetant a baptismo Christi usque ad ejus obitum, sex septemve paschata effluxisse.

Superest igitur annus XXXIII. in quo quidem omnia mirifice congruunt. Neomenia enim Astronomica vera fuit, 19. Martii, hora 1. 30'. post meridiem: media autem, hora 2. 12'. 28". Prima igitur dies Nisan a vespera subsequente: XIV. Luna fuit die secunda Aprilis, a vespera antecedente, eademque feria quinta, usque ad occasum solis. Nam ab eo occasu decima quinta incipit, vergens in noctem diemque feriæ sextæ, qua Christus passus est, tertia Aprilis. Fuit enim littera Dominicalis D. Ita Christus Dominus decimaquarta ad vesperam, ut lege sancitum erat, cum Israëlitis paschate functus est. Et solus hic annus ex omnibus qui veniunt in controversiam, *badu* fuit, ex Evangelio: hoc est, unus ex omnibus, in quo feria quinta ad vesperam, sive XV. die ineunte, peragere Pascha posset Israël, ineunte jam feria sexta: Judæis in principium sabbati dilatis: vel, quod idem est, in feriam sextam ad vesperam. Anno igitur XXXIII. cum annos triginta tres ab Incarnatione Christus explesset, obiisse illum omnino poni debet. Ac si regulam *badu* feliciter interpretati sumus, necesse est a conjunctione siderum duci mensis initium solitum fuisse, cum ne isto quidem anno *badu* occurrat, nisi Neomenia a jugo computetur, quo diximus modo observatione quinta.

Quartadecima mensis primi die ad vesperam, Judæos æque atque Galilæos, Paschate functos fuisse.

At debuit, inquiet aliquis, decimus quintus ipse dies Judæis æque atque Israëlitis esse Paschæ primus. Severe istud quidem præceptum fuit: sed & idem ab omnibus sanctissime ac religiosissime observatum. Sic 51
enim inter utrumque populum, Juda inter & Israël, conflata pactio est, sic re longe antea præstructa ac meditata sancitum est communi consilio, ut quo anno Neomenia Nisan *Badu* foret, hoc est, incideret in ferias 2. 4. 6. eo anno primam mensis diem illis ipsis feriis Israëlitæ agerent, postridie Judæi: ac vice versa, cum in אגהז, hoc est, in reliquas quatuor ferias, 1. 3. 5. 7. Neomenia incurreret, tum Israëlitæ Neomeniam Nisan procrastinarent. Ita utrique paschate fungebantur decimaquinta mensis sui die. Nam dies cujusque mensis prima, & quintadecima, in similem feriam cadunt. Neutra gens igitur a decimaquinta mensis sui primi die Pascha summovit: nec Christus Dominus legem Moysis ulla re violavit, aut antevertit: nec Judæi Galilæive alieno tempore contra religionem pascha peregerunt. Tametsi illud enim non omnibus annis XV. Luna præstarent, tamen decima quinta sui mensis primi die, ut lex præcipit, religiosissime observarunt. Enimvero mensem inchoare a conjunctione siderum, uti definivimus observatione quinta, humanæ solertiæ fuit, scrupulosissime satagentis legem implere, ideoque solicite curantis, ut idem esset dies decimus quintus mensis primi, cum XV. Luna. Cum vero de die decimaquinta mensis primi, non de Luna decima quinta, lex præscribat, si in diem posterum a conjunctione solis ac Lunæ interdum procrastinarent differrentque primum mensis primi diem, nulla re ob id lex divina violabatur: sed humana tantum regula a majoribus posita alio ab aliis anno intermittebatur: ab omnibus tamen & ipsa certis vicibus sanctissime servabatur. Lex divina præcipit decimamquintam mensis primi diem, esse paschæ primam: unde autem prima dies mensis numeranda sit, an a conjunctione siderum, an a φάσει seu vera seu putata, non indicat. Accuratior profecto probabiliorque ratio illa est, quæ ad conjunctionem siderum respectum habet, quam quæ ad φάσιν. Hanc igitur Judæi æque atque Israëlitæ per vices custodiunto: gens tamen altera alteri per certas quoque vices, 52
propter fœdus societatis, de suo jure decedito.

Certe si semel ponatur, Galilæos cum Judæis servasse certas in Templo vices, uti opus facto fuisse videri conjecimus, tum ex plebis multitudine, tum ex Galilæorum exemplo, quod est a sancto Luca litteris consignatum: tum denique ex regula *badu* recte explanata: mirum deinde nemini debet videri id quod ex eo consectarium est, interdum differri scilicet ab ipsis Judæis solitum fuisse, non esum agni quidem post XIV. diem, sed primum dumtaxat diem mensis civilis, eo quod diximus rerum flexu, quoties nempe Israëlitarum feriæ ac vices redirent: & vicissim ab Israëlitis. Hanc enimvero οἰκονομίαν, & ἐπιείκειαν, quam facilitatem dicimus & æquitatem, necessitas temporum, ut diximus, postulabat.

Hæc igitur de Neomenia civili Nisan posita lex est, ne esset apud Judæos בדו, neve apud Galilæos אגהז:

iis qui loco cedebant, Neomenias civiles eo anno sibi constituentibus a φάσι dumtaxat, non vera quidem, sed affixa consulto diei secundæ a conjunctione: quoniam perraro accidit, ut in Ariete ultra diem unum a jugo φάσις moretur. Atque hoc illud est, quod perperam intellexerunt Rabbini, de Neomenia Nisan a Judæis ἀπὸ τῆς φάσεως observari solita: cum & id eo dumtaxat anno facerent, quo Badu in Kebiam a Molad deductam incideret: hoc est, cum Neomenia civilis conjunctioni siderum proxima caderet in feriam 2. 4. 6. nec veram illi tunc φάσιν sequerentur, sed putatam, affixamque secundo diei Lunæ, quem primum mensis tunc esse vellent: sicuti vicissim idem præstabant Galilæi in אגה״ז, hoc est, cum Molad, seu Neomenia media efficeret Kebiam, seu diem primum mensis civilem in feria 1. 3. 5. 7. Eo sensu dictum fortassis a Philone, libro de septenario, pag. 2. Judæorum festum esse Neomeniam, quæ sit post conjunctionem novæ Lunæ, ἡ μετὰ τὴν σύνοδον τὴν κατά τινα σελήνην νέαν νεομηνία· quod ultra diem primum a conjunctione Neomenia non profertur.

Neomeniam igitur nunc hi, nunc illi, tardius uno
53 die quam socii sanctificarunt. Ex quo factum est, ut usque ad hanc ætatem Judæi festum Neomeniæ per duos dies continuos agant, ut quidem Kalendarium admonet a Bartolocio editum: utrumque nimirum diem complexi, quem Judæi olim & quem Israëlitæ sacrum haberent. Unde *tricesima sabbata* plurali numero ab Horatio appellata fuisse eo sensu possunt videri, quoniam Romæ atque extra Palæstinam geminarentur: non propter dubium Neomeniæ, ut in Isag. can. lib. III. pag. 213. & 264. Scaliger opinatus est. Alioqui cur primo ac secundo mensis septimi die, qui duo conjunctionem siderum consequuntur, ut notat R. Leo, non potius ultimo sexti mensis antecedente, ac primo septimi sive Tisri die, usque in hodiernum diem solennitas geminatur? Sic enim profecto verius dies alteruter caderet in conjunctionem, quam si primo diei post φάσιν subjungatur alter.

Judæi tamen, qui anno aliquo *Badu* Galilæis in Nisan loco cesserunt, ut diximus, eo usque tantum Neomenias consequentes ab eodem articulo numerarunt, hoc est, a φάσι putata, donec in feriam sibi congruentem ex eadem regula *Badu* Neomenia civilis Tisri saltem incurreret: tunc enim suum isti receperunt locum, Galilæis mensi suo Elul diem unum abundantem adjicientibus, ut anno XXXIII. æræ Christianæ contigit: quoniam alioqui vel differre cogerentur Judæi Neomeniam Tisri usque in biduum post conjunctionem luminarium, atque adeo interdum in diem unum a vera φάσι: vel Neomeniam mensis septimi atque Scenopegiam celebrare die alieno, hoc est, feriis Galilæorum propriis, 2. 4. 6. ב, ד, ו, quod æque in hoc utroque festo Judæi veteres, atque in Pascha, vitarunt. Ergo cum mensis Tisri Neomeniam redhiberet feria 1. 3. 5. 7. tunc ad sua jura Judæi postliminio redierunt, & priores Neomeniam celebrarunt.

Ita porro partitio facta dierum est, ut multo sæpius recurrerent feriæ Judæorum, quam Galilæorum, uti apparet ex subjecto laterculo.

Indiculus annorum viginti, ac mediarum Neomeniarum Nisan: deinde & civilium, cum Judæis, tum Galilæis.

54

Anni Christi.	*Litt. Dom.*	*Neomeniæ mediæ Nisan.* D. H. M. S.	*Neomenia civilis, seu dies prima Nisan.*	*Ordo Embol.*	*Qualis annus esset, & quot diebus constaret.*
28	D C	Mart. 14. 4. 41. 19. pomerid.	15. Mart. feria 1. Judæis. 16. Mart. feria 2. Galil.	ter. *nam &*	384. Embolim. ordin. J. 384. Embol. ordin. G.
29	B	April. 2. 2. 13. 58. pomerid.	3. April. feria 1. J. 4. April. feria 2. G.	*annus* 25.	354. Communis ord. J. 354. Comm. ord. G.
30	A	Mart. 22. 11. 2. 35. pomerid.	23. Mart. feria 5. J. 24. Mart. feria 6. G.	*Embol.*	355. Commun. abund. J. 354. Comm. ord. G.
31	G	Mart. 12. 7. 51. 12. matut.	12. Mart. feria 2. G. 13. Mart. feria 3. J.	ter.	385. Embol. abund. G. 383. Embol. defic. J.
32	F E	Mart. 30. 5. 23. 51. matut.	30. Mart. feria 1. J. 31. Mart. feria 2. G.		356. Judæis. 355. Com. abund. G.
33	D	Mart. 19. 2. 12. 28. pomerid.	20. Mart. feria 6. G. 21. Mart. sabbato. J.		355. Comm. abund. G. 353. Comm. defic. J.
34	C	Mart. 8. 11. 1. 51. serot.	9. Mart. feria 3. J. 10. Mart. feria 4. G.	ter.	385. Embol. abund. J. 384. Embol. com. G.
35	B	Mart. 27. 8. 33. 44. serot.	28. Mart. feria 2. G. 29. Mart. feria 3 J.		356. Galilæis. 354. Comm. ordin. J.
36	A G	Mart. 16. 3. 25. 1. pomerid.	17. Mart. sabbato. J. 18. Mart. feria 1. G.	bis.	383. Embol. defic. J. 383. Embol. defic. G.
37	F	April. 4. 2. 54. 1. matut.	4. Aprilis, feria 5. J. 5. April. feria 6. G.		355. Comm. abund. J. 353. Comm. defic. G.
38	E	Mart. 24. 9. 46. 17. matut.	24. Mart. feria 2. G. 25. Mart. feria 3. J.		356. Galilæis. 354. Comm. ordin. J.
39	D	Mart. 13. 8. 32. 14. serot.	14. Mart. sabbato. J. 15. Mart. feria 1. G.	ter.	385. Embol. abund. J. 385. Embol. abund. G.
40	C B	April. 1. 6. 4. 53. serot.	2. April. sabbato. J. 3. April. feria 1. G.		353. Comm. defic. J. 353. Comm. defic. G.
41	A	Mart. 21. 2. 53. 30. matut.	21. Mart. feria 3. J. 22. Mart. feria 4. G.		354. Comm. ordin. J. 354. Com. ordin. G.
42	G	Mart. 10. 11. 42. 7. matut.	10. Mart. sabbato J. 11. Mart. feria 1. G.	ter.	385. Embol. abund. J. 383. Embol. defic. G.
43	F	Mart. 29. 7. 17. 26. matut.	29. Mart. feria 6. G. 30. Mart. sabbato J.		355. Comm. abund. G. 355. Com. abund. J.
44	E D	Mart. 17. 6. 3. 23. pomerid.	18. Mart. feria 4. G. 19. Mart. feria 5. J.	bis.	385. Embol. abund. J. 385. Emb. abund. G.
45	C	April. 6. 1. 38. 43. pomerid.	7. April. feria 4. G. 8. April. feria 5. J.		353. Comm. defic. G. 354. Comm. ordin. J.
46	B	Mart. 25. 10. 27. 19. serot.	26. Mart. sabbato. J. 27. Mart. feria 1. G.		355. Comm. abund. J. 353. Comm. defic. G.
47	A	Mart. 15. 7. 15. 56. matut.	15. Mart. feria 4. G. 16. Mart. feria. 5. J.	ter.	383. Embol. defic. G. 383. Embol. defic. J.

Ex

55 Ex annis viginti, pro Neomenia civili Nisan, atque adeo pro die Paschæ, (nam cujusque mensis, ut diximus, dies prima & decima quinta eamdem in feriam incidunt:) ferias Judæorum anni duodecim exhibent: octo anni omnino ferias Galilæorum: annus XXXI. XXXIII. XXXV. XXXVIII. XLIII. XLIV. XLV. XLVII. qui Pascha dant in ב & ד & ו.

At, opponet aliquis, debuit decima quinta dies esse omnibus festa & solennis. Sane, sed in sua quibusque patria: in Galilæa, Galilæis: Judæis, in Juda & Jerusalem. Nemini debuit esse solennis, nisi juxta patriæ suæ ritum, ibi si degeret: hoc est, nisi ubi esset decimaquinta dies. Non erat autem decimaquinta dies in Jerusalem Galilæis: tametsi cum quintadecima dies in Galilæa numeraretur, ea die primis, ut loqui consuevimus, vesperis, jus haberent sacrificandi agnum paschalem in Templo. Hoc contentos uno esse illos ibi oportuit: ceteroqui solennitatem simul ibi cum Judæis agerent. Ea igitur Galilæi Hierosolymis conditione fuerunt, qua apud nos ii, qui in aliena diœcesi commorantur. Nam hi festum diem agunt pro more illius diœceseos, in qua degunt: tametsi in sua vel pridie actum sit, vel postridie sit agendum. Alioqui quanta perturbatio foret, si in eadem civitate, atque sub iisdem subinde tectis alii diem festum agerent, alii eumdem profanum haberent? Ita vere pronunciatum a Majemonide est, sub cælo Judaïco, atque in Palæstina, unicum fuisse diem festum Paschæ, in principio azymorum. Et vero unicum pariter diem festum Evangelia commemorant, Luc. XXII, 1. Joan. XIII. 1, 29. &c. Unum, inquam, Hierosolymis: cum & suum Galilæi in sua ditione proprium & peculiarem haberent: quo ipso die nimirum populares eorum, & ut parum Latino vocabulo utar, conterranei, quasi totius gentis nomine, Hierosolymis in Templo agnum mactarent.

Atque hanc ipsam traditionem jam vetustate pæne obliteratam deformasse Talmudistas nonnemo fortassis haud immerito opinabitur, cum in Talmude Babylonico, cod. Pesachim, cap. IV. hal. 5. referant: *In Judæa servile opus fecerunt pridie Paschæ us-*
56 *que ad meridiem: at in Galilæa non.* Spectasse enim ritum veterem existimari possunt, cujus ad ipsos memoria quædam obscura pervenerit: tametsi vera illius ritus causa eisdem lateret. Quod nempe in annis *Badu* cum Pascha Galilæorum die uno Judaïcum anteverteret, diem illum qui pridie Paschæ Judæorum fuit, Galilæos sacrum habere oportuit, vacuumque a servili opere.

Sed & Tosaphta apertius, hoc est, additio Talmudica R. Chaija ר' חייא, in cod. Pesachim, perek I. refert *Cuthæos aliquando Pascha suum observasse una die antequam Israëlitæ id facerent, aliquando una die posterius:* quæ plane ipsa esse regula *Badu* potest videri, quo sensu exposuimus: si, ut alibi Cuthæorum nomine Talmudici nunc Samaritanos intelligunt, nunc Christianos: ita loco isto Galilæi designantur: quod haud procul abesse a vero conjector aliquis forsan arbitrabitur. Nec de Christianis ibi esse sermonem putabit: nec Samaritanos credet cum Judæis alternasse vices in Paschate celebrando: nec denique gentem aliquam potuisse illas alternandi Paschatis vices custodire, nisi & Neomenias quoque civiles eo quo diximus modo, nunc a conjunctione siderum, nunc a φάσει putata ductas iisdem vicibus alternaret. At nos, ne quid dissimulemus, valde piget Rabbinico niti testimonio: cujus nihilo minus suspecta sententia, quam auctoritas sit. Quare illud negligi sperni que, cum certiora argumenta suppetant, non inviti feremus.

Non igitur, quod hactenus existimatum est, sic regulam *badu* accipiendam dicimus, ut feriæ quædam reiculæ statutæ fuerint, quibus nefas esset occidi Pascha. Tantum ex pacto convento Judæ cum Israële distributas fuisse hebdomadis ferias dicimus: aliasque Judæis, Israëlitis alias fuisse attributas: diviso populo Dei in duas veluti turmas, propter angustias loci ac temporis: sive alia quacumque ex causa. Festum vero solennem a Judæis peractum fuisse decimaquinta sui mensis primi die, cum pridie ipsi sibi Pascha mactassent: a Galilæis pariter decimaquinta mensis sui primi die, tametsi uno die anterius posteriusve quam Judæi suas partes obirent. Primam vero diem azymorum omnibus ex æquo communem fuisse ex lege synagogæ sane prudenti: cum summum 57
alioqui periculum esset, ne dum sub iisdem tectis habitarent tempore Paschæ Judæi & Galilæi, cives ac peregrini, Matth. XXVI, 18. de alieno fermentato ederent ii, quibus azymo vesci eo die lex divina imperabat. Eam ob rem octo fuerunt instituti dies azymorum, ex quo, ut diximus, initum fœdus est Galilæorum cum Judæis: sed lege divina imperati septem, Ecclesiastica sanctione octavus est additus.

Hæc ut apertiora fiant, subjicienda est oculis tabella Paschæ gemina: altera anni XXXII. quo Pascha primo loco Judæi: altera anni XXXIII, quo priore loco Israëlitæ, sive Galilæi, cum Christo Domino peregerunt.

Anno XXXII. dies azymorum.

Litt. Dom.	*Mensis Rom. Aprilis.*	*Mensis Nisan. Galilæis.*	*Judæis.*	*Dies hebd.*	
d	12	13	14	Sabb.	Pascha mactatur ad vesperam, pro Judæis.
E	13	14	15	Fer. 1.	Pascha Judæorum, primus dies azymorum, dies festus ac solennis. Ad vesperam Pascha mactatur pro Galilæis.
f	14	15 ב	16	Fer. 2.	Pascha Galilæorum, dies azymorum secundus: in Galilæa, primus.
g	15	16	17	Fer. 3.	Tertius dies azymorum.
a	16	17	18	Fer. 4.	Quartus.
b	17	18	19	Fer. 5.	Quintus.
c	18	19	20	Fer. 6.	Sextus.
d	19	20	21	Sabb.	Septimus, festus ac solennis, magnus dies sabbati.
E	20	21	22	Fer. 1.	Octavus azymorum. Galilæis, qui ad diem festum convenerant, abire ex Urbe non licuit, nisi *consummatis* hisce *diebus* octo a primo solenni, ex lege divina, Deut. XVI, 8. quia *collecta Domini est.*

Mensis Nisan anni XXXIII.

	Litt. Dom.	Mensis Rom. Martius.	Mensis Nisan. Galilæis.	Judæis.	Dies hebd.	
58	a	19			*Feria* 5.	Neomenia vera in meridiano Hierosolymitano, hora 1. 14′. 3″. post meridiem. Itaque prima dies mensis Nisan apud Galilæos iniit post solis occasum. Judæi propter ברן in diem posterum distulerunt.
	b	20	1		*Feria* 6.	Prima dies Nisan, festumque Kalendarum, a vespera diei præcedentis, apud Galilæos. *Calendæ.* IV. Reg. IV, 23. Mensis cavus.
	c	21	2	1	*Sabbat.*	Apud Galilæos *dies Calendarum secunda*, sive *secunda post Calendas.* 1. Reg. XX, 27, 34. sed dies prima mensis in Judæa, sive Kebia civilis, a vespera præcedente.
	D	22	3	2	*Feria* 1.	
	e	23	4	3	*Feria* 2.	Christus Lazarum suscitat. Mox *abiit in regionem juxta desertum, in civitatem quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum discipulis suis. Proximum autem erat Pascha Judæorum.* Joan. XI, 54, 55.
	f	24	5	4	*Feria* 3.	
	g	25	6	5	*Feria* 4.	
	a	26	7	6	*Feria.* 5.	
	b	27	8	7	*Feria* 6.	
	c	28	9	8	*Sabbatum.*	JESUS *ergo ante sex dies Pascha venit Bethaniam,* post solis occasum: vel illuc jam die antecedente venerat. Joan. XII, 1. *Erat autem Bethania juxta Hierosolymam quasi stadiis quindecim.* Joan. XI, 18. Cœnat ibi Christus. Ab ea cœna usque ad Pascha Judæorum, sex dies fluxerunt integri. Joan. XII, 1. Maria, soror Lazari, ungit pedes JESU, cum sabbato jam præterito nulla eam unctionem religio prohiberet. Joan. XII, 3.
	D	29	10	9	*Feria* 1.	Christus insidens pullo asinæ Hierosolymam ingreditur. Matth. XXI, 1. Marc. XI, 1, 1. Luc. XIX, 29. Joan. XII, 12. Redit vespere Bethaniam, *cum duodecim.* Marc. XI, 11.
59	e	30	11	10	*Feria* 2.	Iterum Hierosolymam Christus regreditur, & vendentes de templo ejicit. Matth. XXI, 12. Marc. XI, 15. Vespere abiit extra civitatem, in Bethaniam. Matth. XXI, 17. Marc. XI, 19.
	f	31	12	11	*Feria* 3.	Rursum venit Hierosolymam. Marc. XI, 27. Ea autem isto die dicit & agit, quæ reliquo capite Marci XI. ac deinceps cap. XII. & XIII. continentur. Matthæi vero cap. XXI, 18. ac deinceps usque ad cap. XXVI. Lucæ denique cap. XX. & XXI. *Cum autem esset* JESUS *in Bethania, in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastrum unguenti pretiosi, & fracto alabastro effudit super caput ipsius recumbentis,* inter cœnandum. Matth. XXVI, 6. Marc. XIV, 3.
	g	*Aprilis.* 1	13	12	*Feria* 4.	Hunc diem Bethaniæ Christus transegit, Juda interim Hierosolymis cum summis sacerdotibus paciscente de Christo tradendo. Matth. XXVI, 14. Marc. XIV. 10. Luc. XXII, 3.
60	a	2	14	13	*Feria* 5.	Dies decimaquarta mensis primi apud Galilæos, a vespera diei præcedentis. Hora nona, quam nos tertiam post meridiem dicimus, *venit dies azymorum, in qua necesse erat occidi Pascha.* Luc. XXII, 7. Venit dies azymorum, quia venit hora *quando Pascha immolabant* sacerdotes in Templo pro Galilæis: quod Pascha cum azymis edebatur. *Primo die azymorum,* Marc. XIV, 12. *Prima die azymorum,* Matth. XXVI, 17. Ab hora nona, uti Pascha, ita dies azymorum primus inibat: ut in Talmude refertur, cod. Pesachim, cap. V. n. 1. cum cetera festa tantum a solis occasu initium haberent. Itaque ab hora nona Pascha, hoc est, agni mactatio. Eam ob rem Hierosolymis expurgatio fermenti ab hora sexta, hoc est, a meridie hujus diei cœpit: quod & in Talmude notatur, cod. Pesachim, cap. I. n. 4. ex R. Meir: *Solent comedere*

Litt. Dom.	Mensis Aprilis.	Mensis Nisan. Galilaeis.	Judaeis.	Dies hebd.	
					dere fermentatum per totam horam quintam, & in principio horæ sextæ comburunt. Ab hora nona in Templo agni & hædi, ovesque bovesque mactantur a sacerdotibus & levitis, pro Phase & sacrificio paschali Israëlitarum. Mittit igitur Bethania Christus Petrum & Joannem in civitatem, qui parent Pascha. Matth. XXVI, 17. Luc. XXII, 8. *Apud te facio Pascha*, id est, volo apud te facere, hodie vesperi. Petrus & Joannes *paraverunt Pascha*, hoc est, agnum & azyma. Luc. XXII, 13. Nam locus jam paratus erat. Marc. XIV, 15. Luc. XXII, 12. Occidente sole Christus venit Hierosolymam. *Vespere autem facto, cum facta esset hora, discubuit, & duodecim Apostoli cum eo.* Matth. XXVI, 20. Luc. XXII, 14. Nam extra Ægyptum edi Pascha solitum est a discumbentibus. Post esum agni, Eucharistiam Christus instituit. *Ante diem festum Paschæ*, Joan. XIII. A Judæis deinde capitur, totaque fere nocte sistitur judicio.
b	3	15	14	*Feria 6.*	Prima dies azymorum, eademque decima quarta mensis primi apud Judæos, a vespera præcedentis diei: eadem *dies parasceves.* Luc. XXIII, 54. & *parasceve Paschæ*, Joan. XIX, 14. Dies festus ac solennis in Galilæa. Circa horam nonam Christus extremum spiritum in cruce reddidit. In Templo Phase & sacrificium pro Judæis immolant sacerdotes ab hora nona: & Pascha manducant nocte prima cum azymis. Cessatio tamen operis servilis, tantum a solis occasu. Hinc mos Eccle- 61 siæ fluxit, ut ab eadem hora nona festorum solennium vesperæ inchoentur: etsi non ab illa hora cessant operæ serviles. *A sexta hora tenebræ factæ sunt super universam terram, usque ad horam nonam.* Matth. XXVII, 45. *Et obscuratus est sol.* Luc. XXIII, 45. Luna quoque defectionem passa est, ab hora quarta usque ad septimam. Plenilunium hora post meridiem quinta, 24'. 29". ex Grandamico. Cum fere sol occideret, *cum jam sero esset factum, quia erat parasceve, quod est ante sabbatum, venit Joseph ab Arimathæa...... & petiit corpus* JESU.... *Joseph autem mercatus sindonem, & deponens eum involvit sindone, & posuit eum in monumento.* Marc. XV, 42. Quia parasceve erat: non jam parasceve Paschæ: nam illa jam effluxerat, cum Pascha fieri, seu mactatio agnorum cœpit: sed parasceve sabbati, quæ & ἁπλῶς parasceve, Joan. XIX, 31, 42. idcirco licuit sepelire mortuum. Quia sabbatum vero instabat, fuit properato opus. *Et dies erat parasceves, & sabbatum illucescebat*, hoc est, imminebat. Luc. XXIII, 54.
c	4	16	15	*Sabbatum.*	*Altera autem die, quæ est post parasceven, convenerunt principes sacerdotum, & Pharisæi ad Pilatum..... Ait illis Pilatus: Habetis custodiam.* Matth. XXVII, 62. hoc est, post solis occasum, altera die jam incipiente, quæ post parasceven esse censetur ac reipsa est: magnus est enim dies sabbati. Dies secundus azymorum, festus dies ac solennis Paschæ Hierosolymis: *magnus dies sabbati.* 62 Christus Dominus in sepulcro jacuit toto die. Vespere illo sabbati, post solis occasum, cum adhuc aliqua lux esset, sed jam pertinens ad primam sabbati, *& cum transisset sabbatum, Maria Magdalene, & Maria Jacobi, & Salome, emerunt aromata, ut venientes ungerent* JESUM. Marc. XVI, 1.
D	5	17	16	*Dies Dominicus.*	Dies azymorum tertius. Christus resurgit diluculo. Marc. XVI, 2. Luc. XXIV, 1. Joan. XX, 1. Messis hordei primum hodie fieri cœpta, ut manipulus primitiarum hoc ipso die offerretur in templo. Levit. XXIII, 10, 11, 15.
e	6	18	17	*Feria 2.*	Dies azymorum quartus.

Dies

Litt. Dom.	Mensis Aprilis.	Mensis Nisan. Galilæis.	Judæis.	Dies hebd.	
f	7	19	18	*Feria* 3.	Dies azymorum quintus.
g	8	20	19	*Feria* 4.	Dies azymorum sextus.
a	9	21	20	*Feria* 5.	Dies azymorum septimus, festus ac solennis in Galilæa.
b	10	22	21	*Feria* 6.	Dies azymorum octavus, festus ac solennis Hierosolymis.
c	11	23	22	*Sabbatum.*	
D	12	24	23	*Domin.*	
e	13	25	24	*Feria* 2.	
f	14	26	25	*Feria* 3.	
g	15	27	26	*Feria* 4.	
a	16	28	27	*Feria* 5.	
b	17	29	28	*Feria* 6.	
c	18	1	29	*Sabbatum.*	Dies prima Ijar, seu mensis secundi, festumque Kalendarum apud Galilæos tantum.

Christi temporibus octo dies fuisse azymorum, & regulam Badu *jam tum receptam, ex Luca in Actis colligimus.*

Sed jam id doceat Lucas ipse, quod conquisitis undique argumentis magno labore videmur adstruere: & octo videlicet jam Christi temporibus azymorum dies fuisse: & proinde alium in annis *Badu* fuisse diem primum azymorum, alium festum Paschæ. Nam Act. XII, 1. *Misit Herodes rex manus*, inquit, *ut affligeret quosdam de Ecclesia. Occidit autem Jacobum fratrem Joannis gladio. Videns autem quia placeret Ju-*
63 *dæis, apposuit ut apprehenderet & Petrum. Erant autem dies azymorum. Quem cum apprehendisset, misit in carcerem..... volens post Pascha producere eum populo.* Jam inierant dies azymorum, cum Petrum Herodes apprehendit: nondum tamen Pascha: hoc est, nondum dies festus Paschæ, qui dies festus sequebatur mactationem Phase a Judæis factam. Ergo tunc dies octo azymorum fuerunt: unus qui Pascha Judæorum antecederet, quoniam idem esset Pascha Galilæorum, ut diximus, ex sanctione Synagogæ: deinde septem continui apud Judæos ex lege divina. Eximie certe congruit ratio temporum, maximamque lucem affert tum verbis Lucæ, tum huic nostræ interpretationi. Nam quo hæc demum anno contigerunt? Æræ Christi quadragesimo tertio, Claudii Imp. tertio, ut diximus in libro de nummis Herodiadum. At erat annus ille, quo Petrus Christi vicarius ab Herode Galilææ tetrarcha detentus est, æque *Badu*, atque annus quo ipse Christus ab eodem Herode spretus est: Novilunio medio tunc scilicet incidente, ut Paulus Middelburgensis prodidit, in diem XXIX. Martii feriamque sextam, hora 9 14′ 46″ matutina. Unde ex regula ח״ de qua jam diximus, iterumque dicturi sumus, Pascha seu XV. dies a conjunctione media, XII. Aprilis fuit, feria sexta, littera Dominicali F. Sunt qui Herodis obitum usque ad annum XLIV. differant: perperam quidem, sed tamen nihil interest: cum sit annus ille etiam æque *Badu*, ut ex indiculo superius posito perspicuum est. Quare ut anno Christi γαυμασίμῳ, sic isto XLIII. pariter, quod hic apertissime a sancto Luca tradi videtur, jam tum usu recepta fuit regula *Badu*, ex qua dies octo azymorum sequuntur: & dies azymorum prima, seu Pascha Galilææ, die uno Pascha Judæorum, sive Pascha κατ' ἐξοχὴν antecessit. Apprehendit enim Petrum Herodes, cum jam cœpissent dies azymorum: hoc est, die primo azymorum, quo & Christus olim in crucem actus. *Erant dies azymorum*, id est, jam inierant: sicuti si quid die Paschæ gestum narramus, dicere consuevimus, erant dies Paschales: erat hebdomada Paschæ. Voluit autem idem post Pascha, hoc est, non statim
64 postridie primi diei azymorum, sed die perendino: non in die festo, quo nefas judicium capitis exercere: sed post diem festum Paschæ, qui proxime conjunctus erat cum die primo azymorum, in Petrum animadvertere. In sacris quippe litteris, ut diximus, vox Paschæ nihil aliud sonat, præter mactationem agni, vel diem festum ei cohærentem: septem continuos dies azymorum, in omni vetere ac novo Testamento, aut apud Josephum, aut in libris etiam Rabbinorum, ne semel quidem significat: ne quis forte hos dies a sancto Luca designari temere suspicetur. Dies septem vel octo sunt azymorum: nam est ea res jam in confesso. At Pascha diei unius celebritas, non plurium fuit olim, aut est etiamnum apud Judæos, uti est apud nos. Ut cetera sileam argumenta, Lucam audiamus, cap. XXII, 1. *Appropinquabat dies festus azymorum, qui dicitur Pascha.* Hoc fuit dicere, *dies* primus *festus azymorum*, (nam de primo loquitur) *dicitur Pascha:* at ille solus: nullus præter istum. Novissimus ipse dies, tametsi festus & ipse similiter, tamen non dicitur Pascha similiter, sed azymorum dies: nedum ceteri dies interjecti. Origenem audi, si lubet, vel quisquis est auctor homiliæ IX. in Leviticum: *In mense primo*, inquit, *ALIA SOLEMNITAS PASCHÆ, ALIA AZYMORUM: licet conjuncta videatur azymis Paschæ solemnitas. Principium enim azymorum ad finem Paschæ conjungitur. Pascha autem ILLE SOLUS DIES APPELLATUR, IN QUO AGNUS OCCIDITUR. Reliqui vero azymorum dies appellantur.* Et brevius in Matthæum, tract. XXXV. *Et DIES quidem PASCHÆ UNA ERAT, azymorum autem septem, connumerata videlicet die Paschæ cum ceteris sex.* Kalendaria ipsa Judæorum hodierna solum diem primum festumque azymorum Pascha vocant. Ergo neque in isto Actorum loco aliud intelligi, salvo verborum nativo sensu, fas est. Nam quo quis jure eo sensu vocem in sacris litteris accipiat, cui sensui neque sacræ ipsæ litteræ, neque ulla ex iis quæ diximus monumenta suffragentur? Pascha Judaïcum unus dies est: cur? quia agni esus, quem vox ista *Phase* seu *Pascha* indicat, uno die peragitur. Pascha Christianum plurium viceversa dierum est: quid ita? quod intra eos dies fas est cuilibet sacræ Eucharistiæ perceptione Pascha celebrare. Quo quis jure igitur Pascha Judaïcum, de quo scriptores sacri loquuntur, plurium esse dierum velit, quia Christianum plurium dierum est, cum sit ratio & conditio utriusque dispar?

Neque vero Herodes, qui prima die azymorum & Jacobum gladio occidisset, & Petrum apprehendisset, aut religioni duceret tertia quartave azymorum die Petrum producere populo: aut post septimum diem judicium prorogaret: præsertim cum excepto die pri- 65
mo ac novissimo, ceterorum dierum neque tunc esset, nec sit etiamnum apud Judæos celebritas alia, nec sit etiamnum apud Judæos celebritas alia, quam quæ apud nos est dierum infra octava, exempli gratia, Epiphaniæ vel Ascensionis.

Quod si hæc autem a nobis cum similitudine veri dicun-

dicuntur; apparet simul ex eo primum Neomeniam civilem non ἀπὸ τῆς φάσεως fuisse petitam, sed a media conjunctione siderum. Nam si a conspectu Lunæ Neomenia civilis eo anno quadragesimo tertio initium caperet, non in feriam sextam, ut posuimus, sed in sabbatum feriamve primam incurreret: atque adeo Pascha similiter: nec esset annus ille *Badu*, hoc est, non esset ullus eo anno dies azymorum ante diem festum Paschæ: quod aperte sancti Lucæ auctoritati adversatur. Deinde promptum est ex eo quoque agnoscere, eodem plane modo declarari a Matthæo Marco, & Luca, annum Christi σταυρώσιμον, *Badu* fuisse, quo istum quadragesimum tertium æræ Christianæ a Luca in Actis.

X. *De anno Judaïco.*

QUORSUM autem nunc quoque sunt in usu apud Judæos regulæ *Badu* similesque antea allatæ, cum nullæ sint hodie in peragendo Paschate Judæorum atque Israëlitarum vices? Illud, opinor, in causa est, quod cum sint illi vetustarum consuetudinum retinentissimi, & illi quidem qui extra Palæstinam degerent, festa geminarent, uti diximus, ut eos dies sacros haberent, quos & Judæa pro sacris & Galilæa observaret: nunc, perinde atque olim, utrosque retinent: tamen ratione aliquantum dispari. Nam cum olim ex Kalendariis scirent ii, qui erant ἐν τῇ διασπορᾷ positi, utra Natio priores obiret in Templo vices, & eas mutari subinde vices oporteret: illos ipsos dies festos observarunt, quos in Palæstina servari mos fuit. Ubi vero has vices nec retineri oportuit sacrificio sublato, nec licuit: festa quidem nihilominus Judæi geminarunt, ut par fuit, ne Galilæos offenderent ritu vetere abrogato: & illas sibi ferias in Pascha usurparunt, quas olim ex pacto convento cum Galilæis alternabant: hoc est,
66 quatuor reliquas extra *Badu*. Quoniam vero & potior natio Judæa esset, nec spes ulla reliqua superesset ad sacrificia postliminio redeundi, nec jam alia idcirco conditio foret eorum qui in Palæstina versarentur, alia eorum qui essent toto orbe sparsi: nec proinde jam interesset, festo geminato dignoscere, uter Judæorum dies proprius diceretur, uter Galilæorum, cum sacrificio locus non esset: idcirco tum in Neomenia anni ineuntis in Nisan, atque in Pascha, tum in reliquis totius anni festis, priores semper omnibus annis partes occupaverunt: retenta nihilominus lege *Badu*, quæ Christi temporibus una in usu erat: & *Adu* præterea excogitato, definitoque dierum numero, quibus menses a Nisan ad Tisri constarent.

Quare delectus ille feriarum, aliarumque rejectio, non eo fine a Judæis usurpatur, ne duo sint festa continua, ut quibusdam placuit: neque enim duo triave festa conjuncta Judæi magis quam Christiani reformidant. Nam, ut omittamus quæ sunt ea de re dicta superius, cum Pentecoste feria prima est, (id quod contingit, quoties in sabbatum incurrit Pascha, ut anno Christi σταυρωσίμῳ) & cum Pascha, Atzereth, Festum Sortium, Encæniave in feriam primam similiter cadunt, quæ una sabbati appellatur: sabbatum certe antecedens altero festo consequente excipitur. Et cum Atzereth Israëliticum, feria quinta celebratur, sexta Judaïcum, sabbatumque consequitur, tria tunc ibi festa continua sunt. Non ea igitur causa est, cur regulam *Badu* Judæi hodieque retineant. Sed πατροπαράδοτος & vetustissima lex, ab istis constantissime servata perseverat, ne alia feria primum diem Neomeniæ Nisan & Paschæ peragant, quam quæ in regno Juda & Hierosolymis, hoc est, apud majores suos, festa dies & solennis fuit. Quod eo præterea consilio retinuisse possunt videri, ut eo argumento se vere Judæos, maximaque ex parte saltem e regno Juda oriundos esse profiterentur, non ex Israële sive Galilæa.

Sciscitabitur quispiam hoc loco, an prisci Judæi in anno digerendo mediarum tantum conjunctionum solis ac Lunæ rationem habuerint, ut hac ætate faciunt, an etiam verarum. Cui priusquam satisfaciamus, ut appareat quam dispar sit mensium dispositio, 67
cum mediæ, & cum veræ conjunctionis respectus habetur, placet annum Christi XXXII. qui & supremus ejus vitæ fuit, exempli causa proponere ante oculos, mensesque singulos illius anni, secundum utrosque Lunæ motus repræsentare.

Ante omnia autem statuenda est regula יח *Iach*, ut vocant, sive horarum 18. de qua jam aliquid strictim delibavimus observatione quinta. Nam apud veteres æque Judæos hanc usu receptam fuisse, atque apud eos qui nostra hac ætate degunt, & ab illis ad istos transmissam, idcirco ponimus: quoniam cum aliqua certe statuenda regula fuerit ad Kebiam, hoc est, ad Neomeniam civilem definiendam, ecquando Molad antecedere Kebia deberet, ecquando subsequi: nulla plane simplicior aut certior, magisve obvia & exposita quam ista videatur. Adde alterum ab eventu argumentum: quod, ut inferius patebit exemplo non uno, adsignantur perfacile omnes festi dies in sacris litteris appellati, hæc si regula diligenter & constantissime observetur: de quibus, si ab hac lege discesseris, certi definiri omnino nihil possit.

Sic igitur Judæi sciscunt: Si Neomenia incidat hora 18. vel postea, hoc est, ipso meridie, vel post meridiem, (nam dies illi inchoant ab hora sexta vespertina,) tunc prima dies mensis censetur a vespera consequente: si prius, hoc est, si ante horam 18. quæ nobis meridies est, tunc ab antecedente vespera prima dies putatur. Quæ lex hanc habere causam videtur: quod tametsi dies festus integer a vespera ad vesperam usque perductus noctem diemque complectitur, tamen proprie dies festus de ipsa luce intelligitur, nocte veluti minime computata, cum de die festo agatur: interdiu enim, non de nocte, feriari plerumque dicimur. Quamobrem si dies Neomeniæ, qui interlunium debet includere, illud ante meridiem exhibet, hoc est, ante potiorem diei partem exactam, illa dies cum nocte antecedente prima dies mensis erit: si post meridiem, erit lux ea tricesima mensis antecedentis, tricesimumque sabbatum: & constabit eadem festum Neomeniæ cum nocte sequente.

Hoc illi de mense Tisri, quem nunc primum anni 68
mensem constituunt, his verbis tradere consueverunt. Si Molad Tisri fuerit, exempli gratia, 2, 20, 504, Kebia erit 3. Hoc est, si novilunium medium, מולד *molad* mensis septimi, incidat in feriam secundam, hora 20 helakim 504 (sive nostro more, hora 2 post meridiem, 58 minutis: nam horam illi dividunt in partes 1080, quas helakim vocant:) Neomenia civilis, seu prima dies mensis erit feria tertia, a vespera antecedente. Eamque formam Neomeniarum in mense primo statuunt, quam esse volunt regulam ceterorum. A priscis porro Judæis ad Nisan potissimum referebatur, quando anni principium hic mensis fuit: & ad alios deinde menses hanc legem similiter transtulerunt.

Fuit autem Nisan Judæis, *principium mensium, primus in mensibus anni*, Exod. XII, 2. usque ad vastationem urbis & ædis sub Vespasiano. Tunc enim primum Græcanicum morem in Oriente receptum secuti sunt, annum ab autumno inchoandi. Ante illa autem tempora, maxime post legem a Deo latam per Mosen, annum a Nisan semper auspicatos fuisse, ut de nummis sileam, Machabæorum liber primus docet: qui dum res bello gestas enarrat, æramque sequitur Græcorum, a Nisan annum nihilominus inchoat: tametsi Græci, quorum erat hæc æra propria, ab autumno auspicarentur æram & annum. Nam quod legitur Exodi XXIII, 16. *Solennitatem quoque in exitu anni, quando congregaveris omnes fruges*

tuas

tuas de agro. Et quod idem est, Exod. XXXIV, 22. *& solennitatem, quando redeunte anni tempore cuncta conduntur*: non annum civilem exeuntem ineuntemve denotat: sed, ut ita loquar, annum annonarium, uti nos consuevimus dicere annum uberem, pro annona ubere. Enimvero festum illud Tabernaculorum est, de quo Levit. XXIII, 39. *A quintodecimo ergo die mensis septimi, quando congregaveritis omnes fructus terræ vestræ, celebrabitis ferias Domini septem diebus &c.* Quod si initium anni civilis mensis Tisri foret, non diceret Moses, solennitatem quæ incidit in diem XV. ejusdem mensis, *in exitu anni* sedem habere: diceret, *in principio* potius. Ergo *exitus anni* pro ratione proventuum eo loci dicitur: & annonarium,
69 ut diximus, Moses annum intellexit, cum ferendi tempus imminet: quo ex anni cardine computari annum sabbaticum & jubileum idem præcepit, Levit. XXV. In ipso Talmude Nisan initium anni censetur pro regibus & solennitatibus. In Ægypto tamen quamdiu fuerunt ante Exodum, morem regionis illius secuti sunt: uti multis postea sæculis ibidem Græcum morem imitati sub Ptolemæis, annum a Tisri inchoarunt, dum Judæi interim in suo regno a Nisan inciperent: ut testatur liber secundus Machabæorum, ad fratres in Ægypto inscriptus, cum ea anni forma quæ esset in usu apud eos ad quos liber mittitur: quos de temporibus rerum in Judæa gestarum accurate ac diligenter & pro captu suo oportuit edoceri. Sed statim post Exodum ad veterem morem, qui Chaldaïcus quoque fuerat & Idumæus, Dei jussu denuo sunt revocati.

His ita positis, mensium ordo quis fuerit anno XXXII. & XXXIII. si una cum regula ח', de qua jam diximus, medios Lunæ motus, mediasque conjunctiones Judæi respexerunt, ex calculo Pauli Middelburgensis exhibemus. Horas more Gallico a nocte media computamus.

Neomeniæ mediæ & civiles, anno XXXII.

Neomeniæ mediæ.	D.	H.	M.	S.		*Neomeniæ civiles.*			*Menses Judaïci*
Mart.	30	5	23	51	matut.	Mart.	30		Nisan plenus.
April.	28	6	7	54	serot.	April.	29		Ijar cavus.
Maji.	28	6	51	57	matut.	Maji.	28		Siwan plenus.
Jun.	26	7	35	1	serot.	Jun.	27	a vespera præcedente	Tamuz cavus.
Jul.	26	8	20	4	matut.	Jul.	26		Ab plenus.
Aug.	24	9	4	7	serot.	Aug.	25		Elul cavus.
Sept.	23	9	48	10	matut.	Sept.	23		Tisri plenus.

Festum Neomeniæ mensis septimi, ad recordationem prosperæ fortunæ, qua Joseph cum filiis Israël usus est in Ægypto, temporibus Pharaonis, Psal. LXXX.

Oct.	22	10	32	13	serot.	Oct.	23		Marcheswan cavus.
Nov.	21	11	16	16	matut.	Nov.	21		Casleu plenus.
Dec.	21	0	0	19	matut.	Dec.	21		Thebet plenus.

70 Dies XV. Decembris fuit XXV. mensis Casleu, idemque festum *Encæniorum in Hierosolymis*, de quo 1. Mach. IV, 52. 2. Mach. 2, 16. & Joan. X, 22. *& hiems erat.* Festum per octo dies celebratur. Simul quoque festum Judith agitur, teste Leone Mutinensi, parte III. cap. IX. quamvis, ut idem ait, reportatam a Judith de Holoferne victoriam ad aliud anni tempus nonnulli non immerito referant.

Anno XXXIII.

Neomeniæ mediæ.	D.	H.	M.	S.		*Neomeniæ civiles.*			*Menses Judaïci.*
Jan.	19	12	44	22	pomerid.	Jan.	20		Schebat cavus.
Feb.	28	1	28	35	matut.	Febr.	18		Adar plenus.
Mart.	19	2	12	28	pomerid.	Mart.	20	a vespera præcedente	Nisan cavus.
April.	18	2	56	31	matut.	April.	18		Ijar plenus.
Maji.	17	3	40	34	pomerid.	Maji.	18		Siwan cavus.
Jun.	16	4	24	37	matut.	Jun.	16		Tamuz plenus.
Jul.	15	5	8	40	serot.	Jul.	16		Ab cavus.
Aug.	14	5	52	43	matut.	Aug.	14		Elul plenus.
Sept.	12	6	36	46	serot.	Sept.	13		Tisri cavus.
Oct.	12	7	20	49	matut.	Oct.	12		Marcheswan plenus.
Nov.	10	8	4	52	serot.	Nov.	11		Casleu cavus.
Dec.	10	8	48	55	matut.	Dec.	10		Thebet plenus.

Anno XXXIV.

Jan.	8	9	32	58	serot.	Jan.	9	a vesp. pr.	Schebat cavus.
Febr.	7	10	16	2	matut.	Febr.	7		Adar plenus.
Mart.	8	11	1	51	serot.	Mart.	9		Nisan cavus.

Apparet annum XXXII. Judaïcum fuisse 355. dierum: mensium plenorum septem, cavorum quinque: annum XXXIII. per se ordinarium futurum fuisse, dierum 354. mensium plenorum sex, totidem cavorum: si medii tantum motus Lunæ servarentur. Nunc annus XXXII. proponendus est ex veris motibus verisque conjunctionibus Lunæ cum Sole: quas accepimus a P. GOUYE, in hoc LUDOVICI MAGNI Collegio Mathematicarum artium Professore, ad meridianum Parisiensem aptatas. Has autem ut meridiano Hierosolymitano accommodaremus, singulis adjecimus horas 2. 38 min. Horas a media nocte computamus.

Tabulæ

Tabula verarum Neomeniarum anni XXXII. *in meridiano Hierosolymitano.*

71

Neomeniæ veræ.	D.	H.	M.	S.		*Neomeniæ civiles.*		*Menses Judaïci.*
								Mensis Adar cavus præcessit, ultimus an. XXXI. Judaïci embolimæi.
Mart.	29	10	42	50	serot.	Mart.	30	Nisan cavus.
April.	28	9	56	13	matut.	April.	28	Ijar plenus.
Maji.	27	10	23	46	serot.	Maji.	28	Siwan plenus.
Jun.	26	12	1	15	pomerid.	Jun.	27	Tamuz cavus.
Jul.	26	2	55	55	matut.	Jul.	26	Ab plenus.
Aug.	24	7	23	0	serot.	Aug.	25	Elul plenus.
Sept.	23	12	21	16	pomerid.	Sept.	24	Tisri cavus.
Oct.	23	4	46	12	matut.	Oct.	23	Marchefwan plenus.
Nov.	21	7	31	34	serot.	Nov.	22	Casleu cavus.
Dec.	21	7	44	8	matut.	Dec.	21	Thebet plenus.
Anno XXXIII.								
Jan.	19	6	30	55	serot.	Jan.	20	Schebat cavus.
Febr.	18	5	40	19	matut.	Febr.	18	Adar plenus.
Mart.	19	1	14	3	pomerid.	Mart.	20	NISAN.

Annus ita digestus constat similiter mensibus plenis septem a Nisan usque ad Nisan, & quinque cavis: ac proinde diebus 355. tametsi non pariter ordo servatur alternorum, hoc est, plenorum cavorumque mensium: sive quorum alii sint XXX. alii XXIX. dierum.

In utraque anni forma ex æquo occurrunt anni deficientes, ordinarii, & abundantes, tum communes, tum embolimæi.

Annus communis	Deficiens / Ordinarius / Abundans	est dierum	353. / 354. / 355.
Annus embolimæus	Deficiens, / Ordinarius, / Abundans,	dierum	383. / 384. / 385.

Embolimorum administratio his vocibus continetur: *Ter, ter, bis: ter, ter, ter, bis:* vel, quod eodem
72 recidit, *ter, ter, ter, bis, ter, ter, bis:* hoc est, intra annos XIX. includuntur embolimæi septem, nunc tertio tantum anno, nunc altero: hoc ordine: 3. 6. 8. 11. 14. 17. 19. vel isto: 3. 6. 9. 11. 14. 17. 19. Annum embolimæum Judæi שנא מעברת *schana mehubberet*, hoc est, annum gravidum seu prægnantem, non illepida vocis translatione, nuncupant. Hunc vero mensium prægnantium ordinem hodieque apud eos receptum, ut olim, ex æquo observaret anni forma, tum quæ ex veris, tum quæ ex mediis conjunctionibus concinnaretur. Mensis porro embolimi, sive intercalaris, orta ex eo necessitas est, ne festa certis mensibus lunaribus affixa, toto anno vagarentur: & quod celebrari debuit vere primo, ut Pascha; celebraretur æstate; autumno, & hieme: ut fit in anno Arabum & Turcarum, qui mere lunaris est, atque adeo vagus ac solutus: cum apud Judæos per embolismum fiat annus quodammodo solaris, ubi modo ex duodecim; modo ex tredecim Lunæ orbibus periodisque conficitur.

Ecquando autem mensem intercalari inserique oporteret, ipsa Luna cum Sole semper admonuit: quæ primum anni mensem dare non potuit, si plena futura esset ante æquinoctium peractum: quod alioqui bis Pascha celebraretur certis quibusdam annis, aliis omitteretur omnino: nisi constanti lege caveretur, ne ante æquinoctium decimaquinta dies mensis primi, atque adeo mensis primus ipse censeretur. Quamobrem posito veris æquinoctio die XXII. Martii, ut erat anno XXXIII. æræ Christianæ, Luna nascens ante diem VIII. Martii post meridiem, quo articulo idonea est Neomeniæ civili constituendæ die nona, non posset esse luna Paschalis: sed posteriori Adar proinde, sive tertiodecimo mensi, & anno embolimæo esset adsignanda. Itaque de anno embolimæo Luna ipsa per se, ut diximus, cum Sole semper admonuit: atque adeo qui ordo embolimæorum nunc est in usu, eumdem semper receptum fuisse oportet: nequicquam aliter statuente R. Eliezer, cap. VIII. quem virum haud diu post Christi mortem vixisse Rabbini fabulantur: Morinus autem 73
pag. 378. *impostorem* vocat, probatque non scripsisse ante annum DCCC.

Nam quod Mullerus cum Rabbinis quibusdam ait, stante republica Judæorum constitutos fuisse certos judices, quibus commissa esset rei annariæ & festorum cura: qui, si animadverterent fruges esse serotinas, intercalarent isto anno, *ut frumentum maturum esset*, ex quo manipulus offerretur die XVI. Nisan: tum frigidis insulsisque Talmudistarum conjecturis adnumerandum est: tum pravæ ac præposteræ interpretationi legis. Neque enim observare novas fruges Hebræi jussi sunt Deut. XVI, 1. sed *mensem novarum frugum, & verni primum temporis*, hoc est, mensem quo solent novæ ac primæ fruges maturescere: *quoniam in isto mense eduxit te Dominus Deus tuus de Ægypto nocte.* Mensis ille autem, quo eductus est Israël de Ægypto, repræsentari accurate non potuit, aliud si spectaretur, quam vernum æquinoctium: quo tempore ver exhibere in Judæa semper novæ fruges solent:

Enimvero *luminaria cæli*, sol & luna, a Mose, vel ab ipso potius Deo adsignata sunt, ut essent *in signa & tempora, & dies, & annos.* A cælo igitur anni principium, mensisque primi, & verni *temporis*, repetendum esse, non e terra & agris, Judæi veteres auctore Deo didicerunt. Finge enim animo, anno Christi supremo, exempli gratia, sive XXXIII. seram fuisse fructuum maturitatem, factumque propterea annum XXXII. Judaïcum embolimæum: subsequen-

Enimvero nomina mensium a Chaldæis fuisse accepta nemo debet inficias ire: siquidem quæ nunc usurpant, ea in sacris litteris ante tempora captivitatis Babylonicæ non occurrunt, sed longe diversa. Mensis *Ziu*, qui secundus, III. Reg. VI, I. nunc Ijar est. *Ethanim* mensis septimus, III. Reg. VIII, 2. nunc est Tisri. *Bul* mensis octavus, III. Reg. VI. 38. nunc Marchesvan appellatur. Et fortassis qui nunc Nisan est, Exod. XXXIV, 18. *Abib* nomen habet: nisi vox ea, ut aliis placet, pro epitheto mensis primi ponitur. Cur autem mutarent nomina mensium, nisi prioris simul calculi rationem mutarent? Alia profecto esse causa non potuit: nisi quod a quibus menstrui Lunæ cursus rationem mutuarentur, ab iisdem non puduit mensium nomina mutuari. Nam quæ natio, exempli gratia, anni Juliani mensiumque nomina accepit, quæ non & anni & calculi Juliani formam acceperit?

Nec levibus autem vestigiis, nec incertis deprehendi posse arbitramur, ecquando Judæi formam Kalendarii, qualem hodie habent, primum instituerint: si ea breviter retexantur, quæ sunt a nobis hactenus disputata. Superiore enim observatione diximus; solam *Badu* regulam videri ab ipso Mose con-
78 stitutam: alias post cladem Hierosolymitanam receptas: quando & sedem anni caput mutavit, & utraque natio spem abjecit instaurandi aliquando Templi atque sacrificii. Annus autem a Tisri cœptus est numerari, ex quo in Urbis sanctæ ruinis excitata denuo tergemina veluti civitas est, vel una certe tripartita: cujus prima regio fuit Latinorum, COL. ÆLIA CAPITOLINA dicta in nummis antiquis sub Hadriano subsecutisque principibus: Græcorum altera, quorum sunt nummi ΚΑΠΙΤΩΛΙΕΩΝ, cum effigie sive L. Veri, sive Severi, sive Antonini, quem Caracallam vocant: tertia denique, eaque minima, ut videtur, Judæorum. Tunc enim æram Græcorum, quippe qui non in ea urbe modo, sed & in Palæstina tota, essent numero atque prærogativa potiores, recipi ab omnibus oportuit, ad perturbationem vitandam, quæ ex multiplici in contractibus calculo oriretur: quamobrem a Judæis *Æra Contractuum*, appellari tunc quoque cœpta est.

Itaque concinnata sub Hadriano videri potest ea forma anni digerendi, quam nunc obtinent: in qua lex quidem *Badu* servaretur ex antiqua consuetudine, ut diximus: *Adu* vero adjiceretur, ob alterum anni principium Græco more inductum: nempe ut utrumque anni caput Judæi ex æquo consecrarent. Prius enim sola lege *Badu* contenti etiam pro Tisri fuerunt: quamcumque in feriam Neomenia Tisri incideret, luminarium conjunctioni proximam, illam gente alterutra sibi vindicante. At cum postea vellent Judæi soli, sublatis illis alternis vicibus, annum in Tisri, ut in Nisan aperire: ut certa atque definita, neque, ut olim, vaga & soluta, atque alterutri genti communis esset Neomenia Tisri, a conjunctione luminarium repetita, primum dies a Nisan ad Tisri definierunt esse 177, quot nempe dies plerumque eo intervallo currunt: raro enim sunt 178. Deinde, quod eodem plane recidit, statuerunt *a Nisan ad Tisri* ב, ut diximus: & quod erat ex utroque consequens, si retinerent in Neomenia Nisan & in Pascha legem *Badu*, in Tisri *Badu* mutari in *Adu* necesse fuit: siquidem post sabbatum, cum ab illo cœ-
79 pit Neomenia Nisan, altera feria, quæ Neomeniæ Tisri sanctificandæ idonea est ex positis proxime regulis, feria secunda est: quæ quoniam ex iisdem a Judæis adsciscі debuit, *Badu* mutari in *Adu* oportuit, rejecta prima feria, ut secunda adscisceretur. Scio hanc anni formam, cum cyclo decemnovennali & annis suis embolismicis, credi vulgo in scholis Judæorum ab Hillele Hannassi primo descriptum: de cujus ætate silet Majemonides: auctor vero *Juchassin* pag. 90. floruisse narrat anno 670. Contractuum, hoc est, æræ Christianæ CCCLVIII. Tamen aut Hillelem vetustiorem esse, aut ab alio cognomine digestum fuisse prius annum, qua nunc forma componitur, nihil credi vetat: cyclum certe multo esse antiquiorem, ex his quæ superius diximus, ni fallimur, poni debet extra controversiam.

XI. *Ex interpretatione verbi illius, Joan.* VII. 14. *Jam autem die festo mediante, ad medios Lunæ motus respectum habuisse Judæos, simillimum veri videtur.*

SED Judæos Christi temporibus respectum habuisse ad medios tantum Lunæ motus, non etiam ad veros suadebit fortassis sacer Evangelii scriptor Joannes, cap. VII. ubi de rebus a Domino Servatore gestis in solennitate Scenopegiæ disserens, tres illius celebritatis dies commemorat: primum scilicet: deinde medium, quisquis ille sit: denique diem festivitatis postremum.

De primo quidem sic ait: *Erat autem in proximo* DIES FESTUS *Judæorum Scenopegia.* . . . . *Dixit ergo eis* JESUS. . . . . *Vos ascendite ad diem festum hunc: ego autem non ascendo ad diem festum istum*, hoc est, ad diem festum primum. *Hæc cum dixisset, ipse mansit in Galilæa.* . . . . *Judæi ergo quærebant eum in die festo, & dicebant, Ubi est ille?* Quærebant Christum Judæi in die festo primo.

De secundo idem, versu 14. *Jam autem die festo mediante*, hoc est, certo die festo qui mediabat inter alios duos, *ascendit* JESUS *in templum, & docebat.* Diceret Tullius, die festo medio interjecto. Apud Joannem Græce, *ἑορτῆς μεσούσης, festo die medio* inter duos festos: die festo inter duos extremos 80
dies similes intercidente. Codex Cantabrigiensis habet *ἑορτῆς μεσαζούσης.* Glossarium Philoxeni: *Μεσάζει, intercedit, intervenit.* Est igitur *ἑορτῆς μεσαζούσης, die festo interveniente*, infra octavam, ut loqui consuevimus. Nemo enim prudens, opinor, censuerit *diem festum* dici Latine de diebus ipsis novem, quorum tres tantum festi sint, reliqui profesti ac negotiosi: immo ne si fuerint quidem omnes festi dies. Certe Lucas cap. 2, 42, 43. *diem festum* ac *solennem* Paschæ valde accurate sejunxit a *diebus* reliquis azymorum *consummatis*: neque omnes unius diei festi appellatione complexus est: quin immo, cap. XXII. ut diximus, diem unum primum dumtaxat azymorum, *qui dicitur Pascha, diem festum azymorum* expresse vocat: quod nullius linguæ consuetudo fert dici *diem festum* numero singulari de diebus octo vel novem, partim festis, partim negotiosis. Et vero cum omnes sacri scriptores passim dies azymorum appellent, nemo tamen unus diem festum azymorum dixit de diebus septem vel octo. In vetere Testamento *ἑορτὴν τῶν ἀζύμων* vertit accurate, ut solet, Vulgatus interpres *solennitatem azymorum*, non *diem festum*, ut idem in isto Joannis loco *ἑορτὴν* reddidit. Apud Josephum libro II. cap. V. & libro III. cap. X. Gelenius *festa* vertit, & *festivitatem azymorum*. Recte. Possunt enimvero & solennitas, & festivitas, & festa azymorum esse plurium dierum: Dies autem festus constare septem diebus vel octo, non potest. Itaque nec Erasmum audio, qui audacius quam felicius vulgatum interpretem ait expressisse vocem Græcam *μεσούσης, mediante*: nec Grotium, qui vocem *ἑορτὴν* apud Josephum secus interpretatur, quam & Gelenius fecit, & ratio postulat: nec *denique* Lightfootum, qui *die festo mediante* similiter interpretatur, *die aliquo de profestis festi*. Aliud quippe est, *die festo*, aliud *die festi*, si tamen ita loqui ferat usus. Vox illa enim altera, diem unum festum singularem sonat: altera ista, diem unum aliquem ex solennitate plurium dierum. Ergo *die festo mediante*, non est simpliciter, in medio solennitatis, sive circa medium illius octavæ, ut istis placere video: sed diem festum aliquem unum interjectum, primo ac novissimo, seu *diei magno*, de 81
quo postea, similem, ea oratio designat: quem nisi signi-

significare vellet interpres, diceret *festivitate mediante*, sicuti inferius dicit, *die magno festivitatis*. Etenim in Novo Testamento cum vox Græca ἑορτὴ tricies fere legatur, ex eoque numero apud Joannem decies ac septies: neque usquam aliud, præter diem unum festum ac singularem significet: quo quis probabili argumento suadebit, hoc uno Joannis loco non unum diem festum ac singularem, ut semper in novo Testamento, sed dies octo designari? præsertim cum Vulgatus interpres, quo diligentius accuratiusve nihil est, qui in vetere Testamento ἑορτὴν ἀζύμων *solennitatem azymorum* vertit, in novo Testamento ubique ἑορτὴν *diem festum* vel *solennem* interpretetur. Maneat igitur *diem festum mediantem* certum quemdam festum diem & singularem esse, qui sit inter alios dies æque festos duos interjectus. Atqui præter primum diem ac duos novissimos, solum sabbatum dies festus fuit, uti nunc quoque est apud Judæos. Ceteri dies interjecti neque olim habiti sunt, neque nunc a Judæis censentur dies festi: sabbatum igitur his verbis, *die festo mediante*, debet intelligi.

De postremo denique festo, versu 37. *In novissimo autem die magno festivitatis*, quæ & festivitas legis, ut Kalendaria admonent, & nona dies a prima scenopegia fuit, feria quarta hoc anno, destinata Judæ & Jerusalem, ex regula גהז, *Guehaz*, de qua superius diximus.

Atqui anno XXXII. quo hæc a Domino gesta sunt, si medios Lunæ motus Judæi spectarunt, decimus quintus dies Tisri, seu festum Scenopegiæ in VII. diem Octobris, & feriam tertiam incidit, littera Dominicali E. Ex quo dies sabbati quintus est scenopegiæ, ac proinde medius e novem, quibus illud festum constabat, ut ex antedictis manifestum est. Si veros autem Lunæ motus Judæi respexerunt, Neomenia Tisri, festumque Scenopegiæ, in feriam quartam cecidit, ex qua diem sabbati, qui quartus esset scenopegiæ, non proprie ac vere mediasse perspicuum est, si fuerunt novem omnino.

Itaque si verborum proprietates in sacris litteris,
82 ut par est, investigamus, & significatis diligenter inhæremus: si proinde *diem festum mediantem* exacte & ad verbum accipimus, de eo die, qui reipsa medius sit & interjectus inter quatuor priores, posterioresque totidem: uti nos quidem accipiendum putamus: ex illo jam capite perspicuum est, debetque apud illos poni extra controversiam, qui anno XXXIII. Christum statuunt obiisse: hujusce mensis, atque adeo mensis cujuscumque Neomeniam, non ἀπὸ τῆς φάσεως ductam fuisse, sed a media conjunctione: quippe cum si mensis Tisri initium a φάσει caperetur, decimusquintus dies, seu festum Scenopegiæ, caderet ut cum citissime in diem IX. Octobris & feriam quintam: ex quo dies sabbati subsequens *dies festus medians*, seu quintus e novem non esset. Quod si cui autem forte magis placet *diem festum mediantem*, de sabbato quidem interjecto accipere: sed diem mediantem πλατικῶς putare, quantumvis esset ille dies tantum quartus e novem: consequetur ex eo veros potius, quam medios Lunæ motus fuisse spectatos olim a Judæis. Nemini tamen arbitramur non potiorem visum iri interpretationem, quæ ad verbum & scrupulose, quam quæ laxiore significatu ac minus proprio sententiam Vulgati interpretis & sacri scriptoris accipiat. Cum uterque præsertim tam exquisita, tam lecta, minimeque vulgari locutione usus de industria videatur, ut eo verbo uno annum prædicationis Christi supremum a Paschate designaret. *Dies* enim *festus*, sive sabbatum, exacte *medians* in festivitate scenopegiæ esse non potuit illis temporibus, extra annum XXVII. XXXII. & XXXVIII. Neomenia utique a mediis conjunctionibus computata. Ex quo voluisse videtur tum scriptor sacer, tum vulgatus interpres, vel hoc uno indicio satis aperte annum XXXII. designatum existimari.

Hunc *diem festum mediantem* ut repræsentet Euchologium Græcorum, diem festum celebrat Mediæ Pentecostes, diem illum videlicet feriæ quartæ, qui tempus a Paschate ad Pentecosten decurrens in partes duas æquales dirimit.

Sed cur *diem festum* potius quam sabbatum sacer scriptor appellat, si sabbatum fuit? Quoniam scilicet non erat dies ille simpliciter sabbatum, sed præterea unus e diebus festivitatis scenopegiæ: quemadmodum de die Paschæ anni XXXIII. cum Pontifices loquerentur, non illi quidem, Non in sabbato, sed *Non in die festo* dixerunt, Matth. XXVI, 5. quam- 83
vis dies ille festus in sabbatum caderet. Nunc illud tamen discrimen intercessit, quod illic accessione diei festi Paschæ factus est *magnus dies ille sabbati*: huic vero diei quinto festivitatis accessit ex ipso sabbato diei festi conditio ac prærogativa, qua alioqui per se careret: sabbato vicissim, ex solennitate Tabernaculorum, major quædam celebritas: ob majorem primo numerum victimarum, de quo Num. XXIX, 26. *Die quinto* scenopegiæ *offeretis vitulos novem, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim*, præter duos ob quotidianum & juge sacrificium, totidemque ob sacrificium diei sabbati, de quibus Num. XXVIII, 1, 9. Deinde prolixioribus in Templo precibus persolutis, quæ sunt peculiares ac propriæ dierum סכות *succoth*, sive infra octavam scenopegiæ, in libris ritualibus Judæorum. Ea causa est, ut videtur, quamobrem diem festum appellare sacer scriptor, quam sabbatum, maluerit.

XII. *Evangelicæ historiæ brevis contextus.*

AT non uni tantum supremo Christi Domini Paschati illustrando prodesse potest videri regula *Badu*, quo sensu a nobis exposita est: sed & ceteris Paschatibus, quæ Dominum explevisse Evangelia prodiderunt. Nunc autem illud omittimus, quod refert Lucas, cap. 2, 42. *Et ibant parentes ejus per omnes annos in Jerusalem, in die solenni Paschæ. Et cum factus esset annorum duodecim, ascendentibus illis Jerosolymam secundum consuetudinem diei festi*, &c. Quamquam & illud ipsum Pascha, anno scilicet æræ Christi decimotertio, *Badu* fuit: hoc est, anno quoque isto Galilæi primum in Templo Hierosolymitano Pascha peregerunt, Judæis in posterum diem dilatis. Neomenia enim media Nisan, ducto calculo ex regulis Pauli Middelburgensis, fuit XXX. Martii, hora meridiana, 50′ 56″. Ergo Neomenia civilis, die XXXI. Martii, feria sexta. Et XV. dies mensis exinde incidit pariter in feriam sextam, XIV. Aprilis, littera Dominicali A.

Sed majoris longe momenti sunt ea Paschata, quæ Dominus post baptismum explevit: de quibus quæri 84
potest, quot ille, & ubinam illa peregerit. Brevis eam ob rem hoc loco pertexenda est historia rerum a Domino gestarum, in suos annos distributa: non ita quidem, ut singula quæ scripta sunt in Evangelistarum quatuor monumentis, hic referre animus sit, & singulorum instituere concordiam: hoc enim non magis infinitæ, quam pro instituti nostri ratione inutilis operæ fuerit. Tantum præcipua capita perstringemus, ex Joanne præsertim & Matthæo: quoniam illum quidem apparet eo consilio singula Paschata distinxisse, ut in historia Dominica temporum ordinem posteris commendaret: de isto vero convenit inter eruditiores, ipsum actus & sermones Domini servata perquam accurate ratione temporum digessisse: quos alii duo, Marcus & Lucas, similiter quidem, sed alio tamen interdum ordine, primis narrationis suæ capitibus, commemorarunt. Cum enim testes αὐτόπται non fuerint, spectatoresque rerum a Christo gestarum, ut Matthæus & Joannes: ideo res sæpe narrant, non quo quæque tempore contigit, sed quo rem quamque ipsi didicerunt a testibus oculatis. Luc. 1, 2. *Sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis.*

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
ANNO XXIX.	ANNO XXIX.	ANNO XXIX.	ANNO XXIX.
Cap. III. Joannes prædicat *in deserto Judææ*, citra Jordanem.	Cap. I. *Fuit Joannes in deserto baptizans.*	Cap. III. *Anno quintodecimo imperii Tiberii Cæsaris ..... factum est verbum Domini super Joannem, in deserto.*	De hoc anno & superioribus Joannes nihil scriptum reliquit.
ANNO XXX.	ANNO XXX.	ANNO XXX.	ANNO XXX.
Cap. III. *Venit* JESUS *a Galilæa in Jordanem, ad Joannem, ut baptizaretur ab eo.* Die 6. Januarii.	Cap. I. *Venit* JESUS *a Nazareth Galilææ; & baptizatus est a Joanne.*	Cap. III. JESU *baptizato...... Et ipse* JESUS *erat incipiens quasi annorum triginta.*	Nihil est de anno isto a Joanne proditum.
Cap. IV. Jejunat in deserto, quadraginta diebus, &c.	Cap. I, 12. *Statim* post baptismum, *Spiritus expulit eum in desertum.*	Cap. IV, I. *Egressus a Jordane, agebatur a Spiritu in desertum, diebus quadraginta.*	
Cap. IV, 12. *Cum autem audisset* JESUS, *quod Joannes traditus esset, secessit* 85 *in Galilæam, & relicta civitate Nazareth, venit & habitavit in Capharnaum maritima, ... Exinde cœpit* JESUS *prædicare.* Needum tamen ullos habere discipulos perhibetur, hoc est, qui se ei comites adjunxerint, *relictis omnibus.* V.m faciunt Matthæi ac Lucæ sententiæ, qui *relicta* interpretantur *neglecta Nazareth.*	Cap. I, 14. *Postquam autem traditus est Joannes, venit* JESUS *in Galilæam, prædicans Evangelium.*	Cap. IV, 14. usque 31. *Regressus* JESUS *in Galilæam, docebat in synagogis eorum*, diebus sabbati, post Pascha, reliquo anni tempore. *Et venit Nazareth ..... & intravit secundum consuetudinem suam die sabbati in synagogam.* Priusquam veniret Nazareth, transiti Capharnaum, benefaciendo & sanando omnes, versu 22. Iterum *relicta Nazareth, venit & habitavit Capharnaum*, Matth. IV, 13. Prius transierat, nunc *habitavit.*	

Baptista traditus est in manus Scribarum, captusque ad Concilium, ubi judicium de eo statim ipso die, ut mos fuit, peractum est. Nec tamen missus est in carcerem: sed *fecerunt* Scribæ *in eo quæcumque voluerunt: sicut Filius hominis passurus erat ab eis.* Matth. XVII, 12. hoc est, flagris cæsum fortassis, sive, ut Pilatus aiebat, *emendatum*, vel certe ludibrio habitum dimiserunt. Sic enim postea Apostolis *cæsis denunciaverunt, ne omnino loquerentur in nomine* JESU, *& dimiserunt eos*, ipso die quo eos convocarant: Act. V, 40. Rursum *sacerdotes & magistratus templi .... injecerunt in eos manus, & posuerunt eos in custodiam in crastinum:* cur? *erat enim vespera.* Act. V, I, 3. Quod est dicere, ut quidem videtur, nisi vespera foret, statim peragendum de illis judicium fuisse. Nec vero *traditionis* vocabulum carcerem ullo modo indicat, sed animadversionem ac pœnam subito irrogatam. Matth. X, 17. *Tradent enim vos in conciliis, & in synagogis suis flagellabunt vos.* Ipsum quippe Christum traditum fuisse legimus ut crucifigeretur: tamen eumdem missum in carcerem custodiamve publicam non legimus: sed in atrio detentum summi Pontificis, *ἐν τηρήσει*, non *ἐν φυλακῇ*, vel *δεσμωτηρίῳ.*

ANNO XXXI.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
			Cap. I, 15. *Joannes testimonium perhibet de Christo.... quando miserunt Judæi ab Jerosolymis sacerdotes & levitas ad eum, ut interrogarent eum, Tu quis es?* Die 2. Januarii. Deductus ad illos fuerat anno superiore, cum & *traditus* fuit: nunc vero ad ipsum legationem mittunt, cum viderent post primam animadversionem nihilominus ipsum adhuc baptizare: coguntque mox illum discedere in Galilæam. Anno superiore prædicabat Joannes *in deserto Judææ*, Matth. III. atque adeo cis Jordanem: inde cedere odio Scribarum coactus abiit *trans Jordanem*, ubi hoc anno baptizans istam legationem accepit. *Hæc in Bethania facta sunt trans Jordanem, ubi erat Joannes baptizans.* Joan. I, 28. Itaque tribus distantibus in locis, diversisque temporibus Joannes baptizavit. Anno XXIX. & XXX. in deserto Judææ, cis Jordanem: Matth. III. Anno XXXI. ante Pascha, *in Bethania trans Jordanem*, Joan. I. Post Pascha, *in Ænnon juxta Salim*, in Galilæa, Joan. III.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
			Cap. 1, 29. *Altera die*, hoc est, die postero, 3. Januarii, *vidit Joannes* JESUM *venientem ad se, & ait, Ecce agnus Dei.* Ea vox, *altera die*, octies occurrit apud scriptores novi Testamenti: & diem crastinum sive posterum ubique significat.
			Cap. 1, 35. *Altera die iterum stabat Joannes*, 4. Januarii, *& respiciens* JESUM *ambulantem dicit, Ecce agnus Dei.* Andreas illo ipso die adducit Simonem ad Christum, versu 41. *In crastinum*, hoc est, postero die, ex quo Simon ad Christum venerat, 5. Januarii, *voluit exire in Galilæam, & invenit Philippum*, qui ad eum adduxit Nathanaël, versu 43. Nunc primum discipulos sibi Christus adjunxit. 86
			Cap. 2, 1. *Et die tertia*, a tertio Joannis testimonio, & ab adventu Simonis, de quo dictum est proxime, cap. 1, 35. *nuptiæ factæ sunt*, 6. Januarii, *in Cana Galilææ*, ... *Vocatus est autem & JESUS & discipuli ejus ad nuptias* ..... *Hoc fecit initium signorum* JESUS *in Cana Galilææ: & manifestavit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli ejus.* Hoc est, primum miraculum, quod Christus edidit ad manifestandam gloriam suam coram discipulis suis, hoc fuit, quod in Cana edidit. Ita *antiquissimi interpretes* apud Chrysostomum & alios, inquit Maldonatus.
			Cap. 2, 12. *Post hoc descendit Capharnaum ipse, & mater ejus, & fratres ejus, & discipuli ejus: & ibi manserunt non multis diebus.* Mansit ergo ibi a VI. Januarii, ad XV. fere Martii, cum est profectus e Galilæa Jerosolymam.
Cap. IV, 18. Vocatio Simonis & Andreæ, & filiorum Zebedæi. Retia relinquunt, ut se Christi præceptis imbuendos tradant.	Cap. 1, 16. Vocatio Simonis & Andreæ, ac filiorum Zebedæi.		
			Cap. 2, 13. *Et prope erat Pascha Judæorum. Et ascendit* JESUS *Jerosolymam*, cum discipulis: *& invenit in templo vendentes:* circiter XXII. Martii. *Cum autem esset Jerosolymis in Pascha, in die festo*, XXVII. Martii, *multi crediderunt in nomine ejus.*
			Cap. III. Docet Nicodemum.
			Cap. III, 22. *Posthæc venit* JESUS *& discipuli ejus in terram Judæam, & illic demorabatur cum eis; & baptizabat. Erat autem & Joannes baptizans in Ænnon juxta Salim, quia aquæ multæ erant illic.* ... NONDUM *enim missus fuerat Joannes in carcerem:* quamvis in Ænnon, atque adeo in Galilæa baptizaret, & in ditione Herodis tetrarchæ.
			Cap. IV, 1. *Ut ergo cognovit* JESUS, *quia audierunt Pharisæi, quod* JESUS *plures discipulos facit, & baptizat, quam Joannes* ..... *reliquit Judæam, & abiit iterum in Galilæam.* Adhuc igitur Joannes baptizat. Hic secundus est in Galilæam Christi regressus, ex his nempe quos Joannes describit, ut ait Toletus. Transit Christus *per Samariam:* mulierem Samaritanam docet, exeunte Aprili.
			Cap. IV, 43. *Post duos autem dies exiit inde, & abiit in Galilæam.* ...... *Exceperunt eum Galilæi, cum omnia vidissent, quæ fecerat Jerosolymis in die festo: & ipsi enim venerant ad diem festum Pascha.*
			Cap. IV, 46. *Venit ergo iterum in Cana Galilææ*, ubi *reguli filium* sanat, *qui infirmabatur Capharnaum. Hoc iterum secundum signum fecit* JESUS, *cum venisset a Judæa in Galilæam.* Ut hæc secunda profectio in Galilæam est, ita & secundum miraculum, ex his quæ Joannes ibi patrata a Domino coram discipulis suis narravit.

MAT-

	MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
87	Cap. IV, 23. *Circuit totam Galilæam, docens in synagogis eorum ..... & sanans omnem languorem.*	Conjectus in carcerem circa hoc tempus Joannes Baptista videtur: quamvis alibi ex argumenti occasione, non pro serie rerum ac temporum, id referant sacri scriptores.		
	Cap. V. VI. VII. Sedens in monte docet discipulos suos beatitudines, & præcepta atque consilia Evangelica.			
	Cap. VIII, 1. *Cum descendisset de monte*, sanat leprosum.			
	Cap. VIII, 5. Introit Capharnaum.		Cap. V, 1. Vocatio Apostolorum altera, qua relictis omnibus Dominum sequuntur.	
	Cap. VIII, 23. Sedat mare.	Cap. IV, 35.	Cap. VIII, 22.	Cap. V, 1. *Post hæc erat dies festus Judæorum*, & ob id *ascendit* JESUS *Jerosolymam*. Ad piscinam sanat ægrum. *Erat autem Sabbatum in die illo*, quo ægrum sanavit: ipso die festo, ob quem ascenderat JESUS Jerosolymam: atque adeo XV. Septembris. Nam festum fuit feria *6.* die XIV.
	Cap. IX, 1. Sanat paralyticum.	Cap. 2, 1.	Cap. V, 17.	
	Cap. IX, 9. Matthæum vocat.	Cap. 2, 14.	Cap. V, 27.	
	Cap. IX, 35. Ubique prædicat in synagogis, sanans infirmitates.			
		ANNO XXXII.		
	Cap. X. Elegit duodecim Apostolos. Mense Januario, ut videtur.	Cap. 3, 13. usque 22.	Cap. VI, 12. Docet Apostolos iterum beatitudines.	
	Cap. XI, 2. *Joannes autem cum audisset in vinculis opera Christi*, mittit ad illum nuncios.		Cap. VII, 17. *Et exiit sermo* de filio viduæ suscitato, & Joannes *misit ad* JESUM.	Cap. V, 35. Christus de Joanne. *Ille* ERAT *lucerna ardens & lucens.* Detentum in carcere, prohibitumque lucere, hoc est, prædicare, significat.
	Cap. XII, 1. Discipulos spicas sabbato vellentes excusat. Die prima Martii, cum veniret Christus Jerosolymam.		Cap. VI. *Factum est autem in sabbato secundo primo, cum transiret per sata*, &c.	
	Cap. XII, 9. Manum aridam sabbato curat, die 22. Martii, in synagoga Galilææ. Vitans Pharisæos, *recessit inde.*	Cap. III, 1. Cap. III, 7. *Cum discipulis suis secessit ad mare.*	Cap. VI, 6.	
88	Cap. XIII. Sedens in navicula docet, atque adeo in Galilæa. Deinde *veniens in patriam suam, docebat eos in synagoga.*	Cap. IV, 1. Cap. VI, 2. *Facto sabbato cœpit in synagoga docere*, XXIX. Martii.	Cap. VIII.	
	Cap. XIV, 1. Herodes audita Christi fama terretur.	Cap. VI, 14. Herodes decollaverat Joannem in carcere, sub diem XX. Martii.	Cap. IX, 7.	
	Cap. XIV, 15. Satiat Christus quinque millia virorum ex quinque panibus.	Cap. VI, 30.	Cap. IX, 10.	Cap. VI, 1. *Trans mare Galilææ, quod est Tiberiadis*, satiat quinque hominum millia. *Erat autem proximum Pascha.* Pascha fuit die XIII. Aprilis, feria prima.
	Cap. XV. Scribas & Pharisæos arguit: secedit in partes Tyri & Sidonis: alterum edit annonæ multiplicatæ miraculum.	Cap. VII. Cap. VIII.		
	Cap. XVI. Pharisæi & Sadducæi tentant illum. Petrus Christum confitetur, in partibus Cæsareæ Philippi.	Cap. VIII, 11. Cap. VIII, 27.	Cap. IX, 18.	
	Cap. XVII, 1. Transfigurat	Cap. IX.	Cap. IX, 28.	

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
se Christus, mense Augusto, ut videtur.			
Cap. xvii, 23. *Et cum venissent Capharnaum*, solvit Christus pro se & Petro didrachma, ineunte Tisri, xxiii. Septembris. Didrachmum, qui	Cap. ix, 32.		

siclus ubique est in sacris litteris, duplex drachma est, sive duo argentei denarii, hoc est, pecuniæ nostratis asses viginti: modus tributi sive census in capipita, qui Herodi Galilææ Tetrarchæ pendebatur ab unoquoque patre-familias, & qui patris-familias instar esset, Magistro quolibet. Unde dicunt isti: *Magister vester non solvit didrachma?* In Galilæa hæc gerebantur, ubi Capharnaüm fuit. Census Cæsari datus, denarius tantum, sive drachma una fuit, non didrachma; hoc est, non asses viginti, sed decem tantum, ut constat ex Matth. xxii, 19. Tributum a Deo impositum in lege ad usum Templi, quod ipsum tributum Cæsar ad se transtulerat, ipso in se recipiente sarta tecta Templi, ejusdem pretii fuit. Didrachma igitur neque tributum Cæsari persolvendum fuit, neque illud quod in lege imperatur, Exod. xxx, 13, 16. Neque istud certe a Cæsare exigebatur in Galilæa; sed in Judæa dumtaxat; ex quo facta ea esset Augusti provincia.

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
		Cap. ix, 51. Samaritani nolunt Christum recipere euntem in Jerusalem: circiter diem i. Octobris.	
		Cap. x. *Post hæc designavit Dominus & alios septuaginta duos*, &c.	
		Cap. xi. Docet iterum quomodo sit orandum.	
		Cap. xii. Multa doctrinæ Evangelicæ placita.	
		Cap. xiii. Audit de Galilæis occisis a Pilato, in festo Expiationis, qui dies 3. Octobris pro Galilæis. Nuncius ad JESUM ipsa die, vel postridie mane pervenit, cum abiret in Galilæam, e Judææ confinio, ubi erat.	Cap. vii, 1. *Post hæc ambulabat* JESUS *in Galilæam*, hoc est, versus Galilæam: *non enim volebat in Judæam ambulare .... Erat autem in proximo dies festus Judæorum, Scenopegia. Ascendit ad diem festum.* Scenopegia, die xv. mensis septimi: vii. Octobris.
		Cap. xiii, 10. Sabbato curat mulierem in synagoga, die iv. Octobris.	
		Cap. xiii, 31. Cum esset Christus in Galilæa, Herodes voluit eum occidere.	
			Cap. vii. Docet in Templo.
			Cap. vii. In templo absolvit mulierem adulteram: & docet in gazophylacio.
89			Cap. ix. Cœco a nativitate visum sabbato restituit.
			Cap. x. Varia doctrinæ Evangelicæ capita.
		Cap. xiv. xv. xvi. xvii. xviii. Regressus in Galilæam, sanat ægros, & docet in parabolis.	
Cap. xix. *Migrat e Galilæa*, &c.	Cap. x.		Cap. x, 22. *Facta sunt Encænia Hierosolymis, & hiems erat.* Die xv. Decembris. *Et ambulabat* JESUS *in templo ...... Inde abiit iterum trans Jordanem, in eum locum ubi erat Joannes baptizans primum*; nempe priusquam in Ænnon veniret. E duobus locis, in quibus Joannem baptizasse Joannes Evangelista prodidit, ipse priorem locum nunc a se designari admonet.

Anno

MATTHÆUS.	MARCUS.	LUCAS.	JOANNES.
Cap. xx. *Ecce ascendimus Jerosolymam*, &c.	Cap. x, 31.	Cap. xviii, 31. Cap. xviii, 35. *Cum appropinquaret Jericho*, cœco visum reddit, ante ingressum.	
	Cap. x, 46.	Cap. xix, 1. *Et ingressus perambulabat Jericho.*	
Cap. xx, 29. Egrediens Jericho; cœcis duobus visum reddit.	Cap. x, 46. Cœco uni nomen Bartimæo fuit.		Cap. xi. E Jericho revocatus, Lazarum suscitat.

Cap. xxi. Sequitur ingressus in Urbem Hierosolymam, ceteraque quæ in mense Nisan anni xxxiii. exposuimus.

90 1. *Quibus annis Christus Pascha Jerosolymis egerit.*

EX illa jam dispositione Evangeliorum quinque sunt in primis consectaria. Primum est: Christum Dominum Pascha Hierosolymis non egisse, præterquam in annis *Badu* xxxi. & xxxiii. Anno enim tricesimo, nisi propter baptismum, e Galilæa pedem non extulit. Anno similiter xxxii. ibidem permansit usque ad festum Scenopegiæ. Quid quod & primum Pascha, quo functus est, tantum duodennis, anno scilicet xiii. æræ Christianæ, ut notavimus, *Badu* fuit? quasi noluerit Hierosolyma ad diem Paschæ se conferre, aut certe ejus in eam urbem adventum illo die festo litteris consignari, nisi quo anno gens Galilæa propemodum universa ad Phase celebrandum Hierosolymam convolaret, atque adeo eo anno qui *Badu* foret.

2. *Quibus annis tota gens Galilæa Pascha in Templo perageret.*

Secundo: Videri a Joanne ipso animadversum, Galilæis morem fuisse, multo majore frequentia ad festum Paschæ annis *Badu*, quam ceteris annis, aliisve diebus festis confluere: nempe cum de Paschate anni xxxi. hæc refert, cap. iv, 45. *Exceperunt eum Galilæi, cum omnia vidissent, quæ fecerat Jerosolymis in die festo: & ipsi enim venerant ad diem festum.* Quasi dicat, annum illum fuisse hujusmodi, quo Galilæorum vices rediissent, ut venirent turmatim, ac numerosiore multo cœtu ad diem festum: nempe quod his annis lege constituta a majoribus tenerentur patresfamilias Templum adire, & ibi Phase mactare: quod in cujusque arbitrio positum reliquis annis fuit: quamquam omnibus annis eo plurimi religionis studio convolarent. Itaque Christus Dominus salutari suæ passioni annum illum selegisse potest videri, quo utraque gens fere universa, Juda & Israël, Hierosolymam convenisset.

Neque vero Herodem ipsum tetrarcham Galilææ,
91 qui, ut alii multi gentiles, ascendere solitus erat, ut adoraret in die festo Paschæ, Joan. xii, 20. Hierosolymis sacræ litteræ adfuisse narrant, cum suis Herodianis, præterquam in annis *Badu*, xxxiii. & xliii. quasi non eo ventitaret, ut privati plerique omnibus annis consueverant ad adorandum: sed quibus annis dumtaxat jus esset universæ suæ ditioni priore loco in Pascha Hierosolymitano Templo velut potiri, atque ibi dominari.

3. *Quot paschata Christus a baptismo peregerit.*

Tertio: A Christi baptismate usque ad ejusdem obitum, quatuor Paschata numeranda esse, computato supremo quo obiit: tametsi tria tantum a Joanne commemorantur: qui primum idcirco prætermisit, quoniam res gestas a Domino narrare exinde tantum aggressus est, ex quo Judæis Christus primum innotuit, Joanne scilicet honorificum de ipso testimonium sacerdotibus eorum ac levitis perhibente: cum & ibi cogere discipulos Christus cœpit, & coram ipsis gloriam suam edito mox in Cana signo manifestare. Itaque res a Christo gestas anno priore prædicationis in Galilæa Joannes silentio præterivit: quoniam ut ceteris Evangelii scriptoribus præcipua cura fuit memoriæ prodere, quæ Christus in Galilæa fecisset: ita Joanni consilium fuit, ea in primis commemorare, quæ in Judæa & cum Judæis egit, ex quo discipulos sibi adjunxit. Annus autem prior κηρύξεως post baptismum in Galilæa integer absque ullo discipulorum comitatu transactus est: eoque nomine prætermissus a Joanne. Quod quia non est adhuc animadversum a quoquam, ut quidem opinor: inde effectum est, ut in magnas incurrant salebras Harmoniarum Evangelicarum conditores: versus & sententias Evangelistarum discerpant ac dividant: res diversis locis ac temporibus gestas permisceant: tempus denique prædicationis Christi, ut nunc alia σφάλματα sileam, breviore intervallo definiant. Quæ vero instituta a nobis est dispositio Evangeliorum, ut est simplicissima & expedita, ita docet aperte prædicationem Christi tribus omnino annis & quatuor Paschatibus circumscribendam esse: quorum
Paschata duo dumtaxat, quæ *Badu* erant, hoc est, 92
propria Galilæorum, Hierosolymis peregerit: alia duo in Galilæa, μνημονικά tantum.

4. *Quis sit* dies festus Judæorum, *Joan.* v, 1.

Quarto: Diem festum Judæorum, de quo Joannes capite quinto, versu primo, non esse festum Paschæ, ut quidam arbitrantur: sed festum Expiationis, die decima mensis Tisri. Tum quia si Pascha esset, haud dubie a Joanne ita vocaretur, qui alia tria Paschata nominatim appellavit: tum quia si Pascha illud fuit, annum integrum ab rebus gestis & miraculis propemodum vacuum relinqui necesse est: tum denique quod, ut Joannes admonet, versu nono, *erat sabbatum in die illo*, quo paralyticum Christus sanavit, postridie sui in Urbem adventus. *Post hæc*, inquit initio capitis, *erat dies festus Judæorum, & ascendit* JESUS *Jerosolymam.* Hoc est, & ut hoc festum Hierosolymis celebraret, ascendit pridie in eam civitatem: nam postridie, cum ægrum sanavit, *erat sabbatum in die illo.* Quippe ultra diem posterum ab illo adventu Domini in Urbem sanctam, differri hoc miraculum, contextus orationis vetat. Toto autem anno Judaïco xxxi. hoc est, a Nisan usque ad Nisan, nullus omnino dies festus in sabbatum incurrit, præter festum Expiationis: Et ordo præterea rerum
gestarum, quæ a Joanne narrantur, si cum Matthæo 93
& reliquis conferatur, hunc omnino locum atque

hoc tempus exposcit, ut vidimus: Igitur festum Sortium necesse est hoc loco intelligi. At dies festus Expiationis, quem celebrari mos fuit & est hodieque die decima mensis Tisri, eo anno cadit in sabbatum. Neomenia quippe media Tisri, anno Christi XXXI. fuit die quinta Septembris, 15′ 30″ post meridiem. Quare Neomenia civilis Tisri, festumque Tubarum, fuit die VI. Septembris, feria quinta, littera Dominicali C. ex quo dies decima, qua festum fuit Expiationis, Hierosolymis sabbatum fuit, XV. Septembris.

Nec tamen hic ipse dies festus, (quod est obiter dicendum, quoniam id palam facit quam apte inter se & cum Evangelio opinionis nostræ capita cohæreant:) nec dies, inquam, festus hic ipse in sabbatum incurrit, ut sacer Evangelii scriptor ponit aperte, nisi Neomenia civilis repetatur, ut diximus observatione quinta, a conjunctione luminarium, seu vera, seu media, exclusa φάσει. Hinc autem apparet, quod observatione quinta promisimus, pag. 24. dici nihil verisimilius posse, quam a conjunctione media luminarium Neomeniam olim defixisse Judæos: siquidem hoc si ponatur, percommode explicatur, in quos dies incurrant dies festi omnes, quorum est in Evangelio mentio: 1°. *Dies festus Judæorum*, Joan. V, 1. 2°. Sabbatum δευτερόπρωτον. 3°. *Dies festus medians*. 4°. Supremum ipsum Christi Pascha. 5°. *Dies azymorum* ante Pascha, anno XLIII. Act. XII. De quibus rebus nihil certi aut veri videtur pronunciari posse, si ἀπὸ τῆς φάσεως Neomenia statuatur. Ergo a conjunctione media computasse Judæos simillimum veri est: nec istæ, opinor, observationes formam anni veteris Judaïci, qualem descripsimus, in-
94 geniose ac subtiliter effictam, sed veram, receptamque fuisse apud Judæos atque usitatam, expressis auctoritatibus nec dubiis argumentis probant.

5. *Quid sit sabbatum δευτερόπρωτον.*

Quinto: Ex serie rerum quas Matthæus commemorat, haud immerito colligi, sabbatum δευτερόπρωτον, de quo tantopere disceptatur, nihil aliud quam sabbatum primum secundi mensis sive intercalaris fuisse, quem *Adar secundum* etiamnum vocant. Nam ut aliorum mensium sabbata appellabantur, Nisan primum, Nisan secundum, Nisan tertium, Nisan quartum: Ijar primum, Ijar secundum, & sic de reliquis: ita secundi Adar sabbata designari brevius commodiusque non potuerunt, quam si diceretur, secundi primum, secundi secundum, secundi tertium, secundi quartum. Fuit illud sabbatum anno isto XXXII. æræ Christianæ, dies prima Martii, littera Dominicali E. Neomenia civili in illum ipsum diem cadente. Tunc spicæ in illo tractu pæne maturæ fuerunt. Quamquam manipuli oblatio fieri solita postridie diei Paschæ, siquidem Philonem audis, libro de septenario, pag. 32. vel Majemonidem, non ex tritico, sed ex hordeo fuit. Sementem vero fieri solitam medio mense Tisri, toto mense Marchesvan, & usque ad medium Casleu: messem deinde a medio Nisan inchoari, traditur in Seder Nezikin, cod. Bava metzia, sive Porta media, fol. 136, 2. Menses denique quatuor ex vulgi sententia frugibus maturandis sufficere Christus ipse admonet, Joan. IV, 35. Ergo quæ satæ fuerant ineunte Marchesvan segetes, erant maturæ die prima Martii: tametsi propter Pascha oblationemque manipuli, usque in medium Nisan messis differretur.

Quod si probabilis autem videtur hæc nostra conjectatio de sabbato δευτεροπρώτῳ, effici ex ea necesse est, neque annum XXIX. æræ Christianæ, neque XXXI. neque XXXII. neque XXXIV. idoneos esse supremo Christi Paschati designando: siqui- 95
dem in annum Julianum, qui Christi Domini obitum antecessit, cadere necesse est sabbatum δευτερόπρωτον, mensemque intercalarem: non cadit autem in annos XXVIII. XXX. XXXI. aut XXXIII.

Consectarium præterea ex eo videtur, non fuisse mensem intercalarem vagum incertumque, & in arbitrio Synedrii positum, ex frugum maturitate censentis, quo ille anno inserendus esset: ut cum Talmudistis Majemonides fabulatur: sed id jamdudum certis definitum legibus, statisque affixum annis, juxta legem antea memoratam, *Ter, ter, bis, ter, ter, ter, bis*. Siquidem hoc anno XXXII. Juliano segetem messi fere maturam fuisse in Evangelio legimus sex ipsis hebdomadibus ante Pascha. Ergo jam & illis temporibus Enneadecaëteris, sive cyclus decemnovennalis apud Judæos in usu fuit, quem illæ voces artificiosæ indicant *ter, ter, bis*, &c. vel quod eodem recidit, *Ter, ter, ter, bis, ter, ter, bis*. Nec tamen a Metone, cui vulgo tribuitur, sed a Chaldæis potius, animadversus primum fuisse videtur: a quibus deinde transmissus est ad Judæos, ab his denique ad Christianos.

Hæc fere sunt, quæ de supremo Christi Domini Paschate dicenda habuimus: quæ speramus eo verisimiliora visum iri, quod & Evangelicos scriptores inter se nullo labore conciliant, & sensu nativo ac proprio verba singulorum interpretantur, & secum omnia aptissime atque cum regulis Astronomicis plane congruunt: & Judaïcorum denique rituum originem, sensum, atque usum, ponere videntur ante oculos.

INDEX
RERUM ALIQUOT INSIGNIORUM.

Azymi

Permissio.

Ego Ludovicus Genevray, Societatis Jesu Provinciæ Franciæ Provincialis, potestate mihi facta a Reverendo Patre nostro Thyrso Gonzalez, Societatis nostræ Præposito Generali, facultatem concedo Patri Joanni Hardoüin, ut librum *De Supremo Christi Domini Paschate*, quem composuit & quem tres ejusdem Societatis nostræ Theologi approbarunt, in lucem edere possit. In cujus rei fidem has litteras manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus Parisiis, die septima Maji, anno millesimo sexcentesimo nonagesimo tertio.

Lud. Genevray.

EXTRAIT

EXTRAIT DU TRAITÉ

du P. H. Sur la derniere Pâque de Nôtre Seigneur.

DIALOGUE.

IRENE'E. Je viens de parcourir le Traité du P. H. sur la derniere Pâque de Nôtre Seigneur: l'avez vous lû?

EUSEBE. Je n'en ai vû que l'Extrait dans le dernier Journal, parce que le Livre ne m'est pas encore tombé entre les mains. Mais puisque vous l'avez parcouru, faites-moi la grace de me dire sincérement ce que vous en pensez. Car l'Auteur du Journal m'est suspect sur le chapitre de ce Pére. Et comme c'est une matiére que je n'ai jamais approfondie, sur laquelle néanmoins je serois presentement bien aise de prendre un parti seur: trouvez bon, afin que je m'en instruise à fonds, que je vous fasse quelques interrogations, & que je vous propose librement quelques doutes, que la lecture du Journal m'ont fait naître. Mais commencez d'abord, je vous prie, par m'exposer vous même en quoi consiste le point de la difficulté.

IRENE'E. Voilà ce dont il est question. Les trois premiers Evangelistes rapportent que N. Seigneur mangea la Pâque, & qu'il mourut le premier jour des Azimes, aprés avoir fait la Pâque le jour précedent. Au lieu que S. Jean marque expressément que les Juifs ne mangérent la Pâque, que le soir aprés que N. Seigneur eut été crucifié. Ainsi ces deux textes paroissent contraires. Et pour les concilier, on cherche encore aujourd'hui une voie, qui contente plus que toutes celles qu'on a imaginées jusqu'ici: n'y en ayant aucune, qui ne prenne quelque texte des Evangiles dans un sens forcé. Le P. H. croit en avoir rencontré une, qui n'est point sujette à cet inconvénient: & qui a l'avantage de prendre toutes les expressions de l'Ecriture dans leur sens le plus naturel, & à la lettre. Il dit donc que la Terre Sainte étoit alors partagée principalement en deux Provinces, extrémement peuplées, & également attachées à la Loy: sçavoir la Judée, & la Galilée: (on laisse à part les Samaritains, qui étoient schismatiques:) & que comme les Juifs & les Galiléens ne pouvoient pas faire la Pâque tous ensemble, dans un espace de temps aussi court qu'est celui que la Loi prescrit pour cela, la Synagogue avoit reglé, que les uns la celebreroient un jour, & les autres le lendemain. N. Seigneur donc, qui étoit Galiléen par élection de domicile, fit la Pâque avec ses Disciples, qui étoient aussi Galiléens, le soir qui étoit marqué pour ceux de leur Nation: & les Juifs de Jérusalem avec la Judée, la différerent au lendemain. Il infére delà que les trois premiers Evangélistes parlent de la Pâque des Galiléens, & S. Jean de celle des Juifs.

EUSEBE. Ce dénouëment paroit assez heureux: mais surquoi l'appuie-t'il?

IRENE'E. Il montre d'abord la nécessité qu'il y avoit d'en user ainsi: parce qu'à la Pâque qui se fit la dix-huitiéme année du regne de Josias, quoi qu'il ne s'y trouvât presque personne de la Galilée, les Prêtres furent neanmoins occupez à l'immolation de la Pâque, jusqu'à la nuit: qu'ils remplirent par consequent tout le temps qui étoit destiné à cela par la Loi: & qu'il n'étoit pas permis de l'étendre. J'ai fait des marques aux endroits où le P. H. prouve ce fait: ouvrons le livre, que j'ai apporté exprés: c'est à la page 13. 14. & 32. Lors donc qu'aprés plusieurs siécles la Galilée se vint joindre, comme elle égaloit à peu prés la Judée, pour la multitude des Juifs qui s'y étoient établis, il falut partager la Pâque en deux jours: les Galiléens pouvans s'y trouver en assez grand nombre pour remplir à leur tour, aussi bien que les Juifs, les trois heures à peu prés que la Loi détermine pour l'immolation. Voici les endroits où le P. H. établit ce point-ci. C'est à la page 30. 31. 32. & 33. Il n'y a peut-être nul inconvénient à croire, que du temps de Salomon même, & avant la séparation des dix Tribus, on ait pû observer le même réglement, & séparer ainsi Juda & Israël en deux bandes. Car si l'Ecriture n'en dit mot, on peut répondre, que c'est qu'elle ne fait mention d'aucune des Pâques qu'on célebra sous ce regne là: qu'ainsi il n'y a pas lieu de s'étonner, s'il n'y est point parlé de deux Pâques distinguées, puisqu'il n'y est pas dit un seul mot de la Pâque même. Mais la présomption sera toûjours assez forte pour persuader qu'il se fit déslors quelque division semblable, si le besoin en étoit égal: c'est à dire, si l'affluence des Israëlites à Jérusalem pour la Pâque & pour les autres fêtes, étoit aussi nombreuse, que du temps de N. Seigneur: surquoi le silence de l'Ecriture empêche de rien déterminer positivement. Ainsi quoi qu'il en soit du temps de Salomon, dont il ne s'agit point ici, le point consiste à montrer que du temps de Nôtre Seigneur les Galiléens étoient separez des Juifs pour faire la Pâque comme le P. H. le soûtient.

EUSEBE. Avance-t'il cela de son chef, ou s'il en produit quelque preuve?

IRENE'E. Il en apporte des conjectures assés fortes. Il fait voir d'abord par S. Luc au chapitre treiziéme, que les Galiléens sacrifiérent dans le Temple a la fête de l'Expiation, séparément d'avec les Juifs. Cherchons l'endroit; c'est à la page 34. & 35. Cet exemple ne doit-il pas servir de préjugé, pour en inférer, qu'ils pouvoient aussi sacrifier de même séparément l'Agneau Pascal? M. le Président Cousin a-t'il rien trouvé à redire sur cette remarque?

EUSEBE. Non: mais je souhaitterois quelque preuve plus specifique, & plus déterminée pour la fête de Pâque.

IRENE'E. Voici peut-être dequoi vous satisfaire. C'est un usage constant chez les Juifs encore aujourd'huy, dont tous leurs Auteurs & leurs Calendriers font foi, que la fête des Pains azimes est de huit jours, au lieu que la loi n'en marque que sept: & que les deux premiers jours sont deux jours de Fête, encore que la Loi n'en ordonne qu'un. Et ce n'est pas seulement à Pâque: c'est encore à toutes les autres solennitez, jusqu'aux Néomenies, qu'ils doublent ainsi les jours de Fête. Ce qui a donné lieu, ce semble, aux Espagnols, de dire plaisamment, *Que les Juifs se ruinent en Pâques, & les Chrétiens en procés.* Si nous recherchons maintenant, d'où a pu venir cette coûtume parmi eux, il ne semble pas qu'on puisse en apporter de raison, qui ait plus d'apparence de verité, que celle-ci: sçavoir, que hors de la Paléstine on a toûjours chommé comme un jour de fête, le jour de la Pâque des Galiléens, & celui de la

la Pâque des Juifs : & les autres fêtes de même : parce que les Juifs dispersez par tout le monde étoient de ces deux Nations là : & pour cela ils joignoient consécutivement les deux jours différens, que les deux Nations prenoient dans la Paléstine pour célébrer la fête. Car c'est une conjecture assez mal fondée, que de dire, comme quelques uns ont imaginé, que c'est parce qu'ils ne sont pas assurez du vrai temps de la conjonction de la Lune avec le Soleil : vû premiérement qu'on ne peut être là-dessus mieux instruit, que les Juifs le sont aujourd'hui : & que d'ailleurs Dieu n'a jamais demandé autre chose des Juifs, sinon le quinziéme jour du premier mois pour la Pâque, à quelque point que ce fût qu'ils fixassent le premier jour, surquoi la loi n'a rien déterminé. Aussi cette conjecture a été d'abord rejettée des sçavans. Or pour revenir au point où nous en étions, cette coûtume & cet usage de doubler toutes les fêtes, est de temps immemorial chez les Juifs : & quiconque connoit le génie de ce peuple, tombera aisément d'accord, qu'il est aussi peu capable de souffrir l'introduction d'une coûtume aussi singuliére que celle-là : qu'il est éxact & fidéle à observer inviolablement les anciens usages.

Eusebe. Mais vous ne prouvez pas, que ces huit jours d'azimes aient été en usage du temps de N. Seigneur : & voilà où est la difficulté.

Irene'e. Déslors que je vous ai fait remarquer, que cette Nation est incapable de souffrir la moindre altération, ou la moindre nouveauté dans ses usages, sur tout dans un point si considérable, lequel paroit contraire à la Loi, & qui est néanmoins universellement reçeu par une Nation entiére inviolablement attachée à la loi : vous pouviez inférer de là, qu'il faut une autorité aussi grande, que celle de la Synagogue & du Sanedrin, pour faire recevoir universellement par tout cette Loi. Or depuis la destruction du Temple, cette autorité ni ce Sanédrin ne subsiste plus. Donc cette coûtume, qui ne peut avoir été introduite, que par l'autorité souveraine du Sanédrin, étoit en vigueur avant la destruction du Temple & du Sanédrin. Mais si je vous faisois voir ces huit jours d'azimes dans l'Ecriture même, seriez-vous content?

Eusebe. Il faudroit un passage bien formel là-dessus, pour décider l'affaire.

Irene'e. Au chapitre douziéme des Actes, il est rapporté qu'Herode fit mourir S. Jacques, & fit arrêter S. Pierre : *& c'étoit les jours des azimes*, dit S. Luc. Herode, poursuit-il, donna S. Pierre à garder à une troupe de soldats, *dans le dessein de le faire mourir aprés la fête de Pâque.* Voilà un jour d'Azimes bien marqué dans ce Texte, avant la fête de Pâque. Quand on fit mourir S. Jacques, & qu'on arrêta S. Pierre, les jours des Azimes étoient commencez. Or on n'eût pas osé rien entreprendre de cette nature un jour de fête, que toute action & toute procédure de Justice étoit absolument défenduë, sur tout un jour aussi solennel que celui de la Pâque : cela auroit causé du tumulte parmi le peuple, comme il est marqué dans S. Matthieu & dans S. Marc. Herode, qui vouloit que sa conduite en tout agréât aux Juifs, suivant la remarque de S. Luc, au lieu de gagner les esprits, les eût furieusement offensez, s'il eût manqué de respecter la fête. C'étoit donc un jour non fêté, qu'il fit ces éxecutions : & son dessein étoit de faire mourir S. Pierre à la veuë du peuple. S. Luc ne dit pas le lendemain, comme il eût dû dire, si S. Pierre avoit été arrêté le jour de la fête ; mais aprés le lendemain qui étoit fêté, aprés la Fête, aprés la Pâque, *post Pascha.* Or est-il que la Pâque est néanmoins le premier jour des Azimes, selon la Loi. Le jour d'Azimes donc qui précédoit la Pâque, étoit un jour d'Azimes, que la Synagogue ajoûtoit cette année là, devant le premier des sept que la Loi ordonnoit aux Juifs à Jerusalem : parce que c'étoit le premier des sept que les Galiléens observoient : ce qui fait justement huit jours d'Azimes. Et en ce cas, la fête de Pâque arrivoit entre le premier & le troisiéme des huit jours d'Azimes. Voici l'endroit où le P. H. traite ce point là : c'est à la page 63.

Eusebe. L'Auteur du Journal dit que *cela ne satisfait pas l'esprit.* Car *on peut répondre que les jours des Azimes, & les jours de Pâques étoient les mêmes ; comme il paroit*, dit-il, *par le 14. chapitre de S. Marc, verset premier, & par le 22. de S. Luc, verset 1.*

Irene'e. Ose-t-il bien dire cela ? Il n'a donc pas lû, ou il ne fait pas semblant d'avoir lû la page suivante, où le P. H. se forme cette objection là même, & qu'il y répond au long, en soûtenant qu'on ne peut montrer, soit dans l'Ecriture, ou dans les Rabbins, ni dans aucun auteur ancien, que le mot de Pâque signifie autre chose, que le premier jour des Azimes, précedé de l'immolation de l'agneau, & du sacrifice qui se faisoit à même-temps : que les Juifs encore aujourd'hui dans leur Calendrier ne donnent le mot de Pâque qu'au premier jour des Azimes : & que S. Luc enfin, dans le lieu même que vous venez d'alléguer, n'appelle Pâque que le jour des Azimes qui étoit fêté, & qui étoit tout proche : & par conséquent que le jour des Azimes qui étoit le premier des sept pour les Juifs à Jérusalem. *Appropinquabat dies festus Judæorum, qui dicitur Pascha.* Il ne dit pas, *appropinquabant dies Azymorum, qui dicuntur Pascha :* ce qu'il auroit dû dire, s'il avoit voulu donner à entendre ce que prétend M. Cousin. Pour S. Marc, quand il dit, *Erat Pascha & azyma post biduum*, si M. Cousin s'en rapporte à la Version de Mons, dont le témoignage ne lui paroîtra peut être recusable ou suspect, il ne veut dire autre chose, sinon que dans deux jours devoit *être la Pâque, où l'on commençoit à manger des pains sans levain.* Cela veut-il dire, que les jours de Pâques & les jours des Azimes étoient les mêmes ? Bien au contraire : car quand on dit que l'on commençoit à Pâque, on laisse à penser que l'on continuoit encore aprés Pâque, c'est à dire, les six ou sept jours d'Azymes qui suivoient aprés Pâque. Il faut donc ne pas sçavoir ce que c'est que le mot de *Pâque* chez les Juifs & dans l'Ecriture, & en ignorer tout à-fait la signification, pour avancer que les jours des Azimes & les jours de Pâques étoient les mêmes, puisqu'il n'y avoit dans la Judée qu'un seul jour de Pâque, qui étoit le premier des Azimes, & qu'il y avoit du moins sept jours d'Azimes. D'où il s'ensuit que le jour des Azimes, qui dans les Actes précede le jour de Pâque, étoit nécessairement un jour de surcroit ; & que le Pâque enfin dans saint Luc, au chapitre douziéme des Actes, étoit aussi-bien qu'au chapitre 22. de son Evangile, verset premier, le jour fêté des Azimes, *dies festus Azymorum :* c'est à dire, le premier des sept jours d'Azimes, que la Loi ordonnoit aux Juifs à Jérusalem. Je ne sçai pourquoi le P. H. ne s'est pas servi d'aucun témoignage positif pour appuier ce fait : apparemment c'est qu'il ne l'a pas cru necessaire : car il lui étoit aisé d'en produire. Origene, par exemple, le dit en deux endroits. Premiérement, dans l'homélie neuviéme sur le Lévitique : *In mense primo alia solennitas Paschæ, alia Azymorum : licet conjuncta videatur Azymis Paschæ solennitas. Principium enim Azymorum ad finem Paschæ conjungitur. Pascha autem* ILLE SOLUS DIES *appellatur, in quo agnus occiditur. Reliqui vero Azymorum dies appellantur.* Et puis sur S. Matthieu, dans le Traité trente-cinquiéme : ET DIES *quidem* PASCHÆ UNA *erat : Azymorum autem septem, connumerata videlicet die Paschæ cum ceteris sex.* Voila deux passages bien formels, & qui détruisent entierement la réponse de M. Cousin : car dans l'un & dans l'autre il n'y a point de mot qui ne

ne porte. Ils ne disent pourtant que ce que le P. H. pouvoit supposer n'être ignoré de personne, parce qu'il est en termes clairs au livre second des Paralipoménes, chapitre 35. verset 17.

EUSEBE. Mais ne pourroit-on pas répondre autrement, en disant que le *dies Azymorum*, dont S. Luc parle dans les Actes, & qu'il place avant le jour de Pâque, n'étoit pas le quinziéme jour du mois, auquel on mangeoit les pains sans levain: mais le quatorziéme jour qu'on les préparoit? Si cette réponse pouvoit passer, vôtre systême en seroit un peu ébranlé: car il ne se trouveroit plus dans ce passage là véritablement que sept jours d'Azimes, à proprement parler: & l'on en seroit quitte pour dire que S. Luc n'a pas parlé fort correctement.

IRENE'E. Trouvez bon, Monsieur, que je respecte davantage les Ecrivains sacrez: car plus je m'applique à les étudier, plus je découvre d'exactitude & de justesse dans leurs expressions. D'ailleurs le P. H. assure, (remarquez, je vous prie l'endroit; c'est à la page 25. & 26.) que jamais les Rabbins même, (car pour l'Ecriture la chose est sans difficulté:) pas un seul Rabbin, dis-je, n'a dit ou pû dire, qu'on ait effectivement appellé jour des Azimes, celui qu'on préparoit les pains azimes. Il défie qu'on produise un seul Auteur ancien, qui témoigne qu'en quelque quartier du monde que ce puisse être, les Juifs aient jamais appellé premier jour des Azimes, celui auquel on préparoit les pains azimes avant l'immolation de l'agneau. Le premier jour des Azimes a toûjours été chez les Juifs, dans toutes les Provinces du monde, le quinziéme du premier mois, & le jour qu'on mangeoit l'agneau, à commencer le jour, selon la loi, depuis le soleil couché. Par quelle raison donc peut-on s'obstiner à croire, que S. Luc ait parlé autrement que Moyse, & les Juifs: qu'il ait employé une expression impropre & obscure, tandis que les autres parloient nettement & avec exactitude: & cela non pas une fois seulement dans les Actes, mais encore dans son Evangile: & qu'il ne soit pas tombé seul dans une improprieté si contraire à l'usage, mais encore S. Matthieu & S. Marc avec lui? Laissons ce sentiment à Grotius, qui en est le premier auteur. Il ne sied gueres bien à un écrivain Catholique, d'adopter une imagination si désavantageuse aux Auteurs sacrez, & qui vient d'une source aussi suspecte que Grotius merite de l'être. N'est-il pas plus raisonnable, comme il est aussi plus naturel, de croire que le jour d'azimes, qui précede la Pâque, selon S. Luc dans les Actes, est de méme nature, que le premier jour d'azimes, que S. Luc méme dans son Evangile, avec S. Matthieu & S. Marc place devant le jour de Pâque, dont parle S. Jean? c'est à dire, un jour entier d'azimes, & l'un des huit que les Juifs observent religieusement encore aujourd'hui, sans y comprendre la veille qu'on prépare les pains sans levain, à laquelle ils n'ont jamais donné le nom de jour des Azimes. Outre que le calcul Astronomique vérifie, que l'année 43. de l'Ere Chrêtienne, qui fut celle de l'emprisonnement de S. Pierre, la disposition des jours & des fêtes étoit entierement la même que l'année 33. qui fut celle de la mort de N. Seigneur: je veux dire, que le quinziéme du premier mois, qui étoit le mois pascal, arrivoit également un Vendredi ces deux années là, à le prendre depuis la conjonction du soleil & de la lune dans ce même mois. D'où il s'ensuit, que ce jour des Azimes, qui dans les Actes précede la fête de Pâque, au rapport de S. Luc, est visiblement le même que le premier jour des Azimes, qui dix ans auparavant dans S. Luc même, & dans les deux autres Evangélistes, précedoit le jour solennel de Pâque, dont S. Jean fait mention. Or si cela est, comme toutes les apparences sont pour cette explication, ce jour d'Azimes dans les Actes, ainsi que dans les trois premiers Evangiles, est un premier jour des azimes, *auquel il faloit immoler la Pâque*: jour qui précedoit neanmoins la fête de Pâque: jour de Pâque par conséquent, qui précedoit un autre jour de Pâque. Ne voila donc pas clairement deux jours consécutifs pour la Pâque? Et comment pouvoit-il y en avoir deux, si ce n'étoit que le peuple fût partagé en deux bandes, dont la premiere fût composée des gens du païs; je veux dire des habitans de la Judée: & la seconde, des étrangers?

EUSEBE. Le jour de la Pâque des Galiléens étoit-il fête à Jerusalem?

IRENE'E. Non: & le P. H. le prouve au long; je vais vous marquer les pages; vous les verrez à vôtre loisir. Page 26. 27. 28. Il étoit bien le quinziéme du mois dans la Galilée; & par cette raison l'on permettoit aux Galiléens d'immoler l'agneau dans le Temple ce jour là; mais il n'étoit pas encore le quinziéme pour les Juifs dans la Judée: parce que cette année là ceux-ci comptoient la Néomenie ou le commencement du premier mois un jour plus tard que les Galiléens. C'est comme si le Samedy saint étoit fêté dans vôtre Diocése: cela vous empêcheroit-il de faire ici vos Pâques ce jour la, quoi que vous attendissiez le lendemain, comme on fait ici, pour chommer la fête? Ainsi il étoit fête ce jour-là dans la Galilée pour ceux qui y restoient, & le lendemain seulement à Jérusalem: Et c'est la raison naturelle, comme je vous l'ay dit, pourquoi hors de la Palestine les Juifs gardoient deux jours de fête consécutifs à Pâque, & à chaque Néomenie, c'est à dire, au commencement de chaque mois, comme ils font encore aujourd'hui par tout trés-exactement.

EUSEBE. Il vous reste maintenant à produire quelque preuve, qui vérifie que les Juifs & les Galiléens comptoient le premier jour du mois ou la Néomenie, un jour plus tard les uns que les autres.

IRENE'E. S'il y avoit deux jours pour la Pâque des deux Nations, & si chacune la devoit faire le quinziéme, pour obeïr à la Loi; c'est une conséquence évidente, que le même jour ne pouvoit être le quinziéme pour toutes les deux. Elles devoient donc compter différemment.

Il est pourtant vrai, que le premier jour du mois chez les Juifs se comptoit réguliérement parlant, dés que la Lune se trouvoit en conjonction moienne avec le Soleil. C'est ce que le P. H. établit fort au long, & à plusieurs reprises. Marquons en les endroits: premiérement à la page 15. 16. 17. & puis à la page 65. outre cela page 81. 82. enfin à la page 92. 93. & 94. C'est un amas de preuves, par lesquelles il détruit l'opinion de ceux qui prétendent que les Juifs comptassent depuis la phase, ou la premiere vuë de la Lune: Opinion que Scaliger ne fait point difficulté d'appeller extravagante & ridicule.

EUSEBE. Les Juifs étoient-ils aussi sçavans dans l'Astronomie, que vous me les dépeignez? & sçavoient-ils dés lors ce que c'est que la conjonction moienne?

IRENE'E. Ils le sçavoient en perfection; ils l'avoient appris des Chaldéens, de qui ils avoient receu le Calendrier le plus simple, le plus juste, & le plus ingénieux qu'on puisse imaginer, comme le P. H. le prouve: je vais vous montrer les endroits: page 76. 77. & 95. Calendrier different néanmoins de celui qu'ils ont aujourd'hui: non obstant que celui ci passe encore parmi les habiles connoisseurs, pour le mieux entendu & le mieux concerté de tous les Calendriers qui nous sont connus. Les Juifs comptoient donc alors le premier jour du mois, depuis la conjonction moienne de la Lune avec le Soleil, suivant certaines régles, qui sont expliquées à la page 67. si je m'en souviens bien. Origéne le dit en termes exprés & formels, dans l'homélie 23. sur les Nombres: où décrivant les différentes fêtes des Juifs, il dit de

la Néoménie, qui est le commencement du mois. *Tertia festivitas ponitur Neomeniæ dies, in qua offertur & hostia. Neomenia autem dicitur nova Luna. Est ergo & ista festivitas, cum Luna innovatur. Nova autem, cum Soli proxima fuerit effecta, & VALDE EI CONJUNCTA, ita ut sub claritate ejus lateat.* Et un peu aprés: *Lunæ novæ, id est, cum CONJUNGITUR SOLI, & adhæret ei, observare festivitatem.* S'il a appris cela des Juifs, qu'il se fait honneur quelquefois d'avoir eu pour maîtres: ne doit-on pas reconnoître, que ceux-ci sont bien plus anciens, & par conséquent des témoins plus seurs des coûtumes anciennes, que ne le sont tous les Talmudistes & tous les Rabbins, dont les livres nous sont connus? Le P. H. prouve encore mieux ce principe par le *Tricesima Sabbata* d'Horace: & qui plus est, par l'Ecriture même, dans une explication assez vraisemblable, qu'il donne au passage de S. Jean, chapitre 7. verset 14. *Jam autem die festo mediante.* Marquons l'endroit: c'est à la page 79. jusqu'à 82. Outre que posé ce principe, qui fait compter le premier jour du mois à la conjonction du Soleil & de la Lune, toutes les fêtes dont il est parlé dans les Evangiles, s'expliquent trés-naturellement & sans peine avec le calcul, comme il paroît par la Concorde des quatre Evangélistes, que le P. H. a ajoûtée à la fin de son Traité: sçavoir la fête des Juifs, dont parle S. Jean au chapitre cinquiéme: le Sabbat δευτερόπρωτον de S. Luc, certains autres jours particuliers, & les Pâques marquées dans tout le Nouveau Testament. Au lieu que si l'on vient à s'écarter de ce principe, il est absolument impossible de fixer ces fêtes. Or est-il que l'année 33. que N. Seigneur mourut, si les Juifs firent la Pâque le Samedi, comme S. Jean l'assure, ils ne comptérent pas cette année là le premier jour du premier mois à la conjonction moienne; mais ils la retardérent d'un jour: puisqu'autrement à le prendre depuis la conjonction moienne, ce Samedi eût été le seiziéme, comme il est évident par le calcul Astronomique.

Eusebe. Quelle raison avoient-ils donc d'en user ainsi?

Irene'e. La Loi même du Lévitique, chapitre 24. verset 10. les y obligeoit. Voions l'endroit où le P. H traite cette matiére: c'est à la page 44. & 45. Il faloit *apporter la gerbe* dans le Temple le lendemain de la Pâque: & cela ne se pouvoit faire un jour de Sabbat. Si Pâque par conséquent devoit échoir un Vendredi, en comptant le premier jour du mois dés la Lune se trouvoit en conjonction avec le Soleil, il faloit retarder d'un jour le commencement du mois, pour faire tomber à propos le quinziéme un jour de Sabbat: parce que le lendemain étoit un jour commode pour apporter la gerbe nouvelle depuis les champs jusqu'au Temple.

Eusebe. Vous voulez donc que les Galiléens aïent pris en ce cas le Vendredi pour leur Pâque: mais n'apportoient-ils pas aussi leur gerbe au Temple: S'ils y étoient autant obligez par la Loi, ils ne pouvoient non plus que les Juifs, s'accommoder d'un Vendredi pour y faire tomber leur Pâque, puisque le lendemain étoit également un jour de Sabbat pour eux.

Irene'e. Je l'avouë: mais aussi s'ils n'y étoient pas obligez & s'ils ne le faisoient pas en effet, comme le P. H. le montre, par l'impossibilité morale qu'il y trouve, & par le témoignage des Rabbins même, le Vendredi étoit pour les Galiléens un jour propre à faire la Pâque: & ils n'étoient pas contraints, comme les Juifs l'étoient cette année là, de cesser pour cela de régler le premier jour de leur premier mois, sur la conjonction moienne: qui est la maniére de compter la plus juste & la plus naturelle; dont les Juifs même, avant la jonction des Galiléens, ne s'écartoient que dans ce cas-ci seulement; parce que la Loi, qu'ils observoient trés religieusement, les y obligeoit: encore même alors s'en rapprochoient ils le plus qu'il leur étoit possible, ne s'en éloignant jamais que d'un jour. Ainsi l'année que N. Seigneur mourut, le Vendredi étoit trés-propre pour la Pâque des Galiléens, & il ne l'étoit pas pour celle des Juifs. Delà vient que dans les trois premiers Evangélistes, vous ne trouverez que des Galiléens qui fassent la Pâque le Vendredi: & vous ne trouverez au contraire que les Juifs dans S. Jean, qui la célebrent cette année là le jour du Sabbat. Ces indices seuls ne donnent-ils pas lieu de présumer que les Pâques des deux Nations étoient distinguées: & par conséquent que les Galiléens commençoient alors leur mois différemment des Juifs? Car la loi ne spécifiant précisément que le quinziéme du premier mois, sans déterminer à quel point de la Lune l'on commençoit le mois: & comme c'étoit les Juifs même qui s'étoient prescrit pour cela le temps que la Lune se trouve jointe avec le Soleil; parceque cette methode ajuste bien mieux les mois au cours de la Lune, il leur étoit libre de s'écarter de ce qu'ils avoient reglé eux mêmes, lorsque quelque considération les y obligeoit: telle qu'étoit par exemple l'observation de la loi du Lévitique, dont je viens de parler.

Eusebe. Que veut donc dire l'Auteur du Journal, quand il dit que dans les conséquences que le P. H. tire du passage du Lévitique, il apporte pour preuve ce qui est en question, & qu'il péche par une pétition de principe?

Irene'e. Je vous avouë que j'ay l'esprit si bouché, que je ne vois pas où est cette pétition de principe. Il s'agit de sçavoir si les Juifs pouvoient célébrer le jour de Pâque un Vendredi. Pour prouver que non, l'on allégue la loi du Lévitique, qui marque assez clairement qu'ils ne le pouvoient pas: & l'on ajoûte qu'ils ne pouvoient ignorer la loi, ni le sens de la loi. Y a-t-il là une pétition de principe? Si le P. H. prétendoit inférer du seul passage du Lévitique, que les Juifs, l'année dont il s'agit, firent la Pâque un jour, & les Galiléens un autre, sans doute son raisonnement seroit faux: car le passage n'en dit rien. Il donne seulement à entendre, que dans les années, où le premier jour du premier mois devoit échoir un Vendredi; ce qui auroit fait tomber le quinziéme, qui est le jour de la Pâque, un Vendredi de même: ces années là, dis-je, les Juifs reculoient d'un jour leur Néomenie. Aussi le P. H. ne prétend pas, que la considération des Galiléens ait eu d'abord aucune part dans l'execution de la Loi. Mais dans la suite des tems, quand il falut que les deux Nations fissent à different jour l'immolation de l'agneau dans le Temple, & que cela se fit en partageant alternativement les jours de la semaine entre elles, le Vendredi, dont les Juifs ne s'accommodoient pas, échut en partage aux Galiléens, & naturellement ensuite, la seconde & la quatriéme férie. Et c'est ce qu'ils appellent *Badu*.

Eusebe. Qu'entendez vous par ce mot de *Badu*?

Irene'e. C'est un terme d'Astronomie chez les Juifs, un mot de l'art, composé de trois lettres en Hebreu, qui répondent à ces trois chiffres, 2. 4. 6. & qui veulent dire, que quand la Néoménie, ou le commencement du mois arrivoit une seconde, une quatriéme, ou une sixiéme férie, c'est à dire, un Lundi, un Mécredi, ou un Vendredi, & que par conséquent le quinzieme, qui est le jour de la Pâque, écheoit à pareil jour; alors c'étoit le tour des Galiléens d'immoler l'agneau ces jours là, & les Juifs differoient cette cérémonie jusqu'au lendemain. Si ces fêtes arrivoient l'un des quatre autres jours de la semaine, c'étoit alors les Juifs qui primoient, & les Galiléens attendoient au lendemain, aprés avoir pareillement differé leur Néoménie dans cette veuë là. L'interprétation de la régle *Badu* est fort

fort naturelle, si on la prend dans ce sens là, pour l'alternative des jours de la semaine, partagez entre les Juifs & les Galiléens. Si cette explication n'agrée pas, il faut ou la détruire par quelque témoignage positif, ou en inventer une qui soit plus solide. Car s'obstiner à dire que cela s'est introduit sans raison, & l'avancer sans preuve, ce ne peut être que l'effet d'une mauvaise humeur, qui ne veut pas se laisser déraciner de l'esprit les opinions dont il est préoccupé. Mais c'est ce qui ne satisfera jamais un esprit équitable: vû principalement que l'on tire de tres-grands avantages de cette explication. En effet, outre que cette distinction de jours, termine d'une maniére fort claire la question principale, dont il s'agit presentement: si on la joint encore au calcul, elle montre manifestement & avec évidence, qu'il n'y a que l'année 33. de l'Ere Chretienne, où l'on puisse fixer la mort de N. Seigneur, comme le P. H. l'a fait voir. Cherchons l'endroit: c'est à la page 384. & 385. J'omets les autres conséquences tirées de cette régle, qu'on peut remarquer en parcourant son livre.

Eusebe. Mais puisque la Misne & la Gémare ne disent rien de cette régle *Badu*, ne peut-on pas soupçonner qu'elle est moderne, & plus récente que ces livres-ci?

Irene'e. Le silence des Talmudistes n'est qu'un argument négatif: & cet argument est d'autant plus foible, que les Talmudistes n'ayant écrit que plusieurs siécles aprés cette alternative abolie, ils ont pû entiérement l'ignorer: nonobstant que toute la nation Juifve conservât cette régle, comme elle fait encore fort exactement, avec les deux premiers jours de fête à Pâque, sans sçavoir l'origine de l'un ni de l'autre. N'est-il donc pas vrai-semblable, que les Talmudistes ont eu assez de discrétion, pour n'oser parler d'un usage, dont la véritable cause leur étoit aussi inconnuë, qu'elle l'est encore aux Rabbins de ces derniers siécles? La tradition immémoriale des Juifs, qui se conserve dans leurs Rituels & dans leurs Calendriers anciens & nouveaux, nous suffit: ce sont des témoins beaucoup plus seurs & plus fidéles, que tous les livres Rabbiniques. Il reste seulement à examiner, quel a pû être le motif, qui a porté la Synagogue à établir ces régles. Les Juifs, qui n'ont pas les lumiéres que nous fournissent les Evangiles & les Actes, ne raisonnent qu'à tâtons & diversement sur cette regle *Badu*, quand ils en recherchent la source & la cause. Mais pour nous, ce n'est pas de même. Car quand nous remarquons premiérement dans cette régle un partage alternatif des jours de la semaine, il est aisé d'en inférer, qu'il ne peut avoir été établi, que pour les Juifs & les Galiléens, à moins qu'on n'y donne un sens plus plausible. Aprés cela, quant à son origine, il est clair qu'elle est en usage devant Hérode, si elle se trouve dans les Evangiles & dans les Actes, comme je vous l'ai fait voir: & que ceux qui jusqu'ici ont voulu taxer cette régle de nouveauté, ou qui n'ont pû s'en accommoder, auroient sans doute changé d'avis, s'ils avoient examiné à fonds ce dernier passage des Actes, sur lequel il semble que tous les Interpretes n'ont pas fait toute la réflection necessaire.

Eusebe. Voyez un peu si j'entre dans vôtre pensée. Je comprens bien que ce passage des Actes nous marque un premier jour d'Azimes avant la fête de Pâque; c'est à dire, si j'ose parler de la sorte, une Pâque avant une autre Pâque. Et que si l'on est obligé d'admettre deux jours pour faire la Pâque, on ne peut se défendre de les reconnoitre aussi dans les Evangiles. Qu'il faut ensuite tomber d'accord, que les uns pour cela devoient commencer leur mois un jour plus tard que les autres: puisque tous étoient également obligez de celebrer la Pâque le quinziéme. Or cette diversité de mois ne se peut imaginer raisonnablement dans une même Nation, ou dans une même Province. Il faut donc que les Galiléens aient primé cette année: c'est à dire, que pour faire la Pâque les premiers, ils aient commencé à compter le premier jour du mois, depuis que la Lune s'étoit jointe avec le Soleil: & que les Juifs n'aient compté que du lendemain: puisqu'en effet par le calcul on démontre, (je le suppose ainsi) que sur ce piedlà tout quadre: car le quinziéme jour pour les Galiléens venoit un Vendredi, que N. Seigneur fit la Pâque avec ses Disciples: & le quinziéme pour les Juifs étoit le Samedi suivant, qu'ils célébrérent leur Pâque. Je vois bien encore que tout cela est tres-conforme à la regle que vous appellez *Badu*, qui partage alternativement les jours de la semaine entre les deux Nations, en faisant tomber le Vendredi aux Galiléens, & le Sabbat aux Juifs. Je conviens donc, que c'est là une suite & un enchaînement de conclusions nécessaires, qui viennent naturellement les unes aprés les autres: & qui se tirent toutes de ce seul passage des Actes, quand il est bien développé. Ainsi j'avouë, que cette alternative des deux Pâques pour les deux Nations, est un dénouëment bien inventé & tres-commode: car cette distinction posée, il ne reste plus la moindre difficulté. Mais Josephe aprés tout n'en dit mot.

Irene'e. Tant pis pour lui. Le massacre des Innocens par Hérode, & le miracle continuel de la piscine probatique à Jerusalem, l'histoire de Judith, avec celle de Tobie, sont des faits incontestables, & d'ailleurs assez éclatans pour enrichir une histoire: en sont-ils moins certains, parce que Josephe n'en dit mot?

Eusebe. Ce n'est pas seulement Josephe, qui ne dit rien de ces deux Pâques: pas un Interpréte de l'Ecriture, ancien ou moderne, pas un Ecrivain Ecclésiastique, pas un Pére, ne s'est avisé de prendre ce tour là.

Irene'e. Les Anciens nous ont laissé bien des points à défricher: cette difficulté-ci est du nombre de celles qu'ils n'ont pû debroüiller. Sans aller plus loin, si le P. H. pouvoit avoir réüssi dans la Concorde des Evangiles qu'il a dressée, & qui lui est assurément particuliére: ce qu'il y avance touchant le *dies festus Judæorum* du chap. 5. de S. Jean, & touchant le *Sabbatum* δευτερόπρωτον de S. Luc, a été également inconnu à ceux qui ont examiné ces articles avant lui. En est-il pour cela moins recevable? Du moins le calcul Astronomique, joint à la suite naturelle des Evangiles, est visiblement pour lui dans tous ces articles. Or il en pourroit bien être le même des deux Pâques, quoi qu'elles n'aient pas encore été remarquées dans le passage des Actes, ni dans les trois premiers Evangélistes comparez avec S. Jean, d'où le P. H. les tire. S'étoit-on donc de même apperceu avant lui de la séparation des Galiléens d'avec les Juifs, pour leurs sacrifices, qu'il découvre au chapitre treiziéme de S. Luc? Quelqu'un a-t'il fixé les années, les mois, les semaines & les jours, qui sont spécifiez dans les Evangiles, comme il les justifie d'une maniére qui lui est particuliére, & néanmoins trés naturelle par le calcul Astronomique?

Eusebe. A propos de calcul, le P. H. soûtient, au rapport de M. Cousin que des quatre Pâques rapportées par les trois premiers Evangélistes, depuis le baptême de N. Seigneur, il y en eut deux, sçavoir celle de l'année trente-uniéme, & celle de l'année trente-troisiéme de l'Ere Chrétienne où les Galiléens la firent aussi un jour plûtôt que les Juifs. *Mais*, dit M. Cousin, *le calcul n'établit pas la distinction de ces jours là: & il seroit à souhaiter que nous en eussions d'autres preuves.*

Irene'e. Ce rapport premierement que fait M. Cousin n'est pas fort fidéle. Il fait faire une bévuë au P. H. à laquelle il n'a jamais pensé. Car il n'a jamais

mais dit que les trois premiers Evangélistes aient parlé des quatre Pâques qui se sont passées depuis le baptême de N. Seigneur. Pas un d'eux n'a dit un seul mot des trois premiéres : S. Jean seul a marqué les trois derniéres : & les trois premiers Evangelistes n'ont parlé que de la quatriéme Pâque, où N. Seigneur mourut. C'est un défaut d'exactitude, que M. Cousin n'auroit pas manqué de relever, si quelqu'un l'avoit averti qu'il fût échapé au P. H. Mais venons au fait. Il faudroit n'être pas raisonnable, pour prétendre que le calcul seul établisse cette distinction de jours pour les Galiléens & pour les Juifs. Nous apprenons bien par le moien du calcul, si quel est le premier jour de tel mois telle année, quel est le quinziéme, & ainsi des autres. Le calcul ici ne conduit pas plus loin. Mais voici ce que le calcul établit avec l'Ecriture, selon le P.H. Quand je sçai par le calcul quelle année, à compter les jours depuis la conjonction moienne, le jour de Pâque échut un Lundi, ou un Vendredi, jours destinez pour la Pâque des Galiléens, comme je le suppose ici établi d'ailleurs: & que des quatre derniéres années de N. Seigneur, cela n'arrive qu'aux années 31. & 33. on conclud de là avec assez de probabilité, que de ces quatre Pâques il n'y eut que celles des années 31. & 33. ausquelles les Galiléens dûssent primer pour la Pâque, si l'Evangile avec cela ne nous apprend pas que N. Seigneur soit venu de la Galilée à Jérusalem pour la Pâque, hors de ces deux années là même: quoi que S. Jean ait pris à tâche de marquer toutes les Pâques depuis les Nopces de Cana, aussi-bien que les lieux où N. Seigneur a passé chacune de ces Pâques. Le calcul ainsi joint à l'Evangile paroit établir en cet endroit-ci, que c'étoit là les années, où il y avoit un plus grand abord de Galiléens à Jérusalem pour la Pâque.

Eusebe. Vous touchez là encore un autre point, sur quoi M. Cousin reproche au P. H. qu'il avance une opinion contraire au sentiment commun des Chrétiens.

Irene'e. Voila une accusation qui est un peu forte. En quoi donc?

Eusebe. En ce qu'il dit qu'il sembloit dépendre de chacun des Galiléens, d'aller ou de n'aller pas à Jérusalem, sur tout les années où les Galiléens n'immoloient pas l'Agneau les premiers : & que suivant cette régle là N. Seigneur ne fit depuis son baptême que deux Pâques à Jérusalem, sçavoir l'année 31. de l'Ere Chrétienne, & l'année 33. par ce que les Galiléens avec lesquels il les fit, se rendirent ces années là en plus grand nombre à Jérusalem qu'aux autres années.

Irene'e. M. Cousin ne sçait pas sans doute, que le sentiment qu'il censure dans le Pere H. est le sentiment commun de tous les plus sçavans Interprétes. Mariana parle comme le P. H. de la Pâque de l'année 32. *Ad hoc Pascha Jerusalem Christum ivisse non puto.* Et Luc de Bruges : *Hoc Paschate JESUS Jerosolymam non ascendit.* J'en pourrois produire beaucoup d'autres: car je ne sçache pas un seul Interpréte de l'Ecriture, dont le mérite soit tant soit peu reconnu, qui ait avancé le contraire: & certainement si quelqu'un l'osoit avancer, il ne pourroit le prouver par les Evangiles.

Pardonnons cela à M. Cousin : ou plûtôt plaignons-le, de ce que l'aversion qu'il fait paroître pour le P. H. lui a inspiré une censure si outrée & si fausse. Mais ne sera-t-il pas un peu mortifié d'apprendre que cette censure tombe aussi sur un Ecrivain moderne, dont il adore, dit-on, les ouvrages? C'est l'Auteur de la Concorde imprimée chez Savreux. Car voici ce qu'il dit au chapitre 57. *Propositum ejus*, dit-il, en parlant de S. Jean, *fuisse videtur describere Paschata : & ideo cum TERTIO ISTO PASCHATE DOMINUS MANSERIT IN GALILÆA, quæ tempore Paschali ab eo gesta sunt, describit.* Cela veut dire premiérement, qu'à cette Pâque de l'année 32. N. Seigneur ne sortit point de la Galilée, & qu'il y fit au temps de la Pâque, peu de jours avant la fête, en présence de ses Disciples, le miracle de la multiplication des pains, dont il nourrit cinq mille hommes. Or ces cinq mille hommes apparemment étoient tous Juifs de religion, puisqu'ils le reconnurent pour le *Prophéte qui devoit venir dans le monde*, & qu'ils songérent à le faire Roi. Cela veut dire encore qu'il fit en même temps, c'est à dire, à Pâque même, ou le Sabbat précédent, qui étoit la veille de la Pâque des Juifs, qu'il fit, dis-je, dans la Synagogue de Capharnaum, en présence des Juifs de cette capitale de la Galilée, l'admirable Sermon de la manducation de sa chair & de son sang: car ces deux actions de N. Seigneur se suivent immédiatement dans le chapitre sixiéme de S. Jean. Que si N. Seigneur à cette Pâque de l'année 32. ne sortit pas de la Galilée; & s'il ne fit pas la Pâque cette année là à Jérusalem, non plus que ses Disciples qui le suivoient par tout : ni les cinq mille hommes, tous Juifs apparemment, qu'il nourrit alors presque à l'extrémité de la Galilée la plus éloignée de Jérusalem: ni les Juifs de Capharnaüm, qui l'entendirent prêcher dans leur Synagogue: il est visible par là que tous ces gens-ci n'y étoient pas obligez : ce qui ne se peut dire sans avoüer que généralement tous les Juifs qui demeuroient dans la Galilée, n'étoient pas compris dans la loi. Si vous voulez que je vous en dise ma pensée, je me persuade que la loi ne regardoit que le peuple de Dieu, qui étoit dans un païs séparé d'avec les Nations. Or il n'y avoit alors que la Judée seule, qui n'eût pas d'étrangers dans son territoire, s'il n'étoit proselyte. La Galilée avoit du moins autant de Gentils, que de Juifs ou d'Israëlites. Une partie de cette Province étoit peut être autrefois appellée pour cela la Galilée des Nations, *Galilæa Gentium.* Mais depuis la transmigration d'Israël sous Salmanasar, du temps d'Ezéchias Roi de Juda, tout le païs fut presque occupé par des nations étrangéres. Ainsi les Israëlites & les Juifs domiciliez dans la Galilée, de quelque tribu qu'ils fussent, étoient considérez comme tous les autres Juifs dispersez dans les différentes Provinces de l'Empire, à Thessalonique, à Corinthe, à Rome : d'où il seroit fort ridicule de croire qu'ils fussent obligez tous les ans de se transporter trois fois à Jérusalem, suivant les termes de la loi. Quand N. Seigneur dans S. Jean, chap. 7. dit à ses Disciples, qu'il n'iroit pas à Jérusalem pour la fête des Tabernacles & qu'il demeureroit dans la Galilée, en furent ils scandalisez? C'étoit pourtant une des trois fêtes, que les Juifs étoient obligez par la loi de célébrer à Jérusalem. Mais les Juifs qui faisoient leur demeure hors de la Judée, n'y venoient qu'à leur dévotion. Néanmoins parce que le nombre en étoit fort considérable dans la Galilée, & que ces Galiléens d'ailleurs paroissoient zelez pour la religion jusques à l'excés, comme il le paroît par les séditions, dont il est fait mention dans les Actes : il étoit juste de leur accorder un jour particulier, non seulement à Pâque, mais encore à toute autre fête, où ils pussent faire leur sacrifice à part : comme S. Luc au chapitre treiziéme indique assez clairement qu'ils le firent, lors que Pilate fit faire main basse sur eux. De là vient que S. Luc dans son Evangile & dans les Actes, en parlant d'Herode, à qui appartenoit la Galilée, ne le represente à Jérusalem, que pour la Pâque, & aux années seulement où la Pâque, suivant le calcul Astronomique, à prendre le premier jour du mois depuis la conjonction de la Lune avec Soleil, venoit un Vendredy : ce qui donnoit aux Galiléens, comme j'ay dit, ces années-la le premier rang.

Eusebe. Vous supposez donc que ce soit le mê-

me

me Herode dont parlé S. Luc au temps de la Passion, que celui dont il est fait mention dans les Actes: c'est à dire, le Tétrarque de Galilée. Or c'est sur quoi M. Cousin soupçonne le P. H. *de n'être pas bien sincérement réconcilié avec Josephe: nonobstant l'honneur qu'il lui fait de se servir ailleurs de son témoignage.* Car Josephe envoye cet Herode en exil, prés de trois ans avant l'emprisonnement de S. Pierre.

Irene'e. C'est un point d'histoire à part, que le P. H. a décidé ailleurs par les Médailles des Herodiades: que le même Herode, qui étoit Tétrarque de Galilée au temps de la Passion de N. Seigneur, est le Roi Herode, dont il est parlé dans les Actes. Il eût bien pu s'autoriser, s'il l'eût voulu, de S. Hippolyte, & de S. Dorothée Evêque de Tyr, qui disent expressément que ce fut Herode le Tétrarque, qui fit mourir S. Jacques. Que Josephe aprés cela en convienne ou n'en convienne pas, cela importe fort peu à la question principale de la derniére Pâque de N. Seigneur. Si le P. H. lui a fait l'honneur de se servir de son témoignage, ce n'est peut-être que pour faire voir que le point qu'il traite est si clair, qu'il n'a pû lui même en disconvenir.

Eusebe. Me voila un peu mieux instruit du sentiment du P. H. que je ne l'étois par le Journal; mais ce plan, quoi qu'il soit bien trouvé, & qu'il paroisse se bien soûtenir, est pourtant nouveau.

Irene'e. N'y a-t'il que cela qui vous arrête? Il sera ancien dans quelques années; & pour lors il aura cours à titre d'antiquité. Vous m'avouërez cependant que toutes les remarques du P. H. sur ce sujet, sont du moins des présomptions bien fortes en faveur de son sentiment. Il s'agit ici de soudre une contradiction apparente qui se trouve entre les trois premiers Evangélistes, & S. Jean: laquelle a paru de tout temps embarassée, sans qu'on ait encore pû la démêler. L'explication donc qui est appuiée comme celle-ci l'est, sur d'autres passages de l'Ecriture, sur les rits anciens & incontestables des Juifs, & sur le calcul Astronomique, qui explique & qui accorde tout cela sans peine, & sans qu'on puisse rien opposer à la maniére dont on s'y prend: qui outre cela n'est sujétte à nul inconvénient, vû qu'elle s'accorde avec le sentiment Catholique, autorisé par le Concile de Trente, qui est que N. Seigneur a fait la derniére Pâque avec ses Disciples: & qu'elle prend par tout l'Ecriture dans le sens naturel & litteral: cette explication, dis-je, peut bien passer pour assez heureuse, puisqu'elle est la plus simple & la plus facile, & qu'on ne peut trouver dans quelque autre explication que ce soit, aucun de tous ces avantages.

Eusebe. Je vous suis fort obligé: & de ce pas je vais en instruire M. Cousin. Peut-être là dessus réformera-t'il son Journal, ou du moins se bornera-t'il desormais dans ses Journaux a faire un simple & fidéle extrait, sans y ajoûter de traits de sa Critique qui lui réüssit toujours mal.

Irene'e. En cas qu'il veüille en parler une seconde fois, indiquez lui une faute véritable, qu'il pourra relever dans le P. H. C'est à la page 11. où il attribuë à Majemonides l'ouvrage intitulé *Arbaah Turim.* Cela lui est échapé, aiant l'esprit rempli de son Majemonides. Il aura voulu dire assurément le R. Jacob, puisqu'il le cite fort éxactement. Mais M. Cousin vous sçaura gré de cet avis, que vous lui aurez donné, & il en sçaura bien profiter.

LETTRE D'EUSÉBE A IRENÉE.

Sur le même sujet.

MONSIEUR,

Comme j'allois hier chez Monsieur le Président Cousin, ainsi que je vous l'avois promis, je voulus auparavant rendre visite à un de mes amis, qui est un Abbé, Docteur de Sorbonne, & tres-habile homme: mais l'entretien que j'eus avec lui fut si long, que je ne pûs m'acquitter de la parole que je vous avois donnée. Il me présenta d'abord un écrit nouveau, qui porte deux titres; le premier est, *Suite du Traité historique de l'ancienne Pâque des Juifs.* C'est donc le Pere Lamy, lui dis-je, en lisant ce premier titre. Non, me repartit-il: lisez la seconde page. J'y lus, *Reflexions de Monsieur *** sur le nouveau sistême du R. P. Hardoüin.* Et tournant le feüillet, je remarquay pourtant que le P. Lamy cédoit le Privilége de cét écrit à son Imprimeur. Qui que ce puisse être qui en soit l'Auteur, lui dis-je, qu'en pensez-vous? Pour moy j'ay peine à croire, qu'on puisse détruire le sistême du P. H. J'en parlois ainsi hardiment sur les lumiéres que vous m'aviez données. L'Auteur de cet écrit néanmoins, me répliqua M. l'Abbé, ne trouve pas ce sistême à son gré. Il veut à quelque prix que ce soit, que le premier jour des Azimes, dont il est parlé dans les trois premiers Evangélistes, fût le quatorziéme, depuis un Soleil couchant jusqu'à l'autre: ou le jour que l'on préparoit les azimes. Qu'à l'entrée de ce quatorziéme N. Seigneur fit son dernier souper avec ses Apôtres. D'où il s'ensuit manifestement qu'il ne fit pas la derniére Pâque: puisqu'elle se devoit faire à l'entrée du quinziéme. Lisez cet endroit: *On a prouvé invinciblement par Joseph, que le quatorziéme du mois Pascal se comptoit entre les jours des azimes, & que du temps de N. Seigneur, il en étoit le premier. On l'a prouvé par les Rabbins.* Avez-vous icy Josephe, lui dis-je? Il ne peut pas assurément dire cela. Là dessus il alla prendre cet Historien dans sa Bibliothéque, qui est fort bien garnie: mais il me fit lire auparavant les passages de Joséphe dans le livre du P. Lamy, page 180. Le premier est tiré du livre 3. des Antiquitez, chap. 10. *Le lendemain de la fête de Pâque, sçavoir le quinziéme, on fait la fête des Azimes, qui dure sept jours, pendant lesquels on ne mange que des pains sans levain.* Arrêtons un peu, luy dis-je: je doute fort que la traduction icy soit fidéle: & si elle l'étoit, Joséphe ne seroit pas seulement contraire à la loi: mais il incommoderoit

deroit encore le P. Lamy lui-même. Car si le lendemain de la fête de Pâque étoit le quinziéme, le quatorziéme étoit donc la fête de Pâque, & non pas le quinziéme. Le jour de la préparation des azimes auroit été le jour de la fête de Pâque. Ces deux propositions ne sont-elles pas formellement contre l'Ecriture? Le P. Lamy lui-même voudroit-il que le quatorziéme fût un jour de fête? Il avouë, ce me semble, & avec raison, que cela est expressément contre l'Evangile. Aprés avoir confronté le grec de Joséphe, nous vîmes qu'il faloit traduire ainsi ces mots: Πεμπτῇ δὲ καὶ δεκάτῃ διαδέχεται τὴν τοῦ πάσχα ἡ τῶν ἀζύμων ἑορτή, ἑπτὰ ἡμέρας οὖσα. *Le quinziéme du mois suit immediatement la solennité de la Pâque, & commence la solennité des azimes, qui dure sept jours.* Et c'est ce que le P. H. a remarqué dans son livre, Cela ne veut dire autre chose, sinon que le quinziéme commence la solennité des azimes, & qu'elle est précédée de la cérémonie, ou de la solennité de la Pâque: parce qu'éffectivement cette cérémonie se fait le quatorziéme au soir, & la manducation de la Pâque la nuit du quinziéme. Joséphe n'avoit garde de compter le quatorziéme en cét endroit pour le premier jour des azimes, lui qui dit immédiatement aprés, que le seiziéme étoit le second jour des azimes: τῇ δὲ δευτέρᾳ τῶν ἀζύμων ἡμέρᾳ, ἕκτη δ' ἐστὶν αὕτη καὶ δεκάτη. Le quinziéme étoit donc le premier, & le quatorziéme n'étoit non plus du compte, que le Samedi saint n'est censé chez nous être une des féries de Pâque. Il est certainement aussi peu raisonnable, que le jour pendant lequel on préparoit les pains sans levain, ait été jamais appellé le premier jour des pains sans levain: qu'il est contre le bon sens de dire, qu'on puisse appeller le Samedi saint chez nous le premier jour de viande à Pâque, parce que ce jour-là on a coûtume de la préparer. Vû principalement que ceux qui sont instruits des coûtumes des Juifs, ne peuvent ignorer, qu'encore aujourd'hui ils ne préparent leurs pains sans levain, que sur le midy du quatorziéme, au rapport de Leon de Modéne, parce que la loi n'oblige d'en manger qu'au souper, c'est à dire, à l'entrée du quinziéme.

A propos de Leon de Modéne, dit M. l'Abbé, j'ay vû quelque endroit, ce me semble, où l'Auteur des Réfléxions fait une raillerie, de ce que le P. H. avance, sur le témoignage de ce Rabbin, qu'on ne cuisoit les pains azimes que le quatorziéme à onze heures du jour. Nous cherchâmes l'endroit: & l'aiant trouvé nous y lûmes, *que ce Rabbin disoit seulement, que sur les onze heures on brûloit du pain, pour marque que la défense du pain levé est commencée; qu'il ne dit aucunement que ce fut alors qu'on faisoit cuire les azimes. Qui est-ce*, poursuit l'Auteur des Réfléxions, *qui a donc pû faire naître cette idée à ce Pére, sinon qu'il a crû, que parce qu'on parloit de brûler du pain, il faloit qu'il fût question d'en cuire?* Ce stile est un peu desobligeant, reprit M. l'Abbé: mais au fonds dit-il vrai? Le P. H. s'est-il mépris? Je lui répondis que je n'en sçavois rien: mais qu'il étoit aisé de justifier la vérité de ce reproche sur le livre même de Leon de Modéne. Il me l'apporta: & nous y remarquâmes qu'aprés avoir raconté la cérémonie du pain brûlé sur les onze heures, ce Rabbin ajoûte immédiatement-aprés, ce que l'Auteur des Réfléxions n'a pas voulu mettre, ou qu'il n'a peut-être pas lû: *Incontinent aprés ils s'appliquent à faire des azimes....... ils les mettent aussi-tôt CUIRE dans un four, &c.* M. l'Abbé ferma là-dessus le livre avec un air un peu indigné, de voir le ton hardi & affirmatif que prend l'Auteur de ces Réfléxions, lors qu'il avance que ce Rabbin *ne dit aucunement que ce fut alors qu'on faisoit cuire les pains azimes;* aussi-bien que de la raillerie qu'il fait si mal a propos.

L'on passa aussi tôt au second endroit de Joséphe, tiré du livre des Antiquitez, chap. 13. que le P. Lamy a ainsi traduit, page 181. *Lorsque la fête des azimes fut venuë, on fit le sacrifice de la Pâque: & pendant les sept autres jours on fit les autres sacrifices.* Aprés avoir conferé cette traduction à l'original, nous convînmes que Joséphe ne disoit pas, *pendant sept autres jours*, mais seulement *pendant sept jours*, ἐφ' ἡμέρας ἑπτά. Il n'avoit garde de dire que la fête des azimes étoit le quatorziéme, & qu'il y avoit aprés cela sept autres jours d'azimes: nous avions déja remarqué que le P. Lamy ne trouveroit pas son compte à ce jour de fête. Aussi s'apperceut-on bien-tôt que la traduction auroit été plus éxacte, si l'on avoit mis, *la solennité des azimes*, comme l'Auteur de la vulgate a toûjours fait, quand il a trouvé ἑορτὴ ἀζύμων dans l'Ecriture, suivant la remarque du P. H. *La solennité des azimes étant venuë, l'on fit le sacrifice de la Pâque: & pendant sept jours on fit les autres sacrifices.* Et le sens de ce second passage eut alors paru tres conforme au premier. Il y a de la différence entre dire *sept autres jours*, comme le P. Lamy: & *sept jours*, comme Joséphe. Car l'expression du premier porte à croire, que le jour qu'on fait sur le soir le sacrifice de la Pâque est autant un jour d'azimes, que les sept jours qui suivent: ce qui ne paroit nullement dans le texte original de l'autre: où l'on ne voit en tout, à le bien considerer, que sept jours d'azimes: quoi qu'il y marque, qu'on fait le premier jour le sacrifice de la Pâque, outre celui qu'on fait les sept jours, qui étoit d'une différente espéce. Mais dire qu'outre la fête, il y eut *sept autres jours* d'azimes, & placer la fête ou le premier jour des azimes le quatorziéme du mois, c'est à quoi Joséphe n'a jamais pensé. Sont-ce-là donc, lui disje, les preuves invincibles du P. Lamy?

Mais, repartit M. l'Abbé, les Rabbins du moins, à ce que dit l'Auteur des Réfléxions, sont pour ce Pére. Il chercha aussi-tôt dans le livre du P. Lamy, les Rabbins dont il se fait fort. Nous n'en pûmes trouver aucun. Nous leûmes seulement à la page 180. qu'*Aben Ezra & Salomon Iarchi sçavans Juifs soûtiennent en termes formels, que le quatorziéme de Nisan se peut appeller le premier des azimes.* Nous tombâmes tous deux d'accord, qu'il n'est pas ici question de ce qu'on peut s'imaginer possible, comme le P. Lamy l'avoüe lui-même ailleurs. Il s'agit de sçavoir si éffectivement ou la loi ou la coûtume a fait regarder par les Juifs le quatorziéme du mois pour le premier jour des azimes. C'est ce qu'ils n'ont jamais fait, c'est ce qu'aucun Rabbin n'a jamais osé avancer, & ce qu'on ne sçauroit enfin prouver. Car pour Majemonide, & la Gémare, que cite Bartolocci, au second Tome de sa Bibliothéque Rabbinique, page 729. quand sur ces paroles de l'Exode, *Le premier jour il ne se trouvera plus de pain levé dans vos maisons*, ils disent que *la tradition nous apprend que le premier jour des azimes*, qui est selon la loi le quinziéme, anticipe contre la nature des autres jours, & empiéte sur le quatorziéme: M. l'Abbé convint, qu'ils ne veulent dire autre chose, sinon que dés le quatorziéme sur le midi l'on prend ses mesures, comme on fait encore aujourd'hui, afin qu'il ne se trouve plus de pain levé dans chaque maison à l'entrée du quinziéme. Car s'il avoit voulu dire que la tradition enseigne que le premier jour des azimes marqué dans l'Exode, étoit le quatorziéme du premier mois, la tradition dans ce sens auroit été directement contraire à la loi, & cette glose détruiroit visiblement le texte. Aussi eûmes-nous le plaisir de voir, que Bartolocci en citant Majemonide, & la Gémare, ne les entend que dans le sens que nous y donnions: & qu'il ne lui est pas seulement venu dans l'esprit de conclure de ces passages, ce que l'Auteur des Réfléxions en veut inferer. D'ailleurs si Majemonide a voulu dire que le quatorziéme étoit le premier jour des azimes, d'où vient que nulle part ni lui, ni les autres

Rab-

Rabbins ses confréres, ni les Talmudistes, n'ont pas une seule fois compté neuf jours d'azimes, dans le prodigieux nombre de livres qu'ils nous ont laissez ? Car certainement les huit jours entiers, à compter du quinziéme, sans y comprendre le quatorziéme qui les précéde, étoient de leur temps en usage, comme ils sont aujourd'hui : & ils ne le pouvoient ignorer. Ils n'ont jamais par conséquent compté la préparation des azimes pour un jour d'azimes. Dans les Evangiles donc le premier jour des azimes pouvoit, si l'on veut suivre la Gémare & Majemonide, commencer dés midi. Au plus tard, à trois heures, ou fort peu aprés : qui est le temps marqué par S. Luc, lors qu'il dit : *Or le jour des azimes étoit venu, auquel il faloit immoler la Pâque*, comme le P. H. l'a remarqué, page 59. Car le premier jour des azimes & le jour de Pâque étant le même, si la Pâque & le jour de Pâque commençoit dés l'immolation de l'Agneau, c'est à dire, vers les trois heures, qui est aussi l'heure chez nous des premiéres vespres aux fêtes solennelles : il est manifeste que le premier jour des azimes commençoit aussi dés lors : mais la fête de Pâque pourtant ne commençoit qu'au soleil couchant, aprés l'immolation : & il étoit permis de travailler jusqu'à ce temps-là, comme le P. H. l'a montré, dans son livre : & cela est encore aujourd'hui en usage. Ainsi la preuve invincible tirée de Joséphe & des Rabbins, pour mettre la fête de Pâque ou le premier jour des azimes au quatorziéme du mois, se trouva bien affoiblie : & il parut qu'on n'avoit pas lû les Rabbins dans Bartolocci, ni Bartolocci même, avec assez d'attention. Pour Ribera & Tolet, qu'on allégue, je voulus faire voir à M. l'Abbé qu'ils n'avoient jamais tenté, que le premier jour des azimes fût le quatorziéme entier du mois, à compter depuis le soleil couchant du treiziéme, comme le prétend le P. Lamy : mais M. l'Abbé ne voulut pas s'y arrêter.

Nous vinmes ensuite à un autre article, sçavoir au passage des Actes, où le P. H. prétend trouver un jour d'azimes avant la fête de Pâque. Il me fit voir la réponse à cela dans l'écrit dont je vous parle, en ces termes. *La Pâque ne se peut prendre là comme le fait le P. H. pour le grand jour solennel des azimes. Joséphe appelle souvent la fête des azimes la fête de Pâque. Et si cét Auteur est suspect, saint Luc lui donne ce même nom*, la fête des azimes appellée la Pâque étant proche. *On ne peut pas dire qu'Hérode eût voulu faire mourir Pierre le lendemain du premier jour des azimes, avant que les autres jours fussent écoulez, puisque la loy défendoit toute œuvre servile durant ces sept jours, hors ce qui regarde le manger. Or on regardoit les jugemens & les condamnations comme des œuvres serviles.* M. l'Abbé à cet endroit ne put s'empêcher de me dire en soûriant : A la verité, si cela est ainsi, le P. H. s'est bien mépris, d'avoir crû que dans le passage des Actes, *post Pascha* fût l'aprés demain de la premiere fête de Pâque. Mais de quelle édition sont ces Bibles, où l'Auteur de ces Réfléxions a trouvé que *la loi défend* les œuvres serviles pendant les jours des azimes, hors le premier & le dernier qui étoient fêtez ? car cela n'est nullepart dans les miennes, quoi que j'aye les plus rares & les plus correctes, en différentes langues. Les autres jours entre-deux étoient du temps de N. Seigneur, des jours de travail : comme le sont chez nous les jours dans l'octave de l'Epiphanie ou de l'Ascension. Les œuvres serviles n'y étoient non plus défenduës, qu'elles l'étoient la veille de Pâque. Si depuis ce temps là en quelques endroits on s'abstient de certaine éspéce de travail les cinq jours des azimes dont il est question, ces jours là néanmoins ne sont pas fêtez, comme il est aisé de voir dans Leon de Modéne : & ce n'est qu'une coûtume, qui n'est peut-être ni universelle, ni ancienne. N'y a-t'il pas de même dans le Talmud une loi, qui défend le travail la vieille de Pâque ? On voit cependant dans l'Evangile qu'on y fait des œuvres serviles jusques au Soleil couché : & c'est encore la pratique à present parmi les Juifs. Cette loi du Talmud est donc moderne. Et pourquoi n'en pourroit-on pas dire autant de celle qui défend certaine éspéce de travail les quatre jours des azimes, qui ne sont pas fêtez par la loi ? Mais posons que cette loi ait été en vigueur dés le temps des Apôtres : les Juifs pouvoient néanmoins alors, comme ils le font encore maintenant ces jours là par tout sans scrupule, être spectateurs d'une exécution, qui se faisoit d'un criminel de religion, tel que S. Pierre passoit dans l'esprit des Juifs, sans assister néanmoins au jugement de mort, qu'Hérode seul devoit prononcer ; parce qu'étant Roi de Galilée, il traitoit S. Pierre comme son sujet : & qu'étant païen de religion, comme le P. H. l'a fait voir dans ses Médailles des Hérodiades, il pouvoit faire exécuter sa sentence, quand il voudroit, sans offenser les Juifs : ces jours là n'étant pas fêtez : & n'y aiant que le seul jour de fête, que les Juifs vouloient que l'on respectât. *Non in die festo.* D'où vient que le premier jour des azimes, qui précédoit la fête de Pâque, au rapport de S. Luc, dans le passage des Actes, n'étant pas fêté, Hérode fit mourir ce jour là S. Jacques, & arrêter S. Pierre : comme Pilate à pareil jour avoit condamné Jesus-Christ. Car c'est non seulement sans autorité & sans preuve, mais encore contre le sens litteral de l'Ecriture, que l'Auteur des Réfléxions avance que S. Jacques fut mis à mort avant que les azimes fussent commencés. S. Luc disant en termes exprés, que *c'étoit les jours des azimes* : les azimes étoient donc commencez. En un mot dans la loi au chap. 23. du Lévitique, ni au 28. des Nombres, nulle œuvre servile n'est defenduë ces jours là : & la Loi que cite l'Auteur des Réfléxions n'est pas dans ma Bible.

Et moi, repliquai-je à M. l'Abbé, je ne trouve pas non plus dans mon Joséphe, ce qu'on en dit ici. Je puis bien même assurer, qu'on ne l'y trouvera jamais : ainsi que le P. H. l'a fait voir dans son livre. D'où vient que l'Auteur des Réfléxions n'y a pas répondu ? Pour S. Luc, ajoûtai-je, le P. H. y a satisfait dans le même livre, & l'on m'en a encore depuis convaincu. Je lui rapportai là-dessus ce que vous m'en apprites hier : & je lui ajoûtai, que S. Luc ne dit pas, *la fête* ou *la solennité des Azimes appellée la Pâque* : il ne parle que d'un seul jour : qui parce qu'il étoit le premier pour les Juifs, & qu'il étoit fêté, étoit le seul aussi qui pût être appellé la Pâque. Ainsi le P. H. a fort bien pris Pâque dans le passage allégué de S. Luc, *pour le grand jour solennel des Azimes*, & la Pâque des Juifs. D'où il s'ensuit que le jour des Azimes, qui dans ce texte-ci précéde la Pâque, étant aussi un jour de Pâque, & ne pouvant être la fête de Pâque, parce qu'il n'étoit pas fêté, étoit la Pâque des Galiléens : aussi-bien que l'année de la mort de N. Seigneur, ou pareillement le premier jour des Azimes, dont il est fait mention dans les trois premiers Evangiles, précédoit la Pâque des Juifs, dont parle S. Jean. Ainsi l'on ne peut pénétrer, comme il faut, le vrai sens du passage des Actes, dont il s'agit ici, sans admettre le sistéme du P. H. dans toutes ses parties ; puisqu'elles en sont toutes des conséquences nécessaires.

M. l'Abbé passa incontinent à un autre point que touche l'Auteur de l'écrit, où il éxamine ce que le P. H. dit du sacrifice que les Galiléens firent au Temple séparément des Juifs : ce qui lui sert de préjugé, pour en inférer, qu'ils pouvoient bien y faire de même leurs autres sacrifices à part. L'Auteur des Réfléxions répond, *qu'on peut douter, si les Galiléens sont ici dans S. Luc les peuples de la Galilée.* Est-ce encore Joséphe, dis-je à M. l'Abbé, qui donne occasion à l'Auteur, de former un si plaisant doute ? Si les Ga-

Galiléens que Pilate fit massacrer à Jerusalem, comme des séditieux, dans le lieu de sa jurisdiction, ne sont pas des peuples de la Galilée: la postérité pourra douter de même, si les Allemans, qui ont été derniérement défaits dans le Piémont, sont des gens nez en Allemagne. Je priai M. l'Abbé de prendre sa Concordance de la Bible: d'y voir combien de fois il y trouveroit les Galiléens: & si jamais ce mot y signifie autre chose, qu'un habitant de la Galilée: à moins que de dire, que N. Seigneur, S. Pierre, & les autres Apôtres, étoient aussi d'une prétenduë secte de Galiléens, & de tourner en toute rencontre l'Ecriture à son gré, y prenant un mot tantôt dans une signification, & tantôt dans une autre, selon que cela sert à nos préjugez, comme on prend ici le mot de Galiléens: & comme le P. Lamy prend souvent le mot de Pâque dans les Evangiles, ne pouvant soûtenir son sistéme, sans donner à ce mot une signification impropre, & une interprétation forcée.

En effet, reprit M. l'Abbé, c'est ce qui m'a toûjours rebuté dans le sistéme du P. Lamy: qu'on ne puisse le soûtenir, sans dire que les Apôtres aïant préparé la Pâque, & N. Seigneur aiant mangé ce qu'ils avoient préparé, il n'a pourtant pas mangé la Pâque ou l'agneau. L'Auteur des Réfléxions en voulant le défendre, s'engage dans de plus grandes difficultez. Il dit qu'il faut ici prendre la Pâque pour un souper ordinaire, *fait avec quelque magnificence à cause de la solennité, un festin Pascal, que N. Seigneur lui-même appelle la Pâque*, & qui n'est pourtant pas l'agneau Pascal. Or quelle solennité se peut-on figurer vingt-quatre heures avant la fête de Pâque? quelle Pâque les Apôtres alloient-ils préparer vingt-quatre heures avant la Pâque? & quel festin Pascal, avant que la Pâque fût arrivée, & sans agneau Pascal? Où a-t-il trouvé enfin dans l'ancien, ni dans le nouveau Testament, ni dans le Talmud même, une manducation de la Pâque, un festin Pascal, une Pâque mangée en famille, qui ne fût pas l'agneau Pascal? Croira-t-on jamais un systéme bien appuié, sur des interprétations arbitraires, sans fondement, sans preuve, sans autorité, & contre le sens littéral de toutes les Ecritures?

Mais pour revenir aux Galiléens, dont j'avois commencé à vous parler, dis-je à M. l'Abbé, l'Auteur des Réfléxions veut il suivre encore ici son historien favori Joséphe, qui attribuë cet accident aux Samaritains, sans dire un seul mot des Galiléens? Et de peur que Joséphe n'en ait le démenti, aimera-t'il mieux dire, que S. Luc s'en trompé: ou qu'il s'est trés mal expliqué, en appellant Galiléens, des gens qui n'étoient pas de la Galilée? Respectons un peu davantage nous autres les Auteurs sacrez, & ne les rabbaissons pas nous mêmes au dessous des historiens d'un caractére beaucoup inférieur. Si S. Luc & Joséphe ne s'accordent pas sur des faits qui regardent nôtre Religion, sied-il bien à un Chrétien de donner la préférence à un Juif, qui est suspect à beaucoup d'habiles gens, & qui n'a écrit que long temps aprés les faits qu'il raconte, sur un Evangéliste, qui a été instruit par les Apôtres de tout ce qu'il écrit?

M. l'Abbé s'appercevant que je m'échaufois un peu, me fit venir à l'article, où il est parlé des deux fêtes, que les Juifs observent encore aujourd'hui, quoi que la loi n'en ordonne qu'une. *C'est*, dit l'Auteur des Réfléxions, *parce qu'on ne pouvoit pas sçavoir assez tôt hors de la Judée & de la Palestine, le jour que ces fêtes se devoient faire en Jérusalem. Les Juifs le disent. Le P. Hardoüin le nie: & prétend que c'étoit pour une autre raison. Il me semble que dans ces choses qui regardent leurs coûtumes, ils doivent être plûtôt crus que qui que ce soit.* Ouy, dis-je à M. l'Abbé, quand les raisons qu'ils apportent, ne choquent pas le sens commun, comme il arrive ici. Il m'interrompit, pour me faire voir un autre endroit, où l'Auteur dit, que *comme les méssagers que le Sanédrin envoioit, ne pouvoient pas arriver à temps dans les contrées éloignées, où l'on ne pouvoit sçavoir le jour précis qu'on avoit fait la Néoménie à Jérusalem, & que se devoient faire les fêtes qui en dépendoient, on faisoit la Néoménie & les fêtes pendant deux jours. C'est là la raison que Majemonide donne de cette coutume que les Juifs observent encore.* L'on attendoit donc dans la Galilée, lui dis-je alors, que ces méssagers vinssent annoncer la Néoménie pour la célébrer? Pour peu que le courrier vint à s'arreter en chemin, on courroit risque de célébrer la Néoménie le cinq ou le sixiéme jour du mois, ou même plus tard. Et quand aprés cela y auroit-on célébré le quinziéme, ou la Pâque? Mais à quoi bon ces méssagers? est-ce qu'on ne voioit pas la même Lune à Rome & dans la Galilée, que l'on voioit à Jérusalem? & n'y pouvoit-on pas établir également la Néoménie & la Pâque, sans se tromper, soit qu'on fixât la Néoménie à la conjonction moienne, ou à la premiére vuë de la Lune? Vous voiez bien, dis-je à M. l'Abbé, que le P. H. a quelque raison de mettre bien de la différence entre les coûtumes des Juifs, & les imaginations des Rabbins: & qu'autant qu'on éstime l'attachement inviolable des Juifs aux usages universels & anciens, qu'ils ont receus de la Synagogue, quand on ne voit pas qu'ils aïent rien de contraire à l'Ecriture, ou qu'on y en découvre quelque vestige: autant méprise-t-on avec justice les raisons, que leurs Rabbins inventent ordinairement, touchant l'établissement de ces usages, dont ils n'ont pas vû l'origine, & qui sont plus anciens qu'eux de plusieurs siécles. Si à Jérusalem même il y avoit deux jours pour la Pâque, comme le passage des Actes bien développé ne permet pas d'en douter: c'est une peine superfluë & inutile de chercher d'autre raison, pourquoi hors de la Palestine on fêtoit les deux premiers des huit jours d'Azimes, que celle qui avoit porté la Synagogue à établir à Jérusalem même deux jours la Pâque. Or ce n'étoit pas sans doute l'incertitude où l'on pouvoit être à Jérusalem, si l'on comptoit à propos les jours du mois, ou si l'on avoit bien fixé la Néoménie, qui y avoit introduit deux jours pour la Pâque. La conjecture de Majemonide & des autres qui l'ont suivi, n'est donc qu'une imagination sans fondement, qu'on peut lui pardonner, puisqu'il n'avoit pas, comme nous, les Actes des Apôtres, qui nous servent à éclaircir cette difficulté.

Mais, reprit M. l'Abbé, pourquoi donner deux jours différens, pour la Pâque à Jérusalem, si un seul suffisoit, comme le prétend l'auteur de ces Réfléxions, non seulement pour les Galiléens, mais encore pour ceux *d'Asie, d'Europe, & d'Afrique?* Il dit que deux heures étoient suffisantes pour cela, puisque Joséphe n'en donne pas davantage: ou deux heures & demie, selon les Rabbins: vû que de toute cette multitude qui faisoit la Pâque, les uns se plaçoient *sur les toits*, & les autres *dans des lieux souterrains, si spacieux, que si l'on en croit Joseph, des armées entiéres s'y pouvoient cacher . . . Comment pouroit-on révoquer ce fait en doute, à moins que de supposer que Joseph est un fourbe? Sacrificateur & sçavant dans la loi qu'il étoit, il n'a pû ignorer* ce qui se practiquoit de son temps à la Pâque. Mais, repliquai-je, quelle estime en ont donc fait les Rabbins, qui l'abandonnent ici, tout Sacrificateur & sçavant qu'il étoit dans la loi: & qui donnent à l'immolation une demie heure plus que lui? Pour moi j'en croirai plûtôt l'Ecriture, si l'auteur des Réfléxions le trouve bon, que ni Joséphe, ni les Rabbins: si ceux-ci commençant la cérémonie à deux heures & demie, & Joséphe à trois heures, ils la font tous finir à cinq. Car l'Ecriture marque que du temps de Josias, où le nombre des gens qui faisoient la Pâque, n'étoit

toit pas à beaucoup prés si grand, les Prêtres furent occupez *jusques à la nuit.* Quel parti donc pouvoit-on prendre, lors que le nombre étoit augmenté de moitié, ou plus? L'expédient des toits & des caves est assez plaisamment imaginé, & il mérite bien d'avoir Joséphe pour garant. Mais de dire que N. Seigneur & les Galiléens, ou comme le prétend l'auteur des Réfléxions, tous les Juifs des trois parties du monde fussent obligez par la loi de se trouver à Jerusalem à Pâque, & par consequent trois fois l'an, à Pâque, à la Pentecôte, & pour les Tabernacles: puisque la loi est également précise pour ces trois fêtes: c'est ce qui est non seulement incroiable, mais encore contraire à l'Ecriture: & M. l'Abbé en tomba d'accord, aprés la preuve incontestable qui est tirée de S. Jean, & que vous m'apprîtes hier Car il en conclut évidemment, que ceux qui veulent que N. Seigneur & les Galiléens fussent obligez de se trouver à Jérusalem tous les ans à Pâque, ont fort mal pris la loi de Moyse, & n'ont jamais bien lû S. Jean.

Il goûtoit assez mes raisons, & il n'y avoit plus que la quéstion de la Néoménie, qui sembloit l'arrêter un peu, & la cérémonie de la gerbe. Pour le premier article, il voioit bien, que le nœud consistoit à sçavoir, si les Juifs comptoient le premier jour du mois, depuis que la Lune se trouvoit en conjonction avec le Soleil, ou bien depuis la premiére vuë de la Lune. Je lui en dis tout ce que vous me fites hier la grace de m'en apprendre. J'y ajoutay ce que le P. H. avance touchant la Néoménie des Turcs, des Arabes, des Caraïtes, & touchant plusieurs autres points: sur lesquels il me parut aussi satisfait, qu'il l'étoit peu, de voir que l'Auteur des Réfléxions ne répond qu'à un ou deux, & toûjours en éludant la difficulté.

Quant à la cérémonie de la Gerbe, qui obligeoit les Juifs de reculer la Pâque au Samedi, en cas que le quinziéme, à compter depuis la conjonction moienne, tombât un Vendredi, comme nous le disions hier: l'auteur des Réfléxions prétend montrer à la vérité par le témoignage des Rabbins, qu'on pouvoit couper cette gerbe un Samedi. Et cela faisoit quelque peine à M. l'Abbé. Je le tiray de cet embarras aisément. Je lui fis voir premiérement, qu'il la faloit couper le lendemain de la fête de Pâque, & le jour même qu'on l'apportoit au Temple, selon la loi du Deuteronome, chapitre 16. verset 9. & du Lévitique, chapitre 23. verset 10, 11, 12. En second lieu, qu'on ne pouvoit faire ni cette action, ni ce voiage, un jour de Sabbat: ce qui est encore évident. Le Vendredi ne pouvoit donc être, selon la loi, le jour de la fête de Pâque à Jérusalem, comme le P. H. l'a montré, pag. 44. & 45. puisque le lendemain n'eût pû être un jour propre pour une cérémonie, que la loi pourtant veut expressément qu'on fasse le lendemain de la fête de Pâque. Il faut donc avoüer, que la régle *Badu*, quant à l'exclusion du Vendredi pour la Néoménie du premier mois & pour la Pâque, est de droit divin. L'auteur des Réfléxions a beau dire, *qu'on a fait voir par le témoignage de N. Seigneur, que tout ce que la loi ordonnoit pour le culte de Dieu se pouvoit faire le Samedi.* C'est ce que N. Seigneur n'a jamais dit. Il a dit seulement, comme le P. H. l'a remarqué à la page 45. que toute action qui regardoit le culte divin, étoit permise aux Prêtres dans le Temple: mais il n'a parlé que des Prêtres, & des cérémonies du Temple: il n'y a jamais compris les moissonneurs, ni l'action ou le voiage qu'il leur eût falu faire un jour de Sabbat. Ces restrictions, qui méritent bien d'être considérées dans les paroles de N. Seigneur, & que l'auteur des Réfléxions ne fait pas semblant d'avoir luës dans le livre du P. H. vérifient assez, que le témoignage de N. Seigneur s'accorde fort bien avec le sentiment du P. H. & condamneroit plûtôt celui de l'auteur de ces Réfléxions. Ensuite si le Talmud & les Rabbins disent le contraire, il est visible qu'ils parlent en aveugles des cérémonies anciennes qu'on ne garde plus, & dont ils n'ont jamais vû la pratique: & conséquemment qu'on peut alors les abandonner sans scrupule.

M. l'Abbé, qui a beaucoup de pénétration, vit aussi-tôt la conséquence de ce principe. Je me trompe fort, me dit-il, si l'Auteur des Réfléxions ne seroit pas ici un peu embarassé: lui qui veut si opiniâtrément, que le premier jour de chaque mois chez les Juifs se comptât depuis la vraie phase, c'est à dire, depuis qu'on pouvoit appercevoir la Lune au sortir de sa conjonction avec le Soleil. Car si la premiere phase du premier mois arrivoit un Jeudi au soir, le Vendredi ne pouvant être selon la loi le premier jour du premier mois, parce qu'il ne pouvoit être le quinziéme: Il faloit dans cette rencontre arrêter la Lune, & l'obliger de retarder sa phase ou son apparition d'un jour. Outre les autres inconvéniens, que le P. H. a remarquez dans le sistéme, qui veut que les Juifs se réglassent sur la phase, & ausquels l'Auteur des Réfléxions n'a rien répondu, celui ci ne me paroît pas être peu considerable. Il est vrai, repris-je alors, qu'il est assez malaisé de juger quel parti les Juifs pouvoient prendre dans cette conjoncture là. Car de suivre la phase, lorsqu'elle donnoit un Vendredi pour le premier jour du premier mois, c'étoit ouvertement violer la loi: puisqu'alors le quinziéme ou le jour de Pâque eût été un Vendredi de même: ce qui ne se pouvoit accorder avec la loi, qui obligeoit de couper la gerbe, & de l'apporter des champs jusqu'au Temple le lendemain de Pâque: cela ne se pouvant faire un jour de Sabbat. Maintenant d'arrêter la Lune, je crois que les Juifs ne l'ont jamais sçû faire. De la laisser aussi aller son chemin, & de différer la bénédiction de la nouvelle Lune, comme parlent les Juifs, dans sa premiére apparition, jusqu'au lendemain qu'elle en étoit au second jour, il y paroissoit de la contradiction: outre que le mois eût été dans ce cas là de vingt-sept jours, & quelquefois de trente-un. Nous nous mîmes à rire un peu. Aprés quoi, je fis voir à M. l'Abbé qu'il n'y a point de pareil inconvénient à dire avec le P. H. que réguliérement parlant le mois se comptoit depuis la conjonction moienne de la Lune avec le Soleil; parce que si le jour, auquel tomboit cette conjonction, n'étoit pas propre pour fixer la Néoménie, à cause de la rencontre de quelque fête incompatible, le lendemain en ce cas là se rencontroit toûjours avec la premiére phase, ou même la précedoit encore, ce qui arrivoit assez souvent.

Mais l'Auteur des Réfléxions, dit M. l'Abbé, vous objecte Philon, qui dit qu'à la Néoménie la Lune fait part aux hommes de la lumiere qu'elle reçoit nouvellement du Soleil. Je fis comprendre alors à M. l'Abbé, que Philon ne cherche par tout, que l'occasion de faire des allégories, & de tirer de tout des réfléxions morales. Celle qu'il fait ici, c'est qu'il faut de même communiquer aux autres les biens que nous avons receus de Dieu. C'est pour cela qu'il donne ici à la Néoménie une plus grande étenduë: y comprenant le premier jour du mois civil, avec la sanctification de la Lune, qu'on faisoit au Temple, lorsqu'elle commençoit à paroître, un jour ou deux aprés sa conjonction: & c'est ce qui se pratique encore aujourd'hui dans toutes les Synagogues, quoi que le premier jour du mois ait commencé auparavant à la conjonction moienne. Ainsi la pratique des Juifs aujourd'hui est toute la même en cela, qu'elle étoit du temps de N. Seigneur. Or ce sont ces coûtumes, dis-je à M. l'Abbé, ausquelles le P. H. veut qu'on ait égard, & nullement aux raisons frivoles que les Rabbins apportent ordinairement

pour

pour en expliquer l'origine. Au reste, ajoûtai-je, l'Ecriture nous apprend, que les Chaldéens étoient excellens Astronomes: & nous voïons aussi dans l'Ecriture, que depuis la captivité les Juifs ont pris leurs mois & leur Calendrier des Chaldéens. Quoi qu'en puissent donc dire les Rabbins: qui ne sont ni si vieux, ni si sages, que l'Auteur des Réfléxions se le persuade, les Juifs ont reglé leurs mois, au moins depuis ce temps là, par le calcul Astronomique, comme les Chaldéens, & nullement par la phase.

Enfin je fis tomber d'accord M. l'Abbé, que l'auteur des Réfléxions avoit tort de dire, que l'*Ecriture étoit evidemment contraire au P.H. lorsqu'elle marque le jour & l'heure de la Pâque, & qu'elle parle sans distinction à tous les Juifs.* Car si le nouveau Testament est parfaitement d'accord avec l'ancien, comme nul Catholique n'en oseroit douter: & si les rits & les coûtumes immémoriales des Juifs bien entenduës, s'accordent avec l'Ecriture du nouveau Testament, pour partager la Pâque en deux bandes, comme le P. H. le prouve: il y a quelque fondement de croire, que l'éxécution de la loi, de la maniere qu'elle se voit dans le nouveau Testament, n'est pas contraire à l'institution de la même loi qu'on lit dans l'ancien: & qu'il n'y a point de meilleur interpréte du véritable sens de l'ancien Testament, aprés les Ecrivains sacrez du Nouveau, que les Traditions anciennes & immémoriales des Juifs. Outre cela, examinons un peu la loi. Elle ordonne que *toute la multitude des enfans d'Israël immole ensemble l'agneau* sur le soir du quatorze au quinziéme du premier mois. C'est dans l'Exode, chap. 12. Si le P.H. prétendoit que quelques-uns de *toute la multitude* ne le fissent pas le soir du quatorze au quinziéme, il auroit tort, puis qu'alors il contreviendroit à la loi. Mais il ajuste si bien toutes choses, ou pour mieux dire, il les trouve si bien ajustées, que *toute la multitude des enfans d'Israël* fait la cérémonie le soir du quatorze au quinziéme. Ainsi la loi se trouve ici observée dans toute la rigueur de la lettre. Car pour ce mot, *ensemble*, l'Auteur des Réfléxions l'ajoute assez inutilement à l'Ecriture: du moins ne peut-il avoir le sens qu'il luy donne, lors qu'il veut que la loi comprenne par là tous les Juifs, qui se pourroient transporter à Jérusalem. En effet, pourquoi mettre la fête de Pâque au nombre des cérémonies, où tout le peuple Juif de tous les quartiers du monde dûst se trouver ensemble, si la loi même l'exclut de ce nombre la? Le P.H. a fait voir, page 42. & 43. qu'il n'y avoit en tout que deux fêtes marquées dans la loi, où tout le peuple fût obligé de se trouver dans le lieu saint: sçavoir le dernier jour des azimes, & le dernier de la fête des Tabernacles. Cette loi est en termes exprés, au chapitre 23. du Lévitique, verset 36. & au 16. du Deutéronome, verset 8. Pour cela ces deux jours s'appellent dans l'Hébreu, *Atzereth*: ce que l'Auteur de la Vulgate traduit ordinairement *collecta*, ou bien, *dies cœtûs atque collectæ*. L'Ecriture ne marquant que ces deux jours là pour des jours d'assemblée, & si j'ose parler ainsi, de reveuë générale: comme il est aisé de le justifier par la Concordance Hebraïque, en cinq endroits de l'ancien Testament, où ce mot ne se rencontre que pour ces deux fêtes: l'Ecriture dés lors nous laisse en droit d'inférer, qu'elle n'étend pas la même obligation à aucune autre fête. Comme lors qu'elle compte les jours ausquels Dieu défend les œuvres serviles, elle veut bien qu'on infére aprés la supputation faite, que les autres jours sont des jours de travail. La loi donc ne spécifiant que les deux jours de rendez-vous général que j'ai marquez, pourquoi veut-on que la Pâque soit aussi du nombre? C'est là que le P. H. a montré que Joséphe, *tout Sacrificateur & sçavant qu'il étoit dans la loi*, a commis deux fautes grossiéres, en ce qui regarde cette loi. La premiére, lors qu'il a dit, que la Pentecôte en hébreu s'appelle *Azartha*: & l'autre, lors qu'en quelque sens qu'il prenne ce mot, il l'attribuë à la Pentecôte.

Je ne sçai, dit M. l'Abbé, d'où vient que l'Auteur des Réfléxions n'a pas songé à disculper Joséphe des ignorances qu'on lui reproche. Je lui répondis que cét Auteur voioit peut-être l'entreprise trop hardie pour y réüssir. Quoi qu'il en soit, poursuivis-je, la Synagogue qui l'entendoit mieux que Joséphe, ne trouvant pas dans la loi, que le premier jour des azimes fût *Atzereth, dies cœtus atque collectæ*, c'est à dire, un jour où toute la multitude, tant des habitans de la Judée, que des étrangers qui pouvoient accourir par dévotion à Jérusalem, dûssent assister à la cérémonie publique du jour, comme ils y étoient obligez les deux autres jours que nous avons marquez: la Synagogue, dis-je, là dessus a pû ordonner un jour distingué pour la Pâque des Etrangers, s'ils la vouloient faire: voiant que la loi mettoit de la difference entre le premier jour, ou le jour de la Pâque, & le dernier jour des azimes: qu'elle obligeoit également les gens du païs & les étrangers, qui seroient alors à Jérusalem, d'assister tous ensemble à la cérémonie du dernier jour, & à la clôture de la fête: mais qu'elle n'imposoit pas la même nécessité quant au premier jour, ni quant à la cérémonie prescrite pour le premier jour. Et je ne doute pas que l'Esprit de Dieu en dictant la loi, n'ait observé cette différence entre la cérémonie du premier, & celle du dernier jour des azimes, prévoiant la nécessité où l'on seroit un jour, de faire cette séparation des habitans de la Judée, d'avec les Galiléens & les étrangers pour la Pâque, que tous ne pourroient faire dans un temps aussi court que celui que prescrit la loi: & prévoiant encore la difficulté qu'auroit le peuple de Dieu hors de la Judée, de se réünir souvent à Jérusalem, hors l'une des deux fêtes, des azimes, & des Tabernacles. C'étoit effectivement deux fêtes placées en deux saisons tres-propres pour voiager, sçavoir dans le commencement du Printemps & de l'Automne.

De là vient que dans l'Exode, où il est dit, que *toute la multitude des enfans d'Israël* doit faire la Pâque, le mot d'*Atzereth* ne s'y trouve pas: mais une autre expression, qu'on ne peut avoir choisie pour ce lieu-ci, préférablement à l'autre, que parce qu'elle a une signification beaucoup plus resserrée. Car elle veut dire mot pour mot, *toute l'assemblée de la Synagogue*: expréssion qui ne comprend nullement les Juifs des Provinces étrangéres: mais seulement la multitude des enfans d'Israël, qui seroient sous la jurisdiction de la Synagogue: & par conséquent ceux qui se trouveroient tellement établis dans la Terre promise, qu'ils y seroient séparez d'avec les Nations. Or depuis le milieu du regne d'Ezechias, & peut être avant ce temps-là, il n'y avoit que le Roïaume de Juda, qui eût cét avantage d'être ainsi séparé, & conséquemment qui composât l'*assemblée de la Synagogue des enfans d'Israël*, obligée de se trouver à Jérusalem, tous les ans, pour la Pâque.

De là vient outre cela, que la fête des Tabernacles, qui étoit selon la loi du même rang que la solennité des azimes, N. Seigneur l'année trente-deuxiéme de sa vie, parce qu'il étoit Galiléen & étranger, ne se crut pas obligé de se trouver à Jérusalem pour le premier jour de la fête, comme je me souviens bien que vous me l'apprîtes hier: parce que ce jour n'étoit pas *Atzereth*. (M. l'Abbé prenoit plaisir à m'entendre ainsi parler hébreu:) Mais quand N. Seigneur se fût rendu à Jérusalem pour la fête qui venoit cette année-là au milieu de la solennité des Tabernacles, il se crût obligé, voulant obéïr à la loi, d'y demeurer jusqu'au dernier jour, qui étoit *Atzereth*. Aussi y demeura-t'il, comme S. Jean le rapporte au chapitre 7.

De là vient encore que la Pentecôte n'est pas marquée pour un semblable jour d'assemblée générale, à cause de la difficulté que les étrangers eussent eu de se transporter si souvent à Jerusalem, comme je viens de dire.

De là vient enfin que l'Auteur de la Vulgate ; qu'on ne peut assez estimer, ni assez admirer pour son éxactitude, & pour la connoissance qu'il avoit de la loi & des coûtumes des Juifs : ce qu'il est aisé de reconnoître au choix & à la justesse des expressions, dont il se sert dans l'ancien & dans le nouveau Testament, pour les indiquer : de là vient, dis-je, qu'en parlant du dernier jour des azimes, au chap. 23. du Lévitique, vs. 8. il dit que ce jour étoit *plus célebre & plus saint*, que n'étoit le premier. Or comment a-t'il pû dire, que ce jour fût plus saint & plus célébre, ce que l'Hébreu ne porte pas, sinon parce qu'il sçavoit bien que tout le peuple de la Galilée & des Provinces éloignées, qui vouloit se trouver à Jérusalem pour les azimes, n'étoit pas obligé de s'y trouver le premier jour : mais qu'en cas qu'il y vint ; aprés avoir fait sa Pâque au jour marqué, comme la loi l'y obligeoit, s'il y étoit arrivé a temps ; il ne lui étoit pas permis de se retirer, sans assister auparavant à la cérémonie générale & publique, qui se faisoit le dernier jour : quoique les Galiléens & ces Juifs étrangers eussent fait leur Pâque séparément des autres, & un jour plûtôt qu'eux. C'est la remarque du P. H. dis-je à M. l'Abbé. Nous cherchâmes l'endroit, & nous le vîmes à la page 383. & 387.

Or c'est cette séparation, poursuivis-je, de Galiléens & de Juifs, qui paroît visiblement dans le passage des Actes, sur lequel le P. H. s'appuie davantage : & si elle y est marquée, c'est témérité de croire, que ceux qui l'ont établie, se soient écartez de la loi, ou de l'intention du Législateur. On y voit un jour des azimes, distingué du jour solemnel de Pâque qui suit : car autrement S. Luc auroit dit en parlant du martyre de S. Jacques, & de la détention de S. Pierre, *C'étoit le jour de Pâque*. Il n'auroit pas dit, *c'étoit le jour des Azimes : & Herode attendoit que la fête de Pâque fût passée, pour faire mourir S. Pierre.* Si c'étoit les jours des azimes, c'étoit du moins le premier. Et ce jour est néanmoins devant le premier des sept que la loi ordonne, puis qu'il est devant la fête de Pâque : c'est donc un huitiéme jour d'azimes ajoûté aux autres. C'étoit bien le jour que les Galiléens faisoient leur Pâque à Jérusalem : tout comme quelques-uns font ici à Paris leur Communion de Pâque le samedi saint : & le samedi saint n'est pas pourtant ni pour eux, ni pour les autres le jour de Pâque à Paris. C'étoit à Jérusalem un jour d'azimes pour tous, suivant le réglement de la Synagogue : mais ce n'étoit pas le jour de Pâque à Jérusalem, parce qu'il n'étoit pas le quinziéme. Ainsi un jour des azimes, qui ne peut être le jour de la parascéve des azimes ou de Pâque, comme je vous l'ay montré, disois-je à M. l'Abbé : & par conséquent, qui ne peut être le quatorziéme du mois, puisque cela est positivement contre la loi dans l'Exode chapitre 12. au Lévitique chapitre 23. & dans les Nombres chapitre 28. où le quinziéme jour du mois est toûjours le premier des azimes : (car c'est par l'Ecriture même, & non pas par les Rabbins, qu'il faut expliquer l'Ecriture :) Un premier jour des azimes donc, tel qu'il est marqué dans les Evangiles & dans les Actes, c'est-à-dire, qui est le quinziéme du mois, & qui précéde néanmoins le jour de la fête de Pâque, lequel est encore le quinziéme : ce jour, dis-je, ne peut être que le quinziéme du mois, & le premier des azimes pour les Galiléens & les étrangers, placé devant le quinziéme du mois & le premier des azimes pour les Juifs : à moins que de dire, qu'il y avoit a Jérusalem pour les mêmes Juifs deux premiers jours des azimes, & deux quinziémes du mois de suite. Ce ne peut être donc un autre jour d'azimes, que celui qui étoit fêté dans la Galilée, tandis que ceux qui étoient venus de là à Jérusalem, y avoient mangé la Pâque à l'entrée de ce jour-là : un jour devant la Pâque des Juifs. Et ces deux jours réünis étoient également fêtez hors de la Paléstine, comme ils le sont encore aujourd'hui. Pour dire que ce sistême, est *un sistême bati en l'air*, il faut montrer qu'on prend mal ce passage des Actes, & que les autres preuves qu'on en apporte, sont plus foibles que ce que l'on puise dans les rêveries fades des Rabins. Mais ce qu'il y a ici de surprenant, c'est que l'Auteur des Réfléxions passe, sans y toucher, toutes les plus fortes preuves le P. H. a produites : & qu'il n'objecte rien aussi à quoi le P. H. n'ait satisfait, quoi qu'il l'objecte aussi froidement, que si le P. H. n'avoit prévenu aucune de ces objections.

Tandis que M. l'Abbé donnoit audience à une personne qui le venoit consulter sur un cas de conscience, il me laissa l'écrit entre les mains : & j'eus le loisir de faire encore deux ou trois remarques. Je vis premiérement que l'Auteur ne peut souffrir, que le P. H. ait avancé qu'on pourroit prouver par le témoignage de Philon, *Que les Juifs d'Alexandrie ne reconnoissent point d'autre Temple, que celui de Jérusalem : & qu'ils n'avoient que des Synagogues. Si cela est*, dit l'Auteur des Réfléxions, *Joseph ou celui qui a emprunté son nom, se mocque de nous. Car ce Joséph quel qu'il soit, nous raconte comme Onias bâtit un Temple en Egypte, qu'il y dressa un Autel, qu'il y établit des Sacrificateurs.* Joséphe pourroit bien, me repartit à cela M. l'Abbé, n'être pas fort croiable là dessus, si l'on en croit Philon dans un autre ouvrage encore, que le P. H. n'a pas cité : c'est dans le livre de la Providence, dont Eusébe rapporte un fragment fort considérable au chapitre treiziéme du huitiéme livre de sa Préparation Evangélique. Philon dit en cet endroit-là, qu'il passa par Ascalon, *lors qu'il alloit pour sacrifier dans le Temple de ses ancêtres* : c'est à dire, à Jérusalem. S'il avoit été schismatique, & s'il y avoit eu pour ces schismatiques un Temple en Egypte, assurément Philon ne se seroit pas avisé d'aller sacrifier à Jérusalem : & s'il eût osé s'y présenter, il y eût été fort mal receu. Je trouvay la réfléxion de M. l'Abbé tres-judicieuse.

La derniére remarque que j'eus le loisir de faire, lorsque j'étois seul, fut sur la page 10. où l'Auteur chagrin de ce que le P. H. assure, que le sentiment qui soûtient que nôtre Seigneur n'a pas fait la derniére Pâque, est opposé à une tradition que l'Eglise a receuë de Saint Pierre, comme le P. H. promet de le justifier un jour, de ne se servir que de pain azime pour l'Eucharistie, parce que N. Seigneur s'en est servi : A cela il s'écrie : *Un Jésuite peut-il parler de cette maniére, aprés avoir lû dans le docte ouvrage du P. Sirmond, que l'Eglise Romaine s'étoit servi jusqu'au dixiéme siécle de pain levé pour l'Eucharistie.* Quand je fis voir cet endroit à M. l'Abbé, il se prit à rire. Cet Auteur, me dit-il, ne songe pas, qu'en défendant le P. Lamy, il lui pourra bien attirer une repartie plus fascheuse. Car ne sera t'il pas aprés cela permis à quelqu'un de s'écrier à son tour, & peut-être d'un ton plus serieux : *Un Pére de l'Oratoire peut-il parler de cette maniére, & soutenir que N. Seigneur n'ait pas fait la derniére Pâque, aprés avoir lû dans le Concile de Trente, le contraire en termes exprés, comme il l'avouë lui-même ?* Il n'est pourtant point échapé au P. H. de pareille exclamation : & je sçai qu'il honore & qu'il éstime le P. Lamy.

Je ne conseillerois pourtant pas au P. Lamy, dit M. l'Abbé, de se prévaloir beaucoup des loüanges que lui donne l'Auteur des Réfléxions, lorsqu'il l'appelle *le réstaurateur d'un sentiment ruiné dans l'esprit de tout le monde*, tout *avantageux* qu'il est *à l'Eglise, conforme aux dogmes de la foi, & propre à les soûtenir.* Tous ces éloges sont sans preuve, & les habiles gens

 n'en

n'en conviénnent pas. C'est un sistéme décrié principalement pour trois chefs. Le premier est, qu'il est opposé au sentiment commun de tous les Catholiques, qui est que N. Seigneur a fait la derniére Pâque selon la loi. Le second, parce qu'on ne le peut soûtenir, sans donner un sens forcé à l'Ecriture en plusieurs endroits; expliquant la Pâque, que les Apotres preparerent; & que N. Seigneur mangea, d'un festin solennel, qui n'étoit pas l'agneau Pascal, & qui se fit un jour avant Pâque. Car dans quel livre de l'Ecriture, comme vous me le disiez fort bien tantôt, dans quel Pére, dans quel Auteur Catholique, dans quel Rabbin même a-t-il trouvé la Pâque en ce sens-la? Le troisiéme défaut enfin, est qu'on veut dans ce sistéme, que *le premier jour des azimes* soit la veille des azimes, quoi qu'on ne prépare encore aujourd'hui ces azimes que sur le midy de la veille même: & que l'Auteur veut néanmoins, que le dernier souper de N. Seigneur, & l'entrée du premier jour des azimes, fût le soir précédent: c'est à dire, dix-huit heures avant qu'on pensât aux azimes: ce qui est faire parler trois Evangelistes un langage contraire à la loi, & inconnu a toute la nation Juifve: qui en feroit aujourd'hui même du moins autant surprise, que nous le serions, si quelqu'un s'avisoit de dire, que lors qu'on raconte qu'un fait est arrivé le premier jour de Pâque, cela se doit entendre de la veille de Pâque. Le principal avantage que trouve l'Auteur des Réflexions dans le sistéme du P. Lamy, est *qu'il n'a gueres vû de personne qui n'avouë que c'est une belle chose de voir dans ce sentiment que N. Seigneur soit mort dans le temps précis que l'Agneau Pascal s'immoloit dans le Temple.* A considérer seulement les sistêmes de ce coté là, celui du P. H. doit avoir la préférence, non seulement sur celui du P. Lamy, mais encore sur tout autre. Car pour *une belle chose*, qui se rencontre dans celui du P. Lamy, celui du P. H. en réünit deux, qui ne se peuvent trouver dans nul autre. C'est que l'agneau Pascal n'étant pas moins une figure de l'Eucharistie, que de la Passion, il se rencontre fort à propos que N. Seigneur institua l'Eucharistie, lors que les Galiléens ou les Israelites mangeoient l'agneau Pascal: & qu'il fut immolé lui même à l'heure précise qu'on immoloit l'agneau pour les Juifs.

Voilà, Monsieur, à peu prés l'entretien que j'eus hier l'apresdinée avec M. l'Abbé. Je suis persuadé que vous lui en eussiez bien dit davantage: mais vous verrez par ce récit, si j'ay sceu profiter des enseignemens que vous m'avez donnez. Je suis,

MONSIEUR,

Vôtre tres-humble & tres-obéïssant serviteur,

Ce 29. Octobre 1693.

EUSE'BE.

JOANNIS

JOANNIS HARDUINI

SOCIETATIS JESU PRESBYTERI,

CHRONOLOGIÆ

EX NUMMIS ANTIQUIS RESTITUTÆ

SPECIMEN PRIMUM.

NUMISMATA

SÆCULI CONSTANTINIANI.

Ad * * *

De nummis tribus, quos in epistolæ tuæ limine proponis, quorsum tu nostram, Vir amice & erudite, perrogas sententiam; cum te rerum hujuscemodi peritissimum arbitrum fama commendet? Aut cur me hoc tempore, veluti molestus & asper exactor urges, ut veteris promissi summam compleam, Constantinianamque ex nummis antiquis Chronologiam nunc tibi demum exhibeam; cum mihi jam non vacet, illustrandis Conciliis occupato, paulo longiorem huic tam diverso eruditionis generi operam impendere: atque ut animum parumper avocarem, in Chronologia Veteris Testamenti ex sacris litteris atque ex nummis antiquis digerenda, jam sim mensem unum eoque amplius gravioribus studiis suffuratus? Tamen geram tibi morem, ut ea in præsenti perscribam, quæ de hoc argumento jampridem in schedas retuli. Atque ab illo quidem nummo tergemino faciam dicendi exordium: quoniam interpretatio nummi, qui e tribus illis postremus est, nos sensim perductura sit ad illam Chronologiæ partem illustrandam ex nummis antiquis, quam tantopere flagitas; nempe ad tempora Constantinianæ gentis explananda.

I.

Primus ergo nummus hanc habet superscriptionem.

D. N. GRATIANVS AVG G AVG.

Caput est cinctum corona e gemmis, vultu seniore, & qui annos præferat circiter quadraginta, aut forte plures. In aversa parte,

GLORIA ROMANORVM.

Augustus dextra captivum premit: læva vexillum tenet, in quo ☧ Christi monogramma pictum est. Infra, LVG. S. hoc est, *Lugdunensis secunda.* In media nummi area, latere dextro; F/R lævo H/Ɛ Hoc est, *Felix Hilarium Reparatio Temporum.* Est e Cimelio Domus Professæ Societatis nostræ in hac civitate: cui domui R. P. Franciscus de la Chaize, Regi Christianissimo a Confessionibus, Numismata pleraque dono dedit, tum vetera quæ studiose conquisierat; tum quæ res gestas Ludovici Magni consignatas exhibent. Est & apud Virum illustr. D. Foucault, in inferiore Neustria rei judiciariæ, ac civili, ærariæque Præfectum: verum ibi cum hac epigraphe in parte nummi postica, ut in alio simili e museo nostro:

GLORIA NOVI SAECVLI.

Infra, CONT. *Civitates omnes Narbonenses tributum:* In medio, hinc quidem, OFF. inde III. *Offerunt tertium.* Vultus ibi annorum est saltem XL. Denique & in Museo quoque nostro huic simillimus, T. CON. hoc est, *Tertium civitatum omnium Narbonensium tributum.* Sed in isto desunt voces OFF. III. Omitto Indices Occonis & Mediobarbi; in quibus nummi similes appellantur.

Quæris a me igitur, quemadmodum has litteras, AVG G AVG. interpretandas censeam. Lege, si me audis, *Dominus noster Gratianus Augusti Gener Augustus.* Sicuti Tiberius AVG F AVG. *Augusti filius Augustus:* ita Gratianus ille AVG G AVG. *Augusti gener Augu-*

Augustus est. Sic de Antonino Pio Sex. Aurelius Victor, ut aiunt: *Iste ab Hadriano in filium adoptatus, cujus gener fuerat:* tametsi istud est ab eo falso proditum. Itaque quod Antoninus Pius in suis nummis non inscripsit, potuisset autem inscribere, si gener fuisset; hoc iste de tanta affinitate glorians prædicat. Id quod mirum videri non debet raro in nummis animadverti; quando Augustorum generi raro essent Augusti, præsertim illo ævo.

Constantinus quidem in eximio ac singulari nummo, de quo mox iterum mihi dicendum erit, FIL. AVGG. appellatur: item Maximinus ei æqualis. An vero alio sensu *filius Augustorum* esse alteruter potuit, nisi quia Augusti alterius filius, idemque gener alterius fuit? Littera G, ut alia quælibet, ex antecedentibus consequentibusque litteris interpretanda est. Alicubi enim & pro Germanico ponitur; ut in nummo perelegant argenteo Gallieni e Museo nostro:

IMP. GALLIENVS P. F. AVG G M.

Neque enim ibi AVG G M aliud est, quam *Augustus, Germanicus Maximus*, ut alia docent Gallieni numismata.

Quis ille porro, inquiet, Gratianus Augusti gener? Quantum ex vultu quidem conjicimus, tantum ille discrepat a Gratiano, qui Valentiniani filius perhibetur, quantum qui maxime: sive ductus oris & lineamenta, sive ætatem contemplere. Cetero altum esse de eo silentium in monumentis quæ circumferuntur rerum Romanarum, non tibi debet mirum videri; qui probe noveris, de aliis quoque Augustis, quos nummi commendant, nihil in eisdem scriptis exstare. Ubinam enimvero mentio de Pacatiano Aug. cujus nummum alterum ex argento perrarum ac singularem, ævo Philippi Imp. percussum, habet penes se P. Stephanus CHAMILLART, e Societate nostra, sic inscriptum:

IMP. T. IVL. MAR. PACATIANVS P. F. AVG.

capite radiato: ex altera parte: PAX ÆTERNA. Alterum ære mixtum asservat gaza Regia:

IMP. IVL. MAR. PACATIANVS P. F. AVG.

capite pariter radiato: CONCORDIA MILITVM. Mitto ceteros, de quibus inter nos disserere consuevimus: Quorum in numerum referri scito hunc oportere Gratianum Augusti generum Augustum. Et sane attentius inspicienti nummos illos, manifeste apparet alteram litteram G sic apte ab opifice sejunctam esse intervallo exiguo a priore, ut vel ex eo indicetur suam ei litteræ peculiarem inesse vim ac potestatem, sejunctamque a reliquis quæ antecedunt.

II.

Nummus alter est ex iis unus, qui Tornaci reperti sunt in tumulo (ut volunt) Childirici regis: inscribiturque,

D. N. ZENO ET LEO NOV. CAE.

capite Zenonis galeato, cum hasta & clypeo. In postica nummi area, VICTORIA AVGGG. Infra, CONOB. Quæris autem NOV. CAE. quid hoc loco sit. Atqui sic habeto Novum Cæsarem idcirco Leonem appellari, quod ex alia esset iste gente, quam ex Julia, sive Cæsarum: sed in eamdem nuper insertus, ob matrem Cæsarum stirpe prognatam.

Est autem diligenter observandum, quo loco vox Græca Νέ© ponatur in titulis. Nam substantivis nominibus præposita *Novum* significat: quæ vox eo sensu Latine similiter nomini præponitur. Si postponitur autem Græce νέ©, *juniorem* sonat; & Latine quoque vox ea subsequitur nomen. Itaque in isto nummo, quo de agitur, non *Leo Novus*, sed *Novus Cæsar* legi oportet. At in alio ex auro, apud V. Cl. Du-Cangium, in familiis Byzantinis, pag. 123. area altera Leonis Aug. quem esse Isaurum falso putant, vultum exhibet, cum epigraphe detrita ex parte, LEON.... Altera liberos ejus Cæsares vel Nobilissimos pueros; alterum natu majorem, juniorem alterum. Epigraphe autem est, CONSTANTINOS Є ΛЄΌΝ Ο ΝЄΟS. *Constantinus & Leo junior.* Sic enim appellari istum oportuit, Leone patre adhuc vivente: sicuti CONSTANTINVS IVN. dicitur vivo adhuc Constantino patre: & CONSTANS IVN. & VALENTINIANVS IVN. & alii similiter; cum essent cognomines eorum alii seniores.

Sic ΙΟΥΛΙΑΝ ΝΕΑΝ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥ Mytilenæi in suo nummo ex ære minimo in gaza Regia appellant, *Juliam juniorem.* Nummi pagina prior Agrippinam aperte ostendit, Caji Principis matrem, quem Caligulam vocant, vultu annorum amplius quadraginta. Epigraphe est ea, quam attulimus: ΙΟΥΛΙΑΝ ΝΕΑΝ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥ, *Juliam juniorem Germanici*, uxorem scilicet, ΜΥΤ. *Mytilenæi* venerantur. Posterior pagina nummi Caium Principem exhibet togatum ac stantem, tenentemque dextra pateram, cum hoc lemmate:

Γ. ΚΑΙ. CЄΒΑCΤΟΝ ΜΥΤΙ.

Caium Cæsarem Augustum Mytilenæi salutant. Julia Germanici cum dicitur, uxor intelligitur: ut cum altera Agrippina, Germanici filia, *Cæsaris Augusti* appellatur,

AGRIPPINA AVG. GERMANICI F. CAES. AVG.

Claudii Cæsaris Augusti uxor designatur. Et cum in nummo Græco Neronis, ΟΚΤΑΟΥΙΑ ΣΕΒΑΣΤΟΥ, *Octavia Augusti*, Neronis videlicet: & cum DOMITIA AVG. DOMITIANI IMP. & cum SABINA AVG. HADRIANI AVG. aliaque exempla quamplurima. Cum enim filia intelligitur, ea vox exprimitur; ut in nummis, DIVAE IVLIAE DIVI TITI F. & FAVSTINA AVG. PII AVG. FIL. & Græce in Cimelio Regio, ΦΑΥCΤЄΙΝΑ CЄΒ. ЄΥCЄΒ. CЄΒΑ. ΘΥΓΑ. *Φαυςῖνα Σεβαςὴ Εὐσεβοῦς Σεβαςοῦ Θυγάτηρ.* Itaque Agrippina Germanici conjux Julia junior appellatur; quoniam e gente Julia fuit, filia Juliæ alterius, Augusti filiæ. Proinde sive Agrippinam diceres, sive Juliam juniorem, nihil prorsus intererat. Et ibi Νέα *junior* est, quoniam postponitur nomini. At ΝΕΟΙ ΗΛΙΟΙ. *Novi soles* appellati, M. Antoninus Pius, & P. Septimius Geta, Severi Aug. filii. Et in vetusto lapide ΝΕΑΝ ΔΗΜΗΤΡΑ. *Novam Cererem*, Sabinam Hadriani, veteres appellarunt.

JUNIOR autem ubi quis appellatur, superstitem adhuc esse cognominem alterum seniorem ea locutio significat. Sic MAXIMIANVS IVN. Aug. sub Galerio Maximiano Aug. altero seniore: & CONSTANTINVS IVN. sub Constantino Aug. & CONSTANS IVN. sub Constante Max. Aug. & CONSTANTIVS IVN. sub Constantio Aug. & quantumlibet refragentur hic quoque scriptores rerum Romanarum, sub Valentiniano Aug. VALENTINIANVS alter IVN. AVG. Sunt enim hi nummi quatuor e Museo nostro argentei, eodem tempore conflati:

D. N. VALENTINIANVS P. F. AVG.
VRBS ROMA. Infra, R. P. *Remorum primum tributum.*

D. N

D. N. VALENS P. F. AVG.
VRBS ROMA. Infra, TRPS. *Treveri, Permissu Senatus.*
D. N. GRATIANVS P. F. AVG.
VRBS ROMA. Infra, TRPS. Ut proxime.
D. N. VALENTINIANVS IVN. P. F. AVG.
VRBS ROMA. Infra, AQPS. *Aquenses, Permissu Senatus.*

Itaque Agrippina Germanici cum Julia junior nuncupatur, sub Caji Cæsaris Augusti principatu; etiam tum superstitem fuisse Juliam seniorem, Augusti filiam, conjugem Tiberii, ea vox admonet, historicis adhuc frustra reclamantibus. *At me non valde movent ejusmodi Scriptores, legitimæ historiæ (dicam iratis quorumdam animis) dehonestamenta*, inquiebat Lipsius ad Tacitum, libro IV. Annal. cap. III. Est in Cimelio D. FOUCAULT, ex ære magno nummus,

TI. CAESAR. DIVI. AVG. F. AVG. P. M. TR. POT. XXIIII. In medio, SC.
SPQR IVLIAE AVGVSTAE. Tiberii conjugi. Carpentum biga mularum junctum.

Aberrant à vero longissime, sive qui Liviam Augusti conjugem hic designari putant; uti tum alibi, tum forte iterum in hoc ipso opere dicturi sumus: sive qui mortuæ Augustæ delatum honorem hic pingi arbitrantur. Uni tantum Juliæ Augustæ ex omnibus matronis feminisve nobilibus jus esse carpenti in Urbe concessum à SPQR. similemve aliquam prærogativam, hic nummus significat. Nam si diem illa jam obiisset, DIVAE IVLIAE, ut in alio, quem Spanhemius affert pag. 607. nummus inscriberetur. Et hoc anno igitur Tiberii TR. POT. XXIIII. (qui æræ Christianæ annus est XXII.) superstes erat Julia Tiberii: & ipso Caji principatu; quo Agrippina Germanici Julia junior nuncupata est, ut diximus, ob Juliam Tiberii conjugem, quæ senior fuit.

III.

Sed multo operosioris est curæ explanatio nummi illius, qui inscribitur Theodeberti nomine, hoc modo:

D. N. THEODEBERTVS C.

Capite cincto corona e gemmis. In altera superficie,

VICTORIA ACC C D N.

Victoria palmam læva gerit, dextra coronam ostentat: quæ corona vocem ACC. in inscriptione suo interpositu dirimit a littera C consequente. Ad pedes Victoriæ, litteræ duæ colligatæ, R̄E. Ais in incerto esse, quemadmodum hæc superscriptio partis aversæ exponi possit.

Lege, ut pridem in aurem dicere me tibi probe commemini: *Victoria accepta Consule Domino nostro*, Theodeberto scilicet, ut mox dicemus, *Perpetua*. Nam Theodeberto delatum fuisse Consulatum non ægre concedes, opinor: qui à Clodoveo rege susceptum, deferente Anastasio Augusto credis. Quod si roges quamobrem in Fastis nulla mentio facta sit hujus Consulatus: dic tu vicissim, cur nulla quoque sit Muciani ter Consulis, quem Plinius sæpe laudat: aut cur Postumi Imp. quinque Consulatus, quos nummi nostri ex ære repræsentant, Fasti omiserint: ut & Imp. Maxentii duos, quos Galliæ ipsæ in nummis Treverorum agnoscunt.

Legendum igitur est in antica parte, *Dominus noster Theodebertus Consul.* Sic in Gallieni nummis Consulis vocabulum una littera C expressum vidimus. Olim equidem pro Consule *Comes* divinaram: inductus in fraudem, Aviti testimonio, qui *Dominum regem* Burgundionum *Comitem Sigismundum* appellat, in epist. XLII. & LXXXIV. quæ ipsius regis nomine dictatæ ab Avito creduntur: multoque magis illa Ammiani Marcellini voce, qua Gratiani Augusti principatu, *Mallobaudem Domesticorum Comitem REGEMque FRANCORUM* appellat, libro XXXI. Sed pœnituit me haud paulo post haud satis certis auctoribus credidisse: & Consulem designari verius intellexi.

An ignoras Consulatum, qui in nummis Augustorum exprimitur, non esse Magistratum Urbanum; sed illum in Republica Romana supremum: de quo scriptor sacer libri primi Machabæorum, cap. XV, 16. *Lucius Consul Romanorum*, Et cap. VIII, 16. *Et committunt uni homini magistratum suum per singulos annos dominari universæ terræ suæ, & omnes obediunt VNI.* Consules Urbani bini fuere: Consul interim Reipublicæ, sive (ut sacer scriptor loquitur) *Consul universæ terræ* Romanorum, unicus absque collega. Ejus generis Consulatus Pompeii est, qui commemoratur a Plinio, lib. XXXIV. sect. XXXIX. *Magni Pompeji in tertio Consulatu exstat edictum* &c. Et libro X. sect. LXXI. *LEGE C. FANNII COS. undecim annis ante tertium Punicum bellum, ne quid volucre poneretur, præter unam gallinam, quæ non esset altilis.* Et libro VIII. sect. LVII. *M. Scaurus in CONSVLATV SVO glires cœnis ademit.* Ita recte pronunciatum est a sacro scriptore; *Et omnes obediunt uni*: quoniam unus erat qui legem ferret. Sed de hoc argumento iterum dicemus in Maxentii nummis, anno XXXI. remque totam ibi certioribus stabiliemus argumentis.

Hunc igitur Reipublicæ Consulatum, non Urbanum alterum, Augusti, Cæsares, aliique, in nummis consignant. Quamobrem nulla in nummis mentio collegarum est. Cave enim tibi fraudi sit nummus Bilbilitanorum in Hispania; qui præfert, in ambitu quidem,

MV. AVGVSTA BILBILIS. TI. CAESARE V. L. AELIO SEIANO. Intra coronam deinde COS.

Municipium Augusta Bilbilis, Tiberio Cæsare quintum, L. Ælio Sejano Consulibus. Cave, inquam, hunc nummum præpostere intelligas, existimesve Consulatum Urbanum hic designari, quem simul gesserint Tiberius & Sejanus. Non ea mens Bilbilitanorum fuit, cum hunc nummum cuderent. Quid enim? Cum alios ejusdem civitatis nummos habeamus: num geminos Consules Urbis Romæ alias appellavit? At ne semel quidem. Habemus hosce sub Augusto nummos.

AVGVSTVS DIVI F.
BILBILIS. Hoc tantum. Apud Mediobarbum, ex Museo P. Cattanei.
AVGVSTVS DIVI F. PATER PATRIAE.
MV. AVGVSTA BILBILIS. M. SEMP. TIBERI. L. LICIN. VARO IIVIR. Apud P. JOBERT, nummus est ex ære mediocri.

M. Sempronio Tiberino, L. Licinio Varo Duumviris.

AVGVSTVS DIVI F. PATER PATRIAE.
MV. AVGVSTA BILBILIS. L. COR. CALDO. L. SEMP. RVTILO. IIVIR. Apud *P. Jobert*, ære mediocri.

Sub Tiberio deinde, in gaza Medicea;

TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS.
MV. AVGVSTA BILBILIS. TI. CAESARE III. COS.

In gaza Regia, ex ære mediocri:

TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS.
MV. AVGVSTA BILBILIS. POMP. CAPE. C. VALE. TRANQ. IIVIR.

Sub Caïo denique ex Antonio Augustino, & aliis:

C. CAESAR AVG. GERMANICVS.
MV. AVG. BILBILIS. C. CORN. REFECTO. M. HELV. FRONT. IIVIR.

Ex P. Cattanei schedis Mediobarbus, pag. 78.

C. CAESAR AVG. GERMANICVS.
MV. AVGVSTA BILBILIS. In corona, IIVIR.

Deesse videntur in isto nomina Duumvirum, ut in priore. Tiberium Cæsarem intelligis solum in quarto ex hisce nummis appellari, qui quo anno gessit Consulatum Urbis tertium, si Fastis credimus, habuit Germanicum Cæsarem collegam, nihilo certe Sejano inferiorem, nec minus dignum profecto Bilbilitano Duumviratu. Cur ergo non est conjunctus in hoc magistratu Tiberio Germanicus, sicuti postea eidem Tiberio Sejanus? Quoniam videlicet in nummis non consignabatur Consulatus Urbis, sed Orbis: & hunc qui tertium Consul Orbis fuisset, habere se solum vice Duumvirûm eo anno Bilbilitani gloriantur. Eumdem aliquanto post rursum illi, Tiberio ipso ita volente, cum Sejano habent pro Duumviris: non quod ambo simul gesserint Consulatum Reipublicæ, aut id significare Bilbilitani voluerint: (nam quæ alia in orbe civitas Consules in suis nummis apposuit? aut quo operæ pretio Consules appellarent? aut istos cur soli ex toto orbe Romano Bilbilitani?) sed gloriantur, (inquam) isti, habere se pro Duumviris viros primarios duos; alterum, qui Consul quintum Reipublicæ; alterum, qui semel exstitisset. Nam vox illa *Duumviris* subintelligenda in eo nummo priore est: absque qua frustra Consulum nomina in nummo scriberentur. Et vero teste Mediobarbo ex schedis P. Cattanei, nummi alii diserte habent:

MV. AVGVSTA BILBILIS. TI. CAESARE V.
L. AELIO SEIANO. Deinde in corona, IIVIR.

Et pari forma leges apud D. Foucault, in nummo Hispanico, GERMANICO ET DRVSO. .)(. CAESARIBVS IIVIR.

Invenit ergo Sejanus, quemadmodum nomen Consulatumque suum in nummis insculperet: in quibus Augustorum tantum ac Cæsarum nomina mos erat inscribi. Senatusconsulto opus olim fuit, ut hic honos Agrippæ haberetur, tum merito suo, tum propter Augusti adfinitatem, nempe ut Consulatu suo tertio nummos ex ære signatos videret: sed ex ære tantum, & quidem mediocris moduli. (Nam qui describuntur ex auro vel argento, adulterini sunt.) Ex ære igitur mediocri nummus inscriptus est,

M. AGRIPPA L. F. COS. III. SC.

Quod vero Senatusconsulto pariter obtinere Sejanus haud potuit, astu quæsivit. Itaque magistratum Bilbilitanum ambivit: cujus unius civitatis Duumviratum interdum gessisse illis temporibus Augustos videmus: nimirum ut cum Tiberio quintum, ipse semel COS. posset appellari: ejusdem consortium, non in Consulatu orbis quidem, sed in Duumviratu, aut in Consulatu etiam Hispaniæ fortassis, Tiberio minime repudiante.

Anno Christi CCCCXXXIII. ut Fastos sequamur, Consules signantur *Theodosius* XIIII. *& Maximus*. Hic est Petronius Maximus, qui postea Augustus est salutatus. At eidem novum & privatis inusitatum honoris genus, (verbis Sirmondi utimur, in Notis ad Sidonium, pag. 37.) Petronio Maximo tributum a Valentiniano Aug. videre est in nummo æreo prægrandi, in quo antica facies Valentiniani vultum exhibet, cum solita inscriptione,

D. N. PLA. VALENTINIANVS P. F. AVG.

altera Maximum Consulari habitu in sella sedentem, & volumen in ejus dextera, in læva scipionem cum aquila; quæ sunt insignia Consulatus; nomine hinc inde adscripto,

PETRONIVS MAXIMVS V. C. CONS.

Quo in nummo Consul fuisse Maximus notatur, tunc cum Valentinianus esset Augustus, Consul non esset: quoniam unicum esse Consulem oporteret. Sed honos Petronio habetur, quod ejus nomen & vultum idem nummus exhiberet, qui vultum & nomen Augusti præferret.

Alterius autem generis ab istis sunt Agrippæ nummi Cæsaraugustæ percussi, sub Caïo Cæsare Germanico, quem Caligulam vocant: in quibus cum Duumviris jungitur tertius Agrippæ Consulatus; hoc modo:

M. AGRIPPA L. F. COS. III.
C. C. A. SCIPIONE ET MONTANO IIVIR.
M. AGRIPPA L. F. COS. III.
C. C. A. TITVLLO ET MONTANO IIVIR.

Verum in istis M. Agrippæ nomen in recto casu est, non in sexto, ut in nummis Bilbilitanis, TI. CAES. V. L. AEL. SEIANO COS. Ideoque sic illic appositum Agrippæ nomen est, quod omnem Caji Principis familiam in nummis suæ civitatis Cæsaraugustani Duumviri eo anno exhiberent: Agrippam scilicet, avum Caji maternum: Augustum proavum, Germanicum patrem, Agrippinam matrem, Caïum denique ipsum Cæsarem Aug. Sic enim apud Vaillantium, pag. 21. post Patinum:

DIVVS AVGVSTVS PATER.
C. C. A. SCIPIONE ET MONTANO IIVIR.

Apud D. Foucault: ex ære mediocri:

C. CAESAR AVG. GERMANICVS IMP.
C. C. A. SCIPIONE ET MONTANO IIVIR.

Apud Vaillant. pag. 136. ære mediocri:

GERMANICVS CAESAR C. CAESARIS PATER.
C. C. A. SCIPIONE ET MONTANO IIVIR.

Apud Tristan. p. 50. ære simili:

AGRIP-

AGRIPPINA M. F. MAT. C. CAESARIS AVG.
C. C. A. SCIPIONE ET MONTANO IIVIR.

Omnes sub iisdem Duumviris, ut apparet. Itaque in nummis Bilbilitanis Tiberius & Sejanus Duumviri sunt: Agrippa non item in Cæsaraugustano. Consulatus autem, ut eo revertamur, unde digressi sumus, in nummis ille ubique consignatur unus, qui erat Reipublicæ seu Orbis Consulatus.

Et suus itaque fuit Theodeberto annus potestatis Consularis ad Rempublicam gerendam: quandoquidem non erant Augusti ipsi Consules perpetui: sed quoties hunc sibi honorem Senatus deferret, in nummis suis diligentissime adnotarent.

Victoria porro alicui *accepta* perbene Latine & concise dicitur, pro eo quod est, Victoria quam debemus alicui acceptam referre. Itaque Victoria accepta Consule. Theodeberto cum dicitur, idem exprimitur ac nummo Maxentii Aug. qui inscriptus est,

FEL. PROCES. CONSVL. AVG. N.

Felix Processus Consulatus Augusti nostri, cum triumpho, & supervolitante Victoria.

Jam RE. ad pedes Victoriæ positæ, *Perpetua* significant: quo sensu in nummo Constantini aureo legitur, VICTORIAE PERPETVAE: & in nummo Maxentii, VICTORIA AETERNA. Sic denique in aureo pariter nummo Justiniani Aug. qui Theodeberti æqualis fuit, legimus apud D. Marchionem de MONTAVBAN, in ambitu quidem nummi, VICTORIA ACCCAM: *Victoria accepta Consule Augusto Maximus*: ut in nummo Severi, VICToria PARThica MAXima. In area autem, sinistro latere, MR *Moneta Arelatensis*.

Alium huic deinde subjungis, nec minoris controversiæ ejusdem Theodeberti nummum, qui sic inscriptus est:

D. N. THEODEBERTVS VICTOR.

Habitus ei est, qualis supremo exercituum duci; cum galea, hasta, & clypeo. In altera nummi area Victoria stans crucem oblongam dextra gerit, læva orbem Romanum, cui pariter crux imposita est. Epigraphe,

VICTORIA AVGGG I.

Ad pedes Victoriæ, RE. ut in superiore. Infra, CONOB. Laudat aureum similem isti nummum e Cimelio Illustriss. Colberti Spanhemius, pag. 602. legitque VICTORIA AVGGG. Hic mecum lege, *Victoria Augustorum trium Imperatorum Perpetua.* Sic in nummo Arcadii Aug. aureo, e Museo nostro, legere est in ipso pariter nummi ambitu,

VICTORIA AVGG Є.

Victoria duorum Augustorum quinta. Et apud Du-Cangium, VICTORIA AVGGGA. VICTORIA AVGGGZ. in eodem ipso Arcadio. In nummis Gallieni Aug. VICTORIA AVG. III. VICTORIA AVG. VI. VICTORIA AVG. VIII. In nummo Justiniani aureo, apud Occonem, pag. 582. VICTORIA AVGGG. H. *Victoria trium Augustorum octava* est. In Mauricio Aug. ibidem, pag. 585. VICTORIA AVGG B. *Victoria duorum Augustorum secunda.* Et sunt alii ejusdem formæ quamplurimi.

Jam tot Augustos intelligi necesse esse, quoties littera G in eo vocabulo ponitur, tam est apud eruditos extra controversiam, quam quod maxime. Nisi forte existimas alium superioris ævi morem in ea re, alium inferioris fuisse: hoc est, perversa fuisse repente Monetariorum in toto orbe ingenia; vimque significandi, quæ his litteris a principio imposita est, repente esse immutatam. Tres igitur tunc temporis Augusti erant, qui Rempublicam administrarent. Horum vice Theodebertus Galliarum limitem, a Remis saltem usque Lugdunum, armis tutabatur. Itaque partam victoriam Augustis tribuebat, quorum erant legiones atque exercitus. Quo fere modo Imp. Aureliani temporibus in Oriente VABALATHVS VCRIMPR in nummo nostro appellatur: hoc est, *Vice Cæsaris Rector Imperii Romani*, ut postea dicemus. Quas fere igitur ille partes ibi Rectoris titulo implebat, easdem Theodebertus obibat in Galliis, sub nomine Consulatus. Sic in nummo Constantini Principis Senatus, post ejus obitum, legitur,

DV. CONSTANTINVS PT AVGG.

hoc est, ut eruditi interpretantur, *Divus Constantinus Pater Augustorum duorum.* Est in Cimelio D. FOVCAVLT, nummus ex ære perelegans, idemque apud Mediobarbum, pag. 459. in quo dicitur,

CONSTANTINVS FIL. AVGG.

Filius Augustorum duorum. Est in Museo S. Genovefæ, ejusdem ævi, ex ære mediocri,

MAXIMINVS FIL. AVGG.

Pariter *Filius Augustorum duorum.* Num vero, amabo te, in nummo Constantini Max. vel alterius Constantini Aug. VIRTVS AVGG. erit aliud quam *Virtus Augustorum duorum?* Diocletiano imperium abdicante, percussus ei nummus est in primis ille: QVIES AVGG. An erit illic aliud quam quod diserte legitur in alio ejusdem anni, QVIES AVGVSTORVM?

Instas porro, & percontaris, cur ergo vel Augusti duo tantum in Constantini nummo appareant, vel in Theodeberti nummo tergemini. Nam utrumque ex æquo cum scriptis annalibus pugnare videtur apertissime. Quasi vero quod extra controversiam positum est, quod est in confesso apud omnes, quod nemo ex omni eruditorum senatu inficiatur, quod est in ære perspicue incisum, quod qui legere norunt, non diffitentur, id sit continuo deserendum; eo quod aliquid obscurum inde consequatur, in quo explicando laborandum sit. Atqui sic habeto, annales Augustorum innumeris scatere erroribus: nec aliunde historiam rerum ab iisdem gestarum certius emendari posse, quam veterum nummorum ope, si probe tractentur. De Constantini nummo nominatim quid statuendum sit, ausim interim polliceri mox tibi me facturum satis.

Est alius adhuc nummus Lugduni percussus, inscriptusque DOCCIO MONET. cum ejusdem Theodeberti vultu: in aversa autem parte, VICTORIA AVGVSTOR. Quid vis amplius? Hic Augusti titulum comminisci a regibus nostris propria sponte susceptum, ab iisdem communicatum cum vicinis regibus; a Theodeberto impertitum patruis etiam suis: quid est, oro te, inaniter conjectare, si hoc non est? Si Augusti reges nostri dici voluere in nummis suis, cur id ætate tantum Theodeberti usurpatum est? Cur nemo deinceps, ne quidem e secunda stirpe, si eos exceperis, qui titulum IMP. habent; cur nec Philippus ille quidem in tertia, quem Augustum Annalium scriptores appellant, Augusti nomen in nummis sibi suis adseruit? Ergo alii a Theodeberto regibusque nostris quærendi sunt Augusti; quos in eo nummo appellatos credi ratio postulat. Qui dig-

dignus industria tua atque ingenio & sagacitate labor est.

Augusti, inquam, alii duo sunt quærendi: nam est ipse tertius: tum quia in anteriore parte nummi ipse pingitur, in quo nummo pars aversa exhibet VICTORIA AVGGGI. *Victoria Augustorum trium Imperatorum:* tum vero potissimum, quoniam in nummo singulari ex auro, (solidum aureum vocant, *un sol d'or:*) e Museo nostro, appellatur ipse, D. N. THEODEBERT I. PP. AV. *Dominus noster Theodebertus Imperator Perpetuus Augustus.* Forte unus ex illis est, quorum est mentio in nummo singulari argenteo Anastasii Aug. e Cimelio P. CHAMILLART, in quo legitur, VOTVNIVITM. *Vota Urbis Narbonis primis quinquennalibus Imperatorum trium maximorum.* Nam & in aliis Anastasii nummis, vt & Justiniani, aureis similiter legitur, VICTORIA AVGGG.

Neque vero hoc ero contentus uno: fatigabo te vicissim meis interrogationibus: quibus si feceris satis, miram addideris profecto lucem veteri historiæ gentis nostræ; juverisque plurimum communem amicum, quem nosti in hoc argumento maxima cum laude navare operam.

Dic, amabo, primum, quid causæ sit, cur in altero Theodeberti nummo, qui inscriptus est.

D. N. THEODEBERTVS VICTOR.

Victoria orbem teneat, si nulla orbis Romani cura ac providentia, qualem Reipublicæ Consules habuere, ad Theodebertum pertinebat? Neque enim reges Francorum orbem in suis nummis insculpi præceperunt: sed Augusti tantum, & Cæsares, Consulesque.

Dic deinde, quamobrem cum Theodeberti nummi sint plurimi, (neque enim tot certe sunt alterius cujusquam e prima, ut aiunt, stirpe:) in nullo tamen REX appelletur? Non pudet, credo, quemquam dici se Regem. An Theodebertum piguit, pœnituitve sic appellari? Neque enim aliis nummos suos inscripsit, quam hisce titulis:

D. N. THEODEBERTVS.
D. N. THEODEBERTVS C.
D. N. THEODEBERTVS VICTOR.

Nam D. N. appellatio adeo non regiam potestatem significat, ut ne partem quidem ullam potestatis in Republica administranda per se designet. Honorifica tantum præfatio sive salutatio est: quæ Gallico vocabulo *Monseigneur*, Italico *Monsignore* plane respondet. Quamobrem neque a Regibus umquam nostris usurpata in nummis est; quippe regia longe potestate ac dignitate inferior. Regibus quidem exteris, ut in Hispania, Italiaque, familiaris olim: sed in his regiæ potestatis precario ab Augustis vel Senatu acceptæ vox ea index fuit; non supremæ, atque ab omni alia potestate absolutæ. Sicuti hodieque Galli dicerent, *Monseigneur Louis de* &c. si de Principe viro aut Duce aliquo sermo sit: de Rege ipso omnino non dicerent: quod ea præfatio, quantumvis honorifica, solis tribui solet illustribus viris, quibus suprema potestas præest, regia scilicet.

Ac ne fictum a nobis istud commentum putes, ecquando primum has litteras D. N præfigi cœpisse nominibus Augustorum censes? Omnino (si unum alterumve coloniarum nummum exceperis, sub Severi filiis, & sub Philippis:) sub Diocletiano Maximianoque collega. Sed post abdicationem imperii, cum jam ii nullam Reipublicæ administrandæ partem attingerent. Id vero nummi veteres plane testantur. In his enim ecquando primum D. N. occurrit appellatio? Nempe in his;

D. N. DIOCLETIANO FELICISSIMO SEN. AVG.
PROVIDENTIA DEORUM. QVIES AVGG.
D. N. DIOCLETIANO P. F. S AVG.
QVIES AVGG. Dea ramum oleæ tenet.
D. N. MAXIMIANO FELICISSIMO SEN. AVG.
PROVIDENTIA DEORVM. QVIES AVGG.
D. N. MAXIMIANO P. F. S. AVG.
QVIES AVGG.

Itaque cum uterque jure Dominus esse desiit, Dominus Noster uterque cœptus est appellari. Postea datus ille titulus est Cæsaribus filiis Constantini: quos quidem Cæsares Augusto subjectos fuisse in confesso est. At e nummis sive Maximiani & Deocletiani ante abdicationem: sive consequentium Augustorum ac Cæsarum, ante liberos Constantini, nullus fere has litteras D. N. habet in recto casu, sive in prima ac potiore nummi area, in qua sit vultus ipsius Augusti insculptus. Si qui autem sic eas exhibent, falsos vel eo indicio uno, quamquam tunc alia non sint defutura, pronuntiare ne dubites. In obliquo autem casu, D. N. CONSTANTINI, exempli gratia, vel D. N. CRISPO, nusquam vidimus ante Licinii Imp. vicennalia. Quocumque autem modo titulus ille ponatur, (nihil enim interest) dignitatem quidem, ut diximus, vox ea illustrem denotat, sed tamen supremæ obnoxiam, quæ fons & origo hujus dignitatis exstiterit: nempe Senatui Populoque Rom.

An vero Rex Francorum aut D. N. aut Consul diceretur in nummis, si quidem uterque titulus superiorem eo esse aliquem, cui sit obnoxius, testetur ac prædicet? Mihi vero plane non videtur: multoque profecto malim e numero regum Francorum hunc Theodebertum expungere, in quo hi tituli leguntur, quos nemo alius ex iis præter ipsum habet, quam reges nostros exteræ potestati fuisse obnoxios confiteri. Tu de ea re quid statuas, tecum consule: & nobis quid censueris libenter imperti.

Geminus igitur hic esto nodus, dignus te vindice. Sed tamen alii sunt in hoc genere nihilo isto inferiores, quos aveo scire quemadmodum expedias. De nummis tantum quibusdam hic loquor primæ stirpis, ut vocant, Regum Francorum: de quibus liceat in hac præfatione, priusquam ad Numismata gentis Constantinianæ descendamus, quædam a te percontari.

I. Dic, amabo, primum, cur Merovei nummus aureus, Cabilloni percussus, crucem exhibet, quæ aversam nummi aream implet, ut in nummis regum illorum atque Augustorum, quos constat fuisse maxime Christianos, si Christianus ipse non fuit? Nam ut alterius Merovei nummus ille sit, fieri omnino non potest: siquidem nec ille aliquando regnavit, nec Cabillonum vidit, nec adolescentiam fere excessit; vultum autem senilem ac diadematum nummus exhibet. Quod si pater Christianæ fidei nomen dedit, procul dubio nihil causæ apparet, quamobrem hanc filius ejurasse existimetur: Childiricum intelligo, (sic enim in annulo ipsius scriptum est; non *Childericus:*) qui Merovei filius vulgo ponitur: de quo tibi mox plura indicabimus. Merovingius interim character, qui in libris ac monumentis quibusdam jactatur; a quo tandem Meroveo nomen habet? Non ab isto rege profecto: cujus in probatissimo numismate character idem omnino est, atque in nummis Augusti, Trajani, & qui Ludovici Magni nomine consignantur.

2. De Childirico deinde rege ut dicamus; cur in tumulum ipsius, qui Tornaci repertus est, nummi aurei conjecti sunt amplius LXXX. Theodosii junioris, Valentiniani, Marciani, Leonis, Nepotis, Basilisci, Zenonis; in quibus perspicua sunt Christianæ religionis insignia, si fuit Childiricus alienus ab ea fide? Cur *in gremio ipsius regis*, ut Joan. Jacobus Chifletius refert pag. 259. tot nummi sunt repositi, quorum nullus est, qui non crucem præferat insignem insculptam? Cur in graphiarium ipsius Childirici, quod

Deprehendit postea Auctor non fuisse hunc tumulum Childerici: sed thesaurum duntaxat ex multis

constantem rebus collectitiis; ibique defossum tempore belli, in cœmeterio, ut esset ibi loco tuto a prædonibus.

quod est ex auro obryzo, & crucis figuram refert, & innumeras eleganti artificio sparsas cruces habet, Chiffletii quidem judicio Christianitatis indices, si a Christi cruce ipse abhorruit? Nam quod idem Chiffletius in Anastasii Childirici fingit, donatum eo regem fuisse a Diva Genovefa, inanis prorsus ariolatio est. Quæ si vera conjectatio foret, Parisiis regnasse Childiricum ex eo effici oporteret, quod vix arbitramur certis probari posse argumentis. At unde aurum obryzum virgini rusticanæ? aut cur graphiarium potius, quam quodvis aliud munus, vel suis natalibus vel pietati Christianæ congruentius Regi porrigeret? Aut cur denique in tumulum Regis conjectum est a domesticis, ut vulgo creditur, cultui idolorum addictis, tam manifestum Christianæ professionis documentum? Nam quod caput Apis ibi simul inventum fuisse perhibetur, cum illud in Bibliotheca Regia sæpius contrectaverimus, capulum referre multo verius, quam quidvis aliud, nobis plane visum est. In vetustis profecto monumentis, cum sint innumeræ fabulæ, nemo tamen adeo fabulator aut amens fuit, ut Apim seu bovem, caputve bubulum, a Francis olim fuisse adoratum, ausus sit mentiri.

Quid quod locus ipse, in quo Childiricus sepultus est, suspicionem auget, fuisse Childiricum Christianis sacris imbutum? ut ante nos adnotavit Vir cl. D. Audigier, in libro Gallico, de Origine Francorum. Nempe cœmeterium Ecclesiæ Parochialis sancti Bricii, Tornaci: quod cœmeterium ipsi Ecclesiæ adjacet. Sic enimvero, si Chrysostomo quidem credis, homilia XXVI. in secundam epistolam ad Corinthios, pag. 741. in vestibulo ædis sacræ sepultus est Constantinus Max. Aug.

Aiebas sane tu mihi nuper, perlatum ad te, vetus Tornacum fuisse citra Scaldim amnem, in latere Hannoniæ; auctore Chiffletio: partem alteram civitatis, quæ mare spectat, multo postea ædificatam esse. Atqui in illa priore Tornaci regione Childirici tumulus est: in vetere igitur Tornaco. Verum intellexi postea Chiffletium ab iis lectum esse præpostere, qui ea tibi retulerunt. Ait enim ille e contrario vetus Tornacum mare spectasse: recentiorem vero partem urbis esse, in qua Ecclesia est sancti Bricii, cum tumulo Childirici. Tu porro cave isti aliisve magis credas, quam oculis ipse tuis, & pervetustæ constantique traditioni civium Tornacensium. Inspice, sodes, delineationes urbium Belgii, quæ sunt eleganter & accurate sculptæ. In his Tornacum videbis amne Scalde intersecari: angustumque ambitum olim murorum fuisse, quorum multa adhuc supersunt rudera: multoque plura in ea parte quæ Hannoniam respicit, complectiturque tumulum Childirici, quam in altera quæ mare spectat. Cernes pomœrium sic postea esse dilatatum, ut inclusa civitas prior recenti civitate, ac multo deinde ampliore mœnium ambitu, ut fit, cincta videatur. Ipsis antiquis mœnibus imposita Domus probationis Societatis nostræ est: & culinam quidem, si nescis, in una esse ex antiquis murorum turribus, tum constans ibi fama est, tum oculi ipsi faciunt ejus rei fidem. Ibi pars etiamnum fossæ cernitur quæ turres murosque circumdabat. Atqui intra hæc ipsa angustiora mœnia, medioque intervallo inter ipsa mœnia & amnem qui urbem interfluit, tumulus Childirici est. In urbe igitur suæ ditionis, atque in loco sacro sepultus videri jure merito potest. An enimvero, si hostilis civitas foret, etiam (ut volunt) tota ultra amnem ea ætate: an cum vel sic se res haberent, inquam, vix ducentis trecentisve ut plurimum ab ea urbe passibus rex sepeliretur, tam magnifico cultu atque ornatu, spectante e suis mœnibus universa civitate? Nec fert ita communis usus, nec ratio ita fieri potuisse sane suadet.

Nam quod Prosperum quidam aiunt asseverare, Meroveum aliosque regnasse in Francia; atque inde effici, ultra Rhenum amnem, quod ibi Francia foret, reges illos substitisse; nihili, mihi crede, istud argumenti est. Quoniam Prosper ille simius alterius Prosperi cognominis est, scriptor sublestæ fidei: cui Vir doctissimus Labbeus e Societate nostra admodum caute titulum hunc præfixit, *Ejusdem alteriusve Prosperi Chronicon, &c.* Suboluit viro erudito, sub ementito Prosperi nomine latere hominem fraudulentum voluisse.

3. Sed de Childirico satis: ad alios veniamus. Cur Chilperici, qui Clotarii filius dicitur, nullus omnino nummus exstat? Cur Caroli Martelli, ut vocant, pariter nullus, cum ille tamen solus existimetur in Galliis diutissime rerum potitus? Cur in nummis primæ regum stirpis, ut nunc de ceteris sileam, Francorum nomen ne semel quidem apparet, si jam tum in usu fuit, ut vulgo creditur? Cur nummi primæ stirpis omnes in ea tantum parte Galliarum cusi leguntur, quæ posteriore ævo dicta est Francia Orientalis & Austrasia: nulli penitus in Neustrasia & Occidentali Francia? Sunt enim omnes Arelate, Massiliæ, Lugduni, Cabilloni, Mettis, Remis, Senonibus, vel Parisiis percussi, aut denique Banniaciaci, altero (ut creditur) a Lutetia milliari. Nulli plane in Neustria, Britannia, Aquitania quanta quanta est: in Turonibus, Andegavis, Biturigibus nulli. De Romanis quidem idem quæri potest. Nulla enim Augustorum numismata conflata reperias in ea parte Galliarum, quæ vel a Parisiis & Carnutis, vel a Cadurcis, fere usque occiduum mare porrigitur. In orientali tantum parte repeciuntur, quæ & linguam idcirco Romanam appellatam videtur olim esse complexa. Similiter in nummis Augustorum post Antoninum Pium, nullum Hispaniæ vestigium est. At de Regibus Galliarum, quos primæ stirpis appellant, gravior est difficultas.

Cur vero deinde Childeberti nummi nulli sunt, nisi Arelate conflati? Cur Chariberti nummi cusi Massiliæ sunt, ubi tamen jus ei nullum fuit, si quidem fides habenda est rerum Francicarum scriptoribus? Cur regum Burgundionum nummi pariter prorsus nulli visuntur, ex ære, argento, vel auro?

DE VOCE CONOB & COMOB *in nummis antiquis.*

DICES fortassis videri me velle deflectere a proposita quæstione, ac te alio transferre, ne illud expediam, quod ex Theodeberti nummo superest haud facilis explicatus. Nimirum de vocabulo CONOB, quod non in Augustorum modo Orientis, sed Occidentis etiam, ac Theodeberti, Reccaredi, aliorumque nummis occurrit. Negas enim multis satisfacere sententiam ea de re virorum doctorum, interpretantium communi consensu, *Constantinopoli obsignatum.* Istud si displicet, quid isti porro mallent? *Constantinus ὁ βασιλεύς*? Et COMOB *Constantinus Maximus ὁ βασιλεύς*? At ut omittam cetera, quæ sunt cuilibet obvia, βασιλεὺς in nummis Augustorum Græcis nusquam legitur, præterquam in nummis Regum Romaniæ minoris. Piget enim ipsum me aliquando dixisse, litteras Γ B in nummis Tarsensium significare Γράμματι Βασιλέως, *Rescripto Imperatoris*: tametsi id glossæ nescio quæ suggererent, aliique scriptores. Γνώμῃ βουλῆς exponendas esse, viris doctis assentimur: quoniam βασιλεὺς nemo Imperator Romanorum fuit: nemo certe hoc titulo in nummis appellatur, aut ita omnino potuit appellari, ut diximus in libro de Nummis Herodiadum.

Præterea cur Constantini τοῦ βασιλέως mentio in Theodeberti aut Reccaredi nummis? Quod erant fortassis Constantini successores. Atqui nemo præter istum in Galliis tali se successione jactavit; nec in orbe Christiano se quisquam hodie jactitet: aut si ita de se credi velit ipse Imperator Romanorum, id ex-

 pressum

pressum satis aperte hac voce CONOB censeat aliquis inter eruditos.

Quod ab eorum tamen sententia, qui CONOB *Constantinopoli obsignatam* monetam exponunt, vir iisdem nihilo inferior discedit, minime quidem reprehendo. Dandam quoque esse operam, ut aliqua vero propior, aut similior veri interpretatio cudatur, non abnuo: priore illa nobis tunc dumtaxat probata, cum a præjudiciis virorum insignium discedere in istiusmodi etiam nugis religio esset. Ex illo deinde tempore quid dies, quid contemplatio nummorum assidua pepererit, nunc tibi lubens impertiam.

Sic ergo habeto: primum quidem, vocem illam CONOB in nummis non occurrere ante tempora Hanniballiani regis: si Patino quidem & Tristano credis: si me autem audis, non ante Valentiniani & Valentis principatum.

2°. In nummis haud sæpius CONOB quam COMOB inscriptum esse: ac proclive legentibus esse, ut CONOB ibi esse putent, ubi COMOB est: tenui admodum illis temporibus utriusque litteræ discrimine.

3°. Interdum etiam CORNOB insculptum esse, & CORMOB. ut in nummis Anthemii Aug. & in nummo Euphemiæ Aug. CORMOB.

4°. Denique eodem significatu interdum COM. & COMO. occurrere: Proinde modis septem in primis vocem eam scribi solitam esse: COM. COMO. CON. CONOB. COMOB. CORNOB. CORMOB.

Has ergo litteras, si me audis, sic interpretare:

COM. *Civitatum omnium Mercatores.*

COMO. *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.*

CON. *Civitates omnes Narbonenses.*

CONOB. *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.*

COMOB. *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.*

CORMOB. *Civitatum omnium Romanarum Mercatores obtulerunt.*

CORNOB. *Civitatum omnium Romanarum Negotiatores obtulerunt.*

Juvat sub oculos ponere selectiora quædam numismata, quæ has voces habent inscriptas; eademque subinde ex occasione, si res poscat, explanare:

Du-Cangius in famil. Byzant. pag. 54. ex ære minimo:

D. N. VALENTINIANVS P. F. AVG. Capite gemmis cincto.

SALVS REIPVBLICAE. Victoria cum palma & corona. Infra, CONOB.

Salutem Reipublicæ pacemque partam victoria sua, hostibus compressis fugatisque, Valentiniano Aug. ut gratularentur, Ultroneum tributum *Civitates omnes Narbonenses obtulere.*

Idem pag. 56. ex auro:

D. N. VALENS P. F. AVG. Capite cincto lapillis.

VICTORIA AVGG.

Duo Augusti sedentes, togati ac laureati orbem tenent, Victoria superne media. Infra, TROBT. *Treveri obtulere.*

In Museo nostro, ex ære minimo:

D. N. GRATIANVS AVG G AVG. capite gemmato.

GLORIA NOVI SAECVLI. T CON.

Quo de nummo jam superius diximus, pag. 2. Sic autem vere interpretabere, *Tertium Civitates omnes Narbonenses* tributum offerunt.

Apud D. Abb. FAVVEL, argenteus auro oblitus;

D. N. GRATIANVS P. F. AVG. capite cincto corona e lapillis.

VICTORIA AVGG. Augusti duo staturæ æqualis, sedent: dexter, junior: senior, sinister. Dextris admotis orbem unum ambo tenent, Victoria intermedia. Infra, TROBT. *Treveri obtulere.*

In gaza Regia aureus:

D. N. MAG. MAXIMVS P. F. AVG. Caput cinctum lapillis.

VICTORIA AVGG.

Duo Augusti æqualis staturæ togati sedent, & orbem tenent, Victoria intermedia. Infra, TROB. *Treveri obtulere.* Difficile est statuere, quis alter ille Augustus sit, Maximo æqualis, si Theodosius non est, cujus cum Maximo consensus atque concordia hoc nummo signatur.

In gaza Regia nummus aureus:

D. N. FL. VICTOR P. F. AVG. capite cincto gemmis, sive unionibus: vultu annorum XL.

BONO REIPVBLICE NATI.

Sedent duo togati, alter major ac senior: junior alter, ac multo minor. Ambo orbem unum tenent, Victoria intermedia. Fl. Victor Augustus est, cum Nob. puero. Majorem enim eum esse oportet, qui in priore nummi pagina appellatur. Infra, TROB. *Treveri obtulere.* Vox *Reipublice* scripta eo modo admonet, sonum eumdem illis temporibus fuisse, ut nostris, litterarum *æ* & *e*. Admodum autem difficile est intelligere, quemadmodum Magnii Maximi filius fuerit Flavius Victor: cum & ætate parem Maximo Victorem nummi repræsentent: & alia profecto familia Magnia sit, alia Flavia: & Maximi filium Cæsarem tantum fuisse annales prodant; Fl. Victorem autem Augustum nummi omnes prædicent, nullus omnino Cæsarem: & Fl. Victori denique filius Nobilissimus puer in hoc nummo assideat.

Nummus aureus apud Mediobarbum pag. 592. ex Joan. Jac. Chiffletio:

D. N. EVGENIVS P. F. AVG.

VICTORIA AVGVSTORVM.

Victoria gradiens cum palma & corona. In medio TR. Infra, COM. *Civitatum omnium Mercatores.*

Apud Du-Cangium in familiis Byzantinis, pag. 61. aureus, D. N. THEODOSIVS P. F. AVG. capite cincto lapillis.

VICTORIA AVGG. E Cimelio Regio est.

Augusti duo æqualis staturæ, ut in nummo Maximi. Infra, AQOB *Aquenses obtulere.* Apud D. Abb. FAVVEL nummus est ex argento deaurato huic plane similis: sed infra, AQOBF. *Aquenses obtulere fabri.* Eoque referes, si lubet, inscriptionem vetustam ex Grutero, pag. CCLXI, 4. positam, ut aiunt, ACORP. FABRVM FERRAR. TIGNAR. DENDROPHOR. ET CENTON. Alteramque, pag. 437, 2. CORPVS FABRVM NAVALIVM OSTIENS. QVIBVS EX S. C. COIRE LICET.

In Museo nostro aureus:

D. N. ARCADIVS P. F. AVG. capite cincto gemmis.

VICTORIA AVGG. E.

Victoria duorum Augustorum quinta Augustus stans paludatus, dextra vexillum tenet, in quo ☧ Christi monogramma est: læva orbem, cui Victoria imposita coronam Augusto porrigit. In medio SM. *Securitas Mercatorum.* Infra, COMOB. *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.*

Est ex ære Arcadii nummus, GLORIA ROMANORVM. CONS Δ. *Civitatum omnium Narbonensis secundæ quartum* tributum: qua de interpretatione dicemus inferius.

In Museo nostro aureus:

D. N. HONORIVS P. F. AVG. Caput gemmatum.

VICTORIA AVGVSTORVM.

Victoria dextra coronam, læva orbem gerit, cui crux imposita. In medio R. V. *Roma Victrix.* Infra, CON. *Civitates omnes Narbonenses.*

In

In Thesauro Regio, aureus exiguæ molis:

D. N. IOHANNES P. F. AVG. caput cinctum lapillis: vultus annorum quinquaginta.

VICTORIA AVGVSTORVM.

Victoria stans, dextra coronam ostentat: læva tenet orbem, cui crux imminet, sed exiguo dirempta intervallo. In medio, R. V. *Roma Victrix.* Infra, COMOB. *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.*

In eodem thesauro Regio, aureus magni moduli:

D. N. IOHANNES P. F. AVG. ut supra.

VICTORIA AVGGG.

Stans Augustus laureatus, dextra tenet labarum; læva orbem, cui Victoria imposita coronam Augusto porrigit: lævo pede calcat hostem. In medio R. V. Infra, COMOB. ut proxime.

Nummus elegantis fabricæ ex auro, quem vidimus apud D. Dron:

D. N. CONSTANTINVS P. F. AVG. capite cincto gemmis: vultu annorum 35.

VICTORIA A AVGGG. *Victoria prima trium Augustorum.*

Stans Augustus labarum læva tenet, dextra orbem Romanum; cui Victoria imposita est: lævo pede calcat hostem. In medio, L. P. *Libertas publica.* Infra, COMOB. *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.* Et genus ipsum fabricæ, & epigraphe VICTORIA A AVGGG. & vox denique COMOB ætatem notat Constantinianum sæculum, quod hic describimus, consecutam.

Ejusdem Constantini est, qui cum Sebastiano & Jovino tenuit principatum, nummus priori plane similis, in Thesauro Brandeburg. cum litteris KONOB. *Konstantinopolitani omnes Negotiatores obtulerunt.*

E Museo nostro argenteus:

D. N. IOVINVS P. F. AVG. Caput gemmis cinctum.

RESTITVTOR REIP.

Augustus labarum tenet: dextra Victoriam, quæ coronam ei porrigit: pede dextro ipse calcat hostem. Infra KONT. *Konstantinopolitanorum omnium Negotiatorum tributum.*

Alius, VICTORIA AVGG. Infra, SMLDV. *Societatis Mercatorum Lugdunensium Donum Voluntarium.* Nam qui *Lugdunenses*, iidem *Konstantinopolitani* sunt, qui Jovinum & Sebastianum Augustos agnoverunt.

Apud Mediobarb. pag. 532. ex Chiffletio, argenteus?

D. N. SEBASTIANVS P. F. AVG.

VICTORIA AVGG. Infra, KONT. ut proxime.

In Museo nostro argenteus, magni moduli.

D. N. PLA. VALENTINIANVS P. F. AVG. Caput gemmis & lapillis cinctum.

VICTORIA AVGGG.

Augustus stans dextra crucem oblongam tenet; læva orbem, cui Victoria imposita coronam Augusto porrigit: pede dextro calcat ipse hostem. Hinc R inde V *Roma Victrix*: infra, COMOB. *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.*

In Museo nostro, argenteus majoris moduli:

D. N. LIBIVS SEVERVS P. F. AVG. Caput gemmis cinctum & lapillis.

VICTORIA AVGGG. R. V. COMOB.

Omnia penitus similia, atque in proximo Placidii Valentiniani nummo: ex quo simul ambos imperium administrasse intelligas.

E gaza Regia, aureus.

D. N. LEO PERPET. AVG.

VICTORIA AVGGG Z. *Victoria trium Augustorum septima.* Victoria tenet crucem oblongam. CONOB. *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.*

In Regia gaza, e tumulo (ut vocant) Childirici regis, aureus:

D. N. LEO PERPET. AVG. Dextra codicillos, læva sceptrum tenet, in cujus apice crux est.

VICTORIA AVGGG.

Victoria trium Augustorum. Sedet in veste Consulari, dextra codicillos tenet; læva orbem, cui crux imposita est. Hinc & inde sidus Solis, Orientis atque Occidentis symbolum. Infra, THCOB. *Transpadaniæ Honorarium Consuli obtulerunt*: ut nunc quidem videtur. Vel, *Transpadanæ octo civitates obtulerunt*: vel *Tertium Honorarium* &c.

In Museo nostro aureus:

D. N. ZENO PERP. AVG. Caput gemmis cinctum.

In corona, crux: infra, CONOB.

Aureus in tumulo (ut volunt) Childirici regis repertus.

D. N. BASILISCVS ET MARC. P. AVG.

VICTORIA AVGGG.C. *Victoria trium Augustorum quinta.* Dic sodes, quis tertius? Infra, CONOB.

D. N. ANTHEMIVS P. F. AVG. Vultu obverso, galeatus, cum hasta & clypeo.

SALVS REIPVBLICAE.

Augusti duo cum hastis, orbem unum tenent, cui crux superposita. In medio ✱ pro Christi monogrammate rudi arte expresso. Infra, CORNOB. *Civitates omnes Romanæ Narbonenses obtulerunt.*

E Museo nostro argenteus magni moduli:

D. N. ANTHIMIVS P. F. AVG. Caput galeatum cum hasta & clypeo.

SALVS REIPVBLICAE.

Augusti duo stantes jungunt dextras: alter læva tenet orbem cum Victoria. Supra, PAX: cruce ei voci superposita. In medio R. V. *Romanorum Victoria*: Infra, COMOB. *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.*

Ibidem aureus:

D. N. ANTHIMIVS P. F. AVG. Caput gemmis cinctum. In Corona, Christi monogramma, ☧. Infra, COMO. *Civitatum omnium Mercatores obtulerunt.*

Apud Du-Cang. in famil. Byzant. pag. 78. aureus:

D. N. ANICIVS OLYBRIVS AVG. Vultus adversus: in summo capite, crux.

SALVS MVNDI. Crux in media area: infra, CONOB. *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.*

Justiniani est nummus iste:

DOCCIO MONET. Caput gemmis cinctum.

VICTORIA AVGVSTORVM. Crux. Infra, CONOB. *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt.*

In gaza Regia, aureus:

RECCAREDVS REX capite radiato.

VICTORIA A.... CONOB.

Ex hac serie intelligere promptum est, vix uspiam vocem illam CONOB. COMOB. CORMOB. CORNOB. similemve occurrere, præterquam ubi Pacem, salutem, securitatemve Reipublicæ victoria Augustorum partam gratulantur ii, quorum maxime interest esse pacem ac securitatem in imperio: nempe Mercatores ac Negotiatores: eumque nomen illos idcirco in nummis subscripsisse: quemadmodum nostra ætate in nummulis calculisve, quos vernacule Galli vocant, *des jettons*, subscribi interdum mos est nomina

mina eorum, quorum cura constantur: *Le Tresor Roial, la Chambre aux Deniers, l'Ordinaire des Guerres, l'Extraordinaire des Guerres.* Quoniam, ut ait Furcterius in Dictionario Gallico, verbo *Jetton: Les* VILLES *& plusieurs* CORPS *font battre des jettons chacun avec leurs devises, pour en faire des presens.* Hæc ergo pax parta negotiatoribus, hæc salus, hæc denique securitas, dona sunt Augustorum, dum hostes prædonesque compescunt. Quo sensu in Gallieni nummo

· GALLIENVS AVG. capite radiato.

DONA AVG. *Dona Augusti.*

Mercurius stat, petaso tectus, dextra crumenam ferens, securitatis argumentum: læva caduceum, pacis symbolum: ad pedes, canis, peregrinationis index: herum enim canis comitatur: His, inquam, omnibus indiciis nummus palam facit, itinera esse tuta a latronibus, pacemque in orbe Romano vigere: hæc vero DONA esse AVGusti; juxta illud vatis, *Deus nobis hac otia fecit.*

Quam vere autem CON & CONOB exponatur à nobis, *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt*, adhuc planius liquebit inferius. Certe in CONOB, ut in TROB, litteris OB nihil aliud significari, nisi *obtulerunt*; illud etiam argumento est; quod nonnisi ex auro argentoque numismata has litteras habent: quoniam videlicet non æs Augustis, sed ex auro tantum argentove, numismata offerebantur.

DE GENTE CONSTANTINIANA.

QUOD si βασιλεὺς Constantinus in ea voce CONOB intelligendus esset, quis ille tandem esset, quem intelligere cogeremur? Mihi enim videor pro uno qui vulgo prædicatur, in nummis antiquis Constantinos plures agnoscere: e quibus nullus non sua insignis laude fuerit. Miraris fortasse novitate rei perculsus: & mirarer ipse profecto permirum istud tibi non videri. Atqui meo quidem judicio, non est hæc inanis aut jejuna quædam conjectatio, qualis quæ nuper prodiit de quatuor Gordianis, quæ & falsa prorsus, & ad rationem temporum vel historiam illustrandam nihil prodest, vel si vera sit. Nulla majoris momenti ad annales nostros illustrandos vel emendandos dici potest, quam ista plurium Constantinorum observatio, si quidem certis ea nitatur argumentis. Hæc autem quæ proferemus, faciendæ fidei idonea esse tum demum censebimus, cum ea ipse suffragio tuo calculoque, Vir erudite, confirmaris.

Et in hoc quidem argumento tria sunt omnino, quæ sentio posse desiderari. Primum est, quid scriptores vetusti de stirpe Constantini multiplicique familia prodiderint. Alterum, quid de ea re tota nummi antiqui doceant. Tertium ac postremum, si sit aliqua scriptores inter nummosque dissensio, qua demum arte ac via conciliari possint. At primum illud quidem quis tandem ignorat? Quis est non omnino illiteratus ac rudis, qui scriptores præsertim rerum hoc sæculo Diocletianeo ac Constantiniano gestarum, sive Ecclesiasticos, sive profanos, non diu noctuque versaverit? Itaque non est quod testimonia veterum scriptorum nobis veluti nescientibus, aut non satis ea animadvertentibus, opponas: sunt enim nota ac perspecta cuilibet. Et nos alterum dumtaxat caput ex iis quæ proposuimus, expedire tibi nunc aggredimur: tertium, qui superest, ac novissimum laborem, cui nostras vires, ut nunc sumus, esse impares profitemur, tuæ industriæ atque ingenio reservamus. Si quid igitur minus arriserit in hisce nostris conjectationibus, hic tibi labor incumbit unus, ut præpostere intelligi a nobis exponique veteres nummos ostendas.

Cave interim quidquam acerbioris censuræ oblique moliri nos suspiceris adversus scriptores antiquos: quorum neminem unum a nobis aliquando repudiandum esse jam nunc profitemur, nisi quem eam fidem labefactare conatum esse, indubitatis constiterit argumentis, quæ de Dei exsistentia, natura, & proprietatibus sive attributis; de tribus personis in unica simplici essentia realiter inter se distinctis; de Christo Deo & homine; de meritis satisfactionibusque Christi; de sacramentorum numero, vi, & efficientia; de omnibus universim religionis Christianæ capitibus, per traditionem ab Apostolis primum, deinde a Catholicæ Ecclesiæ Episcopis usque ad nos dimanavit, & a sancta Romana Ecclesia, quæ mater est ac magistra ceterarum, intemerate custoditur.

Sic igitur habeto, tale fuisse stemma gentis Flavianæ, quale hic repræsentamus: insertam nimirum gentem eam fuisse adoptionis jure in tergeminam gentem aliam; Valeriam, Juliam, Claudiam. Ex tribus hisce familiis intelliges prodiisse Constantinos, de quibus dicturi sumus, Augustos, ac Cæsares, Rectoresque Urbis Lugdunensis.

STEMMA FLAVIORVM CONSTANTINORVM
ex solis Nummis antiquis.

Flavius.

- Flavius: cui conjux Julia neptis Augusti.
  - Fl. Jul. VESPASIANVS AVG.
    - I. Fl. Jul. CÆSAR VESP.
      - IVLIA TITI F.
    - Fl. Jul. VESPASIANVS IVNIOR.
      - Hujus abnepotis abnepos, aut ultra, fuit
        - FL. Jul. CONSTANTIVS, primum CÆSAR, deinde AVG. de quo postea in stemmate Flaviorum Juliorum.
- Flavius. Hujus abnepotis abnepos, & ultra, fuit
  - Flavius.
    - Flavius, cui conjux Valeria Max.
      - FL. VAL. CONSTANTIVS CÆS. primum, & deinde AVG. de quo postea in stemmate Flaviorum Valeriorum.
    - Flavius, cui conjux, Claudia, soror. CL. TACITI AVG.
      - Fl. Claud. Constantius: de quo postea in stemmate Flaviorum Claudiorum.

I. STEM-

I.

STEMMA FLAVIORVM IVLIORVM,
ex solis nummis antiquis.

Fl. Jul. CONSTANTIUS AUG. conjux ei fuit
filia Maximiani Herculii Aug.

Fl. Julia, conjux Maximini Aug.

CONSTANTINUS FIL. AUGG. Conjux ei fuit, filia Galerii Maximiani Aug.

CONSTANTINUS, qui PT. AUGG. *Pater Augustorum duorum*, primus Princeps Senatus Christianus. Conjux ei fuit FL. MAX. HELENA.

FL. JUL. HELENA AUG. Conjux Constantini MAX.

FL. JUL. CRISPUS CÆSAR. Uxor Delmatia.

FL. JUL. DELMATIUS CÆSAR.

Principes duo à pueritia Christiani :
FL. JUL. CONSTANTIUS AUG. FL. JUL. CONSTANS AUG.

FL. Julia; conjux JULIANI AUG.
cui cognomen illud a conjuge.

Flavii Julii erant paterno genere *Flavii*; materno autem, jam tum a nepte Augusti, Vespasiani Aug. matre, *Julii*: ab ipsius deinde Vespasiani Aug. filio juniore ortum traxerunt Flavii Julii Constantini, ut mox dicemus. Itaque nobilissimus ille ramus Flaviæ gentis fuit. Flavii Valerii, & Flavii Claudii, non ex Vespasiano Aug. nec proinde ex Cæsarea gente, sed ex patruo tantum & patruele Vespasiani Aug. traxerunt originem. Materno genere, Claudii Gothici temporibus fuere iidem Valerii & Claudii, ac propterea Cæsares.

Fl. Vespasiani junioris, qui Fl. Jul. Vespasiani Aug. ex secunda conjuge Domitilla filius fuit, nummus singularis ex ære minimo Vesontione est; unde ad nos illius est forma transmissa, a P. BILLEREZ e Societate nostra. ΟΥΕϹΠΑϹΙΑΝΟϹ ΝΕΩΤΕΡΟϹ. Caput nudum juvenile, annorum quindecim. *Vespasianus junior.*)(. ϹΜΥΡΝΑΙΩΝ. Nummus *Smyrnæorum.* Victoria gradiens cum palma & corona, ob Vespasiani patris victorias. Ab illo ducunt originem Fl. Julii Constantini: quibus ad principatum aspirare non licuit, quamdiu Titi & Juliæ Titi filiæ nepotes ac posteri, tamquam primogeniti, suum jus vindicarunt. In his autem ipsi fuere Antonini cum sua sobole. Qua deficiente, rediit principatus ad Flavios Julios, ex Fl. Julio Vespasiano juniore ortos, ut diximus.

Hi quoniam adeundæ hujus hereditatis spem non abjecerunt; idcirco fortassis circiter Gallieni tempora, Constantii, Constantis, & Constantini nomina acceperunt: quo sensu in Actis, cap. XXIII, II. Paulo dicitur, *Constans esto.* Ac fere simul sororis Cl. Taciti Aug. filius Fl. Claudii Constantii similiter nomen accepit; tunc cum familia Flavia illa scilicet, quæ orta ex patruele Vespasiani, spem vidit affulgere sibi imperii adipiscendi, ob affinitatem cum gente Claudia Aug. Quoniam autem ad viros dumtaxat principatus pertineret, eam ob causam fortassis nulla in nummis femina CONSTANTIA, CONSTANS, vel CONSTANTINA dicta apparet; sed cum Fl. Juliæ, vel Fl. Maximæ nominibus, solum Faustæ, vel Helenæ, vel Theodoræ cognomen: solis autem viris, ut Cæsaris cognomen & Imperatoris, sic etiam Constantii, Constantis, vel Constantini, conveniebat.

Non fuere ante Julianum Augustum Flavii Claudii inserti in gentem Juliam. Nam si prius id factum esset, diceretur aliquis ante istum Fl. Claudius Julianus. Deficiente autem ibi Julia gente, rediit principatus tum ad Fl. Maximam gentem, in Valente Max. & aliis: tum præsertim ad Claudiam, in Fl. Victore, Constantino, Justiniano, Tiberio Constantino, Justiniano altero, aliisque.

I I.

STEMMA FLAVIORUM VALERIORUM
ex solis nummis antiquis.

FLAVIUS.

Flavius. Conjux, Valeria Max.

Flavius. Conjux, Claudia soror CL. TACITI AUG.
vide superius stemma Flaviorum Constantinorum.

N & N utriusque Maximiani Conjuges.

FL. VAL. CONSTANTIVS CÆSAR, & postea AVG. *Flavius*, ex Patre. *Valerius* ex matre.

FL. VAL. CONSTANTINVS CÆSAR.

FL. VAL. SEVERVS CÆSAR, & postea AVG.

FL. VAL. CONSTANTINVS

FL. Val. CONSTANTIVS CÆ-

CÆSAR, & postea AVG. — CÆSAR.

FL. VAL. CONSTANTIVS CÆSAR.
nec ullus deinceps in nummis Fl. Valerius est.

FL. CONSTANTINVS MAX. AVG. Princeps. Christianus, sub annum tertium sui principatus.	FL. CONSTANS. MAX. AVG.	FL. MAX. FAVSTA AVG.	FL. MAX. HELENA AVG. conjux FL. Julii Constantini, qui PT. AVG.	FL. MAX. THEODORA AVG.

Nemo horum *Fl. Jul.* aut *Fl. Claud. Maximus* appellatur; quia nullus habuit e Julia vel Claudia gente patrem. Nam cum quis dicitur Fl. Claud. Maximus, *Flavius Claudius* ex patre significatur, ex matre *Maximus*. At hi ex solo patre nomen & cognomen habent. *Maximi* enim cognomen primariæ Flaviorum Valeriorum familiæ proprium fuit.

III.

STEMMA FLAVIORUM CLAUDIORUM,
ex solis nummis antiquis.

Flavius. Conjux, Claudia : soror Claudii Taciti Aug.

FL. Claudius Constantius.

CONSTANTINVS Pater AVG. Rector Vrbis Lugdunensis, BONO REIPVBLICÆ NATVS.

CONSTANTINVS IMP. P. F. AUG. VICTOR.

FL. CL. CONSTANTINVS JVN. CÆSAR, BONO REIP. NATVS.	FL. CL. CONSTANTIVS CÆSAR.	FL. CL. JVLIANVS CÆSAR, & idem postea AVG.

FL. VICTOR, BONO REIPVBLICÆ NATVS.

CONSTANTINVS P. F. AVG. BONO REIPVBLICÆ NATVS.

Quot quisque horum annis vel Cæsar fuerit, vel Augustus, difficile sane est ex nummis illis certo statuere, in quibus annorum numeri desunt. Id igitur ex conjectura tantum assequi subinde tunc nitimur; nimirum ex ætate, quam uniuscujusque vultus in nummis præfert: certius vero subinde ex votis decennalibus, & vicennalibus, aliisque istiusmodi argumentis. At descriptionem generis ductam per stirpium seriem, quam γενεαλογίαν vocant, personarumque discrimen, quas hic adsignamus, adeo aperte adstruit demonstratque, non sola vultuum dissimilitudo, quæ est insignis, valetque per se una in hoc negotio plurimum: sed nominum etiam, & titulorum varietas; ut de ea dubitare homines veri amatores prorsus nefas sit.

Atque ut ab illo capite ordiamur, quod esse in confesso oportet apud eos, qui veterum Romanorum mores vel tenuissime didicerunt; an potest eadem esse familia Valeria, quæ Julia, vel Claudia sit? Fieri certe omnino non potest: tametsi alia in aliam gentem inseri, eique consociari affinitatis jure potest. Et sic quidem Flavia gens, eo ævo cui nunc illustrando damus operam, in tres præsertim familias dispertita est; Valeriam, Juliam, Claudiam. Hic igitur, exempli gratia, *Flavius* gentis nomen fuit: *Valerius*, familiæ: *Constans*, *Constantius*, *Constantinus*, vel *Severus*, proprium uniuscujusque in ea familia nomen: uti apud nos, Ludovicus, Henricus, Philippus: quamobrem hodieque Constantinus proprium viri nomen est. Sunt igitur e diversa pariter familia, Valerius Constantinus, Julius Constantinus, & Claudius Constantinus; tametsi omnes Constantini.

Quod si quis promiscue vel temere usurpata existimet a Constantino liberisque ejus *Julii* & *Claudii* nomina; vim ille prorsus nominum ignorat, & se valde in hoc genere ἄμουσον prodit: nec ullo certe poterit exemplo vel documento dictum firmare. *Gal. Valerius Maximianus*, exempli gratia, numquam GAL. IVL. se inscripserit: aut *Aurelius Valerius Maximianus*, AVR. IVL. vel AVR. CLAVD. se appellarit. Quæ ergo nomina cum Maximiano conjuncta diversas suaderent esse familias, eadem cum Constantino consociata cur familias esse diversas non aperte ostendant?

Sed habet præterea momenti plurimum in hac disceptatione, vultuum in nummis ætatumque singulorum attenta contemplatio. Discrepantia enim tanta est & tam insignis, ut statim incurrat in oculos, fidemque faciat, sub iisdem licet nominibus diversos admodum repræsentari Principes. An potest, exempli gratia, qui Constantinus in Fl. Julia familia Nobilissimus Cæsar dumtaxat nominatur, anno ætatis, ut minimum, quinquagesimo, idem esse, sive cum Fl. Val. Constantino, qui Augustus appellatur ab anno ætatis XXXII. ut plurimum; sive cum Constantino Augusto, qui hoc nomen habet ab anno XXX: sive denique cum Constantino Max. qui ab anno vicesimo ætatis pariter Augusti titulo insignitur? Sane, si potuit ex sene puer effici, & ad priorem revolvi infantiam: secus, non potest.

Habent præterea & ipsi nummi suam ætatem: tamque dissimilis est fabrica in nummis Fl. Val. Constantini, & Constantini qui FIL. AVGG. & alterius Constantini qui Pater AVGG. quantum discrimen peri-

periti statim esse agnoscunt inter monetam Henrici II. nomine impressam, & eam quæ Henrici Magni, vel utriusque Ludovici, Justi Magnique, nomen præfert.

Neque vero in hac lucubratione testes profero nummos aliquos aut sua raritate nemini adhuc visos, aut procul positos, ac numero paucos. Nullum esse arbitror non modo in hac Urbe, sed ne in orbe quidem Cimelium, quod non plurimis istiusmodi nummis Constantinorum redundet: in quo non fere pro eorum copia vilescant ii, ac sint prope despectui: si quosdam tamen excederis, qui sunt in quibusdam Cimeliis sane singulares, ut suis locis dicemus.

Quod si nomina familiarum diversa, & dispar ætas, diversos arguunt Constantinos; nihilo certe minus hanc diversitatem adserunt tituli fere singulis attributi in nummis. In familia Flaviorum Claudia, Imp. Constantinus, quem nummi docent ortum patre Constantino Rectore Urbis; an idem esse ille potest, quem nummi testantur fuisse *Filium Augustorum?* Fieri omnino non potest. Nam præter ætatem utriusque, ductumque oris ac vultus admodum disparem, Rector urbis Lugdunensis dignitate longe cedit Augustis.

Deinde in familia Fl. Julia, qui post obitum PT. AVGG. *Pater Augustorum duorum* vocatur, an liberos superstites reliquisse tres potuit Augustos, quorum essent duo quidem Flavii Julii: primus autem & idem natu maximus Fl. Claudius Constantinus? Sane; si familia Julia aut familia Claudia una eademque familia est: aut si nummis omnibus, qui sunt hujus generis quamplurimi, & diversissimæ fabricæ, & artis sat elegantis; si his, inquam, aperte testantibus, duorum duntaxat Augustorum patrem esse Augustum aliquem, fas sit nihilominus tres ei vel invito liberos obtrudere: secus, non potest.

Præterea, ubi nummus aliquis unus duos repræsentat Augustos, alterum in altera nummi area: hunc annorum vix triginta quinque, appellatumque sic,

CONSTANTINVS MAX. AVG.

istum annorum circiter quadraginta, cum hac epigraphe sola,

CONSTANTINVS AVG.

an unus idem uterque Constantinus est? De hoc numismate plura dicemus suo loco.

Cur autem Constantinum Max. familiæ Valeriæ adscribimus, potius quam Juliæ, Claudiæve? Quoniam videlicet cognomen est Valeriæ familiæ MAX. teste Plinio, lib. XXXV. sect. VII. ubi de Valerio Max. Messala disserit. Neque quidquam proinde interest, an Valerius Constantinus, an Constantinus Max. vel Maximus Constantinus quis appelletur. Falluntur enim ii, qui MAX. titulum esse virtutis arbitrantur, cum nomen familiæ sit. Qui enim adolescens annorum viginti, qualem nummi eximio artificio elaborati repræsentant, talem virtutis adipisci titulum hac ætate potuisset? cum ne Magni quidem Respublica alteri fere quam Pompeio concesserit: nec Magnum Constantinum, alia monumenta prodant, quam quæ Magnum Herodem, & Magnum Cyrum.

Maximus ergo familiæ unius e Valeria gente nomen fuit: quo perinde a reliquis Juliæ & Claudiæ familiæ Constantinis iste dirimebatur, atque Valerii nomine. Quamobrem & frater natu minor hujus Constantini Max. Constans Max. appellatus est: & sorores tres, nomen habent in nummis: FL. MAX. FAVSTA. FL. MAX. HELENA FL. MAX. THEODORA. Ubi *Flavia* gentis nomen est: *Maxima*, nomen familiæ: non virtutis profecto in feminis: *Fausta*, vel *Theodora*, vel *Helena*, proprium cujusque nomen. Ab ea autem Helena discriminanda est alia, quæ in nummis FL. IVL. HELENA nuncupatur; siquidem alia Maximorum, Juliorum alia familia est. Nam qui FL. prænomen esse existimant, perinde faciunt, ac si cum aliquem Borbonium Condæum, Contiumve, in stirpe Regia audiunt appellari, Borbonium ibi esse prænomen assevererent.

Maximus certe non esse virtutis titulum, sed familiæ cognomen, certissimo documento præterea est; quod Græce non Μέγιστος redditur, sed Μάξιμος, in nummis antiquis. Sic Julii Veri Maximini Aug. filius Julius Verus Maximus, Græce ΜΑΞΙΜΟΣ semper scribitur. Quoniam & isti Maximino ab avia paterna Fl. Val. Maxima cognomen *Maximini*, & filio cognomen *Maximi* fuit. Quemadmodum in Fabia gente idem *Maximi* cognomen Græce Μάξιμος est: nam in nummo ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ apud Seguinum, pag. 99. edit. 2. Præses Phrygiæ est, ΦΑΒΙΟΣ ΜΑΞΙΜΟΣ.

Fuit igitur Constantinianis temporibus Flavia nobilis, vetusta, & ampla gens in tergeminam inserta adoptione, seu bonorum substitutione familiam: Valeriam, Juliam, Claudiam: quas qui confundunt inter se, hos miscere omnia, & suam prodere inscitiam credi necesse est. Singulorum ex hisce familiis Cæsarum Augustorumque nummos inferius proferemus; & quidem quantum conjiciendo assequi fas erit, servato temporis ordine, quo quisque conflatus existimari potest.

Fuit ex eadem Maxima familia, ut id obiter dicatur, etiam Valens Aug. quem ignobili loco natum ac terræ filium fuisse historici mentiuntur. Testis aureus magnæ molis, e Cimelio Sereniss. Ducis Parmensis, inscriptus ab una quidem parte, D. N. VALENS MAX. AVGVST. capite cincto gemmis: ab altera, GLORIA ROMANORVM. Roma sedens tenet hastam puram læva, dextra orbem Romanum, cui Victoria imposita coronam Deæ porrigit. Dea pede sinistro proræ navigii insistit, ob situm Urbis ad Tiberim. Infra, ROMA.

Jam Constantinum Principem, eumdemque PT. AVGG. *Patrem Augustorum duorum*, e Julia familia esse oportet, ut manifestum est: siquidem duo Augusti, qui eidem successerunt, in suis nummis apertissime Fl. Julii inscribuntur:

D. N. FL. IVL. CONSTANTIVS AVG.
D. N. FL. IVL. CONSTANS AVG.

Tertius vero cum inscribatur,

D. N. FL. CL. CONSTANTINVS IVN. NOB. CAES.

sitque prioribus istis duobus æqualis, Constantio scilicet & Constanti, Constantini Aug. liberis; necesse est cum *Fl. Claud. Constantinus junior* appelletur, alterum simul fuisse cognominem ei seniorem & Augustum Fl. Claud. Constantinum: & demum oportet, cum sit ipse Fl. Claudius, ex patre pariter Fl. Claudio ortum eum esse. Quo porro? nisi eo, quem diversum esse oportere a Constantino filio Augustorum, & a Constantino patre Augustorum, & a Valerio Maximoque Constantinis evicimus? A Constantino quidem filio Augustorum; siquidem & nimium distat ipse ab Augustorum ætate, quorum filius credi possit: & patrem ipse non Augustum habuit, sed Rectorem Urbis. A Constantino deinde patre AVGG. cum ne quidem Augustus fuerit ejusdem filius Constantinus. A Fl. Valerio Constantino, & a Constantino Max. siquidem non Valerii, non Maximi, sed Claudii pater est: & quia Claudius ipse est, idcirco *Municeps* Coloniæ Claudiæ Lugdunensis in num-

nummis appellatur cum filio Constantino. His certe argumentis si non esse quinque Constantinos Augustos evincitur, præter istum juniorem, cujus pater quis fuerit in præsenti quærimus; aliumque sextum, fratrem Fl. Val. Constantii, & Fl. Val. Severi Cæsarum, quem cum Severo fratre Cæsarem fuisse, & nominis & nummi similitudo perspicue demonstrat; eumdemque Cæsarem tantum, tametsi jam sexagenarium: non video profecto quid aperte demonstratum in hoc genere dici possit.

Accedit eo haud leve argumentum ex diversa familiarum, de quibus disserimus, religione petitum. Primum enim, qui FL. VAL. CONSTANTINVS AVG. appellatur, Licinii Imp. collega, anno hujus sæculi Constantiniani XXXXI. ut ponimus, anno adhuc ætatis suæ LX. IOVI CONSERVATORI æque ac Licinius litat: cum in nummis sive Constantini Max. ab anno ætatis XX. ipsisque principatus auspiciis; sive Constantini Aug. qui fuit Pater Augg. ab accepto similiter imperio; nullum appareat superstitiosi cultus indicium. Deinde in nummis liberorum Constantini Aug. e familia Julia; in nummis, inquam, Constantii & Constantis, sive cum Cæsares, sive cum Augusti fuerunt, nullum quoque apparet vestigium cultus falsorum numinum: Nullum item in Constantino Aug. e familia Julia: in Constantino Max. e Valeria nullum. Ac primus quidem Augustorum aperte Christianitatem posita inscriptione in nummis suis professus est Julius Constantius Aug. isto lemmate,

HOC SIGNO VICTOR ERIS.

cum Christi monogrammate in labaro. Claudia vero familia a profanorum numinum cultu, Constantino patre vivo, non recessit; pertraxitque ad eadem sacra Julium ipsum Crispum. Etenim in nummis tum Crispi, tum Fl. Claudii Constantini, legere est,

SOLI INVICTO COMITI:

quam superstitionem in aliis duobus Cæsaribus, Constantio & Constante frustra quæras.

Denique qui FL. VAL. CONSTANTIVS Cæsar appellatur, Constantini Max. frater, hunc tam necesse est distingui a Fl. Julio Constantio Cæsare primum, deinde Augusto; quam distare Valeriam familiam a Julia, Claudiaque, pueri ipsi norunt. Cetera vero quæ ad hoc argumentum spectant, in ipsa nummorum expositione, quam desiderant lucem accipient.

Præmittenda autem illius ævi Chronologiæ ex nummis antiquis quadruplex adnotatio est. Prima de Votis quinquennalibus, decennalibusve, & similibus, Cæsarum atque Augustorum: quoniam ad tempora cujusque consignanda in primis ea necessaria est. Altera de multiplici genere nummorum sæculi Constantiniani. Tertia de litteris XXI. in ima parte nonnullorum illius ævi nummorum subscriptis: quoniam est ea scientiæ pars alicujus momenti; neque adhuc, quod quidem sciam, a quoquam tentata. Quarta demum ac postrema erit, Topographia Numismatum Sæculi Constantiniani.

DE VOTIS QUINQUENNALIBUS, VICENNALIBUS, &c.

Ut de annis Augustorum ac Cæsarum certi aliquid affirmetur, nosse juvat in primis, quid sit quod in plerisque eorumdem nummis legitur, VOT. V. VOT. X. VOT. XX. quidve similes aliæ locutiones significent. Quo in argumento, non quid scriptores nonnulli veteres recentesve prodiderint; sed quid nummi dumtaxat antiqui doceant, investigandum esse sequendumque ab iis arbitramur, qui nosse aliquid velint, quod jure in contentione poni non possit.

Cum Tribunicia potestate perpetua, perpetuoque Principatu priores Augusti insolentius abuti crederentur; excogitatum solerter a Senatu est, ut singulis quinquenniis decenniisve principatus vel imperium deferretur Augustis: atque eam ob rem Senatusconsulto vota pro salute Principis in quinquennium decenniumve decernerentur, totoque indicerentur imperio. Ut quasi locari, non tradi imperium videretur: Augustique intelligerent locationem eam certo tempore renovandam: acceptum enim referri oportere Senatui Populoque Romano hunc dignitatis gradum: repetito singulis quinquenniis decenniisve Senatusconsulto, de votis toto imperio pro Augustorum salute ac felici processu concipiendis.

Mos ille cœptus est observari sub Antonino Pio, aut sub Trajano fortassis: neque enim prius in nummis apparet. Itaque cum in alicujus sive Augusti, sive Imperatoris, sive demum Cæsaris numismatis, occurrit primum VOT. V. deinde VOT. X. postea VOT. XX. sic habendum est pro confesso, VOT. X. seu decennalia vota non fuisse ab eo suscepta conceptave, nisi quinquennalibus persolutis, atque adeo exacto quinquennio: nec VOT. XX. inscripsisse quemquam in nummis suis, nisi decennalibus solutis: Nam citius si fieret, absonum foret. Quippe satis tempestive vicesimus imperii annus felix optatur, cum decimus, quem prius essemus apprecari, cessit feliciter: nec ante nova concipere vota operæ pretium est, quam priora fuerint beneficio numinis impleta.

Qui primum igitur vota quinquennalia concepit, deinde & decennalia; hunc necesse est saltem sextum vidisse suæ potestatis annum: Undecimum vero, qui statim decennalia, & postea vicennalia: primum similiter ac vicesimum, qui vicennalia olim, deinde tricennalia volverit. Nam ut anno primo sive quinquennalia edi, sive decennalia mos fuit; sic anno undecimo ineunte vicennalia, vicesimo primo tricennalia concipi jus & ratio & usus poscebat. Sic Antonini Pii anno ab Hadriani excessu vicesimo primo, qui fuit ei TR. POT. XXII. vota sunt decennalia secunda (quæ posterior ætas vicennalia appellavit) ab eo persoluta; simulque VOTA SVSCEPTA DEC. III. *Decennalia tertia*, sive tricennalia, ut habet nummus ex ære in Museo nostro: qui nummus Antoninum exhibet Pontificis habitu sacrificantem ad aram.

Errant autem ii, qui vota decennalia exprimi censent his Antonini Pii nummis, PRIMI DECENNALES, & SECVNDI DECEMANNALES: siquidem ibi Vota subintelligi, contra leges artis est. Ludi sunt decimo ipso anno, lætitiæ causa, exhiberi soliti, vel vicesimo: cum vota decennalia secunda nonnisi elapso priore decennio, ludisque decennalibus editis, concipi mos & ratio ferret. Sic in Commodi nummo, PRIMI DECENN. occurrunt cum TR. POT. X. Ludos tamen ipsos primos decennales non exhibuit Antoninus Pius, nisi post primum decennium absolutum, cum ageret annum TR. POT. XI.

Ceteros persequi nummos Augustorum, supervacanei foret laboris. Illud interim observandum est; donec persoluta essent vota quinquennalia, decennaliave, aut alia; subinde in nummis qui eo quinquennio decenniove cudebantur, adscribi solitum esse numerum, quo repetita ea vota forent, sive anni cujusque initio, sive novo potius imperii anno recurrente; VOT. X. B. VOT. X. Γ. VOT. X. Δ. & sic de ceteris. Id quod egregie observationem illam priorem confirmat: non prius nimirum scribi solitum fuisse VOT. XX. quam prius decennium esset exactum: nec vicissim VOT. XXX. ante vicesimum primum illius potestatis annum, quo vota fiebant tricennalia. Itaque cujus Augusti tricennalia vota non oc-

occurrunt, hunc necesse est ante annum primum ac vicesimum vel diem suum obiisse, vel e provincia revocatum, magistratu ex lege cessisse.

Jam ea formula, VOTIS V. MVLTIS X. significat, vota quinquennalia a Senatu decreta fuisse toto imperio pro salute & felicitate Augusti: simul Senatu Populoque multa ei ut decennalia postea decernerentur optante. Priusquam illa autem forma loquendi esset in usu, altera hæc subinde recepta est: VOTIS X ET XX. ut in nummo Gallieni aureo. Cujus locutionis sententia est, ipsis Gallieni auspiciis, vel post quinquennium potius exactum, vota decennalia de more pro eo esse suscepta: adeo vero gratum ipsum fuisse Senatui Populoque Romano, ut præter morem cum decennalibus vicennalia decernerentur; sive, quod idem est, imperium ei ordinario jure concederetur in decennium, alterumve quinquennium: lege extraordinaria, in annos viginti. Cui vero vicennalia decernebantur, is fere Perpetuus censebatur Augustus vel Imperator. Hinc illa duo Probi numismata, alterum apud Mediobarbum, pag. 412.

VIRTVS PROBI AVG.
VOTIS X. PROBI AVG. ET XX. in laurea.

Alterum, apud Spanhemium, in Juliani Cæsares, pag. 113.

PERPETVO IMP. C. PROBO INVICTO AVG.
RESTITVTOR ORBIS.

Stat cum Probo Juppiter. Infra, KAΔ. *Vicesima prima quarta Indictio.*

At vero fuere quidam hoc præsertim sæculo Constantiniano ac subsequente, secundi ordinis ac subsidiarii tantum Augusti; quibus imperium committere in provinciis nollet Senatus, nisi per quinquennia singula, ut Cæsaribus. Dum interim majori ac primario Augusto, aut perpetuus, aut per singula decennia Principatus decerneretur. Ita pro Constantio Constantini Aug. F. suscepta sunt statim VOT. X. MVLT. XX. At simul pro fratre Constante, tantum VOT. V. MVLT. X. ut pro Magnentio minore Augusto, & Decentio Cæsare. Et in votis demum vicennalibus Constantius PERPetui AVGusti titulum est adeptus; quemadmodum pater ipsius Constantinus Princeps Perpetuus fuerat appellatus.

DE GENERE NUMMORUM
Sæculi Constantiniani.

Ut utriusque autem Augusti, totiusque sæculi Constantiniani Chronologia digeratur, ingens quædam nummorum copia exploranda fuit ac diligenter excutienda: quos cum Cimelia fere Principum virorumque illustrium, vel qui huic studiorum generi dediti sunt, inclusa servent: absolvi hoc opus, aut omnino prudenter suscipi nulla ratione posset a nobis, nisi laborem nostrum eorumdem humanitas sublevaret.

Regius itaque thesaurus in primis adeundus persæpe fuit, quippe cui nullus est alius in toto orbe par, sive nummorum veterum atque recentium copiam ingentem contemplere, sive pretium. Quibus quidem illustrandis, quantum solertiæ atque eruditionis impenderit, impendatque in dies Vir Clariss. D. OUDINET, fidus ejusdem Regiæ gazæ custos, tunc omnes per se intelligent, cum Thesaurus publici juris fiet, munificentia Christianissimi Regis, LUDOVICI MAGNI: quem optimarum artium parentem ac patronum universus orbis agnoscit.

Insignia deinde Cimelia Illustriss. Virorum, D. FOUCAULT, & D. BEGON: illius quidem, nuper supplicum libellorum Magistri, & in inferiore Neustria summi rei judiciariæ, civili, atque ærariæ Præfecti, nunc vero Regi a sanctioribus consiliis: istius, in suprema Provinciæ Curia Senatoris primarii, & Alnetensi provinciæ ac rei maritimæ in Gallia Occidua Præfecti. Et hi suas, hoc est, amplissimas, collectasque ex omni fere antiquitate opes veterum numismatum, patere nobis benignissime voluerunt: explorare uti liceret singulos nummos, cum liberet: missis etiam subinde e provincia, quos ibi haberent, extra Parisiensia sua Cimelia. Nummos enim ex ære mediocri, qui sunt e Cimelio D. FOUCAULT, servat in hac Urbe Vir Clariss. D. DRON, Canonicus S. Thomæ ad Luparam; vir harum rerum peritissimus æstimator, cujus in exhibendis quoties vellemus nummis antiquis humanitatem experti sumus.

Est & in Cimelio Domus Professæ nostræ in hac Urbe egregia sane veterum nummorum supellex, dono data, ut diximus, a R. P. DE LA CHAIZE, Christianissimo Regi a Confessionibus: quod Cimelium perhumaniter nobis aperuit, quoties optavimus, Vir & excellenti ingenio & eruditione singulari, idemque nobis peramicus, P. GABRIEL DANIEL, tum eidem Cimelio, tum Bibliothecæ Præfectus.

Est & apud Virum Clariss. D. Abb. FAUVEL, Capellanum Regium, Abbatem de Claro-Fageto: virum in colligendis rarioribus numismatis diligentem, quorum habet copiam sane maximam: eumdemque comitatis eximiæ, ac liberalis ad bene merendum voluntatis.

Est & apud D. BAUDELOT, singularis in hoc genere & in omni scientia eruditionis virum.

Horum igitur Musea nobis adeo humaniter patuerunt, ut immortalem eis gratiam me debere profitear; & te ipsum, Vir amice, par est ita profiteri, si nostram tibi placere existimas lucubrationem.

Suppeditavit nobis quamplurimos etiam nummos Museum nostrum, locupletatum primo quidem P. JACOBI SIRMONDI cura; deinde vero & accessione magna ex iis facta, quos P. LUDOVICUS JOBERT, vir in iisdem dignoscendis experientissimus, mihique amicissimus, jamdudum conquisivit, & huic Collegio nostro donavit.

Maximo denique nobis adjumento fuit Cimelium locupletissimum P. STEPHANI CHAMILLART, e Societate nostra: quo in Cimelio nummi sunt multitudine innumeri, & delectu singulares.

Amici præterea multi ex locis hinc dissitis nummos quos habent, summa fide descriptos, ad nos transmiserunt: quos inter primum locum obtinet ob amicitiam constanter servatam, Vir Nobiliss. D. DE BALLONFFEAUX, Regius in Senatu Luxemburgico Consiliarius.

Est autem in nummis quos illustramus contemplatio materiæ haud sane postrema. Nam cum ex auro; argento, & ære consiliari numismata soleant; non habent hoc ævo singuli Augusti ac Cæsares numismata ex omni metallo; ac ne ex ære quidem tergeminæ molis, qua nummi plerumque conflati occurrunt; magnæ scilicet, mediocris, & minimæ: nedum prægrandis & maximæ, quos *Medaglioni* vulgo appellant.

SÆCULUM ÆREUM, mihi crede, illud appellandum est, cui nunc illustrando operam damus: in quo utique usque ad liberos Constantini, pauci admodum ex argento puro nummi, paucissimi ex auro sinceri occurrunt. Cujus quidem generis est utriusque Augusti, Diocletiani scilicet & Maximiani nominibus inscriptus, IOVIO ET HERCVLIO, in gaza Regia nummus insignis, de quo postea dicturi sumus. Quem si quis cum iis, quos adulterinos esse indicavimus, attente contulerit; aliosque etiam Gallieni, Aureliani, Taciti, Probi, Carique, qui in eodem Thesauro adservantur; intelliget statim profecto, quam dissimile aurum Peruanum, ex quo num-

nummi adulterini conflantur, illorum temporum aurariæ materiæ sit; quam dispar recens fabrica a vetusta & proba.

Ex nummis autem Augustorum ac Cæsarum sæculi Constantiniani eos fere dumtaxat in medium proferimus, qui ad Chronologiam constabiliendam pertinent, vel historiam illustrandam. Quorum interpretatio si tibi, Vir erudite, probetur; statues ipse fortassis, quæ nummismata appellamus antiqua, non fuisse per se monetam publicam: sed publica tantum testimonia aut virtutis Augustorum ac Cæsarum, rerumque ab eis bene gestarum: aut soluti eis tributi: quorum sint sane plurima ex Senatusconsulto; plurima etiam Provinciarum, Urbium, Coloniarum, & Corporum voluntate conflata, ad memoriam sempiternam.

DE INDICTIONE

in nummis quibusdam consignata.

Crebro in nummis, qui primis annis Maximiani ac Diocletiani cusi sunt, occurrunt, nec ante Aureliani tempora, in imo margine hæ litteræ XXI. & KA. KB. similesque: quarum significatus hactenus incognitus, nunc pro virili paucis elucidandus est. Est e Museo nostro argenteus, sed pro usu illius ævi, auro illitus, Severinæ Aureliani nummus:

SEVERINAE AVG.
CONCORDIAE MILITVM. Concordia stans stolata, tenet duo signa militaria, alterum altera manu. Latere lævo, littera P. Infra, XXI. *Concordiæ militum, Prima vicesimæ primæ* indictio, vel *primum* tributum.

Apud D. BAVDELOT, in nummo æris minimi simillimo, pro littera P est E *quinta*: infra XXIR *Vicesimæ primæ* indictio *Remis.*

Neque vero huic interpretationi stabiliendæ proferemus aut Codicem Theodosianum, aut Tullium: quoniam ibi fortassis non res ipsa, quæ hic notatur, sed nomen dumtaxat utrumque occurrit. In Codice quidem, lib. XI. tit. V. leg. I. *Impp. Arcadius & Honorius. Id tantum quod est necessarium, intra Africam* MILITIBVS *consistentibus, provincialibus jubemus* INDICI . . . *ita ut si quid . . . redundarit, id futuræ* INDICTIONI *conlationique proficiat.* Apud Tullium autem, lib. 2. ad Attic. epist. XVI. *Portoriis Italiæ sublatis, agro Campano diviso, quod vectigal superest domesticum, præter* VICESIMAM? *quæ mihi videtur, una conciuncula, clamore pedissequorum nostrorum esse peritura.* His, inquam, testimoniis ultro supersedemus, certiora multo cum ipsi nummi suppeditent; in primisque nummus Heraclii mox a nobis proferendus, in quo diserte scribitur, in ambitu quidem, INDICTIONE VIII. in ima autem pagina, XX. Adde vetustam inscriptionem Lugduni repertam ante annos fere XXX. descriptamque a P. Cl. Franc. Menestrier e Societate nostra, in Elogiis Urbis Lugdunensis, pag. 22. & 23. Nam ibi PROC. XX. & XXXX. *Procurator Vicesimæ & Quadragesimæ*, in *Asia*: & PROC. IN VRBE MAGISTER XX. hoc est, *vicesimæ*, commendatur.

Est autem hoc loco dignum notatu, litteras XX. a subsequente littera I interdum puncto dirimi, ut in nummis præsertim Aureliani, Cari, & Carini: illo XX. IQ: altero, XX. I: tertio denique, IIIXX. I, inscripto. Itaque ubi littera I puncto dirimitur a reliquis, indictionem significat: ubi cum ceteris consociatur nullo dirimente puncto, vicesimæ primæ indictionem denotat, vocabulo ipso indictionis aut tributi subintellecto. Atque hæc quidem vicesima prima Græcis subinde litteris exprimitur, KA. ut & vicesima, littera K. In quibus qui Karthaginem intellexerunt, graviter hallucinati sunt: uti apparebit ipso nummorum ejus generis plurimorum intuitu, quos anno VII. sæculi Constantiniani proferemus.

Vicesima porro in nummis istis scribitur, ut Quadragesima, quam a Galba remissam nummi ipsius testantur his notis, QUADRAGENS. REMISSAE. vel R. XL. ut in nummis æreis primæ & secundæ molis, e Cimelio D. FOUCAVLT: vel ut alibi, XXXX. REMISSA.

Vicesima autem nunc quidem videtur esse frugum ac mercium pars vicesima, seu pretium æquans hanc vicesimam, Principi solutum: ut ea collatione milites aleret, qui tutam ac liberam ab hostium prædonumque incursionibus negotiationem præstarent: a Germanis præsertim: quæ causa fortassis est, quamobrem numismata in Francia tantum orientali percussa occurrant; nulla in occidua. Tu, si quid melius noveris, libenter imperti. Nihil mihi sane aliud in præsenti videtur aptius congruere cum diversis formis, quibus eæ litteræ in nummis signantur. Hæ sunt autem in nummis æreis minimæ molis, e Museo nostro fere, & Cimelio P. JOBERT amici nostri ex intimis. Neque enim vacat ob eam rem unam Cimelia omnia Vrbis hujus excutere.

XXI P, XXI A } Vicesimæ primæ primum tributum.

XXI B, XXI S, XXI II } Vicesimæ primæ secundum tributum.

XXI T } Vicesimæ primæ tertium tributum.

XXI Δ, XXI Q } Vicesimæ primæ quartum tributum.

XXI V, XXI ε } Vicesimæ primæ quintum tributum.

XXI VI } Vicesimæ primæ sextum tributum.

Item hac forma.

A XXI, P XXI } Primum vicesimæ primæ tributum.

S XXI } Secundum Vicesimæ primæ tributum.

III XX I } Tertia vicesimæ indictio.

Γ XXI, T XXI } Tertium Vicesimæ primæ tributum.

Q XXI } Quartum Vicesimæ primæ tributum.

V XXI } Quintum Vicesimæ primæ tributum.

VI XXI } Sextum Vicesimæ primæ tributum.

Z XXI } Septimum Vicesimæ primæ tributum.

H XXI } Octavum Vicesimæ primæ tributum.

Ac demum ista: ubi pro Indictione, tributi vocabulum ponitur. eodem significatu:

P XXI T } Primum Vicesimæ primæ tributum.

S XXI P } Secunda Vicesimæ primæ pensio, ut videtur.

S XXI T } Secundum Vicesimæ primæ tributum.

T XXI T, III XXI T } Tertium Vicesimæ primæ tributum.

T XX T, IIIXX T } Tertium Vicesimæ tributum.

IIII XXI T } Quartum Vicesimæ primæ tributum.

ε XXI R } Quintum Vicesimæ primæ tributum, Remis.

v xx Γ } Vectigal Vicesimæ tertium.

v xx τ } Quintum Vicesimæ tributum.

vi xx τ } Sextum Vicesimæ tributum.

Hoc tributi genus ut Indictionem appellaremus, admonuere præsertim nummi duo, qui sequuntur:

D. N. MAVRIC. TIB. PP. AVG. Caput + cinctum triplici gemmarum ordine.

N I M + I + *Narbonenses Mercatores Christiani, Christiano Imperatori Indictio secunda.* Est apud Du-Cangium in famil. Byzant. pag. 104.

· IND. II.

Narbonensem provinciam Mauricio Aug. paruisse negant scriptores nonnulli; nummus iste affirmat; & alter inprimis, qui inscribitur: D. N. MAURIC. TIBER. PP. AUG. .)(. VIENNA. DE OFFICINA LAURENTI. Nam quæ provincia Viennensis sequiore ævo appellata est, ea Augusti & Vespasiani temporibus pars unius Narbonensis fuit: eadem postea ævo Constantini vel pars secundæ, vel forte tertia Narbonensis.

Justinum juniorem similiter Narbonensi provinciæ imperasse, scriptoribus iisdem licet refragantibus, docet nummus geminus ex argento, apud Du-Cangium in famil. Byzant. pag. 90. sic inscriptus: D. N. JUSTINUS PP. AUG. .)(. INVICTA ROMA intra coronam querceam, in ipso nummi unius ambitu; aream interim utriusque implente hac voce, RHODANUS, quæ literis inter se nexis scribitur. Est in Thesauro Brandeburgico, pag. 850.



Justiniano denique Aug. obnoxios fuisse Lugdunenses, nummi testantur, DOCCIO MONET. & LUGDUNO FIT inscripti, cum Justiniani effigie in nummo priore; apud D. le Blanc, pag. 34.

DD. NN. ERACLI. ET ERA. CON. *Domini nostri Eraclius, & Eraclius Constantinus.* Ambo sedentes, pater Eraclius cum filio Eraclio Constantino, orbem tenent, cui superposita crux est. .)(. INDICTIONE ϛIII. Crux orbi imposita nummi aream occupat. Infra, XX. *Indictione nona fortassis, Christiani.*

TOPOGRAPHIA NVMISMATVM SÆCVLI CONSTANTINIANI.

In infimo numismatum hujus sæculi Constantiniani limbo adnotari fere usuvenit nomina civitatum ac provinciarum; sed adeo profecto subtili arte, ut Oedipum esse oporteat, qui has notas apposite ac feliciter interpretari velit. Est tamen hæc pars operis, ut reliquis longe difficilior, ita certe nihilo minoris fructus atque utilitatis, siquidem ea illustrari atque exponi perspicue possit. Interest enim plurimum nosse, quo in tractu orbis Romani Augustorum quisque sit agnitus, & pro Augusto seu Principe salutatus. Nec potest sine ingenti historiæ ac veritatis detrimento alius pro alio tractus adsignari; siquidem fines fere amplitudinemque imperii Romani ex locis iis intelligimus, ubi conflati Augustorum nominibus nummi fuere.

Quantus enim, exempli gratia, error fuerit, cum ALE nummus aliquis, vel ANT exhibuerit, si quis Alexandriam statim Antiochiamve cogitet; longe autem alias civitates, aliosque tractus terrarum hæ litteræ significent, & Gallias forte nostras? Aut si quis AQ de Aquileia accipiat, ibique Augustorum aliquem decertasse ponat; quem Aquisgranensium fines tutatum fuisse credi verius oportuerit? Si K de Carnunto in Pannonia, pro Karthagine Africana acceperit? Si PLON signatos cum viderit forte nummos, Londinum ibi Britanniamque suspicetur, ubi necesse sit primam Lugdunensem intelligi? Quæ monstruosior fabula fingi potest, quam quæ historia ex tam præpostera interpretatione locorum, quæ nummi exhibent, cuderetur?

Visum igitur operæ pretium est, subjici nunc oculis in unum velut conspectum eas omnes litteras, quæ locis designandis apponuntur in nummis sæculi Constantiniani; & quæ in aliis etiam occurrunt, subinde attingere: ac ne res ea perturbate fiat, digeri ipsas ordine provinciarum, quas nos quidem conjicimus in iisdem nummis describi.

Provincia Narbonensis.

CON *Civitates omnes Narbonenses.*
CON A *Civitatum omnium Narbonensium primum* tributum.
CON B *Civitatum omnium Narbonensium secundum* tributum. Occurrit utraque nota in nummis Tiberii Constantini.
CON Γ *Tertium*, in nummo Focæ Aug.
CON Δ *Quartum*, in nummo Valentiniani e Museo nostro, & Justiniani.
CON ε *Quintum*, in nummo Anastasii apud Du-Cangium, pag. 84.
CONT *Civitatum omnium Narbonensium tertium* tributum.
P CON *Primum civitatum omnium Narbonensium* tributum. Est & in nummo Valentiniani.
S CON *Secundum.*
B CON *Secundum.*
T CON *Tertium.*
CONOB *Civitates omnes Narbonenses obtulere.*
KONOB *Korporati omnes Narbonenses obtulere.*
KONT *Korporatorum omnium Narbonensium tributum.*
MM *Massilienses Mercatores: vel Mercatores* tantum.
MNA *Mercatorum Narbonensium primum* tributum.
MNΔ *Mercatorum Narbonensium* tributum *quartum.*
MNTB *Mercatorum Narbonensium tributum secundum.*
MNTε *Mercatorum Narbonensium tributum quintum.*
NM *Narbonenses Mercatores*, in nummo Mauritii Aug.
SMN *Societas Mercatorum Narbonensium.*
SMNA *Societatis Mercatorum Narbonensium* tributum *primum.* Est & in nummo Arcadii, e Museo nostro.
SMNS *Societatis Mercatorum Narbonensium secundum* numisma.
SMNB *Societatis Mercatorum Narbonensium* tributum *secundum*: in nummo Valentis apud Occonem, pag. 563. & Valentiniani in museo nostro.
SMNΓ *tertium.* SMNΔ *quartum.*
SMNε *quintum.* SMNϛ *sextum.*
SMNT *Societatis Mercatorum Narbonensium tributum.*

Prima Narbonensis.

ANA *Primæ Narbonensis primum* tributum. In nummo Constantii Aug.
ANB *Primæ Narbonensis secundum* tributum.
ANOBC *Primæ Narbonensis obtulere civitates*, in nummo Valentiniani Aug. e Cimelio Sereniss. Ducis Parmensis.
ANT *Primæ Narbonensis tributum.* Nam T pro tributo est, ut supra in MNTB.
ANTA *Primæ Narbonensis tributum primum.*
SANT *Secundum primæ Narbonensis tributum.*
ANTΓ *Primæ Narbonensis tributum tertium*, in nummo Honorii, e Museo nostro.
ANTΔ *Primæ Narbonensis tributum quartum*, in num-

nummo Gratiani, apud D. FOUCAULT.

ε ANT } *Quintum primæ Narbonensis tributum.*
ANT ε }

ANTϛ *Primæ Narbonensis tributum sextum*, in nummo Valentiniani, e Cimelio D. FOUCAULT.

ANTH *Primæ Narbonensis tributum octavum*, etiam in aureo Valentis nummo, apud Occonem, pag. 563.

SMAN *Societas Mercatorum primæ Narbonensis.* Sic nummos argenteos cudit annis singulis prima Societas Mercatorum Parisiensium cum hac epigraphe : *Le premier Corps des Marchands de Paris.*

SMANP } *Societatis Mercatorum primæ Narbonensis primum* tributum.
SMANA }

SMANB *Societatis Mercatorum primæ Narbonensis secundum* tributum.

SMANΓ *tertium.* SMANΔ *quartum.*
SMANε *quintum.* SMANH *octavum.*
SMANΘ *nonum.*

SMANT *Societatis Merc. primæ Narb. tributum.*

SMANTΓ
SMANTΔ
SMANTε
SMANTϛ
SMANTι } *Societatis Mercatorum primæ Narbonensis tributum tertium, quartum, quintum, sextum, decimum.*

SMNC *Societas Mercatorum Narbonensis civitatis.*

De Narbonensium reliquarumque Galliarum tributo accipiendus videtur locus Mach. cap. VIII, 2. ubi de Romanis : *Virtutes bonas, quas fecerunt in Galatia, quia obtinuerunt eos, & duxerunt sub tributum.* Quo de loco plenius agemus in Chronologia Veteris Testamenti. Tamen hoc ævo Constantiniano ubi tributum occurrit, ibi honorarium intelligimus : sacculum videlicet certo numismatum numero plenum, ex auro, argento, vel ære; quæ diversis inscriberentur victoriarum beneficiorumve titulis; a provinciis vel civitatibus offerri solitum Principibus sive Augustis : qui mos hodieque perseverat in Galliis, & a Fureterio his verbis exponitur in Dictionario Gallico : *Bourse de jettons : Une bourse pleine de cent jettons d'or ou d'argent, que certains Corps d'Officiers font battre avec quelques devises, pour en faire present aux Princes, aux Ministres, aux Magistrats, de la protection desquels ils ont besoin.*

K $\overset{S}{\underset{V}{}}$ ANT. *Secundum Vicesimæ voluntarium primæ Narbonensis tributum.*

K $\overset{V}{\underset{Z}{}}$ ANT. *Septimum Vicesimæ voluntarium primæ Narbonensis tributum.*

Alia forma occurrit in nummo Valentiniani Aug. æreo, e Cimelio D. FOUCAULT :

D. N. VALENTINIANVS P. F. AVG.)(. CONCORDIA LEGG. *Concordia Legionum.*

In media area hinc inde, Θ Φ Infra, ANTϛ.
K

Primæ Narbonensis tributum sextum.

Est ibidem alter Gratiani, absque littera K.

D. N. GRATIANVS P. F. AVG.)(. VIRTVS ROMANORVM. Hinc inde Θ Φ ut proxime : Infra, ANT Δ *Primæ Narbonensis tributum quartum.* Litteræ Græcæ in area sparsæ, prioris quidem nummi, hanc habent sententiam. Θεὸς φιλεῖ Καίσαρα. Posterioris, Θεοῦ φιλία, *Dei favor.*

Narbonensis secunda.

CONS *Civitates omnes Narbonenses secundæ.*

CONS A *Civitatum omnium Narbonensis secundæ* tributum primum.

CONS Γ *Tertium.*

CONS Δ *Quartum* : in nummo Arcadii, e Museo nostro.

CONS ε *Quintum.* CONS ϛ *Sextum.*

CONSN *Civitatum omnium Narbonensis secundæ Negotiatores.*

CONSTA *Civitatum omnium Narbonensis secundæ tributum primum.*

P CONS *Prima* pensio, vel Indictio *Civitatum omnium Narbonensis secundæ.*

S CONS *Secunda.*

P CONST *Primum Civitatum omnium Narbonensis secundæ tributum.*

S CONST *Secundum.*

Γ CONST }
T CONSΓ }
T CONST } *Tributum Civitatum omnium Narbonensis secundæ tertium.* Ex his tribus formis apparet literam T in CONST. positam interdum pro Γ, alias pro tributo.

KONS AV *Korporatorum omnium Narbonensis secundæ tributum aurarium.* Neque certe alibi hæc nota, quam in aureis nummis occurrit.

Quod si CONS Constantinopolim significaret, (quod certe fieri omnino non potest, cum sint nummi omnes sic inscripti, tum Latinis characteribus, tum Gallicanæ perspicue fabricæ :) sed si Constantinopolim sive Byzantium vox ea significaret; quid facit illa in nummo Honorii, qui inscribitur CONSΔ. e Cimelio D. FOVCAVLT? quid in nummo Valentiniani e Museo nostro CONΔ; quid in aliis, qui pariter Byzantium non viderunt, similes notæ?

Incredibile autem est, quantus hodieque in Narbonensi provincia, finitimoque Monte Albano, numerus sit numismatum ex ære familiæ Constantinianæ, quæ sint inscripta his litteris. In singulis enim fere assibus, quos plebs ex ære numerat, unus semper aut alter obtruditur nummus hujusmodi; uti ex indigenis ipsis accepimus. Sic in Veromanduis Diocletianei plurimi hodieque nummi effodiuntur.

Arelate.

P A *Prima Arelatensium indictio.*

S A *Secunda.* T A *Tertia.* Q A *Quarta.*

Eadem interpretatio videtur esse istarum litterarum :

P AR	P ARL	ARL P
S AR	S ARL.	ARL S
T AR	T ARL	ARL T
Q AR	Q ARL	ARL Q

Heraclea in Provincia Narbonensi.

HERACL. *Heraclea*, in ostio Rhodani, eo loco restituta, quo nunc est oppidum san-Remigianum, ut dictum est in Notis ad Plinium, lib III. sect. V.

SMHER *Societas Mercatorum Heracleensium.*

Gallia Lugdunensis.

CL *Cives Lugdunenses* : in nummis duobus Allecti Aug.

LVGDOFFS *Lugdunenses offerunt secundo.* Nam quod in Mauricii Aug. nummo legitur, VIENNA DE OFFICINA LAVRENTI; unicam in una civitate, ut fit, officinam fuisse admonet.

L P *Lugdunensium primum* numisma.

L B *Lugdunensium secundum* numisma.

M L *Mercatores Lugdunenses.*

M L L *Mercatores Lugdunenses* : vel forte verius, *duarum Lugdunensium* : quemadmodum vox ea AVGG. duos Augustos significat.

SML *Societas Mercatorum Lugdunensium.*

SMLDV *Societatis Mercatorum Lugdunensium Donum Voluntarium.* Gallice, *Don gratuit.*

SMLP *Societatis Mercatorum Lugdunensium primum* tributum.

N LVG. *Negotiatores Lugdunenses.*

Prima Lugdunensis.

LVC *Lugdunensis quinque civitates*, in nummo argenteo, qui inscriptus est, D. N. AVL EMAVS P. F. AVG. in Cimelio D. Abb. De Campo.

LVGP *Lugdunensis prima*, in nummo Gratiani æreo, e Museo nostro.

LVGPC *Lugdunensis primæ civitates*, in nummo Mag. Maximi, e Museo nostro.

PRPL *Provincia prima Lugdunensis.*

PL *Prima Lugdunensis.*

P LVG *Prima Lugdunensis*, in nummo Valentis.

P LVGD *Prima Lugdunensis.*

PLB *Prima Lugdunensis beata*, ut videtur.

PLC *Primæ Lugdunensis civitates.*

ΓPLCC *Tertia* indictio *primæ Lugdunensis civitatum.*

PLCC *Primæ Lugdunensis civitates.* Littera c subinde geminatur, ut expressius pluralis numerus designetur.

P LVC *Primæ Lugdunensis quinque civitates.* Est & Valentis quoque Aug. nummus argenteus in Museo nostro, sic inscriptus. Ibidem Carini Aug. nummus ex ære minimo: IMP. CARINVS P. F. AVG.)(. VIRTVS AVGG. Latere nummi lævo, A. Infra LVC. Similiter interpretare: *Primæ Lugdunensis quinque civitates.*

PLN *Primæ Lugdunensis Negotiatores.*

PLON *Primæ Lugdunensis omnes Negotiatores.* Ut in CON & CONOB *Civitatum omnium Negotiatores* sunt.

RPLC *Rectori*, vel *Restitutori primæ Lugdunensis civitatum.*

LVCPS *Lugdunensium quinque civitates Permissu Senatus.* Est Eugenii Aug. apud Du-Cangium, pag. 61.

ALE & SMAL. De his & similibus dicetur inferius.

KONS𝔄 *Konstantinopolis.* Lugdunum est, ut arbitramur. Non occurrit nisi sub Fl. Jul. Constantio Aug.

KONOB *Konstantinopolitani omnes Negotiatores obtulerunt.*

KONT *Konstantinopolitanorum omnium Negotiatorum tributum.*

Secunda Lugdunensis.

LVGB *Lugdunensis secunda*, in nummo Arcadii, e Museo nostro. Est autem in nummis secunda Lugdunensis ea, quæ nunc quarta dicitur, sive Senonensis.

LVGS *Lugdunensis secunda.*

MSL *Mercatores secundæ Lugdunensis.*

MLL *Mercatores duarum Lugdunensium*, ut jam diximus.

RSLC *Rectori*, vel *Restitutori secundæ Lugdunensis civitatum.*

PSLC *Patrono secundæ Lugdunensis civitatum.*

SLC *Secunda Lugdunensis civitates.*

Treverensis Gallia.

TES *Treveri*, *Edicto Senatus.* Est & in nummis Valentis atque Arcadii æreis, e Museo nostro. In nummis Tiberii Constantini nunc est ea vox, per E litteram forma Latina seu Græca vetere: nunc per ϵ recentiore Græca: quo modo & in Focæ nummo occurrit. Numquam autem vel pro T occurrit Θ, vel C aut Σ pro S. Ex quo efficitur Thessalonicam ibi nonnisi imprudenter admodum cogitari.

TESA *Treveri*, *Edicto Senatus*, *primum* numisma cudunt. Est Æliæ Flaccillæ.

TES OB *Treveri*, *edicto Senatus*, *obtulerunt.*

TR *Treveri.*

TROB, TROBT } *Treveri obtulere.*

TROBC *Treveri obtulere cives*: in nummis duobus aureis, e Cimelio Domus Professæ Societatis nostræ in hac Urbe: Valentis Aug. altero, altero Valentiniani junioris Aug.

TROBS *Treveri obtulere Senatores*: in nummis duobus pariter aureis, ex eodem Cimelio, Gratiani scilicet, & Valentis Augg.

TRPS *Treveri Permissu Senatus.* Est in nummis etiam Valentiniani, Valentis, Arcadii, Gratiani, Maximi, & Eugenii Auggg.

ATR *Primum Treverorum* beneficium, seu donum (ut vocant) gratuitum. Nam *Treveri liberi*, siquidem *fœderati*: atque adeo immunes, nec tributo obnoxii.

BTR STR STRE *Secundum Treverorum beneficium.*

QTR *Quartum.*

PT *Primum.* ST. *Secundum.* TT *Tertium.*

SMT *Societas Mercatorum Treverensium.*

SMTΓ *Societatis Mercatorum Treverensium tertium* beneficium.

MTR *Mercatores Treveri.*

SMTR *Societas Mercatorum Treverensium.*

SMTES *Societas Mercatorum Treverensium*, *edicto Senatus.*

Prima Treverensis.

TRP PTR ITR *Treverensis prima*, & *prima Treverensis.*

MATR *Mercatores primæ Treverensis.*

MTA *Mercatores Treverensis primæ.*

Treverensis secunda.

TRS *Treverensis secunda.*

TSΓ *Treverensis secundæ tertium* beneficium.

TSϵ *Treverensis secundæ quintum* beneficium.

TSAVI *Treverensis secundæ primum* beneficium: *Votis Imperii.*

TSBVI *Secundum.*

TSϵVI. *Quintum.*

MOST *Mercatores omnes secundæ Treverensis.*

MOSTR *Mercatores omnes secundæ Treverensis.*

MOSTP *Mercatorum omnium secundæ Treverensis primum* tributum voluntarium.

MOSTT *Tertium.*

MOSTQ *Quartum.*

SMOSTQ *Societatis Mercatorum omnium secundæ Treverensis quartum* tributum voluntarium.

SMTS *Societas Mercatorum Treverensis secunda.*

SMTSA *Societatis Mercatorum Treverensis secundæ primum* tributum, sive numisma.

SMTSB *Societatis Mercatorum Treverensis secundæ secundum* tributum voluntarium.

A primaria civitate; quæ subinde sedes Augustorum esset, Treverensem appellatam fuisse apparet regionem eam ex parte, quæ prius Belgicæ nomen habuisset: atque ut Narbonensis prima & secunda, Lugdunensis item prima & secunda vocata est, sic Treverensem primam & secundam fuisse his temporibus nuncupatam.

Remi.

RP *Remorum primum* beneficium.
RS & SR *Remorum secundum.*
RT *Remorum tertium.* RΓ *Remorum tertium*, in nummo Probi ex Museo nostro.
RQ & QR *Remorum quartum.*
RE *Remorum quintum* beneficium, sive tributum honorarium.
RZ *Remorum septimum* tributum honorarium, in nummo Probi, ibidem.
SMR *Societas Mercatorum Remensium.*
SMRP *Societatis Mercatorum Remensium primum.*
SMRB *Societatis Mercatorum Remensium secundum.*
SMRS *Societatis Mercatorum Remensium secundum.*
SMRT *Societatis Mercatorum Remensium tertium.*
SMRQ *Societatis Mercatorum Remensium quartum.*
RBE *Remorum beneficium quintum.* Non tributum Remi, quoniam erant *fœderati*, teste Plinio, ac proinde liberi: sed *beneficium* præstiterunt: *Don gratuit.*
REP *Remorum primum* beneficium.
REQ *Remorum quartum* beneficium.
RFQ *Remensium fabrorum quartum* numisma.
RMPS *Remi Mercatores Permissu Senatus:* in nummo Honorii argenteo, e Museo nostro.
RVPS *Remorum urbs Permissu Senatus.* Ejusdem ibi Honorii est.

Ambiani.

AMB. *Ambiani*, in nummo Magnentii Aug.

Mediomatrici.

MEDIOMAT. In nummo pervetusto, e Museo nostro.
MDOB *Mediomatrici obtulere*, in nummo aureo Gratiani, e Cimelio Domus Professæ Societatis nostræ in hac Urbe.
MDPS *Mediomatrici Permissu Senatus.* Occurrit in nummis argenteis Mag. Maximi, Fl. Victoris, Eugenii, & Honorii, e Museo nostro.

Aquenses, quæ nunc civitas est Aquisgranensis.

AQM *Aquenses Mercatores.*
AQPS *Aquenses Permissu Senatus.*

Nam quis est, qui cum has litteras in nummis Valentiniani jun. Aug. & Theodosii viderit, contuleritque eas cum istis, LVCPS. MDPS. RMPS. RVPS. TRPS. non eos in eodem omnes tractu terrarum cusos esse fateatur, quorum est & superscriptio similis, & fabrica plane Gallicana? Neque enim Aquileia, aut ulla omnino in Italia civitas, extra Urbem Romam, nummos Augustis dicavit. At cum diligenter inspexeris nummos istos tres, quos jam antea protulimus, pag. 6. quartumque Eugenii apud Du-Cangium, pag. 61. Valentis quidem, & Gratiani, VRBS ROMA. TRPS. Valentiniani autem junioris Aug. VRBS ROMA. AQPS. Eugenii Aug. denique, VRBS ROMA. LVCPS. Annon statim nullo docente intelliges, regendo tutandove ab hostium incursionibus Galliarum limiti, plures Præfectos, quos Augustos vocarent, præpositos a SPQR. fuisse, qui VRBI ROMAE, sive (ut in vetere nummo scribitur post Neronem pulsum,) ROMAE ET IMPERIO hos fines servarent? Quam ob causam VRBS ROMA in nummis istis appellatur & pingitur. Itaque hunc in modum interpretare notas sequentes:

AQ *Aquenses.*
AQOB *Aquenses obtulerunt.*
AQOBF *Aquenses obtulere fabri.*
AQP *Aquensium primum* tributum.
AQS *Aquensium secundum* tributum honorarium.
AQT / AQΓ } *Aquensium tertium* tributum.
SMAQ *Societas Mercatorum Aquensium.*
SMAQP *Societatis Mercatorum Aquensium primum* tributum.
SMAQS *Societatis Merc. Aqu. secundum* tributum.

Bononia ad mare, in Morinis.

BONONIA OCEANEN. *Bononia Oceanensis.* Nec tamen fabricæ locus ea voce signatur, sed unde Cæsar in Britanniam trajecerit.

De Gallia Aquitanica.

Cum nulli fuerint in Aquitanica Gallia, Plinio teste, cum Romanis populi fœderati; sed præcipui certe in eo tractu omnino liberi, hoc est, sui juris, non alieni, sive Romani, neque cum Senatu Populoque Romano ulla fœderis societate conjuncti: *Santones liberi* scilicet; *Bituriges liberi cognomine Ubisci*; *Bituriges liberi qui Cubi appellantur*; *Arverni liberi*; inde factum est; ut nulli prorsus in ea provincia conflati nummi reperiantur, sive Senatus Populique Romani, sive Imperatorum Augustorumque nominibus. Nec in eo tractu quidquam Romanis juris fuisse hoc sæculo Constantiniano, haud temere quispiam fortassis eo argumento ductus suspicabitur. Tu, Vir erudite, vide quid censeas: præi, sequar. Ex ea re certe, atque ex illo tempore factum opinor, ut pars illa dumtaxat Galliarum, quæ spectat ortum; Rhodanoque & Arari, Mosella, Mosaque, usque ad Aquisgranensium fines, clauditur ab occasu; multis sæculis pars Imperii appellata sit; eademque in Appendice Reginonis, anno DCCCCXXIX. *Gallia Romana*; numquam Celtica reliqua, Aquitaniave, aut Belgica-magna ex parte.

Servierunt quidem Augustis & Urbi ante ipsa Plinii tempora, teste ipso, Gabales, sive Gabali, *le Givaudan*; in confinio Aquitanicæ Galliæ Narbonensisque Provinciæ positi, ad Boream: nec postea jugum excusserunt, ut docet nummus ex auro sic inscriptus, apud Paul. Petavium: D. N. IVSTINVS PP. AVG.)(. GABALORVM. In media nummi area Crux est. Memineris autem, Vir erudite, de sæculo me Constantiniano loqui. Plinianis temporibus, uti præmonui, paruit imperio Romano Gallia universa, vectigalisque fuit, præter civitates seu Communitates liberas, fœderatasque, quas appellat Testis est nummus ex argento eximiæ raritatis, in Thesauro Regio: SER. GALBA IMP. *Servius Galba Imp.*)(. TRES GALLIAE. Tria capita ordine posita, incedentium ritu. Quod præit, nudum est, ac cirratis a tergo crinibus; ut Lugdunensis significetur, quæ pars est Galliæ Comatæ potissima. Alterum pileatum, Belgicam denotat; quod in ea populi plures, opinor, liberi essent; quos Plinius recenset. Postremum pone galeatum, bellicosam Aquitanicam repræsentat. Nam cum *tres Galliæ* dicuntur, Narbonensis provincia, teste Plinio, libro IV. sect. XXXI. extra eum numerum est.

Inde est quod ut a liberis Gallicanisque civitatibus Mercatores civesque Romani se discriminarent, in-

interdum se in nummis Romanos appellabant, quamvis in Galliis degerent.

Urbes Romanæ, in Galliis.

PROM *Primum Romanorum* tributum.
ROM Γ *Romanorum tertium* tributum.
VRB ROM B *Urbium Romanarum secundum* tributum, in nummis Juliani.
VRB ROM Q *Urbium Romanarum quartum* tributum.
SM ROM Societas Mercatorum Romanorum, in nummo Theodosii, ex ære, in Museo nostro.

Galliis demum peragratis, paucæ admodum supersunt deinceps civitates, quæ hoc sæculo Constantiniano suum nomen nummis impresserint.

Ravenna.

RAV. & RAVENN. *Ravenna:* in nummis Mauricii, & Heraclii.

Karthaginienses Mercatores.

FK *Felix Karthago.*
CAR CRT & KART. *Karthago*, in nummis Justiniani, & Justini.
KB *Karthaginiensium.* Mercatorum *secundum* numisma.
PK *Protector Karthaginiensium* Mercatorum., ut nunc quidem videtur.

Hæ duæ litteræ tum alibi occurrunt, tum ipsam implent aream in nummo Justiniani Aug. apud Du-Cangium, pag. 90.

PKB *Protectori Karthaginiensium Mercatorum secundum* tributum.
PKΓ & PKT *Tertium.*
PKQ *Quartum* PKϛ *Sextum.*
SKM *Societas Karthaginiensium Mercatorum.*
SMK *Societas Mercatorum Karthaginiensium.*
SMKA *Societatis Mercatorum Karthaginiensium primum* tributum.
SMKB *Secundum.* SMKΓ *Tertium.*
SMKΔ *Quartum.* SMKε *Quintum.*
SMKϛ *Sextum.*

Karthago per K vetusto more scribitur: quo nomina pleraque, quibus littera C aspera præfigitur, eamdem assini littera K permutant: ut, Korporati, Kalendæ, Kapitolina Ælia, similiaque. Unde in Psalmo Abecedario (ut vocant) Augustini, qui contra partem Donati inscriptus est, elementorum ordine, post eam strophen quæ a littera I incipit, proxime subsequens versum priorem inchoat a voce *Caritatem*, quam propterea per K scribi eo loci oportuit. Atque hic quidem mos fuit in vocabulis, in quibus C littera vocalibus *a*, *o*, & *u* præfigeretur: littera C ibi servata, ubi *e*, vel *æ*, vel *i* sequeretur. Quæ causa est quamobrem in CON & CONOB *Civitates omnes:* in KON vel KONOB *Konstantinopolitani* interpretati simus.

Cave tamen existimes hosce nummos Karthagine in Africa cusos esse; aliosve, qui vel FELIX KARTHAGO, vel INDVLG. IN CARTH. habent pro lemmate: vetat enim fabrica, ac forma nummorum, quæ vel Romana est, vel Gallicana: istorum autem, quos in præsenti attingimus, perspicue Gallicana. E Narbonensi provincia, qui Karthagine negotiarentur, essentque fortassis coloniæ Karthaginis pars ipsi haud minima, nummos istos Augustorum honori dicarunt. Sic AAεξ inscripti, ad Mercatores Alexandrinos pertinent, hoc est, ad eos e Narbonensi præsertim provincia Negotiatores, qui frumentum aliasve merces ex Ægypto conveherent. Nec videre sane aliquando contigit nummum aliquem, qui Karthaginis nomen præferret, essetque ibi conflatus; præter unum eximium ac pervetustum, ex ære primæ molis in Museo nostro. Barbaram quidem sapit ille, atque adeo Africanam officinam; non tamen absque nitore suo, & patriam arte elegantiaque referente.

VENERIS. Templum; infra, KART.
ARISTO .... AVTVMA ... GA
SVF.

Duo in aversa pagina nummi capita nuda pinguntur, quæ nare sima totoque oris habitu Africana se prædicant. Nempe geminus hic est Magistratus, sive (ut volunt) *Sufes.* Quæ si vox ibi legenda est, si Hebræa lingua in Africam se infudit; primum quidem, a שפט Hebræo, Sufeta, (opinor) non, una expuncta radicali littera, *Sufes* diceretur. Deinde vero sciscitari ex te lubet, Vir erudite, qui fieri possit, ut Sufetarum temporibus Latinus Karthagine sermo, Latini etiam fuerint characteres: aut in oppido libero Lepti, (quo Alexandri M. arma profecto non penetravere,) Græci, non Punici, Tiberio imperante. Est enim Tiberii ævo ac nomine, ΛΕΠΤΙΣ. Nostrum igitur hunc nummum Karthaginis, fatendum est ipsa capta a Romanis Karthagine vetustiorem esse. Siquidem ea urbe diruta, facta est, teste Plinio, *colonia Carthago, magnæ in vestigiis Carthaginis.* Coloniarum autem Romanarum Magistratus in confesso est Duumviros fuisse Romano vocabulo appellatos. Ita Cæsaraugustæ, Corinthi, aliarumque nummi testantur. Uticæ quoque, Municipii civium Romanorum, in Provincia ipsa Karthaginensi, sub Imperatoribus, Duumviri appellantur in nummis; & quidem Latine. Igitur nummus hic noster captæ Karthaginis antecedit ætatem: quam & ipsa forma præfert, nostro nunc quidem judicio. Est apud Gruterum pag. CCCCLXX. inter Suffetes ARISTO; sed in inscriptione, quæ nec ætatem suam indicat, & est conficta ab aliquo, qui hunc nummum vidit. Ut ut est, quod nunc in primis quærimus, nummi Constantiniani sæculi, qui Karthaginis nomen habent, & sunt fabricæ Gallicanæ, iidemque Africanæ dissimilis; a Narbonensibus cusi sunt, qui in colonia Karthagine negotiarentur, atque ex ea provincia (ut nunc quoque faciunt) frumentum adveherent, Urbi alendæ & provinciæ Narbonensi.

Siscia, in Croatia: Sissek, ad Savum amnem.

SMSXXIB *Societatis Mercatorum Sisciensium vicesima primæ secundum* tributum.
A SIS / P SIS } *Primum Sisciensium* tributum.
A SIS C In nummo Gratiani, e Museo nostro.
B SIS / SIS B } *Secundum Sisciæ* tributum.
B SISCV In nummo Valentis Aug. e Museo nostro. Littera æ sic inversa.
Γ SIS *Tertium Sisciæ* tributum.
Δ SIS *Quartum.* In nummo Gratiani Aug. e Museo nostro, Δ SISC.
ε SIS *Quintum.* ϛ SIS *Sextum.*
A SIS ε *Primi* omnium *Sisciensis* pendunt *quintum* tributum: quo nempe modo ac more Smyrnæorum nummus inscribitur, ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΤΩΝ ΣΕΒΑΣΤΩΝ. *Smyrnæorum, qui primi fuere tertium Neocori Augustorum*, Antonini & Getæ.
SISCPS *Sisciensis, Permissu Senatus.*

Sirmium in Sclavonia: hodie Szerem.

SIRM *Sirmienses.*

B SIRM &c.

B SIRM *Secundum Sirmiensium* tributum.
A SIRMQ *Primi* omnium *Sirmienses* pendunt *quartum* tributum.

Prusa, in Bithynia.

ΘΥΠΟ / THEUP / THEUP — *Theupoli*, Θευπόλει. In nummis Justiniani, & Mauricii.

Cave hoc loco Antiochiam cogites, quam Θεύπολιν similiter appellatam aiunt. Neque enim Mercatores Antiocheni eadem forma nummos fabricarent; qua Cyziceni & Nicomedienses: quorum vicinas fuisse Theupolitanos, indiscreta nummorum similitudo admonet. Prusam civitatem Bithyniæ, mercaturis celebrem hodieque esse, testes αὐτόπται referunt. Ac si luberet alio quam nummorum testimonio in hac lucubratione uti, Prusam doceremus cum eruditis, ex subscriptionibus sexti Concilii & ex Notitia vetere, Θεύπολιν esse appellatam.

Nicomedia, in Bithynia.

NIK *Nicomedia.*
NIKB *Nicomediæ* negotiantium *secundum* tributum.
NIKO In nummo Justiniani æreo, apud Du-Cangium.
NIKO A *Nicomediensium mercatorum primum* tributum.
NIKM B *Nicomediensium mercatorum secundum* tributum: in nummo Justiniani æreo, e Museo nostro.

Cyzicus, in Hellesponti Bithyniæque confinio.

KYZ^A *Cyzici* negotiantium tributum *primum*: in nummo Focæ Aug.
KYZ^B *Secundum*: in nummo ejusdem Focæ.
KYZ *Cyziceni*: in nummo Mauricii Aug.
CVZ Pro CYZ *Cyziceni*, in nummo Juliani.

Alexandrini Negotiatores.

ΑΛΕΞ *Alexandrini* Mercatores: in nummis Justiniani Aug. apud Du-Cangium, pag. 88. & 90. & in alio apud Mediobarbum, pag. 566.
ΑΛΕΞΑΝΔ in nummo Eraclii, e Cimelio D. Foucault.

Verum alia longe interpretatio notarum est, ALE: affinisque ei, quam in ANT. similibusque notis attulimus: non ut Alexandriam significet, sed primam Lugdunensem. Nam primum quidem fabrica nummorum istorum, præsertim qui sunt inscripti ALE in ære mediocri, vix ulla dici potest elegantior, aut quæ magis Gallicam sapiat officinam. Nullus certe nummus est, sive Alexandriæ conflatus, sive Antiochiæ, sæculis retro omnibus ante hoc Constantinianum ævum, qui non sit præ istis rudis & impolitus. Deinde nummi in Ægypto conflati, Diocletiani, Maximiani utriusque, & Fl. Constantii nominibus, sunt & Græce scripti; nec Alexandriæ, vel alterius oppidi nomen præferunt: sed sua se lingua & charactere tantummodo, & toto fabricæ genere ac veluti habitu, esse Ægyptios prodant.

Jam, ut omittam Fl. Val. Constantium Cæsarem, quem Chlorum appellarunt, cujus nummi etiam aliquot ALE inscribuntur: certe Fl. Val. Severus Aug. cujus nummum pariter ALE inscriptum ex Occone referemus anno XXIII. alium ANT. e Museo nostro; Antiochiam, Ægyptum, aut Alexandriam non vidit; nec ibi aliquam publicæ administrationis partem gessit, ut est in confesso apud omnes. Nec ullam pariter Magnentius Antiochiæ obtinuit; cujus in nummo tamen ANB legitur: nullam Gratianus, cujus in nummo est ANTA. Valentinianus certe nullam, cujus nummus alter insculptus est ANTI, alter, ANTS. Nullam denique, ut alios nunc omittam, Honorius; qui nummum habet inscriptum, ANT Γ.

Præterea Antiochiæ Syriæ nomen in nummis antiquis, nec alia nisi Græca forma occurrit, integroque vocabulo ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ: nec omnino apparet post tempora Decii & Volusiani. Alexandriæ similiter vocabulum, ubi civitatis officinam monetariam denotat, vix memini me nisi integrum, & quidem scriptum Græce legere; nisi Justiniani principatu, quatuor litteris, sed tamen Græcis, ΑΛΕΞ. quo significatu jam diximus.

Quod si deinde conferas Gal. Maximiani Aug. nummum anno XXV. inscriptum K$\frac{\Delta}{P}$ALE. cum altero ejusdem Augusti, anno XXII. K$\frac{A}{P}$PLB: ipso statim oculorum judicio deprehendes, ex eadem utrumque Gallia prodiisse, adeo indiscreta propemodum similitudo fabricæ est: ac proinde non alterum in Ægypto, in Galliis alterum esse conflatum; sed illic *Primæ Lugdunensis edicto*: illic *Prima Lugdunensis beata* intelligi oportere.

Adde postremo, quod in Oriente vel Ægypto nulla nunc prorsus eruuntur numismata hujus sæculi Constantiniani; nisi forte illa Græce scripta, quæ proxime appellavi: nulla, quæ e Syria, vel e minore Asia; vel ex Ægypto, oppidi alicujus nomen repræsentent: nulla denique ALE vel ANT. inscripta: cujus generis pleraque omnia effodiuntur in Galliis. Afferri quidem quosdam ex Oriente nummos scimus, delatosque inde nuper ipsi vidimus; sed quos hic neglectos, (fecit enim fastidium eorum, qui nummos veteres colligunt, ut vilescant apud nos ac fere contemptui sint sæculi hujusce Constantiniani nummi:) quos igitur hic neglectos talium mercium propolæ viderunt, in Syriam detulerunt, quos cum huc reveherent, in Syria primum repertos erutosque a se mentirentur. Horum, inquam, numerum haud mediocrem vidimus; sed quos Treveris & Lugduni conflatos, litteræ TR & PLC aperte testarentur. Causæ igitur haud vanæ prohibent, quominus Alexandrinæ civitatis Monetam ibi cogitemus: eædemque cogunt intelligi *Primæ Lugdunensis*; ut in AN & ANT. *primæ Narbonensis* Negotiatores. Sic igitur has notas interpretabere:

ALE *Primæ Lugdunensis Edicto.*
ALEB *Primæ Lugdunensis edicto primum* numisma, in nummo Constantii Aug. qui frater Constantis.
SMAL *Societas Mercatorum primæ Lugdunensis.*
SMALE *Societas Mercatorum: primæ Lugdunensis edicto.*
SMALA *Societatis Mercatorum primæ Lugdunensis primum* tributum.
SMALB *Secundum.*

Nulla porro hoc omni sæculo Constantiniano, Augustorum Cæsarumve nominibus numismata, Vir erudite, reperias, in Hispania, Britanniave conflata; nulla Byzantii: Nulla eorumdem post Diocletianum in Asia, Syria, vel Ægypto: quibus tamen in regionibus tot priorum Augustorum nummi nostris etiam temporibus eruuntur. Itaque si rem aliquis velit solo nummorum testimonio definire, affirmabit is minime paruisse Romano imperio Gallias magna ex parte, non Hispaniam, Britanniamve; non aliquam in Asia Syriave provinciam aut civitatem, & ante Diocletiani principatum: denique ultra Pannoniam omnino Romanam Rempubl. negabit jus dedisse. Ausisne tu porro ita statuere? Excogita potius, sodes, solerti conjectura, qua polles plurimum, Vir sagacissime, probabilem causam aliquam, quamobrem civi-

civitatum in Asia & Syria plurimarum, in Europa etiam Byzantiorum, crebra reperiantur numismata cum effigie ac nomine singulorum fere Augustorum ac Cæsarum, usque ad Gallienum: nulla deinceps. Cusum in Sicilia certe quidem nullum quoque numisma reperias, impresso Imperatoris alicujus nomine: Verum id alia ex causa factum esse non ignoras: quoniam Sicilia videlicet, æque atque Italia, non provincia Augustorum esset, sed Senatus Populique Romani. Itaque nullo umquam ævo nummis suis Italia Siciliave Cæsarum vultum vel nomen insculpsit: uno fortassis Augusti excepto, qui æreus est, mole mediocri, e Cimelio D. FOUCAULT; inscribiturque IMP. CAES.... BEN. PRAE. capite nudo: ut nunc quidem interpretor, *Imp. Cæsar Aug. Coloniæ Beneventanæ Præfes*, vel forte *Prætor*. In aversa pagina, HIBERO PRAEF. *Hibero Præfecto*. Sed jam ad Chronologiam veniamus sæculi Flaviani.

PROSPECTUS SÆCULI FLAVIANI.

Sive Flavianum hoc sæculum appellemus, sive Constantinianum, nihil interest. Id autem ei sæculo nomen tribuimus, quo Flavii primas in Reipub. administratione partes habuerunt. Et initium quidem eo ipso anno ponitur, quo Aur. Val. Maximianus Aug. cum Diocletiano, Fl. Val. Constantius Cæsar cum Gal. Val. Maximiano cœpit appellari. Est is annus, ut quidem fert vulgaris computatio, æræ Christianæ CCLXXXV. a Septembri superiore. An vero in eum reipsa annum CCLXXXV. incidat primus Diocletiani annus; vel nos alio tempore, vel alii statuent. Scriptorum veterum ac recentiorum ea de re dissensiones inter se, videsis apud Petavium, lib. XI. de Doctrina Temp. cap. XXIX. & XXX. Itaque annos tantum ipsos sequemur sæculi, quod Constantinianum Flavianumve nuncupamus. Æram certe Diocletiani nullam nummi consignant.

Anni sæculi Flaviani.

1 Maximianus & Diocletianus Augg. salutantur. VOT. X.
Fl. Val. Constantius, & Gal. Maximianus Cæsares.
2
3
4 Hoc toto fere principatu Respublica bellis caruit.
5
6
7
8
9
10
11 VOTA XX. Augg. Maximiani & Diocletiani.
12
13
14
15
16 Fl. Val. Constantius Cæsar Aug. moritur; subrogatur alter Constantius e familia Fl. Julia, Cæsar.
VOTA X. Constantii Cæsaris.
17 Victoria Sarmatica, Constantio jam Cæsare.
18
19
20
21 VOTA XXX. Diocletiani & Maximiani Augg.
22 Novi salutantur Augg. Constantius & Gal. Maximianus.
Vota pro Augustis perpetua.
Cæsares creantur; Licinius; Constantinus, e familia, Fl. Julia: Gal. Val. Maximinus, Val. Maxentius, Fl. Val. Severus, & Fl. Val. Constantinus.
Maximinus Cæsar, & Licinius Jovii appellantur.
23 Constantius Aug. moritur.
Maxentius, Constantinus, & Severus Augusti salutantur.
Maxentii VOT. V.
24
25 Maximianus Herculius Aug. moritur.
Maximianus junior Augustus eidem subrogatur.
26 Severus Aug. moritur.
27 Gal. Maximianus Aug. cedit magistratu.
Maximinus & Licinius creantur Augg. Licinii VOT. X.
Cæsar Fl. Val. Constantinus.
28 Maxentii VOT. X.
29
30
31
32
33 Maxentii VOT. XX. eodem Consule II.
34 Maximinus Aug. cedit magistratu.
Domitius Domitianus Aug.
Fl. Val. Constantinus Aug. & Imp. appellatur.
35
36
37 Licinii VOT. XX.
38 Constantinus Imp. obit. Constantinus e familia Fl. Claudia ei subrogatur. Constantinus Constantini Imp. nuper defuncti filius, fit in Urbe Princeps civitatis.
VOT. V. Imp. Constantini.
39
40
41
42 VOT X. Imp. Constantini.
Cæsares tres: Constantinus, Crispus, Licinius.
Cæsarum VOTA V.
43
44 Martinianus Aug. Licinius junior Consul.
45
46 Crispus Consul.
47 Licinii Aug. nulla tricennalia. VOTA XV. Imp. Constantini.
Cæsarum VOTA X.
Sub anni finem, Constantini Max. VOTA V. subrogato eo in locum patris sui, Imp. Fl. Val. Constantini.
Fl. Val. Constantius, Constantino Max. fratri suo Cæsar additur.
48
49 Hoc primum anno ☧ Christi monogramma apparet in nummis.
50 Constans Max. Aug. salutatur.
Constans, Constantius, & Delmatius, e familia Fl. Julia Cæsares appellantur.
51 Consulatus VI. Constantini Aug.
52 Victoriæ lætæ Princ. Perp. VOTA P. R.
Crispus Consul II.
VOTA XX. Imp. Constantini.
VOTA XV. Cæsarum.
Sub anni finem, VOTA X. Constantini Max.
53 Arcus Romæ dicatus Constantino Max. post Licinium pulsum vel cæsum. Constantinus Max. deinceps solus Augustus.
54

55
56
57 Constantini Max. VOTA XX.
58 Non amplius occurrunt in nummis Cæsares alii, præter Constantium & Constantem.
59
60
61
62
63
64
65
66
67 Constantini Max. VOT. XXX.
68 Constantii Aug. VOT. X.
Constantis Aug. VOT. V.
Fl. Cl. Constantius Cæsar creatur. Ejusdem VOT. V.
Magnentius, Vetranio, & Nepotianus, Augg. secundarii creantur. Decentius, Cæsar. Hanniballianus rex.
69
70
71
72
73 Constantis Aug. VOT. X.
Julianus Cæsar appellatur.
VOT. V.
74
75
76
77
78 Constantii & Constantis Augg. VOT. XV.
79
80
81
82
83 Constantii & Constantis Augg. VOT. XX.
84 Constans Aug. post annum superiorem in nummis non apparet.
85
86
87
88 Constantii Aug. VOT. XXV.
89
90
91
92
93 Constantii Aug. VOT. XXX.
Juliani Aug. VOT. V.
94
95
96
97
98 Constantii Aug. VOT. XXXV.
99
100
101
102
103 Constantii Aug. VOT. XXXX.

CHRONOLOGIA
SÆCULI CONSTANTINIANI
EX SOLIS NUMMIS ANTIQUIS.

ANNUS PRIMUS.

Diocletianus & Maximianus, Augusti: Fl. Val. Constantius, & Gal. Val. Maximianus Cæsares creantur.

I.

STEMMA DIOCLETIANI AUG.
ex solis nummis antiquis.

Valerius: cui conjux fuit N. Pia Felix.

- Valerius, cui conjux Flavia.
  - FL. VAL. CONSTANTIVS CÆSAR.
- Valeria, conjux LIC. VALERIANI AVG.
- Valerius, cui conjux Licinia, Valeriani Aug. soror. P. F.
  - Val. Licinianus.
    - VAL. DIOCLETIANVS AVG. a conjuge Diocletia sic appellatus: idem postea IOVIVS, P. F.
      - Jovia, prima conjux Licinii Aug. qui inde IOVIVS in nummis est appellatus.
      - Jovia, conjux Maximini Aug. qui & ipse IOVIVS in nummis est appellatus.
    - Val. Licinius, alter Licinii Aug. socer.

II.

II.

STEMMA VTRIVSQVE MAXIMIANI, ET VTRIVSQVE CONSTANTII,

ex solis nummis antiquis.

I. M. AVR. cognominatus ab uxore VAL. MAXIMIANVS, P. F AVG. HERCVLIVS.

- N. uxor Constantii Aug.
- N. uxor Maxentii Aug.

obiit utraque, priusquam maritus crearetur Augustus.

II. Valerius Maximus. Conjux Flavia.

- Fl. Val. Maxima, conjux M. Aurelii, qui ex eo conjugio VAL. MAXIMIANVS cognominatus est.
- Fl. Val. Maxima, conjux Galerii, qui ex eo conjugio VAL. MAXIMIANVS cognominatus est.
- FL. VAL. CONSTANTIVS CAESAR.

Ita affines inter se fuerunt, Galerii, Valerii, & Aurelii.

III. GALerius, cognominatus ab uxore, VAL. MAXIMIANVS, P. F. AVG.

- MAXIMIANVS IVN. AVG.
- GALERIA VALERIA AVG. conjux Constantini AVG. qui FIL. AVGG.
- MAXIMINVS AVG. FIL. AVGG. cui conjux filia Constantii Aug.

IV. Fl. Jul. CONSTANTIVS CAES. postea AVG. Conjux ei fuit, filia Maximiani Herculii.

- N. uxor Maximini Aug.
- CONSTANTINVS AVG. FIL. AVGG. cui conjux Galeria Valeria, filia Galerii Maximiani.

Ita Constantinus & Maximinus, filii Augustorum fuerunt, & iidem generi Augustorum; cum alter alterius sororem uxorem duceret.

Nummi Diocletiani Aug.

IMP. DIOCLETIANVS AVG. .)(. PRIMIS X. MVLTIS XX. *Primis decennalibus, multis vicennalibus.* Juppiter stans dextra fulmen tenet, læva hastam. Infra, R XXI A. *Remis vicesima prima* tributum *primum.* Est hic nummus ex ære, apud Mediobarbum, pag. 426. Sunt porro hæc Vota Decennalia Augustorum simul ac Cæsarum; quoniam cum Augustis simul creati sunt Cæsares, ut mox dicemus.

DIOCLETIANVS AVG. capite radiato. .)(. AVSPIC. FEL. Dea stans, dextra tesseram tenet, sinistra caduceum: ad pedes vir supplex ambas manus attollit. Infra, TR. Est hic nummus perrarus in Cimelio D. de BALLONFFEAVX, Luxemburgi, ad quem de eo scripsimus *Auspicia felicia.*

DIOCLETIANVS AVGVSTVS. capite laureato. .)(. CONCORDIAE AVGG. NN. *Concordiæ duorum Augustorum nostrorum.* Ambo Augusti sedent togati; suum quisque orbem tenet. Est argenteus, in schedis D. Vaillant.

IMP. C. C. VAL. DIOCLETIANVS AVG. capite radiato. .)(. CONCORDIA MILITUM. Imp. & Tribunus militum tenent orbem Romanum, cui Victoria Romana imposita, læva palmam gerit, dextra coronam lauream. In media nummi area, littera A primum tributum significat, quod est Augusto persolutum. Est ex ære minimo, in Museo San-Genovefano.

IMP. DIOCLETIANVS P. F. AVG. capite laureato. .)(. FORTVNAE REDVCI AVGG. NN. Infra, TR. *Treveri.* Fortuna, sive Annona sedet cum Cornucopiæ, temone, & rota: symbolis annonæ uberis, tum fluminibus, tum curribus ex agris advectæ, providentia Augustorum. Est æris minimi, e Museo P. JOBERT.

Α. Κ. Γ. ΟΥΑΛ. ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. *Imp. CÆsar C. Valerius Diocletianus Aug.* capite laureato. .)(. L. A. *Anno primo.* Spei typus, nempe Dea florem ostentans. ex ære minimo, in eodem Museo.

Nummi Maximiani Herculei Aug.

IMP. MAXIMIANVS P. F. AVG. capite radiato. .)(. PRIMIS X. MVLTIS XX. quemadmodum in Diocletiani nummo: ut simul ambos accepisse principatum intelligas. Herculis stantis imago. Infra, XXIQ. *Vicesima prima quartum* tributum. Vidimus hunc nummum ex ære minimo apud Abb. Mezzabarba.

MAXIMIANUS AVG. capite radiato. .)(. AVSPIC. FEL. ut in nummo Diocletiani, cui iste simillimus est: certissimo argumento, eodem anno ac die Diocletianum & Maximianum esse imperium auspicatos. Est hic nummus apud D. de Ballonsfeaux, sed elegantioris fabricæ & deargentatus, in Cimelio D. FOVCAVLT.

IMP. C. M. A. VAL. MAXIMIANVS P. F. AVG. capite radiato. .)(. FIDES MILITVM. Imperator cum bacillo Imperatorio, *le bâton de commandement*, orbem Romanum gerens, jungit dextram cum Tribuno militum. In medio A. infra: XXI. *Prima Vicesima primæ* pensio. E Museo nostro, ex ære minimo.

IMP. C. MAXIMIANVS AVG. capite radiato. .)(. VOTIS X. *Votis decennalibus.* E Museo D. BAVDELOT, & apud Abbatem Mezzabarba nummus singularis ex ære minimo. Stant Aug[illegible] duo togati, nudo capite: pateram unam [illegible] ambo dextra tenent super aram. Qui [illegible] læva fulmen tenet, symbolum Jovis. [illegible] cletiani. Qui sinister, bacillum imp[illegible] autem qui sinister in nummis est, [illegible] potior: in isto proinde, Ma[illegible] tem sinister ponitur in num[illegible]

habendus, haud alia quærenda causa ejus rei nobis videtur, quam quod ita fieri ars pingendi postulat: nempe ut is qui prior est ac nobilior, maxima sui parte conspiciendum se præbeat; qui inferior, minus appareat. Atqui cum in nummo uno Augusti duo dextras jungunt; qui sinister est, ille profecto totam exhibet anteriorem sui partem conspiciendam: qui dexter, obvertens se in sinistrum latus, magnam sui partem occultat. Sic in nummo Diocletiani anno quarto, dextrum latus Diocletianus, Juppiter lævum obtinet. In nummo Trajani a Nerva adoptati, Nerva sinistram nummi aream occupat togatus, Trajanus paludatus cum hasta pura dextram: quoniam dextras cum ambo jungunt, Nerva Trajani pater magis est in eo nummo conspicuus; Trajano fere, ut dextram cum Nervæ dextra conserat, terga monstrante. Nec vero alia, opinor, quærenda causa est, quamobrem in picturis vetustis ad lævam D. Petrus pingatur, Paulus ad dexteram.

IMP. C. MAXIMIANVS P. F. AVG. capite radiato.)(. CONCORDIA AVGG. *Concordia Augustorum duorum.* Augusti duo, capite laureato, sedent in sella curuli: sed solus ille qui sinister est, bacillum gestat Imperatorium: dexter dextram extendit. Infra, S C. *Senatusconsulto.* Nummus est eximius ex ære medioeri, in Cimelio P. CHAMILLART.

IMP. C. M. A. MAXIMIANVS P. F. AVG. capite radiato.)(. CONCORDIA MILITVM Imp. & Tribunus, ut in nummo Diocletiani. In medio A. Infra, ALE. *Primum* hujus formæ numisma. *Primæ Lugdunensis Edicto.* Est æris minimi in Museo nostro.

IMP. MAXIMIANVS. P. F. AVG.)(. CONSVL. AVGG. NN. *Consulatus Augustorum nostrorum.* Maximianus togatus (ut Consulem decet: orbem dextra tenet, læva hastam puram. Est ex auro apud Occonem pag. 518. & Mediobarbum, pag. 432. Ut titulum Pontificis Maximi partiti sunt inter se ambo Augusti; sic extraordinario jure Consulatum anno primo imperii; ut in suo quisque tractu hunc gereret magistratum.

IMP. C. M. AVR. VAL. MAXIMIANVS AVG. capite laureato.)(. FATIS VICTRICIBVS. Tres Parcæ stantes. Infra, SMN. *Societas Mercatorum Narbonensium.* Aureus est in Thesauro Regio.

A.K. MAΞIMIANOC CЄB. αὐτοκράτωρ Καῖσαρ &c. capite laureato.)(. L.A. *Anno primo.* Dea turrito capite dextra tenet caput Serapidis. Alexandriæ, ut creditur, nummus conflatus, ære minimo. Est in Cimelio D. BAUDELOT.

A.K.M.A.OYA.MAΞIMIANOC CЄB. capite laureato. *Imp. C. M. Aur. Val. Maximianus Aug.*)(. L. A. Juppiter stat: aquila, ad pedes, Romani imperii a Jove conservati symbolum. Est ex ære minimo, in Museo P. JOBERT.

Apud Herwartum in Chronologia nova, pag. 234. e Cimelio Bavarico nummus profertur aureus: MAXIMIANVS NOB. C.)(. P. M. TR. P. P. P. PROCONSVL. Nummus est adulterinus ac recens: nam esse Pontifex Maximus, & Pater Patriæ, qui Cæsar tantum esset, necdum Augustus, non potuit. Nec fuit Maximianus Herculius Cæsar, sed statim Augustus. Nec denique Proconsul in nummis ponitur, cujus non commemoretur antea Consulatus.

Nummi utriusque Augusti, Diocletiani & Maximiani.

DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS AVGG. Duo capita Augustorum adversa & laureata.)(. IOVIO ET HERCVLIO. Augusti duo laureati, pateras super tripodem accensum dextra effundunt. Maximianus lævum nummi latus obtinet, ac læva tenet bacillum imperatorium. In superiore nummi area, Jovis & Herculis icunculæ altari majori impositæ; Hercule laurum ostentante, Jove fulmen & hastam tenente. Infra SMT *Societas Mercatorum Treverensium.* Aureus est majoris moduli in Thesauro Regio, antiquæ ac probæ notæ. Et Diocletianus quidem priore loco appellatur, quoniam & Consulatus jam binos privatus gessisset, & esset is ætate provectior quam Maximianus; ut amborum vultus in hoc nummo affabre expressi fidem faciunt. IOVIO ET HERCVLIO nummus inscribitur; hoc est, Augustis duobus; quorum alter consilio, virtute alter Rempublicam tutaretur. Vis enim consilii ei attributa est, qui jam Consul iterum fuisset: virtus adscripta ei, qui se fortissimum ducem in bello præbuisset. Hunc postea IOVII titulum Diocletiani heredes, Maximinus & Licinius usurparunt; & iste præsertim, ut suam ex Augusta familia nobilitatem jactaret. Herculii vero nuncupatio non est similiter translata ad posteros; eo quod mascula prole cum Herculius careret, essetque ei gener dumtaxat Fl. Jul. Constantius, major multo nobilitas paterna Constantio fuit, a primario Flaviæ gentis ramo, ac stirpe generis totius, quam ab Herculio socero, cui Valerii Maximiani nomen esset a secundo dumtaxat ejusdem Flaviæ gentis surculo, nempe a Fl. Val. Maxima familia.

IOVIO DIOCLETIANO AVG. caput laureatum.)(. HERCVLIO MAXIMIANO AVG. Maximianus sedens orbem tenet, cui imposita Victoria tum ipsum, tum sedentem e regione Herculem coronat. Infra, ROM. *Romani* Mercatores. Est in Thesauro Regio, ex ære vegrandi, pondo æquans reliqua numismata maxima, seu *Medaglioni* Diocletianci hujus ævi sex.

IMPP. DIOCLETIANO ET MAXIMIANO AVGG. Ambo laureato capite, scipionem quisque Consularem gerit, in cujus apice aquila Romana est. Uterque triumphali veste indutus: sed Diocletiani vestis fibulata est, cum lata plumataque fascia ante summum pectus: Maximiani, non item.)(. IMPP. DIOCLETIANO III. ET MAXIMIANO COSS. Uterque quadrigis elephantorum vehitur. Aureus est majoris moduli e Cimelio Mediceo: alibi, ex ære maximo. Tertius Diocletiani Consulatus cum primo Maximiani Aug. Consulatu jungitur; quoniam duos jam Consulatus gesserat Diocletianus adhuc privatus.

DIOCLETIANVS AVG. capite laureato: dextra tenet scipionem Consularem.)(. MAXIMIANVS AVG. capite tecto pelle leonina, ut Herculius intelligatur. Vidimus hunc ex ære nummum, apud Abb. Mezzabarba.

Nummi Fl. Val. Constantii Cæsaris.

FL. VAL. CONSTANTIVS NOB. CÆS. *Flavius Valerius Constantius Nobilissimus Cæsar*, capite radiato, vultu annorum circiter LX.)(. CONCORDIA MILITVM. Ut in nummis Diocletiani & Maximiani. Est in Museo nostro, ex ære minimo.

FL. VAL. CONSTANTIVS NOB. CAES. capite radiato.)(. VOT. X. F. K. in corona laurea: *Votis decennalibus, Augustorum & Cæsarum, Felix Karthago.* Ex ære minimo, in Museo P. JOBERT, & nostro.

Nummi Gal. Val. Maximiani Cæsaris.

Maximiani duo, qui vulgo sunt noti, hoc est, Herculius, & quem dixere Armentarium, ita in nummis antiquis secernuntur a se invicem; ut qui Augusti titulo donatur, semper sit Herculius; nisi GAL. aut GAL. VALerii appellatio Maximiani nomini præfigatur. Qui vero NOB. CÆSAR tantum inscribitur, sit semper is cui GAL. VALERII nomen fuit, Armentarii-

riique cognomen, ut creditur. Nam Maximianus prior numquam Cæsar tantum, sed statim Augustus fuit; ut Aurelianus, ut Probus, ut alii. Atque istud quidem discrimen in nummis, diversus ac dissimilis in utroque oris habitus egregie confirmat.

MAXIMIANVS CÆS. capite laureato.)(. In corona laurea VOT. X. CÆSS. *Votis decennalibus Cæsarum.* Aureus est in Thesauro Regio.

GAL. VAL. MAXIMIANVS NOB. C. capite radiato, vultu annorum L.)(. VOT. X. F. K. laurea corona: ut in nummo Constantii. E Museo nostro est ex ære minimo.

MAXIMIANVS NOB. C. capite radiato.)(. VOT. X. M. XX. *Votis decennalibus multis vicennalibus.* Victoria orbi insistit, dextra coronam ostentat, læva palmam gerit. Infra, PTR. *Prima Treverensis.* E Museo San-Genovefano, æris minimi.

MAXIMIANVS NOB. C. capite laureato.)(. PRINCIPI IVVENTVTIS. Stans ipse paludatus, orbem læva tenet, dextra hastam transversam. Nummus est aureus.

ΓΑΛ. ΜΑΞΙΜΙΑΝΟϹ Κ. Γαλέριος Μαξιμιανὸς Καῖσαρ, capite radiato.)(. L. A. *Anno primo* Augustorum. Nam anni Cæsarum numquam in nummis notantur. Exempli gratia, ante annos circiter LX. quam Diocletianus iniret imperium, Severi Alexandri adhuc Cæsaris nummus cusus est, qui in Cimelio D. FOVCAVLT, (unde & iste Maximiani est,) adservatur: ΜΑΡ. ΑΥΡ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ ΚΑΙϹΑΡ, capite nudo, quia Cæsar adhuc necdum Augustus: & tamen L. E. *anno quinto*, Augusti nimirum illius, sub quo Cæsar fuit, hoc est, Antonini, quem Heliogabalum appellarunt. Multo antea sub Vespasiano nummus est Titi Imp. cum ЕТОΥϹ Η. *anno octavo*: nempe Vespasiani patris. Deinde sub Antonino Pio, e gaza Regia nummus æreus: Μ. ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΚΑΙϹΑΡ, capite nudo, vultu juvenili:)(. ΜΕΝΔΗϹΙΟϹ Juppiter L. H. *Anno octavo*, Antonini Pii nimirum. Item alius ejusdem Aurelii Cæsaris, e Cimelio Bignoniano: L. ΔΩΔΕΚΑΤΟΥ. IS. *Anno duodecimo* Antonini Pii: quo anno Nilus excrevisse in eodem nummo dicitur ad cubitos IS. *sedecim.* Denique Antonini Severi F. qui Caracalla dicitur, nummus est argenteus geminus: ΜΗΤΡΟΠ. ΚΑΙϹΑΡΕΙΑ. ET. IB., ET. IE. & ET. IS. *Anno* XII, & *anno* XV. & *anno* XVI. non ipsius sane, sed Severi patris. Sic in nummo Valeriani junioris Aug. inscripto ΑΥΡΒΕΙΤΩΝ. e Thesauro Regio, annus est IA. *undecimus*: non Valeriani certe, sed Gallieni. Itaque primo Diocletiani & Maximiani Augustorum anno Galerius Maximianus, atque adeo & Fl. Val. Constantius, Cæsar fuit. Cæsares nimirum hoc anno Senatus Populusque Romanus adlegit ætate provectos, bello gerendo per se idoneos, ac Reip. constituendæ; eosdemque alteri e primariis Augustis, Maximiano Herculio scilicet, affinitate conjunctos.

ANNUS SECUNDUS.

Nummi Diocletiani Aug.

IMP. C. C. VAL. DIOCLETIANVS P. F. AVG. capite radiato.)(. CONCORDIA MILITVM. Ut anno primo. In media nummi area B *secundum*: infra, ANT. *Primæ Narbonensis tributum.* Est ex ære minimo in Cimelio D. FOVCAVLT.

IMP. C. C. VAL. DIOCLETIANVS P. F. AVG.)(. ORIENS AVG. *Oriens Augusti.* Solis orientis typus. Est apud Occonem, pag. 515. Quod erat in Oriente, hoc est, in Asia minore reliquum Romanæ ditionis, incolumitatem suam debere se Augusto profitetur. Nullius post Diocletianum Augusti nummus sic est inscriptus; amisso videlicet penitus Oriente circa hæc tempora.

IMP. DIOCLETIANVS AVG. capite laureato.)(. GENIO POPVLI ROMANI. Stat Genius cum patera & cornucopiæ. In nummo, hinc inde: S F *Sæculi Felicitas.* Infra, PTR. *Primæ Treverensis.* In alio est latere lævo littera B. *secundum* hujus formæ numisma. Infra, PLC *Primæ Lugdunensis civitates.* In alio AQP *Aquensium primum* tributum. Sunt omnes in Museo nostro, ex ære mediocri.

IMP. C. DIOCLETIANVS P. F AVG. capite radiato.)(. GENIO POPVLI ROMANI. ut proxime. In medio, K $^{Z}_{V}$ *Vicesimæ septimum voluntarium*: infra, ANT. *Primæ Narbonensis tributum.* Est hic nummus ex ære mediocri, in Cimelio D. Abb. FAVVEL.

Α. Κ. Γ. ΟΥΑΛ. ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟϹ ϹЄΒ. capite laureato.)(. L. B. *Anno secundo.* Dea ramum tenet & cornucopiæ. Est ex ære minimo, in Museo San-Genovefano, & P. JOBERT. In alio ejusdem Musei San-Genovefani, legitur ЕТОΥϹ B. *anno secundo.* Victoria stat in isto cum palma & corona.

Nummi Maximiani Herculii Aug.

IMP. MAXIMIANVS P. F. AVG. capite laureato.)(. FORTVNÆ REDVCI AVG. ET CÆSS. NN. Fortuna, sive Annona, ut anno primo. Latere dextro, B. *secundum*: infra, TR. *Treverorum* tributum, sive beneficium. In Museo nostro, minimi moduli.

IMP. MAXIMIANVS P. F. AVG. Capita duo conjuncta, ambo laureata, Maximiani & Herculis clavam tenentis: ut fere in nummis Postumi.)(. GENIO POPVLI ROMANI. Stat Genius cum patera & cornucopiæ. Latere lævo, sidus Solis, Augusti symbolum. Infra, TR. *Treveri.* Est in Thesauro Regio, ex ære mediocri.

MAXIMIANVS P. F. AVG. capita duo, ut proxime.)(. GENIO POPVLI ROMANI. Hinc inde, S F. *Sæculi Felicitas.* Infra, PTR *Prima Treverensis.* In Cimelio D. FOVCAVLT; ex ære mediocri.

IMP. MAXIMIANVS P. F. AVG. capite laureato.)(. GENIO POPVLI ROMANI. Latere dextro *secundum* tributum: infra, TR. *Treverorum.* In Museo nostro, æris mediocris.

IMP. MAXIMIANVS P. AVG. Caput galeatum & laureatum cum hasta & clypeo.)(. GENIO POPVLI ROMANI. In latere lævo B *secundum* hujus formæ numisma. Infra, PLC *Primæ Lugdunensis civitates.* In Museo nostro, ære mediocri.

IMP. C. M. AVREL. VAL. MAXIMIANVS P. F. AVG. capite laureato.)(. GENIO POP. ROM. In medio, S. A. *Spes Augusta.* Infra, PTR. *Prima Treverensis.* In alio K Γ *Vicesimæ quarta* indictio. Est uterque ex ære mediocri in Museo nostro.

IMP. C. VAL. MAXIMIANVS P. F. AVG. capite laureato.)(. GENIO POPVLI ROMANI. In medio, CI $\overset{H}{S}$. Infra, PLC. *Cives Hospiti suo Primæ Lugdunensis civitates.* Est ære mediocri, in Museo nostro. Occo, pag. 521. pro littera H quæ in nummo nostro perspicua est, perperam legit N, errore oculorum in hisce nummis proclivi. Lugduni sedem aliquamdiu fixisse Maximianum, lustratasque ab eo civitates primæ Lugdunensis, hic nummus fidem facit.

IMP. C. M. A. MAXIMIANVS P. F. AVG. capite radiato.)(. CONCORDIA MILITVM. Ut anno primo. In medio, B. *Secundum* hujus formæ numisma. Infra, ALE. *Primæ Lugdunensis edicto.* Est ex ære minimo, in Museo San-Germanensi.

IMP. C. MAXIMIANVS P. AVG. capite radiato.)(. IOVI ET HERCVLI CONSERVAT. AVGG. Juppiter & Hercules tenent orbem Romanum, cui Ro-

mana Victoria superposita est. In media nummi area B *secunda*: infra, XXI. *Vicesima prima* indictio. Ex ære minimo, in Cimelio D. FOUCAULT.

Profert hunc nummum Occo, pag. 519. IMP. MAXIMIANUS PIUS AUG. .)(. P. M. TR. P. II. COS. PP. SC. Currus triumphalis. Sed pertinet hic nummus ad Jul. Verum Maximinum Imp. qui Severo Alexandro successit. Perperam autem Occo Maximianum in eo pro Maximino legit.

Nummi Fl. Val. Constantii Cæsaris.

FL. VAL. CONSTANTIUS NOB. CAES. capite radiato. .)(. CONCORDIA MILITUM. Ut priore anno. In medio, B. *secundum* hujus formæ numisma. Infra ALE. *Prima Lugdunensis edicto.* Est ex ære minimo, in Museo San-Genovefano.

Eadem epigraphe. .)(. ORIENS AUGG. ut in nummo Diocletiani. Est hic apud Patinum in Indice, pag. 31.

FL. VAL. CONSTANTIUS NOB. CAES. capite laureato. .)(. GENIO POPULI ROMANI. Genius stat. Hinc K inde V B. Infra, ANT. Vicesimæ voluntarium secundum primæ Narbonensis tributum. Est ex ære mediocri, apud D. de Ballonfeaux, Luxemburgi.

FL. VAL. CONSTANTIUS N. C. *Nobilissimus Cæsar*: capite laureato. .)(. GENIO POPULI ROMANI. Genius stat. Latere sinistro, N. Infra, PLC. *Primæ Lugdunensis civitatum Negotiatores.* Ex ære minimo apud D. FOUCAULT.

ΟΥΑΛ. ΚΩCΤΑΝΤΙΟC Κ. pro Κωνςάντιος Καῖσαρ. Capite laureato. .) . Dea Annona cum temone & cornucopiæ, ac lauri ramo. L. B. *Anno secundo*, Augustorum. Est ex ære, in Museo P. CHAMILLART.

FL. VAL. CONSTANTIUS NOB. C. capite laureato. .)(. GENIO POPULI ROMANI. Deinde B & AL E. ut proxime: sed littera E modico dirempta intervallo a prioribus duabus. Ex ære magno, mirificæ cælaturæ, in Museo nostro.

Nummi Maximiani Cæsaris.

GAL. VAL. MAXIMIANUS NOB. CAES. capite radiato. .)(. CONCORDIA MILITUM. B. ALE. ut in nummo Constantii. Est ex ære minimo, in Museo nostro.

GAL. VAL. MAXIMIANUS NOB. CAES. capite laureato. .)(. GENIO POPULI ROMANI. In medio, K $^{S}_{V}$ *Vicesimæ secundum voluntarium*; infra, ANT. *Primæ Narbonensis Tributum.* Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOUCAULT. Alius ibidem, Δ ε Infra, ANT. Δήμου εὐχῇ, *Voto publico*. K V *Vicesimæ voluntarium primæ Narbonensis tributum.*

MAXIMIANUS NOBIL. C. capite laureato. .)(. GENIO POPULI ROMANI. In medio S F *Sæculi Felicitas.* Infra ITR. *Prima Treverensis.* Est ex ære mediocri in Museo nostro.

MAXIMIANUS NOB. C. capite laureato. .)(. ORIENS AUGUSTOR. Sol oriens. Infra, SIS. *Siscia.* Aureus est in Thesauro Regio.

ANNUS TERTIUS.

Nummi Diocletiani Aug.

IMP. C. C. VAL. DIOCLETIANUS P. F. AUG. capite radiato. .)(. CLEMENTIA TEMPORUM. Juppiter & Imperator tenent orbem Romanum, cui superposita Victoria est. In medio, Γ. infra, XXI. *Tertia Vicesima prima* indictio. E Museo P. JOBERT, æris minimi.

Α. Κ. Γ. ΟΥΑ. ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟC CЄB. capite laureato. .)(. L. Γ. *Anno tertio.* Fortuna, sive Annona cum temone & Cornucopiæ. Est in Museo nostro, ære minimo. In alio, ЕТОΥC Γ.

Nummi Maximiani Herculii Aug.

IMP. C. M. A. MAXIMIANUS P. F. AUG. capite radiato. .)(. CONCORDIA MILITUM. ut anno primo. In media nummi area, Γ. *tertium* hujus formæ numisma. Infra, ALE. *Prima Lugdunensis edicto.* Est in Museo nostro, ære minimo.

IMP. C. VAL. MAXIMIANUS P. F. AUG. capite radiato. .)(. HERCULI PACIFERO. Imperator bacillum imperatorium læva; oleæ ramum dextra gerit. In area nummi, Γ *tertium* tributum solvit; infra, SML *Societas Mercatorum Lugdunensium.* Pacis leges a Maximiano Herculio impositas iis, qui fines Lugdunensium infestarent, nummus hic docet. Est ex ære minimo, in Museo P. JOBERT.

MAXIMIANUS P. F. AUG. capite laureato. .)(. VIRTUS AUGG. *Virtus Augustorum duorum.* Hercules nudus cervum cornibus apprehendit. Infra, PR. *Primum Remorum* tributum.

Α. Κ. Μ. Α. ΟΥΑ. ΜΑΖΙΜΙΑΝΟC CЄB. capite laureato. Z. pro Ξ, ut ævo sequiore. .)(. L. Γ. *anno tertio.* Victoria cum palma & corona. Est ex ære minimo, in Cimelio D. FOUCAULT.

Nummi Fl. Val. Constantii Cæsaris.

FL. VAL. CONSTANTIUS NOB. C. capite radiato: vultu annorum amplius LX. .)(. PROVIDENT. DEOR. Dea sedet cum hasta, & orbem subjectum virga indicat. Est ex ære minimo, in Museo San-Genovefano, & apud P. DU TRONCHOT, Societatis JESU.

Eadem inscriptio: .)(. CONCORDIA MILITUM. ut anno primo. In medio Γ & infra ALE. ut in nummo Maximiani. Est ex ære minimo, in Museo P. JOBERT.

Eadem inscriptio. .)(. VIRTUS AUGG. Vir nudus leonem suffocat. Infra, XXIT. Ex ære minimo, apud P. CHAMILLART.

Eadem inscriptio: .)(. VIRTUS AUGG. Leo pedibus bacillum imperatorium tenet. Infra, XXIT. *Vicesimæ primæ tertium* tributum. Est æris minimi, in Museo San-Genovefano. In alio simili, quem vidimus apud Abb. Mezzabarba, Hercules clavam gerens, prima decerpit ex arbore. Infra, XXIΓ eodem sensu.

Eadem inscriptio. .)(. GENIO AUGG. ET CAESS. NN. Genius stans. Infra K P *Vicesima prima* indictio. Est æris mediocris, in Museo San-Genovefano.

Nummi Gal. Val. Maximiani Cæsaris.

GAL. VAL. MAXIMIANUS NOB. CAES. capite laureato. .)(. GENIO AUGG. ET CAESS. NN. Genius stans. Infra K B *Vicesima secunda* indictio. Æreus primæ molis, in Museo P. JOBERT. Alius ex ære mediocri, apud D. FOUCAULT: K A *Vicesima prima* indictio.

Eadem epigraphe: capite radiato. .)(. VOT. X. T. in corona laurea. *Votis decennalibus tertio* repetitis, ineunte scilicet anno Augustorum tertio. Est e Museo San-Genovefano, ære minimo. Sic littera T tum alibi, ut superius vidimus, pro *tertio* ponitur: tum in Gallieni nummo argenteo, VICTORIAE AUG. T. GERM. *Victoria Augustorum tertia Germanica*: cui respondet alter inscriptus, VICTORIA AUG. III. & alius demum in Museo nostro, VICTORIA GALL. AUG. III. *Victoria Gallieni Augusti tertia.*

GAL. VAL. MAXIMIANVS NOB. C. capite radiato.)(. In corona laurea, VOT. X. T. *Votis decennalibus tertium* susceptis. Ex ære minimo, in Museo nostro.

ANNVS QUARTVS.

Nummi Diocletiani Aug.

IMP. C. C. VAL. DIOCLETIANVS P. F. AVG.)(. IOVI ET HERCVLI CONSERV. AVGG. Juppiter & Hercules dextras jungunt, Victoria intermedia. Infra, XXI. *Vicesima prima* tributum. Est æreus apud Mediob. pag. 426. & in Cimelio P. CHAMILLART.

Eadem inscriptio.)(. IOVI CONSERVATORI ORBIS. Juppiter stans, dextra Victoriam tenet. Aureus est e gaza Regia.

IMP. C. VAL. DIOCLETIANVS AVG. capite laureato.)(. IOVI CONSERVATORI. Juppiter stans, dextra fulmen tenet. Infra, S C. Aureus est apud D. Marchionem de Montauban, *Senatusconsulto* percussus.

IMP. C. C. VAL. DIOCLETIANVS AVG. capite radiato.)(. IOVI CONSERVAT. Stans Juppiter, dextra fulmen, hastam læva tenet. Infra, PXXI. *Primum vicesima prima* tributum.

IMP. DIOCLETIANVS AVG. capite radiato.)(. IOVI AVGG. Juppiter sedet cum hasta, dextra tenet orbem, cui Victoria Romana insistit. *Jovi Augustorum*; subintellige, Conservatori, Tutatori. Est æris minimi in Museo nostro.

Ejusdem :)(. IOVI CONSER. AVGG. Juppiter cum fulmine : ad pedes, Aquila Romana. Ibidem.

Ejusdem : IOVI TVTATORI AVGG. Juppiter cum hasta orbem tenet, cui Victoria insistit. Ad pedes Jovis, Aquila Romana. Ibidem.

Ejusdem :)(. IOVI CONSERVATORI AVG. Lævo nummi latere, Juppiter cum hasta; dextro, Diocletianus, læva gerens bacillum imperatorium : ambo tenent orbem Romanum, cui Victoria imposita coronam Imperatori imponit. In media area, Δ *quarta* : infra, XXI. *Vicesima prima* indictio. Est argenteus in Museo nostro : alibi, æreus.

Ejusdem :)(. IOVI ET HERCVLI CONSERVAT. AVGG. Juppiter & Hercules, ut in nummo primo. In medio Δ infra XXI. ut proxime. Ex ære minimo est, in Cimelio D. FOVCAVLT.

Ejusdem:)(. CONCORDIA MILITVM. ut anno primo. In medio, Δ. *quartum* vectigal solvunt: infra, ALE. *Prima Lugdunensis Edictio*. E Museo nostro, æris minimi.

IMP. C. VAL. DIOCLETIANVS P. F. AVG. caput laureatum, cum hasta.)(. MONETA IOVI ET HERCVLI AVGG. *Moneta, Jovii & Herculii Augustorum*, hoc est, Diocletiani & Maximiani. Est ex ære maximo in Thesauro Regio. *Moneta* ponitur pro Monetariis, *la Cour des Monnoies*. Hi Jovi & Herculi, Tutatoribus Augustorum, nummum dicant. Stant duo numina : hinc Juppiter, hastam dextra, læva fulmen tenens: inde Hercules cum clava, & orbe Romano, quem læva gestat : ille Consilii ac Diocletiani : iste Herculii Maximiani symbolum ac Virtutis Augustæ, qua imperium conservatur. Inter utrumque stat Dea Moneta, cum bilance & Cornucopiæ. Ad pedes, cumulus æris est.

A. K. Γ. OYA. ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟC C. B. capite laureato.)(. L. Δ. *anno quarto*. apud Tristanum tom. 3. pag. 340.

Nummi Maximiani Herculii Aug.

IMP. C. M. AVR. VAL. MAXIMIANVS P. F. AVG. capite laureato.)(. MONETA IOVI ET HERCVLI AVGG. ut in nummo Diocletiani. Est ex ære maximo, in Cimelio Card. Carpegna. Ubi V. C. Monterchius hoc ordine legit hanc epigraphen : IOVI ET HERCVLI : quoniam eæ duæ voces summum obtinent nummi marginem : deinde duas conjungit in lateribus positas, MONETA AVGG.

Eadem inscriptio, capite radiato.)(. IOVI CONSERVATORI AVGG. Juppiter stat cum hasta & fulmine. Infra, SMT. *Societas Mercatorum Treverorum*. Aureus est e Thausauro Regio.

MAXIMIANVS P. F. AVG. capite radiato.)(. HERCVLI VICTORI. Hercules leonem suffocat. Infra, SMN *Societas Mercatorum Narbonensium*. Aureus est, ibidem.

IMP. MAXIMIANVS AVG. capite radiato.)(. IOVI AVGG. ut in nummo Diocletiani. Infra, A. *primum* tributum. Est æris minimi, in Museo D. Abb. FAVVEL.

Ejusdem :)(. HERCVLI INVICTO AVGG. Stans sub Herculis habitu Imperator, dextra tenet orbem Romanum; cui Victoria insistens coronam Imperatori imponit. Latere lævo, S. *secundum* tributum, ut videtur. Ex ære minimo, in Museo D. BAVDELOT.

Ejusdem :)(. IOVI CONSERVAT AVGG. Juppiter stans cum hasta & fulmine. Infra, PXXIT. *Primum Vicesima prima tributum*. In Museo nostro, æris minimi.

Ejusdem : IOVI TVTATORI AVGG. ut in nummo simili Diocletiani. Ibidem.

Nummi Fl. Val. Constantii Cæsaris.

FL. VAL. CONSTANTIVS NOB. CAES. capite radiato.)(. CONCORDIA MILITVM. ut anno primo. In medio, Δ. *quartum* tributum. Ex ære minimo est, in Museo P. JOBERT.

ΦΛΑ. ΚωΝCΤΑΝΤΙΟC Κ. capite laureato.)(. L. Δ. *anno quarto*, Augustorum æque ac Cæsarum, ut diximus. Roma spoliis insidens, læva tenet hastam, dextra orbem, cui Victoria imposita coronam ei imponit. Est ex ære minimo, in gaza Regia.

Nummi Gal. Val. Maximiani Cæsaris.

MAXIMIANVS NOBIL. C. capite laureato.)(. IOVI CONSERVATORI AVGG. ET CAESS. NN. Juppiter sedens, dextra fulmen tenet. Infra, TR. *Treveri*. Aureus est, in Thesauro Regio.

GAL. VAL. MAXIMIANVS NOB. CAES. capite radiato.)(. CONCORDIA MILITVM. ut anno primo. In medio, Δ. *quartum* hujus formæ numisma. Infra, ALE. *Prima Lugdunensis edictio*. Æreus est minimi moduli, in Museo nostro.

ΓΑΛ. ΜΑΞΙΜΙΑΝΟC Κ. *Galerius Maximianus Cæsar*. capite laureato.)(. L. Δ. *anno quarto*. Æreus minimæ formæ, e Museo P. JOBERT. Tam in Constantio, quam in Maximiano Cæsaribus, compendii causa, Græci nomen OYAΛ. *Valerii* prætermittunt.

ANNUS QUINTUS.

Nummi Diocletiani Aug.

IMP. C. C. VAL. DIOCLETIANVS P. F. AVG. caput radiatum.)(. IOVI CONSERVATORI AVGG. Juppiter & Imp. tenent orbem, cui imposita Victoria est. In medio E *quinta*: infra, XXI. *Vicesima prima* indictio. Est in Museo P. JOBERT, ex ære minimo.

A. K. Γ. ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟC C. B. capite laureato.)(. L. ε. Aquila rostro lauream gerit: juxta, sidus Solis, Augusti symbolum. Ex ære minimo, in Cimelio D. FOVCAVLT.

Nummi

Nummi Maximiani Herculii Aug.

IMP. C. MAXIMIANVS AVG. capite radiato. .)(. CONCORDIA MILITVM. ut anno primo. In medio ε *quinta:* infra, XXI. *Vicesimæ primæ* indictio. Æreus minimi moduli, in Museo P. JOBERT.

Ejusdem: .)(. IOVI CONSERVAT. AVGG. Juppiter cum hasta, dextra fulmen tenet. Infra, XXIε. *Vicesimæ primæ quinta* indictio. Argenteus ære mixtus, apud D. Abb. FAVVEL.

Ejusdem, capite laureato. .)(. FIDES MILITVM AVGG. ET CAESS. NN. Fides tenet duo signa militaria. Infra, AQP. *Aquensium primum* tributum. Æreus in gaza Regia, minimi moduli: & in Museo San-Genovesano. Est & in Museo nostro, primæ molis ex ære, mixto argento; infra, AQS *Aquensium secundum* tributum.

A. K. M. A. OTA. MAZIMIANOC CεB capite laureato. .)(. L. ε. *anno quinto.* Æquitas stat cum bilance & cornucopiæ. Ex ære minimo, in Cimelio. D. FOVCAVLT.

ANNUS SEXTUS.

Nummi Diocletiani Aug.

IMP. C. VAL. DIOCLETIANVS AVG. capite radiato. .)(. AETERNITAS AVGG. Dea stolata tenet orbem, cui Phœnix impositus. Infra, TXXIT. *Tertium Vicesimæ primæ tributum.* E Museo nostro argenteus. Docet hujus nummi inscriptio, æternam fore sobolem Augustorum, quæ jam ab Augusto Cæsare usque ad Diocletianum & Maximianum perpetua fuit.

Ejusdem: .)(. SECVRIT. PERP. Dea stat, dextra capiti imposita; lævo brachio innixa columnæ. Ibidem.

Ejusdem: .)(. PAX. AVGG. Pax florem ostentat. Ibidem, ex ære minimo.

Ejusdem. .)(. PAX AVGG. Pax stat, ut in sequente nummo Maximiani. Infra, A. In alio, D. sunt apud D. de Ballonsfeaux, Luxemburgi.

Nummi Maximiani Herculii Aug.

IMP. C. MAXIMIANVS P. F. AVG. caput radiatum. .)(. PAX AVGG. Pax hastam puram læva, dextra orbem Romanum tenet, cui Victoria imposita palmam & coronam gerit. Infra, ϛ. *sextum* tributum. In altero, e Museo item nostro, B *secundum.* *Pax Augusta* in nummis appellatur *securitas publica*; interprete (ut aiunt eruditi) Velleio, libro 2. cap. 126. de Tiberii temporibus: *Diffusa in Orientis Occidentisque tractus, quidquid meridiano aut septentrione finitur, PAX AVGVSTA per omnes terrarum orbis angulos a latrociniorum servat immunes.* Ea pax indicatur in nummo perraro Gallieni Augusti ex auro, quem servat Thesaurus Regius: GALLIENAE. AVGVSTAE. Caput herba cinctum, quam gramen vocant: vultus virilis & gravis. .)(. VBIQVEPAX. Victoria bigis vehitur. Ac primo quidem, GALLIENAE AVGVSTAE scriptum est, pro GALLIENE AVGVSTE, in vocandi casu; pro usu scilicet temporum illorum, quibus litteræ AE & E subinde permutabantur in scribendo, ob soni similitudinem. Sic in nummo Probi ex ære minimo, PIAETAS AVG. in nummo Carausii e Museo nostro, FORT. RAEDVX: in Maximiani Herculii nummo, BAEATISSIMO SEN. AVG. in nummo Helenæ AELENA: in nummo Fl. Victoris, BONO REIPVBLICE, & alibi, uti jam diximus.

In vocandi autem casu positos interdum titulos videmus in nummis. Sic in argenteo Commodi nummo, in quo Juppiter stat, dextra fulmen tenens, superscriptio est, OPTIME MAXIME. In nummo Carausii plumbeo, quem laudat Seguinus, pag. 199. alteroque argenteo perpulcro, e Cimelio D. FOVCAVLT, legitur, EXPECTATE VENI. In nummo Theophili βασιλέως. ΘΕΟFILE AVGOVSTE SV NIKAS: eadem plane sententia, atque in nummo Gallieni, ut apparet. Quid enim interest, an dicas, *Theophile Auguste, tu vincis:* an, *Galliene Auguste, Ubique Pax?*

Nec minus certe insolens in nummis Latinis accusandi casus, quam vocandi. Atqui ille etiam in Gallieni nummis occurrit non semel. GALLIENVM AVG. SENATVS. subintellige, salutat: .)(. OB LIBERTATEM RECEPTAM. Item, GALLIENVM AVG. P. R. *Populus Romanus:* .)(. OB CONSERVATIONEM SALVTIS. Et Spanhemius quidem in Juliani Cæsares, pag. 103. testatur a se visum esse in Cimelio Mediceo similem nummum ei quem exponimus, inscriptum, GALLIENVS AVG. Retro, VBIQVE PAX. Et Morellius, ex Cimelio Illustriss. Comitis de Schwarsburg, delineat nummum ex auro huic simillimum, cum hac epigraphe, GALLIENVS P. F. AVG. & in area aversa, VBIQVE PAX: ac simul alterum, cujus est epigraphe, GALLIENAE AVGVSTAE. Ut, si ita est, necesse sit utroque modo, in recto nimirum & in vocandi casu, nummum istum fuisse inscriptum.

Jam corona graminea, qua caput Gallieni cingitur, magnarum victoriarum index fuit, & inter genera coronarum bellicarum principem locum tenuit. Plinius, lib. XXII. sect. IV. *Corona quidem nulla fuit GRAMINEA nobilior, in majestate populi terrarum principis, præmiisque gloriæ .... Graminea numquam nisi in desperatione suprema contigit; nulli nisi ab universo exercitu decreta. Ceteras Imperatores dedere; hanc solam miles Imperatori. Eadem vocatur obsidionalis, liberatis obsidione abominandoque exitio totis castris.* Quæ denique PAX Gallieno adscribitur, eadem consignatur in nummis argenteis Saloninæ: SALONINA AVG. .)(. AVG. IN PACE. Sedens ramum oleæ, læva hastam tenet, in Thesauro Regio.

Sed hæc obiter de Gallieni nummo, qui visus est hactenus perdifficilis explicatus: nonnullis arbitrantibus, salsum ac mordax eo lemmate dictum contineri: falso: cum in nummis antiquis, saltem Latinis, nihil plane sit ludicrum, aut scurrile, nihil Romana gravitate ac majestate indignum: nec, si nummos quidem testes audimus, quisquam fere ex Augustis, aut magis in bello strenuus, aut magis acceptus Populo Romano Galliisque fuerit, quam Gallienus.

MAXIMIANVS P. F. AVG. capite laureato. .)(. QVIES AVG. Dextra ramum oleæ tenet, læva hastam puram. Hinc S. inde, A. *securitas Augusta.* Infra, P TR *Prima Treverensis.* Ex ære mediocri in Museo P. JOBERT.

MAΞIMIANOC CεB. capite laureato. .)(. Victoria cum palma & corona. L. ϛ. *anno sexto.* Est ex ære mediocri apud D. FOVCAVLT.

Nummi Maximiani Cæsaris.

MAXIMIANVS NOB. C. capite radiato. .)(. CLARITAS AVGG. Sol stans radiato capite, dextra elata, læva orbem tenet; ad pedes, captivus. Infra, P TR. E Museo nostro argenteus.

ANNUS SEPTIMUS.

IMP. C. C. VAL. DIOCLETIANVS P. F. AVG. capite radiato. .)(. CONCORDIA MILITVM. ut anno primo. In medio, Z. *septima:* infra, XXI. *Vicesimæ primæ* indictio. Ex ære minimo in Museo nostro.

Ut Latinis characteribus XXI. *Vicesima primæ* indictio in nummis inscripta cernitur; sic etiam Græcis characteribus Vicesima notata persæpe occurrit in nummis ex ære minimo; quorum est inscriptio, CONCORDIA MILITVM. Nam ibi KA *Vicesimæ prima* indictio est, in nummis Gal. Val. Maximiani

ni Cæsaris. K B *Vicesima secunda* indictio, in nummis Diocletiani & Maximiani Augg. & Fl. Val. Constantii Cæsaris. K Γ *tertia*, in iisdem nummis. K Δ *quarta*, in nummis utriusque Maximiani; Augusti, & Cæsaris. K ε *quinta*, in nummis Diocletiani & Maximiani Augg. K ς *sexta* denique, in nummo Diocletiani.

MAXIMIANVS P. F. AVG. Capite laureato.)(. CONCORDIA MILIT. FELIC. POP. ROM. Dea Concordia, & Hercules Maximiani tutator, stant. In medio nummo B. *Concordia Militum, Felicitas Populi Romani est.* Infra, PR. *Primum Remorum* tributum. Aureus est in Thesauro Regio.

Eadem inscriptio.)(. GAVDIVM ROMANORVM. Captivus ad trophæum sedens luget. Infra, PR. Aureus, ibidem.

ΜΑΞΙΜΙΑΝΟC CEB. capite laureato.)(. Hercules stans L. Z. *Anno septimo.* Est ex ære mediocri, apud D. FOUCAULT.

ANNUS OCTAVUS.

ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟC CεB. capite laureato.)(. LH. *anno octavo.* Juppiter sedens. Ex ære minimo, in Cimelio D. FOVCAVLT.

ΜΑΞΙΜΙΑΝΟC CEB. capite laureato.)(. Victoria cum palma & corona. L. H. *Anno octavo.* Ex ære mediocri, ibidem.

IMP. DIOCLETIANVS AVG. capite radiato.)(. P. M. TR. P. VIII. COS. IIII. P. P. Leo gradiens, fulmen ore tenet. Infra, R. *Remis*, cum Solis sidere.

IMP. MAXIMIANVS AVG. capite radiato.)(. P. M. TR. P. VIII. COS. IIII. P. P. Leo gradiens, fulmen ore tenet. Infra, R. *Remis*, cum Solis sidere.

Est uterque nummus in Cimelio Regio, æris minimi, rarissimus, ac prope singularis. Indiscreta porro ac perfecta utriusque similitudo, sive materiam spectes, sive epigraphen & argumentum, sive denique nummi totius formam ac fabricam; plane suadet, eodem utrumque uno die esse conflatum, atque una eadem officina: ac proinde æque anno isto, ac primo hujus sæculi, ambos Augustos extraordinario jure gessisse Consulatum quartum: neque hoc tantum: verum etiam simul ambobus delatum fuisse principatum, quorum utique Tribunicia potestas octavum, in eumdem annum incurrat. Uterque præterea Pontificatus Maximi titulo est cohonestatus, ut in sua quisque ditione, perinde atque Consulatu, eo munere fungeretur. Sic jam olim duo simul Pontifices Maximi leguntur in nummis; Balbinus, & Pupienus, Augusti.

IMP. C. DIOCLETIANVS P. F. AVG. capite laureato.)(. CONSERVATORES VRB. SVAE. Dea Roma sedet in templo, dextra Victoriam tenet, quæ coronam ei porrigit. Est apud Tristanum, tomo III. pag. 339.

IMP. C. MAXIMIANVS P. F. AVG. capite laureato.)(. CONSERVATORES VRB. SVAE. Juppiter in templo sedens, dextra tenet orbem Romanum hastam sinistra. Infra, R S *Remorum secundum* numisma. Est ex ære mediocri, apud P. CHAMILLART.

ANNUS NONUS.

ΟΥΑΛ. ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟC CεB. capite laureato.)(. L. ΕΝΑΤΟΥ. *anno nono.* Aquila rostro lauream gerit. Est ex ære minimo, in Cimelio D. BEGON, & in Museo P. CHAMILLART.

Hoc anno notatur in Fastis Consulatus Diocletiani quintus, & Maximiani quartus. At anno superiore gestum fuisse ab utroque quartum Consulatum, nummi anni superioris admonent; nullum anno isto ab alterutro, nummi qui sequuntur.

DIOCLETIANVS AVGVSTVS. capite laureato.)(. CONSVL IIII. P. P. PROCOS. Hoc est, qui Consul quartum anno superiore fuit, hoc anno, quo Consul non est, Consulari tamen potestate est, ac vice Consulis judicat. Stans Diocletianus in hoc nummo togatus, dextra orbem Romanum tenet. Infra, SMR. *Societas Mercatorum Remensium.* Est aureus apud Occonem, pag. 515.

MAXIMIANVS AVG. capite laureato.)(. CONSVL IIII. P. P. PROCOS. Togatus ac laureatus orbem tenet: retro, sidus Solis, Augusti symbolum. Infra, S M A L. *Societas Mercatorum primæ Lugdunensis.* Aureus est in Thesauro Regio. Proconsul dicitur, eo significatu, quem in Diocletiano diximus. Proconsulis titulus non occurrit, nisi in Diocletiani, Maximiani Herculii, & Constantini e familia Fl. Claudia nummis. Consul quartum igitur idem & Proconsul dicitur, qui Consul quartum anno superiore fuerit, & Consulari potestate sit anno consequente, ac forte pluribus, in omnibus imperii Romani provinciis quas Consul antea administrarat. Nemo itaque Proconsul in hisce nummis appellatur, nisi post gestum Consulatum: tametsi quibusdam eruditis secus visum est. Quod si quis tamen legi malit, P. P. PROCOS. *Perpetuus Proconsul*: & sic intelligat, ut post annuum Consulatum, maneret nihilominus Augusto potestas, in sua cuique ditione, vice Consulis, non modo pluribus annis, ut dixi, sed etiam perpetua; lubens assentiar.

DIOCLETIANVS P. AVG. capite radiato.)(. VIRTVS AVGG. Imp. stans cum hasta & spoliis calcat hostem. In medio C. Infra, PTR. *Prima Treverensis.* Est e Museo San-Genovefano, ære mediocri.

ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟC CEB. Capite laureato.)(. Dea Spes florem ostentat. L. I. *Anno decimo.* Est ex ære mediocri in Cimelio P. CHAMILLART.

MAXIMIANVS AVG. Capite laureato.)(. MARTI PROPVGNATORI. Caput Martis galeatum. Infra, TR. *Treveri.* Aureus in Thesauro Regio.

IMP. C. MAXIMIANVS AVG. capite radiato, & galeato simul.)(. VIRTVTI AVGG. Hercules leonem suffocat: Victoria coronam Herculi imponit. Est e Museo P. JOBERT, ex ære minimo; & apud Tristanum, pag. 360.

ANNUS XI.

Nummi Diocletiani Aug.

IMP. C. C. VAL. DIOCLETIANVS P. F. AVG. capite radiato.)(. VOT. XX. P. in corona laurea: *Votis vicennalibus primum* susceptis. Est ex ære minimo in Thesauro Regio. Simillimus isti in Museo San-Genovefano, VOT. XX. A. Apud Occonem pag. 515. & in Museo nostro. alius, VOT. XX. F. K. *Votis vicennalibus. Felix Karthago.* Argenteus apud Mediobarbum, pag. 427. VOT. XX. tantum in laurea.

Nummi Maximiani Herculii Aug.

MAXIMIANVS AVG. capite laureato.)(. In corona laurea: VOT. XX. AVGG. *Votis vicennalibus Augustorum duorum.* Est ex ære minimo, apud D. de Ballonsfeaux, Luxemburgi. Docet hic etiam nummus, Augustos duos, Diocletianum & Maximianum, simul iniisse principatum. Nummum eumdem vidimus apud Abb. Mezzabarba.

MAXIMIANVS P. F. AVG. capite radiato.)(. In corona laurea, VOT. XX. AVGG. Alius: VOT. XX. AVGG. NN. *Votis vicennalibus Augustorum nostrorum.* Alius: VOT. XX. MAXIMIANI AVG. SMAQ. *Societas Mercatorum Aquensium.* Sunt hi tres aurei in Thesauro Regio.

IMP. MAXIMIANVS AVG. capite radiato. .)(. VOT. XX. in corona quercea. Est ex ære minimo, in Museo nostro. Apud Occonem, VOT. XX. P. ut in nummo Diocletiani. In Thesauro Regio alius similis habet, VOT. XX. F. K. *Votis vicennalibus felix Karthago.* At alii ibidem ex auro, VOT. XX. AVGG. *Votis vicennalibus Augustorum.* Augustorum, inquam, dumtaxat, ut nummus docet: nulla sunt enim umquam hoc tempore pro Cæsaribus vota suscepta, post decennalia. Et hoc nummorum genere rursum admonemur, Diocletianum simul & Maximianum ad imperium fuisse vocatos: siquidem communia sunt amborum vota vicennalia.

MAXIMIANVS P. F. AVG. capite laureato. .)(. GAVDETE ROMANI. Duæ Victoriæ cippum tenent, in quo scriptum est, SIC XX. SIC XXX. *Sic vicennalia* decurrant cum gaudio: *sic tricennalia.* Est apud Occonem, pag. 520. & dicitur esse in gaza Cæsarea nummus aureus, & in Cimelio Illustriss. Comitis de Schwarsburg. Ex quo intelligimus, Senatum P. Q. R. pro Augustis cum vicennalibus decrevisse vota tricennalia.

Eadem epigraphe, capite radiato. .)(. ABVNDANTIA AVGG. Abundantia ex Cornucopiæ nummos effundit. Est apud Mediobarbum, pag. 432.

Eadem inscriptio, capite radiato. .)(. ABVNDANTIA AVGG. ET CAESS. NN. Dea effundit pecuniam, excipiente eam ante pedes homine supplice. Hunc nummum Morellius delineavit.

In Cimelio Reginæ Christinæ, Maximiani Aug. nummus inscribitur, L. I A. *Announdecimo.*

Nummi Gal. Val. Maximiani Cæsaris.

GAL. VAL. MAXIMIANVS NOB. CAES. capite radiato. .)(. VOT. XX. A. in corona laurea. *Votis vicennalibus* Augustorum *primo* susceptis. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT.

ANNUS XII.

IMP. C. C. VAL. DIOCLETIANVS P. F. AVG. capite radiato. .)(. VOT. XX. B. in corona laurea. *Votis vicennalibus secundo* susceptis hoc anno. Est ex ære minimo in Museo nostro.

ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟϹ ϹЄΒ. capite laureato. .)(. Caput Isidis. L. IB. *anno duodecimo.* Ex ære minimo, in Museo P. JOBERT.

ANNUS XIII.

Inter nummos antiquos ex ære mediocri, in Cimelio Reginæ Christinæ, video Diocletiani nummum signatum L. IΓ. *Anno decimo tertio.*

FL. VAL. CONSTANTIVS NOB. C. capite radiato. .)(. In corona laurea, VOT. XX. Γ. *Votis vicennalibus tertium* susceptis hoc anno. Est ex ære minimo, in Museo nostro.

ANNUS XIV.

MAXIMIANVS AVGVSTVS. Capite laureato. .)(. CONSVL VI. PP. PROCOS. *Perpetuus Proconsul.* Ipse togatus stans orbem Romanum dextra tenet. Aureus est e Cimelio Illustr. Comitis de Schwarsburg.

ANNUS XV.

IMP. C. MAXIMIANVS P. F. AVG. capite laureato. .)(. VOT. XX. Є. *Vota vicennalia quintum* repetita. Est ex ære minimo, in Cimelio San-Genovefano.

A. K. M. A. OYA. MAΞIMIANOϹ ϹЄΒ. capite laureato. .)(. L. IЄ. *anno XV.* Aquila rostro coronam gerit. Hinc tridens serpente circumvolutus: inde spicæ duæ, Ægyptiæ fertilitatis symbolum. Apud Tristanum, pag. 374. ex ære mediocri.

ANNUS XVI.

MAΞIMIANOϹ ϹЄΒ. capite laureato. .)(. L. IϚ. *anno XVI.* Victoria cum palma & corona. Est ex ære minimo, in Cimelio D. BAVDELOT. Post hunc annum nullus occurrit sæculo isto Constantiniano nummus Augustorum aut Cæsarum, qui sit Græce inscriptus: nullus omnino e Syriæ urbibus, vel Ægypti. An ergo propterea utramque provinciam his temporibus, Syriamve ante Ægyptum ereptam Romanis fuisse, existimandum est? In Cimelio Reginæ Christinæ affertur Maximiani Augusti nummus, cum L. IH. hoc est, *anno XVIII.* sed mendis scatet liber ille sexcentis, nec visus alibi nummus est cum ea anni nota, aut ulterioris anni, Græce scripta.

Fl. Val. Constantius Cæsar hoc anno salutatur Imperator. Nam id docet nummus sane eximius, ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT, ita inscriptus: IMP. C. FL. VAL. CONSTANTIVS P. F. AVG. capite laureato. .)(. GENIO POPVLI ROMANI. Infra, KB *Karthaginiensium* Mercatorum *secundum* numisma. Affert Occo unum & alterum huic simile numisma, pag. 524. & 525. Verum cum sint rari admodum hujus Fl. Val. Constantii Aug. nummi; & alius annis consequentibus Constantius occurrat, qui sit Cæsar dumtaxat; vultu, habitu, ipsoque nomine discrepans ab isto: (neque enim unquam VAL. hoc est, *Valerius* est:) sublatum hunc fuisse morte violenta seu veneno hoc ipso anno conjicimus: Maximiano & Diocletiano Augustis ægre ferentibus, secum consociari alium Imperatorem & Augustum, ante annos viginti magistratus sui expletos. Cave enim credas Indici Goltziano, in quo legitur, pag. 24. AY. K ΦΛ. OYAΛ. ΚΩΝϹΤΑΝΤΙΟϹ ЄΥϹ. ϹЄΒ. L. B. *Imp. C. Fl. Val. Constantius Pius Aug. Anno secundo*: cum præsertim Græci, tam in Fl. Val. Constantio ipso, quam in Gal. Val. Maximiano Cæsaribus, Valerii nomen compendii causa omittere consueverint.

Eodem hoc anno, sed priusquam Fl. Val. Constantius Augustus crearetur, ejusdem honori cusum est alterum istud numisma, quod est ex ære mediocri, in eodem Cimelio: FL. VAL. CONSTANTIVS NOB. CAESAR. capite laureato. .)(. GENIO POPVLI ROMANI. Genius stat, more solito. Hinc K. inde A/V. Infra, ANT. *Vicesimæ primum voluntarium Primæ Narbonensis tributum.*

Igitur Fl. Val. Constantio Imperatori paulo post susceptum principatum defuncto subrogatus est Constantius alter e familia Julia.

Cum autem appellatus esset Fl. Julius Constantius multos post annos Cæsar, quam facta prima Cæsarum cum Augustis Diocletiano & Maximiano inauguratio est; idcirco sejunctim pro eo concipi Vota oportuit: id quod factum fuisse toto Romano imperio nummis consequentibus testatum est.

Vota decennalia pro Constantio Cæsare.

DIOCLETIANVS AVG. capite laureato. .)(. X C. V I. in corona laurea. Hoc est, *Decennalibus*, vel *Decennalia Constantii*: *Vota Imperii.* Infra, AQ. *Aquenses.* Est argenteus in Thesauro Regio, & apud D. FOVCAVLT.

MAXIMIANVS AVG. capite laureato. .)(. XC V I. Infra, T. *Decennalibus. Constantii, Vota Imperii. Treveris.* Argenteus est perrarus, in Cimelio P. CHAMILLART.

CON-

CONSTANTIVS CAESAR. capite laureato. .)(. in corona laurea. XC VI Ut proxime: *Decennalia Constantii*, *Vota Imperii*. Argenteus est in Thesauro Regio, & apud D. Abb. FAVVEL.

MAXIMIANVS CAESAR. capite laureato. .)(. X C. V I. in corona laurea. Ut supra. Argenteus similiter in gaza Regia, & apud D. Abb. FAVVEL. Error enim describentis est aut librarii, qui XCVII. edidit, pro XCVI. apud Occonem, aliosque, qui ex Occone descripserunt. Infra A Q. *Aquenses*. Eædem litteræ V I pro Votis Imperii, sæpius occurrent inferius.

Nummi tres isti porro docent, alium esse hunc Constantium a Fl. Val. Constantio. Vota enim decennalia pro eo separatim concepta sunt: cujus rei alia causa esse non potest, quam quod non statim cum Augustis & Cæsare altero creatus est ipse Cæsar; sed multo postea: alioqui simul pro eo ac pro Augustis & altero Cæsare essent vota suscepta; nulla separatim. Nec potest quisquam *Decennalia Cæsarum* hoc loco interpretari: tum quod scriberetur, ut inferius anno quadragesimo septimo, VOTA CAESS. X. vel certe X. C C. ut in nummis CRISPVS ET CONSTANTINVS CC. inscriptis: tum quod anno primo vidimus indiscreta fuisse Augustorum ac Cæsarum vota: cui nostræ observationi constabiliendæ non parum opis hi quoque nummi afferunt, qui peculiaria pro Constantio vota exhibent. Ex his autem consectarium est, nummos omnes qui sunt inscripti tantum, CONSTANTIVS NOB. CAES. vel AVG. absque familiæ aut gentis nomine, ad Fl. Jul. Constantium pertinere: id quod ipsa etiam vultuum dissimilitudo a reliquis perspicue testatur, ut diximus.

Nummi Constantii Cæsaris.

CONSTANTIVS NOB. CAES. capite galeato, vultu annorum circiter LXX. Dextra tenet bacillum imperatorium, læva clypeum. .)(. GENIO POPVLI ROMANI. Genius stat cum patera & cornucopiæ. Latere lævo A. *primum* hujus formæ numisma, Infra, PLC *Prima Lugdunensis Civitates*. Est ex ære mediocri in Cimelio D. Abb. FAVVEL.

Ejusdem, capite radiato. .)(. FELICIT. TEMPOR. Dea turrito capite, (urbs Treverorum) sedet cum patera & cornucopiæ. Infra, PTR. *Prima Treverensis*. Ibidem ex ære minimo.

Ejusdem, capite radiato. .)(. VNDIQVE VICTORES. Augusti nimirum ac Cæsares. Stat ipse capite laureato; dextra orbem, læva hastam gerit. Est in Thesauro Regio, ex ære minimo.

Ejusdem, capite laureato. .)(. PRINCIPI IVVENTVTIS. Galli dicerent, *Au Colonel General de l'Infanterie*. Stat capite laureato, dextra hastam, læva orbem Romanum tenet. Est ex ære mediocri in Thesauro Regio, & apud D. FOVCAVLT.

Ejusdem, capite radiato. .)(. SECVRITATI AVGG. *Securitati Augustorum duorum*, Diocletiani & Maximiani. Dea Securitas columnæ innititur, dextra capiti imposita. Est ex ære minimo, in Cimelio San-Genovefano.

Ejusdem, capite laureato. .)(. GENIO POPVLI ROMANI. Stat Genius cum patera & Cornucopiæ. Infra, M T R. *Mercatores Treveri*. In area nummi. S F *Sæculi Felicitas*. Est ex ære mediocri, in museo nostro. Alius ibidem habet latere lævo Δ. infra, SIS. *Quartum Siscienfium* tributum.

D. N. CONSTANTIO NOB. C. capite laureato. .)(. PRINCIPI IVVENTVTIS. Stat nudo capite, dextra hastam, læva orbem tenet. Aureus est e gaza Regia: in quo certe singularis est D. N. titulus, hoc ævo alioqui prorsus inauditus. Nam in nummis nullis apparet, sive Diocletiani & Maximiani, ante aliorum Augustorum inaugurationem; sive Galerii Maximiani, Constantii utriusque, Severi, Maximini, Constantinorum denique, ut jam diximus, usque ad Constantinum juniorem aliosque cum eo Cæsares. In imo nummi margine, PROM. *Primum Romanorum* Mercatorum tributum. *Romani* Mercatores appellabantur Mercatores Galli, qui Romano imperio parebant.

Expeditio Sarmatica.

Relata ab Augustis & Cæsaribus Victoria Sarmatica meruit nummis consignari ex argento puro. Sunt autem ii e Thesauro Regio, e Cimelio D. FOVCAVLT, e Museo D. Abb. FAVVEL, & D. BAVDELOT. Extra hos autem nummos, istorum Augustorum ac Cæsarum nominibus inscripti nummi ex argento puro, qui quidem sinceri sint, aut nulli aut rari sunt.

DIOCLETIANVS AVG. capite laureato. .)(. VICTORIA SARMAT. In alio, VICTORIAE SARMATICAE. Castra Prætoria: stant pro foribus viri quatuor: Augusti bini, cum binis Cæsaribus; ad aram sacrificantes. Infra, SMNΓ *Societatis Mercatorum Narbonensium tertium* tributum. Est hæc Sarmatia, quæ nunc superior Hungaria nuncupatur, usque ad Tibiscum amnem.

DIOCLETIANVS AVG. capite laureato. .)(. VIRTVS MILITVM. Castra Prætoria, ut proxime. Infra, ANTH. *Primæ Narbonensis tributum octavum.*

MAXIMIANVS P. F. AVG. capite radiato. .)(. PROVIDENTIA AVGG. *Providentia Augustorum*. Castra. Infra, PR. *Primum Remorum* tributum. Aureus est in Thesauro Regio.

MAXIMIANVS AVG. capite laureato. .)(. VICTORIA SARMAT. Castra Prætoria, ut proxime. In alio, VICTORIAE SARMATICAE. Castra tantum Prætoria, sine Augustis ac Cæsaribus. Infra, SIS. *Sisciæ*.

MAXIMIANVS AVG. capite laureato. .)(. VIRTVS MILITVM. Castra Prætoria cum Augustis & Cæsaribus. Infra, A Q S. *Aquensium secundum* tributum. In alio, Castra tantum Prætoria: T T. *Tertium Treverorum* tributum.

MAXIMIANVS NOB. C. capite laureato. .)(. VIRTVS MILITVM. Castra Prætoria cum Augustis & Cæsaribus. In alio, infra, TS. Γ. *Treverensis secundæ* tributum *tertium*.

CONSTANTIVS NOB. C. capite laureato. .)(. VIRTVS MILITVM. Castra, ut proxime. Augustis dumtaxat Victoria adscribitur: Cæsaribus, virtus militum. Victoria ea porro non contigit, ut ex isto numismate perspicuum est, ante Constantii Cæsaris inaugurationem.

Eodem anno quo vota Imperii pro Constantii decennalibus suscepta fuere, Augustorum ac Cæsarum edicto restitutam esse rem monetariam, nummi sequentes a Monetariis gratulationis ergo conflati docent.

Nummi Diocletiani Aug.

IMP. C. DIOCLETIANVS P. F. AVG. capite laureato. .)(. SAC. MON. VRB. AVGG. ET CAESS. NN. Dea Moneta, cum bilance & Cornucopiæ. *Sacra Moneta Urbis Augustorum & Cæsarum nostrorum*. Augusti duo, totidemque Cæsares. *Moneta* pro Monetariis ponitur, *La Cour des Monnoyes*. Infra, R P. *Remorum primum* tributum. Est in Museo nostro, ære mediocri. Urbem Augustorum in hisce nummis Remensem intelligimus, in qua Augusti tunc sedem fixissent: eo quod nummi omnes sic inscripti, R P vel RS exhibent.

Eadem epigraphe: .)(. MONETA S. AVGG. ET CAESS. NN. Dea Moneta, ut proxime. In medio,

dio, SF *Sæculi Felicitas.* Infra, PTR. *Prima Treverensis.* Est in Museo nostro, ære mediocri. Alius ibidem: .)(. SACRA MONETA AVGG. ET CAESS. NN. Infra, ST *Secundum Treverorum* donum vel tributum. Alius apud P. Chamillart; M. SACRA AVGG. ET CAESS. NN. Infra, ATR. *Primum Treverorum* numisma. Ex ære magno.

Eadem epigraphe: .)(. SACR. MONET. AVGG. ET CAESS. NN. In medio VI. *Votis Imperii*: nempe pro Constantio Cæsare, ut dictum est. Infra, AQS *Aquensium secundum* tributum. Est in Museo nostro, ex ære mediocri.

IMP. C.C. VAL. DIOCLETIANVS AVG. capite laureato. .)(. MONETA AVG. Tres Monetæ, cum bilance & Cornucopiæ. Ad pedes, cumuli auri, argenti, & æris. Est ex ære maximo, in Cimelio D. Abb. DE-CAMPS.

DIOCLETIANVS P. F. AVG. .)(. CONSTANTIVS NOB. CAES. Est apud Occonem, pag. 513. aureus.

VIRTVS DIOCLETIANI AVG. Capite laureato; dextra hastam tenet, sinistra duo spicula. .)(. IOVI CONSERVATORI AVGG. Juppiter stans, dextra fulmen gerit. Infra, PR. *Primum Remorum* tributum. Aureus est e Thesauro Regio.

Nummi Maximiani Herculi Aug.

IMP. MAXIMIANVS P. F. AVG. capite laureato. .)(. SACRA MON. VRB. AVGG. ET CAESS. NN. ut in Diocletiano. Infra, S. *Secundum* tributum. E Museo nostro, ære mediocri. Alius, ibidem: MONETA SACRA AVGG. ET CAESS. NN. Infra, ATR. *Primum Treverorum* tributum. Alius ibidem: S. M. VRB. AVGG. ET CAESS. NN. Infra, RS *Remorum secundum* tributum. Vides nummos inscriptos, *Sacra Moneta Urbis Augustorum*, non alibi quam Remis dici conflatos.

IMP. MAXIMIANVS P. F. AVG. .)(. SACR. MONET. AVGG. ET CAESS. NN. Lævo nummi latere, VI. *Votis imperii*, ut in nummo Diocletiani. Infra, AQP *Aquensium primum* tributum. Est ex ære, apud Occonem, pag. 522.

IMP. C. M. AVR. VAL. MAXIMIANVS P. F. AVG. capite laureato. .)(. MONETA AVG. Ex ære maximo, ut in Diocletiano. Est e Cimelio D. Abb. DE-CAMPS.

IMP. MAXIMIANVS AVG. Capita duo conjuncta & laureata; Maximiani, & Herculis; ut in nummis Postumi. .)(. MONETA AVG. ut proxime. Est æris minimi, in Museo San-Genovefano.

VIRTVS MAXIMIANI AVG. capite laureato: dextra equum regit; læva tenet clypeum. .)(. MONETA AVGG. Tres Monetæ, ut supra. Nummus est ex ære prægrandi, in Thesauro Regio.

Eadem inscriptio: capite laureato: dextra hastam tenet, sinistra duo spicula. .)(. VIRTVS AVGG. Hercules leonem suffocat. Infra, PR. ut in Diocletiano. Aureus est ibidem.

Nummi Maximiani Cæsaris.

MAXIMIANVS NOB. CAES. capite laureato. .)(. SACRA MONET. AVGG. ET CAESS. NN. Dea Moneta, ut supra. Infra, PT. *Primum Treverorum* numisma. Est in Museo nostro, ære mediocri.

Eadem epigraphe: .)(. SACRA MON. VRB. AVGG. ET CAESS. NN. Infra, Q. *quartum* tributum. Ibidem.

Eadem epigraphe: .)(. SACR. MONET. AVGG. ET CAESS. NN. In medio VI. *Votis Imperii*, quæ hoc anno pro Constantii Cæsaris decennalibus toto imperio peragebantur, ut diximus. Infra, AQΓ *Aquensium tertium* tributum. Est ex ære mediocri, in Museo nostro.

GAL. VAL. MAXIMIANVS NOB. CAES. capite laureato. .)(. MONETA AVG. Est ex ære prægrandi nummus, qualem Diocletiani & Herculii jam antea laudavimus, e Cimelio D. Abb. DE-CAMPS.

Eadem epigraphe, capite radiato. .)(. VOT. XX. Z. in corona laurea. *Votis vicennalibus septimo* repetitis. Quod si quis malit, *Votis vicennalibus septimum* dici tributum persolutum, dictumque idoneo argumento firmarit, minime sane refragabimur. Est hic nummus ex ære minimo apud D. BAUDELOT, & in Museo nostro.

Nummi Fl. Val. Constantii Cæsaris.

FL. VAL. CONSTANTIVS NOB. C. Capite laureato. .)(. MONETA SACRA AVGG. ET CAESS. NN. Dea Moneta, ut supra. Infra, BTR. *Secundum Treverorum* numisma. Est ex ære mediocri, apud P. CHAMILLART.

ANNUS XVII.

MAXIMIANVS AVG. capite laureato. .)(. VIRTVS ILLYRICI. Navis Prætoria, Imperatore ex equo decurrente, & hastam emittente. Infra, TR. *Treveri.* Nummus aureus.

CONSTANTIVS N. C. *Nobilissimus Cæsar*, capite laureato. .)(. VIRTVS ILLYRICI, ut proxime. Infra, TR. Aureus pariter. Docet uterque in Illyricum Adriatico mari trajecisse Augustum & Cæsarem: ibique adversus hostes imperii exercitum Illyricum provincialesque copias strenue dimicasse.

Maximiani caput: Inscriptio litteris, ut opinamur, Illyricianis. NCICVCIVCOVEVDIICOII. In parte aversa, Eques: & litteræ similis formæ. Est ut superiores duo in Cimelio Comitis de Schwarsburg. Ex isto autem, & ex altero Constantis Aug. de quo dicemus inferius, perspicuum est, gloriosum populo Rom. semper existimatum esse, si non Latinis modo, sed & Græcis, atque adeo & peregrinis linguis & litteris nummi signarentur: stultumque commixtum esse eorum, qui quoniam nullos deinceps nummos Græcos vident, somniant jussam hoc tempore e nummis exsulare linguam Græcam, cum Illyriciana non exsularet. Similis alius circumfertur nummus, quem Libii Severi esse credunt Antiquarii.

ANNUS XVIII.

Nummi Diocletiani Aug.

IMP. DIOCLETIANVS P. F. AVG. capite laureato. .)(. FELIX ADVENT. AVGG. NN. Narbonem scilicet, ubi Mercatores erant, qui Karthagine negotiabantur. Stat Karthago, capite pileato; dentem elephantinum tenet sinistra; dextra, vexillum militare; ad pedes, leo. In ipsa nummi area, latere dextro A: infra, PLP errore, opinor, Monetarii, pro PKP *Pensio Vicesima prima*, ut nunc quidem verius esse videtur. Est in museo nostro æreus primæ molis.

Eadem inscriptio: .)(. SALVIS AVGG. ET CAESS. FEL. KART. Karthago stat, ut proxime. Infra, Γ *tertium* tributum. Est ex ære mediocri, in museo nostro.

Nummi Maximiani Herculii Aug.

IMP. MAXIMIANVS P. F. AVG. capite laureato. .)(. FELIX ADVENTVS AVGG. NN ut in Diocletiano. Latere dextro A. Infra, PKϚ *Pensio Vicesima sexta.* E museo nostro, ære mediocri.

Eadem inscriptio: .)(. SALVIS AVGG. ET CAESS. FEL. KART. ut in Diocletiano. Infra, B. ibidem. Alius similis, pro FEL. KART. habet AVCTA

KART.

KART. Cetera sunt omnino paria, ex ære mediocri, in Cimelio D. de Ballonffeaux.

MAXIMIANVS AVG. capite laureato. .)(. FEL. ADVENT. AVGG. NN. Karthago stans, ut proxime. Infra, S. *secundum* tributum. Ex argento puro, in Cimelio D. FOUCAULT.

Eadem inscriptio. .)(. F. ADVENT. AVGG. NN. Karthago, ut supra. Ex argento puro, apud D. Abb. FAVVEL.

Nummi Constantii Cæsaris.

CONSTANTIVS NOB. CAES. capite laureato. .)(. FELIX ADVENT. AVGG. NN. ut superius. Latere nummi dextro, Γ. *Tertia* fabrica. Infra, PKT. *Pensio vicesima tertia.* Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT, & nostro. In alio San-Genovesano, PKΓ pari sententia.

Eadem inscriptio. .)(. SALVIS AVGG. ET CAESS. FEL. KART. ut supra. Est in museo nostro, ære mediocri.

Eadem inscriptio. .)(. SALVIS AVGG. ET CAESS. AVCTA KART. Infra, Γ, *tertium* tributum. Æreus primæ molis in museo nostro. Auctam opibus coloniam Karthaginem providentia Augustorum, docet hæc inscriptio.

Nummi Maximiani Cæsaris.

MAXIMIANVS NOB. CAES. .)(. FELIX ADVENTVS AVGG. NN. Infra, PKQ *Pensio Vicesima quarta.* Mediobarbus pag. 443. e museo suo, ære mediocri.

Eadem inscriptio. .)(. SALVIS AVGG. ET CAESS. FEL. KART. Mediobarbus ibidem, e museo suo.

ANNUS XIX.

IMP. DIOCLETIANVS P. F. AVG. capite radiato. .)(. VOT. XX. Θ. in corona laurea. *Votis vicennalibus* Augustorum *nonum* repetitis. Est æris minimi, in Museo P. JOBERT.

MAXIMIANVS NOB. CAES. capite radiato. .)(. VOT. XX. Θ. in corona laurea, ut proxime. Ibidem, & in Museo nostro.

ANNUS XX.

DIOCLETIANVS AVG. Capite laureato. .)(. PRIMI XX. IOVI AVGVSTI. Juppiter sedens, dextra fulmen, hastam læva tenet. *Primi vicennales* ludi, *Jovii*, hoc est, Diocletiani *Augusti*. Aureus est singularis, in Cimelio P. CHAMILLART.

DIOCLETIANVS AVGVSTVS. Capite laureato. .)(. CONSVL VII. PP. PROCOS. *Perpetuus Proconsul.* Stans ipse togatus, orbem dextra tenet. Apud Spanhemium pag. 711. e gaza Palatina aureus; ut & Maximiani qui sequitur. Infra, SHRS proclivi oculorum lapsu, pro SMRS *Societatis Mercatorum Remensium secundum* tributum.

MAXIMIANVS AVGVSTVS. Capite laureato. .)(. CONSVL VIII. PP. PROCOS. Stans ipse pariter togatus, dextra orbem Romanum tenet. Infra, SMRT *Societatis Mercatorum Remensium tertium* tributum.

Indiscreta autem fere utriusque nummi similitudo admonet, eodem loco ac tempore utrumque esse conflatum. Ex quo primum consequitur, a Maximiano plures, quam a Diocletiano, gestos esse Consulatus. Diocletiani certe nonus in nummis non apparet. Deinde Maximianum fuisse Proconsulem, post gestum Consulatum octavum, ut diximus anno nono: & quidem priusquam novi crearentur Augusti: alioquin MAXIMIANVS SEN. diceretur, ut anno XXII. Habet Occo Maximiani nummum ex auro, huic similem, sed SIS. *Siscia* conflatum, ut ille quidem refert.

ANNUS XXI.

Hoc anno vota tricennalia facta sunt pro duobus Augustis, Diocletiano & Maximiano.

IMP. MAXIMIANVS P. F AVG. Capite laureato. .)(. In laurea, VOT. XXX. Nummus hic est singularis, e Thesauro Regio. Vota tricennalia suscepta sunt, nondum creatis novis Augustis: alioquin enim MAXIMIANVS SEN. AVG. inscriberetur in nummo. Patinus in Indice, pag. 31. in alio simili legit, VOT. XXX. AVGG. Unde, uti anno undecimo ex alio simili collegimus, ambos simul, Diocletianum & Maximianum, accepisse principatum efficitur. Est hic etiam in Cimelio D. DE BALLONFFEAUX, Luxemburgi.

ANNUS XXII.

Post suscepta vota tricennalia, Augusti ambo evocati sunt e provincia; suffectique sunt Augusti alii duo, qui prius Cæsares, Fl. Jul. Constantius, & Gal. Val. Maximianus: Maximiano Herculio nihilominus partes fortissimi Imperatoris subinde implente, cum aut res posceret, aut voluntas ita ferret; uti ex nummis intelligimus. Vide quæ dicturi sumus de suffectis similiter novis Augustis, post tricennalia Constantini Max. anno LXVIII.

Jam quemadmodum Diocletiano & Maximiano Augustis sui sunt statim adjuncti Cæsares; ita nunc Constantio & Gal. Maximiano novis Augustis consociantur Cæsares omnino quinque, provectæ admodum ætatis viri: Constantinus Constantii Aug. filius: Licinius Diocletiani ex semisse heres: Maximianus Galerii Maximiani Aug. filius: Maxentius, ejusdem Gal. Maximiani Aug. gener: Fl. Val. Constantinus, & Fl. Val. Severus, Fl. Val. Constantii Cæsaris, ante annos aliquot defuncti, fratres. Vota toto imperio concipiuntur pro Augustis vicennalia, sive (quod idem fuit, quoniam jam essent illi ætatis provectæ) perpetua; decennalia tantum pro Cæsaribus, de more.

Nummi Maximiani Herculii Aug.

MAXIMIANVS SEN. P. F. AVG. capite laureato. .)(. CONCORD. MILIT. FELIC. ROMANORVM. *Concordia Militum, Felicitas Romanorum.* Stat velata Concordia, gerens hastam læva; dextram jungens cum Hercule, hoc est, cum Maximiano Herculio laureato. In medio E. Infra, P. R. *Primum Remensium* tributum. Est in Thesauro Regio aureus.

D. N. MAXIMIANO P. F. S. AVG. *Pio Felici Seniori Augusto.* Capite laureato. .)(. HERCVLI CONSERVATORI. Hercules cum clava & spoliis. Infra, PLN. *Prima Lugdunensis Negotiatores.* Est ex argento majoris moduli, mixto ære, apud D. FOVCAVLT: ex ære mediocri, in Museo San-Genovesano. Uterque Augustus deinceps D. N. in nummis cœpit inscribi, cum esse reipsa desiit: cum rem omnem amisit, titulum obtinuit.

D. N. MAXIMIANO SEN. AVG. capite laureato. *Maximiano Seniori Augusto.* .)(. MARS VICTOR. Mars gradivus cum hasta & spoliis. Infra, PLN. ut proxime. Præteritæ, ni fallimur, victoriæ, potius quam recentes, hoc nummo commendantur. Est e Museo nostro, ære mediocri.

D. N. MAXIMIANO P. F. S. AVG. capite laureato. .)(. GENIO POPVLI ROMANI. Stat Genius cum patera & Cornucopiæ. In medio, S C *Saculi Claritas.* Infra PTP. *Prima Treverensis.* In alio, PLN *Prima Lugdunensis Negotiatores*, absque litteris SC. Est uterque in Museo nostro, ære mediocri.

Nummi Constantii Aug.

CONSTANTIVS AVG. capite laureato.)(. VIRTVS AVGG. *Virtus Augustorum.* Hercules hydram clava conficit. Infra, TR. *Treveri.* Aureus, e Thesauro Regio.

IMP. CONSTANTIVS P. F. AVG. capite galeato cum hasta.)(. VIRTVS AVGG. ET CAESS. NN. Imperator cum clypeo & hasta ex equo hostes proterit. Infra, AQS. *Aquensium secundum* tributum. E Regia gaza, ære mediocri.

Eadem inscriptio, capite laureato.)(. FIDES MILITVM. Tenet Fides duo signa militaria. Infra, PT. *Primum Treverorum* tributum. E Regia gaza, ære mediocri. Alius ibidem: FIDES MILITVM AVGG. ET CAESS. NN.

Eadem inscriptio:)(. SALVIS AVGG. ET CAESS. FEL. KART. Africa spicas & uvam tenet. Latere dextro, H. *octava* fabrica. Infra, A, *primum* tributum. E Cimelio D. FOVCAVLT, æreus primæ molis.

CONSTANTIVS P. F. AVG. capite laureato, dextra sceptrum gerit, cujus in apice Aquila Romana est, index gesti Consulatus.)(. CONCORDIA AVGG. ET CAESS. Stat dexter Cæsar togatus, lævam Augustus obtinet habitu augustiore, idem togatus, cum bacillo imperatorio: ambo laureati dextras jungunt, & orbem Romanum tenent. Ad pedes, corona laurea, intra quam, XX. Infra, SIS. *Sisciæ.* Est in Thesauro Brandeburg. pag. 785.

IMP. C. CONSTANTIVS P. F. AVG. capite laureato.)(. SAC. MON. VRB. AVGG. ET CAESS. NN. Dea Moneta, cum bilance & Cornucopiæ: latere sinistro, sidus Solis, Augusti symbolum. Infra, RP. *Remorum primum* tributum honorarium. Est ære mediocri, in museo San-Genovefano. Ex litteris in imo nummorum margine subnotatis, conjicere licet, qui fines Galliarum tutandi ab hostibus, Augusto cuique ac Cæsari fuerint adsignati.

CONSTANTIVS ET MAXIMIANVS AVGG. capita duo jugata, inquit Patinus, in Indice, pag. 21. GENIO POPVLI ROMANI. Caput galeatum. Nusquam alibi hunc nummum vidimus.

IMP. CONSTANTIVS PIVS P. AVG. capite laureato.)(. GENIO POPVLI ROMANI. Genius stat cum patera & Cornucopiæ. Est in Museo nostro, ære magno.

Nummi Gal. Maximiani Aug.

IMP. C. C. GAL. VAL. MAXIMIANVS P. F. AVG. capite laureato: hastam gerit.)(. VIRTVS AVGVSTORVM. Hercules cervum cornibus tenet. Infra, PROM. *Primum Remensium omnium Mercatorum* tributum. Aureus est apud Stradam, pag. 166.

IMP. C. GAL. VAL. MAXIMIANVS P. F. AVG. capite laureato.)(. GENIO IMPERATORIS. Genius stat cum patera & Cornucopiæ. In ipsa nummi area, K $\frac{A}{P}$ *Anno primo.* Καῖσαρ ὑγιαίνοιτο, *Cæsar bene valeto.* Infra, PLB *Prima Lugdunensis beata*: ut videtur. Ex ære mediocri, in Museo San-Genovefano.

Nummi Fl. Val. Constantini Cæsaris.

FL. VAL. CONSTANTINVS NOB. CAES. capite laureato: vultu annorum amplius quinquaginta.)(. PERPETVITAS AVGG. ut in nummo Severi Cæsaris, de quo postea. Dea Roma sedet, dextra Victoriam Romanam gestat, hastam sinistra. In medio S$^{\Delta}$P *Securitas publica. Quartum* numisma. Infra, ALE. *Primæ Lugdunensis Edicto.* Est ex ære magno nummus perrarus in Cimelio P. JOBERT. Perpetuam sobolem Cæsarum & Augustorum ab Augusto Cæsare usque ad Constantinum, etiam hic nummus docet.

FL. VAL. CONSTANTINVS NOB. CAES. capite laureato; vultu annorum amplius quinquaginta.)(. SALVIS AVGG. ET CAESS. FEL. KART. Latere dextro, H. Africæ stantis effigies. Infra, Γ' *tertium* tributum. Est ex ære magno nummus singularis, in Museo P. JOBERT. Et a Tristano describitur, tomo 3. pag. 535. Et Fl. Valerii nomen, & ætas fere sexagenaria in Cæsare, & vultus longe dissimilis ceteris ejusdem nominis, & mentio AVGG. ET CAESS. & ipsa denique nummi fabrica, adeo perspicue docet ad hunc annum, & ad Fl. Val. Constantii & Fl. Val. Severi fratrem Fl. Val. Constantinum referri hunc utrumque nummum oportere, nihil ut contra possit opponi.

Nummi Licinii Cæsaris.

LICINIVS NOB. CAES. capite laureato, dextra codicillos tenet, læva scipionem Cæsareum.)(. CONCORDIA AVGG. DD. NN. AET. *Concordia Augustorum Dominorum nostrorum æterna.* Duo Augusti, Gal. Maximianus & Constantius laureati, paludati, cum hastis, dextra tenent ante aram orbem Romanum, cui Victoria imposita alterum altera manu coronat. In ara scriptum est, VOT. PV. *Vota publica.* Infra, Q. ARL. *Quartum Arelatensium* tributum. Aureus nummus apud Stradam, pag. 178.

STEMMA LICINII AVG.

ex solis nummis antiquis.

LICIN. VALERIANVS P. F. AVG. junior, Valeriani Aug. F. Hujus nepos fuit

Licinia, conjux Valerii, soror Licinii Valeriani Aug. patris.

Valerius Licinianus: cujus neptis fuit

VAL. LICINIANVS LICINIVS P. F. AVG. Idem IOVIVS, a Diocletiani filia.

Valeria Licinia, conjux altera Licinii Aug. unde ille Val. Licinianus dictus est.

VAL. LICINIANVS LICINIVS NOB. CAESAR: & ipse IOVIVS.

Jovia: ex qua nomen Joviano.

IOVIANVS P. F. AVG.

IOVINVS P. F. AVG.

Num-

Primo loco Licinius Aug. *Val. Licinianus* appellatur, de nomine conjugis, sive ob opimam hereditatem, quæ ex illo ei matrimonio obtigerat: sive quod principatum tunc obtineret gens Valeria in Diocletiano & Maximiano. Deinde paternum Licinii nomen adjicitur. Atque ita in filio Licinio: qui & ipse *Val. Licinianus* de matris nomine, ut T. Cæsar Vespasianus, de matre Vespasia, est appellatus.

Nummi Severi Cæsaris.

SEVERVS NOB. CAES. capite laureato.)(. CONCORDIA CAESS. NOSTR. *Concordia Cæsarum nostrorum.* Dea Concordia sedet, dextra pateram, læva Cornucopiæ tenet. Infra, SMT *Societas Mercatorum Treverorum.* Nummus aureus e Cimelio Illustr. Comitis de Schwarzgburg.

SEVERVS NOB. C. capite laureato.)(. HERCVLI CONSER. AVGG. ET CAESS. NN. Hercules cum clava. Infra, TR. *Treveri.* Aureus, e Thesauro Regio.

SEVERVS NOB. CAES. capite laureato.)(. SAC. MON. VRB. AVGG. ET CAESS. NN. Dea Moneta. Infra, RT. *Remorum tertium* tributum. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT.

FL. VAL. SEVERVS NOB. CAES. capite laureato.)(. SALVIS AVGG. ET CAESS. FEL. KART. Latere lævo, H. Dea spicas & uvam tenet. Infra, Γ *tertium* tributum. Ex ære mediocri, in Cimelio San-Genovefano.

FL. VAL. SEVERVS NOB. C. capite galeato & laureato cum hasta & clypeo.)(. VIRTVS AVGG. ET CAESS. NN. Ipse ex equo hasta confodit hostes. Infra, AQΓ *Aquensium tertium* tributum. E Museo nostro æreus primæ molis. Consensum Constantii Aug. & Constantini Cæsaris cum Maximino & Severo, declarat eadem nummorum forma & fabrica, titulus idem, & idem argumentum.

SEVERVS NOB. CAESAR. capite laureato.)(. VIRTVS AVGG. ET CAESS. NN. Mars gradivus cum spoliis. Infra, PT *Primum Treverorum* tributum. E Museo San-Genovefano, & nostro; ære mediocri.

FL. VAL. SEVERVS NOB. C. capite laureato.)(. GENIO POPVLI ROMANI. Genius stat cum patera ante aram, & cum Cornucopiæ. Infra, PLC *Prima Lugdunensis civitates.* Est e museo nostro æreus primæ molis. Alius ibidem, ære mediocri: ANT. *Prima Narbonensis tributum.*

SEVERVS NOBILISSIMVS C. capite laureato.)(. GENIO POPVLI ROMANI. Æreus in Museo San-Genovefano. Alter in Cimelio P. CHAMILLART, inscriptus est, SEVERVS NOBILISSIMVS CAESAR, totidem plane litteris: priori ceteroqui simillimus.

FL. VAL. SEVERVS NOB. CAES. capite laureato.)(. GENIO AVGG. ET CAESS. NN. Stat Genius, ut passim. Infra, KA *Vicesima prima* indictio. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT.

Eadem inscriptio.)(. PERPETVITAS AVGG. Latere nummi sinistro, VI. *Votis Imperii*, pro Augustis duobus perpetuis, Constantio & Gal. Maximiano. Infra, SIS. B. *Sisciensium secundum* tributum. In eodem Cimelio. *Perpetuitas Augustorum* perpetuam successionem Augustorum significat, jam inde ab Augusto Cæsare usque ad hoc tempus paterno maternove genere deductorum.

FL. VAL. SEVERVS NOB. C. capite laureato.)(. In laurea corona, VOT. XX. AVGG. *Votis Vicennalibus Augustorum.* Est ex ære minimo, apud D. de Ballonfeaux, Luxemburgi. Docet hic nummus sane perrarus, vota fuisse concepta hoc anno pro duobus Augustis vicennalia, sive (ut superius diximus) perpetua.

Nummi Fl. Jul. Constantini Cæsaris.

CONSTANTINVS NOB. CAES. capite laureato: vultu annorum amplius L.)(. PERPETVA VIRTVS. Stat ipse cum hasta & clypeo. Infra, TT *Tertium Treverorum* tributum. In alio, PT *Primum.* Ex ære magno, in Cimelio D. FOVCAVLT, & apud P. ALBARET, Societatis JESU, Turnonii. Alius a Spanhemio citatus in Juliani Cæsares, pag. 254. ST. *Secundum Treverorum* tributum. Ut Constantius hujus Constantini pater, in nummis suis familiæ ac gentis suæ nomen prætermisit, ut se hoc indicio a Fl. Val. Constantio discriminaret: ita Constantinus ipse, patris exemplum secutus, ut se a Fl. Val. Constantino secerneret, Constantini solummodo nomen apposuit, Fl. Julii tacitis nominibus.

Eadem inscriptio.)(. VIRTVS CONSTANTINI CAES. Ipse in equo duos captivos proterit. Infra, AQΓ. *Aquensium tertium* numisma. Est ex ære magno, apud P. ALBARET; qui scribit ad me Turnonio, 25. Septemb. 1704. esse hunc Constantinum, cujus est hic nummus apud ipsum, cum superiore ac subsequente, vultu præferente annos amplius quadraginta.

Eadem inscriptio.)(. VIRTVS AVGG. ET CAESS. NN. ut in Severi Cæsaris nummo, ipse ex equo calcat hostes. Infra, P. T. *Primum Treverorum* tributum. Apud D. FOVCAVLT, nummus ex ære mediocri. Alius similis, apud P. ALBARET, habet AQΓ. *Aquensium tertium* numisma.

Eadem inscriptio:)(. VIRTVS AVGG. ET CAESS. NN. Mars gradivus. Infra, PT. In Cimelio Domus Professæ Societatis nostræ in hac Urbe: & P. JOBERT. In alio, e Museo San-Genovefano, TT. *tertium Treverorum* tributum. In alio, ibidem, & apud P. JOBERT, AQΓ *Aquensium tertium* tributum: capite Constantini galeato & laureato.

Eadem inscriptio, capite galeato & laureato.)(. CONSERVATORES VRB. SVAE. Templum sex columnarum, in quo Juppiter sedet. Infra, AQ. *Aquenses.* Est ex ære mediocri in museo nostro. In San-Genovefano est alter huic similis, sed Constantini capite tantum laureato.

Eadem inscriptio, capite laureato.)(. CONSERVATORES KART. SVAE. Augusti & Cæsares *Conservatores Karthaginis suæ.* Karthaginis Genius in templo stans, læva spicas ostendit, dextra uvam, ut videtur. Infra, KΔ. *Vicesima quarta* indictio. Apud Du-Cangium, in familiis Byzantinis, Tab. 2. ex ære mediocri.

Eadem inscriptio.)(. GENIO POPVLI ROMANI. Genius stat. Infra, LB. *Lugdunensium secundum* numisma. Est ex ære mediocris formæ, apud P. DV TRONCHOT, e societate nostra.

Nummi Maximini Cæsaris.

MAXIMINVS NOBILS C. sic enim scriptum est: caput laureatum.)(. GENIO POPVLI ROMANI. Genius stat. Est in Museo nostro, ære mediocri.

MAXIMINVS NOBILISSIMVS CAES. capite laureato.)(. GENIO POPVLI ROM. Est ex ære mediocri, apud D. de Ballonsfeaux, Luxemburgi.

GAL. VAL. MAXIMINVS NOBIL. C. capite laureato.)(. GENIO POPVLI ROMANI. In medio, SF *Sæculi Felicitas.* Infra, PTR. *Prima Treverensis.* In alio, SA *Spes Augusta.* Infra, PTR. Uterque e Museo nostro.

Eadem inscriptio.)(. GENIO POP. ROM. In media nummi area, N *Negotiatores*: infra, PLC *Pri-*

Primæ Lugdunensium civitatis. Ex ære minimo, in museo nostro.

Eadem inscriptio.)(. GENIO CAESARIS. Genius cum Cornucopiæ & patera. In medio nummo, K A P *Anno primo.* Καῖσαρ ἐρρωμένως, *Cæsar bene valeto.* Infra; ALE. *primæ Lugdunensis edicto.* Ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT. Alius, in museo Domus nostræ Professæ, ex ære mediocri, latere lævo Z *septimum*; infra, ANT. *primæ Narbonensis tributum.* Annus hic primus intelligitur Gal. Maximiani Aug.

Eadem inscriptio; capite galeato, cum hasta & clypeo.)(. SOLI INVICTO. Sol in quadrigis, capite radiato, dextra elata, læva orbem tenet. Infra, ANT. ut proxime. Ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT.

Eadem inscriptio, capite laureato.)(. VIRTVS AVGG. ET CAESS. NN. Mars gradivus, & litteræ PT. ut in nummo Constantini Cæsaris. E Museo nostro, ære mediocri. In alio Cæsar ex equo hostes proterit, ut in Severi & Constantini ejusdem nummis. Infra, AQ Γ *Aquensium tertium* tributum. Est e Cimelio P. JOBERT, æreus primæ molis.

GAL. VAL. MAXIMINVS NOB. CAES. capite laureato.)(. SALVIS AVGG. ET CAESS. FEL. KART. Ut in nummo Fl. Val. Constantini, hoc anno. Latere dextro, I. In museo nostro, ex ære mediocri.

IOVIVS MAXIMINVS NOB. CAES. capite nudo.)(. MONETA AVGG. ET CAESS. NN. Tres Monetæ stantes. Est ex ære maximo apud Spanhemium, pag. 747. & Vaillantium, pag. 247. Mirum est Maximino caput nudum esse, non laureatum: nisi forte apud Vaillantium error librarii est. Nudo quidem capite pingi solitos esse Cæsares non nescimus; sed juvenes fere, sed alio ævo, non isto Diocletianeo. Inspice, sodes, nummos Gal. Val. Maximiani Cæsaris omnes omnino, Fl. Val. Constantii, Constantiique alterius e familia Julia, tum Severi, & utriusque Constantini hoc anno Cæsarum, hujus denique ipsius Maximini; ne unus quidem exstat non laureato capite, aut radiato; nudo, nullus. Nummus ceteroqui eximius ac perrarus admonet, a Diocletiano scriptum esse heredem ex semisse Maximinum Cæsarem, ea conditione, ut Jovii adscito nomine insertum se in ejus familiam testaretur. Diocletianus enim dici non potuit; siquidem id nomen Diocletiæ tantum familiæ heredem significat: nec Valerius, cum id jam haberet a patre nomen. Itaque Jovius percommode appellatus est; quod nomen Augustam a Diocletiano originem designabat. Sic Licinius ex altero semisse ejusdem Diocletiani heres, & Valerii nomen exinde & Jovii in nummis habet. Quod si alteruter solus Diocletiani gener esset, ejusdemque ex asse heres, non Jovius ex ea affinitate, sed Jovianus diceretur, ut monuimus: quemadmodum a Domitia conjuge, factum est Domitiano nomen. Neuter igitur Diocletiani solus affinis fuit, sed uterque heres & propterea uterque ab eo institutus: vel neuter affinis, sed heres tantum uterque. Et Maximinum certe Constantii Aug. generum fuisse postea ostendemus: Licinio, conjugem Liciniam.

Nummi Maxentii Cæsaris.

MAXENTIVS NOB. C. capite laureato.)(. FELIX KARTHAGO. Dea stat cum spicis & frugibus. Infra, PK *Protectori* Mercatorum *Karthaginiensium.* Aureus est in Thesauro Regio.

M. VAL. MAXENTIVS NOB. CAES.)(. SALVIS AVGG. ET CAESS. FEL. KART. Karthago, ut in superioribus Valerii nomen habet a M. Aur. Val. Maximiano sive Herculio Aug. Maxentius, ut postea dicemus. Est tantum apud Occonem, pag. 541.

ANNUS XXIII.

IMP. C. GAL. VAL. MAXIMIANVS P. F. AVG. capite laureato.)(. GENIO IMPERATORIS. Genius stat cum patera & Cornucopiæ. In medio K B F *Anno secundo.* Καῖσαρ ἐρρωμένως. *Cæsar bene valeto.* Esse enim ibi F semesa littera pro Græca littera P admonent alii ejusdem formæ nummi: quæ forma sub Maximiano tantum & Maximino occurrit: occurrit autem omnibus annis, quibus tenuere principatum. Infra, ALE *Primæ Lugdunensis Edicto.* Confer cum KXT. de quo dicemus anno XXIV. & cum Constantini junioris nummo, anni LII. Est hic ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT.

GAL. MAXIMIANVS P. F. AVG. capite laureato.)(. GENIO IMPERATORIS. Latere dextro, B *secunda*: infra, MKV *Mercatorum Vicesima voluntaria.* Sed rectius fortassis interpretabere, *secundum Mercatorum Karthaginiensium vectigal.* Est ex ære mediocri, in Cimelio D. Abb. FAVVEL.

GAL. VAL. MAXIMINVS NOB. CAES. capite laureato.)(. GENIO CAESARIS. In media nummi area, K P B *Anno secundo* Maximiani Aug. Καῖσαρ ἐρρωμένως, *Cæsar bene valeto.* Infra, ALE *Primæ Lugdunensis Edicto.* Est in Museo P. JOBERT, ære mediocri.

Hoc anno Constantius Aug. obiisse videtur. Constantinus ejus filius, Fl. Val. Severus Fl. Val. Constantii olim Cæsaris frater, & Maxentius gener Aur. Val. Maximiani, Augusti salutantur.

Nummi cusi post obitum Constantii Aug.

DIVO CONSTANTIO AVG. capite laureato.)(. CONSECRATIO. Aquila. Infra, PLC. *Primæ Lugdunensis civitates.* Est ex ære primæ molis, in Cimelio D. FOVCAVLT.

DIVO CONSTANTIO PIO PRINCIPI. capite velato, & laureato.)(. MEMORIAE AETERNAE. Aquila alis expansis. Infra, R. S. *Remorum secundum* tributum. Ibidem, ex ære minimo. In Museo nostro, DIVO CONSTANTIO PIO PRINC. & in contraria superficie, RP. *Remorum primum* tributum. Cetera sunt eadem.

Eadem inscriptio, & forma.)(. REQVIES OPTIMORVM MERITORVM. Sedet ipse in sella curuli, læva tenet bacillum imperatorium; dextra elata, præcipientis instar. Infra, RT *Remorum tertium* tributum. In alio, PT *primum Treverorum.* Uterque e museo nostro, ære minimo.

DIVO CONSTANTIO PIO. Caput velatum.)(. MEMORIA DIVI CONSTANTI. Templum, cui insidet aquila. Infra, ST *Secundum Treverorum* tributum. In altero, TT *tertium.* In Museo San-Genovefano, & P. JOBERT: ære mediocri.

DIVO CONSTANTIO PIO. caput velatum & laureatum.)(. MEMORIA FELIX. Ara succensa, cum duabus aquilis. Infra, PTR. E museo nostro æreus secundæ molis. Alius similis apud P. CHAMILLART, habet in imo margine PLC. in ara ipsa litteram N. *Primæ Lugdunensis civitatum Negotiatores.*

IMP. MAXENTIVS DIVO CONSTANTIO ADFINI. Constantii caput velatum.)(. AETERNA MEMORIA. Templum rotundum, valvis patentibus, cui aquila insistit. Est apud DU-CANGIVM, in familiis Byzantinis, Tab. 2.

IMP. MAXENTIVS DIVO CONSTANTIO COGNAT.)(. MEMORIAE AETERNAE. Est apud

apud Occonem, pag. 525. ex Erizzo, pag. 59. At in Cimelio P. CHAMILLART est eximius ille nummus ex ære mediocri, sic inscriptus: DIVO CONSTANTIO COGN. MAXENTIVS AVG. Capite Constantii velato.)(. AETERNAE MEMORIAE. Templum sex columnis fultum. Infra, MOST. *Mercatores omnes secundæ Treverensis.* Conjuges duxerant sorores duas, Constantius & Maxentius; nempe duas Aur. Maximiani filias, cum essent ipsi adhuc privati. Hac *adfinitate* Maxentius gloriatur, & prisco vocabulo *cognationem* vocat. Est enim *cognatus* vernacule apud nos *beau-frere*; sive frater mariti, sive sororis maritus, sive frater uxoris, sive maritus sororis uxoris. Priore sensu accipitur in Actis sanctæ Cæciliæ. *Beata Cæcilia dixit ad Tiburtium: Hodie te fateor meum* COGNATUM. Tertium ex his significatum habet, ex Vulgato interprete, Num. x, 29. ubi *cognatus* Mosis Hobab appellatur, hoc est, frater uxoris Moysi. Quamquam & pro socero cognatus occurrit, Exod. XVIII. nec semel quidem, sed sæpius. At & in hoc nummo, atque etiamnum apud Italos pro marito sororis uxoris pariter accipitur. Vocabolario della Crusca: *COGNATO: Il marito della sorella, il fratello della moglie, e'l marito della sorella della moglie.*

Nummi Imp. Constantini Aug.

CONSTANTINVS P. F. AVG. capite laureato: vultu annorum fere LX.)(. VIRTVS PERPETVA AVG. Hercules leonem suffocat. Sceptrum, seu bacillum imperatorium sinistro pedi appositum est. Ex ære mediocri, in Cimelio San-Genovefano, & D. FOVCAVLT. Solemne fuit omnibus hujusce familiæ Fl. Juliæ Principibus nec se Fl. nec Jul. inscribere, usque ad liberos Constantini Principis: qui neque ipsi nomina illa semper apponunt: Quoniam scilicet Constantinorum præcipua domus Fl. Julia fuit, per se satis nota.

Nummi Fl. Val. Severi Aug.

IMP. C. SEVERVS P. F. AVG. capite laureato.)(. VIRTVS AVGG. ET CAESS. NN. Imp. ex equo cum hasta & clypeo hostes proterit. Infra, TT *tertium Treverorum* numisma. Ex ære mediocri: in Cimelio San-Genovefano. Alius in Cimelio D. FOVCAVLT, habet A Q S *Aquensium secundum.* Alius S T *Secundum Treverorum*, ex ære mediocri, apud P. CHAMILLART.

Eadem inscriptio: capite galeato, bacillum imperatorium Augustus dextra gerit; lævo brachio clypeum.)(. FIDES MILITVM AVGG. ET CAESS. NN. Fides tenet duo signa militaria. Infra, AQS *Aquensium secundum* tributum. Ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT, & apud Abb. Mezzabarba.

Eadem inscriptio, capite laureato.)(. GENIO POPVLI ROMANI. Genius stat cum Cornucopiæ & patera. In medio SF *Sæculi felicitas.* Infra, PTR. In Museo P. JOBERT, ex ære mediocri.

IMP. SEVERVS PIVS AVG. capite laureato.)(. GENIO POPVLI ROMANI. Cetera ut proxime. Apud D. FOVCAVLT.

IMP. SEVERVS AVG. capite laureato.)(. GENIO POPVLI ROMANI. Ut supra. In imo margine, PLC. *Primæ Lugdunensis civitates.* Ex ære magno, in Museo San-Germanensi.

IMP. C. SEVERVS. P. F. AVG.)(. CONCORDIA MILITVM. ut anno Diocletiani primo. In medio B. *secundum* tributum deferunt, vel *secundam* pensionem: Galli dicerent, *le second payement;* ALE *Prima Lugdunensis Edicto.* Apud Occonem, pag. 531. Cum nulli deinceps Fl. Val. Severi Aug. nummi occurrant; aut revocatum e provincia fuisse post annuum magistratum, existimandum est; aut in eo munere hoc ipso anno immortuum.

Nummi Imp. Maxentii Aug.

MAXENTIVS P. F. AVG. capite laureato.)(. VOT. Q. Q. MVL. X. in corona laurea. *Votis bis quinquennalibus, multa decennalia.* Infra, R P. *Remorum primum* tributum. Nummus æris minimi, in Museo nostro.

MAXENTIVS P. F. AVG. capite laureato, vultu senili.)(. VOT. Q. Q. MVL. XX. in corona laurea. *Votis bis quinquennalibus, multa vicennalia.* Æris minimi nummus apud P. JOBERT, & D. BAVDELOT. Quo nummo edocemur, tam acceptum fuisse populo Maxentium, ut statim ei bina sive continua duo quinquennalia vota decerneret, sed & vicennalia.

IMP. C. M. A. VAL. MAXENTIVS P. F. AVG. capite laureato.)(. MONETA AVG. N. Tres monetæ stantes, cum bilance & Cornucopiæ. Nummus ex ære maximo, in Cimelio D. FOVCAVLT, & in Museo nostro: quo singulari nummo docemur, fuisse Maxentium, ex matre Aurelia primo *M. Aurelium*, & proinde *Pium Felicem*: ex socero deinde Augusto, Valerio Maximiano Herculio, *Valerium*: ex patre denique, homine privato, *Maxentium.*

ANNUS XXIV.

Nummi Diocletiani Aug.

D. N. DIOCLETIANO P. F. S. AVG. *Domino nostro Diocletiano Pio Felicissimo Seni, Augusto.* capite laureato, dextra ramum oleæ gerit.)(. QVIES AVGG. Dea ramum oleæ tenet: retro, vexillum complicatum. Est in Museo San-Genovefano, & nostro, ex ære minimo. In alio, e Museo P. JOBERT, legitur QVIES AVGVSTORVM. Lævo nummi latere, N *Negotiatores*: infra, PLC *Primæ Lugdunensis civitatum.* Quies Augustorum post Rempubl. bene ac feliciter gestam, per annos amplius xx. his nummis commendatur.

D. N. DIOCLETIANO FELICISSIMO SEN. AVG. capite laureato, dextra ramum lauri gerit.)(. PROVIDENTIA DEORVM. QVIES AVGG. Diocletianus Providentiæ imperium remittit. In medio, S F *Sæculi felicitas.* Infra, A Q P *Aquensium primum* tributum. E museo nostro, ære mediocri. In alio, e Museo P. JOBERT, similiter S F. Infra, P T R. Alius ibidem S T. absque litteris SF. In alio ex ære mediocri, e Museo P. STEPH. CHAMILLART. Dea utraque, Providentia, & Quies stat. Hinc T inde F *Temporum Felicitas.* Infra, PLC *Primæ Lugdunensis civitates.*

Nummi Maximiani Herculii Aug.

D. N. MAXIMIANO FELICISSIMO SEN. AVG.)(. PROVIDENTIA DEORVM. QVIES AVGG. omnia ut in Diocletiani nummo, S F. Infra, PTR. Est in museo nostro, ex ære mediocri. Alius ex ære mediocri, in Museo P. CHAMILLART, in imo margine, S T *Secundum Treverorum* numisma.

D. N. MAXIMIANO BAEATISSIMO SEN. AVG.)(. PROVIDENTIA DEORVM. QVIES AVGG. omnia ut in superiore. Est ex ære mediocri, in Museo San-Genovefano. *Baeatissimo* scriptum pro *Beatissimo*: quoniam tunc esset idem litteræ utriusque sonus, ut nunc est.

Nummi Imp. Gal. Maximiani Aug.

IMP. C. GAL. VAL. MAXIMIANVS P. F. AVG. capi-

capite laureato.)(. GENIO IMPERATORIS. Genius stat cum patera & Cornucopiæ. In media nummi area, $\overset{\Gamma}{K\ P}$ *Anno tertio.* Καῖσαρ ῥωννύσο, *Cæsar bene valeto.* Infra: ALE. *Primæ Lugdunensis Edicto.* Est in Museo P. JOBERT, æreus.

Eadem inscriptio.)(. BONO GENIO PII IMPERATORIS. Genius ut supra. In medio nummo hinc inde litteræ, $\overset{T}{R\ X}$ sic enim Morellius edidit, pro $\overset{T}{K\ X}$ quod est, *Anno tertio,* Καίσαρι Χαίρειν, *Cæsari bene valere.* Infra, ALE *Primæ Lugdunensis edicto.* Est autem hæc forma spargendi in area nummi characteres, sane pervetus. Nam apud Vaillantium, in Notis ad Seguini numismata, pag. 394. exhibetur antiquus ex ære nummus, in quo ΡΗΣΚΟΥΠ ΒΑΣΙΛΕΩΣ, capite diademato: parte altera Neronis vultus est sine epigraphe. Dextro latere littera K: sinistro X. Subjecta denique Neronis capiti littera Δ formæ longe minoris, hoc situ:

K X
Δ

Ex quibus litteris, cum sint formæ dispaSris, nec eo situ positæ, quem habet in nummis litteræ annorum indices, non annum significant DCXXIV. ut ille putavit: si quidem hanc æram ævo Neronis nulli possunt nummi habere; sed Καίσαρι Χαίρειν, *Cæsari bene valere.* Δ. *Anno quarto* ejusdem Cæsaris.

Eadem inscriptio.)(. VIRTVS EXERCITVS. Miles paludatus & galeatus incedit cum hasta & spoliis. In media nummi area, $\overset{O}{B}$ *oblatum secundo:* infra, ANT. *Primæ Narbonensis tributum.* Ex ære mediocri, apud P. JOBERT. In alio simili e Cimelio D. FOVCAVLT, legitur $\overset{O}{Z}$ & ANT. *oblatum septimo primæ Narbonensis tributum.*

Nummi Maximini Cæsaris.

GAL. VAL. MAXIMINVS NOB. CAES. capite laureato.)(. GENIO CAESARIS. Mox $K\overset{\Gamma}{P}$ *Anno tertio* Maximiani Aug. Nam in nummis Cæsarum, ut diximus, soli Augustorum anni consignabantur. Καῖσαρ ῥωννύσο, *Cæsar bene valeto.* Infra, ALE. *Primæ Lugdunensis Edicto.* Ex ære mediocri, in Museo P. JOBERT. In alio apud D. FOVCAVLT, lævo nummi latere, Γ *tertium:* infra, MKV *Mercatorum Karthaginensium vectigal.*

Nummi Galeriæ Valeriæ Aug.

GAL. VALERIA AVG.)(. VENERI VICTRICI. Venus in medio stans, orbem Romanum tenet. Hinc sidus Solis, Gal. Val. Maximiani Augusti symbolum: inde Γ *tertium* tributum: infra SMTS. *Societatis Mercatorum Treverensis secundæ.* Est ex ære mediocri; in Cimelio D. FOVCAVLT. Ex ipso nomine apparet hanc filiam fuisse Gal. Val. Maximiani, Maximini sororem. Falsorum numinum cultui deditam, æque ac Constantinum maritum, nummi titulus admonet. In alio, e Cimelio San-Genovefano, simili plane utriusque paginæ inscriptione, litteræ tantum adduntur, $\overset{\Gamma}{P\ K}$ infra, ALE. In alio rursum eodem situ, atque in nummo Maximini, $\overset{\Gamma}{K\ P}$ & ALE. Est hic e Cimelio D. FOVCAVLT: apud Stradam, pag. 167. aureus. Alius denique apud D. BAVDELOT, habet tantum in imo margine, SIS. *Siscia.* Est & similis in Cimelio P. CHAMILLART.

Valeriam hi nummi in Lunæ crescentis effigie repræsentant; quoniam a primis retro temporibus, ut Sol Augustorum, sic Augustarum Luna symbolum fuit. Est in eo genere singularis in primis nummus æreus, mediocris moduli, e Museo nostro: NERO CLAVD. CAESAR. IMP. ET OCTAVIA AVGVST. Caput Neronis, cum Sole in vertice: Octaviæ, cum Luna crescente pariter in summo vertice.

VENEREM VICTRICEM in nummis, Romani orbis, quem dextra gerit, præsidem Deam intellige: cujus instinctu numinis victoria aliqua adepta dicitur, & pax Reipublicæ parta, Romana magis moderatione, quam fortitudine: blanditiis magis & comitate, quam vi & armis. Audi Plinium, lib. XV. sect. XXXVIII. de myrto: *Bellicis quoque se rebus inseruit: triumphansque de Sabinis Postumius Tubertus in Consulatu; (qui primus omnium ovans ingressus in Urbem est,) QVONIAM REM LEVITER SINE CRVORE GESSERAT, myrto VENERIS VICTRICIS coronatus incessit.... Hæc postea ovantium fuit corona.* Itaque geminum Romani ut vincerent numen appellabant: & si quidem armis ac vi superiores discederent, MARTI VICTORI: si cum bona gratia, si pacifice ac sedate rem transigerent, VENERI VICTRICI victoriam adscripsere, uti fecere Titus, Antoninus Severi filius, Gallienus, Carinus, Numerianus. Cave enim quidquam in nummis veterum Romanorum obscenum suspiceris: nedum in his quos hoc sæculo Constantiniano Gallia nostra cudi jussit.

ANNUS XXV.

IMP. C. GAL. VAL. MAXIMIANVS P. F. AVG. capite laureato.)(. GENIO IMPERATORIS. In medio $K\overset{\Delta}{P}$ *Anno quarto.* Καῖσαρ ῥωννύσο, *Cæsar bene valeto.* infra, ALE *primæ Lugdunensis Edicto.* Ex ære minimo, in Museo San-Germanensi.

Nummi cusi post Maximiani Herculii obitum.

DIVO MAXIMIANO OPTIMO. capite velato & laureato.)(. REQVIES OPT. MER. Sedet in sella curuli laureatus, læva tenens bacillum imperatorium. Infra, PTR. Est ex ære minimo in Cimelio D. Abb. FAVVEL.

DIVO MAXIMIANO SEN. FORT. IMP. *Divo Maximiano seniori, fortissimo Imperatori.* Caput velatum.)(. REQVIES OPTIMORVM MERITORVM. Sedet ut supra, in sella curuli. Æris minimi, in museo nostro.

DIVO MAXIMIANO SENIORI IMP. Capite velato & laureato.)(. REQVIES OPTIMOR. MERIT. Ut supra. RS *Remorum secundum* numisma. Vidimus apud Abb. Mezzabarba.

Eadem inscriptio.)(. AETERNAE MEMORIAE. Aquila. Ibidem. In alio e Cimelio D. FOVCAVLT, & P. Chamillart: MEMORIAE AETERNAE. Leo in cælum suspicit. Infra, PT *primum Treverorum* tributum. Alius ibidem, RP *Remorum primum* tributum.

Nummi Aur. Val. Maximiani Aug. sive Herculii, post obitum, ipsius a Maxentio Aug. cusi.

IMP. MAXENTIVS DIVO MAXIMIANO SOCERO. capite Maximiani velato.)(. AETERNA MEMORIA. Templum rotundum & clausum, cui Aquila superposita est. Infra, MOSTP. *Mercatorum omnium secundæ Treverensis primum* tributum. Ex ære mediocri, in Museo San-Genovefano.

DIVO MAXIMIANO SOCERO MAXENTIVS

TIVS AVG. .)(. AETERNA MEMORIA MOSTP. ut supra. Ibidem.

IMP. MAXENTIVS DIVO MAXIMIANO PATRI. capite Maximiani velato. .)(. AETERNAE MEMORIAE. Templum, ut supra. R S *Remorum secundum* tributum. In Cimelio D. FOVCAVLT, & nostro. Alius apud P. JOBERT, habet in imo margine, MOST *Mercatores omnes secundæ Treverensis.* Quem Maximianum patrem Maxentius appellat, ipse idem socer illius est, Aur. Val. Maximianus: Galli vocant, *beau-pere.* Ex privato nimirum Maxentio patre natus, quamvis materno genere Cæsar esset; in nummis altero quam adoptivo patre se jactare non potuit; nec filium Augustorum, ut Constantinus & Maximinus, se prædicare. Itaque se filium Augusti unius, quo licuit modo indicavit; patrem eum appellans, qui socer fuit.

Diocletianus post obitum non est similiter relatus inter divos; perspicuo argumento odii publici.

Nummi Imp. Constantini Aug.

CONSTANTINVS P. F. AVG. capite laureato: vultu annorum circiter LX, vel eo amplius. .)(. SPES REIPVBL. Ex equo hostem proterit. Retro, sidus Solis, Augusti symbolum Infra, P L N. *Primæ Lugdunensis Negotiatores.* In Museo nostro.

Eadem epigraphe. .)(. CONSERV. VRB. SVAE. nempe Treverensis. Templum sex columnis fultum, in quo sedet Juppiter. Infra, T T *tertium Treverorum* tributum. Ex ære mediocri, in Cimilio D. BAVDELOT.

IMP. CONSTANTINVS P. F. AVG. .)(. CONSERV. VRB. SVAE. nimirum Aquensis, quam Aquisgranum posterior ætas appellavit. Nam infra legitur, A Q. T. *Aquensium primum* tributum. Est ex ære mediocri in Cimelio D. de Ballonsfeaux, Luxemburgi.

Nummi Imp. Maxentii, hoc anno Consulis.

IMP. C. MAXENTIVS P. F. AVG. capite laureato. .)(. FEL. PROCES. CONSVL. AVG. N. *Felix processus Consulatus Augusti nostri.* Quadrigis elephantorum vehitur, supervolitante Victoria. Infra, R E Q *Remorum quartum* tributum. Est nummus ille perrarus, ex ære minimo, in gaza Regia. Feliciter processisse Maxentio Consulatum significat, parta victoria. Ita Latine dicimus; Id feliciter processit ex sententia. Neque vero *processus* hic est, pompa Consulatum ineuntis; quam nemo, opinor, felicem pompam Latine appellarit: & successum certe insignem, qui tempore Consulatus obtigerit, notatus in nummo triumphus docet.

IMP. C. MAXENTIVS P. F. AVG. capite laureato, scipionem Consularem gerit, in cujus apice Aquila symbolum imperii est. .)(. CONSERV. VRB. SVAE. Templum, in quo Juppiter sedet. Infra, A Q Γ *Aquensium tertium* tributum. In alio, R E P *Remorum primum.* In tertio denique, CONSERVATORES VRB. SVAE. Infra, R T *Remorum tertium.* Communis hæc eademque nummorum inscriptio in Constantino & Maxentio, docet conjunctis amborum viribus copiisque, Germanos a finibus Treverorum, fuisse propulsatos. Eam ob rem singulæ Treverensis utriusque provinciæ civitates CONSERVATORES VRB. SVAE, nempe Treverorum, ambos Augustos vocant.

IMP. C. MAXENTIVS P. F. AVG. CONS. capite radiato: toga Augusta induitur; scipionem, ut proxime, Consularem gerit. .)(. CONSERV. VRB. SVAE. Templum, ut supra. Infra, A Q P *Aquensium primum* tributum, ex ære mediocri, in Museo P. Chamillart. A Q S. *Aquensium secundum* tributum, Ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT. In museo nostro idem nummus est, sed capite laureato: infra, T R. *Treveri.*

MAXENTIVS PRINC. INVICT. *Maxentius Princeps Invictus*, capite laureato: ex ære mediocri nummus singularis in Museo Domus Professæ Societatis JESV Parisiis. .)(. CONSERVATOR AFRICAE SVAE. Typus Africæ stantis. In imo nummi margine, Q. *quartum* tributum. In medio hinc H, inde E R. *Heraclea* est, oppidum provinciæ Narbonensis in ostio Rhodani, de quo diximus in Notis ad Plinium, libro III. pag. 310. Ibi Mercatores Heracleenses, in nummo Fl. Cl. Juliani dicuntur SMHER *Societas Mercatorum Heracleensium.* Iidem Mercatores Karthaginienses, quoniam inde facilis esset trajectus Karthaginem, ubi colonia Karthago fuit, sola tunc ex tota Africa Romani juris. Qui nummis antiquis libros anteponunt, Heracleam illi quærant in Africa.

IMP. MAXENTIVS P. F. AVG. capite laureato. .)(. CONSERVATOR AFRICAE SVAE. Africa stat, cum signo militari, & dente elephantino: hinc S E inde F. *Sæculi felicitas:* vel ut in alio ejusdem Maxentii nummo, *Sæculo felici.* Est ex ære mediocri, in museo nostro.

Eadem inscriptio: .)(. CONSERVATORES KART. SVAE. Templum Veneris Karthaginiensis. Infra, P K B *Provinciæ Karthaginiensis secundum* tributum; vel *Pensio Vicesimæ secunda.* Est e museo nostro argenteus, ære mixto.

IMP. C. MAXENTIVS P. F. AVG. capite laureato. .)(. ADLOCVTIO MAXENTII. Ipse stans paludatus, adstante retro Præfecto Prætorio, milites adloquitur e suggestu. Infra, REP. *Remorum primum* tributum. Nummum hunc præclarum ex ære mediocri nobis ostendit perhumaniter Nobilis Saxo D. Samuel Henricus Smid, Quelimburgensis.

IMP. C. MAXENTIVS P. F. AVG. capite laureato. .)(. FIDES MILITVM. Fides stans tenet duo signa militaria. Infra, M O S T Q *Mercatorum omnium secundæ Treverensis quartum* tributum. Ex ære mediocri, in museo nostro.

Eadem epigraphe. .)(. VICTORIA AETERNA AVG. N. Victoria gradiens cum palma & corona. Infra, MOSTP *Mercatorum omnium secundæ Treverensis primum* tributum. Est in Museo P. STEPH. CHAMILLART, & in nostro. Omnes Maxentii Imp. nummi vel in Treverensi provincia conflati sunt; quoniam hanc ille provinciam obtinuit: vel ab iis qui Karthagine negotiarentur; quoniam ejusdem classe defenderentur a piratis.

Eadem epigraphe. .)(. VICTORIA AVG. N. Victoria, ut proxime. Infra, R E P. *Remorum primum* numisma. Est ex ære mediocri apud P. CHAMILLART.

Nummi Maximini Cæsaris, & Valeriæ sororis.

GAL. VAL. MAXIMINVS NOB. CAES. capite laureato. .)(. GENIO CAESARIS. ut anno XXIII. In media nummi area, Δ K P *Anno quarto* Maximiani Aug. Καῖσαρ ῥωννύσο, *Cæsar bene valeto.* Infra A L E *primæ Lugdunensis Edicto.* Ex ære mediocri, apud P. JOBERT. Alius, Δ. *quartum*; infra, MKV *Mercatorum Karthaginiensium vectigal*: apud D. FOVCAVLT.

GAL. VAL. MAXIMINVS NOB. C. capite radiato. .)(. In corona laurea, VOT. X. T. *Votis decennalibus* Cæsarum, *tertio* repetitis. Ex ære minimo, in Museo San-Genovefano.

Eadem inscriptio. .)(. CONCORDIA MILITVM. ut anno primo Diocletiani. In medio B *secundum* tributum deferunt: infra, A L E. *primæ Lugdunen-*

nensis Edicto. Ex ære minimo, in Museo P. JOBERT.

Eadem inscriptio, capite laureato. .)(. GENIO POPVLI ROMANI. Lævo nummi latere, N *Negotiatores*; infra, PLC *primæ Lugdunensis civitatum.* Ex ære mediocri, in museo nostro.

Eadem inscriptio: .)(. VIRTVTI EXERCITVS. Mars cum spoliis & clypeo. Dextro latere, Γ *tertium*; infra, M K V *Mercatorum Karthaginiensium vectigal.* Ex ære mediocri, in Museo San-Genovefano.

GAL. VALERIA AVG. veste gemmis contexta. .)(. VENERI VICTRICI. ut supra. Latere lævo, Δ. *quartum* tributum. Infra, S I S. *Siscienfium.* In Cimelio Domus Professæ nostræ. In alio apud D. de Ballonsseaux, Luxemburgi, latere lævo est Γ. Infra, ANT. *Tertium Primæ Narbonensis tributum.*

Nummi Maximiani junioris Aug.

Ut Constantini pluris distinguendi sunt, sic & Maximiani tres. Nam præter Herculium, & Galerium, tertius est Maximianus junior Augustus, filius Gal. Val. Maximiani: cujus honori dicatus hic nummus est, perrarus sane ac plane singularis, eximiique nitoris, ex ære mediocri, in Museo P. JOBERT: cui nummo similem alterum apud P. ALBARET vidimus, ex eadem nostra Societate virum in hoc etiam genere pereruditum:

.IMP. MAXIMIANVS IVN. AVG. capite laureato; vultu, qui annos referat quinque ac viginti, aut paulo plures. .)(. SECVRIT. PE. P. R. ET DD. NN. *Securitas perpetua Populi Rom. & Dominorum nostrorum.* Dea Securitas columnæ innititur brachio lævo, dextra capiti imposita. Infra, P L C *Primæ Lugdunensis civitates.* Est & huic simillimus in Cimelio P. CHAMILLART. Maximianus *junior & Augustus* appellari non potuit, nisi quo tempore cognominis alter ætate provectior pariter Augustus foret. Non potest autem Maximianus junior Aug. is esse, quem Armentarium appellarunt; siquidem Cæsar is non fuit ante annum fere quinquagesimum, & erat idem adhuc septuagesimo fere Cæsar: hic vero Augustus inscribitur, ætate (ut ex vultu perspicuum est) vix annum quintum ac vicesimum superante. Ergo qui Maximianus senior fuit, cum iste junior diceretur, oportet fuisse Gal. Val. Maximianum Aug. eumdemque hujusce Maximiani junioris Aug. patrem; quamvis altum de juniore sit apud historicos silentium. Maximianum præterea juniorem necesse est fuisse Gal. Maximini fratrem natu minorem, quandoquidem Maximinus anno adhuc ætatis quadragesimo & eo amplius, Cæsar fuit: Maximianus junior, jam a quinto sextove supra vicesimum Augustus est salutatus, ut cernimus.

Alter ejusdem Maximiani nummus occurrit apud Occonem, pag. 527. IMP. MAXIMIANVS IVN. AVG.)(. GENIO POPVLI ROMANI. Est & in Cimelio D. FOVCAVLT, capite radiato: cum subjectis litteris, P L C. Ad unicam autem expeditionem militarem videtur Augusti titulo cohonestatus a patre, annuente Senatu: quæ causa est quamobrem perrari sint nummi eo nomine. In priore autem dignum animadversione est, quod primo loco *Securitas populi Romani*; secundo tantum loco *Dominorum nostrorum*, Augustorum utique, *securitas* commendatur. Argumento nimirum, liberum admodum his temporibus fuisse Senatum P Q R. Nec vero Senatus aut Roma *Dominos nostros*, sed Lugdunum appellat.

IMP. MAXIMIANVS IVN. P. F. AVG. capite laureato. .)(. PRINCIPI IVVENTVTIS. Stat ipse, tenens aliud alia manu signum militare. Infra, PLC. *Primæ Lugdunensis civitates.* Est ex ære mediocri in Cimelio D. FOVCAVLT.

MAXIMIANVS IVN. AVG. capite laureato. .)(. CONCORDIA FELIX DD. NN. *Concordia felix Dominorum nostrorum duorum*, Maximiani patris, & Maximiani junioris. Augusti duo dextras jungunt. Infra, P L C. *Primæ Lugdunensis civitates.* Est ex ære mediocri, apud D. ALBARET.

ANNUS XXVI.

GAL. VAL. MAXIMINVS NOB. CAES. capite laureato. .)(. VIRTVS EXERCITVS. Mars gradivus cum hasta & spoliis. In medio, E / K X *Anno quinto* Gal. Maximiani Aug. Καίσαρ χαίρειν, *Cæsar bene valeto.* Infra, ALE. Primæ Lugdunensis Edicto. Est ex ære mediocri, in Museo Domus Professæ nostræ.

ANNUS XXVII.

GAL. VAL. MAXIMINVS NOB. CAES. capite laureato. .)(. GENIO CAESARIS. Genius stat, cum patera & Cornucopiæ. In media nummi area, ϛ / K P *Anno sexto* Maximiani Aug. Καῖσαρ ῥωννύτω, *Cæsar bene valeto.* Infra, ALE *Primæ Lugdunensis Edicto.* Ex ære mediocri, apud P. JOBERT.

Hoc anno post annos quinque gesti principatus magistratu cedit Gal. Val. Maximianus Aug. Maximinus & Licinius creantur Augusti: & ille quidem in locum Maximiani patris, iste in Severi locum, ut videtur.

Nummi Gal. Maximiani post ipsius obitum a Maximino F. cusi.

DIVO MAXIMIANO MAXIMINVS AVG. FIL. *Maximinus Augustus, filius.* Caput laureatum Gal. Maximiani. .)(. AETERNAE MEMORIAE GAL. MAXIMIANI. *Galerii Maximiani.* Ara cum aquila, Romani Imperatoris Symbolo. Infra, ALE. *Primæ Lugdunensis Edicto.* Est ex ære mediocri, apud D. FOVCAVLT. Filium se Maximiani prædicat Maximinus, quem filium sororis ejus historici mentiuntur: cum ratio ipsa nominum Romanorum cogat fateri, genitum esse oportere ex Maximiano Maximinum; nec posse hunc esse ex sorore Maximiani.

DIVO GAL. MAXIMIANO AVG. capite velato. .)(. FORTI FORTVNAE. Dea stans, sinistra Cornucopiæ, dextra temonem tenet. Infra, litteræ sunt usu detritæ: latere sinistro, B. Fabricæ *secundæ.* Est ex ære minimo nummus perpulcher, apud P. DE VITRY, Societatis JESV. Quo ex numismate, ob vocem AVG. discimus, immortuum esse Galerium Maximianum in ipsomet principatu. Apud Occonem, pag. 527. est idem nummus, sed deest AVG. titulus. Et infra habet S I S Nummus *Siscienfium.*

Nummi Constantini & Maximini Augg.

IMP. C. CONSTANTINVS P. F. AVG. capite laureato, eodem plane vultu, atque in nummis inscriptis, FIL. AVGG. de quibus mox dicemus. .)(. IOVI CONSERVATORI AVGG. NN. *Jovi Conservatori Augustorum duorum nostrorum*, Constantini nimirum, & Maximini, qui ambo cultui Jovis addicti. Stat Juppiter, læva hastam puram tenens, dextra Victoriam, quæ coronam Jovi imponit. Ad pedes Jovis, aquila Romana, quæ & Jovem suspicit, & coronam rostro tenet. Infra, T S. H. *Treverensis secundæ* tributum *octavum.* Nummus est eximius ex ære mediocri, in Museo P. JOBERT.

CON-

CONSTANTINVS FIL. AVGG. capite laureato, senili vultu. .)(. CONSVL. DD. NN. *Consulatu Dominorum duorum nostrorum.* Constantini scilicet & Maximini, ut mox patebit: quo primum anno fuere ambo ex omnibus Augustis soli filii Augustorum duorum. Stat in hac nummi area Constantinus togatus, dextra orbem Romanum tenens, læva scipionem imperatorium. Latere nummi lævo, Z. *septimum* tributum; *la septième contribution.* Infra, SMTS *Societas Mercatorum Treverensis secundæ.* Nummus est aureus sane præclarus, cujus visendi copiam Patri JOBERT, deinde & nobis fecit D. Vaillant. Consules ambo igitur in Occidente, Constantinus & Maximinus, in attributa sibi quisque imperii parte. Supra, anno XXV. similiter reperias in nummo Maxentii CONSVL. pro significando Consulatu.

CONSTANTINVS FIL. AVGG. capite laureato: vultu senili; eodem plane, atque in nummis reliquis, quos huic Constantino tribuimus. Neque illa sane natalium gloriatio in senem apte convenit; nisi qui nuper ad imperium sit vocatus: qualis hic unus e Constantinis fuit. .)(. GENIO AVGVSTI. Genius stat cum patera & Cornucopiæ. Latere dextro, Luna crescens: lævo, B *secundum* tributum: infra, S I S. *Siscienfium.* Est nummus ex ære, argento mixto, primæ molis, in Cimelio D. FOVCAVLT. *Filius Augustorum duorum* dicitur Constantinus, quia filius Constantii Aug. & idem gener Gal. Val. Maximiani Aug. Quemadmodum, opinor, qui apud Matthæum Joseph filius Jacob dicitur, idem est apud Lucam filius Heli, sive gener; quem Galli appellant, *gendre, beau-fils.* ita Davidem generum suum compellat Saul, 1. Reg. XXIV. 17. *Numquid vox hæc tua est, FILI MI David?* ubi filius pro genero est. Sexagenarium Constantinum nummi tres isti exhibent.

MAXIMINVS FIL. AVGG. capite laureato. .)(. GENIO AVGVSTI. Genius stat cum patera & Cornucopiæ. Latere dextro, Luna crescens: lævo, Γ *tertium* tributum: infra, S I S. *Siscienfium.* Ex ære simili, in Museo San-Genovefano. Consensum Maximini atque concordiam cum Constantino, suadet similitudo indiscreta nummorum ac titulorum, idemque fabricæ locus. *Filius Augustorum* dicitur Maximinus, quia Gal. Val. Maximiani Aug. filius, idemque gener Constantii Aug. fuit; quem proinde socerum habuit, *beau-pere.* Ipse autem non modo filius Augustorum, sed jam tum Augustus fuit, cum hic nummus cuderetur, ut pagina nummi postica admonet. Hos vero titulos apponi nummis suis Constantinus & Maximinus curasse videntur, ad deprimendos natales duorum aliorum Augustorum, Maxentii Liciniique, qui nihil possent hujuscemodi in suis nummis inscribere: eo quod uterque gener tantum esset Augusti unius: iste Diocletiani, ille Maximiani Herculii: sed natus uterque ex patre, qui esset homo privatus.

Maxentii Aug. Nummi.

MAXENTIVS P. F. AVG. capite laureato. .)(. PRINCIPI IVVENTVTIS. De hoc nummo scripsimus ad nobilissimum Virum D. de BALLONFFEAUX, Epternacensem tunc Judicem prope Luxemburgum: nunc Regis Consiliarium Luxemburgi.

Nummi Maximiani junioris Augusti.

IMP. MAXIMIANVS P. F. AVG. capite laureato: vultu annorum vix XXVII. Ipse est, quem anno XXV. vidimus appellatum esse Maximianum juniorem Augustum, ad huc nimirum superstite patre cognomine Gal. Val. Maximiano Aug. nunc vero patre defuncto Maximianus Aug. simpliciter nuncupatur. Nihil enim similius dici potest, quam sunt inter se similes nummi isti duo. Est iste ex ære mediocri apud P. ALBARET, e Societate JESU, nummus plane singularis. In aversa parte, GENIO POP. ROM. In medio, N. *Negotiatores;* Infra, PLC *Primæ Lugdunensis Civitatum.* Est & apud P. DU TRONCHOT.

IMP. C. VAL. MAXIMIANVS P. F. AVG. capite laureato: vultu vix annorum XXVII. .)(. GENIO POPVLI ROM. Genius stans. Hinc S. inde N. *Securitas Negotiatorum.* Infra, PTR. *Prima Treverensis.* Est ex ære mediocri, apud D. de BALLONFFEAUX, Luxemburgi.

IMP. MAXIMIANVS P. F. AVG. capite laureato, facie imberbi. .)(. GENIO POPVLI ROM. Cetera sunt priori similia: & est iste ibidem.

IMP. MAXIMIANVS AVG. .)(. IMP. MAXIMINVS AVG. Nummus est apud Mediobarbum, pag. 444. sed ex schedis Fæschianis, hoc est, valde incertis.

Nummus Constantii & Fl. Val. Constantini Cæsarum, filiorum Fl. Val. Constantii primum Cæsaris, deinde & Augusti.

CONSTANTIVS NOBIL. C. capite laureato; vultu annorum XXX. .)(. FL. VAL. CONSTANTINVS NOB. C. capite laureato, vultu annorum XXV. Est nummus singularis, ex ære mediocri, in Cimelio P. CHAMILLART. Duo sunt hi fratres, filii Fl. Val. Constantii, primum Cæsaris, deinde & Augusti: quorum major natu Constantius est; minor, Constantinus. Constantius absque nominibus Fl. Val. appellatur; quoniam solus esset Cæsarum Constantii nomine: itaque absque illis nominibus satis agnoscebatur ex solo Constantii nomine. Frater natu minor adsciscit familiæ seu gentis suæ nomina; quoniam cum esset alter simul Constantinus Imp. e familia Julia, decuit hunc Cæsarem nominibus familiæ suæ ab eo discriminari.

FL. VAL. CONSTANTINVS NOB. C. capite laureato. .)(. In corona laurea, VOTIS X. Est ex ære minimo, ibidem.

Nummi Fl. Val. Constantini Cæsaris.

FL. VAL. CONSTANTINVS NOB. C. capite laureato, vultu annorum fere XXV. .)(. MARTI PATRI PROPVGNATORI. Mars gradivus. In medio SA *Spes Augusta.* Infra, PTR *Prima Treverensis.* Est ex ære magno & mediocri, in museo nostro. In alio, MARTI PATRI PROPVG. Alius in Museo Domus Professæ, PLC *Primæ Lugdunensis civitates;* vel *Prima Lugdunensium civitas.*

Eadem inscriptio: .)(. GENIO POPVLI ROMANI. PTR & PLC. Uterque ex ære minimo, apud D. FOVCAVLT. Apud P. du Tronchot, PLN *Primæ Lugdunensis Negotiatores,* ex ære mediocri.

Eadem inscriptio. .)(. PRINCIPI IVVENTVTIS. Tenet signa militaria. Hinc S inde A. *Spes Augusta.* Infra, PTR. *Prima Treverensis.* Est ex ære mediocri, apud D. de Ballonffeaux.

Eadem superscriptio. .)(. PLVR. NATAL. FEL. in corona laurea. Hoc est, anno isto, non unius Augusti Pii Felicis, sed *plures natales felices,* vel *felicium* celebrantur; nempe Licinii & Maximini Augg. Nam uterque P.F. Cum utriusque autem Augusti natali, Cæsaris ipsius natalis in eumdem annum incurrit. Est apud Du-Cangium, in familiis Byzant. Tab. 3. & apud D. DE BALLONFFEAUX, Luxemburgi: ex ære minimo.

ANNUS XXVIII.

Votis quinquennalibus solutis, decennalia Maxentius suscipit.

IMP. C. MAXENTIVS P. F. AVG. capite lau-

reato. .)(. HERCULI COMITI AUG. N. Hercules cum clava & spoliis. Est ex ære minimo, in Museo San-Genovefano. Aureus in Thesauro Regio.

Eadem inscriptio. .)(. VICTORIA AETERNA AUG. N. Victoria pede altero insistit cymbæ seu navigiolo; tenetque clypeum, in quo VOT. X. Retro, captivus sedet. Infra, A Q. *Aquenses.* Victoria anni XXV. adhuc anno isto prædicatur; eo quod in causa fuit, cur decennalia Maxentio sint decreta. Navigiolum seu cymba, situm urbis Treverensis ad Mosellam indicat: quam urbem victoria de Germanis relata Maxentius conservasse in nummis suis dicitur. Est iste in museo nostro, ære minimo. Alius, in Cimelio D. FOUCAULT, habet M O S T T. *Mercatorum omnium secundæ Treverensis tertium* tributum. Alius ibidem, T S *Treverensis secunda.*

MAXENTIUS P. F. AUG. caput tectum pelle leonina, ad virtutem Augusti significandam. .)(. VOT. X. FEL. Γ. in corona laurea. *Votis decennalibus felicibus* vel *Felicis*, nempe Maxentii P.F. *tertium* tributum. Est ex ære minimo, in Museo P. JOBERT.

Eadem inscriptio, & idem oris habitus. .)(. VOT. X. FEL. RT. *Votis decennalibus felicibus*, *Remorum tertium* tributum. Est e museo nostro, ære minimo. Decennalia vota felicia, vota sunt pro Imperatore, P. F. AUG.

Eadem inscriptio. .)(. HERCULI COMITI AUGG. ET CAES. N. Hercules cum clava. Infra, P R *Primum Remorum* tributum. Aureus in Thesauro Regio. Concordiam Maxentii cum altero saltem Augusto & Cæsare, hic nummus significat.

ANNUS XXIX.

Nummi Maximini Aug.

IMP. MAXIMINUS P. F. AUG. capite laureato. .)(. GENIO POPULI ROMANI. Genius stans cum patera & Cornucopiæ. Hinc T inde F *Temporum felicitas.* Infra, PTR. *Prima Treverensis.* Ex ære minimo, in Museo P. JOBERT, & nostro.

IMP. C. GAL. VAL. MAXIMINUS P. F. AUG. capite laureato. .)(. BONO GENIO IMPERATORIS. Genius, ut supra. Latere lævo B *secundum:* infra, ANT. *primæ Narbonensis tributum.* Ex ære mediocri, in Cimelio Domus Professæ.

Eadem superscriptio. .)(. BONO GENIO PII IMPERATORIS. In media area, B / K X *Anno secundo.* Καίσαρι Χαίρειν, *Cæsar bene valeto.* Infra, A L E *primæ Lugdunensis Edicto.* Est ex ære minimo, in Cimelio D. FOUCAULT.

IMP. MAXIMINUS P. F. AUG. capite laureato. .)(. SOLI INVICTO COMITI. Sol stat, radiato capite, dextra elata; læva gestat orbem. A Solis numine pervigilem assiduamque provinciæ administrandæ curam, indefessamque in publicis negotiis operam Augusto suggeri, hæc superscriptio significat. Infra, M O S T T *Mercatorum omnium secundæ Treverensis tertium* tributum. Est æris minimi, in museo nostro.

IMP. C. GAL. VAL. MAXIMINUS P. F. AUG. capite laureato. .)(. SOLE INVICTO. Sol stat, dextra elata, sinistra tenet caput Serapidis. In medio S. Infra, ANT. *Secundum primæ Narbonensis tributum.* Vidimus ex ære mediocri, apud Abb. Mezzabarba.

Nummi Imp. Licinii.

IMP. C. VAL. LIC. LICINIUS P. F. AUG. capite laureato. .)(. GENIO IMPERATORIS: ut in Maximini nummo. Infra, M T A *Mercatorum Treverensium primum* tributum. Ex ære mediocri, in museo nostro. Apud Occonem pag. 545. præterea, HTΓ. HTΔ HTε. pro MTΓ MTΔ MTε. *Mercatorum Treverensium tertium, quartum, quintum.*

Eadem inscriptio. .)(. IOVI CONSERVATORI AUGG. *Jovi Conservatori Augustorum*, Licinii atque Maximini: quoniam uterque Jovius fuit, a Diocletiano Jovio, ut diximus. Juppiter stans, læva hastam tenet, dextra orbem, cui Victoria imposita coronam lauream Licinio imponit. In medio K X / B ut in Maximini nummo, tametsi alio litterarum situ, tamen eodem significatu: infra, A L E. Quæ si litteræ Alexandriam designarent, ecquod Alexandriæ demum jus aut imperium Licinio fuit? Est hic nummus ex ære minimo, in Cimelio D. Abb. FAUVEL.

Ejusdem: .)(. GENIO POP. ROM. In medio, T F *Temporum felicitas*, ut in nummo Maximini. Infra, B T R *secundum Treverorum* tributum. Ex ære minimo, apud P. JOBERT. In alio, e Museo San-Germanensi, P T R.

ANNUS XXX.

Nummi Imp. Constantini.

IMP. CONSTANTINUS P. F. AUG. capite laureato: vultu annorum L X. eodem atque in superioribus Constantini nummis. .)(. SOLI INVICTO COMITI. ut in nummo Maximini. Adhuc iste sexagenarius Constantinus, Solis numen colit. Infra, S A R ut videtur. *Secundum Arelatensium* tributum. Est ex auro quidem, sed inferioris notæ, in Cimelio D. Abb. FAUVEL.

Eadem inscriptio: .)(. SOLI INVICTO COMITI. ut supra. In medio C S *Claritas sæculi.* Infra, S A R L. *Secundum Arelatensium* tributum. In museo nostro.

Eadem inscriptio, idemque vultus. .)(. SOLI INVICTO COMITI. ut supra. In medio, T F. *Temporum felicitas.* Infra, S A R L. ut proxime. In Museo nostro.

IMP. CONSTANTINUS P. F. AUG. vultu eodem. .)(. S P Q R OPTIMO PRINCIPI. Aquila legionaria, inter duo signa militaria. Infra, R S *Remorum secundum* tributum. In museo nostro, & apud P. CHAMILLART. Alius R T *tertium:* apud D. FOUCAULT. Alius rursum in Museo San-Genovefano, R Q *quartum.* Alius apud P. Chamillart, M O S T Γ *Mercatorum omnium secundæ Treverensis tertium* tributum. Alius ibidem, M O S T S *sextum.*

Nummi Maximini Imp.

IMP. MAXIMINUS P. F. AUG. capite laureato. .)(. S P Q R OPTIMO PRINCIPI. Aquila legionaria inter duo signa militaria. Infra, M O S T T. *Mercatorum omnium secundæ Treverensis tertium* tributum. Est ex ære minimo, in museo nostro, & Domus Professæ nostræ in hac Urbe.

Nummi Licinii Imp.

IMP. LICINIUS P. F. AUG. capite laureato. .)(. S P Q R OPTIMO PRINCIPI. Aquila legionaria inter duo signa militaria. Infra, S M O S T Q *Societatis Mercatorum omnium secundæ Treverensis quartum* tributum. Est ex ære minimo in Museo nostro. Similitudo fabricæ, tituli, & argumenti, in nummis Constantini, Maximini, & Licinii, unanimem eorumdem inter se & cum Senatu P Q R. consensum concordiamque declarat.

ANNUS

ANNUS XXXI.

IMP. C. MAXENTIVS P. F. AVG. capite laureato. .)(. AETERNITAS AVG. N. Castor & Pollux pila tenent, equos freno retinent: ad pedes, lupa cum gemellis. Infra, MOSTR. *Mercatores omnes secundæ Treverensis.* Ex ære mediocri, in Museo D. BAVDELOT. In alio apud D. FOVCAVLT, legitur MOSTB *Mercatorum omnium secundæ Treverensis secundum* tributum. Inscriptio nummi cum lupa & gemellis significat, ex Romulo ducere originem Augustos Pios Felices, qualis Maxentius est. Cum Castore & Polluce, immortale æternumque genus Augustorum esse, ex quibus est Maxentius.

IMP. MAXENTIVS DIVO ROMVLO NV. FILIO. Caput Romuli adolescentis nudum. .)(. AETERNAE MEMORIAE. Templum, cui aquila superposita. Infra, R E P *Remorum primum* tributum. Est ex ære mediocri, in Museo San-Genovefano, & D. BAVDELOT. *Nostræ Urbis Filium*, (ne quis ibi quidquam astutius cogitet) Romulum Maxentius appellat, nempe Remensis; qua in urbe, provinciæ suæ, Treverensis secundæ, primaria, lucem primum aspexisse filium suum, vel Maxentius prædicat, vel ipsi Remenses. Gallicismus hic hodieque perseverat, cum dicimus, *Enfant de Paris, de Troyes, d'Orleans*, &c.

DIVO ROMVLO NVBIS CONS. capite Romuli nudo. .)(. AETERNAE MEMORIAE. Templum cui aquila superposita. Infra, R P *Remorum primum* tributum. Est ex ære mediocri, in Museo San-Genovefano. In alio apud D. FOVCAVLT, R S *secundum:* In alio, demum e museo nostro, R E Q *Remorum quartum.* In altero ibidem, MOST. *Mercatores omnes secundæ Treverensis.* Jam NVBIS CONS. interpretari lubet, *Nostræ Urbis bis Consuli*, potius quam *Nostræ Urbis Consuli* tantum. Quamquam in nummis numquam me legere memini BIS: sed in inscriptionibus dumtaxat vox ea occurrit apud Gruterum, ut alias indicavimus, BIS DVVMVIR. Suspectis autem uti testibus nobis quidem religio est. Tametsi videri potest aliud esse BIS COS. aliud COS. ITER. Nam qui bis Consul dicitur, jam bis eo magistratu perfunctus intelligitur: qui vero COS. ITER. is est, qui nunc secundum eo honore ac loco potitur. N V autem, vel V N tantum poni, pro *Urbis nostræ*, alii nummi hoc ipso ævo docent: & in nummis Maxentii, qui Romuli pater, CONS. pro Consule, bis occurrit. Occo denique refert, in quibusdam hujusce Romuli nummis, legi NV. COS. quod est haud dubie, *Nostræ Urbis Consuli.*

Certe raptus e vivis adolescens, necdum per ætatem, ut mos erat istorum temporum, inter Cæsares cooptatus, non potuit alium gerere magistratum, præter Consulatum Urbis suæ: non Consulatum κατ' ἐξοχὴν, sive Reipublicæ Consulatum: qui solus in nummis Augustorum exprimitur. Usque ad Eraclii Aug. tempora saltem perseverasse Reipublicæ Consulatum, nummus egregius docet, e Cimelio D. FOVCAVLT: dm. N. ERACLIO CONSVL. II. *Domino nostro Eraclio Consuli iterum.* Talis Maxentii Aug. Consulatus fuit, qui CONS. & CONS. II. præcise dicitur: cujus & FEL. PROCES. CONSVL. AVG. N. in altero nummo prædicatur.

Consul autem Urbis est, quem plurimæ civitates in Gallia Scabinum vocant. Quo spectasse fortassis Ausonium aliquis existimet, de Urbibus:

Diligo Burdigalam, Romam colo: civis in illa,
Consul in ambabus.

At ne Cæsar quidem, inquam, Romulus fuit: quoniam illis temporibus Cæsares nulli appellabantur ante annum ætatis fere quinquagesimum, ut nummi testantur Gal. Maximiani, Constantii utriusque, Severi, Constantini gemini, Maxentii, Maximini: tametsi postea immutata hæc ratio est. Itaque fuit Romulus Consul Urbis, non Orbis: Nec urbis Romæ, sed Remensis: ubi etiamnum summus inter cives magistratus est annuus. Non fuit certe aliquando Urbs Roma, Urbs Augustorum aut Cæsarum sed Senatus Populique Romani, hoc est, sui plane juris. Quamobrem neque in nummis V N. *Urbs nostra*, vel VRB. AVGG. occurrit, ante hoc Diocletianeum Constantinianumque ævum, quo jussi sunt Augusti sedem in provinciis, hoc est, in Galliis figere: Arelate, Narbone, Nemausi, Lugduni, Remis, Treveris. Tunc *Nostram Urbem* dicere Augustis licuit; quo fere modo Reges nostri ponunt in suis edictis, *Nôtre bonne Ville de Paris.*

ANNUS XXXII.

MAXIMINVS P. F. AVG. capite laureato. .)(. VICTORIA CONSTANTINI AVG. Victoria dextra coronam, læva palmam gerit. Infra, P R *Primum Remorum* tributum. Est aureus, idemque singularis in Thesauro Brandeburgico nummus, tomo 2. pag. 172. quo concordia Maximini & Constantini Augustorum rursum adseritur.

ANNUS XXXIII.

IMP. MAXENTIVS P. F. AVG. CONS. II. caput laureatum: vultu annorum fere LX. Dextra gerit scipionem Consularem, cujus in apice aquila est, Romani imperii symbolum .)(. CONSERV. VRB. SVAE. Templum, in quo Juppiter stat cum hasta. AQΓ *Aquensium tertium* tributum. Ex ære mediocri, in Museo San-Genovefano, & apud Baronium, anno 309. num. 2.

MAXENTIVS P. F. AVG. caput galeatum cum hasta & clypeo. .)(. VICTORIA AETERNA AVG. N. Victoria Romana sedens tenet scutum, in quo VOT. XX. FEL. *Vota vicennalia felicia.* Ergo hunc saltem annum imperii undecimum vidit: quo anno suscipi vota vicennalia mos fuit. Infra, MOSTP *Mercatorum omnium secundæ Treverensis primum* tributum. Est ex ære mediocri, in Museo P. JOBERT, & nostro.

MAXENTIVS P. F. AVG. caput tectum pelle leonina. .)(. SAECVLO FELICI AVG. N. Duæ Victoriæ clypeum tenent, in quo VOT. XX. Infra, R P *Remorum primum* tributum. Ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT.

Maxentio decreta Vicennalia ad pompam & honorem dumtaxat, nempe ut satisfecisse Senatui Populoque Romano videretur; sed eumdem nihilominus eo ipso anno post vota suscepta, fuisse in Urbem e provincia revocatum, ex eo conjicimus, quod in nummis minime legitur, VOT. XX. MVL. XXX. Vide quæ de isto more dicturi sumus, anno LXVIII.

ANNUS XXXIV.

Nummi Licinii Aug.

IMP. C. VAL. LIC. LICINIVS P. F. AVG. capite laureato. .)(. GENIO IMPERATORIS. Genius cum cornucopiæ & patera. Latere dextro sidus solis; Lunæ, sinistro. Infra, N T Є. *Narbonensium tributum quintum.* Est ex ære mediocri, in Museo P. CHAMILLART.

Nummi Maximini Aug.

IMP. C. GAL. VAL. MAXIMINVS P. F. AVG. capite laureato. .)(. GENIO IMPERATORIS. Hinc sidus Solis: inde Z *septimum* tributum. Ex ære mediocri, in Museo nostro.

Hoc

Hoc anno labente post annos septem gesti principatus Maximinus Aug. eo cedit. Domitius Domitianus ei ad aliquod tempus subrogatus videtur. Fl. Val. Constantinus, qui Cæsar hactenus fuit, Augustus & Imp. perpetuus appellatur.

IMP. C. FL. VAL. CONSTANTINVS P. F. AVG. capite laureato: vultu annorum XXXII. aut paulo amplius. .)(. GENIO AVGVSTI. Infra, S.... litteræ sunt usu detritæ. E museo nostro, æris minimi.

Eadem inscriptio. .)(. SOLI INVICTO. Sol stans. Latere dextro A. sinistro sidus Solis.

ANNUS XXXV.

IMP. ALEXANDER P. F. AVG. capite cincto gemmis. .)(. INVICTA ROMA FELIX KARTHAGO. Stans dea spicas duas dextra tenet, sinistra papavera duo: symbola ubertatis agrorum. Sententia inscriptionis est: Dum Roma stabit invicta, Carthaginem felicem ac beatam fore. Est enim illud, *Invicta Roma*, in sexto casu; ut constet inscriptio sententia unica, quæ solam Carthaginem respiciat; quandoquidem sola ea pingitur in area nummi. Quemadmodum nummus inscriptus, INT VRB hanc interpretationem habet; *Jove Narbonis tutatore Vrbs Roma beata.* Sic in numismate maximæ molis ex ære in Gaza Regia, cum effigie Genii Vrbis Romæ capite galeato, epigraphe est, ROMA INVICTA FELIX SENATVS. Hujus Alexandri ætas ex nummi fabrica referre videtur Maxentii tempora: neque alia de causa a nobis hic collocatur. Ortum eum ex Imp. Severo Alexandro esse cognomen ipsum Alexandri prædicat; sed & ex matre Pia Felice; unde & ipse *Pius Felix* est: cum Severus Alexander *Pius* quidem fuerit, sed *Felix* non fuerit; hoc est, non ex posteris Commodi Pii Felicis originem traxerit. Consensum fuisse maximum Alexandri hujus cum Vrbe & Romano Senatu, epigraphe ipsa nummi clamat. Nummus est ex ære mediocri apud Patinum, pag. 454.

ANNUS XXXVI.

Nummi Fl. Jul. Constantini, Licinii, & Domitiani.

IMP. CONSTANTINVS P. F. AVG. vultu senili admodum. .)(. IOVI CONSERVATORI. Stat Juppiter; læva hastam tenens: læva Victoriam: ad pedes, aquila. Latere lævo, Γ *tertium* tributum: infra, SIS. *Sisciensium.* Ex ære minimo in Museo nostro. Est hic Constantinus idem, qui ante annos decem FIL. AVGG. Et illic quidem fere sexagenarius, æque ac Maximinus, ethnicus: cujus utriusque GENIO AVGVSTI litant Siscienses: hic adhuc sexagenario longe major, IOVI CONSERVATORI, æque ac Licinius, ipse litat.

IMP. LICINIVS P. F. AVG. capite laureato. .)(. IOVI CONSERVATORI, ut proxime. Δ *quartum* tributum: infra, SIS. *Sisciensium.* Ex ære minimo, apud P. JOBERT: & ex ære mediocri apud P. CHAMILLART.

IMP. C. L. DOMITIVS DOMITIANVS AVG. capite nudo, quia minor & secundi ordinis Augustus; nec Perpetuus; sed veluti subsidiarius, & in triennium ad summum Lugdunensi primæ Præfectus. .)(. GENIO POPVLI ROMANI. Genii stantis effigies. Latere lævo, Γ *tertium* hujus formæ numisma. Infra, ALE. *Primæ Lugdunensis Edicto.* Ex ære mediocri, in Cimelio D. BEGON. Et materies nummi, & ipsa forma, & vox ALE, quæ in usu non fuit ante Diocletiani tempora, clamant ad istum circiter annum referri hunc nummum oportere; tametsi ad tempora Gallieni Trebellius Pollio revocet, in Macriano. Est huic simillimus apud P. CHAMILLART, sed Domitii Domitiani capite laureato. Latere lævo, A *primum* numisma. Infra, ALE. *Primæ Lugdunensis edicto.* Similis alius apud D. FOUCAULT: sed cum littera B *secundum*: & infra, ALE.

ANNUS XXXVII.

Nummi Imp. Licinii.

Vicennalia Imp. Licinii hoc anno celebrantur.

IMP. LICINIVS AVG. capite laureato. .)(. In corona: VOT. XX. MVLT. XXX. TS A. *Votis vicennalibus, multa tricennalia. Treveri Senatores, primum* hoc numisma anno isto cudunt. Ex ære minimo, nummus eximius, in Cimelio P. CHAMILLART.

IMP. LICINIVS P. F. AVG. capite laureato. .)(. GENIO POP. ROM. Genius stat. In medio S F *Seculi felicitas.* Infra, PLN *Primæ Lugdunensis Negotiatores.* In alio, T Γ *tributum tertium*; infra PTR *Primæ Treverensis.* Uterque ex ære minimo, in Museo nostro. In alio quem vidimus, pariter S F. Infra, MLL. *Mercatores Lugdunenses.*

IMP. LICINIVS AVG. capite laureato. .)(. D. N. LICINIVS AVGVSTI, in laurea; VOT. XX. Infra, S ☩ A *secundum Arelatensium* tributum. Est ex ære minimo, in Museo P. CHAMILLART, & nostro. Non est Christianæ religionis index, illa crucis exiguæ effigies in Luna crescente. In alio simili e Museo nostro est ASIS. *Primum Sisciensium* tributum.

IMP. LIC. LICINIVS P. F. AVG. capite laureato. .)(. IOVI CONSERVATORI Juppiter stans, dextra fulmen, læva hastam tenet. Ad pedes, aquila rostro coronam gerit. Latere lævo A/N *Primum Negotiatorum* tributum; infra. SIS. *Sisciæ.* Ex ære minimo, in Cimelio D. FOUCAULT.

Eadem inscriptio. .)(. GENIO AVGVSTI. deinde Γ *tertium* tributum; Infra, SIS. *Sisciensium.* In Museo San-Genovefano, ære mediocri.

VAL. LICINNIANVS LICINNIVS P. F. AVG. capite laureato. .)(. GENIO AVGVSTI. D. N. Genius cum Cornucopiæ & patera. Infra, MKVΓ, *Mercatorum Karthaginiensium vectigal tertium.* Est ex ære minimo in Cimelio D. FOUCAULT. A Diocletiano, cujus heres ex semisse Licinius fuit, Valerii nomen habet: a conjuge deinde Licinia, alterius Liciniæ familiæ herede, Licinianus est appellatus. Nam ea vis est nominum desinentium in *ianus*, ut ubi primum occurrunt, ab uxore in maritum transfusa ea intelligi oporteat; quemadmodum a Domitia in Domitianum Vespasiani filium. A sua denique paternaque familia Licinius appellatur; duos nempe Liciniæ gentis surculos in se uno complexus: & alterum quidem nobiliorem ac primarium gentis Liciniæ ramum, ex quo olim Augusti & Cæsares in Valeriani & Gallieni familia fuere, in se revocans per uxorem: nam id Liciniani nomen priore loco positum admonet. Sicut e diverso *Domitius Domitianus*, de quo supra, cui illud alterum nomen fuit ab altero Domitiæ gentis surculo; sed inferiore quam suo, e quo utique Imp. Domitius Aurelianus prodierat, Domitiani nomen secundo loco apposuit. Domitiæ enim gentis ramum, ex quo ille traxit originem, in primis nobilem esse oportuit; in quem, cum esset e Claudia gente in primis nobili, inseri adoptione voluerit. Est autem, ut patri, sic filio Licinio Liciniani nomen, eo quod erat ille in matris bona ea conditione secundus heres institutus.

Constantinus Imp. e familia Julia, hoc eodem anno obit. Ei subrogatur Imp. Constantinus Aug. e familia Claudia: Constantino Constantini nuper defuncti filio, dicto Principe Senatus & civitatis eodem fere tempore. Itaque mansit ille in Urbe: quæ causa

sa est quamobrem nulli ipsius nomini, dum in vivis fuit, nummi cusi fuerint: nam hoc ævo solis Augustis, qui essent in provincia, nummi a provincialibus cudebantur.

Nummi Imp. Constantini Aug. e familia Claudia.

CONSTANTINVS P. F. AVG. capite laureato.)(. VOTIS V. MVLTIS X. in ambitu nummi. Victoria deinde scribit in clypeo, VICTORIA AVG. Quam nempe prius sub Maxentio, opinor, Imperatore Legatus, circa Treveros anno XXV. sæculi hujusce retulerat; ea nunc, cum primum licuit, in nummo signatur. Infra, TR. *Treveri.* Est aureus, in Thesauro Regio, & apud Occonem, pag. 535. & apud D. Marchionem de MONTAVBAN.

CONSTANTINVS AVG. capite laureato: vultu annorum circiter XXV. aut certe paulo plurium.)(. SOLI INVICTO. Sol stat, læva orbem tenens. Infra, P TR. *Prima Treverensis.* In museo nostro, ex ære minimo. Alius ibidem, MARTI CONSERV. Infra, P TR.

ANNUS XXXVIII.

IMP. CONSTANTINVS P. F. AVG. capite laureato.)(. SOLI INVICTO COMITI. In medio SF *Sæculi felicitas.* Infra, PLN. *Primæ Lugdunensis Negotiatores.* In alio, T F *Temporum felicitas.* Infra, PLC *primæ Lugdunensis civitates.* In museo nostro, & alibi passim obvii.

Eadem inscriptio.)(. VIRTVS MILITVM. Castra. Infra, TR. vel PTR. Est ex argento puro, molis perexiguæ, in Thesauro Regio, in Cimelio D. FOVCAVLT. D. Abb. FAVVEL.

CONSTANTINVS P. F. AVG.)(. CONSVL. P P. PROCONSVL. Hoc est, *Perpetuus Proconsul.* Ipse togatus orbem dextra tenet, læva bacillum imperatorium. Infra, ANT. *Primæ Narbonensis tributum.* Est apud Occonem aureus, pag. 535. & 537. Gestum a Constantino semel Consulatum ante hunc annum titulus Perpetui Proconsulis admonet, ut diximus anno hujus seculi nono.

ANNUS XXXIX.

CONSTANTINVS AVG. capite galeato, cum clypeo & hasta.)(. COMITI AVGG. NN. Sol cum flagello, & orbe quem læva tenet. Infra, PL N. *Primæ Lugdunensis Negotiatores.* Ex ære mediocri, apud D. FOVCAVLT. Est & in Cimelio nostro, sed capite laureato. Augusti duo, Constantinus, & Licinius qui senior Aug. idemque Solis cultui deditus, æque ac Constantinus e familia Claudia.

ANNUS XL.

IMP. LICINIVS P. F. AVG. capite laureato.)(. SOLI INVICTO COMITI. In medio, TF *Temporum felicitas*, vel *Tempora felicia*, ut in nummo Constantini aureo apud Occonem: simul Solis sidus, quod est Augusti symbolum. Infra, PARL *Primum Arelatensium* tributum. Ex ære minimo, in museo nostro.

ANNUS XLI.

Nummi Licinii Imp.

IMP. LICINIVS AVG. capite laureato.)(. IOVI CONSERVATORI AVG. Aquila Augustum portat, qui læva bacillum Imperatorium, dextra fulmen gerit. Infra, T ARL *Tertium Arelatensium* tributum. Est e museo nostro, æris minimi. Alius ex argento, P TR *Prima Treverensis.*

Eadem inscriptio:)(. IOVI CONSERVATORI AVG. Juppiter stans, dextra fulmen, læva hastam tenet. Ad pedes, aquila coronam rostro gerit. Latere lævo, S *secundum* tributum; infra, SMN *Societatis Mercatorum Narbonensium.* E museo nostro, æris minimi.

IMP. C. VAL. LICIN. LICINIVS P. F. AVG. capite laureato.)(. IOVI CONSERVATORI, ut proxime. Latere lævo, B *secundum* tributum: infra, SMN *Societatis Mercatorum Narbonensium.* Ex ære minimo, apud P. JOBERT.

IMP. LICINIVS AVG. capite laureato: læva bacillum imperatorium gerit: dextra codicillos.)(. IOVI CONSERVATORI AVGG. Licinii, & Fl. Val. Constantini, qui duo seniores, & in eodem Narbonensi tractu Augusti. Juppiter stat, ut supra. Latere dextro, corona laurea: lævo, A *primum* tributum; infra, SMK *Societatis Mercatorum Karthaginiensium.* E museo nostro, ære minimo.

Nummi Imp. Fl. Val. Constantini.

IMP. C. FL. VAL. CONSTANTINVS P. F. AVG. capite laureato, vultu ad annum XL. accedente: & ille tunc tamen adhuc ethnicus.)(. IOVI CONSERVATORI. Juppiter cum hasta, orbem tenet, cui Victoria imposita coronam Jovi imponit. Ad pedes aquila rostro coronam gerit. Latere lævo, II. *secundum* tributum vel beneficium; infra, SKM *Societatis Karthaginiensium Mercatorum.* Ex ære mediocri, in Museo San-Genovefano. Alius, lævo latere, Δ *quartum*; infra, SMK *Societatis Mercatorum Karthaginiensium* tributum. Alius, Z *septimum*; infra, SMN *Societatis Mercatorum Narbonensium* tributum, ut in nummo Licinii. E museo nostro uterque, ære mediocri: postremus etiam in Museo P. Chamillart. In alio ibidem, SMNB.

Eadem inscriptio.). IOVI CONSERVATORI AVGG. Nempe Fl. Val. Constantini, & Licinii, ut diximus in Licinio. Juppiter stat, ut supra. Latere lævo, B I / III *Benefico* vel *Bono Imperatori tertium*; infra, ANT. *primæ Narbonensis tributum.* Est ex ære minimo, in Cimelio D. FOVCAVLT. Sic in nummis Cæsaris Dictatoris, IIT· est *Imperator iterum*: & I. V. est *Imperator quintum.*

Eadem inscriptio:)(. IOVI & cætera, ut supra. In media area, hinc K inde B / X Infra, ALE. *Primæ Lugdunensis Edicto.* Ex ære minimo, in Museo P. CHAMILLART. In alio, e Cimelio D. FOUCAULT. scriptum est, ALE Δ. *Prima Lugdunensis edicto, quartum* numisma.

ANNUS XLII.

Hoc anno Cæsares tres creantur: Constantinus junior, filius Constantini Imp. e familia Fl. Claudia: Crispus, frater Constantini Principis, e familia Fl. Julia: & Licinius Licinii Aug. filius. Vota pro iis quinquennalia fiunt: ac simul decennalia Imp. Constantini. Non prius fuisse, posteriusve Cæsares creatos, docent eorumdem nummi, qui VOTA ipsorum X in VOTA Imp. Constantini quindecennalia: XV. in vicennalia incurrere admonent. Fecit nempe eorum ætas, huic adhuc impar Magistratui, ut in decennalia Constantini Imp. eorum inauguratio differretur, nec simul ii promoverentur cum Imp. Constantino.

Nummi Imp. Constantini e familia Fl. Claudia.

CONSTANTINVS AVG. capite laureato.)(. VOT. X. MVLT. XX. in corona laurea. E museo nostro, æs minutissimum.

 Eadem

Eadem inscriptio, capite galeato.)(. ROMAE AETERNAE. Roma sedens clypeum tenet, in quo scriptum est $\frac{X}{V}$ Hinc P inde R. *Decennalia, Quinquennalia, Populus Romanus* vovet. Nempe decennalia Augusti, quinquennalia Cæsarum. Infra, R S *Remorum secundum* tributum. Confer nummos similes Constantini & Licinii Cæsarum hoc ipso anno. Est hic nummus æreus in Museo P. JOBERT.

IMP. CONSTANTINVS P.F. AVG. capite laureato.)(. PRINCIPI IVVENTVTIS. Constantino juniori scilicet, filio Imp. Constantini. Stat ille inter duo signa militaria. Latere lævo, $\frac{M}{S}$ *Municipi suo;* infra, PLC *Prima Lugdunensium civitas.* Est ex ære mediocri, apud D. Abb. FAVVEL. Juventutem Romani appellavere, cives militiæ adscriptos, eosque pedites. Plinius, lib. VIII. sect. XLVI. inter Augusti mala, illud recenset: *Servitiorum delectum, IVVENTVTIS PENVRIA.* Et in nummis antiquis prope innumeris, qui his verbis inscribuntur, PRINCIPI IVVENTVTIS, a temporibus certe Diadumeniani Cæsaris, semper ille stat paludatus cum hasta; ac fere semper cum aquila legionaria, vel signis cohortium. Simili abusu vocis peditatum Galli vocant *l'Infanterie, les Fantassins:* Itali, *Fanteria;* quasi ab infantia, vel juventute. Itaque Princeps juventutis est, qui pedestribus copiis ab Imp. vel Senatu præficitur. Galli dicunt, *Qui commande l'Infanterie.* Cur Lugdunenses autem municipem suum Cæsarem appellent, dicetur anno sequente.

Eadem inscriptio.)(. PRINCIPI IVVENTVTIS. Stans capite cincto laurea, dextra orbem Romanum, læva hastam gerit. Infra, PLN *Primæ Lugdunensis Negotiatores.* In museo nostro, ex ære mediocri. Alius in Museo P. JOBERT, addit in medio litteras TF *Temporum felicitas.* Infra, PTR *Prima Treverensis.* Aureus in Thesauro Regio: CONSTANTINVS P. F. AVG. Capite laureato.)(. PRINCIPI IVVENTVTIS, ut proxime. Infra, PTR.

CONSTANTINVS P. F. AVG. capite laureato.)(. VICTORIA CONSTANTINI AVG. Victoria coronam ostentat & palmam. Ad pedes, captivi duo. Infra, SIS. *Sisciæ.* Aureus est, e gaza Regia. In altero simili, ibidem, pariter aureo, SM. TS. *Societas Mercatorum Treverensis secundæ.*

Eadem inscriptio, capite cincto corona e lapillis, mixta lauro: vultu vix annum XXX. referente)(. CONSTANTINVS AVG. Victoria, ut proxime. Infra, SIS. Ex argento puro, apud D. Abb. FAVVEL.

Eadem inscriptio, capite laureato.)(. VICTORE AVG. N. VOTIS X. MVL. XX. quæ tria postrema vocabula scribit in clypeo Victoria sedens ante trophæum. Infra, PT. *Primum Treverorum* tributum. Aureus e Thesauro Regio.

Caput gemmis cinctum, absque epigraphe.)(. CONSTANTINVS AVGVSTVS. Victoria gradiens cum palma & corona. Infra, CON. *Civitates omnes Narbonenses.* Est ex argento puro, in Thesauro Regio.

Constantini laureati vultus, absque epigraphe.)(. Laurea, cum inscriptione, CONSTANTINVS AVG. Infra, SMK. *Societatis Mercatorum Karthaginiensium quintum* tributum. Ex ære minimo, in Cimelio D. FOVCAVLT.

CONSTANTINVS P. F. AVG. capite laureato.)(. SECVRITAS REIPVBLICAE. Dea stat innixa columnæ, brachio lævo; dextra capiti imposita. Infra, TR. *Treveri.* Aureus e gaza Regia.

CONSTANTINVS P. AVG. capite laureato.)(. CLARITAS REIPVBLICAE. Sol dextra elata, læva orbem tenet. In medio, S P. *Securitas Publica*, vel *Perpetua.* Infra, PLN. *Primæ Lugdunensis Negotiatores.* Ex ære minimo, apud P. ROVDILHE, e Societate nostra.

Nummi Constantini junioris Cæsaris.

CONSTANTINVS IVN. NOB. C. capite laureato.)(. ROMAE AETERNAE. Et $\frac{X}{V}$ ut in nummo Imp. Constantini. Infra, R T *Remorum tertium* tributum. Ex ære minimo, in museo nostro.

CONSTANTINVS IVN. NOB. CAES. capite nudo, vix annorum XV.)(. CLARITAS REIPVBLICAE. Sol currens, radiato capite. Latere dextro, P *primum;* infra, PTR *primæ Treverensis* tributum. Ex ære minimo, in Cimelio D. FOVCAVLT. In alio, e museo nostro, Sol orbem læva tenet. Hinc T inde F *Temporum felicitas.* Infra, ATR. *Primum Treverorum* tributum.

FL. CL. CONSTANTINVS IVN. N. C. capite laureato.)(. PRINCIPI IVVENTVTIS. Stans paludatus, dextra hastam transversam tenet, orbem Romanum læva. Aureus est, e Cimelio Illustr. Comitis de Schwarzburg. Vox illa IVN. cognominem ei Cæsari fuisse simul alterum. sed Augustum, Fl. Claudium Constantinum admonet.

CONSTANTINVS IVN. NOB. C. capite nudo, hastam humero gerit.)(. VOT. V. MVLTA. X. CAESS. TS B. intra lauream. *Votis quinquennalibus, multiplicata decennalia Cæsarum.* Est ex ære minimo, in Museo nostro, & apud P. Chamillart. *Treveri Senatores secundum* hoc numisma cudunt.

FL. CL. CONSTANTINVS IVN. N. C. *Nobilissimus Cæsar*, capite nudo.)(. CLARITAS REIPVBLICAE. ut proxime. FT. *Felicia Tempora.* Infra, BTR *secundum Treverorum* tributum. Minimi æris, in Museo P. JOBERT. In San-Genovefano; FT & ATR. In alio e Domo Professa, T F & A T R. Sol in nummo pictus falsorum numinum cultui addictum fuisse Cæsarem docet.

CONSTANTINVS IVN. NOB. C. capite laureato.)(. CAESARVM NOSTRORVM. Deinde in laurea, VOT. V. *Votis quinquennalibus.* Infra, PLC *Primæ Lugdunensis civitates.* In alio, AQT *Aquensium tertium* tributum. Alius, Q A *quartum Arelatensium.* Ex ære minimo, in museo nostro.

Nummi Crispi Cæsaris.

FL. IVL. CRISPVS NOB. CAES. capite laureato.)(. SOLI INVICTO COMITI. Stat Sol capite radiato, dextra elata, læva tenet orbem. Hinc S inde F *Sæculi felicitas.* Infra, PTR *Prima Treverensis.* Est ex ære minimo, apud Du-CANGIVM, in familiis Byz. Tab. VIII. In nostro, sine litteris SF. infra legitur PLN *prima Lugdunensis Negotiatores.*

Eadem inscriptio.)(. CLARITAS REIPVBLICAE. Deinde T F & A T R. ut in nummo Constantini junioris. Est ex ære minimo, in Museo P. JOBERT.

D. N. FL. IVL. CRISPVS NOB. CAES. capite laureato.)(. VOT. V. MVLT. X. CAESS. in corona: *Votis quinquennalibus, multis decennalibus, Cæsarum.* Infra, TS: *Treverensis secundæ, quintum* tributum. Ex ære, apud D. Abb. FAVVEL.

IVL. CRISPVS NOB. C. capite laureato.)(. CAESARVM NOSTRORVM: deinde in laurea, VOT. V. Infra, RT. *Remorum tertium* tributum. In Museo nostro.

CRISPVS NOB. CAES. capite laureato: vultu annorum fere XXV.)(. PRINCIPI A IVVENTVTIS. Stat paludatus, & galeatus, cum hasta & clypeo. *Principi primo Juventutis:* Nam A ibi *primus* est: ut in nummis superius allatis. Ætas nostra diceret,

ceret, *Au Colonel General de l'Infanterie.* Suum quisque exercitus Augustum habuit, suumque Principem Juventutis. Ut omnibus autem exercitibus ille præerat ex Augustis, qui primarius & IMP. & P. F. diceretur: sic omni juventuti pedestrive militiæ Princeps primus Juventutis præerat. Latere lævo nummi hujus, littera P *Pensio*, vel *præstatio*; infra Q R *quarta Remorum.* Est ex ære minimo in Cimelio D. FOUCAULT. Huic simillimus apud P. JOBERT, absque littera P.

Eadem inscriptio.)(. IVVENTVS. Miles stat juxta trophæum. Est ex ære maximo, in Cimelio Sereniss. Ducis Hetruriæ. Docet hic nummus perspicue Principem Juventutis eum fuisse, qui præesset pedestri militiæ.

IVL. CRISPVS NOB. CAES. capite laureato.)(. PRINCIPI A IVVENTVTIS. ut proxime. Infra, B SIS *secundum Sisciensium* tributum. Alius, A Q T *Aquensium tertium.* In alio hinc inde litteræ C S *Claritas sæculi:* infra, Q A R L *quartum Arelatensium* tributum. Omnes e museo nostro.

Nummi Licinii junioris Cæsaris.

LICINIVS IVN. NOB. C. capite laureato: vultu annorum XX.)(. CAESARVM NOSTRORVM. deinde in laurea, VOT. V. infra, Δ SIS. *Quartum Sisciensium* tributum. Ex ære minimo, in museo nostro. Alius, e Cimelio Regio, in corona laurea, VOT. V. MVLT. X. CAESS. Infra, T S A *Treverensis secundæ primum* tributum, ut in Crispo.

LICINIVS IVN. NOB. C. capite laureato.)(. ROMAE AETERNAE, & $\frac{X}{V}$ ut in nummis Imp. Constantini, & Constantini Cæsaris. Infra, R T *Remorum tertium* tributum. In alio, R Q *quartum.* Uterque e museo nostro, æris minimi. Augustus & Cæsares, militare se aiunt Urbi Æternæ, sive, ut in nummo Neronis temporibus cuso Corinthii profitentur: ROMAE ET IMPERIO.

ANNUS XLIII.

Nummi Constantini Imp. e familia Claudia.

IMP. C. CONSTANTINVS P. F. AVG. capite laureato.)(. CONSTANTINO P. AVG. BMVNRP. Stat hic paludatus, capite præcincto gemmis, ut videtur; dextra caput viri pileatum gerit, symbolum civium liberorum, seu liberæ civitatis: læva, hastam puram. In medio, hinc litteræ C I inde $\frac{M}{S}$ Infra P L C. Nummus singularis, atque eximiæ raritatis, ex ære mediocri, in Cimelio D. FOUCAULT. Sententia est; *Constantino Patri Augusti, bonæ memoriæ, Urbis nostræ Rectori Perpetuo, Cives Municipi suo, primæ Lugdunensis civitates.* P. AVG. *Patri Augusti* interpretamur, ut in nummo Caii principis, quem Caligulam vocant, GERMANICVS CAESAR P. C. CAES. AVG. *Pater Caii Cæsaris Aug.* Et AGRIPPINA M. C. CAES. AVG. ubi M similiter *Mater* est. Et in nummo Gallieni, LIBERO P. CONS. AVG. *Libero Patri Conservatori Augusti.* Jam VN est *Urbis nostræ*, ut in nummo Constantini junioris VNS. & in Romulo Maxentii filio, NV FILIO *Nostræ urbis filio* est. Denique R P *Rectori Perpetuo*, ut in nummo Vabalathi, VCRIMPR est *Vir C*[illegible]*aris Rector Imperii Romani.* Ergo Rectorem Perpetuum Urbis suæ Constantinum patrem Augusti fuisse prædicant Lugdunenses. Ne quis enim Urbem Romam hic cogitet, quæ neque Rectorem habuit, sed Præfectum Urbi; neque urbs nostra diceretur ea a Lugdunensibus; nisi forte & Vascones Parisiorum civitatem possint Urbem suam vocare. *Bonæ memoriæ* positum est, ut post mortem hic nummus fuisse cusus intelligatur, filio ejusdem jam Augusto & Imp. Vel hæc una vox CONSTANTINO admonet, alium hunc esse ab Imp. cujus in antica nummi pagina vultus est. Nam si foret idem, omisso nomine, soli tituli apponerentur; ut in Crispi & Constantini junioris nummis, qui inscribuntur PRINCIPI IVVENTVTIS, neutrius nomine repetito.

Jam vero ut Lugdunenses Imp. Constantini patrem *municipem suum* hoc loco appellant, ita ejusdem nepotem Constantinum juniorem Constantini Imp. filium ab iisdem appellatum esse *municipem suum* vidimus anno superiore. Quia nimirum Lugdunum deducta colonia est a Copio quodam primum, deinde amplificata rursum a Claudio Imp. Aug. unde factum nomen est COLON. COPIAE CLAVD. AVG. LVGD. in tergemina inscriptione apud Gruterum. Neque enim alia nomina coloniis imposita sunt, quam virorum illustrium, a quibus deductæ fuerunt aut amplificatæ. COPIVS familiæ nomen est, in inscriptionibus antiquis Petri Apiani, pag. LII. Sic ab Augusto & a Flavio Vespasiano, & a Germanico Cæsare, tergeminum Flaviæ & Germaniciæ & Cæsareæ nomen est coloniæ in Palæstina. Lugdunenses eam ob rem municipem suum Constantinum Imp. e familia Claudia nuncupant: nam qui coloniam deducit, civem se ejus coloniæ, cum tota gente sua, esse profitetur. Hunc igitur Constantinum Claudium fuisse necesse est, aliumque proinde ab eo qui dicitus est PT AVGG. *Pater Augustorum duorum:* nam hi cum Julii sint, ortos esse Julio patre oportet: & P. AVG. *Patrem Augusti*, alium esse a PT. AVGG.

IMP. C. CONSTANTINVS P. F. AVG. capite laureato.)(. CONSTANTINO P. AVG. BRP. NAT. Typus idem omnino ac superioris nummi. Est in gaza Regia, nummus pereximius, ex ære mediocri. Est & in Thesauro Brandeburg. tom. 2. pag. 178. In neutro sunt litteræ C I M S: quibus hic utique opus non fuit: eo quod *cives* aut *municipem* appellari non decuit, ubi locus fabricæ, Lugdunum scilicet, non subscriberetur. Hujus ergo tituli sententia est: *Constantino Patri Augusti, bono Reipublicæ nato.* Hic enim R P *Reipublicæ* est, ut in nummis Triumvirorum, C. Cæsaris, Antonii, & Lepidi, IIIVIRRPC. *Triumvir Reipublicæ constituendæ.* Sed in nummo plane simili, e Museo P. Chamillart, in area partis aversæ, ubi est inscriptio, CONSTANTINO P. AVG. BRP NAT. litteræ sunt, hinc C I inde $\frac{M}{S}$ & infra, P L C. ut in primo numismate anni hujus. Apud Gruterum inscriptiones crebræ occurrunt istius similes; sed falsos testes non sponte proferimus. Hic nummus apud Occonem sic depravatus exhibetur, pag. 534. mutata perverse littera R in A: CONSTANTINO P. AVG. BAP. NAT. idque de baptismo Constantini quidam satis simpliciter acceperunt: cum hic, qui in isto nummo appellatur, e familia Claudia Constantinus, numquam ab ethnica superstitione recessisse videatur. Romæ baptizatum fuisse Constantinum Magnum e familia Julia credimus, tametsi de ea re nummi silent: idque novis, si locus posceret, constabiliremus argumentis. Sed nummos tantum nunc explicamus, historiam non scribimus.

Eadem inscriptio.)(. PRINCIPI IVVENTVTIS BRP NAT. *Principi Juventutis, bono Reipublicæ nato.* Constantino juniori scilicet, filio Constantini Aug. e familia Claudia: cui ab avo saltem hereditarius ille titulus est, *Bono Reipublicæ natus.* in medio, hinc C I inde $\frac{H}{S}$ *Cives hospiti suo.* Infra, P L C. *Primæ Lugdunensis civitates.* Est ex ære mediocri, apud P. ALBARET, Societatis JESU, Tur-

 no-

nonii, & apud D. Abb. Mezzabarba, qui nummi nobis ectypum dedit.

ANNUS XLIV.

Nummi Imp. Constantini e familia Fl. Claudia.

IMP. CONSTANTINVS P. F. AVG. capite laureato. .)(. MONETA VRBIS VESTRAE. Hoc est, Monetarii urbis vestræ, nempe Lugdunensis. Tres Monetæ, cum sua quæque bilance: ad pedes, cumuli auri, argenti, & æris. Est ex ære maximo, apud Mediob. pag. 461.

Eadem inscriptio. .)(. LIBERATOR ORBIS. Imp. in equo currit, leone sequente & Imperatorem respectante, quod symbolum est virtutis Augustæ, qua opus fuit ad liberandum orbem Romanum ab hostibus: Infra, RS *Remorum secundum* tributum. Ex ære mediocri, in Cimelio P. JOBERT.

Eadem inscriptio, capite nudo; opinor, quia se pacificum nummo isto prædicat. .)(. FVNDAT. PACIS. Mars gradivus, spolia lævo humero fert, dextra hostem premit. Infra, RS ut proxime. Est ex ære minimo in Cimeliis P. JOBERT, & D. BAVDELOT, & nostro.

CONSTANTINVS P. F. AVG. capite laureato. .)(. ROMAE RESTITVTAE. Roma sedens, dextra tenet lauri ramum. Latere dextro, sidus Solis. Infra, PLN *Prima Lugdunensis Negotiatores.* Fundata pace splendor imperii Romani dicitur restitutus. Apud D. Abb. FAVVEL.

Eadem inscriptio. .)(. P. M. TRIB. P. COS. IIII. PP. PROCOS. Hoc est, *Perpetuus Proconsul*, ut diximus ad annum nonum hujus sæculi Constantiniani. Sedens in sella curuli orbem Romanum tenet. Infra, PTR. *Prima Treverensis.* Aureus est, e Cimelio Regio. Similis aureus alibi, habet has litteras in imo margine, SMT *Societas Mercatorum Treverensium.* Docet hic nummus, Imp. Constantinum, adhuc anno post Consulatum quartum, superstitioni falsorum numinum addictum fuisse. Titulum P. M. nulli Christiani Principes in nummis habent; quod habet ille apertam idololatriæ professionem. Ne in nummis quidem Juliani Aug. occurrit.

CONSTANTINVS P. F. AVG. capite laureato. .)(. ADVENTVS AVG. N. Imp. in equo, elata dextera, (quo habitu gestuque pacificus Augusti adventus significatur:) læva hastam tenet: ab expeditione aliqua redux. Ad pedes equi anteriores, captivus jacet revinctis post terga manibus. Retro, sidus Solis, Augusti symbolum. Infra, PLN *Prima Lugdunensis Negotiatores.* Nummus argenteus ære mixtus, & alter ex ære minimo, in Cimelio D. FOVCAVLT.

IMP. CONSTANTINVS AVG. capite laureato. .)(. ADVENTVS AVG. N. Imp. in equo, ut supra. Hinc inde SF *sæculi Felicitas.* Infra, MLL *Mercatores Lugdunenses.* Geminatur interdum littera LL, ut pluralis numerus expressius significetur. Adventum Augusti in suam urbem Lugdunenses nummo consignant, iidem mox *Hospiti suo* gratulaturi alio numismate; alio rursum eidem *Municipi suo.* Est hic nummus in Museo D. Abb. FAVVEL, & in nostro.

IMP. C. CONSTANTINVS P. F. AVG. capite laureato. .)(. GENIO POPVLI ROMANI. Genius stat: hinc CI inde $\frac{H}{S}$ *Cives Hospiti suo:* infra, PLC *Prima Lugdunensium civitas.* Æreus e Museo D. Abb. FAVVEL. Confer Maximiani Herculii nummum istius similem, anno secundo. Alius in Museo nostro, absque his litteris, quæ mediam tenent aream, habet PLN *Prima Lugdunensis Negotiatores.*

Eadem inscriptio. .)(. CONCORDIA PERPET. DD. NN. *Concordia perpetua Dominorum nostrorum.* Augusti duo, Licinius & Constantinus, dextras jungunt: sinistra hastam tenent.

Eadem inscriptio. .)(. SECVRITAS PERPET. DD. NN. *Securitas perpetua Dominorum nostrorum.* Dea cubito lævo columnæ innititur, dextra capiti superposita.

Eadem inscriptio. .)(. VIRT. PERP. CONSTANTINI AVG. Stans Imp. dextra tenet orbem Romanum, cui Victoria imposita coronam Imperatori porrigit. Hinc CI inde $\frac{H}{S}$.

Eadem inscriptio. .)(. MARTI PATR. SEMP. VICTORI. *Marti Patri semper Victori.* Mars gradiens, dextra hastam, trophæum lævo humero gestat. Sunt hi nummi quatuor ex ære mediocri, sane insignes, apud P. ALBARET. Societatis JESV, Turnonii.

Eadem inscriptio: .)(. MARTI PATRI PROPVGNATORI. Mars gradivus cum hasta & clypeo. Hinc CI inde $\frac{H}{S}$ Infra, PLC. ut proxime. E Museo P. JOBERT, æreus mediocris ac fere primæ molis. Alius in medio habet, SA *Spes Augusta.* Infra, PTR *Prima Treverensis.* In museo nostro. Alius apud D. Abb. FAVVEL, pro SA habet N. *Negotiatores:* PLC *primæ Lugdunensis civitatum.* Est hic & apud D. FOVCAVLT, sed absque littera N.

Alius in Museo nostro, MARTI CONSERVATORI. TF *Tempora felicia.* PTR. *Prima Treverensis.* In alio, PLN. *primæ Lugdunensis Negotiatores.* Alius habet latere dextro crucis effigiem, ✝: sed esse crux ea, quæ colitur a Christianis, cum Marte non potest. Est hic e Cimelio D. FOVCAVLT. Infra, ST *secundum Treverorum* tributum.

Eadem inscriptio: .)(. SOLI INVICTO COMITI. Caput Solis radiatum. Interdum stat ipse radiato capite. TF *Temporum felicitas.* PLC *Prima Lugdunensium civitas.* Interdum PLN *Primæ Lugdunensis Negotiatores.* E museo nostro.

CONSTANTINVS AVG. capite laureato. .)(. SOLI COMITI AVG. N. Sol & Augustus togatus dextris tenent orbem Romanum; cui Victoria imposita coronam Augusto porrigit. Infra, SMT. *Societas Mercatorum Treverensium.* Est aureus in Thesauro Regio. Sinistrum latus Augustus occupat, ut digniorem locum; quia sol *comes* solum hic esse dicitur.

IMP. CONSTANTINVS P. F. AVG. capite laureato. .)(. SOLI INVICTO COMITI. Sol in quadrigis adversa fronte positis. Infra, MSL *Mercatores secundæ Lugdunensis.* In alio hinc S inde P *Securitas Publica.* Infra, MSL. ut proxime. Uterque ex ære minimo, in Cimelio D. FOVCAVLT. *Mercatores secundæ Lugdunensis* Constantino Imp. gratias agunt, ob *securitatem publicam* ipsius providentia procuratam. Ut in nummo HannibalIiani, CONS *civitates omnes Narbonensis secundæ* pariter gratias ei agunt, ob *securitatem publicam*. qui titulus ibi nummi est.

In alio, apud D. FOVCAVLT, PTR. *Prima Treverensis.* In museo nostro, SF *Sæculi felicitas.* PLC *Primæ Lugdunensis civitates.* Ibidem alii, FT *Felicia tempora:* & PLC vel PTR. Item TF *Temporum felicitas:* cum MTR *Mercatores Treveri.* Alius demum aureus in Thesauro Regio: in quo Sol capite radiato tenet orbem læva, dextra coronam imponit Augusto, qui læva tenet bacillum imperatorium, dextra labarum. Infra, AQ. *Aquenses.*

CONSTANTINVS P. F. AVG. capite laureato. .)(. GLORIA EXERCITVS GALL. *Gloria exercitus Gallici.* Imp. in equo, manu elata. Infra, PTR *Prima Treverensis.* In alio; VIRTVS EXERCI-

CITVS GALL. Mars gradivus cum hasta & spoliis. Ad pedes, captivi duo. Infra, SIS. *Sisciæ.* Hi duo aurei, e Thesauro Regio.

Eadem inscriptio. .)(. GAVDIVM ROMANORVM. Infra, FRANCIA. Lugens hæc provincia, ad trophæum sedet. In alio, GAVDIVM ROMANORVM. Infra, ALEMANNIA. Est uterque aureus in Thesauro Regio, & apud Occonem, pag. 535. Alius, ita referente Morellio, pariter aureus, Constantinum exhibet nudo capite, sed caput circumdante nimbo: eumdem pallio imperatorio indutum; gestantemque dextra orbem: læva bacillum imperatorium; Victoria supervolitante, quæ coronam Augusto imponit. .)(. GAVDIVM ROMANORVM. Trophæum inter captivos duos, qui sedentes lugent. Infra, FRANC. ET ALAM. *Francia & Alamannia.* In imo margine, TR. *Treveri.* Quæ in nummis istis Francia signatur, Orientalis ea & Transrhenana vulgo existimatur; de cujus tamen vetere situ in conciliandis priscorum dictis miræ sunt recentium æstuationes. At ut ea quæ nunc Alsatia dicitur, Rhenique Palatinatus, Romanæ ditionis hoc sæculo Constantiniano fuerint, nedum illa Francia Transrhenana, vix credet, opinor, qui sive nummos dumtaxat audire testes voluerit; quoniam in his nulla vel Rheni, vel ullius in eo tractu civitatis aut populi mentio est; sive Romana requirat monumenta, ac veluti vestigia potestatis, quæ in his provinciis nulla sunt. Itaque si quis FRANCIAM, quæ in hisce nummis prælio aliquo devicta dicitur, de Alsatia, vel parte aliqua Palatinatus accipiat, haud ille (opinor) allucinabitur. Ex nummis subinde apparet Treveris bellum intulisse gentem Germanorum cis Rhenum positam: quæ credibiliter ipsa hæc Francia est. Mirum interim, extra hos nummos duos, nusquam in alio Augusti vel Cæsaris cujuscumque ex ullo metallo FRANCIAM occurrere: cum SARMATIA DEVICTA in ære sit obvia; & ALAMANNIA in Crispo & Constantino Cæsaribus. De Alamanniæ situ dicemus inferius.

Eadem inscriptio. .)(. GAVDIVM REIPVBLICAE. Imp. stans paludatus, orbem Romanum tradit Crispo Cæsari ac Principi primo juventutis: Constantino longe minore stante ad lævam; qui & orbem sinistra gerit. Gaudium Reipublicæ est, quod habeat Cæsares e Flavia gente duos eximiæ virtutis atque indolis. Infra, PTR *Prima Treverensis.* Aureus est e Thesauro Regio.

IMP. CONSTANTINVS P. F. AVG. capite nudo. .)(. GLORIA PERPET. *Gloria Perpetua.* Victoriæ duæ gestant coronam. Infra, A Q. *Aquenses.* Est ex ære minutissimo, apud D. FOVCAVLT.

Nummi Crispi Cæsaris.

FL. IVL. CRISPVS NOB. CAESAR capite laureato. .)(. GAVDIVM ROMANORVM. Captiva flens sedet ante trophæum. Infra, ALAMANNIA. Aureus in Thesauro Regio.

Eadem inscriptio. .)(. ALAMANNIA DEVICTA. Victoria trophæum & palmam gerit. Ad pedes, captiva sedet, vinctis post terga manibus. Infra, SIRM. *Sirmii*, in Slavonia, *Szerem.* Æreus est, apud Patinum, in Indice.

Crispi caput, sine epigraphe. .)(. In media area, CRISPVS CAESAR. SMKЄ. *Societatis Mercatorum Karthaginiensium quintum* tributum. Vidimus apud Abb. Mezzabarba.

D. N. FL. IVL. CRISPVS NOB. CAES. capite laureato: dextra lauri ramum gestat, victoriæ indicem. .)(. IOVI CONSERVATORI CAESS. *Jovi Conservatori Cæsarum*, in prælio adversus Alamannos. Juppiter stans, dextra gerit orbem Romanum, cui Victoria imposita est. Hinc corona, inde Δ *quartum* tributum: infra, SMK *Societatis Mercatorum Karthaginiensium.* Est ex ære minimo, in Museo San-Germanensi, & apud P. CHAMILLART. In alio quem vidimus apud Abb. Mezzabarba, AQM *Aquenses Mercatores.*

Eadem inscriptio. .)(. IOVI CONSERVATORI. Omnia sunt ut in nummo Licinii Aug. de quo mox dicemus. Infra, SMKΓ. *Societatis Mercatorum Karthaginiensium tertium* tributum. Est ex ære minimo, apud P. CHAMILLART.

Nummi Constantini jun. Cæsaris.

CONSTANTINVS N. C. capite galeato cum hasta & clypeo. .)(. CONCORD. MILIT. Concordia stans tenet signa militaria duo. Infra, PLN *Primæ Lugdunensis Negotiatores.* Ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT.

CONSTANTINVS IVN. NOB. CAES. capite laureato. .)(. ALAMANNIA DEVICTA. Victoria trophæum & palmam gerit. Ad pedes, captivus sedet. Infra, SIRM. In Cimelio P. JOBERT, & D. FOVCAVLT. Quoniam nummi Cæsarum duorum, per quos Alamannia devicta dicitur, Sirmii sunt conflati; non est inanis forte conjectatio, Alamanniam Sirmio fuisse vicinam; atque adeo partem eam fuisse Germanorum, de quibus Plinius agit, libro IV. pag. 466. quorum confinia Carnunti Pannonica castra contingerent; hoc est, regionem eam, quæ boreale Danubii littus accolit, in Archiducatu Austriæ. Ut ut est, affinis quidem utriusque vocis, Germaniæ & Alamanniæ, originatio est; at non illa certe quæ profertur a Tacito; cujus orationem cum Lipsius in Notis inextricabilem esse pronunciavit, ex Hebræis radicibus Tungrorum Germanorumque vocabula, a Tacito ibi derivari non intellexit. De Alamanniæ origine interim accipe versus duos Gotfridi Viterbiensis, parte IX. Chronici:

> Alle *sonat totum*, man *vir: si Teutona lingua*
> *Hæc duo conjungat*, totum vir *littera signat.*

Nummi Licinii utriusque.

IMP. C. VAL. LICIN. LICINIVS P. F. AVG. capite radiato. .)(. IOVI CONSERVATORI. Juppiter stans læva hastam tenet, dextra orbem, cui Victoria superposita est. Ad pedes, dextrorsum aquila; captivus sinistrorsum. Eodem latere superne $\frac{\mathrm{X}}{\mathrm{V}\Gamma}$ *Decennalia vota tertio* suscepta. Hic tertius nimirum annus est Votorum decennalium pro Constantino Imp. Infra, SMNΓ *Societatis Mercatorum Narbonensium tertium* tributum. In alio, SMANTΓ *Societatis Mercatorum primæ Narbonensis tributum tertium.* Uterque in Museo nostro: ille ex ære, iste argenteus ære mixto. In alio simili apud P. CHAMILLART, sed ex ære minimo, SMANTЄ *Societatis Mercatorum primæ Narbonensis tributum quintum.*

IMP. LICINIVS P. F. AVG. capite nudo. .)(. FVNDATOR PACIS. Infra, RT. *Remorum tertium* tributum. Est in Museo D. BAVDELOT, & P. CHAMILLART, qualem omnino Constantini Aug. nummum superius vidimus, hoc ipso anno XLIV. Ex quo consensum utriusque Augusti concordiamque hoc anno fuisse maximam intelligimus.

D. N. VAL. LICIN. LICINIVS NOB. C. capite galeato, cum hasta & clypeo, vultu annorum circiter XXII. .)(. IOVI CONSERVATORI. Omnino ut in nummo Licinii patris. Similiter $\frac{\mathrm{X}}{\mathrm{V}\Gamma}$ *Decennalia vota tertio*, ut ibi. Infra, SMANTH *Societatis Mercatorum primæ Narbonensis tributum octavum.* Est ex ære minimo, in Thesauro Regio. Alius

lius SMKA apud P. Chamillart. Alius ibidem, SMNΓ *Societatis Mercatorum Narbonensium tertium* tributum. Alius SMKΓ *Societatis Mercatorum Karthaginiensium tertium* tributum. In alio, SMKΔ *quartum*. Uterque e museo nostro, ære minimo. Alius apud P. JOBERT, habet SMALA *Societatis Mercatorum primæ Lugdunensis primum* tributum. Victoriam a Licinio juniore relatam hoc anno hi nummi significant.

D. N. VAL. LICIN. LICINIVS NOB. C. capite gemmis cincto; dextra codicillos tenet, læva bacillum Consularem, in cujus apice nimirum aquila est, insigne gesti (hoc anno fortassis) a Licinio juniore Consulatus, ob victoriam anni præcedentis. .)(. IOVI CONSERVATORI CAESS. Juppiter stans læva hastam, dextra tenet orbem, cui superposita Victoria Jovem coronat. Latere dextro, Δ *quartum* tributum; infra, SMANT *Societatis Mercatorum primæ Narbonensis tributum*. Est ex ære minimo in Museo San-Germanensi, & nostro.

D. N. VAL. LICINIVS NOB. CAES. capite nudo. .)(. IOVI CONSERVATORI CAES. *Jovi Conservatori Cæsaris*. Statua Jovis sedentis: dextra Victoriam, hastam sinistra tenet: ad pedes, Aquila. In basi, SIC V. SIC X. *Sic Quinquennalia, sic decennalia* decurrant feliciter. Infra, SMNε. *Societatis Mercatorum Narbonensium quintum* tributum. Aureus est in Thesauro Regio.

Nummi Martiniani Aug.

D. N. M. MARTINIANO AVG. capite radiato, vultu annorum amplius LX. .)(. IOVI CONSERVATORI. cum XIII. *decennalibus* votis *tertio*, ut in nummis utriusque Licinii: fabrica nummorum istorum omnium simillima. Infra, SMNB. *Societatis Mercatorum Narbonensium secundum* tributum. Est ex ære minimo apud Occonem, pag. 539. & in Thesauro Regio: at in isto, pro XIII. videtur insculptum X U B. ut ad annum superiorem pertinere proinde videatur. Item Occo in suo legit, SMNA.

Nummi Constantini junioris Cæsaris.

D. N. FL. CL. CONSTANTINVS NOB. C. capite laureato. .)(. IOVI CONSERVATORI. Eadem forma nummi, quam vidimus in utroque Licinio & Martiniano. Similiter X U Γ *Decennalia vota tertio* suscepta hoc anno. Infra, SMNΔ *Societatis Mercatorum Narbonensium quartum* tributum. E museo nostro.

Caput cinctum gemmis, juvenile. .)(. In media nummi area, CONSTANTINVS IVN. NOB. C. Infra, SMNT. *Societatis Mercatorum Narbonensium tributum*. Est nummus ex ære minimo in Cimelio P. CHAMILLART.

ANNUS XLV.

ANNUS XLVI.

Nummi Licinii utriusque.

DD. NN. IOVII LICINII INVICT. AVG. ET CAES. Capita obversa Liciniorum, patris ac filii, cincta gemmis: dextra ambo Victoriam tenent, quæ geminam coronam, alteram altera manu ostentat. *Domini nostri Jovii Licinii, invicti, Augustus & Cæsar*. .)(. I. O. M. ET VICT. CONS. DD. NN. AVG. ET CAES. *Jovi Opt. Max. & Victoriæ Conservatoribus Dominorum nostrorum Augusti & Cæsaris.* Juppiter stans a Victoria coronatur. Uterque D. N. uterque invictus: geminam enim ideirco coronam, suam Augusto nimirum, & Cæsari suam Victoria ostentat. Infra, SMKΓ *Societatis Mercatorum Karthaginiensium tertium* tributum. Est in Cimelio D. FOUCAULT, nummus æris minimi, eximiæ cæturæ. In alio, SMKA *primum*. Alium affert nummum huic prope similem Mediobarbus e Museo suo: sed pro Victoria Fortuna in eo pingitur, cum temone & Cornucopiæ. Titulus est: I. O. M. ET FORT. CONSERV. &c. ut supra. *Jovi Opt. Max. & Fortunæ, Conservatoribus Dominorum nostrorum Augusti & Cæsaris*. Infra, SMNA *Societatis Mercatorum Narbonensium primum* tributum. Hujus nummi conspiciendi copiam nobis fecit Abbas Joan. Ant. Mediobarbus, prædicti Comitis Mediobarbi F. De Jovii nomine jam superius egimus. Exceptis porro nummis, qui sunt Sirmii Sisciæque conflati, ob expeditionem Pannonicam, Sarmaticamve; ceteri omnes utriusque Licinii nummi in Galliis cusi sunt; in Narbonensi plerique provincia: ut ipsum fabricæ genus, & locus subnotatus admonet.

IMP. LIC. LICINIVS. P. F. AVG. capite laureato. .)(. IOVI CONSERVATORI. ut sæpe superius. B *secundum* tributum: infra, SIS *Sisciensium*. In alio, indutus pallio imperatorio, manu codicillos gerit; retro, bacillum imperatorium est, qua forma & Fl. Val. Constantini nummum anno XLI. vidimus. B *secundum*: infra, SMAL *Societatis Mercatorum primæ Lugdunensis* tributum. Uterque in museo nostro, ex ære minimo.

D. N. VAL. LICIN. LICINIVS NOB. CAES. capite laureato, cum bacillo imperatorio. .)(. IOVI CONSERVATORI CAESS. Latere lævo Z *septimum* tributum; infra, SMAL ut videtur, quemadmodum in patris nummo. Est hic e Museo San-Genovefano.

Eadem inscriptio: PROVIDENTIAE CAESS. Stat ipse capite laureato; læva hastam, dextra orbem gerit; cui Victoria superposita Cæsari coronam imponit. Ad pedes, palma. In eodem Museo.

Nummi Crispi Cæsaris.

CRISPVS NOBIL. CAES. *Nobilissimus Cæsar*: capite laureato, dextra scipionem Consularem gerit, in cujus apice aquila est. .)(. MONETA VRBIS VESTRAE. ut in nummo Imp. Constantini. Est ex ære prægrandi, apud D. Abb. DE-CAMPS.

D. N. FL. IVL. CRISPVS NOB. CAES. capite laureato, vultu annorum amplius XXX. .)(. PROVIDENTIAE CAESS. ut proxime in nummo Licinii junioris. Est ex ære minimo in museo nostro.

Cum sit in isto nummo Crispus annorum amplius XXX. nec fuit ille sane filius Constantini Max. quem post biennium visuri sumus vix annum ætatis quintum ac vicesimum attigisse: nec Imp. Constantini Aug. e familia Claudia, quem anno præsenti ad ætatis annum XXXV. vix pervenisse nummi testantur. Accedit eo, quod nec mos nec usus Romanorum ferret, ut alio nomine quam paterno, vel eodem parumper deflexo, filius primogenitus nuncuparetur, nisi ubi aliud adoptio affinitasve posceret. Sic Fl. Val. Constantii Cæsaris vidimus, fratrem alium Fl. Val. Constantinum fuisse dictum, alium Fl. Val. Severum; patris (ut apparet) Constantini nomine duobus natu majoribus filiis indito: ei dumtaxat, qui esset natu minimus, nomine immutato. Sic Imp. Fl. Val. Constantinus Aug. liberos nominavit, Constantinum Max. Constantem Max. Fl. Val. Constantium: Constantius, quem Chlorum dixere, genuit Imp. Constantinum: Constantinus alter, Imp. e Claudia gente, Constantinum jun. Cæsarem. Constantinus Imp. filius Augg. Constantinum Principem Patrem Augg. Ergo qui fuit pariter natu maximus e liberis Constantini Principis patris Augg. hunc vel Constantinum vel Constantium similiter oportuit appellari, non Crispum. Hic enimvero, quod sæpius professi sumus, non quid libri scripti produnt, sed quæ possit ex so-

la

ja nummorum consideratione historia confici, sepositis parumper scriptoribus rerum Romanarum, in præsenti rimamur & exploramus. Videtur ergo fuisse Crispus Imp. Constantini illius qui FIL. AVGG, appellatus est, filius alter: idem Constantini, qui Pater Augg. dictus est, frater natu minor; quemadmodum Fl. Val. Constantini Cæsaris Fl. Val. Severus Cæsar.

ANNUS XLVII.

Hoc anno vota Imp. Constantini quindecennalia, decennalia Cæsarum celebrantur: id quod istorum nummis proditum est, qui sunt inscripti, VOT. X. & XV. quemadmodum anno XLII. decennalia Imp. ejusdem, & quinquennalia Cæsarum, in eumdem annum incurrere, nummi fidem fecerunt, quos ibi vidimus, inscripti, ROMAE AETERNAE. X. V. At Licinio Aug. tricennalia fuere denegata: tametsi ille nihilominus, Senatu reluctante, in provincia mansit cum imperio.

Nummi Licinii Imp.

LICINIVS AVG. OB DV FILII SVI. Caput Imp. Licinii nudum, ob Jovis reverentiam. .)(. IOVI CONS. LICINI AVG. Jovis sedentis & a Victoria coronati statua, basi imposita. At pedes Jovis, aquila Romana rostro coronam gerit, symbolum Augusti a Jove conservati, & victoria donati. *Licinius Augustus, ob duplicem victoriam filii sui, Jovi Conservatori Licinii Aug.* ponit hanc statuam. In basi scriptum est, SIC X. SIC XX. Hoc est, *sic decennalia* sua hoc primum anno suscepta, Cæsar feliciter impleat; *sic* postea & *vicennalia*. Infra, SMNΓ *Societatis Mercatorum Narbonensium tertium* tributum. Est aureus e Cimelio Mediceo. Duplex Licinii victoria superius in nummis est consignata. Ita in nummo Constantis Aug. anno LXXII. legas, OB VICTORIAM TRIVMPHALEM.

Imp. Fl. Val. Constantino sub anni finem mortuo, vel missionem petente e provincia, subrogatus est in locum ejus, filius Constantinus Max. cum is annum ætatis vicesimum vixdum excederet: additusque ei pro Cæsare frater natu minor Fl. Val. Constantius. Vota pro Constantino Max. uti antea pro Constantino Imp. quinquennalia tantum suscepta, ut ferebat usus illorum temporum, hoc anno ponimus.

Nummi Constantini Max. Aug.

Geminus deinceps Constantinus se offert in nummis. Est enim alter Constantinus Aug. alter Constantinus Max. Aug. Nam Constantinus e familia Julia Pater Augustorum nummos non habet ullos, nisi post obitum cusos: quoniam non ille in provinciis, ubi tunc hujuscemodi nummi cudebantur, Augustus; sed Romæ Princeps Perpetuus fuit, ut suo loco ostendemus.

D. N. CONSTANTINVS MAX. AVG. .)(. FELIX ADVENTVS AVG. N. Augustus equo insidet. Infra, CON. Affert hunc nummum Patinus magni moduli aureum; cui pretium addit titulus D. N. Rarus enim est nummus sincerus, qui sit inscriptus, D. N. CONSTANTINVS in recto casu, ante liberos Constantini Principis jam Augustos. E duobus certe deinceps Constantinis, altero qui CONSTANTINVS AVG. altero qui CONSTANTINVS MAX. AVG. in nummis inscribitur; cum sint utriusque nummi innumeri, tamen titulum D. N. sæpe habet is, qui est CONSTANTINVS MAX. AVG. numquam autem hunc habet is qui est CONSTANTINVS AVG. tantum, sive ex familia Claudia. Similiter in nummis Constantinorum aureis triginta duobus, quos Regia Gaza servat, cum sint viginti sex inscripti, CONSTANTINVS P. F. AVG. sex autem dumtaxat, CONSTANTINVS MAX. AVG. solus iste CONSTANTINVS MAX. cinctum caput habet ex unionibus & lapillis: alter, laureato tantum capite est. Et est CONSTANTINVS MAX. altero illo junior, alacrior, lætior. In imo hujus nummi margine, CON. *Civitates omnes Narbonenses; Les Corps des Villes de Languedoc, de Provence, & de Dauphiné*, advenienti in provinciam Constantino Max. munus offerunt centenorum aliquot aureorum. Hunc nostro ipso ævo morem retinent in ea provincia Avenionenses, ut primo Christianissimi Regis in suam urbem adventu, ducenta ei numismata ex auro offerant: quod illi debitum exsolverunt anno MDCLX. nummis inscriptis, LVDOVICO XIIII. GALL. ET NAVARRAE REGI TRIVMPHATORI. .)(. Urbs Avenio, cum ponte; superscriptio, MVNVS AVENIONIS. Quo exemplo forte aliquis CONOB in nummis antiquis interpretari malit, *Civitates omnes munus obtulere.*

CONSTANTINVS AVG. capite laureato. .)(. In corona laurea: VOT. X. In ambitu: D. N. CONSTANT. MAX. AVG. *Votis decennalibus Domini nostri Constantini Max. Aug.* Infra, S AR. *Secundum Arelatensium* numisma. Est elegantis formæ, ex ære minimo, in Museo P. CHAMILLART.

Nummi Fl. Max. Faustæ, sororis Constantini Max. uxoris Constantini Aug. e familia Claudia.

FLAV. MAX. FAVSTA. AVG. .)(. SPES REIPVBLICAE. Gestat in ulnis parvulos duos. Infra, PT. *Primum Treverorum* tributum. In alio, QTR *quartum*. Ex ære minimo uterque, in Museo nostro. In Cimelio D. FOVCAVLT alius, SMALE *Societas Mercatorum: primæ Lugdunensis edicto.* Alium vidimus perpulcrum ex auro, in quo scriptum infra, SIRM. *Sirmiensium.* In alio ex ære minimo, apud P. Chamillart, SMNB. *Societatis Mercatorum Narbonensium secundum* tributum.

Eadem inscriptio. .)(. SALVS REIPVBLICAE. Typus idem. Infra, SMTSB *Societatis Mercatorum Treverensis secundæ secundum* tributum. In museo nostro. In alio apud D. FOVCAVLT, STR *secundum Treverorum* beneficium. Alius e Museo P. JOBERT, PLC *primæ Lugdunensis civitates.* Apud Stradam, pag. 185. SMANT. *Societatis Mercatorum primæ Narbonensis tributum quintum.*

Eadem inscriptio. .)(. PIETAS AVGVSTAE. Tenet sinistro brachio puerulum; alteri paulo grandiori ambas manus protendenti dextram porrigit. Duo hi sunt alii præter Constantinum jam Cæsarem, liberi Imp. Constantini e familia Claudia: Fl. Cl. Constantius, & Fl. Cl. Julianus. In his *spes* & *salus Reipublicæ* contineri dicitur a provincialibus Constantino patri obnoxiis. In iisdem educandis *Pietas Augustæ* commendatur: ut in educando Domitiano Cæsare Domitiani Aug. filio, cura Domitiæ matris simili inscriptione prædicatur in nummis, PIETAS AVGVSTAE. Est hic Faustæ nummus ex ære apud Spanhemium, pag. 639. e Cimelio reginæ Christinæ.

Nummi Imp. Constantini e familia Claudia.

IMP. CONSTANTINVS P. F. AVG. capite laureato. .)(. CONCORDIA FELIX DD. NN. Duo Augusti paludati dextras jungunt: Imp. Constantinus, & Constantinus Max. Aug. ei affinitate junctus, sive (ut aiebant) ejusdem cognatus. Infra, PLC. *Prima Lugdunensis civitates.* Nummus ex ære minimo, in familiis Byzantinis, Tab. IV.

Eadem inscriptio. .)(. FELICITAS AVGG. NN. Dea sedens, læva tenet orbem, dextra lauri vel

vel oleæ ramum. Latere lævo, sidus Solis; symbolum Augusti prospere agentis. Infra, PLN *primæ Lugdunensis Negotiatores.* In Cimelio D. FOUCAULT, ex ære minimo: & in Museo P. CHAMILLART.

CONSTANTINVS P. AVG. capite galeato.)(. SECVRITAS AVGG. Securitatis typus solitus. Latere dextro, sidus Solis. Infra, PLN. Ibidem.

CONSTANTINVS AVG. capite galeato.)(. Trophæum. Ad pedes, captivi duo. VIRTVS EXERCIT. In medio, A S. *Virtus Exercitus, Augusti Securitas.* Infra, PLC. *Primæ Lugdunensis Civitates.* Ex ære minimo, in Museo nostro.

INOCNIHISHVC Caput galeatum, cum crista in vertice.)(. VIRTVS EXERCIT. Hinc S inde F. Labarum, in quo VOT. X. Ad pedes, captivi duo. Infra, * SIS *. Nummus est ex ære minimo, apud D. Batistelli, causarum Actorem, Senis in Hetruria. Sententia est: *Imperator noster Optimus Constantinus, nuper in hostes irrumpens, Sisciensem hanc urbem conservavit. Virtus Exercitus, Sæculi Felicitas. Votis decennalibus. Siscienses.* Constantino huic hereditarius fuit Optimi titulus ab Imp. Claudio Gothico, a quo genus ille traxit. Fuit enim hic Constantinus e familia Claudia. Sunt autem Claudii Gothici nummi inscripti, DIVO CLAVDIO OPTIMO IMP. Et in aversa parte, REQVIES OPTIMORVM MERITORUM. In nummis *Optimus Princeps* Trajanus & alii passim nuncupantur. *Optimus Imperator*, Claudius & Constantinus.

IMP. CONSTANTINVS P. F. AVG. capite laureato.)(. PRINCIPI IVVENTVTIS. Crispus Cæsar incedit, orbem Romanum læva, hastam transversim dextra gerit. Hinc F inde T. *Felicitas Temporum.* Ad pedes, captivi duo. Infra, LVC. *Lugdunensium quinque civitates.* Est ex ære mediocri, apud P. CHAMILLART. Constantinus e familia Claudia, nummum dicat Crispo Cæsari e familia Julia.

CONSTANTINVS AVG. capite galeato.)(. In corona, VOT. X. ET XV. F. AQVET. Est ex ære minimo, apud P. CHAMILLART. *Vota decennalia simul & quindecennalia felicia:* decennalia Cæsarum, quindecennalia Constantini Augusti. *Aquensium quintum tributum.*

CONSTANTINVS. P. F. AVG. capite laureato: vultu annorum circiter XXXV.)(. SPQR OPTIMO PRINCIPI. Aquila legionaria inter duo signa cohortium: ut in alio Constantino, qui IMP. anno XXX hujus sæculi. Infra, PTR. *Prima Treverensis.* Aureus est in Thesauro Regio.

Eadem inscriptio.)(. VIRTVS AVGVSTI. Leo gradiens. Supra, clava Herculea. Infra, TARL. *Tertium Arelatensium* numisma. Aureus ibidem.

Nummi Crispi Cæsaris.

FL. IVL. CRISPVS NOB. CAES. capite laureato, cum hasta exserta, & clypeo.)(. CONCORDIA AVGG. NN. Dea sedens, dextra caduceum, læva Cornucopiæ tenet. Augusti duo, quos diximus, in simili fere nummo Imp. Constantini. Infra, SMNH *Societatis Mercatorum Narbonensium octavum* tributum. Est in Thesauro Regio aureus. Similis huic alter ex auro eximius, in Cimelio P. CHAMILLART, habet SMNK. *Societas Mercatorum Negotiantium Karthagine.*

IVL. CRISPVS NOB. C. capite laureato.)(. CAESARVM NOSTRORVM; deinde in corona, VOT. X. *Vota decennalia.* Infra, Δ SIS. *quartum Sisciensium* tributum. In alio, ε SIS *quintum.* In alio, PTR *Prima Treverensis.* Alius, TA *Tertium Arelatensium* tributum. In alio, PLCC *Primæ Lugdunensis civitates.* In alio denique, PLON *Primæ Lugdunensis omnes Negotiatores.* Omnes ex ære minimo, in museo nostro.

CRISPVS NOB. CAES.)(. In corona laurea, VOT. X. ET XV. F. *Vota decennalia Cæsarum; & quindecennalia felicia*, hoc est, Imp. Constantini Pii Felicis Aug. Est hic nummus ex ære, apud Mediobarbum, pag. 473. e Museo Feschiano.

Eadem inscriptio, capite laureato & galeato, cum hasta & clypeo.)(. VIRTVS EXERCIT. Labarum, in quo VOT. X. Ad pedes, captivi duo sedent. Hinc S inde F. *Sæculi felicitas.* Infra, AQT *Aquensium tertium* tributum. Ex ære minimo, in museo nostro.

IVL. CRISPVS NOB. CAES. cetera ut in præcedente nummo. In medio S F / E L *Sæculi felicitas:* litteris E & L inter se nexis. Infra, Γ SIS *tertium Sisciensium* tributum. Argenteus, ære mixto, in museo nostro.

Nummi Constantini junioris Cæsaris.

CONSTANTINVS IVN. NOB. C. capite laureato.)(. CAESARVM NOSTRORVM: deinde intra lauream, VOT. X. Infra, PLON *Primæ Lugdunensis omnes Negotiatores;* vel *Ordo Negotiatorum.* In alio TSBVI *Treverensis secundæ secundum* tributum: *Votis Imperii:* nempe Decennalibus Cæsarum. Sic VI pro votis Imperii, anno XVI. & XXII. vidimus. In alio, VOT. X. & utrimque palma: infra, AQT *Aquensium tertium* tributum. Omnes e museo nostro, ære minimo.

Eadem inscriptio, capite galeato & laureato: dextra tenet orbem, cui Victoria superposita Cæsari coronam imponit.)(. VIRTVS EXERCIT. Labarum, in quo VOT. X. & S F E L. ut in Crispi nummo. Infra, ε SIS. *quintum Sisciensium* tributum. E museo nostro.

CONSTANTINVS IVN. NOB. CAES. capite laureato.)(. VICTORIA BAEATISSIMORVM CAESS. Victoria spoliis insidens, ostendit in clypeo, VOT. X. *Vota decennalia* Cæsarum. AE pro E, ut diximus anno sexto. Est hic nummus ex ære maximo, in gaza Regia.

Nummi Fl. Val. Constantii, fratris Constantini Max.

FL. VAL. CONSTANTINVS NOB. C. capite laureato.)(. VICTORIA BAEATISSIMORVM CAESARVM. Victoria, ut proxime, ostendit in clypeo VOT. X. Est pariter ex ære maximo, in gaza Regia: & ab Occone pag. 552. Constantio, qui postea Augustus fuit, perperam attributus. Fl. Val. Constantium Constantini Max. Aug. fratrem, hoc anno Cæsarem fuisse salutatum hic nummus docet.

ANNUS XLVIII.

CONSTANTINVS MAX. P. F. AVG. COS. IIII. capite laureato: dextra gestat scipionem, cujus in apice aquila Romana est, symbolum gesti hoc anno Consulatus.)(. SOLI INVICTO COMITI. Sol dextra elata, læva gestat orbem. Latere dextro, T F. *Temporum felicitas:* lævo, sidus Solis. Infra, PLC *Primæ Lugdunensis civitates.* Nummus perrarus, ac perelegantis fabricæ, in Cimelio D. FOUCAULT.

IMP. CONSTANTINVS MAX. AVG. Capite radiato, more gentilium Imperatorum.)(. SOLI INVICTO COMITI. Sol capite radiato, dextra elata, læva gestat orbem Romanum, cui imposita Victoria est. Ad pedes, captivus. Infra, SIS. *Sisciæ.* Aureus est pulcherrimus in gaza Regia.

ANNUS XLIX.

LICINIVS P. AVG. capite galeato.)(. VIRTVS EXERCITVS. Trophæum inter duos captivos seden-

sedentes. Infra, PTR *Prima Treverensis*. In museo nostro, æris minimi

Nummi Constantini Imp. e familia Claudia.

IMP. C. CONSTANTINVS P. F. AVG. capite laureato.)(. TEMPORVM FELICITAS. Dea stat cum hasta pura & Cornucopiæ. Infra, PL. *Prima Lugdunensis*. Ex ære mediocri, in Museo San-Germanensi.

IMP. CONSTANTINVS P. F. AVG. capite radiato.)(. CRISPVS ET CONSTANTINVS IVN. NOB. CAESS. Capita duo adversa. Infra, SIS. *Sisciæ*. Aureus est e gaza Palatina, ita prodente Spanhemio, pag. 681. Capite radiato nemo pictus est, nisi qui falsis numinibus, Soli præsertim, se profiteretur addictum. In his Constantinus Aug. e familia Claudia, cum Constantino juniore ejusdem filio. Nusquam Constantinus Max. capite similiter radiato apparet.

CONSTANTINVS AVG. capite laureato.)(. SARMATIA DEVICTA. Victoria cum palma & spoliis quæ defert. Ad pedes captivus sedet. Sarmatæ eadem victoria, qua Alamanni, quibuscum vires junxerant, victi fuisse videntur. Infra, PTR *Prima Treverensis*. Apud D. Abb. FAVVEL. In alio, STR *secundum Treverorum* tributum. In alio rursum, latere lævo, C. infra, PLC. *Corpora primæ Lugdunensis civitatum*. Uterque est in Museo nostro. Apud Du-CANGIVM, alius habet SIRM. *Sirmii*.

CONSTANTINVS AVG.)(. CRISPVS ET CONSTANTINVS CC. Duo Cæsarum adversa capita. Infra, SIRM. *Sirmium*. Est apud Occonem argenteus, pag. 536.

Nummi Constantini Max. Aug.

CONSTANTINVS MAX. AVG. caput cinctum lapillis: vultu annorum xxv. ut plurimum.)(. GLORIA EXERCITVS. Duo signiferi tenent signum militare, in cujus apice est monogramma Christi ☧. Infra, PT. ut videtur. Est ex ære minimo in Museo Domus Professæ, & in Cimelio D. FOVCAVLT. Alius ejusdem moduli, apud D. de Ballonneaux, habet in imo margine, P SIS *Primum Sisciensium* tributum. Alius ibidem plane similis est, cum litteris SMTS. A. *Societatis Mercatorum Treverensis secundæ primum* numisma. Fidem potius exercitus, quam ipsius Principis, videtur nummus iste testari: siquidem neque alius Constantini Max. nomine nummus est genuinus, cum illa Christianæ fidei tessera; & eadem forma hoc anno reperitur in nummo Constantini junioris; quem multa alia argumenta suadent in cultu falsorum deorum cum familia sua Claudia perseverasse. A Baronio quidem nummus affertur, anno CCCXXV. num. 206. CONSTANTINVS MAX. AVG.)(. SPES PVBLICA. Labarum, cujus hastile in ☧ Christi monogramma desinit: sub labari cuspide, anguis. Infra, CONS. At recentis hunc nummum fabricæ atque artis esse, censemus, multis adducti suspicionibus; nisi secus sentiant viri periti, quibus nummum ipsum explorare oculis, ac de eo deinde ferre judicium licuerit.

Constantini pariter nummus aureus, qualem ipsius Constantini jussu conflatum fuisse ab Eusebio in ejus vita narratur, libro IV. cap. XV. nullus adhuc a quoquam visus est.

CONSTANTINVS MAX. AVG. capite nudo.)(. CRISPVS ET CONSTANTINVS CC. capita duo nuda adversa. Infra, SIRM. Nummus est plane singularis, ex argento, tametsi aliqua æris parte admixta, in Thesauro Regio. Qui nummus duo quædam notatu insignia edocet. Primum est, fuisse hoc etiam anno Constantinum Max. e minoribus Augustis, quos eam ob rem nudo interdum capite pingi solitos esse hoc ævo, ex iis constare necesse est, tum quæ jam de Domitio Domitiano diximus, tum quæ dicturi sumus de Magnentio, Nepotiano, & Vetranione. Alterum est, insignem fuisse Augustorum omnium inter se Cæsarumque concordiam; cum Cæsarum Crispi & Constantini nomina in utriusque Constantini Aug. Liciniique junioris nummis appareant in hunc modum:

CONSTANTINVS MAX. AVG.

CRISPVS ET CONSTANTINVS CC. Infra, SIRM.

CONSTANTINVS AVG.

CRISPVS ET CONSTANTINVS CC. Infra, SIRM.

LICINIVS NOB. CAES.

CRISPVS ET CONSTANTINVS CC. Infra, SIRM.

ubi aperte nummi Constantinos duos Augustos exhibent, qui victoriam Alamannicam Cæsaribus gratulantur.

Nummi Constantini jun. Cæsaris.

CONSTANTINVS IVN. N. C. capite laureato.)(. GLORIA EXERCITVS. cum ☧ Christi monogrammate, ut in nummo proxime allato. Infra, detritæ litteræ. Est hic ære minimo, in Museo P. JOBERT, & in nostro.

CONSTANTINVS IVN. N. C. capite radiato, quia Solem adhuc & falsa numina cum patre & Senatu coleret. Numquam ita vel Constantius vel Constans, Constantini filii; vel Fl. Delmatius ex eadem gente Julia, radiatus apparet; quippe Christianis sacris imbuti.)(. VIRTVS EXERCITVS. Trophæum: ad pedes, duo captivi sedent. Infra, STR. *secundum Treverorum* tributum. E Museo P. JOBERT, ære minimo.

CONSTANTINVS IVVNS. capite radiato. *Constantinus junior Urbis nostræ servator*: nempe Treveros tutatus, adversus Germanorum irruptiones.)(. VIRTVS EXERCITI. Trophæum, ut proxime. Infra, STR. *Secundum Treverorum* tributum. Nummus est singularis, elegantissimi nitoris, e Cimelio P. JOBERT.

FL. CL. CONSTANTINVS IVN. N. C. capite laureato.)(. GAVDIVM ROMANORVM. Sarmatia sedens ad trophæum luget. Infra, SARMATIA. Aureus est e Cimelio Ducis Parmensis.

Nummi Licinii junioris.

LICINIVS NOB. CAES. capite laureato, dextra tenet orbem, cui Victoria superposita Cæsari coronam imponit.)(. CRISPVS ET CONSTANTINVS CC. Capita duo nuda adversa. Infra, SIRM. Aureus est apud Stradam, pag. 181. Tristanus, pag. 491. hunc eumdem nummum sic repræsentat: FL. LICIN. LICINIVS NOB. CAES. At profecto Licinius Flavius non fuit.

ANNUS L.

Hoc anno Constans Max. Augustus salutatur, frater Constantini Max. Deinde Constantius, Constans junior, & Delmatius, e familia Fl. Julia Cæsares appellantur. Nulla pro his concipiuntur vota; quasi supra legitimum numerum, in parentum dumtaxat gratiam, nimirum Constantini Principis Senatus, & Crispi Cæsaris, fuerint designati Cæsares.

Nummi Imp. Licinii.

IMP. LICINIVS P. F. AVG. capite laureato, pal-

pallio Augustali indutus, bacillum imperatorium læva gerit.)(. PROVIDENTIAE AVGG. Licinii & Constantini Impp. Castrum, cui sidus Solis imminet. Infra, M N T B *Mercatorum Narbonensium tributum secundum.* E museo nostro, æris minimi.

IMP. LIC. LICINIVS P. F. AVG. capite laureato.)(. PROFECTIO AVGG. Imperator in equo cum hasta, *Profectio Augustorum.* Infra, SIS. *Siscienses.* Aureus est e Thesauro Regio.

Nummi Imp. Constantini e familia Claudia.

IMP. CONSTANTINVS P. F. AVG. capite laureato.)(. PROVIDENTIAE AVGG. Fortuna stans in navi, & tenens sinistra Cornucopiæ, dextram jungit cum Iside, cui modius in capite, in sinistra labarum, sine nota Christianitatis. Infra, PARL. *Primum Arelatensium* tributum. Ex ære minimo, apud P. Chamillart.

IMP. CONSTANTINVS AVG. capite laureato.)(. VIRTVS AVGG. Licinii & Constantini. Castrum, cui sidus solis imminet. Infra, PRPL. *Provinciæ Primæ Lugdunensis.* Est ex ære minimo, in Cimelio D. DE BALLONFFEAVX, Luxemburgi.

IMP. CONSTANTINVS AVG. capite laureato, pallio Augustali indutus, bacillum imperatorium læva gerit. Fabrica nummi singularis ac paulo rudior, qualis in nummo Licinii superius laudato.)(. PROVIDENTIAE AVGG. Castrum, cui sidus Solis imminet. Infra, M N T B *Mercatorum Narbonensium tributum secundum.*

CONSTANTINVS AVG. capite laureato: interdum etiam, gemmis præcincto.)(. PROVIDENTIAE AVGG. ut supra. SMANTΔ *Societatis Mercatorum primæ Narbonensis tributum quartum.* E Museo San-Germanensi. In nostro sunt qui sequuntur: SMANTЄ. *quintum.* SMNA *Societatis Mercatorum Narbonensium primum* tributum. MNA eodem significatu. SMNS *secundum.* SMNΓ *tertium.* SMNЄ *quintum.* SMKA *Societatis Mercatorum Karthaginensium primum* tributum. SMKB *secundum.* SMKΔ *quartum.* SMKϚ *sextum.* SMALA *Societatis Mercatorum primæ Lugdunensis primum* tributum. PTR *Prima Treverensis.* RP *Remorum primum.* RS *Remorum secundum* tributum. ARLS *Arelatensium secundum.* Alius, latere lævo, A *primum:* infra, SMTS *Societatis Mercatorum Treverensis secundæ* tributum: alius, ΓSIS *tertium Sisciensium.* Omnes in Museo nostro, ex ære minimo. In alio, apud P. Chamillart, MNA. *Mercatorum Narbonensium primum* tributum.

IMP. CONSTANTINVS P. F. AVG. capite laureato: vultu annorum circiter XL.)(. VOTA PVBLICA. Sedet in puppi Imperator: sedent alii duo ad proram humiliores: nempe Cæsares duo, Crispus & Constantinus. Est in Cimelio D. FOVCAVLT, ex ære minimo. Aureus in Thesauro Regio, eadem utrobique epigraphe, exhibet Augustum togatum stantem, qui dextra tenet orbem Romanum; cui Victoria imposita coronam Augusto porrigit: hinc & inde gemina Victoria, ut videtur. Infra, PTR.

Nummi Constantini Max. Aug.

CONSTANTINVS MAX. AVG. capite cincto lapillis, vultu annorum circiter XXV.)(. GLORIA EXERCITVS. Duo signa militaria inter duos milites hastatos. Infra, CONSA *Civitatum omnium Narbonensis secundæ primum* tributum. Certe XXV. ætatis anno a Constantino Max. CP^im ædificatam esse, nemo sanus affirmarit. In alio, SMNЄ *Societatis Mercatorum Narbonensium quintum* tributum. Uterque ex ære minimo, in museo nostro. Alius, ΓCONST. *Tertium civitatum omnium Narbonensis secundæ tributum.* Alius TRS *Treverorum secundum* tributum. Et hi duo ex ære minimo, in Museo San-Genovefano, & nostro. Alius in San-Germanensi, TR P. *Treverorum primum* tributum, Constantini Max. capite laureato. Item in Cimelio D. FOVCAVLT, capite Augusti cincto lapillis, ut prius, SMANΔ *Societatis Mercatorum primæ Narbonensis quartum* tributum. Et SMKΔ *Societatis Mercatorum Karthaginensium quartum* tributum: hoc est, Narbonensium, qui Karthagine negotiarentur. In San-Genovefano, SMANP *Societatis Mercatorum primæ Narbonensis primum* tributum. In Cimelio D. FOVCAVLT; SMNϚ *Societatis Mercatorum Narbonensium sextum* tributum.

Eadem inscriptio:)(. GLORIA EXERCITVS. Signum militare unicum, inter duos milites hastatos. SMNB *Societatis Mercatorum Narbonensium secundum* tributum. In Museo San-Genovefano. In nostro, SMANB *Societatis Mercatorum primæ Narbonensis secundum* tributum. Alius ibidem, RP *Remorum primum.*

Eadem inscriptio, sed capite laureato.)(. GAVDIVM ROMANORVM. Roma spoliis insidens, dextra orbem Romanum tenet, cui Victoria imposita est; hastam sinistra. In area, A. Infra, CONS. *Civitatum omnium Narbonensis secundæ primum* tributum. Est ex ære minimo, in Cimelio D. FOVCAVLT.

CONSTANTINVS MAX. AVG. capite cincto lapillis.)(. PROVIDENTIAE AVGG. Constantini e familia Claudia, & Constantini Max. Castrum, ut superius. Infra, SMANTЄ *Societatis Mercatorum primæ Narbonensis tributum quintum.* Ex ære minimo, in museo nostro.

Eadem inscriptio: vultu annorum circiter XXVII.)(. VOTA PVBLICA. Isis Dea sistrum tenet, quæ in nummis aliis ISIS FARIA nuncupatur. Est apud D. FOVCAVLT.

Nummi Constantis Max. Aug.

CONSTANS MAX. AVG. capite gemmis præcincto: vultu annorum fere XX.)(. GLORIA EXERCITVS. Signum militare inter duos milites hastatos. Infra, SMALA. *Societatis Mercatorum primæ Lugdunensis primum* tributum. Nummus perrarus ac plane singularis, ex ære minimo, in Museo P. JOBERT. Quo ex nummo discimus, præter Fl. Jul. Constantem Nob. Cæsarem, cujus hoc anno nummi eadem epigraphe, iisdemque symbolis insculpti, omnium manibus teruntur, fuisse Constantem alterum e familia Fl. Valeria Maxima; tametsi ille scriptoribus rerum Romanarum incognitus sit: atque adeo MAX. non virtutis titulum in Constantino, sed familiæ nomen esse; æque profecto atque in Constante isto; quem tum ipsius ætas, tum vero & nummi fabrica alium esse non posse clamat, nisi Constantini Max. fratrem natu minorem.

IMP. CONSTANS AVG. capite cincto gemmis, vultu juvenili.)(. GLORIA EXERCITVS, ut proxime. Nummus est pariter singularis, ex ære minimo, ejusdem Constantis, in Cimelio D. DE BALLONFFEAVX, Luxemburgi.

Nummi Crispi & Helenæ.

CRISPVS NOB. CAES. capite galeato.)(. DOMINORVM NOSTRORVM CAESS. In laurea sidus Solis: ut significetur, opinor, Crispum inter Cæsares, velut Solem, micare. Affertur hic nummus ex ære, a Chiffletio in Anastasi, pag. 278. ut & iste qui sequitur.

FL. MAX. HELENA. capite nudo: capillitio cirratim torto in nodum. Augusta non est: quippe Cæ-

Cæsaris tantum, non Augusti conjux. Mos ille hujus ævi fuit. .)(. In laurea sidus Solis; Crispi Cæsaris symbolum. Hæc forma nummi, qualis in priore Crispi est, hanc ejus fuisse uxorem suadet, sororem Constantini Max. e familia Fl. Val. Maxima; cum esset ipse e Fl. Julia. Habet hunc nummum etiam ex auro Strada, pag. 169.

FL. IVL. CRISPVS NOB. CAES. capite laureato. .)(. PROVIDENTIAE CAESS. ut supra. SMNB *Societatis Mercatorum Narbonensium secundum* tributum. Item PTR *Prima Treverensis.* PLC *Primæ Lugdunensis civitates.* Omnes e museo nostro.

Nummi Constantini junioris Cæsaris.

CONSTANTINVS IVN. NOB. C. capite laureato. .)(. GLORIA EXERCITVS. Duo signa militaria, inter duos milites hastatos. Infra, CONSΓ *Civitatum omnium Narbonensis secundæ tertium* tributum. Alius, SMALA *Societatis Mercatorum primæ Lugdunensis primum* tributum. Alius, SMALB *secundum.* Alius, PLC *Primæ Lugdunensis civitates.* Alius, SMANЄ *Societatis Mercatorum primæ Narbonensis quintum* tributum. Alius, ASIS *Primum Sisciensium.* Omnes e Museo nostro, ære minimo. In San-Genovefano, RS *Remorum secundum.*

CONSTANTINVS IVN. NOB. C. capite laureato. .)(. GLORIA EXERCITVS. Duo signa militaria, ut proxime: inter ea, bipennis; quam Tristanus pag. 587. pro cruce accepit, atque ita pinxit; fecitque Constantinum ex ethnico Christianum. At in nummis hoc titulo inscriptis, sive Constantini & Constantis Maxx. Augg. sive Constantii utriusque, sive Constantis, sive Delmatii, sive Helenæ, nulla crux apparet. Infra, AQS *Aquensium secundum* tributum. Ex ære minimo, in museo nostro. In San-Genovefano simillimus habet AQT *tertium.*

CONSTANTINVS IVN. NOB. C. capite laureato. .)(. PROVIDENTIAE CAESS. ut supra. SMNΓ *Societatis Mercatorum Narbonensium tertium* tributum. SMNΔ *quartum.* SMANTΔ *Societatis Mercatorum primæ Narbonensis tributum quartum.* SMANTϚ *sextum.* SMKA *Societatis Mercatorum Karthaginiensium primum* tributum. PLC *Primæ Lugdunensis civitates.* Omnes e museo nostro.

D. N. FL. CL. CONSTANTINVS NOB. C. capite laureato. .)(. PROVIDENTIAE CAESS. MNTЄ. *Mercatorum Narbonensium tributum quintum.*

Nummi Fl. Jul. Constantii Cæsaris.

FL. IVL. CONSTANTIVS NOB. C. capite laureato. .)(. GLORIA EXERCITVS. signum militare, cum Christi monogrammate ☧ inter duos milites hastatos. Infra, S CONS. *Secundum Civitatum omnium Narbonensis secundæ* tributum. Ex ære minimo, in Museo nostro.

FL. IVL. CONSTANTIVS NOB. C. capite laureato. .)(. GLORIA EXERCITVS. Duo signa militaria, inter duos milites hastatos. Infra, RFT *Remensium senus tertium:* ut fere in nummo Constantini junioris anno superiore. Est in Museo San-Genovefano, & nostro. Alii, SMANH *Societatis Mercatorum primæ Narbonensis octavum* tributum. SMANΘ. *nonum.* SMALA. *Societatis Mercatorum primæ Lugdunensis primum* tributum. SMALB *secundum.* SMKB *Societatis Mercatorum Karthaginiensium secundum* tributum. SMKΓ *tertium.* CONSΓ *Civitatum omnium Narbonensis secundæ tertium.* TRS *Treverensis secunda.* Omnes ex ære minimo, in museo nostro. Alius ibidem addit bipennem, ut in nummo Constantini junioris. Infra, AQS *Aquensium secundum* tributum.

Caput Constantii laureatum, sine epigraphe. .)(. CONSTANTIVS CAESAR in ipsa nummi area. Infra, SMRQ *Societatis Mercatorum Remensium quartum* tributum. Argenteus, ibidem.

FL. IVL. CONSTANTIVS NOB. C. & FL. CONSTANTIVS NOB. C. capite laureato. .)(. PROVIDENTIAE CAESS. ut supra. QAR. *Quartum Arelatensium* tributum. MNΔ *Mercatorum Narbonensium quartum* tributum. SMKΔ *Societatis Mercatorum Karthaginiensium quartum* tributum. Alius, in medio habet A *primum* tributum; infra, CONS. *Civitatum omnium Narbonensis secundæ.* Alius, S. infra, CONS. *secundum.* Omnes e museo nostro.

Nummi Fl. Jul. Constantis Cæsaris.

FL. CONSTANS CAES. caput cinctum corona e gemmis, dextra elata; vultu annorum XX. aut XXII. .)(. SECVRITAS PERPETVA. Stans Crispus Cæsar paludatus, dextra tenet labarum, (sed sine ☧ Christi monogrammate:) læva clavam ex vite in latitudinem prælonga; insigne, opinor, Principis Juventutis; ut olim Centurionum, teste Plinio, lib. XIV. sect. III. Stant hinc & inde Constantius & Constans Cæsares, cum hastis & clypeis paludati: medius inter Constantium & Crispum, sed reliquis omnibus minor, pariterque paludatus, Delmatius Cæsar sororis Crispi F. ut videtur. Delmatius in hoc nummo videtur esse nudo capite: ceteri sunt laureato. Infra, CONS. *Civitates omnes Narbonensis secundæ:* Itaque nummus ille Cæsares omnes exhibet gentis Fl. Juliæ; e quibus tres postremi hoc anno dicti sunt Cæsares. Tot Cæsarum virtute niti *Securitas perpetua* Reipublicæ dicitur. Aureus est eximiæ raritatis ac molis, pondo aureorum nostrorum fere quinque, in Cimelio Illustr. Comitis de Schwarzburg; ut scripsit Andr. Morellius ad D. DRON, qui nummi ectypum libenter nobiscum communicavit.

CONSTANS & FL. CONSTANS & FL. IVL. CONSTANS NOB. C. capite laureato. .)(. GLORIA EXERCITVS. Duo signa militaria inter duos milites hastatos. Infra, CONSΓ *Civitatum omnium Narbonensis secundæ tertium* tributum. SMTϚ *Societatis Mercatorum Treverensium sextum.* SMALA *Societatis Mercatorum primæ Lugdunensis primum.* Omnes e museo nostro.

CONSTANS NOB. CAESAR. capite laureato. .)(. VIRTVS CAESARVM. Stans laureato capite, trophæum erigit; captiva sedente ac lugente. Est ex ære maximo, in Cimelio D. Abb. DE CAMPS.

CONSTANS IVN. NOB. C. capite laureato. .)(. GLORIA EXERCITVS, ut supra. SMNB *Societatis Mercatorum Narbonensium secundum* tributum. Est ex ære minimo in Cimelio D. FOVCAVLT. *Constans junior* dici non potuit, ut jam monuimus, nisi cum esset alter ei cognominis, idemque provectior ætate. Is autem fuit CONSTANS MAX. AVG. de quo superius diximus. Deinde capite laureato Cæsar nullus fuit post obitum Constantini Aug. Est hic igitur Constans junior idem sane ac Fl. Jul. Constans: sed & alius ab eo qui Constans Max. Aug. appellatus est; licet eidem æqualis; ut ipsa nummi fabrica, titulusque ipse admonet.

FL. CONSTANTI SBEAC. capite laureato. .)(. GLORIA EXERCITVS. Signum militare inter duos milites hastatos. Infra, ΔSIS *Quartum Sisciensium* tributum. Est ex ære minimo in Cimelio D. FOVCAVLT, & in Museo P. STEPH. CHAMILLART, ubi elegantioris fabricæ est. *Flavio Constanti, superum benignitate Primo Cæsarum.* Quo locutionis genere Cicero usus est, pro Q. Roscio,

num. 33. *Nunc Deûm immortalium* BENIGNITATE *omnium fortunæ sunt certæ.* Ea bonitate indolis præditum fuisse Constantem dicunt Sisciensès, qui hunc nummum cuderunt, ut dignus videretur, quem Superi fecissent nasci primum Cæsarum. *Primus Cæsarum* dicitur, primus ex Augusto sanguine Princeps, post ipsummet Augustum sive Imperatorem. Sic in Gallia fere, Primum Principem appellamus, *le Premier Prince du sang.* Litteræ A C Primum Cæsarum significant: quemadmodum in Crispi nummis PRINCIPIA IVVENTVTIS est, *Principi primo Juventutis*; & ATR *primum Treverensium* numisma est, & similia. Hinc intelligimus, 1° Constantem Cæsarem Constantio Cæsare fratre suo fuisse natu majorem. 2° Familiam Flaviam Juliam in gente Flavia fuisse primogenitam, ortam ex Fl. Vespasiano, & ex Tito Vespasiano, cujus filia propterea *Julia Titi F.* in nummis appellata est. Multi tunc Cæsares erant: Ex familia Fl. Julia, Fl. Jul. Constantius, frater Constantis: Fl. Jul. Crispus, utriusque patruus; qui si frater esset, primus ipse Cæsarum esset; & Fl. Jul. Delmatius. Ex familia Fl. Claudia, Fl. Claudius Constantinus: ex familia Fl. Valeria, Fl. Val. Constantius: præter Constantinum Max. & Constantem Max. Augustos. Inter Cæsares autem principatum Augusti sanguinis habet, *Primus Cæsarum.* Hanc interpretationem egregie confirmat ejusdem Constantis nummus alter singularis argenteus ære mixto, elegantis ac nitidissimæ fabricæ, formæ mediocris, ex Cimelio P. STEPH. CHAMILLART, cum hac inscriptione: DA CONSTANS P. F. AVG. capite cincto gemmis. .)(. FEL. TEMP. REPARATIO. Infra, PLC. Est enim sententia: *Dominorum primus Constans P. F. Aug.* Qui antea nimirum fuit *Primus Cæsarum*; idem tunc cum Augustus esset, cum aliis Augustis & Cæsaribus, quorum quisque in titulis D N appellabatur; (nam & Augusti, & Cæsares, Domini:) *Dominorum primus* vere & ingeniose scribitur. Neque enim certe exigua dignitas est & eminentia primi Principis inter multos Principes. Olim aliter hunc nummum interpretati sumus, cum scilicet receptas secuti historias, popularesque opiniones, falso existimaremus Cæsaris nomen merum esse titulum dignitatis.

Nummi Licinii junioris Cæsaris.

D. N. VAL. LICIN. LICINIVS NOB. C. capite laureato. .)(. PROVIDENTIAE CAESS. ut supra: ANTA *Primæ Narbonensis tributum primum.* Apud DU-CANGIVM in familiis Byzant. Tab. VII.

Adeo sunt indiscretæ formæ nummi isti omnes, quorum est similis superscriptio: ut etiamsi ex subnotato singulis fabricæ loco res non liqueret; vel uno tamen oculorum judicio constaret, ex eodem omnes tractu terrarum, atque ex una fere officina prodiisse.

LICINIVS IVN. CAES. capite laureato. .)(. SECVRITAS REIPVBLICAE. Dea innixa columnæ. TR. *Treveri.* Aureus in Thesauro Regio.

Nummi Fl. Val. Constantii Cæsaris, qui frater Constantini Max.

FL. VAL. CONSTANTIVS NOB. C. capite laureato: vultu annorum fere XX. .)(. GLORIA EXERCITVS. Duo signa militaria inter duos milites hastatos. Infra, R S *Remorum secundum* tributum. Ex ære minimo, in Cimelio D. FOVCAVLT.

FL. VAL. CONSTANTIVS NOB. C. capite laureato. PROVIDENTIAE CAESS. ut supra. R Q *Remorum quartum* beneficium. In museo nostro.

Nummi Delmatii Cæsaris.

Is mihi sororis Crispi F. plane fuisse videtur, stirpis Constantinianæ seriem, atque historiam illorum temporum, ex solis nummis pro instituto digerenti.

FL. IVL. DELMATIVS NOB. C. capite laureato. .)(. FIDES EXERCIT. Signum militare inter duos milites hastatos. Infra, SIS. *Siscia.* Ex ære minimo est, apud D. BAVDELOT.

Eadem inscriptio. .)(. GLORIA EXERCITVS. Signum militare, ut proxime. Infra, SMKΔ *Societatis Mercatorum Karthaginiensium quartum* tributum. Vel B SIS *secundum Sisciensium.* Est ille in Museo P. JOBERT: iste, apud D. FOVCAVLT. Est etiam in nostro, SMKε.

FL. DELMATIVS NOB. C. capite laureato. .)(. GLORIA EXERCITVS. ut supra. P CONST *Primum civitatum omnium Narbonensis secundæ tributum.* Vel B CON *secundum civitatum omnium Narbonensium* tributum. Ille in Cimelio D. Abb. FAVVEL: iste, in nostro. In alio ibidem, SMANA. *Societatis Mercatorum primæ Narbonensis primum* tributum, ut videtur. Nam postrema littera paululum detrita est; ceteræ sunt perspicuæ.

FL. DELMATIVS NOB. CAES. capite laureato. .)(. DELMATIVS CAESAR. Victoria cum palma & corona. E Cimelio reginæ Christinæ, teste Spanhemio, pag. 601. Non fuit aliquando Delmatius D. N. Et alii pariter Cæsares (præter istos tres, quos fuisse statim datos Augustis diximus, Licinium, Crispum, & Constantinum,) isto D. N. titulo carent. Fuit ille tamen in aliqua expeditione Princeps juventutis, si est ille nummus ex auro sincerus, qui est inter Arschotanos.

FL. DELMATIVS NOB. CAES. capite laureato. .)(. PRINCIPI IVVENTVTIS. Stans ipse laureatus, dextra labarum tenet, læva hastam puram. Retro sunt signa duo militaria. Infra, TR. *Treveri.*

ANNUS LI.

Nummi Constantini Aug. e familia Claudia.

IMP. CONSTANTINVS P. F. AVG. capite nudo: alibi etiam laureato. .)(. SAPIENTIA PRINCIPIS. Noctua aræ superposita. Aram transversim secat hasta: lateri lævo ejusdem aræ galea adjacet: clypeus dextro. Infra, R S *Remorum secundum* beneficium. Ex ære minimo, in Cimelio D. BAVDELOT, & nostro. Sapientia Principis commendatur, qui rem leviter ac sine cruore; sine certamine armisque gesserit. Ideo & caput ei nudum est, & arma aræ appolita jacent. Hasta, galea, clypeus, virtutis sunt symbola; atque adeo Palladis. Noctua, sapientiæ seu vigilantiæ; atque adeo Minervæ. Quamobrem & in nummis Atheniensium, quorum arx fuit Palladi seu Minervæ dicata, insculpta noctua cernitur, eidem Deæ sacra. Et in nummo Domitiani argenteo, e museo nostro, stat Pallas armata, cum hasta & clypeo: noctua ad pedes adposita; quæ sapientiam Principis ac solertiam indicat. Plinius, lib. x. sect. XIX. *Noctuarum contra aves solers dimicatio*, &c.

CONSTANTINVS P. F. AVG. capite laureato. SAPIENTIA, in cippo: deinde in nummi ambitu, PRINCIPIS PROVIDENTISSIMI. Symbola eadem, atque in superiore nummo. Infra, T ARL. *Tertium Arelatensium* tributum. Est aureus e Thesauro Regio. In nummis aureis Ducis Arschotani, SANT. *Secundum primæ Narbonensis tributum.*

Eadem inscriptio: .)(. FELIX PROCESSVS COS. VI. AVG. N. *Felix processus Consulatus sexti Augusti nostri.* Constantinus togatus dextra orbem Romanum

manum gerit, læva bacillum imperatorium, summæ potestatis indicem. Infra, A Q *Aquenses*. Aureus est e gaza Regia, ac Cæsarea. Feliciter in toga Constantino processisse Consulatum sextum Aquenses gratulantur; quemadmodum in bello feliciter processisse Maxentio Consulatum suum gratulatos olim Remenses vidimus. Usus est ea locutione Vulgatus interpres, Psal. XLIV, 5. *Prospere* PROCEDE.

IMP. CONSTANTINVS P. F. AVG. capite laureato, vultu annorum XL. veste Consulari; dextra scipionem gerens, cujus in apice aquila est, insigne Consulatus. .)(. VTILITAS PVBLICA. Stans Constantinus capite galeato, læva orbem tenet, cui Victoria imposita coronam Augusto imponit; dextra idem præeuntem arripit Æquitatem; quæ in cymba posita bilancem dextra gestat, læva Cornucopiæ. Infra, PARL. *Primum Arelatensium* tributum, vel munus. Cymba situm urbis ad Rhodanum indicat: *Utilitas publica*, restitutionem Monetæ. Sic in Maximiani Herculii nummo pariter inscripto, VTILITAS PVBLICA, stans Dea geminum pondus, alterum altera manu gestat, adæquationem ponderum in urbe Remensi significans: nam littera R subjicitur in imo margine. Est hic Constantini nummus ex ære singularis ac perraras, in Cimelio D. Abb. FAVVEL.

CONSTANTINVS P. F. AVG. capite laureato. .)(. VBERTAS SAECVLI. Dea stans bilancem dextra gerit, læva Cornucopiæ. Infra, PTR. *Prima Treverensis*. Est ex ære minimo apud D. de BALLONFFEAVX. Luxemburgi.

Eadem inscriptio. .)(. FELICITAS REIPVBLICAE. Imperator togatus in suggesto sedet: adstant eidem alii duo: ante suggestum tres flexis genibus supplicum ritu manus attollunt. Infra, PTR. Aureus est in gaza Regia.

CONSTANTINVS AVG. capite cincto gemmis: .)(. VIRTVS AVGG. *Virtus Augustorum duorum*. Imp. Constantini, & Constantini Max. Castrum, cui Solis sidus imminet. Hinc S inde F. *Virtus Augustorum*, *Saculi felicitas*. Infra, A R L P *Arelatensium primum* tributum. Alius, ARL S *secundum*. Prior e Museo P. JOBERT, alter e nostro.

Eadem inscriptio utriusque paginæ: cum litteris S F. Infra, P.CONST *Primum civitatum omnium Narbonensis secundæ tributum*. Est e gaza Regia, ære minimo; & apud D. Abb. FAVVEL: sed istic capite cincto gemmis. In nostro, s CONS T littera priore s & postrema T minoris quam reliquæ moduli. *Secundum civitatum omnium Narbonensis secundæ tributum*.

CONSTANTINVS AVG. capite laureato. .)(. VIRTVS CAESS. Castrum, ut supra. Hinc S inde F. Infra, ARLP *Arelatensium primum* tributum. Ex ære minimo, in Museo nostro.

Nummi Constantini Max.

CONSTANTINVS MAX. AVG. capite cincto gemmis: vultu annorum circiter XXV. .)(. VIRTVS AVGG. & P CONST. ut supra. Est in Museo San-Genovefano.

Eadem inscriptio, capite cincto corona e lapillis. .)(. GLORIA EXERCITVS. Augustus paludatus incedit cum hasta & clypeo. Latere dextro, Γ *tertium* tributum: infra, CONS. *Civitatum omnium Narbonensis secundæ*. E museo nostro, ære minimo. Alius ibidem pro Γ habet Ϛ *sextum*; infra, CONS.

IMP. CONSTANTINVS MAX. AVG. capite laureato. .)(. DEBELLATOR GENTIVM BARBARARVM. Incedit paludatus cum milite. Infra, GOTHIA. TR. *Treveris*. Aureus hic est in Thesauro Regio. Apud Occonem pag. 536. similiter aureus est, inscriptus, VICTORIA GOTHICA. Ubi Augustum sedentem Victoria coronat, & hostem exhibet supplicem. In nummo Taciti Imp. apud D. Abb. FAVVEL, scribitur VICTORIA GOTTHI. qua de victoria silent scriptores rerum Romanarum. Gothia nobis quidem, esse Tolosanus ager videtur: cui, ut Gothiæ, sic & Septimaniæ ex parte postea nomen fuit. Ibi Gothi indigenæ. Qui e Dacia in hos tractus, sive Hispaniam Italiamve commigrasse putat, ostendat in his terris aliquod Gothicæ linguæ, seu Germanicæ veteris vestigium.

Nummus ex ære maximo, in gaza Regia, Constantini Max. habet hanc epigraphen, EXVPERATOR OMNIVM GENTIVM. Ubi miror sic vocem eam scribi; cum in nummis Commodi ex argento & ære in eadem gaza legamus, IOVI EXSVP. & IOVI EXSVPER. *Jovi Exsuperatori*.

Nummi Constantini junioris Cæsaris.

CONSTANTINVS IVN. NOB C. capite laureato. .)(. VIRTVS CAESS. Castrum, cui Solis sidus imminet. Infra, TCONSΓ *Tributum civitatum omnium Narbonensis secundæ tertium*. Est in Museo San-Genovefano. In San-Germanensi, TCONST eadem sententia. In medio S F. *Sæculi felicitas*.

Nummi Constantii Cæsaris.

FL. IVL. CONSTANTIVS NOB. C. capite laureato. .)(. VIRTVS CAESS. ut proxime. Infra, QARL. in museo nostro: in San-Genovefano, ARL Q *Arelatensium quartum* tributum.

ANNUS LII.

Hoc anno vota publice suscepta sunt pro Victoria læta Principis Perpetui Constantini e familia Julia, qui ex Urbe profectus in Gallias, Senatus Populique Romani nomine, summo cum imperio Germanicæ expeditioni præfuit, bellum sub eo gerentibus Augustis ac Cæsaribus.

Hæc tria inter se distinguenda vocabula sunt in nummis antiquis; Imperator, Princeps, Augustus. Nam Imperator in exercitu, Princeps in Urbe, Augustus in provinciis appellatus est. Neque enim aut vim vocis illius; aut Romanorum libertatem satis norunt, qui hæc duo nomina primi consociarunt, *Imperator Romanorum*: quæ locutio in nummis, probisve sigillis, omnino non occurrit ante sæculum Christi decimum tertium jam senescens. Novissimus trium istorum, Augusti titulus est. Neque enim Senatui aut civitati, aut demum exercitui σεβαστὸς aut σεμνὸς, (ut quidam nummi habent) sed provinciis Augustus, hoc est, Venerabilis fuit, & sacro sanctus.

Quamobrem alius Perpetuus Imperator, alius Princeps perpetuus, alius demum Perpetuus Augustus fuit. Probum dici Perpetuum Imp. superius vidimus, pag. 55. Trajano hunc eumdem titulum nummus adscribit apud Occonem, pag. 197. Perpetui Augusti in nummis appellati quamplurimi: Perpetuus Princeps unus omnino se offert. Qui si Augustus aliquis unus esset ex iis, qui in provinciis degerent, non ille Princeps Perpetuus, sed Perpetuus Augustus, ut Constantius Constantini F. diceretur. Ergo Princeps Senatus & civitatis hoc loco intelligitur: qualem M. Scaurum *totius* fuisse, Plinius auctor est.

Cetero jus omne Principis Senatus, dum in Urbe esset, Italiæ fines non excedit, teste Horatio, libro 2. epist. 1. ad Augustum:

Cum tot sustineas, & tanta negotia solus,
RES ITALAS *armis tuteris, moribus ornes,*
Legibus emendes, &c. Qui mox adjicit,
Et formidatam Parthis te Principe Romam.

Post Gallieni principatum alii Augusti, iique tantum in provinciis: Principes alii in Urbe fuerunt: tametsi

tametsi & Augusti quoque in suis provinciis, quoniam ibi Principum jus haberent, Principes sunt appellati. Ab Italia nullus honori Principum nummus cudebatur; quoniam esset illa, non Principi, sed uni Senatui P Q R obnoxia. A Provincialibus nullus similiter; quoniam his omne esset cum suis Augustis commercium; nullum cum Principe civitatis. Ex quo vicissim accidit, ut sæculo saltem isto Constantiniano (nam de hoc uno nunc agimus) nullus Augustorum nomine nummus Romæ conflatus appareat. Quoniam videlicet Augustis eo ævo in provincia degentibus, nihilo magis eorum honori nummos Urbs Roma dicavit, quam Parisiorum civitas eorum honori nummos cudit, qui in provinciam a Rege mittuntur rei judiciariæ ac civili Præfecti.

Nummi Imp. Constantini Aug.

IMP. CONSTANTINVS AVG. capite galeato & laureato.)(. VICTORIAE LAETAE PRINC. PERP. Duæ Victoriæ tenent impositum cippo clypeum, in quo scriptum est, VOTA PR: *Vota Populi Romani.* Infra, T ARL. *Tertium Arelatensium* tributum. In alio, STR *Secunda Treverensis*: ibidem. Alius, Δ SIS *Quartum Sisciensium* tributum. Omnes e museo nostro, ære minimo. In Thesauro Regio nummus ex auro simillimus, in clypeo exhibet, VOT. X. *Vota decennalia*, Constantini Max. nimirum. Infra, PTR.

Nummi Constantini Max. Aug.

CONSTANTINVS MAX. AVG. capite galeato, & interdum simul laureato.)(. VICTORIAE LAETAE PRINC. PERP. ut supra. In imo margine, PLN. *Primæ Lugdunensis Negotiatores.* In cippo ✚ species crucis est: sed merus tamen sculptoris ingenio lineæ duplicis transversus ibi ductus est; qualem observavimus anno XLIV. in nummo qui inscriptus est, MARTI CONSERVATORI. Indicium Christianitatis in nummis hujus sæculi non aliud fere est quam ☧ Christi monogramma. Est hic nummus ex ære minimo in Cimelio D. FOVCAVLT, & nostro. Alius in nostro, cum eadem crucis similitudine, habet ST *Secundum Treverorum* tributum. Ubi pro cruce Tristanus pag. 543. X seu crucem decussatam exhibet. In alio, apud D. FOVCAVLT, legitur PT *Primum Treverorum* tributum. Alius, in museo nostro, P ARL. *Primum Arelatensium.* In utroque inscriptio est, IMP. CONSTANTINVS MAX. AVG. qui ante hunc annum IMP. non est appellatus in nummis. In duobus aliis quos vidimus, ejusdem fabricæ, insculptum in galea est Christ. monogramma: unde Constantinum Max. hoc saltem anno Christianis imbutum sacris fuisse, nefas est ambigere.

Nummi Licinii utriusque, & Crispi Cæsaris.

LICINIVS AVG. capite laureato: vultu annorum fere LXX.)(. VICTORIAE LAETAE PRINC. PERP. ut in superioribus. Infra, RQ *Remorum quartum* tributum. Aureus est e Thesauro Regio. In imo alterius margine, duo captivi sedent: deinde Γ SIS *Tertium Sisciensium* tributum. Est hic ex ære minimo in Museo San-Genovefano. In aureo altero, e Gaza Regia, inscriptum est, VOT. X. scilicet Constantini Max. quicum esse sibi amicitiam Licinius profitebatur. Infra, P R *Primum Remorum* tributum.

LICINIVS P. F. AVG. Capite laureato.)(. VBIQVE VICTORES. Stat Licinius cum hasta, sinistra tenet orbem Romanum: ad pedes, captivi duo. Infra, PTR *Prima Treverensis.* Ibidem aureus est.

LICINIVS IVN. NOB. CAES. capite laureato: vultu annorum XXX.)(. VICTORIAE LAETAE PRINC. PERP. ut superius. Infra, A SIS *Primum Sisciensium* tributum. Est ex ære minimo in Thesauro Regio, & apud Occonem pag. 545.

FL. IVL. CRISPVS NOB. CAES. capite laureato.)(. VICTORIAE LAETAE PRINC. PERP. ut in superioribus nummis. Infra, P L N. *Primæ Lugdunensis Negotiatores.* In museo nostro, ex ære mediocri.

Nummi Fl. Jul. Helenæ, quæ uxor fuisse videtur Constantini Max.

FL. IVL. HELENA AVG. caput cinctum lapillis.)(. PAX PVBLICA. Ramum oleæ tenet. Infra, CONSЄ *Civitatum omnium Narbonensis secundæ quintum* tributum. Ex ære minimo, in Museo P. JOBERT. Alius, in Cimelio Domus Professæ, TRS *Treverensis secunda.* Habet prior nummus, apud Wilthemium inter Icones, dextro latere speciem crucis ┼

Eadem epigraphe.)(. GLORIA EXERCITVS. Signum militare inter duos milites hastatos: ut in nummis Constantis & Delmatii, anno L. Est apud Chiffletium, in Anastasi, pag. 278.

FL. HELENA AVGVSTA.)(. SECVRITAS REIPVBLICE. Stat velata & stolata, dextra tenet oleæ vel lauri ramum. In medio SF *Sæculi felicitas.* Infra, T ARL *Tertium Arelatensium* tributum. Item, Γ SIS *Tertium Sisciensium.* PTR. *Prima Treverensis.* SMTSΓ *Societatis Mercatorum Treverensis secundæ tertium* tributum. SMKA *Societatis Mercatorum Karthaginiensium quartum* tributum. SMANTI *Societatis Mercatorum primæ Narbonensis tributum decimum.* SMANTB. *Societatis Mercatorum primæ Narbonensis tributum secundum.* Omnes ex ære minimo, in museo nostro.

FL. AELENA AVG.)(. SECVRITAS REIPVBLICE. Infra, T AR *Tertium Arelatensium* tributum. Quod & *Republice* per *e*, & *Ælena* per Æ scribitur in nummis istis; argumento est sonum utriusque litteræ, ut nunc est, tunc eumdem fuisse. Est hic nummus ex ære minimo, in Cimelio D. Abb. FAVVEL.

Fuit hæc Fl. Jul. Helena, (uti ex nomine & ætate ipsius, ac deinde ex fabrica nummi perspicuum est) soror Fl. Julii Constantini Principis. Ejusdem vero Constantini filia, FL. IVL. CONSTANTINA AVG. a Spanhemio affertur, pag. 640. ex nummis, ut ait, sed Goltzianis: quorum plerique, ut Ligoriani, nusquam nisi in schedis exstiterunt. Nullus certe illius Constantinæ nummus in Cimeliis hujus Urbis est.

Hoc eodem anno vota vicennalia Imp. Constantini Aug. celebrantur, quindecennalia Cæsarum: Consulatu Crispi secundo. Quæ omnia nummis subsequentibus perspicue declarantur. Sub anni finem suscepta sunt Constantini Max. vota decennalia.

Nummi Imp. Constantini e familia Claudia.

CONSTANTINVS AVG. capite laureato.)(. CONSTANTINI AVG. Deinde in medio, VOTIS XX. Infra, PL *Prima Lugdunensis.* Ex ære minimo, in Cimelio D. FOVCAVLT.

CONSTANTINVS AVG. capite galeato.)(. VIRTVS EXERCITVS. Labarum in quo VOT. XX. Ad pedes labari, captivi duo. In medio S F. *Sæculi felicitas.* Infra, AQP *Aquensium primum* tributum. In alio, TT *tertium Treverorum* tributum. Uterque e Cimelio D. FOVCAVLT. In alio simili, e Museo P. CHAMILLART, est infra, TS Є. *Treverensis secundæ quintum* numisma. Alius, in nostro: SF / BL

Sæ-

Sæculo felici. Infra, Δ SIS. *quartum Sisciensium* tributum. In alio rursum, qui est e museo nostro argenteus, hinc A inde S. *Augusti Securitas*: intra, PLC *primæ Lugdunensis civitates.*

CONSTANTINVS AVG. capite galeato. .)(. BEATA TRANQVILLITAS. Cippus, orbe Romano superposito; cui tergemini Soles imminent; nempe Augusti tres: Imp. Licinius: Imp. Constantinus e familia Claudia: & Constantinus Max. e Valeria. In cippo, VOT. XX. Infra, STR *Secundum Treverorum* tributum. In alio, hinc C inde R *Claritas Reipublicæ.* Infra, PLC *Primæ Lugdunensis civitates.* Ex ære minimo, in museo nostro uterque: in posteriore Constantinus capite laureato est. In aliis rursum, pallio imperatorio amictus, scipionem Consularem dextra gerit, cujus in apice aquila est: insigne, opinor, Proconsularis post Consulatum potestatis. Eadem superscriptio posticæ partis, cum cippo, & orbe Romano, ac tergemino Sole. In cippo, VOTIS XX. Infra, SR *Secundum Remorum* tributum: vel STR *Secundum Treverorum.* Prior est in Museo D. BAVDELOT: posterior, in nostro: ubi & alter inscriptus, BEATA TRANQLITAS, contracte, pro *Tranquillitas.* Infra, PLON. *Primæ Lugdunensis omnes Negotiatores.*

CONSTANTINVS P. F. AVG. capite laureato. .)(. VICTORIA AVGVSTORVM. Stat Imperator paludatus, capite laureato: dextra tenet orbem, læva hastam inversam: Victoria retro coronam imponente. Infra, SMTS *Societas Mercatorum Treverensis secundæ.* Aureus est e Thesauro Regio.

Eadem inscriptio. .)(. VICTORIAE PERPETVAE. Victoria insidet spoliis, minore Victoria altera clypeum sustentante, in quo scriptum est, VOT. XX. Infra, SMT. *Societas Mercatorum Treverensium.* Aureus est apud Occonem, pag. 535.

Eadem inscriptio. .)(. VBIQVE VICTORES. stans paludatus, dextra hastam, læva orbem Romanum tenet. Infra, TR. *Treveri.* Aureus in Thesauro Regio.

IMP. CONSTANTINVS AVG. capite cincto lapillis. .)(. PRINCIPI IVVENTVTIS. Stat Crispus capite laureato, dextra hastam inversam gerit, læva orbem Romanum; sinistro pede calcat hostem. Infra, TRS. *Treverensis secunda.* Est ex argento puro, in Cimelio D. FOVCAVLT.

Eadem superscriptio. .)(. VICTORIA AVGG. NN. Constantini Aug. & Constantini Max. Aug. Victoria, ut proxime. TRS. Ex argento puro, in Thesauro Regio.

VICT. CONSTANTINVS AVG. capite cincto lapillis. .)(. DEBELLATORI GENTT. BARBARR. Imp. ex equo hostes confodit. Est ex ære maximo ibidem, & in Museo P. CHAMILLART.

CONSTANTINVS P. F. AVG. capite laureato. .)(. VICTOR OMNIVM GENTIVM. Imperator stans, dextra tenet labarum, sinistra clypeum: ad pedes, captivi duo, cum duobus aliis supplicibus. P TR. *Prima Treverensis.* Aureus est in Thesauro Regio.

Nummi utriusque Constantini Aug.

CONSTANTINVS AVG. capite laureato, vultu annorum circiter XL. .)(. CONMAXANTTINVS AVG. capite pariter laureato: vultu annorum fere XXVII. Monetarii vitio litteræ sunt ita perturbatæ. Est ex ære minimo, in Cimelio D. FOVCAVLT, nummus singularis. Sic in argenteo, apud D. Abb. FAVVEL legimus D. N. IVSTIINANVS pro *Justinianus.*

Nummi Constantini Max.

CONSTANTINVS AVG. capite cincto gemmis. .)(. D. N. CONSTANTINI MAX. AVG. Castrum, cui tres Soles imminent. Infra, PT Prima Treverensis. Est ex ære minimo, apud D. Abb. FAVVEL. Nomen CONSTANTINVS in recto casu, ac sine titulo D. N. conjunctum cum altero D. N. CONSTANTINI MAX. tria docet: 1°. In Treverensi provincia Augustum fuisse Constantinum Max. siquidem a Treveris ipse D. N. appellatur, non item alter Constantinus. 2°. Jungi hæc duo nomina hac ratione non posse, ut alterum in recto sit, alterum in gignendi casu, quin vel patruelis, vel affinis, vel cognatus subintelligatur. 3°. Alium esse proinde Constantinum a Constantino Max. Tres Soles, tres Augusti sunt; ut proxime diximus in nummis Constantini e familia Claudia.

CONSTANTINVS MAX. AVG. .)(. CONSTANTINVS AVG. SMK. *Societas Mercatorum Karthaginiensium.* Victoria gradiens, cum palma & corona. Est apud Occonem aureus, pag. 536. In priore nummo cum duo sint insculpti vultus longe dispares, cum sua quisque superscriptione, geminum agnosce Constantinum: in isto autem, cum unicum habeat vultum insculptum, in utraque pagina eumdem appellari Augustum Constantinum Max. noveris, atque in reliquis hujus anni nummis. Cetero, duos in uno numismate consociari Augustos, alterum primarium, inferiorem alterum ac minorem, mos fuit post tempora Gallieni: cujus moris exemplum est in nummo singulari eximiæ raritatis ex ære minimo, in Cimelio D. FOVCAVLT, qui sic inscribitur: IMP. CLAVDIVS AVG. capite radiato. .)(. TETRICVS AVG. capite pariter radiato: jam tum scilicet sub Imperatore rem militarem administrante in alio tractu Augusto: tametsi de hoc more silent scriptores rerum Romanarum; quibus etiam latuit, Tetricum sub Imp. Claudio Augustum secundarium ac minorem fuisse. Sic in nummo argenteo apud D. BAVDELOT, legimus: IMP. C. P. LIC. VALERIANVS AVG. capite radiato. .)(. GALLIENVS CVM EXER. SVO. *cum Exercitu suo.* Cippus; cui Juppiter superpositus dextra tenet Victoriam: in cippo, IOVI VICTORI. Valerianus IMP. appellatur, qui titulus Gallieno in re præsenti non datur. Sic demum in Museo nostro, IMP. C. AVRELIANVS AVG. capite radiato. Infra, littera Z quæ annum designat Aureliani septimum. .)(. VABALATHVS VCRIMPR capite laureato. *Vabalathus vice Cæsaris Rector Imperii Romani.* Idem postea in aliis nummis AVG. est appellatus.

Nummi Imp. Licinii.

IMP. LICINIVS AVG. capite galeato. .)(. VIRTVS EXERCIT. Labarum, in quo VOT. XX. Ad pedes, captivi duo. In medio, S F / EL litteris duabus E & L inter se nexis: *Sæculi felicitas.* Infra, B SIS *secundum Sisciensium* tributum. Est ære minimo, in Museo P. JOBERT.

LICINIVS P. F. AVG. capite laureato. .)(. VBIQVE VICTORES. Stat paludatus cum hasta & orbe Romano, quem læva gerit, inter captivos duos; ut infra in nummo simili Constantinus junior. PTR. *Prima Treverensis.* Aureus est perexigui moduli, in Thesauro Regio.

Nummi Crispi Cæsaris.

IVL. CRISPVS NOB. CAES. capite laureato; cum clypeo & hasta, dextro humero imposita, sed absque galea. .)(. VIRTVS EXERCIT. Labarum, in quo scriptum est, VOT. XX. Infra, captivi duo. PLN. *Primæ Lugdunensis Negotiatores.* Ex ære minimo, apud P. CHAMILLART.

IVL. CRISPVS NOBILISS. CAES. vultu semili, corona rostrata, quæ videtur desinere in proram navis. .)(. VIRTVS EXERCIT. Trophæum, cum

cum duobus captivis. S TR. *Secunda, Treverensis.* Argenteus est apud D. de BALLONFFEAUX, Luxemburgi.

D. N. CRISPO NOB. CAES. capite laureato.)(. VIRTVS EXERCIT. In labaro, VOT. XX. In medio, CR *Claritas Reipublicæ.* In imo, PLC *Primæ Lugdunensis civitates.* Ex ære minimo, in Museo P. JOBERT, & nostro.

CRISPVS N. C. COS. II. *Nobilissimus Cæsar, Consul secundum.* Capite laureato, dextra scipionem Consularem tenet, in cujus apice aquila est. Vultus ei annorum XXXV.)(. BEATA TRANQVILLITAS. Cippus cum orbe Romano, & tergemino Sole, ut superius vidimus. In cippo, VOT. XX. Hinc C inde R *Claritas Reipublicæ.* Infra PLC. In alio, P TR. absque litteris CR. Uterque e museo nostro, ære minimo est. Consulatum Crispi secundum, nec alium præterea nummi habent; nullum alii Cæsares e gente Constantiniana, præter Constantinum juniorem.

CRISPVS NOBIL. C. cum galea, clypeo, & hasta humero dextro imposita.)(. BEATA TRANQLITAS. Cippus, & reliqua ut supra. Infra, PLON. *Primæ Lugdunensis omnes Negotiatores.* Ex ære minimo, in Museo P. CHAMILLART.

IVL. CRISPVS NOB. CAES. capite laureato: hastam humero gerit, læva clypeum.)(. BEATA TRANQVILLITAS. Cetera, ut supra; PTR. *Prima Treverensis.* In museo nostro. In nummis inscriptis, BEATA TRANQVILLITAS, Crispus & Licinius, hastam gerunt dextro humero impositam: quod signum est summi tunc in exercitu imperii.

FL. IVL. CRISPVS NOB. CAES. capite laureato.)(. PRINCIPI IVVENTVTIS. Stat ipse, laureato capite: hastam transversam læva gerit, læva orbem Romanum. In medio FT *Felicia tempora.* Infra, BTR *secundum Treverorum* tributum. Est in Museo P. JOBERT. In alio, apud D. Abb. FAVVEL, est TF *Temporum felicitas:* infra, ATR *Primum Treverorum* tributum.

Caput vittatum, seu diadematum, absque superscriptione.)(. CRISPVS CAESAR. Victoria gradiens cum palma & corona. Infra, SIRM. Est ex auro in gaza Regia.

Nummi Constantini junioris Cæsaris.

CONSTANTINVS IVN. N. C. capite radiato: quod indicium est superstitiosi cultus erga Solem. Licinio juniori pariter radiatum caput est: ceteris Cæsaribus, laureatum.)(. VIRTVS EXERCIT. Labarum, in quo VOT. XX. Ad pedes, captivi duo. Infra, PLN *Primæ Lugdunensis Negotiatores.* In alio, STR. *Secundum Treverorum* tributum. Uterque e Cimelio D. FOVCAVLT.

Eadem inscriptio, capite radiato.)(. BEATA TRANQVILLITAS. Cippus, in quo VOTIS XX. Orbis Romanus cippo superponitur: orbi tres Soles imminent, ut supra. In imo, PLON *Primæ Lugdunensis omnes Negotiatores.* E museo nostro. In San-Genovefano, caput est galeatum. Alius, apud D. BAVDELOT, in medio litteras præterea exhibet FB *Felicitas beata. Primæ Lugdunensis omnes Negotiatores.* Confer priorem nummum anni XXIII.

CONSTANTINVS IV. N. C. capite radiato: dextra tenet scipionem Consularem, indicem, opinor, Proconsularis post Consulatum potestatis.)(. BEATA TRANQVILLITAS, ut supra. In medio, PA. *Pietas Augusti.* Infra, PLON *Primæ Lugdunensis omnes Negotiatores.* Est ex ære minimo, in Museo San-Germanensi. Alius, in Museo D. Abb. FAVVEL, CONSTANTINVS IVN. N. C. capite laureato: cetero simillimus. Sed absque litteris PA. habet in imo, STR *Secundum Treverorum* tributum.

CONSTANTINVS IVN. NOB. C. capite laureato.)(. VOTA VICENNALIOR. Sic enim scriptum est in pereleganti nummo, ex gaza Regia. Sedet laureato capite, idemque togatus in sella curuli, dextra viri pileati (ut videtur) caput ostentat: læva tenet bacillum imperatorium. Locus fabricæ non est subnotatus. Patino ne credas, legenti in Indice, pag. 33. VOTA VICENNALIA ORBIS. Lege, *Vota Vicennaliorum.* Neque enim solum *Vicennalium*, ut in nummo M. Aurelii e gaza Regia, VOTA SOLVTA DECENNALIVM; sed & *Vicennaliorum*, ut *Bacchanaliorum* dicunt Latini, & *Saturnaliorum.*

Caput vittatum, seu diadematum, absque superscriptione.)(. CONSTANTINVS CAESAR. Tres palmæ erectæ, Solis sidere imminente ei quæ media est: symbolum tergeminæ victoriæ a Cæsare Constantino relatæ. Infra, R *Remis.* Est ex argento puro, in Cimelio D. FOVCAVLT.

Caput similiter diadematum, sine epigraphe.)(. CONSTANTINVS CAESAR. Victoria gradiens cum palma & corona. Infra, TS E *Treverensis secundæ quintum* tributum. Ex argento puro, ibidem. In Thesauro Regio est huic ex auro simillimus, sed cum subjectis litteris, SMT *Societas Mercatorum Treverensium.* Nulli sunt omnino in nummis antiquis Augusti vel Cæsares diademati, præter Cæsares istos duos, Crispum & Constantinum: ac ne horum quidem alii istiusmodi, præter eos quos hic afferimus, nummi sunt.

CONSTANTINVS IVN. NOB. CAES. capite laureato.)(. CONSTANTINVS CAES. Victoria dextra coronam, læva palmam gerit. Infra, CONS *Civitates omnes Narbonensis secundæ.* Aureus est e Thesauro Regio.

CONSTANTINVS IVN. NOB. C. capite laureato.)(. VBIQVE VICTORES. Stat paludatus inter duos captivos. TR *Treveri.* Nummus perexiguæ molis ex auro, ibidem.

Nummi Licinii junioris Cæsaris.

LICINIVS IVN. NOB. C. capite radiato.)(. VIRTVS EXERCIT. Labarum, in quo VOT. XX. ut in superioribus. Infra, detritæ sunt litteræ. E museo nostro, ære minimo.

Eadem inscriptio.)(. BEATA TRANQVILLITAS. Orbis Romanus cippo superpositus: in cippo, VOTIS XX. Orbi duo dumtaxat Soles imminent: non tergemini, ut in nummis superioribus. Dedignante Licinio, opinor, Augusto seniore, alium parem agnoscere Augustum, quam Constantinum e familia Claudia, qui potior tunc esset e duobus Constantinis Augustus in Galliis, & pari secum falsorum Numinum superstitioni deditus. Infra, PL ON: duabus prioribus litteris majusculis exiguo intervallo diremptis a ceteris duabus, quæ sunt minusculæ. *Primæ Lugdunensis omnes Negotiatores.* Est in Museo nostro, ex ære minimo.

LICINIVS IVN. NOB. CAES. capite laureato.)(. In laurea corona, VOT. XV. FEL. XX. RP. *Votis quindecennalibus felicia vicennalia. Remorum primum* tributum. Hoc est, in ipsum annum, quo vota Cæsarum quindecennalia suscipiuntur, incidunt Imp. Constantini P. F. vota vicennalia. Nam *vota felicia*, vota sunt pro P. F. AVG. concepta. Magni ad rationem temporum statuendam momenti tum hic nummus est, tum similis alter Crispi Cæsaris anno XLVII. descriptus. Non hic dicitur, VOT. XV. MVL. XX. hoc enim esset vicennalia Cæsarum polliceri: sed duo diversa in unum annum vota concurrere admonemur. Est hic nummus ex ære minimo, in Thesauro Regio.

ANNUS

ANNUS LIII.

Cum per speciem belli gerendi adversus Germanos venisset in Gallias anno superiore Princeps Perpetuus Constantinus; anno eodem exeunte, ipsius consilio atque auctoritate Constantinus Max. Licinium oppressit, conjunctissimumque ei Constantinum Imp. e familia Claudia. Quod ipsius praeclare factum ut posteritati commendaretur, dicatus eidem anno isto Romae arcus est, cum hac inscriptione:

IMP. CAES. FL. CONSTANTINO MAXIMO
P. F. AVGVSTO SPQR
QVOD INSTINCTV DIVINITATIS. MENTIS
MAGNITVDINE. CVM EXERCITV SVO
TAM DE TYRANNO QVAM DE OMNI EIVS
FACTIONE VNO TEMPORE IVSTIS
REMPVBLICAM VLTVS EST ARMIS.
ARCVM TRIVMPHIS INSIGNEM DICAVIT.
LIBERATORI VRBIS. FVNDATORI QVIETIS.
VOTIS X. VOTIS XX.
SIC X. SIC XX.

Quod *Maximi* nomen integrum scribitur, contra morem in nummis solitum observari; id accuratiores multo fuisse Monetarios, quam lapicidas, argumento est. Tyranni nomine Licinium intelligi oportere; factionis vero ejusdem, Constantinum e familia Claudia, ex eo manifeste liquet; quod nec ullus alterutrius deinceps nummus apparet; neque Licinii tricennalia. Quem tyrannum idcirco appellant, quod cum nec Perpetuus esset designatus Augustus, nec vota tricennalia impetrasset, aut postulasset etiam fortassis a Senatu, nihilominus in provincia cum imperio maneret; gemente Republica; quae post tricennalia vota suscepta decedere Magistratu Diocletianum ipsum coëgerat; decreveratque nemini imperium in provincia prorogandum ultra annos vicenos. Jam Licinio fuisse conjunctissimum Constantinum e familia Claudia, superius ex nummis observavimus. Itaque Constantinus Max. solus deinceps Augustus fuit.

Nec tamen arcum ei posuit Senatus Populusque Romanus; sed dudum inchoatum, ac Trajani effigie hinc inde, & *triumphis* ejusdem *insignem*, necdum tamen ei dedicatum, Constantino Max. ritu publico *dicavit*, ut de ejus nomine appellaretur. Sunt enim certe in eo arcu Trajani vultus triumphique expressi: & pars lapides habet rudi modo caesos, ut in opere inchoato usuvenit, ac Principis morte interrupto. Nec ullum idcirco in eo Arcu Christianae religionis vestigium est; tametsi secus referat Eusebius, ab Antonio Augustino notatus eo nomine, dialogo IV.

VOTIS X. VOTIS XX. Hoc est, votorum decennalium anno decurrente; quo tempore simul & vota pro eodem Augusto vicennalia sunt suscepta. Quoniam quidem anno superiore exeunte, imperium in provincia Constantino Max. decretum fuerat ordinario jure in alterum quinquennium, sive usque ad annum decimum: extraordinarioque simul jure, alterum ei decennium concessum est, post prius exactum: quo significatu pariter superius vidimus in nummis Gallieni & Probi, VOTIS X ET XX. Quod sequitur, SIC X. SIC XX. eamdem habet sententiam, ut in nummo Licinii Aug. jam diximus. Nempe optat Senatus Populusque Romanus, *si decennalia* Constantini Max. *sic* ejusdem *vicennalia* felici processu decurrere.

ANNUS LIV. LV. LVI.

ANNUS LVII.

Constantini Max. vota vicennalia sub hujus anni finem celebrantur.

CONSTANTINVS MAX. AVG. caput cinctum lapillis.)(CONSTANTINIANA DAFNE. Sedens Victoria, dextra ramum lauri gerit, sinistra palmam: e regione miles magno nisu gestat trophaeum. Infra, CONS *Civitates omnes Narbonensis secundae*. Est in Cimelio D. FOVCAVLT, argenteus: aereus, in nostro. Δάφνη Graece laurus: itaque Constantiniana Dafne, victoria est Constantini Max.

CONSTANTINVS MAX. AVG. capite laureato.)(VICTORIA AVGVSTI. Victoria spoliis insidens, clypeum tenet, in quo VOT. XX. MVLT. XXX. Est ex aere maximo, apud Vaillantium pag. 251.

CONSTANTINVS MAX. AVG. capite laureato, mixtis lapillis.)(GLORIA SAECVLI, VIRTVS CAES. Infra, PR *Primum Remorum* tributum. Augustus laureatus, ac seminudus, spoliis insidet: Crispo Caesari orbem porrigit, cui Phoenix superpositus, symbolum felicitatis temporum reparatae. Caesar excipit proclinato corpore, laeva bacillum imperatorium gerens. Ad pedes ipsius, leo posterioribus subsidens pedibus, symbolum Caesareae virtutis. Est ex aere maximo in Cimelio Regio; & apud Occonem aureus, pag. 536. & in Thesauro Brandeburg. tom. 2. pag. 173. Erat Constantinus Max. (ut prisci loquebantur) Crispi cognatus: nam sororem Constantini Max. Crispus uxorem duxerat.

CONSTANTINVS MAX. AVG. capite cincto lapillis.)(VICTORIA CONSTANTINI AVG. Victoria gestat palmam & trophaeum. Latere dextro ☧ Christi monogramma: laevo, XXI. Hoc est, *vicesimae primae* tributum *primum*. Nam priore loco duae sunt litterae nexae P & T. Infra, SMAN *Societas Mercatorum primae Narbonensis*. Aureus est eximiae caelaturae, in Thesauro Regio. Sic pag. 29. in nummo Anthimii Aug. similem notam eodem significatu vidimus.

CONSTANTINVS AVG. capite laureato.)(D. N. CONSTANTINI MAX. AVG. In corona deinde, VOT. XX. *Vota Vicennalia*. Infra, SMNA *Societatis Mercatorum Narbonensium primum* tributum. Item RP *Remorum primum*. TSIS. *Tertium Sisciensium*. ΔSIS. *Quartum Sisciensium*. PT *Primum Treverorum*. TT *Tertium Treverorum*. TSAVI. *Treverensis secundae primum*, *Votis Imperii*, nempe votis vicennalibus Constantini Max. TSεVI *Treverensis secundae quintum*, *Votis Imperii*. Omnes ex aere minimo, in Museo nostro. In simili nummo, apud D. de Ballonffeaux, Luxemburgi, legitur: D. N. CONSTANTINI MAX. INV. AVG. VOT. XX. *Domini nostri Constantini Maximi Invicti Augusti Vota vicennalia*.

Nummi Crispi, & Constantini Caesarum.

CRISPVS NOB. CAES. capite laureato.

CONSTANTINVS IVN. NOB. CAES. capite laureato.)(D. N. CONSTANTINI MAX. deinde intra coronam lauream, VOT. XX. Infra, ST *Secundum Treverensium* tributum. Eadem utriusque nummi aversa pagina est, apud Wilthemium. Sed hosce nummos alibi non vidimus. Quindecennalibus exactis, aut certe non multo post, videntur Crispus, Constantinus, & Licinius, inter privatos redacti: locum enimvero in nummis amplius non habent: destinante Constantino Principe liberis suis Constantio & Constanti Augustalem locum ac titulum.

ANNUS LVIII.

FL. IVL. CONSTANTIVS NOB. CAES. capite laureato.)(PRINCIPI IVVENTVTIS. Stat nudo capite, dextra hastam, orbem laeva gerit. Infra, TR. *Treveri*. Apud Occonem est aureus, pag 551. Nullus deinceps post istum, in nummis anti-

quis subsequentium temporum occurrit Princeps juventutis.

Nummi Imp. Constantini Max.

CONSTANTINVS MAX. P. F. AVG. orbem tenet, cui superposita Victoria est. ☽(. SALVS ET SPES REIPVBLICAE. Respublica stolata, & radiato capite, porrigit Imperatori orbem Romanum, cui Victoria imposita est. A tergo Victoria Constantinum coronat. Infra, SMHER *Societas Mercatorum Heracleensium.* Aureus est e gaza Cæsarea, & apud Occonem, pag. 533.

CONSTANTINVS MAX. AVG. capite cincto corona e lapillis. ☽(. LIBERTAS PVBLICA. Victoria in navi geminam coronam, alteram altera manu, ostentat. In medio, *e quintum* tributum solvunt; infra CONS. *Civitates omnes Narbonensis secundæ.* Est ex ære minimo, in Museo San-Genovefano, & nostro, & F. CHAMILLART. In alio simili, apud D. FOVCAVLT, est littera B. *secundum* tributum.

Eadem superscriptio. ☽(. SECVRITATI PERPETVAE DD. NN. Non additur AVGG. quoniam tunc unicus esset Augustus: sed Constantini Max. Augusti, & Cæsaris Constantii, qui Princeps juventutis, securitas intelligitur. Dea Securitas stans cum hasta pura, columnæ innititur. Duo captivi sedent utrumque ac lugent. Est ex ære maximo in Thesauro Regio.

CONSTANTINVS MAX. AVG. Capite cincto corona ex lapillis. ☽(. SECVRITAS REIPVBLICAE. Dea stans, lævo cubito columnæ innixa: dextra capiti superposita. Infra, T R. *Treveri.* Aureus perpulcher, in Thesauro Regio.

CONSTANTINVS MAX. AVG. capite cincto corona laurea mixtis lapillis: vultu annorum circiter XXXV. ☽(. FELICITAS PERPETVA AVG. ET CAESS. NN. Constantinus Max. sedet inter duos Cæsares, Constantium & Constantem, filios sororis suæ: stant illi cum hasta quisque sua & clypeo. Tenet ipse orbem Romanum dextra, læva hastam. Hæc epigraphe tempus illud perspicue indicat, quo bini dumtaxat Cæsares essent, ceteris exauctoratis, ut diximus: destinante jam Constantino Principe Senatus liberis suis duobus Augustale fastigium, cum cederet magistratu, post tricennalia de more vota suscepta, Constantinus Max. qui liberis omnino, vel ei certe muneri idoneis careret. Infra, SMN *Societas Mercatorum Narbonensium.* Aureus est decem drachmarum, inquit Occo, pag. 538. Est & apud Stradam, pag. 173.

ANNUS LIX.
ANNUS LX.
ANNUS LXI.
ANNUS LXII.
ANNUS LXIII.
ANNUS LXIV.
ANNUS LXV.
ANNUS LXVI.

His annis octo deses omnino & otiosus fuit Constantinus Max. cujus inertia proficientes Germani, Sarmatæ, Dacique, fines imperii depopulati sunt. Itaque novis postea subrogatis Augustis, inscripti primo statim ipsorum anno nummi fuerunt, *Felicium temporum reparatio*, & *Gloria Romanorum.*

ANNUS LXVII.

Vota tricennalia pro Constantino Max. sunt hoc exeunte anno suscepta.

CONSTANTINVS AVG. capite laureato. ☽(. D. N. CONSTANTINI MAX. AVG. Deinde in laurea, VOT. XXX. *Vota tricennalia.* Infra, SMNA *Societatis Mercatorum Narbonensium primum* tributum. Est in museo nostro, ære minimo.

CONSTANTINVS AVG. capite cincto lapillis, vultu in sublime erecto. ☽(. D. N. CONSTANTINI MAX. AVG. In corona deinde laurea, VOT. XXX. Infra, SMNΓ *Societatis Mercatorum Narbonensium tertium* tributum. Est apud D. BAVDELOT. Alius e Cimelio D. FOVCAVLT, habet SMNΔ *quartum.* Ibidem alius, R P *Remorum primum.*

CONSTANTINVS MAX. AVG. capite cincto lapillis. ☽(. D. N. CONSTANTINI MAX. AVG. Deinde in corona, VOT. XXX. Infra, SMR *Societas Mercatorum Remensium.* E museo nostro, ære minimo. Alius apud P. JOBERT, habet R S *Remorum secundum* tributum.

Eadem inscriptio. ☽(. VICTORIA CONSTANTINI AVG. Victoria ostendit in clypeo, quem altera minor Victoria tenet, VOT. XXX. Aureus apud Occonem, pag. 538.

Caput Constantini Max. cinctum lapillis, vultu in sublime erecto: sine epigraphe. ☽(. VICTORIA CONSTANTINI AVG. Omnino ut proxime, cum VOT. XXX. Aureus est in Thesauro Regio. Sed in imo nummi limbo litteræ sunt, SMNC. *Societas Mercatorum Narbonensis civitatis.*

CONSTANTINVS MAX. AVG. Caput cinctum lapillis. ☽(. VICTORIA CONSTANTINI AVG. Victoria sedens scribit in clypeo, VOT. XXX. Infra SIS. *Siscia.* Pariter ibidem aureus est. In alio ceteroqui persimili, Victoria gestat trophæum. Latere nummi sinistro, VOT. XXX. Infra, SMAN. *Societas Mercatorum primæ Narbonensis.* Aureus est ibidem.

ANNUS LXVIII.

Post Constantini Max. tricennalia, revocatus ille est e provincia in Urbem, jussusque fasces deponere, decretis solummodo ad pompam tricennalibus, ut olim Diocletiano & Maximiano. Enimvero ne non satisfecisse Senatui Populoque Romano in Republica gerenda Augusti viderentur, hic honor eis habebatur, ut tricennalia pro iis vota fierent. At interim ne ultra annos vicenos, ut diximus, prorogaretur imperium in provinciis, diligenter cavebatur. Deinde ut Germani ac Sarmatæ a finibus imperii arcerentur, novis opus erat Augustis; quod ex prioris inertia detrimenti plurimum ab hostibus Respublica ceperat. Nititur hæc nostra conjectatio multiplici argumento. Primum est, quod deinceps in nummis Constantinus Max. desinit apparere. Alterum, quod quemadmodum Diocletiano & Maximiano, ita nunc Constantino Max. suffecti sunt Augusti duo, qui in eadem provincia, Gallia nempe, Pannoniaque, succederent; non illius quidem filii, nam liberis carebat: sed filii duo Constantini Perpetui Principis Senatus. Tertium quod ante Constantium filium Constantini Principis, nemo Augustorum vidit pro se suscipi Vota XXXX. Ex quo intelligimus, a temporibus Diocletiani edixisse Senatum, ne cui admodum ultra annos XX. in provinciis, cum Augusti titulo, prorogaretur imperium. Neque enim leve ejus edicti argumentum est, quod cum & in Diocletiano ac Maximiano Augg. & in Constantino Max. occurrat hæc votorum vicennaliorum formula, VOT. XX. MVLT. XXX. tamen in neutris appareat, VOT. XXX. MVLT. XXXX. sed tantum VOT. XXX. Postremum denique; quod statim anno primo novis Augustis FELICIUM TEMPORUM REPARATIO adscribitur, & GLORIA ROMANORVM: perinde quasi jacentes afflictæque imperii res supremis prioris Augusti annis, aliorum Augustorum virtutem desiderassent. Quod liberi profecto non dicerent, si patri successissent.

Subrogati igitur non patri suo Constantino Principi Perpetuo, sed Constantino Max. Aug. hoc anno fuerunt ad bellum adversus Germanos & Sarmatas gerendum, Constantius & Constans; patre etiam-

tum

rum superstite; & rem promovente. Cujus quidem obitus in quem annum inciderit, cum ex nummis antiquis, quos hic unice sequimur, haud satis liqueat; fas sit liberorum nummis præmitti nummos testes paternæ consecrationis. Hi cum plurimi & obvii sint, nulli sunt tamen extra Galliam Narbonensem, Lugdunensem, ac Treverensem cusi.

Nummi cusi post obitum Constantini Patris Augustorum duorum.

DV. CONSTANTINVS PT AVGG. *Divus Constantinus pater Augustorum duorum:* capite velato.)(. Quadrigis in cælum attollitur, manum ei e nube porrigente Christo: ut in nummis Alexii Comneni, Joannis, & Manuelis, Byzantii Despotarum. Infra, SMKB *Societatis Mercatorum Karthaginiensium secundum* tributum. Item SMKΓ *tertium.* SMANB *Societatis Mercatorum primæ Narbonensis secundum* tributum. C O N S *Civitates omnes Narbonensis secundæ.* SMAL *Societas Mercatorum primæ Lugdunensis.* TRS *Treverensis secunda.* Primus quartusque, e Museo nostro. Secundus sextusque, e Cimelio D. FOVCAVLT. Tertius, apud D. Abb. FAVVEL. Quintus denique, in Cimelio San-Genovefano. In alio, apud P. CHAMILLART, legitur SMANΔ, in alio ibidem, SMALΓ. *Societatis Mercatorum primæ Narbonensis quartum* tributum. *Societatis Mercatorum primæ Lugdunensis tertium.* Divi titulus, felicis memoriæ Principem tantum hic significat, non vero inter sanctos colendum. Vnde & in Germania defunctis Imperatoribus, aliisque Principibus, etiamnum eodem sensu datur. Et nos nummum vidimus apud D. Baudelot, sic inscriptum: DIVO HENRICO MAGNO, Regi Franciæ scilicet ac Navarræ.

DV. CONSTANTINVS PT. AVGG. ut supra.)(. Stat Dea velato capite, & stolata; qui habitus est metropoleon civitatum, ut discimus tum ex aliis nummis innumeris, tum ex nummo inscripto, CAPΔIC ACIAC ΛΥΔΙΑC ΕΛΛΑΔΟC Α ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC: ubi sub Deæ effigie velato capite civitas Sardium exhibetur. In medio deinde isto Constantini nummo, hinc V N inde M R. *Urbis Narbonensis Mercatum restituit.* In imo denique margine, SMKΔ *Societatis Mercatorum Karthaginiensium quartum* tributum. Est e museo nostro. Item, S M A N *Societas Mercatorum primæ Narbonensis*, in Cimelio P. JOBERT. SMANΓ *Societatis Mercatorum primæ Narbonensis tertium* tributum; in Cimelio D. FOVCAVLT. Mirum est fuisse, qui in aversa nummi pagina, Helenam Constantini matrem pingi censerent: perinde quasi aut post MARINIANAM, non desierint feminæ consecrari: aut post obitum filii differri matris consecratio potuerit; aut utraque in uno & eodem nummo consignari; aut denique, si sit ipsa consecrata, nec de nomine ipsam appellari, nec DIVAM dici oportuerit. Quod Constantinus autem *Pater Augustorum duorum* appellatur, ut etiam vidit Tristanus, pag. 419. duos tantum reliquisse liberos, qui Augusti fuerint, significatur: qui cum Fl. Julii fuerint, Fl. Jul. Constantius, & Fl. Jul. Constans; ipsum quoque parentem Fl. Jul. Constantinum fuisse, omnino necesse est. Fieri enim aliter non potest. Quod vero PT AVGG. tantum, non etiam ipse AVG. dicitur, indicio est non fuisse ipsum Augustum, sed tantum *Patrem Augustorum duorum.* Sic enim Caii principis patrem Germanicum nummi tacite negant Augustum fuisse, cum hoc solum in titulis exhibent: GERMANICVS CAES. P. C. CAES. AVG. hoc est, *Pater Caii Cæsaris Augusti.* Et superius anno XLIII. Patrem Constantini Aug. negant nummi Augustum fuisse hac epigraphe; CONSTANTINO P. AVG. BMVNRP. Similiter igitur si esset iste PT AVGG. Augustus, scriberetur, opinor; DV. CONSTANTINVS AVG. PT. AVGG.

Laus vero eximia fuit; neque cuiquam antea concessa prærogativa, ut privatus ipse cum esset, vel obiisset, haberet filios Augustos duos. Quod illæ demum litteræ V N M R exponendæ sint, *Urbis nostræ*, vel *Urbis Narbonensis Mercatum restituit* admonent subjectæ litteræ, S M K Δ. S M A N & SMANΓ. Neque enim prior illa nota V N M R in aliis nummis occurrit, quam qui has alteras habent. Et certe ab anno XXVI. hujus sæculi, per annos amplius decem usque ad ipsa Constantini Principis initia, nullus occurrit nummus inscriptus SMK, vel SMAN, vel MKV. Statim vero se plurimi offerunt cum Principatu Constantini. Mercatores igitur Narbonenses, & qui e Narbonensibus Karthagine negotiarentur, cum nummos honori Constantini cuderent, quid similius veri est, quam beneficium ab eo acceptum commemorare ipsos voluisse; nempe mercatum in urbe sua, hoc est, ἐμπόριον restitutum? Mercaturis olim Narbonem fuisse celeberrimum, si nummis sexcentis non creditur, quos in hoc opere proferimus; Ausonio certe credatur, ita Narbonem prædicanti:

Te maris Eoi merces, & Iberica ditant
Æquora, te classes Libyci, Siculique profundi,
Et quidquid vario per flumina, per freta cursu,
Advehitur, toto tibi navigat orbe καταπλοῖς.

Atque ex his Constantini nummis, mirifice, opinor, confirmatur vicissim nostra illarum litterarum interpretatio S M *Societas Mercatorum*; & S M A N *Societas Mercatorum primæ Narbonensis*; similiumque.

DIVO CONSTANTINO P. *Divo Constantino Pio.* capite velato. Non titulus honoris, sed cognomen familiæ est, ut in avo ipsius, DIVO CONSTANTIO PIO.)(. Quadrigis in cælum attollitur. In alio;)(. AETRNAPIETAS. Sic enim scriptum est, pro *Æterna Pietas.* Stat ipse; læva hastam, dextra orbem tenet. Orbi imminet, tenui ab orbe dirempta intervallo, hæc nota, ☧ Christi monogramma, ut jam superius vidimus. Alius huic simillimus, addit in imo margine, C O N. *Civitates omnes Narbonenses.* Sunt hi nummi tres ex ære minuto, in Cimelio D. BAVDELOT. In Thesauro Brandeburgico, pag. 805. DIVO CONSTANTINO P. capite velato.)(. Sic pingitur orbis, quem læva tenet, ut superposita crux existimetur cum littera P: hoc modo, ☧ Statuam Constantino positam Narbone, qualis hic pingitur, ad æternam recordationem pietatis illius erga Narbonenses civitates, restituto mercatu, videntur hi nummi significare.

Inter nummos antiquos Reginæ Suecorum affertur iste ex ære minimo, pag. 142. DIVO CONSTANTINO, capite velato.)(. Eodem stante, ut apparet, AETERNITAS AVG. Duos tantum hosce titulos habet, & Patris Augustorum, & Principis. Nusquam invenias, *Divo Constantino Aug.* ut in avo ipsius occurrit, DIVO CONSTANTIO AVG. Quoniam mos fuit, ut Augusti hi solum post obitum dicerentur, qui in ipso magistratu diem supremum clausissent. At ne vivus quidem iste Augustus fuit. Nam cur, amabo, quotquot post Constantini obitum cusi sunt ejus nomine nummi, omnes omnino sunt ex ære, infra modulum qui minimus vulgo censetur, longe minutissimo? Cur ille Magnus, ut aiunt, Maximusve si fuit; cui vivo ex auro nummi & argento, ex ære minimæ, mediocris, magnæ, maximæque etiam molis, quos *Medaglioni* vocant, conflati fuerunt; ad æs minutissimum post mortem redactus est, quantulum vix alterius vivi mortuive Augusti putem reperiri? Cur minor ille post obitum, quam Maximianus uterque, cujus consecratio hoc ipso ævo in ære mediocris moduli consignatur? nisi quia Pater ille Augustorum dumtaxat fuit, non etiam

tiam ipse Augustus; ac proinde a Gallis, ob gratiam Augustorum promerendam, quorum parens esset, potuit ille quidem aliquo affici honore, sed inferiore tamen multo, quam qui deferri soleret Augustis.

Nihil porro habent hi nummi, quod vel ethnicam consecrationem sapiat, aut omnino abhorreat a Christiana lege. Nulla hic aquila, quæ Principem ad cælos & sinum Jovis evehat: non funebris rogus: non vox ipsa consecrationis; non templum, quale avo ipsius Constantio dicatum nummi repræsentant.

De Constantini sepulcro, ut illud obiter dicamus, nullam certam esse memoriam CP[i], nullum certum indicium, ex iis accepimus, qui Urbis loca diligentissime perlustrarunt; idque ipsum Petrus Gyllius innuit, libro IV. de Topogr. CP[eos], cap. 2. ubi & ipsius Ædis Apostolorum, in qua sepultus a multis perhibetur, *nulla restare vestigia, at ne fundamentorum quidem* prodit. Elnæ, sive Helenæ, in Comitatu. Ruscinonensi, in cœmeterio Ecclesiæ Cathedralis, sepulcrum est marmoreum, longum sex pedes, & tres pollices; altum pede uno & septem pollicibus: latum duos pedes, & duos pollices. In angulis sunt columnæ exiguæ ordinis Corinthiaci: in medio corona est ex foliis acanthi, circumcingens monogramma Christi, ☧ Indigenæ vocant, *Sepulcrum Constantini.* Est illius fortassis Constantini, qui sæculo Theodosiano vixit.

De Constantino juniore.

Constantinus junior, qui Constantii & Constantis frater vulgo existimatur, neque hunc annum vidit, ut diximus; nec donatus Augusti titulo fuit: quem si gessisset, nummus certe aliquis unus ejus rei testis exstaret: immo plures, in Gallia præsertim, quæ ditio ipsius fuisse fertur. Neque enim, qui sit Augustus, aut in nummis, aut in edictis suis, Cæsarem se tantum inscripserit, sed AVG. ut Constantius & Constans Aug. At in Gaza Regia, qua nulla est in orbe vel locupletior, vel meliore digesta ordine; nullus est omnino nummus, ex auro, argento, vel ære, qui Aug. titulum huic Constantino adserat: nullus in Cimeliis hujus Urbis. Qui fit autem, ut in Gallia ipsa, quam sive forte, sive patris testamento, obtinuisse creditur, nullum ejus nomine tale numisma occurrat, cum sint Constantii & Constantis trita & obvia, omni metalli genere, omni mole? Cur in nummis Constantii & Constantis hoc ipso anno & subsequentibus, sæpenumero se offert inscriptio; VICTORIA DD. NN. AVGG. ne semel quidem VICTORIA DDD. NNN. AVGGG? Valentinianum IVN. AVG. annorum jam tum circiter viginti, superius monuimus inscriptum in nummis esse idcirco IVN. quod alter cognominis Valentinianus senior eodem tempore partem imperii administraret; refragantibus licet historicis, falsoque multorum præjudicio, qui Valentinianum juniorem dictum fuisse arbitrantur, quasi secundum eo nomine, cognomine altero jam tum e vivis sublato, cum hic junior esset tantum quadrimus. At si verum esset hoc vulgi præjudicium, Constantinum certe juniorem Augustum non fuisse, eo quoque conficeretur argumento: quippe cum nullum penitus nummum reperire sit CONSTANTINVS IVN. AVG. inscriptus. Sunt quidem apud Occonem, pag. 547. & 548. duo in primis huic Constantino attributi, cum Augusti titulo: D. N. CONSTANTINVS P. F. AVG. .)(. VICTORIA A AVGG. At primum quidem quis ignorat, Occonem virum in conquirendis nummis antiquis sane perdiligentem, in iisdem digerendis fuisse valde infelicem; qui pag. 518. exempli gratia, Herculio nummos adscribat, qui sunt Gal. Maximiani: pag. 550. & 552. Constantio filio Constantini alios attribuat, qui sunt proavi ipsius, nempe Constantii, quem Chlorum dixere: aliasque similiter allucinatus sit? Et sunt hi haud dubie, quos Constantino juniori adjudicat, ii ipsi quos servat Museum nostrum, argentei exiguæ admodum molis: Prior: D. N. CONSTANTINVS P. F. AVG. capite cincto gemmis: .)(. VICTORIA A AVGG. *Victoria prima Augustorum trium.* Infra, CONT. *Civitatum omnium Narbonensium tributum.* Alter: D. N. CONSTANTINVS P. F. AVG. ut proxime. .)(. VICTORIA A AVGGGG. *Victoria prima quatuor Augustorum.* Infra, SMPL. *Societas Mercatorum prima Lugdunensis.* Et genus autem fabricæ longe minus politæ, quam ferat hujus sæculi Constantiniani usus; & ipse oris habitus, alium esse hunc Constantinum clamat; eum nempe, quem ad Honorii tempora scriptores referunt; cujus superius nummum ex auro retulimus, cum de voce CONOB disputaremus: D. N. CONSTANTINVS P. F. AVG. .)(. VICTORIA A AVGGG. Infra, COMOB. In nullo certe Constantii Constantisve nummo, vel COMOB scribitur, vel VICTORIA A AVGGG. Horum temporibus dici mos fuit, VICTORIA DD. NN. AVGG. vel VICTORIA DD. AVGGQ. NN. Quæ diversa scribendi ratio certissimum in nummis diversæ ætatis indicium est. Incurrit præterea statim in oculos hominum peritorum ætas nummorum dispar; quemadmodum apud nos discrimen statim animadvertitur monetæ, quæ superiore sæculo, & quæ nostro usu recepta est. In altero certe e duobus nummis prioribus, quos e museo nostro proxime attulimus, cum sint ambo ejusdem haud dubie Principis, dicant qui scripta dumtaxat monumenta consulunt, qui fuerint AVGGGG. *Augusti quatuor*, a quibus prima sit relata victoria, si velint ad Constantinum juniorem hos nummos referre.

Itaque ad duos Augustos, quorum Constantinus Princeps PT AVGG. appellatus est, & ad familiam Fl. Juliam, quæ nomen Christo cum Valeria dederat, omnis imperii summa devenit. Vota pro Constantio, utpote majore ac primario Augusto decennalia decernuntur: pro Constante tantum quinquennalia.

Nummi Fl. Jul. Constantii Aug.

D. N. CONSTANTIVS P. F. AVG. capite cincto gemmis. Latere dextro, A annus *primus* imperii. .)(. HOC SIGNO VICTOR ERIS. Tenet Augustus paludatus labarum, seu vexillum, in quo ☧ Christi monogramma: Victoria retro stans Augustum coronat. Latere nummi lævo, III. *Tertia* Victoria. Infra, ΔSIS. *quartum Sisciensium* tributum. Est ex ære minimo, in Cimelio D. FOVCAVLT. Victoria hæc est de Sarmatis, Dacisve; ethnicis. In alio apud P. Chamillart, est ЄSIS. *quintum.*

D. N. CONSTANTIVS P. F. AVG. capite cincto gemmis: latere dextro, A. annus *primus.* .)(. FEL. TEMP. REPARATIO. *Felicium temporum reparatio.* Augustus galeatus ac pedes, cum hasta & clypeo, hostem equo dejectum confodit. Dextro latere, A *prima* victoria. Infra, PARL *Primum Arelatensium* tributum. Est argenteus magni moduli in museo nostro. Alius ibidem ex ære minimo, SMKΔ *Societatis Mercatorum Karthaginiensium quartum* tributum. In alio, eadem epigraphe utriusque paginæ, stat Augustus in navi remigante Victoria, ut in nummo Constantis, hoc ipso anno. In utraque area, A. Infra, RT *Remorum tertium* tributum. Ex ære minimo, in Cimelio D. FOVCAVLT. Ibidem alii duo, eadem inscriptione: latere dextro partis posticæ, Γ *tertia* victoria: in unius imo margine, CONSϛ *Civitatum omnium Narbonensis secun-*

cundæ sextum tributum: in altero, S M K A *Societatis Mercatorum Karthaginiensium primum* tributum. In alio simili ex ære mediocri, R Q *Remorum quartum* numisma, in Cimelio P. CHAMILLART.

Eadem inscriptio. .)(. FEL. TEMP. REPARATIO. Augustus incedit cum labaro: ante pedes, captivi duo pileati. Infra: A N A. *Primæ Narbonensis primum* tributum. Est ex ære minimo, in Cimelio P. CHAMILLART.

Eadem inscriptio. .)(. VIRTUS EXERCITUS. Augustus stat galeatus cum hasta & clypeo. Infra, P CON *Primum* tributum *civitatum omnium Narbonensium.* Argenteus mediocris moduli, apud D. Abb. FAUVEL.

Eadem inscriptio. .)(. GLORIA ROMANORUM. Augustus ex equo hostem confodit. R P *Remorum primum* tributum. Ex ære mediocri, in museo nostro.

Eadem inscriptio, capite cincto lapillis. .)(. FELICITAS PERPETUA. Victoria gradiens cum palma & corona. Infra, A Q *Aquenses.* Argenteus mediocris moduli, apud D. Abb. FAUVEL.

Eadem inscriptio; dextra elata. .)(. VICTORIA AUGUSTORUM. Victoria Augusto paludato & hastam gerenti præit. Ex ære maximo, apud D. FOUCAULT.

FL. IUL. CONSTANTIUS P. F. AUG. capite gemmis cincto. .)(. CONSTANTIUS AUG. Quatuor signa militaria. Infra, SCON *secundum* tributum *civitatum omnium Narbonensium.* Argenteus, in museo nostro.

D. N. CONSTANTIUS P. F. AUG. capite laureato: dextra tenet orbem Romanum, cui Victoria imposita coronam Augusto porrigit: sinistra scipionem Consularem, cujus in apice Aquila Romana est. .)(. VIRTUS AUG. N. *Virtus Augusti nostri.* Ipse paludatus stat cum hasta, dextra tenet orbem Romanum. Est ex ære maximo, apud P. CHAMILLART.

FL. IUL. CONSTANTIUS P. F. AUG. capite cincto corona e lapillis. .)(. VICTORIA CONSTANTI AUG. Victoria sedens scribit in clypeo, quem minor altera Victoria sustinet, VOT. X. MULT. XX. *Vota decennalia, multa vicennalia.* Infra, SMAN. *Societas Mercatorum primæ Narbonensis.* Aureus est, apud Du CANGIUM, Tab. x. Vota porro cum audis suscepta vel decreta fuisse pro salute & felici Augustorum processu; pro Christianis Principibus Christiano ritu intellige suscepta ac soluta, publicis indictis supplicationibus: uti olim ethnico ac superstitioso pro ethnicis.

CONSTANTIUS P. F. AUG. capite cincto corona ex lapillis. .)(. VICTORIA DD. NN. AUGG. Victoria sedens, in clypeo quem tenet altera Victoria stans, scribit SIC X. SIC XX. Hoc est, quam faustus fuit hic annus Constantio Augusto, sic ille feliciter peragat decennalia, sic postea & vicennalia. Infra, SIS. Aureus est e Thesauro Regio. Hinc discimus, victoriam primi anni sub duobus tantum Augustis fuisse relatam.

Eadem epigraphe. .)(. GAUDIUM POPULI ROMANI. In corona laurea, SIC X. SIC XX. Infra, SIS. *Sisciæ.* Aureus. Ibidem.

Eadem epigraphe. .)(. VICTORIA AUGUSTORUM. Infra, SIS. Apud Occonem argenteus, pag. 551. Et in alio, ex ære, pag. 552. D. N. CONSTANTIUS P. F. AUG. .)(. VICTORIA AUGUSTORUM. Victoria & Augustus stantes se mutuo respiciunt.

CONSTANTIUS P. F. AUG. capite cincto lapillis. .)(. VICTORIA DDD. NNN. AUG. *Victoria trium Dominorum nostrorum Augusta.* Victoria spoliis insidens, scribit in clypeo, quem altera minor Victoria sustinet, SIC X. SIC XX. Ut fuit hic annus felix, faustus fortunatusque, Victoria Dominorum nostrorum, utinam *sic decennalia* Constantio Aug. jam cœpta fluant prospere, *sic* postea & *vicennalia.* Infra, SIS. *Sisciæ.* Constantio Aug. inquam, nam ei soli decreta sunt decennalia, sive imperium in annos decem commissum: Constanti, minori utique Augusto, tantum quinquennalia. Eximiæ cælaturæ est perrarus hic aureus e Regio Thesauro nummus; in quo non trium Augustorum Victoria celebratur; alioqui scriberetur AUGGG. sed *trium Dominorum nostrorum Victoria Augusta:* quemadmodum in nummo Licinii patris, anno XXII. CONCORDIA AUGG. DD. NN. AET. non est *Concordia Augustorum æternorum*, sed *Concordia Æterna.* Victoria autem trium Dominorum Augusta dicitur, quæ est relata a tribus Dominis e familia Augusta: tres autem hoc anno fuerunt DDD. NNN. nempe D. N. FL. IUL. CONSTANTIUS AUG. D. N. FL. IUL. CONSTANS AUG. & D. N. FL. CL. CONSTANTIUS NOB. CAES. Hos bello Pannonico præfuisse, nummi testantur inscripti, SIS. Ex his duo priores Augusti, tertius Augusto patre natus, & Porphyrogenitus. Inventum est igitur hoc eleganti sane artificio, quemadmodum cum Augustis Cæsar consociaretur, neque ipse tamen diceretur Augustus; id quod perquam accurata ista locutione exprimitur, *Victoria trium Dominorum nostrorum Augusta.* Nam dum Monetariæ rei Præfectus cavit, ne scriberet AUGGG. hac ipsa diligentia admonuit viros sagaces, appellari quidem a se Dominos tres, sed non tres Augustos. Sic anno LVIII. nummum inscriptum vidimus, SECURITATI PERPETUAE DD. NN. non Augustorum tamen, sed alterius quidem Augusti, alterius vero Cæsaris, qui & Princeps Juventutis.

Nummi Fl. Max. Theodoræ, conjugis Constantii Aug.

FL. MAX. THEODORAE AUG. .)(. PIETAS ROMANA. Augusta puerulum ulnis gerit, in quo educando Augustæ *pietas* commendatur. Infra, STR *Secunda Treverensis.* Est ex ære minimo, in Museo P. JOBERT. Alius apud P. Chamillart, habet TR S eodem significatu. In alio, e Cimelio D. FOUCAULT, & nostro, CONS *Civitatum omnium Narbonensis secundæ quintum* tributum. Vide quæ anno XLVII. de similibus nummis Faustæ diximus. Alius habet, MAXIMA THEODORA AUG. ita referente Spanhemio, pag. 639.

Nummi Fl. Jul. Constantis Aug.

FL. IUL. CONSTANS P. F. AUG. capite cincto corona ex lapillis. .)(. FELICITAS PERPETUA. Sedet Augustus togatus, capite circumdato corona lucida, sive nimbo. Sedent hinc inde togati, Nobilissimi duo, Constantius Cæsar, opinor, & Julianus, fratres. In imo Augusti subsellio, VOT. V. SIS. *Siscia.* Apud Occonem, pag. 549. aureus, argenteus, apud Du-CANGIUM, Tab. XII.

FL. IUL. CONSTANS PIUS FELIX AUG. capite cincto lapillis: hastam tenet & clypeum; in thorace, ☧ Christi monogramma. .)(. GLORIA REIPUBLICAE. Constans & Constantius, togati & laureati, nimbo caput circumdante, sedent in sublimiore suggestu; bacillum imperatorium læva tenent. Stant hinc inde, ut supra, Nobilissimi duo: lauri ramum ambo tenent, victoriæ symbolum. Inter Augusti utriusque verticem, ☧ Christi monogramma. Infra, SIS. Aureus est maximi moduli, e Regio Thesauro.

DA CONSTANS P. F. AUG. De hoc nummo egimus superius, anno L.

D. N. CONSTANS P. F. AUG. capite cincto gemmis.

mis. Latere dextro nummi, A. annus *primus*.)(FEL. TEMP. REPARATIO. Augustus in navi, remigante Victoria, læva labarum tenet, in quo ☧ pictum est Christi monogramma; dextra orbem, cui Victoria superposita Augustum coronat. Latere dextro A. *prima* Victoria. Est ex ære mediocri, in Museo nostro. Huic simillimus, si vultum Augusti spectes, & typum aversæ partis, in qua pariter Augustus pingitur labarum tenens, cum Christi monogrammate, remigante Victoria, & altera Augustum coronante: similis, inquam, nummus incidit in manus nostras, ex ære mediocri, exhibente D. BAVDELOT: sed litteris inscriptus ex utraque parte Illyricianis, ut videtur.

D. N. FL. CONSTANS P. F. AVG. capite cincto lapillis.)(VRBS ROMA BEATA: quippe quæ habeat in provinciis Augustos tam strenue ipsius gloriæ adlaborantes. Sedet Roma galeata, prorsus ut in nummo Fl. Popilii Nepotiani, qui inscribitur, VRBS ROMA FELIX. Est hic ex ære maximo, in Cimelio D. FOVCAVLT.

FL. IVL. CONSTANS P. F. AVG. capite cincto lapillis.)(CONSTANS P. F. AVG Tria signa militaria. Infra, TES *Treveri*, *Edicto Senatus*. Est ex argento, apud Du CANGIVM, Tab. XII.

Eadem inscriptio.)(Quatuor signa militaria. Infra, SMTR *Societas Mercatorum Treverensium*. Ibidem. Qui TES ad Thessalonicam referunt, impense falluntur: quandoquidem oportet in confesso esse, eam civitatem patrios, hoc est, Græcos adhibituram fuisse characteres; quæ semper sub Augustis, usque ad Gallienum, sic nummos inscripsit, ΘΕϹϹΑΛΟΝΙΚΕΩΝ: neque hoc sæculo Constantiniano nummum aliquem reperiri, qui sit in Græcia, Macedonia, Thraciave, conflatus: denique si forte ea civitas Latinos characteres usurparet, scripturam fuisse saltem semel accurate THES. non ut ubique constantissime legitur, TES vel TES.

FL. IVL. CONSTANS P. F. AVG. capite lapillis præcincto.)(VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria gestat palmam & coronam. Infra, SIS. Ex argento puro, apud D. ABB. FAVVEL.

Eadem epigraphe.)(GAVDIVM POPVLI ROMANI. Deinde in corona laurea, SIC V. SIC X. *Sic quinquennalia* feliciter currant, *sic & decennalia*. Infra, TS E *Treverensis secundæ quintum* tributum. Confer illum cum simili nummo Constantii; intelliges huic, utpote Augusto primario statim decennalia fuisse decreta; Constanti tantum quinquennalia. Est hic argenteus majoris moduli in Thesauro Regio: cui similes alii sunt ibidem ex auro argentoque maximæ molis, cum epigraphe, FL. IVL. CONSTANS PIVS FELIX AVG.

Eadem epigraphe.)(VICTORIA CONSTANTIS AVG. Victoria stans tenet clypeum, in quo VOT. V. MVLT. X. Aureus apud Du-CANGIVM, Tab. XI.

FL. IVL. CONSTANS P. F. AVG. capite cincto gemmis.)(VIRTVS DD. NN. AVGG. *Virtus Dominorum nostrorum Augustorum duorum*, Constantis & Constantii. Stat Constans paludatus, dextra labarum tenet, in quo scriptum est monogramma Christi, ☧. Infra, TR. *Treveri*. Vidimus ex argento majoris moduli.

Nummi Fl. Cl. Constantii Cæsaris, qui frater Fl. Cl. Constantini junioris, olim Cæsaris.

D. N. CONSTANTIVS IVN. NOB. C. capite nudo. Latere dextro, A. annus *primus* Constantii Aug. Neque enim (ut anno primo Diocletiani ostendimus) anni Cæsarum in nummis consignantur; sed Augustorum dumtaxat, sub quibus militant.)(FEL. TEMP. REPARATIO. Stat Cæsar in navi; plane ut in nummo Constantis similiter inscripto. Latere dextro III. forte *tertia* Victoria. Infra, B SIS *secundum Sisciensium* tributum. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT. Hic est quem Constantium Gallum veteres nonnulli appellavere: quæ vox nihilo magis in nummis sinceris occurrit, quam quod alteri Constantio datum est ab iisdem Chlori cognomen. *Junior* Constantius appellatur, ob Constantium Aug. qui ætate provectior. Quod si scribat iste nomen integrum, FL. CL. CONSTANTIVS CAESAR; aut si dicat solum CONSTANTIVS CAESAR, capite nudo, satis ab eodem Augusto hac nota secernitur, absque vocabulo IVNIORIS. Mirum profecto, ab Occone & aliis, hos nummos tribui Constantio, qui postea Augustus fuit, cum iste FL. IVL. non FL. CL. fuerit; nec habere potuerit nummos inscriptos, FEL. TEMP. REPARATIO, vel HOC SIGNO VICTOR ERIS, similesque titulos, quamdiu Cæsar fuit: nec nudo capite unquam pingatur: tamque dissimilis sit & vultu, & nummorum ipso genere, Fl. Cl. Constantio Cæsari, quam qui maxime.

Eadem inscriptio, cum littera A.)(FEL. TEMP. REPARATIO Cæsar ex equo hostem confodit. Infra, B SIS. ut proxime. E Museo nostro. In alio, D. N. CONSTANTIVS NOB. CAES. eadem reliqua epigraphe: Cæsar pedes equitem prostratum confodit.

D. N. FL. CL. CONSTANTIVS NOB. CAES. capite nudo.)(VRBS ROMA. Dea sedet de more. Est *medaglio*, ut vocant, hoc est, nummus maximi moduli, ex ære, in Cimelio P. CHAMILLART.

D. N. FL. CL. CONSTANTIVS NOB. CAES. capite nudo.)(GLORIA ROMANORVM. Victoria cum palma & corona. Ex ære maximo, apud D. BAVDELOT.

Eadem inscriptio.)(FELICITAS ROMANORVM. Sub arcu stant Augustus & Cæsar: hastam dextra, orbem quisque suum læva gerit. Infra, SMN *Societas Mercatorum Narbonensium*. Argenteus paulo majoris moduli, in Thesauro Regio.

D. N. CONSTANTIVS IVN. NOB. C. capite nudo. Latere dextro, A. anno *primo* Constantii Aug. ut diximus.)(HOC SIGNO VICTOR ERIS. Plane ut in nummo Constantii Aug. & litteræ III & A SIS. Sed nummum non vidi, nisi apud Du-CANGIVM, Tab. IX. ex ære mediocri. Expeditiones his nummis expressæ, adversus Germanos & Sarmatas susceptæ fuerunt, Danubii Rhenique accolas: dum adversus alios Rheno proximos Germanos Augusti alii dimicarent. Nam eam ob expeditionem simul cum Constantio & Constante, secundarii præterea, ac veluti subsidiarii Augusti tres creantur: Magnentius, Vetranio, Nepotianus; & Magnentio Decentius pro Cæsare datur. Quæ omnia hoc anno fuisse gesta, iidem nummorum tituli, consignatique subinde anni in nummis demonstrant. Atque id argumento est, a Constantino Max. supremis annis neglectam adeo fuisse curam Reipublicæ, ut multis postea egeret defensoribus.

Nummi Magnentii Aug.

D. N. MAGNENTIVS P. F. AVG. capite nudo, quia longe minor Augustus: latere dextro, A. anno *primo*.)(VRBS ROMA. Sedet galeata, læva hastam, dextra tenet orbem, cui Victoria imposita ipsam coronat, ut in nummo Nepotiani. Infra, TR. *Treveri*. Est ex ære mediocri, in Museo nostro.

D. N. MAGNENTIVS AVG. capite nudo.)(FELICITAS PERPETVA. ut in nummo Constantii Aug. hoc ipso anno. Victoria cum palma & corona. Infra, SMAQ. *Societas Mercatorum Aquen-*

quensium. Est triens ex auro eximiæ cælaturæ, in Thesauro Regio.

IMP. CAES. MAGNENTIVS AVG. Capite nudo.)(. LIBERATOR REIPVBLICAE. Imperatori in equo sedenti, Respublica capite radiato, cum Cornucopiæ, leniter inclinato corpore, instar gratias agentis, reverentiam exhibet. Infra, S M AQ. *Societas Mercatorum Aquensium.* Est nummus ex auro, maximi moduli, apud Illustriss. D. Gualteri, Nuncium Apostolicum apud Regem Christianiss.

D. N. MAGNENTIVS P. F. AVG. capite nudo. A. anno *primo.*)(. GLORIA ROMANORVM. Ex equo hostem confossurus, supplicem orare veniam cogit. Infra, TRS *Treverensis secunda.* Item, PTR *Primæ Treverensis.* Et R P L C *Rectori*, vel *Restitutori primæ Lugdunensis civitatum.* SAR *Secundum Arelatensium.* Omnes ex ære mediocri, in museo nostro.

IM. CAE. MAGNENTIVS P. F. AVG. capite nudo. A. anno *primo.*)(. FEL. TEMP. REPARATIO. Omnino, ut in nummo Constantis. A *prima* victoria. Infra, TRP. *Treverorum primum* tributum. Ibidem.

D. N. MAGNENTIVS P. F. AVG. capite cincto corona e lapillis. A. anno *primo.*)(. FEL. TEMP. REPARATIO. Augustus stat paludatus; dextra tenet labarum, in quo ☧. Infra, T P L C *Tertium primæ Lugdunensis civitatum* tributum. In Cimelio D. FOVCAVLT.

D. N. MAGNENTIVS P. F. AVG. capite nudo.)(. SALVS DD. NN. AVG. ET CAES. Augusti Magnentii, & Decentii Cæsaris. Aream implet Christi monogramma, ☧ cum litteris A & ω. Infra, T R S. *Treverensis secunda.* In Museo nostro, ære magno: in Cimelio D. FOVCAVLT, & apud P. JOBERT, alius habet ANB *primæ Narbonensis secundum* tributum. In alio apud P. CHAMILLART, pro littera A ubique est H. hoc modo: D. N. MHGNENTIVS P. F. HVG.)(. SHLVS DD. NN. HVG. ET CHES. H & ω. Alius ibidem habet in imo margine, AMB. *Ambiani.* Est ex ære magno. His litteris A & Ω Christum illi Deum esse, & summum Deum prædicant. Christum enim dici A & Ω est dici summum Deum. Vide Apoc. I, 8. XXI, 6, 7. XXII, 13. & confer cum Isai. XLI, 4. XLIV, 6. & XLVIII, 12.

D. N. MAGNENTIVS AVG. Capite nudo.)(. VICT. AVG. LIB. ROM. ORB. *Victoria Augusti, Libertas Romani Orbis.* Hinc Victoria, inde Libertas pileata, stantes, tenent trophæum. Infra, N A R. *Narbone.* Aureus est perpulcher, in Cimelio D. FOVCAVLT. Similis huic alter est aureus in Gaza Regia, cum subjectis litteris, N LVG *Negotiatores Lugdunenses.*

IM. CAE. MAGNENTIVS AVG. capite nudo.)(. VICTORIA AVG. LIB. ROMANORVM. *Victoria Augusti, Libertas Romanorum.* Victoria dextro latere, lævo civis Romanus, pileatus ac togatus, tenent trophæum: civis læva tenet hastam puram. Infra, TR *Treveri.* Est aureus e gaza Regia. In alio ex ære mediocri, in museo nostro. R F Q *Remensium fabrorum quartum* numisma. In alio simili ex ære mediocri, apud P. CHAMILLART, sunt tantum litteræ R B *Remorum secundum* numisma: & solus stat Magnentius Aug. cum labaro, ac dextro pede calcat hostem.

D. N. MAGNENTIVS P. F. AVG. capite nudo. A. anno *primo.*)(. VICTORIAE DD. NN. AVG. ET CAES. Duæ Victoriæ clypeum tenent, in quo VOT. V. MVL. X. Deinde sub clypeo, S V / RPLC *Servatori Urbis: Rectori*, vel *Restitutori primæ Lugdunensis civitatum.* Est in museo nostro, ex ære mediocri. Apud D. FAVVEL, pro S V legitur S P *Secunda pensio*, eodem significatu.

Eadem inscriptio, capite cincto corona e lapillis.)(. FELICITAS REIPVBLICAE. Stans paludatus, dextra gestat orbem, cui imposita Victoria Augustum coronat: læva labarum, in quo ☧. E museo nostro. Apud D. Abb. FAVVEL alius similis habet, FELICITAS REIPVBLICE. Infra, S AR. Latere dextro, F. *secundum* numisma *Arelatensium fabrorum.*

D. N. MAGNENTIVS P. F. AVG. Capite cincto corona e lapillis.)(. GLORIA ET REPARATIO TEMPORVM. Stans ipse paludatus, sinistra labarum tenet; dextra, orbem Romanum, cui Victoria imposita coronam Magnentio porrigit. Infra, P AR *Primum Arelatensium* numisma. Est apud Spanhemium, in Juliani Cæsares, pag. 135.

Nummi Decentii Cæsaris.

MAG. DECENTIVS NOB. CAES. capite nudo, dextra hastam, læva orbem tenet, cui Victoria imposita Cæsarem coronat. *Magnus Decentius Nobilissimus Cæsar.*)(. VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria palmam dextra ferens, lævam humero Cæsaris imponit; ipse dextra lauri ramum, læva hastam gerit. Est ex ære maximo in gaza Regia, & apud Tristanum, pag. 650. Alius ex ære maximo pariter, apud Card. Carpegna: MAG. DECENTIVS NOB. CAES. ut in priore.)(. VIRTVS AVGG. Decentius ipse ex equo hostem hasta confodit, & ipsum hasta armatum. Est idem etiam in Cimelio D. Abb. DE CAMPS, Parisiis. Fuit igitur Decentius e gente Magnia, e qua olim Magnia Urbica, & postea Magnius Maximus, fuere: insertus adoptione in familiam Decentiam: quæ alia longe familia a Magnentia est. Sed aversæ partis epigraphen exponant, si possunt, qui in annalibus digerendis, libros dumtaxat sequuntur, nummos negligunt. Dicant, quos Decentius adhuc *Cæsar* alios agnoscat Augustos, præter Magnentium; sub quibus Cæsar ipse militet: quibus in hoc utroque nummo adscribat victoriam: cum præsertim mox unicum videatur agnoscere hac inscriptione: VICTORIAE DD. NN. AVG. ET CAES. At nummos dum hic unice pro instituto nostro consulimus, Magnentium dicimus minorem ac subsidiarium Augustum fuisse; quam ob causam capite nudo semper fere pingitur: victoriam proinde nunc quidem cum ipsi, tum primariis Augustis duobus, Constantio, fratrique Constanti, quorum erant exercitus universi, & ad quos rei summa hoc bello finito reditura erat, merito adjudicari: consensum denique Magnentii Decentiique cum Constantio & Constante Augustis κατ' ἐξοχὴν, ex eo suaderi, quod nummos isti omnes habent eodem inscriptos titulo, VICTORIA AVGVSTORVM. Magnentii nummum inferius afferemus.

D. N. DECENTIVS NOB. CAES. capite nudo.)(. SALVS DD. NN. AVG. ET CAES. ut in nummo Magnentii. Infra, TRP. *Treverorum primum* tributum. Ex ære magno, in museo nostro. Alius ibidem, & ex ære minimo, apud D. Abb. FAVVEL. habet PSLC *Patrono secundæ Lugdunensis civitatum.*

Eadem inscriptio.)(. VICTORIAE DD. NN. AVG. ET CAES. & VOT. V. MVL. X. ut in nummo Magnentii. Sub clypeo, S V / RSLC *Secundum vectigal*, *Rectori* vel *Restitutori secundæ Lugdunensis civitatum.* In museo nostro, ex ære mediocri. In alio, apud D. Abb. FAVVEL, habet, S P / RSLC *pensio*, eodem significatu: *Secunda pensio*, *Restitutori secundæ Lugdunensis civitatum.* Alius in eodem Cimelio, argenteus ære mixto, habet dumtaxat subjectas in imo litte-

litteras, RSLC. Alius quem vidimus, habet ANB *Prima Narbonensis secundum* tributum. Alius e Cimelio P. CHAMILLART, habet litteram A latere dextro Decentii: *Anno primo.* In imo margine partis aversæ, AQS. *Aquensium secundum* tributum.

D. N. DECENTIVS FORT. CAES. capite nudo.)(. VICTORIA CAES. LIB. ROMANOR. Infra, TR. Omnia ut in simili nummo Magnentii. Aureus est e gaza Regia.

Eadem inscriptio.)(. VIRTVS EXERCITI. Stat Cæsar capite galeato, cum hasta & clypeo. TR. *Treveri.* Est ibidem argenteus.

D. N. DECENTIVS P. F. AVG.)(. SALVS DD. NN. AVG. ET CAES. Est apud Mediobarbum, pag. 485. Verum amanuensis vitio haud dubie scriptum est, P. F. AVG. pro NOB. CAES. uti perspicuum est, ex epigraphe partis aversæ, in qua Cæsarem se Decentius tantum agnoscit.

Nummi Vetranionis Aug.

D. N. VETRANIO P. F. AVG. capite laureato.)(. GLORIA ROMANORVM. Stat paludatus dextra labarum tenet, in quo ☧, læva bacillum imperatorium. Infra, Γ SIS. *Tertium Sisciensium* tributum. Est ex ære mediocri, in gaza Regia. In alio fere simili, apud Du-Cangium, B SIS.

Eadem inscriptio. Latere dextro nummi, A *primus* Constantii Aug. annus: lævo, sidus Solis.)(. CONCORDIA MILITVM. Stat Augustus, tenens duo signa militaria, in quorum apice est ☧. Augusti capiti, Solis sidus imminet. Latere dextro, A *prima* victoria. Infra, A SIS. *Primum Sisciensium* tributum. Ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT. In Regio, B SIS. Alius in nostro, latere dextro posticæ partis habet A. lævo B. nullas in limbo extremo litteras.

Eadem inscriptio.)(. HOC SIGNO VICTOR ERIS. Infra, P SIS. *Primum Sisciensium* tributum. Quo ex fabricæ loco, totoque nummi argumento, quale est omnino in nummo Constantii Aug. & Constantii Cæsaris, concordes omnes inter se, conspirantemque cum Augusto & Cæsare Vetranionem fuisse admonemur. Est hic ex ære minimo, in Museo San-Genovefano.

Eadem inscriptio: latere dextro nummi, A. *primus* Constantii Aug. annus.)(. HOC SIGNO VICTOR ERIS. Idem plane argumentum, atque in nummis utriusque Constantii; absque litteris III. Infra, B SIS. In Cimelio D. FOVCAVLT. Alius in Regio, habet litteram A in utraque pagina nummi: infra, Ϛ SIS. *Sextum Sisciensium* tributum.

Nummum Vetranionis, cui sit alius Constantii Aug. seu Vetranionis ipsius annus insculptus, præter annum primum, nullum uspiam vidimus. Nullum, in quo VOT. V. inscripta sint, ut in Magnentii nummis. Quamobrem annuum fuisse dumtaxat magistratum illius, ut & Nepotiani, haud temere ponimus.

Nummi Nepotiani Aug.

FL. POP. NEPOTIANVS P. F. AVG. capite nudo: vultu annorum fere L.)(. GLORIA ROMANORVM. Nudo capite ex equo hostem confodit. Supra; sidus Solis, Augusti symbolum. Infra, RS *Remorum secundum* tributum. Ex ære mediocri, in Thesauro Regio.

Eadem inscriptio.)(. VRBS ROMA FELIX. Galeata clypeo insidet; hastam læva, dextra gerit Victoriam, a qua coronatur. Est apud Tristanum, pag. 627. Similis huic anno isto nummus est Constantis, VRBS ROMA BEATA. Consanguinitate junctum fuisse, vel gentilitate profecto; Fl. Popilium Nepotianum, cum Augustis duobus & Cæsare Constantio, ipsum Flavii nomen admonet. Minor tantum Augustus fuit, & annuus tantum: ac sine titulo D. N. in nummis: sine votis quinquennalibus, cujusmodi Magnentio Decentioque sunt decreta: Lugdunensium finibus in annos quinque horum curæ commissis; dum Popilius Nepotianus excubias ageret in Treverensi; dimicaret in Pannonia, cum Augustis & Constantio Cæsare, Vetranio Aug. Hanc enim partitionem docent subjectæ in imo nummorum margine litteræ.

Nummi Hanniballiani Regis.

FL. HANNIBALLIANO REGI. capite nudo, vultu annorum XXX.)(. SECVRITAS PVBLICA. Fluvius sedens, baculo seu arundine innititur: crescente rursum ad genua arundine altera; dextro latere, urna aquam effundente. Infra, CONS Ϛ. ut in nummo Constantii Aug. hoc ipso anno. *Civitatum omnium Narbonensis secundæ sextum* tributum. Duos vidimus nummos hujusmodi: alterum, quem Regius Thesaurus asservat, eo transmissum e Cimelio Serenissimi Principis Aurelianensis: alterum, qui est in museo nostro. In uno fluvius dextrorsum respicit; sinistrorsum in altero. In neutro est CL. aut FL. CL. aut SECVRITATI PVBLICAE, aut denique CONOB. ut alii ante nos ediderunt: necdum nato more CONOB in nummis inscribendi, cum hic nummus cusus est. Refert enim omnino nummi materia, & fabricæ genus hunc ipsum annum. Quamobrem e Flavia gente Hanniballianus videri potest cum Regis titulo præpositus tutando limiti Narbonensis secundæ, ab urbe Lugduno usque ad Lemannum lacum, adversus finitimos hostes, Helvetios, Sequanosve. Quod cum Hanniballianus egregie præstitisset, ob procuratam securitatem publicam, prohibitis a Rhodani transitu hostibus, grates agunt civitates Narbonenses. Neque enim hoc loco quærimus, quid scriptores annalium de Hanniballiano referant; sed quid extundi verum, aut simile veri possit ex sola nummorum contemplatione, quos illi fortassis præpostere intellexerunt.

ANNUS LXIX.

Nummi Constantii Aug.

D. N. CONSTANTIVS P. F. AVG. capite cincto gemmis. Latere nummi dextro, B. *secundus* annus.)(. FEL. TEMP. REPARATIO. Augustus pedes equitem confodit. Infra, RQ *Remorum quartum* tributum. In museo nostro.

Eadem epigraphe cum littera B. & Solis sidere.)(. HOC SIGNO VICTOR ERIS. ut anno primo Constantii. Latere lævo, B. *secunda* victoria, ut videtur. Infra, Δ SIS *Quartum Sisciensium* beneficium. Ex ære mediocri, in museo nostro.

Eadem inscriptio, sine littera B.)(. SPES REIPVBLICE. Stans Augustus cum hasta, dextra gestat orbem. Infra, CONSN. *Civitatum omnium Narbonensis secundæ Negotiatores.* Ibidem, ex ære minimo. Mediobarbus, pag. 490. e museo suo, SMKB *Societatis Mercatorum Karthaginiensium secundum* tributum.

CONSTANTIVS AVG. capite cincto lapillis.)(. GLORIA EXERCITVS. Labarum inter duos hastatos milites. Infra, SMAN. *Societas Mercatorum primæ Narbonensis.* Ibidem, ex ære minimo. Apud Occonem, pag. 551. SMKΓ *Societatis Mercatorum Karthaginiensium tertium* tributum. Mediobarbus e museo suo, pag 488. habet SMANT. *Societatis Mercatorum primæ Narbonensis tributum.*

Num-

Nummi Constantis Aug.

D. N. CONSTANS P. F. AVG. capite cincto lapillis.)(. FEL. TEMP. REPARATIO. Phœnix radiato capite, rogo insidet. Infra, PLVC *Primæ Lugdunensis quinque civitates.* In alio, TR S *Treverensis secunda.* Sint-ne quinque civitates primæ Lugdunensis eæ, quæ in Notitia vetere commemorantur, hoc ordine: *In Provincia Lugdunensi prima, Civitas Lugdunensium metropolis: Civitas Æduorum: Civitas Lingonum: Civitas Cabilonensis: Civitas Matisconensis:* an aliæ potius: viderint eruditi.

Eadem epigraphe:)(. GLORIA EXERCITVS. ut in nummo Constantii: litteris in imo detritis.

CONSTANS P. F. AVG. capite cincto lapillis.)(. BONONIA OCEANEN. *Bononia Oceanensis,* Gallice etiamnum, *Bologne sur mer,* ad discrimen Bononiæ Italicæ. Augustus galeatus cum hasta & clypeo in navi stat: Victoria cum palma in prora præeunte, & coronam ostentante. In puppi duo signa militaria. Reditum a navali pugna significat. Est ex ære maximo, in gaza Regia.

Nummi Constantii Cæsaris.

D. N. FL. CL. CONSTANTIVS NOB. CAES. capite nudo.)(. FEL. TEMP. REPARATIO. Cæsar hostem confodit. Infra, CONS. *Civitates omnes Narbonensis secundæ.* Ex ære minimo, in museo nostro.

Nummi Decentii Cæsaris.

MAG. DECENTIVS NOB. CAES. capite nudo. Dextro latere, B. Anno secundo.)(. Duæ Victoriæ clypeum tenent, in quo scriptum est, VOT. V. MVL. X. In ambitu: VICTORIAE DD. NN. AVG. ET CAES. Infra, RB *Remorum secundum* numisma. Est ex ære mediocri in Museo P. CHAMILLART.

D N DECIIT VNG CIIHS. Caput Decentii Cæsaris nudum. Retro. II. *Anno secundo.*)(. In ambitu sunt hæ litteræ, partim rectæ, partim inversæ: ЗHOVHNN-I DDЗHIN∞DLVT. In ipsa area Victoriæ duæ clypeum tenent, in quo scriptum est, VOT. MVLT. cum cruce. Infra clypeum, hinc S inde V. In imo margine, P☧TR. Est nummus singularis ex ære, mole mediocri, in Cimelio P. CHAMILLART. Sententia est:

Dominus noster Decentius, Imperator iterum,
Urbis nostræ decus,
Cives in hostes irrumpens servavit:
Urbem hanc nostram nobilissimam tutatus.
Decreverunt Decuriones,
Ejus honori in nummis scribi:
DECENTIO TVTATORI
VRBS TREVERORVM.
Vota multa
Servatori Urbis.
Permissu Senatus,
Treveri.

Partis anticæ inscriptio constat litteris sedecim: quarum octo sunt dextro, totidem sinistro. Litteræ inversæ admonent incisum ibi, sive membrum orationis desinere oportere: nec alio consilio sunt eo situ positæ, tum in antica superficie, tum in postica. Huc pertinet titulus FORT. CAES. *Fortissimi Cæsaris,* Decentio datus ut superius vidimus in nummo, cujus epigraphe altera est, VICTORIA CAES. LIB. ROMANOR. *Victoria Cæsaris, Libertas Romanorum.* Nam Treveri, cives Romani, Fortissimum Cæsarem Galli dicerent, *le Vaillant Cesar:* ut sæpe dicunt, *le Vaillant Prince de Condé.* Est enim etiam Cæsar familiæ nomen, in his omnibus Cæsaribus & Augustis.

ANNUS LXX.

Nummi Constantii Aug.

CONSTANTIVS P. F. AVG. capite cincto corona e lapillis.)(. VICTORIA DD. NN. AVGG. Constantii & Constantis, qui soli Augusti ex Augusta domo, & primarii, ac supra sortem ceterorum positi. Victoria cum corona & trophæo. Victoria semel relata, annis subsequentibus nihilominus commendatur. Infra, TE S. Argenteus, e museo nostro. *Treveri, edicto Senatus.*

Eadem inscriptio.)(. FEL. TEMP. REPARATIO. Augustus in navi, nudo capite, dextra gestat orbem, cui Phœnix radiatus superpositus est: læva labarum, in quo ☧, ad proram Victoria remigante. Latere dextro, Γ anno *tertio.* Infra, R T *Remorum tertium* tributum. Est in museo nostro, ex ære mediocri.

CONSTANTIVS P. F. AVG. capite cincto lapillis.)(. VICTORIA DD. AVGGQ. NN. *Victoria Dominorum Augustorumque duorum nostrorum.* Duæ Victoriæ laureas coronas ostentant. In medio, palma. Infra, A SIS *Primum Siscienſium* tributum. E museo nostro.

Nummi Constantis Aug.

CONSTANS P. F. AVG. capite cincto lapillis.)(. VICTORIA DD. AVGGQ. NN. ut in proximo Constantii nummo. Infra, B SIS. *Secundum Siscienſium* tributum. E museo nostro, æris minimi. Alter ibidem, VICTORIAE DD. AVGGQ. NN. & infra, Γ SIS. *Tertium Siscienſium* tributum. Cetero simillimus.

D. N. CONSTANS P. F. AVG. capite gemmis cincto.)(. FEL. TEMP. REPARATIO. ut in nummo Constantii. Γ anno *tertio.* Et pro Phœnice Victoria est. Infra, TR P. *Treverorum primum* tributum. Alius, TR S *secundum.* Alius, in quo Phœnix, ut in nummo Constantii, A Q T *Aquensium tertium* tributum. Omnes in museo nostro, ex ære mediocri.

FL. IVL. CONSTANS P. F. AVG. capite cincto lapillis.)(. VICTORIA DD. NN. AVGG. ut in nummo Constantii. Infra, TR. *Treveri.* In museo nostro, argenteus.

Eadem inscriptio.)(. TRIVMFATOR GENTIVM BARBARARVM. Augustus paludatus dextra labarum tenet, in quo ☧. læva clypeum. Infra, TES. *Treveri, Edicto Senatus.* In museo nostro argenteus. Similis est Constantii Aug. nomine apud DU-CANGIVM, Tab. x. Infra, AQ. *Aquenses.*

Nummi Constantii Cæsaris.

D. N. FL. CL. CONSTANTIVS NOB. CAES. capite nudo.)(. FEL. TEMP. REPARATIO. Cæsar stans hasta confodit equo dejectum hostem. Latere dextro, Γ. Infra, CONSTA. *Civitatem omnium Narbonensis secundæ tributum primum.* Est ex ære mediocri, apud D. BAVDELOT.

Nummus æreus Fl. Cl. Constantii Cæsaris, capite nudo: cum inscriptione litteris Illyricianis, ut videtur.)(. stat paludatus, & alterum altera manu vexillum tenent, in quo ☧. Nusquam alibi iste Constantius habet ☧. Inscriptio in hac etiam aversa parte, litteris Illyricianis. Dono hunc mihi dedit D. Abbas Mezzabarba.

Nummi Magnentii Aug.

D. N. MAGNENTIVS P. F. AVG. capite nudo. Latere dextro, Γ anno *tertio*. .)(. VICTORIAE DD. NN. AVG. ET CAES. Magnentii & Decentii. Duæ Victoriæ tenent clypeum, in quo ſcriptum eſt, VOT. V. MVLT. X. Infra, R T *Remorum tertium* tributum. Ex ære mediocri, in muſeo noſtro.

IMP. CAE. MAGNENTIVS AVG. nudo capite. .)(. VICTORIA AVGG. Imperator paludatus præit, tenens orbem, cui Victoria ſuperpoſita coronam imponit Auguſto: quem Victoria altera pone ſequens ſimiliter coronat. Eſt ex ære maximo, in Cimelio D. FOVCAVLT. Auguſti duo, qui in hoc numiſmate commemorantur, ſunt (ut diximus) Conſtantius, qui major: & Magnentius, qui minor & ſecundi ordinis. Auguſtis duobus adſcribi victoria quemadmodum potuerit in nummo Magnentii, dicant (ſi quidem poſſint) qui nummis antiquis membranas anteponunt.

Nummi Decentii Cæſaris.

D. N. DECENTIVS NOB. CAES. capite nudo. Latere dextro Γ. *Anno tertio*, ut in nummis Magnentii Aug. & Conſtantii Cæſaris. .)(. VICT. DD. NN. AVG. ET CAES. Magnentii & Decentii. Duæ Victoriæ, ut in Magnentii nummo, cum VOT. V. MVLT. X. & infra, R S *Remorum ſecundum* numiſma. Eſt ex ære Mediocri, in Muſeo P. CHAMILLART.

ANNUS LXXI.

Nummi Conſtantii & Conſtantis Augg.

D. N. CONSTANTIVS P. F. AVG. capite gemmis cincto: latere dextro, Δ anno *quarto*. .)(. FEL. TEMP. REPARATIO. Auguſtus pedes equitem dejectum confodit. Supra, Γ *tertia* victoria. R Q *Remorum quartum* tributum. Ex ære minimo, in muſeo noſtro. In alio, A Q P *Aquenſium primum*. Alius, A Q S. *ſecundum*. Alius in Cimelio P. Chamillart, A L E B. *Primæ Lugdunenſis edicto ſecundum* numiſma.

Eadem inſcriptio, & Δ ſimiliter. .)(. CONCORDIA MILITVM. Auguſtus nudo capite, paludatus, tenet duo ſigna militaria, in quibus ☧. Infra, A SIRM. *Primum Sirmienſium* tributum. Ibidem.

FL. IVL. CONSTANTIVS P. F. AVG. capite cincto corona e lapillis. .)(. PAX AVGVSTORVM. Stat labarum tenens, in quo ☧. Infra, TR. *Treveri*. Ex argento puro, in Cimelio D. Abb. FAVVEL.

D. N CONSTANS P. F. AVG. capite cincto gemmis: dextra geſtat orbem: latere lævo N. forte *Negotiatorum*: .)(. FEL. TEMP. REPARATIO. Auguſtus cum haſta, galeatus ruſticum metu hoſtium inter vepres latitantem extrahit. Latere lævo N. Infra, T R ε *Treverorum quintum* tributum. In alio, A Q S *Aquenſium ſecundum*. Uterque e muſeo noſtro, ære mediocri.

Nummi Conſtantii Cæſaris.

D. N. FL. CL. CONSTANTIVS NOB. CAES. capite nudo. .)(. FEL. TEMP. REPARATIO. ut proxime, in nummo Conſtantis Aug. Eſt argenteus in gaza Regia.

Eadem inſcriptio: latere dextro, Δ anno *quarto* Conſtantii Aug. FEL. TEMP. REPARATIO. Cæſar hoſtem confodit. Latere dextro, Γ *tertia* victoria. Infra, R Z *Remorum ſeptimum* tributum. In alio, S M K Δ *Societatis Mercatorum Karthaginienſium quartum* tributum. Uterque in muſeo noſtro, ære mediocri.

D. N. CONSTANTIVS IVN. NOB. C. capite nudo: latere dextro, Δ anno *quarto*. .)(. FEL. TEMP. REPARATIO. Cæſar pedes haſta confodit equitem dejectum. Infra, A SIRM. ut in nummo Conſtantii Aug. Eſt ex ære minimo, apud D. Abb. FAVVEL.

Nummi Magnentii Aug.

D. N. MAGNENTIVS P. F. AVG. capite nudo. Δ anno *quarto*. .)(. VICTORIA DD. NN. AVG. ET CAES. Infra, TR. Cetera ut in nummo anni ſuperioris. E muſeo noſtro, ære mediocri.

ANNUS LXXII.

D. N. CONSTANTIVS AVG. capite cincto gemmis. .)(. Vir canino capite, quem Anubin vocant, dextra ſiſtrum tenet, ſiniſtra caduceum. Epigraphe: VOTA PVBLICA. Sententia eſt, Conſtantii Aug. providentia factum eſſe, ut populus fruatur votis ſuis. Primum quidem libertate, cujus ſymbolum eſt caput caninum: deinde & ludis ſuis, quos ſiſtrum deſignat: denique & pace, quam caduceus denotat. Nihil hic propterea paganicæ ſuperſtitionis eſt. Nummus hic eſt ex ære minimo, apud R. P. Albertum, Auguſt. Diſcalc. Pariſiis.

ANNUS LXXIII.

Exacto feliciter quinquennio, decennalia Conſtantis Aug. hoc anno vota ſuſcepta.

Nummi Conſtantii & Conſtantis Augg.

D. N. FL. CONSTANTIVS AVG. capite laureato. .)(. VICTORIA AVG. Victoria turrito capite, dextra palmam gerit, læva Cornucopiæ. Eſt ex ære maximo, in Cimelio D. Abb. DE CAMPS.

D. N. CONSTANS P. F. AVG. .)(. VICTORIA CONSTANTIS AVG. VOT. X. Victoria ſpoliis inſidet. Infra, CONS. *Civitates omnes Narbonenſis ſecundæ*. Aureus apud Occonem, pag. 549.

FL. IVL. CONSTANS PIVS FELIX AVG. capite cincto corona e gemmis. .)(. FELICIA DECENNALIA. Victoriæ duæ geſtant coronam, in qua VOT. X. MVLT. XX. Infra, TES. Aureus, apud DU-CANGIVM, Tab. XII. Vereor ne ſcalptor XX. pro XV. poſuerit.

FL. IVL. CONSTANS P. F. AVG. capite cincto corona e lapillis. .)(. OB VICTORIAM TRIVMPHALEM. Duæ Victoriæ tenent coronam lauream, in qua VOT. X. MVL. XV. *Votis decennalibus, multis quindecennalibus*. Infra, SIS. *Siſciæ*. Ex argento puro, apud D. Abb. FAVVEL. Ex auro, apud D. Marchionem de Montauban, cum TR. *Treveri*. Si nullus eſt in priore nummo ſcalptoris error, Senatum oportet hæſiſſe ancipitem, an Conſtanti deinceps in ſingula decennia imperium prorogaretur; an, ut prius, in ſingula tantum quinquennia.

Eadem inſcriptio. .)(. M T E S in ipſa nummi area, quam hæ litteræ totam occupant. *Mercatores Treveri, Edicto Senatus*. Aureus eſt apud Occonem, pag. 549. Similem Conſtantii Aug. nomine affert idem ex ære, pag. 553.

Conſtantii Cæſaris nomine nummum inſcriptum affert Triſtanus, tomo 3. pag. 659. D. N. CONSTANTIVS GAL. NOB. C. capite laureato. .)(. GLORIA ROMANORVM. Infra, ANT. Hunc nummum, inquam, recentis eſſe fabricæ ne dubites: tum

tum propter *Galli* nomen, quod est ex scriptoribus haud satis certæ fidei acceptum; in nummis autem nullis apparet, qui probi sint; tum propter caput laureatum, cum ubique nudo ille capite depingatur. Fictus ab eo artifice nummus est, qui Constantium Cæsarem, fratrem Juliani, arbitratus est in nummis sinceris nullum esse, quoniam Galli nomen nusquam appareret, eamque rem ægre tulit: ratus eum, qui FL. CL. & qui FL. IVL. CONSTANTIVS ibi appellatur, unum esse atque eumdem: quæ absurda prorsus allucinatio est. Nummus sincerus istius Constantii est ex ære maximo, apud D. Abb. de CAMPS, sic inscriptus: D. N. FL. CL. CONSTANTIVS NOB. CAES. capite nudo. .)(. GLORIA ROMANORVM. Victoria palmam gestat, & coronam ostentat. Hoc tantum: absque litteris ANT.

Hoc fere anno Julianus Constantii Cæsaris frater, Cæsar appellatur. Itaque vota illius causa quinquennalia decernuntur. Nulla pro Constantio Cæsare sunt ejusmodi vota separatim decreta; quoniam eodem tempore Cæsar dictus est, quo Constans & Constantius Augusti sunt appellati. Itaque Augustorum & Cæsaris fuere vota communia.

Nummi Juliani Cæsaris.

D. N. IVLIANVS NOB. CAES. capite nudo: vultu annorum fere XXX. .)(. In corona laurea, VOTIS V. MVLTIS X. Infra, TCON. *Tertium civitatum omnium Narbonensium* tributum. Argenteus est in Cimelio D. Abb. FAVVEL, & nostro.

D. N. FL. CL. IVLIANVS NOB. C. Capite nudo. .)(. SPES REIPVBLICAE. Stans ipse paludatus, dextra orbem Romanum, læva hastam gerit. Infra, SMKΔ. Est ex ære minimo, in Cimelio P. CHAMILLART.

D. N. FL. CL. IVLIANVS NOB. C. capite nudo.)(. FEL. TEMP. REPARATIO. Cæsar hostem ex equo confodit. Dextro nummi latere, M. forte *Mercatores*. Infra, SMKΔ *Societatis Mercatorum Karthaginensium quartum* tributum. In Cimelio D. FOVCAVLT.

Eadem inscriptio: cum littera N. forte, *Negotiatores*. .)(. FEL. TEMP. REPARATIO. ut proxime. A Q. *Aquenses*. Ex ære minimo, ibidem. Non habet Julianus, ut Constantius Cæsar; annos Constantii Aug. in suis nummis notatos. Tunc Cæsar dictus fuisse videtur, cum ducta uxore Fl. Julia fortassis Constantia, filii Fl. Julii Constantii Aug. herede ex asse illius familiæ, Juliani ex eo matrimonio nomen accepit: quemadmodum a Domitia conjuge Domitianus olim est nuncupatus. Pueros enim Nobilissimos sine nomine sæpe fuisse primis annis, donec uxorem ducerent locupletem ac nobilem, cujus nomen cum hereditatis jure capesserent, testis est Domitiani Aug. filius, qui Cæsar ἀνώνυμος obiit; ut nummus ille fidem facit: DIVVS CAESAR IMP. DOMIT. F. Nempe cum opima hereditate exspectabatur uxor, quæ nomen illi, ut mater Domitia patri Domitiano, faceret.

ANNUS LXXIV.

D. N. CONSTANTINVS P. F. AVG. capite laureato. .)(. LARGITIO. Sedet Augustus, hinc Urbe Arelatensi turrita, inde milite hastato eumdem complectente. Credo, ut significetur, largitionem civibus fuisse militibusque factam. Spanhemius, a quo hic nummus profertur, ex ære maximo, depromptus e Cimelio reginæ Christinæ; recte monet falli eos, qui hunc nummum referunt ad Constantium Chlorum. Vetat enim ætas Augusti, vix in eo nummo annos XXXV. excedentis; cum is qui Chlorus dicitur, in nummis non appareat nisi sexagenarius. Est & in Thesauro Medicео hic nummus ex ære maximo.

ANNUS LXXV. LXXVI. LXXVII.

ANNUS LXXVIII.

Sive aliqua Senatus Populique Romani offensio, sive alia causa fuerit; in singula deinceps quinquennia tantum Constantio Aug. imperium in provincia decernitur, æque ac Constanti fratri.

Nummi Constantii & Constantis Augg.

D. N. CONSTANTIVS AVG. capite cincto corona ex lapillis. .)(. VICTORIA CONSTANTI AVG. Victoria sedens, scribit in clypeo, quem altera minor Victoria sustinet, VOT. XV. *Vota quindecennalia*. Infra, CONS. *Civitates omnes Narbonensis secundæ*. Aureus est, in Thesauro Regio.

D. N. CONSTANS P. F. AVG. capite cincto corona e gemmis. .)(. In corona laurea, VOT. XV. MVLT. XX. Infra, SMRP *Societatis Mercatorum Remensium primum* tributum. E museo nostro, æris minimi.

ANNUS LXXIX. LXXX. LXXXI. LXXXII.

ANNUS LXXXIII.

Utriusque Augusti vota vicennalia in hunc annum incurrunt, qui est amborum imperii annus quintusdecimus.

Nummi Constantii Aug.

CONSTANTIVS AVGVSTVS. capite cincto lapillis & gemmis. .)(. VICTORIAE DD. NN. AVGG. Victoria insidens spoliis scribit in clypeo, quem minor altera Victoria tenet, VOT. XX. MVLT. XXX. Infra, TR. *Treveri*. Aureus est e Thesauro Regio. Alter ibidem similiter aureus, SM. AQ. *Societas Mercatorum Aquensium*.

Eadem inscriptio. .)(. VICTORIAE DD. NN. AVGG. Duobus semper Augustis, primariis scilicet, Constantio & Constanti, victoria primi anni tribuitur. Victoriæ duæ æquales tenent clypeum, in quo scriptum est, VOT. XX. MVLT. XXX. Infra, TES *Treveri edicto Senatus*. Aureus est e Cimelio Domus Professæ nostræ in hac Urbe.

FL. IVL. CONSTANTIVS PERP. AVG. capite cincto triplici gemmarum ordine. .)(. GLORIA REIPVBLICAE. Urbs Arelatensis turrita, & Roma galeata, clypeum tenent, in quo scriptum est, VOT. XX. MVLT. XXX. Infra, SMANH. *Societatis Mercatorum prima Narbonensis octavum* tributum. Alius, SM. ANΓ *tertium*. Est uterque aureus e Thesauro Regio. In utroque civitas Arelatensis, quippe Augusti sedes, potiorem, hoc est, lævum occupat nummi latus.

FL. IVL. CONSTANTIVS PERP. AVG. capite cincto gemmis. .)(. VICTORIA CONSTANTINI AVG. Victoria tenet clypeum, quem minor altera Victoria sustinet. In clypeo, VOT. XX. MVLT. XXX. Infra, CONS. *Civitates omnes Narbonensis secundæ*. Aureus est e Cimelio Ducis Parmensis. Non infimas fuisse partes Constantii, dum adhuc Cæsar esset, in victoria Constantini Aug. cujus victoriæ fructu potirentur adhuc anno isto Narbonensis secundæ civitates; aut ejusdem certe victoriæ fructum a Constantio conservari; hic nummus admonet. Similem Du-Cangius exhibet in Constantinopoli Christiana, Tab. X. ubi legitur: FL. IVL. CONSTANTIVS P. F. AVG. VICTORIA CONSTANTINI AVG. In clypeo, VOT. X. MVL. XX. Infra, SMAN. *Societas Mercatorum Primæ Narbonensis*. Est hæc Victoria Constantini Max. anno LVII. relata.

D. N. CONSTANTIVS P. F. AVG. capite laureato

reato.)(VICTORIA AVGVSTI N. Victoria dextra coronam ostentat; læva captivum rapit. Est ex ære maximo, in Cimelio D. FOVCAVLT.

Nummi Constantis Aug.

D. N. CONSTANS P. F. AVG. capite cincto corona e gemmis.)(In corona laurea, VOT. XX. MVLT. XXX. Infra, SMALE *Societas Mercatorum: primæ Lugdunensis edicto.* Est ex ære minimo, in Cimelio P. JOBERT. Vidit igitur Constans Aug. annum sui principatus sextum-decimum.

Constantius deinceps solus Augustus.

ANNI LXXXIV. LXXXV. LXXXVI. LXXXVII.

ANNUS LXXXVIII.

FL. IVL. CONSTANTIVS PERP. AVG. capite cincto gemmis.)(VICTORIA AVGVSTORVM. Non alia quam primi anni Victoria singulis annis consequentibus celebratur. Victoria lævo humero defert spolia, coronam dextra gerit, in qua XXV. Hoc est, post *vicennalia*, *quinquennalia.* Ad pedes captivus hæret attonitus. Infra, SMANQ *Societatis Mercatorum primæ Narbonensis quartum* tributum. Est ex auro inter Arschotanos.

D. N. CONSTANTIVS P. F. AVG.)(In corona quercea, VOTIS XXV. MVLTIS XXX. Infra, SMN *Societas Mercatorum Narbonensium.* Argenteus apud Occonem, pag. 551.

ANNI LXXXIX. XC. XCI. XCII.

ANNUS XCIII.

Vota tricennalia Constantii Aug.

D. N. CONSTANTIVS P. F. AVG. capite cincto gemmis. In corona laurea, VOTIS XXX. MVLTIS XXXX. Infra, S CON *secundum* tributum *civitatum omnium Narbonensium.* Argenteus in museo nostro: alius, apud D. Abb. FAVVEL, habet T CON *Tertium.* Alius rursum ibidem, SMN *Societas Mercatorum Narbonensium.* In museo nostro alius, LVG. *Lugdunenses.*

FL. IVL. CONSTANTIVS PERP. AVG. capite galeato, cum hasta & clypeo.)(GLORIA REIPVBLICAE. Urbs Arelatensis turrito capite, sceptrum gerens, & Roma galeata cum hasta, sedent, & clypeum tenent, in quo VOT. XXX. MVLT. XXXX. Infra, SMAQ. *Societas Mercatorum Aquensium.* In alio, caput est cinctum gemmis: infra, KONS ꝒV. *Konstantinopolitani.* Alius apud P. Steph. Chamillart, SMNS *Societas Mercatorum Narbonensis secundæ.* In alio ex auro, apud D. Marchionem de Montauban, SIRM. *Sirmienses.* Idem in Museo nostro aureus est; in quo Roma galeata, dextro latere; & Urbs Lugdunensis, sinistro; turrito capite, pede proræ navis imposito. Infra, SMLVG *Societas Mercatorum Lugdunensium.* In antica parte, D. N. FL. CONSTANTIVS PERP. AVG. galeato capite, cum clypeo, & hasta humero dextro imposita: quæ sunt insignia Imperatoris. Alius, in Cimelio Domus Professæ nostræ, R ε *Remorum quintum* tributum. Omnes aurei: duo priores, e Thesauro Regio.

D. N. CONSTANTIVS MAX. AVGVSTVS. capite cincto gemmis. GLORIA REIPVBLICAE. Omnino ut proxime. VOT. XXX. MVLT. XXXX. Infra, TES. *Treveri, edicto Senatus.* Aureus est in Thesauro Regio, & apud Occonem pag. 552. Ibi *Constantius* ex patre, ex matre *Maximus* est: quod cognomen, ut familiæ longe inferioris nobilitatis, quam Julia esset, neque frater ipsius Fl. Julius Constans umquam, neque ipse plusquam semel in nummis habet.

Nummi Juliani Aug.

FL. CL. IVLIANVS P. F. AVG. Capite cincto diademate e gemmis, vultu juvenili & imberbi.)(VOT. XXX. MVLT. XXXX. in corona laurea. Hoc anno Julianum fuisse salutatum Augustum, docet hic nummus ex argento perrarus, qui fuit olim Viri Nobiliss. D. DE BALLONFFEAVX, ut ad nos ille scripsit. Vota sunt enim hæc tricennalia pro Constantio Perpetuo Aug. facta hoc anno; quæ vota pro primariis Augustis concepta in nummis etiam Augustorum inferiorum, atque adeo & Cæsarum, scribi pariter solita fuisse, sexcentis constat exemplis.

D. N. IVLIANVS AVG.)(VOT. V. MVLT. X. Infra, T CON. *Tertium civitatum omnium Narbonensium* tributum. Est e Museo nostro.

Numismata Fl. Cl. Constantii Cæsaris.

D. N. CONSTANTIVS NOB. CAES. Capite nudo.)(GLORIA REIPVBLICAE. Urbs Lugdunensis, & Urbs Roma sedent: tenent ambæ clypeum, in quo VOT. V. MVLT. X. Quæ vota sunt hoc anno suscepta, pro felicibus initiis Juliani Aug. qui frater fuit Constantii Cæsaris. Est hic nummus aureus perpulcher, apud D. de BALLONFFEAVX, Luxemburgi.

ANNI XCIV. XCV. XCVI. XCVII.

ANNUS XCVIII.

Vota Constantii Aug. quinquennalia post tricennalia.

FL. IVL. CONSTANTIVS PERP. AVG.)(GLORIA REIPVBLICAE. Urbs Arelatensis & Roma clypeum tenent, in quo scriptum est, VOT. XXXV. MVLT. XXXX. Infra, SMSIS. *Societas Mercatorum Sisciensium.* Aureus est apud Occonem, pag. 553.

ANNUS XCIX. C.

Anno sæculi consequentis CIII. vota quadragenalia Constantii Aug. fuere suscepta, imperii ipsius anno XXXVI.

D. N. CONSTANTIVS AVG. capite cincto gemmis.)(VICTORIA AVGVSTORVM. Victoria sedens scribit in clypeo, quem altera minor Victoria sustinet, VOT. XXXX. Infra, KONS ꝒV. *Konstantinopolitani.* Aureus est e Thesauro Regio.

CONSTANTIVS AVG. capite cincto gemmis.)(VICTORIA AVGVSTORVM. ut proxime, cum VOT. XXXX. Infra, SMAN *Societas Mercatorum primæ Narbonensis.* Aureus est in Cimelio D. Abb. FAVVEL.

D. N. CONSTANTIVS P. F. AVG. ut supra.)(GLORIA REIPVBLICAE. Urbs Arelatensis & Roma, ut anno XCIII. coronam tenent, in qua VOT. XXXX. Infra, TES. *Treveri edicto Senatus.* Aureus est e Thesauro Regio.

Ut olim Diocletiano, & Constantino Max. tricennalia, ita nunc Constantio Aug. decreta sunt ad pompam solummodo vota quadragenalia, ne non satisfecisse Senatui Populoque Romano videretur: at statim est in Urbem revocatus; suffectis ei aliis Augustis, qui Gallias administrarent. Hinc est, quod VOT. XXXX. solum reperire in nummis est; nec usquam apparet solennis illa formula, quæ prius occurrit, VOT. XXXX. MVLT. XXXXV. vel L.

Suffecti

Suffecti igitur Constantio Julianus & Jovianus Augg. quamquam non ambo simul, sed Jovianus ultimo Juliani quinquennio: Julianus autem jam ante annos quinque. Horum obiter tantum nummos hic aliquos repræsentamus; quoniam quidem ad familiam Fl. Claudiam Augustam Julianus pertinet: Jovianus autem affinitate junctus cum Jovio Licinio fuisse videtur: & interest scire, quo in terrarum tractu cusi utriusque honori nummi fuerint.

D. N. IVLIANVS AVG.)(VOTIS V. MVLTIS X. Infra, T CON. *Tertium civitatum omnium Narbonensium* tributum. Est e museo nostro.

D. N. FL. CL. IVLIANVS P. F. AVG.)(VOTA PVBLICA. Anubis (ut vocant) humano capite, cani insidens, dextra sistrum, læva bacillum imperatorium tenet. Est apud DU-CANGIVM, in familiis Byzantinis. Locus fabricæ non est adnotatus. Nullus sane Juliani inscriptus nomine nummus, titulum habet falsi numinis. In Constantino Max. similis epigraphe occurrit, cum Isidis effigie: sed fabricæ loco pariter minime subnotato. Qui vero Juliani nomine carent, inscriptique sunt DEO SARAPIDI, vel SERAPIDI; tametsi referre Juliani vultum creduntur, sub nomine Serapidis, tamen locum non habent expressum, ubi conflati sint. Cum sint illi triti & vulgares, nullus adhuc visus est, qui LVGD. SIS. CONST. TR. vel similem jactet officinam. Cujus rei nos quidem afferre causam aliam haud possumus in præsenti, (si quidem, ut proposuimus, ex nummis dumtaxat, seclusa tantisper alia quavis auctoritate, rem dijudicamus:) quam quod Gallias, quibus præerat, jam Christianas, offendere sibique infensiores reddere verebatur. Quam ob rem spargi clam in vulgus incertæ obscuræque fabricæ nummos satis habuit, qui Serapidis similiumque numinum memoriam revocarent.

Anno 108.

D. N. FL. CL. IVLIANVS P. F. AVG.)(VOT. X. MVLT. XX. Infra, VRB ROM. T. Alius, VRB. ROM. T. *Vrbs Remorum obtulit munus tertium.* Alius, ROM Q. *Remi obtulere munus* quartum. NIK B. *Nicomediæ* negotiantium *secundum.* CVZ Δ. *Cyzici* negotiantium *quartum.* P CONST. *Primum civitatum omnium Narbonensis secundæ tributum.* T CONST. *Tertium civitatum omnium Narbonensis secundæ tributum.* Omnes e Cimelio D. FOVCAVLT. Ultimus ex his est etiam in Museo nostro. Alius ex ære minimo, apud D. FOVCAVLT, habet AQVIL. S. hoc est, *Aquileiensium secundum* numisma. Est in hoc nummo Julianus capite galeato, barba promissa.

Anno 109.

D. N. IOVIANVS P. F. AVG.)(VOT. V. MVLT. X. Infra, S CONST. *Secundum civitatum omnium Narbonensis secundæ tributum.* Est ex argento puro, apud D. Abb. FAVVEL. Alius, VRB. ROM. B. Alius rursum, B SIRM. Uterque e museo nostro. Apud Occonem, pag. 560. CONS. *Civitates omnes Narbonensis secundæ.* Alius ibidem, pag. 561. VRB ROM. T. *Vrbs Remorum obtulit munus tertium.*

Eadem inscriptio.)(VICTORIA ROMANORVM. Tenet Augustus labarum, in quo ☧. & orbem cum Victoria. Infra, ANTA *Primæ Narbonensis tributum primum.* Est e Cimelio D. FOVCAVLT. Jovianus nomen habere videtur a filia Jovii Licinii, herede ex asse illius familiæ, uxore sua: ex qua Jovinum suscepit, qui postea pariter Augustus fuit. Sic Maximiani filius dictus est Maximinus.

Anno 110.

D. N. FL. CL. IVLIANVS P. F. AVG.)(SECVRITAS REIPVBLICAE. Bos, Constantiæ symbolum, vel armenti libere pascentis. Supra, geminum Solis sidus; symbolum negotiationis & mercaturæ, quam in oriente æque atque in occidente Augustus foveret. Infra, P CONST *Primum civitatum omnium Narbonensis secundæ tributum.* Alius, S CONST. *secundum.* Alius, T CONST. *Tertium.* Alius, HERACL. *Heracleæ* negotiantes. Alius, P LVGD *Primum Lugdunensium* tributum. Alius, LVGD. OFF. S. *Lugdunenses offerunt secundum* tributum, ut nunc putamus; tametsi olim aliter sensimus. Alius, ASISε. Alius, ASIRM. Q. Qua de utraque formula superius egimus, pag. 89. & 90. Tres postremi, cum secundo, sunt e museo nostro: primus & quartus, ex DU-CANGIO, in famil. Byzant. Tab. XIV. Tertius apud Occonem, pag. 559. Quintus e Cimelio D. FOVCAVLT.

D. N. IOVIANVS P. F. AVG.)(SECVRITAS REIPVBLICE, per E, pro AE. Labarum tenet, in quo ☧. Infra, SIRM. Aureus e gaza Regia.

Anno 113.

IVLIANVS AVG. Barba promissa, vultu annorum amplius LX.)(VICTORIA ROMANORVM. Victoria in clypeo, quem altera minor Victoria sustinet, scribit VOT. XX. Infra, ANT. *Prima Narbonensis tributum.* Aureus est exiguæ molis, eximiæ ac perelegantis cælaturæ, e gaza Regia: in quo vota vicennalia adserunt Juliano annos principatus saltem undecim. Et apud Occonem pag. 559. legas, TRIONFVS CAESARIS. VOT. XX.

FL. CL. IVLIANVS P. F. AVG.)(VIRTVS EXERCITVS ROMANORVM. Infra, ANTA *Primæ Narbonensis tributum primum.* Aureus, apud DU-CANGIVM, in familiis Byzant. Tab. XIII. Similis huic alter ex ære mediocri, apud D. Abb. DE-CAMPS: in quo stans Augustus cum signo militari, dextra premit hostem paludatum. Infra, SIRM. infra sidus Solis, & coronam lauream.

De Nummis qui sunt inscripti

CONSTANTINOPOLIS.

HIC vellis aurem, Vir erudite, admonesque prætermissos a nobis esse nummos inscriptos, CONSTANTINOPOLIS: quos ad sæculum tamen Constantinianum pertinere, extra controversiam est. Atqui non oblivione aut casu factum istud velim existimes. Ita enimvero poscebat cum amplitudo materiæ, tum argumenti difficultas, ut in operis calcem pars ea conjiceretur. Hi sunt igitur, qui in manus nostras venerunt, sic inscripti nummi.

CONSTANTINOPOLIS. Dea galeata, cum sceptro.)(VICTORIA AVGG. NN. Constantii & Constantis; quorum ætatem & fabrica nummi præfert; & superscriptio; qualis ante utriusque principatum non occurrit. Dea turrito capite, dextra ramum lauri gerit, læva Cornucopiæ. Fabricæ locus non est subnotatus. In alio, VICTORIA AVGVSTI, nempe Constantis. Cetera, ut in priore. Infra, TR. *Treveri.* In alio simili, fabricæ locus non est subscriptus. Sunt omnes ex ære maximo, in Cimelio D. FOVCAVLT. Prior est in Thesauro Brandeburg. tom. 2. pag. 181. & ibi Victoria Deam coronat.

CONSTANTINOPOLIS. Dea, ut supra.)(RESTITVTOR REIP. Augustus stans paludatus cum

cum hasta pura, dextra Reipublicæ porrigit; quæ radiato capite, flexo genu poscit Augusti opem: lævo latere, captivus luget. Est ex ære maximo, in eodem Cimelio.

CONSTANTINOPOLIS. Dea cum sceptro. .)(. Victoria stat, sine epigraphe. Infra, TR. In alio, TR. P. *Treverorum primum* tributum. Ille, e Cimelio D. BAVDELOT: iste e San-Genovefano; ære minimo. In nostro est TR S. *Treverensis secunda.*

CONSTANTINOP. Dea velato capite, & cincta diademate. .)(. AETERNA VICT. Augustus dextra tenet orbem, cui crux imminet; læva, hastam. Ære minimo, apud D. BAVDELOT.

CONSTANTINOPOLIS. Victoria sedens, dextra tenet lauri ramum, sinistra Cornucopiæ. .)(. CONSTANTINVS IVN. NOB. C. Capite laureato, vultu annorum XXX. Est ex ære minimo, in Cimelio P. CHAMILLART.

CONSTANTINOPOLIS. Dea galeato ac laureato capite, cum pallio & bacillo imperatorio. .)(. Victoria dextra tenet bacillum imperatorium; læva, clypeum: sine epigraphe. Infra, SMANΓ *Societatis Mercatorum primæ Narbonensis tertium* tributum. In museo nostro: ubi & alius persimilis, sed subscriptis litteris, RBε *Remorum beneficium quintum.*

Cave hos, inquam, nummos Byzantii putes fuisse cusos. Reclamat enimvero, quæ statim incurrit in oculos fabrica Gallicana; & locus ipse fabricæ subnotatus Treveros aperte, Remos, Lugdunensem secundam, & Narbonensem provinciam indicat; perinde atque in aliis e museo nostro, qui sunt eodem omnino tempore (ut omnes Antiquarii fatentur,) cusi, iidemque inscripti, POP. ROMANVS. capite juvenili ac laureato. .)(. Murus hinc inde turribus communitus, Rhodano præterlabente: in medio, CONS/O *Civitates omnes Narbonensis secundæ obtulerunt:* vel Solis sidus dumtaxat in laurea, cum litteris CONS Z *Civitatum omnium Narbonensis secundæ septimum* tributum. In alio apud Abb. Mezzabarba: CONSΓ *Civitatum omnium Narbonensis secundæ tertium* tributum. In alio ibidem, CONS/M *Civitatum omnium Narbonensis secundæ Mercatores.* In Cimelio D. FOVCAVLT, alius habet, CONS. N. *Civitatum omnium Narbonensis secundæ Negotiatores.* Alii CONS B. CONS Δ. CONS Θ. *secundum, quartum, nonum* tributum. Item, VRBS ROMA, capite galeato. .)(. Lupa cum puerulis. Infra, SLC *Secunda Lugdunensis Civitates.* Alius, similis ceteroqui, P CONST. *Primum civitatum omnium Narbonensis secundæ tributum.* Alius, ΓSIS. *Tertium Sisciensium.* Omnes e museo nostro. Alius quem vidimus ex argento, AQS. *Aquensium secundum.*

Quid quod nullo prorsus ævo Byzantii nummi cusi sunt, cum nomine Constantinopoleos? Id nominis ei tamen oppido nunc esse, amens sit sane qui neget. At quo primum tempore, quo primum auctore, quove consilio id excogitatum sit; an ut Imperatorum ibi sede collocata, locus esset aliquis imminuendæ (si fieri posset) Pontificiæ dignitatis, æquandique Sanctissimo Christi Vicario Regiæ Urbis Episcopi; aliane de causa, ex te, Vir erudite, multo malo veræ antiquitatis studiosos, quam ex me discere.

Nec vero te præterit, Byzantii nomen adeo perseverasse in ore vulgi, sæculo ipso duodecimo ac consequente; ut inde Byzantei & Byzantii aurei dicerentur in omni fere orbe; nusquam Constantinopolitani. Nam ut nemo e plebe hodie Byzantium fere novit; Constantinopolim, ex quo Latini urbe ea potiti sunt, nemo non novit: sic e diverso illis temporibus nemo CPim noverat; Byzantium nemo non noverat. Nec te præterea latet, in Græcia atque Oriente neminem fere etiamnum CPeos vocabulum usurpare: omnibus Πόλιν, vel *Stamboul* in ore esse, ex Dorico (ut creditur) εἰς τὰν πόλιν, pro εἰς τὴν πόλιν: civitatem illis suam, more Romanorum antiquo, populosissimam scilicet, non alio quam τῆς πόλεως, hoc est, Urbis appellatione donantibus. Et illud demum etiam pervulgatum est, Slavos similiter sua lingua, non aliter quam Regiam sedem eam urbem vocare. In solis dumtaxat Ecclesiasticis monumentis, *Constantinopolim* appellari, ex publica fama dudum ibi recepta.

Fuit Byzantium oppidum in primis nobile, *liberæ conditionis*, ut Plinius appellat, libro IV. hoc est, sui juris, non Romani; etiam cum Plinius scriberet, hoc est, sub Vespasiano. Testatur id etiam nummus antiquus, in quo caput muliebre velatum, signum liberæ ac metropoleos civitatis: in aversa parte Cornucopiæ, cum epigraphe, ΕΠΙ ΘΡΑΣΩΝΟΣ, *sub Thrasone* Archonte.

Victis deinde Dacis a Trajano, oppidum illud fœderatum fuit; eo nimirum pacto inito, ut conjunctis opibus viribusque Dacos a se Romani Byzantiique propellerent. Inde usque ad Gallienum nummos ea civitas cudit more fœderatorum oppidorum, Augustorum nomine ac vultu, simul autem & Archontis sui nomine impresso. Fœdus illud postea desiisse, nummorum silentium admonet; qui cum frequentes sint usque ad Gallienum, deinceps nulli apparent, cum nomine ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ, & vultu vel nomine Augustorum.

Constantini vero nomine, vel ceterorum Augustorum qui sunt subsecuti, nullum offendas, cum vocabulo CONSTANTINOPOLIS, ullove omnino indicio CPani principatus; nedum cum νέας Ῥώμης appellatione. Quo istud autem casu, quave de causa contigisse existimes? An dignus fortassis Constantinus, aut Theodosius, aut Justinianus non fuit, cui se Byzantii obnoxios prædicarent; qui Antoninum Severi filium (ut de Trajano sileam) habere Archonta voluerunt, ut nummi ipsi docent? Dic, sodes, Amice, cur Juliani Aug. exempli causa, cur Joviani, cur denique Theodosii numismata sunt inscripta, ad locum fabricæ monetariæ designandum, VRBS-ROM. & SM ROM. nulla interim, CONSTANTINOPOLIS? Cur Arcadii LVGB. hoc est, in Lugdunensi secunda: & CONS. hoc est, a civitatibus omnibus Narbonensis secundæ, nummi cuduntur; ut alia Galliarum loca nunc omittam; nulli interim CPi vel Byzantii?

Cur nulla Constantino Aug. Maximove, sive Byzantii, sive toto quam late patet Oriente, posita inscriptio est, sive Græce, sive Latine; nulla cuiquam ex Augustis omnibus consecutis, quorum obvia sunt numismata inscripta Latine: nulla Constantio, Juliano, Valenti, Theodosio, Arcadio, Theodosio alteri, Marciano, Zenoni, Anastasio, Justiniano, Justino utrique, Mauricio, Focæ, ceterisve? Mera enim inscitia Græci sermonis effecit, ut a viris alioqui doctis Theodosii Aug. mentionem fieri existimatum sit, in inscriptione Græca, quæ Byzantii etiamnum legitur in basi obelisci ex Thebaïco lapide: & in Anthologia, lib. IV. cap. XVII. unde hanc epigraphen translatam fuisse in basim illam, haud levibus inducti argumentis credimus; & quidem ab ipso fortassis Anthologiæ non repurgatore tantum, ut vulgo habetur, sed verius auctore, Maximo Planude.

ΚΙΟΝΑ ΤΕΤΡΑΠΛΕΥΡΟΝ ΑΕΙ ΧΘΟ-
ΝΙΚΕΙΜΕΝΟΝ ΑΧΘΟϹ
ΜΟΥΝΟϹ ΑΝΑϹΤΗϹΑΙ, ΘΕΥΔΟ-
ϹΙΟϹ ΒΑϹΙΛΕΥϹ
ΤΟΛΜΗϹΑϹ ΠΡΟΚΛΟϹ ΕΠΕΚΕ-
ΚΛΕΤΟ. ΚΑΙ ΤΟϹΟϹ ΕϹΤΗ
ΚΙΩΝ ΗΕΛΙΟΙϹ ΕΝ ΤΡΙΑΚΟΝΤΑ
ΔΥΩ.

Ubi Grotius vertit; *Theudosii jussu principis, arte Procli.* Latinus ipse interpres, per quam tenuiter litteris Græcis imbutus, Theodosium Aug. ibi commendari arbitratus, & Proclum judicem seu Præfectum Urbis, quædam inseruit, quæ de Theodosio annales prodidere: persuasitque Ædilibus, Latinæ linguæ ignaris, ut hanc epigraphen, veluti Græcæ respondentem ad amussim, in adverso latere basis insculpi finerent:

DIFFICILIS QVONDAM, DOMINIS PARERE SERENIS

IVSSVS, ET EXTINCTIS PALMAM PORTARE TYRANNIS:

(OMNIA THEUDOSIO CEDUNT, SVBOLIQUE PERENNI:)

TERDENIS SIC VICTVS EGO DOMITVSQVE DIEBVS,

IVDICE SVBPROCLO SVPERAS ELATVS AD AVRAS.

At nulla in Græco Theodosii Aug. alteriusve cognominis commendatio est. Proclus solummodo architectus id esse adeptus dicitur, ut non inficeto lusu verborum Θευδόσιος βασιλεὺς cognominaretur; cujus arte, cum Dei ope, Θεῦ δόσει, in basi lapis, ἐν βάσει λεὺς steterit. Fit autem satis argute ex Θεῦ δόσει ἐν βάσει λεὺς, Θευδόσιος βασιλεύς. Est enim λεὺς *Lapis*, unde λευσμὸς, *lapidatio*: & λεύω, *lapido*, ut a βασιλεὺς βασιλεύω. Quæ enimvero structura ibi orationis est, si τολμήσας in recto casu positum, ad ἐπεκέκλητο *cognominatus est*, minime referatur? Sane nulla. At est concinna maxime, nec caret acumine; si, uti nos ponimus, accipitur. Simili ludo voce *Pontificis* abusus est vates in eo disticho, quod in uno Ponte hujus Urbis incisum est, de Joanne Jucundo, Minorita:

Jucundus geminos fecit tibi, Sequana, pontes:
Hunc tu jure potes dicere Pontificem.

Neque hunc autem, qui est in Latino sermone, jocum Græce reddere; nec Latine possis eum, qui est in Græco: cujus generis plurima sunt in Anthologia. Nam neque Pontifex Jucundus, nec Proclus aut Θευδόσιος, aut βασιλεὺς; sed in alium sensum tergeminæ vocis potestas transfertur. Incredibile deinde est, dici de Principe, solum ipsum fuisse istud ausum, quod audere architecti magis, quam Principis est. Nec vero potest esse sententia, Theodosio Aug. datum Procli Mathematici nomen fuisse; quod & per se absurdum est; nec fieri potuit, si Proclum vixisse centum post Theodosium annis, vetustis scriptoribus credimus. In fine denique Græci Epigrammatis additur, stetisse columnam eam intra dies triginta duos, quot nempe in priore versu pentametro litteræ sunt; nam eo haud dubie spectavit artifex hujus carminis: qui cum incertus hæreret, quo fine epigramma clauderet, ex priore pentametro materiam alterius elicuit, litteris in dies totidem permutatis. Ex his autem indiciis luce clarius constat, Epigrammatis argumentum non ex re gesta petitum, sed fictum esse, merumque vatis otiosi ludum.

Profecto, cum nihilo magis Latine vel loqui vel pingere plebs & Moneta Byzantina noverit, aut si norit, omnino velit, quam Græce Gallicana; consectarium est, aut nullos Byzantii nummos, per annos quingentos & eo amplius, Augustorum nomine fuisse conflatos; aut omnes funditus interiisse: Sunt enim omnes quos habemus illorum temporum, Latine scripti. Cur, amabo, non saltem semel BYZ. pro Byzantio sub iisdem occurrit, qui in suis nummis sæpenumero KYZ pro Cyzico habent? Cur non semel KΩNCT, ut sexcenties CON. CONS. CONST. alio (ut vidimus) significatu se offert? Nam quod pleraque scripta monumenta nunc CPlm habent, quid si quis ea aut CPi posita pro Byzantio, interpolata dixerit; eo argumento, quod recentiores Byzantinarum rerum scriptores, semper fere Βυζάντιον scribunt, KΠν raro appellant: aut aliam ejus rei causam probabiliorem afferat?

In his interim nummis, qui CONSTANTINOPOLIS inscribuntur, ut Lugdunum agnoscam, pæne suadet nummus proxime allatus, ex ære maximo, inscriptusque, CONSTANTINOPOLIS. Et in aversa parte, CONSTANTINVS IVN. NOB C. Nam ex innumeris in hoc opere laudatis numismatibus constat, civitatem Lugdunensem addictissimam fuisse familiæ Claudiæ, ex qua fuit iste Constantinus junior. Sic nulli fere dubitamus, quin Viennæ in Gallia nomen suum pariter dederit Constantinus alter e familia Maxima: quamobrem Vienna MAXIMA GALL. in nummis inscribitur. Quid mirum autem, si in aliam gentem familiamve translato principatu, CONSTANTINOPOLIS nuncupari Lugdunum desierit? Fuisse nihilominus postea regni Lugdunensis caput videri potest: cujus regni fortassis mentio se nobis offert in nummo vetere apud Patinum, in Indice, pag. 35. BADVILLA REX.)(. LVRI. ARRX. Hoc est, ut conjicimus, *Lugdunensis regni anno primo; Arelatensis regni decimo:* qua de conjectatione aveo scire, Vir erudite, quid censeas.

Ne vero temere dictum a me putes, in nullo numismate Augustorum Latine inscripto CPeos nomen occurrere, nec in ullo etiam Græco Principum Byzantinorum; excute diligenter scrinia omnia, indiculosve numismatum, quæ præferunt nomina Augustorum post eos quos superius appellavimus, cum de voce CONOB ageremus. Nullam in his loci notam reperias, præter istas: CON. *Civitatum omnium*, sive *Civitatum omnium Negotiatores*; vel denique *Civitates omnes Narbonenses*: in Anastasio, Justino, Justiniano, Justino altero, Tiberio Constantino, Mauricio Tiberio, Foca, Heraclio, & Heraclio Constantino. TH. U. TH. UP. & TH. UPO. *Theupolitani*, in Justino, Justiniano, Mauricio, & Foca. TES & T. S *Treveri, edicto Senatus.* In Tiberio Constantino, & Foca, e Museo P. JOBERT. CAR & KART pro Karthagine. KYZ pro Cyzico. NIKO & NIKM *Nicomedienses Mercatores*, in museo nostro.

Nempe ut merces, opinor, ex Oriente, hoc est, ex ora Bithyniæ, Thraciæque; ex Ægypto & Karthagine tuto adveherentur mari; naves bellicas subministrabant Augusti, quæ commeatus illos onerariasque naves præsidii causa prosequerentur. Eo nomine Mercatores tributum pendebant Augustis, sive decimæ, sive vicesimæ, tricesimæ, quadragesimæ, sive quinquagesimæ, pro ratione mercium, ut videtur.

Alia porro ratio fuit Quadragesimæ olim indictæ civitatibus Galliarum, quæ factæ sunt vectigales; nimirum eadem quæ Vicesimæ, ut multo prius diximus: alendis scilicet præsidiariis copiis, quæ tutando Galliarum limiti excubarent. Hanc primum indictam fuisse Lugdunensi Galliæ a Cæsare Dictatore, cum sub eo esset Antonius Imperator, nummi argentei docent, inscripti, LVGDVNI A. XL. & ANTON. IMP. A. XLI. hoc est, *Prima Quadragesimæ Indictio*: littera I quæ indictionem significat, in altero nummo adposita, subintellecta in altero: quod & in nummis inscriptis XXI. usuvenire monuimus. Leo in iisdem nummis cur sit insculptus, ex Plinio disces, libro VII. sect. XXI. Hanc Quadragesimam a Galba remissam, nummi ejusdem antea laudati suadent; Galliarum enim administrationem ei fuisse commissam alii nummi docent, GALLIA inscripti, & TRES GALLIAE. Verum quæ nunc Quadragesima, Vicesimave se offert, e mercibus Orientis pendi solitum vectigal est. Quam ob causam in hujuscemodi nummis solæ civitates commemorantur, quæ sunt in ora positæ; Thraciæ quidem, Heraclea: Bithyniæ vel Hellesponti, Cyzicus, & Nicomedia,

media, nec longe inde distans Prusa seu Theupolis: Ægypti, Alexandria; Karthago, Africæ: quod in earum nempe civitatum portus naves Italicæ, Gallicæ, Hispaniæve appellerent, atque inde merces huc asportarent.

Et sunt sane nummi isti omnes unius ejusdemque fabricæ ac formæ: sive Cyzicum, Theupolim, & Nicomediam, sive Karthaginem, sive demum litteras CON. inscriptas habeant. Est autem CON. ut diximus, *Civitates omnes Narbonenses.* Quoniam autem Provinciales, Massilienses, & qui aliis nominibus appellantur in provincia Narbonensi, hanc præ ceteris mercaturam exercerent, uti nunc quoque faciunt; inde usuvenit, ut in plerisque nummis Narbonensis primæ & secundæ se nomen offerat: & CONOB *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt:* in nummo etiam Marciani, inscripto, VICTORIA AVGGG𝔖. *trium Augustorum sexta:* repertoque in tumulo (ut appellant) Childirici regis. Quamobrem nummos qui sunt inscripti, KYZ. NIK. & THEUP nulla ratio credi cogit ab indigenis potius cusos fuisse, quam a Latinis qui ibi negotiarentur: ut apud Gruterum, CIVES ROMANI QVI NEGOTIANTVR BRACAR. AVGVST. aliique alibi: præsertim cum earum civitatum certam illi subinde regionem incolerent, ut multo postea Genuenses suburbium Byzantinum.

Subjiciuntur his in Thesauro Regio nummi ex auro, Justiniani alterius, qui SERVVS CHRISTI inscribitur: Leontii, cum eo lemmate, VICTORIA AVGG. denique Philippici, cum epigraphe, D. N. FILEPPICVS MVLTI AN. ut a Du-Cangio hi nummi describuntur, pag. 116. Et in Justiniano quidem ac Filepico subjectæ litteræ CONOB Narbonensem provinciam designant, ut diximus: in Leontio, ANT. *primæ Narbonensis tributum* est, ut in aliis innumeris. Antiochiam certe ab Arabibus expugnatam annis fere LX. ante Leontii principatum, scriptores prodidere. At si Leontii illius nummus iste est, cujus Annales meminere; dici non potest, cui Augusto alteri victoria eadem atque Leontio adscribatur. Jam quæ Leoni, quem Isaurum; Constantino, quem Copronymum vocant; Nicephoro, Michaëli, Theophilo, & Michaëli alteri cum Theodora, numismata tribuuntur, (nulla sunt enim Leonis, quem dicunt Armenum) ea sunt aut spuria, aut aliis tribuenda, ut postea dicemus. Reliqua sunt igitur apud Du-Cangium ea, quæ Βασιλέως Ῥωμαίων vel Δεσπότε titulum habent. Ab his ordiamur.

DESPOTÆ BYZANTII
usque ad captam urbem a Francis.

1. *Romanus Diogenes.* ΘΗΚΟ (forte pro ΘΚΕ ΒΟ. Θεοτόκε βοήθει.) ΡωΜΑΝω ΔεСΠΟΤΗ Τω ΔΙΟΓΕΝΕΙ. *Deipara, fer opem Romano Despotæ, qui Diogenes* cognominatur. Ipsam nummi aream occupat hæc epigraphe, apud Du-CANGIUM, pag. 159. Sed an genuinus nummus iste sit, non immerito ambigimus, ob Diogenis cognomen, quod vix arbitramur aut Christiano Principi a parentibus datum, aut ab ipso acceptum fuisse. Judicent, quibus nummum ipsum contrectare & explorare licuerit.

2. *Nicephorus Botaniates.* ΝΙΚΗΦ. Δε. Τω ΒΟΤΑΝΙΑΤ. Νικηφόρῳ Δεσπότῃ τῷ Βοτανιάτῃ. Vultu annorum fere LX. In aversa nummi pagina, IC XC. Christus tenet librum Evangeliorum. Aureus est in Thesauro Regio. In iaspide maxima, quam Du-CANGIUS exhibet, pag. 163. Deiparæ effigies est, ΜΡ ΘΥ. Μήτηρ Θεοῦ. In ambitu hæc superscriptio: ΘΚΕ ΒΟΗΘΕΙ ΝΙΚΗΦΟΡω ΦΙΛΟΧΡΙСΤω ΔΕСΠΟΤΗ Τω ΒωΤΑΝεΙΑΤΗ. *Deipara, fer opem Nicephoro Christum amanti Despotæ, qui Botaniates* cognominatur.

3. *Alexius Comnenus.* Κ̄Ε. ΒΟΗΘΕΙ. *Domine, fer opem:* ΑΛΕΞΙω ΔΕСΠΟΤΗ Τω ΚΟΜΝΗΝω. *Alexio Despotæ, qui Comnenus* cognominatur. Aureus est, in Thesauro Regio. Stans labarum tenet: e nube emicans Christi dextera ei benedicit. Alexium istum, qui se in nummis Δεσπότlω tantum appellat, in suis eumdem litteris inscripsisse, sub annum MXCV. *Imp. C P^li Regni Græcorum*, cave credas Alberto Aquensi, libro 2. hist. Hierosol. cap. VII.

4. *Joannes Porphyrogenitus.* IC XC. Christus stans tenet librum Evangeliorum.)(. Ιω ΔεСΠΟΤΗС ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝ. Ιωάννης Δεσπότης Πορφυρογέννητος. Alter: ΜΡ ΘΥ. Deiparæ effigies.)(. Ιω ΔεСΠΟΤ. Τω ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝ. Stans ipse sceptrum dextra, læva orbem crucigerum tenet. Est uterque nummus in Museo P. JOBERT, ex ære minimo. Alius, in Thesauro Regio, aureus: IC XC.)(. Ιω ΔεСΠΟΤ. ΘΥ ΜΡ. *Joannes Despota: Dei Mater:* nam Deipara sinistrum nummi latus occupat, qui locus est potior, ut diximus. Manus e nube emergens, Despotæ benedicit. Alius ibidem, IC XC.)(. Ιω ΔεСΠ. ΠΟΡΦ. Deipara dextram imponit capiti Joannis Despotæ, tutelæ symbolum: ut in alio Romani Despotæ nummo vidimus.

5. *Manuel.* ΜΡ ΘΥ. Deiparæ stantis effigies.)(. ΜΑΝΥΗΛ ΔεСΠΟΤΗС. Æreus est elegantis cælaturæ, in museo nostro. Aureus in Thesauro Regio: IC XC. In ambitu, Κ̄Ε. ΒΟΗΘΕΙ. *Domine, fer opem.*)(. ΜΑΝΥΗΛ ΔεСΠΟΤΗ Τω ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝΗΤω. Manus e nube exsiliens, ei benedicit. Alius, ΜΑΝΥΗΛ ΔεСΠΟΤ. cum S. Georgii effigie ac nomine. Alius: ΜΑΝΥΗΛ ΔΕСΠΟΤΗС. Tenet ipse dextra vexillum, læva orbem.)(. Christi imago pectore tenus. Est ex ære mediocri, in Cimelio P. CHAMILLART.

6. *Isaacius.* ΜΡ ΘΥ.)(. ΙСΑΑΚΙΟС ΔεСΠ. Despota cum Archangelo Michaële: cujus lateri appositæ litteræ, Χ ΜΙ Μιχαήλ. Inde fortassis Despotæ factum cognomen Angeli ab historicis, qui appictum in nummo Michaelem viderunt. Isaacius ab anno MCLXXXV. ad MCXCV. vulgo collocatur. In alio, ΙСΑΑΚΙΟС ΔεСΠΟΤΗС.

7. *Alexius alter.* ΓΕωΡΓΙΟС. S. Georgii effigies, ensem tenentis & clypeum.)(. ΑΛΕΞΙΟС ΔεСΠΟΤΗС. Stans vexillum dextra tenet, læva orbem crucigerum. Hunc a Francis, Byzantio expugnato fuisse fugatum anno MCIII. annales prodiderunt. Haud multum absimilis huic nummus est in Cimelio P. JOBERT.

Supersunt tria Græcorum numismatum genera consideranda: alia Δεσποτῶν Byzantiorum, post captam urbem a Francis; alia vetustiorum multo βασιλέων Ῥωμαίων; alia denique βασιλέων Thessalonicæ. Quæ tria nummorum genera diversa si quis permisceat, & in uno terrarum tractu, nempe in ditione Byzantiorum principum putet esse conflata; ac nonnulla proinde ex his ad sæculum octavum, nonum, decimum, undecimumque referat; næ ille nobis pro veris annalibus fabulas objecerit. Suam enimvero unumquodque genus nummorum illorum fabricam ac regionem ab altero genere diversam ipso produnt aspectu. Βασιλεῖς Ῥωμαίων in nummis ex ære nullam Christi, vel Deiparæ, aut sancti alicujus effigiem habent insculptam: sed suo illi nomine tituloque βασιλέως Ῥωμαίων alteram nummi aream implent: alii non item. Despotæ Byzantini e diverso nullum habent nummum expertem similis alicujus sacræ effigiei: & cum sit in aliisque plerumque sermo Græcus Latino charactere, in his est character constantissime, æque ac sermo, Græcus. Ab his ordiamur.

Nummi

Nummi Despotarum Byzantii, post captam urbem a Latinis.

1. *Joannes Ducas.* Ιω Δ.CΠ. Ο Δ.ΚΑC. Est apud Du-Cangium, in familiis Byzant. pag. 159. ubi Constantinum legisse videtur pro Joanne: tum quia prior littera, quæ erasa dicitur, non potest esse K, angustiore ibi nummi margine: tum quia Kω pro Κωνσταντῖνος minime, opinor, scriberetur. Non est hic nummus in Thesauro Regio: quamobrem de eo nihil pronunciamus. In aversa pagina, S. Georgii effigiem ac nomen habet. Hadrianopoli sedisse Joannes Ducas dicitur, cum Byzantium teneret, simili Despotæ titulo, Balduinus II. Flandriæ Comes, ut postea dicemus.


2. *Michaël Palæologus.* Hujus numismata nulla exstant: ac si Du-Cangio credimus, in dissertatione de inferioris ævi numismatibus, pag. 45. nulla ex Lascarica, Palæologa, vel Cantacuzena gente; nisi forte, ut caute vir prudens statim excipit, Palæologis, inquit, tribuenda sint aliqua, quæ Comnenis adscripsimus. Nos Andronici sane & Joannis numismata Palæologis tribuenda censemus.

3. *Andronicus.* Michaëlis F. Hujus est nummus singularis ex auro, in Cimelio Domus nostræ Professæ. Deiparæ effigies intra Byzantii muros expansis manibus, sub ejus tutela fuisse oppidum admonet.)(. ΑΝΔΡΟΝΙΚΟC.ΝΧω ΔΕCΠΟΤΗC ΧΥΠ. Stans Christus dextram imponit capiti Andronici ad Christi pedes procumbentis. Id, quod ipsa epigraphe exprimit: Ἀνδρόνικος ἐν Χριστῷ Δεσπότης Χριστῷ ὑποπίπτει. *Andronicus in Christo Despota, Christo se subjicit.* Pone Christum litteræ Græcæ sunt, ΙC ΧC. Ἰησοῦς Χριστός. Refert Andronici vultus annos fere LX. Sculptoris errorem apud Du-Cangium, pag. 168. qui BASIL. pro Δ.CΠ. mixtosque cum Græcis Latinos characteres expressit, numismate viso deprehendimus. Est ex ære minimo alius, elegantis cælaturæ, in Cimelio D. Foucault, ita inscriptus: ΑΝΔΡΟΝΙΚΟC.... Vultus ei annorum est amplius LX. Christus (cui litteræ superpositæ sunt ΙC ΧC) dextram imponit capiti Andronici stantis.)(. ΜΡ ΘΥ. Deipara stans, effigiem pueri JESU ante se exhibet.

4. *Andronicus* alter. Functum principatu hunc aïunt per annos tredecim, ab anno MCCCXXVIII. Nummi vicem præstabit bulla ejusdem aurea, appensa diplomati, quod Henr. Meibomius edidit, datum Didymotichi in Thracia, anno Incarnationis Dominicæ MCCCXXX. Sigillum in antica parte Christum stantem exhibet, cum litteris ΙC ΧC: postica, stantem Andronicum cum labaro, istoque lemmate, ΑΝΔΡΟΝΙΚΟC ΔΕCΠΟΤΙC Ο ΠΑΔΕΟΛΟΓΟC. Ob soni similitudinem, I pro H, & E pro AI scriptum est. Sigillum genuinum, falso appensum diplomati. Nam, ut cetera mittam argumenta, quæ sunt sane plurima, sed a nostro instituto aliena: cum in sigillo ΑΝΔΡΟΝΙΚΟC ΔΕCΠΟΤΗC dumtaxat vocetur, cur in diplomate non Δεσπότης est, sed *Andronicus in Christo Deo fidelis Imperator & Moderator Romeorum;* nisi eo conficto ævo diploma est, quo Byzantii Principes hos titulos affectarent, hoc est, circa tempora Joannis vel Constantini, qui filii Manuelis? Nisi forte, qui se palam Imperatores Romeorum in Diplomatis prædicabant, ii ne hunc titulum vel semel Moneta exhiberet, sigillumve publicum, modesti nimirum CPni Despotæ, vetuere. At si Andronici junioris (ut vocant) hoc diploma est, & hunc obiisse anno ætatis XLV. annales vere prodidere; qui fit ut in sigillo vultus ætatem præferat annorum amplius LX?

5. *Joannes Palæologus.* Deinceps perturbatam apud scriptores rerum Græcarum seriem & annos Byzantiorum Principum, ingenti sententiarum discrimine, usque ad captam CPim, Chronographi consentiunt. Hujus est nummus aureus in Thesauro Regio: IHS XPS REX REGNANTIUM.)(. Deipara, cujus vertici litteræ imminent ΜΘ Μήτηρ Θεοῦ. In ambitu nummi, ΘΕΟΤΟC ΒΟΗΘ, Ιω ΔΕC. *Deipara, fer opem Joanni Despotæ.* Est ille vultu annorum LX. Nummus a Latinis cusus est, Peræ in suburbio Byzantiorum degentibus. Ab illo Principe concessam ferunt Bullam auream, qua privilegia Mercatoribus Narbonensibus a patre concessa confirmat: cui ipse subscripserit, Ιω ἐν Χριστῷ Θεῷ πιστὸς βασιλεὺς καὶ αὐτοκράτωρ Ῥωμαίων ὁ Παλαιολόγος. Sed sigillum aureum quale fuerit, dici non potest: aïunt enim nunc abesse, furto ablatum. Hunc per annos fere LII. principatum tenuisse, usque ad annum MCCCXCI. auctor est Du-Cangius, pag. 239.

Facit hic nummus, ut redeam in memoriam sigilli cujusdam, quod in Cimelio suo asservat D. Favel, Capellanus Regius, & Abbas de Claro-Fageto, amicus noster: quod sigillum e plumbo vetustum sic inscriptum est.



Cujus sic interpretandi auctores nos quidem fuimus: Θεοτόκε βοήθει τῷ δούλῳ σου Στεφάνῳ Ὑπάτῳ καὶ Δουκὶ Ἰάννης, sive Ἰαννίνης. *Deipara, fer opem servo tuo Stephano, Principi ac Duci Janna.* Est autem Janna Principatus sive Ducatus inter Epirum & Thessaliam: ubi Stephanus ille sub finem sæculi XIV. Dux fuit. Pietatem erga Deiparam semper præ se tulit antiquitas: servosque se Mariæ esse etiam Principes viri sæpe sunt palam professi: cujus tituli quod multos hodie pudeat, ex omni ordine, qui se Christianos tamen credi volunt, quis vere Christianus non ingemiscat?

6. *Manuel. F.* Iniisse hic dicitur principatum anno MCCCLXXXVII. atque obtinuisse per annos XXX.

7. *Joannes* VII. Andronici F.

8. *Joannes* VIII. Manuelis F.

9. *Constantinus* Manuelis F. sub quo capta urbs est a Mahomete. Hujus esse Thermæ videntur, quæ Constantinianæ hodieque Byzantii nuncupantur.

Ex ista serie perspicuum est, raros esse admodum nummos Palæologorum: atque in his qui supersunt, non βασιλεὺς aut βασιλεὺς Ῥωμαίων, aut αὐτοκράτωρ legi, sed tantum ΔΕCΠΟΤΗC, etiam sæculo quartodecimo. Quis ergo simile veri putet in una eadem urbe principatum obtinuisse, & qui se *Perpetuos Augustos* constanter inscripsere, & qui se solummodo Δεσπότας vocarunt? deinde & qui Latine tantum inscriptos nummos habent, & qui tantum Græce? Num potius Byzantium *liberæ conditionis* oppidum, ut diximus, habuisse primum Ἄρχοντας censendum est, nummis ita referentibus; longo deinde post intervallo factos esse Thraciæ Despotas? Nam si ex Imperatoribus & Augustis facti e diverso Δεσπόται creduntur; quid est istud, amabo, si jocari lubet, quam quod est in vulgi parœmia, *Ab equis ad asinos?* Par ista certe narratio existimabitur fabulosæ Britonum historiæ; quæ primum Reges, deinde Comites ponit ibi fuisse appellatos. Quod si revera Byzantii contigit, cur id tandem prætermissum est a tot scriptoribus rerum Byzantinarum? Crescere certe tituli dignitatum solent: quemadmodum Hi-

Hiberniæ Dominus sive Δεσπότης, crevit in Regis titulum sub Henrico VIII. Angliæ Rege. Quo quidem exemplo perspicuum fit, inferioris notæ haberi, constante omnium populorum sententia, Δεσπότου titulum, quam Βασιλέως. Incredibile igitur est, adeo desipuisse tot Principes Byzantinos, ut vel Augusti, & Βασιλέως, & Imperatoris nomen abiicerent, si fuit illud in avorum majorumque titulis; vel Δεσπότου titulum his omnibus anteferrent. Nemo enim est, in Oriente præsertim, tam intempestive inverecundus, quem pudeat dici se regem, aut βασιλέα, si jure sit. Nostra certe hac ætate, nec Despota Serviæ, nec Despota Valachiæ, ausit se βασιλέα dicere aut inscribere; multumque se crevisse putet, si e Despota βασιλεὺς fiat. Atqui usque ad Andronicum saltem juniorem, ut vidimus, nullus occurrit in nummis alius Byzantiorum Principum titulus, quam Δεσπότης.

Certe bulla aurea Balduini II. Imp. CP^{ani}, anni MCCXLVII. depicta a V. Cl. Du-Cangio, pag. 216. de familiis Byzantinis, Despotas solum fuisse evincit Principes Byzantinos. Habet enim sigillum istud ex parte altera hanc superscriptionem Græcam; ΒΑΛΔΟΙΝΟΣ ΔΕΣΠΟΤΗΣ ΠΟΡΦΙΡΟΓΕΝΝΗΤΟΣ Ο ΦΛΑΝΔΡΑΣ. Despota ibi dumtaxat; quoniam hunc titulum unum haberent hi; quorum Latini ditionem occuparant: quantumvis illos, Isaacium scilicet, Alexiumque, βασιλεῖς Ῥωμαίων & αὐτοκράτορας Nicetas appellat, ac ne semel quidem Δεσπότας, qui se in nummis suis non aliter quam Δεσπότας inscribunt. Despota Byzantiorum igitur Balduinus: at Romanorum idem dictus est simul Imperator: nam hunc altera nummi superficies titulum exhibet: quem quidem gestum ab Augustis, qui olim fuerant, multi tunc arbitrabantur. B. D̃I GRA. IMPATOR ROMAN. S̃P. AVG. *Balduinus Dei gratia Imperator Romanorum semper Augustus.*

Cum in nummis igitur Byzantiorum Principum nulli βασιλεῖς, nulli αὐτοκράτορες Ῥωμαίων occurrant, consectarium ex eo esse videtur, ita dici cœptos esse dumtaxat sub initium sæculi XV. circiter tempora Joannis, qui Manuelis F. atque illa primum ætate, a Græcia mendace, tum depictas fuisse Principum iconas, sive in ædibus sacris, sive in MSS. codicibus, Dionysii operum præsertim, & Georgii Pachymeris; tum in lapidibus muris CP^{eos} incisa nomina quorumdam Principum Despotarumque, & Augustarum, cum splendidis βασιλέων, αὐτοκρατόρων, ἀεὶ αὐγούστων, & αὐτοκρατορισσῶν titulis: ne recens ac temere usurpatus ab eo, quem dixi, Principe, titulus uterque βασιλέως & αὐτοκράτορος videretur. In Galliis certe nostris, eo ipso sæculo XV. ut mox dicemus, non aliud ei nomen fuit, quam Regis Despotæ, *Le Roy Depot de Romenie.* Et testes sunt litteræ Caroli VII. Francorum Regis, ad Constantinum ipsum novissimum Byzantii Dynastarum, ne fuisse istum quidem, apud nostros saltem Reges, αὐτοκράτορα. Nam ibi *Constantinus Despota Rex Romeorum o Palæologos*, hoc est, Despota rex magnæ Romaniæ, quæ Thracia est, dumtaxat inscribitur. Proferuntur hæ litteræ a Du-Cangio, in familiis Byzant. pag. 246. aliæque pag. 244. in quibus Constantini βασιλέως frater Demetrius, Despotam se Romæorum appellat; tunc inducto usu, ut esset Princeps quidem Δεσπότης βασιλεύς; frater autem, aut filius βασιλέως, Δεσπότης.

Jam a Despotis magnæ Romaniæ ad alios transeamus, tum qui se Βασιλεῖς Ῥωμαίων inscripserunt, (quod in minore Romania, quæ vel Peloponnesus integra, vel Peloponnesi portio est, ditionem obtinerent; ubi etiamnum ex eo *Napoli de Romanie* hodieque nuncupatur vetus Argos:) tum qui Reges Thessalonicæ dicerentur, vel Macedoniæ. Nam hæc regna tria, Romaniæ majoris in Thracia, Romaniæ minoris in Peloponneso, Macedoniæ denique ac Thessalonicæ, silentibus rerum Byzantinarum scriptoribus, nummi perspicue prædicant: nec nummi tantum, sed & codex MS. Peirescianus, sæculi (ut videtur) quintidecimi, editus a Du-Cangio, in familiis Byzantinis, pag. 362. quo insignia Regum ac Principum continentur: *LE ROY DEPOS DE ROMENIE; de gueules a l'aigle d'or à deux têtes bequé & empieté de senau. LE ROY DE ROMENIE, de gueules a trois lettres,* (forte 4.) *qu'on appelle d'or* B. *LE ROY DE SALENIQUE, de gueules a une croix d'or entre quatre...* B *d'or.* Primum ex his esse Byzantii seu majoris Romaniæ Despotam Regem, perspicuum est: alterum deinde, Romaniæ minoris: postremum, Thessalonicensem: utrumque pariter ex gente Palæologa, cujus insignia illa sunt.

Romaniam autem cum dicimus, non sumus nescii, nomen istud ei tractui Turcici imperii, quod ad Boream vergit, datum esse ab Arabibus. Neque volumus βασιλεῖς Ῥωμαίων, aut Thessalonicæ reges, quorum sumus numismata prolaturi, post illam appellationem ab Arabibus inditam, ibi imperitasse. Sunt enim multo vetustioris ævi: de quo sumus alias, Deo donante, dicturi apertius.

Nummi Regum Romaniæ minoris.

In hisce nummis, ut diximus, Græca oratio est, Latini characteres, qui prorsus absunt a nummis Despotarum Byzantiorum.

1. *Basilius.* BASILIOS BASILEV. Vexillum tenet.)(In ipsa nummi area: BASILIOS EN θεο BASILEVS ROMEON. Æreus est majoris moduli in Museo P. Joberti, & nostro.

BASILIO.... Caput Augusti; vestitus, qualis est Filepici Aug. & æqualium.)(Capita duo, Basilii & Constantini, filiorum Basilii, Cæsarum: vestitu eodem, qui est Leonis & Constantini juniorum alibi. Est hic ex ære minimo, apud P. Chamillart.

BASILIOS S CONSTANT. Duo sedentes vexillum tenent.)(In ipsa nummi area: BASIL S CONSTANTINOS EN θ BASILEIS ROMEON. Ex ære magno, in Museo P. Joberti. Basilius & Constantinus, qui vulgo referuntur ad annum MXX. in inscriptione quam refert Sponius, tomo 1. Itinerarii, pag. 100. Πορφυρογέννητοι Φιλόχριστοι Δεσπόται vocantur; cum temporis nota, ΕΝ ΕΤΕΙ ΚΦΚΑ hoc est, ut interpretamur, ἐν ἔτει Κωνσταντίνου Φιλοχρίστου πρώτῳ. Cur illi autem Despotæ dumtaxat in lapide, si jam tum fuere in ære Βασιλεῖς Ῥωμαίων, isque sensus est harum vocum, qui vulgo creditur? Cur annus Constantini potius, quam Basilii, signatur; si quidem & fuisse Basilium natu majorem, & solum Rempublicam administrasse, ob fratris inertiam, vere prodant annales? Altera huic subiicitur epigraphe, apud eumdem Sponium, quæ est in ejusdem ædis fronte, ut videtur, cui priorem ille incisam refert: ΑΝΕΚΑΙΝΙ. ΣΘΗ ΕΠΙ ΜΑΝΟΥΗΛ ΤΟΥ ΦΙΛΟΧ. ΒΑΣΙΛΕΙ Ρω. ΜΑ ΙΟΥ ΤΙωΕΝΝΗΣ..... ΚΑΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΡωΜΑΙωΝ ΤΟΥ ΚΟΜΝΗΝΟΥ ΕΝ ΕΤΕΙ ΦΚΟΒΜΒ. Lege, si quid vis intelligere, ἐπὶ Μανουὴλ τοῦ Φιλοχρίστου βασιλέως Ῥωμαίων υἱοῦ τοῦ Ἰωάν. Βασιλέως καὶ αὐτοκράτορος Ῥωμαίων τοῦ Κομνηνοῦ. ἐν ἔτει ΦΚΣΒΜΒ. Est enim proclivis lapsus oculorum, præsertim eminus legentium, ut O putent esse, ubi C, hoc est, σίγμα fit. Est autem sententia, ut opinor; ἐν ἔτει Φιλο-Χρίστου Σεβαστοῦ Βασιλέως Μανουὴλ δευτέρῳ. Non est ausus nimirum artifex utriusque inscriptionis, ne in ratione temporum aberraret, annos Christi vel mundi subjungere; satisque habuit in priore annum Principis primum, secundum in altera apponere, certus

in

in ea computatione periculi nihil esse posse. Sed cur αὐτοκράτορες Ῥωμαίων & βασιλεῖς isti sunt, qui in moneta publica sunt tantum Δεσπόται? Recentis esse fabricæ, illiusque ævi quod indicavimus, CP^oleos^ inscriptiones, quæ sunt vix numero decem, nec alio potius consilio, quam ad asserendum Principibus Byzantinis titulum utrumque βασιλέως, & αὐτοκράτορος; fidem tum Græca illa facit, in qua Ηράκλος cognominatus jocose dicitur Θευδόσιος βασιλεύς; tum Latina altera, eidem e regione opposita, quæ Theodosium Aug. & Proclum Præfectum Urbi prædicat. Nam si in his fraus certo tenetur, quis jure inficietur in reliquis, præsertim tam paucis, fallaciam latere parem posse.

ΛΕΟΝ ΒΑΣΙΛ S CONSTAN. Eo ordine hic appellantur, quo incurrunt in oculos. Qui medius est, pater utique, potiorem is sane locum occupat: deinde is qui ad lævam est. Quamobrem eo ordine in postica nummi pagina appellantur; in media ipsa nummi area: ΒΑSIL CONSTANT S ΛΕΟΝ ΕΝ ΘΟ ΒΑSΙΛΙS ROMΕΟΝ. Hinc sonum litterarum ει & ω apud Græcos disce. Est hic nummus ex ære, in Museo P. JOBERT.

2. *Leo Basilii F.* ΛΕΟΝ ΒΑSΙΛΕVS ROM. capite cincto gemmis. .)(. In ipsa nummi area, ΛΕΟΝ ΕΝ ΘΕΟ ΒΑSΙΛΕVS ROMΕΟΝ. Est in museo nostro, ex ære mediocri: est & apud P. JOBERT, elegantissimæ fabricæ; quæ suo nitore suam similiumque aperte prodit ætatem: nempe sæculum quartum decimum.

IhSUS XRISTUS NICA. *Christus vincit.* Crux aream nummi implet. .)(. In media ipsa area: ΛΕΟΝ ΕΝ ΧΩ ΕVSΕΒΗC ΒΑSΙΛΕVS ROMΕΟΝ. Hunc nummum non vidimus, nisi apud DU-CANGIUM, pag. 136.

ΛΕΟΝ S ΑΛΕΞΑΝΓROS. Ambo sedentes labarum tenent. Leo pater quadragenarius, & Alexander filius vix duodennis. Non sunt ii igitur, quos fratres, & fere æquales, tum vetus pictura in codice MS. Gregorii Nazianzeni, quam Du-CANGIUS exhibet, pag. 139. tum scriptores rerum Byzantinarum sæculo decimo ineunte, tum alia quædam scripta referunt. Leonis & Alexandri, qui fratres fuerint, nulla sunt in Cimeliis numismata. .)(. In media nummi area: ΛΕΟΝ S ΑΛΕΞΑΝΓROS ΒΑSΙΛ. ROMΕΟΝ. Est in Museo P. JOBERT, & nostro.

3. *Constantinus Basilii F. Leonis frater natu major.* Is diviso cum fratre principatu regnat. Leonis hunc fratrem, non filium fuisse, ætas quæ in nummis expressa perspicue est, admonet, cum Leonis ætate collata. Non is ergo Constantinus hic est, quem Leonis filium annales perhibent, sæculo decimo. Hujus enim in nummis nulla mentio est.

CONST. ΒΑSΙΛ ROM. Labarum & orbem tenet. .)(. In media area: CONST ΕΝ ΘΕΟ ΒΑSΙΛΕVS ROMΕΟΝ. Est ex ære mediocri deaurato, ibidem.

CONSTANT CE ROMAN AVG b R. Κωνσταντῖνος καὶ Ῥωμανὸς Αὔγουστοι Βασιλεῖς Ῥωμαίων. Ambo tenent crucem: ille annorum XL. iste XX. .)(. Christus tenet librum Evangeliorum. IhS XPS REX REGNANTIUM. Aureus e Thesauro Regio.

CONST ET ROMAN b ROM. Ambo tenent crucem & orbem. .)(. In media area: CONST ET ROMAN ΕΝ XPICT. b ROM. Βασιλεῖς Ῥωμαίων. Est apud DU-CANGIUM, pag. 136. ex ære magno. In basi marmorea CP^li^ incisum est epigramma, descriptum a DU-CANGIO, in CP^li^ Christ. lib. 2. pag. 105. ubi Constantinus Romani pater Δεσπότης tantum nuncupatur, tametsi is esse ponitur, quem & scriptores ad medium sæculum decimum referunt, & hi nummi βασιλέα Ῥωμαίων appellant. An igitur sæculo tantum XIV. labente, (quod alibi factitatum esse postea dicturi sumus) e membranis præferentibus vetustatem translatæ sunt inscriptiones hujuscemodi in marmora, ab iis qui nummos istos arbitrarentur ad Dynastas Byzantinos spectare, neque quid interesset inter Δεσπότων & Βασιλέα nossent? Exspecto ea de re, uti de universa hac lucubratione, tuum, Vir erudite, judicium.

4. *Romanus Constantini F.* ROMAN ΒΑSΙΛΕVS ROM. Labarum & orbem tenet. .)(. In media nummi area, ROMAN ΕΝ ΘΕΩ ΒΑSΙΛΕVS ROMΑΙΩΝ. Ex ære mediocri, in museo nostro.

IhSUS XRISTUS NICA. Crux aream nummi implet. .)(. In media area: ROMANO XRICTO FOR CE CONSTAN ΕΝ ΧΩ ΕVSΕΒ ΒΑSΙΛ. R. Ῥωμανός, Χριστοφόρος, καὶ Κωνσταντῖνος ἐν Χριστῷ εὐσεβεῖς βασιλεῖς Ῥωμαίων. Apud DU-CANGIUM, pag. 136. Christophorus Romani frater; ejusdem Romani filius Constantinus fuit, ut nummo sequente edocemur.

ROMAN ET XRISTONO AVG b. Ambo crucem tenent: ille annos XL. iste fere XX natus. Ῥωμανὸς & Χριστοφόρος ὁ υἱὸς οἱ Αὔγουστοι Βασιλεῖς: mixtis Latinis Græcisque vocibus ac litteris. .)(. IhS XPS REX REGNANTIUM. Christus sedens tenet librum Evangeliorum. Aureus est e Thesauro Regio. Christophorum juniorem istum necesse est Christophori alterius senioris esse filium, nempe illius qui in superiore nummo appellatur, Romani frater: fratrem enim fuisse ætas suadet Christophori junioris, cum Romani patrui ætate collata: quantumvis & ille Christophorus Romani frater, & junior iste Christophorus omnino latuerit scriptoribus rerum Byzantinarum. Et nummi igitur isti præpostere ad sæculum decimum referuntur; quo scriptores iidem Christophorum unicum repræsentant, Romani, quem Lacapenum cognominavere, filium: tametsi vicissim in nummis Christophorus ille nullus est: uti nec ullus Romanus, quem dixere Argyrum; nec ulli alii bene multi, quos commemorant.

5. *Constantinus Romani F. cum Zoë sorore natu majore.* CONSTANT S ZOH b... Crucem ambo tenent, Zoë lævum latus obtinet; quod in nummis Græcis plerumque minus honorificum est; secus atque in Latinis. .)(. In media area: CONSTANTINOS S ZOH ΒΑSΙΛΙS ROMΕΟΝ. Est ex ære mediocri, in Museo P. JOBERT, & nostro. Constantinus annorum est circiter quindecim: Zoë, ut maxime, viginti quinque. Non possunt igitur ii esse, quos scriptores rerum Græcarum referunt ad sæculum undecimum: Zoë nimirum, annorum LXIV. & quem, ætate non inferiorem, tertium conjugem duxisse fertur, Constantinus Monomachus: quorum nummi nulli sunt.

6. ✠ CONST. Ο ΔΟΚΑS ΒΑSΙΛΕVS RM. Κωνσταντῖνος ὁ Δούκας βασιλεὺς Ῥωμαίων. Vultu sexagenario: dextra crucem tenet. .)(. Christi effigies, cruce retro appicta. Nummus est ex auro eximius, quem vidi apud D. Marchionem de MONTAUBAN.

In hisce nummis & character Latinus cum sermone Græco, & littera S pro καὶ; & ipsum denique fabricæ genus, sæculum prodit tertium, quartum, quintumque, post decimum. Γ vero in ΑΛΕΞΑΝΓROS pro Δ positum, dialectum arguit, quæ in Byzantinis, Thessalonicensibusque nummis non apparet. Multo autem prius Romania minor, quam major, quæ Thracia est, Βασιλεῖς habuit; Byzantinis, opinor, superbæ huic appellationi valde refragantibus. Et in Romania ista minore Constantini tres occurrunt: Byzantii unicus, idemque novissimus Despotarum.

Romaniæ vero minoris, ut & Thessalonicæ regum insignia, sæculo decimoquinto, ut vidimus, eadem fuerunt; nempe crux aurea, cum adscripto quater Græco elemento B, quæ prima Byzantii littera est: quoniam hæc fuit Palæologorum tessera, qua e gente ii Principes prodiere. Mirum porro videri potest, Palæologorum genti hæc insignia, hoc est, B litteram potius

B	B
B	B

 quam

quam K placuisse; si eorum temporibus CP^eos notius nomen, aut illustrius, quam Byzantii haberetur. Neque enim ferenda interpretatio eorum est, qui sic accipiunt: Βασιλεὺς βασιλέων βασιλεύων βασιλεύοντας: cum & istud sit per se frigidum; neque Christi, qui βασιλεὺς βασιλέων, nomen ibi appareat: & ejusdem elementi situs, nunc rectus, nunc inversus, plus uno ibi vocabulo vetet intelligi.

Nummi Regum Thessalonicæ.

Non habent isti suæ ditionis nomen in nummis inscriptum; characteres autem adhibent fere Latinos: Græcos subinde: & s pro καί.

1. *Michaël.* MIXAHA BACIΛ. X. Μιχαὴλ Βασιλεὺς ἐν Χριστῷ. Vultus annorum LX.)(. IC XC. Christus tenet librum Evangeliorum. Aureus est in Thesauro Regio.

A M N
N · ε
A · O
· SIS

Ἀνανέωσις τεσσαρακοστῆς *Renovatio* tributi *quadragesimæ.*)(. In altera nummi pagina, EN TϒTO NIKA. Tenet Michaël, opinor, crucem oblongam dextra; læva orbem crucigerum. Est hic nummus ex ære in Cimeliis Domus Professæ, & P. JOBERT.

X M N
X · N
X θ· N

Christiani Mercatores Narbonenses nomum hoc numisma cudunt.)(. MIXAHL S θEOFILOS. Est in Museo P. JOBERT, ex ære magno: & ex ære mediocri apud P. CHAMILLART.

2. *Theophilus Michaëlis F.* θEOFILOS bASI. Apud Du-CANGIUM, pag. 131. cum nota tributi *Tricesimæ*, &c. *Thessalonicæ*, ut proxime.

θEOFILI BASILI. Labarum & orbem tenet.)(. In media area: θEOFILE AVGOVSTE SV NIKAS. Est in Museo nostro, ut superius diximus.

θEOFILOS bASILEsθ. vultu annorum circiter LX. Θεόφιλος βασιλεὺς ἐν Θεῷ.)(. MIXAHL S CONSTANTIN S. Vultu Michaëlis annos referente fere XL. Constantini, XV. Avus Theophilus; Michaël filius; Constantinus nepos. Aureus est e Thesauro Regio: quem qui referunt ad Theophilum, annumque circiter DCCCXL. primum hærent in Constantino nepote, quem (si scriptores rerum illius ævi consulis) Theophilus videre non potuit. Nec minor in Michaële difficultas; quem iidem Theophilo patre obeunte sexennem fuisse perhibent; cum in nummo isto quadragenarius sit adhuc patre vivo. Alio igitur loco ac sæculo hi Principes collocandi sunt; atque adeo & Michaël Theophili pater, qui antecedit.

θEOFILOS bASILsX. Crucem tenet. Θεόφιλος βασιλεὺς ἐν Χριστῷ MIXAHL. S CONSTANTIN. ut proxime. Aureus hic nummus est e Thesauro Regio.

3. *Theodora uxor Michaëlis.* Post Michaëlem maritum, & filium Constantinum, in bello cæsos, ut apparet, principatum tenuit pupillorum vice, Michaëlis & Theclæ, Theodora mater, cum titulo Δεσποίνης; ut aureus nummus testis est, e Museo Lælii Pasqualini, delineatus a Baronio, anno DCCCLXVI. num. XIX. θEODORA dESPVNA.)(. MIXAHL S θECLA. Est ille annorum XV. ut videtur: hæc, ut maxime, viginti quinque.

4. *Michaël cum sorore altera.* MIKAHL S MAPIA. Ambo fere pares ætate, nec supra annum XX.)(. ΘK. BOHΘ. Θεοτόκε βοήθει. Deiparæ effigies, cum litteris MP ΘV. Aureus est e Thesauro Regio: quem Du-CANGIUS aut non vidit, aut consulto prætermisit; quoniam fortassis Mariam, quæ cum Michaële regnarit, scriptores rerum Byzantinarum nullam habent.

5. EIRINH bASILISSH.)(. EIRI... bASILISSH. X. Hoc est, Εἰρήνη βασίλισσα Χριστιανή. *Irene Regina Christiana.* Caput ejusdem reginæ sculptum est ex utraque parte: crucem tenet sinistra, dextra orbem Romanum cum cruce superposita. Nummus est aureus e Thesauro Regio. Numquam Byzantii dicerent bASILISSH: neque sic scriberent, mixtis Græcis litteris cum Latinis, vel potius Latinis omnibus. Græci dicunt βασίλισσα. Nec fuit ulla umquam Byzantii Βασίλισσα. Neque hæc est Βασίλισσα Ῥωμαίων.

Sunt alii duo aurei nummi in Thesauro Regio, de quibus seu nihil omnino dicere, seu certi aliquid pronunciare, ex æquo mihi religio est: hoc uno excepto, quod sunt ambo sæculi quarti, quintive, post decimum; fabrica ipsa sic testante. Prior est: ... FOROS bASILES. vultu annorum L.)(. STAVRACIS dESPOSΘ. vultu annorum XXV. Videtur esse, Νικηφόρος βασιλεὺς καὶ Σταυράκιος Δεσπότης Ὀλύμπου καὶ Θετταλίας. Alter, forma concava: CONSTAN bASILEVS AE. ut videtur: litteris partim recto, partim transverso situ positis. Vultus annorum LX. Vereor ut cuiquam probetur, Βασιλεὺς Λεοβίων. De hoc utroque nummo igitur censeo ampliandum. Habet iste in aversa parte hanc epigraphen, IhS XPS REX REGNANTIUm. Hunc nummum Du-CANGIUS aut prætermisit, aut omnino non vidit.

Summa tamdem hæc esto hujus digressionis: A Gallieni nempe Aug. temporibus, nullum deinceps apparere nummum Byzantii conflatum, Augustorum nomine: nullam eorumdem in ea civitate inscriptionem esse: nusquam in nummis Augustorum ac Despotarum, CP^eos vocabulum Græce Latineve occurrere: Nummos deinde, quos a nono usque ad undecimum sæculum Byzantinis Principibus viri eruditi adscripserunt, esse aliorum Principum quam Byzantinorum: Dispiciendum interim esse, unde factum sit, ut eadem nihilominus Principum nomina in libris occurrant a nono sæculo usque ad undecimum, quæ in nummis leguntur alterius temporis. Præterea, si nummos quidem dumtaxat (ut præmonuimus) testes adhibemus, primos Byzantiorum dynastas videri Despotas fuisse sæculo undecimo jam senescente: prius aut nullos fuisse, aut obscuros: nec Βασιλεῖς eosdem appellatos esse ante quintum decimum. Ex iis denique nummis, qui CON. aut CONS. aut CONOB inscripti sunt, cogi posse neminem, ut arbitretur, Augustos, quorum hi nummi sunt, Byzantium vidisse, aliamve regionem, quam Narbonensem, quæ iis litteris designatur: præsertim cum in nullo Græco numismate Byzantiorum Despotarum, aut Romaniæ Βασιλέων, occurrant eæ similesve litteræ.

Hactenus, Vir amice & erudite, gratificandi tibi studio versati sumus in argumento certe operoso ac perdifficili; quod tentatum ante nos a nemine est. Quamquam sic temporum ratio a nobis observata est in nummis Constantiniani sæculi digerendis, ut nihilominus, (quod jam præfati sumus) non diffiteamur, quosdam ex ipsis posse aliis annis collocari, quam quibus a nobis sunt positi. Sed istos nunc quidem arbitramur, quocumque ponantur anno, nihil ad Chronologiam interesse; nec nisi diuturniore eorumdem consideratione, ac levi fortassis operæ pretio, elici posse cui possint alteri anno affigi. Et pars tamen operosior sane restat; ut nempe cum nummis antiquis scriptores vetusti Fastique concilientur; quam tibi partem operis, aliisve tui similibus, ingenio & eruditione præstantibus viris, absolvendam relinquimus; quoniam nobis & otium ad eam rem, & multo magis facultas deest. Itaque manum de tabula tollimus, si prius tamen in quibusdam inscriptionibus, quæ eidem Constantiniano sæculo tribuuntur, quid vitii sit, paucis admodum verbis indicaverimus.

DE INSCRIPTIONIBUS SÆCULI CONSTANTINIANI.

FALSARUM inscriptionum architectos proximum nostro sæculum innumeros tulit; egregios artifices, qui quas ipsi magna (ut sibi quidem videbantur) arte concinnassent, has aut in marmoribus, aut in tabulis æneis, plumbeisve aut lateritiis fistulis; aut in antiquis denique numismatis lectas a se fuisse mentirentur. Sed & aliquot antea ætatibus fraus eadem in usu fuit. Plena sunt pergamena manu exarata fictis in otio inscriptionibus, epitaphiis, elogiis; quæ cum inde eruuntur a viris etiam alioqui magnis ac probis, sed minus justo suspiciosis, ab eorumdem suffragio pondus illa accipiunt; ac deinde mirifice inquinant perturbantque profanam historiam; utinam vero non etiam Ecclesiasticam.

Superiore porro sæculo insigniores harum inscriptionum fabricatores fuere, Jovianus, Pontanus, Pomponius Lætus, Joannes Camers, Cyriacus Anconitanus, aliique. Hos enim in primis nominatim designat Antonius Augustinus, dialogo XI. pag. 178. E Cyriaci vero officina plurimas in Annales Hispaniæ transfudit Ambrosius Morales: & exinde Gruterus in Thesaurum suum. E tot autem inscriptionibus nullam hodie in Hispania legi, testis est idem Antonius Augustinus, vir summæ eruditionis, limatique judicii: qui de Joanne Annio, Italisque aliis, præterea conqueritur; quod suæ, nempe Hispanæ genti, epigrammata & marmora obtruserint, nec visa illis, nec ab Hispanis reperta: atque ea demum ille cum Amadisii Gallici & Orlandi furiosi nugis commentisque confert.

Epigrammata sunt sane apud Gruterum centum septuaginta sex; & in his pleraque multorum versuum, a pagina MCLXII. usque ad pag. MCLXXVII. de quibus Gruterus ipse sic præfatur: *Epigrammata sequentia omnia inveni in veteri libro membranaceo Bibliothecæ Palatinæ.... videbaturque descriptus ante centum aliquot retro annos e templis fere Urbis Romæ; maxime vero e basilica D D. Petri & Pauli.* Atqui nullum ex his umquam Romæ visum est, præterquam in membranis, quas ille Germaniæ tractus protulisse, æque atque aliud nuper editum Inscriptionum exemplar, credi potest, quod octingentorum (si credimus) aiunt esse annorum: nam ejusdem pretii sunt, quæ utroque volumine continentur.

Similem epigrammatum collectionem, quæ pro æde sancti Martini Turonensis posita olim fuisse finguntur, exhibent plerique MSS. codices Sulpicii Severi de vita Martini. Quæ si quis insculpta quondam in lapide fuisse credit, credat idem Virgiliano tumulo insculpta duodecim fuisse tetrasticha, & disticha totidem: quæ ex similibus eruta libris manu exaratis collectio Epigrammatum Pithœana exhibet: cum nihil aliud ea sint, quam exercitationes scholasticæ in otio concinnatæ, stili exercendi causa.

Inscriptionum hujusmodi immensam supellectilem quadraginta amplius digestam voluminibus olim collegit Pyrrhus Ligorius; quæ Romæ exstare dicitur in Bibliotheca Barberiniana & Farnesiana. Qua in vasta mole atque congerie Spanhemius Vir eruditus confitetur, pag. 141. *plura* esse *aut dubiæ fidei, aut confessæ novitatis:* nec tantam ille crevisse segetem putat, nisi ex plurimorum fraude, qui Ligorio viro bono fucum fecerint: farraginem eam esse subdit, quæ possit incautis imponere, avidis ad quamcumque ciborum novitatem; viris etiam alioquin eruditis, sed (ut dixi) minime suspiciosis. Neque enim hebetes ac stulti sunt, qui dant operam ut hac arte fallant. Sic Muretus olim Scaligero ipsi imposuit, quem induxit ut crederet, Attii & Trabeæ, veterum (ut aiunt) poëtarum carmina quædam esse, quæ idem Muretus a se conficta sub eorum nominibus Scaligero summiserat. E veteribus etiam schedis Josephi Scaligeri describitur a Grutero posita (ut quidem ait) Nicomediæ inscriptio: quis hanc, amabo, ad Scaligerum Nicomedia attulit?

Atqui non Gruterum modo, sed & eos qui volumini ejus amplificando suam veluti symbolam contulerunt, fefellerunt ii, qui vel ex marmoribus ea se descripsisse elogia testati sunt; vel eruta ex membranis fallacibus insculpere lapidibus, superiore præsertim sæculo, ad aliquam patriæ suæ laudem, incaute fategerunt: vel qui denique insigni fraude insculpsere ipsi ac telluri suffoderunt, quæ deinde vel ipsimet vel posteri effossa ingenti auro venderent. Vix enim repertum erutumve talem fuisse lapidem reperias ante annum MDX. Post hunc annum innumera sunt eo quem diximus astu reperta. Itaque in illo Thesauro Gruteriano infiniti carbones latent: neque ex sexaginta fere Inscriptionibus, quæ Constantiniani hujus sæculi esse existimantur, vel una quidem sincera est, si inscriptionem Arcus Constantiniani exceperis. Fraudem deprehendes, non uno sane indicio, si singulas excutias paulo diligentius. Animadvertes, exempli causa, 1°. AVR. Diocletianum passim appellari, cum VALerius tantum fuerit. 2°. Nomina ficta per jocum, quale istud est, CVRANTE AQVAS L. AELIO DIONYSIODORO. Quis enim curat aquas, seu emittit imbres, nisi Deus, idem vini largitor? אל unde Ælius, Deus est. Διονυσιόδωρος, vini dator. 3°. Diocletianum dici Patrem, fratremque Cæsarum. 4°. Crebros in Hispania lapides insculptos Diocletiani, aliorumque honori, qui nullum ibi nummum cusum habent. 5°. Ad faciendam fidem vetustatis, AI pro AE subinde scribi, ut AIMILIVS pro AEMILIVS: cum neque hoc ævo, neque omnino a Julii certe Cæsaris Dictatura, vel semel in nummis offendas AI pro AE: sed ista etiam ætas potius E ponat AE in nummis suis, ac vice versa. 6 Britannicum Max. Persicum Max. Germanicum Max. Diocletianum Maximianumque vocari; cum neque hi tituli in nummis eorumdem legantur; ac si liceat ex nummorum silentio argumentari, hoc ævo neque Asia, neque Syria, qua iter in Persidem est, Romano imperio paruerit. 7°. Perpetuos Cæsares appellari Constantium, & Maximianum; a quo illi profecto titulo abhorrerent: neque enim quisquam Perpetuus Cæsar dici velit, sed Imperator Perpetuus, vel Perpetuus Augustus. 8°. Filios Cæsarum ambos quoque nuncupari, pro filiis Augustorum; quoniam quo sæculo ficta ea inscriptio est, hoc est, Leonis X. temporibus, idem Cæsar, qui & Augustus, fuit. 9°. Maximianum Herculium, ut minor Augustus & adscititius fuisse credatur, PONT. dumtaxat inscribi; cum æque fuerit PONT. MAX. atque Diocletianus. 10°. Fl. Val. Constantium IMP. dici, qui Cæsar tantum fuerit. 11°. Constantinum jun. & Constantium dici fratres, Helenam eorumdem aviam, genetricem Constantini Max. At Fl. Constantinus Max. e familia Valeria, neque Fl. CL. Constantini, neque Fl. Jul. Constantii pater esse potuit: neque Helena proinde avia eorumdem fuit. Quæ cum DOMINA NOSTRA nuncupatur, contra morem illius ævi est: quo nulla Princeps femina D. N. vocatur in nummis. Duas omnino sic inscriptas, & quidem multo postea reperimus: D. N. GALLA PLACIDIA. & D. N. IVST. GRAT. HONORIA. 12°. Constantinum DIVI CONSTANTI F. poni TRIB. POT. XXIII. IMP. XXII. cum nec ille potuerit annos videre TR. POT. XVI. nec ullus alius Constantinus esse IMP. VII. vel VIII. 13°. Constantinum Max. amplificatorem dici Urbis Romæ; cum nulla ei potestas nisi in provinciis fuerit. 14°. De Quadis victoriam eidem adscribi; quorum, extra Antoninum Pium, altum in nummis silentium est. 15°. Constantinum Max. dici DIVI CON-

CONSTANTINI AVG. F. Sexcenta omittimus alia σφάλματα, tum contra Grammaticam artem, tum contra historiæ veritatem, qualis ex nummis antiquis elicitur: quæ nemo paulum modo sagax non statim sentiat in oculos incurrere.

SED tandem finis esto conjecturarum ac divinationum; quas ut necesse est in hoc eruditionis genere plurimas esse, ita sunt venia digniores, qui ei scientiæ dant operam, sicubi aberrent a vero. Tu itaque, VIR ERVDITE ET AMICE, cum ista perlegeris; & gratiam immortalem Deo Opt. Max. nobiscum habebis, qui singulari providentia nummos veteres ætati nostræ plurimos reservarit, testes temporum retro actorum; idoneos utique ad errores plurimos evellendos, & mendacia coarguenda. Neque enim vulgarium opinionum in re Chronologica sive historica, eadem ac fidei nostræ, traditionumve Ecclesiæ ratio est. Has si quis convellere vel oblique nititur, impius est habendus: illas emendare quisquis elaborat, est ille non venia, sed & aliqua apud eruditos gratulatione dignus. Æquum autem, amabo, te præbebis, ut sicubi offenderim, benigne commoneas:

Non ero stulte repugnans, aut amans prave mea,
Quin statim culpanda delens, præbeam rectis locum.

Sicubi vero aliter statuere quidpiam videamur, quam olim in prioribus ejusdem generis lucubrationibus posuimus, desine mirari: quoniam ex iis nos esse conamur, cum ope Numinis, qui & studentes proficiunt & proficientes student.

Denique si quis rationem annorum a nobis institutam ex conjectura, quam nummorum series suggessit, aut dictum aliud quodcumque in hac lucubratione, conciliari non putet posse cum receptis & approbatis ab Ecclesia Conciliorum Actis, scriptisve antiquorum Patrum, aliorumve scriptorum Ecclesiasticorum; id suæ dumtaxat inscitiæ noverit esse adscribendum: neque in præsenti qua id præstari ratione possit, requirat; siquidem nummos veteres exponimus, annales non scribimus: sed opus quod in eam rem cum Dei ope paramus, pari patientia, ac nos id elucubramus, exspectet.

EMBOLUM.

NEc desperandum etiam est quin alia detegantur progressu temporis ad sæculum Constantinianum pertinentia Numismata, quam quæ hic proferuntur. Anno septimo post primam hujus Operis editionem scripsit ad nos Turnonio, quæ civitas est ad Rhodanum in Gallia, epistolam sequentem, R. Pater ALBARET, e Societate nostra: qua ille epistola fidem hujus rei facit; & ut merito suo habetur in conquirendis ac dignoscendis rarioribus nummis solertissimus, conciliat quibusdam ex his quos protulimus auctoritatem, dum similes etiam nuper a se repertos fuisse narrat.

Epistola Gallice scripta a R.P. ALBARET ad Auctorem hujus libri.

Mon Reverend Pere,

Pax Christi.

Comme je n'ay oublié ni les honnêtetés, dont V.R. me combla à Paris, ni la promesse que je luy fis à mon départ, de lui rendre compte des découvertes de médailles qui se feroient dans ces cantons cy, j'auray l'honneur de luy dire, qu'il y a environ huit mois qu'il s'en est faite une endeça du Rhone...... J'avois auparavant trouvé quelques autres médailles de moien bronze, qui vous intéresseront peut-être davantage. La plus rare, & que je crois unique, est un MAXIMIANVS IVN. *aussi beau que les deux, que j'ay eu l'honneur de vous faire voir à Paris. La legende du côté de la tête est,* IMP. MAXIMIANVS IVN. AVG. *Et celle du revers,* CONCORDIA FELIX DD. NN. *Les deux Empereurs debout se donnent la main. Dans l'exergue il y a* PLC. *Comme dans les deux autres que j'ay du même Empereur: ce qui prouve qu'elles ont eté toutes frappées dans la même ville. J'en ay cinq de la même grandeur, de Constantin de la famille Claudia, dont vous parlez dans vôtre sçavant Ouvrage du Siecle de Constantin. La legende du côté de la tête est toujours la même:* IMP. C. CONSTANTINVS P.F. AVG. *Celle du revers de la premiere est,* PRINCIPI IVVENT. BRPNAT. *Le prince est debout, couronné de laurier, & tenant de la droite une lance, & de la gauche un globe: dans le champ de la médaille il y a* CI $\frac{\text{H}}{\text{S}}$ *& dans l'exergue,* PLC. *Celle du revers de la seconde, est* CONCORDIA PERPET. DD. NN. *Deux Empereurs se donnent la main, & de la gauche ils tiennent chacun une lance. Celle de la troisiéme est.* MARTI PATR. SEMP. VICTORI. *Mars y paroît marcher avec un trophée. Celle de la quatriéme est,* VIRT. PERP. CONSTANTINI AVG. *L'Empereur debout tenant de la main droite une Victoire qui le couronne, & une lance de la gauche. Il y a à ses pieds un captif à terre. Dans le champ de la medaille,* C[illegible] $\frac{\text{H}}{\text{S}}$. *Celle de la cinquiéme est,* SECVRITAS PERPET. DD. NN. *Le symbole de la Securité, comme dans la medaille de Maximien le jeune.*

J'en ay encore trois autres d'un Constantin Cesar, different du precedent, de Fl. Val. Constantin, de Constantin Max. & du jeune Claude Constantin, qui est marque sur les médailles par le mot de CONSTANTINVS IVN. *Ou par celui de* FL. CL. CONSTANTINVS: *& different enfin de Constantin tiran des Gaules, du temps d'Honorius. Celui dont je parle, a une tête fort grosse, & paroît avoir 40. a 50. ans. La légende du côté de la tête est,* CONSTANTINVS NOB. CAES. *Celle du premier revers est* PERPETVA VIRTVS. *C'est un Mars qui marche avec sa lance & son bouclier: dans l'exergue il y a* PT. *Elle est aussi de moien bronze, & d'une entiere conservation, aussi bien que les deux suivantes. Celle du second revers est,* VIRTVS AVGG. ET CAESS. NN. *Mars avec la lance & un trophée sur l'épaule. Dans l'exergue,* AQ Γ. *Celle du troisiéme revers,* VIRTVS CONSTANTINI CAES. *Le Prince est à cheval, & foule aux pieds deux vaincus; dont l'un paroît mort, & l'autre luy demander la vie à genoux. Dans l'exergue,* AQ Γ. *Ces trois médailles approchent du grand bronze.*

J'en ay aussi une d'Aurelien, que je n'ay vû nulle part ailleurs. La legende du revers est MARS. INVICTVS. *Cette médaille est de celles qu'on appelle saucées. J'en ay quelques autres de ce bas Empire assez curieuses, dont je pourray rendre compte à V.R. à quelque autre occasion. Cependant je suis avec un profond respect,*

Mon Reverend Pere,

Vôtre tres-humble & tres-obeïssant serviteur,

ALBARET, J.

DE NUMMO GRATIANI AUGUSTI.

Ad * * *

SEntio contracte nimis, paucioribusque verbis quam res tanta poscat, initio hujus operis perstrictam a nobis fuisse nummi illius interpretationem, in quo Gratiani Aug. nomen inscriptum legitur. Itaque ne quid desiderare amplius in ea nummi explanatione possis, Vir optime, aut de nimia brevitate conqueri; adjiciam hic ea fere; quæ de eo argumento in Diario Trevoltiano dictantibus nobis haud ita pridem prodierunt. Est igitur nummus hujusmodi:

D. N. GRATIANVS AVG G AVG.

Est in illa parte priore Gratiani vultus, capite cincto gemmis. In altera, stat idem armatus: dextra labarum tenet, in quo est monogramma Christi ☧: læva tenet clypeum: Epigraphe est:

GLORIA NOVI SAECVLI.

Infra, T CON. In alio, CONT. hoc est, *Tertium Civitatum omnium Narbonensium*, subintellige, munus, vel tributum. Est ille nummus in Thesauro Regio, est in Cimelio D. FOVCAVLT, est in Museo nostro, est apud Occonem, pag. 565. aliisque permultis locis.

Partis prioris hæc sententia est, me quidem interprete: *Dominus noster Gratianus Augusti gener Augustus.* Tam est enim profecto, ut initio diximus, AVG G AVG. *Augusti gener Augustus*, quam in nummis Tiberii AVG F AVG. est *Augusti filius Augustus.*

Risum vero de se præbuit viris Latine scientibus nescio quis, qui nostram fastidiens interpretationem, ausus est aliam proferre suo judicio cum libris historicis, quos exosculatur, aptius congruentem: hanc nimirum: *D. N. Gratianus Augustissimus Augustus.* Idem, ut audio, istius jam pœnitet, & novam profert; *D. N. Gratianus Augusti germanus Augustus.* Alius, ut ex fama didici, hanc quoque meditatur: *D. N. Gratianus Augustorum Augustus:* quam tu certe, Amice, ut te tuamque eruditionem novi, jocularem ac ridiculam esse & ex inscitia profectam exclamas, cum hæc legis. Cum sit enim *Augustus* hereditarium cognomen in gente Cæsarum; idem istud est ac si quis dicat, *Borboniorum Borbonius*, *Condæorum Condæus*, vel *Cæsarum Cæsar*, vel *Piorum Pius*: quæ sunt omnia ex æquo boni sensus expertia. Quod si *Augustus* velint esse adjective Σεβαστὸς, qui sit in provinciis, in quas mittitur a Senatu, venerandus, atque ipsius vice Senatus reverenter & honorifice accipiendus: quid aliud erit *Augustorum Augustus*, quam *venerandorum venerandus*? quid autem ista locutione dici insulsius potest? Homines indocti, & ipsius Grammaticæ rudes, tam Augustorum Augustum dici posse, quam Regem Regum, autumant: neque intelligunt, verbale nomen *Regem* esse, a regendo deductum: atque adeo qui reges ipsos regat, hoc verbo intelligi. At quid habet simile nomen Augusti, quod non a verbo aliquo derivatur?

At tolerabilior fortassis altera interpretatio est, quæ *Augusti germanum* dicit esse Gratianum: nam & Valentiniani junioris fratrem libri scripti fecere Gratianum. Dic, amabo, quo istud primum more diceretur? quo exemplo? Vidimus enim plures Augustorum fratres Cæsares & Augustos: nec tamen frater Augusti quisquam est appellatus. Domitianum Cæsarem fuisse sub Tito fratre Augusto novimus: *Augusti germanum* in nummis appellatum fuisse non vidimus. Antoninum & Getam fratres fuisse, Severi Aug. filios, constat ex nummis: neuter tamen alterius frater *germanus* est appellatus. Constantium & Constantem Augustos fratres fuisse, quis ignorat? Uter tamen alterius Augusti *germanus* in nummis inscribitur? Arcadium etiam & Honorium scripti annales, quos iste recipit, fratres fuisse testantur: at neuter alterius Augusti *germanus* in nummis dicitur.

Et honorificus tamen hic titulus foret, si quidem esse Augustum idem esset ac Regem esse. Nam frater Regis si quis sit, magna profecto dignitas est, nec tacenda in titulis, vel dissimulanda. Quid ita? Quoniam Regis fratrem esse, claros ac regios natales ostendit. At esse fratrem cujuspiam, cui Senatus honorem in provinciis ac venerationem præstari velit, nihil ad laudem hominis attinet. Esse quidem *Augusti filium* in titulis ponitur: quoniam eo verbo hereditaria potestas aut dignitas declaratur: quod est haud minimum sane in familia decus. At esse fratrem Augusti, cum sint diversæ fratrum familiæ, nullum affert fratri verum decus. Qui potuit igitur Gratianus, si vere Valentiniani Aug. filius fuit, ut libri scripti perhibent, *Augusti filius* in nummis inscribi nolle, ut se *Augusti germanus* inscriberet?

Gratianum, inquit, fratrem fuisse Valentiniani monumenta scripta testantur: id igitur satis superque unum esse potest; si nulla ratiocinatio adhibeatur, ad convincendum sic legi oportere, *Augusti germanus*. Sane, inquam, si nulla adhibeatur ratiocinatio. At si quis uti ratione velit, quis non tam insolitum in nummis & lapidibus titulum miretur, nisi qui nummorum veterum, similiumque monumentorum, nullum usum habent? Quis hujusmodi titulum non miretur; in quo nihil esse laudis ac decoris sciunt qui rerum usum habent? Quod si usurpari hic titulus in nummis potuit; utrum, amabo, magis decuit hunc sibi adsciscere; an Gratianum natu majorem, qui multo antea ab ipso patre Augustus dicitur fuisse nuncupatus: an Valentinianum, qui & natu minor, & multo posterius, & ab exercitu tumultuante, & tantum quadrimus, ut quidem Annales prodiderunt? Atqui in Valentiniano certe numquam occurrit, nec aliquando titulus iste occurret: quanto minus igitur in Gratiano quærendus? Quid quod salutatum ab exercitu fuisse Valentinianum Augustum ægre admodum tulisse Gratianum, iidem Annales testantur? Quid quod nonnulli etiam perhibent animadvertisse eum capitali supplicio in auctores illius facinoris? Quid quod caruisse Valentinianum eo titulo & loco aiunt iidem, donec Gratianus in partem imperii Theodosium adsciverit? Si quis uti ratione velit, num hæc homini cuiquam cordato suadent, gloriatum nihilominus hoc titulo Gratianum, ut se neglecto titulo *Augusti filii*, Augusti germanum inscriberet? Videsis quæ de hac Valentiniani promotione dixi quondam in Notis ad Themistium. In iisdem deinde dissolvendis quantum sudet Tillemontius in historia Imperatorum, considera, & mecum vide.

Sed præterea, si quid Latine scimus, *germanum* dici pro fratre apud probos Latinitatis auctores, vix profecto putem. At est Latinitas in nummis antiquis supra quam dici potest sincera, accurata, emphasim habens, & simplex tamen ac sine fuco. Germanum fratrem, & germanam sororem dixere Terentius & Cicero: *germanum* dumtaxat qui pro fratre posuerit, cum sit per se vox adjectiva, probabilem adhuc inter profanos scriptores auctorem desidero. Licuerit istud sane Maroni in Æneide, liceat & vatibus nonnullis, quibus & alia multa licent: iis certe qui populariter & tamen accurate loqui velint, non similiter licet. Est apud Terentium quidem, *O mi germane* sed fratrem ille subintelligit; quod verbum proxime antea posuit: *Ego illam facile vere omitto*, inquit, *qui quidem te habeam fratrem: O mi Æschine! o mi germane!* Sed ut ut est, in inscriptionibus certe antiquis, apud Gruterum, *fratrem*, & *fratri*, occurrit, quoties? amplius sexagies: at *germanus* ne semel quidem. Unica olim se se nobis legentibus inscriptio obtulit, quæ *germanum* habeat. Est apud Guichenonem, in historia Burgi in Bressia, pag. 6. his verbis:

L. DECIMIVS DECEMBRICVS.
FRATER GERMANVS. ET L.
DECIMIOLA SOROR GERMANA
POSVERVNT.

Nempe ibi *germanus* & *germana* ponitur: ut discriminentur ii ab aliis fratribus dumtaxat uterinis, sive ex eadem tantum matre natis.

Maneat ergo genuinam esse eam, quam protulimus, nummi illius interpretationem: quæ viris ex hac civitate in eo genere experientissimis mirifice placuit. Est enimvero titulus ille sane inter ceteros numerandus, quo quis ex privato fit Augusti gener, atque eam ob rem affinitatis occasione Augustus ipse efficitur. Et vox illa, GENER, GENERO, GENERO OPTIMO, in lapidibus antiquis apud Gruterum occurrit septies. Nec indignus quidem hic titulus est, qui in nummis scribatur. Nam, ut aiebat olim David, 1. Reg. XVIII, 23. *Num parum videtur vobis GENERVM esse regis?*

Redi, quæso, mecum in memoriam gemini illius nummi, quem & in hoc opere, & in Chronologia Veteris Testamenti exposuimus: alter est Constantini, alter Maximini ejusdem æqualis. Uterque se FIL. AVGG. hoc est, *filium Augustorum duorum* inscribit: hoc est, filium alterius, alterius generum. Est enim hoc certe geminum decus haud exiguum: quamquam prius alteri præstat; neque commemorari posterius tantum decet ab eo, qui possit priore gloriari. Nam hæc causa est, quamobrem, cum Tiberius Augusti gener esset, sed & simul adoptione filius, numquam ille se generum dicat, sed filium dumtaxat; quoniam istud esset multo nobilius.

Quis igitur, inquiunt, Gratianus ille est, quem Augusti generum dumtaxat fuisse oportet, non filium, siquidem gener tantum appellatur in nummis? Si quid conjectando fas est hic divinare ex contemplatione veterum nummorum, e familia Pescennia fuisse is nobis videtur. Cur? Quoniam in nummis aureis e Cimelio Regio duobus legitur, D. N. IVST. GRAT. HONORIA P. F. AVG. hoc est, *Domina nostra Justa Gratiana Honoria Pia Felix Augusta.* Non potest autem esse Gratiana, nisi filia Gratiani. *Justa* autem hæc prius, quam Gratiana est: & est *Justus* Pescenniæ familiæ cognomen, testibus Pescennii Justi Nigri Aug. nummis. Fuisse igitur Gratiani Aug. pater Gratianus videtur natus patre Pescennio Justo Gratiano, uno ex posteris Pescennii Justi Nigri Aug. matre autem aliqua Pia Felice: junctus matrimonio Gratæ, unde ei cognomen Gratiani datum. Hujus Gratiani filius, is est, qui in nummis & AVG G *Augusti gener* appellatur; ducta in matrimonium Honoria, Honorii Aug. filia; & idem in reliquis deinde nummis suis P. F. AVG. Hujus autem filia Justa Gratiana Pia Felix fuit: quæ in familiam Honoriam sic inserta, posteriore loco idcirco Honoria nuncupatur; quoniam prius a patre, qui genus ab Augusto dudum Pescennio traheret, Justa & Gratiana; quam, a matre, Honoria, debuit appellari. Hæc ipsa est, quam historici & pictura Ravennensis parietis, apud Gruterum pag. MXLVIII. Justam Gratam Honoriam vocant, & Valentiniani III. Sororem faciunt, nulli nuptam Augusto, sed impudicam & vagam: Quam e contrario tituli *Dominæ nostræ*, & *Piæ Felicis*, Augustam Augusti conjugem fuisse perspicue demonstrant: ut in nummo D. N. GALLA PLACIDIA P. F. AVG. similibusque.

Sed jam ad alteram nummi illius partem explanandam veniamus. Sunt omnino quatuor diversi nummi in Cimelio D. FOUCAULT, in quibus Gratianus Augusti gener Augustus appellatur. Nimirum isti:

D. N. GRATIANVS AVG G AVG.
GLORIA NOVI SAECVLI. Infra, T. CON. hoc est, *Tertium Civitatum omnium Narbonensium* munus, vel tributum. Est hic etiam in Cimelio P. STEPH. CHAMILLART Societatis JESV.

D. N. GRATIANVS AVG G AVG.
GLORIA NOVI SAECVLI. Infra, CON. OFF. III. hoc est, *Civitates omnes Narbonenses offerunt tertium* munus, vel tributum. In alio e Museo nostro legitur, CONT. OFF. III. *Civitates omnes Narbonenses tributum offerunt tertium.*

D. N. GRATIANVS AVG G AVG.
SECVRITAS REIPVBLICAE. Infra, LVG. P. OFF. I. hoc est, *Lugdunensis prima offert primum* munus, vel tributum. Est hic etiam apud P. CHAMILLART.

D. N. GRATIANVS AVG G AVG.
GLORIA ROMANORVM. Infra, LVG. S. OFF. II. hoc est, *Lugdunensis secunda offert secundum* munus vel tributum. In alio e Museo Domus Professæ, leguntur in ipsa area sparsæ litteræ, F H / R TE. hoc est, *Felix Hilarium Reparatio Temporum.*

Ex ea nummorum serie apparet primo, eodem anno uno cusos omnes fuisse; quo nimirum anno & Augusti gener, & ipse Augustus factus est Gratianus: & quæ *gloria Romanorum* fuit, victoriam de hostibus reportasse dicitur, (nam & idcirco armatus cum clypeo pingitur:) & *securitatem Reipublicæ* peperisse: neque quidquam demum ineunte *novo sæculo* gloriosius, vel ea affinitate, vel ea virtute ac felicitate, accidere potuisse. Apparet deinde litteras CON. ut de CONOB similibusque sæpe diximus, recte a nobis exponi, *Civitates omnes Narbonenses.* Nam si Lugdunensis prima, si secunda etiam, (quæ hodie quarta & Senonensis appellatur,) nummos Gratiani Aug. nomine cudit; quid similius veri, quam simillimos omnino nummos in Narbonensi pariter fuisse conflatos; & ad belli impensas, aliosve usus, utramque provinciam, quod nummi illi testantur, pecuniam contulisse? Apparet denique, inscriptionem hanc, GLORIA NOVI SAECVLI, solius Narbonensis provinciæ inventum fuisse: quæ Christo jamdudum dedita, annos ejus in nummo consignari voluit, ubi percommode & eleganter posset.

Et pars est hæc nummi sane haud postrema: ex qua nimirum sequi necesse est, æram vulgarem Christianam in usu fuisse sæculo quinto ineunte, in toto orbe Christiano, annis fere CXX. ante Dionysium (ut vocant) Exiguum, quem illius esse architectum fingunt. Nam cur in Narbonensi provincia magis illa tunc recepta foret, quam vel in reliqua Gallia, vel in ipso orbe universo? Neque enim *sæculum novum* aliud Latine sonat, quam sæculi ineuntis annum primum, vel an-

nos

hos certe priores: quemadmodum *annus novus* primus anni dies est vel priores certe sunt anni ineuntis dies. Atqui sæculum hoc loco intelligi non potest, nisi vel ab Urbe condita, vel a Christi Servatoris natali. Et quidem SAECVLVM NOVVM ab Urbe condita, post millenarium exactum, in nummis Philippi Imp. aliisque, legitur: postquam anno ipso millesimo MILLIARIVM & MILLENARIVM SAECVLVM fuisset in nummis inscriptum. Nec prius NOVVM SAECVLVM commemoratur in nummis: quoniam, opinor, nihil egregium ac singulare centeno primo alio quovis anno contigisset sub Augustis, hoc est, anno V. C. DCCCI. Post illud autem *sæculum* sub Philippo *novum*, annus V. C. MCI. qui est annus Christi CCCXLVIII. distat ab initiis Gratiani Aug. ut quidem vulgaris computatio est, annis XXVII. Obiisse enim Valentinianus pater ponitur anno Christi CCCLXXV. Ergo novum Christi sæculum, quo exortus dicitur Gratianus Augustus, & simul factus est Augusti gener, intelligendum hoc loco est. Igitur & annus Christi CCCCI. hic fuit: & idem primus *novi* post Christum *sæculi* annus, quo habuere Christiani Christianum Principem, cui nummos dicare possent: id quod in nummis consignandum merito censuerunt.

At anno Christi CCCLXXXIII. occisum esse Gratianum scripti Annales produnt. Quid tum deinde? Num corrigendi ex nummis libri, an ex nummis potius libri corrigendi? Quid tu quidem censeas, Vir Erudite, novimus: sed mirum est hominum mediocriter eruditorum de nummis antiquis judicium: incredibilis audacia. Securi existimationis ac famæ suæ, ut in priore hujus nummi parte inscitiam suam in Latino sermone produnt, cum & *Augustissimus Augustus*, & *Augustorum Augustus*, & *Augusti Germanus*, alii etiam *Augusto genitus* legi volunt: (quod postremum Latinum quidem est, sed abhorrens a stilo nummorum: ac si quid præcipuum significat, ab eo qui jam esset Augustus genitum significat; quod est esse Porphyrogenitum: id vero de Gratiano ne quis somniet, historici etiam ipsi vetant:) sic in postica nummi parte, ne scriptores aliqui veteres mendacii arguantur, *sæculum novum* negant esse hoc loco sæculum iniens: in nummis Philippi Aug. hanc ei verbo vim inesse confitentur, in nummis Gratiani Aug. negant. Quid ita? Quoniam, inquiunt, Maro cecinit.

Aspera tum positis mitescent sæcula bellis.

Quorum ista tandem hominum ratiocinatio est? *Aspera sæcula*, acerba sunt tempora: ergo *sæculum novum* non est sæculum iniens. Perinde istud est, ac si quis dicat: Anni multi ætas longa est: ergo annus novus non semper annus incipiens est. Atqui ne pueri quidem sic argumentando delirent. Quantumvis enim fremant ii, qui nummos antiquos sibi suisque historiis vel fabulis potius adversari norunt, non alia vis umquam ac potestas suberit huic voci, SAECVLVM NOVVM, quam huic, *Annus novus*. Latinitas in nummis, ut in inscriptionibus, simplex esse debet, sine fuco, facilis intellectus: cur? quoniam non ab eruditis tantum hominibus, sed multo etiam magis a vulgo, cujus manibus nummi teruntur, percipi sententia ea debet, quæ ibi legenda proponitur.

Eruditi omnes in exteris regionibus, ubi nihil cogit homines delirare, sic *Novi sæculi* vocem accepere. Itaque hunc titulum GLORIA NOVI SAECVLI confessi sunt a nobis feliciter accommodatum fuisse Catholico Regi Philippo V. qui hoc ineunte sæculo Rex est salutatus. Et iidem pro Rege Succorum, sæculi hujus anno primo, nummum inscripsere, quem in Museo P. STEPH. CHAMILLART vidimus: CAROLUS XII. D.G.R.S.DECOR NOVI SAECVLI. Et pro Sereniss. Rege Prussiæ, GLORIA NOVI SAECVLI. Et non erit in Gratiano pariter *Novum Sæculum*, sæculum iniens? Quis stupor hic, aut livor est?

Symmachus etiam ipse, sive qui sub eo nomine scripsit epistolas, credique voluit ævo Gratiani ipsius scripsisse, cum turgenti & poëtico scribendi genere utatur, a quo nummi abhorrent; sæculum quidem insigni licentia pro anno posuit: sæculum vero novum, si sæculum pro anno poneretur, nonnisi pro anno novo accipi posse intellexit: atque eo sensu dixit, libro I. epist. VII. *Primores Kalendas Janus aperibat. Frequens Senatus matutine in Curiam veneramus....... Nondum cælo albente concurritur luminibus accensis: NOVI SÆCVLI fata recitantur.* Si novum ille sæculum dici de Kalendis ipsis Januariis posse, translato sæculi verbo, credidit; quisquamne prudens existimabit, in propria illius acceptione vocis, qualis est semper in nummis, non multo verius de primo sæculi anno dici? aut Gratianum potius putabit ipsarum Januarii Kalendarum *gloriam* in nummo dici, quam primi in sæculo novo anni?

At in nummis, inquit, Etruscillæ Decii, Hostiliani, Treboniani Galli, & Volusiani, SAECVLVM NOVVM quoque legitur: quos tamen constat non ineunte sæculo imperasse. Dic, amabo, primum: (non te, Vir Erudite, sed quemlibet ita ratiocinantem alloquor:) ergo, inquam, sub Philippo Imp. SAECVLVM NOVVM sæculum iniens, sive initium sæculi significabat: biennio vel quadriennio postea mutata vocis illius potestas est: nec tunc sæculum novum, sæculum iniens fuit? Vide, sodes, quantas ad ineptias descendere eum necesse sit, qui semel a vero deflexerit. Nescit ille nimirum, ob celebritatem sæculi post millenarium novi quinquennalia fuisse sacrificia celebrata: atque idcirco *sæculum novum* in nummis hujus rei testibus fuisse consignatum, cum Templi effigie, integro illo quinquennio, quo *sæculi novi* post millenarium ab Urbe condita in orbe Romano celebritas peragebatur, cum votis pro felici millenario altero. Hic tibi nummorum illorum describenda series est.

Anno V. C. 1001. *Christi* 248. — IMP. CAES. M. JUL. PHILIPPVS AVG. capite laureato, Philippi patris.
SAECVLVM NOVVM. Templum quatuor fultum columnis, cum ara, circa quam viri quinque sacrificant. Apud Angeloni, fol. 308. æreus.
Alius, in quo Templum decem fultum columnis, in quo sedet Juppiter, apud Mediob. pag. 345. æreus. Ex argento alius in Museo nostro, octo columnis; argenteus alter, sex columnis, apud P. CHAMILLART.

IMP. CAES. M. IVL. PHILIPVS AVG. Philipi filii.
SAECVLVM NOVVM. Templum sex columnarum, in quo Juppiter sedet. Argenteus, apud Tristan. tom. 2. pag. 570. & ex ære magno apud D. Vaillant.

1002. *Christi* 249. — ETRVSCILLA AVG. Caput Herenniæ Etruscillæ, Decii conjugis.
SAECVLVM NOVVM. Templum octo columnarum, in quo Juppiter sedet. Argenteus, apud D. Vaillant, tomo 2. pag. 154.

1003. *Christi* 250. — C. VAL. HOSTIL. MES. QVINTVS NOB. CAES. capite radiato.
SAECVLVM NOVVM. Templum octo columnarum, in quo Juppiter sedet. Ibidem, pag. 157. argenteus.

C. OVAL. OSTIL. MES. COVINTVS. CAESAR. capite radiato.
SAECVLVM NOVVM. Templum

sex columnarum. Est argenteus, in Cimelio P. CHAMILLART.

1004. Christi 251. IMP. CAES. C. VIB. TREB. GALLVS AVG. capite radiato.

SAECVLVM NOVVM. Templum sex columnarum, ut proxime. In Thesauro Regio, argenteus: & apud P. CHAMILLART: & in Museo nostro, mixtus ære.

1005. Christi 252. IMP. C. C. VIB. VOLVSIANVS AVG. capite radiato.

SAECVLVM NOVVM. Templum sex columnarum, in quo Juppiter sedet. Apud Mediob. e Museo suo, argenteus Volusiani, pag. 361. & Treboniani, pag. 359. In alio simili apud P. CHAMILLART, legitur, IMP. C. VA. F. GAL. VIND. VOLVSIANO AVG.

Secularia sacra certe simul cum ludis sæcularibus fieri solita testes sunt nummi Claudii Imp. Domitiani Aug. Severi & filiorum, ac Philippi denique ipsius nummi inscripti, SAECVLARIA SACRA. Cum sint autem annis quinque prioribus novi post millenarium sæculi, & cum Templi effigie nummi insculpti, & iidem inscripti similiter, SAECVLVM NOVVM; nec ulli postea similes sint: quis in nummis terendis non omnino tiro, non videat, sacra toto illo quinquennio facta esse pro felicibus sæculi novi auspiciis, seu pro felici decursu millenarii sæculi novo: totoque illo quinquennio appellari celebritatem sæculi novi, & SAECVLVM NOVVM eadem semper significatione accipi oportere? Quemadmodum ludi & sacra per quinquennium celebrata sunt in honorem Augusti a Cæsareensibus Palæstinæ, Hadriani a Gazensibus, Antonini Pii & M. Aurelii simul ac Faustinæ a Neapolitanis in eodem tractu, Antonini denique Severi F. ab aliis civitatibus Palæstinæ, ut in Chronologia Veteris Testamenti ostendimus ex nummis antiquis: quibus addi oportet ludos Quinquennales a Gabalensibus Syriæ in honorem ejusdem Antonini editos: sic a Senatu & Augustis ineunte novo sæculo millenario sacra quinquennalia sunt instituta, per annos quinque continuos, de Natali Urbis, qui fuit XI. Kal. Maii.

Nam si *sæculum novum*, ut quidam ariolantur, novum regni principium est, cur isto dumtaxat quinquennio epigraphe ea apparet? cur non anno saltem sequente in primordiis Valeriani & Gallieni, qui longe fuerunt majores Augusti, quam qui anteriore quadriennio fuerant? Cur ex Augustis omnibus, in solius Gratiani, istiusque a Philippo Imp. quinquennii nummis occurrit? Quisquamne adeo desipuit, ut SAECVLVM NOVVM dicere sibi fas esse putaret, primo Henrici Magni, aut Ludovici Justi, aut denique ipsius Ludovici Magni anno? Dicatur ergo etiam de superiore regno Ludovici XIII. SAECVLVM PRIVS, vel SAECVLVM SVPERIVS. Nesciunt, qui sic ratiocinantur, *sæculum* spatium esse temporis, a centesimo ad centesimum annum decurrens, ac plebi ipsi notum; intra quod spatium Principes florere, vel aliqua egregia edere facinora dicuntur: non cui dare ipsi principium existimentur. *Sæculum* Latine & historice cum dicitur, jam notum ipsi multitudini spatium designatur. Quamobrem in nummo Hadriani, SAECVLVM AVREVM, Juppiter in circulo inclusus cernitur, quod sæculi jam suis clausi & circumscripti limitibus symbolum est: neque sæculum Hadrianus efficere, sed jam definitum reddere aureum dicitur. Itaque si quid prisca ætas sæculo aliquo beneficii a Principe acciperet, non incipere ab eo propterea *sæculum novum* diceret; sed illud quod decurreret, ab eo felix diceret, vel aureum effici. SAECVLO FELICI AVG. N. diceret sane, ut in nummo Maxentii legitur: SAECVLVM AVREVM, ut in nummo Hadriani: SAECVLI FELICITAS, ut in Gordiano Pio, aliisque: GLORIA SAECVLI, VIRTVS CAES. ut in Constantino: FEL. REPARATIO TEMPORVM, ut in Constantio & Constante: denique Princeps de Republ. optime meritus, RESTITVTOR SAECVLI dicetur, ut in nummo Probi Aug. At conditor *Novi Sæculi*, aut omnino SAECVLO NOVO nemo tunc diceret, qui Latinæ sciret ac simplici orationi locum esse in nummis, non turgenti & inflatæ, aut metaphoricæ; qualem poëtæ & pessimi interdum oratores usurpant, quibus est Latinitas peregrina.

At si nummis tantum fides habetur, inquit, induci facile possumus in multos errores. Nam & in nummo Vesontionensi anni *1666*. Caroli V. Imperatoris effigies est: Conradi similiter in Genuensi sæculi XVI. Denique Ludovici Magni inaugurationem factam fuisse mense Maïo nummi dicunt; quæ dilata est in diem Junii septimam. Has isti nimirum similesque ineptias effutire historiarum fabularumque patroni solent, eruditionis iidem, quæ ex nummis habetur, plane rudes, rati se tamen illis detracturos auctoritatem, si sic eosdem oblatrent. Quasi vero qui nummos tractant, non illi experimento noverint, & in Caii Cæsaris Germanici Aug. nummis majores ipsius omnes inscribi: in Neronis, Augustum & Liviam, in aliis alios. Quisquamne igitur adeo bardus fuit, ut vixisse ævo Neronis Liviam Augustumque vellet. An si designari dies inaugurationi Ludovici XIIII. potuit, atque in nummis inscribi, quæ postea tamen justa de causa mutata sit; sic Victoriæ Germanicæ, exempli gratia, prius designata dies est, & in nummis inscripta forte prius ea Victoria est, quam referretur? Sed cur alio abducimur? Ergone propterea SAECVLVM NOVVM non erit sæculum iniens, ut annus novus annus incipiens est; & novus mensis, sive Neomenia, mensis principium est? Hoc enim unum modo quæritur. Ostende, sodes, aliquem e peritis Antiquariis, qui aliquid adeo absonum ex nummorum consideratione collegerit: hunc si ostenderis in aliquo aberrasse, quod vereor ut possis, non erit illud nummorum veterum, sed perversæ intelligentiæ vitium: nec demonstrationes e nummis petitas propterea convelles, sed unius hominis errorem ostendes.

Verum hoc hominum genere, quod est ἄμυσον, relicto, ad te, Vir Erudite, vel ad Gratiani potius numismata cetera revertamur: nam hæc a me flagitasti. Quid autem attinet commemorari singula, cum sit istud operæ longioris, & ex paucis facere de reliquis judicium nullo negotio pro tua sagacitate possis. Illud in primis interim sic habeto; nullum non Gratiani modo, sed plerorumque Augustinum post Constantinum, esse nummum alibi quam in Galliis vel Sisciæ cusum: in Oriente certe vel Græce inscriptum frustra quæras. Sed de hac notatione in calce hujus operis De Nummis sæculi Constantiniani satis superque diximus.

NUMMOS ANTIQUOS

non esse consueti usus Monetam.

Unum restat dumtaxat hic ostendendum, quod valde miramur venire adhuc in controversiam: nimirum monetæ loco ac vice non fuisse per se nummos veteres quos explanamus: cum id jam abunde effecerit ante annos amplius CL. nobilis Venetus & pereruditus, Sebastianus Erizzo, in fronte operis sui. De Nummis antiquis. Persuasit enim is viris eruditis atque cordatis, memoriæ tantum, honori, ac venerationi Principum destinatos veteres nummos fuisse, in monetæ publico usu non fuisse.

Clamant enimvero litteræ, in nummis sæculi præsertim Constantiniani positæ, (ut ab his ordiamur, qui

qui sunt pæne postremi,) munerum in primis, sive tributorum, quæ conferre Augustis civitates provinciæ, vel mercatores solerent, in his mentionem fieri. Est enim ANT *Primæ Narbonensis tributum*: CONOB. *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt*: SMN *Societas Mercatorum Narbonensium*: SMT *Societas Mercatorum Treverensium*. Sunt sexcentæ similes notæ, quæ hæc numismata clamant a Corporibus Civitatum, aliisque privatis, cusa esse, non monetam Principis, vel Reipublicæ. Sunt & nummi, qui munera ab ipsis Principibus, sive Divis, sive hominibus collata commemorent: ut MAXENTIVS AVG. PRINCIPI IVVENTVTIS, nempe Fl. Val. Constantino nummum dicat: & LICINIVS AVG. IOVI CONSERVATORI statuam ponit, OB DV FILII SVI, *ob duplicem victoriam filii sui*. Annon EQVESTER ORDO nummos Neroni & Commodo obtulit? Non Laodicenis ΠΟΛΕΜΩΝ ΑΝΕΘΗΚΕ? Non SPQR MEMORIAE AGRIPPINAE, & MEMORIAE DOMITILLAE, quæ Vespasiani Aug. conjux fuit, & DIVAE IVLIAE AVG. DIVI TITI FILIAE posuit? Non exempla sunt sexcenta similia viris eruditis notissima? Memoriæ igitur æternæ tantum virorum Principum ac feminarum, siquidem ii de Republica bene meriti essent, nummi cudebantur, non usui monetæ publicæ.

An vero Princeps ipse, cujus est monetam cudere, si hos cudi nummos juberet, tot titulos poneret dignitatum? An ipse se statim D. N. *Dominus noster* inscriberet? Atqui a Constantini saltem temporibus omnes Augusti sic appellantur. Quod quidem de se Principem dicere, tam est absonum, quam si de se rex aliquis in moneta dicat, *Nôtre Sire Louis*, *Nôtre Seigneur Philippes*. Nam præcise ii ac simpliciter nomen suum ponunt: LVDOVICVS XIIII. PHILIPPVS V. Abstinent ii etiam ab omni elogio: & cum fas sit subditis, in nummis quos ipsi cudunt honori Principis, scribere LVDOVICVS MAGNVS; nefas esse sibi Princeps ipse existimat, hunc titulum in moneta sua jubere inscribi: multo vero magis ab elogiis abstinet; cujusmodi sunt, GLORIA SAECVLI, GLORIA REIPVBLICAE, &c.

Dativus etiam ille casus, ut Grammatici loquuntur, qui persæpe in nummis occurrit, IMP. CAESARI TRAIANO, HADRIANO, VOLVSIANO, CONSTANTINO; monetamne jussu Principis conflatam; annon potius nummum a subditis ipsius honori ac memoriæ dicatum sapit?

An monetam Princeps sineret nominibus cudi virorum privatorum, quamlibet insignium, quamlibet e regia stirpe, vel affinitate sibi conjuncti forent? Atqui nulla certe in Europa ditio hunc usum hodie habet, nulla non hunc morem insolitum ac reprobandum putaret. Ne in Germania quidem vel Imperatricis, vel Regis ipsius Romanorum nomen præfert moneta, excepto istius in suo Hungariæ regno. At in illis vetustioris ævi nummis, & Augustarum, & totius domus Augustæ nomina libenter insculpi, uti nunc quoque, Principes videbant non sine voluptate: NERONI CLAVDIO DRVSO GERMANICO: AGRIPPINA MATER AVGVSTI: LVCILLA ANTONINI PII F. & alia sexcenta nomina similia.

An in vocandi casu diceret sibi ipse Princeps, ut in nummo Carausii, EXPECTATE VENI: in Gallieni, GALLIENE AVGVSTE, VBIQVE PAX: in Theophili; ΘΕΟΦΙΛΕ ΑΥΓΟΥΣΤΕ ΣΥ ΝΙΚΑΣ?

Nam quod nummi quidam inscribuntur, MONETA AVG. id solos fallit imperitos, qui nesciunt eo nomine Monetam ipsammet designari, hoc est, Curiam Monetalem ab Augusto constitutam, quæ se munus illud Augusto deferre significet.

Et certe incredibilis est nummorum diversitas, sive inscriptiones spectemus, quas cernimus singulis fere hebdomadis mutatas fuisse, sub certis quibusdam Principibus: sive pondus, quod varium & multiplex sub eodem Principe annis singulis; ut & materiæ conflatura mirifice diversa ac dissimilis. Et denario quidem ferrum miscuisse M. Antonius dicitur a Plinio, libro XXXIII. sect. XLVI. quod in nummis Antonii certe adhuc nemo animadvertit.

Denique si nummi veteres pro consueti usus moneta fuerunt, cur nulli apparent cusi in Italia sub Augustis? nulli in Sicilia? An ibi aut usus monetæ nullus, aut fabrica nulla monetalis fuit? Quod si nummi illi, quos familiarum Romanarum vocant, moneta consueti usus per se foret, essent aliqui profecto ante Syllana tempora. At nulli sunt. Ergo non sunt per se pecunia publica, sed tantum permissu Principis, vel Senatus. Atque hoc illud est quod litteræ istæ in ære significant, S C.

Ea igitur standum sententia, numismata quæ habemus antiqua, non aliud fuisse, quam quod sunt hodieque quæ numismata appellamus; memoriæ Principum nimirum & honori dicata monumenta: quæ magna cura idcirco majores nostri custodierunt, quoniam veterem historiam ea exhiberent, quam libri nulli aut rari admodum illis temporibus repræsentarent. Monetam publicam, quæ tunc in usu fuit, non pari solicitudine transmitti ad nos curavere; quoniam posterorum eruditioni quidem, non avaritiæ, consultum vellent. Ne nummos quidem illos excipimus, quos stante vetere Republica cusos esse constat: Consulares alii, alii familiarum Romanarum nummos appellant. Nam hos fuisse pro moneta publica tametsi clamant inscriptæ subinde litteræ X pro denarii, & Q pro quinarii nota; aliaque indicia, quæ eruditi probe norunt: non tamen illi per se monetæ vice in consueto usu fuerunt, sed indulgentia tantum Principis vel Senatus.

DE NUMMIS INSCRIPTIS

hac voce REST.

Quid ergo fiet, inquiet aliquis, eo nummorum genere, in quo Augusti alicujus nomen, cum alterius prioris Augusti, aut nobilis alterius viri nomine, conjunctum legitur, adjecta ea syllaba REST? Vulgo enim existimatur Augustorum aliquis in his prioris Augusti restituisse monetam. Verum id miror placere posse hominibus non omnino communis usus ignaris: cum nihilo minus istud incredibile sit, quam venire in mentem Ludovico Magno, exempli gratia, ut nummos argenteos, æreos, aureosve, Caroli Magni aut Philippi Aug. aut denique Henrici Magni nomine conflari jubeat, & esse in usu publico. Nam quorsum istud, aut (ut vulgo dicitur) cui bono?

De isto igitur nummorum genere sic censemus. Inter modos ceteros, quibus in nummis commendarentur Principes, haud postremus ille sane fuit, quo majorum ibi nobilitas prædicabatur: posito scilicet cum nomine ac vultu Principis, majorum quoque vultu ac nomine, ex quibus genus & ortum duceret. Atque id quidem factitatum videmus in nummis Augusti, Tiberii, Caii, Claudii, & Neronis: Nam in his Cæsaris Dictatoris, Augusti, Liviæ, Agrippæ, Agrippinæ, Drusi, & Germanici vultus inscriptos cum nominibus cernimus. At postquam Augusti familia pulso Nerone ab administrando imperio semota est, successitque Flavia Julia, haud simili avorum genere nobilis; alia excogitata ratio est Principes commendandi; non avorum quidem insculptis nominibus in ipsorum numismatis, sed insignium virorum, vel Principum, vel feminarum etiam de Republica bene meritarum nominibus: quorum, qui laudarentur Augusti, RESTITVISSE, hoc est, desideratas jamdudum in Republica virtutes, ac dotes, aut res præclare gestas, repræsentasse sive exhibuisse dicerentur;

cerentur; ac viros illos insignes, qui periisse videbantur, *restituisse*; atque ut Plinii verbo utamur, *regenerasse*. Cœpit hic mos a Tito ac Domitiano: perseveravit in Nerva & Trajano: desiit postea, quoniam neque quidquam præclari facinoris Hadrianus ageret, & satis esset domesticæ virtutis in Antonino Pio qui successit. Unicum occurrit postea exemplum in nummo M. Antonini, & L. Veri. Consentiunt enim eruditi, nummos Divi Augusti ab Oyselio allatos, cum his inscriptionibus,

TI. CLAVD. CAESAR AVG. GERM. REST. SC.

IMP. NERO CLAVD. CAES. AVG. GERM. REST.

adulterinos esse, ac ne ipsi quidem Occoni cognitos. Ficti sunt haud dubie ab aliquo artifice imperito; qui hac voce ratus nihil aliud significari, nisi nummos veteres restitutos, ab excessu Augusti ad tempora Claudii sat longum temporis spatium effluxisse censuit, ut nummos ejusdem restitui oporteret. Juvat igitur hoc loco subjicere indicem nummorum illorum, in quibus imperatores sive Augusti, viros eximios Principesve priores restituisse dicuntur. Ordiamur a Tito.

TITVS CAESAR.

DIVVS AVGVSTVS PATER. Sedet capite radiato, læva hastam tenet, dextra ramum oleæ, ante aram accensam. .)(. IMP. T. CAES. DIVI VESP. F. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII. In medio, REST. SC. Titus restituisse dicitur pietatem erga superos: qua Augustus dote insignis meruit Divus ipse appellari. Est ex ære magno, in Museo nostro.

DIVVS AVGVSTVS PATER. .)(. IMP. T. VESP. AVG. REST. Orbis Romanus, cui gubernaculum impositum est. Est ex ære mediocri, apud D. Vaillant. Sapientiam Augusti in Republica gubernanda a Tito restitutam fuisse, hic nummus docet.

DIVVS AVGVSTVS PATER. Capite radiato. .)(. IMP. T. VESP. AVG. REST. SC. Aquila insistens orbi Romano. Apud Patinum pag. 52. Et Mediobarbus e Museo suo profert eumdem, pag. 44.

DIVVS AVGVSTVS PATER, capite laureato. .)(. PROVIDENT. Ara. IMP. T. VESP. AVG. REST. SC. Mediob. pag. 44. ex Indice Cavotorta.

·DIVVS AVGVSTVS PATER, capite laureato. .)(. IMP. T. VESP. AVG. REST. Victoria clypeum rotundum tenet, in quo scriptum est, SPQR. Est ex ære magno, in Cimelio D. FOVCAVLT. Similem clypeum, ob victoriam, Tito decretum a SPQR. qualem Augusto olim Senatus decrevit, hic nummus significat. Est apud Patin. pag. 52. Est inter Augusti nummos ille vulgaris ex argento, quem affert Mediob. pag. 28. e museo suo: Clypeus, in quo SPQR. CL. V. hoc est, *Senatus Populusque Romanus clypeum vovit*. Et Titi nummum vidisse se Spanhemius testatur, in quo clypeus esset duobus capricornis impositus, inscriptusque pariter, CL. V. *Clypeus votivus*, ob annonam terra marique procuratam, quam capricornus significat.

PIETAS. Caput muliebre velatum; Liviæ nimirum, Augusti conjugis, sub effigie Pietatis. .)(. In ambitu, duplici versu; IMP. T. CAES. DIVI VESP. F. AVG. P. M. TRIB. P. COS. VIII. RESTITVIT. In medio nummo, SC. Ex ære mediocri apud P. CHAMILLART.

M. AGRIPPA L. F. COS. III. capite cincto corona rostrata. .)(. IMP. T. AVG. REST. Neptunus stans dextra delphinum, læva tridentem tenet. Est aureus apud Occonem, pag. 38. alibi ex ære mediocri, ut apud Patin. pag. 59. & apud D. FOVCAVLT. Navali victoria sua tantum profuisse Reipublicæ Titum, quantum Agrippa profuit sua, hic nummus asserit. Inter Titi nummos unus est inscriptus, VICTORIA NAVALIS, apud Occonem, pag. 161.

NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS IMP. capite nudo. .)(. IMP. CAES. T. DIVI VESP. F. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII. REST. Arcus triumphalis. Nummus est ex ære magno, in Cimelio Sereniss. Ducis Sabaudiæ. Parem Tito triumphalem arcum merito suo decretum fuisse, qualis olim decretus est Claudio Druso ob victoriam Germanicam, hic nummus admonet: restitutamque in Tito Drusi virtutem & gloriam. Est inter Titi nummos unus apud Occonem, pag. 164. in quo quadrigæ triumphales.

TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS IMP. VIII. capite laureato. .)(. IMP. T. CAES. DIVI VESP. F. AVG. REST. In medio, SC. Est ex ære mediocri. In alio, qui aureus est, Dea sedens, dextra hastam, læva ramum tenet. Vidimus olim in Cimelio Illustriss. Colberti.

TI. CAES. DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. P. XXIIII. CIVITATIBVS ASIAE RESTITVTIS. Tiberius sedet laureatus, dextra pateram, læva hastam puram tenet. .)(. IMP. T. CAES. DIVI VESP. F. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII. In medio, REST. SC. In Thesauro Regio: & apud Patin. in Sueton. pag. 178.

IVSTITIA. Caput Justitiæ, quale in nummo Tiberii Augusti. .)(. IMP. T. CAES. DIVI VESP. F. AVG. REST. In media nummi area, SC. Est ex ære mediocri, in Museo nostro: Ubi & alterum Tiberii ipsius inscriptum pariter, IVSTITIA: & in antica nummi parte, TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVG. P. M. TR. POT. XXIIII. SC.

PIETAS. Caput velatum Pietatis, quale in nummo Drusi Cæsaris Tiberii F. .)(. IMP. T. CAES. DIVI VESP. F. AVG. REST. In media area, SC. Est ex ære mediocri in Cimelio D. FOVCAVLT. Alter huic similis in Cimelio P. CHAMILLART, habet in ambitu hanc epigraphen, duplici versu: IMP. T. CAES. DIVI VESP. F. AVG. P. M. TRIB. P. COS. VIII. RESTITVIT. Ibidem & in Museo nostro, ex ære mediocri pariter est alter iste: DRVSVS CAESAR TI. AVGVSTI F. TR. POT. ITER. In medio, SC. In altera nummi parte, PIETAS, capite Pietatis velato. Pietatis nomine intelligimus reverentiam erga parentes ac fratres, ex qua domi Concordia nascitur. Itaque ut priore nummo Justitiam Tiberii, sic altero Drusi pietatem restituisse Titus perhibetur. Eodem sensu Pietas occurrit apud Horatium, libro 1. epist. XIV. v. 6.

Me quamvis Lamiæ PIETAS & cura moratur
Fratrem mœrentis.

DRVSVS CAESAR TI. AVG. F. DIVI AVG. N. capite nudo. .)(. IMP. T. CAES. DIVI VESP. F. AVG. REST. In medio, SC. Est ex ære mediocri, in Museo nostro, & in Cimelio P. CHAMILLART.

GERMANICVS CAESAR. .)(. IMP. T. CAES. DIVI VESP. AVG. F. REST. In medio, SC. Est ex ære mediocri.

AGRIPPINA M. F. MAT. C. CAESARIS. AVG. .)(. IMP. T. DIVI VESP. F. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII. In medio, SC. Est ex ære magno in Thesauro Regio. Commendabilis inprimis hæc fuit Agrippina, Marci Agrippæ ter Consulis filia, conjux Germanici Cæsaris, mater Caji Cæsaris Germanici Aug. quem Caligulam posterior longe ætas ficto nomine appellavit. Hujus MEMORIAE AGRIPPINAE SPQR carpentum decrevit, ut nummi testantur. In nummo Emporiarum Hispaniæ, pingitur ipsa sub effigie Palladis armatæ, cum hac epigraphe, CO. G. C. M. A. *Conjux Germanici Cæsaris, Mater Augusti.* In nummis Græcis, ΘΕΑ ΑΓΡΙΠΠΕΙΝΗ. In Achate Tiberiano stat & ipsa capite laureato: quoniam providendo annonam exercitui, ut simile veri est, quasi MATER CASTRORVM (qui titulus aliis postea datus est) vincendi causa Germanico marito suo, Populoque Romano fuerit. Hujus igitur providentiam restituisse Titus hoc nummo dicitur. Inter Titi nummos unus inscriptus est, ANNONA

NA AVG. alter CERES AVGVST. In Thesauro Mediceo, PROVIDENT. AVGVST.

TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P. capite laureato. .)(. S C. Pallas vibrat hastam. IMP. T. VESP. AVG. REST. Est in Museo nostro, ex ære mediocri. Belli peritiam, quæ in Claudio summa fuit, (nam idcirco in nummis dicitur fuisse saltem IMP. XVII.) restituisse Titus hoc nummo perhibetur.

TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P. capite laureato. .)(. SC. Spes. IMP. T. VESP. AVG. REST. Est ex ære magno, in Museo nostro. Et inter Titi nummos unus est cum simili Spei typo, apud Occon. pag. 164.

SER. SVLP. GALBA. .)(. IMP. T. VESP. AVG. P. M. TR. P. VIII. REST. In medio, SC. Est ex ære magno.

SER. SVLP. GALBA. .)(. IMP. T. AVG. VESP. REST. Dea Libertas stat. Est ex ære mediocri. Libertatis publicæ assertorem, qualis Galba fuit, in Tito restitutum, hoc nummo docemur. Est in Museo nostro ex ære magno Galbæ nummus, SER. GALBA IMP. CAES. AVG. capite laureato: in altera parte, LIBERTAS PVBLICA, cum typo Libertatis, & SC. Et in Thesauro Regio Græcus alter inscriptus, ΕΛΕΥΘΕΡΙΑ. Vespasiano autem, quicum Titus in administrando imperio conjunctam operam contulit, nummos inscripsit SPQR. ADSERTORI LIBERTATIS PVBLICAE. Quæ laus propterea & in Titum merito convenit.

SER. GALBA IMP. CAES. AVG. .)(. IMP. T. VESP. REST. SC. Dea stolata stans, dextra spolia comburit, læva cornucopiæ tenet. Ex ære mediocri. Aliquod beneficium a Tito collatum Populo Romano, simile ei quod in nummo Galbæ commemoratur, sic inscripto, XXXX REMISSA, *Quadragesima remissa*, cum viro ferente spolia, apud Spanhem. pag. 797. restituisse Titus hoc nummo dicitur.

IMP. OTHO CAESAR AVGVST. TR. P. .)(. IMP. T. AVG. REST. SC. Ipse paludatus & galeato capite, dextra elata, hastam læva tenet. Est in nummis Arschotanis. Sapientiæ, providentiæ, ac virtutis bellicæ exemplum dedisse Othonem in Orientis regimine, nummi ejus omnes declarant ex auro & argento, in Narbonensi provincia cusi. Hæc virtutum exempla, atque ipsummet restituisse Othonem Titus hoc nummo dicitur.

M. OTHO CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P. .)(. T. CAES. DIVI VESP. F. AVG. REST. In medio nummo SC. Est in Thesauro Sereniss. Ducis Parmensis, teste Viro eruditissimo P. Pedrusio, e Societate IESV. Hactenus nummi, in quibus restituisse Titus perhibetur, atque in se collegisse virtutes ac dotes priorum ante se Principum.

DOMITIANVS CAESAR.

DIVVS AVGVSTVS PATER. .)(. IMP. D. CAES. AVG. REST. SC. Victoria gradiens, dextra clypeum tenet, in quo SPQR. Est ex ære mediocri. Decretum Domitiano, ut olim Augusto, a SPQR clypeum argenteum, ob victoriam reportatam, testis hic nummus est. Et est nummus Augusti eximius ea de re, in famil. Rom. pag. 174. cum hac epigraphe, CAES. AVG. CONS. S. C. OB. RP. CONS. *Cæsari Augusto Conservatori suo, Clypeum ob Rempublicam constitutam dedit.* Et inter Domitiani nummos unus est, in quo Victoria gradiens, dextra clypeum tenet, iisdem inscriptum litteris. SPQR.

DIVVS AVGVSTVS PATER, capite laureato. .)(. IMP. D. CAES. AVG. REST. SC. Aquila Romana orbi Romano insidens. Ex Patino, pag. 52. & ex ære magno apud D. FOVCAVLT.

M. AGRIPPA L. F. COS. III. capite cincto corona rostrata. .)(. IMP. D. AVG. REST. SC. Neptunus cum delphino & tridente. Est apud Patinum, pag. 59. & apud D. FOVCAVLT, ex ære mediocri. Venisse Domitianum adhuc Cæsarem in partem victoriæ navalis, quæ est in Tito commemorata, nummus testatur, quem Mediobarbus profert e Museo suo, pag. 129. inscripto pariter, VICTORIA NAVALIS: in antica parte, CAES. AVG. F. DOMITIAN. COS. II. Sed victoria navalis alia videtur hoc nummo designari, quam Domitianus idem retulerit, jam Augustus.

NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS IMP. capite nudo. .)(. CAES. AVG. F. DOMITIAN. COS. V. REST. Arcus triumphalis, in cujus fronte legitur, DE GERM. Est ex ære magno. Ut Nero Claudius Drusus, sic Domitianus de Germanis triumphasse, hoc nummo perhibetur. Quapropter & in nummis aliis GERMANICVS appellatur: & alii habent, GERMANIA CAPTA.

TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. IMP. VIII. capite laureato, .)(. IMP. D. CAES. DIVI VESP. F. AVG. REST. In medio nummo, SC. Ex ære mediocri, in Museo nostro.

DRVSVS CAESAR TI. AVG. F. DIVI AVG. N. capite nudo. .)(. IMP. D. CAES. DIVI VESP. F. AVG. REST. In medio nummo, SC. Ex ære mediocri, apud Angeloni, pag. 39.

GERMANICVS CAESAR. .)(. IMP. DOM. CAES. DIVI VESP. F. AVG. REST. In medio nummo, SC. Est ex ære mediocri apud D. FOVCAVLT.

TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P. capite nudo. .)(. IMP. D. AVG. REST. In medio, SC. cum effigie Palladis. Est ex ære mediocri, apud D. FOVCAVLT.

NERVA CAESAR.

DIVVS AVGVSTVS. Capite radiato. .)(. Orbis Romanus, temone superposito. IMP. NERVA CAES. AVG. REST. SC. In gubernando orbe Romano Augusti prudentiam restituisse Nerva hoc nummo dicitur: quod & subsequentes nummi significant. Est apud Angeloni, Tab. 25. & ex ære magno apud D. FOVCAVLT.

DIVVS AVGVSTVS. Capite radiato. .)(. Ara Providentiæ. IMP. NERVA CAESAR AVG. REST. SC. Apud Patinum, pag. 52.

DIVVS AVGVSTVS. capite laureato. .)(. IMP. NERVA CAESAR AVGVSTVS REST. In ipsa media nummi area, SC. Est ex ære magno in Museo nostro.

DIVVS AVGVSTVS. Capite nudo. .)(. IMP. NERVA CAESAR AVG. REST. Aquila Romana alis expansis insistit fulmini. Est ex ære magno apud Angeloni, loco citato.

TRAIANVS IMP.

Non ille priores solummodo Cæsares, sed & viros insignes e vetere Republica restituisse sive repræsentasse dicitur, & multos quidem. Ab his igitur ordiamur.

LIBERTAS. Caput Libertatis. .)(. BRVTVS. Ille nimirum, qui post exactos Urbe reges primus Consul fuit. Togatus incedit inter lictores duos, qui secures humeris gestant. In ambitu nummi, IMP. CAESAR TRAIAN. AVG. GER. DAC. P. P. REST. A Trajano æque atque Bruto assertam fuisse Populi Rom. libertatem, hic nummus argenteus docet, apud Patin. in Sueton. pag. 62.

COCLES. Victoriæ caput galeatum. Retro, denarii nota, X. .)(. IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P. P. REST. Infra, ROMA. Est argenteus apud Patin. in familia Horatia, pag. 121. Hujus utriusque nummi testimonio in primis egregie refelluntur ii, qui ea voce REST. monetam prioris alicujus Principis restitutam volunt intelligi: siquidem nec e Principibus Cocles fuit, nec suo nomine signatum vidit nummum aliquem aut Brutus, aut Cocles. Nam argentum non est Romæ signatum, teste Plinio, ante annum V. C. CCCCLXXXV. Virtutem igitur Coclitis in Trajano restitutam, hic nummus

mus significat: similemque victoriam a Trajano de hostibus Populi Rom. atque olim a Coclite reportatam, *cum hostes a ponte Sublicio solus arcuisset*, ut Plinius narrat, libro XXXIV. sect. XI. quo nomine prima ei statua Romæ publice decreta est, teste eodem, sect. XIII. Est inter nummos Trajani, unus inscriptus, SPQR OPTIMO PRINCIPI. VIRTVS AVGVSTI. TIGRIS. In quo pons Tigri fluvio impositus.

Caput Solis radiatum. .)(. L. LVCRETI. In Lunæ crescentis medio, TRIO. Septem planetæ. IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P. P. REST. Est argenteus apud Patinum, in famil. pag. 160.

Caput Mercurii alatum: retro, caduceus. .)(. C. MAMIL. LIMETAN. Ulysses peregrinantis habitu, pileo tectus, a cane agnitus, ut apud Homerum refertur. IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P.P. REST. Est argenteus apud Patin. in famil. pag. 163.

Caput Palladis, galeatum. .)(. Duo gladiatores pugnant, cum gladiis & clypeis; tertio humi dejecto. Q. THERM. M. F. ut describitur a Patino, in famil. Minucia, pag. 179. Sed in ambitu scriptum est: IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GERM. DAC. P.P. REST. Argenteus est, quem vidimus apud Abb. Mezzabarbam.

Caput Concordiæ velatum. DOS. hoc est, Dossennus. .)(. Currus triumphalis, vectus quadrigis: e curru Victoria coronam porrigit. Infra, L. RVBRI. In ambitu, IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P.P. REST. Argenteus ibidem, pag. 242.

MARCELLINVS. capite nudo. Retro, crus tergeminum, Siciliæ typus. .)(. MARCELLVS COS. QVINQ. *Consul quinquies.* Templum. IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P.P. REST. Argenteus, ibidem, pag. 87. Trajanum Augustum, Siciliæ patronum esse, ut olim Marcellinus fuit: cujus in familia Marcellus, qui Syracusas cepit, quinquies gessit Consulatum: ut erat Trajanus Consul quintum, cum hic nummus cuderetur; testatur hæc epigraphe.

Caput Concordiæ vel Pietatis. .)(. Q. CORNVFICI. AVGVR IMP. Dea capite tecto pelle caprina, cum clypeo lauream coronam imponit stanti Cornuficio, & stolato, lituum auguralem gerenti. In ambitu: IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P.P. REST. Argenteus ibidem, pag. 93. Pellis caprina eam Africæ partem denotare videtur, quæ est circa Syrtes, quoniam ibi capræ sunt, teste Plinio, villo tonsili celebratæ.

Q. CASSIVS. Caput Vestæ velatum. VEST. .)(. Templum: hinc urceolus: inde tabella, in qua litteræ AC. In ambitu, IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P.P. REST. Argenteus ibidem, pag. 67.

Caput Pietatis, cum ciconia, quæ & ipsa symbolum Pietatis est erga parentes & patriam: sine epigraphe. .)(. IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P.P. REST. Elephas, quod est insigne Metellorum, ex quo L. Metellus Pontifex, primus elephantos in triumpho duxit. In imo nummi margine, Q.C.M.P.I. *Quintus Cæcilius Metellus Pius Imperator.* Sententia hujus nummi est, Trajanum Cæsarem, tametsi ex gente Piorum non esset, tamen Pietatem illius Metelli erga patriam excitatis publicis ædificiis restituisse ac repræsentasse, quæ quasi extincta ex illo tempore videbatur; ob quam ille Metellus omnium primus *Pii* cognomen adeptus est, transmisitque ad posteros. Nummum hunc rarissimum ac sane perpulcrum Patinus edidit, in Thesauro Numismatum, pag. 37.

C. IVLIVS CAESAR IMP. COS. III. capite nudo. .)(. IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P.P. REST. Dea stans innixa columnæ, galeam dextra tenet, læva hastam. Aureus est ibidem, pag. 119. Restituisse Trajanus dicitur securitatem Reipublicæ, (nam ille typus Securitatis est,) qualis fuit olim Consulatu tertio Julii Cæsaris.

DIVVS IVLIVS. Capite nudo. .)(. IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P.P. REST. Victoria cum caduceo quem dextra gerit: ad pedes, serpens, Asiæ symbolum. Aureus est.

Caput Pietatis. .)(. CAESAR. Vir nudus egenum portat lævo brachio, dextra Palladium. In ambitu nummi, IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P.P. REST. Palladium cum egeno, curam Julii Cæsaris ac Trajani indicat, in invalidis egentibusque militibus alendis, excipiendisque in Prochotrophio militari, in quo Pallas belli Dea coleretur. Hæc enimvero digna Principe pietas est. Argenteus ibidem, pag. 62.

CAESAR AVGVSTVS DIVI F. PATER PATRIAE. capite laureato. .)(. IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P.P. REST. Crocodilus. Aureus est, e Thesauro Regio.

CAESAR COS. VI. capite laureato. .)(. AEGYPTO CAPTA. Crocodilus. In ambitu: IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P.P. REST. Aureus est & iste in Thesauro Regio. Sub Trajano rebellantem Ægyptum, ut olim sub Augusto, nunc domitam compressamque, silentibus licet historicis, hic nummus geminus asseverat: ut & alii Trajani pariter inscripti nomine, & verbo AEGYPTOS cum sphinge, apud Occonem, pag. 204. vel NILVS, ibidem.

AVGVSTVS COS. XI. capite laureato. .)(. M. AGRIPPA COS. TER. COSSVS LENTVLVS. Caput Agrippæ, cinctum corona rostrata. IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P.P. REST. Argenteus est, apud Patin. in famil. pag. 92. Felicitatem anni illius, quo Augustus fuit Consul XI. & Agrippa ac Lentulo consiliariis utebatur, restituisse Trajanus dicitur.

TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS IMP. VIII. .)(. IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P.P. REST. Aureus est, quem vidimus olim in Cimelio Illustr. COLBERTI. Pietas sedens, dextra hastam, læva ramum oleæ tenet.

TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P.P. capite laureato. .)(. CONSTANTIAE AVG. Dea sedens, dextra pateram tenet, læva cornucopiæ. IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P.P. REST. Aureus est in Thesauro Regio.

DIVVS CLAVDIVS AVGVSTVS. capite laureato. .)(. IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P.P. REST. Dea sedens, ut proxime, dextra pateram, læva geminum cornucopiæ gerit. Aureus & hic est in Thesauro Regio.

DIVVS VESPASIANVS. capite laureato. .)(. IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P.P. REST. Fulmen impositum mensæ. Aureus apud Sueton. pag. 402.

T. CAES. VESPASIANVS AVG. capite laureato. .)(. IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P.P. REST. Templum. Nummus est hic aureus.

T. CAES. VESPASIANVS AVG. capite laureato. .)(. IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P.P. REST. Sella curulis, cui fulmen impositum. Aureus pariter.

DIVVS TITVS. Capite nudo. .)(. IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GER. DAC. PP. REST. Sella curulis, cui fulmen impositum est. Aureus e Cimelio D. FOVCAVLT.

DIVVS NERVA. Capite laureato. .)(. IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P.P. REST. Imp. sedens in curru bigis elephantorum tracto, quibus totidem sessores insident. Aureus est in Thesauro Regio. In alio sunt dexteræ duæ junctæ, quod est Concordiæ symbolum.

M. ANTONINVS, & L. VERVS

ANT. AVG. IIIVIR RPC. *Antonius Augur, Triumvir Reipublicæ constituendæ.* .)(. LEG. VI. ANTONINVS ET VERVS AVG. REST. *Antoninus & Verus Augusti restituerunt.* Aquila legionaria, inter duo

duo signa cohortium. Est argenteus in Cimelio D. FOVCAVLT, apud Occonem pag. 34. & apud Patinum in famil. pag. 29. Legio Antonini & Veri idem virtutis bellicæ specimen edidisse dicitur, ac legio sexta olim Antonii Triumviri; vel utriusque Augusti sumptibus legionem eam restitutam.

Hactenus nummi illi, quos videre nobis licuit, cum ea voce REST. Tu, Vir Erudite, si plures noveris, libenter imperti, & Vale.

JUDICIUM VIRI ILLUSTRIS D. DE PEIRESC,

olim Senatoris Aquisextiensis, De Temporibus Constantinianis.

COronidis vice adjiciendum hoc loco visum est judicium viri sæculo superiore celebratissimi in omni genere eruditionis, de Temporibus Constantinianis, & de scriptoribus rerum illa ætate gestarum. Descriptum illud est ex ejusdem epistola, cujus exemplar ipse retulit in Collectionem Numismatum MS. pag. 665. Ea collectio nunc est penes D. Joannem Vaillant, e Regia Academia Inscriptionum ac Numismatum, D. Joannis Vaillant, Antiquarii, dum vixit, celeberrimi filium.

RE'PONSE AU SIEUR D'AVIRON.

Le discours sur l'inscription, BEATA TRANQUILLITAS. VOT. XX. *qui se trouve ez médailles de Constantin le Grand, & de Crispus, & de Constantin le jeune ses enfants, est accompagné de tant d'érudition & de si curieuses recherches & observations, qu'on ne le sçauroit lire sans un singulier plaisir . . . . . .* *MAIS PAR MALHEUR LES HISTORIENS DE CE SIECLE LA SONT SI CONTRAIRES EN LEURS FAICTS, ET SACCORDENT SI MAL, PRINCIPALEMENT EN CE QUI EST DES EPOCHES, qu'il est bien difficile & presque impossible d'y asseoir aucun fondement certain: tant il y a des diversité aux nombres, des uns aux autres, & de prochronismes d'un, de deux, & par fois de trois, & quatre ans, de plus ou de moings. Soit que la faute vienne des Escrivains & Copistes qui ont mal lû, & mal transcript leurs écripts,* *OU DES AUTEURS MEMES QUI AIENT EU DE MAUVAISES INSTRUCTIONS, QUAND ILS LES ONT COMPOSEZ.*

Il n'y a point de plus certaine preuve QUE CELLE QUI SE TIRE DES MEDAILLES (qui étoient monoyes publiques, BATTUES AVEC COGNOISSANCE DE CAUSE, ET QUI PEUVENT TENIR LIEU DE VRAIS REGISTRES DU TEMPS.) quand les choses dont on recherche la verification s'y trouvent suffisamment representées, &c.

Et pag. 657. *L'authorité d'Eusebe pour les promotions voisines des decennales*, XX. *&* XXX. *inconsiderable, tant parce qu'il se contredit lui-même* &c.

INDEX

EARUM PRÆCIPUE RERUM, in quibus nummi antiqui dissidere possunt videri à scriptoribus rerum Romanarum, & Byzantinarum, atque Ecclesiasticarum. Prior numerus paginas, posterior columnas notat.

Sss 4

Con-

PERMISSIO.

EGO PETRUS DOZENNE, Præpositus Provincialis Societatis JESU in Provincia Franciæ, permitto, ut P. Joannis Harduini ex eadem Societate liber inscriptus, *Chronologiæ ex nummis antiquis restitutæ specimen primum, Numismata sæculi Constantiniani*, in quo nihil esse quod fidei Catholicæ, vel bonis moribus contrarium sit, testati sunt Theologi tres e Societate nostra, typis edatur. Biturigibus, die 17. Augusti, 1696.

PETRUS DOZENNE



JOANNIS

JOANNIS HARDUINI
SOCIETATIS JESU PRESBYTERI,
CHRONOLOGIA
VETERIS TESTAMENTI,
Ad Vulgatam Versionem exacta,
ET NUMMIS ANTIQUIS SUBINDE ILLUSTRATA:

Chronologiæ ex nummis antiquis restitutæ Specimen alterum.

CONTEXENDÆ veteris Testamenti Chronologiæ difficultas, ex duobus præsertim capitibus, nostra quidem sententia, proficiscitur. Nam vel ea ex profanorum scriptorum varietate, inscitia, perpetuaque inter se pugna ac dissensione oritur; quos tamen eruditus quisque dat operam, ut & secum ipsos & cum sacris litteris conciliet; excogitatis in eam rem variis rationibus, & (ut appellant) systematis atque hypothesibus: vel eadem ex codicum Græcorum veteris Testamenti a Latinis atque Hebræis, in ipsis annorum notis, incredibili discrepantia nascitur. Ne nobis autem ac labori nostro, ipsique veritati, cui studemus uni, alterutrum ex iis capitibus detrimento sit, in præsenti lucubratione cavemus. Nam primum quidem, e scriptoribus antiquis, Herodotum unum, Pliniumque, in medium testes adducimus: alterum, historiæ parentem, ut viri periti suo illum merito nuncupant: alterum, non naturæ modo diligentissimum scrutatorem, sed etiam temporum studiosum indagatorem, & scriptorem perquam accuratum. Adjicimus subinde veteres nummos, quorum testimonio afferri humanum certius nullum potest: cælestes quoque siderum observationes, ubi opus est; non incertas quidem, aut temere proditas, sed a nobis ipsis probe exploratas. Quæ quidem omnia, si & inter se concinant atque concordent, & cum sacris deinde litteris; nihil esse profecto videtur, quod desiderari possit amplius.

Atqui cum Herodoti narratione, hoc est, cum ea descriptione temporum, quam ille instituit, ea mirifice congruunt, quæ sacræ litteræ prodiderunt, de Aphrie & Necao Ægypti regibus, de Medorum initio, de Cyri gemino exordio, in Media scilicet atque Babylonia; de LXX annis Babylonicæ captivitatis in primum Cyri: de LXX denique annis desolationis Templi, in secundum Darii annum desinentibus. Cum Plinio quoque de Lydorum Medorumque initiis, de Alexandri Magni ætate, aliisque capitibus. Ceteris igitur scriptoribus interim valere jussis; sive quod sunt omnes Herodoto posteriores; sive quod longe minus accurati, quam vel ipse vel Plinius est; sive demum, quod nonnullos eorum meros esse fabulatores propemodum in confesso est apud eruditos; his (inquam) duobus, Herodoto Plinioque, stamus: quorum mirificum esse consensum in notatione temporum cum sacris litteris deprehendimus: ut in hac quoque causa valeat illud Mosis, & Christi deinde Servatoris, Paulique effatum; *in ore duorum aut trium testium stet omne verbum.*

Enimvero, præterquam quod si qui Ctesiam, Diodorum, similesque fabularum narratores Herodoto Plinioque anteponunt, ii palam faciunt, se nec ullum habere gustum in probis scriptoribus æstimandis, secernendisque a vili grege; & laborare etiam anticipatis opinionibus: quid est aliud, amabo, infinitos (ut fere fit) proferre testes inter se dissentientes, quam & operosas instituere ac litigiosas infinitasque disputationes; & ex vetustis fabulis novas in dies cudere; dum iisdem scriptoribus inter se conciliandis alius aliam excogitat viam, indulgetque novis sed incertis admodum conjecturis? Huic igitur ut occurratur malo, duos ex infinito numero scriptores seligimus, omni exceptione majores; eoque pluris faciendos, quod & inter se ipsi, ut diximus, & cum divinis codicibus in successionibus regum & ratione temporum egregie conspirent atque consentiant.

Divinos autem codices cum dico, (nam id alterum caput est;) eam intelligo, quæ Versionis Vulgatæ nomen habet. Hanc enim esse sacram & authenticam Synodus Tridentina definiit, sessione quarta; hoc est, ut eruditi viri & Catholici interpretantur, omni-

omnino in sententiis congruentem cum primigenia scriptura: cui proinde eadem habenda sit fides ab omni fidelium cœtu, atque ipsi exemplari, si adesset, θεοπνεύστου scriptoris manu exarato. Synodum ipsam abnegat, hoc quisquis negat. Negat autem profecto, quisquis mendum subesse in plerisque numeris annorum illorum affirmat, qui subinde notantur in libris historicis. Atqui vetat eadem Synodus, ne quis Vulgatam translationem *reiicere quovis prætextu audeat vel præsumat*. Quid autem est, Græcam prætendere, ac veriorem putare, quæ nunc quidem circumfertur; si non istud Latinam ac vulgatam hoc quæsito *prætextu* reiicere est? Quod si centies nutat Vulgatæ editionis fides in annis consignandis, uti ponunt ii, qui Græcos codices his præstare aiunt; si nullus fere, in Pentateucho præsertim, numerus integer ac sanus est; si summa ex numeris collecta aberrat a vero calculo annis amplius millenis; quam illa tandem cum tot mendis vel mendaciis reverentiam mereatur? quam fidem? Atqui illam Tridentina Synodus reliquis anteponit: haberi igitur optimam voluit: aut certe (quod vel cogitare impium est) imprudens Ecclesiæ delectus fuit. Quid quod Petrus Paceccus, Episcopus Giennensis, vir eruditus in primis, in ea Synodo censuit repudiandum penitus esse textum Græcum, qui LXX interpretum appellatur, teste Palavicino, libro VI. hist. Conc. Trid. cap. XV. n. 1. Cujus opinioni, credo, Patres subscripsissent; si de quibuscumque sacræ scripturæ translationibus judicium tunc ferendum fuisset; ac non de ea solum tunc pronunciandum foret, quam Ecclesia Romana pro authentica haberi vellet, habuissetque semper; dilato de ceteris judicio.

Quidni enim hoc facerent, qui probe scirent, non modo (id quod est notum omnibus) quam enormiter tum in numeris annorum, tum in ipsis quoque sententiis, propemodum singulis versibus, distent ab Hebræis Latinisque Græca exemplaria; verum etiam quam audacter auctores illius versionis prophetias saltem præcipuas de Christo Servatore expunxerint, quæ sunt in Hebræis Latinisque libris? Nam quod legitur, exempli gratia, Agg. 2. 8. *Et veniet desideratus cunctis gentibus*; ipsi sic perverterunt; καὶ ἥξει τὰ ἐκλεκτὰ πάντων τῶν ἐθνῶν, *& venient electa e cunctis gentibus*. Dan. IX, 26. *Occidetur Christus*, ipsi reddunt, ἐξολοθρευθήσεται χρίσμα, *peribit unctio*, sacerdotalis nimirum, ut credi voluerunt. Denique (ut alia præteream) Gen. XLIX, 10. *Donec veniat qui mittendus est*; sic ipsi immutarunt; ἕως ἐὰν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ, *donec veniant quæ reposita sunt ei*. Quis ergo jure miraretur eos ab Ecclesia repudiari codices, quorum auctores Christum ipsum Servatorem repudiasse de industria plane videntur, & ex libris propheticis sustulisse?

His adde judicium sacræ Congregationis Indicis, quæ *caute legendum* admonuit Juliani Toletani librum adversus judæos, ubi codices Græci præferuntur Hebræis in numeris annorum. *Nam certum est*, inquit sacra Congregatio, *ECCLESIAM CATHOLICAM in Editione Vulgata approbare annorum rationem, quæ est in codicibus Hebræis. Gen. 5. & XI. cum Vulgata egregie Hebraico fonti consentiat in enumeratione & supputatione temporum.* Ergo *Ecclesia Catholica* computationem annorum, qualis est in Græcis libris, omnino non approbat. An enim comprobare potest computationes temporum duas tam inter se pugnantes, quam sunt numeri annorum, quos vixisse Patriarchæ dicuntur, gemino illo Geneseos capite, V. & XI. in Hebræo Græcoque exemplari? Et Antonii le Conte, Bituricensis Doctoris Notas in Nicephorum CP. censura perstrinxit eadem sacra Congregatio ob eamdem causam. *Contius*, inquit, *dum nimio studio Septuaginta Interpretum translationis Chronologiam tuetur, NON VIDET se INCAUTE Hebraici fontis & Vulgatæ Editionis Chronologiam LABEFACTARE.* Spernit ergo sacræ Congregationis & *Ecclesiæ Catholicæ* judicium, nec Censuram metuit alterutrius, quisquis Chronologiam ex ea supputatione adornat, quæ est in Græcis libris: sive *non videt incautus*, sive (quod pejus est) videt, hoc dum facit, Vulgatæ Editionis Chronologiam se labefactare, deterioremque Græca, quam neglexit Ecclesia Catholica, profiteri: quo quid est turpius dictu? quid insanius? Avertat Deus semper a nobis saltem, ut hactenus fecit, hoc est, a Scriptoribus Societatis nostræ, hanc amentiam. Quid plura? Assentimur Simonio, dicenti in Critica Veteris Testamenti, pag. 237. *La Version des Septante étoit déja corrompuë avant les plus anciens Peres.* Hoc est, depravata Versio ea fuit, priusquam antiquissimi Patrum quidquam scriptis proderent, quod etiamnum supersit. Et Lud. Capello etiam, quamvis heterodoxo, aienti in Critica sacra, pag. 483. probasse se in quadam dissertatiuncula, *varios locos, quos Apostoli e prophetis citant, ex Apostolorum scriptis in versionem Græcam ad verbum illatos esse, non (ut vulgo creditur,) ita primum ab Apostolis e versione Græca verbatim prolatos.*

Quod si nostrum quoque judicium interponere in re tanta licet; non verebimur affirmare, videri nobis Vulgatum interpretem, non modo Hebraicæ linguæ, rituumque Judaicorum, ac totius Ecclesiasticæ traditionis callentem in primis; qui sacras litteras tam accurate interpretatus sit eo tempore, quo lingua Hebræa punctis careret, uti caret adhuc Samaritica: sed etiam vere θεόπνευστον hominem, aut certe singulari Numinis favore sic in scribendo adjutum, nihil ut ab homine mortali quoquam fieri possit æque elaboratum: usum denique eumdem esse Hebræis quidem codicibus multo emendatioribus, Græcis vero longe aliis, quam qui nunc versantur in manibus: uti fere præfatio admonet, quæ est præfixa Bibliis jussu Clementis VIII.

Dicant, amabo, qui secus sentiunt, undenam Latinus interpres quosdam Psalmorum titulos hauserit, quibus Hebræus caret contextus, quos Græci pariter codices aut minime repræsentant, aut interpolatos habent; si non est ea facta translatio, priusquam tales essent Græci Hebræique codices, quales nunc sunt; atque adeo ante multo quam Origenes, aliique scriberent?

Si non est Vulgata Editio vetustior, sanctior, venerabilior, quam Græca, quæ nunc teritur, aut Samaritica; ac si ex Hebræo exemplari, quod nunc circumfertur, tota translata est; ut alia nunc præteream argumenta, cur, amabo, scriptores omnes omnino, cum Psalmum aliquem indicant quotus numero sit, sive Commentarios edant in Psalmos, sive locum aliquem e Psalmis exscribant; cur scriptores, inquam, omnes omnino, etiam Græci, omnibus locis ac temporibus, ab ipso Justino Martyre, qui obiisse ponitur anno 154. usque ad Euthymium Zigabenum, qui obiisse exstimatur circiter annum 1116. eo numero Psalmos indicant, qui in editione Vulgata singulis præfigitur, neglecto Psalmorum calculo, qui est in exemplaribus Hebræis, Græcis, Samariticis? Sic enim post Justinum etiam Origenes fecit, sic Athanasius, Eusebius, Basilius, Chrysostomus, Theodoretus; universi demum, nemine excepto vel uno. Sed de hac quæstione dicendum nobis erit alias, Deo juvante, paulo prolixius.

Hebræis certe codicibus, ut nunc sunt, nulla legitima auctoritas reverentiam conciliat, integritatemve adserit, una excepta traditione Judæorum; cui nemo profecto Catholicus eam auctoritatem post Christi necem adscribat, quæ falli non possit. Erratum quidem in numeris Hebraïcis, Gen. VIII, 4. in descriptione diluvii suo loco ostensuri sumus: Quod si verum est, & illud quoque (opinor) simil-

limum

limum veri videbitur, quod certum esse arbitramur; emendatiores secutum codices Vulgatum interpretem, legisse similiter Gen. XLIX, 10. שלוח, *qui mittendus est*; ubi nunc vox nihili שילה occurrit, proclivi admodum permutatione litteræ ח in affinem ה. Præsertim cum ad hunc locum respexisse Joannes videri possit in Evangelio, cap. IX, 7. cum scriberet; *Lava in natatoria Siloë, quod interpretatur Missus.* Est enim *Siloë* שלוח *missus*, & *qui mittendus est*, Christi propria appellatio. Neque istic modo, sed & in Psalmo XXI. כארי pro כארו, ut notum est, atque alibi, similia Hebræi codicis menda viri inter Catholicos periti agnoscunt: sed pauca sane, & levia, eademque exscribentium magis incuria, ut videtur, quam pravo inducta consilio.

At Calviniani e diverso, aliique omnes hæretici, negant præfracte ullam in Hebræum contextum labem vel minimam irrepsisse: Vulgatamque interpretationem, præ Hebræis fontibus, ut appellant, Græcisque, parvipendunt. Cur autem? Quoniam videlicet ita facere, e re sua esse intelligunt. Nam si jus illud Ecclesiæ esse fateantur, ut possit authenticam & sacram aliquam interpretationem pronunciare; consectarium ex eo erit illico, idoneam eamdem ac legitimam esse veri sensus scripturæ sacræ interpretem ac judicem; quippe quem illa subesse huic interpretationi, contestari pro suo jure possit. A qua quidem opinione longissime omnis abhorrebit hæresis, quæ suis rebus consultum velit.

Quod si humanis etiam decertare rationibus juvat; annon hoc singularis providentia Numinis efficere potuit, ad tuendam ab omni errore vel interpolatione Vulgatam scripturam; quod sola hominum sollicitudo præstat in Alcorano; ut de Hebræo sacræ scripturæ codice sileam, quem Judæi quoque a plurimis sæculis servant illæsum, paucis admodum vetustissimisque mendis exceptis? Nam qua quis demum possit arte toti Mahometanorum genti falsos Alcorani codices obtrudere; quantumvis nondum alii sint, quam manu exarati? Et isto quidem argumento adversus Turcas invicte efficitur, non esse corruptum, interpolatumve, ut quidam ex ipsis mentiuntur, Novum Testamentum. Quid ita? Quoniam libri in secta qualibet religiosi & sacri, ex quo in communi hominum usu sunt, teruntur que omnium manibus, adulterari alicubi non possunt, quin ex similium collatione exemplarium fraus illico teneatur. Ex quo quivis acutus pariter intelliget in eo tantum tractu terrarum, eoque primum ævo, quo Græci codices non fuere in usu communi, interpolari eosdem tam fœde, quam nunc esse corruptos cernimus, aut tam diversas recipere lectiones potuisse. Quin etiam si quis hodieque velit esse improbus, cum editio Novi Testamenti Græca parari Oxoniæ dicitur; nec vereatur idem MS. unum alterumve penes se esse mentiri, ex quo variantes (ut appellant) lectiones transmittet in Angliam; haud dubie illæ in notas primum, deinde & in contextum inseri ab eo potuerunt, cui arriserint: Quoniam videlicet non est Græcus codex sub hoc cælo nostro in communi usu: a solis quippe eruditis teritur, quibus qua dixi arte, aliave, fingere in eo impune quod libet, facile est. At in Vulgatam si quid hujusmodi quisquam ausit, quis non statim & fraudem persentiat, & auctorem illico maledictis obruat? Huic igitur uni sacro integerrimoque textui Vulgato adhærescimus; ac deinde Hebræo etiam fonti; quoniam hujus cum illo, in annorum notatione, perpetua constansque consensio est: Græca translatione, quæ ab utroque nimium quantum dissidet, derelicta.

Si quis porro de Samaritanis codicibus obiter sententiam nostram roget; Pentateuchum quidem Hebræum credimus cum libro Josue, a Judæis ipsorum finitimis eo tempore fuisse mutatos, quo Babylonios, Cuthæos, vicinasque gentes Salmanasar Assyriorum rex in Samariam transtulit, tempore Ezechiæ regis Juda; Hebræa deinde lingua, charactere autem sibi peculiari; hoc est, Samaritico, librum utrumque descripsisse; tametsi Syriace illi, sive Chaldaice loquerentur: sicuti hodie mos est Judæorum, sive Constantinopoli, sive alibi in Europa degant, Græcum sermonem, Hispanicum, Germanicumve, Hebræo pingere charactere. De priscis autem Samaritis, seu colonis potius Samariæ, loquimur. Nam quod hodie Pentateuchum Samaritanum appellatur, recentis est fabricæ; quod *fictitium & factitium exemplar* merito appellat Simeon de Muis, vir apprime in hoc genere eruditus. In hoc enim Pentateucho ita temporum ratio digeritur, ut neque cum Hebræo congruat, neque cum Græco. A quibus autem inducti in fraudem hodierni Samaritæ fuerint; si tamen eodem illi in Samaria exemplari utuntur, ac non Hebræo potius puro ac sincero, sed suis, Arabicisve characteribus:) qui sint hujusmodi recentis Pentateuchi primi conditores, ariolari fortassis videbimur, si rem esse nobis exploratam dicamus. Illud interim in confesso est, vetustissimum exemplar Pentateuchi Samaritani, quod Morinus vidit, manu exaratum fuisse anno Christi MCCCCIV. Morino ipso teste; nec ullum aliud exstare multo vetustius. Samaritanos codices, qui nunc habentur, dum Grotius affirmat factos ex Græco Justiniani Imp. ævo, de re ipsa sat recte pronunciat; de tempore longe aberrat. Annos hodie Samaritani ab orbe condito usque ad præsentem annum, qui est post Christum natum MDCXCVII. numerant 6137. hoc est, ab orbe condito usque ad Christi natalem, annos 4440. ut ex epistolis duabus Sichemitarum intelligimus, datis ad Jobum Ludolfum anno 1685. Calculi hujusce ratio cum sit ignota prorsus, ab eruditis communi & conspirante consensu negligitur.

Jam quanta sit nummorum veterum auctoritas, in temporibus certo consignandis, nemo nisi qui harum rerum est omnino expers, ignorat. Horum autem incredibilis constansque consensus est cum libris duobus Machabæorum. Neque illic tamen solummodo nummorum suffragio utimur: verum etiam ad annos Regum Juda & Israël intelligendos usus est eorumdem maximus in hac lucubratione nostra; id quod res ipsa, ut spero, probabit. Sunt autem ii desumpti plerique e Thesauro Regio: e Cimelio deinde illustriss. Viri D. FOUCAULT, aliorumque, quos in opere de Numismatis Sæculi Constantiniani appellavimus.

His ergo muniti subsidiis Chronologiam Veteris Testamenti aggredimur; hoc est, tempora Judæorum in primis digerenda, usque ad excidium Templi sub Vespasiano. In qua lucubratione si profanæ quiddam historiæ subinde aspergimus, ne quis id frustra factum existimet. Nam vel necessario connexa cum ratione temporum, quæ sacri codices designant, ac necessaria prorsus ad eadem constabilienda proferimus; vel pauca quædam insignia, nec vulgo nota: ne plures abeant anni vacui, & expertes alicujus adnotationis.

Hoc interim profitemur, (quod jam alibi præfati sumus,) tametsi in hoc opere paucorum admodum scriptorum testimonio utimur ad faciendam fidem: tamen neminem unum a nobis velut supposititium repudiatum iri aliquando, aut ea nota inurendum esse; nisi quem nobis constiterit indubitatis argumentis, fidem eam labefactare conatum fuisse, quæ de Dei exsistentia, natura, & proprietatibus sive attributis; de tribus personis in unica simplici essentia realiter inter se distinctis; de Christo Deo homine; de sacramentorum numero, vi, & efficientia; de Episcoporum supra presbyteros prærogativa, ac proprio charactere; de ceteris religionis Christianæ capitibus, per traditionem ab Apostolis, & Catholicæ Ecclesiæ Episcopis, usque ad nos dimanavit.

Ita-

Itaque si quis fortassis adversum nos exserere stilum voluerit, ne ille nobis vetustos scriptores opponat, a quibus dissidemus; nam esse plurimos ultro confitemur; quibus quod minus quam libris sacris credimus, quis tandem jure reprehendat? Nam cur ab his dissideamus, hanc unam (ut dictum est) in præsenti causam afferimus, dilatis in aliud tempus ceteris; quod nemo eorum vel cum Vulgata sacræ scripturæ editione, hoc est, cum verbo Dei, quod unum agnosci sacrosancta Synodus Tridentina jussit; ac ne cum Hebræo quidem fonte consentiat. Quæ vel una ratio præstare debet, ut arbitramur, ne fraudi nobis sit, aut vitio vertatur, quod ceteros scriptores tantisper seponimus: iis autem constantissime adhærescimus, qui cum fidei nostræ regulâ mirifice consonant. Præsertim cum nulla prorsus Chronologiæ forma possit excogitari, quæ si Græcos sequatur codices, scriptoresque reliquos, qui negliguntur a nobis; suffragatores habere possit aut Herodotum Pliniumque, magistros historiæ ac veræ eruditionis: aut nummos antiquos, ac cælestes siderum observationes.

Quæ sit anni forma in Vetere Testamento.

HAS autem cum dicimus siderum observationes, tum defectus Solis ac Lunæ intelligimus, quos auctores probatissimi certis annis alligant; ex quo necesse sit hos ipsos annos haberi veluti quosdam Chronologiæ cardines: tum etiam Novilunia quamplurima, mensesque, & sabbata, quæ in sacris ipsis litteris subinde notantur; ex quibus pariter oporteat viros eruditos atque cordatos, qui præjudicatis opinionibus minime laborent, calculumque accurate subducant, statim animadvertere, quotus ille annus mundi sit, quem narratio quæque designat.

Enimvero annum ab ipsis rerum primordiis fuisse lunarem, solari per intercalationem mensis unius subinde exæquatum, Moses ipse satis aperte testatur; ubi luminaria duo refert a præpotente Deo in eum præcipue usum fuisse condita, ut essent ambo ex æquo *in signa & tempora, & dies & ANNOS.* Hinc & illa gemina Siracidæ vox in Ecclesiastico; cap. XXXIII, 7. & XLIII, 7. *Quare dies diem superat…. & annus annum à Sole? A Luna Signum diei festi…. Mensis secundum nomen ejus est.* Jam inde sane a mundi exordio; mensis חדש appellatus est: quæ vox Neomeniam seu novam lunam sonat. Quamobrem in descriptione diluvii, Gen. VIII. בשבעה עשר יום חודש *in decimo septimo die Neomeniæ*, pro die mensis occurrit, & sic ubique. Et alterum præterea mensi ac lunæ communiter nomen est apud Hebræos ירח. Ecquid autem aliud aut Psaltes regius voluit, cum Psalmo CIII. caneret, *Fecit Lunam in tempora*; nisi rationem habitam fuisse cursus lunaris in mensibus digerendis? aut Moses ipse, cum primum mensem *Abib* appellavit; hoc est, novarum frugum, quæ nimirum in Palæstina post æquinoctium colliguntur, nisi jam tum fuisse cum Sole, novarum frugum parente, lunarem annum exæquatum?

Est igitur, nostro quidem judicio, Kalendarii Judaïci forma mundo ipsi æqualis & coæva: quam videlicet si ponamus a Mose ceterisque sacris scriptoribus, fuisse in descriptione rerum ubique servatam; tum Pentateuchi primum, tum totius deinde veteris Testamenti Chronologia, qualem ex Vulgata translatione, Hebræoque contextu repræsentamus, tantam lucem accipit; ut neque ulla res gesta ab eo anno dimoveri possit quem adsignamus; ac ne dies quidem unus, nedum annus, detrahi adiicive huic Chronologiæ, salva historiæ sacræ veritate, posse videatur. Ab hac anni certa forma si discedas, omnia prorsus esse incerta ac dubia & inextricabilia necesse est confiteri: hac e diverso veluti norma temporum si utare, tum vero absque ulla ambage omnia plana sunt ac perspicua in utroque Testamento; tum illud imprimis, quod primo posuimus; certam delineationem temporum, rerumque descriptarum in libris veteris instrumenti, confici, ex Vulgato Hebræoque codice, commode posse: ex Græco omnino non posse.

Est autem illa anni ratio, qualis primo fuit, simplex admodum, nec ulli obnoxia errori; cum pro die nimirum verni æquinoctii singulis annis describeretur annus subsequens duodecim tredecimve mensium; ea nempe luna æquinoctii, sive primi mensis, novarumque frugum appellata, quæ primum plena foret post æquinoctium, vel ipso saltem æquinoctii die. Hæc anni forma apparet perspicue in descriptione diluvii, in Exodo, in Mosis obitu: hæc a primo mundi ortu, Astronomico deducta calculo, usque ad Christi Servatoris tempora in populo Israëlitico perseveravit; atque etiamnum perseverat; adjectis solummodo quibusdam regulis; tum iis primum, quas illi priori ac rudiori methodo Moses superaddidit, (vir *eruditus omni sapientia Ægyptiorum*, ut Stephanus affirmat in Actis, cap. VII, 22. atque adeo Astrologiæ callentissimus, quæ potissima olim sapientia Ægyptiorum fuit;) ut ex cyclo nimirum decemnovennali, per Neomenias ex mediorum motuum Tabulis descriptas, Kalendarium possent Hebræi adornare, cum luberet; tum deinde aliis, quas iidem, post excisum a Vespasiano templum, excogitavere; ne videlicet e duobus prioribus festis Paschalibus, prior in בדו *Badu*, hoc est, in feriam secundam, quartam, sextamve incurreret: cum prius posset in quamlibet feriam cadere; eo quod cum in בדו, *Badu*, hoc est, in ferias proxime appellatas incideret, tunc esset Paschæ festus dies in Galilæa, postero die Judæis reservato. Hanc normam anni Judaïci qui sequi negligunt, sive quod ipsorum hypothesi adversatur, cui obstinate adhærescunt; sive quod computi laborem fugiunt, tametsi in hac methodo cyclica haud sane operosum; ii, cum totius sacræ Chronologiæ clavim negligunt, tum deinde malunt pro definito statuere, non posse certam ac perpetuam ex sacris libris Chronologiam informari; illis proinde temporum notis, quas Moses & Lucas, ceterique, quotquot sunt, scriptores sacri consignant, obscurius incertiusque nihil esse: plus multo denique lucis esse in Livio, Tacitoque, quam in istis; quod quid est aliud, amabo, quam suam palam inscitiam profiteri, nec satis sane reverenter de sacris voluminibus proloqui?

Quod si quis autem malit; non ab Adamo quidem eam anni formam fuisse institutam, sed a Mose; qui ad eamdem postmodum superiora tempora accommodarit; quamquam illud falsum putamus, nihil tamen aut perparum interest; siquidem ex eo saltem consequitur, jam inde a Mosis temporibus eam anni rationem apud Judæos obtinuisse. At qui tandem fieri potuit, ut tam apte congruerent præterita jam a mundi exortu tempora, cum primo Nisan, hoc est, cum primo mense Judaïco, tempore Exodi; ex calculo retro ducto per Neomenias ex mediorum motuum Tabulis descriptas, mundi, qui est autumno conditus, primus mensis incideret in ipsum septimum autumnalemque mensem Mosaïcum, quem Tisri vocant; diesque primus in diem mensis Tisri primum: si non Adamum, aut Deum potius ipsum ea anni ratio auctorem atque institutorem habet?

Mundum autumno fuisse conditum.

A Mose enim ponimus mutatum jussu Dei, non anni modum, sed mensium dumtaxat ordinem; ut deinceps primus esset, qui fuerat jam inde a primæva mundi origine septimus, ac vice versa. Exod. XII, 1. *Dixit quoque Dominus ad Moysen & Aaron in terra Ægypti: Mensis iste, vobis principium mensium; primus*

primus erit in mensibus anni. Quod sane fuit dicere; mensi quidem illi suam fuisse formam eamdem, quæ postea fuit: nam *mensis* erat, & jam inchoatus: sed sedem ejus esse mutandam: primum deinceps fore, qui primus non erat: eo quod anni caput in autumno erat toto Oriente, idque ab rerum exordio *πατροπαράδοτον* ad omnes dimanarat. Quamobrem ita initium mensium Nisan fuit, ut alter tamen mensis a sua dignitate non excideret. Hinc est quod hodieque Judæi in suis Kalendariis mensem Tisri ראש השנה *caput anni* vocitant; qua appellatione ibi Nisan etiamnum caret; tametsi primus ille mensis, Tisri septimus, auctore Mose nihilominus nuncupetur. Et Æra Græcorum, quam Judæi ab obitu Alexandri M. amplexati sunt, & Æram contractuum appellavere, ab autumno habet pariter initium. Sane si juvat probabilibus uti argumentis, æquum & par fuit, Adamum paradiso ejectum, non veris amœnitatem experiri, sed asperitatem potius hiemis, aëris inclementiam, telluris inopiam. Et quæ in veris gratiam proferri solent ab Annalium scriptoribus, ut Petavius admonet, (cui de autumnali mundi exortu cum Scaligero convenit;) magis sua specie ac venustate delectant, quam disputationis ponderibus ac momentis inflectunt.

Hæc igitur mensium annique Judaïci observatio nobis futura est quasi quædam sacræ Chronologiæ clavis: ex qua mundum primo conditum statuimus, anno ante Christum 4004. Hunc enim annorum numerum integrum, nec ampliorem, postulat series rerum ac temporum, quæ in sacris codicibus referuntur. Quo quidem anno cum æquinoctium vernum medium, ad meridianum Hierosolymitanum exactum, incidat in XXV. April. hora 2. matut. 14'. 51". verum autem, hora 1. matut. 38'. 40". novilunium vero medium XXIX. April. hora 10. matut. 17'. 20". feria sexta: non potest ille primus esse mundi mensis, cujus primus dies civilis incidat in feriam sextam: littera Dominicali B. Ad Novilunia porro media statuenda, Tabulis utimur P. Riccioli e Societate nostra, quæ visæ sunt ceteris accuratiores: fere semper etiam simul & Frisiacis: ad æquinoctia, Tabulis Parisinis; revocatis utrisque ad meridianum Hierosolymitanum: magis in ortum recedente Hierosolyma, quam Bononia, hora 1. minutis 56'. secundis 32". magis autem quam Parisiorum civitas, horis 2. 34'. 32".

Tametsi vero autumno ponimus mundum creatum; tamen ad liquidiorem Chronologiam pro integro annum hunc computamus; appellamusque mundi primum; Periodi Julianæ annum, 710.

MUNDI CREATIO.

MUNDI CREATIO.

Annus mundi, 1. Ante Christum, 4004. Littera Domin. B.

PRIMO die creavit Deus puncto temporis cælum, hoc est, immensam illam, sed tamen finitam vastitatem, in qua nunc aër, æther, & cæli sunt: terrenumque globum cum immensitate aquarum, in quarum imo sepultus obrutusque delitescebat. Momentum illud excepit rerum creatarum quies, tenebrosumque horarum duodecim nocturnarum silentium, dimidiati diei naturalis durationi respondens. Tum jussu præpotentis Dei, emicuit lux in Oriente super aquas; cujus progressione lucis usque ad occasum, terminatus est primus dies; & deinceps secundæ diei a vespera initium dari cœpit. Sic primæ diei & consequentium partem priorem tenebræ, posteriorem lux occupavit: ut ad litteram vox illa Mosis accipiatur; *Factumque est vespere* primum, *& deinde mane*, hoc est, ex tenebris & luce, *dies unus*. Id quod Hebræorum consuetudo confirmat, inchoantium a vespera, & in eadem terminantium dies suos. *A vespera*, inquit Dominus, *usque ad vesperam, celebrabitis sabbata vestra.* Levit. XXIII, 32.

MUNDI CREATIO.

Fuit ille mundi, anni, mensis, & hebdomadæ, dies primus, XXIII. Octobris, feria 1. quæ a Christianis Dominica dicitur; anno Juliano. Contigit autem æquinoctium medium, XXIV. Octobris, hora 5. post meridiem, min. 9'. 16". verum, hora 5. 41'. 8". quæ dies, si ad Gregorianum Kalendarium annus revocetur, fuerit vicesima secunda Septembris.

Secundo die *fecit Deus firmamentum, divisitque aquas quæ erant sub firmamento, ab his quæ erant super firmamentum. Et factum est ita. Vocavitque Deus firmamentum, cælum.* Addunt hic Græci codices, *καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς, ὅτι καλόν. Et vidit Deus quia bonum.* At neque in Hebræo ipso exemplari, neque in editione Vulgata istud additamentum apparet: neque apponi certe a Mose debuit. Nam cum id propositum haberet scriptor sacer, ut doceret, Deum Opt. Max. in constituenda rerum corporalium universitate spectasse unice hominis commodum & utilitatem, tunc tantum apposuit hanc formulam, cum quod eo die Deus condidisset, id esset reipsa homini utile futurum, quem esset postea conditurus. Sic primo die, luce creata, *vidit Deus lucem quod esset bona*, hoc est, utilis homini futura. Sic die tertio, segregatis aquis in locum unum, factaque terra habitabili, *vidit Deus quod esset bonum*: hoc est, homini locus ad habitandum paratus idoneus. Similiter eo ipso die cum jussu Dei herbas, & arbores omnis generis tellus effudit, *vidit Deus quod esset bonum*, hoc est, homini futurum usui. Quarto, luminaribus in cælo creatis, *vidit Deus quod esset bonum*, hoc est, maximo futurum homini commodo. Quinto die, piscibus volucribus incredibili copia & varietate formatis, *vidit Deus quod esset bonum*: hoc est, utile homini ad escam & oblectamentum. Sexto die denique, ubi pecudes ac jumenta condidit, *vidit Deus quod esset bonum*, hoc est, homini perutile, ad multiplicem usum. At secundo die, quo fecit Deus firmamentum dumtaxat, quod divideret aquas ab aquis, dum hæ superficiem terræ adhuc obruerent tegerentque, qui potuit istud *bonum*, hoc est, utile homini dici vel esse? Idcirco hoc loco considerate admodum ab ea formula sacer scriptor abstinuit: quemadmodum & die ipso sexto, postquam hominem condidit, non adjecit istud solemne, *Et vidit Deus quod esset bonum*: neque enim homo potuit dici sibi ipsi utilis; sed cetera ei *bona*, hoc est, utilia futura merito dicebantur. Sed *cuncta quæ* Deus *fecerat, valde bona*, versu postremo dicuntur; hoc est, tum omnia propter hominem ad ipsius utilitatem facta mirifice, tum ipse etiam homo apte conditus ad his utendum.

Quarto mundi die, Luna cum Sole creata est, feria quarta: qualis illa quarto die apparet: ut nimirum esset septimo mundi die in prima quadratura. Et certe decuit, statim ubi creata est, esse conspicuam. Primo autem mundi die contigisse censenda est Neomenia tum Astronomica, tum civilis. Astronomicam appellamus, conjunctionem utriusque sideris, sive quæ vera & accuratissima dicitur, quando nempe fit reipsa interlunium, & Luna cum Sole congreditur: sive quæ *media* vocari solet, quæ ex Astronomico calculo sequitur, reipsaque contingeret, si semper iidem & æquabiles forent Solis ac Lunæ motus, uti calculus ille ponit. Civilem Neomeniam appellamus, mensis diem primum incipientem a vespera, cui proxima Neomenia media Astronomica est inter meridiem antecedentem & subsequentem: ut fusius docuimus in tractatu de supremo Christi Paschate, pag. 67. Fuit autem mundi initio Hierosolymis, Novilunium medium, ipso die XXIII. Octobris, hora 2. 41'. 39". post meridiem: Romæ ante meridiem, ex Tabulis Frisiacis: quem primum diem mensis, & anni, & hebdomadæ idcirco ponimus:

MUNDI CREATIO. mus. Volente Deo, ut fas est conjicere, primum mundi mensem esse paulo ceteris lunaribus longiorem; & primum mundi diem magna sui parte extra primam luminarium conjunctionem poni: ut luminarium cursum ex Dei solius arbitrio initium habuisse, ac dare principia mensibus, non ipsum æternum esse, vel necessarium, hoc etiam argumento Astronomi intelligerent.

Sexto die, qui tunc XXVIII. Octobris, Deus creavit hominem: *& requievit die septimo ab universo opere quod patrarat. Et benedixit diei septimo, & sanctificavit illum*, Gen. 2, 2. hoc est, cultui suo dicavit, donec Christi resurgentis causa fieret primus dies pro septimo religiosus ac sacer. Eam vero sabbati observationem, quæ in piorum tantummodo mores abierat, postea Moyses lata lege sanxit.

Commentarium, quem scripsimus, De situ, lignis, & fluviis Paradisi terrestris, quoniam nihil ad rem Chronologicam attinet, alteri tempori reservamus.

A MUNDI EXORTU AD DILUVIUM.

ADAM erat annorum	130	Gen. V, 3. & genuit
SETH.	105	Gen. V, 6. & genuit
ENOS	90	Gen. V, 9. & genuit
CAINAN.	70	Gen. V, 12. & genuit
MALALEEL.	65	Gen. V, 15. & genuit
IARED	162	Gen. V, 18. & genuit
HENOCH	65	Gen. V, 21. & genuit
MATHUSALEM	187	Gen. V, 25. & genuit
LAMECH	182	Gen. V, 28. & genuit
NOE	500	Gen. V, 31. *& genuit Sem*, &c.
Diluvium post annos	100	Gen. VII, 11.
Summa annorum,	1656	

Prædixit Deus, anno vitæ Noë 480. hominem diluvio abolendum post annos 120. seu anno vitæ Noë sexcentesimo, his verbis: Gen. VI, 3. *Eruntque dies illius centum viginti annorum:* tametsi scriptor sacer sub finem capitis proxime superioris, quingentesimum Noë annum commemorat; ne videlicet seriem Patriarcharum, qui erant ante diluvium nati, interrumperet. Qua parte narrationis expleta, caussas diluvii relaturus, ante illum annum 500 Noë, ut diximus, prænunciatum ei fuisse diluvium indicat, intra annos 120 futurum. Ex Græcorum putatione, quæ ponit annos a rerum primordio ad diluvium 2242. magnum absurdum sequitur: nempe Mathusalem annis quatuordecim diluvio superfuisse. Id quod Petro Apostolo adversatur, aïenti in epistola I. cap. III, 20. *octo* tantum *animas salvas factas esse per aquam*. Samaritanorum libri Hebraïci, inquit Michaël Glycas, pag. 121. ponunt ab Adam usque ad diluvium annos 1307. multo etiam absurdius.

DILUVIUM,

Anno mundi 1656. Ante Christum 2349. Littera Domin. F E.

Anno igitur *sexcentesimo vitæ Noë*, eodemque mundi anno Juliano 1656. *mense secundo, septimodecimo die mensis, rupti sunt fontes abyssi magnæ*. Gen. VII, 11. Videtur Moses affirmare, cum anni initio, non quale fuit a primordiis rerum, nempe cum autumno concurrere sexcentesimum vitæ Noë annum; sed idem caput esse anni illius, atque primi mensis, qualem a suis Hebræis primum voluit appellari: atque adeo mense Nisan Noë natum esse. Itaque fractio sex mensium, qui hoc loco desunt ad annum mundi 1656 ab autumno inchoandum, in præcedentibus Patriarcharum generationibus deducendi sunt: annis aliquot, qui vulgo completi habentur, non omnino absolutis & integris.

Jam mensium nomina civilium, nulla per illud DILUVIUM. tempus, ac fere usque ad Babylonicam captivitatem, fuere propria: sed primus, secundus, tertius, & ita reliqui sunt appellati. Cum ergo Moyses, ut Petavius observavit, dicit anno sexcentesimo vitæ Noë diluvium accidisse, tum mense primo, secundo, septimo, decimo, hæc & illa contigisse; vocabula ista loco propriorum nominum accipienda sunt; perinde ac si quis diceret, Tiberii anno XV. Januario mense Christum esse baptizatum. Nam si Romani nullas alias mensibus suis appellationes tribuerent, quam ut Januarium primum, inde secundum, tertium, & ita reliquos nominarent; tum quispiam ita conciperet, *anno Tiberii decimo quinto, mense primo* Christum esse baptizatum; nemo primum mensem alium, quam civilis anni principem intelligeret. Mensium igitur ordo in diluvii narratione reperitur ab anni civilis exordio: nec illius tamen anni vetustioris, cujus autumno caput est; sed alterius, qui a vere incipit, jubente Moyse. Nam cum sit ille hujus libri ac totius Pentateuchi auctor, in hac ipsa narratione ad anni a se instituti formam menses accommodat: quod ni faceret, certe præmoneret aliter a se primum ibi mensem appellari, quam in reliquis voluminibus: aut certe cum docere suos velle videatur, nihil omnino edocuit. Atqui in rebus etiam civilibus mensis primi mentio cum quaterdecies occurrat in sacris litteris, semper ibi Nisan est. Nec alium credibile est a Mose primum hic quoque fuisse appellatum, quam quem haberi primum a suis ipse vellet. Par fuit religio scriptori libri secundi Machabæorum, qui cum Græcorum regum facta describeret, non Æram tantum eorumdem, sed & anni formam secutus est in scribendo; ea tamen cautione, ne primum, secundum, aliumve mensem eo ordine appellaret; quoniam intelligeret, non esse apud suos populares Judæos, quorum causa scriberet, primum illum mensem, qui primus diceretur a Græcis. Itaque consulto a numero mensium appellando abstinuit: cum e diverso scriptor libri primi, qui anni principium a Nisan repetit, primum, secundum, aliosque suo ordine constanter appellet.

Primi mensis igitur hoc anno Novilunium medium fuit 2. Aprilis, hora 2. 50'. 24". matutino. Neomenia proinde civilis, eo ipso die, feria quarta, a vespera præcedente. Æquinoctium medium, XII. April. minutis 22'. 45". post mediam noctem. Mensis secundi novilunium medium, 1. Maii, hora 3. 34'. 27". post meridiem: Neomenia civilis, 2. Maii, feria sexta. Dies secundi mensis septima decima fuit XVIII. Maii, feria prima: quo die ingressus est Noë in arcam cum filiis suis: cum per septem dies antecedentes animalia ad eum se sponte contulissent, Gen. VII, 7, 10. a die XI. Maii, feria pariter prima post sabbatum.

Facta est pluvia super terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Gen. VII, 12. usque ad XXVI. Junii inclusive. Ne causis naturalibus ea aquarum eluvies tribueretur, ipso vere pluit, & tota æstate aquæ obtinuerunt super terram: ut apertius intelligeretur divinam hanc esse vindictam; non fortuitam, aut congruentem tempori tempestatem.

Obtinueruntque aquæ terram centum quinquaginta diebus. Gen. VII, 24. computatis nimirum 40 diebus proxime appellatis: siquidem si XL. imbrium dies a CL. secernas, longe post septimum mensem decrescere aqua cœperit; quod scripturæ adversatur. Operuerunt igitur aquæ terram, a die XVIII. Maii, usque ad diem XIV. Octobris inclusive, quæ feria tertia fuit.

Et cœperunt aquæ *minui post centum quinquaginta dies*. Gen. VIII, 3. *Requievit autem* propterea *arca mense septimo, vigesimo septimo die mensis, super montes Armeniæ*, Gen. VIII, 4. hoc est, octavo die postquam dilabi aquæ cœperunt, XXII. Octobris, fe-

tia quarta. Novilunium enim medium fuit Hierosolymis, XXVI. Septemb. hora 7. 14′. 43″. feria sexta, matutino. Itaque Neomenia civilis, seu primus dies mensis septimi, ille ipse dies fuit. Petavius cum Saliano merito pronunciat, absurdam esse rationem illorum, qui arcæ quietem priorem aquarum decremento faciunt; quoniam hoc prius accidisse & ratio ipsa & scriptura convincit. Atqui e CL. diebus, quibus expletis aquæ imminui cœperunt, centesimus quadragesimus octavus is est qui septimus decimus mensis septimi in Hebræis codicibus appellatur: vitiosa ergo horum lectio est, proclivi errore describentium; quibus characterum similitudine deceptis, litteræ duæ exciderint, cum legerent כשבעה עשר יום pro כשבעה עשרים יום: siquidem requiescere ac solo hærere arca non potuit, nisi postquam aquæ cœperunt imminui. Ex quo loco intelligent viri cordati, nec præjudicatis opinionibus occupati, quanta Vulgati codicis præ Hebræo, ut nunc est, integritas auctoritasque sit.

At vero aquæ ibant & decrescebant usque ad decimum mensem. Decimo enim mense, prima die mensis, apparuerunt cacumina montium. Gen. VIII, 5. Contigit Hierosolymis Novilunium medium decimi mensis, XXIII. Decemb. hora 9. 26′. 53″. post meridiem: atque adeo Neomenia civilis, ab ea vespera incipiens, fuit XXIV. Decembris, feria IV.

Cumque transissent quadraginta dies, aperiens Noë fenestram arcæ quam fecerat, dimisit corvum.... Emisit quoque columbam post eum; ut videret si jam cessassent aquæ super faciem terræ. Gen. VIII, 6, 8. Quadragesimus ille dies a primo, fuit I. Februarii, anno Juliano sequente, feria prima post sabbatum. Quo die emisit Noë ex arca corvum & columbam.

Annus mundi 1657. Ante Christum 2348. Littera Domin. D.

Exspectatis autem ultra septem diebus aliis, rursum dimisit columbam ex arca. Similiter feria prima, VIII. Februarii. *At illa venit ad eum ad vesperam portans ramum olivæ virentibus foliis in ore suo. Intellexit ergo Noë, quod cessassent aquæ super terram.* Gen. VIII, 10, 11. *Exspectavit nihilominus septem alios dies; & emisit columbam, quæ non est reversa ultra ad eum.* Gen. VIII, 12. Id rursum feria prima post sabbatum factum est, XV. Februarii.

Igitur cum priore sua spe excidisse se Noë intelligeret; qua sperabat utique post *quadraginta dies* aquas esse dilapsuras; Gen. VIII, 6. quoniam scilicet tantum temporis spatium, tum e cœlis decidendo, tum ex abyssis scaturiendo insumpsissent, aut saltem post unam alteramve aut tertiam hebdomadam, Gen. VIII, 10, 12. meliore postmodum consilio usus, Dei jussum esse exspectandum censuit: cujus instinctu, anni novi principio vidit esse aquas imminutas.

Igitur sexcentesimo primo anno vitæ Noë, *primo mense, prima die mensis, imminutæ sunt aquæ super terram: & aperiens Noë tectum arcæ, aspexit, viditque quod exsiccata esset superficies terræ*; hoc est, nudata aquis, sed adhuc limosa, nec pedibus pervia. Gen. VIII, 13. Fuit æquinoctium medium, XII, April. hora 6. 11′. 36. matutino. Novilunium medium, XXI. April. 10. 23′. 6″. post mediam noctem. Neomenia proinde civilis, seu prima dies mensis primi, dies illa ipsa, feria tertia.

Mense deinde *secundo, septimo & vigesimo die mensis, arefacta est terra.* Gen. VIII, 14. Perfecte tunc exaruit, idonea jam agriculturæ. Novilunium medium fuit XX. Maii, hor. 1. 7′. 9″. post meridiem. Neomenia ergo civilis, seu primus dies secundi mensis, XXI. Maii, feria quinta. Dies exinde vicesima septima, fuit XVI. Junii, feria tertia: qua die jubente Deo egressus est Noë de arca; in peramœna anni tempestate, qualem esse decuit mundi reparati faciem. Cum autem ingressus in arcam fuerit, die XVIII. Maii, ex eaque sit egressus, XVI. Junii; mansit in arca omnino dies 394. hoc est, anno uno embolimæo ordinario; (qualis fuit annus diluvii) cum diebus decem.

In hac vero descriptione diluvii, si quis diligenter animadvertat, intelliget quinque saltem a Mose sabbata fuisse subnotata; haud sane fortuito, ac sine causa: sed ut eum diem subindicaret, fuisse jam inde a primordio rerum apud viros pios religiosum & sacrum. Nam cum *septem dies* commemorat, a prima post sabbatum feria computat: Gen. VII, 4. ubi ingressum animantium, & Gen. VII, 11, 13. ubi ingressum Noë in arcam refert: tum Gen. VIII, 6, 10. & 12. ubi columbæ emissiones narrat. Perinde enim est dicere post *septem dies*, atque post hebdomadam. Nemo autem hebdomadam vel apud nos computet ab alia feria, quam a prima vel secunda; vel apud Judæos ab alio die, quam a prima sabbati. Docent ea porro sabbata quinque, (quod est in hoc genere præcipuum ac singulare) nec altero omnino anno, præter istum; nec alia anni tempestate, nec aliis mensibus, quam lunaribus, nec alia denique anni forma, quam Mosaica, sive Judaïca, diluvium contigisse. Hæc certe sabbata si conditores Annalium, emendatoresque Temporum animadvertissent, vidissent haud dubie hanc esse Epocharum omnium vetustissimam, insigni in primis charactere notatam: ex quo consectarium omnino fit, annum tempestatemque sive diluvii sive mundi conditi, cujusmodi posuimus, statui oportere.

DE DILUVII UNIVERSALITATE.

Diluvium adeo fuisse universale, ut omnes sub cælo terræ, montesque ipsi celsissimi, aquis mergerentur, nulla parte telluris excepta, ne ea quidem quæ nullos haberet incolas, Spiritus sanctus accurate docere nos voluit per Mosem; & ita quidem perspicue, vix ut quidquam fere in sacris litteris magis dilucidum sit. Voluit enim Deus delere quidquid extra aquas vivebat. Gen. VII, 19. *Opertique sunt* OMNES MONTES EXCELSI SUB UNIVERSO CÆLO. *Quindecim cubitis altior fuit aqua super montes, quos operuerat. Consumptaque est* OMNIS CARO QUÆ MOVEBATUR *super terram*, VOLUCRUM, *animantium, bestiarum*, OMNIUM*que reptilium, quæ reptant super terram: universi homines, &* CUNCTA IN QUIBUS SPIRACULUM VITÆ EST IN TERRA, *mortua sunt. Et delevit* OMNEM *substantiam, quæ erat super terram, ab homine usque ad pecus, tam reptile, quam volucres cæli.* Atqui erant ubique quæ viverent extra aquas, feræ & volucres. Tota tellus igitur, cum aëre ipso, in quo aves volitant, mersa est aquis.

Ne vero quis sciscitaretur, unde aquæ, quæ tantæ essent inundationi pares; occurrit scriptor sacer, docetque, ruptos fuisse fontes abyssi magnæ, hoc est, terræ, quanta quanta est, & cataractas cæli apertas fuisse. Gen. VII, 11. *Rupti sunt omnes fontes* ABYSSI MAGNÆ, *& cataractæ* CÆLI *apertæ sunt.* Abyssus magna, inquam, tellus ingens est; hoc est, terra habitabilis, quam late patet: *abyssus* dicta, quoniam in profundissimo mundi centro jacet. *Abyssum* autem Moses de industria dixit, ne sola intelligeretur Palæstina, quæ *terræ* nomine sæpe designatur in sacris libris. Sic *abyssus* iterum terra vocatur, Gen. XL. IX, 25. *Omnipotens benedicet tibi benedictionibus cæli desuper, benedictionibus* ABYSSI IACENTIS *deorsum*: hoc est, de bonis quæ terra profert jacens sub cælo, in profundissimo mundi meditullio. Hæc rursum. *Abyssus subjacens* ab eodem Mose vocatur, Deut. XXXIII, 13. Ergo telluris immensæ quotquot sunt fontes fluviorum, aliique, hi disrupti sunt, ut aquas evomerent: ergo ut terram obtegerent universam,

DILUVIUM. verſam. Neque hoc ſatis: ſed apertas fuiſſe cæli cataractas docet; et non ex nubibus, quæ nec ullæ tunc erant; nec, ſi eſſent, vel unius provinciæ forent inundationi pares; ſed ex aquis, quæ ſuper cælos ſunt, immenſa copia aquas decidiſſe intelligeremus. Nam & idcirco Moſes præmonuerat, Gen. I, 7. aquas fuiſſe initio diviſas: *Diviſitque* Deus *aquas quæ erant ſub firmamento, ab his quæ erant ſuper firmamentum:* nempe ut quæ ſatis ſuperque forent ad tantum diluvium, fuiſſe ibi aquarum receptaculum præſignificaret. Alioqui certe non erat neceſſe de aquis iſtis edoceri Iſraëlitas, ceteroſque mortales: nec Deus homini cuiquam id magis revelaſſet, quam numeruſne ſiderum par ſit an impar.

Docet eadem & Petrus Apoſtolus, in epiſt. 2. cap. III, 5, 6. *Cæli erant prius & terra.... PER QUÆ ille tunc MUNDUS aqua inundatus periit. Per* cælos & terram *quæ* dixi, inquit; cælis æque ac terra ad diluvium aquam ſubminiſtrantibus, *mundus*, hoc eſt, univerſus orbis habitabilis periit. Nam quid aliud *mundus* eſt? Eo autem verbo, *per quæ*, neceſſe eſt deſignari ea, quæ antea proxime dixit, præter aquam, quam ipſa ſuppeditaſſe dicuntur ad diluvium, cum dicit Apoſtolus: *Per quæ ille tunc mundus aqua inundatus periit.* Haud dubie Petrus reſpexit ad illud ante allatum ex Gen. VII, II. ubi cælum & terra dicuntur aquas ſuffeciſſe orbi inundando. *Rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ*, quæ terra habitabilis univerſa eſt, *& cataractæ cæli apertæ ſunt.* Itaque cælum & terra, ea ſunt, *per quæ ille tunc mundus aqua inundatus periit.* Ipſomet proinde Petro interprete, cataractæ cæli, cæli ipſi ſunt, hoc eſt, orbes ipſi cæleſtes, quibus impoſitæ ſunt *aquæ quæ ſuper cælos ſunt*, ut paſſim eas vocat ſcriptura, vel *ſuper cælos cælorum*: Pſal. CXLVIII, 4. & Dan. XIII, 58. ubi poſt Angelos ac cælos, ante Solem, lunam, & ſtellas, aquæ illæ memorantur. Neque enim *cæli* plurali numero alii ſunt in ſacris libris quam orbes cæleſtes; tametſi *cælum* numero ſingulari perſæpe pro aëre ponitur. Nec *aperiri* etiam *cælum* uſpiam in ſacris litteris dicitur, pro eo quod eſt, ſolitum imbrem decidere; quamvis, cum ſiccitas eſt, clauſum cælum dicant, Luc. IV, 25. & alibi. Denique quid aliud iſtud ſignificat, quod aiebat ille Eliſæo, IV. Reg. VII, 19. *Etiamſi Dominus FECERIT CATARACTAS IN CÆLO, numquid poterit fieri quod loqueris?* quid aliud, inquam, eſt fieri cataractas in cælo, quam diſrumpi & medium findi cælum? Id quod dici certe niſi de ſidereo cælo non poteſt, cujus *ſuperiora* tegunt aquæ, teſte etiam Davide, Pſal. CIII, 3.

Jam nec ſine cauſa Moſes obſervat *omnes montes excelſos*, & *ſub univerſo cælo* aquis obrutos fuiſſe: & ipſas cæli volucres, & *cuncta in quibus eſt ſpiraculum vitæ in terra*; niſi ut aquas tanta copia decidiſſe ex cæli orbibus, aut ex terra ſcaturiiſſe diſceremus, ut montes ipſos in quibus poſſent volucres pedem ponere, ſuperarent.

Ex tanta aquarum eluvione factum eſt, ut & aër iſte animantibus ſpirabilis ex illo tempore factus ſit craſſior, par vehendis nubibus; & aquæ omnes ſimiliter factæ ſint craſſiores; creverintque inſigniter amnes & maria, ex quibus vapores nubeſque dimanant; quæ ante diluvium nullæ fuerunt, ut nec ulli imbres. Itaque nonniſi poſt diluvium Arcus cæleſtis fuit, quem dedit Deus in ſignum diluvii alterius ſimilis numquam exſtituri: ſignificante iride, ex promiſſione Dei, non jam amplius ex aquis quæ ſuper cælos ſunt aliquid eſſe delapſurum in terras: neque altius quam ex nubibus, ex quibus, dum rorant, fit Iris, aquas deinceps eſſe caſuras: & ex quibus decidere certe aquæ non poſſunt, quæ ſint telluri cooperiendæ pares. Gen. IX, 13. *ARCUM meum PONAM in nubibus*, quem proinde nondum ibi poſuerat: *& erit ſignum fœderis inter me & inter terram. Cumque obduxero nubibus cælum*, quod nondum proinde ſic obduxerat; *APPAREBIT*, qui nondum proinde apparuerat, *ARCUS meus in nubibus: & recordabor fœderis mei vobiſcum, & cum omni anima vivente quæ carnem vegetat: & non erunt ultra aquæ diluvii ad delendum univerſam carnem.* DILUVIUM.

Quoniam ergo non oportuit poſt divinum promiſſum iterum diluvio terras obrui, tametſi nihilo meliores fore homines poſt diluvium Deus prævideret, quam antea fuiſſent; idcirco jam tum expediebat adimi hominibus, ubicumque forent, beatam illam, quæ fuit in mundo priore, aëris temperiem, ciborum ſalubritatem, ceteraque ad diuturnitatem vitæ conferentia. Eam ob rem oportuit univerſaliſſimum illud eſſe ſub cælo diluvium, tametſi tunc perdendi homines nulli eſſent extra Palæſtinam. Mutari oportuit naturam orbis habitabilis, ut eſſet omnium ubique hominum eadem conditio: idque factum eſt, cum *ille* qui *tunc* erat *mundus terra inundatus periit.* Tunc facta paulatim eſt hominum brevior ætas; nemine uno ex his qui poſt diluvium nati ſunt ad dimidiam pertingente ætatem, quam plerique ante diluvium vixiſſe leguntur; ſenſimque mox decreſcente ſpatio vitæ uſque ad annos vix centum in robuſtiſſimis, admodum paucis exceptis; ad ſeptuaginta autem vel octoginta in pleriſque qui ſenes habentur.

Ante diluvium autem ad nongentos & eo amplius annos vita protrahebatur: quæ menſura ſemper foret ætatis humanæ, ni peccata hominum obſtitiſſent, diluviumque accerſiſſent. Longævitatem eam efficiebat, primum quidem, excellens aëris ſpirabilis temperatura, aſſinis ei quæ nubium regionem ſuperat; expers illius certe craſſitiei, ac liber a mixtione terræ & aquæ, quibus iſte quem ſpiramus inficitur. Deinde cibi ſimplicis bonitas, & potus aquæ ſaluberrimæ ob tenuitatem ac defæcationem ab omni ſorde. Cibi tunc fuere legumina, arborumque fructus, Gen. I, 29. *Dixitque Deus: Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſupra terram, & univerſa ligna quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui, ut ſint vobis in eſcam.* At non talia tunc iſta fuere, cujuſmodi nunc ſunt. Sola telluri indita virtus a Deo hos fructus proferebat, abſque Solis efficientia, abſque imbribus: quod ne neſciremus, Moſes conſiderate præmonuit, ante Solem & Lunam, quos die quarto Deus creavit, ipſo die tertio fuiſſe hæc a tellure producta, Deo indente ei hanc virtutem. Gen. I, II. Et ait: *Germinet terra herbam virentem & facientem ſemen, & lignum pomiferum faciens fructum juxta genus ſuum..... Et factum eſt ita. Et protulit terra..... Et factum eſt veſpere & mane dies tertius.* At poſt diluvium non jam tellus ſola per ſe, ſed ob corruptam aquis priorem fecunditatem, novis ab imbre e nubibus decidente acceptis viribus, accedente Solis calore, exſerunt vim ſuam ſemina, & fructus edunt, ſed deteriores prioribus. Quæ cauſa eſt quamobrem poſt diluvium tantum conceſſus legitur hominibus carnium eſus, Gen. IX, 3. ut frugum ac fructuum antiquæ bonitati ſuppleret: *Omne quod movetur & vivit, erit vobis in cibum: quaſi olera virentia tradidi vobis omnia.* Quaſi diceret; hactenus olera tradidi, nunc trado & animantia.

Pugnant hæc omnia certe cum hypotheſi Copernicianа, Carteſiana, ſimilibuſque; quæ nec aquas ſuper cælos poſitas, nec cataractas cæli apertas, nec terram eſſe abyſſum comparate ad cælum, poſſunt profiteri. Sed Deo grates immenſaſque laudes a Catholicis referri par eſt, qui impia omnia ſyſtemata jamdudum perſpicue prædamnarit; docueritque per Moſen, ſe fabricatorem eſſe hujus univerſi, non ſolas (ut volunt) ac neceſſarias mechanicas leges ac regulas; ſed ſolo ſe arbitrio, pro eo ut ſapientia ejus poſtulat, quæ velit, condere; eademque pro ea ac juſtitia, debitaque mortalium ſceleribus pœna poſcit, in aliam immutare formam, cum lubet.

A DI-

A DILUVIO USQUE AD ABRAHAM.

SEM. Sem *biennio post diluvium, genuit Arphaxad.* Gen. XI, 10. Egressus est Noë de arca; ut vidimus, die XVI. Junii; anno 1657. Juliano: anno igitur 1659. ineunte Judaïco, mense primo Nisan, vel secundo, Sem genuit Arphaxad. Gen. x, 6. & seq. *Filii autem Cham: Chus, & Mesraim....... Porro Chus genuit Nemrod: ipse cœpit esse potens in terra...... Fuit autem principium regni ejus Babylon.... in terra Sennaar.*

NEMROD. & ASSUR. Eo ipso tempore non ferens Nemrodi regium dominatum, *de terra Sennaar*, sive Babylonia, *egressus est Assur*, filius sem, primogeniti Noë, qui Assyriæ nomen dedit. Gen. x, 11. & 33. *De terra illa* Sennaar, *egressus est Assur, & ædificavit Niniven & plateas civitatis, & Chale: Resen quoque, inter Niniven & Chale: hæc est civitas magna.* Rex Sennaar seu Babyloniæ occurrit in Genesi, cap. XIV. Rex Assur nusquam ante tempora regum Juda. Nec dixit hoc loco sacer scriptor fuisse Niniven civitatem primariam regni ejus; sicuti de Nemrod rege Babylonis versu proxime superiore dixerat; *Fuit autem principium regni ejus Babylon:* præcavens nimirum, ne rex fuisse Assur crederetur. Itaque Democratiæ cujusdam formam habuisse primis temporibus Ninive haud temere possit existimari. Quoniam vero Moses refert, Niniven ab Assur fuisse ædificatam, omnes autem historiæ clamant a Nino primum fuisse conditam; qui conciliare hæc inter se student, malunt bis conditam fingere, quam uni Mosi, ceteris repudiatis, credere: verba deinde scriptoris sacri quasi per anticipationem prolata sic interpretantur, ut sententia sit, urbem ab Assur ædificatam, quæ postea ab altero conditore nomen acceperit. At nostro quidem judicio, qui Niniven a Nino, de quo sacra silet historia, nomen accepisse negaverit; haud ille minus venia dignus erit, quam qui a rege Franciam cognominatam esse pernegarit. *Porro Arphaxad vixit triginta quinque annis, & genuit Sale.* Gen. XI, 12.

CAINAN. Caïnan hoc loco Moses prætermisit, Lucas inseruit. Voluit ille, opinor, Arphaxadi & Caïnanis incontinentiam latere Hebræis suis; quorum alter anno XVIII. alter anno XVII. contra ceterorum Patriarcharum morem filium procreasset. Id autem sane scite occultatur, alterutrius suppresso nomine; nullo (ut vir doctissimus Genebrardus vidit,) historiæ & Chronologiæ detrimento. Dici enim vere potuit, anno Arphaxadi XXXV. genitum esse Sale, Caïnane prætermisso. Nam & more loquendi sacris litteris non inusitato, genuisse nepotem avus vere dicitur. Potuit Lucas Caïnanem appellare; quippe cum historicum ageret, neque commemoraret, quo quisque parentum anno liberos genuisset. Non est certe minus periculum, sive in Mose deesse, sive redundare in Luca dixeris nomen Caïnanis; quorum alterutrum haud putem posse dici ab eo, qui diligenter perpenderit, quantum vel Numinis providentiæ detrahat ac deroget, vel Ecclesiæ judicio de Vulgata lectione, vel sacrarum litterarum integritati atque auctoritati, qui ejus generis mendum vel unum, quod vel historiæ vel Chronologiæ contrarium sit, irrepsisse fateatur in Vulgatam lectionem. Definiit enim Synodus Tridentina sub anathemate, *suscipiendos* Bibliorum *integros libros cum omnibus suis partibus, prout in veteri Vulgata editione habentur.* Quo anathemate haud dubie percelluntur ii, qui vel proprium viri nomen expungendum, vel numeros annorum corruptos putant; quippe cum utrumque ad historiam sacram Chronologiamve attineat; sitque hæc libri sacri pars utraque haud sane contemnenda.

CONFUSIO Sale *vixit triginta annis, & genuit Heber. Vixit autem* Heber *triginta quatuor annis, & genuit* Phaleg. Gen. XI, 14, 16.

LINGUARUM; & TERRÆ DIVISIO. Confusio linguarum, & terræ divisio facta est anno post diluvium centesimo primo, in ortu Phaleg, ut videtur; quoniam ei nomen ab illo eventu fuit: Gen. x, 25. *Nomen uni Phaleg eo quod in diebus ejus divisa sit terra.* Atqui in ortu dari nomen mos est: ultra annum certe natalem vix fuisse illo ævo prorogatum videtur. Qui Sinenses autem vetustiores putant, dedocendi sunt paucis obiter. Sinarum historiam valde esse suspectam, scriptores eruditi nuper prodidere; in qua videlicet mandare scriptis quidlibet Sinæ potuerint de suæ gentis vetustate, securi omnis a finitimis gentibus reprehensionis. Addunt deinde, ut ipsis eorumdem Sinensium Annalibus perhibetur, annis circiter trecentis post Confucium, ante Christum Dominum fere ducentis, jussu Xin regis Sinarum, traditos igni fuisse libros omnes historicos, aliosque; præter eos qui de medicina, de agricultura, ac de divinatione agerent: Perquisita diligenter exemplaria omnia; vexatos etiam dirissimis tormentis, qui ea occultarent. Verum eo rege extincto, subsidio senum, qui historiæ corpus omne memoriter juvenes didicissent, Annales fuisse restitutos. Quod sane commentum unum satis esse possit, ad omnem iis fidem abrogandam. Eclipses quidem, aliaque cælestia phænomena in regum historiis diligenter adnotant: verum ab Astronomorum hujus ævi facile principe D. Cassini fuit observatum, illam planetarum conjunctionem, quam illi sub quinto regum suorum accidisse memorant, sub annum 2490 ante Christum, reipsa annis ipsis quingentis posterius contigisse, nempe anno 2021. ante Christum; post diluvium annis 336. Aliam similiter Astronomicam observationem ab iisdem relatam anno XX. septimi regum Yao, eodemque 2347. ante Christum, reapse contigisse post annos tantum 497. anno 1852. ante Christum. Qua ex utraque viri eruditi observatione perspicuum est, Æram Sinensium annis ipsis quingentis esse retardandam: putationesque illas eclipsium, quas Sinæ suis aspergunt annalibus, similes posse videri ei, quam Sotion quidam prædicare dicitur apud Diogenem Laërtium; ubi refert Vulcanum inter & Alexandrum Magnum annos intercessisse 48863. quo temporis intervallo fuerint 373. Solis defectus, Lunæ 832. Nisi forte a fabulis & levi credulitate vetustatis longius absunt Sinenses, quam vel Ægyptii, Tyriique absuerunt; atque ut de ceteris sileamus, veteres ipsi Galli, qui reges in hoc tractu fuisse, Priamum, Antenorem, Francum, Merodacum, & Pharamundum fabulantur. Quanto magis ingenui, magisque veri amantes Japonii sunt, quamquam ii Sinensibus finitimi; qui cum in eas insulas fidei lucem inferret S. Franciscus Xaverius, easdem fatebantur ante annos mille & quingentos nondum fuisse habitatas?

PHALEG. Phaleg *vixit triginta annis, & genuit Reu. Vixit autem* Reu *triginta duobus annis, & genuit Sarug. Vixit vero* Sarug *triginta annis, & genuit Nachor. Vixit autem* Nachor *viginti novem annis, & genuit Thare. Vixitque* Thare *septuaginta annis, & genuit Abram, & Nachor, & Aran.* Gen. XI. 18. & seq.

ABRAHAM.

ABRAHAM. E tribus Thare liberis Abram, Nachor, & Aran, Aran primogenitus fuit, pater Lot; Gen. XI, 27. nam & socer idem Nachoris, ac proinde patris instar ei fuit; Gen. XI, 29. & ubi a se invicem separari eos oportuit, juniori licet Loth optionem obtulit Abrahamus, quoniam esset is fratris sui natu majoris filius, & eo nomine in ea stirpe potior. Gen. XIII, 8, 9. Ita plerumque secundo genitos in ve-

 tere

DILUVIUM.

versam. Neque hoc satis: sed apertas fuisse cæli cataractas docet; et non ex nubibus, quæ nec ullæ tunc erant; nec, si essent, vel unius provinciæ forent inundationi pares; sed ex aquis, quæ super cælos sunt, immensa copia aquas decidisse intelligeremus. Nam & idcirco Moses præmonuerat, Gen. I, 7. aquas fuisse initio divisas: *Divisitque* Deus *aquas quæ erant sub firmamento, ab his quæ erant super firmamentum:* nempe ut quæ satis superque forent ad tantum diluvium, fuisse ibi aquarum receptaculum præsignificaret. Alioqui certe non erat necesse de aquis istis edoceri Israëlitas, ceterosque mortales: nec Deus homini cuiquam id magis revelasset, quam numerusne siderum par sit an impar.

Docet eadem & Petrus Apostolus, in epist. 2. cap. III, 5, 6. *Cæli erant prius & terra .... PER QUÆ ille tunc MUNDUS aqua inundatus periit. Per* cælos & terram *quæ* dixi, inquit; cælis æque ac terra ad diluvium aquam subministrantibus, *mundus*, hoc est, universus orbis habitabilis periit. Nam quid aliud *mundus* est? Eo autem verbo, *per quæ*, necesse est designari ea, quæ antea proxime dixit, præter aquam, quam ipsa suppeditasse dicuntur ad diluvium, cum dicit Apostolus: *Per quæ ille tunc mundus aqua inundatus periit.* Haud dubie Petrus respexit ad illud ante allatum ex Gen. VII, 11. ubi cælum & terra dicuntur aquas suffecisse orbi inundando. *Rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ*, quæ terra habitabilis universa est, *& cataractæ cæli apertæ sunt.* Itaque cælum & terra, ea sunt, *per quæ ille tunc mundus aqua inundatus periit.* Ipsomet proinde Petro interprete, cataractæ cæli, cæli ipsi sunt, hoc est, orbes ipsi cælestes, quibus impositæ sunt *aquæ quæ super cælos sunt*, ut passim eas vocat scriptura, vel *super cælos cælorum*: Psal. CXLVIII, 4. & Dan. XIII, 58. ubi post Angelos ac cælos, ante Solem, lunam, & stellas, aquæ istæ memorantur. Neque enim *cæli* plurali numero alii sunt in sacris libris quam orbes cælestes; tametsi *cælum* numero singulari persæpe pro aëre ponitur. Nec *aperiri* etiam *cælum* uspiam in sacris litteris dicitur, pro eo quod est, solitum imbrem decidere; quamvis, cum siccitas est, clausum cælum dicant, Luc. IV, 25. & alibi. Denique quid aliud istud significat, quod aïebat ille Elisæo, IV. Reg. VII, 19. *Etiamsi Dominus FECERIT CATARACTAS IN CÆLO, numquid poterit fieri quod loqueris?* quid aliud, inquam, est fieri cataractas in cælo, quam disrumpi & medium findi cælum? Id quod dici certe nisi de sidereo cælo non potest, cujus *superiora* tegunt aquæ, teste etiam Davide, Psal. CIII, 3.

Jam nec sine causa Moses observat *omnes montes excelsos*, & *sub universo cælo* aquis obrutos fuisse: & ipsas cæli volucres, & *cuncta in quibus est spiraculum vitæ in terra*; nisi ut aquas tanta copia decidisse ex cæli orbibus, aut ex terra scaturiisse disceremus, ut montes ipsos in quibus possent volucres pedem ponere, superarent.

Ex tanta aquarum eluvione factum est, ut & aër iste animantibus spirabilis ex illo tempore factus sit crassior, par vehendis nubibus; & aquæ omnes similiter factæ sint crassiores; creverintque insigniter amnes & maria, ex quibus vapores nubesque dimanant; quæ ante diluvium nullæ fuerunt, ut nec ulli imbres. Itaque nonnisi post diluvium Arcus cælestis fuit, quem dedit Deus in signum diluvii alterius similis numquam exstituri: significante iride, ex promissione Dei, non jam amplius ex aquis quæ super cælos sunt aliquid esse delapsurum in terras: neque altius quam ex nubibus, ex quibus, dum rorant, fit Iris, aquas deinceps esse casuras: & ex quibus decidere certe aquæ non possunt, quæ sint telluri cooperiendæ pares. Gen. IX, 13. *ARCUM meum PONAM in nubibus*, quem proinde nondum ibi posuerat: *& erit signum fœderis inter me & inter terram. Cumque obduxero nubibus cælum*, quod nondum proinde sic obduxerat; *APPAREBIT*, qui nondum proinde apparuerat, *ARCUS meus in nubibus: & recordabor fœderis mei vobiscum, & cum omni anima vivente quæ carnem vegetat: & non erunt ultra aquæ diluvii ad delendum universam carnem.*

DILUVIUM.

Quoniam ergo non oportuit post divinum promissum iterum diluvio terras obrui, tametsi nihilo meliores fore homines post diluvium Deus prævideret, quam antea fuissent; idcirco jam tum expediebat adimi hominibus, ubicumque forent, beatam illam, quæ fuit in mundo priore, aëris temperiem, ciborum salubritatem, ceteraque ad diuturnitatem vitæ conferentia. Eam ob rem oportuit universalissimum illud esse sub cælo diluvium, tametsi tunc perdendi homines nulli essent extra Palæstinam. Mutari oportuit naturam orbis habitabilis, ut esset omnium ubique hominum eadem conditio: idque factum est, cum *ille* qui *tunc* erat *mundus terra inundatus periit.* Tunc facta paulatim est hominum brevior ætas; nemine uno ex his qui post diluvium nati sunt ad dimidiam pertingente ætatem, quam plerique ante diluvium vixisse leguntur; sensimque mox decrescente spatio vitæ usque ad annos vix centum in robustissimis, admodum paucis exceptis; ad septuaginta autem vel octoginta in plerisque qui senes habentur.

Ante diluvium autem ad nongentos & eo amplius annos vita protrahebatur: quæ mensura semper foret ætatis humanæ, ni peccata hominum obstitissent, diluviumque accersissent. Longævitatem eam efficiebat, primum quidem, excellens aëris spirabilis temperatura, affinis ei quæ nubium regionem superat; expers illius certe crassitiei, ac liber a mixtione terræ & aquæ, quibus iste quem spiramus inficitur. Deinde cibi simplicis bonitas, & potus aquæ saluberrimæ ob tenuitatem ac defæcationem ab omni sorde. Cibi tunc fuere legumina, arborumque fructus, Gen. I, 29. *Dixitque Deus: Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen supra terram, & universa ligna quæ habent in semetipsis sementem generis sui, ut sint vobis in escam.* At non talia tunc illa fuere, cujusmodi nunc sunt. Sola telluri indita virtus a Deo hos fructus proferebat, absque Solis efficientia, absque imbribus: quod ne nesciremus, Moses considerate præmonuit, ante Solem & Lunam, quos die quarto Deus creavit, ipso die tertio fuisse hæc a tellure producta, Deo indente ei hanc virtutem. Gen. I, 11. Et ait: *Germinet terra herbam virentem & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum juxta genus suum..... Et factum est ita. Et protulit terra..... Et factum est vespere & mane dies tertius.* At post diluvium non jam tellus sola per se, sed ob corruptam aquis priorem fecunditatem, novis ab imbre e nubibus decidente acceptis viribus, accedente Solis calore, exserunt vim suam semina, & fructus edunt, sed deteriores prioribus. Quæ causa est quamobrem post diluvium tantum concessus legitur hominibus carnium esus, Gen. IX, 3. ut frugum ac fructuum antiquæ bonitati suppleret: *Omne quod movetur & vivit, erit vobis in cibum: quasi olera virentia tradidi vobis omnia.* Quasi diceret; hactenus olera tradidi, nunc trado & animantia.

Pugnant hæc omnia certe cum hypothesi Copernicana, Cartesiana, similibusque; quæ nec aquas super cælos positas, nec cataractas cæli apertas, nec terram esse abyssum comparate ad cælum, possunt profiteri. Sed Deo grates immensasque laudes a Catholicis referri par est, qui impia omnia systemata jamdudum perspicue prædamnarit; docueritque per Mosen, se fabricatorem esse hujus universi, non solas (ut volunt) ac necessarias mechanicas leges ac regulas; sed solo se arbitrio, pro eo ut sapientia ejus postulat, quæ velit, condere; eademque pro ea ac justitia, debitaque mortalium sceleribus pœna poscit, in aliam immutare formam, cum lubet.

A DI-

A DILUVIO USQUE AD ABRAHAM.

SEM. SEM *biennio post diluvium, genuit Arphaxad.* Gen. XI, 10. Egressus est Noë de arca; ut vidimus, die XVI. Junii; anno 1657. Juliano: anno igitur 1659. ineunte Judaïco, mense primo Nisan, vel secundo, Sem genuit Arphaxad. Gen. X, 6. & seq. *Filii autem Cham: Chus, & Mesraim....... Porro Chus genuit Nemrod: ipse cœpit esse potens in terra..:... Fuit autem principium regni ejus Babylon.... in terra Sennaar.*

NEMROD & ASSUR. Eo ipso tempore non ferens Nemrodi regium dominatum, *de terra Sennaar*, sive Babylonia, *egressus est Assur*, filius Sem, primogeniti Noë, qui Assyriæ nomen dedit. Gen. X, 11. & 33. *De terra illa* Sennaar, *egressus est Assur, & ædificavit Niniven & plateas civitatis, & Chale: Resen quoque, inter Niniven & Chale: hæc est civitas magna.* Rex Sennaar seu Babyloniæ occurrit in Genesi, cap. XIV. Rex Assur nusquam ante tempora regum Juda. Nec dixit hoc loco sacer scriptor fuisse Niniven civitatem primariam regni ejus; sicuti de Nemrod rege Babylonis versu proxime superiore dixerat; *Fuit autem principium regni ejus Babylon:* præcavens nimirum, ne rex fuisse Assur crederetur. Itaque Democratiæ cujusdam formam habuisse primis temporibus Ninive haud temere possit existimari. Quoniam vero Moses refert, Niniven ab Assur fuisse ædificatam, omnes autem historiæ clamant a Nino primum fuisse conditam; qui conciliare hæc inter se student, malunt bis conditam fingere, quam uni Mosi, ceteris repudiatis, credere: verba deinde scriptoris sacri quasi per anticipationem prolata sic interpretantur, ut sententia sit, urbem ab Assur ædificatam, quæ postea ab altero conditore nomen acceperit. At nostro quidem judicio, qui Niniven a Nino, de quo sacra silet historia, nomen accepisse negaverit; haud ille minus venia dignus erit, quam qui a rege Franciam cognominatam esse pernegarit. *Porro Arphaxad vixit triginta quinque annis, & genuit Sale.* Gen. XI, 12.

CAINAN. Caïnan hoc loco Moses prætermisit, Lucas inseruit. Voluit ille, opinor, Arphaxadi & Caïnanis incontinentiam latere Hebræis suis; quorum alter anno XVIII. alter anno XVII. contra ceterorum Patriarcharum morem filium procreasset. Id autem sane scite occultatur, alterutrius suppresso nomine; nullo (ut vir doctissimus Genebrardus vidit,) historiæ & Chronologiæ detrimento. Dici enim vere potuit, anno Arphaxadi XXXV. genitum esse Sale, Caïnane prætermisso. Nam & more loquendi sacris litteris non insuitato, genuisse nepotem avus vere dicitur. Potuit autem Lucas Caïnanem appellare; quippe cum historicum ageret, neque commemoraret, quo quisque parentum anno liberos genuisset. Non est certe minus periculum, sive in Mose deesse, sive redundare in Luca dixeris nomen Caïnanis; quorum alterutrum haud putem posse dici ab eo, qui diligenter perpenderit, quantum vel Numinis providentiæ detrahat ac deroget, vel Ecclesiæ judicio de Vulgata lectione, vel sacrarum litterarum integritati atque auctoritati, qui ejus generis mendum vel unum, quod vel historiæ vel Chronologiæ contrarium sit, irrepsisse fateatur in Vulgatam lectionem. Definiit enim Synodus Tridentina sub anathemate, *suscipiendos* Bibliorum *integros libros cum omnibus suis partibus, prout in veteri Vulgata editione habentur.* Quo anathemate haud dubie percelluntur ii, qui vel proprium viri nomen expungendum, vel numeros annorum corruptos putant; quippe cum utrumque ad historiam sacram Chronologiamve attineat; sitque hæc libri sacri pars utraque haud sane contemnenda.

CONFUSIO. SALE *vixit triginta annis, & genuit Heber. Vixit autem* HEBER *triginta quatuor annis, & genuit* PHALEG. Gen. XI, 14, 16.

LINGUARUM, & TERRÆ DIVISIO. Confusio linguarum, & terræ divisio facta est anno post diluvium centesimo primo, in ortu Phaleg, ut videtur: quoniam ei nomen ab illo eventu fuit: Gen. X, 25. *Nomen uni Phaleg eo quod in diebus ejus divisa sit terra.* Atqui in ortu dari nomen mos est: ultra annum certe natalem vix fuisse illo ævo prorogatum videtur. Qui Sinenses autem vetustiores putant, dedocendi sunt paucis obiter. Sinarum historiam valde esse suspectam, scriptores eruditi nuper prodidere; in qua videlicet mandare scriptis quidlibet Sinæ potuerint de suæ gentis vetustate, securi omnis a finitimis gentibus reprehensionis. Addunt deinde, ut ipsis eorumdem Sinensium Annalibus perhibetur, annis circiter trecentis post Confucium, ante Christum Dominum fere ducentis, jussu Xin regis Sinarum, traditos igni fuisse libros omnes historicos, aliosque; præter eos qui de medicina, de agricultura, ac de divinatione agerent: Perquisita diligenter exemplaria omnia; vexatos etiam dirissimis tormentis, qui ea occultarent. Verum eo rege extincto, subsidio senum, qui historiæ corpus omne memoriter juvenes didicissent, Annales fuisse restitutos. Quod sane commentum unum satis esse possit, ad omnem iis fidem abrogandam. Eclipses quidem, aliaque cælestia phænomena in regum historiis diligenter adnotant: verum ab Astronomorum hujus ævi facile principe D. CASSINI fuit observatum, illam planetarum conjunctionem, quam illi sub quinto regum suorum accidisse memorant, sub annum 2490 ante Christum, reipsa annis ipsis quingentis posterius contigisse, nempe anno 2021. ante Christum; post diluvium annis 336. Aliam similiter Astronomicam observationem ab iisdem relatam anno XX. septimi regum Yao, eodemque 2347. ante Christum, reapse contigisse post annos tantum 497. anno 1852. ante Christum. Qua ex utraque viri eruditi observatione perspicuum est, Æram Sinensium annis ipsis quingentis esse retardandam: putationesque illas eclipsium, quas Sinæ suis aspergunt annalibus, similes posse videri ei, quam Socion quidam prædicare dicitur apud Diogenem Laërtium; ubi refert Vulcanum inter & Alexandrum Magnum annos intercessisse 48863. quo temporis intervallo fuerint 373. Solis defectus, Lunæ 832. Nisi forte a fabulis & levi credulitate vetustatis longius absunt Sinenses, quam vel Ægyptii, Tyriique abfuerunt; atque ut de ceteris sileamus, veteres ipsi Galli, qui reges in hoc tractu fuisse, Priamum, Antenorem, Francum, Merodacum, & Pharamundum fabulantur. Quanto magis ingenui, magisque veri amantes Japonii sunt, quamquam ii Sinensibus finitimi; qui cum in eas insulas fidei lucem inferret S. Franciscus Xaverius, easdem fatebantur ante annos mille & quingentos nondum fuisse habitatas?

PHALEG. PHALEG *vixit triginta annis, & genuit Reu. Vixit autem* REU *triginta duobus annis, & genuit Sarug. Vixit vero* SARUG *triginta annis, & genuit Nachor. Vixit autem* NACHOR *viginti novem annis, & genuit Thare. Vixitque* THARE *septuaginta annis, & genuit Abram, & Nachor, & Aran.* Gen. XI. 18. & seq.

ABRAHAM.

ABRAHAM. E tribus Thare liberis Abram, Nachor, & Aran, Aran primogenitus fuit, pater Lot; Gen. XI, 27. nam & socer idem Nachoris, ac proinde patris instar ei fuit; Gen. XI, 29. & ubi a se invicem separari eos oportuit, juniori licet Loth optionem obtulit Abrahamus, quoniam esset is fratris sui natu majoris filius, & eo nomine in ea stirpe potior. Gen. XIII, 8, 9. Ita plerumque secundo genitos in vetere

tere Testamento præ primogenitis Deus elegit: ut de Abele sileam: Abraham, præ Aran & Nachor majoribus natu: Isaac præ Ismaële, Jacob præ Esau. Sed Abram priore loco a Mose memoratur; quoniam ex ipsius stirpe populus Israëliticus originem traxerat. Itaque Abram hoc loco Geneseos non dicitur natus anno patris septuagesimo; sed hoc solum affirmatur, non ante annum ætatis LXX. Thare liberos procreasse. Post annos igitur adhuc LX. hoc est, anno CXXX. Thare genuit Abraham: Gen. XII, 4. & XI, 32. Nam priore loco dicitur, *Septuaginta quinque annorum erat Abram cum egrederetur de Haran.* Posteriore *Et facti sunt dies Thare ducentorum quinque annorum, & mortuus est in Haran.* Mox statim capite subsequente. *Dixit autem Dominus ad Abram: Egredere de terra tua.* Ergo Abram natus est anno Thare CXXX. Nam si addas 75. annos Abrahami ad 130. fient anni Thare 205. Atque ita sane sanctus Stephanus intellexit, Act. VII, 4. ubi de Abram: *Tunc exiit*, inquit, *de terra Chaldæorum, & habitavit in Charan. Et inde postquam mortuus est pater ejus, transtulit illum in terram istam; in qua nunc vos habitatis. Et non dedit illi hereditatem in ea, nec passum pedis: sed repromisit dare illi eam in possessionem, & semini ejus post ipsum, cum non haberet filium.* Quod si natus esset Abram anno LXX. Thare, certe habuisset & filium ante patris obitum, & repromissionem terræ a Deo. Genuit enim Isaac, cum esset ipse centum annorum; Thare autem in ea hypothesi fuisset annorum CLXX tantum: quem Stephanus ponit obiisse anno CCV. cum Abrahæ filius necdum ullus esset. Adde his ea, si lubet, quæ Salianus noster habet de hoc argumento prorsus invicta.

Duplex Abrahæ profectio a Mose in Genesi, & a Stephano in Actis commemoratur. Prior, vivo adhuc patre, ex Mesopotamia Chaldæorum in civitatem Haran: Gen. XI, 31, 32. Act. VII, 3, 4. eo quod Thare senex progredi ultra non posset. Altera post mortem patris, Gen. XI, 32. & XII, 1, 4, 5. Act. VII, 5. ex Haran, & *ex domo patris sui*; ex *Mesopotamia Syriæ*, (de qua Gen. XXVIII, 6. Josue XXIV. 3. Psal. LIX, 2.) in terram Chanaan, cum esset ipse annorum LXXV. pater ipsius annos CCV. vitæ explesset. In libris quidem Novi Testamenti unica Mesopotamia Chaldææ memoratur. At in libris veteris instrumenti, Mesopotamia est unica Syriæ, quæ citra Euphraten est. Confer Psalmum LIX, 2. cum 2. Reg. VIII, 3. & 1. Paralip. XVIII, 3. Nam prior ibi non Mesopotamia, sed Chaldæorum regio vocitatur. Unde Judith 2, 14. de parte una exercitus Nabuchodonosoris dicitur; *& transivit Euphraten, & venit Mesopotamiam*, Syriæ videlicet. Haran igitur non Carrhæ sunt *Crassi clade nobiles*, ut vulgus aliqua vocis similitudine deceptum arbitratur. Carrhas enim Plinius ultra Euphraten locat, libro V. sect. XXI. juxta præfecturam Mesopotamiæ. Sed Haran est potius Apamia, quantum ex situ conjicimus: aut aliquod certe oppidum Cœles Syriæ. Tractus ille Mesopotamia Syriæ dicebatur, eo quod inter amnes Marsyam & Orontem esset.

Natus est igitur Abraham anno Periodi Julianæ 2717. ante Christum 1997. anno mundi Juliano 2008. Sic Abraham medio tempore occurrit inter primum Adam, & secundum qui Christus est.

Ab Abrahamo usque ad Exodum.

A promissionibus, quæ sunt factæ Abramo, anno ætatis ejus LXXV. Gen. XII, 14. anno ante Christum 1921. usque ad Exodum, est illud intervallum annorum CCCCXXX. teste Mose, Exod. XII, 40. & Paulo ad Galatas, cap. III, 17. *Tunc*, inquit Paulus, *Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini ejus... Hoc autem dico testamentum confirmatum a Deo, quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex.* Hoc est, post annos CCCCXXX. a promissione quæ facta est Abramo, lex per Moysen data est. Quo sensu dictum quoque est in Exodo, cap. XII, 40. *Habitatio autem filiorum Israël, qua manserunt in Ægypto, fuit quadringentorum & triginta annorum*: nempe habitatio filiorum Israël, in Ægypto, ex quo statim a promissione sibi facta profectus eo est Abram cum Lot filio fratris sui, protogata est usque ad annum CCCCXXX. Hæc ÆRA ABRAHÆ potuit appellari. Non hic appello Græcos codices, qui hoc loco habent: ἡ δὲ κατοίκησις τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, ἣν κατῴκησαν, ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, καὶ ἐν γῇ Χαναὰν, αὐτοὶ καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν, ἔτη τετρακόσια τριάκοντα. *Habitatio vero filiorum Israël, qua manserunt in terra Ægypti, & in terra Chanaan, ipsi & patres eorum, anni quadringenti triginta.* Non eget falsis testibus veritas, quos ipsi hoc loco adversarii aspernantur.

Locutus est autem ei postea *Deus: Quia erit semen ejus accola in terra aliena, & servituti eos subjicient, & male tractabunt eos annis quadringentis.* Act. VII, 4, 6. Gen. XV, 13. Hoc est, annis ut minimum quadringentis ab hoc tempore, quo Deus Abramum alloquitur: sive usque ad annum plusquam quadringentesimum æræ Abrahami. *Generatione autem quarta revertentur huc.* Gen. XV, 16. hoc est, post annos (ut dictum est proxime) quadringentos, revertentur in terram Chanaan, quæ est Palæstina.

Quadringentos annos istos numerandos esse a promissionibus Abrahæ factis, anno ejus ætatis LXXV. docet aperte liber Judith, cap. V, 6. & sequentibus, in hac Achioris narratione de Israëlitis: *Populus iste ex progenie Chaldæorum est: HIC primum in Mesopotamia HABITAVIT, quoniam noluerunt sequi deos patrum suorum, qui & præcepit EIS ut EXIRENT INDE, & HABITARENT IN CHARAN. Cumque operuisset omnem terram FAMES, descenderunt in ÆGYPTUM, illicque per quadringentos annos sic multiplicati sunt, ut dinumerari eorum non posset exercitus. Cumque gravaret eos rex Ægypti* &c. Nam quadringentos annos esse elapsos, sive numerari oportere ab ea fame, quæ statim secuta est egressum e terra Chaldæorum, & habitationem in Charan, quæque coëgit ex Charan egredi qui ibi habitabant, satis manifeste prodit hæc narratio. Respicit igitur illum Abrami descensum in Ægyptum, qui describitur Gen. XII, 4, 10. *Egressus est itaque Abram sicut præceperat ei Dominus, & ivit cum eo Lot: septuaginta quinque annorum erat Abram, cum egrederetur de HARAN. .... Facta est autem FAMES in terra: DESCENDITque Abram IN ÆGYPTUM, ut peregrinaretur ibi: prævaluerat enim FAMES in terra.* Jam tum ab illa vocatione prima Abrami populum Israëliticum Achior ab Israëlitis edoctus cœpisse censet. Nam qui sunt qui multiplicati sunt in Ægypto per annos quadringentos? Qui *exierunt* de terra Chaldæorum: qui *habitarunt in Charan*, sive *in Mesopotamia* Syriæ *primum*: hi sunt, inquam, qui *descenderunt in Ægyptum* prævalente fame: hi sunt, qui *per quadringentos annos multiplicati sunt in Ægypto.* Atqui solus Abram reipsa exivit e terra Chaldæorum; solus, inquam, e populo Israëlitico habitavit in Charan, sive in Mesopotamia Syriæ; cum nec ipse nisi post annos exinde viginti quinque natus sit Isaac. Sed populum videlicet Israëliticum ab ipso recenset populi capite Abramo sacra scriptura: & quidquid corpori dicitur obtigisse, ad illud tempus omne pertinet, ex quo caput corporis illius designatum a Deo est. Ut fere cum dicimus, Christianæ religionis sæculum istud octavum decimum esse, ipsos Christi annos XXXIII. quos ante religionem fundatam vixit, mos est adnumerari. Itaque *multiplicati* cum dicuntur Israëlitæ *per annos quadringentos*, sententia est, multiplicatos eos esse usque ad annum quadringentesimum, ex quo Abraham populi caput est constitutus.

ISAAC. Isaac nascitur post annos xxv. a profectione Abrahæ, cum esset Abraham centum annorum. Gen. xxi, 5. anno mundi 2108. ante Christum 1897.

JACOB. Esau & Jacob. *Sexagenarius erat Isaac, quando nati sunt ei parvuli.* Gen. xxv, 26. anno mundi 2168. ante Christum 1837.

Jacob descendit in Ægyptum, cum filiis ac nepotibus, annos natus cxxx. Gen. xlvi, 3. & xlvii, 9. anno mundi 2298. ante Exodum annis ccxv. ante Christum 1707.

Jacob moriturus, annos natus cxlvii. ante Christum 1690. Christi prædicit adventum. Gen. xlix, 10. *Non auferetur sceptrum de Juda, & dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est; & ipse erit exspectatio gentium.* Quod vaticinium tunc expletum esse ante annos aliquot docuimus, cum post Archelai obitum, qui Herodis F. fuit, ablatum est penitus sceptrum de Juda; ac deinceps Præsides tantum, facta Judæa Augusti provincia, inferioresque magistratus a Cæsare habuit. Nulli posthac illa Judæ tribus ac ditio, semel in jus Augusti devoluta, proprio Regi, vel Duci, vel Judici paruit, ut prius; Rex esse, Dux, Judexque desiit, qui eam tribum regeret: quemadmodum multo antea sub Ezechiæ rege Juda, desierat esse qui regeret Israelem, seu tribus reliquas. Prærogativa fuit tribus Judæ præ ceteris, quod semper habuit reges, vel judices, vel duces, usque ad Herodis tempora, *non alterius gentis hominem, qui non esset frater suus:* ut est in lege scriptum, Deut. xvii, 14, 15. Reliquæ autem tribus aut nullos, aut inferioris tantum ordinis magistratus pluribus sæculis habuerunt, a quibus esset provocatio ad reges Assyriæ, Babyloniæ, Syriæve. Quare vaticinii tempus adesse in foribus tum Judæi quidem suspicabantur, cum Herodes in regnum irrepsit, quem non esse intelligerent *de numero fratrum suorum.* Sed regem præcise, ducemve, aut judicem, cum summo imperio genti impositum, etiam insititium, prophetia dixerat non prius defuturum, quam veniret is qui mittendus erat. Intellexere autem eo ævo advenisse tempus illud, redacta in provinciam Augusto uni obnoxiam Judæa, Samaritani ipsi. Hinc illa istius e Samaria mulieris ad Christum Servatorem præclara vox, *Scio quia Messias venit.* Joan. iv, 25. Et illa altera Galilæorum, Joan. vi, 14. *Qui venturus est in mundum.*

VATICINII JACOBI nova interpretatio.

De hoc præclaro & eximio Jacobi sanctissimi Patriarchæ vaticinio, sic nos quidem jamdudum, priorum præjudicia secuti, statuimus. Nunc juvat novam in medium afferre conjectationem, quæ nobis nunc certe verior esse multo videtur, & verba vaticinii singula magis proprio sensu accipere. Sententiam enim hanc habet, ni fallimur: Erunt ex Juda reges, principes, duces: (*nam de stirpe ejus Principes germinati sunt,* 1. Paralip. v, 2.) nec defuturi sunt ex ea regum stirpe primogeniti, masculi ex masculis ejusdem familiæ nati, qui sint propterea hereditario jure, etsi non semper facto, ut Jureconsulti loquuntur, reges ac duces populi; donec veniat appareatque is *qui mittendus est,* ut sit Dux & Salvator populi sui, & idem futurus exspectatio sive spes omnium gentium.

Manifestum est autem *quod ex Juda ortus sit Dominus noster,* ut Paulus ait, Hebr. vii, 14. Manifestum utique ex Tabulis in Templo adservatis, sive, ut Matthæus appellat, ex *libris generationum;* quibus constabat eum esse ex regia Davidis familia, & ejusdem familiæ primogenitum, ac propterea regni heredem, promissumque Messiam. Nam initium regum ac principum sive ducum e tribu Juda, qui defuturi tunc essent, cum is veniret, a Davide est. Propterea Matthæus genealogiam Christi deduxit a Juda & Davide usque ad Josephum, qui postremus fuit filiorum David, ac proinde regum ac ducum, qui essent ex tribu Juda oriundi. Eo id, inquam, consilio fecit, & sic facere eum oportuit, ut ostenderet, usque ad Josephum, Christi patrem, *ut putabatur,* non defuisse primogenitos, masculos ex masculis ejusdem familiæ natos, Davidici regni heredes: Josephum fuisse postremum heredem regni Davidici jure natalium ac primogenitorum: Josepho mortuo tunc esse heredes hujusmodi desiisse: ac tunc demum illo ipso tempore apparuisse, hoc est, se manifestasse eum, qui mittendus erat: ab Josepho denique, qui prohibitus esset ex Virgine liberos procreare, transmissum esse jure sponsaliorum cum ipsa jus hereditatis paternæ ad Christum, conjugis ipsius filium, qui etiam ipse esset ex stirpe David, quamquam per matrem tantum; sed ex Spiritu sancto, non ex alterius familiæ viro, ut erant ea ipsa ætate plurimi. Nam & Lucas idcirco usque ad Deiparæ patrem Heli perduxit Christi genealogiam, ut doceret, Christum per matrem esse ex familia David: quoniam constare noverat apud omnes, jus regni hereditarium nullo annorum spatio posse usucapi aut præscribi ab alienis. Eam ob rem summa cura ac diligentia Matthæus Evangelista primogenitos, sive qui primogenitis ex jure successissent, verosque regni Davidici heredes recensuit: & Lucas etiam ortos ex posterius genitis a Davide & Zorobabele masculis, usque ad postremum stirpis etiam illius masculum, Deiparæ patrem Heli: ut Judæi gentilesque intelligerent, Jacobæi tunc vaticinii implendi tempus advenisse; nullum tunc superesse masculum ex masculis genitum, qui heres esset regni Davidici, cum Josephus obiisset, ideoque ad Jesum Mariæ filium jus ad hereditatem illam necessario esse devolutum: ipsum esse denique, qui mittendus erat.

Compertum fuit Judæis ætate Christi, Josephum solum Davidicæ familiæ masculum, & Jesum ipsius filium, *ut putabatur.* Quam ob rem Jesum eo nomine compellabant etiam gentiles a Judæis edocti: *Miserere nostri, fili David,* Matth. ix, 27. *Miserere mei Domine, fili David,* Matth. xv, 22. hoc est, qui jure natalium tuorum solus es Davidici regni heres. Et Matth. xii, 23. *Stupebant omnes turbæ, & dicebant: Numquid hic est filius David?* hoc est, heres regni legitimus: qui non potest esse profecto, nisi primogenitus primogeniti filius, ut erat Jesus æstimatione hominum. Unde & Matth. xxi, 9. turbæ Judæorum aiebant, *Hosanna filio David:* hoc est, fortitudo nunc & imperium detur a Deo heredi regni Davidici.

Ut Jesum autem Judæi ac gentiles, sic Josephum Angelus compellat hoc titulo: *Fili David,* Matth. i, 20. Qui titulus proinde debet utrobique eodem modo exponi; hoc est, cum articulo, quem Galli sic exprimunt: *Joseph, le fils de David:* ut solus intelligatur tunc fuisse filius & heres Davidis; ac proinde primogenitus ex primogenitis, vel ex iis qui primogenitis ex jure successissent.

Alterutrius generis primogenitus etiam fuit in tota tribu Juda pater Davidis Isaï, sive Jesse, vir inclytus eo solum nomine; quoniam ob jus primogenitorum esset, ut Naasson, 1. Paralip. 2, 10. *princeps filiorum Juda.* Unde sæpe & ipse per se nominatur, & David ex illo cognominatur: ut 1. Paralip. xii, 18. *Tui sumus, o David, & tecum fili Isaï:* hoc est, primogeniti primogenite fili. Psal. lxxi, 20. *Defecerunt laudes David filii Jesse.* Eccl. xlv, 31. *Testamentum David regi filio Jesse de tribu Juda.* Isaï. xi, 1. *Egredietur virga de radice Jesse.* Act. xiii, 22. *Inveni David filium Jesse* &c. David autem primogenita habuit ob regiam dignitatem ac potestatem, qua in ceteros fratres, totumque etiam Israëlem, dominari jussus a Deo est: juxta illud Psal. lxxxviii, 28.

JACOB. 28. *Et ego* PRIMOGENITUM *ponam illum, excelsum præ regibus terræ.*

Qui ex Davide igitur traxere ortum primogeniti a Salomone, hi sunt *duces de femore Juda*, qui numquam usque ad Joseph defuerunt. Nam primogeniti familiæ, præsertim regiæ, duces sunt ceterorum: his fratrum ducatus debetur. Igitur primogenitis usque ad postremum e Davidica familia masculum, adimi *sceptrum*, sive jus successionis ad regnum, nulla, ut diximus, usucapione aut præscriptione potuit. Quamobrem tametsi per vim ademptus ille ducatus fuit familiæ Davidicæ post Zorobabelem, qui etiam post reditum e Babylone & dux & princeps appellatur in libris sacris; datusque est ille ducatus a rege Persidis & Babyloniæ Nehemiæ sacerdoti; post quem eumdem arripuere principatum summi Pontifices, & sic tenuere usque ad Herodem ab Augusto positum; tamen cum in *libro generationum*, ut Matthæus appellat, ac fortassis etiam circumcisionum, quis cujus esset filius adnotaretur; (ut apud nos in Ecclesiis Parochialibus codices sunt sive indices eorum, qui sacro baptismate abluuntur: *Papier ou Registre Baptistere:*) Ex eo libro generationum, qui erat in potestate sacerdotum, per quem *manifestum* erat, ut Paulus aït, Christum esse ex tribu Juda, & ex familia David; Matthæus hausit indicem quem habemus, ut Josephum esse ostenderet legitimum ex jure regni heredem. *Librum generationum* appellat, quem *scripturam genealogiæ*, *& censum* vocat Esdras, ubi de tabulariis agit peragi solitis ante tempus Babylonicæ captivitatis, 1. Esdr. 2, 62. & 2. Esdr. VII, 64. Nec minore autem cura postea fuisse confecta similia, tum iidem loci, tum Matthæi & Lucæ testimonia plane suadent.

Ergo fuere regni Davidici heredes masculi ex masculis geniti usque ad *Joseph filium David:* quo prohibito ob sponsalia facta cum Virgine liberos procreare, transmissum est jus hereditatis ad Christum, qui fuit etiam ex semine David per matrem, sed non ex alterius familiæ viro. Unde dictum est matri de eo ab Angelo: *Dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus, & regnabit in domo Jacob in æternum, & regni ejus non erit finis*, Luc. 1, 22. Ut impleretur quod dictum fuerat de Davide: *Semen ejus in æternum manebit: & thronus ejus sicut Sol in conspectu meo:* Psal. LXXXVIII, 37, 38. Et illud Nathanis de ipso, 2. Reg. VII, 16. *Et thronus tuus erit firmus jugiter.* Nam primogeniti ex primogenitis, aut qui his in eadem familia primogenita ex jure succederent, masculi ex masculis, usque ad Joseph non defuerunt ex stirpe David. Christus autem, qui est & ipse de semine David, & Davidici (ut diximus) regni heres, *ipse est heri, & hodie, & in secula*, Hebr. XIII, 8.

Qui de Christi Servatoris agnatis aliter quidpiam prodiderunt; hoc est, qui Josepho Mariæ Deiparæ conjugi fratrem attribuunt eodem Jacobo patre natum; ex inani conjectatione, aut ex falsis rumoribus id hausisse eos oportet; cum & Scripturæ eis super ea re testimonium desit, & *filii David* appellatio Josepho ipsimet ab Angelo attributa, solum ipsum Davidis filium, hoc est, solum ex ea familia masculum & heredem tunc fuisse significet. Proferant nunc Judæi, si possunt, ubi viri sint principes ex tribu Juda & ex familia Davidica; ex qua oriundum esse Messiam Jacob prædixit & promissum Davidi est. Omnino non possunt. Frustra nunc igitur Messiam exspectant, qui se ex tribu Juda esse, & Davidici regni jure successionis heredem, probare non possit.

MOSES. MOSES Amrami F. Caathi nepos, Levi pronepos, Jacobi abnepos, educit populum de Ægypto, cum esset annorum LXXX. Sed priusquam de Mose dicamus, epilogismum annorum mundi a diluvio usque ad Exodum ut ante oculos subjiciamus, res ipsa poscit.

MOSES.

Anni mundi & Patriarcharum, à diluvio.

Diluvium anno mundi Juliano	1656	
Biennio post diluvium, Sem genuit Arphaxad.	2	Gen. XI, 10.
Arphaxad genuit Sale, post annos	35	Gen. XI, 12.
Sale genuit Heber, post annos	30	Gen. XI, 14.
Heber genuit Phaleg, post annos	34	Gen. XI, 16.
Phaleg genuit Reu, post annos	30	Gen. XI, 18
Reu genuit Sarug, post annos	32	Gen. XI, 20.
Sarug genuit Nachor, post annos	30	Gen. XI, 22.
Nachor genuit Thare, post annos	29	Gen. XI, 24.
Thare genuit Abram, post annos	130	Gen. XI, 26, 31. &
Abraham venit in Chanaan, natus annos	75	Gen XII, 4. & Act. VII, 4.
Inde usque ad Exodum, teste Paulo cum Mose, anni	430	Galat. III, 3. Exod. XII, 40.
Summa annorum mundi, ab Adam ad Exodum	2513	
Contigit Exodus anno Juliano	2514.	ante Christum 1491.

GENVS MOSIS.

JACOB Patriarcha descendit in Ægyptum, cum Levi & Caath, anno mundi 2298. ante Exodum annis 215. ante Christum 1707. Gen. XLVI, 3, 11. quo tempore erat Caath, avus Mosis, annorum 15. ut videtur.

LEVI: vixit annos 137. Exod. VI, 16.

Caath, filius Levi. Vixit annos 133. Exod. VI 18. Anno ætatis circiter 75. genuit Amram, patrem Mosis, sexagesimo post descensum in Ægyptum cum avo suo Jacob.

Amram, filius Caathi. Vixit annos 137. Exod. VI, 20. Anno ætatis circiter 75. genuit Mosem.

MOSES, filius Amram. Erat annorum 80. quando locutus est ad Pharaonem. Exod. VII, 7. Summa a descensu Jacob in Ægyptum, usque ad Exodum, annorum est 215.

A nobis qui dissident, qui nimirum a descensu Jacobi in Ægyptum usque ad Exodum, non 215. annos, sed quadringentos numerant; coguntur ii dicere, quamvis Moses scribat, Exod. VI, 18. & Num. III, 19. & scriptor libri 1. Paralip. cap. VI, bis: rursumque cap. XXIII, 12. *Filii Caath, Amram & Isaar*, &c. iterumque Moses, Num. XXVI, 58. *At vero Caath* GENUIT AMRAM, *qui habuit uxorem Jochabed filiam Levi . . . . . hæc genuit Amram viro suo filios, Aaron & Moysen:* coguntur ii, inquam, nihilominus asseverare, Amram fuisse Caathi non filium, sed pronepotem: quasi Mosem puduerit mentionem facere avi & proavi sui; expunxeritque propterea eorum nomina e serie majorum suorum. Quæ interpretandi ratio, ut levissime dicam, plena ingentis audaciæ ac temeritatis est. Apparet enim perspicue Mosem his tribus locis maximam adhibuisse diligentiam in recensendis majoribus suis, ut se Levitam probaret posteris.

Tempus commorationis in Ægypto usque ad Exodum.

Obiit Joseph anno ætatis 110. Gen. L, 25. ac proinde anno mundi 2367. Levi fratris anno 115. natus anno mundi 2258. Jacobi patris anno 91.

Levi frater Josephi, obit anno ætatis 137. mundi 2389. post Josephi obitum 22.

Josepho & fratribus mortuis, filii Israël, qui plurimum jam creverant, creverunt adhuc magis sub novo rege qui ignorabat Joseph. Exod. 1, 6, 7, 8. Annos huic incremento damus, post obitum Levi, - - - - - - 30.

Opprimuntur Israëlitæ, ædificaveruntque urbes taber-

MOSES. tabernaculorum Pharaoni, Phithom & Ramesses, per annos - - - - - 12.

Obstetrices regem fallunt, annis - - - - 2.

Moses postea nascitur, & populum liberat, anno ætatis 80. mundi 2514.

Summa annorum a Josephi obitu usque ad Exodum, 146.

DYNASTIÆ REGUM ÆGYPTI.

REGES ÆGYPTI. Quæ Pharaonis occurrit in Genesi & Exodo mentio, hoc loco admonet, ut de Ægypti regibus pauca dicamus: unde palam fiat, quibus nitantur testibus ii, qui vetustiorem mundi ætatem conantur adserere, ex indiculis Regum Ægyptiorum qui circumferuntur. Hi enimvero parentem historiæ Herodotum deserunt, ut Ctesiam, similesque fabularum concinnatores audiant; qui amplificato regum numero fundum uberiorem subministrant novis cudendis fabulis, & hypothesibus suis annorum quinquies sexiesve mille & amplius ante Christum, si Deo placet, stabiliendis. Plures enim illi numerosioresque multo, quam Herodotus, fingunt successiones regum: ex quo majorem præ se ferunt in scribendo diligentiam & accurationem. At reipsa nihil nisi somnia mera proferunt, nominaque ficta in otio. Linguam certe fuisse Ægypti peculiarem, tum ex scriptura Hebræa didicimus, tum ex Vulgato interprete, ut alia nunc argumenta sileamus. Nam Gen. XLI, 45. mutatum dicitur a Pharaone, Josephi Patriarchæ nomen in illud, *Saphnath Phahaneach*; que nomina esse Ægyptiaca Latinus interpres admonuit: *Vertitque nomen ejus*, inquit, *& vocavit eum lingua Ægyptiaca*, *Salvatorem mundi.* Hebraïcæ certe voces eæ non sunt. Græci quidem interpretes alia vocabula ignota supponunt, *Psonthomphanech*; interpretanturque κρυπτῶν εὑρέτην, *absconditorum inventorem.* Sed neque quo consilio id factum sit, dicere nunc refert; & meram esse interpolationem, Latina Hebræaque clamant exemplaria. Eruditior interim Vulgatus interpres, qui cum *Salvatorem mundi* scripsit, scite admonuit, affinem esse cognatamque hac parte Hebraïcæ linguæ Ægyptiacam: quod, ut Hebræi, sic numquam Ægyptii nomen illud quod est in gignendi casu priore loco ponunt, sed posteriore tantum. Neque enim Hebræi dicerent, *Absconditi*, vel *Absconditorum repertorem*; sed, *Repertorem absconditorum*: quemadmodum illi nec *Dierum Verba* dicunt, sed *Verba dierum.* Non est igitur Hebraïcæ originis illa vox צפנת: nec ibi occultum significat; tametsi צפן *abscondere* est, *occultare*, *reservare*: nec proinde posterior vox aut Hebræa est, aut significare potest *repertorem*; quantumvis quis aliter, sed sine idoneo teste, asseveret.

At in his regum Ægyptiorum dynastiis nulla prorsus Ægyptiaca nomina reperias: omnia sunt ex Hebræis petita fontibus: nullum ex gemino, ut olim suspicabamur, idiomate. Quamquam non est istud artificii genus alibi ignotum illis ipsis, aut similibus nominum vel ænigmatum architectis. Quo in genere insigne illud est, quod a nemine adhuc intellectum arbitramur in Oraculis (ut aiunt) Sibyllinis, libro 1. pag. 170. ubi Deus inducitur Patriarcham Noë admonere primum, de fabricanda ad diluvii vim evitandam arca; tum quis ipse sit, his verbis indicare:

Εἰμὶ δ' ἐγὼ ὁ ὤν, (σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ σῇσι νόησον.)
Οὐρανὸν ἐνδέδυμαι, περιβέβλημαι δὲ θάλασσαν.
Γαῖα δέ μοι στήριγμα ποδῶν, περὶ σῶμα κέχυται.
Ἀὴρ δ' ἠδ' ἄστρων με χορὸς περιδέδρομε πάντῃ.
Ἐννέα γράμματ' ἔχω. τετρασύλλαβός εἰμι. νόει με.
Αἱ τρεῖς αἱ πρῶται, δύο γράμματ' ἔχουσιν ἑκάστη.
Ἡ λοιπὴ δὲ τὰ λοιπά, καὶ εἰσὶν ἄφωνα τὰ πέντε.
Τοῦ παντὸς δ' ἀριθμοῦ ἑκατοντάδες εἰσὶ δὶς ὀκτὼ,
Καὶ τρεῖς τρεῖς δεκάδες, σὺν γ' ἑπτά. Γνοὺς δὲ τίς εἰμι,
Οὐκ ἀμύητος ἔσῃ θείης παρ' ἔμοιγε σοφίης.

Hoc est, Opsopœo interprete: REGES ÆGYPTI.

Porro ego sum qui sum, memori quod mente teneto.
Cœlum vestitum præbet mihi; pontus amictum:
Aër, astrorumque chorus me circuit omnem.
Terra mihi fulcitque pedes, & corpus amicit.
Sunt elementa novem mihi: sum tetrasyllabus autem.
Percipe me. Primæ tres syllabæ efficiuntur
Ex binis omnes elementis: cetera restant
In reliqua: quorum sunt non vocalia quinque.
Totius numeri bis sunt hecatontades octo;
Et ter tres decades cum septem. Si scieris me,
Non te, qua potior, sapientia dia latebit.

Dei nomen quatuor syllabarum, novem litterarum, quinque consonantium; sic ut tres priores syllabæ binis constent singulæ litteris, quarta ac postrema ternis: litteræque conjunctim omnes Græco more ad numeri significationem revocatæ, efficiant numerum MDCLXXXXVII. qui numerus est anni præsentis, quo ista edimus; ecquod tandem nomen istud est? Fingamus animo fuisse hujus ænigmatis architectum hominem atheum, cui primum pro Deo esset sive natura cum sapientia, quam ei comitem adjungeret; hoc est, leges mechanicæ, ex quibus necessario Universitas hæc, ut aiunt, exsistit cujusmodi est: sive Bonum aut Ens universale; non quod mente abstractum Logici vocant, sed quod est in rebus ipsis; id quo formaliter quidquid est, est: Ens entium, *l'Etre en general*, *l'Etre tout court*, *l'Etre de tout ce qui est*; τὸ ὄν, τὸ ἀγαθόν, τὸ ἓν εἶναι in rebus singulis: pro Trinitate deinde, sive Unum, Verum, Bonum; modus, species, ordo: entitas, forma & dispositio τοῦ παντός; sive substantia, virtus, actio: sive naturæ potentia, sapientia, efficientia, unde, velut ex universali in individua, manat in entia singularia, essentia pulcritudo, utilitas; quæ trinitas secundaria fit, ex illa priore fluens, ejusdemque imago quædam. Huic sane homini ita licuit inducere Deum loquentem, hoc est, Ens universale; ut affirmaret sibi cælum & mare esse pro amictu atque vestitu; corpus item suum terra circumtegi; astra circum ipsum volvi, similesque addere blasphemas. Quoniam videlicet Ens universale in individuis, ut Metaphysici loqui solent, suis differentiis convestitur. Vestimentum Entis universalis, cælum, terra, mare, & quodlibet Ens singulare est. Vestitum enim Ens, Naturáve ipsa, non apparet nisi in singularibus. Hæc ab Ente universali, modum, speciem, ordinemque; essentiam pulcritudinem, utilitatemque participant, Is ergo Deus atheorum sic ænigmatice loquens inducitur per prosopopœiam. Ego mundum perdam diluvio: ego ipse resarciam vestimentum meum. Nam *antiquissimum Verbum Entis mundo ut veste induitur*, ἐνδύεται δ' ὁ μὲν πρεσβύτατος τοῦ ὄντος λόγος ὡς ἐσθῆτα τὸν κόσμον, inquit Philo Judæus, pag. 364. Inde nomen illi ΜΑΔΑΡΑΨΩΝ: voce composita ex Hebræo מד vel מדה *vestimentum*, cum ה paragogico, (ut in Haceldama, Act. 1, 19.) & ex Græco ῥάψων futuro participii ῥάπτω, *sarcio*, *contexo*, *concinno*: ut sit ΜΑΔΑΡΑΨΩΝ, is qui mundum est instar vestimenti reconcinnaturus, ex ejusdem sapientiæ legibus, quæ mundum primo condidit; quamque inesse Naturæ versus postremus admonet. Num ea mens fuerit Sphingis istius, paucis certe cognitæ, judicent periti. Certe talis vox ea est, qualem proposuit in ænigmate; sive numerum atque ordinem spectes litterarum, ex quibus illa conflatur; sive numerum annorum qui desiderabatur; sive totam denique propositi ænigmatis seriem. Est enim vis ac potestas harum litterarum, cum pro numeris accipiuntur; ut littera M 40 significet: A ter repetita, tres unitates: Δ numerum quaternarium: P 100. Ψ 700. Ω 800. N denique, 50. Summa igitur totius numeri est, 1697. Nec vero ulla possit Algebra aliam vocem extundere, quæ sit huic loco opportuna, habeatque has dotes. Credas profecto

 hujus

hujus ænigmatis auctorem in ea fuisse impia hæresi, quam nescio quis T. Burnetus nuper in Anglia revocavit: ad causas scilicet mere naturales diluvium referendum esse; ut illo tempore non minus necessario acciderit, quam Solis ac Lunæ deliquia statis tempestatibus.

TACELOTIS fit ex חקל *appendit, ponderavit.* Dan. v, 27. Deinde ejusdem formæ est Φαρεθώθης apud Josephum, lib. 1. Antiq. cap. IX. cujus est Tacelotis. Id nomen ibi est regis Ægyptii, quem Abrahæ temporibus Pharaonem scriptura appellat, Gen. XII. Verum quoniam Pharao crocodilum significat, (ut quidam volunt, qui eo spectare censent Ezechielem, cap. XXIX, 3.) atque adeo Judæo vel Davidi aptari vox ea non potest; magis placuit Φαρεθώθης, quod significet Judæum, Qui multiplicavit peccata: ficto eo nomine ad id significandum, ex Hebræo פרא חטא: ob illud Isaï. LIX, 12. *MULTIPLICATÆ sunt enim iniquitates nostræ coram te:* & illud Jerem. v, 6. *MULTIPLICATÆ sunt prævaricationes eorum.*

Quorsum, amabo, in illis Regum Ægyptiorum dynastiis, inter tot nomina locum non habent alii duodecim, qui ex parte commemorantur ab Herodoto, universi a Plinio, gravibus sane auctoribus in primis? Hi nimirum: Mestres, Sothis, Mnevis, Smarres, Eraphius, Nectabis, Semneserteus, Nuncoreus Sesostris filius, Mœris, Petesuccus, Tithos, Motherudes. Cur tres dumtaxat appellantur ex his quos Plinius laudat; Psammeticus, Ramises, Amasis? Cur vero Amasis in Amasiam, Apries sive (ut apud Jeremiam legitur, *Ephree* in *Vaphres* conversus? nisi quod non erant Amasis & Apries idonea sententiæ informandæ vocabula, qualem fuisse artifici propositam diximus: nec alia ille nomina servavit, quam quæ forent huic proposito accommodata; ceteris repudiatis omnino vel immutatis.

Si quis autem ejusmodi sententias, Davidi & Judæo alternatim convenientes, casu ac fortuito ex illis nominibus nasci existimet; asseveret is quoque, ut ait ille, si innumerabiles quatuor & viginti formæ litterarum, vel aureæ, vel qualeslibet, aliquo conjiciantur, posse ex his in terram excussis, Homeri Iliadem, ut deinceps legi possit, effici. Sumat ille autem in manus sacra Biblia, sumat Homerum, Herodotumve, vel Plinium, aliosve, quos constet non esse supposititios; mentiar, si in hujuscemodi voluminibus vel par unum nominum propriorum offendat, ex quo talem possit extundere sententiam Quo autem consilio id ab aliis factum sit, quid attinet in præsenti quærere, dummodo de re ipsa constiterit: cum id nullo factum esse consilio nemo sanus affirmet?

Considerandum etiam amplius, an Coptica ipsa lingua, quæ nec in usu uspiam terrarum est ab annis saltem, ut in confesso est, amplius quingentis: nec in libris quidem exsistit, nisi recentioribus, & admodum dubiæ vetustatis, ac fœde corruptis; (quales sunt interpretationes Veteris Novique Testamenti ex Græco in linguas peregrinas:) & habet præterea voces plerasque omnes ex Græco Hebræoque deductas; deliberandum, inquam, an ficta in otio censenda sit. Nam Ægyptiacæ veteris linguæ, saltem pauca quidem, eaque certissima manent vestigia, in Hebraïcis veteris Testamenti libris: in quibus & Josephi Patriarchæ cognomen, & regum subinde nomina, & nomina denique mensium in libro secundo Regum, Ægyptiaca sunt. Coptica vero lingua nusquam certe est in usu hodie. Tametsi enim in Actis Eruditorum anni 1695 29. Augusti, pag. 408. epistola refertur Consulis nationis Francicæ in Cairo, scripta anno eodem, 15. Martii; qua dicit, quæsivisse se diligenter libros Coptica lingua scriptos; necdum se potuisse reperire, nisi Ezechielem Coptice & Arabice scriptum, inquit, ab annis trecentis; esse autem in superioris Ægypti locis quibusdam usum linguæ Copticæ, quam & mulieres ipsæ percalleant; tametsi is, inquam, ita scribit, certum nihilominus est, nullam ibi linguam esse in usu, præter Arabicam. At Saxonica, quæ dumtaxat in quibusdam dubiæ (ut Coptica) fidei monumentis exstat, nihil aliud quam Germanica illius ævi est, quo sunt hæc exarata; characteribus pro arbitrio ab artifice excogitatis: diversis certe ab his, quibus OFFA REX suos olim nummos inscripsit: qui sunt omnino Latini; quales ii, quibus id nomen hic exhibemus. Ejus autem linguæ est Saxonica Ælfrici nomine homilia de Eucharistia, Ratramni sensu, stilo, atque ipso subinde sermone conscripta, hoc est, hæretico. At Ælfricus, non Anglicum, Saxonicumve nomen est, sed Hebræum; fictum eo consilio, ut Judæum significet, Qui non redimit: juxta illud Psal XLVIII, 8. *Frater NON REDIMIT.* Nam אל *non* significat: quod nomen, quoniam nihil interest, utrum *æl*, an *al*, efferas: ideo & *Ælfricus*, & *Alfricus* in libris scribitur. פרק *redimere* est, ex Vulgato interprete, Psal. CXXXV, 24. quem tum ob peritiam viri singularem, tum aliis de causis talium nominum architecti sequuntur. Sic alia sunt nomina innumera, quæ Davidis vel Judæi propria, si ex Hebræo deducantur, vir quisque sagax nostro hoc admonitu excitatus intelliget.

Ad nomen autem Josephi Patriarchæ quod attinet, Vulgato Interpreti credimus, quem fuisse hominem vel θεόπνευστον, vel in omni scientiæ & eruditionis genere ad hanc rem utili summe eruditum, merito suo agnoscimus, ut jam supra professi sumus: easque voces צפנת־פענח *Saphnath Phaneah*, sive ut lecturum eumdem fuisse verius arbitramur, *Saphneth Pane*, Ægyptiacas fuisse, & significasse dumtaxat *Salvatorem mundi.* Neque enim aut ulla ei causa hic mentiendi fuit, aut potuere etiam adversarii hanc ei verbo significationem adimere, sive ex libris eradere, sive ex animis delere; nec denique potuit Ecclesia aliud hoc loco probare, quam quod esset Apostolica traditione certum, & omnium consensione comprobatum, quoniam sic a suis majoribus accepissent. Præterquam quod rex Ægyptius non magis Hebræum nomen cuiquam honoris causa imponeret, quam Rex Francorum donaret aliquem e subditis Anglico vocabulo, vel Germanico.

At nominis *Psomtomphanech* e diverso non Ægyptiaca origo, sed plane Hebraïca videtur esse: facta voce ex Hebræis radicibus litterisque istis: שעם־טעם־פה־חנך. Nam ש pro ψ Græco, quo carent, ponunt Hebræi: unde Hieronymus, aliique, scribunt tantum *Somtomphanec:* quoniam nihil hic interest, an per s an per ps littera ש reddatur. Est autem illius vocis hæc sententia: *Qui gentes prudentiam docet:* ficto ad id significandum eo nomine ex ש relativo *qui:* עם *gens, populus:* טעם *sensus, prudentia, sapientia, disciplina*, Psal. CXVIII, 66. פה *os;* sive *sermo:* & חנך *erudire, docere.* Ita ut sit *Psomtomphanech*, ψομθομφανὴχ, si singulas radices Latine expresseris, Qui populum, sive Qui gentes sapientiam ore sive sermone docet. Sed illud *ore*, sive *sermone*, salva sententia omittitur in consuetudine Latini sermonis. Hujus nominis sententia videtur contineri illo Davidis dicto de Joseph, Psal. CIV, 20, 21, 22. *Misit rex Pharao, & solvit eum... Constituit eum dominum domus suæ.... ut erudiret principes ejus sicut semetipsum: & senes ejus PRUDENTIAM DOCERET.* Hoc est esse *Psomtomphanech.* Neque qui dicunt *Psomtomphanech* esse *Absconditorum repertorem*, hanc vocis illius vim esse ac potestatem aiunt: sed volunt dumtaxat, qui Psomtomphanech fuit & appellatus est, absconditorum quoque eumdem repertorem fuisse. Id quod est verissimum: siquidem & Pharaonis somnia, quæ erant profecto abscondita, Joseph aperüit; & idem senes Ægyptios prudentiam docuit.

In

REGES ÆGYPTI. In Evangelio Coptico, sed quod ipsum etiam e Græco factum est, ante annos (ut aiunt) vix dum quingentos, ab episcopo Damiatæ, cum ex Ægypto incolæ profugi in Gallias se reciperent: quod Evangelium MS. in Bibliotheca Regia adservatur: Joan. IV, 42. ubi Latine legimus, *Salvator mundi*; in Coptico illo, inquam, quod & Ægyptiacum vetus, sed falso, creditur; quemadmodum etiam in simili nostro MS. Coptico Joannis Evangelio, cap. (ut ibi distinguunt) nono, legitur CωTHP KOCμOC, insertis articulis in hunc modum: ΠΙ CωTHP ῆ TEΠΙ KOCμOC: quod Gallice quidem, sed rustice diceretur: *le Sauveur de le monde.* Nullum ibi certe vestigium est, sive veteris Ægyptiaci *Saphneth Pane aut factitii Psomtomphanech.* Tamen in Genesi pariter Coptica MS. in Bibliotheca Regia *Psomtomphanech* legitur. Non est autem nomen istud ad Davidem Judæumve referendum, ut nomina Regum Ægypti, de quibus proxime egimus.

Verum digredimur ipsi ab instituto longius, abripimurque intempestivo fortassis studio impias fraudes in publicam lucem protrahendi. Consultius itaque fuerit finem his tandem imponere; legentibus prius admonitis, si quis ex nominibus regum Persarum a Cyro, aut regum Medorum Lydorumve, quæ habet Herodotus, similes tentet elicere sententias, frustra illum tempus & operam insumpturum.

EXODUS.

Anno mundi 2514. Ante Christum 1491. Littera Domin. D

MOSES. EGREDITUR duce Mose populus de Ægypto, nocte quæ sabbatum & diem decimamquintam mensis primi antecessit. Fuit Novilunium medium æquinoctiale Hierosolymis, die XXVII. Martii, hora 6. serotina, 20′. 58″. atque adeo Neomenia civilis, die XXVIII. sabbato. Æquinoctium medium, die V. April. hora 8. serotina, 47′. 19″. Dies decima quinta primi mensis, XI. Aprilis, sabbato. Primum Pascha igitur vespera antecedente celebratum est, liminaque domorum Israëlitæ agni sanguine asperserunt, feria sexta, qua die *Pascha nostrum immolatus est Christus: Agnus Dei, qui tollit peccata mundi.* Dies Paschæ, magnus dies sabbati fuit, ut anno Dominicæ passionis.

Quintodecimo die mensis secundi, postquam egressi sunt de terra Ægypti, venit omnis multitudo filiorum Israël in desertum Sin, Exod. XVI, 1. Novilunium medium fuit, XXVI. April. hora 7. 5′. 1″. matutino. Neomenia civilis, eo ipso die, feria prima; qualem hunc fuisse diem refert Chronicon majus Hebræorum sub finem cap. 5. Sed falsis testibus non libenter utimur. Igitur & quintadecima dies feria prima fuit, X. Maii, anno Juliano. Quod si hic dies sabbatum foret, ut Salianus noster recte admonet, iter fecissent Israëlitæ duce columna in sabbato, illudque auctore Deo ipso violassent: cum tamen hoc ipso capite nihil gravius observatione sabbati imperetur.

Eo ipso die murmurantibus in solitudine pro cibo Israëlitis, pluit Dominus coturnices ad vesperam, ac matutino postridie manna: quod quidem colligere jussi sunt *per singulos dies; die autem sexto duplum:* ex quo primus dies, quo datum est illud præceptum a Deo, Exod. XVI, 4. idemque quintusdecimus mensis secundi, Exod. XVI, 1. fuisse is intelligitur, quem nos diem Dominicum appellamus. *Venitque septima dies, & egressi de populo ut colligerent, non invenerunt.* Exod. XVI, 27. Hoc primum sabbatum fuit, cujus observatio fuerit præcepta Hebræis: die XXI. secundi mensis, XVI. Maii, anno Juliano. Maxime hæc insignis epocha, quæ vetat annum Exodi alteri, quam isti, anno affigi; cohæretque cum aliis characteribus, quibus anni diluvii obitusque Moysis, pariter consignantur. MOSES.

Mense tertio egressionis Israël de terra Ægypti, Exod. XIX, 1. die quadragesimo septimo post Pascha, data lex est a Deo Moysi. Fuit is dies, feria quinta, XXVIII. Maii, anno Juliano. Nam a XII. Aprilis, qui dies est *alter*, sive postridie Paschæ, est ille XXVIII. Maii, ordine quadragesimus septimus: idemque dies tertius mensis tertii Judaici. Fuit enim Novilunium medium die XXV. Maii, hora 7. 49′. 4″. serot. Neomenia civilis proinde, die XXVI. Maii, feria tertia.

Refert Herodotus libro 2. Syros qui sunt in Palæstina, hoc est, Judæos, circumcisionem ab Ægyptiis accepisse se confiteri. Audivit ille nimirum a Judæis, egressum ab Ægypto Mosem dedisse ipsis legem Dei jussu: in ea lege contineri mandatum de circumcisione. Id vero satis homini peregrino ac profano fuit, ut inde colligeret quod prodidit, ab Ægyptiis ad Judæos circumcisionis ritum dimanasse; ut peregrini solent perverse interpretari ea, quæ ab indigenis accipiunt.

Ante Christi Domini tempora Ægyptios adhibuisse circumcisionem, tam falsum est quam quod falsissimum. Negat certe Jeremias, cap. IX, 26. fuisse Ægyptios circumcisos: neque me cujusquam scriptoris privati, vel contra affirmantis, vel secus interpretantis hunc Jeremiæ locum, auctoritas dimovebit; (quicumque ille demum, aut quantivis pretii esse videatur:) non obtinebit ille, inquam, ut perspicuum Jeremiæ, vel Spiritus sancti potius testimonium deseram. Sex Jeremias populos appellat, & tres tribus opponit: Gentilibus scilicet Abrahamiticos: Ægypto Judam; Idumæis ex Esau sive Edom ortis, Ammonitas; Moabitas denique Ismaëlitis, qui sunt ex Ismaële filio Abrahæ. Verba prophetæ hæc sunt: *Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & visitabo super omnem qui circumcisum habet præputium; super Ægyptum, & super Juda, & super Edom, & super filios Ammon, & super Moab, & super omnes qui attonsi sunt in comam, habitantes in deserto: quia omnes gentes habent præputium, omnis autem domus Israël incircumcisi sunt corde.* Sententia autem hujus loci hæc est; Non discernam inter circumcisos & incircumcisos: inter domum Juda, quæ circumciditur, & Ægyptios, qui spernunt circumcisionem, æque ac Deum Israëlis, circumcisionis auctorem: Sicut Ægyptum, sic Judam visitabo, seu puniam: sicut Ammon, sic Edom: & sicut Moab; sic Ismaëlitas. Tres enim, ut dixi, tribus opponit populis, tres incircumcisos totidem circumcisis; & servato accurate oppositorum ordine, suum cuique statim opponit: Ægypto Judam; Idumæis, Ammon; Moab, attonsis in comam, habitantibus in deserto, hoc est, Ismaëlitis. Ammonitas certe fuisse gentiles, nec circumcisos, eo quod non essent ex Abrahami posteris, sed ortum traxissent ex Ammon filio Lot, docet sacra scriptura, Judit XIV, 6. ubi dux Ammonitarum Achior conversus ad Judaïsmum, & circumcisus propterea fuisse legitur. *Tunc Achior videns virtutem, quam fecit Deus Israël, relicto GENTILITATIS RITU, CREDIDIT DEO, & CIRCUMCIDIT PRÆPUTII SUI, & appositus est ad populum Israël, & omnis successio generis ejus usque in hodiernum diem.* Achior igitur, *dux omnium filiorum Ammon*, ut appellatur Judith V, 5. incircumcisus est. *Gentem* ipsam, qui scripsit eodem sæculo, quo gesta hæc res est, Jeremias testatur *habere præputium*: hoc est, gentem omnem: nam *omni domui Israël* cum filios Ammon opponit, omnem profecto Ammon intellexit. Et audet quisquam, saltem aliquos ex ea gente circumcisos fuisse asserere? Quo teste autem,

quem

MOSES. quem quis conferre cum Jeremia velit & ausit? Jam vero si Ammonitæ circumcisi non fuere, certe nec Moabitæ; quippe orti ex Moab Loti pariter filio, fratre Ammonis, ut prodit Moses, Gen. XIX, 37, 38. Quod si deinde Ammonitæ & Moabitæ gentiles incircumcisi fuere; cœcum profecto vel obstinatum esse eum oportet, qui neget, inter gentes Ægyptios incircumcisos pariter hoc loco a Jeremia simul commemorari, & opponi gentibus circumcisis. Nam cum e tribus populis, qui circumcisis opponuntur, duos constet ex sacris litteris incircumcisos fuisse; Ammonitas, & Moabitas: qua quis cœcitate vel pertinacia, tertium quoque, Ægyptiacum scilicet, quippe æque vel magis gentilem, fuisse incircumcisum neget? Si duobus opponuntur duo, cur non tribus tres dicantur opponi? Quod si denique Jeremiæ tempore circumcisionem Ægyptii non habuerunt, a quonam postea hanc acceperunt? Et vero *omnes gentes habere præputium* cum Jeremias affirmat, loco citato, gentes intelligit proxime designatas, quas opponit circumcisis incircumcisas; incircumcisis corde, carne incircumcisas. Quis furor est igitur, hoc Jeremiæ verbum, ad alias omnes gentes, quarum nulla hic mentio fit, transferre quemquam velle, ut appellatas hic gentes sex circumcisas fuisse defendat?

Annus Mundi 2515. Ante Christum 1490.

Tabernaculum a Mose erigitur, *mense primo, prima die mensis.* Exod. XL, 1, 2. Novilunium medium æquinoctiale fuit, XV. April. hora 3. post meridiem, 53'. 39". Neomenia ergo civilis primi mensis, die XVI. April. feria 6. foret, littera Domin. C. nisi in sabbatum differretur, ne caderet in בדו. Diem sabbati Deus sanctificari voluit ipsa Tabernaculi erectione. *Sacerdotes* enim *in Templo sabbatum violant, & sine crimine sunt.* Matth. XII, 5. Ex quo regulæ בדו antiquitas intelligitur; siquidem Mosem ipsum auctorem, tum alibi, ut alias diximus; tum hoc loco, ubi primum diem primi mensis differri a sexta feria in sabbatum voluit, ut Tabernaculi erectio de festo fieret.

Itaque *anno secundo* egressionis ab Ægypto, *mense secundo, vicesima die mensis, elevata est nubes de tabernaculo fœderis:* quod signum fuit movendorum castrorum, colligendi sarcinas, plaustra jumentave onerandi, & dandi se in viam. Id factum est die ipsa vicesima, quæ dies feria sexta fuit, 5. Junii. *Profectique sunt filii Israël* eo ipso die *per turmas suas de deserto Sinai.* Num. X, 11.

Annus Mundi 2553. Ante Christum, 1452.

Aaron sacerdos mortuus est, anno quadragesimo egressionis filiorum Israël ex Ægypto, mense quinto, prima die mensis, cum esset annorum centum viginti trium. Num. XXXIII, 38. Fuit ea dies XI. Augusti, anno Juliano, feria tertia: littera Domin. D. Novilunio medio contingente eadem die, hora 3. 54'. 47. matut.

Annus mundi 2554. Ante Christum 1451. Littera Domin. C.

Exeunte anno XL. ab egressu de Ægypto, Moses Deuteronomium coram populo pronunciat, prima die mensis undecimi. Deut. 1, 3. Fuit illa dies IV. Februarii, feria 5. Novilunio medio contingente eadem die, hora 8. 19'. 5". matut.

Traditio Hebræorum est, Mosen natum esse ac mortuum, septima die Adar. Et in Kalendario Judaico legitur: VII. *Adar: Jejunium. Moritur Moyses magister noster.* Novilunium medium mensis illius fuit, die V. Martii, hora 9. post meridiem, 3'. 9". Neomenia proinde civilis, die VI. Martii, sabbato. MOSES. Dies septima mensis, XII. Martii, anno Juliano, feria sexta: ut legis antiquæ promulgator eadem hebdomadæ feria obierit, qua Christus Mediator Novi Testamenti. *Fleveruntque eum filii Israël XXX diebus.* Deut. XXXIV, 8. usque ad diem X. Aprilis.

Durante luctu, ut est traditio Hebræorum, missi sunt a Josue exploratores: nam & textus sacer celeritatem adhibitam fuisse significat: & res erat novo duci Josue cum populo duræ cervicis, qui moram triginta dierum ægre ferret. Multo itaque minus hic annus Judaïcus, qui fuit Mosis supremus, esse embolimæus potuit. Ex quo nostra quoque Chronologia stabilitur, opinioque de anni Judaïci forma tunc recepta: communem enim annum hunc fuisse ratio Astronomica comprobat. Decima tamdem die mensis primi, seu Nisan, Josue duce Jordanem Hebræi transeunt. Eodem die, secunda circumcisio. Novilunium medium fuit die IV. April. hora 9. matutina, 47'. 12". Neomenia civilis, eo ipso die, feria prima. Æquinoctium medium, postridie, V. April. hora prima post meridiem, 20'. 54". Decima igitur dies mensis primi fuit XIII. Aprilis, feria tertia. *Et fecerunt Phase quartadecima die mensis ad vesperam in campestribus Jericho:* nempe sabbato, XVII. Aprilis: incidente die festo Paschæ, seu quintodecimo, in feriam primam. Josue V, 10.

JOSUE.

Annus mundi 2560. Ante Christum 1445. Josue Ducis, 7.

DIVISIO terræ sanctæ fit per æstatem, hoc anno, JOSUE. qui XLV. fuit, postquam Caleb missus est ad Palæstinam explorandam: Josue XIV, 7, 10. Missus est enim anno secundo ab Exodo per æstatem. Num. IX. 11, & XIII, 1. Deut. 1, 19, 22. & IX, 23. Paulus in Actis, cap. XIII, 17. *Deus plebis Israël*, inquit, *per quadraginta annorum tempus mores eorum sustinuit in deserto: & destruens gentes septem in terra Chanaan, sorte distribuit eis terram eorum, quasi post quadringentos & quinquaginta annos.* Nempe terræ sanctæ divisio facta est a Josue, post annos a nativitate Isaaci *quasi quadringentos & quinquaginta.* Nam reipsa ab ortu Isaaci usque ad egressum ex Ægypto sunt anni CCCCV. His adde annos quadraginta, quibus populus Israël in deserto mansit; & septem reliquos usque ad κληρονομίαν, sive sortitionem terræ, quorum hic septimus est, fiunt omnino anni CCCCLII. nihil ut dici possit accuratius, quam est illa Pauli oratio.

Annus mundi 2561. Ante Christum 1444. Josue Ducis, 8.

Annus hic idem primus est sabbaticus, ab autumno anni superioris. Et sane anno superiore, serere aut metere populus non potuit, dum assignatas sibi portiones terræ tribus unaquæque capesseret. De hoc annorum genere, vide Levitici caput XXV, 3.

Dimisit ergo Josue populum, & abierunt filii Israël unusquisque in possessionem suam, ut obtinerent eam: servieruntque Domino cunctis diebus ejus, & seniorum qui longo post eum vixerunt tempore, (annis fere XX. prioribus, qui Othonieli vulgo tribuuntur,) *& noverant omnia opera Domini, quæ fecerat cum Israël. Mortuus est autem Josue ..... Omnisque illa generatio congregata est ad patres suos, & surrexerunt alii* istorum nepotes, *qui non noverant Dominum, & opera quæ fecerat cum Israël. Feceruntque malum in conspectu Domini.* Judic. 2, 6. *Iratusque contra Israël, Dominus tradidit eos in manus regis Mesopotamiæ*, nempe illius quæ est in Syria, de qua superius egimus. Judic. 3, 8 Hoc vero contigit anno fere XXX. ex iis, quos Othonieli Judici vulgo adsignant.

GE-

JOSUE.

GENUS JOSUE.

Jacob Patriarcha.

Joseph.

Ephraïm, natus annos 9. quando Jacob ingressus est in Ægyptum, anno mundi 2298.

Beria, 1. Paralip. VII, 23. natus anno post ingressum Jacobi in Ægyptum 41. anno patris 50. post fratres ejus occisos, qui descenderant ex Ægypto in Geth, ut invaderent possessiones eorum. 1. Paralip. VII, 21. Idem anno XVII. ætatis suæ genuit Thale, anno mundi 2356.

Thale, anno ætatis XVII. mundi 2373. genuit

Thaan: anno ætatis XVII. mundi 2390. genuit

Laadan: anno ætatis XVIII. mundi 2408. genuit

Ammiud: anno ætatis XVIII. mundi 2418. genuit

Elizama: anno ætatis XVII. mundi 2435. genuit

Nun: anno ætatis XVI. mundi 2451. genuit

Josue: qui natus erat in Exodo annos 53. anno mundi 2514. *Mortuus est, centum & decem annorum*, Josue XXIV, 29. anno mundi 2570. ante Christum 1425.

Fortis in bello Jesus Nave, successor Moysi in PROPHETIS, *qui fuit magnus secundum nomen suum, maximus in salutem electorum Dei, expugnare insurgentes hostes, ut consequeretur hereditatem Israël.* Eccli. XLVI, 1, 2. *Jesus Nave* est Jesus propheta, נבא. Unde dicitur hoc loco, *successor Moysi* IN PROPHETIS: Quasi diceret scriptor sacer, Jesus cognominatus apud suos Nave, quia successor Moysi in prophetis; & idem *magnus secundum nomen suum*, quia *in salutem electorum Dei*. Est enim *Jesus*, salvator. Ergo magnus ille secundum nomen & secundum cognomen. Non dicit scriptor sacer, *Jesus filius Nave:* quod si esset, aperte diceret; ut capite præcedenti proxime, XLV, 28. *Phinees filius Eleazari:* 31, *David regi filio Jesse* & capite isto, XLVI, 9. *Caleb filius Jephone.*

Grotius hunc Ecclesiastici locum sic edidit, & sic interpretatus est: FORTIS IN BELLO JESUS FILIUS NAVE.] *Ex* Ναυῆ *factum per errorem exscriptoris* Ναυῆ *ob vicinitatem litterarum diximus ad initium Josuæ. Is error semel admissus mirum quam late fluxerit.* At primum quidem de suo adjicit hanc vocem, FILIUS, quam nulli sacri codices habent: cum hic etiam in Græco legatur dumtaxat, Ἰησοῦς Ναυῆ: in Græco, inquam, Vaticano Romæ edito, & in Londinensi ad illud exemplar excuso. Editiones ceteras nihil moramur. Deinde tam stultos putat fuisse Hellenistas, ut *Nun* verterent Græce Ναυῆ pro Νῦν: est enim Hebraïce נון. Postea tam stupidum fuisse eum, qui primus exscripsit, ut Ναυῆ pro Ναυῆ scriberet: tam hebetes denique in orbe universo legentes fuisse, ut nemo unus errorem deprehenderit, nemo non avide hauserit. Hinc vero, præter alia argumenta, fictam esse intelliges inscriptionem eam, quam in Africa vidisse se Procopius mentitur: Ἡμεῖς ἐσμὲν οἱ φυγόντες ἀπὸ προσώπου Ἰησοῦ λῃστοῦ υἱοῦ Ναυῆ. *Nos ii sumus, qui fugimus a facie Jesu latronis, filii Nave:* libro 2. de bello Vandalico, cap. X.

Cum prima mentio Tyri & Sidonis occurrat in libro Josue, cap. XIX, 29. ubi *Sidonem magnam, & civitatem munitissimam Tyrum* appellat; recordationem hic locus injicit adventus Herodoti in urbem Tyrum, congressusque cum Sacerdotibus fani Tyrii: qui eidem asseverabant, a Tyro condita usque ad illud tempus fluxisse annorum duo millia cum trecentis, ut ille narrat libro 2. pag. 120. Quo loco & ab Ægyptiis similiter accepisse se tradit, Herculem apud ipsos credi decem ac septem annorum millibus ante Amasim regem vixisse, ὡς αὐτοὶ λέγουσι, *ut ipsi aiunt.* Quibus verbis ostendit magnam illarum gentium fatuitatem sibi videri, quæ splendidis mendaciis inter se de vetustate contenderent: Græcos plus sapere, qui haud tantam esse mundi ætatem crederent, idem paulo postea subiicit, pag. 165. Tyriorum insulæ regem Plinius commemorat, libro VII. sect. XLIX. ubi *Thyniorum* libri habent. Tyro Sidonem esse multo vetustiorem docet Isaias, cap. XXIII, 12. Homerus Sidonem passim, Sidoniosque celebrat: Tyrum, vel Tyrios, ne semel quidem: quoniam nimirum qua ætate Homerus scriberet, sub Achab rege Israël, Sidonii plus valerent. Verum ante Homeri tempora, Salomonis principatu, eumdem Hiramum Tyriis ac Sidoniis imperitasse, testantur sacræ litteræ, III. Reg. V, 1, 6.

JUDICES HEBRÆORUM.

JUDICES.

OTHONIEL. Judic. 3, 7. *Feceruntque malum in conspectu Domini.... Iratusque contra Israël Dominus, tradidit eos in manus regis Mesopotamiæ*, sive, (ut dicitur versu 10.) *Syriæ, servieruntque ei octo annis*, persolventes ei grave tributum annuum. (Sic *factus est Moab David serviens sub tributo*, 2. Reg. VIII, 2. & *Osee servus Salmanasar, reddebatque illi tributa*. IV. Reg. XVII, 3.) *Et clamaverunt ad Dominum, qui suscitavit eis* post annos illos octo *salvatorem, & liberavit eos, Othoniel.... Quievitque terra quadraginta annis, & mortuus est Othoniel.* Non dicit sacer scriptor, annis XL. Othonielem populo præfuisse: immo contrarium diserte adstruit: nempe illis quadraginta annis, & annos seniorum, & octennem servitutem, ante Othonielis principatum, contineri. Quievisse autem terra cum dicitur, sententia est, post liberatum ab Othoniele populum, quievisse terram a bellis & servitute, usque ad annum 40. ab obitu Josue. Ita recte Tursellinus & Ribera, e nostris: eodemque sensu similes quæ sequuntur locutiones accipiendæ sunt. Nam hic multis aliis locis stilus scripturæ sacræ est. Quo admisso plana sunt plurima, quæ sunt alioquin inextricabilia.

Bellum Benjamiticum intra illos annos XL. gestum est, Phinees Eleazari F. Aaronis nepote, summo sacerdote. Judic. XX, 28. *In diebus illis non erat rex in Israël.* Judic. XVII, 6. hoc est, ut quidem videtur, non erat sive rex, sive judex, qui regeret Israëlem.

AOD & SAMGAR. Judic. 3, 12. *Addiderunt autem filii Israël facere malum in conspectu Domini..... Servieruntque filii Israël Eglon regi Moab decem & octo annis: & postea clamaverunt ad Dominum, qui suscitavit eis salvatorem vocabulo Aod.... & quievit terra octoginta annis. Post hunc fuit Samgar: & ipse quoque defendit Israël.* Intra illos octoginta annos, & servitus Moabitica annorum octodecim, & Aod Samgarque principatus inserendus est.

DEBBORA cum BARAC. Judic. IV, 1. *Addiderunt filii Israël facere malum in conspectu Domini post mortem Aod: & tradidit illos Dominus in manus Jabin regis Chanaan.... & per viginti annos vehementer oppresserat eos. Erat autem Debbora prophetis, quæ judicabat populum illo tempore*, cum servitute populus premeretur. Judic. V, 32. *Quievitque terra per quadraginta annos.*

TROJANUM BELLUM incidit in annum fere XXI. ex illis quadraginta; anno ante Christum 1294. ut ex Herodoto discimus, qui ab isto bello usque ad suam ætatem indicat effluxisse annos circiter DCCCL. Sic enim ait libro 2. pag. 165. *A Dionysio quidem certe, qui ex Semele Cadmi genitus fertur, ad meam ætatem sunt anni fere mille sexcenti. Ab Hercule vero Alcmenæ F. ferme nongenti. A Pane autem Penelopes & Mercurii F. pauciores anni sunt, quam a bello Trojano; octingenti fere ad me anni.* Hoc est aperte profiteri, Trojanum bellum tempore interjecto inter Pana & Herculem contigisse. Scribebat autem Herodotus anno Urbis Romæ CCCX. ante Christum 444. Ex quo præterea referas Dionysii ætatem ad annos 50. ante ortum Abrahæ: Herculem, ad annum fere 51. principatus Aod & Samgar: Pana denique ad supremos Gedeonis annos. *Ramises Ægypti rex, quo regnante Ilium captum est*, a Plinio memoratur, lib. XXXVI. sect. XIV.

JUDICES. GEDEON. Judic. VI, 1. *Fecerunt autem Filii Israël malum in conspectu Domini, qui tradidit illos in manus Madian septem annis.* Jud. VIII, 28. *Quievit terra per quadraginta annos, quibus Gedeon præfuit.*

ABIMELECH. Judic. IX, 22. *Regnavit Abimelech* Gedeonis F. *super Israël tribus annis.* Vox ea *regnavit*; tyrannorum more dominationem suam stabilire hunc voluisse significat.

THOLA. Judic. X, 1. *Post Abimelech surrexit dux in Israël, Thola, & judicavit Israëlem viginti & tribus annis.*

Circiter annum V. ex iis XXIII. qui Tholæ tribuuntur, cœpit regnum Ninives, quod postea Assyriorum dictum est; duravitque ab isto primo exordio, usque ad Deiocen regem Medorum, annis XX. supra quingentos, teste Herodoto, libro 1. pag. 46. ubi Assyrios reges appellat eos, qui Ninive primum imperii sedem, deinde Babylonè collocarunt: non eos qui jam inde a Nemrodo Babylone potiti fuissent usque ad Assyriorum incursionem. Anno autem fere VIII. ex iis XXIII. quos diximus, anno ante Christum 1224. cœpit dynastia prima Heraclidarum in Lydia, annis quinque supra quingentos ante Gygen, ut idem Herodotus prodidit, pag. 7. Denique eodem fere tempore quo regnum Ninives cœpit, Magnum Sesostrin, post Mœrin regem, Ægypto imperasse, annis non omnino nongentis ante profectionem Herodoti in Ægyptum, ipse testis est, libro 1. pag. 105. & libro 2. pag. 142. Vicit ille omnem Asiam, Æthiopiamque; & in Europa, Thraciam. Multa de eo Plinius passim. Filium ejus Nuncoreum vocat, lib XXXVI. pag. 299. Herodotus Pherona.

IAIR. Judic. X, 3. *Huic successit Iaïr Galaadites, qui judicavit Israëlem per viginti & duos annos.*

IEPHTE. Judic. X, 6. *Filii autem Israël .... fecerunt malum in conspectu Domini.... Tradidit eos in manus.... filiorum Ammon. Afflictique sunt per annos decem & octo.* Judic. XI, 1. *Fuit illo tempore Iephte.* Judic. 12, 7. *Judicavit Iephte Galaadites Israël sex annis.*

Conquerente Ammonitarum rege, de quodam Amorrhæorum tractu, quem ille suum esse pertendebat, defendit se præscriptione annorum trecentorum. Judic. XI, 25. *Nisi forte melior es Balac filio Sephor, rege Moab; aut docere potes quod jurgatus sit contra Israël, & pugnaverit contra eum; quando habitavit ..... in cunctis civitatibus juxta Jordanem, per trecentos annos.*

Sententia hujus loci est: Num tu melior es Balac rege Moab; qui non est jurgatus contra Israël, quamvis hunc sciret occupaturum terram Amorrhæorum, & reipsa habitare ibi eumdem viderit; neque jurgati sunt contra Israël successores Balac, sub quibus hanc regionem possedit Israël. Itaque jam *anni trecenti* sunt, ex quo de hac re silent Moabitæ. Reipsa ab anno Exodi, quo Deus Mosi & Israëli promisit terram Amorrhæorum, Exod. XIII, 5. & XXIII, 23. quo anno propterea *robustos Moab obtinuit tremor, obriguerunt omnes habitatores Chanaan*, Exod. XV, 15. anni sunt 305. quo toto tempore, de hac regione, sive quam occupandam ab Israële scirent, sive quam occupatam viderent, nemo regum Moab litem movit filiis Israël. Jephthæo itaque calculo dici nihil accuratius potest. Nam in ejusmodi colloquiis numeri integri referuntur, fracti omittuntur. Docet autem ille calculus annos servitutum, ut fecimus, implicari cum annis Judicum oportere: alioquin essent anni 366. a devicto autem Sehon rege Amorrhæorum, saltem 326.

ABESAN. Judic. XII, 8. *Post hunc judicavit Israël Abesan.... septem annis.*

AHIALON. Judic. XII, 11. *Cui successit Ahialon Zabulonites, & judicavit Israël decem annis.* JUDICES.

ABDON. Judic. XII, 13. *Post hunc judicavit Israël Abdon..... octo annis.*

SAMSON. Judic. XIII, 1. *Rursumque filii Israël fecerunt malum in conspectu Domini, qui tradidit eos in manus Philistinorum quadraginta annis.* Judic. XVI, 31. *Samson judicavit Israel viginti annis.*

HELI. 1. Reg. IV, 18. *Senex erat vir & grandævus Heli: & ipse judicavit Israël quadraginta annis.*

Circiter annum Heli XXXV. Utica in Africa a Tyriis condita est, ante Urbem Romam annis CCCXLVIII. Plinius, libro XVI. sect. LXXIX.

SAMUEL. Post mortem Heli *fuit arca* Domini *in regione Philistinorum septem mensibus*; tum inde usque ad annum Samuelis vicesimum, fuit illa in Cariathiarim. 1. Reg. VI, 1. & VII, 2. *Judicavit Samuel filios Israël in Masphath.* 1. Reg. VIII, 6. Tempus autem Samuelis cum Saüle fuisse annorum quadraginta, Paulus in Actis admonet; cap. XIII, 20. *Et posthæc dedit Judices usque ad Samuel prophetam. Et exinde postulaverunt regem, & dedit illis Deus Saül filium Cis, virum de tribu Benjamin, annis quadraginta.* Hoc est, usque ad annum quadragesimum ab obitu Heli Pontificis.

Sequuntur deinde in sacra historia, anni Davidis XL. & totidem Salomonis: cujus annus quartus, idemque ab Exodo quadringentesimus & octogesimus, ut scriptor sacer testatur, 3. Reg. VI, 1. os occludit iis, qui annos servitutum ab annis Judicum secerni volunt; nisi vel corruptos codices pervulgatos, Hebræosque fontes causari velint; aut vim manifestam afferre textui, si quis est alius, apertissimo, planissimoque. At si vel unicus error in sacrum contextum irrepsit, quis non plurimos ejusdem generis alios irrepsisse præstet? Nec magni sane facimus exemplaria, quæ eruditi aïunt a Beda citari, in præfatione libri 2. Expositionis in Samuëlem: in quibus non CCCCLXXX. sed CCCCCLXXX. ipso ita referente, olim legebatur. Nam corrupta fateri necesse est fuisse exemplaria, quæ dissideant ab authenticis.

Hunc ergo laterculum habuit ante oculos scriptor sacer libri Regum, cum scriberet, *quadringentesimo & octogesimo anno egressionis filiorum Israël de terra Ægypti, in anno quarto regni Salomonis:*

MOSES in deserto, annis	40	
JOSUE	17	
Nam hic annorum numerus dumtaxat ad summam requiritur		
OTHONIEL	40	Judic. III, 11.
AOD & SAMGAR	80	Judic. III, 30.
DEBBORA & BARAC	40	Judic. V, 31.
GEDEON	40	Judic. VIII, 28.
ABIMELECH	3	Judic. IX, 22.
THOLA	23	Judic. X, 1.
IAIR	22	Judic. X, 3.
IEPHTE	6	Judic. XII, 7.
ABESAN	7	Judic. XII, 8.
AHIALON	10	Judic. XII, 11.
ABDON	8	Judic. XII, 13.
SAMSON	20	Judic. XVI, 31.
HELI	40	1. Reg. IV, 18.
SAMUEL & SAUL	40	Act. XIII, 20.
DAVID rex	40	2. Reg. V, 4.
SALOMON ante ædificationem Templi,	3	III. Reg. V, 1.
Summa est annorum	479.	

Quibus expletis, anno sequente, qui CCCCLXXX. idemque quartus Salomonis, cœpta Templi ædificatio est.

SUMMI PONTIFICES HEBRÆORUM

usque ad tempora Salomonis.

AARON.

ITHAMAR F. | ELEAZAR F.

HELI, ex posteris Ithamar. | PHINEES F. Josue XXII, 31.

Post

Post hunc per annos ferme trecentos incerti Pontifices.

JUDICES.

PHINEES F. 1. Reg. IV, 9. & XIV, 3.

ACHITOB F. frater Ichabod, 1. Reg. XIV, 3.

ABIATHAR F. Marc. 2, 26.

ACHIAS F. 1. Reg. XIV, 3.

ABIATHAR F. 1. Reg. XXIII, 6, 9. sub Saule.

ABIMELECH F. 2. Reg. VIII, 17. sub Davide.

ABIATHAR F. 2. Reg. XV, 24, 29, 35. & XVII, 15. & XIX, 11. & XX, 25. sub Davide. III. Reg. I, 7. & 2, 22, 27. sub Salomone.

Jonathas F. vicarius Pontificis. 2. Reg. XV, 27, 36.

Ex stirpe Eleazar,

Achitob.

SADOC F. 2. Reg. VIII, 17. III. Reg. I. 1. Paralip. XVIII, 16. & XXIV, 6. sub Davide, & sub Salomone.

Achimaas F. vicarius Pontificis. 2. Reg. XV, 27, 36.

Permiscent omnia, nec satis personas ac tempora distinguunt ii, qui in stirpe Achitob filii Phinees, unum dumtaxat Achimelech & unicum Abiatharem agnoscunt; ac praeterea ut Christi Domini dictum, Marc. 2, 26. cum libro Regum concilient, fingunt ambos illos Pontifices fuisse binomines: & Achimelech patrem Abiatharem, & Abiatharem filium Achimelech fuisse vocitatum; faciuntque ii, ut in suspicionem indiligentiae veniant sacri scriptores. Sed de his uberius egimus in Commentariis nostris ad Marci Evangelium; ubi ostendimus quam fuerit accurate dictum a Domino, rem gestam fuisse, non *ab Abiathar*, sed *sub Abiathar*; cum jam tum essent duo summi sacerdotes simul, aeque ac Domini Christi aetate, de qua dictum est a Luca, *sub Principibus sacerdotum Anna & Caipha*.

REGES HEBRÆORUM.

Anno XXIV. Samuelis, *cum sensisset Samuel*, populus regem poscit, uti a Deo jussus fuerat, Deut. XVII, 14, 15. 1. Reg. VIII.

SAUL.

SAUL.

1 Saul ungitur. 1. Reg. X. Anno ante Christum, 1071. Vincit regem Ammonitarum, cap. XI. Victi a Saule Philistaei. 1. Reg. XIII, 1. *Filius unius anni erat Saul, cum regnare coepisset.* Id est, nullus ante ipsum regnaverat: primus regni annus in Israël, a Saule numerabatur: coeptum est tunc scribi in tabulis & gestis publicis, Anno primo, sub Saule: ut 1. Mach. XIII, 42. *Anno primo sub Simone summo sacerdote, magno Duce, & principe Iudaeorum.* Sequitur deinde, 1. Reg. XIII, 1. *Duobus autem annis regnavit super Israël:* hoc est, ceteri ejus vitae anni a populo sunt neglecti, postquam Samuelis admonitu repudiatum a Deo Saulem agnovit. Duobus igitur annis dumtaxat scriptum est in Actis publicis; sub Saule rege, anno primo, anno secundo. SAUL.

2 Saul reprobatus a Samuele lugetur, e regno ejicitur, eo quod pepercerit Amalecitis. 1. Reg. XV. sub anni finem. David ungitur, 1. Reg. XVI. anno aetatis XVI.

3 Goliath a Davide occiditur. 1. Reg. XVII. Michol Davidi in uxorem despondetur. 1. Reg. XVIII.

4 Saul Davidem persequitur. 1. Reg. XIX.

5

6 *Annus Sabbaticus.* Foedus Jonathae cum Davide repetitum, 1. Reg. XX.

7 David apud Achis regem Geth exsulat. 1. Reg. XXI.

8 David ad regem Moab se confert. 1. Reg. XXII.

9 David profugus in deserto Ziph. 1. Reg. XXIII.

10 David redit in gratiam cum Saule. 1. Reg. XXIV.

11 *Mortuus est autem Samuel, & congregatus est universus Israël, & planxerunt eum.* 1. Reg. XXV.

12

13 *Annus Sabbaticus.* David proditus Sauli a Zichaeis, ab eo rursum securitatem impetrat. 1. Reg. XXVI.

14 David apud Achis profugus. 1. Reg. XXVII.

15

16 Philistaei contra Saul armantur. Ille Pythonissam consulit. Audit a Samuele, 1. Reg. XXVIII, 19. *Cras autem tu & filii tui mecum eritis.* Hoc est, postridie hujus diei quo te al-

SAUL. loquor. Nocte venerat Saul ad mulierem: cœpto jam a Solis occasu die prima sabbati, exempli gratia, more Judaïco. Ergo crastinus dies intelligi debet is, qui diem primam sabbati est subsecutus. Alii tamen haud improbabiliter cum Saliano, regressum fuisse Saulem in castra volunt tota illa nocte ipsoque consequente die in pugna cecidisse.

Eadem die qua Saul Pythonissam consuluit, David Amalecitas persecutus est & occidit. 1. Reg. xxx. Postridie pugna Philisthæorum contra Israëlitas; in qua Saul cum filiis fortiter pugnando cecidit. 1. Reg. xxxi.

DAVID.

D A V I D.

1 Ante Christum anno 1055. *Filius triginta annorum erat David, cum regnare cœpisset: & quadraginta annis regnavit. In Hebron regnavit super Judam septem annis & sex mensibus. In Jerusalem autem regnavit triginta tribus annis super omnem Israel & Judam.* 2. Reg. v, 4, 5. & cap. 2, 11. Iniisse regnum videtur circiter ineuntem Junium anni superioris.

Simul Isboseth filius Saulis, post patris cladem, *duobus annis regnavit*; isto nimirum ac subsequente pacifice regnavit, priusquam ei David bellum inferret. 2. Reg. 2, 10.

Quadraginta annorum erat Isboseth filius Saul, cum regnare cœpisset super Israel, 2. Reg. 2, 10. Quando Saul percussit Amalec, nondum erat genitus Isboseth filius Saul. Nam filii Saul quatuor dumtaxat fuisse dicuntur, 1. Reg. xiv, 48, 49. *Congregatoque exercitu, percussit Amalec, & eruit Israel de manu vastatorum ejus. Fuerunt autem filii Saul, Jonathas, & Jessui, & Melchisua: & nomina duarum filiarum ejus, nomen primogenitæ Merob, & nomen minoris Michol.* Ea autem victoria anno Saulis secundo contigit, qui fuit vicesimus sextus Samuelis. Non igitur primo Samuelis anno natus Isboseth dici potest; sed anno tantum, ut cum citissime, Saulis tertio; ac proinde nunc annorum erat, ut plurimum, quatuordecim.

Deinde anno sequente, quo anno David Goliathum interfecit, natus annos septemdecim, *Exspoliavit se Jonathas tunica, qua erat indutus, & dedit eam David, & reliqua vestimenta sua, usque ad gladium & arcum suum, & usque ad balteum*, 1. Reg. xviii, 4. Atqui si natus esset Isboseth anno primo Samuelis, Jonathas filius Saul natu maximus, hoc anno, quo dedit tunicam suam Davidi, annum egisset quinquagesimum, & eo amplius. An posset autem tunica cum balteo viri quinquagenarii, vel majoris quinquagenario, apta adolescenti esse annorum sedecim; qui præsertim fuisse tunc *parvulus* dicitur, 1. Reg. xvi, 11? Fieri omnino non potest. Sed ætate pares propemodum fuere David & Jonathas. David autem tunc erat, ut diximus, annos natus septemdecim. Annorum igitur septemdecim pariter Jonathas fuit: nec proinde annum agebat, ut volunt, vicesimum sextum Isboseth, ante hanc Davidis de Goliatho victoriam.

Præterea, cum dicitur 2. Reg. 2, 8, 9. *Abner autem filius Ner, princeps exercitus Saul, tulit Isboseth filium Saül, & circumduxit eum per castra, regemque constituit..... super Israël universum:* adolescentia Isbosethi non obscure significatur: siquidem virum annorum quadraginta non diceretur quisquam *tulisse & circumduxisse*; sed adolescentem tantum. Sic enim de Joas rege septenni, quem Joïadas regem constituit, scriptum est, iv. Reg. xi, 12. *Produxitque filium regis, & posuit super eum diadema, & testimonium: feceruntque eum regem*, &c.

Denique si Isboseth tunc annum agebat ætatis quadragesimum, oportet Saulem obiisse septuagenarium: & annum egisse ætatis quinquagesimum quartum, tunc cum a Samuele unctus in regem est. Atqui non vir ea ætate patris asinas quæreret; sed e liberis, quos jam quatuor haberet, ut ponit ea hypothesis, unum aliquem mitteret ad illud avo præstandum obsequium. Verisimilius igitur multo est tunc annos natum triginta quinque tantum fuisse Saulem, cum est inauguratus in regem: nec proinde anno primo Samuelis, cum annum ageret ætatis undecimum Saul, natus est ex Saule Isboseth. DAVID.

Ergo cum dicitur 2. Reg. 2, 10. quod ad hunc annum pertinet, *Quadraginta annorum erat Isboseth filius Saul, cum regnare cœpisset*; sententia dicti hujus alia non est, quam quadragesimum tunc annum fuisse, ex quo Samuel, qui Saulem unxit in regem, populum Israëliticum cœpit regere. Nam quoniam a Samuele unctus est Saul, vixitque nihilominus Samuel usque ad annum undecimum Saulis, qui fuit Samuelis tricesimus quartus; idcirco Æra hæc non Saulis, quem Deus reprobavit, sed Samuelis æra nuncupata est. Æra quidem ipsa ex parte fuit regum Israël: quoniam hi a Samuele creati sunt, idcirco in unam summam collatum est tempus Saulis & Samuelis a scriptore libri Regum; quemadmodum & a Paulo in Actis.

2 *Natique sunt filii David in Hebron: fuitque primogenitus ejus Amnon . . . & post eum Chelaab . . . porro tertius Absalom. . . . Quartus autem Adonias . . . . & quintus Saphatia.* 2. Reg. 3, 2. & 1. Paral. 3, 1.

3 Natus hoc anno Absalom.

4 *Annus Sabbaticus.*

5

6

7

8 Isboseth Saulis filio interfecto, David unctus super totum Israël, Sionis arcem, pulsis Jebusæis, expugnat. 2. Reg. iv. & v.

Hiram rex Tyri, amicus Davidis. 2. Reg. v, 11.

9 Arca Domini transfertur in arcem. 2. Reg. vi.

10

11 Annus Sabbaticus. *Factus est Moab David serviens sub tributo.* 2. Reg. viii, 2. Item Syria Damasci. viii, 6. Item Idumæa. viii, 14.

12 *Sadoc filius Achitob, & Achimelech filius Abiathar, erant sacerdotes.* Vide quæ dicturi sumus ad annum Christi 33.

13 Davidis adulterium, & Uriæ cædes. 2. Reg. xi.

14 *Porro in Jerusalem nati sunt ei* (Davidi) *filii, Simmaa, & Sobab, & Nathan, & Salomon: quatuor de Bethsabee:* & alii novem, *absque filiis concubinarum.* 1. Paralip. 3, 5. Itaque post annos fere quatuor Salomonis ortus recte collocatur.

15

16

17 Salomon hoc fere anno nascitur. 2. Reg. xii, 24.

18 Annus Sabbaticus. *Factum est autem posthæc, ut Amnon sororem Absalomi violaret.* 2. Reg. xiii, 1.

19

20 *Post tempus biennii* Absalom occidit fratrem suum Amnon. 2. Reg. xiii, 23, 28.

21

22

23 Absalom post fratrem occisum exsulat tribus annis. 2. Reg. xiii, 38. Postea Hierosolymam hoc anno redit: sed patris conspectu ei interdicitur, duobus annis. 2. Reg. xiv, 28.

24

An-

DAVID. 25 *Annus Sabbaticus.* Absalom adversus patrem conjurat in Hebron, *post quadraginta annos*, 2. Reg. xv, 7. nempe post annos XL. a prima creatione regum in Israël, tertium regem populo placiturum ratus Absalom, adversus patrem rebellat. Est insolentis audaciæ censura, quam hujus loci peragit Ferrandus in Psalmos, pag. 148. ubi *crassum* hic *errorem* esse dicit; legendumque esse cum quibusdam manuscriptis libris, quamvis aliis repugnantibus, *post quatuor annos*; vel cum codice Regio 138. *quadraginta dies.* Nunc annum ætatis David agebat LVI. Unctus est enim anno XVI. *parvulus*, 1. Reg. XVI, 11. Absalomi erat hic annus XXIII. aut XXIV.

26

27 David regnum recipit, occiso Absolom. 2. Reg. XVIII.

28

29 Joab persequens Sebam, qui contra Davidem seditionem movebat in Israël, occidit & Amasan. 2. Reg. xx.

Ira Jairites erat sacerdos David. 2. Reg. xx, 25. Hoc est, sacrificia regis, sive quibus rex intererat, Deo offerebat. Diceret nostra ætas, Fuit Regius Capellanus.

30 *Facta est quoque fames in diebus David tribus annis jugiter.* 2. Reg. XXI.

31

32 *Annus Sabbaticus. Ante Christum annus 1024.*

33 Canticum gratiarum actionis David, pro sua liberatione ab omnibus inimicis 2. Reg. XXII.

34 David ob numeratum populum a Gad propheta correptus, ex tribus flagellis oblatis pestem triduanam elegit 1. Reg. XXIV.

35 Circa hæc tempora Job diem supremum obiisse nobis videtur. Neque enim simile veri est diu post ejus obitum, conscriptum fuisse librum de ejus certamine ac victoria; quem librum a Salomone conditum fuisse post annos octo existimamus.

36 *Annus ante Christum 1020.*

37

38

39 *Annus Sabbaticus. Ante Christum annus 1017.*

40 Anno XL. regni Juda expleto, circiter Maïum exeuntem, *David Senex & plenus dierum* (anno ætatis LXX.) *regem constituit Salomonem filium suum super Israël*, 1. Paralip. XXIII, 1. Ipse sexto fere post mense moritur, anno ante Christum 1016. Itaque Christus Dominus, filius David, filii Abraham, ita tempora ipse disposuit, ut ab altero annis circiter mille, ab altero fere bis mille distaret: atque ut medius inter Adam & Christum Abrahamus fuit; sic inter Abrahamum & Christum David esset interjectus.

Annum Salomon tunc agebat quartum & vicesimum; tametsi Græci codices, sed interpolati, aliter statuunt. David enim moriens Salomonem his verbis affatur: *Vir autem sapiens es, ut scias quæ facies.* 3. Reg. 2, 9. Si jam autem vir sapiens, certe non duodennis puer: ut sive ex Græco codice MS. Alexandrino, sive ex Hebræorum somniis, veterum aliqui prodiderunt.

SALOMON.

SALOMON. 1 Annus hic est ante Christum 1015.

Salomon Adoniam fratrem e medio tolli jubet: Abiatharem sacerdotio amoveri. 3. Reg. 2. Dignum autem adnotatu est, quod post ejectum sacerdotio Abiatharem narrant sacræ litteræ, III. Reg. 2, 35. *Et constituit* rex Salomon Sadoc *Sacerdotem pro Abiathare.* Nam hæc verba docent aperte fuisse Abiatharem summum sacerdotem, cujus in locum suffectus Sadoc fuisse dicitur; & tamen Sadoc jam antea sacerdotem sub Davide vidimus, & ipsi etiam Abiathari præponi, sive priore ante Abiatharem loco appellari; & ab eo unctum fuisse Salomonem. Unde aperte conficitur, duos fuisse simul summos sacerdotes; (nam septies *Sadoc & Abiathar sacerdotes* simul appellantur in libris sacris:) sed ablegato Abiathare *in agrum suum*, ut dicitur III. Reg. 2, 26. jussus est Sadoc sacerdotii munus solus explere; abrogatæque tunc fuerunt vices annuæ summorum sacerdotum: nolente Salomone, dum esset superstes Abiathar, alterum in ejus locum subrogari: nec deinceps, aut sub Roboamo saltem, cum esset a Juda divisus Israël, usque ad Herodis, vel suprema Machabæorum tempora, cum Galilæi plurimi Hierosolymam venirent, duobus summis sacerdotibus opus aut locus fuit. SALOMON.

2 *Confirmatum est igitur regnum in manu Salomonis, & affinitate conjunctus est Pharaoni regi Ægypti: accepit namque filiam ejus.* 2. Reg. 3, 1. Nullam antea uxorem Salomon duxisse legitur.

Canticum Canticorum tunc conscriptum videtur. Cant. 1, 8.

Sapientiam a Deo postulat: veluti *puerum* se *parvulum* esse dicit, 3. Reg. III, 7. hoc est, rerum inexpertum. *Dedit quoque Deus sapientiam Salomoni. . . . Et præcedebat sapientia Salomonis sapientiam omnium Orientalium & Ægyptiorum. . . . Locutus est quoque Salomon tria millia parabolas: & fuerunt carmina ejus quinque & mille*, &c.

Hoc anno vel subsequente nobis videtur Salomon conscripsisse librum de Jobi historia, qui vixit in terra Hus, regione Idumæorum, ut intelligimus ex Thren. IV, 21. ad Orientem Judææ; unde Job 1, 3. dicitur *vir ille magnus inter omnes Orientales*: medio itinere inter Sabæos & Chaldæos, ut apparet ex eodem primo libri capite, versu 15. & 17. Eam ob rem in Bibliis Hebraïcis liber Job inter Proverbia & Canticum Canticorum medius inseritur. In quibusdam aliis libris, inter Psalmos & Proverbia medius locatur; in aliis demum, utrisque postponitur. Multas habet cum his voluminibus, & cum Ecclesiaste, communes sententias. Fuit terra Hus Davidi & Salomoni vectigalis. Nomen habuit ab Hus filio Disan, filii Seïr Horræi, habitatoris terræ Edom, Gen. XXXVI; 20, 28. Quamobrem gentilis, ut Melchisedec, non ex genere, aut ex cognatis Abrahæ, Job fuit. Jobi mentio præterea fit, Ezech. XIV, 14. Tobiæ 2, 2. & in epistola Jacobi, cap. V. Condidisse hoc volumen Salomon videtur ex prolixioribus fortassis commentariis Jobi ipsius; quibus narrationem ipse adjunxit, quæ est præfixa initio, & fini subtexitur. Hinc fit, ut in hac lucubratione, narratio sit apertissima & maxime simplex: Jobi autem & amicorum oratio majore cothurno incedere ubique videatur; amplius centum præterea horrida vocibus, Chaldaïcis, Arabicis, Syriacisve: quas alibi in sacris codicibus nusquam reperias. Deinde nomen Jehovæ in illis quidem capitibus, quæ ad historicam narrationem pertinent, sæpe legitur; in reliquo opere semel tantum occurrit; Job. XII; 9. sed alibi semper אל vel שדי: quoniam proprium Israëlitarum fuit יהוה a Mosis temporibus. Hoc est, deinceps perpetuum apud ipsos. Nam ab Israëlitis ipsis in Ægypto neglectum fuisse videtur, multoque antea ab aliis ubique gentibus; quoniam vox ea esset, ut est adhuc, ignotæ pronunciationis: quod quæ his litteris in primigenia lingua ante confusionem vocales subjicerentur, postea nemo novit, neque ipse voluit Deus indicare cuiquam: juxta illud Exod. VI, 3. *Et nomen meum ADONAÏ non* indi-

indicavi eis: hoc est, ne ipsis quidem Abrahæ, Isaac, & Jacobo, quomodo proferendum sit יהוה indicavi. Non dicit nomen *Adonai*, quod Dominum significat, ignotum fuisse eis; nam & aliis cognitum fuit, ut mox dicemus; sed *nomen meum*, inquit, cujus vice, quia ineffabile est, *Adonai* legitis, nempe יהוה. Alioqui diceret Vulgatus Interpres, *Et nomen meum, Dominus, non indicavi eis:* quod falsum esset. Et hebetis ingenii foret existimare, de nomine *Adonai* quod Dominum significat, locutum esse Vulgatum Interpretem, cum & in Hebræo sit יהוה & ipse statim illud ADONAI interpretetur, *Qui est:* quæ significatio certe nomini אדני non convenit. Nec dicit Deus; Quæ vis subsit huic nomini, יהוה, non indicavi eis. Nam cur quod Mosi dixit, quod Vulgatus Interpres novit, quod oportuit intelligi ab Israëlitis, ad quos Moses mittebatur, id Deus non diceret Abrahamo, esse nimirum יהוה *Qui est?* Diceret tunc Vulgatus Interpres. Et nomen meum, *Qui est*, non indicavi eis: quod pariter falsum esset. Sed sensus est; Quod Adam & Enos & Noë probe noverunt & pronunciaverunt in lingua primigenia ante confusionem, nemini postea, ne Abrahamo quidem ipsi, aut Isaaco, & Jacob, indicavi quomodo id nomen pronunciandum esset. Primigenia lingua extincta, יהוה nomen in familia remansit, ex qua Abraham traxit ortum: sed in scriptura tantum, non in lingua, vel ore. *Adonai* pro eo dictum est a Thare & Laban, & ab Abrahamo posterisque ejus: cum ceteræ gentes illud penitus neglexissent. Nam Abimelecho regi Geraræ in Palæstinis Deus est tantum אדני vel אל. Melchisedeco, tantum אל עליון. Ne Joseph quidem deinde in Ægypto vel semel יהוה dixit, sed אלהים tantum, & quidem plus vicies. Post Mosen autem recepta vox יהוה est ab Israëlitis, adhibitaque passim in scriptis, etsi numquam in ore propriis suis litteris ac vocalibus.

Itaque capita priora duo libri Job, & postremum, hoc indicio atque argumento constat & in terra Israëlitide, & ab homine Israëlita scripta fuisse, qui ibi scripsit יהוה sæpissime. Nulla in toto opere mentio mirabilium, quæ Deus præstitit in gratiam Israëlitarum; quoniam Job non esset ex ea gente. Quamobrem & ipse sacrificat, haud alio jure, quam quo ante Mosen quivis paterfamilias. Habes autem similia iis, quæ de Satan initio libri referuntur, 1. Paralip. XXI, 1. Zach. 3, 1. & alibi. Salomonem denique libri conditorem visum esse Gregorio Nazianzeno, Nicetas Metropolita Heracleensis prodidit; ut quidem ex hujus scholiis Billius prodidit. Scriptum ab uno ex prophetis alii prodidere apud Hugonem Victorinum.

Proverbia a Salomone prius composita. *Parabolæ Salomonis, filii David, regis Israël*, Prov. 1, 1.

Rex Regum Salomon. *Ipse enim obtinebat omnem regionem, quæ erat trans flumen, a Thapsa usque ad Gazam, & cunctos reges illarum regionum.* III. Reg. IV, 24. Trans Jordanem fuit rex Moab, 2. Reg. VIII, 2. Rex Ammon. 2. Reg. X, 2. Rex Idumææ, VIII, 14. Ceteroqui rex Damasci, & Adad Idumæus, *erat adversarius Israëlis cunctis diebus Salomonis.* III. Reg. XI, 14, 25. tametsi non statim initio regni vel sui vel Salomonis, odium præ se tulerint.

Annus mundi 2993. *Ante Christum* 1012.
Littera Domin. G.

Factum est ergo quadringentesimo & octogesimo anno egressionis filiorum Israël de terra Ægypti: ex quo de terra, inquam, ipsa Ægypti egressi sunt: quæ egressio una nocte cœpta completaque est. Audax enim ac temeraria, nec ullo nixa exemplo similis locutionis, in libris sacris aut profanis, interpretatio illa est, quæ egressionem hic completam, ut vocant, jubet intelligi, quæ ipso trajecto Jordane contigerit, anno post transitum Maris Rubri 40. aut etiam 46. arca Domini in Silo collocata. Nam cum annum Exodi scriptores Christiani Judæique omnes appellant, quemnam alium intelligunt, nisi quo Mare Rubrum Israëlitæ transierunt? Quo quis igitur argumento suadebit, Exodi vel Egressionis nomine aliud sive Jeremiam sive Esdram hic intellexisse, tam nove ea voce abusum fuisse, & a vulgari ubi notione discessisse, ut prorsus insolitam adhiberet? Quid est obtorto collo scriptorem sacrum in sua pertrahere deliria, si hoc non est? Finge ex Galliis iter ad Sinas esse annorum decem. Quid stultius dici potest, quam primum egressionis e Gallia annum, egressionis completæ annum interpretari, ut anni primi nomine decimus intelligatur, quo in Sinarum litus appellitur? Eadem hic eorum, qui a sensu litterali scripturæ & a nostro calculo dissident, ut conficta a se hypothesi Chronologicæ serviant, insania est. Non sibilos isti plebis metuerent, si auderent profani alicujus scriptoris verbis hanc vim inferre, quam sacris litteris insolenter inferunt? Ergo *quadringentesimo & octogesimo anno egressionis filiorum Israël de terra Ægypti, in anno quarto, mense Zio, (ipse est mensis secundus,) regni Salomonis super Israël, ædificari cœpit domus Domino.* III. Reg. VI. 1. Mensis hujus Neomenia civilis fuit hoc anno, die XI. Maii, feria sexta. Novilunio medio cadente in diem 10. hora 1. matut. 19'. 7. dilata Neomenia civilis est in Judæa in diem sequentem: ut esset mensis primus in Juda dierum 29. Nam primi mensis Novilunium fuit April. 10. 0. 43'. 4''. serot. Neomenia proinde civilis in Galilæa, die XI. April. feria quarta: in Juda autem die sequente, 12. April. feria quinta. Æquinoctium medium fuit die 1. April. hora 9. 41'. 36''. post meridiem. Mensium civilium nomina propria in sacris litteris nulla sunt ante Salomonem. Mensis *Ziu*, qui secundus, hoc loco: *Ethanim*, qui septimus, III. Reg. VIII, 2. *Bul*, qui octavus, III. Reg. VI, 38. Atque ea quidem locutio inclusa parenthesi, (*ipse est mensis secundus*,) qualis non semel occurrit in libro Esther; significat aperte, ut Estheris ævo Chaldaïca vocabula, sic ista, quæcumque sint, nunc recens in usum fuisse invecta. Esse autem Ægyptiaca arbitramur, exinde adducta ante biennium, cum Salomon affinitate conjunctus est Pharaoni regi Ægypti, ducta ejus filia in uxorem. Venerunt eo tempore in Palæstinam Ægyptii Astronomi, sideralis scientiæ peritissimi; qui si vitiosum foret Kalendarium Judaïcum emendarent; a quibus accepta hæc nomina mensibus Salomon imposuit. Et nunc illa quidem Salomonis cura, multo vero magis simile postea studium Judæorum in adsciscendis potius Persicis nominibus, sub tempora captivitatis Babylonicæ, quam Ægyptiacis; quod erant Judæis Persæ æquiores multo quam Ægyptii: hæc, inquam, cura, hoc studium, ostendit esse anile commentum eorum, qui conspectu Lunæ e præcelsis montium jugis, definitam olim fuisse ab Hebræis Neomeniam, cum Talmudistis quibusdam insulsis, non desinunt propugnare. Nec animadvertunt illi certe quidem, pæne stultum esse, cum & Moses *eruditus in omni doctrina Ægyptiorum* fuisse dicatur a Stephano in Actis, (ut de Abraham Chaldæo sileamus;) & Salomonis sapientia præ-

SALOMON. præcessisse sapientiam Orientalium & Ægyptiorum, III. Reg. 3. nihilominus anni formam affirmare a neutro eorum digestam esse aut restitutam; positosque ambos inter duas omnium e toto orbe in re Astronomica peritissimas exercitatissimasque gentes, ab illis nomina dumtaxat accepisse mensium; formas autem statasque eorumdem mensuras neglexisse: Nam id defendi necesse est ab his, qui commenta Rabbinica de menstrua Lunæ observatione assidue occinunt. Quidni enim tali verbo utamur, ubi ea recantari magno quotidie strepitu cernimus, etiam in Diariis, quæ vel pueri rideant, quæ Evangelio tenebras offundant, incertumque reddant diem & annum, quo Christum Servatorem passum esse sacræ litteræ docent? Nam si forma quidem Kalendarii certa ac definita in usu fuisse semper apud Judæos statuatur, qualis apud finitimos Chaldæos, Persas, & Ægyptios fuit; hoc est, ea quæ cyclum decemnovennalem adhibet, expositaque est a nobis in tractatu De supremo Christi Paschate; nihil potest ostendi promptius quam annum Christi passionis fuisse ætatis ipsius & æræ Christianæ tricesimum tertium. Nihil enim est cyclo decemnovennali aut ad inveniendum facilius, aut ad Neomenias statuendas certius; si modo per annos quosque circiter centenos æquinoctii verni momentum spectetur; ex quo quod inesse vitii cyclo potuerit, corrigatur: ut contingat decima quarta mensis primi luna post æquinoctium. Si ab hac autem regula discedatur, si ex menstrua Lunæ observatione qualem Rabbini tradunt, res tanta pendeat, nihil incertum magis, aut magis errori obnoxium dici potest. Quis autem rem adeo facilem, adeoque necessariam ad legis observationem, aut non per se invenisse Mosen existimet, aut non ab Ægyptiis ultro didicisse, vel Judæos postea a Chaldæis atque Persis; a quibus nomina mensium eosdem accepisse constet? Sed nomina profecto dumtaxat Salomon ex Ægypto adscivit, non ipsam mensium formam ac rationem, quam in diluvii descriptione, atque alibi, ut vidimus, observatam a Mose norat. Enimvero sub Salomone, ejusque uxore Ægyptia, nomina hæc mensium in Israële audita sunt. Post ejus excessum e vita, hanc illi cum Ægyptiis communionem nominum penitus repudiarunt, pristino more recepto, primi, secundi, quarti, septimique mensis, de solo mensium inter se ordine, appellandi, quemadmodum a Mose didicerant.

5 *Annus Sabbaticus. Ante Christum annus* 1010.

[illegible]

7

[illegible]

9

10

11 *Ante Christum annus* 1005.

In anno undecimo, mense Bul, (ipse est mensis octavus,) perfecta est domus Domini *in omni opere suo.... ædificavitque eam annis septem.* III. Reg. VI, 38. Neomenia mensis octavi fuit, die XVII. Octob. feria 6. anno bissextili Juliano Novilunio medio contingente die 16. hora 8. 51′. 59″. post meridiem.

Annus mundi 3001. *Ante Christum* 1004. *Littera Domin.* D.

12 Arca in adytum illata est dedicatioque templi magno facta est apparatu, *in mense Ethanim: ipse est mensis septimus.* III. Reg. VIII, 1, 2. Mensis septimi Neomenia fuit sexta Octobris, feria tertia. Novilunium medium eadem die, hora 40′. 38″. matut. Nam eo anno, cum æquinoctium vernum esset prima die Aprilis, hora 8. 12′. 19″. post meridiem, novilunium primi mensis incidit in XII. April. hora 1. 16′. 19″. matut. feria prima. Die octava mensis Salomon templum dicat, instituitque solennitatem per bis septem dies; posteriorisque septenarii die octavo, qui & XXII. Tisri, fecit collectam. III. Reg. VIII, 65. 2. Paral. VII, 9, 10. Collecta dicitur עצרת, quod ea die populus retineretur ad faciendam pecuniæ collectam pro sacrificiis. SALOMON.

12 Annus Sabbaticus. *Domum suam ædificavit Salomon tredecim annis, & ad perfectum usque perduxit.* III. Reg. VII, 1. *Domum quoque fecit filiæ Pharaonis, quam uxorem duxerat Salomon.* VII, 8.

Hiram rex Tyri, (cujus hic annus est regni fere quinquagesimus) mittit ad Salomonem CXX talenta auri. III. Reg. IX, 14.

Anni [illegible] Christum. 14

15

16 *Annus Ante Christum* 1000.

1000 *Rex autem Salomon adamavit mulieres alienigenas multas; filiam quoque Pharaonis, & Moabitidas, & Ammonitidas, Idumæas, & Sidonias, & Hethæas.* III. Reg. XI, 1. Eo ordine hic recenseri Salomonis uxores videntur, quo easdem accepit. Nullam certe quidem duxit ante filiam Pharaonis, quæ primo loco nominatur. Atque ex eo intelligimus, Roboamum, quem ex uxore Ammonitide suscepit, (quæ regio tertio hic loco ponitur,) non ante Davidis excessum, ut censent interpretes, in lucem venisse: qua de re dicendum erit adhuc inferius. Nullos interim suscepisse liberos Salomon in sacris litteris legitur, præter Roboamum.

999 17

998 18 Circiter hoc tempus scriptus videtur a Salomone liber Ecclesiastæ.

997 19

996 20 *Annus Sabbaticus.*

995 21 Circiter hunc annum nascitur Roboam Salomonis F. ex matre Naama Ammanitide. III. Reg. XIV, 21.

994 22

993 23

992 24

991 25

990 26

989 27 *Annus Sabbaticus.*

988 28

987 29

986 30

985 31

984 32

983 33

982 34 *Annus Sabbaticus.*

981 35

980 36

979 37 Salomon ad idola colenda convertitur.

978 38 Propter Idololatriam Salomonis permisit Deus, circa finem hujus anni, *ut Ieroboam levaret manum contra regem. Voluit ergo Salomon interficere Ieroboam: qui surrexit & aufugit in Ægyptum; & fuit in Ægypto usque ad mortem Salomonis.* III. Reg. XI, 5, 26, 33, 40. Hoc initium fuit iniquitatis Israël, occasione regis Juda & Israëlis, hoc est, Salomonis: ex quo usque ad excidium templi & urbis, venturum olim in pœnam hujus criminis aliorumque scelerum, anni sunt CCCXC. ut docet Ezechielis vaticinium, cap. IV.

977 39 Salomonis pœnitentia mihi videtur indicari, 2. Paralip. XI, 17.

976 40 Salomon moritur, postquam regnasset annos quadraginta: successitque ei Roboam, adolescens annorum circiter viginti, ut mox dicturi sumus.

REGES JUDA.	*REGES ISRAEL.*
975 1 *Annus Sabbaticus.* ROBOAM patri succedit, anno ante Chri-	1 JEROBOAM, regnat annis XXII. Apri-

REGES JUDA.

Chriſtum, 975. qui ſabbaticus fuit. Regnat annis XVI. *Quadraginta & unius anni erat Roboam,* | li fere incunte regnare cœpit. III. Reg. XIV, 20.

cum regnare cœpiſſet: decem & ſeptem annos regnavit in Ierusalem civitate. III. Reg. XIV, 21. & 2. Paralip. XII, 13. Hoc eſt: Annus hic erat quadrageſimus primus, decurrens a ſenis amplius menſibus, æræ Salomonicæ, ſive ex quo Salomon Roboami pater, jubente Davide, unctus in regem eſt. Fecit Salomonis ingens in populo commendatio, ex quo præſertim conditor templi fuit, ut ex illo populus æram numerari vellet: quo de Orientalium populorum more inferius ac ſæpiuſcule dicturi ſumus. Verum ſciſſio regni Iſraëlis a Juda hunc calculum, ſive hanc Æram abrupit. Certe adoleſcentem fuiſſe Roboamum, cum regni habenas ſuſcepit, conceptis verbis ſacræ litteræ docent; quibus profecto mos non eſt eum appellare *adoleſcentem* aut *juvenem*, qui ſit natus annos amplius quadraginta. Atqui III. Reg. III, 8. ubi Roboam dicitur juvenilibus conſiliis obſecutus populum in ſe concitaſſe, adoleſcens ipſe & juvenis appellatur. *Qui dereliquit conſilium ſenum, quod dederant ei, & adhibuit ADOLESCENTES, QUI NUTRITI FUERANT CUM EO, & aſſiſtebant illi..... Et dixerunt ei IUVENES QUI NUTRITI FUERANT CUM EO,* &c. Quæ totidem verbis repetuntur, 2. Paralip. X, 8. *Cum IUVENIBUS tractare cœpit, QUI CUM EO NUTRITI FUERANT, & erant in comitatu illius..... At illi reſponderunt ut IUVENES, & nutriti cum eo in deliciis.* Non videtur ergo Roboam annum viceſimum exceſſiſſe, cum regnum capeſſivit.

2 Jeroboami.

974 2 | 3

973 3 | 4

972 4

971 5 *In quinto anno regni Roboam, aſcendit Seſac rex Ægypti in Jeruſalem, & tulit theſauros domus Domini, & theſauros regios, & univerſa diripuit: ſcuta quoque aurea, quæ fecerat Salomon,* &c. III. Reg. XIV, 25. Non eſt hic Seſoſtris cujus Herodotus & Plinius meminere, ut ſuperius vidimus.

970 6 | 6 Jeroboami.

969 7 *Annus Sabbaticus.* | 7

968 8 | 8

967 9 | 9

966 10 | 10

965 11 | 11

964 12 | 12

963 13 | 13

962 14 | 14 Jeroboami.

961 15 Annus Sabbaticus. *Fuitque bellum inter Roboam & Jeroboam cunctis diebus.* III. Reg. XIV. 30.

960 16 Roboam conſtituit Abiam filium ſuum, ducem ſuper omnes fratres ſuos XXVII. quia ceteros ſapientia anteibat. 2. Paralip. XI, 22. Tot ille ex uxoribus & concubinis liberos habuit. Et brevis utique regni ac vitæ fuit.

| 17 Jeroboami.

959 17

958 18 ABIAM, patre mortuo circa Aprilem, regnare cœpit. *In octavo decimo anno regni Jeroboam filii Nabat, regnavit Abiam ſuper Judam,* ſolus utique, ut diximus. *Tribus annis regnavit in Jeruſalem.* III. Reg. XV, 1. & 2. Paralip. XIII, 16. & XIII, 1.

Fuit prælium inter Abiam & inter Jeroboam. III. Reg. XV, 7. & 2. Paralip. XIII, 2.

REGES ISRAEL.

Ante Chriſtum.

957 19 | 19 Jeroboami.

656 2 | 20 Jeroboami.

955 1 ASA

ASA regnare cœpit circa menſem Aprilem, mortuo patre Abiam. *In anno ergo vigeſimo Jeroboam regis Iſraël, regnavit Aſa rex Juda: & quadraginta & uno anno regnavit in Jeruſalem.* III. Reg. XV, 9. & 2. Paralip. XIV, 1. XVI, 13.

654 2 *Annus Sabbaticus.* | NADAB regnat ineunte hoc anno.

Nadab vero filius Jeroboam regnavit ſuper Iſraël anno ſecundo Aſa regis Juda: regnavitque ſuper Iſraël duobus annis. III. Reg. XV, 25. Rex igitur a patre deſignatus eſt anno ſuperiore, & cum eo regnavit annum fere ipſum. Jeroboam moritur ſub anni finem, menſe nono anni XXII. regni ſui.

953 3 *Annus tertius Aſæ regis Juda.* | BAASA. *Interfecit illum* (Nadab nimirum.) *Baaſa in anno tertio Aſa regis Juda, & regnavit pro eo.... Anno tertio Aſa regis Juda, & regnavit pro eo... Anno tertio Aſa regis Juda, regnavit Baaſa.... viginti quatuor annis.* III. Reg. XV, 28, 33. Cœpit igitur circa Novembrem.

952 4 | 1 Annus primus Baaſa regis Iſraël.

951 5 | 2

950 6 | 3

949 7 | 4

948 8 | 5

947 9 *Annus Sabbaticus.* | 6

946 10 *In diebus Aſa quievit terra annis decem: & nulla temporibus ejus bella ſurrexerunt, pacem Domino largiente.* 2. Paralip. XIV, 1, 6.

945 11 *Bellum autem erat inter Aſa, & Baaſa regem Iſraël, cunctis diebus eorum:* nempe ex quo bellum flagrare cœpit hoc anno. III. Reg. XV, 16.

944 12 | 8

943 13 Aſa *Abſtulit idola ex urbibus quas ceperat montis Ephraim.* 2. Paralip. XV, 8.

942 14 | 11

941 15 *Menſe tertio, anno decimo quinto regni Aſa,* cum prælio Zaram Æthiopem paulo ante viciſſet, *abſtulit idola ex urbibus quas ceperat montis Ephraim,* & gratias agit Deo. 2. Paralip. XIV, 9, 12, 13. & XV, 1, 8, 19. Æthiopia hoc loco, ac forte ubique in ſacris litteris, Arabia deſerta eſt. *Tentoria Æthiopiæ* prope *pelles Madian*, Habac. III, 7. Arabes Scenitæ Plinio, lib. IV. ſect. XII. Nam σκηναὶ tentoria ſunt e pellibus.

Bellum vero non fuit, id eſt nemo intulit bellum regno Judæ, *uſque ad triceſimum quintum annum regni Aſa:* 2. Paralip. XV, 19. hoc eſt, uſque ad illam Arabum incurſionem, quæ hoc anno contigit, regni Aſa decimo quinto, eodemque anno XXXV. familiæ quæ in Juda regnabat, ex quo diſcidium factum fuerat Iſraëlis: cujus familiæ princeps tunc erat Aſa rex Juda. 2. Paralip. XV, 19. Similis ratio annos regum numerandi occurret inferius adhuc non ſemel. *Annus Sabbaticus.*

940 16 *Anno autem triceſimo ſexto regni ejus aſcendit Baaſa rex Iſraël in Judam.... Aſa miſit ad Benadad regem Syriæ, qui habitabat in Damaſco, dicens: Fœdus inter me & te eſt,* &c. 2. Paralip. XVI, 1. Inſolentis audaciæ, magnæque imperitiæ eſt, pronunciare hoc loco, ut nonnemo fecit: *Corrigendus error, qui in Paralipomena irrepſit, libro 2. cap. XVI.* Ut proxime triceſimus quintus, ſic annus

iſte

Ante Christum. | REGES JUDA. REGES ISRAEL.

ille XXXVI. similiter est regiæ familiæ in Juda. Sic plane (ut alias observavimus) in Commodi Imp. nummis Græcis, in Ægypto cusis, non anni ipsius imperii signantur, sed familiæ Aureliæ, a M. Aurelio patre ipsius imperatore. Quare qui primus Commodi annus est, notatur vicesimus; atque ita deinceps usque ad XXXII. qui ejusdem imperii nonnisi decimus tertius est, idemque postremus. Mirum fortassis legenti videbitur describi a nobis in præsenti argumento istos Commodi Imp. nummos, & Faustinæ matris ipsius. Verum quo istud operæ pretio fiat, tum hic scripturæ perdifficilis explicatu locus, tum alii similes terni vel quaterni, qui occurrent inferius edocebunt: præter illos, qui æram Abrahæ, & regni Hebræorum, & annos Roboami denotant, ut jam vidimus.

Nummi Commodi, anno Christi 179. *M. Aurelii, anno.* 19.

ΦAYCTEINA CEBACTH. Caput Faustinæ junioris. .)(. L.IΘ. *Anno* XIX. Caput Serapidis. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT.

L. AVREL. COMMODUS AUG. Capite laureato. .)(. TR. P. IIII. IMP. III. COS. II. P. P. Victoria sedet cum corona & palma. Argenteus in museo nostro.

Anno Christi, 180. *Commodi* 1.

ΦAYCTEINA CEBACTH. Caput Faustinæ junioris. .)(. L. K. *Anno* XX. Ubertatis caput sive Annonæ, cum Cornucopiæ. Ex eodem Cimelio

ΦAYCTEINA CEBACTH. In thesauro Mauroceni, pag. 125. .)(. L. K. cum effigie Nili jacentis.

Commodi nummus, ibidem, pag. 126. .)(. L. K. Caput Jovis Olympii. In alio ibidem, pag. 127. ΠPONOIA. *Providentia.* L. K. Imp. sacrificans.

L. AVREL. COMMODVS AVG. TR. POT. V. capite radiato. .)(. VIRTVS AVG. IMP. III. COS. II P.P. Ipse sedet cum fulmine & hasta Est e Cimelio D FOVCAVLT, ex ære mediocri, cusus ante obitum M. Aurelii: quo mortuo Commodus Marci demum veluti prænomen accepit.

Anno Christi, 181. *Commodi* 2.

Faustinæ nummus ibidem, pag. 125. .)(. L KA. *Anno* XXI. Nili effigies.

M. AYPH. KOMO. ANTΩNINOC C. capite laureato. .)(. L. KA. cum duobus crocodilis. Apud D. Rigord.

M. AYPH. KOMOΔOC ANTΩNINOC C. Capite laureato. .)(. L. KA. *Anno* XXI. Commodus in curru vecto quadrigis. Est ex ære mediocri, in museo P. CHAMILLART.

M. COMMODUS ANTONINVS AVG. capite laureato. .)(. P. M. TR. P. VI. IMP. IIII. COS. III. P. P. LIB. AVG IIII. Imp. dat congiarium. Est ex ære magno, in Museo nostro.

Anno Christi 182. *Commodi* 3.

Faustinæ nummus, in thesauro Mauroceni, pag. 125. .)(. L. KB. *Anno* XXII. Ægypti symbolum.

M. AYP. KOM. ANTONINOC CEB. capite laureato. .)(. L. KB. Roma sedens, dextra Victoriolam, læva hastam tenet. Ex ære mediocri nummus est, in Cimelio D. FOVCAVLT.

M. ANTONINUS COMMODUS AVG. capite laureato. .)(. LIB. AVG. V. TR. P. VII. IMP. IIII. COS. III. P. P. Largitio in populum fit ab Imp. *Liberalitas Augusti quintum*, &c. Argenteus: in museo nostro.

Anno Christi 183. *Commodi* 4.

M. AYPH. ANTΩNINOC. capite laureato. Ex Toinardo. .)(. YΠATOC TOΔ. KΓ. *Consul* IIII. anno XXIII. Juppiter sedens, dextra Victoriolam, lævâ hastam tenet.

Apud Vaillantium, Commodi nummus inscriptus est, TR. P. VIII.

Anno Christi 184. *Commodi* 5.

M. A. KO. ANTΩ. CEB. EYCEB. capite laureato. .)(. L. KΔ. *Anno* XXIV. Nili effigies. E Cimelio D. FOVCAVLT. In alio, Serapis. In alio rursum, Victoria gradiens cum palma & corona. In Thesauro Mauroceni, pag. 126. L. KΔ. Imp. sacrificat.

Apud eumdem, TR. POT. VIIII.

Anno Christi 185. *Commodi* 6.

M. A. KOM. ANTΩ. CEB. EYCEB. capite laureato. *M. Aurelius Commodus Antoninus Aug. Pius.* .)(. L. KE. *Anno* XXV. Caput Serapidis, cum Cornucopiæ. Est ex ære mediocri, in Museo nostro.

Alter similis, apud D. FOVCAVLT. .)(. L. KE. Victoria in quadrigis. Alius Victoriam in bigis exhibet. Prior est etiam in Cimelio P. CHAMILLART.

M. COMM. ANTON. AVG. PIVS. capite laureato. .)(. PRIMI DECENN. P. M. TR. P. X. IMP. VII. COS. IIII. P.P. S.C. In corona quercea. Apud Patinum in Indice, pag. 17.

Anno Christi 186. *Commodi* 7.

Commodi nummus apud Vaillantium. .)(. L. KϚ. *Anno* XXVI. Jovis effigies.

M. COMMODVS ANT. P. FELIX. AVG. BRIT. capite laureato. .)(. P. M. TRIB. POT. XI. IMP. VIII. COS. V. P. P. Navis cum velis. Infra, PROVID. AVG. In Thesauro Regio, ex ære mediocri.

Anno Christi 187. *Commodi* 8.

M. A. KO. ANTΩ. CEB. EYCEB. capite laureato. .)(. L. KZ. *Anno* XXVII. Caput Jovis Olympii. Ex ære mediocri, apud D. FOVCAVLT. Est & apud Patinum in Thesauro, pag. 267.

M. COMM. ANTONINVS AVG. capite laureato. .)(. AVCT. PIET. P. M. TR. P. XII. IMP. COS. V. P. P. *Auctor Pietatis*, &c. Pietas ante aram sacrificat. Argenteus est, e Cimelio Colbertino.

Anno Christi 188. *Commodi* 9

Commodi nummus, ex ære mediocri, apud D. FOVCAVLT. .)(. L. KH *Anno* XXVIII. Mercurii effigies.

M. COMM. ANTONINVS... capite laureato. .)(. APOL. PAL. IMP. VIII. TR. P. XIII. COS. V. Stat Apollo *Actiacus*, conservator ac tutor ædium Augustarum, sive Palatii. Apud Patinum, pag. 160, ex ære mediocri.

Anno Christi 189. *Commodi* 10.

Commodi nummus, ibidem. .)(. L. KΘ. *Anno* XXIX. Commodus a Victoria coronatur.

M. KOM. ANTΩN. CEB. EYCEB. capite laureato. .)(. L. KΘ. Nilus decumbens, dextra arundinem, læva Cornucopiæ gerit. E Cimelio D. BEGON.

COMMODUS ANT. P. FELIX AVG. BRIT. capite laureato. .)(. SECVRIT. ORB. P. M. TR. P. XIIII. IMP. VIII. COS. V. P.P. Dea sedet, dextra tenet orbem, læva lateri apposità. Apud P. Steph. CHAMILLART, e Societate nostra.

Anno Christi 190. *Commodi* 11.

M. A. KOM. ANTΩ. CEB. EYCEB. capite laureato. .)(. L. Λ. *Anno* XXX. Caput Dianæ, cum luna crescente. Est in Cimelio D. FOVCAVLT, & in nostro.

Ejusdem Commodi, apud Patinum in Thesauro Mauroceni, pag. 126. sed legit ille L. A. pro L. Λ. Est in eo nummo quadriga. Est & in Museo P. CHAMILLART, ex ære mediocri.

M. COMM. ANT. P. FEL. AVG. BRIT. P. P. capite laureato. .)(. LIB. AVG. P. M. TR. P. XV. COS. VI. Signum Libertatis. In museo nostro argenteus.

Anno Christi 191. *Commodi* 12.

Græce non occurrit hujus anni nummus.

M. COMMODVS ANTONINVS PIVS FELIX AVG. BRIT. capite laureato. .)(. APOLLINI PALATINO. P. M. TR. P. XVI. IMP. VIII. COS. VI. P. P. Victoria & Apollo citharam tenent. E Museo D. Abb. De-CAMPS.

Anno Christi 192. *Commodi* 13.

Λ. AIΛ. AYP. KOM. ANTΩ. CΕΒ. ΕΥCΕΒ. capite laureato. *L. Ælius Aur. Commodus Antoninus Aug. Pius.* .)(. L. ΛB. *Anno* XXXII. caput Jovis laureatum: in Cimelio D. FOVCAVLT. Alius in gaza Regia, aquilam exhibet inter duo signa militaria. L. ΛB. Epigraphe partis anticæ est, Λ. AIΛ. AYP. KOM. CEB. EYCE. BPIT. capite laureato. *L. Ælius Aurelius Commodus Aug. Pius Britannicus.*

L. AEL. AVREL. COMM. P. FEL. capite laureato. .)(. P. M. TR. P. XVII IMP. VIII. Imp. dat congiarium populo. Est ex ære primæ molis, in museo nostro.

Annos igitur, non Commodi Imp. sed familiæ

 Au-

Augustæ Aureliæ, vel M. Aurelii ipsius patris, tum in Commodi, tum in Faustinæ matris, tum denique in Crispinæ conjugis nummis, consignabant Ægyptii; qui se hoc indicio peculiariter obnoxios M. Aurelio, totique ejus familiæ devotos esse testabantur.. Ætatem Commodi in hisce nummis notari qui existimavit, is Faustinæ matris & Crispinæ conjugis Commodi nummis coarguitur, in quibus iidem anni apparent.

Ex horum autem collatione nummorum intelligimus, annum imperii Commodi secundum fuisse, eumdemque ipsius Tribuniciæ potestatis annum sextum: (neque enim alios quam Tribuniciæ potestatis annos in nummis Latinis Imperatorum reperias:) eumdem, inquam, annum illum esse, qui M. Aurelii patris ipsius, quamvis jam defuncti, vicesimus primus appellatur in nummis ipsius Commodi: quemadmodum in hoc sacræ scripturæ loco, annus XXXV. Roboamicæ familiæ, adtribuitur decimo septimo regis Asa.

Fuit ille scilicet mos Orientalium, ut Æram inchoarent ab exortu Principis alicujus, qui de ipsis esset optime meritus; eamque producerent æram quam diutissime liceret; donec alius majore beneficio prioris recordationem deleret. Itaque ex illa consuetudine fit, ut in nummis antiquis Syriæ, ubi Judæa est, & Ægypti, multiplices æræ occurrant, quarum in Occidente nullum vestigium est, quod id a nostris moribus prorsus abhorret. At in Oriente æra tum Juliana a Julio Cæsare, vel ab Antonio Antoniana, in nummis urbium Syriæ occurrit; tum Augustana ab Augusto, in iisdem: Claudiana, a Claudio Cæsare in Ponto; Flaviana, a Flavio Vespasiano, Cæsareæ Palæstinæ: Aureliana, a M. Aurelio in Ægypto: perinde ac si Parisiorum civitas notasset in nummis olim æram Valesiorum a Philippo Valesio; & nunc similiter e familia Borbonia regum æram consignaret ab Henrico Magno. Sic Titi quoque Imp. quem constat biennio dumtaxat imperasse post patrem, nummus inscriptus est, COL. CAESAREA. LIB ΦΑΑ. *Anno* XII. *Flaviorum.*

Ante Christum.		REGES JUDA.	REGES ISRAEL.
939	17	Annus 17. Asa regis Juda.	14 Anus 14. Basa regis Israël.
938	18		15
937	19		16
936	20		17
915	21		18
934	22		19
933	23		20
932	24	*Annus Sabbaticus.*	21
931	25		22
930	26		23 ELA hoc anno ineunte regnat super Israël, vivo adhuc patre suo Basa: regnavitque annis
929	27	Hesiodus circa hoc tempus floret. Plinius, lib. XIV. sect. 1. *Tanto priscorum cura fertilior, aut industria felicior fuit, ante millia annorum, inter principia litterarum, Hesiodo præcepta agricolis pandere orso, subsecutisque non paucis hanc curam ejus.* Scribebat Plinius anno Urbis DCCCXXX. Christi LXXVII. Periodi Jul. 4790. Est autem hic annus ante Christum 929. Periodi Jul. 3785. antequam Plinius scriberet, 1006.	24 duobus. *Dormivit Baasa cum patribus suis, sepultusque est in Thersa, & regnavit Ela filius ejus pro eo.* III. Reg. XVI, 6. *Anno vigesimo sexto Asa regis Juda, regnavit Ela filius*

Baasa super Israël in Thersa, duobus annis. Et rebellavit contra eum, circa Octobrem anni hujus servus suus Zambri.... Irruens ergo Zambri percussit & occidit eum anno vigesimo septimo Asa regis Juda, & regnavit pro eo. III. Reg. XVI, 8, 9, 10. *Anno vigesimo septimo Asa regis Juda regnavit Zambri septem diebus.* III. Reg. XVI, 9, 10, 15. *Porro exercitus obsidebat Gebbethon urbem Philisthinorum. Cumque audisset rebellasse Zambri, & occidisse regem omnis Israël Amri.... Ascendit ergo Amri, & omnis Israël cum eo de Gebbethon, & obsidebant Thersa. Videns autem Zambri, quod expugnanda esset civitas, ... succendit se .... & mortuus est.* III. Reg. XVI, 15, 16, 17, 18. Hæc per anni hujus Octobrem gesta. *Tunc divisus est populus Israel in duas partes.* III. Reg. XVI, 21. Ab anno igitur superiore, qui XXVI. Asa regis Juda, Ela in societatem regni Israël a patre fuerat cooptatus.

Ante Christum.		REGES JUDA.	REGES ISRAEL.
928	28		1 Bellum civile in Israel per annos tres, Amri
927	29		
926	30	Annus Sabbaticus.	2 unius partis duce: qui postea ab universo
925	31	*Annus 31. Asa regis Juda.*	3 Israële electus est.
			4 AMRI mortuo Thebrii, al-

terius partis duce, agnitus salutatusque rex est ab universo Israël. *Anno trigesimo primo Asa regis Juda regnavit Amri super Israël duodecim annis:* a primo illo nimirum, quod habuit ante annos tres, regnandi exordio. Ex illis autem annis duodecim, *in Thersa regnavit sex annis. Emitque montem... & ædificavit Samariam.* III. Reg. XVI, 23.

Ante Christum.		REGES JUDA.	REGES ISRAEL.
924	32	*Azarias sacerdotio*	5
923	33	*functus est* sub Asa. 1.	6
922	34	Paralip. VI, 10. *Pontifex domus Dei.* 2. Pa-	7
921	35	ralip. IX, 11.	8
920	36		9
919	37	*Annus Sabbaticus.*	10
918	38		11 Annus primus Achab Regis Israël, a patre consors regni factus.
917	39	*Ægrotavit etiam Asa, anno trigesimo nono regni sui,* post mensem Julium. 2. Paralip. XVI, 12.	1 ACHAB, mortuo circa Septembrem Amri patri succedit. *Dormivitque Amri cum patribus suis, & sepultus est*

in Samaria .... Achab vero filius Amri regnavit super Israël anno trigesimo octavo Asa regis Juda. Et regnavit Achab filius Amri super Israël in Samaria, viginti & duobus annis III. Reg. XVI, 28. Designatus a patre regni socius, jam ab anno superiore, sub ipsum anni exordium.

Ante Christum.		REGES JUDA.	REGES ISRAEL.
916	40	Homerus floret hac ætate. Plinius libro VII. sect. XVI. *Ante annos prope mil-*	3 Annus tertius Achab regis Israël.

le vates ille Homerus. Est hic annus antequam Plinius scriberet, 994. Docet autem Homerus, Iliad. Y. versu 306. cum eum librum scriberet, posteros Æneæ, Priami stirpe extincta, in Phrygia regnasse. Ex quo Æneam in Italiam non venisse, manifestum est.

Ante Christum.		REGES JUDA.	REGES ISRAEL.
915	41	Ethbaal rex Sidoniorum, cujus filiam Jezabel Achab rex Israël duxit uxorem. III. Reg. XVI, 31.	4 ELIAS Propheta circa hoc tempus. III. Reg. XVII, 1.

JOSAPHAT patri succedit, circa mensem Augustum. *Et mortuus est Asa anno quadragesimo primo regni sui.* 2. Paralip. XVI, 13. *Josaphat vero filius Asa regnare cœperat*

Ante Christum.		REGES JUDA.	REGES ISRAEL.

perat super Judam anno quarto Achab regis Israël. Vigiati quoque annis regnavit in Jerusalem. III. Reg. XXII, 41, 42 *Et erat triginta quinque annorum cum regnare cœpisset.* III. Reg. XX, 31.

914	1		5 Annus quintus Achab regis Israel.
913	2		6
912	3	*Annus Sabbaticus.*	7 Circiter hoc tempus, *Factum est verbum Domini ad Eliam, in anno tertio*, ex quo scilicet clausum erat cælum, *dicens: Vade, & ostende te Achab, ut dem pluviam super faciem terræ.* III. Reg. XVIII, 1.
911	4		8
910	5	Amarias Pontifex sub Josaphat. 2. Paralip. XIX, 11.	9
909	6		10
908	7		11
907	8		12
906	9		13
905	10	*Annus Sabbaticus.*	14
904	11		15
903	12		16
902	13		17
901	14		18
900	15	*Annus* 15. regis Josaphat	19
899	16	usque ad mensem Augustum.	OCHOZIAS regnat super Israel cum patre Achab, circa Novembrem anni hujus.
898	17	Annus Sabbaticus, & idem 18. Josaphat regis a mense Augusto.	JORAM regnat cum patre Achab & fratre Ochozia, circa Septembrem.
897	18	Annus 18. regis Josaphat, usque ad mensem Augustum.	Moritur Achab anno XXII. regni sui, circiter Julium mensem, qui anni illius XXII. sextus mensis est.

Succedit Ochozias. Alterum istud Ochoziæ initium est. III. Reg. XXII, 40. *Ochozias autem filius Achab, regnare cœperat super Israël in Samaria, anno septimodecimo Josaphat regis Juda: regnavitque super Israël duobus annis.* III. Reg. XXII, 52. Regnavit cum patre per biennium; deinde & biennio altero post patris obitum. *Joram vero filius Achab regnavit que super Israël in Samaria anno decimo octavo Josaphat regis Judæ: regnavitque duodecim annis.* IV. Reg. III, 1. Regnavit anno uno, vivente patre: eo mortuo, potissimam administrationem regni suscepit Ochozias natu major: quo ægrotante devoluta ea rursum est ad Joramum, ipso mense Julio, ita ipso jubente Ochozia. Itaque annis omnino duodecim Joram administravit imperium.

896	19	*Annus* 19. regis Josaphat, usque ad mensem Augustum.	2. 3. JORAM. Alterum Jorami initium, cum regimen Ochozias frater ei commisit.
895	20	JORAM F. Josaphat regnat circiter	3. 4.
894	21		4. 5.

Septembrem. *Anno quinto Joram filii Achab regis Israël, & Josaphat regis Juda, regnavit Joram filius Josaphat rex Juda.* Hoc est, rex salutatus est, anno quinto Joram regis Israël, eodemque quinto Josaphat regis Juda, ex quo fœdus iniit cum rege Israël: juxta illud IV. Reg. cap. III, 5, 7. *Egressus est igitur rex Joram in . ie illa de Samaria, & recensuit universum Israel. Misitque ad Josaphat regem Juda, dicens: Rex Moab recessit a me, veni mecum ad prælium. Qui respondit: Ascendam: qui meus est, tuus est: populus meus, populus tuus: & equi mei, equi tui.* Tunc enim novum regis Josaphat initium visum est, cum non Judæ tant.m, sed & Israëli imperare pro indiviso quodammodo videretur, ob conjunctas utriusque regni vires & copias. Quintus hic annus fuit, ex quo communibus consiliis, conjunctisque exercitibus, Juda & Israël adversus hostes bellum gerebant Hæc verba, *& Josaphat regis Juda*, cave sic reddas cum nupero scriptore, qui apposuit in margine, *Id est, & Josaphat rege Juda*: quandoquidem particula conjunctiva *&* perspicue admonet casum eumdem subsequi oportere, qui præcessit: ac proinde in gignendi casu legi debere, *regis Juda*; quemadmodum proxime antecedit, *regis Israel*: neque quidquam dici accuratius posse, quam est Latinus interpres etiam hoc loco, qui visus est adeo intricatus & inexplicabilis, ut eum interpretes Syrus & Arabs expunxerint, satis audacter.

Triginta duorum annorum erat Joram, *cum regnare cœpisset: & octo annis regnavit in Jerusalem.* IV. Reg. VIII, 16. Ex his octo annis quadriennium cum patre regnavit.

893	2	*Annus* 2. *Joram regis Juda.*	5. 6. *Mortuus est ergo Ochozias*, post longam ægritudinem, *& regnavit Joram frater ejus pro eo*, jam

solus, *anno secundo Joram filii Josaphat regis Judæ: non enim habebat filium.* IV. Reg. I, 17. Quot annos regnaverit Joram, hoc loco non dicitur, quia superius ea res indicata est: nunc vero repetitur tantum legitima post fratrem successio.

892	3	*Annus* 3. *regis Joram.*	6. 7.
891	4	*Annus Sabbaticus.*	7. 8.
890	1. 5.	JORAM solus. Moritur Josaphat ante mensem Augustum. Jorami hic annus quartus est, usque ad Septembrem.	8. 9.
			9. 10.
889	2. 6.		
888	3. 7.	De Joram, 2. Paralip. XXI, 12.	10. 11.

Allata sunt autem ei litteræ AB ELIA PROPHETA; in quibus scriptum erat: Hæc dicit Dominus Deus David patris tui: Quoniam non ambulasti in viis Josaphat patris tui..... ægrotabis pessimo languore uteri tui, donec egrediantur vitalia tua paulatim per singulos dies. Ab Elia propheta allatæ sunt litteræ, hoc est, ab Eliseo, nomine Eliæ prophetæ, cujus eum habere spiritum ac vices tenere omnis Israël agnoscebat: Eliæ vero nomen reverebantur summopere ipsi reges Juda, quamvis esset ipse e regno Israël; & multo quidem amplius reverebantur, quam nomen Elisei, quoniam Eliam constaret esse cælo receptum, atque adeo conjunctiorem cum Deo. Quid quod & apparuisse Eliam

Ante Christum. | REGES JUDA. REGES ISRAEL.

Eliseo credibile est, eidemque præcepisse, ut suo nomine epistolam istam, cujus ipse verba præiret, regi præscriberet?

887 4. 8. **OCHOZIAS** F. Joram regis Judæ, regnat cum patre, a Septembri anni hujus. *Anno duodecimo Joram filii Achab regis Israël, regnavit Ochozias filius Joram regis Judæ. Viginti duorum annorum erat Ochozias, cum regnare cæpisset: & anno uno regnavit in Jerusalem: nomen matris ejus Athalia filia Amri regis Israel: Gener enim domus Achab fuit.* IV. Reg. VIII, 25, 27.

11, 12. *Anno undecimo* (circa Maium (exeuntem anni hujus,) *Joram filii Achab, regnavit Ochozias super Judam, venitque Jehu in Jezrabel,* & delet domum Achab. IV. Reg. IX, 29. Annus hic undecimus Jorami fuit, a suscepta ob fratris ægritudinem administratione regni: qui & duodecimus dici potuit, priore numerato, quo sub patre rexit imperium.

Quadraginta duorum annorum erat Ochozias. 2. Paralip. XXII, 2. Hoc est, quando Ochozias regnare cœpit, quadragesimus secundus erat ille annus ipsius familiæ maternæ: nempe ex quo Amri proavus ejus maternus rex primum salutatus est ab omni Israël. Nam Athalia mater Ochoziæ, filia Amri, hoc est, neptis fuit, ex IV. Reg. VIII, 18. & 2. Paralip. XXI, 6. Quadraginta duo anni jam effluxerant, a primordiis Amri regis Israël, a quo nobilitatem maternam trahebat Ochozias, nihilo fere inferiorem paterna: id quod nemini regum antea contigerat. Vide quæ de eo argumento disputavimus ad annum XV. & XVI. Asa regis Juda. Ad hanc invisam Deo affinitatem regum Juda cum domo Amri & Achab respicit scriptor sacer, cum annos quadraginta duos hoc loco commemorat: eo quod illa posteris Ochoziæ exitio fuit, uno excepto Joas. Sensus ergo est: Annum quadragesimum secundum nobilitatis suæ maternæ jactabat Ochozias, qui anno vix uno potitus regni administratione, ipsa in Samaria occisus est, ob eam ipsam cum domo Amri consanguinitatem. Annum quadragesimum secundum suum esse, sive ad se pertinere computabat Ochozias. Erat *filius annorum quadraginta duorum*, ut Hebræi codices habent, quoniam erat quodammodo filius, siquidem pronepos, Amri, qui ante annos quadraginta duos fuerat rex Israël salutatus. Similem omnino formam computandi annos alicujus regum, non ab ortu ipsius, aut regni auspiciis, sed ab initio vel eventu aliquo insigni, quod ad ipsum quoquomodo pertineret, jam superius adnotavimus, præter loca proxime indicata, etiam in annis Isboseth, 2. Reg. 2, 10. *Quadraginta annorum erat Isboseth filius Saul, cum regnare cæpisset super Israël;* cum annum ille ætatis ageret tertium decimum. Item in annis Roboami, ubi dicitur: *Quadraginta & unius anni erat Roboam, cum regnare cæpisset:* cum esset ille tantum annos natus circiter viginti. Nec mysterio caret fortassis, quod inusitata nobis illa ratio computandi cujuspiam annos in sacris litteris vix occurrit, nisi ubi ad numerum quadragenarium anni pertingunt: ut loca docent allata hactenus, de Isboseth, Absalom, Roboam, & Ochozia. Itaque imperitiæ simul & insolentis audaciæ damnandi sunt ii, qui hoc loco, ubi de Ochozia agitur, confidenter pronunciant: *Corrigendus error, qui irrepsit in 2. Paralip.* XXII, 2. cum præsertim in eo *Quadraginta duorum annorum* numero Hebræa exemplaria cum Latinis & Græca meliora consentiant; ut & in illo, *Quadraginta annorum erat Isboseth.* Nam quid illud aliud est, quam ex inscitia moris Hebræi verbum Dei refingere velle ad arbitrium?

886 Moritur Joram filius Josaphat, rex Juda, circiter Aprilem, mense octavo anni octavi regni sui.

1 **ATHALIA** *mater Ochoziæ*, ipso a Jehu occiso, *sex annis regnavit super terram.* IV. Reg. XI, 1. & 2. Paralip. XXII, 12.

Hoc anno, circiter mensem Julium, bellum Jorami cum rege Syriæ: in quo bello Joram vulnus accepit. 2. Paralip. XXII, 5.

Porro Ochozias filius Joram rex Juda, descendit invisere Joram filium Achab in Jezrabel, quia ægrotabat ibi. IV. Reg. VIII, 29. *Et egressus est Joram rex Israel, & Ochozias rex Juda, ...in occursum Jehu:* qui utrumque occidit, ac delet domum Achab, sub mensem Augustum anni hujus.

JEHV. *Dies autem, quos regnavit Jehu super Israel, viginti & octo anni sunt in Samaria.* IV. Reg. X, 36.

Ante Christum	Anni Judæ	Reges Juda	Anni Israël
885	2		1 Annus 1. Jehu regis Israel, usque ad mensem Augustum.
884	3	*Annus Sabbaticus.*	2
883	4		3
882	5		4
881	6		5
880	7	JOAS. *Anno autem*	6

septimo tyrannidis Athaliæ, circa Octobrem, *Athalia occisa est gladio in domo regis. Septemque annorum erat Joas,* filius Ochoziæ, *cum regnare cæpisset.* IV. Reg. XI, 4, 20, 21. *Anno septimo Jehu regnavit Joas, & quadraginta annis regnavit in Jerusalem.* IV. Reg. XII, 1.

Joiada sacerdos & Pontifex. IV. Reg. XI, 9. & 2. Paralip. XXIII, 8.

Ante Christum	Anni Joas	Reges Juda	Anni Jehu
			8
879	1		9
878	2	*Annus Sabbaticus.*	10
877	3		11
876	4		12
875	5		13
874	6		14
873	7		15
872	8		16
871	9	*Annus Sabbaticus.*	17
870	10		1[illegible]
869	11		19
868	12		20
867	13		21
866	14		22
865	15		23
864	16	*Annus Sabbaticus.*	24
863	17		25
862	18		26
861	19		27
860	20		28
859	21		1 JOACHAZ.
858	22		

Igitur usque ad vigesimum tertium annum regis Joas (incuntem mense Octobri hujus anni,) *non in-*

1 **JOACHAZ.** *Et dormivit Jehu cum patribus suis, sepelieruntque eum in Samaria: & regnavit Joachaz filius ejus pro eo.*

stu-

Ante Christum.		REGES JUDA.	REGES ISRAEL.
		ſtatraverunt ſacerdotes ſarta tecta templi. IV. Reg. XII, 6.	IV. Reg. X, 35. *Anno vigeſimo tertio Joas filii Ochoziæ regis Juda, regnavit Joachaz*

filius Jehu ſuper Iſrael in Samaria decem & ſeptem annis. IV. Reg. XIII, 1. circa Novembrem: atque ita Jehu regnavit annis XXVIII. & quatuor fere menſibus.

857	23		2
856	24	*Annus Sabbaticus.*	3
855	25		4
854	26		5
853	27		6
852	28		7
851	29		8
850	30		9
849	31	*Annus Sabbaticus.*	10
848	32		11
847	33		12
846	34		13
845	35		14
844	36		15
843	37	Annus 37. Joas, uſque ad octobrem.	16 Joas a patre rex appellatur. IV. Reg.

XIII, 10. *Anno trigeſimo ſeptimo Joas regis Iuda, regnavit Joas filius Joachaz ſuper Iſraël in Samaria, ſedecim annis.* Hoc eſt, & poſt patris obitum regnavit annis ſedecim

842	38	*Annus Sabbaticus.*	16
841	39		17 JOAS. Moritur

Joachaz circa menſem Septembrem, anni ſui XVII. menſe decimo. *Dormivitque Joachaz cum patribus ſuis...... Regnavitque Joas filius ejus pro eo.* IV. Reg. XIII, 9.

840	40		
839	1		

AMASIAS Moritur Joas anni hujus initio, expleto jam a tribus menſibus regni ſui anno XL. *Percuſſeruntque Joas, & mortuus eſt. Regnavitque Amaſias filius ejus pro eo.* IV. Reg. XII, 21. *In anno ſecundo Joas filii Joachaz regis Iſraël, regnavit Amaſias filius Joas regis Juda. Viginti quinque annorum erat, cum regnare cœpiſſet: viginti autem & novem annis regnavit in Jeruſalem.* IV. Reg. XIV, 1. & 2. Paralip. XXV, 1.

838	2		
837	3	*Nectabis rex Ægypti, ante Alexandrum Magnum annis quingentis.* Plinius lib. XXXVI. ſect. XIX. n. 2.	
			5 Jeroboam adſciſcitur a patre ſuo in conſortium regni Iſrael.
			6
836	4	Annus Sabbaticus.	7
835	5		8
834	6		9
833	7		10
832	8		11
831	9		12
830	10		13
829	11	*Annus Sabbaticus.*	14
828	12		15
827	13		16
826	14	Naſcitur Azarias, qui & Ozias.	
825	15	*Vixit autem Amaſias filius Joas, rex Juda, poſtquam mortuus eſt Joas filius Joachaz, regis Iſraël, quindecim annis.* IV. Reg. XIV, 7. & 2. Paralip. XXV, 25. ex Vulg. & Hebr.	1 JEROBOAM. Moritur Joas, anni ſui XVI. menſe fere ſexto, circa Julium. *Et dormivit Joas cum patribus ſuis. Jeroboam autem ſedit ſuper ſolium ejus.* IV. Reg. XIII, 13. *Et regnavit Jeroboam filius ejus*

pro eo. XIV, 16. *Anno quintodecimo Amaſiæ filii Joas regis Juda, regnavit Jeroboam filius Joas regis Iſrael in Samaria, quadraginta & uno anno.* IV. Reg. XIV, 23.

JONAS prophetat. IV. Reg. XIV, 25. *Erat de Geth, quæ eſt in Opher:* non de illa quæ eſt in tribu Zabulon, ſed de altera, cujus eſt mentio Joſue XI, 23. unde ſurgens *ut fugeret in Tharſis a facie Domini, deſcendit in Joppen*, inde non procul diſſitam. Jon. 1. 3. Fuit enim Geth inter Gazam & Azotum. Diſtat autem Azotus a Joppe vix leucis octo. Non alia Geth, aiuve Gethæi, quam qui ibi fuere, memorantur in libris Regum: illi autem ſæpiſſime.

Ante Christum.		REGES JUDA.	REGES ISRAEL.
824	16		2
823	17		3
822	18		4
821	19	*Annus Sabbaticus.*	5
820	20		6
819	21		7
818	22		8
817	23		9
816	24		10
815	25		11
814	26	*Annus Sabbaticus.*	12
813	27		13
812	28		14
811	29		15
810	1	AZARIAS, qui & OZIAS, circa exeuntem martium anni hujus. *Anno vigeſimo ſeptimo Jeroboam regis Iſrael,* (ex quo adſcitus eſt a patre in ſocietatem regni) *regnavit Azarias filius Amaſiæ regis Juda. Sedecim annorum erat, cum regnare cœpiſſet: & quinquaginta duobus annis regnavit in Jeruſalem.* IV. Reg. XV, 1. & 2. Paralip. XXVI, 1.	16 Circa hoc tempus mittitur Jonas ad Ninivitas, prædicitque ſubverſionem civitatis, ni reſipiſcat. *Et pervenit verbum ad regem Ninive, & ſurrexit de ſolio ſuo,* &c. Jon. III, 6. Aſſyriorum regem ſacra ſcriptura neminem appellat de nomine, ante Phul, qui poſt annos fere XL. occurret.
809	2	Annus 2. Azariæ, ſive Oziæ.	17 Annus 17. Jeroboam regis Iſrael.
			18
808	3	*Annus Sabbaticus.*	19
807	4		20
806	5		21
805	6		22
804	7		23
803	8		24
802	9		25
801	10		26
800	11	*Annus Sabbaticus.*	27
799	12		28
798	13		29
797	14		30
796	15		31
795	16		32
794	17	*Annus Sabbaticus.*	33
793	18		34
792	19		35 *Verbum Domini, quod factum eſt ad*
791	20		

Oſee filium Beeri, in diebus Oziæ, Joathan, Achaz, Ezechiæ; regum Juda: & in diebus Jeroboam filii Joas regis Iſrael. Oſee 1. Vaticinatur captivitatem Samariæ & Iſraëlis ſub Aſſyriis.

790	21		36
789	22		37
788	23	OLYMPIADUM initium ex Plinio: quo auctore ſane gravi dicimus, Olympiadum initium ante annos duodecim ſtatuendum eſſe, quam ceteri omnes ſcriptores definiunt. Annus eſt hic ante Chriſtum 788.	
787	24		39
786	25	*Annus Sabbaticus.*	40
785	26	*Viſio Iſaïæ filii Amos, quam vidit ſuper Judam & Jeruſalem, in diebus Oziæ, Joathan, Achaz, & Ezechiæ regum Juda.* Iſaï. 1.	41 Amos 1. *Verba Amos, quæ vidit ſuper Iſraël, in diebus Oziæ regis Juda, & in diebus Jeroboam filii Joas regis Iſraël, ante duos annos terræ motus.*

Olymp.

Ante Christum. | REGES JUDA. REGES ISRAEL.

784 27 *Olymp. 2.* — Sequitur Anarchia, sive interregnum annorum undecim.
783 28
782 29
781 30
780 31 *Olymp. 3. Annus Sabbaticus.*
779 32
778 33
777 34
776 35 *Olymp. 4.*
775 36
774 37
773 38
772 39 *Olymp. 5. Annus Sabbaticus.* — ZACHARIAS. *Anno trigesimo octavo Azariæ regis Juda, Martio fere ineunte, regnavit Zacharias filius Jeroboam super Israel in Samaria, sex mensibus.* IV. Reg. XV, 8.

SELLUM. *Sellum filius Jabes regnavit trigesimo nono anno Azariæ regis Juda: medio fere Septembri: regnavit autem uno mense in Samaria.* IV. Reg. XV. 13. *Anno trigesimo nono Azariæ regis Juda, mense Novembri: regnavit Manahem super Israël decem annis in Samaria.* IV. Reg. XV. 17.

771 40 1. MANAHEM. IV. Reg. XV, 19. *Veniebat Phul rex Assyriorum in terram, & dabat Manahem Phul mille talenta argenti, ut esset ei in auxilium, & firmaret regnum ejus. Indixitque Manahem argentum super Israël cunctis potentibus & divitibus, ut daret regi Assyriorum, quinquaginta siclos argenti per singulos: reversusque est rex Assyriorum, & non est moratus in terra.*

Primus REX ASSYRIORUM in sacris litteris appellatus, PHUL est. Prius dumtaxat *reges Ninive* nuncupabantur: ditione scilicet Niniviticum agrum, tenuemve toparchiam, vix excedente. Id quod ex eo præterea conjicimus, quod ante hoc tempus nullus rex Assyriorum Hebræos bello appetierit: ab ista autem ætate nulla Hebræis quies ab Assyriorum incursionibus fere fuerit: nam utrumque ex sacris litteris perspicue intelligitur. Id vero ni fallimur, perspicuo argumento est, nullam adhuc regibus Ninive amplificandi imperii, aut opum congerendarum libidinem incessisse. Nec Herodotus, dum Assyrios reges imperium Asiæ obtinuisse narrat per annos viginti supra quingentos, aliud affirmare voluit, aut certe jure potuit, quam Ninive reges fuisse per annos totidem, qui primum mediocri ditione contenti, imperio deinde Asiæ sint potiti.

770 41 — 2
769 42 *Olymp. 6.* — 3
768 43 — 4
767 44 — 5
766 45 — 6
765 46 *Annus Sabbaticus.* — 7
764 47 *Olymp. 7.* — 8
763 48 — 9
662 49 OZIAS lepra percutitur. Joathan filius ejus administrat regnum vice patris. IV. Reg. XV, 5. & 2. Paralip. XXVI, 21. — 10

AZARIAS Pontifex sub Ozia. 2. Paralip. XXVI. 20.

761 50 Circa hoc tempus vaticinium Joëlis de captivitate Juda. — 1 PHACEIA. *Et dormivit Manahem cum patribus suis: regnavitque Phaceia filius ejus pro eo. Anno quinquagesimo Azariæ regis Juda, regnavit Phaceia filius Manahem super Israël in Samaria biennio.* IV. Reg. XV, 22. ineunte Aprili: ac proinde Manahem pater ejus regnavit annos decem, & menses ipsos quinque.

760 51 *Olymp. 8.* — 2
759 52 — 1 PHACEE. *Anno quinquagesimo secundo Azariæ regis Juda, regnavit Phacee filius Romeliæ super Israel in Samaria, viginti annis.* IV. Reg. XV, 27. Cœpit ineunte Aprili.

758 1 *Annus Sabbaticus.*

JOATHAM. *Et dormivit Azarias cum patribus suis ... & regnavit Joatham filius ejus pro eo,* IV. Reg. XV, 7. mense Majo. *Anno secundo Phacee filii Romeliæ, regis Israël regnavit Joatham filius Oziæ regis Juda. Viginti quinque annorum erat, cum regnare cœpisset; & sedecim annis regnavit in Jerusalem.* IV. Reg. XV, 32. & 2. Paralip. XXVII, 1. Ozias igitur regnavit annos LII. & menses.

757 2 Hoc anno visio Isaiæ prophetæ, capite VI. — 3 Annus 3. Phacee regis Israël.
756 3 *Olymp. 9.* — 4
755 4 — 5
754 5 — 6
753 6 ROMA hoc anno condita est: qui annus est ante Christum DCCLIII. Olympiadis IX. annus quartus.
752 7 *Olymp. 10.* — 8
751 8 *Annus Sabbaticus.* — 9
750 9 Nascitur Ezechias. — 10 *In diebus Phacee regis Israel, venit Teglathphalasar rex Assur, & cepit Aion .... & Galaad, & Galilæam, & universam terram Nephthali, & transtulit eos in Assyrios.* IV. Reg. XV, 29. *Et suscitavit Deus Israël ... spiritum Thelgathphalnasar regis Assur: & transtulit Ruben & Gad, & dimidiam tribum Manasse, & adduxit eos in Lahela, & in Habor, & Ara, & fluvium Gozan, usque in diem hanc.* 1. Paralip. V, 26.

749 10 Mich. I. *Verbum Domini, quod factum est ad Michæam Morasthiten, in diebus Joathan, Achaz, & Ezechiæ, regum Juda: quod vidit super Samariam & Jerusalem.* Utrique prædicit exitium. — 11

748 10 *Olymp. XI. Urbis conditæ annus 6.* — 12

DE REGIBUS ASSYRIORUM
a Nabonassaro.

HOC anno initium regni & æræ Nabonassari regis Assyriorum sive Babyloniorum, ut volunt, vulgo statuitur ex Theonis (ut volunt) sive Ptolemæi laterculo. Cur autem in illo non apparent omnino ii, quos sacræ litteræ commemorant? Sennacherib, Salmanasar, Asarhaddon, Sargon, Asenaphar, Nabuchodonosor uterque, Evilmerodach, Baltassar; Nitocris Herodoti, Labyniti duo, aut Plinii Horus: cum hi tamen eo ævo vixerint, quod Nabonassaro ejusque successoribus datur? nisi quod non sunt isthæc Assyriaca nomina, ad concinnandas similes de Davide & Judæo sententias idonea; nec referri saltem pleraque possunt ad radices Hebræas. REGES ASSYRII.

Nugas appellet, qui volet, has nominum originationes ex Hebræo: nec nugas esse ipsi nos diffitemur: sed alienas, a nobis detectas, nec nostras esse, contendimus: id quod nemo jure negaret, si plurimas esse alias istiusmodi sciret, ut nobis compertissimum est, de quibus nefas sit dubitare. Sustineat ergo assensum de his, quisquis haud temere velit ferre de nobis judicium.

De

REGES ASSYRII.

De Nabonassaro certe D. D^r Herbelot, vir pereruditus, in Bibliotheca Orientali, pag. 653. sic pronunciavit: *C'est de ce Nabonassar, que L'ON PRETEND avoir fondé une nouvelle Dynastie des Rois de Babylone dans la Chaldée, que Ptolemée a tiré l'Epoque des années, selon laquelle il a calculé les Eclipses.* Quo ille dicto dubitare se de Nabonassaro, totaque consequente serie principum, satis aperte significat. Nec sane immerito. Nam præter ea quæ diximus, cum in titulo Canon promittat nomina *Regum Assyriorum ac Medorum*, Βασιλέις Ἀσσυρίων καὶ Μήδων, cur reges istos alii Babylonios nuncupant? Aut quomodo quis Medos reges in titulo promittenti credat, qui nullum inter ea nomina nomen Medorum aspiciat; cujusmodi sunt Phraortes, Cyaxares, Astyages, Assuerus, Darius? Cur fidem auctor Canonis mereatur, qui novem tantum ibi reges Ægypti ante Cleopatram ponat, cum nisi quis falsi scriptores ceteros omnes fere arguat, tredecim sint appellandi? De Babylonicis regibus, quorum ab ætate plurimis certe sæculis abfuit, quam ei fidem habere par est eos, qui in regibus suis ipsis, (nam in Ægypto vixisse ponitur Ptolemæus, cui Canon iste tribuitur:) qui in ipso, inquam regum suorum indice negant ei esse credendum? En tamen qui cum conciliare sacros scriptores satagunt incredibili labore, qui sapere volunt videri: Idque tanta vel obstinatione vel cœcitate, ut vix verum dixisse in sacris libris Deum putent, nisi ei cum ista membrana consensio sit!

REGES ASSYRIÆ

& Babyloniæ, ex Scriptura sacra.

REGES ASSYRIÆ.	*REGES BABYLONIS.*
Assur ædificavit Niniven, Gen. x, 11. Rex fuisse non dicitur.	Nemrod. Gen. x, 10.
N. *Rex Ninive*, sub quo Jonas pœnitentiam prædicavit. Ante istum scriptura regem Assyriorum neminem vocat; ac ne istum quidem Ninive regem appellat de nomine.	AMRAPHEL *rex Sennaar*, tempore Abrahæ, Gen. XIV, 1.
PHUL rex Assyriorum. IV. Reg. XV, 19.	Horus Assyriorum rex. Plin. libro XXX. sect. LI.
TEGLATHPHALASAR. Ibidem.	Tenuis admodum Babyloniorum ditio fuit, donec ab Assyriis plane devicti sunt: prius clarissima fere urbe contenti, cum circumjacente agro. Ea causa est, quamobrem nec Niniven Homerus, nec Babylonem commemoret, qui Thebas Ægypti prædicat, & Phœnicum opes.
SARGON. Isaï. XX, 1.	
SALMANASAR. IV. Reg. XVII, 3.	
SENNACHERIB F. IV. Reg. XVIII, 15. Tob. 1. 18.	BALADAN. IV. Reg. XX, 12.
ASARHADDON F. Isaï. XXXVII, 38. 1. Esdræ cap. IV, 2. Idem Babylone potitus: Herodoto, Sardanapalus.	Semiramis, ex Herodoto.
NEMROD. Gen. x, 10.	MERODACH BALADAN. IV. Reg. XX, 12.

NABUCHODONOSOR. Judith I.

NABUCHODONOSOR F. Idem rex Babylonis. Dan. I. & I. Esdr. 2, 1. Idem Asenaphar, 1. Esdr. IV, 10. Labynetus Herodoto, lib. 1. pag. 33. Apud Jeremiam & Ezechielem semper *Nabuchodorosor* in Hebræo legitur.

BALTASSAR F. Baruch I. Herodoto Labynetus, lib. 1. pag. 86.

EVILMERODACH. IV. Reg. XXV, 27.

Nitocris mater Baltassaris. Herodoto lib. 1. pag. 84.

BALTASSAR Baltassaris F. Nabuchodonosoris N. Herodoto, lib. 1. pag. 86. Λαβύνητος, cui successit Darius Medus. Dan. V, 1.

Ante Christum.		*REGES JUDA.*	*REGES ISRAEL.*
747	12	Annus 12. Joathan regis Juda.	13 Annus 13. Phacee regis Israel.
746	13		14
745	14		15
744	15	*Annus Sabbaticus. Olym. 12. Urbis conditæ.* 10.	16
743	16		17
742	1		

ACHAZ. Moritur Joathan circa mensem Februarium, qui anni ipsius decimi sexti mensis fere decimus. *Et dormivit Joathan cum patribus suis. Et regnavit Achaz filius ejus pro eo.* IV. XV, 38. *Anno decimo septimo Phacee filii Romeliæ, regnavit Achaz filius Joathan regis Juda. Viginti annorum erat Achaz, cum regnare cœpisset: & sedecim annis regnavit in Jerusalem.* IV. Reg. XVI, 1. & 2. Paralip. XXVIII, 1. Hoc est, ex quo regnare Joathan cœperat, pater regis Achaz, vicesimus hic annus erat; qui annus ob insigne patris meritum, in actis publicis instrumentisque consignabatur ipso primo anno regni Achaz. Quemadmodum in nummis Commodi Imp. anno ipsius primo annum vicesimum Ægyptii inscripsere, & sic deinceps consequentibus annis: eo quod ille vicesimus annus esset, ex quo imperare cœpisset pater ipsius M. Aurelius, cujus nomen ac recordatio Ægyptiis in amore fuit. Nihil ista quidem expositione verius mihi aut certius videtur esse, multis argumentis. Primum, quod rursum ejusdem Joathami anni numerentur inferius, quinque annis post ejus excessum e vita. Deinde, quod nunc jam quintum hic mos occurrit in libris Regum & Paralipomenon. Præterea, quod Joathan populo Deoque ipsi acceptissimus fuit; Achaz e diverso, pro suis flagitiis Deo hominibusque invisus. Nam de Joathamo, IV. Reg. XV, 34. *Fecitque quod erat placitum coram Domino; juxta omnia quæ fecerat Ozias pater suus, operatus est.... Ipse ædificavit portam domus Domini sublimissimam.* Itaque ut æram Salomonis notari vidimus sub Roboamo filio, ita hic æra Joathami sub Achaz filio consignatur. Nam & Joatham NOVUS SALOMON existimatus eo est, quod templo Salomonis *portam sublimissimam* adjecisset: & quod commercium promovisset ille solus a Salomonis temporibus, cum imitatus, factis navibus, quæ irent in Tharsis, 2. Paralip. XX, 36. De Achaz autem, IV. Reg. XVI, 2. *Non fecit quod erat placitum in conspectu Domini Dei sui.... sed ambulavit in via regum Israël: insuper & filium suum consecravit, transferens per ignem, secundum idola gentium*, &c. Denique (quod præcipuum arbitramur) hac via ac ratione solvitur percommode nodus ingens, quem sacer contextus absque hac nostra expositione offert. Consequitur enim, ab ea si discesseris, Ezechiam regem, qui anno ætatis XXV. regnare cœpit natum esse ex patre Achaz adhuc puero annorum undecim: quod quidem credi Medici jure merito fatuum arbitrantur.

741	2		18
740	3	*Olymp.* 13. Tunc illud prolatum ab Isaïa vaticinium est; *Ecce virgo concipiet*, &c. Isaï. VIII. 13, 14.	19 Phacee bellum gerit adversus Achaz regem Juda. Isaï VII.

Misit autem Achaz nuncios ad Teglathphalasar regem Assyriorum, IV. Reg. XVI. 7. *Tempore illo misit rex Achaz ad postulandum auxilium*, adversus Idumæos & Philistiim, qui prædas agebant, & invadebant oppida in regno Juda. *Humiliaverat enim Dominus Judam propter Achaz regem Juda.... Adduxitque contra eum Thelgathphalnasar regem Assyriorum, qui & afflixit eum, & nullo resistente vastavit. Igitur Achaz, spoliata domo Domini, & domo regum ac principum, dedit regi Assyriorum munera, & tamen nihil ei profuit.* 2. Paralip. XXVIII, 16. Vaticina-

Ante Christum.

REGES JUDA. REGES ISRAEL.

cinatur ei Isaias vastandam omnem regionem a rege Assyriorum intra annos LXV. Isai. VII, 17.

739 4 *Urbis condita*, 15. Annus 4. regis Achaz: & idem vicesimus, & quo Joatham pater ejus cœpit regnare solus.

20 Circiter mensem Junium hujus anni, *Tetendit insidias Osee filius Ela contra Phacee filium Romeliæ, & percussit eum, & interfecit: regnavitque pro eo vigesimo anno Joatham filii Oziæ.* IV. Reg. XV, 30. Hoc est, anno XX. familiæ Joathami, ex quo ille solus regnavit, Ozia sive Azaria patre mortuo. Hoc prius initium Osee fuit: sed nondum ille ab Israële agnitus pro rege est, nec nisi post annos octo. Quemadmodum sub Amri rege Israël fere contigerat: qui diviso in duas partes populo, nonnisi post triennium super universum Israël pacifice regnare cœpit.

738 5

737 6 *Annus Sabbaticus.*

736 7 *Olymp.* 14.

Hoc tempore evenisse necesse est, ut ex serie sacrorum codicum intelligitur, quod narrat Isaias, cap. XX, 1. *In anno quo ingressus est Tharthan in Azotum, cum misisset eum SARGON rex Assyriorum, & pugnasset contra Azotum, & cepisset eam.* Hunc Tharthan, aliumve cognominem, ducem exercitus sui, post annos XXIV. misit Sennacherib contra Jerusalem, & Ezechiam; IV. Reg. XVIII, 17. Unde Grotio visum est, Sargon eumdem esse ac Sennacheribum. Falso; siquidem neminem Isaias, perraro alius e sacris scriptoribus unum eumdemque hominem binominem repræsentat Julianus certe Toletanus, ut ajunt eruditi, præfatione in Nahum, apud Henr. Canisium, diversos facit.

735 8 *Urbis Romæ annus* 20.

34 9

733 10 Circiter hoc tempus Achaz Astronomiæ studiosus, a Babyloniis (ut videtur) edoctus, solarium horologium Hierosolymis statuit; cui nomen ab ipso factum est, *Horologium Achaz.* IV. Reg. XX. 11.

732 11 *Olymp.* 15.

731 12 OSEE. *Anno duodecimo Achaz regis Juda*, mense Septembri, *regnavit Osee filius Ela in Samaria super Israël novem annis.... Contra hunc ascendit Salmanasar rex Assyriorum; & factus est ei Osee servus, reddebatque illi tributa. Cumque deprehendisset rex Assyriorum Osee, quod rebellare nitens misisset nuncios ad Sua regem Ægypti, ne præstaret tributa regi Assyriorum, sicut singulis annis solitus erat, obsedit eum, & vinctum misit in carcerem. Pervagatusque est omnem terram: & ascendens Samariam, obsedit eam tribus annis.* IV. Reg. XVII, 1. Hæc obsidio postea facta est, anno Osee septimo.

730 13 *Annus Sabbaticus.* 2

739 14 *Olymp.* 16. 3

728 15 Ezechiæ primus annus, adhuc vivo patre, circa Decembrem. *Anno tertio Osee filii Ela regis Israël, regnavit Ezechias filius Achaz regis Juda.* IV. Reg. XVIII, 1. Non dicit regnasse pro patre, quoniam hic nondum obierat.

73? 16 Baladan rex Babylonis, IV. Reg. XX, 12. circa hoc tempus obit: quo mortuo Semiramis pupilli vice, qui Merodach Baladan, regnum administrat; quinque ætatibus, atque adeo annis fere CLXX. ante Nitocrin, Babylonis pariter reginam, inquit Herodotus, lib. 1. pag. 84. Nam libro 2. pag. 163. τρεῖς γενεὰς ait efficere spatium centum annorum. Vetustissimum omnium Babylonis regnum, cœpit a Nemrodo, Chus F. Cham N. Noë pronepote, teste Mose, Gen. X, 10. Nec vero aut Herodotus, aut Plinius prodidit, (ut alii fabulantur) vel a Semiramide, vel a Belo conditam eam civitatem, quam multo esse his antiquiorem Moses ibi testatur. Nec Babylonis tamen postea usque ad hoc tempus scriptura meminit; quod reges Babylonii intra suos fines se continerent, ut plerique omnes ante hoc ævum; nec in terram Israel certe irrumperent, ut postea sub Assyriorum principe factum est. Beli similiter idoli nulla ante hoc tempus fere mentio in facris litteris occurrit, nempe apud Isaiam, cap. XLVI, 1. A Baladan tractum nomen videtur. Est enim בל Chaldaice contractum pro בעל, & אדן pro ארון: ut sit Baladan, Dominus dominorum: sicuti שמון contractum est pro שמעון, hoc est, *Simon* pro *Simeon*. De Semiramide ejusque operibus, consule Plinii indicem. Similiter & de oppidis ab ea conditis.

726 1 EZECHIAS. *Dormivitque Achaz cum patribus suis .... Regnavitque Ezechias filius ejus pro eo.* IV. Reg. XVI, 20. exeunte Martio, seu mense XII. *Viginti quinque annorum erat, cum regnare cœpisset, pro patre suo: & viginti novem annis post eum regnavit in Jerusalem.* IV. Reg. XVIII, 1. & 2. Paralip. XXVIII, 27. & XXIX, 1. *Ipse anno & mense primo regni sui*, hoc est, primo anni & regni sui mense, cum paulo ante initium mensis regnare cœpisset: *aperuit valvas Domini, & instauravit eas. Adduxitque sacerdotes atque levitas .... dixitque ad eos ..... Mundate domum Domini.... Cœperunt autem prima die mensis primi mundare, & in die octavo ejusdem mensis ingressi sunt porticum templi Domini: & in die sextadecima mensis ejusdem, quod cœperant impleverunt. Ingressi quoque sunt ad Ezechiam regem, & dixerunt ei: sanctificavimus... cunctam templi supellectilem, quam pollueras rex Achaz in regno suo.* 2. Paralip. XXIX, 3. Cum Novilunium medium æquinoctiale incideret in diem XXX. Martii, hora 5. matutina, 30′. 33″. essetque illa dies feria sexta, differebatur in regno Juda Neomenia in Sabbatum subsequens, XXXI. Martii; ut esset Pascha extra בדו *Badu*, hoc est, extra ferias 2. 4. & 6. quæ non erant idoneæ Paschati Hierosolymitanorum, & regni Juda, ob eas causas, quas ex divina ipsa lege repetitas attulimus in Tractatu de supremo Christi Paschate, pag. 44. fuitque Nisan hoc anno mensis cavus, seu dierum 29.

5

6

Misit quoque Ezechias ad omnem Israël & Judam: scripsitque epistolas ad Ephraim & Manassen, ut venirent ad domum Domini in Jerusalem, & facerent Phase Domino Deo Israël. Inito ergo consilio regis & principum, & universi cœtus Jerusalem, decreverunt ut face-

Ante Christum.

facerent Phase mense secundo. Non enim potuerant facere in tempore suo: quia sacerdotes, qui possent sufficere, sanctificati non fuerant: & populus nondum congregatus fuerat in Jerusalem.... Immolaverunt autem Phase quartadecima die mensis secundi. 2. Paralip. xxx, 1, 15. Æquinoctium medium fuit 31. Martii, hora 4. 29′. 48″. post meridiem. Novilunium medium Hierosolymis fuit, die xxviii. Aprilis, hora 6. post meridiem, 14′. 36″. Neomenia proinde civilis, xxix. Aprilis, feria prima. Itaque dies festus Paschæ, seu quintus decimus dies mensis secundi, fuit xiii. Maii, feria prima.

715 2 Azarias sacerdos primus & Pontifex domus Dei. 2. Paralip. xxxi, 10, 13. 7 *Anno quarto regis Ezechiæ*, ex quo regnare cœpit vivo patre mense Septembri, *qui erat annus septimus Osee filii Ela regis Israel, ascendit Salmanasar rex Assyriorum in Samariam, & oppugnavit eam, & cepit.* iv. Reg. xviii, 9.

714 3 *Olymp. 17 Urbis Romæ 30.* 8

713 4 *Annus Sabbaticus.* 9

712 5 10 *Nam post annos tres, anno* sexto Ezechiæ, (ut supra) *id est, nono anno Osee regis Israel*, atque adeo circa mensem Julium hujus anni, *capta est Samaria: & transtulit rex Assyriorum Israel in Assyrios, collocavitque eos..... in civitatibus Medorum.* iv. Reg. xviii, 10. *Adduxit autem rex Assyriorum de Babylone*, id est, de parte agri Babylonici quam occuparat, *& de Cutha.... & collocavit eos in civitatibus Samariæ pro filiis Israel.* iv. Reg. xvii, 24. בבל Hebraice universam provinciam Babyloniæ significare videtur, ut 1. Esdr. vii, 16. Et vero ex agro fuisse Babylonios istos satis aperte docet sacer scriptor libri Regum; cum versu 29. & 30. subjungit: *Unaquaque gens*, ex iis quæ in Samariam adductæ sunt a Salmanasare, *fabricata est Deum suum: posueruntque eos in fanis excelsis quæ fecerant Samaritæ..... Viri enim Babylonii fecerunt Socothbenoth.* Est autem Socothbenoth, (Latine possis ad verbum reddere, Tabernacula puellarum: est, inquam sidus cæleste, quod gallinam cum pullis rustici in agris appellant, *la Poussiniere:* Astronomi Pleiadas, seu Vergilias. Unde Babylonios istos ex agro & rure adductos, non ex urbe, intelligimus. Erat enim civium Babyloniorum Deus Bel. Isai. xlvi, 1. Est autem hic præterea diligenter observandum, quemadmodum ex Herodoto, ita ex hoc loco Regum constare, Assyriis isto adhuc ævo Medos paruisse, & partem Babyloniæ.

Tobias senior cum reliquis captivus adducitur. In hac historia *civitas Medorum Rages* gemina aperte distinguitur: altera in monte, quæ & *Ecbatana*, Tob. v, 8. ubi & Gabelus fuit, cui Tobias mutuam pecuniam dederat, Tob. i, 16. iv, 21. v, 8. vi, 6. ix, 6. saltem octo dierum itinere distans a civitate Ninive, Tob. ix, 4, 6. & viii, 23. Altera Medorum civitas Rages fuit in planitie, ad ripam Tigris fluvii: quæ *prima mansio*, Gallice, *la premiere couchée, le premier gîte*, ubi primum hospitati sunt Tobias junior & Angelus Raphaël. Tob. vi, 1. & 10. ubi Raguel fuit cum Sara filia, Tob. vi, 11. diei unius itinere distans a civitate Ninive, in qua Tobias captivus degebat, & regia Salmanasaris ac Sennacheribi fuit, Tob. i, 18. Nomen utrumque *Rages* indeclinabile est: origo nominis utriusque diversa. Prius fit a רגש quod est *tumultuosa societas, cœtus, conventus frequens.* Posterius a רגז *findi, dividi; findere, dividere:* quoniam ibi Tigris fluvius finderetur, seu divideretur. Utraque Medorum civitas est appellata: Prior, quoniam caput erat Mediæ; condita a Dejoce primo rege Medorum in colle, dictaque multo postea Ecbatana, teste Herodoto, libro 1. Clio, num. 98. pag. 43. Nunc dicunt hanc esse *Casbin*, in ipso fere Mediæ veteris meditullio posita. Altera, quoniam pariter a Medis in ripa Tigris, vel ubi insulam faceret, condita esset. Ipsa Ninive fuit imposita Tigri, teste Plinio, libro vi. sect. xvi. Sed euntibus Ecbatana seu Rages Medorum ad Eurum, rursum occurrebat Tigris amnis Tob. vi, 1. *juxta fluvium Tigris.* Nomen utrique civitati, quale Hebræi dederunt, Assyriaco vel Medico respondens, scriptum in hac historia fuisse videtur.

FINIS REGNI ISRAELIS,

anno ccliv. ab ejus exordio.

Ante Christum.

711 6 Annus sextus Ezechiæ regis Juda.

710 7 *Olymp. 18. Ante Christum, annus* 710. Plinius, lib xxxv. sect xxxiv. *Id circa ætatem Romuli acciderit necesse est: duo enim de vicesima Olympiade interiit Candaules: aut (ut quidam tradunt) eodem anno quo Romulus.* REGES JUDA.

719 8 GYGES. Lydorum dynastia prima, quæ Heraclidarum fuit, per annos 505. rerum potita, desiit in Candaule, cui Gyges successit hoc anno. Regnat annos xxxviii. Herodotus, lib. 1. pag. 7. Plinius loco citato.

718 9 Circa hoc tempus Midas rex Phrygiæ. Herod.

717 10 libro 1. pag. 7. Nummus ævo Antonini Severi F. cusus, apud Spon. in Miscell. pag. 130. ΜΙΔΑϹ ΒΑϹΙΛΕΥϹ. Caput Phrygio pileo tectum.)(. Isis.... I....IHCCEΩN. Lege, ΠΡΥΜΝΗϹϹΕΩΝ, ut in nummo Getæ. Hujus Midæ filius Gordius fuit, avo cognominis: Adrastus nepos, qui Crœsum vidit. Lege Herodotum, pag. 16. & 19 sed Græce lege.

716 11 *Olymp. 19. Annus Sabbaticus.* Circa hoc tempus expeditionem Ægyptiacam suscipit Sennacherib, sed infelici successu, dum ibi regnaret *Σεθῶν* Vulcani sacerdos. Res gesta ab Herodoto describitur, qui *Σαναχάριβον* vocat, *βασιλέα Ἀραβίων τε καὶ Ἀσσυρίων.*

715 12

714 13 *Annus Urbis Romæ* 40.

713 14 *Anno quartodecimo regis Ezechiæ ascendit Sennacherib* (Salmanasaris F. ex Tob. 1, 18.) *rex Assyriorum ad universas civitates Juda munitas, & cepit eas.* iv. Reg. xviii, 13. & 2. Paralip. xxxii, 1. juxta vaticinium Isaiæ, vii, 17.

712 15 *Olymp* 20.

In diebus illis ægrotavit Ezechias... Hæc dicit Dominus: Addam diebus tuis quindecim annos. iv. Reg. xx. *In tempore illo misit Merodach Baladan, filius Baladan, rex Babylonis, libros & munera ad Ezechiam: audierat enim quod ægrotasset, & convaluisset.* Isai. xxxix, 1. *In tempore illo misit Berodach Baladan, filius Baladan, rex Babyloniorum, litteras & munera ad Ezechiam: audierat enim quod ægrotasset Ezechias.* iv. Reg. xx, 12. Babylonii per se semper erga Judæos sat benigni: soli semper infensi Assyrii, sive cum Ninive, sive cum Babylone regnarent. Solis regressus, visus Hierosolymæ, visus & Babylone, 2. Paralip. xxxii, 31.

Tharaca rex Æthiopiæ occurrit Rabsaci regis Assyriorum legato, *ut pugnet contra eum.* iv. Reg. xix, 9. Æthiopia hæc pars est Arabiæ desertæ, vicina Idumææ, ut jam diximus.

Strages exercitus Sennacheribi accidit hoc anno circa Septembrem. Eo spectat Isaiæ vaticinium, initio belli, anno superiore, Ezechiæ denunciatum, iv. Reg. xxix, 29. & Isai. xxxvii, 30. *Comede hoc anno*

se & explorata idem Herodotus admonet, pag. 170. priora, fabulosa: quale est quod a sacerdotibus Ægyptiis ipse se accepisse refert, de CCCXLI. regibus, qui ante Psammetichum regnarint, per decem annorum milla, annosque trecentos.

667 31 *Annus Sabbaticus.*

666 32

665 33

664 34 *Olymp. 32. Urbis Romæ annus 90.*

663 35

662 36

661 37 Plinius, libro 2. pag. 250. *Veneris stellæ naturam Pythagoras Samius primus deprehendit, Olympiade circiter* XXXII. *qui fuit Urbis Romæ annus* CXIII. Ita MSS. Reg. num. 191. 4761. 4762. 4763. 4972. 4973. cum Vaticano uno, & Colbertino. Lege permutatis litteris, *annus* XCIII. In altero Colbertino legitur, *Olympiade circiter* XXXIII. fortassis rectius: quoniam olympias XXXIII. proxime appetit. Est in Thesauro Regio nummus æreus primæ molis, Commodo Imp. cusus; ΑΥ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΚΟΜΜΟΔΟC CEB. capite laureato: Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αὐρήλιος Κόμμοδος Σεβαστός. *Imp. Cæsar M. Aur. Commodus Aug.* In parte aversa, ΠΥΘΑΓΟΡΗC. CΑΜΙΩΝ. *Pythagoras.* Nummus *Samiorum.* Sedens ipse, sidera in orbe stellato virga seu radio indicat. Similis alius exstat in Cimelio D. de Wilde, Amstelodami; Furiæ Sabiniæ Tranquillinæ Aug. quæ Gordiani junioris conjux fuit, effigie ac nomine; cum eadem epigraphe, ΠΥΘΑΓΟΡΗC. CΑΜΙΩΝ. Pythagoras porro & Samius & Ionicus. Quod utrumque nummus edocet; ut intelligas falli eos, qui Doricum faciunt. Nummi ipsi dialectum exhibent ejus regionis, in qua conflati sunt. Ita Coënses in suis nummis adhuc ævo Caii Cæsaris Germanici, quem Caligulam vocant, Dorice scribunt ΕΥΔΑΜΟΣ, pro Εὔδημος: & in aliis, ΑΒΟΥΛΑ ΚΩΙΩΝ. Qui fit ergo, ut scriptores Græci harum ætatum, (ut creditur,) quas nummi repræsentant, nullam dialectorum discrepantiam habeant? Qui fit, exempli causa, ut Dionysius Halicarnasseus e Caria, inter Herodoti pariter Halicarnassei, & Commodi ac Gordiani Augustorum interjectus ætates, nullum Ionismi vestigium aut indicium præ se ferat; cum Herodotus ante Augustum annis quadringentis, ore ubique Ionico Πυθαγόρην & Πυθαγορέω; Commodi & Gordiani ætate nummi in eodem tractu scribant Πυθαγόρης, & ΒΑΡΓΥΛΙΗΤΩΝ Lucillæ Veri, Commodi, & Antonini Severi F. Temporibus? Qui fit similiter, ut Ctesias, Herodoto pæne æqualis, atque ejusdem cum eo provinciæ, (Gnidius enim Ctesias Plinio teste fuit; est autem urbs Cariæ Gnidos:) nullum tamen præ se ferat vel tenuissimum Ionici idiomatis colorem, in iis fragmentis, quæ nomen ejus præferunt? Et illa quidem ipsius nomini apte congruunt. Nam cum Ctesias, a Græco κτῆσις, opes significet; opibus autem Persicis Indicisque majores esse nullas constet communi proverbio; de Persicis rebus atque Indicis fragmenta sub isto nomine edi sane oportuit. Cur autem similiter cum Herodotus semper Μεσαμβρίαν, (quod oppidum Thraciæ est,) nummique ΜΕΣΑΜΒΡΙΑΝΩΝ scribant constantissime; Strabo, Stephanus, & Ptolemæus, Μεσημβρίαν habent; si non est istud e Latino conversum vocabulo, quod Plinius refert, libro IV. sect. XVIII. *Mesembria:* istis fortasse nescientibus, aliam ejusdem nominis apud Latinos, apud Græcos aliam scripturam esse: quo plane modo Latini *Catinenses*, ΚΑΤΑΝΑΙΟΥΣ Græci dixere. Cur in eo nominum genere antiquis nummis Herodotus semper consentit, ab iisdem ceteri plerumque dissentiunt? Cur nummi ΜΑΣΣΑΛΙΗΤΩΝ, Stephanus Μασσαλιώτης dici jubet, & Μασσαλιεὺς, pro gentili vocabulo? Cur nummi ΝΕΟΠΟΛΙΤΑΝ, (sic enim inscribuntur argentei in museo nostro;) Stephanus, Νεαπολιτῶν dicit? Nam ut de dialecto sileam, non ut Νέα πόλις, sic Νεαπολίτης, absque solœco Græce dicitur, sed Νεοπολίτης. Quo hæc casu vel errore acciderint; Oedipus aliquis, si fas est, suggerat.

Ante Christum.

660 38 *Olymp. 33. Annus Sabbaticus.* V.C. 94.

659 39

658 40

657 41

656 42 *Olymp. 34.* V.C. 98.

655 43

654 44 *Annus* V. C. 100.

PHRAORTES Deiocæ F. Medis imperat annis XXII. Persas in Medorum potestatem redegit, qui fuerant hactenus vel αὐτόνομοι, vel sub ignotis principibus. Herod. libro I. pag. 48. Ipse est ARPHAXAD in libro Judith, cap. I. qui Ecbatana a patre inchoata perfecit.

653 45 *Annus Sabbaticus.*

Cypselus Corinthi tyrannidem occupat, per annos XXX. Herod. libro V. pag. 168. Demaratus Tarquinii Prisci Romanorum regis pater, fugit a Corintho injurias Cypseli tyranni, &c. Plinius libro XXXV. sect. V. & XLIII.

652 46 *Olymp. 35.*

651 47

650 48

649 49

648 50 *Olymp. 36.*

647 51

646 52 *Annus Sabbaticus.*

645 53 Tobias senior *completis annis centum duobus, sepultus est honorifice in Ninive.... In hora autem mortis suæ vocavit ad se Tobiam filium suum, & septem juvenes filios ejus nepotes suos, dixitque eis: Prope erit interitus Ninive: non enim excidit verbum Domini: & fratres nostri qui dispersi sunt a terra Israël, revertentur ad eam, ... & venient ad Jerusalem.... Nunc ergo, filii, audite, & nolite manere hic: sed quacumque die sepelieritis matrem vestram circa me in uno sepulcro, ex eo dirigite gressus vestros, ut exeatis hinc. Video enim quia iniquitas ejus finem dabit ei.* Tob. XIV, 2. Post annos fere XXIII. eversa est Ninive a Cyaxare, quam de illa oppidi clade prolatum hoc vaticinium est. Nahum quoque propheta hanc Ninives subversionem prædixit.

644 54 *Olymp. 37. Urbis Romæ annus* 110.

NABUCHODONOSOR Assyriis imperat, Judith. I. Regnasse *in Ninive* dicitur. Assaraddonis nepos, ut apparet.

Hoc primum anno Babylonii, siderum observationes in laterculis coctilibus adnotarunt, nempe ante annos DCCXX. quam Plinius scriberet, teste ipso, libro VII. pag. 94. *Epigenes apud Babylonios* DCCXX. *annorum observationes siderum coctilibus laterculis inscriptas docet, gravis auctor in primis: qui minimum, Berosus & Critodemus,* CCCCXX. *annorum.* Ita legendum cum omnibus libris, tum editis, tum manu exaratis; tametsi olim, falso alterius scriptoris admonitu, aliter edi curavimus. Scripsit autem Plinius anno Urbis Romæ DCCCXXX. teste eodem ipso locis pluribus. Berosus similiter Babyloniorum observationes negat fuisse hujusmodi, nisi ante annum Urbis conditæ CCCCX. ut ex loco Plinii proxime allato colligitur; hoc est, paucis ante annis quam Alexander Magnus regnaret. Ex quo Berosum intelligimus huic principi fuisse æqualem: quem etiam hominem Græcum, Atticumve, Plinius idem subindicare videtur, lib. VII. sect. XXXVII.

643 55

642 1 AMON. *Dormivitque Manasses cum patribus suis,* circa mensem, qui decimus anni ipsius quinquagesimi quinti: *Et regnavit Amon filius ejus pro eo.* IV. Reg. XXI, 18. *Viginti duorum annorum erat Amon, cum regnare cœpisset: duobus quoque annis regnavit in Jerusalem.* IV. Reg. XXI. 19. Cum certum sit aliquos, qui designantur in sacra

REGES JUDA. | *Ante Christum.*

cra historia, annos libatos dumtaxat fuisse, nec completos: longe tutius est subinde deducere de summa quidpiam, quam ad eam adjicere.

641 2

640 1 JOSIAS. Mortuo Amon, mense Aprili, qui nonus anni secundi ipsius, *constituerunt fibi regem Josiam filium ejus pro eo. Et regnavit Josias filius ejus pro eo.* IV. Reg. XXI, 24, 26. *Octo annorum erat Josias, cum regnare cœpisset. Triginta & uno anno regnavit in Jerusalem.* XXII, 1. & 2. Paralip. XXXIV. 1.

Multi Israëlitæ ex captivitate Ninives in patriam redeunt, & Deum suum Hierosolymis colunt. Judith cap. V, 23. & VIII, 4. quod reliquos omnes ex Israële captivos Ninive eversa facturos esse, Tobias ante annos septem prædixit.

639 2 *Annus Sabbaticus. Urbis Romæ annus 115.*

638 3

637 4 In diebus Josiæ Prophetat Sophonias.

636 5 *Olymp. 39.*

635 6

634 7 *Annus Urbis conditæ 110.*

633 8 *Octavo autem anno regni sui, cum adhuc esset puer Josias, cœpit quærere Deum patris sui David.* 2. Paralip. XXXIV. 3.

HELCIAS sacerdos magnus sub Josia. IV. Reg. XXII, 4. & 2. Paralip. XXXIV, 9.

SADYATTES Ardyis F. Lydis imperat annis XII. Herod. lib. 1. pag. 7.

PHRAORTES Medus, qui & Arphaxad nomine Chaldaico; cum Niniven obsideret, a Nabuchodonosore captus interficitur, anno XXII. regni sui. Herod. lib. 1. p. 48. *Anno igitur duodecimo regni sui, Nabuchodonosor, rex Assyriorum, qui regnavit in Ninive civitate magna, pugnavit contra Arphaxad, & obtinuit eum in campo magno, qui appellatur Ragau, circa Euphraten & Tigrin.* Judith I. 5.

632 9 *Olymp. 40. Annus Sabbaticus.*

CYAXARES Phraortæ F. Medorum rex imperat annis XL. Herod lib. 1. pag. 48. Primus Asiæ populos in provincias distribuit. Asiam usque ad fluvium Halyn in Cappadocia devicit. Ibidem, pag. 49.

JUDITH. *Anno tertiodecimo Nabuchodonosor regis, vigesima & secunda die mensis primi, factum est verbum in domo Nabuchodonosor, ut defenderet se.* Judith, 2. Neomenia mensis primi, die 9. Aprilis, feria prima, littera Dominicali A. anno Juliano: Novilunio medio incidente in diem eamdem, hora 7. 24'. 12". matut. Itaque dies vicesima secunda mensis primi fuit, XXX. Aprilis, feria pariter prima. Æquinoctium medium fuit 29. Martii, hora XI. 0. 44'. Post meridiem. Mensem primum, ut reliqui scriptores sacri, sic iste Nisan appellat: & hoc tempus est, *quo solent reges ad bella procedere*, 2. Reg. XI, 1. Erat autem Judith *puella*, cap. XII, 12. annorum (ut videtur) XXV. Jam cum sint Artafernes & Artaxerxes, Medica nomina; quin sit & Holofernes, (quod est affine Artafernæ) ejusdem originis, non est ambigendum. Ei vero genti tam ignoti Judæorum mores fuere, quam Assyriis Babyloniisque cogniti. Itaque ab Achiore Ammonita, quinam Israëlitæ essent, quærit discitque Holofernes: cap. V, 1, 3. Sane Medi & Persæ erant in hoc exercitu, ut mox dicemus. Stante templo bellum hoc Israëli illatum, Judith, IV, 2, Bethuliaque ibi obsessa & mox liberata. In Galilæa prope Dothain & Esdrelon: Judith, 1, 8. IV, 5. VII. 3. Totum Holofernis iter docet in Galilæa rem fuisse peractam, non in tribu Simeon, ut olim arbitrati sumus. Iter habuit, non per Idumæam, sed per *Idumæos in terra Gabaa*, Judith IV, 14. Bethulia tam novum oppidi nomen est in Galilæa, quam Nazareth & Capharnaum. *Mansit* omnino Judith *in domo viri sui* (ex quo nupsit ei) *annos centum quinque* usque ad annum V. C. 217. *In omni autem spatio vitæ ejus non fuit qui perturbaret Israel, & post mortem ejus multis annis:* Judith XVI, 28. Non dicit, qui perturbaret Judam; sed qui *Israel*, hoc est, tribus reliquas, extra regnum Judæ, turbaret, nemo fuit, ad Ægyptiacam forte Xerxis expeditionem, & annum V. C. 270. Ex Galilæa Israëlitæ *adunati erant* inter se, quamquam absque rege; & ascendebant in Jerusalem, ubi erant *sancta eorum:* Judith, cap. V, 23. Itaque quemadmodum Bethulia obsessa perturbabatur Israël, sed non erat qui perturbaret Juda: ita vicissim perturbato postea Juda a rege Ægyptio, vel Babylonio, *non fuit* propterea *qui perturbaret Israël.* Bellum enim intulit Israëli Nabuchodonosor pater: Nabuchodonosor autem alter, prioris filius, regno Judæ, non Israëli, cladem intulit: neque enim ultra Jerosolyma tunc progressus est: & postea cum Ægyptum petiit, iter per Idumæam habuit; regno Judæ in solitudinem tunc redacto, & exercitibus invio. Tunc porro solius summi sacerdotis imperiis parebat Israël; quoniam regi Juda non esset obnoxius. Fuit autem Eliachim *sacerdos Dei magnus*, Judith IV, 5, 11. sive *Joachim summus Pontifex*, Judith XV, 9. quem Helciam Hierosolymitæ nominabant, IV. Reg. XXII, 8. & 2. Paralip. XXXIV, 19. Ozias vero *princeps populi Israël*, ut dicitur Judith cap. XIII, 23. in Bethulia videlicet, quæ tunc caput ibi Israëlis fuit: quamvis esset ipse de tribu Simeon, Judith VI, 11. quemadmodum ipsa Judith, cap. IX, 2. Ceterum in hac historia, Vulgatæ editionis dumtaxat, uti par est, rationem habemus; non item corrupti interpolatique Græci exemplaris, in quo, ut est & genealogia Judithæ corrupta; & illud insertum, quod de templo everso narrat Achior; pari scelere expuncta est postrema libri sententia; hæc nimirum: *Dies autem victoriæ hujus festivitatis ab Hebræis in numerum sanctorum dierum accipitur, & colitur a Judæis ex illo tempore usque in præsentem diem.* Vide tractatum nostrum de supremo Christi Paschate, Expuncta simili audacia est sententia capitis VIII, 24. Sed dicant Græcorum codicum admiratores, quorsum laus illa in primis, qua Juditham prosecuti fuisse dicuntur in editione authentica, *universi presbyteri, & summus Pontifex*, cap. XV, 11. *Quia fecisti viriliter, & confortatum est cor tuum, EO QVOD CASTITATEM AMAVERIS, ET POST VIRVM TVVM ALTERVM NESCIERIS: IDEO & manus Domini confortavit te: & IDEO ERIS BENEDICTA IN ÆTERNUM.* Et illa similis altera a sacro scriptore prolata, cap. XVI, 26. *Erat etiam VIRTVTI CASTITAS adjuncta, ITA VT NON COGNOSCERET VIRVM*, &c. Cur utraque illa, inquam, expuncta prorsus sententia sit, dicant, si possunt, qui Græcos codices in cælum extollunt, præ his authenticam scripturam aspernantur. Sed sunt alia innumera istiusmodi. Plurima etiam circa Geographiam immutata, quæ alterius loci est considerare. Citatur manifeste hæc historia a Divo Paulo in epist. ad Hebræos, cap. XI, 34. ut in Commentariis ad Pauli epistolas scripsimus: unde malesanam Grotii sententiam explodas, existimantis non esse veram historiam, sed αἰνιγματώδη.

Persæ & Medi, qui merebant stipendia sub Phraorte, eo mortuo dedunt se Nabuchodonosori, & sub eo dant militiæ nomen. Judith. XVI, 12. Hæc prima mentio Persarum & Medorum in sacris litteris; uti & apud Herodotum sub Phraorte. Persæ prius Elamitæ dicebantur, Gen. XIV, 1. Isaï. XXI, 2.

Scy-

631 10

630 11 Scythæ in Asiam irrumpunt, eamque per annos XXII. obtinent. Nam memoriæ lapsu dixisse Herodotum, pag. 50. annos XXVIII. pro XXII. apparet, ex collatione annorum, quos Medorum regibus, sive universe. pag. 62. sive singulatim attribuit, si colligantur.

629 12 *Urbis conditæ annus* 125.

Et Josias *duodecimo anno postquam regnare cœperat, mundavit Judam & Jerusalem ab excelsis & lucis, simulacrisque, & sculptilibus.* 2. Paralip. XXXIV, 3. *Factum est verbum Domini* ad Jeremiam, *in diebus Josiæ filii Amon, regis Juda, in tertiodecimo anno regni ejus.* Jerem. I, 2. adversus idololatras.

Cyaxares, devicta usque ad fluvium Cappadociæ Halyn Asia, Niniven obsidet, patrem ulturus, & civitatem eversurus. Sed irrumpentibus in Mediam Scythis solvit obsidionem. Herodot. lib. I. pag. 49.

628 13 *Olymp.* 41. *Factum est verbum Domini* ad Jeremiam, *in diebus Josiæ filii Amon, regis Juda, in tertio decimo anno regni ejus,* Jerem. I, 2. adversus idololatras.

627 14

626 15

625 16 *Annus Sabbaticus.*

624 17 *Olymp.* 42. V.C. *annus* 130.

623 18 *Anno autem octavodecimo regis Josiæ* liber legis ab ipso Mose conscriptus repertus est: renovatum per Josiam fœdus cum Deo, cultus Dei instauratus, magnoque apparatu Pascha celebratum est. *Nec enim factum est Phase tale a diebus Judicum, qui judicaverunt Israël, & omnium dierum regum Israël, & regum Juda, sicut in octavodecimo anno regis Josiæ factum est Phase istud Domino in Jerusalem.* IV. Reg. XXII, 3, 8. & XXIII, 22. Item 2. Paralip. XXXIV, 8, 14. & XXXV, 19. Æquinoctium medium fuit die 30. Martii, hora 3. 20′. 17″. matut. Novilunium medium die 31. Martii, hora 5. 2′. 55″. matut. feria tertia, littera Dominicali D. ac proinde Neomenia civilis ea ipsa die.

622 19 Pulsis e Media Scythis, Cyaxares Niniven obsidet, evertit. Herodot. lib. I. pag. 50. A Medis subactam Niniven dicit idem iterum, pag. 84. Sic Assyrii a Medis penitus domiti, excepta Babylonica quapiam portione. Herod. pag. 50.

621 20 ALYATTES Sadyattis F. Lydis imperat, annis LVII. Herod. lib. I. pag. 7. Periander Corinthi tyrannus Cypseli F. his temporibus. Idem libro V. pag. 368.

620 21 *Olymp.* 43.

619 22 Astyages Cyaxaris F. nascitur.

618 23 *Annus Sabbaticus.* V. C. 136.

617 24

616 25 *Olymp.* 44. Assuerus Medus, alter Cyaxaris F. nascitur.

615 26 Psammetichus novissimus duodecim regum Ægypti moritur. Herod. lib. 2. pag. 169.

614 27 *Urbis conditæ annus.* 140.

NECAO Psammetichi F. in Ægypto regnat annis XVII. Herod. lib. 2. pag. 171. In sacris litteris *Nechao* appellatur; ab Herodoto, Νεκώς.

613 28

612 29 *Olymp.* 45. V. C. 141.

611 30

610 31 Annus Sabbaticus.

609 32 *In diebus Josiæ* (mense Martio hujus anni, expleto jam a duobus mensibus anno XXXI. regni ipsius:) *ascendit Pharao Nechao rex Ægypti contra regem Assyriorum, ad flumen Euphraten: & abiit Josias rex in occursum ejus, & occisus est in Mageddo,* circa mensem Augustum. IV. Reg. XXIII, 29. Refert eadem Herodotus, libro 2. pag. 272. ubi de Neco Ægypti rege: Καὶ Σύροισι πεζῇ ὁ Νεκὼς συμβαλὼν ἐν Μαγδόλῳ ἐνίκησε· μετὰ δὲ τὴν μάχην Κάδυτιν πόλιν τῆς Συρίας ἐοῦσαν μεγάλην εἷλε. *Terrestri autem acie congressus cum Syris, in Magdolo vicit: & post prælium, Cadytin magnam Syriæ urbem cepit.* Nam & Magdali sine Magdoli meminit Jeremias, cap. XLVI, 14. & Cadytis ipsa est Jerusalem; quam deformato vocabulo sic repræsentat; quoniam a Syris Palæstinis non eam aliter audiit appellari, quam sanctam civitatem, עיר הקדש: & in fine vocabuli illius appositum fuisse ab Hebræo scriptore, quo Herodotus utebatur, ת pro ש: eo quod non modo sonum eæ litteræ apud Hebræos sæpe in fine permutant; verum etiam Chaldæi pro ש Hebræo ponunt ת; ut in תקל pro שקל; non dubitabunt ii, qui Hebraïce norunt. De ea ipsa urbe Cadyti rursum Herodotus, libro 3. pag. 184. *Rex Assyriorum* loco proxime allato e libro quarto Regum, Nabuchodonosor appellatur, quamvis eversa Ninive: nondum destinata in sedem regni Babylone; quod ab altero Nabuchodonosore, istius filio, deinde effectum est: unde is exinde *rex Babylonis* semper est nuncupatus.

JOACHAZ. *Tulitque populus terræ Joachaz filium Josiæ, & unxerunt eum, & constituerunt eum regem pro patre suo. Viginti trium annorum erat Joachaz, cum regnare cœpisset: & tribus mensibus regnavit in Jerusalem:* donec rediret nimirum rex Ægypti ab expeditione Assyriaca. *Vinxitque eum Pharao Nechao… ne regnaret in Jerusalem; & imposuit mulctam terræ, centum talentis argenti, & talento auri. Regemque constituit Pharao Nechao Eliacim filium Josiæ, pro Josia patre ejus: vertitque nomen ejus Joachim….. Viginti quinque annorum erat Joachim, cum regnare cœpisset: & undecim annis regnavit in Jerusalem.* IV. Reg. XXIII. Joachim regnum iniit circa Novembrem.

JOACHIM rex Juda, Josiæ regis F. regnum iniit mense Junio anni hujus.

Sequitur Chronologiæ sacræ pars longe difficillima: spatium videlicet CXXV. annorum: in quo & captivitas Babylonica, & Templi desolatio, annorum quæque septuaginta, ac suo quæque notata initio & fine, hoc est, certis utrimque regum annis circumscripta: septem deinde priores Danielis hebdomades, suo pariter initio ac fine descriptæ; hoc est, certis (ut supra) principum annis consignatæ: anni præterea regum Jechoniæ & Sedeciæ, Cyri Persæ, Assueri gemini, gemini quoque Astyagis, Darii denique gemini: deinde Cambysæ, & Artaxerxis: Nabuchodonosoris, Evilmerodachi, & gemini Baltassaris; quales sive in sacris litteris, sive apud Herodotum definiuntur: salvo suo cuique regi nomine, nec in aliud immutato, ut in plerisque vulgo fit ab eruditis, nodum secus esse insolubilem ratis: Estheris præterea & Mardochæi historia; anni denique illi quadraginta sex, quibus Templum Hierosolymitanum instauratum absolutumque est. Quæ quidem omnia, ut sunt illigata nexaque inter se, si qua adeo probe Chronologia temperet ac disponat, ut in annum suum quælibet res gesta sponte cadere videatur; nihil ut opponi ei ex sacra historia, vel ex Herodoto Pliniove possit; hac profecto nihil esse aut dici verius pronunciandum erit: secus, sicubi cum historia præsertim sacra non congruat. Esto hic igitur ante omnia annorum illorum indiculus, regumque quos proxime appellavimus.

Ante Christum.	REGES JUDA.	BABYLONII.	PERSÆ.	MEDI.
608	1 JOACHIM. Annus hic primus est Joachim, usque ad mensem Junium. Urbis Romæ 146.	37 Annus 37. Nabuchodonosoris: cujus anno XIII. contigit historia Judith. Nabuchodonosor istius F. a patre in societatem regni adsciscitur.	25 Cyaxaris Medi annus 25. Mediam ille & Persidem obtinebat.	
607	2	38	26	
606	3 Joachim a Nabuchodonosore abducitur in Babylonem, cum Daniele & aliis. Dan. 1, 1. & 2. Paral. XXXVI, 6.	39 NABUCHODONOSOR Nabuchodonosoris F. regnat solus, mortuo patre, circa Septembrem.	27	
	Sub anni finem, *Sermo* Domini ad Jeremiam: cujus *ab exitu* sive egressu a Deo, computandæ sunt & 7. hebdomades, & 26. Hinc septem hebdomadæ usque ad Cyrum: hinc & 62. usque ad Judam Machabæum.			
605	4 Quartus Joachimi annus usque ad mensem Junium.	1	28	
604	5	2	29	
603	6	3	30	
602	7	4	31 Bellum sex annorum inter Cyaxarem Medorum; & Halyatten Lydorum regem.	
601	8	5	32	
600	9 Annus primus captivitatis annorum LXX.	6	33	
599	10	7	34	
598	11 JECHONIAS. Captivitas Jechoniæ. MARDOCHÆUS, qui postea Estheris, simul abducitur. SEDECIAS.	8	35	
597	2	9	36 Eclipsis a Thalete prædicta, contigit sub Cyaxare, Herod. sub Halyatte, Plin. quod eodem recidit.	
596	3	10	37 Ex Astyage Cyaxaris F. nascitur Mandane Cyri mater.	
595	4	11	38 Ex Assuero Astyagis fratre natu minore nascitur Darius Medus.	
594	5 *Urbis Romæ* 160.	12	39	
593	6	13 Baltassar Nabuchodonosoris F. cum patre regnat. Baruch 1, 11, 12.	40	
592	7	14	1 Astyages Cyaxaris F. regnat in Perside & Media.	
591	8	15	2	
590	9	16	3	
589	10 V. C. 165.	17	4	
588	11	18	5	
587	Templi desolatio.	19	6	
586	1 Annus primus Templi desolati.	20	7	
585	2	21	8	8
584	3 V. C. 170.	22 Nabuchodonosor e Perside pellit Astyagen. Jerem. XLIX, 34. &c.		9 Astyages in Media sola; exutus Perside.
583	4	23		10
582	5	24		11
581	6	25		12 Mandane filia Astyagis, Cambysæ Persæ nubit in Media.
580	7	26		13 Cyrus genere Persa, nascitur in Media.
579	8 V. C. 175.	27		14
578	9	28		15
577	10	29		16
576	11	30		17
575	12	31		18
574	13 V. C. 180.	32		19
573	Esther circiter hoc tempus nascitur in Perside.			20
572	15	34 Baltassar Baltassaris F. nascitur. Nabuchodonosori somnium objicitur. Dan. IV.		21
571	16	35		22
570	17	36 Nabuchodonosor cum belluis agit per annos septem. Baltassar Nabuchodonosoris F. obit.		23
569	18 V. C. 185.	37		24
568	19	38		25
567	20	39		26

Ante Christum.	TEMPLI DESOLATIO.	BABYLONII REGES.	PERSÆ	MEDI.
566	21	40		27
565	22	41		28
564	23 V. C. 190.	42 Circiter Octobrem Nabuchodonosor resipiscit.		29 CROESUS regnat in Lydia, in qua & Macedones, Esth. XVI, 14.
563	24	43	1 ASSUERUS Medus, frater Astyagis Medi, Cyaxaris F. pulso Nabuchodonosore Persidem recipit. Ipse est Assuerus Estheris. Esth. 1. & Dan. IX, 1.	
562	25	44 Nabuchodonosor moritur sub anni finem.	2 Annus secundus Assueri, qui & Artaxerxes Maximus, Esth. X 1.	31
561	26	Evilmerodach rector imperii, Jerem. LII, 31.	3 Assueri convivium.	32
560	27	1 Nitocris regina, vice pupilli Baltassaris imperat. *Regina*, Dan. V, 10.	4	33
559	28	2	5	34
558	29	3	6	35
557	30	4	7 Deducitur Esther ad Assuerum. Esther 2.	1 CYRUS Astyagi Mediam eripit, Assuero rege Persidis, fratre Astyagis, consentiente: ne Croesus eam Medis, sicuti Persidem Nabuchodonosor multo ante, eriperet. Hic finis VII. HEBDOM. DANIELIS.
556	31	5	8	2
555	32	6	9	3
554	33 V. C. 200.	7	10	4
553	34	8	11	5
552	35	9	12 Esther pro Judæis fit supplex Assuero.	6 Anceps victoria inter Cyrum & Croesum.
551	36	10	13	7 Cyrus Croesum capit.
550	37	11	14	8
549	38 V. C. 205.	12	15	9
548	39	13	16	10
547	40	14	1 DARIUS Medus Assueri F.	11
546	41	15	2	12
545	42	16	3	13
544	43 V. C. 210.	17	4	14
543	44	18	5	15
542	45	19	6	16
541	46	20	7	17
540	47	21	8	18
539	48 V. C. 215.	22	9	19
538	49	23	10	20
537	50	24 Babylon a Cyro capitur, junctis Darii Medi copiis. Relictum Baltassari fiduciario jure regnum, ea lege, ut si prole mascula Baltassar careret, Persis Medisque Babylonia cederet.		
536	51	1 BALTASSAR regnat solus. Annus 1. Dan. VII, 1.	12	22
535	52	2	13	23
534	53 V. C. 220.	3 Annus tertius. Dan. V, 30, 31. Dan. VIII, 1.	14	24
533	54	1 DARIUS MEDUS, annos natus LXII, regnat Babylone, occiso a suis Baltassare. Dan. V, 31. & IX, 1.		25
532	55 Daniel mox implendos LXX captivitatis annos intelligit. Dan. IX, 1. & de LXX hebdomadibus simul vaticinatur.	1 ASTYAGES Medus, Darii Medi F. Dan. XIII, 26, 65. Susannæ historia hoc anno. Dan. XIII, 65. Babylone.		26
531	56	1 CYRUS Persa. Annus primus. 1. Esdr. I, 1. & 1. Esdr. V, 13. & VI, 3. & Dan. XIII, 65. Mense Augusto contigit historia sacerdotum Bel. Dan. XIV, 27, 30. Cyrus verum Deum agnoscit: & populum Judaïcum captivitate liberat.		27
530	57 Captivitatis Babylonicæ annus LXX. Zorobabel venit Hierosoly-	2		28

ma

Ante Christum.	TEMPLI DESOL. & REST.	BABYLONII REGES.	PERSÆ.	MEDI.
	ma cum Esdra, & Mardochæo Estheris patruo. 1. Esdr. 1, 2. & 2. Esdr. XII, 1.			
529	58 *Annus secundus adventus* Judæorum *in Jerusalem.* Templum ædificari cœptum jubente Cyro: sed mox impeditum opus, 1. Esdr. III, 8. & cap. IV. usque ad annum 2. Darii Hystaspidæ in Babylone. 1. Esdr. IV, 5. 24. Est hic annus Cyri tertius, Dan. X, 1. & idem ultimus.			29
528	59 V. C. 226.	1 ASSUERUS Medus, Astyagis F. 1. Esdr. IV, 6. in Perside & Babylonia.		1 Cambyses Cyri F. regnat in Media.
527	60	2		2
526	61	3		3
525	62	1 ARTAXERXES Medus, Assueri frater, 1. Esdr. IV, 7. in Perside & Babylonia.		4
524	63 V. C. 230.	2 Artaxerxes prohibet templi ædificationem. 1. Esdr. IV, 21, 24.		5
523	64	3		6
522	65	4		7
521	66	5 Babylon rebellat, & obsidetur a Dario. Herod.		8 Cambyses obit.
520	67			1 Darius Hystaspæ F. in Media regnat.
519	68 V. C. 235.	1 Darius Hystaspæ F. Babylonem capit, & servat annis sex.	Artaxerxes in Perside.	2
518	69 Darius & Artaxerxes facultatem tribuunt Templi ædificandi. 1. Esdr. VI, 14. Instaurantur Templi fundamenta mense Decembri.	2 *Darii annus secundus* Babylone. 1. Esdr. IV, 24. & Agg. 1. &c. Darius & Artaxerxes reges Babylonis: alter jure, alter reipsa. 1. Esdr. VI, 14.		3
517	70 Septuagesimus Templi 1 desolati annus, Augusto desiens. Idem primus Templi restituti.	3		4
516	2	4		5
515	3	5		6
514	4 V. C. 240.	6 *Annus sextus Darii* regis. 1. Esdr. VI, 15.		7
513	5 Templi dedicatio, sub initium mensis Martii, 1. Esdr. VI, 15.	6 Artaxerxi mense Julio Babylon redditur, quam permutat, Perside, Darii patria.	8 Darius Hystaspæ F. in Perside & Media.	
512	6	7 *Annus septimus Artaxerxis*, Babylone: 1. Esdr. VII, 1, 8.		9
511	7	8		10
510	8	9		11
509	9 V. C. 245.	10		12
508	10	11		13
507	11	12		14
506	12	13		15
505	13	14		16
504	14 V. C. 250.	15		17
503	15	16		18
502	16	17		19
501	17	18		20
500	18	19		21
499	19 V. C. 255.	20		22
498	20 Nehemias impetrat ab Artaxerxe rege Babylonis litteras pro instauratione murorum Jerusalem. Nehem. 2, 1. Ab hoc anno XX Artaxerxis, qui est V. C. 256. usque ad Christi passionem, anno ipsius 33. V. C. 786, anni sunt 530. Itaque ab hoc anno peti initium non potest LXX hebdomadum Danielis.			
497	21	22		24
496	22	23		25
495	23	24		26
494	24 V. C. 260.	25		27
493	25	26		28
492	26	27		29
491	27	28		30
490	28	29		31
489	29 V. C. 265.	30		32
488	30	31		33
387	31	32		34
486	32 Hoc anno, qui est XXXII. Artaxerxis usque ad mensem Julium, venit Nehemias ad Regem. Nehem. XIII, 6.			35
485	33	34		36 Darius moritur. 1 XERXES imperat.

484.

Ante Christum.	TEMPLI RESTITUTIO.	BABYLONII REGES.	PERSÆ.	MEDI.	REGES JUDA.
484	34. V. C. 270. Annus hic est XLVI. quo Templi ædificatio est absoluta: a primis scilicet jactis fundamentis sub Cyro, anno V. C. 225. Joan. 2, 20.	35 Artaxerxis ultimus. Quo mortuo, Xerxes Babylonia ipsa potitur. Dan. XI, 1.			

Nunc igitur ad singula hujusce Chronologiæ capita ex sacris litteris, ex Herodoto Plinioque, ac siderum observationibus, demonstranda veniamus.

Ante Christum.

608 1 *Olymp. 46. V. C. 146. Annus 1. Joachim regis Juda, usque ad mensem Junium.*

NABVCHODONOSOR. Nabuchodonosoris F. in societatem regni a patre adsciscitur.

607 2 Annus 2. Joachim usque ad mensem Junium.

606 3 *Anno tertio regni Joachim regis Juda, venit Nabuchodonosor rex Babylonis in Jerusalem, & obsedit eam. Et tradidit Dominus in manu ejus Joakim regem Juda. Hunc rex Chaldæorum vinctum catenis duxit in Babylonem*, cum Daniele aliisque *de semine regio, ad quam & partem vasorum domus Dei transtulit.* Dan. 1, 1. & 2. Paralip. XXXVI, 6, 7.

NABVCHODONOSOR Nabuchodonosoris F. patre mortuo, regnat solus, circa Septembrem. Jerem. XXV, 1. Nabuchodonosor iste, senioris F. rex Babylonis semper vocatur: quia Ninive subversa, Babylonem *iste ædificavit in domum regni*, hoc est, regio palatio exornavit, sedemque regni instituit. Dan. IV, 27.

Hoc exeunte anno contigit, quod narratur Jerem. XXV, 1. *Verbum quod factum est ad Jeremiam, de omni populo Juda, in anno quarto Joakim filii Josiæ regis Juda*; qui tunc Babylone captivus tenebatur: (*ipse est annus primus Nabuchodonosor regis Babylonis:*) . . . *dicens: A tertiodecimo anno Josiæ filii Amon regis Juda usque ad diem hanc, iste tertius & vigesimus annus.* Revocat in memoriam, quamdudum missus a Deo fuerit, ut ab idolorum cultu eos revocaret, & ad pœnitentiam adduceret; & quam frustra operam navavit: atque eam ob rem prædicit futuram captivitatem Babylonicam annis LXX. versu nono; secuturam autem liberationem, versu 12. *Ecce ego mittam, & assumam universas cognationes Aquilonis, dicit Dominus, & Nabuchodonosor regem Babylonis servum meum: & adducam eos super terram istam, & super habitatores ejus... & interficiam eos... Et erit universa terra hæc in solitudinem & in stuporem: & servient omnes gentes istæ regi Babylonis septuaginta annis. Cumque impleti fuerint septuaginta anni, visitabo super gentem Babylonis, & super gentem illam, dicit Dominus, iniquitatem eorum, & super terram Chaldæorum: & ponam illam in solitudines sempiternas.* Hoc fuit dicere, solvendam esse post annos LXX. captivitatem Babylonicam, capta prius Babylone, Babylonio mox rege cæso, & excisa stirpe Nabuchodonosoris, redactaque in solitudinem Assyriorum regum aula. Id quod probe Daniel intellexit hoc loco significari, ut suo loco dicturi sumus: cum ille præsertim hoc vaticinium & cum aliis ejusdem Jeremiæ verbis e cap. XXIX. describendis anno primo Sedeciæ regis Juda; & cum simili altero Isaïæ vaticinio conferret, cap. XLIV, 26. *Qui dico Cyro, Pastor meus es, & omnem voluntatem meam complebis. Qui dico Jerusalem, Ædificaberis: & Templo, Fundaberis.* Et XLV, 1, 11. *Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro.... Ipse ædificabit Civitatem meam, & captivitatem meam dimittet.* Hoc est igitur

INITIVM SEPTEM HEBDOMADVM ET SEXAGINTA DVARVM, quæ Danielis oraculo continentur.

Ante Christum.

605 4 Annus 4. Joachim regis Juda, usque ad Junium: a Junio, quintus.

Jerem. XLVI, 1. *Quod factum est verbum Domini ad Jeremiam prophetam contra gentes, ad Ægyptum, adversum exercitum Pharaonis Nechao, regis Ægypti, qui erat juxta fluvium Euphratis in Charcamis, quem percussit Nabuchodonosor rex Babylonis, in quarto anno Joakim filii Josiæ regis Juda.* Vastandam Ægyptum a Nabuchodonosore prædicit: XLVI, 13.

Hoc anno Joachim regi Juda redeundi Hierosolymam facta potestas est, pacta conditione servitutis. IV. Reg. XXIV, 1. *In diebus ejus ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis* cum rege Joachim: *& factus est ei Joakim servus tribus annis; & rursum rebellavit contra eum.* Et Jerem. XXXVI, 9, 22. *Factum est autem in anno quinto Joachim filii Josiæ regis Juda in mense nono: prædicaverunt jejunium...... in Jerusalem..... Rex autem sedebat in domo hiemali mense nono:* &c.

604 5 *Olymp. 47. Annus Sabbaticus.* V.C. 150.

603 6

602 7 Bellum sex annorum inter Cyaxarem Medorum, & Alyatten Lydorum regem. Herodot. libro 1. pag. 33.

601 8 Hoc anno Joachim rex Juda rebellat contra Nabuchodonosorem, post tres annos servitutis, de quibus supra. 1. Reg. XXIV, 1.

600 9 *In anno septimo* Nabuchodonosor *transtulit Judæos tria millia & viginti tres*, mense Septembri, anno septimo regni sui jam inchoato. Jerem. XXIX, & LII, 28.

Hic PRIMVS ANNVS est CAPTIVITATIS BABYLONICÆ, sive TRANSMIGRATIONIS in Babylonem, annis LXX. duraturæ. Nec vero prius abducti sunt captivi de populo Juda. Baruch VI, 1. *Exemplar epistolæ, quam misit Jeremias ad abducendos captivos in Babyloniam a rege Babyloniorum, ut annunciaret illis secundum quod præceptum est illi a Domino. Propter peccata quæ peccastis ante Deum, abducemini in Babyloniam captivi a Nabuchodonosor rege Babyloniorum. Ingressi itaque in Babylonem, eritis ibi annis plurimis, & temporibus longis, usque ad generationes septem: posthæc autem educam vos inde cum pace.* Græce, ἕως γενεῶν ἑπτά. Septem γενεαὶ hoc loco, LXX. anni captivitatis sunt.

Matth. 1, 11. *Josias autem genuit Jechoniam & fratres ejus in transmigratione Babylonis:* hoc est, quorum ætas incidit in tempora transmigrationis Babylonicæ: nempe illius quæ facta est hoc anno, ut dicemus in Christi genealogia.

599 10 *Annus V. C. 155. Joachimi undecimus a mense Junio.*

Moritur Joachim mense Decembri, qui septi-

septimus fuit anni xi. regni ejus. Hanc enim rationem constanter sacræ litteræ tenent, in annis regum Juda & Israel assignandis; ut quem regnasse dicant, exempli gratia, annos decem, hunc intelligi velint vel annos saltem novem cum mensibus sex & amplius, vel ipsos decem cum quinque ut plurimum mensibus.

JECHONIAS.

598 1 JOACHIN, sive JECHONIAS. A Decembri anni superioris. *Et dormivit Joakim cum patribus suis*, circa mensem Julium: *& regnavit Joachin filius ejus pro eo.* IV. Reg. XXIV, 5. *Decem & octo annorum erat Joachin, cum regnare cœpisset; & tribus mensibus regnavit in Jerusalem.* XXIV, 8. *Octo annorum erat Joachin, cum regnare cœpisset, & tribus mensibus ac decem diebus regnavit in Jerusalem: fecitque malum in conspectu Domini.* 2. Paralip. XXXVI, 9. Hoc est, octavus agebatur annus, ex quo captiva Hierosolyma, domusque regia, a Nabuchodonosore victa gemebat; tradito in manus ejus, una cum civitate, Joachim patre hujus novelli regis. Annus, inquit, octavus erat servitutis regiæ domus Juda, ipsiusque adeo Jechoniæ.

SEDECIAS.

SEDECIAS. Exeunte Martio, seu mense ultimo Judaïco, *cumque anni circulus volveretur*, 2. Paralip. XXXVI, 10. *misit Nabuchodonosor rex, qui adduxerunt eum*, regem Joakin, *in Babylonem, asportatis simul pretiosissimis vasis domus Domini. Regem vero constituit* post quatuor menses, *Sedeciam patruum ejus super Judam & Jerusalem. Viginti & unius anni erat Sedecias, cum regnare cœpisset: & undecim annis regnavit in Jerusalem.* Et IV. Reg. XXXIV, 10, 15, 18. *In tempore illo ascenderunt servi Nabuchodonosor regis Babylonis in Jerusalem, & circumdata est urbs munitionibus. Venitque Nabuchodonosor rex Babylonis*, mense Augusto, *ad civitatem cum servis suis, ut oppugnarent eam. Egressusque est Joachin rex Juda ad regem Babylonis... & suscepit eum rex Babylonis anno octavo regni sui... Transtulit quoque Joachin in Babylonem.... & omnes viros robustos septem millia... Et constituit Matthaniam patruum ejus pro eo, imposuitque nomen ei Sedeciam. Vigesimum & primum annum ætatis habebat Sedecias, cum regnare cœpisset; & undecim annis regnavit in Jerusalem.* IV. Reg. XXIV, 11, 15, 18. Cœpit mense Septembri, vel septimo.

Primus hic annus est captivitatis Jechoniæ, in qua Ezechiel propheta cum reliquis deportatus est: eoque pervenit initio mensis quarti Judaici: unde passim numerat ipse annos transmigrationis suæ; & Jechoniæ regis, Ezech. 1, 1, 2. & XXX, 20. & XXXI, 1. & XL, 1. &c. MARDOCHÆUS Estheris patruus, simul cum Jechonia abducitur. Esther 2, 5.

Jeremias hoc ipso anno, *in principio regni Sedeciæ regis Juda, in anno quarto, in mense quinto*, cap. XXVIII, 1. hoc est anno quarto ex quo Joachim rex Juda adversus Nabuchodonosorem rebellarat, ut diximus anno ante Christum 601. Et scribens ad captivos in Babylonia, cap. XXIX, 10. *Hæc dicit Dominus: Cum cœperint impleri in Babylonia septuaginta anni, visitabo vos: & suscitabo super vos verbum meum bonum, ut reducam vos ad locum istum.* Quod & ante annos octo prædixerat, cap. XXV, 9.

597 2 Hoc anno contigisse videtur, quod narrat Matthæus, cap. 1, 12. *Et post transmigrationem Babylonis Jechonias genuit Salathiel:* ut in Genealogia Christi dicemus.

Annus Sabbaticus. Anno sexto belli inter Cyaxarem & Alyatten defectio Solis a Thalete prædicta, bellum diremit. Herod lib. 1. pag. 33. Pacis sequester Λαβύνητος (qui & Nabuchodonosor) Babylonius. Dedit Alyattes filiam suam, Crœsi sororem, Astyagi Cyaxaris filio. Herodotus ibidem.

Plinius libro 2. sect. IX. *Apud Græcos autem investigavit primus omnium Thales Milesius, Olympiadis XLVIII. anno IV. prædicto Solis defectu, qui Alyatte rege factus est, Urbis conditæ anno* CLX. Ita MS. Reg. 4972. quinque alii, CLXX. hoc est, septuagesimo: pro *septimo & quinquagesimo:* atque istum fere numerum (CLXX) libri editi repræsentant. Lege, *anno* CLVII. quo anno plane, ante Christum 597. & anno IV. Olympiadis XLVIII. ille Solis defectus contigit, die IX. Julii feria tertia, hora 6. matutina: clara nempe in luce, qua solent prælia conseri. Ubicumque fere annus Urbis conditæ cum Olympiade conjungitur in historia Pliniana, numerus alteruter corruptus est ab iis, qui veriti sunt, ne si Plinius sibi semper constaret in utrisque annis inter se copulandis, certos secutus auctores in Olympiadibus, & in temporum ratione adsignanda videretur, quæ tamen a ceteris discreparet. Alterutrum autem dumtaxat e duobus numerum corruperunt, quod istud satis unum erat, ut secum ipse pugnare Plinius credi posset. At hoc in loco utrumque sidus, Solis ac Lunæ, apertissime suffragatur Pliniano Olympiadum calculo; quandoquidem circum hæc tempora nullus occurrit Solis defectus, præter istum, qui cum Herodotea narratione congruat. Est hic veluti cardo quidam totius Chronologiæ: ex quo pendet de Lydorum Medorumque postremis temporibus, ac de Cyri ætate, accurata cognitio, ad sacram profanamque historiam a situ & errore vindicandam pernecessaria. Et Petavius quidem hanc eclipsim fuisse tantum digitorum 9. 30′. arbitratus est: posita nimirum altitudine poli graduum 42. quoniam tunc crederetur esse Byzantii altitudo poli grad. 43. Nunc vero cum constet altitudinem poli illic esse grad. 41. 6′. non potest ad amnem Halyn in Cappadocia, ubi prælium commissum merito creditur, esse altitudo poli plusquam graduum 40. Quo terrarum situ proinde oportuit eclipsim esse centralem quidem, sed annularem; cum discus Solis prætenui limbo, discum Lunæ excederet atque ambiret in modum annuli. Erepto itaque oculis corpore Solis fere integro, potuit nox repente, cælo scilicet paululum nubilo, ex die fieri, ut Herodotus prodidit. Hæc vero sideralis nostra observatio, quæ est certissima, plurimum valet, non ad Chronologiam modo, sed & ad situm Cappadociæ reformandum. Insignis illa porro, & digna Thaletis observatione defectio fuit: quoniam perraræ sunt eclipses annulares. Altera, quæ est anni 585. ante Christum, die XXVIII. Maii, Petavio merito displicet; quoniam nec sub Cyaxare, ut refert Herodotus, sed sub Astyage Cyaxaris F. post annos XII. nec Olympiadis anno quarto, sed uno amplius mense ante quartum: & in ipso demum Solis occasu, affecta jam die contigit; maxima obscuratione occidentem Solem semihora vix antecedente: nec totalis aut centralis fuit, vel digitorum 12. 56′. ut ponit Ricciolus; sed fere novem, ut Grandamicus admonuit: nec denique cum ulla parte historiæ sacræ vel profanæ potest congruere.

Psammis Neci F. in Ægypto regnat annis sexto Herodot. libro 2.

596 3 *Olymp.* 49. Mandane Astyagis filia, Cyri mater nascitur.

595 4 Darius Medus nascitur ex Assuero Cyaxaris filio natu minore.

594 5 *Annus V.C.* 160.

Jere-

REGES JUDA.

Jeremias circa mensem Martium anni hujus, *scripsit omne malum, quod venturum erat super Babylonem*, deditque *Saraiæ, cum pergeret cum Sedecia rege in Babylonem, in anno quarto regni ejus*. Jerem. LI, 59, 60. Profectus est igitur Sedecias Babylonem, cum Nabuchodonosore de captivis & de compositione acturus: item de vasis argenteis redimendis, quæ Nabuchodonosor ante annos quatuor abstulerat. Baruch 1, 8, 9.

Quarto mense, quinta mensis, anno quinto transmigrationis regis Joachin, prophetat Ezechiel. Ezech. 1, 2.

Et factum est in trigesimo anno, ex quo liber legis repertus est anno XVIII. Josiæ cultusque Numinis restitutus; *in quarto mense, in quinta mensis*, ut proxime, *ipse est annus quintus transmigrationis regis Joachin; factum est verbum Domini ad Ezechielem*. Ezech. 1. Et cap. IV. significat Deus se peccata populi Juda toleraturum, per dies XL. hoc est, per annos totidem ab anno ejus regni tertiodecimo, ex quo non destiterat Jeremias ad pœnitentiam populum adhortari. Nam & illum Josiæ annum, Jeremias in memoriam populi revocat, & idololatriam, quam Josias anno superiore extinxerat, revocatam exprobrat, cap. XXV, 2, 5, 6. Addit Ezechiel hæc peccata punienda a Deo esse, excidio templi & urbis; quemadmodum & peccata Israëlis, quæ a Jeroboami defectione cœperunt, luenda dicit post annum ab illa nequitia CCCXC. Nam ad Israëlem æque atque ad regnum Judæ Templum pertinuit.

Ante Christum.

593 6 Prophetia Baruch hoc anno, mense primo Judaïco, scripta est in Babylone, quo ille cum Sedecia rege profectus erat. Baruch 1. *Et hæc verba libri quæ scripsit Baruch.... in Babylonia, in anno quinto, in septimo die mensis, in tempore quo ceperunt Chaldæi Jerusalem, & succenderunt eam igni*, ante annos quinque. *Et legit Baruch verba libri hujus ad aures Jechoniæ filii Joachim, regis Juda, & ad aures ..... omnium habitantium in Babylonia.* Mittuntur deinde a captivis Babylonicis collectæ pecuniæ ad eos qui remanserant Hierosolymis, ut oblatis Deo holocaustis orent pro ipsis, & pro Nabuchodonosore, filioque ejus Baltassare. Jam tum igitur Baltassar regnabat cum patre. Magna Grotii audacia est, qui neget a Baruch hæc fuisse conscripta, affirmetque exercitamenta esse Judæi Græce callentis: ab alio deinde adsuta esse huic operi non pauca: quædam denique a Christianis exscriptoribus addita: quale est, inquit ille, quod cap. III, 38. legitur: *Posthæc in terris visus est, & cum hominibus conversatus est.* Quæ censura Socinianum hominem prodit apertissime.

In anno sexto transmigrationis Jechoniæ, in sexto mense, in quinta mensis, visio Ezechielis, cap. VIII. Et capite nono deinde, versu 4. *Dixit Dominus ad eum: Transi per mediam civitatem in medio Jerusalem: & signa thau super frontes virorum gementium, & dolentium super cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio ejus.* Est hujus loci hæc genuina sententia, ut nos quidem interpretamur. Signa litteram ת super frontes gementium & clamantium, *Abominatio, Abominatio*, super cunctis abominationibus, quæ fiunt Hierosolymis. Quoniam vox Hebræa scilicet, תועבה, quæ *abominationem* significat, incipit a littera ת, quemadmodum & ipsa radix תעב *abominari*. Et syllaba תו quæ est in isto Ezechielis loco, litteram ת significat; quæ sic solet in Alphabetis ipsis Hebraicis scribi, quandocumque sonus litteræ ת sive nomen exprimitur, *Tau*: quemadmodum in Græcis alphabetis littera T scribitur & effertur ταῦ. Nihil ibi de signo Crucis, cujus similitudinem neque littera Hebraïca ת habet, neque Samaritica; nam hæc est in nummis antiquis Simonis Pontificis, qui frater Machabæi, mera decussis, qualis est Latina littera X, vel Græca X. Neque ibi pariter Legi Mosaïcæ locus est, quamvis Hebraïcum Legis nomen ab ea littera incipiat, תורה

592 7 *In anno septimo, in quinto, in decima mensis, sermo* Ezechielis, cap. XX.

ASTYAGES Cyaxaris F. Medis imperat, annis XXXV. Herod. lib. 1. pag. 50. & 62.

Olymp. 50. Plinius lib. XXXVI. pag. 270. *Marmore scalpendo primi omnium inclaruerunt Dipœnus & Scyllis ..... etiamnum Medis imperantibus, priusque quam Cyrus in Persis regnare inciperet, hoc est, Olympiade circiter L.* Ita MSS. librique omnes.

591 8 APRIES Psammi F. in Ægypto regnat, annis XXV. Bellum Sidoni intulit, & cum Tyriis navali prælio decertavit. Herod. lib. 2. pag. 173. De Aprie Jeremias vaticinatur, cap. XLIV, 50. *Hæc dicit Dominus: Ecce ego tradam Pharaonem Ephree regem Ægypti in manu inimicorum ejus, & in manu quærentium animam illius: sicut tradidi Sedeciam regem Juda in manu Nabuchodonosor regis Babylonis inimici sui, & quærentis animam ejus.* Vaticinium impletum agnoscimus, cum ab Amasi successore ipsius captus est, & a suis strangulatus, ut narrat Herodotus, pag. 172.

590 9 *Annus Sabbaticus.*

Hoc anno *recessit Sedecias a rege Babylonis.* IV. Reg. XXIV, 20.

589 10 *Urbis conditæ annus 165.*

Æquinoctium medium fuit die XXIX. Martii, hora 9. 8'. 50''. matut.

Anno nono regni Sedeciæ, *mense decimo*, ineunte circiter Januario hujus anni, *decima die mensis, venit Nabuchodonosor rex Babylonis, ipse & omnis exercitus ejus in Jerusalem, & circumdederunt eam .... Et clausa est civitas atque vallata, usque ad undecimum annum regis Sedeciæ, nona die mensis: prævaluitque fames in civitate, nec erat panis populo terræ.* IV. Reg. XXV, 1.

Et factum est verbum Domini ad me in anno nono transmigrationis Jechoniæ, *in mense decimo, decima die mensis, dicens: Fili hominis, scribe tibi nomen diei hujus in qua confirmatus est rex Babylonis adversum Jerusalem hodie*: ipsa nimirum die obsidionis Jerusalem. Visio ollæ. Ezech. XXIV.

588 11 *Olymp.* 51.

In anno decimo, decimo mense, undecima die mensis, prophetat Ezechiel adversus regem Ægypti. Ezech. XXIX, 1.

Verbum quod factum est ad Jeremiam a Domino, in anno decimo Sedeciæ regis Juda: ipse est annus decimus octavus Nabuchodonosor. Tunc exercitus regis Babylonis obsidebat Jerusalem. Jerem. XXXII, 1. Ante Julium mensem, quo mense annus Sedeciæ undecimus inchoabat, currente Nabuchodonosoris decimo nono.

Hoc

REGES JUDA. | Ante Christum.

Hoc eodem anno ante Septembrem *transtulit Nabuchodonosor de Jerusalem animas octingentas triginta duas.* Jerem. LII, 29.

Hic est annus, sive *dies quadragesimus* iniquitatis Juda: iniquitatis autem Israel, CCCXC, apud Ezechielem, cap. IV. de quo diximus anno ante Christum 979.

587 12 *Templi excidium.*

Mense quinto, septima die mensis, ipse est annus nonus decimus regis Babylonis: venit Nabuzardan princeps exercitus, servus regis Babylonis, in Jerusalem. Et succendit domum Domini, & domum regis, & domos Jerusalem; omnemque domum succendit igni, mense Augusto. *Et muros Jerusalem in circuitu destruxit omnis exercitus Chaldaeorum, qui erat cum principe militum, &c.* Vide Jerem. XXXIX, 2. & LII, 5, 12. Neomenia civilis seu dies prima quinti mensis, fuit XIX. Julii, feria quarta: dies septima mensis, XXV. Julii, feria tertia, anno Juliano littera Dominicali A. Novilunio medio incidente in diem eumdem, hora 10. 4′. 52″. matut. Annum vicesimum Nabuchodonosor initurus erat mense Septembri. *Et fuit civitas obsessa usque ad undecimum annum regis Sedeciæ. Mense autem quarto, nona mensis,* XXVIII. Junii, feria quarta, *obtinuit fames civitatem: & non erant alimenta populo terræ.* Jerem. LII, 5, 6. Novilunium medium mensis quarti fuit, XIX. Junii, hora 9. 57′. 49″.

Usque ad consummationem undecimi anni Sedeciæ filii Josiæ regis Juda, usque ad transmigrationem Jerusalem in mense quinto. Jerem. I, 3.

Saraias Pontifex a Nabuchodonosore interficitur. IV. Reg. XXV, 18, 21. & Jerem. LII, 24, 25. Abducitur Sedecias Babylonem, juxta vaticinium Mosis, Deut. XXVIII, 36. *Porro Josedec egressus est, quando transtulit Dominus Judam & Jerusalem per manus Nabuchodonosor.* 1. Paralip. VI, 15.

In anno undecimo, prima mensis, prædicitur Tyri eversio, Ezech. XXVI, 1. *In undecimo anno, in primo mense, in septima mensis.* Ezech. XXX, 20. Et cap. XXXI, 1. *In anno undecimo, tertio mense, una mensis.* Utraque visio contra regem Ægypti.

ANNI DESOLATIONIS TEMPLI.

TEMPLI DESOLATIO.

586 1 *Et factum est in duodecimo anno, in decimo mense, in quinta mensis, transmigrationis nostræ,* exeunte Decembri anni superioris, vel Januario anni hujus ineunte, *venit ad me qui fugerat de Jerusalem, dicens: Vastata est civitas,* ante menses quinque. Ezech. XXXIII, 21.

Duodecimo anno captivitatis Jechoniæ, *in mense duodecimo, in una mensis,* prophetia adversus Pharaonem. Ezech. XXXII.

585 2 Circa hoc tempus impleta est prophetia Jeremiæ, qua vaticinatus est anno primo Sedeciæ, a Nabuchodonosore vastandam esse Elymaïdem, Persidis provinciam; atque adeo & Susianen, qua iter est euntibus Babylone in Elymaïdem. Jerem. XLIX, 34. Simul abducti eo captivi e Judæis, juxta illud Act. VII, 43. *Et transferam vos trans Babylonem:* qui postea, Nabuchodonosore inde pulso, capti regionis amœnitate, atque ipso usu libertatis sub Medis regibus, ibi liberi remanserunt. Hinc factum est, ut & Mardochæus Susis, & in reliqua ditione, Judæorum ingens multitudo, Cyri & Assueri ævo fuerit, ut infra dicemus. Hinc & Ælamitæ Judæi, Act. 2, 9. Anni imperii Nabuchodonosoris hinc numerari cœpti sunt apud Danielem, cap. 2.

584 3 *Olymp.* 52. *Annus Urbis conditæ,* 170.

Ante Christum.

Segnis & iners Astyages Medus fuisse videtur, quem Nabuchodonosor Perside, Media deinde ipsa paulo post Cyrus ejecerit, Assuero Astyagis fratre ipso auctore atque hortatore, ut postea dicemus. Hæc Astyagis expulsio e Perside a Jeremia prædicta est loco citato: *Et pavere faciam Ælam coram inimicis suis .... & mittam post eos gladium, donec consumam eos. Et ponam solium meum in Ælam, & perdam inde reges & principes, ait Dominus. In novissimis autem diebus* Nabuchodonosoris nimirum gentis hujus & aliarum triumphatoris, *reverti faciam captivos Ælam, dicit Dominus.*

583 4 *In anno vigesimo tertio Nabuchodonosoris,* (qui annus incipit a Septembri anni hujus,) *transtulit Nabuzardan magister militiæ animas Judæorum septingentas quadraginta quinque.* Jerem. LII, 30. Eodem tempore transducti videntur e Babylone, & Elymaide, & Susiane, coloni in urbes Samariæ ac Judææ, a Nabuchodonosore, quem Persico vocabulo *Asenaphar magnum & gloriosum,* 1. Esdr. IV, 10. appellant ii, qui litteras scripserunt adversus Judæos, Artaxerxi regi Persarum. Ælamitas certe, qui ibi memorantur, non potuit alius transducere, extra Nabuchodonosorem, qui superiore anno Elymaïdem occupavit.

Anno secundo regni Nabuchodonosor, vidit Nabuchodonosor somnium de statua, &c. Dan. 2, 1. Regnum Christianum, æternum ac spiritale prædicitur: Dan. 2, 34, 35, 44, 45. Æra hæc Nabuchodonosoris est, ut diximus, post devictam Persidem.

Annus Sabbaticus. Verum, ut dicitur libro 2. Paralip. XXXVI, 21. *Cunctis diebus desolationis egit terra sabbatum, usque dum complerentur septuaginta anni.*

582 5

581 6 Astyages Medorum rex filiam suam Mandanen Cambysæ Persæ dat in matrimonium, ex quo anno sequente natus est Cyrus. Nulla Astyagi proles mascula fuit. Herodotus, libro 1. pag. 50. Nobilitas Persica, a Nabuchodonosore fugata, in Mediam secesserat.

580 7 *Olymp.* 53.

CYRUS genere Persa, nascitur in Media.

579 8 *Annus* V. C. 175.

Circiter hoc tempus contigit miraculum de tribus viris, Sidrach, Misach, & Abdenago; sive Anania, Misaële, & Azaria: quos in fornacem conjici jussit Nabuchodonosor. Dan. 3. Citatur hæc historia, 1. Mach. 2, 59.

578 9 Annus 20. transmigrationis Jechoniæ, usque ad Junium exeuntem.

577 10

576 11 *Olymp.* 54. *Annus Sabbaticus.* V. C. 178.

575 12 *In vigesimo quinto anno transmigrationis nostræ, in exordio anni, decima mensis, quartodecimo anno, postquam percussa est civitas.* Visio de instauranda urbe ac templo. Ezech. XL. & XLI.

574 13 *Annus Urbis Romæ* 180.

573 14 Circiter hoc tempus Esther in Perside nascitur.

572 15 *Olymp.* 55. Nabuchodonosor Tyrum expugnat. Ezech. XXXIX, 18. Baltassar Baltassaris F. Nabuchodonosoris N. nascitur. Circa

TEMPLI DESOLATIO.

TEMPLI DESOLATIO. *Ante Christum.*

ca hoc tempus prædicitur vastatio Gog sive Magog, hoc est, Cœles Syriæ, Ezech. XXXVIII, 2. Plinius, lib. v. sect. XIX. *Cœle habet Bambycen, quæ alio nomine Hierapolis vocatur, Syris vero Magog.*

Nabuchodonosori somnium objicitur, circa initium Decembris, Dan. IV.

571 16 *In vicesimo & septimo anno, in primo, in una mensis*, terra Ægypti a Nabuchodonosore vastanda prædicitur. Ezech. XXIX, 17. Nabuchodonosor vastat Ægyptum, & mox recedit cum spoliis. Ezech. XXIX, 19. Mox ipse regno pulsus per annos septem cum bestiis agit. Dan. IV, 29.

570 17 Baltassar Nabuchodonosoris F. obit, relicto pupillo cognomine.

569 18 *Annus Sabbaticus.* V. C. 185. *Captivitatis Babylonicæ* 31.

568 19

567 20

566 21 Amasis regnat in Ægypto, annos XLIV. Herod. lib. 3. pag. 186. Cyprum occupavit, libro 2. pag. 177.

565 22

564 23 *Olymp.* 57. V. C. 190.

Croesus regnat in Lydia annis XIV. Herod. lib. 1.

Nabuchodonosori sana mens, & amplior magnificentia, quam prius, redditur, circa Octobrem.

563 24

ASSUERUS & ESTHER.

ASSUERUS & ESTH.

Assuerus Medus, Cyaxaris F. Astyagis frater, Persidem hoc tamdem anno recipit, ceterasque ditiones, usque ad Arabiam desertam, sive Æthiopiam; quæ victo Nabuchodonosore, priores dominos, Medos scilicet agnoverunt. Dum igitur Astyages Medis imperare pergeret; Persis interim proprie dictis, hoc est, iis qui Persicum mare accolunt, habentque a septentrione Medos, ab occasu Babylonios, jura dabat Assuerus, in urbe Susis. Esther I, 2. *Quando sedit in solio regni sui, Susan civitas regni ejus exordium fuit.* Unica regni ejus sedes fuit, nempe Susan; non gemina, ut postea fortassis, cum duobus imperiis Medorum atque Persarum rex unus præesset. Susan igitur Assuerus primariam regni urbem habuit, Esther XVI, 18. dum Astyages, & post eum Cyrus, pro regia haberet *Ecbatana Medenæ provinciæ*, 1. Esdr. VI, 2. & Herodot. lib. 1. pag. 71.

Hic est Assuerus, pater Darii Medi, Dan. IX, 1. idemque in libro Estheris passim tum Assuerus dictus, tum & *Artaxerxes Maximus*, cap. XI, 2. XIII, 1. Nam Xers & Xwers, cum Hebræi careant littera x, efferre solent Swers; & præposito ה demonstrativo, Chaldaïco more, Assuerus efficitur.

Diversum fuisse regnum Astyagis, & qui ei successit Cyri, a regno Assueri; ostendit primo vaticinium Isaïæ, cap. XXI, 1. *Ascende Ælam, obside Mede.* Babylonem scilicet duo reges obsederunt, Medorum atque Persarum: nam in Persis Ælamitæ. Quamobrem Act. 2. 9. *Medi & Ælamitæ* pariter consociantur. Deinde diversæ civitates, quæ pro sede regni primaria utrique adsignantur. Nam quod quidam referunt priscos reges Persarum æstatem Ecbatanis, Susis ver transigere consuevisse; ex scriptoribus depromptum est tum fabulosis, tum multo posterioris ævi, quam sit Herodotus.

Quam nunc igitur Persidem vulgo appellamus, sub isto primum Assuero Medo in duas illa præcipuas ditiones fuit distributa: altera Boream & Caspium mare spectabat, Media scilicet: Austrum altera & mare Persicum, quæ Persis proprie dicta est. Regnum Cyri Medo-Persicum fuit, Medis imperante Cyro Perse. Regnum Assueri *regnum Persarum* dumtaxat appellatur, Esther XVI, 14, 23. & Persico-Medicum fuit, Persis imperante Medo. Quam ob causam fraterna inter utrumque regnum societas fuit; nec fere disjungi Medos a Persis, præsertim in bellis gerendis, mos fuit. Nusquam Assuerus aperte rex Medorum atque Persarum nuncupatur: quamvis sic quoque appellari posset, eo quod in regno Persarum pars nobilitatis maxima, quemadmodum rex ipse, *e semine Medorum* esset. Dan. IX, 1. Medis ibi ab annis CXLVI. imperantibus.

Assuerus ipse denique Cyaxaris Medorum regis filium haud obscure se prodit, qui Estheris cap. XVI, 16. laudat *altissimum & maximum semper viventem Deum, cujus beneficio*, inquit, *& PATRIBUS nostris, & nobis regnum est traditum, & usque hodie custoditur*, ab annis, cum edictum istud proponeretur, CLVIII. ubi pietas Assueri erga Deum intelligitur ei simillima, quam præ se fert Cyrus in edicto suo, 1. Esdr. 1, 2. Ignotum autem hunc Assuerum fuisse aliis ante nos Annalium conditoribus, uti & alios Babyloniorum reges, quos post hæc tempora scriptura commemorat; nemini debet mirum videri: quoniam illi quidem & profanos dumtaxat scriptores secuti sunt, qui conscribendis Cyri tantum rebus successorum ejus operam navarunt: neque sacræ Chronologiæ ex sacris præsertim litteris illustrandæ, quantum res tanta poscebat, laboris ac studii attulerunt. Quæ causa est quamobrem eosdem esse reges Mediæ, ac reges Persidis & Babyloniæ, existimaverunt. Non esse hunc certe Darium Hystaspidem, ut quibusdam placet, ex hoc loco intelligitur: siquidem Darius Hystaspæ F. nec patre profecto, nec *patribus* omnino regibus ortus est.

Assueri annus 2. Desolationis templi, 25. V. C. 192.
Ante Christum 562. *Annus sabbaticus.*

Esther XI, 2. *Anno secundo, regnante Artaxerxe maximo, prima die mensis Nisan, vidit somnium Mardochæus..... homo Judæus, qui habitabat in urbe Susis, vir magnus, & inter primarios aulæ regiæ. Erat autem de eo numero captivorum, quos transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis de Jerusalem, cum Jechonia rege Juda*, ante annos XXXVI. Igitur Mardochæus nunc agebat annum circiter XLV. aut, si ita lubet, quinquagesimum. Novilunium medium fuit die 17. Martii, hora 8. 11'. 31". matut. Hispahami. Neomenia civilis Judæis postridie, feria tertia, littera Dominicali E. Æquinoctium medium, die 29. Martii, hora 9. 53'. 13". post meridiem. Esther 2., 6. *Erat vir Judæus in Susan civitate, vocabulo Mardochæus, filius Jaïr, filii Semei, filii Cis, de stirpe Jemini: qui translatus fuerat de Jerusalem eo tempore, quo Jechoniam regem Juda, Nabuchodonosor rex Babylonis transtulerat: qui fuit nutritius filiæ fratris sui Edissæ, quæ alio nomine vocabatur Esther.* Cum nec Mardochæi nec Estheris ætas sinat ultra hoc tempus (ut hic uterque locus aperte docet) narrationem istam prorogari: haud dubie nec alium patitur quæri Assuerum. Si Assuerus Artaxerxes Longimanus fuit, ut plerisque visum est; fuerit autem Mardochæus annorum tredecim, cum abductus est in captivitatem; annum egisse anno Longimani tertio necesse est centesimum quadragesimum octavum: Estherem ipsam, annorum fuisse amplius centum & decem; cum Assuero nupsit. Sub Xerxe similiter Mardochæus fuisset annorum amplius CXX. Nec potest denique Assuerus esse Cyaxares, cum & aliud Cyaxaris, aliud nomen Assueri sit; & turbida valde a bellis Cyaxaris tempora fuerint, Assueri pacatissima: & supremis denique Cyaxaris annis Nabuchodonosoris initia respondeant, qui Mardochæum abduxit in captivitatem

Non erant autem Judæi in Perside captivi, sed e Babylonia in Persidem plurimi a Nabuchodonosore trans-

transducti, ut diximus; vel eo fortassis ipsi sponte commigrarant, spe liberioris vitæ, sub mitiore Medorum ingenio; cum præsertim reditus in pristinum & avitum solum, Euphrate ac Babylone interjacente, intercluderetur. Quamobrem non erat cur postularet Esther ab Assuero popularium suorum libertatem; quippe qui nec essent, ut dictum est, captivi in Perside; nec possent Babyloniis invitis in patriam remeare. Decuisset autem Estherem profecto illa petitio, si Assuerus, uti Persidis, sic & Babyloniæ rex fuisset: hoc est, si fuisset unus aliquis e Cyri successoribus post Cambysen. Tempore ipso tamen Babylonicæ captivitatis, necdum exactis LXX. annis, quorum in fine libertatem populi sui Deus promiserat, hanc Estheris historiam contigisse, ipsam & testatur aperte Esth. XIV, 8, 9. præclara admodum oratione: *Et nunc non eis sufficit, quod durissima nos opprimunt SERVITUTE: sed..... volunt tua mutare PROMISSA, & delere hereditatem tuam..... atque extinguere gloriam TEMPLI, & altaris tui;* deleta nempe gente Judæa, priusquam templum & altare restitueretur.

Nabuchodonosor diem obit, cum regnasset annos a morte patris, XLIV.

Assueri annus 3. Desolationis Templi 26. V. C. 193. Ante Christum 561.

In trigesimo septimo anno transmigrationis Joachin regis Juda, duodecimo mense, vigesima quinta mensis, (die XXII. Martii, feria sexta, anno Juliano;) *elevavit EVILMERODACH rex Babylonis, ipso anno regni sui, caput Joachin regis Juda, & eduxit eum de domo carceris; & locutus est cum eo bona, & posuit thronum ejus super thronos regum, qui erant post se in Babylone. Et mutavit vestimenta carceris ejus: & comedebat panem coram eo semper cunctis diebus vitæ suæ: & cibaria ejus, cibaria perpetua dabantur ei a rege Babylonis, statuta per singulos dies, usque ad diem mortis suæ, cunctis diebus vitæ ejus.* Jerem. LII, 31. Suos deinceps ex illo die annuos magistratus, sive Judices, & quasi Consules nationis suæ habuere Judæi Babylone, qui de causis ac criminibus populi cognoscerent. Dan. XIII, 5.

Obierat ante patrem Baltassar Nabuchodonosoris filius: siquidem Evilmerodach Nabuchodonosori successisse hoc anno legitur. Evilmerodach ab Herodoto prætermittitur: quoniam non tam suo nomine, quam Baltassaris pupilli vice regeret imperium: cujus pueri matrem fortassis uxorem duxerat: nec administrationem ultra hunc annum prorogavit: *ipso anno regni sui*, inquit Jeremias, loco proxime allato. Regnum postea suscepit Nitocris, donec pupillus regendo par foret. De Nitocri matre Labinyti, hoc est, Baltassaris, vide Herodotum, lib. 1. pag. 84. Evilmerodach certe in sacris litteris Nabuchodonosoris filius nusquam appellatur, aut ulla ei affinitate conjunctus dicitur: & est nomen illud Babylonicum, non Assyrium, ut patet ex Isaï. XXXIX, 1.

Esther 1. *In diebus Assueri, qui regnavit ab India usque Æthiopiam;* (hoc est, a fine Indiæ, in Perside proprie dicta, quæ Rubro mari, Persico sinu, & Euphrate alluitur; usque ad Arabiam desertam, quæ in sacris litteris Æthiopia est:) *super centum viginti septem provincias,* (necdum tamen super Babylonem:) *quando sedit in solio regni sui, Susan civitas regni ejus exordium fuit;* hoc est, regni caput. Est autem in Susiane, Persidis australi provincia oppidum Susa. *Tertio igitur anno imperii sui fecit grande convivium cunctis principibus & pueris suis, fortissimis Persarum & Medorum inclytis.* Persarum quidem, quibus imperabat; Medorum autem, quod ex ea gente ipse cum maxima parte nobilium virorum & comitum originem traheret. In libro Esther Persæ Medis semper præponuntur; quoniam in Perside beneficium eo libro proditum Judæi accepere. Apud Danielem e diverso Medi præponuntur Persis, quoniam is rationem haberet, non regionis in qua scriberet, sed regis Darii, qui Medus fuit. Eam ob rem decretum ille commemorat Medorum atque Persarum, Dan. VI, 12. Medis primum appellatis, quoniam ii dominabantur in Perside; uti hodie in Sinensi imperio Tartari. Diceret fortassis pari modo rex Sinarum; *Placuit Tartaris & Sinensibus;* non Tartaris quidem, qui Tartariam incolunt; sed his qui Sinarum imperio potiuntur.

Ante Christum.

560 27 Annus Assueri quartus: Desolationis Templi XXVII.

Olymp. 58. Plinius libro 2. pag. 148. *Obliquitatem Signiferi intellexisse Anaximander Milesius traditur primus, Olympiade* LVIII. *Sphæram ante multo Atlas.* Ita libri omnes.

559 28 Solon in Ægyptum ad Amasim regem se confert: mox & Sardes ad Crœsum. Herodot. libro 1. pag. 12.

558 29 *Annus urbis conditæ* 196.

In Astyage, quem Cyrus sequente anno devicit, Medorum imperium desiit, cum durasset annis CXXVIII. præter annos XXII. quibus Scythæ rerum potiti sunt sub Cyaxare. Herodot. libro 1. pag. 62.

557 30 CYRUS Persa Medis imperat, post exutum mense Martio Astyagem Medum, avum maternum: quem apud se domi tenuit incolumem, quoad vixit. Herod. lib. 1. pag. 20. & 24. Xerxes rex Persarum, apud Herod. lib. VII. *Ex quo imperium hoc Medis eripuimus, Astyage per Cyrum amoto.* Assuero rege Persidis, fratre Astyagis consentiente: ne Crœsus eam Medis, sicuti Persidem Nabuchodonosor multo antea, eriperet. Annus est hic ætatis Cyri vicesimus. Narrationem de Cyro Herodotus profitetur a se institutam, ut res ab eo gestæ sunt, atque ut veracissimi Persæ retulerunt, qui res Cyri mendaciis exaggerare nollent; neglecta triplici alia narratione; quæ vulgo circumferebatur. Verum ab illa ipsa quam ceteris prætulit narratione discedere nos cogunt libri sacri, quorum longe potior hominibus Christianis debet esse auctoritas, quam cujuslibet humani testimonii; ne in hac re videamur Judæis pejores. In annis autem Cyri adsignandis egregie ei convenit cum sacra scriptura: hac una in re Herodoto nunc assentimur. In Xenophontis Cyropædia Scaliger recte admonuit, nihil propemodum esse veri.

Cyrum matre Judæa natum, missum Babylonem a rege Persidis, ut ibi pro Baltassare Nabuchodonosoris F. præesset provinciæ, Judæosque liberaret, a Baltassare male vexatos: uxorem duxisse filiam Salathielis, filii Zorobabel: & in uxoris gratiam Judæos libertate donasse, cum facultate templi instaurandi: vel uxorem Cyri fuisse sororem Zorobabelis, filii Salathielis, nepotis Joakim regis Juda: somnia sunt scripta Arabice, ut alia multa, ad detrahendam, (si fieri posset,) sacris litteris fidem.

Regnum Cyri Persæ, non statim Persis, sed Media fuit; nec Cyri tantum, sed & Cambysæ, & & Darii quoque Hystaspidæ, usque ad octavum ejus imperii annum. Quin etiam pars illa potior regni est semper habita; quoniam Cyri, a quo traxere illi regni originem, prima illa possessio fuit. Itaque Medi quoque sæpius (a Thucydide etiam ipso) appellati sunt ii, quibus Xerxes Darii F. imperabat, quam Persæ: & Medicum semper fere bellum dixit ille pro Persico.

FINIS SEPTEM HEBDOMADUM DANIELIS.

Ducta est itaque Esther ad cubiculum regis Assueri, mense decimo, qui vocatur Tebeth, septimo anno regni ejus. Esther 2, 16. Decimi mensis Neomenia civilis incidit in diem XII. Decembris & feriam primam: Li-

Ante Christum.

Litteris Dom. F E. Novilunio medio cadente in diem eumdem, hora o. 25'. 16". matut. Hispahami. Qui locus distat Bononia, juxta Tabulas accuratiores, horis 3. 36'.

556 | 31 | *Olymp.* 59. Annus Assueri octavus.

555 | 32 | *Annus Sabbaticus.* Assueri nonus: Crœsi 10. Captivitatis Babylonicæ 45.

554 | 33 | *Urbis Romæ annus* 200.

553 | 34 | Assueri annus undecimus.

552 | 35 | Assueri annus 12.

Mense primo, cujus vocabulum est Nisan, anno duodecimo regni Assueri, missa est sors in urnam .... coram Aman, quo die & quo mense gens Judæorum deberet interfici: & exivit mensis duodecimus, qui vocatur Adar. Esther III, 7. *Vocatique sunt scribæ regis mense primo Nisan, tertiadecima die ejusdem mensis: scriptum est .... ex nomine regis Assueri .... ad universas provincias, ut occiderent atque delerent omnes Judæos .... uno die, hoc est, tertiodecimo mensis duodecimi, qui vocatur Adar.* Esther III, 12, 13. Mensis primus Nisan, cœpit a die 26. Martii, feria tertia, littera Dom. F. Novilunio medio cadente in eumdem diem 26. Martii, hora 3. 20', 5". matut. Hispahami. Dies decimatertia mensis ejusdem, VII. April. feria prima. Ista porro forma loquendi, *cujus vocabulum est Nisan*, monet legentes, Estheris primum tempore cœpta esse usurpari a Judæis nomina mensium quæ nunc habent: ac proinde Persica ea esse vocabula: nam Hebræa certe non sunt. Eadem in Chaldæa fuisse in usu admonet liber Baruch, quem ille scripsit in Babylonia; ubi occurrit cap. 1, 8. *Decima dies mensis Sivan.*

Mense tertio Assuerus novis epistolis, quæ referuntur Estheris cap. XVI. priores litteras rescindit. *Erat autem tempus tertii mensis, qui appellatur Sivan, vigesima & tertia die illius.* Esther VIII, 9.

Anceps victoria inter Cyrum Persam, & Crœsum Lydorum regem. Crœsus de ineundo fœdere cum Amasi rege Ægypti, & cum Babyloniorum rege Labyneto deliberat. Herodot. lib. 1. pag. 35. nempe cum Baltasare, cujus erat imperium, quod mater administrabat.

Olymp. 60. Plin. lib. XXXVI, pag. 271. *Hipponactis poetæ ætate, quem certum est LX. Olympiade fuisse.*

Sinensium Philosophorum princeps CONFUCIUS hoc tempore floret, ut quidem Sinensium tradunt historiæ.

551 | 36 | Judæi in urbe Susan, & provincias hostes suos trucidant, anno Assueri XIII. *Congregatis Judæis quarta decima die mensis Adar, interfecti sunt in Susan trecenti viri ... sed & per omnes provincias ..... in tantum ut septuaginta quinque millia occisorum implerentur ..... Dies autem tertiusdecimus mensis Adar, primus apud omnes interfectionis fuit; & quartadecima die cædere desierunt. Quem constituerunt esse solennem, ut in eo omni tempore deinceps vacarent epulis, gaudio atque conviviis.* Esther IX, 15. Neomenia, seu prima dies mensis Adar, fuit XIV Februarii, feria sexta, litt. Dom. E. Novilunio medio cadente in diem XIII hora XI. 24', 39". post meridiem, Hispahami. Dies tertiadecima, XXVI. Februarii feria quarta, Decima quarta demum, XXVII. Februarii, feria quinta, qua cædes desiit. *Et observabuntur dies isti in mense Adar, quartadecima die ejusdem mensis, cum omni studio & gaudio in unum cœtum populi congregati, in cunctas deinceps generationes populi Israël.* Esther X, 13.

Claudit librum Estheris epistola Artaxerxis, sive Assueri, pro Judæorum salute: in qua quædam sunt, quæ Grotium similesque heterodoxos impulerunt, ut eam velut apocrypham subdititiamque rejicerent: vel ut rhetoricum exercitium pii Hellenistæ, opus Græci proselyti, ac Macedonibus minus amici. Versu enim 11. & 14. dicitur *Aman filius Amadathi, animo & gente Macedo, alienusque a Persarum sanguine: .... hoc cogitans, ut regnum Persarum transferret in Macedonas.* Mallet Grotius *Amalecita* legi, & *Amalecitas*: quoniam illud certum est, inquit, Persis parum notos fuisse Macedones Estheris tempore. At ille, qui Macedones dicti fuerint prorsus ignorat; qui ceteros tamen præ se ἀμύσους credidit. Nec pariter Estheris ille tempora novit, aut consideravit. Fraterna societate, ut diximus, conjuncta fuere Cyri & Assueri, Medorum Persarumque regna; conjunctæ acies, communes utilitates ac rationes, tum propter viciniam, tum propter affinitatem. Bellum, ut vidimus, crudescebat anno superiore Crœsum inter ac Cyrum: quo anno scripta est hæc epistola: ac sub finem hujus anni, Crœsi ditionem omnem Cyrus occupavit. Quis autem adeo est usus communis ignarus, ut nesciat esse persæpe tempore belli, in aulis etiam Principum, certos homines, qui clam faveant hostibus, iisdemque Regum consilia detegant, pravis consiliis meliora interturbent, remque publicam eo dolo pessumdent; præsertim si ex ea illi regione sint oriundi, quæ bello appetitur? Atqui Lydi, Iones, ceterique Crœsi imperio subjecti, Macedones eo ævo magna ex parte appellati sunt, uti ex Plinio intelligimus: qui libro V. sect. XXX. Macedones Cadenos in Lydia ponit: sect. XXXI. in Ionia Macedones Hyrcanos: in Æolide, sect. XXXII. Macedones Aschilacas: in Mysia Mysomacedones. Et in nummo Philippi junioris ex ære maximo, in Museo D. Abb. DE CAMPS, legitur: ΒΛΑΥΝΔΕΩΝ ΜΑΚΕ. hoc est, Μακεδόνων, e Lydia. Ita ut ora Asiæ minoris fere universa, quæ Ægæo mari alluitur, cum tractu mediterraneo, qui ad Crœsi regnum pertinuit, Macedonia fere esset ac diceretur. Nisi forte potest aliquis certo documento suadere, id quod in otio confinxerit; nempe recentius in Asia Pliniana, quam in Europa, Macedonum nomen esse: aut fieri potuisse, ut si Macedones Europæi suum nomen post Alexandri tempora in Asiam transvexerint, cum his dumtaxat regionibus illud communicarint, quæ in Lydia, Ionia, & Æolide essent; hoc est, in antiqua Crœsi ditione. Extra quam cum Macedones non occurrant; quis cordatus non fateatur, ex ea parte Asiæ potius, in qua natum illud nomen sit, in Europam, quam ex Europa in Asiam commigrasse? Nam Docimenses Macedones, quorum nummus est sub M. Aurelio, ΔΟΚΙΜΕΩΝ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ, a Decimo Macedone Europæo fuisse appellatos, aut in Phrygia esse collocandos, æque credimus, ac Franciam nostram a Franco nomen accepisse. Macedones ergo in hoc Estheris loco, Lydi sunt, & Iones, qui Crœso parebant. Itaque qui locus Grotio & similibus heterodoxis visus est longo post Estherem intervallo confictus, is plane nobis & scriptorem coætaneum ostendere, & Chronologiam nostram stabilire mirifice videtur: quoniam nec Macedonas appellare Lydos potuit in ea epistola, nisi Estheris æqualis: nec metuere, ne regnum transferretur ad Macedonas, nisi qui bellum cum Macedonibus a fœderato affinique Principe geri sciret: in cujus ipse belli societatem veniret.

Ante Christum.

Sub anni finem Crœsus capitur, Sardibus expugnatis. Herod. lib. 1. pag. 35. Crœso devicto, omnem Lydiam Asiamque Cyrus obtinuit: pag. 62. Persis nondum obnoxii Phœnices erant: pag 67.

550 | 37 | Harpagus Cyri legatus, inferiorem Asiam, nempe Ioniam, Cariamque, armis subegit, dum superiorem Cyrus imperio suo adjungeret. Herod. pag. 81.

Cyrus redit Ecbatana; Crœsum secum abducit, nolens Iones per se vincere; quoniam Babylon erat ei impedimento, & gens Bactriana, & Sacæ, & Ægyptii; adversus quos bellum gerere destinarat. Herod. pag. 71.

549 | 38 | *Annus Urbis Romæ* 205.

Cir-

Ante Christum.

Circiter hunc annum *Salathiel genuit Zorobabel.* Matth. 1, 12.

548 39 *Olymp. 61. Annus Sabbaticus.* V.C. 206.

DARIUS MEDUS in Perside.

547 40 Assuero Medo regi Persidis succedit *Darius Medus Assueri filius, de semine Medorum.* Dan. IX, 1.

546 41

545 42 Captivitatis Babylonicæ annus 55. usque ad septembrem.

544 43 *Olymp. 62.* V. C. 210.

Ab hoc anno Siamenses epocham suam civilem inchoant: hoc ipsorum Æræ initium est: quanto recentius, quam Sinarum, si fides his habenda? Annus enim 1697. æræ Christianæ, Siamensibus est 2241. Habent illi annos embolimæos tredecim mensium lunarium, alios mensium duodecim: quorum ille primus dies fere, qui mediæ luminarium conjunctionis est. Habent primum hebdomadæ diem, qui nobis sabbati dies est. Ergo hebdomadas illi, menses, & annos habent pari aut affini forma, cum Judæis: quam proinde possunt videri ab his didicisse, qui his temporibus Siamum e Perside negotiandi causa commigrarint.

543 44 Annus Cyri in Media regnantis, 15.

542 45

541 46 *Annus Sabbaticus.*

540 47 *Olymp.* 63. Captivitatis Babylonicæ 60. usque ad Septembrem.

539 48

538 49 Annus Cyri in Media, 20.

537 50

Adversus [illegible], Labinyti & Nitocridis filium, Cyrus exercitum ducit. Totus ager Babylonicus vastatur a Persis Medisque, juxta vaticinium Jeremiæ, cap XXV. Geminum imperium, Cyri Persarum, ac Darii Medorum, & conjunctas utriusque vires ac copias in expugnanda Babylone, ex veteribus historiis & Daniele propheta, agnosci a Beda aiunt eruditi, libro I. in Esdram, cap. I. Tamen ille ibi regna permutat. Dici enim oportuit, regnum Cyri Persæ, ac Darii Medi; in Media, Cyri; Darii, in Perside.

536 51 *Olymp.* 64.

Die festo, dum choreis & comessationibus Babylonii indulgerent, Babylon urbs munitissima tunc primum assu capta est, secunda æstate post bellum susceptum. Herod. lib. I. pag. 86. 83.

Labinytum oportet fuisse cognomen aliquod Assyriorum regum, quale Pharaonis in Ægypto nomen; quod Herodotus, homo in illis regionibus peregrinus & barbarus, proprium esse nomen arbitratus sit; quod & ab Assyriis acceptum, ut in peregrino sermone fit, deformarit: quemadmodum cum a Judæis posceret, ecquodnam urbis Hierosolymitanæ nomen esset, pro ipso nomine cognomen audiit, *bir hacodesch*, hoc est, urbs sancta; & nobis ille deinde Cadytin non semel obtrusit: quod vocabulum vix quisquam absque Oedipo intelligat esse pro Hierosolymis positum.

Babylone capta, urbs redempta pecunia est: sancitaque pax ea conditione, ut Baltassar fiduciario seu clientelari jure regnum possideret: ac proinde Baltassari Darius succederet; aut certe Darii posteri, siquidem careret Baltassar prole mascula. Quod quidem colligimus, tum ex eo quod similiter ante annos LXX. captam primo Hierosolymorum urbem Nabuchodonosor regi suo Joachim incolumem dimisit, pactis conditionibus servitutis, & ablata secum dumtaxat *parte vasorum domus Dei:* tum quod Daniel, qui aderat, successisse Darium Medum prodit, Baltassare interfecto, absque ulla urbis obsidione; non autem occupasse aut suscepisse regnum. Baltassaris certe nullos sacræ litteræ liberos fuisse commemorant; tametsi esset ille jam ætate provectus, haberetque uxores ac concubinas.

BALTASSAR Nabuchodonosoris nepos, matre cedente, regnat Babylone solus. Pater ei Nabuchodonosor, pro avo, dicitur: tum Hebraïca loquendi forma; quali apud Mosem, Arphaxad genuisse Sale; apud Esdram, cap. V, 1. *Zacharias filius Addo*, pro filio Barachiæ filii Addo: & *Athalia filia Amri* pro nepti dicitur, IV. Reg. VIII, 26. tum quia pro patre ei fuit, dum Baltassari alteri defuncto filio superstes fuit.

DARIUS MEDUS in Perside.

Anno primo Baltassar regis Babylonis, visio Danielis de quatuor bestiis. Dan. VII.

Insigne istud vaticinium est destruendæ in Imperio Romano per Christum idololatriæ, & Ecclesiæ gentium regnaturæ post Hierosolyma diruta. Vix ullum est aut pulcrius, aut quod ubi expositum fuerit apertius videatur Danielis oraculum, quam istud est. Quod nummi certe antiqui perspicue dicunt de Triumviris, Othone, Galba, Vitellio, ut alias dudum animadvertimus, hoc ipsum Daniel, ante annos sexcentos quam ista evenirent, aperte prædixit. Et quam præterea regum seriem Babylone posuimus, post Baltassarem, sacras solum litteras secuti, ut par fuit, Medorum scilicet regum ante Persas, prophetia hæc eadem egregie confirmat. Itaque tum propter eas causas, tum quia lucem, quam nondum ei vaticinio Interpretes attulere, desiderat, nostra quoque nunc illud est conjectatione elucidandum.

Versu 1. *Anno primo Baltassar regis Babylonis.* Urbis Romæ 218. Cyri in Media, XXI. Desolationis Templi, LI.

1 *Daniel somnium vidit; visio autem capitis ejus in cubili suo: & somnium scribens*, quando postea in commentarios retulit; *brevi sermone comprehendit: summatimque perstringens, ait:*

2 *Videbam in visione mea nocte, & ecce quatuor venti cæli pugnabant in mari magno.* Symbolum hoc fuit orbis bellis agitati.

3 *Et quatuor bestiæ.* Quatuor imperia idolorum cultui dedita, quæ in Judæos e regno Juda, unde fuit Daniel oriundus, deinceps post Baltassarem Babylonium dominatura essent. Nam quid alia regna molirentur, nec Judæis nosse, nec Deo id aperire prophetis curæ fuit.

3 *Bestiæ grandes.* Ob imperii magnitudinem.

3 *Ascendebant de mari*, ex orbe, quem bellis, veluti venti mare tempestatibus, agitarent; *diversæ inter se.*

4 *Prima quasi leæna.* Regnum idololatriæ Medico-Babylonicæ, a Dario Medo, qui successit Baltassari, Dan. V, 31.

4 *Quasi leæna.* Sive quasi leo dicatur, sive *quasi leæna*, nihil interest. Potentiam ac dignitatem monarchiæ Medorum ea similitudo repræsentat. Sic de Juda dixit moriens Jacob; Gen. XLIX, 9. *Catulus leonis Juda: ad prædam fili mi ascendisti: requiescens accubuisti VT LEO, & QVASI LEÆNA, quis suscitabit eum?*

4 *Et alas habebat aquilæ.* Ob majestatem imperii & ingentem gloriam, qua super ceteros principes extollebatur. Jerem. XLIX, 16. *Cum exaltaveris QVASI AQVILA ascendet, & avolabit: & expandet ALAS SVAS super Bosran.*

4 *Aspiciebam donec evulsæ sunt alæ ejus.* Artaxerxe mortuo, cujus meminere Esdras & Nehemias, extinctum est regnum Medorum. Quartus ille fuit regum Medorum Babylone. Medorum ditionem omnem postea soli obtinuere Persæ, Xerxes, & consecuti reges.

4 *Et sublata est de terra.* Nulli postea fuere Medi principes.

4 *Et super pedes quasi homo stetit.* Aquila bipes, sine alis, visa est, inquit; similis ea parte homini, qui bipes sine alis est. Aquila sine alis, gens est prænobilis; stans quidem, quoniam gens est incolumis; sed sine imperio, sine dignitate, cum princeps ex ea gente nullus est. Sic Medi steterunt, sed sine Medo principe, post obitum Artaxerxis. *Quasi homo* tamen, quia virili animo, non feminco. *Et cor homi-*

minis

BALTASSAR. *minis datum est ei.* Bellicosum. Isaï. xxi, 2. *Ascende Ælam, obside Mede.*

5 *Et ecce bestia alia.* Regnum idololatriæ Persico-Babylonicæ; a Xerxe Persa, qui suscepit regnum Artaxerxis Medi, qui Darii Medi nepos fuit.

5 *Similis urso.* Reges Persici ursis comparantur, ob barbariem & crudelitatem. Prov. xxviii, 15. *Ursus esuriens, princeps impius super populum pauperem.* De Xerxe, Dan. xi, 2. *Ditabitur opibus nimis super omnes reges* Persidis. Xerxis crudelitas ab Herodoto ter notatur, libro vii. pag. 454. libro viii. pag. 571. & ix. pag. 621.

5 *In parte stetit.* Non Babylone, ut Medi reges, qui post Baltassarem fuerunt, sed inde paulum remoti, extra Babyloniam, nempe Susis in Perside steterunt, sedemque collocarunt Persarum reges: quamvis Babylone potirentur, eoque nomine Judæis imperitarent. quos Babylonicorum reges fecerant vectigales.

5. *Et tres ordines erant in ore ejus: & in dentibus ejus: & sic dicebant ei: Surge, comede carnes plurimas.* Qui primus regum Persarum pleno jure Babylonem obtinuit, Xerxes fuit, ut diximus. Huic ergo tres ordines, hoc est, populi tres, Medi, Persæ, Babylonii sive Chaldæi, quibus ad conterendos Ægyptios, Cappadocas, aliasque gentes, velut dentibus utebatur. Ad bellum illi usque ad internecionem hostibus inferendum, regem concitabant. *Comede carnes plurimas.* Multas interfice gentes.

6 *Post hæc aspiciebam, & ecce alia quasi pardus.* Regnum idololatriæ Græco-Syriacæ.

6 *Quasi pardus.* Gens Græco-Syriaca, edocta malefacere, nec sciens malefacere: juxta illud Jerem. xiii, 23. *Si mutare potest . . . . . PARDUS varietates suas: & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum.* De regibus Græcis sive Seleucidis, 1. Mach. 1, 10, 11. *Et imposuerunt omnes sibi diademata. . . . . & filii eorum post eos annis multis, & multiplicata sunt mala in terra. Et exiit ex eis radix peccatrix, Antiochus illustris, &c.*

6 *Et alas habebat quasi avis.* Alæ imperium potestatemque significant, ut diximus. *Quasi avis.* Non quasi aquilæ, ut in prima bestia. Tanto enim minus regum Syriæ imperium quam Medorum fuit, quanto minor est avis quam aquila est. Quamobrem de Alexandro Magno hic sermo non est: sed de Græcis a Seleuco rege.

6 *Quatuor super se.* Alæ quatuor, totidem ditiones significant.

6 *Et quatuor capita erant in bestia.* Quatuor ditionum totidem urbes primariæ, eæque sane insignes. Babylon Chaldææ, Damascus Decapoleos, Antiochia Syriæ, Tyrus Phœniciæ caput fuit. Sic Isaï. vii, 8. *Caput Syriæ Damascus* dicitur. Hæ urbes ac ditiones Seleuco paruerunt. Nihil hic facer vates de Macedonia, Asia, vel Ægypto loquitur; quoniam ad Judæam nihil ista pertinent. De solo Græcorum in Syria imperio loquitur, qui ob Babyloniam quam possidebant, & Babyloniorum regum jura, quibus successerant, Judæos sibi vectigales & obnoxios esse contendebant.

6 *Et potestas data est ei.* In terram Judæam.

7 *Post hæc aspiciebam in visione noctis, & ecce bestia quarta.* Regnum idololatriæ Romanorum. *Terribilis.* In primis Judæis. *Atque mirabilis, & fortis nimis.* 1. Mach. viii, 1. *Et audivit Judas nomen Romanorum, quia sunt potentes viribus . . . . & audierunt prælia eorum . . . . & quod . . . : possederunt omnem locum consilio suo & patientia.*

7 *Dentes ferreos habebat magnos, comedens atque comminuens*, 1. Mach. viii, 4. de Romanis: *Locaque quæ longe erant valde ab eis, & reges qui supervenerant eis ab extremis terræ, CONTRIVERUNT, & percusserunt eos plaga magna: ceteri autem dant eis tributum omnibus annis:* &c.

7 *Et reliqua pedibus suis conculcans.* Reliqua loca reliquas regiones, Occidentis & Orientis. BALTASSAR.

7 *Dissimilis autem erat ceteris bestiis, quas videram ante eam.* Quia status Romanorum Aristo-Democraticus fuit; non, ut priorum imperiorum, Monarchicus. Hoc & nummi antiqui docent, ut prævidit tanto antea Daniel.

7 *Et habebat cornua decem.* Decem sunt Romani duces, aut Imperatores; quorum jugum Judæa subiit, usque ad obsessam a Vespasiano civitatem. Pompeïus, Cæsar, Augustus, Tiberius, Caius, Claudius, Nero, Otho, Galba, Vitellius. Nam & Pompeïus de Judæis, Plinio teste, triumpharit, & quidem Romanorum ducum primus.

8 *Considerabam cornua, & ecce cornu aliud parvulum ortum est de medio eorum.* Vespasianus, de gente Flavia: non, ut priores, de gente Claudia, Antonia, Sulpicia, Vitellia, quæ fuere ante imperium familiæ prænobiles.

8 *Et tria de cornibus primis evulsa sunt a facie ejus.* Cesserunt imperii administratione Vespasiano Triumviri, Otho, Galba, Vitellius, jubente Senatu. Hunc Triumviratum, quem Daniel prævidit, nummi antiqui manifeste docent, ut jamdudum ostendimus.

8 *Et ecce oculi, quasi oculi hominis erant in cornu isto.* Titus & Domitianus, Vespasiani liberi duo, tamquam oculi duo fuere. Nam cum ipso militabant, & sub ipso, ut sub capite oculi. Titus jam tum IMP. Domitianus PRINCEPS IUVENTUTIS fuit.

8 *Et os loquens ingentia.* Minitans se Hierosolyma esse deleturum.

9 *Aspiciebam donec throni positi sunt.* Ad judicandum de idololatria, quæ hactenus tyrannidem in sanctos exercuerat.

9 *Et antiquus dierum sedit.* Deus, Rex æternus. *Vestimentum ejus candidum quasi nix.* Vestis candida, gloriæ & lætitiæ symbolum est. *Et capilli capitis ejus quasi lana munda.* Symbolum absolutissimæ sanctitatis. *Thronus ejus flammæ ignis.* Symbolum iræ divinæ, ignis. Psal. lxxxviii, 47. *Exardescet sicut ignis ira tua?* Et sic alibi passim. *Rotæ ejus ignis accensus.* Quocumque velit, celerrime iram defert.

10 *Fluvius igneus, rapidusque egrediebatur a facie ejus.* Iræ divinæ magnitudinem ac celeritatem symbolum istud denotat. *Millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei.* Innumerus ministrorum iræ divinæ numerus hoc numero designatur. *Judicium sedit.* Judex sedit ad judicandum. *Et libri aperti sunt.* Metaphorice libri positi sunt, pro notitia quam Deus habet de factis omnium hominum & singulorum.

11 *Aspiciebam propter vocem sermonum grandium, quos cornu illud loquebatur.* Attonitus spectabam, quem essent habitura eventum minæ Vespasiani in Templum & civitatem sanctam. *Et vidi quoniam interfecta esset bestia, & perisset corpus ejus, & traditum esset ad comburendum igni.* Idololatria Romana damnata tunc exitio est: ex illo certe paulatim decidit, Christianismo crescente.

12 *Aliarum quoque bestiarum ablata esset potestas.* Idololatriarum; Medicæ, Persicæ, & Græco-Syriacæ, imminuta potestas est per Christianismum exorientem. *Et tempora vitæ constituta essent eis usque ad tempus & tempus.* Regnavit unaquæque idololatria concesso sibi a Deo, breviore alia, alia longiore spatio temporis.

13 *Aspiciebam ergo in visione noctis, & ecce cum nubibus cæli quasi filius hominis veniebat.* Primogenitus & rex hominum; hoc est enim *Filius hominis*, ut diximus in Commentariis ad Matthæum, & Joannem; Messias, JESUS Christus: qui assumptus in cælum Hierosolymis dirutis constituit & ampliavit Ecclesiam gentium. *Cum nubibus cæli.* Christum describit ascen-

Ante Christum.

Circiter hunc annum *Salathiel genuit Zorobabel.* Matth. I, 12.

548 30 *Olymp. 61. Annus Sabbaticus.* V.C. 206.

DARIUS MEDUS in Perside.

547 40 Assuero Medo regi Persidis succedit *Darius Medus Assueri filius, de semine Medorum.* Dan. IX, 1.

546 41

545 42 Captivitatis Babylonicæ annus 55. usque ad septembrem.

544 43 *Olymp. 62.* V. C. 210.

Ab hoc anno Siamenses epocham suam civilem inchoant: hoc ipsorum Æræ initium est: quanto recentius, quam Sinarum, si fides his habenda? Annus enim 1697. æræ Christianæ, Siamensibus est 2241. Habent illi annos embolimæos tredecim mensium lunarium; alios mensium duodecim: quorum ille primus dies fere, qui mediæ luminarium conjunctionis est. Habent primum hebdomadæ diem, qui nobis sabbati dies est. Ergo hebdomadas illi, menses, & annos habent pari aut affini forma, cum Judæis: quam proinde possunt videri ab his didicisse, qui his temporibus Siamum e Perside negotiandi causa commigrarant.

543 44 Annus Cyri in Media regnantis, 15.

542 45

541 46 *Annus Sabbaticus.*

540 47 *Olymp. 63.* Captivitatis Babylonicæ 60. usque ad Septembrem.

539 48

538 49 Annus Cyri in Media, 20.

537 50

Adversus [illegible], Labinyti & Nitocridis filium, Cyrus exercitum ducit. Totus ager Babylonicus vastatur a Persis Medisque, juxta vaticinium Jeremiæ, cap XXV. Geminum imperium, Cyri Persarum, ac Darii Medorum, & conjunctas utriusque vires ac copias in expugnanda Babylone, ex veteribus historiis & Daniele propheta, agnosci a Beda aiunt eruditi, libro 1. in Esdram, cap. 1. Tamen ille ibi regna permutat. Dici enim oportuit, regnum Cyri Persæ, ac Darii Medi; in Media, Cyri; Darii, in Perside.

536 51 *Olymp. 64.*

Die festo, dum choreis & comessationibus Babylonii indulgerent, Babylon urbs munitissima tunc primum assu capta est, secunda æstate post bellum susceptum. Herod. lib. 1. pag. 86. 83.

Labinytum oportet fuisse cognomen aliquod Assyriorum regum, quale Pharaonis in Ægypto nomen; quod Herodotus, homo in illis regionibus peregrinus & barbarus, proprium esse nomen arbitratus sit; quod & ab Assyriis acceptum, ut in peregrino sermone fit, deformarit: quemadmodum cum a Judæis posceret, ecquodnam urbis Hierosolymitanæ nomen esset, pro ipso nomine cognomen audiit, *hir hacodesch*, hoc est, urbs sancta; & nobis ille deinde Cadytin non semel obtrusit: quod vocabulum vix quisquam absque Oedipo intelligat esse pro Hierosolymis positum.

Babylone capta, urbs redempta pecunia est: sancitaque pax ea conditione, ut Baltassar fiduciario seu clientelari jure regnum possideret: ac proinde Baltassari Darius succederet; aut certe Darii posteri, siquidem careret Baltassar prole mascula. Quod quidem colligimus, tum ex eo quod similiter ante annos LXX. captam primo Hierosolymorum urbem Nabuchodonosor regi suo Joachim incolumem dimisit, pactis conditionibus servitutis, & ablata secum duntaxat *parte vasorum domus Dei:* tum quod Daniel, qui aderat, successisse Darium Medum prodit, Baltassare interfecto, absque ulla urbis obsidione; non autem occupasse aut suscepisse regnum. Baltassaris certe nullos sacræ litteræ liberos fuisse commemorant; tametsi esset ille jam ætate provectus, haberetque uxores ac concubinas.

BALTASSAR Nabuchodonosoris nepos, matre cedente, regnat Babylone solus. Pater ei Nabuchodonosor, pro avo, dicitur: tum Hebraïca loquendi forma; quali apud Mosem, Arphaxad genuisse Sale; apud Esdram, cap. V, 1. *Zacharias filius Addo*, pro filio Barachiæ filii Addo: & *Athalia filia Amri* pro nepti dicitur, IV. Reg. VIII, 26. tum quia pro patre ei fuit, dum Baltassari alteri defuncto filio superstes fuit.

DARIUS MEDUS in Perside.

Anno primo Baltassar regis Babylonis, visio Danielis de quatuor bestiis. Dan. VII.

Insigne istud vaticinium est destruendæ in Imperio Romano per Christum idololatriæ, & Ecclesiæ gentium regnaturæ post Hierosolyma diruta. Vix ullum est aut pulcrius, aut quod ubi expositum fuerit apertius videatur Danielis oraculum, quam istud est. Quod nummi certe antiqui perspicue dicunt de Triumviris, Othone, Galba, Vitellio, ut alias dudum animadvertimus, hoc ipsum Daniel, ante annos sexcentos quam ista evenirent, aperte prædixit. Et quam præterea regum seriem Babylone posuimus, post Baltassarem, sacras solum litteras secuti, ut par fuit, Medorum scilicet regum ante Persas, prophetia hæc eadem egregie confirmat. Itaque tum propter eas causas, tum quia lucem, quam nondum ei vaticinio Interpretes attulere, desiderat, nostra quoque nunc illud est conjectatione elucidandum.

Vers. 1. *Anno primo Baltassar regis Babylonis.* Urbis Romæ 218. Cyri in Media, XXI. Desolationis Templi, LI.

1 *Daniel somnium vidit; visio autem capitis ejus in cubili suo: & somnium scribens*, quando postea in commentarios retulit; *brevi sermone comprehendit: summatimque perstringens, ait:*

2 *Videbam in visione mea nocte, & ecce quatuor venti cæli pugnabant in mari magno.* Symbolum hoc fuit orbis bellis agitati.

3 *Et quatuor bestiæ.* Quatuor imperia idolorum cultui dedita, quæ in Judæos e regno Juda, unde fuit Daniel oriundus, deinceps post Baltassarem Babylonium dominatura essent. Nam quid alia regna molirentur, nec Judæis nosse, nec Deo id aperire prophetis curæ fuit.

3 *Bestiæ grandes.* Ob imperii magnitudinem.

3 *Ascendebant de mari*, ex orbe, quem bellis, veluti venti mare tempestatibus, agitarent; *diversa inter se.*

4 *Prima quasi leæna.* Regnum idololatriæ Medico-Babylonicæ, a Dario Medo, qui successit Baltassari, Dan. V, 31.

4 *Quasi leæna.* Sive quasi leo dicatur, sive *quasi leæna*, nihil interest. Potentiam ac dignitatem monarchiæ Medorum ea similitudo repræsentat. Sic de Juda dixit moriens Jacob; Gen. XLIX, 9. *Catulus leonis Juda: ad prædam fili mi ascendisti: requiescens accubuisti VT LEO, & QVASI LEÆNA, quis suscitabit eum?*

4 *Et alas habebat aquilæ.* Ob majestatem imperii & ingentem gloriam, qua super ceteros principes extollebatur. Jerem. XLIX, 16. *Cum exaltaveris QVASI AQVILA ascendet, & avolabit: & expandet ALAS SVAS super Bosran.*

4 *Aspiciebam donec evulsæ sunt alæ ejus.* Artaxerxe mortuo, cujus meminere Esdras & Nehemias, extinctum est regnum Medorum. Quartus ille fuit regum Medorum Babylone. Medorum ditionem omnem postea soli obtinuere Persæ, Xerxes, & consecuti reges.

4 *Et sublata est de terra.* Nulli postea fuere Medi principes.

4 *Et super pedes quasi homo stetit.* Aquila bipes, sine alis, visa est, inquit; similis ea parte homini, qui bipes sine alis est. Aquila sine alis, gens est prænobilis; stans quidem, quoniam gens est incolumis; sed sine imperio, sine dignitate, cum princeps ex ea gente nullus est. Sic Medi steterunt, sed sine Medo principe, post obitum Artaxerxis. *Quasi homo* tamen, quia virili animo, non femineo. *Et cor hominis*

BALTASSAR. *minis datum est ei.* Bellicosum. Isaï. XXI, 2. *Ascende Ælam, obside Mede.*

5 *Et ecce bestia alia.* Regnum idololatriæ Persico-Babylonicæ; a Xerxe Persa, qui suscepit regnum Artaxerxis Medi, qui Darii Medi nepos fuit.

5 *Similis urso.* Reges Persici ursis comparantur, ob barbariem & crudelitatem. Prov. XXXVIII, 15. *Ursus esuriens, princeps impius super populum pauperem.* De Xerxe, Dan. XI, 2. *Ditabitur opibus nimiis super omnes reges* Persidis. Xerxis crudelitas ab Herodoto ter notatur, libro VII. pag. 454. libro VIII. pag. 571. & IX. pag. 621.

5 *In parte stetit.* Non Babylone, ut Medi reges, qui post Baltassarem fuerunt, sed inde paulum remoti, extra Babyloniam, nempe Susis in Perside steterunt, sedemque collocarunt Persarum reges: quamvis Babylone potirentur, eoque nomine Judæis imperitarent. quos Babylonicorum reges fecerant vectigales.

5. *Et tres ordines erant in ore ejus: & in dentibus ejus: & sic dicebant ei: Surge, comede carnes plurimas.* Qui primus regum Persarum pleno jure Babylonem obtinuit, Xerxes fuit, ut diximus. Huic ergo tres ordines, hoc est, populi tres, Medi, Persæ, Babylonii sive Chaldæi, quibus ad conterendos Ægyptios, Cappadocas, aliasque gentes, velut dentibus utebatur. Ad bellum illi usque ad internecionem hostibus inferendum, regem concitabant. *Comede carnes plurimas.* Multas interfice gentes.

6 *Post hæc aspiciebam, & ecce alia quasi pardus.* Regnum idololatriæ Græco-Syriacæ.

6 *Quasi pardus.* Gens Græco-Syriaca, edocta malefacere, nec sciens malefacere: juxta illud Jerem. XIII, 23. *Si mutare potest . . . . . PARDUS varietates suas: & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum.* De regibus Græcis sive Seleucidis, 1. Mach. I, 10, 11. *Et imposuerunt omnes sibi diademata. . . . . & filii eorum post eos annis multis, & multiplicata sunt mala in terra. Et exiit ex eis radix peccatrix, Antiochus illustris,* &c.

6 *Et alas habebat quasi avis.* Alæ imperium potestatemque significant, ut diximus. *Quasi avis.* Non quasi aquilæ, ut in prima bestia. Tanto enim minus regum Syriæ imperium quam Medorum fuit, quanto minor est avis quam aquila est. Quamobrem de Alexandro Magno hic sermo non est: sed de Græcis a Seleuco rege.

6 *Quatuor super se.* Alæ quatuor, totidem ditiones significant.

6 *Et quatuor capita erant in bestia.* Quatuor ditionum totidem urbes primariæ, eæque sane insignes. Babylon Chaldææ, Damascus Decapoleos, Antiochia Syriæ, Tyrus Phœniciæ caput fuit. Sic Isaï. VII, 8. *Caput Syriæ Damascus* dicitur. Hæ urbes ac ditiones Seleuco paruerunt. Nihil hic sacer vates de Macedonia, Asia, vel Ægypto loquitur; quoniam ad Judæam nihil ista pertinent. De solo Græcorum in Syria imperio loquitur, qui ob Babyloniam quam possidebant, & Babyloniorum regum jura, quibus successerant, Judæos sibi vectigales & obnoxios esse contendebant.

6 *Et potestas data est ei.* In terram Judæam.

7 *Post hæc aspiciebam in visione noctis, & ecce bestia quarta.* Regnum idololatriæ Romanorum. *Terribilis.* In primis Judæis. *Atque mirabilis, & fortis nimis.* 1. Mach. VIII, 1. *Et audivit Judas nomen Romanorum, quia sunt potentes viribus . . . . & audierunt prælia eorum . . . . & quod . . . : possederunt omnem locum consilio suo & patientia.*

7 *Dentes ferreos habebat magnos, comedens atque comminuens,* 1. Mach. VIII, 4. de Romanis: *Locaque quæ longe erant valde ab eis, & reges qui supervenerant eis ab extremis terræ, CONTRIVERUNT, & percusserunt eos plaga magna: ceteri autem dant eis tributum omnibus annis:* &c.

7 *Et reliqua pedibus suis conculcans.* Reliqua loca reliquas regiones, Occidentis & Orientis. BALTASSAR.

7 *Dissimilis autem erat ceteris bestiis, quas videram ante eam.* Quia status Romanorum Aristo-Democraticus fuit; non, ut priorum imperiorum, Monarchicus. Hoc & nummi antiqui docent, ut prævidit tanto antea Daniel.

7 *Et habebat cornua decem.* Decem sunt Romani duces, aut Imperatores; quorum jugum Judæa subiit, usque ad obsessam a Vespasiano civitatem. Pompeïus, Cæsar, Augustus, Tiberius, Caius, Claudius, Nero, Otho, Galba, Vitellius. Nam & Pompeïus de Judæis, Plinio teste, triumphavit, & quidem Romanorum ducum primus.

8 *Considerabam cornua, & ecce cornu aliud parvulum ortum est de medio eorum.* Vespasianus, de gente Flavia: non, ut priores, de gente Claudia, Antonia, Sulpicia, Vitellia, quæ fuere ante imperium familiæ prænobiles.

8 *Et tria de cornibus primis evulsa sunt a facie ejus.* Cesserunt imperii administratione Vespasiano Triumviri, Otho, Galba, Vitellius, jubente Senatu. Hunc Triumviratum, quem Daniel prævidit, nummi antiqui manifeste docent, ut jamdudum ostendimus.

8 *Et ecce oculi, quasi oculi hominis erant in cornu isto.* Titus & Domitianus, Vespasiani liberi duo, tamquam oculi duo fuere. Nam cum ipso militabant, & sub ipso, ut sub capite oculi. Titus jam tum IMP. Domitianus PRINCEPS IUVENTUTIS fuit.

8 *Et os loquens ingentia.* Minitans se Hierosolyma esse deleturum.

9 *Aspiciebam donec throni positi sunt.* Ad judicandum de idololatria, quæ hactenus tyrannidem in sanctos exercuerat.

9 *Et antiquus dierum sedit.* Deus, Rex æternus. *Vestimentum ejus candidum quasi nix.* Vestis candida, gloriæ & lætitiæ symbolum est. *Et capilli capitis ejus quasi lana munda.* Symbolum absolutissimæ sanctitatis. *Thronus ejus flammæ ignis.* Symbolum iræ divinæ, ignis. Psal. LXXXVIII, 47. *Exardescet sicut ignis ira tua?* Et sic alibi passim. *Rotæ ejus ignis accensus.* Quocumque velit, celerrime iram defert.

10 *Fluvius igneus, rapidusque egrediebatur a facie ejus.* Iræ divinæ magnitudinem ac celeritatem symbolum istud denotat. *Millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei.* Innumerus ministrorum iræ divinæ numerus hoc numero designatur. *Judicium sedit.* Judex sedit ad judicandum. *Et libri aperti sunt.* Metaphorice libri positi sunt, pro notitia quam Deus habet de factis omnium hominum & singulorum.

11 *Aspiciebam propter vocem sermonum grandium, quos cornu illud loquebatur.* Attonitus spectabam, quem essent habitura eventum minæ Vespasiani in Templum & civitatem sanctam. *Et vidi quoniam interfecta esset bestia, & perisset corpus ejus, & traditum esset ad comburendum igni.* Idololatria Romana damnata tunc exitio est: ex illo certe paulatim decidit, Christianismo crescente.

12 *Aliarum quoque bestiarum ablata esset potestas.* Idololatriarum; Medicæ, Persicæ, & Græco-Syriacæ, imminuta potestas est per Christianismum exorientem. *Et tempora vitæ constituta essent eis usque ad tempus & tempus.* Regnavit unaquæque idololatria concesso sibi a Deo, breviore alia, alia longiore spatio temporis.

13 *Aspiciebam ergo in visione noctis, & ecce cum nubibus cœli quasi filius hominis veniebat.* Primogenitus & rex hominum; hoc est enim *Filius hominis*, ut diximus in Commentariis ad Matthæum, & Joannem; Messias, JESUS Christus: qui assumptus in cælum Hierosolymis dirutis constituit & ampliavit Ecclesiam gentium. *Cum nubibus cæli.* Christum describit as-

BAL-TAS-SAR.

cendentem in cælum; ut Act. 1, 9. *Videntibus illis elevatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum.*

13 *Quasi filius hominis.* Non ipse quidem, sed ipsius forma animo objecta. Sic cap. VIII, 15. *Quasi species viri*, hoc est, ipsa forma viri. Et cap. X, 16. *Quasi similitudo filii hominis*, hoc est, ipsa similitudo humana; Angelus humana specie. Nam *quasi* ibi non comparantis est, sed exprimentis: ut Gregorius Magnus ait, libro XVIII. in Job, cap. VI.

13 *Et usque ad antiquum dierum pervenit.* Marc. XVI, 19. *Assumptus est in cælum, & sedet a dextris Dei.*

13 *Et in conspectu ejus obtulerunt eum.* Angeli eum usque ad Dei Patris solium deduxerunt.

14 *Et dedit ei potestatem, & honorem, & regnum.* Matth. XXVIII. 18. *Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.* Apoc. V, 11, 12. *Et vidi, & audivi vocem Angelorum multorum in circuitu throni, & animalium & seniorum: & erat numerus eorum millia millium, dicentium voce magna: Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & divinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem.*

14 *Et omnes populi, tribus, & linguæ ipsi servient.* Phil. 2, 11. *Et omnis lingua confiteatur, quia Dominus JESUS Christus in gloria est Dei Patris.*

14 *Potestas ejus, potestas æterna, quæ non auferetur: & regnum ejus, quod non corrumpetur.* Luc. 1, 32. *Et regnabit in domo Jacob*, quæ est Ecclesia Christiana, *in æternum, & regni ejus non erit finis.*

15 *Horruit spiritus meus, ego Daniel territus sum in his, & visiones capitis mei conturbaverunt me.*

16 *Accessi ad unum de assistentibus, & veritatem quærebam ab eo de omnibus his. Qui dixit mihi interpretationem sermonum, & docuit me.* Ergo Angeli beati norunt futura; exempli gratia, quis cui in imperiis sit successurus.

17 *Hæ quatuor bestiæ magnæ, quatuor sunt regna, quæ consurgent de terra.* Non est igitur in hoc vaticinio sermo de regnis quæ jam surrexerant, quale Assyrium fuit in Babylonia: hoc est, nec de Nabuchodonosore avo Baltassaris jamdudum mortuo, nec de ipso Baltassare tunc regnante; sed de gente quæ esset Assyrio Baltassari successura. *Quæ consurgent.* Quorum primum mox consurget; nempe post annos duos.

18 *Suscipient autem regnum sancti Dei Altissimi.* Hi qui colunt Deum Altissimum. *Et obtinebunt regnum usque in sæculum, & sæculum sæculorum.* Idololatria paulatim deficiente in Imperio Romano, sola Religio Christiana regnum obtinebit, tenebitque (quamvis hæreses eam oppugnent) usque ad finem mundi. Hoc illud est quod dicitur Apoc. V, 10. *Et fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes: & regnabimus super terram.*

19 *Post hoc volui diligenter discere de bestia quarta, quæ erat dissimilis valde ab omnibus, & terribilis nimis: dentes & ungues ejus ferrei: comedebat, & comminuebat, & reliqua pedibus suis conculcabat.* Ut dictum est versu 7.

20 *Et de cornibus decem, quæ habebat in capite: & de alio, quod ortum fuerat, ante quod ceciderant tria cornua: & de cornu illo, quod habebat oculos, & os loquens grandia, & majus erat ceteris.* Quod primo fuit modicum habita ratione natalium ex gente Flavia, idem postea majus ceteris fuit potestate & ditione. Reliqua exposuimus versu 7. & 8.

21 *Aspiciebam, & ecce cornu illud faciebat bellum adversus sanctos, & prævalebat eis.* Adversus cultores veri numinis, quales Judæi erant, bellum gessit Vespasianus in Judæa, quam denique totam cepit. Unde nummi ipsius inscripti sunt, JUDAEA CAPTA, ΙΟΥΔΑΙΑΣ ΕΑΛΩΚΥΙΑΣ. *Sancti* sunt veri Dei cultores. Psal. CXLIX. *Laus ejus in Ecclesia sanctorum.*

22 *Donec venit antiquus dierum, & judicium dedit sanctis Excelsi, & tempus advenit, & regnum obtinuerunt sancti.* Secundum illos Deus pronunciavit; regnum illis adjudicavit. Veros Judæos, veros Israëlitas, veram domum Jacob, ipse judicans juste, fecit obtinere causam, & regnare. Tunc enim cœpit impleri laudatum proxime Angelicum illud de Christo vaticinium, Luc. 1, 32. *Et regnabit in domo Jacob in æternum.* Nunc Christus regnat, & Christiani sub rege primogenito domus Jacob.

BAL-TAS-SAR.

23 *Et sic ait: Bestia quarta, regnum quartum erit in terra, quod majus erit omnibus regnis, quæ præcesserunt; & devorabit universam terram, & conculcavit, & comminuet eam.* Ut versu 7.

24 *Porro cornua decem ipsius regni, decem reges erunt:* ut dictum est versu 7. *Et alius consurget post eos*, Vespasianus: *& ipse potentior erit prioribus.* In Judæa & Palæstina tota potentior Vespasianus, quam ipsemet Augustus fuit. *Et tres reges humiliabit:* Othonem, Galbam, Vitellium; quos veluti Triumviros exui magistratu faciet a senatu, ut dictum est versu 8.

25 *Et sermones contra Excelsum loquetur:* Cujus Templum dicet se velle diruere; quod & effecit. *Et sanctos Altissimi conteret.* Judæos qui colunt Altissimum. *Conteret.* Judæa capta. *Et putabit quod possit mutare tempora, & leges.* Evertere cultum Dei Altissimi, qui in utraque lege, Mosis & Christi, præcipitur, & promittitur duraturus in tempus æternum: neque illud solum, sed & omnes gentes adigere ad leges & religiones Romanas suscipiendas, patriis institutis relictis. Hæ sunt *leges*, quas mutaturum se esse temporibus suis Vespasianus sperabat, & sic *tempora mutaturum.* Sic olim Antiochus Epiphanes *scripsit omni regno suo, ut esset omnis populus, unus: & relinqueret unusquisque LEGEM SUAM. Et consenserunt omnes gentes secundum verbum regis Antiochi.*

25 *Et tradentur in manu ejus usque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis.* Tres menses sunt cum dimidio, quibus durasse obsidionem Hierosolymitanam ob istud vaticinium arbitramur. *Tempora* pro mensibus similiter posita videri possunt, Gen. 1, 14.

26 *Et judicium sedebit.* Et talis a Deo feretur sententia. *Ut auferatur potentia, & conteratur, & dispereat usque in finem.* Ut tollatur e medio paulatim idololatria.

27 *Regnum autem, & potestas, & magnitudo regni, quæ est subter omne cælum, detur populo sanctorum Altissimi:* vero veri Numinis cultori populo, populo degenti sub JESU Christo rege e tribu Juda: *cujus regnum, regnum sempiternum est, & omnes reges servient ei, & obedient. Huc usque finis verbi.*

Ante Christum.		
535	52	Annus Baltassaris; 2. Captivitatis Babylonicæ; 65.
534	53	*Annus Sabbaticus. Urbis Romæ, 220.*

Dan. VIII, 1. *Anno tertio regni Baltassar regis*, visio de ariete duorum cornuum, &c. *Cum essem in Susis castro, quod est in Ælam regione;* hoc est, in Perside, ubi Ælamitæ. Danielem autem illuc profecto nulla alia potuit causa pertrahere, nisi ut Estherem ibi videret, & Mardochæum, vel alios certe contribules suos, qui erant ibi maximo in honore. Id quod egregie nostram firmat Chronologiam de Assuero Estheris, præter alia argumenta. Facile enim impetravit Daniel a Baltassare, qui jam solus regnabat, apud quem pollebat auctoritate & gratia plurimum, ut in Persidem iter haud diuturnum perageret. Nam Ælam regi Persidis Dario parebat: & erat vectigalis Babylonius regi Persarum. Ibi

Susa

BALTASSAR.

Ante Christum.

Susa castrum fuit ad amnem Eulæum; sic enim Plinius appellat, quem Daniel Ulai vocat. Annos autem Baltassaris Daniel hoc loco computat, non Darii: quoniam scriptores sacri fere dumtaxat annos regum illorum commemorant, quibus essent Judæi obnoxii. Hac visione propheta intelligit, regna Persarum ac Medorum occupanda olim esse ab Alexandro Magno.

533 | 54 Dan. v, 28. Circiter exeuntem Maïum hujus anni, Baltassari dicitur: *Divisum est regnum tuum, & datum est Medis & Persis.*

Dan. v, 10. *Regina autem, pro re quæ acciderat regi & optimatibus ejus, domum convivii ingressa est.* Hæc haud dubie Nitocris est, Baltassaris parens. Certe non uxor ipsius. Nam prius, versu 2. & 3. erant cum optimatibus in convivio *uxores ejus & concubinæ:* necdum tamen ibi inter uxores *regina*; quæ postea convivio supervenit. Deinde narrat illa Baltassari ea, quæ Daniel Nabuchodonosori avo ipsius præstitisset, utpote quæ ea oculis ipsa suis vidisset; Dan. v, 11. Mox *tertius in regno* Daniel efficitur; nempe post regem Baltassarem, & Nitocrin reginam matrem.

Eadem nocte interfectus est Baltassar rex Chaldæus. Et Darius Medus successit in regnum, annos natus sexaginta duos. Dan. v, 30, 31. Baltassar a suis fuisse interfectus videtur. Nulla hic certe obsidio Babylonis apparet in sacris litteris, sed sola successio legitima, post cædem Baltassaris. Non ultra nepotem Nabuchodonosoris, stirpem ipsius Babylone potituram esse prædixerat Jeremias, cap. XXVII, 6. *Et nunc itaque ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosoris regis Babylonis servi mei: insuper & bestias agri dedi ei, ut serviant illi. Et servient ei omnes gentes, & filio ejus, & filio filii ejus, donec veniat tempus terræ ejus, & ipsius.*

DARIUS.

DARIUS Medus, Assueri F. succedit Baltassari.

Medi cum Persis ante annos duodecim Babylonem ceperant, juxta vaticinium Isaïæ, cap. XXI, 2. *Ascende Ælam, obside Mede* Babylonem. Quæ locutio, ut & altera illa Danielis, cap. v, 28. *Divisum est regnum tuum, & datum est Medis & Persis*; manifeste ponit duos fuisse reges diversos; alterum Ælam, sive Persidis; Mediæ alterum. Quod si Medis enim simul ac Persis Cyrus jam tum imperasset, *divisum* profecto non foret Baltassaris imperium, sed uni Cyro integrum cederet. Sic apud Jeremiam, cap. LI, 11. *Suscitavit Dominus spiritum REGUM MEDORUM, & contra Babylonem mens ejus est ut perdat eam.* Duo Medi reges: Cyrus Perses, Mediæ rex: Darius Medus, rex Persidis. *Divisum* autem *regnum* dicitur *Medis & Persis*; quod nunc illud Medi, iique priores; nunc Persæ tenuerunt; usque ad Artaxerxem; cui demum post Darium Persam, Hystaspæ F. ex pacto convento in perpetuum obtigit. Redacta primum Babylonia est in provinciam alterni dominii, nunc quidem Medorum, ac deinde Persarum: demum vero Artaxerxi Persidis regi cessit. Et prior quidem Darius Medus Babylonem obtinuit, quoniam juris illa Persici censeretur, idcirco quod vicinior Persidi, quam Mediæ, & illac regi Persidis necessarium iter fuit in alias imperii sui provincias. Cyrus deinde eamdem sibi vindicavit, quoniam solus urbem expugnarat, quamquam conjunctis Darii Medi copiis; veniens *ab Aquilone*, nempe a Media, ubi Cyrus regnabat. Jerem. L, 3. Neque etiam apud Herodotum ulla Darii mentio est in Babylonis obsidione.

Placuit Dario, & constituit super regnum Satrapas centum viginti, ut essent in toto regno suo. Et super eos, principes tres: ex quibus Daniel unus erat: Dan. VI, 1. Quod eo Daniel loco, honore, magistratuque sit apud Darium, quem a Baltassare proxime obtinuerat; argumento est, non vi capta urbe Darium nunc potitum esse, sed legitima & pacifica successione; ut Daniel adnotavit, cap. v, 31.

Conicitur hoc ipso anno Daniel in lacum leonum; unde mox illæsus educitur. Dan. VI. Et citatur ea historia, 1. Mach. 2, 60.

Tunc Darius rex scripsit universis populis, tribubus, & linguis, habitantibus in universa terra: Pax vobis multiplicetur. A me constitutum est decretum, ut in universo imperio & regno meo, tremiscant & paveant Deum Danielis. Ipse est enim Deus vivens, & æternus in sæcula: & regnum ejus non dissipabitur, & potestas ejus usque in æternum, &c. Dan. VI, 25. Parem propemodum pietatem ac religionem erga Deum in suis edictis præ se ferunt, Assuerus, Darius, Cyrus.

Annus Desolationis Templi, 55. Ante Christum, 532. Olymp. 65.

Daniel mox implendos intelligit LXX. annos captivitatis Babylonicæ. Dan. IX, 1. *In anno primo Darii filii Assueri de semine Medorum, qui imperavit super regnum Chaldæorum*, cum jam antea imperaret super regnum Persidis. *Anno uno regni ejus, ego Daniel intellexi in libris* Jeremiæ, *numerum annorum de quo factus est sermo Domini ad Jeremiam prophetam, ut complerentur desolationis Jerusalem septuaginta anni.* Desolatio ponitur pro vastitate, abductis nempe civibus & incolis terræ Juda in Babyloniam. Annus est hic usque ad Septembrem, LXVIII. ex quo cœpit ista desolatio. Annus *unus* Darii est, ab exeunte Maïo anni superioris, & idem unicus; quod indicari nobis a Daniele videtur, sive cum *anno uno Darii* dixit; sive cum præmonuit natum fuisse annos jam tum sexaginta duos, cum regnum iniret. Intellexit autem Daniel finem captivitatis prope abesse, ex libris Jeremiæ: neque enim libri sacri perierant: habebant illos secum viri pii ac religiosi: & Esdras quidem librum legis Mosi, 2. Esdr. VIII, 1. atque ipse Daniel, Dan. IX, 11, 13.

Hoc anno ante Maii finem, vaticinatur Daniel de LXX. hebdomadibus.

ASTYAGES.

ASTYAGES Darii Medi F. regnat in Babylonia & Perside. Est enim Astyages Medicum nomen; nec nisi unum Darii Medi annum scriptura commemorat. De hoc Astyage dicemus anno sequente.

Susannæ historia hoc anno accidit sub Astyage. Dan. XIII, 1. *Et erat vir habitans in Babylone, & nomen ejus Joakim: & accepit uxorem nomine Susannam*, &c. In ea narratione, quod etymologia ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, & ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι deducitur, non impedit quominus ex Chaldæo translata narratio sit; siquidem in Chaldæo sermone, in quo quæ fuerint harum arborum nomina nescimus, potuit esse similis vocum originatio. Porro *Daniel puer junior*, de quo propheta loquitur in hac historia, alius ab ipso propheta est, qui hæc scriptis prodidit. Geminus ergo Daniel in sacris litteris, æque atque Habacuc geminus, est. Qui certis de causis (quas nunc patefieri hic locus non poscit) unicum fuisse Danielem credi voluerunt, ii ordinem capitum libri Danielis præpostere perverterunt; & quod erat caput quartumdecimum in sacra editione Vulgata, in Græcis suis codicibus primum esse jusserunt; quasi sic melius ordine temporum custodito: quoniam in illo capite XIV. sive in Susannæ historia Daniel puer junior appellatur. At non erat profecto Daniel *puer junior* in Cyri primordiis, quæ extremo illo capite memorantur.

Annus Desolationis Templi 56. Captivitatis Babylonicæ 69. Cyri in Media, 27. Ante Christum 531.

CYRUS, in Babylonia.

CYRUS in Babylonia & Perside.

In extrema Susannæ narratione hæc clausula legitur: *Et rex Astyages appositus est ad patres suos; & suscepit*

CYRUS. in Babylonia.

cepit Cyrus Perses regnum ejus. Denotat autem aperte hæc sententia, si cum exordio conferatur, & cum initio capitis XIV. subsequentis, Astyagen Babyloniorum regem fuisse, Babyloniumque regnum a Cyro susceptum esse post ejus obitum. *Cyrus* porro *Perses* consulto dicitur, ut intelligamus, nihilo magis Astyagen, cujus regnum Cyrus suscepit. Persen fuisse, quam Darium qui utrique præcessit; sed fuisse Cyrum diversæ ab utroque gentis. Astyages igitur *de semine Medorum* pariter ac Darius fuit: cujus possessionem, eo mortuo, Cyrus tutandam regendamque, vice alterius Assueri adhuc pueri, sibi sumpsit. Nam ea vis esse ac proprietas hoc loco videtur verbi *suscepit*. Nihil quippe accuratius in scribendo dici potest, quam quod Darius Medus in regno *successisse*, Cyrus *regnum suscepisse* narratur: nec profecto sine causa in verbo Dei illa vocabulorum observata diversitas est. Cum autem Darii Medi annus unus sive primus tantummodo in sacris litteris memoretur, nullus Astyagis; annum Dario integrum; Astyagi vero menses novem tribui satis visum est. Nec vero aut sacræ litteræ cogunt, aut angustiæ temporum sinunt, laxius eis spatium adsignari.

Fuit autem Daniel usque ad annum primum Cyri regis. Dan. I, 21. & VI, 28. Hoc anno Daniel annum agebat, ut videtur, octogesimum octavum, si nempe duodennis fuit, cum a Nabuchodonosore abductus est in Babyloniam, *anno tertio regis Joakim*, Dan. I. Obiit post annos fere tres: at usque ad annum primum Cyri in aula fuit, & cum potestate. Dan. XIII, 65. & XIV, 1.

Mense Augusto contigit historia sacerdotum Bel. Dan. XIV, 27, 30. *Quod cum audissent Babylonii, indignati sunt vehementer; & congregati adversum regem, dixerunt: Judæus factus est rex.... Et dixerunt, cum venissent ad regem: Trade nobis Danielem...... Et necessitate compulsus tradidit eis Danielem. Qui miserunt eum in lacum leonum: & erat ibi diebus sex..... Erat autem Habacuc propheta in Judæa, & ipse coxerat pulmentum ..... & ibat in campum, ut ferret messoribus:* &c. Gemina enim in Judæa satio, gemina & messis fuit. Sementis prior mense Tisri, sive Septembri & Octobri, ut mos alibi: messis Martio fere exeunte, in Pascha: Levit. XXIII, 10. ut anno Josue primo factum esse perhibetur, Josue III, 15. Sic in Ægypto frumenta sata Novembri incipiente, paulo ante Kal. Apriles falce meti incipiunt, teste Plinio, libro XVIII. sect. 47. Cui suffragatur aperte Moyses ipse, Exod. IX, 31. de grandine, quæ plaga Ægypti quinta, ineunte Februario: *Linum ergo & hordeum læsum est, eo quod hordeum esset virens, & linum jam folliculos germinaret: triticum & far non sunt læsa, quia serotina erant*, hoc est, paulo tardiora; alioquin & ipsa per grandinem lædenda. Altera satio, alteraque *agricultura*, ante Pentecosten, mense Xanthico, ineunte Maio, 2. Mach. XII, 1, 32. Messis altera post *quatuor menses*, Joan. IV, 35. mense sexto Judaico, sive Augusto, De messe ista insignis apud Jeremiam locus est, cap. XL, 5, 9, 10, 12. Ubi *Godoliam, quem rex Babylonis* post incensam Urbem ac dirutum *mense quinto* Templum *præposuerat civitatibus Juda*, reliquiis Judæorum sic loquentem inducit: *Nolite timere habitare in terra, & servire regi Babylonis, & bene erit vobis. Ecce ego habito in Masphath. . . . . Vos autem colligite vindemiam, & MESSEM, & oleum, & condite in vasis vestris.* Subditque Scriptura: *Et collegerunt vinum, & MESSEM MULTAM NIMIS.* Hoc autem fieri ab iis non potuisse nisi mense sexto, & ex ipsa rerum illo anno gestarum, atque hujus ipsius capitis serie colligitur; & ex sequenti adhuc capite evincitur. *Et factum est in mense septimo, venit Ismahel..... & decem viri cum eo ad Godoliam in Masphath..... & interfecerunt eum.... omnes quoque Judæos, qui erant cum Godolia in Masphath: & Chaldæos qui reperti sunt ibi..... Decem autem viri reperti sunt inter eos, qui dixerunt ad Ismahel: Noli occidere nos, quia habemus thesauros in AGRO, frumenti, & hordei, & olei*, utique proxime superiore mense collectos. Gemina igitur hordei & tritici satio, gemina messis in Judæa fuit: hordeacea tamen aliquanto prior: unde & nominatim appellatur *hordeacea* in sacris litteris solet, ut tempus exactius adsignetur. Hac igitur messe secunda venit Habacuc ad Danielem.

Miraculosa liberatio Danielis Cyrum adduxit ad cognitionem & fidem veri Dei, in quem nondum ille, hortante quam libet Daniele, crediderat. Dan. XIV, 4, 5, 17, 23. & Isai. XLV, 4. Verum Dan. XIV, 39. *Venit rex die septimo, ut lugeret Danielem: & venit ad lacum, & introspexit: & ecce Daniel sedens in medio leonum. Et exclamavit voce magna REX, DICENS: MAGNUS ES, DOMINE DEUS DANIELIS...... TUNC REX AIT: PAVEANT OMNES HABITANTES IN UNIVERSA TERRA DEUM DANIELIS, QUIA ipse est Salvator, faciens signa & mirabilia in terra: qui liberavit Danielem de lacu leonum.*

Cyri conversionem consecuta est circiter post tres menses liberatio populi Judaïci, Babylonicæ captivitatis finis, ipsa postea Templi instauratio, & ædificatio sanctæ civitatis: juxta Isaiæ vaticinium, cap. XLIV, 26, 27, 28. & XLV, 13. eliciente a Cyro ea de re edictum Daniele.

Ante Christum.		
530	57	*Annus Urbis conditæ 224.*

REDITUS E CAPTIVITATE BABYLONICA.

Anno autem primo Cyri regis Babylonis, medio fere Decembri anni superioris, *Cyrus rex proposuit edictum, ut domus Dei ædificaretur*. 1. Esdr. V, 13. Cum dicit scriptura annum primum Cyri regis Babylonis, aliud ei fuisse alibi regnandi initium indicat. *In anno primo Cyri regis Persarum, ut compleretur verbum Domini ex ore Jeremiæ, suscitavit Dominus spiritum Cyri regis Persarum*, ut vasa templi restitueret, captivos Judæos relaxaret, templi instaurandi & urbis iterum ædificandæ faceret potestatem, postquam *omnia regna terræ dedit* ei *Dominus Deus cæli*: atque adeo post Babylonem adeptam. 1. Esdr. I, 2.

2. Paralip. XXXVI, 20. *Si quis evaserat gladium* (ante annos 57. in excidio urbis Hierosolymitanæ,) *ductus in Babylonem servivit regi* (Nabuchodonosori) *& FILIIS ejus*, nempe filio & nepoti, *donec imperaret* in Babylone *rex Persarum, & compleretur sermo Domini ex ore Jeremiæ*, (Jerem. XXV, 12. & XXIX, 10.) *& celebraret terra sabbata sua: cunctis enim diebus desolationis egit sabbatum, usque dum complerentur septuaginta anni. Anno autem primo Cyri regis Persarum, ad explendum sermonem Domini, quem locutus fuerat per os Jeremiæ, suscitavit Dominus spiritum Cyri regis Persarum; qui jussit prædicari in universo regno suo, etiam per scripturam, dicens: Hæc dicit Cyrus rex Persarum: Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cæli; & ipse præcepit mihi, ut ædificarem ei domum in Jerusalem, quæ est in Judæa. Quis ex vobis est in omni populo suo? Sit Dominus Deus suus cum eo: & ascendat.* Hæc iisdem prope verbis leguntur initio Esdræ; ex iisdem forte descripta commentariis, quos vidit Esdras.

Annus igitur hic est septuagesimus captivitatis Babylonicæ, a Septembri præcedente inchoatus; quo anno solvendam esse captivitatem, non semel Jeremias prædixerat, ut suis locis ostendimus. *In anno primo Cyri regis Persarum...... Hi sunt provinciæ filii, qui ascenderunt de captivitate, quam transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis in Babylonem, & reversi sunt in Jerusalem, & Judam, unusquisque in civitatem suam.*

Qui

CYRUS in Babylonia. *Qui venerunt cum Zorobabel, Josue, Nehemia, Saraia, Rachelaia, Mardochai*, &c. Mardochæus igitur Estheris patruus, Hierosolymam revertitur, cum Zorobabele & Josue filio Josedec, aliisque: 1. Esdr. 2, 1, 7. & 2. Esdr. VII, 7. ac proinde tota Estheris historia hoc tempus præcessit: præsertim cum etiam Estheris liber jure merito credatur in Canonem receptus ab Esdra, qui huic reversioni interfuit. 2. Esdr. XII, 1. *Hi sunt autem sacerdotes & levitæ, qui ascenderunt cum Zorobabel ..... Saraia. Jeremias, Esdras*, &c. Hierosolymæ reduces circa exeuntem Nisan hujus anni, ex 1. Esdr. III, 8. & VII, 9.

Jamque venerat mensis septimus, (cujus Neomenia Hierosolymis, XVII. Septembris, feria 2.) *& erant filii Israël in civitatibus suis. Congregatus est ergo populus quasi vir unus in Jerusalem. Et surrexit Josue filius Josedec, & fratres ejus sacerdotes; & Zorobabel filius Salathiel, & fratres ejus: & ædificaverunt altare Dei Israël .... A primo die mensis septimi* (quoniam id erat anni novi civilis caput) *cœperunt offerre holocaustum Domino. Porro templum Dei nondum fundatum erat. Dederunt autem pecunias latomis & cæmentariis: cibum quoque, & potum, & oleum, Sidoniis, Tyriisque, ut deferrent ligna cedrina ad mare Joppe. Juxta quod præceperat Cyrus rex Persarum eis.* 1. Esdr. III, 1. Josue, qui summus sacerdos, potuit tunc annum agere quinquagesimum: Zorobabel, vicesimum.

Cyrus jam ab anno superiore exercitum comparat adversus Massagetas. Herod. libro I. pag. 93. Annus hic est Cyri secundus in Babylonia, a Martio mense decurrens.

Annus desolationis Templi 58. Cyri in Media, 29. in Babylonia & Perside, 3. Martio mense iniens: Ante Christum, 529.

Hoc anno fundamenta Templi interioris jacta sunt: sed mox impeditum opus.

Anno autem secundo adventus eorum ad templum Dei in Jerusalem, mense secundo, (cujus Neomenia Hierosolymis, X. Maii, Sabbato:) *cœperunt Zorobabel filius Salathiel, & Josue filius Josedec, & reliqui de fratribus eorum sacerdotes, & levitæ omnes, qui venerant de captivitate in Jerusalem, & constituerunt levitas a viginti annis, & supra, ut urgerent opus Domini.... Fundato igitur a cæmentariis templo Domini, &c.* 1. Esdr. III, 8. 8. Novilunium medium mensis secundi fuit, die IX. Maii, hora 9. 39'. 47. post meridiem feria sexta. Æquinoctium medium, 28. Martii, hora 9. 53'. 31". post meridiem.

Audierunt autem hostes Judæ & Benjamin, quia filii captivitatis ædificarent templum Domino Deo Israël..... Conduxerunt autem adversus eos consiliatores, ut destruerent consilium eorum omnibus diebus Cyri regis Persarum, & usque ad regnum Darii regis Persarum. 1. Esdr. IV, 1.

Anno tertio Cyri regis Persarum, verbum revelatum est Danieli cognomento Baltassar. Dan. X. Visio de resistente principe regni Persarum, & de Michaële principe Judæorum.

Cyrum Tomyris Massagetarum regina obtruncat, cum is regnasset annos XXIX. Herodot. pag. 96. Septimo circiter vel octavo mense anni vicesimi noni obit. Darius Hystaspæ F. tunc agebat annum vicesimum. Herodot. ibidem.

Annus Desolationis Templi 59. Assueri in Babylonia, annus 1. Cambysæ in Media, 1. Ante Christum, 528. Olymp. 66.

Cambysæ in Media annus primus, a Septembri fere vel Octobri anni superioris.

ASSUERUS Esdræ. Assuerus Medus, Astyagis Babyloniæ & Persidis regis F. paternum imperium Cyro mortuo recipit. 1. Esdr. IV, 6. Eo ipso capite ab Esdra post Cyrum commemoratur Assuerus, omisso Cambyse; quoniam non Mediæ principes, sed Babylonios tantum reges spectaret Esdras, ad quos utique liberatio populi Judaïci pertinebat. Nam absque eo esset, regum Persarum historiam nullus profecto sacer scriptor exararet. *Conduxerunt*, inquit, *adversus eos consiliatores, ut destruerent consilium eorum omnibus diebus Cyri regis Persarum, & usque ad regnum Darii regis Persarum. In regno autem ASSUERI in principio regni ejus, scripserunt accusationem adversus habitatores Judæ & Jerusalem. Et in diebus Artaxerxis ..... Tunc intermissum est opus domus Domini in Jerusalem: & non fiebat usque ad annum secundum regni Darii regis Persarum.* Hoc est aperte dicere: Non fiebat in diebus regum, qui fuerunt inter Cyrum & Darium interjecti. Assuerus (quod nomen idem ac Xerxes est,) & Darius, nomina sunt Medorum propria. Dan. IX, 1.

Medis scilicet acceptum referebat imperium Cyrus, & post eum Cambyses. Nam Astyagen priorem Cyaxaris filium, segnem atque inertem principem, deiici e solio per Cyrum affinem suum passus est Assuerus prior, frater Astyagis, ne regnum Mediæ transiret ad Macedonas, hoc est, ad Crœsum; sicuti regnum Persidis ex magna jam parte transierat ad Nabuchodonosorem. Erat enim Cyrus filius Mandanes, quæ filia Astyagis, fratris Assueri Medi prioris fuit. Hinc deinde conjunctæ semper vires fuerunt utriusque imperii, Medorum atque Persarum. Hinc Babylonis regnum semper ad posteros Assueri Medi prioris pertinuit. Cyro extincto, qui tutorem egerat, regnum recepit Assuerus, Astyagis F. Assueri Magni, seu Medi prioris, pronepos. Babylone tamen paulo post rebellante, Darius eamdem cum suis & Artaxerxis copiis expugnavit; servassetque sibi, ut victoriæ partum, nisi post annos sex Artaxerxes Persidem ei cessisset, ut Babyloniam reciperet.

Ante Christum.

527 69 *Annus Sabbaticus. Desolationis templi annus 60.*

526 61 *usque ad mensem Augustum.*

525 62 *Desolationis Templi annus 61.*

ARTAXERXES frater Assueri. ARTAXERXES Assueri frater, Astyagis F. Darii Medi N. Babyloniæ & Persidis rex, præest Babyloniæ. 1 Esdr. IV, 7. quæ regio & ipsa in Perside censebatur a sacris scriptoribus, 2. Machab. I, 19. *Nam cum in Persidem*, (hoc est, in Babyloniam) *ducerentur patres nostri.* Et versu 20. *Cum autem præteriissent anni multi, & placuit Deo ut mitteretur Nehemias a rege Persidis*, Artaxerxe nimirum, qui anno illo capessit imperium. Adde & Dan. XI, 2.

524 63 *Olymp. 67. Urbis conditæ annus 230. Cambysæ Medorum regis, quintus.*

Artaxerxes prohibet urbis ac templi ædificationem. 1. Esdr. IV, 21, 24.

523 64

522 65 Cambyses in Ægyptum expeditionem parat: Amasim mortuum reperit. Psammenitus Amasis F. regnat menses sex. Herod. lib. 3. pag. 182. 166. 187. Hujus expeditionis a Cambyse susceptæ meminit etiam Plinius, libro XXXVI. sect. XIV. n. 2.

521 66 Cambyses redux ab expeditione Ægyptiaca, in oppido Syriæ Ecbatanis moritur, cum regnasset annos septem, menses quinque. Smerdis magus regnat menses septem, qui deerant Cambysæ ad explendum annum octavum. Omne genus liberalitatis ac munificentiæ erga subditos exhibuit; adeo ut omnes Asiaticos magnum illius defuncti desiderium tenuerit, Persis exceptis. Herod. libro III. pag. 213, 214. Non est ille igitur Artaxerxes, qui templi instaurandi facultatem Judæis denegavit.

Babylon rebellat adversus Persas, Cambyse mortuo absque liberis: Artaxerxe in Elymaide posito: quem imparem Babylonii esse persentiebant, ubi suæ expugnandæ, si eam solus obsideret.

Annus Desolationis Templi 67. Darii Hystaspæ F. in Media, 1. Artaxerxis in Perside, 5. Olymp. 68. Ante Christum 520. Annus Sabbaticus.

DARIUS HYSTASPÆ F. & ARTAXERXES. Darius Hystaspæ F. Cyri gener, regnat in Media, a Septembri anni superioris. Imperium dividit in XX. provincias, ac tributa primus singulis imperat. Herod. lib. III. pag. 225. Darius lingua Persica vetere, idem quod ἐρξείης, *Defensor, Propugnator*; teste Herodoto, libro VI. pag. 417.

DARIUS HYSTASPÆ F. & ARTAXERXES.

Annus Desolationis Templi 68. Darii in Media annus 2. Babylone, 1. Artaxerxis in Perside 6. Ante Christum 519.

Babylon iterum capta, a Dario rege, ope Zopyri. Herod. libro III. pag. 255. post annum & menses octo in obsidione consumptos, pag. 250. & seqq. mense Julio.

Hic primus Dario annus, iniens mense Julio, a devicta utique Babylone, in sacris litteris tribuitur. *Rex Assur* appellatus est, 1. Esdr. VI, 22. quoniam & Assyriæ quoque, quæ est vicina Mediæ, imperaret; & Babyloniis; quos etiam Zopyrus apud Herodotum, libro II. nunc Assyrios appellat, nunc Babylonios. Ab hac igitur Babylonis expugnatione Darii anni in sacris litteris computantur: eo quod in annalibus rerum suarum describendis Judæi solius regni Babylonici, a quo pendebant, rationem habuere: minime omnium satagentes, quid in Perside, vel Media gereretur: neque enim id referre, ad sacros scriptores attinebat.

Verum hic locus poscit, ut stemma tamdem exhibeamus regum Medorum atque Persarum, uti ex sacris litteris, atque ex Herodoto digeri oportet. Offuderunt enim huic parti historiæ sacræ tenebras illi ipsi, qui se credi volunt eruditos, præjudicatis occupati opinionibus; quos reges scriptura sacra commemorat, rati eosdem esse, quos profani annalium scriptores prædicant; cum tamen illa Babyloniorum & Persidis dumtaxat reges appellet; istis Mediæ tantum principes noti fuerint; Persidis ac Babyloniæ prorsus ignoti. Nihil profecto planius, nihil explicatius, quam hæc successio Persarum & Medorum est, si ante omnia (ut par est,) sacræ litteræ consulantur: nihil intricatius, aut impeditius e diverso, si (quod factum hactenus ab interpretibus animadvertimus) quæ scriptura de regibus Persidis & Babyloniæ refert, ea ad Mediæ principes referantur, de quibus ne verbulum quidem unum in sacris exstat litteris. Quod perinde est, ac si quis res gestas & nomina regum Francorum Hispaniæ regibus accommodare velit. Hinc vero etiam effectum est, ut nihil incertius hactenus habeatur a multis, quam sacra historia; viliorque sit illa fortassis eo nomine apud minus pios: adeo alios interpretes vident in alias abire sententias, de nominibus regum Persarum, & de ista præcipua sane parte Chronologiæ: Assuerum exempli gratia aliis Cyaxarem esse ponentibus, Cambysen aliis, vel Smerdim magum; aliis Artaxerxem, sive quem Longimanum dixere, sive quem Memoriosum. At ex serie quam proponimus, atque ex nostra Chronologia, uti speramus, Christianus lector intelliget; nullam vel in accuratissimo uno scriptore aliquo narrationem cohærere secum ipsam magis, quam diversi sacrorum librorum auctores inter se, de his regibus Mediæ Persidisque consentiant. Assuerum præterea geminum intelliget non alium esse quam Assuerum; Darium Medum non alium quam Darium Medum; Astyagen, Astyagen; Artaxerxem, Artaxerxem esse; nec alia his ipsis nomina convenire, quam quæ sacræ litteræ eisdem adsignant.

REGES MEDIÆ. — *REGES PERSIDIS, qui postea & Babyloniæ.*

CHODORLAHOMOR rex Elamitarum tempore Abrahæ. Gen. XIV, 1.

Persarum reges deinceps alii, ignoti ante Phraorten.

DEIOCES primus Medorum rex. Herodot.

PHRAORTES Deiocæ F. Persas subegit. Herod. Is est Arphaxad in libro Judith.

CYAXARES Phraortæ F. rex Medorum atque Persarum. Herod.

ASTYAGES Cyaxaris F. rex Medorum atque Persarum. Avus Cyri maternus: decessit absque prole mascula. Herod.

Nabuchodonosor rex Babyloniæ Persidem invadit; obtinetque annis XXIV. Astyage pulso.

ASTYAGES idem in Media sola, pulsus Perside.

ASSUERUS MEDUS, alter Cyaxaris F. de genere Medorum, rex Persidis, mortuo Nabuchodonosore. Dan. IX, 1. Esther 1.

CYRUS Persa Cambysæ F. Mediam Astyagi eripit. Herodot.

DARIUS MEDUS, Assueri F. rex primum Persidis, deinde & Babyloniæ. Dan. V, 31. & IX, 1.

ASTYAGES Darii Medi F. rex Persidis & Babyloniæ. Dan. XIII, 65.

CYRUS Astyage mortuo regnum ejus suscipit. Dan. XIII, 65. Ita rex Medorum, Persarum, & Babyloniorum efficitur. 1. Esdr. IV, 3.

CAMBYSES Cyri F. rex Mediæ, de sanguine Persarum: Syriam primum, deinde & Ægyptum cepit. Herod.

ASSUERUS Astyagis F. rex Persidis & Babyloniæ. 1. Esdr. IV, 6.

DARIUS Hystaspæ P. Cyri gener, rex Mediæ, de genere Persarum & Achæmenidum. Herod.

ARTAXERXES, alter Astyagis F. frater Assueri, rex Persidis & Babyloniæ. 1. Esdr. IV, 24.

Darius idem, junctis cum Artaxerxe copiis Babylonem capit: servatamque annis sex, postea Artaxerxi reddit. Darius hic est, qui appellatur, 1. Esdr. IV, 24. & VI, 14. Agg. 1. Zach. 1. *Darius Persa*, Nehem. XII, 22.

ARTAXERXES iterum, idem qui ante Darium, rex Babylonis.

XERXES Darii F. rex Medorum atque Persarum. Dan. XI, 2.

Reliqui Plinio ignoti, usque ad Darium, quem Alexander vicit.

DARIUS, quem Alexander Macedo vicit. 1. Mach. 1.

SERIES REGUM PERSARUM,

ex Tragædia Æschyli, quæ Persæ *inscribitur.*

Perdifficilis est locus in Tragœdia Æschyli, poëtæ optimi & vetustissimi, ut sunt alii multi, propter Homerum & Hesiodum jam appellatos, Euripides, Sophocles, Pindarus, Aristophanes, Theocritus, Callimachus: quos numquam esse scriptores suppositios suspicati sumus; sed ad veram texendam historiam nihil propemodum argumenti suppeditare diximus: hoc tantum. Testis est autem dicti hujus Æschylus in primis; qui tametsi Xerxis ipsius temporibus æqualis fuit, in recensendis tamen regibus qui Xerxem præcesserunt, sive incertos vulgi rumores secutus, sive fabulosos rerum longe positarum scriptores, nec semel, nec leviter hallucinatus est. In Tragœdia enim, quam *Persas* inscripsit, versu 761. Darium Hystaspidem Xerxis patrem sic loquentem inducit:

Ab illis sane (a consiliariis Xerxis scilicet) *opus peractum est,*
Maximum, semperque memorandum. Urbem hanc Susorum perditam,
Viris vacuam reddidit magis, quam unquam fuit,
Ex quo hunc honorem Juppiter rex præbuit,
Unus vir toti Asiæ ovium altrici
Ut præesset, habens directorium sceptrum.
PRIMUS enim DUX exercitus erat MEDUS.
ALTER ejus filius opus hoc (scilicet Susianum imperium) *stabilivit:*
Prudentia enim animum ejus gubernabat.
TERTIUS ab illo CYRUS, vir fortunatus,
Qui dum imperavit, omnibus pacem constituit amicis,
Lydorumque populum & Phrygum obtinuit,
Totamque Ionum virtute subegit.
Deus enim non invidit: adeo benevolus ei fuit.
QUARTUS Cyri filius deinde rexit exercitum.
QUINTUS vero MARDUS dedecus patriæ

Et

Et antiquo solio. Hunc dolo
Interfecit strenuus Artaphrenes in ædibus,
Cum viris amicis, quibus hoc erat negotium.
SEXTUS autem MARAPHIS; SEPTIMUSque ARTAPHRENES.
Et EGO quidem sortitus sum quam volui sortem,
Multaque debellavi numeroso exercitu.
Sed haud tale malum ingessi huic urbi.
Verum XERXES filius meus, juvenis cum sit, juvenilia sapit, &c.

Quantum ille autem tum ab Herodoto, tum a scriptoribus sacris dissideat, inspiciamus. Nam hæc certe series est regum Medorum Persarumque apud Herodotum:

1 Dejoces, primus Medorum rex, annis LIII.
2 Phraortes Dejocæ F. qui Persas subegit, annis XXII.
3 Cyaxares Phraortæ F. qui Asiam devicit usque ad Cappadociam, annis XL. excepta Babylonica portione, inquit Herodotus: ubi tunc nimirum Nabuchodonosor imperabat.
4 Astyages Cyaxaris F. avus Cyri maternus, annis XXXV.
5 Cyrus.
6 Cambyses.
7 Smerdis magus, quem Darius occidit, ex Herodoto, libro III. sect. LXXVIII. pag. 194.
8 Darius Hystaspæ F.
9. Xerxes Darii F.

A sacris autem libris uno tantum capite dissidet, nempe quod cum principes numeret, qui Susis potiti fuerunt, quorum nemo unus tantum damni, inquit, ei civitati, quantum Xerxes, intulit; primum Susis principem collocat eum, qui primus Asiam totam obtinuit. At ex Herodoto, qui primus obtinuit Asiam, Cyaxares est: ex sacris libris: qui primus Susis sedem posuit, Assuerus est Cyaxaris F. ut subjecta Tabula edocebit.

MEDI & PERSÆ

reges a Cyaxare.

Cyaxares. Herodot. Hic toti Asiæ superiori primus præfuit, quam devicit usque ad Cappadociam. Hic Herodotus a seipso dissidet, cum libro I. sect. CXXX. pag. 56. Medos ait usque ad Cyri initia, usque ad Halyn Cappadociæ amnem regnasse annis CLVI. A Dejoce enim sunt anni tantum CLI. nec ipse aut filius ejus Phraortes usque ad Halyn imperium promovit. At Æschylus Susis eum regnasse idcirco censuit, quia Xerxes, nonus (ut numerat post Cyaxarem rex, sub cujus principatu scribebat, Susis potiebatur. Assuerum Cyaxarem esse non posse superius ostendimus ad annum ante Christum 562. Tamen ex Cyaxare & Assuero filio conflare unum principem Æschylus videtur, cum primum Susis regnasse eum ponit, qui primus Asiam superiorem obtinuit. Alioquin egregie ei cum sacra Scriptura convenit, quæ, pariter tertium Susis principem Cyrum ponit: & primum, ut Æschylus, Medum; secundum, Medi filium.

Astyages. Herodot. Si hunc Æschylus secundum regum intellexit, certe cum prudentia insignem eumdem fuisse refert, pugnat cum Herodoto, qui acerbum eum in Medos fuisse narrat, lib. I. num. CXXIII. pag. 53. At Assuerum fratrem commendant a prudentia libri sacri.

1 Assuerus MEDUS, qui Elymaidem, & Susianen, & Persidem recepit, ut diximus, pulso Nabuchodonosore. *Hic regnavit ab India usque Æthiopiam, super centum viginti provincias*, Esther I, I. Hoc est dicere, in meridionali Persidis tractu regnasse eum, & regionibus maritimis fere dumtaxat, ab India usque ad Arabicam Æthiopiam. Quos vero Cyri decessores ac successores commemorant profani scriptores, ii potissimum in Media & regionibus ad Boream vergentibus imperarunt. Ea causa est, cur alios sacri scriptores, alios profani dynastas exhibeant. *Quando sedit in solio regni sui, SUSAN civitas regni ejus exordium fuit;* Esther I, 2. Hoc est, Ipse est, qui quando imperium capessivit, ipso statim initio regni sui, sedem primariam imperii sui Susis constituit: atque adeo primus regum id fecit. Nam quod a Plinio dicitur, libro VI. pag. 717. & 718. *Vetus regia Persarum Susa a Dario Hystaspis filio condita*, cinctam ab eo muris fuisse intelligit; ut cum libro VII. sect. XXX. Alexandrum Magnum dicit *Aristotelis Philosophi patriam condidisse.* Regnavit Assuerus annis XVI. Cœpit anno Astyagis XXX. Ejus mentio etiam habetur Dan. IX, I. Idem Persice Artaxerxes, Esther XI. qui Medorum lingua Assuerus.

Cyrus Astyagem avum maternum pellit e Media, & ibi regnat. Herodot.

3 Cyrus Susis potitur annis vitæ suæ quatuor supremis: accepta ea civitate a Dario, pro locata seu commodata opera ad Babylonem expugnandam. Hanc deinde ad successores suos hereditario jure Cyrus transmisit.

Cyrus Babylonem ipsam invadit Astyage mortuo. Dan. XIII, 65. annis tribus.

2 Darius Medus, Assueri Medi F. Dan. V, 31. & IX, I. Regnat in Perside & Susiane, annis XIV. Babylone præterea anno uno. Cœpit anno Cyri in Media undecimo. Babylone, anno Cyri in Media XXV. Cedit tunc Cyro Susis pro Babylone, in qua expugnanda Cyrus Darium juverat, anno regni sui in Media XXI.

Astyages, Darii Medi F. Regnat Babylone, & in Elymaide ac Perside, & anno uno tantum: at non in Susiane: nec Susis sedem habuit, sed Babylone, ut constat ex Dan. XIII, 65.

Cambyses Cyri F. in Media & Susiane. De eo nihil prodiderunt sacri scriptores, quia nihil ei juris in Babyloniam fuit.

Mardus. Maraphis. Artaphrenes. } Ab Æschylo ex falsis rumoribus positi, pro Smerdi mago.

Assuerus Medus, I. Esdr. IV, 6. Astyagis F. regnat in Babylonia, & Elymaide, quæ Persidi in ora jungitur, infra Eulæum amnem, ut recte Plinius hæc loca describit, libro VI. pag. 718. & 719.

Artaxerxes Assueri frater, I. Esdr. VI, 7. regnat Darii temporibus, ut diximus, in Babylonia & Elymaide tantum.

Darius

Darius Hystaspæ F. } In Media & Susiane regnant.
Xerxes Darii F.

Herodotus solum Smerdim magum inter Cambysen & Darium interserit. Itaque mire perturbat hic omnia Æschylus, cum ex Darii fratre regem facit Persarum ante Darium, eumdemque interfectorem magi Smerdis; & cum ceteris omnibus scriptoribus incognitum huic etiam præponit Maraphin: quod loci potius quam viri nomen videri forte possit, siquidem Amasin ἄνδρα Μαράφιον, Ægyptiarum copiarum ducem, habet Herodotus, Darii Hystaspidæ temporibus, libro IV. sect. CLXVII. pag. 279.

Annus Desolationis Templi 69. Darii in Media, 3. in Babylonia, 2. Ante Christum, 518.

Annus hic secundus Darii regis Babyloniorum est in sacris litteris: 1. Esdr. IV, 5, 24. & cap. V, 1. a mense Julio. Rex Persarum nihilominus promiscue appellatur; quoniam Babylonia in Perside censebatur, ut diximus: sicut ipse Cyrus nunc Persarum, nunc rex Babylonis vocatur. Et Persarum præterea rex, quoniam ipse genere Persa, maximam haberet ex ea gente nobilitatis partem in comitatu.

Anni pariter Darii numerantur in scriptura sacra ii dumtaxat, quos in expugnata a se Babylone exegit: quem morem & in Cyro servarunt sacri scriptores; quoniam (ut diximus) ad Babylonios reges spectaret liberatio populi Judaici: de regno Mediæ nihil admodum Judæi curarent.

Ad Templi instaurationem hortantur prophetæ, Zacharias & Aggæus. Agg. 1. *In anno secundo Darii regis, in mense sexto, in die una mensis*, (hoc est, prima mensis,) *factum est verbum Domini in manu Aggæi prophetæ, ad Zorobabel filium Salathiel Ducem Juda, & ad Jesum filium Josedec sacerdotem magnum.* Zach. 1. *In mense octavo, in anno secundo Darii regis, factum est verbum Domini ad Zachariam, filium Barachiæ, filii Addo, prophetam.* Ipse est, cujus necem Judæis Christus exprobrat, Matth. XXIII, 35.

Aggæi 1, 14. *Et suscitavit Dominus spiritum Zorobabel filii Salathiel, Ducis Juda: & spiritum Jesu filii Josedec sacerdotis magni: & spiritum reliquorum de omni populo: & ingressi sunt, & faciebant opus in domo Domini exercituum Dei sui.* Agg. 2, 1. *In die vigesima & quarta mensis, in sexto mense, in anno secundo Darii regis.*

1. Esdr. V, 1. *Prophetaverunt autem Aggæus propheta, & Zacharias filius Addo, prophetantes ad Judæos qui erant in Judæa & Jerusalem, in nomine Dei Israël. Tunc surrexerunt Zorobabel filius Salathiel, & Josue filius Josedec, & cœperunt ædificare templum Dei in Jerusalem, & cum eis prophetæ Dei adjuvantes eos.*

Conantibus autem opus impedire ducibus in Samaria constitutis, placuit ut res ad Darium referretur: scriptum est ad Darium regem Persarum. 1. Esdr. VI, 1. *Tunc Darius rex præcepit, & recensuerunt in bibliotheca librorum, qui erant repositi in Babylone, & inventum est in Ecbatanis..... volumen unum: talisque scriptusque erat in eo commentarius. Anno primo Cyri regis, Cyrus rex decrevit, ut domus Dei ædificaretur, quæ est in Jerusalem.... Nunc ergo..... dimittite fieri templum Dei illud a Duce Judæorum* Zorobabele *& a senioribus eorum.... Studiose sumptus dentur viris illis, ne impediatur opus..... Et offerant oblationes Deo cœli, orentque pro vita regis, & filiorum ejus,* Xerxis, & fratrum ejus. *Ego Darius statui decretum, quod studiose impleri volo.* Duo sunt hoc loco inprimis notanda. Primum est, bibliothecam Cyri regis, anno primo ipsius regni Babylonici, non Susis in Perside, sed Ecbatanis in Media fuisse. Alterum, pietatem Darii erga Deum cæli, parem ei esse, quam Assuerus Estheris, & Darius Medus, & Cyrus præ se tulerunt, & postea Artaxerxes. Decretum autem illud Darii, vel sub hujus anni finem scriptum est, vel sub initium subsequentis.

1. Esdr. XI, 14. *Seniores autem Judæorum ædificabant, & prosperabantur, juxta prophetiam Aggæi prophetæ, & Zachariæ filii Addo: & ædificaverunt, & construxerunt, jubente Deo Israël, & jubente Cyro, & DARIO, & ARTAXERXE, REGIBUS PERSARUM.* Ut Cyrus ante Darium, ita Darius ante Artaxerxem; & Artaxerxes ille tamen anno Darii secundo rex Persarum. Id vero cum in serie regum Persarum, qualis a profanis scriptoribus texitur, non occurrat: quisquamne dubitabit, vir optimæ fidei, Artaxerxem illum, Dario æqualem, regemque cum illo Persarum, eum esse quem ponimus; aliumque ab his, quibus & Longimani & Memoriosi cognomina indiderunt; quorum ætas plurimis hinc distat annis?

Darius ergo simul & Artaxerxes facultatem Judæis tribuunt templi ædificandi. 1. Esdr. VI, 14. *Et ædificaverunt, & construxerunt, jubente Deo Israël, & jubente Cyro,* (cujus edictum utique confirmatum a Dario est:) *& Dario, & Artaxerxe regibus Persarum.* Duo istic *reges Persarum*, ut apud Jeremiam cap. LI, 11. duos *reges Medorum* superius vidimus. Nam Darius Persa Medis, Medus Artaxerxes Persis imperabat. Artaxerxes autem nominatur post Darium; quoniam videlicet reluctantem atque aversum annis prioribus, nunc eum in suam sententiam Darius, heres regni ac pietatis Cyri, pertraxisset, benevolumque reddidisset genti Judæorum; & quod erat Darius ætate provectior; & quod ille demum Babylonem tunc obtineret. Hic vero apparet neque hunc esse Darium Nothum, qui Artaxerxi Longimano successisse fertur; neque Artaxerxem Longimanum posse hoc loco intelligi: siquidem neque Darius vivus inter duos mortuos collocaretur; nec filius præponeretur patri, aut mortuo vivus. Nec vero etiam Artaxerxem, quem Mnemona appellavere, ullo argumento suadebitur, jam anno patris secundo regem Persarum fuisse; aut Artaxerxem (ut vocant) Longimanum, eodem secundo Darii anno. Non igitur hic alius aut Darius, quam Hystaspæ filius; aut Artaxerxes, quam Persidis & Babyloniæ rex ille, quem dicimus.

Arta, vel *Arta* Persice magnum sonat: Xerxes Ἀρξίην, *bellatorem*: unde Artaxerxes, *μέγας ἀρήϊος*, *magnus bellator* est, teste Herodoto, libro VI. pag. 417.

Darii autem solius meminit Herodotus; eo quod Persæ, Medive, a quibus hæc didicit, solum ei Cyrum Persam atque ejus posteros venditarent, posthabitis neglectisque principibus Babylonii.

Conspectis interioris templi fundamentis, quæ jacta fuerant sub Cyro, & aliis templi exterioris, quæ præsenti anno jaciebantur; iis qui prius templum conspexerant, forma templi longe inferior ac minor præcedente apparet. Aggæi cap. 2, 1. *In die vigesima & quarta mensis, sexto mense in anno secundo Darii regis. In septimo mense, vigesima & prima mensis, factum est verbum Domini in manu Aggæi prophetæ, dicens: Loquere ad Zorobabel filium Salathiel ducem Juda, & ad Jesum filium Josedec, sacerdotem magnum, & ad reliquos populi, dicens: Quis in vobis est derelictus, qui vidit domum istam in gloria sua prima: & quid vos videtis hanc nunc? Numquid non ita est, quasi non sit in oculis vestris?..... Confortare omnis populus terræ. Adhuc unum modicum est, & ego commovebo cælum, & terram, & mare, & aridam: & movebo omnes gentes: ET VENIET DESIDERATUS CUNCTIS GENTIBUS: & implebo domum istam gloria, dicit Dominus exercituum.* Aperta prædic-

tio

tio est venturi Messiæ, stante hoc secundo templo: quæ est falsa prorsus, (quod impium est vel suspicari,) si hoc everso aliud posterius est ab Herode superstructum; nec domus hæc *novissima* est, ut Aggæus profitetur, cap. 2, 10. si alia deinceps ei successit, ut Josephus comminiscitur, libro XV. Antiq. cap. XIV. Sic porro flevere anno Cyri secundo, ante annos duodecim, ii, qui fundamenta hujusce templi cernebant longe inferiora prioribus: ut dicitur 1. Esdr. III, 12. *Fundato a cæmentariis templo Domini.... plurimi de sacerdotibus & levitis, & principes patrum, & seniores, qui viderant templum prius cum fundatum esset, & hoc templum in oculis eorum, flebant voce magna.* Quod si sub Dario Notho (ut appellant) contigerunt ea, quæ de Darii temporibus narrat Esdras, ut Scaliger & alii volunt; *plurimos* oportet *de sacerdotibus & levitis*, & de plebe, annos tunc ætatis habuisse amplius CLXXX. Esdram ducentos. Ab iisdem enim templum esse perficiendum Zacharias admonet, jubente Deo, a quibus cœptum est ædificari sub Cyro.

Mense Decembri, fundamenta templi, quæ sub Cyro jacta fuerant, instaurantur. Agg. 2, 19. *Ponite corda vestra ex die ista, & in futurum, a die vigesima & quarta noni mensis: a die qua fundamenta jacta sunt templi Domini.*

Eadem ipsa die Zorobabeli Messias promittitur ex ipsius stirpe nasciturus. *Et factum est verbum Domini secundo ad Aggæum, in vigesima & quarta mensis, dicens: Ego movebo cælum pariter & terram...... In die illa, dicit Dominus exercituum, assumam te, Zorobabel fili Salathiel, serve meus, dicit Dominus: & ponam te quasi signaculum, quia te elegi, dicit Dominus exercituum.* Agg. 2, 21.

Annus Darii in Media, 4. Babylone, 3. iniens mense Julio: Desolationis Templi, 70. Ante Christum, 517.

Hic annus desolationis Templi septuagesimus est ab Augusto mense anni superioris. Zach. 1, 7, 12. *In die vigesima & quarta undecimi mensis Sabath, in anno secundo Darii, factum est verbum Domini ad Zachariam filium Barachiæ.... Et respondit Angelus Domini, & dixit: Domine exercituum, usquequo tu non misereberis Jerusalem, & urbium Juda, quibus iratus es? ISTE JAM SEPTUAGESIMUS ANNUS EST:* ex quo; diruta nempe mœnia Jerusalem, & urbium Juda, quibus iratus est Dominus.

Ante Christum.	Darii	
516	5.4.	*Annus Darii in Media, 5. usque ad Septembrem: Babylone, 4. iniens mense Julio. Olymp. 69.*
		Zach. VII, 1. *In anno quarto Darii regis, factum est verbum Domini ad Zachariam, in quarta mensis noni, qui est Casleu.*
515	Darii 6.5.	*Annus Darii 6. & 5.*
		Malachiam prophetam e veteribus alii ipsum esse Esdram affirmant, negant alii multo verius. Ultimus prophetarum est veteris Testamenti.
514	Darii 7.6.	*Annus Darii 7. & 6.* V.C. 240.
513	Darii 8.7.	*Annus Darii in Media 8. Artaxerxis Babylone, 6. iniens mense Julio. Annus Sabbaticus.*

Ultimo anni Judaïci mense, seu Martio fere Juliano ineunte, Templum Domini novum dedicatum est. 1. Esdr. VI, 15. *Et compleverunt domum Dei istam, usque ad diem tertium mensis Adar, qui est annus sextus Darii regis. Fecerunt autem filii Israel, sacerdotes, & levitæ, & reliqui filiorum transmigrationis, Pascha quartadecima die mensis primi.*

Ultra annum sextum Darii, qui ante Julium hujus anni desiit, sacræ litteræ non amplius illius meminerunt; quamvis ille tamen annos sex & triginta regnarit. Idcirco autem nulla deinceps facta est Darii mentio, quod ille anno isto, circa mensem Julium, Babyloniam Artaxerxi cessit: ad quem proinde deinceps Judæorum negotia pertinerent. Inde post annum Darii sextum cap. VI. ab Esdra commemoratum, ipso statim initio capitis sequentis fit regni Artaxerxis mentio: qui Babylonia recepta, Persidem vicissim cessit Dario.

Artaxerxis sextus hic annus censetur in sacris litteris, annis quinque scilicet computatis, quibus ante Darium rex Babyloniæ fuerat: usque ad rebellionem Babyloniorum. Nam sacri scriptores (ut sæpe monuimus) in his regibus annos tantum computant, quibus Babyloniæ præfuere: eo quod ex Babyloniæ regum arbitrio Judæorum Reipublicæ incolumitas ac libertas ipsa penderet.

Qui sacerdotes fuerint temporibus hujusce Darii, scriptum esse in libro Verborum dierum qui excidit, auctor est Nehemias cap. XII, 22, 23. *Sacerdotes in regno Darii Persæ:* quæ verba de altero Dario, atque etiam de eo quem Alexander vicit, quidam perperam accepere.

Ante Christum.	Artaxerxis.	
512	7.	*Annus Artaxerxis Babylone, 7. iniens mense Julio: Olymp. 70.*

1. Esdr. VII, 5. *Post hæc autem verba*, post annum elapsum, *in regno Artaxerxis regis Persarum, Esdras filius Saraïæ..... ascendit de Babylone...... in Jerusalem, mense quinto: ipse est annus septimus regis. Quia in die primo mensis primi, cœpit ascendere de Babylone; & in die primo mensis quinti, venit in Jerusalem..... Hoc est autem exemplar edicti, quod dedit rex Artaxerxes Esdræ sacerdoti, scribæ erudito. Artaxerxes Rex regum Esdræ sacerdoti, scribæ legis Dei doctissimo salutem.* Mittitur Esdras Hierosolymam, legem docturus. Et cap. VIII, 1. *Hi sunt ergo principes familiarum, & genealogia eorum, qui ascenderunt mecum in regno Artaxerxis regis de Babylone.* Saraïas Esdræ pater, ipse est qui sub Cyro, ante annos XIX. redierat Hierosolymam de captivitate. 1. Esdr. 2, 2. Artaxerxes illo capite VII. rex Persarum dicitur; tum quia nuperrime rex Persidis fuit; tum quia Babylonia in Perside. Perspicue vero hinc liquet, hunc Artaxerxem, cujus annus septimus incidit in annum a Saraïæ & Esdræ reditu sub Cyro decimum nonum, eum esse, qui & cum Dario Hystaspæ F. regnabat; 1. Esdr. VI, 14. & sextum imperii annum habuit, post sextum Darii; septimum vero, hoc anno: 1. Esdr. VI, 15. & VII, 1. nec proinde illum esse posse vel Artaxerxem Longimanum, vel Memoriosum. De titulo autem Regis Regum, quo Artaxerxes hic utitur; dicemus inferius, ad annum æræ Græcorum 186.

Plinius, libro XXXIII. sect. XXIV. *Hominum primus & auream statuam & solidam Gorgias Leontinus Delphis in templo sibi posuit, LXX. circiter Olympiade.*

Hoc anno & consequentibus, atrium Templi geminum, interius, exteriusque, ædificatum est, cum gazophylacio, sive uno, (cujus mentio primum occurrit, post templum restitutum, 2. Esdr. X.) sive ut olim, pluribus.

511	10	Darii annus in Media decimus, usque ad Septembrem.
510	11	*Annus Urbis conditæ* 245. Artaxerxis Babylone, annus 10. iniens mense Julio.
509	12	

DARIUS HYSTASP. & ARTAXERXES.

Darius Hystaspæ F. }
| } In Media & Susiane regnant.
Xerxes Darii F. }

Herodotus solum Smerdim magum inter Cambysen & Darium interserit. Itáque mire perturbat hic omnia Æschylus, cum ex Darii fratre regem facit Persarum ante Darium, eumdemque interfectorem magi Smerdis; & cum ceteris omnibus scriptoribus incognitum huic etiam præponit Maraphin: quod loci potius quam viri nomen videri forte possit, siquidem Amasin ἄνδρα Μαράφιον, Ægyptiarum copiarum ducem, habet Herodotus, Darii Hystaspidæ temporibus, libro IV. sect. CLXVII. pag. 279.

DARIUS HYSTASP. & ARTAXERXES.

Annus Desolationis Templi 69. Darii in Media, 3. in Babylonia, 2. Ante Christum, 518.

Annus hic secundus Darii regis Babyloniorum est in sacris litteris: 1. Esdr. IV, 5, 24. & cap. V, 1. a mense Julio. Rex Persarum nihilominus promiscue appellatur; quoniam Babylonia in Perside censebatur, ut diximus: sicut ipse Cyrus nunc Persarum, nunc rex Babylonis vocatur. Et Persarum præterea rex, quoniam ipse genere Persa, maximam haberet ex ea gente nobilitatis partem in comitatu.

Anni pariter Darii numerantur in scriptura sacra ii dumtaxat, quos in expugnata a se Babylone exegit: quem morem & in Cyro servarunt sacri scriptores; quoniam (ut diximus) ad Babylonios reges spectaret liberatio populi Judaici: de regno Mediæ nihil admodum Judæi curarent.

Ad Templi instaurationem hortantur prophetæ, Zacharias & Aggæus. Agg. 1. *In anno secundo Darii regis, in mense sexto, in die una mensis,* (hoc est, prima mensis,) *factum est verbum Domini in manu Aggæi prophetæ, ad Zorobabel filium Salathiel Ducem Juda, & ad Jesum filium Josedec sacerdotem magnum.* Zach. 1. *In mense octavo, in anno secundo Darii regis, factum est verbum Domini ad Zachariam, filium Barachiæ, filii Addo, prophetam.* Ipse est, cujus necem Judæis Christus exprobrat, Matth. XXIII, 35.

Aggæi 1, 14. *Et suscitavit Dominus spiritum Zorobabel filii Salathiel, Ducis Juda: & spiritum Jesu filii Josedec sacerdotis magni: & spiritum reliquorum de omni populo: & ingressi sunt, & faciebant opus in domo Domini exercituum Dei sui.* Agg. 2, 1. *In die vigesima & quarta mensis, in sexto mense, in anno secundo Darii regis.*

1. Esdr. V, 1. *Prophetaverunt autem Aggæus propheta, & Zacharias filius Addo, prophetantes ad Judæos qui erant in Judæa & Jerusalem, in nomine Dei Israël. Tunc surrexerunt Zorobabel filius Salathiel, & Josue filius Josedec, & cœperunt ædificare templum Dei in Jerusalem, & cum eis prophetæ Dei adjuvantes eos.*

Conantibus autem opus impedire ducibus in Samaria constitutis, placuit ut res ad Darium referretur: scriptum est ad Darium regem Persarum. 1. Esdr. VI, 1. *Tunc Darius rex præcepit, & recensuerunt in bibliotheca librorum, qui erant repositi in Babylone, & inventum est in Ecbatanis..... volumen unum: talisque scriptusque erat in eo commentarius. Anno primo Cyri regis, Cyrus rex decrevit, ut domus Dei ædificaretur, quæ est in Jerusalem.... Nunc ergo..... dimittite fieri templum Dei illud a Duce Judæorum Zorobabele & a senioribus eorum.... Studiose sumptus dentur viris illis, ne impediatur opus..... Et offerant oblationes Deo cœli, orentque pro vita regis, & filiorum ejus,* Xerxis, & fratrum ejus. *Ego Darius statui decretum, quod studiose impleri volo.* Duo sunt hoc loco inprimis notanda. Primum est, bibliothecam Cyri regis, anno primo ipsius regni Babylonici, non Susis in Perside, sed Ecbatanis in Media fuisse. Alterum, pietatem Darii erga Deum cæli, parem ei esse, quam Assuerus Estheris, & Darius Medus, & Cyrus præ se tulerunt, & postea Artaxerxes. Decretum autem illud Darii, vel sub hujus anni finem scriptum est, vel sub initium subsequentis.

1. Esdr. VI, 14. *Seniores autem Judæorum ædificabant, & prosperabantur, juxta prophetiam Aggæi prophetæ, & Zachariæ filii Addo: & ædificaverunt, jubente Deo Israël, & jubente Cyro, & DARIO, & ARTAXERXE, REGIBUS PERSARUM.* Ut Cyrus ante Darium, ita Darius ante Artaxerxem; & Artaxerxes ille tamen anno Darii secundo rex Persarum. Id vero cum in serie regum Persarum, qualis a profanis scriptoribus texitur, non occurrat: quisquamne dubitabit, vir optimæ fidei, Artaxerxem illum, Dario æqualem, regemque cum illo Persarum, cum esse quem ponimus; aliumque ab his, quibus & Longimani & Memoriosi cognomina indiderunt; quorum ætas plurimis hinc distat annis?

DARIUS HYSTASP. & ARTAXERXES.

Darius ergo simul & Artaxerxes facultatem Judæis tribuunt templi ædificandi. 1. Esdr. VI, 14. *Et ædificaverunt, & construxerunt, jubente Deo Israël, & jubente Cyro,* (cujus edictum utique confirmatum a Dario est:) *& Dario, & Artaxerxe regibus Persarum.* Duo istic *reges Persarum*, ut apud Jeremiam cap. LI, 11. duos *reges Medorum* superius vidimus. Nam Darius Persa Medis, Medus Artaxerxes Persis imperabat. Artaxerxes autem nominatur post Darium; quoniam videlicet reluctantem atque aversum annis prioribus, nunc eum in suam sententiam Darius, heres regni ac pietatis Cyri, pertraxisset, benevolumque reddidisset genti Judæorum; & quod erat Darius ætate provectior; & quod ille demum Babylonem tunc obtineret. Hic vero apparet neque hunc esse Darium Nothum, qui Artaxerxi Longimano successisse fertur; neque Artaxerxem Longimanum posse hoc loco intelligi: siquidem neque Darius vivus inter duos mortuos collocaretur; nec filius præponeretur patri, aut mortuo vivus. Nec vero etiam Artaxerxem, quem Mnemona appellavere, ullo argumento suadebitur, jam anno patris secundo regem Persarum fuisse; aut Artaxerxem (ut vocant) Longimanum, eodem secundo Darii anno. Non igitur hic alius aut Darius, quam Hystaspæ filius; aut Artaxerxes, quam Persidis & Babyloniæ rex ille, quem dicimus.

Arta, vel *Arta* Persice magnum sonat: Xerxes Ἀρήιος, *bellatorem*: unde Artaxerxes, μέγας ἀρήιος, *magnus bellator* est, teste Herodoto, libro VI. pag. 417.

Darii autem solius meminit Herodotus; eo quod Persæ, Medive, a quibus hæc didicit, solum ei Cyrum Persam atque ejus posteros venditarent, posthabitis neglectisque principibus Babyloniis.

Conspectis interioris templi fundamentis, quæ jacta fuerant sub Cyro, & aliis templi exterioris, quæ præsenti anno jaciebantur; iis qui prius templum conspexerant, forma templi longe inferior ac minor præcedente apparet. Aggæi cap. 2, 1. *In die vigesima & quarta mensis, sexto mense in anno secundo Darii regis. In septimo mense, vigesima & prima mensis, factum est verbum Domini in manu Aggæi prophetæ, dicens: Loquere ad Zorobabel filium Salathiel ducem Juda, & ad Jesum filium Josedec, sacerdotem magnum, & ad reliquos populi, dicens: Quis in vobis est derelictus, qui vidit domum istam in gloria sua prima: & quid vos videtis hanc nunc? Numquid non ita est, quasi non sit in oculis vestris?..... Confortare omnis populus terræ. Adhuc unum modicum est, & ego commovebo cælum, & terram, & mare, & aridam: & movebo omnes gentes: ET VENIET DESIDERATUS CUNCTIS GENTIBUS: & implebo domum istam gloria, dicit Dominus exercituum.* Aperta prædictio

tio est venturi Messiæ, stante hoc secundo templo: quæ est falsa prorsus, (quod impium est vel suspicari,) si hoc everso aliud posterius est ab Herode superstructum; nec domus hæc *novissima* est, ut Aggæus profitetur, cap. 2, 10. si alia deinceps ei successit, ut Josephus comminiscitur, libro XV. Antiq. cap. XIV. Sic porro flevere anno Cyri secundo, ante annos duodecim, ii, qui fundamenta hujusce templi cernebant longe inferiora prioribus: ut dicitur 1. Esdr. III, 12. *Fundato a cæmentariis templo Domini.... plurimi de sacerdotibus & levitis, & principes patrum, & seniores, qui viderant templum prius cum fundatum esset, & hoc templum in oculis eorum, flebant voce magna.* Quod si sub Dario Notho (ut appellant) contigerunt ea, quæ de Darii temporibus narrat Esdras, ut Scaliger & alii volunt; *plurimos* oportet *de sacerdotibus & levitis*, & de plebe, annos tunc ætatis habuisse amplius CLXXX. Esdram ducentos. Ab iisdem enim templum esse perficiendum Zacharias admonet, jubente Deo, a quibus cœptum est ædificari sub Cyro.

Mense Decembri, fundamenta templi, quæ sub Cyro jacta fuerant, instaurantur. Agg. 2, 19. *Ponite corda vestra ex die ista, & in futurum, a die vigesima & quarta noni mensis: a die qua fundamenta jacta sunt templi Domini.*

Eadem ipsa die Zorobabeli Messias promittitur ex ipsius stirpe nasciturus. *Et factum est verbum Domini secundo ad Aggæum, in vigesima & quarta mensis, dicens: Ego movebo cælum pariter & terram...... In die illa, dicit Dominus exercituum, assumam te, Zorobabel fili Salathiel, serve meus, dicit Dominus: & ponam te quasi signaculum, quia te elegi, dicit Dominus exercituum.* Agg. 2, 21.

Annus Darii in Media, 4. Babylone, 3. iniens mense Julio: Desolationis Templi, 70. Ante Christum, 517.

Hic annus desolationis Templi septuagesimus est ab Augusto mense anni superioris. Zach. 1, 7, 12. *In die vigesima & quarta undecimi mensis Sabath, in anno secundo Darii, factum est verbum Domini ad Zachariam filium Barachiæ.... Et respondit Angelus Domini, & dixit: Domine exercituum, usquequo tu non misereberis Jerusalem, & urbium Juda, quibus iratus es? ISTE JAM SEPTUAGESIMUS ANNUS EST:* ex quo, diruta nempe mœnia Jerusalem, & urbium Juda, quibus iratus est Dominus.

Ante Christum. | *Darii*

516 | 5.4. *Annus Darii in Media, 5. usque ad Septembrem: Babylone, 4. iniens mense Julio. Olymp. 69.*

Zach. VII, 1. *In anno quarto Darii regis, factum est verbum Domini ad Zachariam, in quarta mensis noni, qui est Casleu.*

515 | *Darii* 6.5 *Annus Darii 6. & 5.*

Malachiam prophetam e veteribus alii ipsum esse Esdram affirmant, negant alii multo verius. Ultimus prophetarum est veteris Testamenti.

514 | *Darii* 7.6. *Annus Darii 7. & 6. V.C. 240.*

513 | *Darii* 8.7. *Annus Darii in Media 8. Artaxerxis Babylone, 6. iniens mense Julio. Annus Sabbaticus.*

Ultimo anni Judaïci mense, seu Martio fere Juliano ineunte, Templum Domini novum dedicatum est. 1. Esdr. VI, 15. *Et compleverunt domum Dei istam, usque ad diem tertium mensis Adar, qui est annus sextus Darii regis. Fecerunt autem filii Israël, sacerdotes, & levitæ, & reliqui filiorum transmigrationis, Pascha quartadecima die mensis primi.*

Ultra annum sextum Darii, qui ante Julium hujus anni desiit, sacræ litteræ non amplius illius meminerunt; quamvis ille tamen annos sex & triginta regnarit. Idcirco autem nulla deinceps facta est Darii mentio, quod ille anno isto, circa mensem Julium, Babyloniam Artaxerxi cessit: ad quem proinde deinceps Judæorum negotia pertinerent. Inde post annum Darii sextum cap. VI. ab Esdra commemoratum, ipso statim initio capitis sequentis fit regni Artaxerxis mentio: qui Babylonia recepta, Persidem vicissim cessit Dario.

Artaxerxis sextus hic annus censetur in sacris litteris, annis quinque scilicet computatis, quibus ante Darium rex Babyloniæ fuerat: usque ad rebellionem Babyloniorum. Nam sacri scriptores (ut sæpe monuimus) in his regibus annos tantum computant, quibus Babyloniæ præfuere: eo quod ex Babyloniæ regum arbitrio Judæorum Reipublicæ incolumitas ac libertas ipsa penderet.

Qui sacerdotes fuerint temporibus hujusce Darii, scriptum esse in libro Verborum dierum qui excidit, auctor est Nehemias cap. XII, 22, 23. *Sacerdotes in regno Darii Persæ:* quæ verba de altero Dario, atque etiam de eo quem Alexander vicit, quidam perperam accepere.

Ante Christum. | *Artaxerxis.*

512 | 7. *Annus Artaxerxis Babylone, 7. iniens mense Julio: Olymp. 70.*

1. Esdr. VII, 5. *Post hæc autem verba,* post annum elapsum, *in regno Artaxerxis regis Persarum, Esdras filius Saraiæ..... ascendit de Babylone...... in Jerusalem, mense quinto: ipse est annus septimus regis. Quia in die primo mensis primi, cœpit ascendere de Babylone; & in die primo mensis quinti, venit in Jerusalem..... Hoc est autem exemplar edicti, quod dedit rex Artaxerxes Esdræ sacerdoti, scribæ erudito. Artaxerxes Rex regum Esdræ sacerdoti, scribæ legis Dei doctissimo salutem.* Mittitur Esdras Hierosolymam, legem docturus. Et cap. VIII, 1. *Hi sunt ergo principes familiarum, & genealogia eorum, qui ascenderunt mecum in regno Artaxerxis regis de Babylone.* Saraïas Esdræ pater, ipse est qui sub Cyro, ante annos XIX. redierat Hierosolymam de captivitate. 1. Esdr. 2, 2. Artaxerxes illo capite VII. rex Persarum dicitur; tum quia nuperrime rex Persidis fuit; tum quia Babylonia in Perside. Perspicue vero hinc liquet, hunc Artaxerxem, cujus annus septimus incidit in annum a Saraïæ & Esdræ reditu sub Cyro decimum nonum, eum esse, qui & cum Dario Hystaspæ F. regnabat; 1. Esdr. VI, 14. & sextum imperii annum habuit, post sextum Darii; septimum vero, hoc anno: 1. Esdr. VI, 15. & VII, 1. nec proinde illum esse posse vel Artaxerxem Longimanum, vel Memoriosum. De titulo autem Regis Regum, quo Artaxerxes hic utitur; dicemus inferius, ad annum æræ Græcorum 186.

Plinius, libro XXXIII, sect. XXIV. *Hominum primus & auream statuam & solidam Gorgias Leontinus Delphis in templo sibi posuit, LXX. circiter Olympiade.*

Hoc anno & consequentibus, atrium Templi geminum, interius, exteriusque, ædificatum est, cum gazophylacio, sive uno, (cujus mentio primum occurrit, post templum restitutum, 2. Esdr. X.) sive ut olim, pluribus.

511 | 10 Darii annus in Media decimus, usque ad Septembrem.

510 | 11 *Annus Urbis conditæ* 245. Artaxerxis Babylone, annus 10. iniens mense Julio.

509 | 12

 Olymp.

Darius Hystaspæ F. } In Media & Susiane regnant.
Xerxes Darii F.

Herodotus solum Smerdim magum inter Cambysen & Darium interserit. Itaque mire perturbat hic omnia Æschylus, cum ex Darii fratre regem facit Persarum ante Darium, eumdemque interfectorem magi Smerdis; & cum ceteris omnibus scriptoribus incognitum huic etiam præponit Maraphin: quod loci potius quam viri nomen videri forte possit, siquidem Amasin ἄνδρα Μαράφιον, Ægyptiarum copiarum ducem, habet Herodotus, Darii Hystaspidæ temporibus, libro IV. sect. CLXVII. pag. 279.

DARIUS HYSTASP. & ARTAXERXES.

Annus Desolationis Templi 69. Darii in Media, 3. in Babylonia, 2. Ante Christum, 518.

Annus hic secundus Darii regis Babyloniorum est in sacris litteris: 1. Esdr. IV, 5, 24. & cap. V, 1. a mense Julio. Rex Persarum nihilominus promiscue appellatur; quoniam Babylonia in Perside censebatur, ut diximus: sicut ipse Cyrus nunc Persarum, nunc rex Babylonis vocatur. Et Persarum præterea rex, quoniam ipse genere Persa, maximam haberet ex ea gente nobilitatis partem in comitatu.

Anni pariter Darii numerantur in scriptura sacra ii dumtaxat, quos in expugnata a se Babylone exegit: quem morem & in Cyro servarunt sacri scriptores; quoniam (ut diximus) ad Babylonios reges spectaret liberatio populi Judaici: de regno Mediæ nihil admodum Judæi curarent.

Ad Templi instaurationem hortantur prophetæ, Zacharias & Aggæus. Agg. 1. *In anno secundo Darii regis, in mense sexto, in die una mensis,* (hoc est, prima mensis,) *factum est verbum Domini in manu Aggæi prophetæ, ad Zorobabel filium Salathiel Ducem Juda, & ad Jesum filium Josedec sacerdotem magnum.* Zach. 1. *In mense octavo, in anno secundo Darii regis, factum est verbum Domini ad Zachariam, filium Barachiæ, filii Addo, prophetam.* Ipse est, cujus necem Judæis Christus exprobrat, Matth. XXIII, 35.

Aggæi 1, 14. *Et suscitavit Dominus spiritum Zorobabel filii Salathiel, Ducis Juda: & spiritum Jesu filii Josedec sacerdotis magni: & spiritum reliquorum de omni populo: & ingressi sunt, & faciebant opus in domo Domini exercituum Dei sui.* Agg. 2, 1. *In die vigesima & quarta mensis, in sexto mense, in anno secundo Darii regis.*

1. Esdr. V, 1. *Prophetaverunt autem Aggæus propheta, & Zacharias filius Addo, prophetantes ad Judæos qui erant in Judæa & Jerusalem, in nomine Dei Israël. Tunc surrexerunt Zorobabel filius Salathiel, & Josue filius Josedec, & cœperunt ædificare templum Dei in Jerusalem, & cum eis prophetæ Dei adjuvantes eos.*

Conantibus autem opus impedire ducibus in Samaria constitutis, placuit ut res ad Darium referretur: scriptum est ad Darium regem Persarum. 1. Esdr. VI, 1. *Tunc Darius rex præcepit, & recensuerunt in bibliotheca librorum, qui erant repositi in Babylone, & inventum est in Ecbatanis..... volumen unum: talisque scriptusque erat in eo commentarius. Anno primo Cyri regis, Cyrus rex decrevit, ut domus Dei ædificaretur, quæ est in Jerusalem.... Nunc ergo..... dimittite fieri templum Dei illud a Duce Judæorum* Zorobabele & *a senioribus eorum.... Studiose sumptus dentur viris illis, ne impediatur opus..... Et offerant oblationes Deo cœli, orentque pro vita regis, & filiorum ejus,* Xerxis, & fratrum ejus. *Ego Darius statui decretum, quod studiose impleri volo.* Duo sunt hoc loco inprimis notanda. Primum est, bibliothecam Cyri regis, anno primo ipsius regni Babylonici, non Susis in Perside, sed Ecbatanis in Media fuisse. Alterum, pietatem Darii erga Deum cæli, parem ei esse, quam Assuerus Estheris, & Darius Medus, & Cyrus præ se tulerunt, & postea Artaxerxes. Decretum autem illud Darii, vel sub hujus anni finem scriptum est, vel sub initium subsequentis.

1. Esdr. XI, 14. *Seniores autem Judæorum ædificabant, & prosperabantur, juxta prophetiam Aggæi prophetæ, & Zachariæ filii Addo: & ædificaverunt, jubente Deo Israël, & jubente Cyro, & DARIO, & ARTAXERXE, REGIBUS PERSARUM.* Ut Cyrus ante Darium, ita Darius ante Artaxerxem; & Artaxerxes ille tamen anno Darii secundo rex Persarum. Id vero cum in serie regum Persarum, qualis a profanis scriptoribus texitur, non occurrat: quisquamne dubitabit, vir optimæ fidei, Artaxerxem illum, Dario æqualem, regemque cum illo Persarum, eum esse quem ponimus; aliumque ab his, quibus & Longimani & Memoriosi cognomina indiderunt; quorum ætas plurimis hinc distat annis?

DARIUS HYSTASP. & ARTAXERXES.

Darius ergo simul & Artaxerxes facultatem Judæis tribuunt templi ædificandi. 1. Esdr. VI, 14. *Et ædificaverunt, & construxerunt, jubente Deo Israël, & jubente Cyro,* (cujus edictum utique confirmatum a Dario est:) *& Dario, & Artaxerxe regibus Persarum.* Duo istic *reges Persarum*, ut apud Jeremiam cap. LI, 11. duos *reges Medorum* superius vidimus. Nam Darius Persa Medis, Medus Artaxerxes Persis imperabat. Artaxerxes autem nominatur post Darium; quoniam videlicet reluctantem atque aversum annis prioribus, nunc cum in suam sententiam Darius, heres regni ac pietatis Cyri, pertraxisset, benevolumque reddidisset genti Judæorum; & quod erat Darius ætate provectior; & quod ille demum Babylonem tunc obtineret. Hic vero apparet neque hunc esse Darium Nothum, qui Artaxerxi Longimano successisse fertur; neque Artaxerxem Longimanum posse hoc loco intelligi: siquidem neque Darius vivus inter duos mortuos collocaretur; nec filius præponeretur patri, aut mortuo vivus. Nec vero etiam Artaxerxem, quem Mnemona appellavere, ullo argumento suadebitur, jam anno patris secundo regem Persarum fuisse; aut Artaxerxem (ut vocant) Longimanum, eodem secundo Darii anno. Non igitur hic alius aut Darius, quam Hystaspæ filius; aut Artaxerxes, quam Persidis & Babyloniæ rex ille, quem dicimus.

Arta, vel *Arta* Persice magnum sonat: Xerxes Ἀρήιον, *bellatorem*: unde Artaxerxes, μέγας ἀρήιος, *magnus bellator* est, teste Herodoto, libro VI. pag. 417.

Darii autem solius meminit Herodotus; eo quod Persæ, Medive, a quibus hæc didicit, solum ei Cyrum Persam atque ejus posteros venditarent, posthabitis neglectisque principibus Babyloniis.

Conspectis interioris templi fundamentis, quæ jacta fuerant sub Cyro, & aliis templi exterioris, quæ præsenti anno jaciebantur; iis qui prius templum conspexerant, forma templi longe inferior ac minor præcedente apparet. Aggæi cap. 2, 1. *In die vigesima & quarta mensis, sexto mense in anno secundo Darii regis. In septimo mense, vigesima & prima mensis, factum est verbum Domini in manu Aggæi prophetæ, dicens: Loquere ad Zorobabel filium Salathiel ducem Juda, & ad Jesum filium Josedec, sacerdotem magnum, & ad reliquos populi, dicens: Quis in vobis est derelictus, qui vidit domum istam in gloria sua prima: & quid vos videtis hanc nunc? Numquid non ita est, quasi non sit in oculis vestris?..... Confortare omnis populus terræ. Adhuc unum modicum est, & ego commovebo cælum, & terram, & mare, & aridam: & movebo omnes gentes: ET VENIET DESIDERATUS CUNCTIS GENTIBUS: & implebo domum istam gloria, dicit Dominus exercituum.* Aperta prædictio

tio est venturi Messiæ, stante hoc secundo templo: quæ est falsa prorsus, (quod impium est vel suspicari,) si hoc everso aliud posterius est ab Herode superstructum; nec domus hæc *novissima* est, ut Aggæus profitetur, cap. 2, 10. si alia deinceps ei successit, ut Josephus comminiscitur, libro XV. Antiq. cap. XIV. Sic porro flevere anno Cyri secundo, ante annos duodecim, ii, qui fundamenta hujusce templi cernebant longe inferiora prioribus: ut dicitur 1. Esdr. III, 12. *Fundato a cæmentariis templo Domini.... plurimi de sacerdotibus & levitis, & principes patrum, & seniores, qui viderant templum prius cum fundatum esset, & hoc templum in oculis eorum, flebant voce magna.* Quod si sub Dario Notho (ut appellant) contigerunt ea, quæ de Darii temporibus narrat Esdras, ut Scaliger & alii volunt; *plurimos* oportet *de sacerdotibus & levitis*, & de plebe, annos tunc ætatis habuisse amplius CLXXX. Esdram ducentos. Ab iisdem enim templum esse perficiendum Zacharias admonet, jubente Deo, a quibus cœptum est ædificari sub Cyro.

Mense Decembri, fundamenta templi, quæ sub Cyro jacta fuerant, instaurantur. Agg. 2, 19. *Ponite corda vestra ex die ista, & in futurum, a die vigesima & quarta noni mensis: a die qua fundamenta jacta sunt templi Domini.*

Eadem ipsa die Zorobabeli Messias promittitur ex ipsius stirpe nasciturus. *Et factum est verbum Domini secundo ad Aggæum, in vigesima & quarta mensis, dicens: Ego movebo cælum pariter & terram...... In die illa, dicit Dominus exercituum, assumam te, Zorobabel fili Salathiel, serve meus, dicit Dominus: & ponam te quasi signaculum, quia te elegi, dicit Dominus exercituum.* Agg. 2, 21.

Annus Darii in Media, 4. Babylone, 3. iniens mense Julio: Desolationis Templi, 70. Ante Christum, 517.

Hic annus desolationis Templi septuagesimus est ab Augusto mense anni superioris. Zach. 1, 7, 12. *In die vigesima & quarta undecimi mensis Sabath, in anno secundo Darii, factum est verbum Domini ad Zachariam filium Barachiæ.... Et respondit Angelus Domini, & dixit: Domine exercituum, usquequo tu non misereberis Jerusalem, & urbium Juda, quibus iratus es? ISTE JAM SEPTUAGESIMUS ANNUS EST:* ex quo diruta nempe mœnia Jerusalem, & urbium Juda, quibus iratus est Dominus.

Ante Christum. | *Darii*

516 | 5.4. *Annus Darii in Media, 5. usque ad Septembrem: Babylone, 4. iniens mense Julio. Olymp. 69.*

Zach. VII, 1. *In anno quarto Darii regis, factum est verbum Domini ad Zachariam, in quarta mensis noni, qui est Casleu.*

Darii

515 | 6.5. *Annus Darii 6. & 5.*

Malachiam prophetam e veteribus alii ipsum esse Esdram affirmant, negant alii multo verius. Ultimus prophetarum est veteris Testamenti.

Darii

514 | 7.6. *Annus Darii 7. & 6.* V.C. 240.

Darii

513 | 8.7. *Annus Darii in Media 8. Artaxerxis Babylone, 6. iniens mense Julio. Annus Sabbaticus.*

Ultimo anni Judaïci mense, seu Martio fere Juliano ineunte, Templum Domini novum dedicatum est. 1. Esdr. VI, 15. *Et compleverunt domum Dei istam, usque ad diem tertium mensis Adar, qui est annus sextus Darii regis. Fecerunt autem filii Israel, sacerdotes, & levitæ, & reliqui filiorum transmigrationis, Pascha quartadecima die mensis primi.*

Ultra annum sextum Darii, qui ante Julium hujus anni desiit, sacræ litteræ non amplius illius meminerunt; quamvis ille tamen annos sex & triginta regnarit. Idcirco autem nulla deinceps facta est Darii mentio, quod ille anno isto, circa mensem Julium, Babyloniam Artaxerxi cessit: ad quem proinde deinceps Judæorum negotia pertinerent. Inde post annum Darii sextum cap. VI. ab Esdra commemoratum, ipso statim initio capitis sequentis fit regni Artaxerxis mentio: qui Babylonia recepta, Persidem vicissim cessit Dario.

Artaxerxis sextus hic annus censetur in sacris litteris, annis quinque scilicet computatis, quibus ante Darium rex Babyloniæ fuerat: usque ad rebellionem Babyloniorum. Nam sacri scriptores (ut sæpe monuimus) in his regibus annos tantum computant, quibus Babyloniæ præfuere: eo quod ex Babyloniæ regum arbitrio Judæorum Reipublicæ incolumitas ac libertas ipsa penderet.

Qui sacerdotes fuerint temporibus hujusce Darii, scriptum esse in libro Verborum dierum qui excidit, auctor est Nehemias cap. XII, 22, 23. *Sacerdotes in regno Darii Persæ:* quæ verba de altero Dario, atque etiam de eo quem Alexander vicit, quidam perperam accepere.

Ante Christum. | *Artaxerxis.*

512 | 7. *Annus Artaxerxis Babylone, 7. iniens mense Julio: Olymp. 70.*

1. Esdr. VII, 5. *Post hæc autem verba,* post annum elapsum, *in regno Artaxerxis regis Persarum, Esdras filius Saraiæ..... ascendit de Babylone...... in Jerusalem, mense quinto: ipse est annus septimus regis. Quia in die primo mensis primi, cœpit ascendere de Babylone; & in die primo mensis quinti, venit in Jerusalem...... Hoc est autem exemplar edicti, quod dedit rex Artaxerxes Esdræ sacerdoti, scribæ erudito. Artaxerxes Rex regum Esdræ sacerdoti, scribæ legis Dei doctissimo salutem.* Mittitur Esdras Hierosolymam, legem docturus. Et cap. VIII, 1. *Hi sunt ergo principes familiarum, & genealogia eorum, qui ascenderunt mecum in regno Artaxerxis regis de Babylone.* Saraïas Esdræ pater, ipse est qui sub Cyro, ante annos XIX. redierat Hierosolymam de captivitate. 1. Esdr. 2, 2. Artaxerxes illo capite VII. rex Persarum dicitur; tum quia nuperrime rex Persidis fuit; tum quia Babylonia in Perside. Perspicue vero hinc liquet, hunc Artaxerxem, cujus annus septimus incidit in annum a Saraïæ & Esdræ reditu sub Cyro decimum nonum, eum esse, qui & cum Dario Hystaspæ F. regnabat; 1. Esdr. VI, 14. & sextum imperii annum habuit, post sextum Darii; septimum vero, hoc anno: 1. Esdr. VI, 15. & VII, 1. nec proinde illum esse posse vel Artaxerxem Longimanum, vel Memoriosum. De titulo autem Regis Regum, quo Artaxerxes hic utitur; dicemus inferius, ad annum æræ Græcorum 186.

Plinius, libro XXXIII. sect. XXIV. *Hominum primus & auream statuam & solidam Gorgias Leontinus Delphis in templo sibi posuit, LXX. circiter Olympiade.*

Hoc anno & consequentibus, atrium Templi geminum, interius, exteriusque, ædificatum est, cum gazophylacio, sive uno, (cujus mentio primum occurrit, post templum restitutum, 2. Esdr. X.) sive ut olim, pluribus.

511 | 10 | Darii annus in Media decimus, usque ad Septembrem.

510 | 11 | *Annus Urbis conditæ* 245. Artaxerxis Babylone, annus 10. iniens mense Julio.

509 | 12 |

DARIUS HYSTASP. & ARTAXERXES.

Ante Christum.		
508	13	
507	14	*Olymp.* 71.
506	15	*Annus Sabbaticus.*
505	16	
504	17	*Olymp.* 72. V.C. 250.
503	18	Circa hoc tempus a Dario Persarum rege missos homines hospitio excipit Amyntas, sextus regum Macedoniæ, jam senior. Herod. libro v. pag. 335. Ex quo intelligitur, non ante annos ducentos regnum Macedoniæ coepisse a Perdicca, regni conditore. Nummum Amyntæ regis inferius afferemus.
502	19	
501	20	
500	21	*Olymp.* 73.
499	22	*Annus Sabbaticus.* V.C. 255.

Annus vicesimus Artaxerxis regis Babyloniæ, init mense Julio anni hujus. Nehem. 1. sive 2. Esdr. 1. *Verba Nehemiæ, filii Helchiæ. Et factum est in mense Casleu, anno vigesimo, & ego eram in Susis castro.* De industria non dixit, *anno vigesimo Artaxerxis regis, & ego eram in Susis castro*; ne crederetur Susa castrum ad Artaxerxem pertinuisse. E diverso significat se *in Susis castro* fuisse peregrinatum: unde quarto post mense, (est enim Nisan mensis quartus a Casleu, redierit ad Artaxerxen, ut ipse narrat capite 2. anno sequente. In castro Susis cum esset Nehemias, interrogat quo res Judæorum statu in Judæa forent. Ubi afflictas ac tristes accepit, de repetenda quamprimum Aula Babylonica cogitavit.

Considerent iterum ipsi secum, qui initium LXX. hebdomadum Danielis ducunt ab anno XX. Artaxerxis, qui notatur hoc Esdræ loco, putantque ibi Artaxerxen Longimanum designari; considerent, inquam, possintne probabili documento statuere, hunc Artaxerxen alium esse ab eo, qui libro 1. Esdræ appellatur, cap. VI, 14. cujus & annus septimus notatur eodem libro, cap VII. Ac siquidem eumdem esse fateri cogantur, quoniam alium esse ac diversum nulla potest ratione suaderi; statuant (si fieri potest) quemadmodum is esse possit Longimanus Artaxerxes; cum hic aperte dicatur, libro 1. cap. VI, 14. secundo ipsius Darii anno regnasse; qui annus Longimani Artaxerxis exortum antecedit annis omnino LIV.

Annus Darii 23. *Ante Christum*, 498.

Nehemias sacerdos ab Artaxerxe Dux constituitur in terra Juda: impetratque a rege litteras pro instauratione murorum Jerusalem. Nehem. 2, 1. *Factum est autem in mense Nisan, anno vigesimo Artaxerxis regis*, &c. Gesta hæc esse Babylone ex eo liquet, quod Nehemias versu 7. petit a rege *epistolas ad duces regionis trans flumen*, hoc est, trans Jordanem, ut 1. Esdr. V, 3. & passim alibi. Quod si esset in Perside, diceret, trans flumen Euphraten; hunc enim amnem cum scriptura designat, tunc appellat de nomine. *Completus est autem murus vigesimo quinto die mensis Elul, quinquaginta duobus diebus.* 2. Esdr. VI, 15.

Nehemias sacerdos in festo Tabernaculorum, sive Scenopegiæ, XV. die mensis septimi, sive Tiri, offert sacrificia, igne divinitus dato. 2. Mach. 1, 18. *Necessarium duximus significare vobis, ut vos quoque agatis diem Scenopegiæ, & diem ignis qui datus est, quando Nehemias ædificato pridem* (ante annos XVI.) *templo & altari, obtulit sacrificia. Nam cum in Persidem* (hoc est in Babyloniam) *ducerentur patres nostri*, in excidio Urbis & ædis sacræ a Nabuchodonosore, ex 2. Mach. 2, 1. *sacerdotes qui tunc cultores Dei erant, acceptum ignem de altari occulte absconderunt in valle, ubi erat puteus altus & siccus, & in eo contutati sunt eum, ita ut omnibus ignotus esset locus. Cum autem præteriissent anni multi*, omnino nonaginta, *& placuit Deo ut mitteretur Nehemias a rege Persidis*, anno vigesimo isto Artaxerxis, qui rex Persidis; hoc est, Babyloniæ, fuit; *NEPOTES sacerdotum illorum; qui absconderant, misit ad requirendum ignem: & sicut narraverunt nobis, non invenerunt ignem, sed aquam crassam.* Et hic locus evincit, non esse hunc regem Persidis, a quo Nehemias missus est anno vigesimo, Longimanum Artaxerxem: siquidem a desolatione Templi usque ad annum illum, cum intercedant anni CXL. non dici *nepotes* oporteret, sed pronepotes, vel abnepotes. *Et jussit* Nehemias *eos haurire, & afferre sibi; & sacrificia quæ imposita erant, jussit sacerdos Nehemias aspergi ipsa aqua: & ligna quæ erant superposita. Utque hoc factum est, & tempus affuit, quo Sol refulsit, qui prius erat in nubilo, accensus est ignis magnus, ita ut omnes mirarentur*, renovatum scilicet Eliæ miraculum.

Eliasib tunc erat sacerdos magnus. Nehem. III, 1. Et cap. XII, 10. *Josue autem filius* Josedec *genuit Joacim, & Joacim genuit Eliasib, & Eliasib genuit Joïada, & Joiada genuit Jonathan, & Jonathan genuit Ieddoa.* Item cap. XIII, 4, 7, 28. Ex quo coniicere est hunc librum a Nehemia nonnisi post decem circiter annos fuisse conscriptum: cum Joïada haberet filios & generos, 2. Esdr. XIII, 28. ac proinde & nepotem Jeddoa; nunc puerum; postea Pontificem; sed multo ante tempora Alexandri Magni.

Annus Darii 24. *Artaxerxis* 22. *mense Julio: Ante Christum*, 497.

2. Mach. 1, 33. *Ut vero manifestata res est*, (quæ anno superiore contigit,) *renunciatum est regi Persarum, quod in loco, in quo ignem absconderant hi qui translati fuerant sacerdotes, aqua apparuit, de qua Nehemias, & qui cum eo erant, purificaverunt sacrificia. Considerans autem rex, & rem diligenter examinans fecit ei templum*, cameram, fornicem castellum; quod esse sacrum ac religiosum voluit, instar templi; cum ne qua vel tenui sorde contamineretur, circumseptum esse locum præcepit, in quo aqua apparuit: *Fecit ergo ei loco*, vel ei aquæ *templum*, ut *probaret*, sive exploraret *quod factum erat: & cum probasset, sacerdotibus* qui aquam jubente Nehemia hauserant, *donavit multa bona*, &c. Ex hoc loco perperam intellecto, quibusdam igni templum fecisse Artaxerxem Longimanum interpretantibus, nata fabula est, de igne a Persis adorato. At hic neque de igne, sed de aqua, sermo est: (quomodo enim exploraret an aqua olim fuisset in ignem conversa?) nec de proprie dicta Perside, sed de Babylonia: nec de Artaxerxe Longimano, ut vocant, sed de altero; cujus æque ac Darii jussu Templum Hierosolymitanum mirabilium omnium effectori Deo excitatum fuisse Esdras ipse testatur, ut vidimus.

Ante Christum.		
496	25	*Olymp.* 74. Darii in Media, 25. usque ad Septembrem.
495	26	
494	27	*Urbis Romæ annus* 260.
493	28	
492	29	*Olymp.* 75. *Annus Sabbaticus.*
491	30	
490	31	Clades Persarum ad Marathonem. Toto deinde triennio exercitum Darius comparat adversus Græcos. Herod. libro VII. pag. 435.
489	32	
488	33	*Olymp.* 76.
487	34	
486	35	

Anno quarto a pugna Marathonia Ægyptii rebellant. Herod. loco cit.

Hoc eodem anno, Artaxerxis XXXII. usque ad mensem Julium, venit Nehemias ad Artaxerxem. 2. Esdr. V, 14. & XIII, 6. ac proinde circa Aprilem anni hujus Ne-

DARIUS HYSTASP. & ARTAXERXES.

DARIUS HYSTASP. & ARTAXERXES. — XERXES.

Ante Christum.

hemias profectionem suscepit ad Artaxerxem.

485 36 Xerxis 1 *Annus Sabbaticus.*

Darius moritur, altero Ægyptiacæ defectionis anno, circiter Maium mensem anni hujus, cum regnasset annos sex & triginta. Herod. pag. 436. Minus quatuor fere mensibus.

XERXES.

Xerxes Darii F. imperat; statimque cogit exercitum & classem, adversus Ægyptios & Græcos toto quadriennio. Herod. pag. 447.

484 2 *Olymp.* 77. V.C. 270. Artaxerxis Babylone, 35. & ultimus.

Annus hic est quadragesimus sextus, quo absoluta Templi ædificatio est, ducto initio ab eo anno, Cyri primo in Babylonia, quo Templi fundandi facta Judæis potestas est. Joan. 2, 20. *Dixerunt ergo Judæi: Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc: & tu in tribus diebus excitabis illud?* Quasi dicerent: Tot olim insurrexere hostes, qui Templi ædificationem interturbarent: tanta penuria sive rei pecuniariæ, sive cæmentariæ fuit, ut vix anno demum quadragesimo sexto pars ædificii ultima accesserit: & te speras unum triduo novam ædem, Romanis spectantibus, nullo interpellante, nulla re deficiente, excitaturum esse?

De annis sex & quadraginta constans idcirco fuit in universa gente fama atque assertio, quoniam postremum, quod quidem in sacris litteris commemoretur, templi ædificium, sexto & quadragesimo, ut diximus, hoc est, anno isto fuerit absolutum: nempe *gazophylacium grande*, quod præter cetera gazophylacia, jam numero fortassis triginta, ut olim, exstrui fecit sive Eliasib sacerdos, sive Tobias propinquus ejus. Nehem. XIII, 5. *Fecit ergo sibi gazophylacium grande: & ibi erant ante eum reponentes munera, & thus, & vasa, & decimam frumenti, vini, & olei, partes Levitarum, & cantorum, & janitorum, & primitias sacerdotales. In his omnibus*, hoc est, dum tale fieret ædificium, *non fui in Jerusalem; quia anno trigesimo secundo Artaxerxis regis Babylonis veni ad regem*, nempe ante annos duos, ut supra observavimus: *& in fine dierum*, Artaxerxis utique, regni nimirum & vitæ ipsius: *rogavi regem*, ut mihi liceret in patriam reverti. *Et veni in Jerusalem*, circiter Septembrem anni hujus, *& intellexi malum, quod feceras Eliasib Tobiæ, ut faceret ei thesaurum*, ubi non modo res sacras, sed & suas quoque reconderet, *in vestibulis domus Dei. Et malum mihi visum est valde. Et projeci vasa domus Tobiæ foras de gazophylacio* illo novo: *præcepique, & emundaverunt gazophylacia* omnia: *& retuli ibi vasa domus Dei, sacrificium, & thus.* Quoniam igitur hoc gazophylacium, haud mediocre Templi ornamentum, idemque novissimum sive supremum, cœptum est anno XXXIII. perfectumque absente Nehemia, anno exeunte XXXIV. vel ineunte XXXV. regni Artaxerxis, qui & quadragesimus sextus est ex quo Judæi Hierosolymæ reduces incubuere primum in opus Templi ædificandi; idcirco ex communi sapientum sententia & ad exactam rei veritatem, dixere Judæi: *Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc.* Ex quo primum quidem fabula de Templo ab Herode ædificato egregie confutatur; & nostra deinde Chronologia, cum Evangelio, & cum totius Judaïcæ gentis testimonio mirifice concinit: ac denique; si horum annorum sex & quadraginta initium duci necesse est a secundo Cyri anno in Babylonia, annusque in his tricesimus quartus Artaxerxis computandus est; ut cernimus; in confesso esse oportet, Artaxerxem eum, cujus jussu ædificata sancta civitas Hierosolyma est, non esse Longimanum: siquidem ab illo Cyri anno ad annum XXXIV. Longimani, anni sunt XCIX.

Hoc eodem anno, ut quidem videtur, Nehemias Hierosolymis Bibliothecam construit. 2. Mach. 2, 13. *Inferebantur autem in descriptionibus & commentariis Nehemiæ hæc eadem: & ut construens Bibliothecam congregavit de regionibus libros, & Prophetarum, & David, & epistolas regum, & donariis.*

Silent deinceps sacræ litteræ de rebus Judæorum sub Persarum regibus, fere usque ad Antiochi & Machabæorum tempora: quoniam Judæi semel patriæ suæ redditi, permissi sunt libere ac suis legibus vivere. Ratio temporum nihilominus eo usque perducenda est ex Herodoto Plinioque, ut constare omni ex parte Chronologia sacra cum profana certius agnoscatur.

Altero a morte Darii anno primam expeditionem Xerxes adversus Ægyptios suscipit: quibus domitis Achæmenem fratrem suum præficit. Herod. lib. VII. pag. 438. Ægypto recepta bellum decernit adversus Græcos.

Artaxerxe mortuo, Babyloniæ regnum Xerxes regno Medorum atque Persarum adjungit. Hinc factus ille prioribus ante se regibus potentior. Id vero prædictum est a Daniele, cap. XI, 2, anno tertio Cyri regis Babylonis. *Ecce adhuc tres reges stabunt in Perside*; hoc est in Babylonia: *& quartus ditabitur opibus nimiis super omnes; & cum invaluerit divitiis suis, concitabit omnes adversus regnum Graciæ.* Reges isti tres post Cyrum, sunt hi: Assuerus, Darius, & Artaxerxes: quartus, Xerxes: cujus opes Plinius subinde prædicat: quas cum Lucullus imitaretur, Xerxen eum togatum a Pompeio appellatum esse idem refert; libro IX. sect. LXXX.

Ante Christum.

483 3

482 4 Gelo Siciliæ tyrannus: in nummis, ΓΕΛΩΝΟΣ, sed non ΒΑΣΙΛΕΩΣ: tametsi βασιλεὺς Συρηκουσίων a legatis Græciæ hoc ipso anno salutatur, apud Herodotum, pag. 497.

481 5 Quinto anno Xerxes movet in Cappadociam, & ibi hiemat. Herodot. pag. 449.

480 6 *Olymp.* 78. V.C. 274.

Transitus Xerxis per Hellespontum in Europam sive Græciam; constrato in navibus ponte. Plin. lib. IV. cap. XXIV.

Tempus Olympiadis in hæc negotia inciderat, inquit Herodotus, lib. VII. pag. 514. Ἦν γὰρ κατ' τοῦτο Ὀλυμπιὰς τελέειν τῶν πρηγμάτων συμπεσόν. Olympias mense Julio semper incipit. Hic locus nostram Chronologiam pulcre confirmat, quæ Xerxis transitum in Olympiadis tempus conjicit, servata annorum ratione, quos Cyro, Cambysæ, & Dario tribuit Herodotus.

Eodem anno, mense Octobri, victus navali prælio Xerxes ad Salaminem. Herodot. libro VIII. pag. 533. cum jam Olympia & Carnia præteriissent. Ibidem. Rursum autem hoc altero Herodoti loco, Xerxis transitus anno primo Olympiadis consignatur.

Hoc fere tempore *Æschylus e vetustissimis in poëtica*, ut Plinius ait, libro XXV. sect. V. scripsit Tragœdias septem.

In Macedonia tunc regnabat Alexander Amyntæ F. septimus regum a Perdicca, junctus affinitate cum Persis. Herod. libro VIII. pag. 578. 580. Qui ad detrahendam Herodoto fidem prodiit Ctesias, is ut primo Medorum regi Deiocæ alios quinque superposuit, sic primo Macedonum rege Perdicca finxit tres alios vetustiores; fecitque hunc Alexandrum a Carano decimum. At hæc verissima series est regum Macedoniæ, ex Herodoto, ac nummis antiquis.

1. Perdiccas.	5. Alcetas.	9. Archelaus.
2. Aræus.	6. Amyntas.	10. Amyntas.
3. Philippus.	7. Alexander.	11. Philippus.
4. Aëropus.	8. Perdiccas.	12. Alexander M.

Ceteri qui vulgo aliis interseruntur post regum septimum Alexandrum; nempe Orestes, Aëropus; Pausanias;

XERXES.

sanias, Argæus, Alexander, Perdiccas, (ut de Ptolemæo Alorite nunc sileam, de quo postea dicendum erit:) partim sunt aliunde adscita, nec in nummis aliquando visa: partim repetita regum priorum nomina; ut in Canone regum Persarum mox factum fuisse videbimus.

Perdiccæ prioris nulla esse numismata arbitramur: quoniam nec ulla sunt posterorum ejus, usque ad sextum regum Amyntam, patrem Alexandri. Hujus est in Græcia Goltzii, sive Nonnii, tab. XXIX. nummus inscriptus ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ, cum equo Thessalico, & vultu Jovis barbati in area nummi altera.

Amyntæ vero, in Thesauro Regio nummus est argenteus, vultu senili, annorum amplius LX. capite tecto pelle leonina: in parte aversa equum pariter Thessalicum exhibet, cum nomine ΑΜΥΝΤΑ. Et hunc esse arbitror nummum omnium, qui sunt in Cimeliis, vetustissimum. Regnum enim tenebat Amyntas decennio ante necem Polycratis Samiorum tyranni, quem interfectum fuisse circiter CCXXX. annum Urbis Romæ Plinius est auctor. Est autem argenteus istius in gaza Regia nummus, in quo littera Σ pro Σαμίων est: & ΠΟΛΥΚΡΑ. Polycratem designat.

Ante Christum.		
479	7	Reges Phrygiæ hoc ævo agnoscit Herodotus, pag. 578.
478	8	*Annus Sabbaticus.* Athenienses Sestum occupant, Medis fugatis. Herodotus lib. IX. Atque hic Herodoti historia desinit.
477	9	
476	10	*Olymp.* 79.
475	11	
474	12	*Annus Urbis conditæ* 280.

REGES PERSARUM.

E Persarum regibus, qui Xerxem consecuti vulgo existimantur, nullus deinceps commemoratur a Plinio; nullus Artaxerxes; sive Longimanus, sive Mnemon; nullus Ochus, nullus Arogus, aut Arses: nullus denique Darius Nothus. Solum ille Darium appellat, quem Alexander Magnus devicit: sive quod scriptores nulli tum exstarent, qui res hoc sæculo gestas memoriæ prodidissent; sive quod eosdem haud satis certæ fidei auctores putaret. Neque enim ullam fidem meretur, qui primus Plinii ipsius liber nuncupatur, præfationem complexus scilicet, indicemque capitum & Auctorum. Esse quippe pannum subditítium, attextum ab interpolatoribus, (tametsi ille nobis ipsis fucum fecit olim,) ut ceteris nunc abstineamus argumentis, quæ sunt plurima, vel una stili in præfatione incredibilis a reliquo opere dissimilitudo admonet. Neque vero hunc librum ipse laudat, libro XVIII. pag. 505. ut alias opinati sumus; sed ipsius voluminis seu libri XVIII. sectionem V. At ipsa Plinii historia, quæ mirifica ac singularis quædam lucubratio est, quantam mereatur fidem, discent ii, qui fuerint in eo pervolutando diligentes. Ibi porro neminem e prioribus Persarum regibus, quos Herodotus habet, Plinius prætermisit. Cyrum enim sæpissime, Cambysen, Darium, & Xerxen appellavit: de ceteris, qui feruntur hos consecuti, altum ei silentium est.

Et Thucydidem ille tamen miro exornat elogio, libro VII. sect. XXXI. *Thucydidem Imperatorem*, inquit, *Athenienses in exsilium egere; rerum conditorem revocavere; eloquentiam mirati, cujus virtutem damnaverant.* Verum a Thucydide, qui quidem circumfertur, calculo dissidet annis ipsis tribus & viginti. Viderint igitur eruditi, num is cujus historia omnium teritur manibus, diversus sit a Pliniano. Proprietatem certe sermonis Græci in illo quispiam fortassis desideret, qui legerit libro IV. pag. 316. de postrema acie duorum exercituum, *Καὶ ἐσχάτη τῶν στρατοπέδων τὰ ἔσχατα οὐκ ἦλθε ἐς χεῖρας.* Quod Gallice dixerimus, *les deux arriere-gardes n'en vinrent pas aux mains.* Quamquam nec illam metaphoram (*en venir*) Græca ibi ulla vox exprimit; nec illud *ἐς χεῖρας, aux mains.* Est enim ἔρχεσθαι ἐς χεῖρας *venire in manus*; non *manus conferere.* Sexcenta ibi similia formæ Gallicæ dicta, quisquis animum adverterit, siquidem Græce norit, nullo negotio deprehendet. Neque enim Thucydidem absolvit Xenophon, qui simili errore scripsit, libro III. Ἑλληνικῶν, cap. IV. ubi de pugna agit inter Græcos & barbaros cœpta committi; *ὡς δὲ ἐς χεῖρας ἦλθον*; pro eo quod est, *cum ad pugnam venissent.* Apud Æschylum autem, scriptorem certe probatissimum, in Tragœdia, quam Septem contra Thebas inscripsit, *εἰς χεῖρας ἐλθεῖν* occurrit quidem, sed alia longe sententia: nempe versu 686. quem locum perperam accepisse Scholiastæ Græci Latinique interpretes nobis videntur:

> Ἀλλ' ἄνδρας Ἀργείοισι Καδμείους ἅλις
> Ἐς χεῖρας ἐλθεῖν· αἷμα γὰρ καθάρσιον.
> Ἀνδροῖν δ' ὁμαίμοιν θάνατος ὧδ' αὐτοκτόνος,
> Οὐκ ἔστι γῆρας τοῦδε τοῦ μιάσματος.

REGES PERSARUM.

Nam sic verti oportuit:

> *At satis est viros Cadmeos Argivis*
> *Bellum inferre: sanguis enim hostilis interfectorum purgat.*
> *Viri autem consanguinei ubi mortem sibi sic ipsi consciscunt,*
> *Numquam tale scelus eluitur.*

Ibi *εἰς χεῖρας ἐλθεῖν τινί*, non est *manus cum aliquo conserere*, sed *bellum ei inferre, manu aliquem impetere, usque ad manus inferendas alicui venire*, sive ipse quoque congrediatur, sive opprimatur incautus. Nam id & series orationis docet; in qua non tam pugna pugnæ, quam nex neci, cædi cædes opponitur: & membrum orationis consequens idem suadet; in quo non pugna, aut manus conserta, sed ipse sanguis hostilis lustralis esse, hoc est, lustrare Thebanum sive Cadmeum dicitur: *αἷμα γὰρ καθάρσιον.* Et apodosis præterea hoc ipsum confirmat; in qua non si fratres invicem manus conserant, sed si sibimet ipsi inferant necem, scelus dicitur esse, quod elui non potest, aut oblivione deleri. Sic *χεῖρας* pro bello ponit haud semel Herodotus: ut in illa sententia: *πρὶν γὰρ ἢ συμμῖξαι ἡμέας, ἐς χειρῶν νόμον ἀπικέσθαι, priusquam manus conseramus,* (quod est Herodoto semper *συμμίσγεσθαι*, numquam *εἰς χεῖρας ἐλθεῖν*) *jure belli agamus.*

Est quidem in appellato jam antea Canone, sive Theonis, sive Ptolemæi, hæc regum Persarum series:

Κύρου	Ἀρταξέρξου α
Καμβύσου	Δαρείου β
	Ἀρταξέρξου β
Δαρείου α	Ὤχου
Ξέρξου	Ἀρώγου
	Δαρείου γ

Ex hisce decem regibus priores quatuor ex Herodoti libris acceptos esse in confesso est: postremum, ex Plinio, & ex libro I. Mach. I. Quid si vero ex libris Esdræ perperam intellectis tres a Xerxe proximos primi illius seriei auctores acceperint? Nam apud Esdram quidem libro I. occurrunt isti, cap. IV. post Cyrum, Assuerus, Artaxerxes, Darius; & libro primo ac secundo, alius (ut videbatur) Artaxerxes. Assuerus igitur Xerxes esse videri potuit, quod Assueri idem est cum Xerxe nomen. Artaxerxes deinde qui sequitur, Longimanus est appellatus: Darius, Nothus: Artaxerxes denique alter; Mnemon. Quod si quibus, inquam, indiciis atque argumentis constare possit, profanos primum aliquos homines, ex libris Esdræ ita intellectis, eam successionem finxisse: nunc cum apud eruditos plerosque extra controversiam sit, non esse Esdram ita accipiendum, nutare profecto necesse est apud istos saltem, omnis illius successionis fidem.

Quid si deinde Longimani, & Nothi, & Mnemonis cognomina excogitata sint; primum quidem, ad potestatem regiam significandam, ut communi fertur vulgi proverbio, *longas regibus esse manus*: alterum, ad spurios natales: tertium denique ad felicem in reddendis linguis externis memoriam indicandam; qualem in Mithridate Plinius deprædicat, in aliis alii? In unum certe quemdam principem hæc convenire ferebantur, quo tempore inventa primum hæc nomina suspicamur: cujus nomen, ut Sibylline loquamur, fuit tetrasyllabum, decem litterarum, quarum essent quinque vocales: summa ex iis Græce, *1599.*

Sed multo cautius consultiusque est in præsenti, vulgarem de annis nominibusque regum Persarum sententiam sequi; quoniam certis destituimur veri documentis. Viderint tamen interim viri eruditi, num quemadmodum Ctesias seu verus seu fictus ad fidem Herodoto detrahendam prodiit, ut est in confesso: sic alia quædam ad detrahendam Plinio auctoritatem monumenta sint condita.

Ante Christum.		
473	13	Xerxis Persarum regis annus 13.
472	14	*Olymp.* 80.
471	15	*Annus Sabbaticus.*
470	16	
469	17	
468	18	*Olymp.* 81.
467	19	
466	20	
465	1	Artaxerxis Longimani annus primus.
464	2	*Olymp.* 82. *Annus Sabbaticus.* V. C. 290.
463	3	
462	4	
461	5	
460	6	*Olymp.* 83.
459	7	Sophocles poëta, annis fere CLXV. ante mortem Alexandri Magni. Plinius, libro XVIII. sect. XII.
458	8	
457	9	*Annus Sabbaticus.*
456	10	*Olymp.* 84. Plinius lib. XXXIV. sect. XIX. *Ante omnes nobilitatus Phidias Atheniensis, Jove Olympio facto .... Floruit autem Olympiade LXXXIV. circiter trecentesimo Urbis nostræ anno.* Nihil scribi potest

REGES PERSARUM.

Ante Christum.

test accuratius. Est enim hic annus Olympiadis octogesimæ quartæ primus, Urbis Romæ CCXCVIII. Et libro XXXVI. pag. 272. *Pictura & statuaria cum Phidia cœpit, LXXXIV. Olympiade, post annos scilicet CCCXXXII.* ab initio nempe Olympiadum, tot enim annos efficiunt Olympiades LXXXIV. At alii, præter Plinium, scriptores hanc Olympiadem faciunt dumtaxat LXXXI.

455 11
454 12 *Annus Urbis Romæ* 300. BELLUM PELOPONNESIACUM hoc anno a Plinio statuitur, libro XXX. pag. 437. *Plenumque miraculi & hoc, pariter utrasque artes effloruisse: Medicinam dico, Magicenque: eadem ætate illam Hippocrate, hanc Democrito illustrantibus, circa Peloponnesiacum Græciæ bellum, quod gestum est a trecentesimo Urbis nostræ anno.* Thucydides, qui nunc quidem legitur, annis omnino tribus ac viginti hoc bellum (ut diximus) remoratur.

Circiter hæc tempora Perdiccas alter regnat in Macedonia: cujus hic nummus est apud Goltzium, tab. XXIX. ΠΕΡΔΙΚΚΟΥ, cum equo Thessalico; & Perdiccæ vultu senili, capite tecto pelle leonina. Sed nummos esse sinceros eos tantum præstamus, quos in Cimeliis ac Museis visos a nobis exploratosque testamur.

453 13
452 14 *Olymp.* 85.
451 15
450 16 *Ante Christum annus* 450. *Annus Sabbaticus.*
449 17 *Annus* V. C. 305.
448 18 *Olymp.* 86.
447 19
446 20
445 21
444 22 *Olymp.* 87. V. C. 310. *Ante Christum*, 444.
443 23 *Annus Sabbaticus.*
442 24
441 25
440 26 *Olymp.* 88.
439 27
438 28
437 29
436 30 *Olymp.* 89. *Annus Sabbaticus.*
435 31
434 32 *Urbis conditæ annus* 320. *Ante XC. Olympiadem Polygnotus Thasius pictor.* Plin. libro XXXV. sect. XXXIV.

433 33
432 34 *Olymp.* 90.
431 35 Bellum Peloponnesiacum, si Thucydidi creditur, ineunte vere cœptum est.

430 36
429 37 *Annus Sabbaticus.*
428 38 *Olymp.* 91.
Quartus annus belli Peloponnesiaci: qua æstate erat Olympias, qua Doricus Rhodius vicit iterum, inquit Thucydides, libro III. pag. 176.

427 39
426 40
425 41
414 1 *Olymp.* 92. V. C. 330. Darii Nothi primus.

In Thesauro Regio, nummus argenteus, vultu juvenili, diademato capite.)(. Equus Thessalicus. ΑΡΧΕΛΑΟΥ. Est hic & apud Goltzium, tab. XXIX. cum altero ejusdem Archelai longe senioris, ac circiter annos LX. In Museo D. BAUDELOT, Archelaus idem vultu similiter juvenili est, capite tecto pelle leonina: qui habitus est Macedoniæ regum in nummis. Sedens in altera parte Juppiter, dextra aquilam gerit, imperii symbolum.

423 2
422 3 *Annus Sabbaticus.*
421 4
420 5 *Olymp.* 93. Fœdus Atheniensium hoc anno cum Argivis, diebus XXX. ante Olympia, si Thucydidi creditur, libro V. pag. 373. & 379. Olympiade XCIII. Pantænus pictor, Phidiæ frater. Plin. lib. XXXV. sect. XXXIV.

419 6
418 7
417 8
416 9 *Olymp.* 94. *Inter præcipuos pictores refulsit Apollodorus Atheniensis, XCIV. Olympiade*, Plin. lib. XXXV. sect. XXXVI.
415 10 *Annus Sabbaticus.*
414 11 Annus V. C. 340.
413 12

Ante Christum.

412 13 *Olymp.* 95.
411 14
410 15
409 16 *Zeuxis pictor claret Olympiadis XCV. anno quarto; a quibusdam falso in LXXIX. Olympiade positus. Æqualis ejus Parrhasius*, Plin. lib. XXXV. sect. XXXVI.
408 17 *Olymp.* 96. *Annus Sabbaticus.*
407 18
406 19
405 1 Artaxerxis Mnemonis annus primus.
404 2 *Olymp.* 97. *Urbis conditæ annus* 350.
403 3
402 4
401 5 *Annus Sabbaticus.*
400 6 *Olymp.* 98.
399 7
398 8
397 9
396 10 *Olymp.* 99.
395 11
394 12 *Annus Sabbaticus. Urbis conditæ* 360.
393 13
392 14 *Olymp.* 100.
391 15
390 16 Plinius libro XXXIII. sect. V. *Capta est Roma a* Gallis *anno CCCLXIV.* Ita MSS. Reg. 4760. 4761. 4762. 4972. & Vatican.

389 17 E Museo D. BAUDELOT, nummus ex ære, minoris moduli, caput juvenile leonina pelle tectum exhibet. In aversa parte, aquila colubrum necat. ΑΜΥΝΤΑ. *Amyntæ* regis Macedoniæ. Sunt & similes in Cimelio D. de Wilde, Amstelodami. Argenteus in Thesauro Brandeburgico, pag. 231. gallum gallinaceum exhibet: cetero priori simillimus. Hic observanda nominis inflexio est. Græci enim 'Αμύντας, 'Αμύντα dicunt, non 'Αμύντε: quemadmodum 'Αγρίππας, 'Αγρίππα, non 'Αγρίππε, uti adversus Antiquitatum Judaicarum scriptorem monuimus, in libro de Nummis Herodiadum; ubi nummi permulti ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΓΡΙΠΠΑ inscribuntur. Adde & istum ex ære magno, in Thesauro Regio, ΑΓΡΙΠΠΑΣ ΑΓΡΙΠΠΑ ΚΑΙ ΙΟΥΛΙΑΣ ΥΙΟΣ. Stat togatus, *Agrippa Agrippæ & Juliæ filius:* in parte aversa, capite nudo idem: ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΘΕ...... Lego, Σεβαστοῦ Θεοῦ υἱωνὸς, *Augusti Divi nepos.* Ionice quidem Herodotus in Caria 'Αμύντην dicit, & 'Αμύντεω, de priore Amynta: ab 'Αμύντης scilicet: ut Περδίκκεω a Græco Περδίκκης. At ubi quisquam vidit 'Αγρίππης: aut Γάλβης, cum sit utrumque ex æquo Latinæ originis, ab Agrippa & Galba? unde & nummi Græci ΓΑΛΒΑ semper & ΑΓΡΙΠΠΑ habent in gignendi casu. Sic & 'Ιούδας 'Ιούδα, & alia sexcenta. Macedoniæ communis usus semper 'Αμύνταν & 'Αμύντα dixit; suspectis non immerito, qui contra usum provinciæ & leges artis Grammaticæ secus scripserint, extra Ionicas provincias.

388 18 *Olymp.* 101. Plin. libro VII. sect. XXXI. *Platoni sapientiæ antistiti Dionysius tyrannus vittatam navem misit obviam: ipse quadrigis albis egredientem in litore excepit.* Idem libro XII. sect. III. & IV. *Dionysius prior Siciliæ tyrannus...... circa captæ Urbis ætatem.* Libro III. sect. XV. *Dionysius major.* In nummis, ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ, tantum; sine diademato capite, sine vocabulo ΒΑΣΙΛΕΩΣ, apud Parutam. Nam qui ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ inscribuntur, Dionysii junioris sunt, post Alexandrum Magnum.

387 19 *Annus Sabbaticus.*

REGES PERSARUM

REGES PERSARUM.

Ante Christum.

386 22

385 21 Plinius libro XVI. sect. LXXXV. *Anno qui fuit sine Magistratibus, CCCLXIX. Urbis, ædes Lucinæ condita.* Ita MSS. Reg. 4762. & 4972. Alii tamen quatuor, & Vaticanus, habet CCCCLXIX.

384 22 *Olymp.* 102. *Urbis conditæ annus* 370.

383 23

382 24

381 25

370 26 *Olymp.* 103. *Annus Sabbaticus.*

379 27

378 28

377 29

376 30 *Olymp.* 104.

375 31

374 32 *Urbis conditæ annus* 380.

373 33 *Annus Sabbaticus.*

372 34 *Olymp.* 105.

371 35

370 36

369 37

368 38 *Olymp.* 106.

367 39

366 40 *Annus Sabbaticus.*

365 41

364 42 *Olymp.* 107. *Urbis conditæ annus* 390. *Clari pictores Olympiade* CVII. *Lebion & Therimachus.* Plinius libro XXXV. sect. XXXVI. n. 9.

363 43

362 1 Ochi regis Persarum annus primus.

Plinius, libro 2. sect. XXVII. *Olympiadis CVII. anno tertio, cum rex Philippus Græciam quateret.* Ita MSS. Reg. 74. 191. 4760. 4761. 4763. 4792. cum Vaticanis duobus. Quatiebat Græciam Philippus rex, *in qua Græcia* primus postea *regnavit* Alexander Philippi F. 1. Machab. 1. & VI, 2. hoc est, Helladem, in qua Attica & Bœotia; *nostris Græciam appellatam*, inquit Plinius, libro IV. sect. XI.

361 2 Hoc tempore regnat in parte Macedoniæ Ptolemæus, a regione cui præerat, dictus Alorites: sic enim in nummo scribitur, in Græcia Goltzii, Tab. XXIX. ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΑΛΩΡΙΤΟΥ. Et apud Plinium, libro IV. sect. XVII. oppidum *Aloros*, & gens *Aloritæ* in Macedonia. Sic Pyrrhi Epirotæ dicti, a ditione scilicet quam obtinebat, nummus inscriptus est, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΥΡΡΟΥ ΗΠΕΙΡΩΤ. Ex quo primum magni erroris arguas scriptores eos, qui & Aloriten dictum esse Ptolemæum putarunt a solo natali, & eumdem totius Macedoniæ regem fecerunt. Deinde suspectam esse seriem regum Macedoniæ, quæ circumfertur, ex eo quoque indicio intelligas.

360 3 *Olymp.* 108.

359 4 *Annus Sabbaticus.*

358 5 Nummi Philippi Macedonis, ΦΙΛΙΠΠΟΥ inscripti, (quales in Museo nostro habemus; Philippi capite leonina pelle tecto; absque nomine Βασιλέως;) Philippi vocitabantur, tum ipsius, tum Alexandri ævo, teste Horatio, libro 2. epist. 1. versu 236. In iis Juppiter sedens, aquilam (ut videtur) dextra tenet, imperii symbolum; quale in nummis Alexandri Magni, aliorumque Macedoniæ regum cernitur.

357 6

356 7 *Olymp.* 109. Plinius libro 2. sect. XXII. *Olympiade* CVIII. (lege CVIIII. ut in MS. Colbertino 29.) *Urbis conditæ* CCCXCVIII. Ita MSS. omnes, Reg. 191. 4761. 4762. 4763. 4973. cum duobus Vaticanis. Editores, quibus latuit Olympiadum initium a Plinio solo recte constitui, a reliquis autem scriptoribus annis omnino duodecim retardari, reposuerunt, *Urbis conditæ* CCCCVIII.

355 8

354 9 *Annus Urbis conditæ* 400.

353 10

352 11 *Olymp.* 110. *Annus Sabbaticus.*

351 12

350 13 Plinius, libro XXXVI. sect VI. pag. 287. *Halicarnassi Mausoli domus Proconnesio marmore exculta est, lateritiis parietibus. Is obiit Olympiadis CVI. anno secundo, Urbis Romæ* CCCCIII. Et pag. 280. *Mausolo Cariæ regulo, qui obiit Olympiadis centesimæ sextæ, anno secundo.* Ita MSS. quatuor Reg. At in aliis tribus, & in libris editis, *Olympiadis centesimæ* tantum. In Vaticanis duobus, *Olympiadis* CIII. *anno secundo, Urbis Romæ anno* CCCCIIII. Apparet hunc locum ab interpolatoribus varie deformatum esse; qui Plinianum Olympiadum calculum tentarunt ad vulgarem sententiam revocare: infelici eventu, ut patet. Lege, *Olympiadis* CX. & omnia ad Plinii mentem veritatemque congruent. Est enim hic annus secundus Olympiadis CX. usque ad mensem Julium; idemque Urbis CCCCIV. In Thesauro Regio nummus est argenteus, in quo Solis caput, sine epigraphe. .)(. ΜΑΥΣΩΛΟΣ. Juppiter bipennem humero dextro gerit. Nondum βασιλέως nomen in nummis occurrit. Quæ quidem observatio suadet etiam, non esse adeo orbem vetustum, ac nonnulli ponunt.

Ante Christum.

349 14

348 15 *Olymp.* CXI.

347 16

346 17

345 18 *Annus Sabbaticus. Urbis conditæ* 409.

344 19 *Olymp.* 112. Plinius libro XXXV. pag. 207. de pictoribus: *Omnes superavit Apelles Cous, Olympiade* CXII.

343 20

342 21

341 22

340 23 *Olymp.* 113. *Urbis conditæ*, 414.

339 1 Arses vel Arogus, Persis imperat.

338 2 *Annus Sabbaticus.*

337 3

336 1 *Olymp.* 114. ALEXANDER MAGNUS, in Græcia. Plinius, lib. XXXIV. sect. XIX. ubi de ætate nobilium artificum: *Centesima quartadecima* Olympiade, *Lysippus fuit, cum & Alexander Magnus.* Hunc annum esse primum Alexandri Magni, ea loquendi forma admonet. Nummi antiqui, ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. Nondum mos obtinuerat, ut quisquam in orbe rex, ΒΑΣΙΛΕΩΣ in nummis suis vocabulum adderet: nec nisi post Alexandri Magni obitum mos ille invectus est. Qui prius id nominis nummus exhibeat, aut nullus est genuinus, aut rarus. ALEXANDER M.

335 2 Darius Persis ac Medis imperat.

334 3 *Urbis conditæ annus* 420.

333 4

332 5 *Olymp.* 115. Circa hoc tempus *Alexander Magnus Thebas expugnat.* Plinius lib. XXXIV. sect. VIII. Sunt autem Bœotiæ Thebæ, ut & Athenæ, in Hellade, sive Græcia. Tunc videtur a Romanis *legatio ad Alexandrum* missa. Plin. libro III. sect. IX.

331 6 *Annus Sabbaticus.*

330 7

329 8

328 9 *Olymp.* 116.

327 10

326 11

325 12

Olymp. 117. V.C. *annus* 430. *Ante Christum* 324. *Annus Sabbaticus. Alexandri M. in Asia*, 1.

Plinius libro 2. sect. LXXII. *Nobili apud Arbela magni Alexandri victoria, Luna defecisse noctis secunda hora prodita est; eademque in Sicilia exoriens.* Nihil omnino dici potest hac observatione siderali aut accuratius, aut majoris momenti ad rationem temporum statuendam: præterquam quod etiam distantiam locorum ac meridianorum optime docet: estque adeo ad Geographiam æque atque ad Chronologiam utilis. Ex ea certe efficitur apertissime, hoc anno superatum ab Alexandro Darium fuisse, mense Maio; ejusdem Alexandri initium regnandi in Asia, hoc ipso anno ac

ALEXANDER M.

ac mense collocandum esse; & quod scriptor sacer libri primi Machabæorum admonet, annos postea duodecim Alexandrum regnasse.

Plenilunium verum Parisiis fuit, die 8. Maii, hora 6. serotina, 55′ 34″.		
Initium defectionis Parisiis,		hora 5 27′ 33″
Differentia meridiani Parisiensis ab Arbelis, ex P. Riccioli.		horæ 3 12′ 48″
Differentia meridiani a Messana Siciliæ,		0 57′ 44″
Initium igitur defectionis Arbelis,		hora 8 40′ 21″
Initium defectionis in Sicilia Messanæ,		hora 6 25′ 17″
Medium,	Parisiis,	hora 7 0 51″
	Arbelis,	hora 10 13′ 39″
	Messanæ,	hora 7 57″ 44″
Finis eclipsis,	Parisiis,	hora 8 34′ 9″
	Arbelis,	hora 11 46′ 57″
	Messanæ,	hora 9 31′ 53″
Duratio eclipsis,		horæ 3 6′ 30″
Digiti undecim.		

Arbelis, ubi altitudo poli est 35. grad. ex P. Riccioli, Solis occasus fuit die 8. Maii, hora 6. 44′. 48″. Ergo initium eclipsis, quod fuit hora 8. 40′. 21″. incidit in horam secundam noctis, hoc est, una hora, 56′ 27′ post Solis occasum, Arbelis. Messanæ vero in Sicilia, Solis occasus, atque adeo Lunæ exortus fuit, hora 6. 50′. cum esset Arbelis hora 8 40′ 21″ sive hora secunda noctis. Itaque Luna in defectione erat, cum exoriretur in Sicilia. Nullus autem omnino Lunæ defectus circa hæc tempora potuit hora secunda noctis Arbelis contingere, & mense quidem qui bello foret idoneus, præter istum. Hunc autem nos primi indagavimus, observavimusque, admonitu sacri scriptoris libri primi Machabæorum; ut mox dicemus. Quem enim Lunæ defectum ex Plutarcho Petavius affert ante annos octo, is ipsius Petavii calculo, ferme sesquitertia noctis hora contigit. Itaque nihil certius dici potest, quam isto anno Alexandri de Dario victoriam esse collocandam die octavo Maii, anno regni ipsius in Græcia duodecimo jam exacto.

Huic porro siderum observationi Plinianæ longe potior est habenda fides, quam quibuslibet aliis scriptoribus; suffragante præsertim eidem observationi & Solis ac Lunæ suffragio: nam Solem quis dicere falsum Audeat? & quod majus est, scriptoris sacri calculo; qui post victum Darium annos Alexandro Magno duodecim tribuit; statimque ei post obitum, ex ipsiusmet designatione, Seleucum, Ptolemæum, ac reliquos successisse ponit, Æramque Græcorum inde exortam. Cujus quidem scriptoris animum calamumque fides docet ita a Deo esse gubernatum, ut is aberrare a vero non posset. Sic porro evenit, ut Pliniano sive Olympiadum, sive defectuum Solis ac Lunæ calculo, Deus ipse & sidera patrocinentur; nummique etiam veteres, ut mox visuri sumus.

1. Mach. 1. *Et factum est, POSTQUAM percussit Alexander Philippi Macedo, qui primus regnavit in Græcia, egressus de terra Cethim* (hoc est, de Macedonia, 1. Mach. VIII, 5.) *Darium regem Persarum & Medorum: constituit prælia multa, & obtinuit omnium munitiones, & interfecit reges terræ; & pertransiit usque ad fines terræ: & accepit spolia multitudinis gentium: & siluit terra in conspectu ejus. Et congregavit virtutem, & exercitum fortem nimis: & exaltatum est, & elevatum cor ejus: & obtinuit regiones gentium, & tyrannos, & facti sunt illi in tributum...... Et regnavit Alexander annis duodecim*, in ditione scilicet, sive Darii, *postquam percussit eum*, sive ceterorum regum, quos annis postea consecutis devicit. Notandum est enim hoc loco diligenter, dici a sacro scriptore diserte, *regnasse Alexandrum annis duodecim, postquam percussit Darium.* Nec Christianos dici putem posse, qui scriptores alios huic anteponant.

Græciam, in qua primus regnavit Alexander, Syriam intelligimus, a Zacharia propheta admoniti, cap. IX, 13. ubi his verbis; *Suscitabo filios tuos Sion super filios tuos Græcia* יון: *& ponam te quasi gladium fortium;* bellum prædicitur a Juda Machabæo, fratribusque gestum adversus Syriæ reges, ortos ex Javan filio Japheth, hoc est, ex Græcia Europæa. Atque ob eam causam etiam a scriptore sacro consultissime dicitur Alexander *egressus de terra Cethim*, ut regnaret in Græcia; sive regnasse primus in Græcia, postquam egressus est de terra Cethim. Hoc enim verbo voluit significare, egressum fuisse & terra posterorum Japheth, ut regnaret primus in terra posterorum Sem: sive (quod eodem recidit) qui primus regnavit in Græcia Syriaca, egressum fuisse de Græcia Europæa. Quam ob causam regnum Syriæ regum, *regnum Græcorum* in libris sacris appellatur. Sic Gen. x, 11. legimus: *De terra illa*, Sennaar sive Babylonia, *EGRESSVS EST Assur.* Et versu 14. *Phetrusim & Chasluim: de quibus EGRESSI SVNT Philisthiim & Caphtorim.* Nam hæc loca sacer scriptor hic respexit. Sunt autem Cethim כתים Hebræis universa Europæa Græcia; in qua fuere primo Cethim, cum patre suo Javan: unde postea profecti incoluere Italiam; præsertim partem eam, quæ Magna Græcia est nuncupata. Unde, *Cethim* apud Mosem, Num. XXIV, 24. Italia est: item Isaiæ XXIII, 1, 12. Jerem. 2, 10. Ezech. XXVII, 6. Apud Danielem, cap. XI, 30. Romani sunt: hoc autem loco, *Macedones.*

2 Alexandri Magni in Asia annus secundus.
Plinius, libro VII. sect. XVII. *Alexandro Magno rege inflammato cupidine animalium naturas noscendi, delegataque hac commentatione Aristoteli, summo in omni doctrina viro, aliquot millia hominum in TOTIUS ASIÆ GRÆCÆQUE tractu parere jussa*, &c. Post victum Darium, cum tota jam illi Asia, & Græcia tota pareret.
3
4 Plinius, libro XXXIV. pag. 121. Statuas marmoreas, *a Xerxe Persarum rege captas victa Perside Atheniensibus remisit Alexander Magnus.*
5 *Olymp.* 118.
6 E nummis Alexandri Magni, alii sunt ex argento, ex ære alii. In argenteis quidem litteræ subinde numerales occurrunt, ut ΔΙ, XIV. in Museo Domus Professæ nostræ in hac civitate: ΚΓ, XXIII. cum superpositis majoribus litteris ΑΣ, in præclaro numismate maximi moduli, e Cimelio D. Abb. FAVVEL, Regii Capellani: ΚΕ, XXV. & Λ, XXX. in nummis e gaza Regia. Numerum tamen annorum Alexandri Magni his litteris minime consignari affirmant periti harum rerum judices; quibus ultro subscribimus. Itaque inscriptos Alexandri Magni nomine nummos argenteos prætermittimus, quorum usus ad Chronologiam nullus est. At est unus ex minimo ære perelegans, longe alterius formæ, apud V. Clariss. D. BAVDELOT: qui nummus Alexandri caput exhibet, leonina pelle tectum, cum litteris ΙΗ, quæ annum ejusdem XVIII. designare creduntur a peritis. Nummi pars aversa clavam habet & pharetram, cum nomine ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ.

7
8 *Annus Sabbaticus.*
9 *Olymp.* 119.
10
11 *Urbis conditæ annus* 440.
Plinius, libro III. sect. IX. *Theophrastus primus externorum aliqua de Romanis diligentius scripsit, Nicodoro Atheniensium magistratui, qui fuit Urbis nostræ CCCCXL. anno.*
12 *Urbis conditæ annus* 441.

ÆRA GRÆCORUM.

Olymp. 120. V. C. 442. *Ante Christum*, 312.

ÆRA GRÆCORUM.

De Alexandro Magno, 1. Mach. 1, 6. *Et post hæc decidit in lectum, & cognovit quia moreretur. Et vocavit pueros suos nobiles, qui secum erant nutriti a juventute: & divisit illis regnum suum, cum adhuc viveret. Et regnavit Alexander annis duodecim, & mortuus est.* An Elymaide in Perside obiisse eum colligi possit ex 1. Mach. VI, 1. considerandum.

Toto

ÆRA GRÆCORUM.

Toto historiæ Machabæorum exordio, Alexander aperte ponitur a devicto Dario duodecim annos regnasse: ex Plinio autem, & cælesti observatione liquet, annos ipsos duodecim ante eam victoriam eumdem in Græcia exegisse. Hanc nos igitur tantis evicti auctoritatibus Chronologiam sequimur, & annos omnino XXIV. Alexandro Magno tribuimus: quantumvis e vetustis scriptoribus alii undecim omnino, aut ad summum duodecim dumtaxat eidem adsignent; quorum septem post victum Darium in Asia egerit: obieritque, ut illi ponunt, quo anno victum ab ipso Darium eclipsis Pliniana demonstrat; annis duodecim antequam ei Seleucus, Ptolemæus, aliique succederent.

Obiit igitur Alexander mense Junio, expleto jam anno regni duodecimo in Asia. Quæ causa est, quamobrem scriptor libri primi Machabæorum annos æræ Græcorum, more Judaico, a Nisan incipiat; quoniam ab eo Junius apud Judæos vix tertius fere mensis est: Græci autem a Septembri, cum scriptore libri secundi Machabæorum; quoniam cum Græcorum computatione Junius decimus esset anni mensis, jam exactus fere annus ille censebatur, nec proinde computandus. Cujus discriminis causam, neque istam quidem, neque probabilem aliam afferre possunt ii, qui contra sacrarum litterarum testimonium negant Alexandrum Magnum hoc anno obiisse. Liber autem secundus Machabæorum scriptus Hierosolymis quidem, & ab Hierosolymitanis est, Græce tamen: quoniam ad fratres in Ægypto scriptus est, qui nonnisi Græce intelligerent ac loquerentur. Quam etiam ob causam & Æra Græcorum in eo libro notatur, ab autumno incipiens, quoniam ea Ægypti consuetudo esset.

1. Mach. 1, 7. *Et vocavit* Alexander Macedo *pueros suos nobiles.... & divisit illis regnum suum, cum adhuc viveret.* In hunc locum egregia est Menochii sententia: *Negant hoc profani scriptores*, inquit; *sed gravior & potior apud nos sacræ scripturæ auctoritas, quæ ita factum affirmat.* Sapienter dictum & Christiane: quo nos etiam dicto nunc uteremur, ut id anno isto contigisse statueremus, etiamsi testimonio Solis ac Lunæ, quod mirifice cum sacro scriptore convenit, careremus.

1. Mach. 1, 9. de Alexandro Magno: *Et obtinuerunt pueri ejus regnum, unusquisque in loco suo: & imposuerunt omnes sibi diademata POST MORTEM EJUS, & filii eorum post eos annis multis, & multiplicata sunt mala in terra.* Mendacii igitur arguuntur a sacro scriptore ii, qui inter Alexandri initium, & Seleuci in Syria regnum, ut de ceteris sileamus, annos duodecim intercessisse ponunt, quos nempe Alexandro detrahunt.

De Alexandri successoribus, Syriæ tantum & Ægypti reges appellaturi sumus: quod cum rebus Judæorum, res gestæ eorum connexæ colligatæque sunt.

Æram Græcorum (sic enim longe verius a sacris scriptoribus appellari solet, quæ Seleucidarum a vulgo dicitur,) a mense Tisri, sive Septembri, non modo Parthiæ, Arabiæ, & Syriæ reges, in nummis suis servaverunt: sed & civitates istæ; Antiochia, Apamea, Cyrrhus, Damascus, Emesa, Laodicea ad Libanum, Orthosia, Sidon, Tyrus, Tripolis. Est Arabibus *Terik dhilkarnaim*, Epocha duorum cornuum: duorum utique regnorum, Asiæ & Ægypti; quæ instar gemini cornu, mare mediterraneum complectuntur. Et in scriptura sacra, Dan. VIII. cornua pro regnis ponuntur.

De Regibus Macedoniæ, qui quibus successerint post Alexandri excessum, neque ex nummis certo statuere, neque ex Plinio possumus. Tantum hæc habemus nomina regum, quos vixisse post Alexandrum adjectus ΒΑΣΙΛΕΩΣ titulus admonet. Digna notatu etiam est forma genitivi communis in ΑΜΥΝΤΟΥ subinde, & ΠΕΡΔΙΚΚΟΥ.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΜΥΝΤΟΥ, ex ære mediocri in gaza Regia, & ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΜΥΝΤΑ, in gaza Brandeburgica.
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΕΡΔΙΚΚΟΥ.
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΚΑΣΣΑΝΔΡΟΥ.
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΓΟΝΟΥ.
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ, qui Antigoni filius, & Expugnator, sive Poliorcetes, a Plinio appellatur.
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΦΙΛΙΠΠΟΥ, ex argento, in gaza Brandeburgica.
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΕΡΣΕΩΣ.

Nullus est Cassander in nummis, nullus Antigonus, Demetrius, Antipater, Philippus, aut Perseus regum novissimus, absque titulo ΒΑΣΙΛΕΩΣ; quoniam post Alexandrum vixerunt. Unde colligimus, Amyntam & Perdiccam, qui pariter in nummis Βασιλεῖς appellantur, vixisse similiter post Alexandrum Magnum.

DE ÆGYPTI REGIBUS
POST ALEXANDRUM.

Ægypti regum series alia ab aliis scriptoribus est instituta: nec parum autem diversa ac discrepans ab illis omnibus ea est, quam nummi antiqui repræsentant. Nos igitur veterum sententias paulo insigniores primum exhibebimus: tum eam deinde quæ sit amplectenda ab his, qui nummos antiquos, ut par est, libris scriptis anteponunt.

Ex Canone qui dicitur Ptolemæi.		*Ex Clemente Alexandrino.*		*Ex Tertulliano.*		*Ex Eusebii Chronico.*		*Ex opinione nunc vulgo recepta.*	
1 Ptolemæi Lagi	20	1 Ptol. Lagi	40	1 Soter	35	1 Ptol. Lagi F.	40	1 Ptol. Lagi	40
2 Philadelphi	38	2 Philadelphus	27	2 Philadelphus	39	2 Philadelphus	38	2 Ptol. Philadelphus	38
3 Evergetæ	25	3 Evergetes	25	3 Evergetes	25	3 Evergetes	26	3 Ptol. Evergetes I.	26
4 Philopatoris	17	4 Philopator	17	4 Philopator	17	4 Philopator	17	4 Ptol. Philopator	17
5 Epiphanis	24	5 Epiphanes	24	5 Epiphanes	24	5 Epiphanes	24	5 Ptol. Epiphanes	23
6 Philometoris	35	6 Philometor	35	6 Alius Evergetes	29	6 Philometor	35	6 Ptol. Philometor	35
7 Evergetæ II.	29	7 Physcon	29	7 Soter	38	7 Evergetes	29	7 Ptol. Evergetes II. Physcon Philometoris frater.	29
8 Soteris	36	8 Lathurus	36	8 Ptolemæus	38	8 Physcon sive Soter	17	8 Ptol. Lathurus Physconis F.	17
9 Dionysii	29	9 Dionysius	29	9 Cleopatra & mens. 6.	20	9 Ptol. Alexander	10	9 Ptol. Alexander Lathuri frater	10
10 Cleopatræ	22	10 Cleopatra.	22	Et iterum cum Augusto, annis	13.	10 Ptol. Cleopatræ F.	8	10 Ptol. Alexander II. Alexandri F.	
						11 Ptol. Διόνυσος	31	11 Ptol. Alexandri III. Alexandri I. F.	17
						12 Cleopatra	22	12 Ptol. Auletes nothus	13
								13 Ptol. Διόνυσος.	5
								14 Cleopatra	17
								Periit anno V.C. DCCXXIV.	
	275		284		278		297		287

Nunc

Nunc inspiciamus quid sacræ litteræ, quid nummi antiqui, quid Plinius, & Theocritus; (neque enim alia in præsenti negotio placent testimonia,) de regibus Ægypti post Alexandrum prodant.

ÆRA GRÆCORUM.

I. PTOLEMÆUS SOTER. Uxor Berenice, ex Theocrito, Idyll. XVII.

II. PTOLEMÆVS PHILADELPHVS. — Arsinoë soror & uxor. Plin. libro VI. sect. XXXIII. & lib. XXXVI. sect. XIV. — Ptolemæus Ceraunus. Plin. libro VI. sect. XII.

III. PTOLEMÆVS....

IV. PTOLEMÆVS PHILOPATOR, *qui Tryphon cognominatus est.* Plinius, libro VII. pag. 105.

Ptolemæus Epiphanes, qui neque rex fuerit, & ante Philometorem obierit: pater Evergetæ regis, illius qui Philometori successit. — Cleopatra Θεὰ, Philometoris soror & Conjux. — **V. PTOLEMÆVS PHILOMETOR,** Θεὸς, anno V.C. DLXXIII.

Cleopatra Θεὰ, uxor Alexandri, postea Demetrii, Syriæ regum: mater Antiochi regis Syriæ, cum quo regnat anno æræ Græcorum 187. qui est V.C. 628.

VI. PTOLEMÆVS EVERGETES. Anno V.C. DCVIII.

VII. PTOLEMÆVS LATHVRVS, sub annum V.C. DCL.

VIII. PTOLEMÆVS...... sub annum V.C. DCCLXX.
Uxor SELENE.

IX. PTOLEMÆVS...... sub annum V. C. DCCLXXX.
Uxor BERENICE.

X. CLEOPATRA, Θεὰ νεωτέρα, sub annum. V.C. DCC. Periisse videtur anno V.C. DCCXXVIII. ad quem annum ab obitu Alexandri Magni, anno V.C CCCCXLII. effluxerunt anni 286.

Confer jam hunc titulum, Θεὰ νεωτέρα, cum priore Cleopatra, quæ pariter Θεά; oculi ipsi fidem facient, eo sensu posteriorem hanc dici Θεὰν, quo priorem: sed νεωτέραν, eo quod ut illa e quatuor orta regibus erat, & ipsa regina; sic posterior ab illa priore quatuor numerat alios ante se reges, recta pariter linea, regina & ipsa. Ante Philometorem, qui est quintus regum, nemo Θεός; sed nec post illum quisquam: quoniam cum is qui ei successit, Evergetes, filius regis non esset, non potuit nisi quintus ab ipso Θεὸς inscribi. Quinta autem Cleopatra fuit: quamobrem & ipsa Θεὰ νεωτέρα. Ante priorem Cleopatram nulla Θεὰ pariter: post illam, in Ægypto nulla, nisi altera Cleopatra, quæ Θεὰ νεωτέρα. Ergo vox illa Θεὰ reginam significat, quæ saltem patre avo, proavo, abavoque regibus sit prognata: quemadmodum Θεὸς est in nummis Philometor, quia patre, avo, proavo, abavoque regibus est editus. Cleopatra igitur Ægypti posterior Θεὰ νεωτέρα dicta est perquam eleganter: quippe quæ nimirum, quod prior illa habuit, iterum repræsentaret: quoniam, ut prior erat e quatuor regibus, ut dictum est, orta, & simul regina; sic ipsa ducto ex illo tempore calculo regum, totidem ante se reges, ex quibus ortum duceret, numeraret. Itaque Θεὸς in Ægypto & Syria, non quod nonnulli somniarunt, titulus est ab iis assumptus, qui divinos honores affectarent; sed eum denotat, qui saltem quintus esset rex sui generis; aut eam quæ esset ex quatuor saltem orta regibus, & ipsa regina. Unde Ptolemæus Θεὸς, & Cleopatra Θεὰ, & Ptolemæus Epiphanes, ex eodem orti patre Philopatore existimandi sunt; quemadmodum eodem fere tempore, in Asia sive Syria, Antiochus Θεὸς, & Demetrius Θεὸς, & Seleucus Epiphanes, ex eodem Antiocho Magno patre. Est enim eadem vis ac potestas utrique voci Θεὸς & Ἐπιφανὴς, ut postea dicemus. Cleopatra vero regina Asiæ sive Syriæ, patre, avo, proavo, abavo, atavoque regibus est edita, & Θεὰ idcirco est appellata. Verum id non efficit oportere, ut quæ Θεὰ dicitur, habeat tot ante se reges majores suos: sed ostendit tantum Θεὰν ipsam potiore prærogativa dictam fuisse; atque hunc titulum idcirco usurpasse, quod reginarum ante ipsam, in Asia sive Syria, Θεὰ dici nulla potuisset. At appellatio Θεᾶς νεωτέρας in Cleopatra ultima admonet, non alio jure potuisse hanc dici Θεὰν, quam quo prior in Ægypto id nomen habuit: atque adeo inter utramque reges quatuor intercessisse, nec plures, nec pauciores; quemadmodum priorem totidem præcessere.

Geminam certe dumtaxat Cleopatram Ægypti reginam antiqua numismata, quæ quidem sincera sint ac genuina, adserunt: tametsi sex ab historicis quibusdam Ægypti reginæ Cleopatræ numerentur. Prior est Cleopatra Θεὰ soror & conjux Ptolemæi Philometoris: altera *Ægypti reginarum novissima*, ut Plinius appellat; libro IX. sect. LVII. Et ipsum nomen Cleopatræ docet, nonnisi duas exstitisse illius nominis in Ægypto reginas. Nam Cleopatra, æque ac Θεὰ, & Ἐπιφανὴς, regibus ortam quatuor saltem, vel quinque, significat. Nam ut est Ἐπιφανὴς *Nobilis*, vel *Illustris*, ut vertit Vulgatus interpres; sic est *Cleopatra*, ab inclytis orta patribus & avis. Quæ causa est quamobrem etiam filiæ Philometoris, reginæ Asiæ, datum illud nomen utrumque fuerit, ut nummi testantur inferius exhibendi, ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣ ΘΕΑΣ. Itaque post istam alia esse non potuit in Ægypto Cleopatra regina, nisi quæ potuit esse simul Θεὰ νεωτέρα, ea quam posuimus vocis illius significatione: aut hæc nimirum, quæ novissima Ægypti reginarum; aut ejus etiam fortassis filia, si quam haberet.

Hæc denique interpretatio vocis Θεοῦ in regum Syriæ & Ægypti titulis, quos nummi repræsentant, fictum ac recentis fabricæ marmor esse Oxoniense demonstrat; in quo Antiochus, quem regum Syriæ tertium fecere, Θεὸς appellatur, pag. 16. Principibus autem viris feminisque apud Romanos cum titulum

Θεὸς & Θεὰ Græci tribuerent, aliud intelligi voluerunt; eo quod Syriacæ vel Ægyptiacæ consuetudini locus ibi non erat. Itaque Θεὸς & Θεὰ est Deus, & Dea, ut in nummo Tiberii & Juliæ, cuso a Mytilenæis: nunc Θεὰ est, quæ est inter divos relata, ut in nummo ΘΕΑ ΔΡΟΥCΙΛΛΑ Μιτυληναίων. Nempe alia vis ac potestas est ei voci Θεὸς & Θεὰ, quando postponitur nomini, ut in ΤΙ. ΘΕΟΣ, & ΙΟΥΛΙΑ ΘΕΑ: alia, cum præponitur.

Nummus ille igitur, in quo Cleopatra dicitur Θεὰ νεωτέρα, nominum illorum vim ac potestatem explorantibus satis aperte indicat, quemadmodum digeri ordinarique oporteat stemma regum Ægypti: nec standum esse vel opinione nunc vulgo recepta, quæ quatuordecim reges ponit: nec Eusebii calculo, qui duodecim: nec Tertulliani sententia, quæ novem dumtaxat: sed nostra, quæ decem: quæ tametsi cum Clemente Alexandrino conveniat numero, tamen ab eo regum ordine cognominibusque dissidet. Verum ne quid in hoc argumento desiderari possit, firmanda hæc sunt, quæ protulimus, auctoritate nummorum veterum, statuendumque ad quos nummi quique pertineant.

I. PTOLEMÆVS SOTER.

Caput cinctum diademate. .)(. Aquila insistens fulmini. ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ. Latere sinistro nummi, ΑΒ. hoc est, Ἀβυδηνῶν. Est in Thesauro Mauroceni, pag. 14.

Caput cinctum diademate. .)(. Aquila, ut proxime. ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ. Latere dextro, ΠΗ. hoc est, Πηλουσιωτῶν. Est apud D. Vaillant, pag. 25.

Caput diadematum. .)(. Aquila. ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ. Est apud D. BAUDELOT.

II. PTOLEMÆVS PHILADELPHVS.

Caput cinctum diademate. .)(. ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Aquila insistens fulmini. L. ΛΘ. *Anno* XXXIX. regni ipsius. ΠΑ. Παφίων. Apud D. Vaillant, pag. 49.

Caput cinctum diademate. .)(. ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Aquila insistens fulmini L. ΜΘ. *Anno* XLIX. ΚΙ. Κιτιέων. Apud eumdem, pag. 38.

Caput muliebre velatum, cum loti flosculo in vertice. .)(. Geminum Cornucopiæ. ΑΡΣΙΝΟΗΣ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ. *Arsinoës Philadelphi* conjugis & sororis. Est aureus in Thesauro Regio: apud D. BAUDELOT, ex ære vidimus.

III. PTOLEMÆVS....

Caput cinctum diademate. .)(. Aquila insistens fulmini. ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Est hic nummus apud D. Vaillant, pag. 24. quem nullo satis idoneo argumento fultus Ptolemæo Soteri tribuit. Neque vero nos eumdem hoc loco ponimus, alia causa permoti, quod alium non habemus, quem huic regum tertio adscribamus.

IV. PTOLEMÆVS PHILOPATOR.

Caput diadematum, vultu admodum senili. .)(. Aquila insistens fulmini. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ. Æreus, e gaza Regia.

V. PTOLEMÆVS PHILOMETOR.

Caput diadematum. .)(. ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. L. A. *Anno primo.* Aquila. ΠΑ. Παφίων in insula Cypro, quæ Philometori paruit, ex 2. Mach. X, 13. Argenteus hic nummus est in Cimelio D. FOUCAULT.

Ibidem, L. B. *Anno secundo.* ΠΑ. ut suprà, argenteus.

Ibidem, L. E. *Anno quinto.* ΚΙ. Κιτιέων, in insula Cypro: argenteus.

In Thesauro Regio, L. Ξ. *Anno septimo* ΠΑ. argenteus.

Apud D. Foucault, L. Θ. *Anno nono.* ΠΑ. argenteus.

Apud D. Baudelot, L. ΙΓ. *Anno* XIII. ΠΑ. argenteus.

Ibidem, L. ΙΔ. *Anno* XIIII. ΠΑ. argenteus.

Apud D. Foucault, L. ΚΑ. *Anno* XXI. ΚΙ. argenteus.

Apud D. Baudelot, L. ΚΒ. *Anno* XXII. ΠΑ. argenteus.

Ibidem, L. ΚΗ. *Anno* XXVIII. ex ære magno.

Hos nummos omnes Ptolemæo Philometori dedimus in hac Chronologia ante annos quinque Ptolemæo Evergetæ, qui Philometori successit, an Cyprus & Cyrene paruerit, dubium facere videtur locus ex 1. Mach. XV, 23. ubi Cyprum & Cyrenen credas a ditione Ptolemæi sejungi. Causa hæc est, quamobrem omnes in Cypro cusos Philometori nummos adscribamus, præter duos: alterum, in quo annus ΛϚ. 36. alterum in quo ΜΘ. 49. scribitur: qui anni duo videntur in primis convenire Philadelpho. At præter Philometorem, nemo certe ex Ptolemæis, cujus cognomen in nummis legatur, adscriptum nomen habet urbis alicujus Cypriæ. Ea igitur causa altera est, cur & ceteri ibi percussi, a nobis eidem tribuantur: qui nempe sequuntur.

L. Z. *Anno* VII. Ptolemæo III. D. Vaillant pag. 51. hunc adsignat.

L. H. *Anno* VIII. Ptolemæo IV. idem pag. 70. hunc adscribit.

L. A. *Anno primo.* ΣΑ. Σαλαμινίων. Idem, pag. 84.
L. E. *Anno* V. ΣΑ. Idem pag. 85.
L. Z. *Anno* VII. ΠΑ. Παφίων. Ibidem.
L. K. *Anno* XX. ΠΑ Idem pag. 86.
L. ΚΒ. *Anno* XXII. ΠΑ. Ibidem.
} Ptolemæo V. hos tribuit.

L. ΙϚ. *Anno* XVI. ΠΑ. Idem pag. 111. Ptolemæo VII. hunc adscribit.

L. A. *Anno primo.* ΠΑ
L. I. *Anno decimo.* ΠΑ.
} Hic uterque nummus ab eodem tribuitur Ptolemæo VIII. pag. 115. Pag. vero 123. & 124. idem uterque Ptolemæo IX. ab eo datur.

L. Θ. *Anno nono.* ΠΑ. Idem pag. 124. Ptolemæo IX.

L. ΙϚ. *Anno* XVI. ΠΑ. Pag. 39. Ptolemæo Philadelpho donat.

L. ΜΘ. *Anno* XLIX. ΚΙ. pag. 38. Ptolemæo Philadelpho tribuit: quod & nos fuimus.

L. ΛϚ. *Anno* XXXVI. ΚΙ. Pag. 39. idem Philadelpho tribuit: at pag. 52. hunc eumdem ipse Evergetæ adscribit.

Caput diadematum. .)(. ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΦΙΛΟΜΗΤΟΡΟΣ ΘΕΟΥ. Aquila. Infra, ΙΔ. *Anno* XIV. ΠΑ. *Paphiorum* nummus argenteus apud D. Baudelot.

Caput diadematum. .)(. Aquila cum palma. ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΦΙΛΟΜΗΤΟΡΟΣ ΘΕΟΥ. Ⲡ. *Ptolemaide Ægypti Infra*, ΙΔΊ. hoc est, *anno* XIV. Inversæ quippe ibi litteræ sunt, pro L. ΙΔ. Est argenteus apud D. Vaillant, pag. 103. qui Ὀππεναῖος ibi nescio quos ex Æthiopia accitos pro Ptolemaitis legit.

Caput leonina pelle tectum. .)(. Aquila, cujus intra pedes, Δ. In ambitu, ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΒΑΣΙ-

ÆRA GRÆCORUM. ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Quoniam ille Syriam occupavit, caput habet, ut reges Syriæ nonnulli, leonina pelle tectum. Est ex ære mediocri, apud D. Baudelot.

Caput diadematum. ℞. Aquila insistens fulmini. Clava Herculea, cujus in apice est monogramma ... hoc est, *Tyri*, qua Ptolemæus Philometor potitus est pulso Alexandro. Est argenteus ibidem. Vide 1. Mach. XI, 8, 13, 16.

Caput Cleopatræ, vel Ægypti potius, ut alias diximus, elephantina pelle tectum. ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ. ℞. ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Aquila. *Cleopatræ reginæ Ptolemæi regis* uxoris. Est in Thesauro Regio æreus, & apud Seguin. pag. 55. Amborum pariter mentio est in libro Esther, in proœmio capitis XI. *Anno quarto, regnantibus Ptolemæo & Cleopatra.* Quæ locutio nec satis esset accurata, si vel ante Philometorem alia fuisset regina Cleopatra, vel post illum alia rursum ante quam hæc scripta oratio est: nec vere omnino dici posse videtur, *Regnantibus Ptolemæo & Cleopatra*, nisi ubi par est in utroque jus regnandi. Non dicitur autem uxor regnare, communi gentium jure: at si eadem soror sit, ut mos istorum Ægypti regum fuit, pervenisse ad eam quoque hereditario jure regnandi jus dici potuit. Igitur ea oratio Ptolemæum designat, cujus esset Cleopatra soror & uxor; ac proinde Philometorem.

Capita duo, quorum alterum alteri superpositum est. Epigraphe, ΘΕΩΝ ℞. Eadem rursum capita duo: epigraphe, ΑΔΕΛΦΩΝ. Est hic aureus in Thesauro Regio. Vidimus & a Seguino vulgatum, pag. 47. pondo aureorum Francicorum trium. Θεὸν antea diximus neminem dictum esse aut dici potuisse ante Philometorem: & pari jure Θεὰ conjux appellatur: quæ nisi soror ejusdem esset, esse Θεὰ, vel omnino Cleopatra dici, non potuit. Unde & ambo ἀδελφοὶ vocantur. Philometor igitur, cum Cleopatra conjuge & sorore, in hoc nummo pingitur: & ambo primum Θεοὶ, deinde & Ἀδελφοὶ appellantur.

Capita duo eadem sine epigraphe. ℞. Eadem rursum cum epigraphe, ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ. Idem in utroque nummo sunt reges. Est hic nummus apud D. Maunier, Aleppensem, Parisiis. Confer cum his nummum Drusi & Germanici, qui ΝΕΟΙ ΘΕΟΙ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΙ dicuntur in nummo Σαρδιανῶν. Monumento Adulitano, quod in falsis tantum membranis exstat, narratque perridicula sane multa, nemo sapiens fidem habeat.

Non video in ullis monumentis, quæ indubitatæ fidei sint, nisi Philometorem, cui dici possit ex nummis antiquis datus a Populo Rom. tutor M. Lepidus, anno sui Consulatus scilicet, adversus Antiochum Epiphanem: quoniam nomine Populi Romani denunciavit ille Antiocho, ut a Philometoris regno, quod occuparat, absederet. Fuit idem Lepidus postea Pontifex Max. Unde ille etiam titulus in nummo adjectus est sub Lepido Triumviro: nam sub eo cusus ille nummus videtur, quoniam is tali viro proavo suo se jactaret. Frustra hic alii tutelam pupilli regis cogitarunt. Nummus igitur hujus rei testis argenteus est apud Patin. in famil. Rom. pag. 7. Caput turritum: ALEXANDREA. ℞. TVTOR REG. M. LEPIDVS PONT. MAX. S. C. Lepidus togatus coronam imponit regi Ptolemæo, sceptrum gestanti, cujus in apice Aquila regni Ægyptiaci symbolum est.

Ptolemæus Epiphanes.

Nullus reipsa nummus exsistit, in quo sit cognomen Ptolemæi Epiphanis: sed fratrem nihilominus fuisse aliquem Philometoris, qui neque rex ipse fuerit, & ante Philometorem obierit, & ex quo exorti fuerint reges quatuor subsequentes, ipsaque Cleopatra, cujus ipse Epiphanes, atavus fuerit; Cleopatræ nummus ostendit, ut diximus, qui est inscriptus ΘΕΑ ΝΕΩΤΕΡΑ: nec minus perspicue demonstrat alter ejusdem, ut mox dicemus, cujus est hæc epigraphe: REGINAE REGVM FILIORVM REGVM CLEOPATRAE. Quod si frater autem Philometoris Θεὸς fuit, Epiphanem fuisse dictum exemplo Syriæ Regum superius ostendimus.

VI. PTOLEMÆVS EVERGETES.

Hunc vulgo Ptolemæum Evergeten II. appellant ii, qui ex dubiæ fidei libris historias concinnant. At unicum Evergeten in sacris litteris nummisque reperimus; hunc nimirum: priorem vero nusquam. Quod si is, cujus principatu scripsit Jesus Siracides in prologo Ecclesiastici, secundus eo nomine fuisset, hunc ille vel secundum eo nomine appellaret, vel alio indigitaret cognomine, nec simpliciter *Ptolemæi Evergetis* diceret.

Caput Jovis barbati senile ac diadematum, ut quidem ait D. Vaillant, pag. 50. qui suum hunc esse nummum ex ære dicit: cum prorsus præter morem sit regum Ægypti, ut alium in nummis suis vultum quam suum exhibeant. ℞. Aquila fulmini insistens. ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Latere dextro nummi, ΘΕ.

Caput elephantina pelle tectum. ℞. Aquila. ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Apud D. Vaillant, ex ære, pag. 121. Hunc nummum vidimus etiam apud D. Marchionem DE MONTAUBAN.

Caput ejusdem Ptolemæi barbatum, & cinctum diademate, applicitum alteri Cereris capiti. ℞. ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Aquila fulmen unguibus tenet. Est ex argento formæ mediocris, in Cimelio Serenissi. Ducis Cenomanensis.

Inter Oxoniensia marmora unum exstat, pag. 50. in quo epigraphe legitur, ΜΑΡΚΟΝ ΣΥΓΓΕΝΗ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣ. ΚΑΙ ΕΠΙΣΤΡΑΤΗΓΟΝ ΛΥΚΙΟΣ ΚΑΙ ΓΑΙΟΣ &c. ΑΠΟΛΛΩΝΙ ΑΡΤΕΜΙΔΙ. Sed recens marmor illud esse, fictumque, ut pleraque omnia quæ dicuntur allata e Græcia, vel ibi reperta; fictum, inquam, esse ab homine haud satis perito, pecuniæ emungendæ causa, multa suadent indicia. Primum enim Λεύκιος scriberet illa ætas, non Λύκιος: deinde Marci prænomini nomen adjiceret, & forte cognomen. Nec vero credibile est, aut in insula Delo, unde allatum hoc marmor dicitur, aut ibi tantum, inscriptionem positam fuisse Præfecto copiarum regis Ægypti. Nec denique vel orationis structura, vel ipsa sententia satis est concinna, quæ incipit Μάρκον, & desinit in deorum nomina in dandi casu posita, Ἀπόλλωνι, Ἀρτέμιδι. A Deliis, ob marmor in ea insula obvium, & quod majusculas litteras facile est imitari; ab iis, inquam, quæ huc adferri inscriptiones antiquæ dicuntur, recentes ac fictas esse qui censuerit, haud aberrabit.

VII. PTOLEMÆVS LATHVRVS.

Ptolemæum Lathurum Plinius appellat, lib. VI. sect. XXXI. Cornelii Nepotis, qui Divi Augusti principatu obiit, juventutem incidisse in tempora Ptolemæi Lathuri, idem significat: virumque jam cum fuisse, Cicerone Consule, anno V. C. DCXCI. libro 2. sect. LXVII. & libro IX. sect. LXIII.

Post regem Lathurum, ne Appianus & Trogus mentiti fuisse existimentur, qui plures quam alii reges finxere; nunc vulgo historici, Manutium secuti, duos

ÆRA GRÆCORUM.

duos tresve inserunt Alexandros: quorum nullus interim in nummis apparet. Vidimus sane apud D. Baudelot, nummum argenteum sic inscriptum, ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ Ξ cum aquila: & in altera parte tectum caput pelle leonina: sed non est, ut diximus insigne regum Ægypti ejusmodi capitis integumentum. Ac si rex Ægypti foret, scriberetur etiam more solito ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Quod si vere Alexandrinus Clemens fuit, qui eo nomine appellatur, eccui, amabo, notiorem numerum regum Ægypti, aut eorumdem nomina notiora, quam ipsi esse potuisse quisquam prudens existimet? Atqui decem ille tantum appellat, & in his Alexandrum neminem. Sed qui hodie ex omnibus libris indiscrete unam fabulam, veluti ex pannis pluribus vestem unam qualemcumque consarcinant, ii religioni ducunt, si quos etiam Trogus profert, institutæ regum seriei non adsuant & attexant.

VIII. PTOLEMÆVS & SELENE.

Caput reginæ: ΣΗΛΗΝΗΣ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ. .)(. Aquila insistens fulmini: ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Ptolemæi ipsius vultus non adponitur: quoniam integra inscriptio ad reginam spectat; *Selena regina Ptolemæi regis* uxore: ut in ΑΡΣΙΝΟΗΣ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ. Est hic æreus apud D. Vaillant, pag. 126. argenteus apud D. Baudelot.

IX. PTOLEMÆVS & BERENICE.

Caput diadematum. .)(. Aquila. ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Forma nummi ostendit novissimum hunc Ptolemæorum esse, ut & forma nummorum sequentium. Cognomina ficta Auletæ & Dionysi, nec Plinius, nec nummi habent. Nummum hunc, qui est ex ære minimo sat vulgaris, Ptolemæo Auletæ vulgo tribuunt Antiquarii. Iconem nummi illius exhibet D. Vaillant, pag. 145.

Caput radiatum: retro, tridens, symbolum imperii maris. .)(. Cornucopiæ pariter radiatum; quoniam dicata Soli Ægyptus est. ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΔΙ. Διοσπολιτῶν. Aureus est, e Cimelio D. Colbert: apud D. Baudelot, æreus: Ptolemæo Auletæ tribuitur a D. Vaillant, loco cit.

Caput diadematum, cum corona hederacea: unde novissimo Ptolemæorum Dionysi cognomen dederunt: & in cujusdam statuæ basi Romæ adscriptum est sæculo XVI. vel XVII. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΝΕΟΥ ΔΙΟΝΥΣΟΥ: cujus tituli nullum in nummis vestigium est. .)(. Aquila insistens fulmini. ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Argenteus ibidem, pag. 162. Ab Antiquariis primæ notæ dari hunc nummum Ptolemæo Dionyso, a tironibus Ptolemæo Auletæ patri Dionysi, quem Auleten etiam ipsum dictum fuisse novum Dionysum auctores prodidere, tradit idem D. Vaillant, pag. 162. Corona ex hedera nihil aliud significat, nisi victoriam ex Æthiopibus forte relatam, qualem retulit victor Alexander ex India, cum inde ita coronato exercitu rediit, exemplo Liberi Patris, ut Plinius narrat, libro XVI. sect. LXII.

Caput diadematum, vultu juvenili. .)(. Aquila. ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Latere dextro, ΜΕ. Μενελαϊτῶν. Argenteus, e Cimelio Card. Maximi, Romæ. Ptolemæo juniori ex Auletæ filiis tribuitur a D. Vaillant, pag. 165.

Caput Berenices velatum. .)(. Cornucopiæ cum gemino sidere. ΒΕΡΕΝΙΚΗΣ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ. Est ex ære ibidem, pag. 130. Est & ex auro, in Cimelio Sereniss. Ducis Cenomanensis.

X. CLEOPATRA.

ÆRA GRÆCORUM.

Caput Cleopatræ; Ægypti reginarum novissimæ. .)(. Aquila. L. Ϛ. *Anno sexto.* ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣ. Argenteus est e Thesauro Regio. Apud D. Vaillant, pag. 188.

Caput Cleopatræ. .)(. Geminum cornucopiæ. ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ. Κ. Forte Κύπρου. Est ex ære, ibidem: & in Cimelio D. Foucault.

Caput M. Antonii Triumviri nudum. ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ. ΘΕΑ ΝΕΩΤΕΡΑ. *Imperator. Regina altera quatuor orta regibus.* Gallice diceremus: *Le Generalissime: & la seconde Reine issuë de quatre Rois.* Non fuit Cleopatra orta ex octo regibus: sed fuit *altera* tamen reginarum ex quatuor orta regibus in eadem Ptolemæorum gente. M. Antonius *Imperator* dicitur, quoniam etiam in Ægypto præesset exercitibus nomine Senatus Populique Romani, volente Cleopatra. Deinde in aversa parte nummi caput est Cleopatræ diadematum, absque epigraphe. Est ex ære minimo in Gaza Regia; delineatus a D. Vaillant, pag. 189.

ΑΝΤω. ΥΠΑΤ. Γ. in ipsa nummi area: *Antonius Consul tertium.* Ἀντώνιος ὕπατος τρίτον. .)(. In altera: ΒΑCΙΛ. ΘΕΑ. Βασίλισσα Θεὰ, *Regina quatuor regibus orta:* nempe Cleopatra; quæ sola ea ætate inter reginas Θεὰ dici potuit, & eo nomine agnoscebatur. Est ex ære mediocri, in Thesauro Mediceo. Jam ea ætate littera C pro Σ in nummis mediocris formæ fuit.

Caput Cleopatræ diadematum. ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ ΚΛΕΟΠΑΤΡΑ ΘΕΑ ΝΕΩΤΕΡΑ. .)(. Caput M. Antonii nudum: ΑΝΤΩΝΙΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΤΡΙΤΟΝ ΤΡΙΩΝ ΑΝΔΡΩΝ. *Antonius Imperator tertium, Triumvir.* Argenteus est e Cimelio Regio. Tametsi *regina meretrix* Cleopatra appelletur a Plinio, libro IX. sect. LVII. diceretque illa *se non posse sine Antonio vivere*, teste eodem, libro XXI. sect. IX. stultum est tamen arbitrari, idcirco nummos fuisse cusos, ut id significarent: cum in his nihil nisi pudicum, & castum, nihil nisi dignum majestate Regia vel Romana occurrat. Tantummodo indicatur fœdus ab Antonio Triumviro nomine Romanorum cum Cleopatra Ægypti regina fuisse percussum. Nihil aliud.

Caput Cleopatræ, cum prora navis. REGINAE REGUM FILIORUM REGVM CLEOPATRAE, *filiæ*. Ut sententia sit, Reginæ filiæ regum duorum, qui & ipsi sunt filii regum duorum. Sic interdum *filii* nomen in nummis Græcis Latinisque subintelligitur: ut in nummis Tiberius appellatur, ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ, & ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. Vix potuit elegantius exprimi Cleopatram esse Θεὰν, hoc est, habere patrem, avum, proavum, & abavum reges, quam si diceretur filia regum, ac proinde duorum filia, hoc est, unius filia, & neptis alterius: qui duo reges essent & ipsi filii regum, ac proinde duorum filii, hoc est, qui alterum haberent regem patrem, alterum avum. Ex eo enim efficitur Cleopatram esse Θεὰν, ut diximus; sive ante se habere reges quatuor, ex quibus recta linea ortum ipsa duceret: sed neque plures habere, quam reges ante se quatuor: ac proinde atavum habere, qui minime quidem rex esset, sed tamen pater, avus, proavus, abavus, atavusque regum. Dicitur enim *filia regum*, ac proinde duorum tantum: *filius* enim recta linea nonnisi de filio & nepote dicitur, ut est usus etiam sacrarum litterarum. Et cum hi duo filii etiam ipsi regum appellantur, totidem dumtaxat ante se fuisse ostendunt: ut prior etiam e proximis duobus avum in duobus aliis regem unum habeat. Occasione hujus nummi, sed præpostere ac perverse intellecti, finxere quidam mendacia multa, quæ nostra præsertim ætas avide excipit ac descri-

ÆRA GRÆCORUM.

describit. .)(. ANTONI. ARMENIA DEVICTA. Caput M. Antonii nudum. Argenteus hic nummus est e Museo nostro: cusus in Gallia Narbonensi, in honorem M. Antonii: cujus in hoc nummo præclarum facinus geminum commemoratur: & devicta nimirum armis ipsius Armenia, & imposita ei regioni Cleopatra Ægypti regina. Sed de his nunc satis. Stemma simile Regum Syriæ ex nummis inferius pariter dabimus. Nunc ad institutam Chronologiam revertamur.

I. SELEUCUS NICATOR Syriæ rex, a mense Junio: Uxor ejus Stratonice, in marmore Oxoniensi: mater Antiochi Dei & Soteris: non uti impuri finxere, noverca Soteris. Eadem *Stratonice regina* bis a Plinio appellata.

I. PTOLEMÆUS SOTER, Ægypti rex. Sic enim a Plinio appellatur, libro VII. pag. 105. & in nummis. A Theocrito in Idylliis, ὁ Λαγίδας, *Lagi F.*

2 *Annus æræ Græcorum 2.*

3 *Annus Sabbaticus.*

4

5 *Olymp.* 121. Arius rex Spartiatarum circa hoc tempus scribit ad Oniam summum sacerdotem Judæorum. 1. Mach. XII, 20. Cognationis Lacedæmoniorum cum Judæis adhuc mentio occurrit, 2. Mach. V, 9.

6

7

8

9 *Olymp. 122. Urbis conditæ annus 450.*

Circa hoc tempus Agathocles Siciliæ rex in suis nummis inscripsit, ΑΓΑΘΟΚΛΕΟΣ ΒΑΣΙΛΕΟΣ. In Museo nostro, ex ære mediocri.

10 *Annus Sabbaticus.*

11

12

13 *Olymp.* 123. Plinius lib. VII. sect. LIX. *In Italiam ex Sicilia venere post Romam conditam anno CCCCLIV. tonsores..... Antea intonsi erant.*

14

15 *Annus Urbis Romæ* 456. Hoc anno junctus est amicitia cum Senatu P. Q. R. Pharnaces, qui primus regnavit in Ponto, ut Plinius loquitur, libro XXXIII sect. LIV. Hinc Æra certe deducitur Ponti Paphlagonici regum, in nummis Trajani, Hadriani, M. Aurelii, Severi Pii, Severi Alexandri, & Philippi; ut alias, si Deus vitam & otium dederit, ostendemus. Qui præsertim nummus ex ære minimo, in Cimelio D. FOUCAULT, M. Aurelii & L. Veri vultus præfert, cum anno ΘΝΥ, non sinit ante hunc annum æram inchoari: cum annus ille 459. incidat in annum primum horum Augustorum; qui est Urbis Romæ 914. Anni porro in nummis signati ad eos pertinent, quorum vultus aream illam implet, in qua consignantur anni; atque adeo in hisce nummis ad Augustos, quorum capitibus epocha subjicitur, referendi sunt: denotantque proinde, quanto ex tempore Pontus amicitiam coluerit Populi Romani.

16

17 *Olymp.* 124. *Annus Sabbaticus.*

18

19 *Annus Urbis conditæ* 460.

20 Plinius, libro VII. sect. LX. *Princeps Romanis solarium horologium statuisse ante undecim annos, quam cum Pyrrho bellatum est, ... L. Papyrius Cursor proditur:* atque adeo anno ipsis CCCCXL. postquam horologium solarium Hierosolymis Achaz rex Juda posuerat.

21 *Olymp.* 125.

22

23

24 *Annus Sabbaticus.*

25 *Olymp.* 126.

26 Plinius libro XV. sect. LXXI. *L. Postumio Albino rege sacrorum, post CXXVI. Olympiadem, cum rex Pyrrhus ex Italia discessisset.*

27

28

29 *Olymp.* 127. *Annus Urbis conditæ* 470.

Plinius, libro XVI. sect. XV. *Scandula contextam fuisse Romam ad Pyrrhi usque bellum, annis CCCCLXX. Cornelius Nepos auctor est.*

30

31 *Annus Sabbaticus.* Plinius libro VIII. sect. VI. *Elephantos Italia primum vidit Pyrrhi regis bello..... anno Urbis* CCCCLXXII. *Romæ autem in triumpho, septem annis ad superiorem numerum additis.*

In Cimelio D. FOUCAULT, nummus argenteus est, capite diademato: .)(. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΥΡΡΟΥ ΗΠΕΙΡΩΤ. *Regis Pyrrhi Epirotæ.* Victoria in curru juncto quatuor elephantis, dextra palmam, læva coronam gerit.

32 Nummus antiquus in Thesauro Mauroceni, pag. 14. ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ. *Ptolemæi Soteris, sive Servatoris.* Nondum βασιλέως in nummis apponunt Ægypti reges. ΑΒ. hoc est, Ἀβυδηνῶν. Est Abydus in Ægypto, apud Plinium, libro V. sect. XI. Aquila deinde, imperii symbolum, fulmini insistit. Ex parte altera, caput Ptolemæi diadematum. Quot annos postea vixerit, nullo certo definiri argumento vel teste potest. Ei Soteris cognomen fuisse, ex Plinio quoque discimus. Lagi autem F. quod dicitur in Canone sæpe a nobis appellato, sive Theonis, sive Ptolemæi; suspicabitur aliquis fortassis, cum Plinio sit nomen istud ignotum, aliisque ex argumentis, id factum esse ab aliquo; qui inter alia nomina istud quoque finxerit ex Hebræo sermone petitum, quod Judæum significaret. Est enim *Lagus* Hebraice לעג *deridere, irridere, subsannare:* ac proinde Lagus est, *Qui deridet*, vel *Qui subsannat:* id quod omnino Judaicum est; juxta illud Psal. XXXIV, 16. *Subsannaverunt me subsannatione.* Itaque Ptolemæo adjectum idcirco videri potest *Lagi* cognomen, ut esset *Ptolemæus Lagus*, David Judæus.

II. PTOLEMÆUS PHILADELPHUS Ægypti rex.

Olymp. 128. Annus 33. Æræ Græcorum.

In Cimelio D. FOUCAULT, nummus argenteus, (est & in Thesauro Regio aureus,) capite velato. .)(. ΑΡΣΙΝΟΗΣ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ. Hoc est, *Arsinoes Philadelphi* Ptolemæi conjugis & sororis, ut Plinius docet, libro XXXVI. sect. XIV. num. 3. Duplex Cornucopiæ, abundantiam a Ptolemæo & Arsinoë procuratam indicat. Sic alteri Ptolemæo, a pietate erga matrem, Philometoris factum nomen est.

De annis porro Ptolemæorum, priorumve Syriæ regum, nihil certi statui posse arbitramur. Itaque quos annos hic notamus, nisi sacrarum litterarum, nummorumve antiquorum, aut denique Plinii auctoritate sit communitum, ne ii pro definitis certisque habeantur.

34

35

36

37 *Olymp.* 129.

Nonnisi post Alexandri Magni tempora vixit Amastris regina, cujus nummum Spanhemius delineavit, pag. 464. ΑΜΑΣΤΡΙΟΣ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ. Sic Herodotus lib. VII. pag. 463. habet Ionice Ἄμηστρις. Unde *Amastrianus*, ut a Σάρδις, Σάρδιος, Σαρδιανός: Τράλλις, Τράλλιος, Τραλλιανός: Φάσις, Φάσιος, Φασιανός. Suspectus igitur scriptor, qui habet Ἀμάστριος ἢ Ἀμάστριδος.

38 *Annus Sabbaticus.*

39 *Annus Urbis conditæ* CCCCLXXX.

40

41 *Olymp.* 130.

Circa hoc tempus, *Simon Oniæ filius, Sacerdos magnus;* cujus est maxima laus in libro Ecclesiastici, cap. L.

42 Sub Ptolemæo Philadelpho Hymnos scribit Callimachus.

43

44 Plinius, libro XXXIII. sect. XIII. *Argentum signatum est anno Urbis* CCCCLXXXV. *Q. O. C. Fabio Coss. quinque annis ante primum bellum Punicum.*

45 *Olymp.* 131. *Annus Sabbaticus.*

46

47

ÆRA GRÆCORUM.

48 Bellum Punicum primum. Vide annum V. C. ccccLxxxv. & dcviii.

49 *Olymp.* 132. *Anno* V. C. ccccxc. Plinius, lib. xxxv. sect. vii. *Hierone Siciliæ rege devicto:* cujus nummi vulgares attriti, ΒΑΣΙΛΕΟΣ ΙΕΡΩΝΟΣ inscripti sunt.

Apud D. Vaillant, nummus argenteus: Caput diadematum Ptolemæi.)(. ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Aquila insistit fulmini. L. ΜΘ. *Anno* xlix. æræ Græcorum. ΚΙ. Κιτιέων, in insula Cypro.

50

51

52 *Annus Sabbaticus.*

Aradiorum æra hoc anno mense Septembri incipit; ex quo se, excusso regum Syriæ jugo, in libertatem vindicarunt, atque in clientelam populi Romani contulerunt. Quam quidem clientelam, ignotam scriptoribus rerum Romanarum, nummi veteres prædicant. Hi nimirum:

In gaza Regia, nummus argenteus; in quo turritum caput, Genius urbis Aradi est: tum ΑΡΑΔΙΩΝ. ΑΣ. ΕϞΡ. *Aradiorum asyli*, sive civitatis sacrosanctæ & inviolatæ, nummus: *anno* cxcv. qui init mense Septembri, anni V. C. dclxxxviii. Nullum in Aradiorum nummis reperias aut nomen, aut vultum regum Syriæ, ex quo se in libertatem (ut diximus) asseruit, commendans se clientelæ populi Romani. Tyriorum e diverso ac Sidoniorum nummi plurimi, nomina vultusque Regum Syriæ exhibent, cum æra regum Græcorum. Hinc fit, ut dum Romani suis litteris Judæos commendant regibus oppidisque liberis, clientibus suis, 1. Mach. xv, 22, 23. *& in Aradum, & in Rhodum*, alioque litteras mittant; ad Tyrum non mittant, aut Sidonem. Aradiorum gens antiqua & potens, appellata etiam a Mose, Gen. x, 18. deinde & ab Ezechiele, xxvii, 8. & 11.

Apud Patinum, pag. 166. Domitiani Imp. nummus cum epigraphe, ΑΡΑΔΙΩΝ. ΒΜΤ. *Aradiorum* nummus: *anno* cccxlii. quo clientes populi Romani Aradii, novo Imperatori imperium gratulantur. Est enim ille annus iniens mense Septembri, æræ Christianæ lxxxi. quo Domitianus imperium capessivit: Urbis Romæ dcccxxxiiii. In alio legitur, ΑΡΑΔΙΩΝ. ΒΝΤ. *Anno* ccclii. nempe post decennium. Alius apud P. Jobert; in quo caput Isidis: apposito ad latus Domitiani capite laureato, minoris moduli:)(. Bos cornupeta: infra ΑΡΑΔΙΩΝ. Supra, ΕΝΤ. Anno ccclv. qui Urbis Romæ dcccxlvii. mense Septembri.

In gaza Regia, nummus Trajani, ex ære mediocri: ΑΡΑΔΙΩΝ. ΕΞΤ. *Anno* ccclxv. qui init mense Septembri, anni æræ Christianæ civ. Urbis Romæ dccclvii. Trajani vii. Bos ibi decurrens, symbolum est agri pecore & pascuis abundantis. In antica nummi area, sine epigraphe, caput muliebre velatum, Genius urbis Aradiorum est; cui velamen, insigne libertatis est. Juxta, appositum caput alterum est, minoris moduli, laureatum: Trajani utique: qui vel ista effigiei suæ exiguitate testatur, nullum se jus in Aradios affectare, nihil velle de libertate detrahere. Alius ejusdem Trajani, apud D. Foucault: ΑΥΤΟΚΡ. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝ. ΑΡΙΣΤ. ΓΕΡΜ. ΔΑΚ. *Imp. Nerva Trajanus Optimus, Germanicus, Dacicus:* nondum Parthicus. ΑΡΑΔΙΩΝ. ΔΟΤ. *Anno* ccclxxiv. qui incipit a Septembri, æræ Christianæ cxiii. Urbis conditæ dccclxvi. Alius e Cimelio Mediceo; ΑΥΤ. ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΡΙϹΤ. ΚΑΙϹ. ϹΕΒ. ΓΕΡ. ΔΑΚ. ΠΑΡΘ. In altera parte: ΑΡΑΔΙΩΝ. ΔΟΤ. Annus cccclxxiv. currens anno Christi cxiiii. usque ad Septembrem: V. C. dccclxvii. cum jam Trajanus circa Martium, victoria de Parthis relata, Parthicus esset appellatus.

Alius demum, e Cimelio D. Foucault, habet ΑΡΑΔΙΩΝ. ΕΟΤ. *Anno* ccclxxv. cusus nimirum mense Septembri ejusdem anni.

Apud D. Galland, nummus Hadriani, ΑΡΑΔΙΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. ϞΤ. *Aradiorum & Laodicenorum* concordia, anno Græcorum ccccxc. qui est V. C. dccclxxxii. Hadriani xiii. Christi cxxix. post Septembrem.

In gaza Regia: ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ΚΑΙ ΟΥΗΡΟϹ ϹΕΒΑϹΤΟΙ. M. Aurelii & L. Veri adversa capita & laureata.)(. ΑΡΑΔΙΩΝ. ΑΚΥ. non (ut alii legunt Ε. ΑΚΥ. *Annus* cccxxi. quo imperium Augusti duo suscepere: Christi, clxi. Urbis Romæ dcccxiiii. Septembri annus Aradiorum incipit.

Ibidem, non Elagabali, (ut quibusdam visum est) sed Caracallæ; ut vulgo appellatur: ΑΥ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ.)(. ΑΡΑΔΙΩΝ. Ε. ΖΟΥ. *Aradiorum* nummus *Ετει anno* cccclxxvii. qui mense Septembri init, anno Christi ccxvi. Urbis Romæ dcccclxix. Antonino Severi F. non ante sequentem annum defuncto.

Quam in multis capitibus, magnique in hoc genere momenti, discrepemus ab iis, qui sunt in hoc argumento versati, animadvertent ii qui utraque contulerint.

Olymp. 133. *Æra Græcorum*, 53.
Annus Æræ Græcorum, 54.

Nummus antiquus, e Thesauro Mauroceni, pag. 14. Caput diadematum Ptolemæi Philadelphi:)(. ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ L. ΝΔ. Hoc est, Αδελφοῦ, *anno* liv. æræ Græcorum. Aquila, imperii symbolum: ut in Ezechiele, cap. xvii.

E Museo nostro nummus argenteus, majoris moduli, in quo caput Jovis laureatum, ut in nummis Antiochenorum plurimis. In altera nummi superficie, Pallas cum clypeo, in quadrigis elephantorum. Supra, ancora: symbolum imperii maris. Epigraphe: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ. ΔΝ. *Annus* liiii. Græcorum. Plus vero nummo probatæ antiquitatis ac fabricæ, quam historicis sexcentis, qui nihil nisi priorum ante se scripta fabulasque describunt, habendum fidei est. Hunc nummum & alii ante nos delinearunt, nobis eum ultro offerentibus; sed litteras ii numerales, vel non perspexerunt, vel dissimularunt. Hinc autem intelligitur, tempora regum Syriæ, ab hoc anno usque ad Antiochum Epiphanem, cujus sacræ litteræ meminerunt, valde esse incerta: siquidem qui de his temporibus circumferuntur historici, pugnant ii cum nummo vetere indubitatæ fidei, ut est eximiæ raritatis.

II. Antiochus, Syriæ rex.

Antiochum Seleuci F. Θεὸν τῆς Συρίας appellat marmor Oxoniense, pag. 16. sed recens, fabricatumque ab eo, qui quæ vis ac potestas huic voci Θεὸς subesset in Oriente, penitus ignoraret. Dicemus autem de ea voce inferius. Hunc interim Antiochum simul cum patre regnasse, cum hic in senium vergeret, nobis videmur ex Plinii verbis colligere, libro 2. sect. lxvii. ubi de Oceano: *Pars tota vergens in Caspium mare, pernavigata est Macedonum armis Seleuco atque Antiocho regnantibus, qui & Seleucida atque Antiochida ab ipsis appellari voluere.* Et libro vi. sect. xviii. ubi de amne Jaxarte; *Transcendit eum amnem Demodamas, Seleuci & Antiochi regum dux.* Et sect. xxi. ubi de India: *Etenim*, inquit, *patefacta est non modo Alexandri Magni armis, regumque qui ei successere; circumvectis etiam in Hyrcanium & Caspium Seleuco & Antiocho, præfecto classis eorum Patrocle.* Una classis amborum, una amnis trajectio, una circumvectio duorum regum, ambos simul regnasse demonstrat. Patroclem hunc ipsum præfectum classis Ptolemæi Lagi in Ægypto, quo jure faciat Pausanias: libro . pag. 1. in Atticis; an ut dissentientem a se Plinium reddat suspectum, alii viderint. *Nicatorem Seleucum* a Ptolemæo Cerauno interfectum fuisse, Plinius est auctor, libro vi. sect. xii.

Regum Syriæ hic vulgo canon circumfertur:

1.	Seleucus Nicator, annis	30.
2.	Antiochus Soter,	21.
3.	Antiochus Θεὸς,	15.
4.	Seleucus Callinicus,	20.
5.	Seleucus Ceraunus,	3.
6.	Antiochus Magnus,	37.

ÆRA GRÆCORUM.

7. Seuleucus Philopator, 12.
8. Antiochus Epiphanes, qui templum Hierosolymitanum spoliavit.

Antiocho Magno Eusebius (ut viri eruditi aiunt,) annos tantum 36. tribuit: at Polybius, Appianus, Sulpicius Severus, annos 37. Omnium calculus pugnat cum sacra scriptura: nam prior summa efficit annos 133. posterior 137. ex quo sequitur initium Antiochi Epiphanis cadere in annum 139. vel 138. quem constat ex sacris litteris regnare cœpisse anno CXXXVII. Græcorum.

Sed & huic regum Canoni Plinius adversatur, libro VI. sect. XXXI. ubi quintus regum Antiochus appellatur. *Charax oppidum*, inquit, *conditum est primum ab Alexandro Magno... Postea Antiochus restituit QUINTUS REGUM.* Expungendus igitur ex hoc indiculo alteruter e Seleucis duobus videtur: sive qui Callinicus nimirum dictus est, sive qui Ceraunus.

Idem præterea Plinius, libro XXIX. Erasistrato medico, Aristotelis filia genito, *Hic Antiocho rege sanato, centum talentis donatus est a rege Ptolemæo filio ejus.* Antiochum priorem, ætas Erasistrati cogit intelligi. Similiter libro VII. sect. XXXVII. de medicina: *Eamdem scientiam in Cleombroto Ceo Ptolemæus Rex Megalensibus sacris donavit centum talentis servato Antiocho rege.* Hic igitur & regni socium & heredem habuit filium Ptolemæum, de quo apud ceteros scriptores nihildum reperimus. Sic regni consortem cum patre Seleuco fuisse Antiochum ipsum proxime vidimus: quo de consortio altum pariter apud eosdem silentium est. Perperam igitur ex uno duo confinguntur, & alter ab altero his nominibus discriminatur in isto Canone Syriæ regum: qui ob eas causas hunc in modum refingendus videtur:

1. Seleucus Nicator.
2. Antiochus Seleuci F.
3. Ptolemæus Antiochi F.
4. Seleucus Ptolemæi frater.
5. Antiochus, Seleuci F. Magnus appellatus a Plinio, in fine libri XX. & 1. Mach VIII, 6.
6. Seleucus cum Laodice matre, Antiochi F.
7. Antiochus Epiphanes, Antiochi Magni F. Templi Hierosolymitani violator.

Ceteri satis deinde tum ex sacris litteris, tum ex nummis veteribus dignoscuntur.

Seriem regum Ægypti a nobis exhibitam supra, ad annum primum æræ Græcorum, & seriem regum Syriæ exhibendam inferius ad annum Græcorum 149. utque Chronologiæ nostræ ac veræ historiæ regum Syriæ capita, egregie constabilit vaticinium Danielis, capite undecimo: quod integrum caput nunc est exponendum tum propter eam causam, tum quod in eo Vulgati Interpretis peritia insignis eximie elucet.

1 *Ego autem ab anno primo Darii Medi*, qui fuit Urbis Romæ annus CCXXI. *stabam ut confortaretur & roboraretur*, ad confortandum & roborandum Michaelem, qui venerat subsidio mihi, inquit Gabriel Angelus; ut recte Mariana exposuit.

2 *Et nunc veritatem annuncio tibi. Ecce adhuc tres reges stabunt in Perside: & quartus*, Xerxes nimirum, ut dictum est ad annum 484. ante Christum: *ditabitur opibus nimiis super omnes: & cum invaluerit divitiis suis, concitabit omnes adversum regnum Græciæ.* Vide annum 480. ante Christum.

3 *Surget vero* multo postea *rex fortis*, Alexander Magnus, æqualis Darii, novissimi Persarum regis, quem vicit Alexander anno ante Christum 324. *& dominabitur potestate multa, & faciet quod placuerit ei.* Reges Persarum Xerxem consecutos usque ad Alexandrum, quasi inertes ac desides, nullius etiam erga Judæos meriti, Daniel prætermittit.

4 *Et cum steterit*; postquam vero steterit, a nemine victus, post victum a se Darium; *conteretur regnum ejus, & dividetur in quatuor ventos cæli*; in quatuor regna, quæ sunt in quatuor mundi plagis posita: Macedonicum, ab occidente; cui in Oriente ex adverso Asiaticum objacet: Syriacum ab Aquilone, cui a meridie Ægyptiacum opponitur. *Sed non in posteros ejus*, dividetur regnum ejus, quoniam absque liberis decessit: *neque secundum potentiam illius, qua dominatus est*, sed viribus longe inferioribus. *Lacerabitur enim regnum ejus etiam in externos;* etiam inter eos, qui non domestici, hoc est, Macedones; non Græci, sed φιλέλληνες *Græcorum amici* tantum forte futuri sunt; adeoque *externi*: ut fuere reges Parthici, Persici, Pontici; & Arabes, qualis Aretas fuit, & Armeni, qualis Tridates. *Exceptis his*: exceptis quatuor illis regibus, Macedoniæ, Asiæ, Syriæ, & Ægypti; qui non externi sunt, sed domestici; quippe Macedones; *pueri* Alexandri, ut eos appellat scriptor sacer, 1. Mach. 1, 7. *amici*, ut vocat Theocritus, Idyll. XVII.

5 *Et confortabitur rex Austri.* Rex Ægypti. *Et de principibus ejus*, & unus de principibus Alexandri proxime appellati, *prævalebit super eum*, super regem Austri, sive Ægypti: hoc est, rex Aquilonis sive Syriæ potentior erit quam rex Ægypti: *& dominabitur ditione; multa enim dominatio ejus.* Imperabat enim Seleucus Nicator, primus Syriæ rex, Syriæ, Phœniciæ, Cœle-Syriæ, Ciliciæ, Commagenæ, Adiabenæ, Mesopotamiæ, Cappadociæ, Babyloniæ, &c.

6 *Et post finem annorum* post annos multos, post multum tempus, *fœderabuntur*, fœdus societatis juncta affinitate sancient reges duo, Ægypti & Syriæ. *Filiaque regis Austri veniet ad regem Aquilonis facere amicitiam.* Filia Ptolemæi Philadelphi, secundi regis Ægypti, ad regem Ptolemæum, regem Syriæ tertium, venit ut ei nuberet. *Et non obtinebit fortitudinem brachii:* nec tamen ullum ex ea affinitate robur fœdus illud accipiet: *Nec stabit semen ejus:* neque enim liberos illa procreabit vitales, qui in regno patri succedant. Vide Stemma regum Syriæ, ad annum æræ Græcorum 149. *Et tradetur ipsa:* itaque reddetur parentibus: *& qui adduxerant eam*, hoc est, qui deduxerant ex Ægypto, *adolescentes ejus*, pueri nobiles, *& qui confortabant eam in temporibus*, qui consolabantur eam in tempore afflictionis: hi dimittentur cum ea.

7 *Et stabit de germine radicum ejus plantatio;* de stirpe ejus, hoc est; de stirpe regum Ægypti, prodibit rex, Ptolemæus quartus, qui Philopator & Tryphon est appellatus. *Et veniet cum exercitu*, ulturus probrum amitæ suæ illatum: *& ingredietur provinciam regis Aquilonis*, Antiochi magni, Syriæ quinti regis: *& abutetur eis*, dominabitur in subditos Antiochi pro voluntate; *& obtinebit* urbes, ac victor evadet.

8 *Insuper & deos eorum, & sculptilia, vasa quoque pretiosa argenti & auri, captiva ducet in Ægyptum: ipse prævalebit adversus regem Aquilonis*, Antiochum proxime appellatum.

9 *Et intrabit in regnum* Syriæ *rex Austri*, Ptolemæus idem quartus: *& revertetur* postea *ad terram suam.*

10 *Filii autem ejus*, Antiochi Magni filii, Seleucus Ephiphanes, Antiochus Θεὸς Epiphanes, & Demetrius Θεὸς; *provocabuntur, & congregabunt multitudinem exercituum plurimorum: & veniet* ipse Antiochus Magnus cum filiis in Ægyptum, *properans, & inundans*, similis inundanti: *& revertetur* in terras sibi a Ptolemæo quarto ademptas, *& concitabitur* in iram *& congredietur cum robore*, cum exercitu *ejus.*

11 *Et provocatus rex Austri*, Ptolemæus idem quartus, Philopator: *egredietur, & pugnabit adversus regem Aquilonis*, Antiochum Magnum jam dictum, qui quintus Syriæ regum fuit. *Et præparabit multitudinem nimiam; & dabitur multitudo* exercitus Antiochi, *in manu ejus*, in manu Ptolemæi Philopatoris.

12 *Et capiet* Ptolemæus Ægypti rex *multitudinem, & exaltabitur cor ejus*, efferet se se, *& dejiciet multa millia: sed non prævalebit:* Antiochum Magnum non penitus obruet.

13 *Convertetur enim rex Aquilonis*, Antiochus idem, *& præparabit multitudinem multo majorem quam prius: & in fine temporum annorumque*, post multum tempus, sub finem regni Antiochi Magni, & circiter annum 129. æræ Græcorum, *veniet properans cum exercitu magno, & opibus nimiis.*

14 *Et in temporibus illis multi* e vicinis populis, Idumæi, Arabes, Æthiopes, *consurgent adversus regem*

gem Austri, Ptolemæum eumdem quartum, Philopatorem. *Filii quoque prævaricatorum populi tui*, o Daniel, quos decuisset neutri regum se addicere, ne præda fierent alterutrius, vel utriusque, ut factum est. *Filii prævaricatorum*, prævaricatores sunt; ut Psal. LXXI, 4. *filii pauperum*, pauperes ipsi sunt. Hi ergo pariter *extollentur*, etiam ipsi arma capient pro rege Syriæ Antiocho Magno adversus regem Ægypti Ptolemæum Philopatorem: *ut impleant visionem*: ut ipsi suis capitibus prædictam a Deo cladem accersant, quæ sub Antiocho Epiphane postea contigit; & tibi, o Daniel, revelata in *visione* est, cap. VIII; 12, 24, 25. *Et corruent* profecto, ut prædictum est. Josepho plus tribuunt, quam scriptori sacro, qui hunc locum secus accipiunt: & satis audacter iidem propterea, pro eo quod est in Vulgata Editione Latina, *filii QUOQUE prævaricatorum*, juxta Hebræum codicem, in quo scriptum est וּבְנֵי *etiam filii*; legunt, *filii vero prævaricatorum*: ut alius partes secuti fuisse Judæi credantur, quam qui prius consurrexisse dicuntur adversus regem Austri.

15 *Et veniet rex Aquilonis*, Antiochus Magnus: *& comportabit aggerem*, obsidebit, *& capiet urbes munitissimas*, quæ in parte Phœnices, & Syriæ, Ægyptio regi parebant, teste Theocrito, Idyll. XVII. *Et brachia Austri non sustinebunt*; vires & copiæ Ægypti non stabunt, non poterunt obsistere: *& consurgent electi ejus*; electi principes, ut Exod. XV, 4. *ad resistendum* regi Syriæ Antiocho Magno, *& non erit fortitudo*.

16 *Et faciet* rex Aquilonis Antiochus Magnus, *veniens super eum juxta placitum suum*, *& non erit qui stet contra faciem ejus*: *& stabit in terra inclyta*, in Judæa subsistet, per quam iter ei in Ægyptum erit, & quam imperato commeatu ad alendum exercitum, impositisque tributis exhauriet; *& consumetur in manu ejus*, in potentia ejus. *Terra Israel inclyta*, Thren. 2, 1. Vide & hoc cap. Dan. XI, 45. Ut cum sacro scriptore Josephum conciliet Grotius, pro eo quod est in Vulgato nostro Interprete, *Et consumetur in manu ejus*, plane juxta Hebræum codicem, in quo scriptum est כָלָה *deficiet*; legi jubet, sensu plane contrario; *perficietur per eum*: id est, Judæa, inquit, sub ipso florebit.

17 *Et ponet faciem suam ut veniat ad tenendum universum regnum ejus*: eo spectabit, ut Ægyptiacum regnum totum obtineat: *& recta faciet cum eo*: eoque fine atque consilio fœdus cum Ptolemæo eodem inibit æquis conditionibus: *& filiam feminarum dabit ei*; hoc est, filiam suam nobilissimam; quippe ortam ex reginis quatuor, matre, avia, proavia, & abavia: quam ob causam & frater ejus Antiochus, filius Antiochi Magni, quoniam ortus est similiter ex patre, avo, proavo, abavoque regibus, *Epiphanes*, hoc est, *Illustris*, sive *Nobilis cognominatus est*, ut dicitur. 1. Mach. x, 1. *Filia feminarum* igitur dictum est pro *filia reginarum*. Quo sensu Cleopatra, novissima Ægypti regina, *Regina Regum Filiorum Regum* appellatur in nummis; hoc est, regina orta ex regibus, qui fuere ipsi filii regum: ac proinde quæ quartum numeraret in sua familia ante se regem. Hanc igitur filiam suam Antiochus Magnus dabit Ptolemæo Philopatori, jungendam matrimonio cum Ptolemæo Philometore Philopatoris filio: *ut* pravis feminæ consiliis *evertat* regnum *illud* Antiochus, ita ut deinde possit illud nullo negotio occupare. *Et non stabit*: sed non stabunt hæ nuptiæ; mox illa vitam finiet: *nec illius erit*: nec erit Antiochi regnum Ægypti. Hebraice: וְלֹא תַעֲמֹד וְלֹא לוֹ תִהְיֶה.

18 *Et convertet faciem suam*, itaque consilia sua alio vertet, scilicet *ad insulas* Cycladas, & ad oppida maritima, Lyciæ, Cariæ, aliaque, quæ Ptolemæis parebant, ut docet Theocritus, Idyll. XVII. *Et capiet multas* ex illis insulis & urbibus maritimis. *Et cessare faciet principem opprobrii sui*: & sic coget silere principem Ægyptium, qui exprobrabat ei, dolos ejus ipsi minime ex sententia successisse. *Et opprobrium ejus convertetur in eum*; quin etiam, inquit, opprobrium quod inferebat Ptolemæus Antiocho, in ipsum recidet Ptolemæum, captis ejus insulis.

19 *Et convertet faciem suam ad imperium terræ suæ*, & vertet cogitationes suas Antiochus idem Magnus, ut muniat oppida ditionis suæ, quo firmum sit imperium ejus, nec possit a Romanis aliisve concuti. In Hebræo est, לְמָעוּזֵּי *ad munitiones* terræ suæ. *Et impinget*, offendet subditos exactione nimia vectigalium, *& corruet*, necatus a suis, ex Plinio, libro VII, sect. x. *Et non invenietur*, desinet in vivis esse, anno Græcorum 134.

20 *Et stabit in loco ejus vilissimus*, in loco Antiochi patris Seleucus Epiphanes, qui & Nicator, de abavi sui cognomine, qui regum Syriæ primus fuit. *Et indignus decore regio*: ob inertiam. *Et in paucis diebus conteretur*, e vita migrabit, anno regni tertio. Hunc duodecim annos dicunt regnasse: ego ex hoc loco, (verbis utor eruditissimi Marianæ e Societate nostra:) exiguo tempore regnasse puto. *Non in furore*, mortem autem oppetet, non interfectus a suis, *nec in prælio*, ab hostibus; sed Deo vitam ei regnumque auferente. Quantopere sudent eruditi viri, & quam parum probabilia comminiscantur, ne Appianus in Syriacis ex Daniele falsi convincatur, cum duodecim annos Seleuco tribuit, oppressumque refert eumdem ab Heliodoro interiisse, videsis apud Salianum, ad annum 3878. num. 3.

21 *Et stabit in loco ejus*, succedet ei Antiochus Epiphanes, a Syris despectus, qui Seleuco fratre mortuo noluerint eum ex Urbe Roma revocare, ut regno succederet: *& non tribuetur ei honor regius*, prælato ei a Syris filio fratris ejus. *Et veniet clam*: sed veniet clam ipse non accersitus *& obtinebit regnum in fraudulentia*: quibusdam e proceribus, ut fit, astu delinitis.

22 *Et brachia pugnantis*, copiæ ducis, qui pro Demetrio Seleuci Epiphanis filio parvulo pugnabat, *expugnabuntur a facie ejus*, profligabuntur ab Antiocho Epiphane: *insuper & dux fœderis*, tutor Demetrii pupilli.

23 *Et post amicitias, cum eo faciet dolum*: post fœdus cum ipso initum, quo convenerat inter ipsos, ut Antiochus in ora Syriæ maritima regnaret, Demetrius Seleuci F. in mediterraneis provinciis, Antiochus fidem franget. *Et ascendet* in Syriam mediterraneam, *& superabit* tutorem Demetrii, *in modico populo*, hoc est, cum parvo exercitu.

24 *Et abundantes & uberes* mediterraneæ sive superioris Syriæ *urbes ingredietur*: *& faciet quæ non fecerunt patres ejus*, Antiochus Magnus pater, & Seleucus avus: *& patres patrum ejus*, proavus Antiochus, & Seleucus Nicator abavus: *rapinas*: *& prædam*, pecuniam omnem, quam vel ex hostibus vel ex subditis collegerant, *& divitias eorum dissipabit*, disperdet. *Et contra firmissimas* urbium Syriæ, quas statim invadere non potuerit ob munitionum robur, *cogitationes inibit*, tentabit eas dolo invadere. *Et hoc faciet usque ad tempus*, intra paucos annos, donec expeditionem comparabit adversus Ægypti regem.

25 *Et concitabitur fortitudo ejus*, iram concipiet, cum se confirmatum in regno videbit: *& cor ejus* animos sumet *adversus regem Austri*, sive Ægypti, Ptolemæum Philometora, *in exercitu magno*, anno Græcorum 138. Hæc prima Antiochi expeditio in Ægyptum est, quæ memoratur 2. Mach. IV, 21. *Et rex Austri provocabitur ad bellum multis auxiliis*, *& fortibus nimis*: *& non stabunt*, *quia inibunt adversus eum consilia*: auxiliares copiæ Ptolemæum deserent.

26 *Et comedentes panem cum eo*, auxilia quæ sub eo stipendia merebantur, prodent eum, & sic *conterent illum*, *exercitusque ejus opprimetur*: *& cadent interfecti plurimi*.

27 *Duorum*.

ÆRA GRÆCORUM.

27 *Duorum quoque regum*, Antiochi Syriæ, & Philometoris Ægypti, pace inter se composita, *cor*, animus intentus *erit ut malefaciant* populo Dei, ut vastent Judæam. *Et ad mensam unam mendacium loquentur:* conveniet inter ipsos de vastanda diripiendaque Hierosolyma. *Et non proficient:* destinatam Urbi sanctæ cladem non inferent: *quia adhuc finis*, quia differetur adhuc ultio adversus Judæos a Deo definita, *in aliud tempus. Mendacium* in libris sacris, præsertim vero in Psalmis, pro idololatria, consiliove idololatrico passim ponitur.

28 *Et revertetur* Antiochus post illam expeditionem *in terram suam*, in Syriam, *cum opibus multis.* Tunc profectus ex Ægypto venit primum Joppen, & inde Hierosolymam. 2. Mach. IV, 21. *Et cor ejus adversus testamentum sanctum.* Dum esset Hierosolymis, ubi magnifice ab Jasone & civitate susceptus est, 2. Mach. IV, 21. consilium tunc inibit Templi profanandi: *& faciet* certe; propositum postea assequetur: *&*, sed prius *revertetur in terram suam*, per Phœnicen: 2. Mach. IV, 21. *Testamentum sanctum*, versu 30. *testamentum sanctuarii* est.

29 *Statuto tempore*, quo secundam in Ægyptum expeditionem suscipere decreverat; *revertetur, & veniet ad Austrum*, in Ægyptum. *Et non erit priori simile novissimum;* sed non hæc postrema expeditio ei tam belle procedet, quam prior.

30 *Et venient*, nam venient, *super eum*, adversus eum, *Trieres & Romani*, Tripolitani e Syria, & ab occidente Romani. כתים in Psalmo LXXIII. (Hebr. LXXIV.) 14. & Psalmo LXXI. (Hebr. LXXII.) 9. Æthiopes sunt, qui mare Rubrum accolunt, latere orientali: at hoc loco sunt Tripolitani in Syriæ litore. Idem autem utrisque nomen Hebræum est in sacris libris, quoniam utrique navibus utuntur, quæ sunt Hebraice כתים. Tripolitani autem *Trieres* appellantur pererudite a Vulgato Interprete; tum quod ei civitati Tripolis nomen est, eo quod *eam*, ut Plinius ait, *Tyrii & Sidonii & Aradii obtinent:* tum quod sub ditione Tripolitarum, *Trieris* oppidum in ea ora fuit, teste eodem Plinio: quod Τριήρης Polybio, Straboni, & Stephano dicitur: ubi Tripolitarum armamentarium fuit. Ergo Antiochi classem vicere Trieres; Romani, terrestrem exercitum. Antiochus enim *intravit in Ægyptum in multitudine gravi, in curribus, & elephantis, & equitibus, & copiosa NAVIUM multitudine gravi:* 1. Mach. I, 18. Tripolitæ autem fœderati semper fuisse videntur cum Ægypti regibus. Nam & initum cum Cleopatra regina Ægypti novissima fœdus in insigni nummo consignarunt, qui vultum M. Antonii Triumviri ex una parte, ex altera Cleopatræ caput exhibet, cum nomine ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ, in Cimelio D. FOUCAULT. Neque vero ullum sub Syriæ regibus nummum Tripolitarum vidimus. Romani vero venere auxilio Ptolemæo Philometori, M. Æmilio Lepido duce; qui tutaturus Ptolemæum adversus Antiochum Alexandriam venit; & idem postea Pontifex Max. fuit: cujus propterea honori aliquis e posteris ejus cudi hunc nummum jussit ex argento, quem Patinus refert in Familiis Romanis, pag. 7. ALEXANDREA. Caput turritum.)(. TVTOR REG. M. LEPIDVS PONT. MAX. SC. Lepidus togatus coronam imponit regi Ptolemæo, sceptrum gestanti, cujus in apice Aquila est, regni Ægyptiaci symbolum.

30 *Et percutietur* a Romanis & Tripolitanis Antiochus, cum tamen prius *accepisset spolia terræ Ægypti*, 1. Mach. I, 20. *Et revertetur:* 1. Mach. I, 2. *Et convertit Antiochus, postquam percussit Ægyptum, in centesimo & quadragesimo tertio anno: & ascendit ad Israël, & ascendit Hierosolymam in multitudine gravi.*

30 *Et indignabitur contra testamentum sanctuarii*, contra Templum Dei & sanctuarium. *Et faciet*, quæcumque volet. *Reverteturque, & cogitabit adversus eos qui dereliquerunt testamentum sanctuarii:* de quibus dictum est versu 14.

31 *Et brachia ex eo stabunt:* & exercitus Antiochi Epiphanis sub eo duce prævalebunt ad malefaciendum: *& pollument sanctuarium fortitudinis:* templum quod erat in civitate munitissima, juxta illud Isaï. XXVI, 1. canticum in terra Juda solemne: *Urbs fortitudinis nostræ Sion salvator, ponetur in ea murus & antemurale.* De Antiocho, 1. Mach. I, 23: *Et intravit in sanctificationem cum superbia, & accepit altare aureum*, &c. *Et auferent juge sacrificium:* juxta illud 1. Mach. I, 47. *Et misit rex per manus nunciorum in Jerusalem, & in omnes civitates Juda, ut sequerentur leges Gentium terræ*, Gentium inter quas habitarent Judæi in Syria: *& prohiberent holocausta, & sacrificia, & placationes fieri in Templo Dei.* Pergit Angelus apud Danielem hoc versu: *Et dabunt abominationem in desolationem:* & exercitus gentium Judæis abominabilis inferet desolationem civitati.

32 *Et impii*, legis desertores, *in testamentum Dei*, erga legem Dei se bene animatos esse *simulabunt fraudulenter;* ut ad suam idololatriam alios pelliciant: *populus autem sciens Deum suum*, & quomodo se coli velit a suis, *obtinebit*, tamdem superior erit, *& faciet* quæcumque ad verum Numinis cultum pertinent: sic demique prævalebit.

33 *Et docti* ac religiosi viri *in populo docebunt plurimos*, pro religione tuenda nihil non esse fortiter perferendum: *& ruent in gladio, & in flamma, & in captivitate, & in rapina dierum*, quamdiu exercere rapinam & cædem Antiocho & militibus ejus licebit.

34 *Cumque corruerint*, cum variis fuerint oppressi calamitatibus; *sublevabuntur auxilio parvulo*, per Judam Machabæum, & fratres ejus: *& applicabuntur eis plurimi*, adjungent se eis *fraudulenter*, ut insidias tendant eis.

35 *Et de eruditis ruent* aliqui, ad summas redigentur ærumnas, *ut conflentur* quasi in igne, & appareat quam pii sanctique sint, qui perseveraverint; *& eligantur, & dealbentur*, & electi habeantur, qui per tribulationem eam priora peccata penitus eluerint: *usque ad tempus præfinitum* a Deo: *quia adhuc aliud tempus erit*, tempus liberationis erit post tempus afflictionis.

36 *Et faciet;* faciet ergo usque ad illud tempus *juxta voluntatem suam rex* Antiochus Epiphanes: de quo pariter cap. VIII, 24, 25. scriptum est: *Et prosperabitur, & faciet; & interficiet robustos, & populum sanctorum secundum voluntatem suam, & dirigetur dolus in manu ejus: & cor suum magnificabit*, &c. Ita nunc pergit Angelus: *Et elevabitur, & magnificabitur adversus omnem deum:* non tantum deos patrios aspernabitur; sed *& adversus Deum deorum loquetur magnifica*, etiam in verum Numen superbe & blaspheme contumeliosus erit: ut de eodem dictum est, cap. VIII, 25. *Et contra principem principum consurget. Et dirigetur*, prospere omnia ei procedent: *donec compleatur* Dei *iracundia* in populum suum: *perpetrata quippe* a Judæis iniquitas ea *est*, ob quam *definito* talis ac tantæ calamitatis est a Deo constituta.

37 *Et Deum patrum suorum non reputabit:* Jovem Olympium, quem patres ejus coluerunt, non valde curabit: *& erit in concupiscentiis feminarum; nec quemquam deorum curabit*, quos gentiles colunt: donaria enim cuicumque Deo dicata prædabitur ac diripiet: *quia adversum universa consurget.*

38 *Deum autem Maozim*, Deum qui præest arcibus, qui Græce ΖΕΥΣ ΑΚΡΑΙΟΣ *Juppiter arcium Præses* dicitur in nummo Smyrnæorum; & in altero Vespasiani Imp. in quo Juppiter sedet, dextra tenens Victoriæ effigiem. Est enim ἄκρα *arx:* Hebraice, מעז *Maoz:* in plurali, מעזים *Mahuzim*, vel *Maozim*. Hunc ergo deum Antiochus Epiphanes in

in loco suo, in unaquaque arce, quam ei numini consecraverit, *venerabitur.* In munitis enim arcibus fiduciam ponet, & in castellis robustissimis. Caute ac circumspecte Deum *Maozim* potius, quam Deum arcium, vertit Vulgatus Interpres; ut peregrino vocabulo Deum quoque falsum & peregrinum, ac diversum a vero numine Latine legentes intelligerent.

38 *Et Deum* illum, Jovem ΑΚΡΑΙΟΝ, *quem ignoraverunt patres ejus*, reges Syriæ priores, qui majorem in exercitibus, quam in munitis arcibus, fiduciam reponebant: hunc deum *colet auro*, *& argento*, *& lapide pretioso*, *rebusque pretiosis.*

39 *Et faciet*, dabitque operam studiose, *ut muniat* arces, *Maozim* dictas, quia idolo pollutas, *cum deo alieno*, collocata Jovis ΑΚΡΑΙΟΥ effigie in singulis, quas ei deo consecraverit: *quem* deum, etsi peregrinum, *cognovit* Antiochus, *& multiplicabit* ei numini *gloriam*: *& dabit eis* arcibus *potestatem in multis*, sive in multa circumposita oppida: *& terram* sive agros regionis *dividet gratuito* inter arces illas, veluti inter tot capita præfecturarum.

40 *Et in tempore præfinito*, sive, ut dictum est versu 29. *statuto tempore.* Redit enim Daniel ad bellum Antiochi Epiphanis cum Ptolemæo Philometore, quod ibi strictim narratur; hic autem Hebræo more repetitur, ut fusius exponatur. *Præliabitur adversus eum rex Austri*, Ptolemæus Philometor: *& quasi tempestas veniet contra illum rex Aquilonis*, *in curribus*, *& in equitibus*, *& in classe magna*, cum curribus, cum equitatu, cum navium multitudine, ut dicitur 1. Mach. 1, 18. quemadmodum dictum est versu 30. nam eadem expeditio hic iterum refricatur. *Et ingredietur in terras*, *& conteret*, *& pertransiet.*

41 *Et introibit in terram gloriosam*, in Judæam, quæ *terra inclyta*, supra versu 16. *& multæ* terræ sive regiones *corruent*, vastabuntur. *Hæ autem solæ salvabuntur de manu ejus*, *Edom*, *& Moab.* Idumæa, & regio Moabitarum: *& principium filiorum Ammon*, & primaria civitas Ammoniticæ regionis.

42 *Et mittet manum suam in terras*, subjiciet ditioni suæ multas provincias: *& terra Ægypti* ipsa *non effugiet.*

43 *Et dominabitur thesaurorum auri & argenti*, *& in omnibus pretiosis Ægypti: per Libyam quoque & Æthiopiam transibit.*

44 *Et fama turbabit eum ab Oriente*: a Parthis & Arabibus: *& ab Aquilone*, a Cilicia. 2. Mach. IV, 30. *Et cum hæc agerentur*, *contigit Tarsenses & Mallotas seditionem movere ..... Festinanter itaque rex venit sedare illos*, &c. Hoc illud est quod hic sequitur, apud Danielem: *Et veniet in multitudine magna*, *ut conterat & interficiat plurimos.*

45 *Et figet tabernaculum suum Apadno*, Antiochus Epiphanes. Nomen esse peregrinum, non Hebræum Chaldaïcumve admonere primum Vulgatus Interpres ipsemet visus est, cum *Apadno* scripsit: nam alioqui *Aphadno*, opinor, scriberet; quoniam in utraque ea lingua semper פ est *phe*, in nominibus propriis mere Hebræis. Tamen arbitramur *Apadno* non loci ignoti, ut vulgo creditur, sed ipsiusmet Antiochi Epiphanis ænigmaticum nomen esse: quod quidem compositum sit ex tribus hisce Hebræis vocibus, אפעה־עד־נו: contracte autem & scite scribatur אפדנו. Est autem אפעה־עד־נו, *Regulus ad Ægyptum* veniet: Quam regionem Antiochus certe expilavit ut regulus, & quidem ex regibus Syriæ solus, teste Daniele, hoc capite, versu 42. & 43. Est enim Alexandria in libris Prophetarum נא sive נו Deinde אפעה *regulus*, *basiliscus*, *vipera* est. Alexandria autem pro Ægypto ponitur, quoniam Ægypti caput Alexandria fuit. Itaque *Apadno* idem valet atque Prædator, sive Populator Ægypti. Ubi peritia Vulgati Interpretis apparet; qui huic voci haud dubie viderit significationem hanc similemve subesse.

Neque vero inusitatum est, sic nomina propria contrahi apud Hebræos: cum ut exemplo uno notissimo rem comprobemus, Jordanem dicant ירדן pro יאר־עדן ut censent periti. Quod si quis malit esse nomen istud ab אף־עד־נו, hoc est, *furor usque ad Ægyptum* perveniet; vel, *Furori præda Ægyptus*: arbitrii ejus esto.

Ergo Antiochus *figet tabernaculum suum inter maria*; inter mediterraneum mare, & mare mortuum; quo gemino mari regnum Juda clauditur. *Super montem inclytum & sanctum*, super montem Sion. 1. Mach. 1, 35 *Et ædificaverunt* Antiochi milites *civitatem David muro magno & firmo*, *& turribus firmis*, *& facta est illis in arcem*: *&c. Et veniet usque ad summitatem ejus*, exstructa ibi arce, ut diximus. *Et nemo auxiliabitur ei*, monti sancto & inclyto, ut inde dejiciat gentem peccatricem.

Hactenus vaticinium capitis undecimi Danielis est, quo prima origo cladis Hierosolymitanæ præsertim describitur, ex inimicitiis scilicet regum Syriæ & Ægypti.

Æra Græcorum annus 55.

III. PTOLEMÆUS Syriæ rex.

56 *Annus 56. æræ Græcorum.*

57 *Olymp. 134.*

58

59 *Urbis Romæ annus 500. Annus Sabbaticus.*

60

61 *Olymp. 135.*

62

63

64 Plinius libro 2. sect. LXXXIX. *Inter Cycladas*, *Olympiadis CXXXV. anno quarto*, *Thera & Therasia* insulæ enatæ sunt. Ita MS. Vatican.

SELEUCUS Syriæ rex, Antiochi filius. Hujus, circa hæc tempora, videntur initia collocanda. Ad eum pertinent nummi omnes, qui sunt inscripti simpliciter, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ: tametsi hos nonnemo, absque ullo probabili argumento, in tres Seleucos partitur.

65 *Olymp. 136.*

66 *Annus Sabbaticus.*

67

68

69 *Olymp. 137. Urbis conditæ annus 510.*

70

71

72

73 *Olymp. 138. Annus Sabbaticus.*

74 III. PTOLEMÆUS EVERGETES rex Ægypti.

Hunc Ptolemæum Evergeten appellamus cum vulgo: quamquam ejus rei nullus se nobis offert satis certus auctor.

75

76 In Cimelio D. FOUCAULT, nummus ex ære mediocri, peritorum judicio, huic Ptolemæo tribuitur: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ. Aquila cum loto, imperii in Ægypto symbolum. Infra, Ε ΥΛ quibus litteris quid exprimere opifex voluerit; nobis incompertum est.

77 *Olymp. 139.*

78

79 *Annus Urbis conditæ 520.*

80 *Annus Sabbaticus.*

81 *Olymp. 140.*

82 Circiter hoc tempus, ut nostra quidem conjectura est, id contigit quod narratur, 2. Mach. VIII. 20.

83

84

85 *Olymp. 141.*

86

87 *Annus Sabbaticus.*

88

89 *Olymp. 142. Urbis conditæ, 530.*

90

91

IV. PTO-

ÆRA GRÆCORUM.

92 IV. PTOLEMÆUS PHILOPATOR, rex Ægypti. Plinius, libro VII. sect. LVII. *Ptolemæum Philopatorem, qui Tryphon cognominatus est.*

93

94 *Annus Sabbaticus.* Plinius lib. XXIX. sect. VI. *Primus e medicis venit Romam Peloponneso Archagathus, L. Æmilio, M. Livio Coss. anno Urbis* DXXXV. *eique jus Quiritium datum.*

95

96

97 *Olymp. 144.*

98

99 *Urbis conditæ annus 540.*

V. ANTIOCHUS MAGNUS, Syriæ rex.

100

101 *Olymp. 145. Annus Sabbaticus.*

102

103

104

105 *Olymp. 146.*

106

107

108 *Annus Sabbaticus.*

109 *Olymp. 147. Urbis conditæ annus 550.*

110

111

112

113 *Olymp. 148.*

114

115 *Annus Sabbaticus.*

116

117 *Olymp. 149.*

Apud Vaillant in historia Regum Syriæ, pag. 150. nummus ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ. ΡΙΖ. *Annus* CXVII. æræ Græcorum, iniens mense Septembri. Ejus nummi formam habemus in plumbo expressam ex ære mediocri.

118

119 *Urbis conditæ annus 560.*

120

121 *Olymp. 150.*

Plinius, libro XXXIV. sect. XI. *Non præteribo Cn. Octavium, ob unum scilicet verbum: Hic regem Antiochum, daturum se responsum dicentem, virga quam tenebat forte circumscripsit, & priusquam egrederetur circulo illo, responsum dare coëgit. In qua legatione interfecto Senatus statuam poni jussit quam oculatissimo loco in Rostris.* Ad alium Antiochum alii perperam hoc factum referunt. Fuit iste Octavius e majoribus Octavii Cæsaris, qui Cæsar Augustus est appellatus.

122 *Annus Sabbaticus.*

123 Romani *Antiochum Magnum regem Asiæ, qui eis pugnam intulerat, habens centum viginti elephantos, & equitatum, & currus, & exercitum magnum valde, contritum ab eis.... ceperunt eum vivum, & statuerunt ei, ut daret ipse, & qui regnarent post ipsum, tributum magnum, & daret obsides, & constitutum.* 1. Mach. VIII, 6. Improprie locutum esse scriptorem sacrum, audet dicere Grotius, & qui cum eo plus Polybio credunt & Græciæ mendaci, quam Deo loquenti. Quis sibi hoc loco temperet, quin exclamet: *Obstupescite cæli super hoc. Duo enim mala fecit populus meus. Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas?*

124 Plinius, lib. XIII. sect. V. *Antiocho rege, Asiaque devictis, Urbis anno* DLXV. Et lib. XXXIII. sect. LIII. *Asia primum devicta... anno conditæ Urbis* DLXV. Ab autumno anni hujus Laodiceni in Phrygia æræ suæ initium ducunt.

125 *Olymp.* 151. Hoc fere tempore, ut Plinius & nummi antiqui docent, etsi aliter scriptores rerum Romanarum statuunt, *Romani regionem Indorum, & Medos, & Lydos, de optimis regionibus eorum, obtinuerunt, & acceptas eas ab eis, dederunt Eumeni regi.* 1. Mach. VIII, 8. Nam quia hoc *audivit Judas* Machabæus, 1. Mach. VIII, 1. necesse est profecto non prius contigisse. Grotius corruptis hoc loco (ut arbitratur) vitiatisque sacris codicibus Livium anteponit; in quem cadere scilicet tale vitium non potuerit. *Potuitne*, inquit, *homo Judæus ignorare, suo tempore neque Mediam, neque Indiam, fuisse Romanorum, aut Eumeni sive factorum? Omnino exscriptorum est error; ac legendum,* ἐν χώρᾳ τῇ Ἰωνίᾳ καὶ Μυσίαν καὶ Λυδίαν. *Hæc enim Eumeni data videas apud Livium* XXXVIII. *In Jonia enim Ephesus & Tralles.* At ego non Livio, sed Spiritui sancto credo dicenti *regionem Indorum* a Romanis Eumeni datam. Quos vero hic Indos aio? quam Indiam? Quæ alio nomine Caria dicta est, Asiæ minoris regio fertilissima, quæ ad meridiem Epheso subjacet, & Joniæ. Hanc regionem Eumeni concessam, cum sacer scriptor affirmet, vel si centum Livii Polybiique hanc rem non prodiderint, nihilominus credo. Cares autem Indos aliquando appellatos esse ex Plinio colligimus, qui libro V. sect. XXIX. Cariam describens, & amnes quibus alluitur; *Amnis INDUS*, inquit, *in Cibyratarum jugis ortus, recipit sexaginta perennes fluvios, torrentes vero amplius centum.* Quod si ab Indo amne major India nomen habet; quid vetat & Cares vetusta appellatione pariter Indos fuisse nuncupatos ab amne cognomine, præsertim tam nobili? Etiamsi mille Strabonibus vel Ptolemæis id prorsus latuerit, tamen Plinio id aperte satis indicanti quis fidem abroget, præsertim affirmante sacro scriptore? Si amni huic Indo alterum nomen Κάλβιν fuisse, creditur Straboni, Livio, ac Ptolemæo: cur non & Cariæ nomen alterum Indiæ fuisse ab eo amne scriptori sacro creditur? Medos quoque vel Mædos agnoscit Plinius in parte Thraciæ, libro IV. Quidni & alii cognomines in parte Phrygiæ Lydiæve exstiterint, præsertim ex quo Medi, duce Cyro, eo tractu omni potiti sunt, post Crœsum devictum? Quid si Midæos e Phrygia intelligamus, appellatos a Plinio, libro V. pag. 295. & in nummo Antonini, Severi F. ΜΙΔΑΕΩΝ?

126 Plinius, lib. XXXIV. sect. VIII. *Cn. Manlius Asia devicta triumphum duxit, Urbis anno* DLXVII.

127

128

129 *Olymp. 152. Annus Sabbaticus. V.C. annus 570.*

130 In Cimelio D. FOUCAULT, nummus ex ære mediocri: capite diademato, annorum fere XXX. ℞. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΕΤΟΥ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ. *Regis Aretæ amici Græcorum.* Victoria turrito capite, dextra coronam, læva palmam gerit. Latere dextro, ΑΡ. Annus Græcorum, & idem Arabum, CXXX. De Areta rege dicemus inferius, ad annum 160. Quoniam fit ab ἀρετὴ *virtus*, Ionice Ἀρέτης; tunc habet in gignendi casu, Ἀρέτου. Quod si Doricum fiat, Ἀρέτας; non habet tunc, nisi Ἀρέτα, ut anno Græcorum 160. visuri sumus. At Ἀγρίππας, quoniam ex Latino *Agrippa* est, & semper necesse est esse Dorica forma, pariter Ἀγρίππα inflectitur in gignendi casu; quemadmodum & in nummis semper scribitur, & in sacris libris: nec potest aliter citra solœcum: nihilo certe magis, quam Θωμᾶς potest inflecti Θωμοῦ, vel Θευδᾶς, Θευδοῦ.

131

132 V. PTOLEMÆUS PHILOMETOR, Ægypti rex.

In Cimelio D. FOUCAULT, nummus argenteus, ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. L. A. *Anno primo.* ΠΑ. *Paphi*: quod insulæ Cypri oppidum est; Ægyptiacæ tunc ditionis: 2. Mach. X, 13. Ejusdem Ptolemæi est hic nummus æreus e gaza Regia, quem Seguinus vulgavit, pag. 55. ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Aquila insistit fulmini. ℞. ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣ. Caput Ægypti, tectum elephantina pelle, ex qua proboscis prominet.

133 *Olymp.* 153.

In eodem Cimelio: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ. L.B. *Anno secundo.* ΠΑ. ut proxime.

VI. SELEVCVS Syriæ rex, Antiochi Magni F.

Circiter hunc annum Antiocho Syriæ rege necato, Laodice conjux administrationem regni astu suscepit, cum Seleuco adhuc adolescente. Plinius, lib VII. sect. X. de Antiocho: *Antiocho regi Syriæ e plebe nomine Artemon in tantum similis fuit, ut Laodice conjux regia, necato jam Antiocho mimum per eum commendationis regnique successionis peregerit.*

In Thesauro Regio, & apud D. Abb. FAUVEL, nummus argenteus, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ. *Regis Seleuci Illustris Victoriosi.* ΖΗ. Zelitæ, in Cappadocia: ubi Zela, apud Plinium, libro VI. sect. III. Apud D. DE BOZE, e Regia Inscriptionum ac Numismatum Academia, nummus ex argento, maximi moduli, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ. Pallas galeato capite stat: dextra tenet Victoriam, quæ coronam Palladi porrigit. ΑΛΕ ΔΗ. Ἀλεξανδρέων δῆμος, *Populus Alexandrinorum*, ad Issum in Cilicia. In parte nummi postica, caput est Seleuci regis cinctum diademate.

134 2. Mach. III, 1. *Cum sancta civitas habitaretur in omni pace, leges etiam adhuc optime custodirentur, propter ONIÆ Pontificis pietatem, & animos odio habentes mala: fiebat ut & ipsi reges & principes locum summo honore dignum ducerent, & templum magnis muneribus illustrarent: ita ut Seleucus Asiæ rex de redditibus suis præstaret omnes sumptus ad ministerium sacrificiorum.* Misit tamen hoc ipso anno Heliodorum, ad diripiendos templi thesauros.

Annus æræ Græcorum, 135.

Hic quartus est annus Ptolemæi Philometoris regis Ægypti: quo de anno exstat illud in Estheris libro, in proœmio capitis XI, 1. *Anno quarto, regnantibus Ptolemæo & Cleopatra, attulerunt Dositheus, qui se sacerdotem, & Levitici generis ferebat; & Ptolemæus filius ejus, hanc epistolam Phurim,* (id est, Sortium, sive libri Esther:) *quem dixerunt interpretatum esse Lysimachum Ptolemæi filium in Jerusalem.* Jam tum fuere Græci Hierosolymis, qui sacras verterent litteras ex Hebræo vel Chaldaïco, quæ in Ægyptum ac regiones alias perferrentur. פור pro forte, Hebræa vox non est, sed Persica: quoniam in Perside res illa gesta est.

In Cimelio Regio, & D. FOVCAVLT, nummus ex ære mediocri, ΤΥΡΟΥ ΙΕΡΑΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. *Tyri sacræ Metropolis.* ΕΛΡ. Annus Græcorum CXXXV. iniens a Septembri hujus anni. Metropolis Tyrus appellatur; non quo sensu Plinius admonet, lib. V. *Tyrus quondam insula.... olim PARTU clara, urbibus GENITIS, Lepti, Utica, & illa Romani imperii æmula, terrarum orbis avida, Carthagine; etiam Gadibus extra orbem conditis:* sed quod primaria sedes jurisdictionis in eo tractu Tyrus esset, ut in Palæstina postea Cæsarea, Act. XXV, 1. Nam pars antica nummi caput turritum ac velatum exhibet, symbolum liberæ civitatis ac primariæ, quo convenire minora oppida illius jurisdictionis oporteret. Sic in nummo, quem Seguinus exhibet, pag. 12. HIPPONE: Dea stolata rosam læva tenet: .)(. LIBERA. Caput velatum, ubi non Dea Libera, aut Dea Hippone, sed Genius civitatis, & libertas ejusdem, atque αὐτοκεφαλία exprimitur. Legendum est enim continuata oratione, *Hippone* Nervæ edicto *libera.* Ut in nummo altero, pag. 7. qui & in Musæo nostro est, & apud Patinum in familia Carisia, pars una nummi vocem MONETA exhibet; altera, SALVTARIS: quæ sunt ambæ conjungendæ voces, ut intelligatur *Moneta Salutaris.* Sic in ejusdem operis nummis duobus, CAPΔIC & CAPΔIANΩN, caput velatum Sardianam Jurisdictionem significat, cujus Plinius meminit, libro V. sect. XXX. Erat ergo Tyrus metropolis *Phœnicis*, cujus cum Cœle-Syria dux erat Apollonius, 2. Mach. IV, 4. & Philippus, VIII, 8.

Circa hoc tempus Gallia Narbonensis a Romanis, nostra quidem sententia, vectigalis facta est. Nam de ea parte Galatiæ Europææ intelligendus videtur sacer scriptor, 1. Mach. VIII. qui locus nunc obiter recitandus est. *Et audivit Judas nomen Romanorum.... prælia eorum, & virtutes bonas, quas fecerunt in GALATIA, quia obtinuerunt eos, & duxerunt sub tributum: & quanta fecerunt in regione Hispaniæ, & quod in potestatem redegerunt metalla argenti & auri. . . . & Philippum, & Persen,.... contriverunt in bello.... Et Antiochum magnum regem Asiæ... contritum ab eis. . . Et regionem Indorum, & Medos, & Lydos. . . . dederunt Eumeni regi: & quia qui erant apud Helladam* &c. Primo, nihil hac serie perturbatius dici videtur, si a Galatia Asiæ ad Hispaniam fit subito descensus: nihil e diverso ordinatius, si a nostra Gallia. Deinde Galatiam Asiaticam nemo etiam scriptor rerum Romanarum, Græcus Latinusve, prodidit factam esse his temporibus vel minima ex parte vectigalem: nedum quod Romani *obtinuerint* Galatas. Nihil igitur cogit hic Galatas Asiæ accipi potius, quam Europæ. His adde ea, quæ de Cæsare dicturi sumus ad annum Urbis conditæ DCCIX.

Æra Græcorum annus 136.
Annus Sabbaticus.

Apud D. Vaillant, pag. 159. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ, cum triremi, & litteris ϚΛΡ. quibus annus Græcorum CXXXVI. designatur.

In Cimelio D. FOVCAVLT, nummus argenteus, ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. L.E. *Anno quinto.* ΚΙ. *Citii*, quod insulæ Cypri oppidum est, apud Plinium, libro V, pag. 614. Alius ibidem, L.E. ΠΑ. *Paphi*, in eadem insula.

Æra Græcorum annus 137. *Olymp.* 154.

VII. ANTIOCHVS EPIPHANES, rex Syriæ.

In historiis Arabice scriptis (quæ sunt pleræque recentes, & ab improbis hominibus confictæ,) initia Antiochi Epiphanis ponuntur annis XX. prius, quam nummi prodant. & sacræ litteræ.

1. Mach. I, 11. de Græcis Syriæ regibus: *Et exiit ex eis radix peccatrix, Antiochus Illustris, filius Antiochi regis,* Antiochi Magni, 1. Mach. VIII, 7.) *qui fuerat Romæ obses: & regnavit in anno centesimo septimo regni Græcorum.* Qui hic *Illustris*, idem inferius, 1. Mach. X, 1. & 2. Mach. 2. *Nobilis* appellatur. In Cimelio Regio, nummus ex ære mediocri: in Musæo nostro, ex ære magno: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΘΕΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ. Alibi: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ: & ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΘΕΟΥ. Θεὸς in his nummis, & ΘΕΑ, ut & in nummis regum Ægypti, nihil aliud significat quam ortum ex patre, avo, proavo, abavoque regibus.

Ad hunc eumdem Antiochum pertinet nummus iste e Cimelio Mediceo, argenteus, maximi moduli; in quo Antiochi caput diadematum: .)(. Juppiter sedens tenet Victoriam, quæ coronam ostentato Epigraphe: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΘΕΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ. *Regis Antiochi Dei Illustris Victoriosi.*

2. Mach. IV, 7. *Post Seleuci vitæ excessum, cum suscepis-*

suscepisset regnum Antiochus, qui Nobilis appellabatur, ambiebat Jason frater Oniæ summum sacerdotium: adito rege, promittens ei argenti talenta trecenta sexaginta, & ex redditibus aliis talenta octoginta. Super hæc promittebat & alia centum quinquaginta, si potestati ejus concederetur gymnasium & ephebium sibi constituere, & eos qui in Hierosolymis erant Antiochenos scribere. Quod cum rex annuisset, & obtinuisset Principatum, factus scilicet Princeps sacerdotum, *statim ad gentilem ritum contribules suos transferre cœpit.*

Eos qui in Hierosolymis erant Antiochenos scribere, fuit dare jus civitatis Antiochenæ Hierosolymitanis: quod jus Ptolemaitis concessum significari in nummo vetere alterius Antiochi, ex hoc Machabæorum loco discimus; cui vicissim lucem nummus affert. Est hic e Museo nostro, ex ære mediocri: ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΠΤΟΛΕΜΑΙΔΙ. Quod fuit, *eos qui Ptolemaïde erant, Antiochenos scribere.* Sic ii qui erant Edessæ, scripti sunt Antiocheni, in alio nummo e gaza Regia, ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΚΑΛΛΙΡΟΗΝ, Plinio interprete, libro v. sect. xxi. *Arabia habet Edessam, quæ quondam Antiochia dicebatur, Callirhoen a fonte nominatum.*

Æræ Græcorum annus 138.

2. Mach. iv, 18. *Cum autem quinquennalis agon Tyri celebraretur, & rex præsens esset, misit Jason facinorosus didrachmas trecentas in sacrificium Herculis.* Quinquennalis agon Tyri celebratur, pro felice adventu Antiochi: sicuti multo post, Hadriani Aug. anno xi. xii. xiii. xiv. & xv. quinquennalem pariter agonem Gazæ celebratum ineuntibus secundis ejus decennalibus, nummi Græci repræsentant; ut inferius dicturi sumus.

In Thesauro Regio, nummus argenteus, ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. L. Ξ. ΠΑ. *Anno septimo. Paphi.*

Ptolemæi Philometoris regis Ægypti tutorem (ut videtur) ac regni administratorem se gerebat Syriæ rex Antiochus: sed primates, sive regni proceres Antiochum ab administratione ea arcebant. Quod quidem tradi arbitramur a sacro scriptore, 2. Mach. iv, 21. Antiochus spe administrandi regni Ægyptiaci destitutus, in Phœnicen exercitum convertit. 2. Mach. iv, 21.

139 | 140 *Annus Urbis conditæ 580.* *Pistores Romæ non fuere ad Persicum usque bellum, annis ab Urbe condita super* DLXXX. *Ipsi panem faciebant Quirites.* Plin. libro xviii. sect. xxviii.

De bello cum Philippo & Perseo Macedoniæ regibus gesto a Romanis, vide 1. Mach. viii, 5. & Plinium multis locis. In Cimelio D. Foucault, nummus argenteus, capite diademato. .)). ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΕΡΣΕΩΣ. Aquila insistit fulmini.

Ibidem nummus maximi moduli argenteus, ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. L.Θ. *Anno nono.* ΠΑ. *Paphi.*

Æræ Græcorum annus 141. *Olymp.* 155.

Plinius lib. xxxiv. de arte statuaria: *Cessavit deinde ars, ac rursus Olympiade centesima quinquagesima quinta revixit.*

2. Mach. iv, 23. *Post triennii tempus*, ex quo scilicet Antiochus in Phœnicen exercitum converterat, anno Antiochi quarto currente, Menelao sacerdotium a rege Antiocho datur, Jasone dejecto. Paulo post Menelaus pariter sacerdotio amovetur; eo quod promissam regi pecuniam non solveret: *succedente Lysimacho fratre suo.* 2. Mach. iv, 29.

Antiochus rebellantes Cilicas sedat. 2. Mach. iv, 30.

FINIS LXII. HEBDOMADUM DANIELIS.

Æræ Græcorum annus 142.

Onias, qui summus sacerdos ante annos sex fuerat, *Antiochiæ secus Daphen*, ubi tuto loco se continebat, interficitur ab Andronico, qui cum astu *de asylo* retraxerat. 2. Mach. iv, 33. In nummo e gaza Regia, ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΔΑΦΝΗΝ. Non videtur Antiochia ipsa esse, sed suburbanum; cujus incolæ hoc in nummo cives Antiocheni appellantur.

Onias summus sacerdos, post lxii. hebdomadas interfectus, ante abominationem desolationis in templum ab Antiocho inferendam, typus Christi occidendi ante excidium ædis & Urbis fuit: quemadmodum & quod post Oniæ occisionem desertus est a Deo populus, qui eum urbe expulit. Et suo etiam nomine Christum servatorem adumbravit: est enim Onias, און יה *virtus Dei.* Paulus autem, 1. Cor. 1, 24. *Christum Dei virtutem* appellat.

Quoniam vero esset Onias eximiæ sanctitatis & famæ, *vir bonus & benignus, verecundus visu, modestus moribus, & eloquio decorus, & qui a puero in virtutibus exercitatus* fuerat, 2. Mach. xv, 12. hujus viri necem tulit indignissime rex ipse Antiochus, nec inultam reliquit. Sed Andronicum, quem vice sua anno superiore regno imposuerat, *exutum purpura, per totam civitatem jubet circumduci: & in eodem loco, in quo in Oniam impietatem commiserat, sacrilegum vita privari.* 2. Mach. iv, 38. Discrepat toto genere Josephi narratio ab ista. Oniam enim ille ponit aperte ante annos quinque diem supremum placide obiisse, priusquam Jason sacerdotium iniret, libro xii. Antiq. cap. vi. Exspecto qui se Catholicos dicant, & Josephum anteponant auctori libri Machabæorum; cui tamen sacro scriptori Danielis etiam vaticinium (ut inferius videbimus) aperte suffragatur.

Hunc Josephi errorem, aliosque, de Pontificibus, qui his temporibus fuere, ante nos, Petavius castigavit, libro x. de Doctr. Temp. cap. l. Toties Josephus certe, tamque prodigiose, a sacris scriptoribus horum librorum, in hac præsertim Pontificum serie, de toto tempore Pontificatus, ac successione, dissidet; ut dedita opera credi possit non alio consilio ipse scripsisse, quam ut quantum fidei ab imprudentibus impetraret, tantum scriptoribus sacris detraheret.

Antiochus Syriæ rex Ægyptum invadit, fugatque Ptolemæum Philometorem. 1. Mach. 1, 17.

Æræ Græcorum annus 143.
Annus Sabbaticus.

Danielis capite viii. describitur prima origo & causa Hierosolymitanæ cladis sub Antiocho: hæc nimirum. Quoniam Persarum rex Darius, cui Judæi pacifice parebant, Asiam minorem, Scythas, Ægyptiosque subegisset; rex Macedo Alexander, qui tantam in hoste laudem acerbe ferret, & a puero inflammatus ipse esset ad gloriam, bellum regi Dario postea intulit: eoque ad Arbela devicto, ipse postea in Oriente moriens, divisit imperium suum in quatuor e suis ducibus. Ex uno horum prodiit Antiochus Epiphanes, qui Hierosolymam misere vastavit. Hoc argumentum istius capitis & vaticinii est; quod est propterea exponendum hoc loco, quoniam hoc anno clades ea contigit.

Versu 1. *Anno tertio regni Baltassar regis.* Urbis Romæ anno 220. Templi desolati, 52. Cyri in Media, 23. *Visio apparuit mihi. Ego Daniel, post id quod videram in principio*, ante biennium, in principio sive anno primo regni Baltassar: quæ visio continetur capite septimo proxime præcedente.

2 *Vidi in visione mea, cum essem in Susis castro:* quam

quam *arcem Susorum* Plinius appellat. *Quod est in Ælam regione.* Apud Plinium, libro VI. pag. 718. Susa in Susiane est, supra Elymaïdem, quam a Susiane disterminat Eulæus amnis. Verum apud scriptores sacros Ælam Susianen Elymaidemque complectitur. *Vidi autem in visione esse me super portam Ulaï.* Forte super portam, quam lambit Eulæus amnis: nam hic, teste Plinio, circuit arcem Susorum.

3 *Et levavi oculos meos, & vidi: & ecce aries unus stabat ante paludem.* Darius novissimus rex Medorum atque Persarum: ut versu 20. Angelus ipse Gabriel exponit. Arieti dux exercitus comparatur, quoniam *Dux aries gregis.*

3 *Habens cornua excelsa, & unum excelsius altero atque succrescens.* Medorum regnum antiquius quidem Persico fuit; sed Persicum excelsius, quod & potentius fuit, & quotidie succrescens. Hæc duo cornua arietis sunt.

4 *Post hæc vidi arietem cornibus ventilantem.* Utroque cornu, hoc est, exercitu comparato ex Medis ac Persis. *Ventilantem.* Ferientem, coruscantem, cornibus impetentem.

4 *Contra Occidentem.* Contra Asiam minorem. *Et contra Aquilonem*, contra Scythas: *& contra meridiem*, contra Ægyptios. *Et omnes bestiæ non poterant resistere ei, neque liberari de manu ejus. Bestiæ*, idololatria gentium est; *Omnes bestiæ* positæ sunt, pro gentibus cujuscumque essent profani cultus, sive quamcumque profiterentur idololatriam. Innuit vates hoc dicto, Judæos e diverso veri Numinis cultores, tranquille prorsus egisse sub Dario. *Fecitque secundum voluntatem suam, & magnificatus est.*

5 *Et ego intelligebam: ecce autem hircus caprarum.* Hoc est, dux gregis caprarum hircus. Duces exercituum hircis comparantur; eo quod antecedant hirci gregem caprarum. Sic legas Levit. IV, 23. *hircum de capris*: & 1. Esdr. VI, 16. *hircos caprarum*: & Ezech. XLIII, 22. *hircum caprarum.* Apud Jeremiam autem, cap. L, 8. *Estote quasi hœdi ante gregem.* In hoc vaticinio *hircus*, sive *hircus caprarum*, ipse est Alexander Magnus, ut constat ex versu 21.

5 *Veniebat ab Occidente.* A Macedonia & Græcia. Super faciem totius terræ. 1. Mach. I, 3. de Alexandro Magno: *Et pertransiit usque ad fines terræ.*

5 *Et non tangebat terram.* Nullo afficiebat malo Judæam, nulla molestia. Qui veniebat ab Occidente super faciem totius terræ, quam numerosus nimirum exercitus totam obtegebat, non tangebat tamen terram Judæam; hoc est, nulla eam afficiebat injuria, per Idumæam, ut olim Cambyses, pergens in Ægyptum. *Tangere*, vexare, lædere, infestare est. Ut Psal. CIV, 15. *Nolite TANGERE christos meos.*

5 *Porro hircus habebat cornu insigne inter oculos suos.* Amplissimam summamque potestatem. Versu 8. *cornu magnum* dicitur eodem sensu.

6 *Et venit.* Alexander Magnus. *Usque ad arietem illum cornutum, quem videram stantem ante portam.* Ad regem Medorum atque Persarum, unus ad unum. *Et cucurrit ad eum in impetu fortitudinis suæ.* Impetu vehemente.

7 *Cumque appropinquasset prope arietem, efferatus est in eum, & percussit arietem.* 1. Mach. I, 1. *Et factum est, postquam PERCUSSIT Alexander Philippi Macedo ..... Darium regem Persarum & Medorum.*

7 *Et comminuit duo cornua ejus.* Duo regna ejus; Medorum atque Persarum. *Et non poterat aries resistere ei: cumque eum misisset in terram, conculcavit; & nemo quibat liberare arietem de manu ejus.*

8 *Hircus autem caprarum magnus factus est nimis.* 1. Mach. I, 4, 5. *Ex exaltatum est, & elevatum cor ejus: & obtinuit regiones gentium, & tyrannos*, &c.

8 *Cumque crevisset, fractum est cornu magnum.* Alexandri Magni obitus indicatur. 1. Mach. I, 6. *Post hæc decidit in lectum, & cognovit quia moreretur.*

8 *Et orta sunt quatuor cornua subter illud per quatuor ventos cæli.* Quatuor reges, ut dicitur versu 22. Macedo, Asiaticus, Syrus, Ægyptius. Macedonia in Occidente est; Asia minor ei opposita, in Oriente: Ægyptus in meridie; Syria eidem opposita, ad Aquilonem. Vide cap. XI, 4, 6. ubi *rex Aquilonis* rex Syriæ, *rex Austri* rex Ægypti est.

9 *De uno autem ex eis egressum est cornu unum modicum:* De uno regno ex illis, de regno Syriæ, quod libri sacri regnum Græcorum, alii Seleucidarum vocant. *Cornu unum modicum.* Antiochus Epiphanes, cornu modicum præ cornu magno Alexandri Magni. *Et factum est grande contra Meridiem.* Ptolemæum Philometorem regem Ægypti fugavit. 1. Mach. I, 17. *Et paratum est regnum in conspectu Antiochi, & cœpit regnare in terra Ægypti, ut regnaret super duo regna. Et intravit in Ægyptum in multitudine gravi, in curribus, & elephantis, & equitibus, & copiosa navium multitudine: & constituit bellum adversus Ptolemæum regem Ægypti, & veritus est Ptolemæus a facie ejus, & fugit*, &c.

9 *Et contra Orientem.* Contra Babyloniam, opinor, rebellem. Neque enim ante ultimam expeditionem, qua infeliciter ei cessit, aliam oppugnasse regionem videtur in Oriente positam. *Et contra fortitudinem.* Contra civitatem munitam Jerusalem: de qua Isaï. XXVI, 1. *Urbs fortitudinis nostræ Sion Salvator ponetur in ea murus & antemurale.* 1. Mach. I, 21. *Et ascendit Hierosolymam in multitudine gravi* &c.

10 *Et magnificatum est usque ad fortitudinem cæli.* Usque ad civitatem munitam, quæ sub tutela Dei cæli est. *Et dejecit de fortitudine.* De populo urbis munitæ multos prostravit, occidit. *Et de stellis*, de primoribus civitatis: *& conculcavit eas.*

11 *Et usque ad principem fortitudinis magnificatum est.* Regem civitatis munitæ, Deum. Erat enim Hierosolyma, *civitas magni regis*, Matth. V, 35.

11 *Et ab eo tulit juge sacrificium.* Vetuit agnum offerri vespere & mane, qui jugiter offerebatur. *Et dejecit locum sanctificationis ejus.* Spoliavit nudavitque sanctuarium, & sic de suo ornatu ac splendore dejecit. 1. Mach. I, 23. *Et intravit in sanctificationem cum superbia, & accepit altare aureum, & candelabrum luminis, & universa vasa ejus*, &c. Et versu 40. *Sanctificatio ejus desolata est sicut solitudo.*

12 *Robur autem datum est ei contra juge sacrificium propter peccata.* Propter peccata Judæorum. 1. Mach. I, 12. *In diebus illis exierunt ex Israël filii iniqui .... & fecerunt sibi præputia, & recesserunt a testamento sancto, & juncti sunt Nationibus, & venumdati sunt ut facerent malum.*

12 *Et prosternetur veritas in terra, & faciet, & prosperabitur.* Verus Dei cultus abrogabitur.

13 *Et audivi unum de sanctis loquentem.* Unum de fidelibus Judæis. Nam hi *sancti*: hoc est, peculiariter Deo consecrati. Psal. CXLIX, 1. *Laus ejus in Ecclesia sanctorum.*

13 *Et dixit unus sanctus alteri nescio cui loquenti: Usquequo visio, & juge sacrificium;* Usquequo juge sacrificium, quod videmus sublatum ab Antiocho, sublatum manebit? Et *peccatum desolationis, quæ facta est.* Usquequo desolatio manebit, quæ facta est propter peccata. *Et sanctuarium, & fortitudo desolabitur?* Usquequo Templum Dei, & urbs munita & inclyta proteretur & conculcabitur?

14 *Et dixit ei: Usque ad vesperam & mane, dies duo millia trecenti.* Hoc est, computatis accurate diebus ac noctibus, durabit hæc desolatio diebus bis mille trecentis. *Et* postea *mundabitur sanctuarium*, Templum Dei. Similis locutio est Gen. I, 5. *Factumque est vespere & mane, dies unus.*

15 *Factum est autem cum viderem ego Daniel visionem*,

nem, & quærerem intelligentiam: ecce stetit in conspectu meo quasi species viri. Hoc est, ipsa viri forma, species, similitudo. Angelus fuit sub viri specie.

16 *Et audivi vocem viri inter Ulai.* Per paludem quam efficit Eulæus amnis, ut videtur ex versu 2. & 3. *Et ait: Gabriel fac intelligere istum visionem.*

17 *Et venit, & stetit juxta ubi ego stabam: cumque venisset, pavens corrui in faciem meam, & ait ad me: Intellige, fili hominis.* Hoc est, Israëlita, primogenite in filiis hominum. Nam, ut in Commentariis in Psalmos & alibi diximus, ubi verbum illud non est de Christo propheticum, Israëlita *filius hominis* appellatur, quia *primogenitus*, Exod. IV, 22.

17 *Quoniam in tempore finis*, in tempore definito a Deo, *complebitur visio.*

18 *Cumque loqueretur ad me, collapsus sum pronus in terram: & tetigit me, & statuit me in gradu meo,*

19 *dixitque mihi: Ego ostendam tibi quæ futura sunt in novissimo maledictionis.* Quo demum tempore non se continebit ira Dei, sed erumpet in vindictam. *Quoniam habet tempus* desolationis & iræ divinæ *finem suum*, momenta a Deo definita.

20 *Aries, quem vidisti habere cornua, rex Medorum est atque Persarum.* Darius novissimus rex Persarum: quem ex hoc vaticinio, versu 4. apparet bellum intulisse Asianis, Scythis, & Ægyptiis. Nam ut *hircus caprarum* rex unicus est Alexander Magnus; sic *arietem unum* versu 3. regem unum esse Persarum oportet, Alexandri æqualem. Nec causa cur bellum Alexander Persis inferret, potuit esse bellum sive quod Xerxes ante annos fere CLX. sive quod Darius ante annos fere CLXX. Græcis intulisset.

21 *Porro hircus caprarum, rex Græcorum est.* Rex Græcorum in Syria: nec quilibet, sed primus. Nam *& cornu grande, quod erat inter oculos ejus, ipse est rex primus.* 1. Mach. 1, 1. *Alexander Philippi Macedo, qui PRIMUS regnavit in Græcia;* hoc est, qui regum primus Syriam Græcam fecit.

22 *Quod autem fracto illo*, Alexandro mortuo, *surrexerunt quatuor pro eo*, hoc est, in universa ditione ejus; *quatuor reges de gente ejus consurgent.* De gente Græcorum, sive Macedonum: Syrus, Ægyptius, Macedo, Asianus. *Sed non in fortitudine ejus.* Nequaquam potentia cum illo conferendi, sed omnes longe inferiores.

23 *Et post regnum eorum*, postquam stabilitum fuerit regnum eorum, aliquot successione regum. *Cum creverint iniquitates*, peccata Judæorum, quæ volet ulcisci Deus. Hæc describuntur 1. Mach. 1, 12. & sequentibus. *Consurget rex impudens facie*, Antiochus Epiphanes; *& intelligens propositiones*, & sciens dictis ambiguis fallere: ut versu 25. Dirigetur dolus in manu ejus.

24 *Et roborabitur fortitudo ejus, sed non in viribus suis*, at irato Deo sceleribus Judæorum. *Et supra quam credi potest, universa vastabit, & prosperabitur, & faciet. Et interficiet robustos*, gentem fortissimam Judæorum, *& populum sanctorum*, populum Deo peculiariter consecratum, *secundum voluntatem suam.* 1. Mach. 1, 25. *Et fecit cædem hominum.*

25 *Et dirigetur dolus in ore ejus.* Quidquid doli in Judæos excogitaverit, id ex voto perficiet. *Et cor suum magnificabit, & in copia rerum omnium occidet plurimos.* Abunde habebit omnia ad vastitatem & cædem necessaria. *Et contra principem principum consurget.* Contra Deum, qui est rex regum. Ut versu 11. *usque ad principem fortitudinis*, auferendo juge sacrificium, &c. De eodem, cap. XI, 36. *Et adversus Deum deorum loquetur magnifica.*

25 *Et sine manu conteretur.* Sine hostili exercitu, solo Deo ultore.

26 *Et visio vespere & mane, quæ dicta est, vera est.* Numerus dierum bis mille trecentorum, de quo audivimus in visione, versu 14. implebitur. *Tu ergo visionem signa, quia post multos dies erit;* scribe & refer in commentarios quæ vidisti: librum reconde & serva diligenter: neque enim implebitur ea visio nisi post longum tempus: post annos CCCLXIV.

27 *Et ego Daniel langui, & ægrotavi per dies aliquot: cumque surrexissem*, cum convaluissem, *faciebam opera regis: & stupebam ad visionem, & non erat qui interpretaretur*, qui intelligeret, qui conjicere posset, cur ita mœstus essem.

1. Mach. 1, 21. *Et convertit Antiochus, postquam percussit Ægyptum, in centesimo & quadragesimo tertio anno: & ascendit ad Israël, & ascendit Hierosolymam in multitudine gravi.* Templi vasa ac thesauros aufert: *& fecit cædem hominum*, &c. 2. Mach. V, 11, 14, 21. Cædes in urbe dum fieret, Judas Machabæus in desertum secedit.

Recepisse Pontificatum, amoto fratre Lysimacho, Menelaus videtur; ut quidem colligimus ex 2. Mach. IV, 50.

Æra Græcorum annus 144.

In Thesauro Regio nummus æreus: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ. ΤΥΡΙΩΝ. Triremis, symbolum imperii maris: cum lauri ramo, insigni victoriæ de Ægypto & Judæa reportatæ. Litteræ ΔΜΡ annum Græcorum CXLIV. a Septembri hujus anni ineuntem exhibent.

Apud D. BAUDELOT, nummus argenteus, ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. L. ΙΓ. ΠΑ. *Anno decimo tertio. Paphi.*

Æra Græcorum annus 145. Olymp. 156.
Ante Christum annus 168.

1. Mach. 1, 30. *Et post duos annos dierum* (hoc est, anno exinde altero) *misit rex principem tributorum in civitates Juda: & venit in Jerusalem cum turba magna..... Et accepit spolia civitatis, & succendit eam igni, & destruxit domos ejus, & muros ejus in circuitu..... Et ædificaverunt civitatem David muro magno & firmo, & turribus firmis, & facta est illis in arcem.*

Circiter mensem Junium defecit hostia & sacrificium. Dan. IX, & 1. Mach. 1, 46, 47, 49. & 2. Mach. VI, 1, 6, 7.

Hoc anno contigisse videtur certamen Eleazari, & septem fratrum. 2. Mach. VI. & VII.

2. Mach. VI, 1. *Sed non post multum temporis, misit rex senem quemdam Antiochenum, qui compelleret Judæos, ut se transferrent a patriis & Dei legibus; contaminare etiam, quod in Hierosolymis erat templum, & cognominare Jovis Olympii: & in Garizim, prout erant hi qui locum inhabitabant, Jovis Hospitalis.* Hoc est, quoniam in Templo Judæi dicebant coli Deum cæli, idcirco Jovis Olympii, sive cælestis, effigiem jussit ibi Antiochus collocari. Quoniam vero Samaritani, qui montem Garizim incolerent, essentque portio altera cultus Judaici, hospites ibi erant plerique & peregrini; adducti eo nimirum jam olim a Salmanasare, de Babylone, & de Cutha, ut refert scriptor sacer libri IV. Regum, cap. XVII, 14. idcirco ibi locata effigies est Jovis Hospitalis. Ille Ζεὺς Ὀλύμπιος; iste Ζεὺς Ξένιος a Græcis appellatur.

1. Mach. 1, 57. *Die quintadecima mensis Casleu* (XVI. Decembris, feria 6.) *quinto & quadragesimo & centesimo anno, ædificavit Antiochus abominandum idolum desolationis super altare Dei; & per universas civitates Juda ædificaverunt aras.* Casleu mensis nonus est a Nisan. Fuit autem æquinoctium vernum eo anno, die XXVI. Martii, hora 8. 44'. 24''. matut. ac proinde Neomenia primi mensis fuit, die 9. Aprilis, sabbato. Die quidem illi quintadecima mensis Casleu ædificabant: at *quinta & vicesima die mensis sacrificabant super aram, quæ erat contra altare.* 1. Mach. 1, 62. Fuit illa dies, XXVI. Decembris,

ÆRA GRÆCORUM. bris, feria secunda, anno Juliano, littera Dominicali B.

Apud D. BAUDELOT: nummus argenteus, ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΦΙΛΟΜΗΤΟΡΟΣ ΘΕΟΥ. Hoc est, *Ptolemai regis Philometoris Dei*, sive patre, avo, proavo, abavoque regibus editi. Infra, ΙΔ ΠΑ. *Anno quartodecimo. Paphi.*

Æræ Græcorum annus 146.

Hoc anno contigisse videtur certamen Eleazari, & septem fratrum. 2. Mach. VI. & VII.

Alcimus summus sacerdos voluntarie coinquinatus est tempore commixtionis. 2. Mach. XIV, 3. nempe antequam summus sacerdos crearetur.

Apud D. FOUCAULT, nummus ex ære magno, ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΘΕΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ. *Antiochi Dei Illustris.* Adjectæ litteræ TIH, quarum ignota nobis significatio est. Epocha certe non videtur esse.

Mathathias cum filiis collecto exercitu revocat Dei cultum. Moriturus, *anno centesimo & quadragesimo sexto* æræ Græcorum, Judam Machabæum constituit militiæ principem, 1. Mach. 2, 66, 70. at non Pontificem, seu summum sacerdotem.

Hoc anno, qui est Urbis conditæ 587. Templum in tractu Ægypti Heliopolitano, CLXXX. stadiis a Memphi, conditum fuisse ab Onia Simonis F. uno ex Pontificibus Hierosolymitanis, post vastatum ab Antiocho Hierosolymitanum, refert Josephus, libro VII. de bello Judaico, cap. XXX. Pro tractu Heliopolitano, *Leontopolin* habet idem *præfectura Heliopolitana*, libro XIII. Antiq. Jud. cap. VI: Quæsita sunt ab eo de industria ea nomina, quæ possent ænigmatice urbem Judaïcam, sive Hierosolyma, designare. Est enim Heliopolis, אלריה πόλις, *civitas Domini Dei*, ac proinde Jerusalem. Est & Leontopolis, civitas Judaica, civitas Judæorum de tribu Juda, qui λέοντες *leones* hic appellantur, ob illud dictum de Juda, Gen. XLIX, 9. *Catulus LEONIS Juda.* Ergo ex leone orti Judæi sunt *leones*. Pro Onia Simonis filio, uno ex Pontificibus, habet idem, libro XIII. Antiq. cap. VI. Oniam Oniæ Pontificis filium. Ab Isaia fuisse prædictam adjicit hanc Templi Ægyptiaci ædificationem, ante annos 970. loco citato de bello Judaico, ex Rufino interprete: ex Græco autem ibidem, & libro XIII. Antiq. ante annos amplius 600. Neutrum vere dictum. Quam ille etiam prave Isaiam intellexerit, disces ex Saliano. Templum stetisse refert præterea, libro VII. de bello Jud. usque ad Vespasiani tempora, per annos CCCXLIII. ἔτη τρία καὶ τεσσαράκοντα καὶ τριακόσια: ubi Latine ex Rufino sunt tantum *anni trecenti triginta tres.* Reipsa anni sunt omnino ab anno isto usque ad Vespasianum, tantum ducenti triginta tres. Scriptum existimare possis Latine primum istud opus esse; & pro CCXXXIII. qui deinde descripsit, adjecisse, ut fit, notam centenarii, scripsisséque CCCXXXIII. cum vero qui Græce vertit, pro triplici quadruplicem visum esse sibi videre notam denarii, legisséque CCCXXXXIII.

Æræ Græcorum annus 147. V.C. 588.

MACHABÆI. JUDAS MACHABÆUS vincit potentissimum Syriæ exercitum 1. Mach. 3. & 2. Mach. VIII.

Et rex assumpsit partem exercitus residui, & exivit ab Antiochia, civitate regni sui, anno centesimo & quadragesimo septimo, circiter hujus anni finem: *& transfretavit Euphraten flumen.* 1. Mach. III, 37.

Nummus Mediceus apud Spanhem. pag. 865. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ. ΤΥΡΙΩΝ ΖΜΡ. *Tyriorum* nummus. Annus CXLVII. autumno iniens, more Græcorum. Triremis, symbolum imperii maris; interdum & felicitatis.

Æræ Græcorum annus 148. V.C. 589.
Ante Christum, 165.

MACHABÆI. Divinus cultus expurgato templo a Juda Machabæo restituitur, 1. Mach. IV, 52. *Et ante matutinum surrexerunt quinta & vicesima die mensis noni, (hic est mensis Casleu) centesimi quadragesimi octavi anni; & obtulerunt sacrificium* &c. qua die templum ab alienigenis pollutum fuerat. 2. Mach. X, 5. Vide annum 145. æræ Græcorum. Novilunium medium Hierosolymis fuit, die XXVIII. Novembris, hora 6. Matutina: 14'. 49". Quamobrem Neomenia civilis fuit ea ipsa die, feria sexta, litt. Dom. FE. Dies igitur quinta & vicesima, fuit XXII. Decembris, feria secunda.

FINIS LXX. HEBDOMADUM DANIELIS, hoc anno quemadmodum collocandus esse videatur, nunc est exponendum.

DE LXX. HEBDOMADIBUS DANIELIS.

Dan. IX, 1. *In anno primo Darii filii Assueri, de semine Medorum, qui imperavit super regnum Chaldæorum; anno uno regni ejus, ego Daniel intellexi in LIBRIS numerum annorum, de quo factus est SERMO Domini ad Jeremiam prophetam, ut complerentur desolationis Jerusalem SEPTUAGINTA ANNI. Et posui faciem meam ad Dominum meum rogare & deprecari in jejuniis, sacco, & cinere.... Cumque adhuc loquerer, & orarem..... ecce vir Gabriel.... locutus est mihi, dixitque: Daniel, nunc egressus sum, ut docerem te, & intelligeres.* 23 *Ab exordio precum tuarum egressus est SERMO; ego autem veni ut indicarem tibi........ Tu ergo animadverte SERMONEM, & intellige VISIONEM.* 24 *SEPTUAGINTA HEBDOMADES ABBREVIATÆ SUNT super populum tuum, & super urbem sanctam tuam, ut consummetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur justitia sempiterna, & ungatur sanctus sanctorum.* 25 *Scito ergo, & animadverte: AB EXITU SERMONIS, ut iterum ædificetur Jerusalem, usque ad Christum ducem, hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ erunt: & rursum ædificabitur platea, & muri in angustia temporum.* 26 *Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus; & non erit ejus populus, qui eum negaturus est. Et civitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo: & finis ejus vastitas, & post finem belli statuta desolatio. Confirmabit autem pactum multis hebdomada una: & in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium: & erit in templo abominatio desolationis: & usque ad consummationem & finem perseverabit desolatio.*

Sententias hoc loco veterum, de initio vel fine hebdomadum, cum eruditi referunt, vel fluctuationes potius, ancipitesque sensus; miro consensu aïunt, neminem unum fere e veteribus certam aut probabilem inivisse calculi rationem: Quamobrem qui novi aliquid in hoc genere excogitarit, dum probabile sit, saltem illius conatum benigne accipi oportere: Neque in hujus oraculi interpretatione, ut in Christianæ fidei capitibus, consensum Patrum quærendum vel exspectandum esse: cum vix duo inter se de hoc argumento consentiant: sed in arbitrio cujusque positum esse quid sequatur: præsertim si ea via quam excogitarit, ad Christum Servatorem referat potissimam vaticinii partem, quæ Christi necem describit, & Urbis deinde atque ædis excidium. Statuunt deinde nonnulli, qui sunt in hac controversia exercitati; cum ex ingenti Patrum Græcorum numero nemo unus hæc verba, *occidetur Christus*, aut omnino legerit, aut de Christo Servatore acceperit, si ipsum etiam *Christi* nomen legatur: inter Latinos autem

LXX. HEBD. DANIELIS.

tem nemo pariter e vetustioribus aut Christum ibi legerit, aut certe intellexerit: sed plerique legant, *Cessabit unctio*: ac de Hyrcani Pontificis nece, abolitove sacerdotio accipiant: non videri quemquam cogendum esse, ut de Christo Domino hunc locum intelligat. A qua nos tamen opinione longissime absumus; quibus persuasissimum est & Græca hoc loco interpolata esse; & Christum hic ipsum Dominum intelligi oportere, uti Vulgatus interpres intellexit.

Hebdomadarum tamen LXX. initium opinamur perperam repeti a plerisque, ab edicto aliquo regio, de civitate sancta instauranda: siquidem vox ea *sermo* præcise & sine adjecto posita, jussionem regiam neque in sacris litteris, neque uspiam alibi significat: sed divinam semper in sacris libris prædictionem aut pollicitationem; uti proxime antea versu 23. *Ab exordio precum tuarum egressus est sermo*: A quo? A Deo utique, qui Danielis preces exaudierat: a quo deinde sermonem egressum, mandatum, oraculum, *ego veni*, inquit Gabriel, *ut indicarem tibi*. Ex mox: *Tu ergo animadverte SERMONEM, & intellige visionem.* Et versu 2. *Intellexi numerum annorum, de quo factus est sermo Domini ad Jeremiam.* Atque hic ipse SERMO ille est, quem Gabriel indicavit, cum diceret, *Ab exitu sermonis, ut iterum ædificetur Jerusalem.* Nihil enim aliud fere vaticinium illud Jeremiæ fuit, cap. XXV. & XXIX. pollicentis liberationem a captivitate post annos LXX. quam temporis illius definitio, quo vaticinium Isaiæ, cap. XLIV, 28. de ædificanda iterum civitate Cyri jussu, implendum esset: ut dictum est anno IV. Joakim regis Juda. Nam ita conceptis verbis docet scriptor sacer, 2. Paralip. XXXVI, 22. *Anno autem primo Cyri regis Persarum, ad explendum sermonem Domini, quem locutus fuerat PER OS JEREMIÆ. Suscitavit Dominus spiritum Cyri regis Persarum*, &c. Igitur *ab exitu sermonis* nihil aliud est, quam ex quo egressus est a Deo sermo ad Jeremiam, pollicitus fore, ut ædificaretur Jerusalem post annos LXX. petitis ædificationis hujusce primordiis a Templi restitutione, quæ est Urbis sacræ pars potissima.

Itaque hoc loco mirari subit; non modo incredibilem auctorum inter se pugnam ac dissensionem, de illius edicti quod hic comminiscuntur; aliis Dario Hystaspidæ, aliis Artaxerxi, sive Longimano, sive Memorioso; aliis Dario, quem Nothum vocant, hoc tribuentibus; sed multo magis insignem, ut mihi quidem videtur, eorum hallucinationem; qui ab anno Artaxerxis Longimani vicesimo, exempli gratia, post annos septem & octoginta; vel ab anno secundo Darii Nothi, hoc est, post annos centum ac decem ab hujus oraculi significatione, duci initium hebdomadum velint. Fatendum enim profecto est, id si ita ponitur, latuisse prorsus Danieli ipsi initium, atque adeo & finem hebdomadum; neque in suo ipsum vaticinio quidquam vidisse: & quantumvis istud ei subinde ab Angelo inculcetur, *scito, animadverte, intellige*; nihil tamen ipsum scivisse, nihil animadvertere potuisse, nihil intellexisse. Hoc enim fuisset illi dicere Gabrielem: A tempore edicti per regem nescio quem, anno nescio quo, promulgandi, numerandæ erunt hebdomades LXX ante novam cladem urbis, eventuram proinde nescio vel nescies ipse quando. In sua igitur visione Daniel ipse nihil vidisset.

Quod si etiam Artaxerxes ille, cujus annus vicesimus in libro secundo Esdræ notatur, neque Longimanus est, neque Mnemon tunc quidem omnino; rex Persarum aut Medorum, sed Babylonis tantum; cujus annus vicesimus antecedat annis ipsis quatuor & quinquaginta annum XX. Artaxerxis Longimani, ut suis locis superius multis argumentis, quæ in Indice hujus libri colligentur, evicimus; tam clara luce, ut aperte pugnare velit cum sacris litteris, qui secus statuat: qua tandem ratione duci potest computandi exordium ab illo anno vicesimo, a quo usque ad Christi obitum interjecti anni sunt triginta duo supra quingentos: ad excidium autem urbis, anni DLXIX?

Quod si deinde haud satis certis auctoribus constat, quot omnino annis quisque regum Persarum post Xerxem regno potitus sit, ut suo loco indicavimus: quis non videt, incertum esse admodum, an & vicesimum viderit annum Artaxerxes qui Longimanus appellatur; ac vel ille annus, vel secundus Darii Nothi eo sit anno collocandus, qui vulgo creditur?

Ut ut est autem, esse certe in confesso oportet, positumque extra controversiam, effluxisse multo ante ipsum Christi natalem LXX hebdomadas, si a XX. illius Artaxerxis, qui libro & secundo Esdræ appellatur, calculi ducatur initium: multo vero magis, si a promissione divina, quam indicavimus, civitatis vel sacræ ædis instaurandæ. Est enim illa Jeremiæ facta promissio, *exitus ille sermonis* fuit anno ante Christum 606. Excogitanda igitur aliqua nova ratio est, quemadmodum vere dicatur nihilominus post hebdomadas LXII. Christus occisus; ne falsum dixisse vates sanctissimus videri possit impiis hominibus, aut inane & inextricabile oraculum effudisse.

Nostra hæc porro conjectura est, paulo uberius exponenda. Exauditus a Deo vates, didicit præterea, quanto tempore beneficium mox populo ac civitati præstandum, perseveraturum esset, resque publica incolumis futura. Ex quo, inquit Angelus, cœpisti orare, egressus est ex ore Dei sermo, quem ego veni ut indicarem tibi. Tu igitur adverte animum, & hanc intellige visionem sive prophetiam. In hac gente tua Christus aliquando ungendus est Spiritu sancto: in urbe illa sancta tua, pro qua nunc enixe precaris, Christus aliquando occidendus est. Hoc sacrilegio Numen offensum dissipabit populum istum tuum, urbemque sanctam penitus exscindet. Sed hæc omnia prius in typo eventura sunt, & in figura, quam in re ipsa.

Septuaginta tibi igitur hebdomades numerandæ sunt; sed abbreviatæ; quamvis integræ tamen; nec dierum illæ, sed annorum: quales in Genesi cap. XXIX. 27. 28. Eo temporum intervallo ætas Messiæ adumbrabitur: delineatio quædam erit justitiæ sempiternæ quæ sub Christo futura est, ac prophetiæ item omnis in Christo implendæ: sed & inferendæ postea Christo necis imago, ac subsecuturæ tandem desolationis.

Sicuti ergo ab exitu sermonis illius, qui a Deo egressus est; quo sermone facta spes est per Jeremiam cap. XXV. anno quarto regis Joachim, reversionis in integrum, urbisque iterum ædificandæ, ut diximus: ut ex illo inquam, die, usque ad Ducis christi mei Cyri primum cum regia potestate exortum, hebdomades sunt septem, sive anni XLIX. qui jam effluxerunt; sic ab eodem illo *sermonis exitu* per Jeremiam, usque ad alterius christi ducis exortum, nempe Judæ Machabæi, hebdomades sexaginta duæ erunt. Geminus enim tibi dux christus promittitur: septem hebdomades usque ad alterum, qui Cyrus: usque ad alterum, qui Judas Machabæus, sexaginta duas. Post Cyrum ungetur sanctus sanctorum, qui Christus est; sed in typo, hoc est in summo sacerdote. Post Judæ Machabæi exortum, ante Templi profanationem, Christus idem qui sanctus sanctorum, occidetur; sive post hebdomadas LXII. sed in typo similiter, hoc est, in altero summo sacerdote: Ut cum gens tua postea viderit Templum penitus excisum, non dubitet, quin prius, etiam reipsa, Christus & unctus fuerit & occisus.

Occidendum igitur esse Christum sive Messiam post hebdomadas sexaginta duas Danieli prædicitur. Atqui revera Onias summus Pontifex eo ipso tempore occisus

LXX. HEBD. DANIELIS. occisus est, uti ex annorum calculo, quem superius inivimus, manifestum est: (nempe anno V. C. 583. qui est ab exeunte autumno anni IV. Joachim, V. C. 147. annus 435. idemque primus *post hebdomadas* LXII.) Onias autem Christus seu Messias non est. Sane: Nam vox ea *Christus* absolute posita, ut hic est, nec usquam in scripturis occurret, nec potest omnino dici ὁ Χριστὸς, ut poni Græce hoc loco oportuit, nisi de Christo Servatore seu Messia. Si ergo post hebdomadas vere sexaginta duas Onias occiditur, qui Messias ille κατ' ἐξοχὴν non est; & illo tamen ipso tempore Messias aliquo modo occidi dicitur; in typo tunc verum Messiam dici occisum, intelligi prorsus necesse est. Hoc ipsum autem dici Danieli, in typo scilicet tunc occidi verum Messiam; fuit aperte eidem innui, alio tempore eumdem ipsum verum Messiam reipsa esse occidendum, quemadmodum nunc in typo. Quandonam autem? Ante perfectam utique desolationem, hoc est, ante templi excidium: sicuti Onias ante profanationem templi interfectus est. Nam si Onias occisus figura fuit, (Angelo ipso ita expresse monente ac docente,) Messiæ occidendi; necesse est profanationem templi subsecutam, typum similiter credi majoris desolationis, sive cladis longe acerbioris; hoc est, excidii urbis & ædis postea subsecuti. Ergo quemadmodum visa profanatione templi sub Antiocho necesse fuit agnosci ab omnibus interfectionem Oniæ Pontificis propositam a Daniele fuisse, pro typo necis vero Messiæ inferendæ, quoniam in ipso Messias occisus esse dicitur, cum Messias tamen ipse non esset: similiter visa templi desolatione ac ruina per Titum, agnosci oportuit, verum Messiam prius occisum fuisse; quandoquidem hæc perfecta desolatio, quæ ultima prophetiæ clausula est, demonstrat anteriorem prophetiæ partem de Christi nece, similiter fuisse completam. Atque adeo, ut profanatio templi sub Antiocho, cum visa est a Judæis, fidem fecit typum Messiæ prius fuisse occisum; sic perfecta ædis ejusdem desolatio verum Messiam prius occisum fuisse plane demonstravit. Nam si Onias ad Messiam adumbrandum prædictus ac præmissus est; sic templi profanationem prædictam fateri oportet, præmissamque esse ad excidium Urbis significandum. Ergo & subsecuturam esse profanationem templi post Oniæ necem, prædictum ideo a Daniele est, ut significaret excidium templi post Messiæ necem esse subsecuturum.

Atqui res figurata, utpote nobilior quam figura, directe spectatur & intenditur a Spiritu sancto: figura, utpote ignobilioris inferiorisque sortis, indirecte tantum; & ad exhibendam modo ante oculos realem (ut ita dicam) prophetiam; hoc est, symbola rerum futurarum insignia, quæ sub sensum cadant. Ergo prophetia Danielis directe Christum spectat unum, excidiumque templi subsecutum: Oniam & similes typos, indirecte tantum & secundario, ut loquuntur; tamquam symbola & adumbrationes rerum venturarum. Præsertim cum res figurata suo ipsa nomine diserte in vaticinio appelletur; Christus videlicet; quem in Onia intelligere nec Judæus ipse velit, aut jure possit, nisi typice & figurate: litterali vero sensu, de solo Christo, ut par est, intelligit.

Hoc igitur oraculo duo ad litteram prædicuntur. Primum est, Christi seu Messiæ interfectio: vel necis potius eidem inferendæ imago. Alterum, post hebdomadas LXII. id eventurum. Quod qui non in Christo, sed in Onia evenisse illo quod prædictum fuerat tempore, animadverterent; intelligere eos oportuit, cum oraculum falsum esse non possit, in typo illud quidem tunc Christum occidendum dixisse; atque adeo ipsum similiter suo tempore neci dandum: propositumque idcirco Oniam fuisse pro typo Christi; ut hunc qui exspectarent, occidendum autem esse nescirent vel forte non crederent, ii vel ex hoc typo, simulque ex hoc oraculo, discerent: tam vere scilicet occidendum esse Christum, quam vere est occisus Onias. LXX HEBD. DANIELIS.

Eo igitur divinum Numen spectabat in primis, ut ostenderet, cum excisum a Tito templum foret, tunc Christum venisse, atque occisum esse, a Judæis intelligi oportere. Onias enim Pontifex, Messias certe non fuit. Quamobrem ita ratiocinari tunc viros sagaces oportuit: Ergo qui post LXII. hebdomadas ante profanationem templi sub Antiocho occisus est, hic Christus est in typo tantum: sive documento tantum & indicio fuit, Christum similiter esse occidendum. Alius igitur ab isto Christus occidetur. Nam Christus verus seu Messias occidendus prædicitur. Jam occisum igitur si oportet intelligi post hebdomadas sexaginta duas, in typo hunc tantum suo occisum intelligi necesse est. Similiter proinde alia desolatio templi restat; tantoque illa gravior, quanto nex illata Christo Messiæ scelus detestabilius erit, quam quæ eidem in suo typo illata est, sive Oniæ. Itaque quo illa tempore desolatio reipsa contigit, nempe sub Tito, tunc primum adhiberi potuit ducta ex hoc vaticinio adversus Judæos argumentatio, quam paulo antea diximus.

Non credet Judæus Paulo dicenti, Omnia in figura contigisse veteri populo; traditioni etiam vetustæ, quæ cum Paulo facit, cum erit obdurato corde Judæus, refragabitur: nobis multo minus credet, ita affirmantibus: at interim dum de ceteris doceatur, non poterit de isto non credere Danieli, vel Deo ipsi potius apud Danielem perspicue admonenti; ut in Onia, Christus; in profanatione templi, clades Urbis & ædis præfigurata intelligatur: ita ut, quemadmodum Oniæ illata nex profanationem templi antecessit; sic Christo necem prius fuisse illatam, quam Templum fuerit dirutum, agnoscendum ei sit. Credat litteræ, cujus ipse capsarius est. Nam ut Christus κατ' ἐξοχὴν Onias sit, & simul non sit, fieri omnino non potest; nisi quia est in figura, non est in re ipsa. Nam reipsa non esse, Judæi ipsi confitentur: esse tamen, Deus affirmat; qui Christum hoc ipso tempore dicit occidendum. Christum ergo intelligi in typo jubet: exspectarique proinde jubet veri Christi necem, ante sacræ ædis excidium.

Hæc summaria nobis expositio videtur esse posse totius oraculi: quam nihilominus veluti meram conjectationem eruditis viris excutiendam proponimus. Prætermitti autem a nobis omnino illa non potuit, ut diximus: ne forte aliquis in hoc scientiæ genere peritus & sagax, nec satis benevole tamen erga nos animatus, cum intelligeret positum esse a nobis ex sacris codicibus in opere isto Chronologico, Artaxerxem illum, cujus annus vicesimus in libro secundo Esdræ notatur, non esse Longimanum, sed annis plurimis Longimani ortu anteriorem; existimaret is callide & ex obliquo Danielis prophetiam de Christi adventu hac observatione subrui, omnemque viam a nobis adimi illius exponendæ, si alia nulla proferretur.

Ipsum vero oraculum nunc est particulatim veluti secandum & exponendum apertius. Qua ex singularum partium enumeratione intelligetur, uti speramus, fieri omnino certe non posse, quin hæc duo vera sint. Primum, LXX. hebdomadas nullo posse alio determinari initio, quam eo quod ponimus: nec alio pariter fine. Alterum, Oniam Pontificem, post hebdomadas LXII. *ab exitu sermonis*, de quo hic agitur, acerbissimo fuisse fato interemptum. Quæ duo si vera sint, necesse est id sequi, ut quidem videtur, quod superius posuimus: spectatam quoque a sacro vate Oniæ necem, veluti mortis Christo inferendæ typum.

Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt. Accurata prorsus Vulgata interpretatio est: & præjudicatæ opinionis

nionis vitio laborant, qui pro *abbreviatæ*, *definitæ* ac *statutæ* reponunt. Neque hoc tantum; sed & prophetiam iidem obscurant, nec vim hujus vocis potestatemque norunt. *Abbreviatæ* dicuntur hebdomadæ septuaginta, eo quod septuaginta esse non desinant, si & prima de septem prioribus; & prima rursum de reliquis sexaginta duabus tribusve, *ab eodem exitu sermonis*, hoc est, ab eodem vaticinio, atque ab eodem anno, quo vaticinium a Jeremia prolatum est de captivitate solvenda, sumat initium. Sic enim ut ducatur calculus, oraculo ipso præcipitur. *Ab exitu sermonis hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ erunt.* Hoc est; sicut ab egressu sermonis usque ad christi unius ducis sive Cyri exortum fuere septem hebdomades; ita ab eo ipso capite usque ad alterius christi ducis, sive Judæ exortum, LXII. hebdomades erunt. Quod hic omnino contigisse calculus ipse annorum probat. Nam ab anno quarto Joachim, quo primum vaticinium Jeremiæ, cap. XXV. factum est, de LXX. annis captivitatis, seu de captivitate post annos LXX finienda, usque ad annum Cyri in Media primum, anni omnino sunt XLIX. sive hebdomades septem. Rursum ab eodem anno Joachim quarto, usque ad annum Græcorum CLXVIII. quo Judas Machabæus constitutus a patre dux populi & militiæ princeps, pulso Antiochi exercitu, templum repurgavit, anni sunt omnino CCCCXLI. sive hebdomades sexaginta tres: quæ prioribus septem adjectæ, efficiunt hebdomadas septuaginta; adeo ut ne dies quidem unus aut deesse videatur, aut redundare.

Abbreviatas autem Vulgatus interpres haud dubie non diceret, nisi pervidisset ipse quoque, ita esse hebdomades accipiendas, pro contracto videlicet ac breviato hebdomadum septuagenario numero. Quo sensu vox illa rursum occurrit ab eodem usurpata, Job XVII, 1. *Dies mei breviabuntur.* Prov. X, 27. *Anni impiorum breviabuntur.* Matth. XXIV, 22. *Et nisi breviati fuissent dies illi.* Et Rom. IX, 28. *Verbum abbrevians.* Nam si vox Hebræa *definita* tantummodo significat, ut volunt: unde interpres tam dissimile verbum adhibuit? Quis autem ignorat, quod aiunt eruditi, Tertullianum ipsum in hoc vaticinio *breviatas* dixisse? & in Græca etiam interpretatione legi *συνετμήθησαν*? Atqui reipsa verbum חתך *scindere, abscindere, abbreviare*, apud Hebræos Chaldæosque significat: non vero *statuere* vel *definire*. Scripsit ergo peritus interpres; quod vel divino afflatus spiritu, vel traditione ipsa Ecclesiæ edoctus perscribendum censuit. Intellexit haud dubie, nisi eo sensu abbreviatæ hebdomades forent, ut idem esset initium hebdomadum septem, ac sexaginta duarum, non fuisse Gabrielem Danieli dicturum, post hebdomadas sexaginta duas Christum occidendum esse, sed post hebdomadas sexaginta novem.

Jam ut abbreviatas hebdomades aliter explicent, qui lunares annos jubent intelligi, perinde faciunt, ac si statuant, virum sanctum aliquem inter Christianos, eventurum aliquid olim prædixisse post hebdomades similiter LXX. nec posse tamen veracem illum agnosci, nisi annorum ratione neglecta, quam tenent Christiani: adsciteque in locum ipsius illa, quam Turcæ sequuntur. Nec norunt isti, Persas ipsos, apud quos vixit Esther, non modo Chaldæos, eadem anni forma usos esse, qua Judæos; ut suo loco vidimus.

Sequitur: *Ut consummetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur justitia sempiterna; & impleatur visio & prophetia, & ungatur sanctus sanctorum.* Legum observationem ac civitatis sanctæ pietatem his temporibus impense commendat scriptor sacer, 2. Mach. 3, 1. Et typus hic fuit sanctitatis in orbem universum per Messiam inducendæ.

Scito, & animadverte: Ab exitu sermonis, ut iterum ædificetur Jerusalem. Hoc est, ex quo primum sermo divinus exiit per Jeremiam prophetam, spesque facta est a Deo fore, ut post annos LXX iterum Jerusalem exstruatur. Neque enim hic edictum aliquod Principis intelligi recte potest, ut diximus.

Usque ad christum ducem. Dux universe rector est populi. Hoc vero loco, ut & inferius versu 26. ubi dicitur *populus cum duce venturo*, is est qui bello potens & armis est. Christi autem vox ubi huic additur, ibi electus a Deo dux est, qui sit auctor futurus restituendi populi in avitas sedes, vel ad pristinum Numinis cultum revocandi. Geminus porro dux hujuscemodi nunc significatur: alter, qui post septimam hebdomadem exoriatur; alter, qui post secundam & sexagesimam. Illum esse Cyrum, hunc Judam Machabæum, in hac hypothesi sive conjectatione ponimus: alia nulla potest sic duos proferre. Certe Petrus Alfonsi, qui ex Judæo factus creditur Christianus, sæculo XII. *ab exitu sermonis* interpretatur *ab hujus die prophetiæ*: deinde *usque ad christum ducem hebdomades septem*, exponit, *usque ad Cyrum ducem* Persarum. Et hunc Petrus Blesensis sequitur, libro I. contra perfid. Jud cap. XIII.

De Cyro quidem rem esse in confesso oportet: quandoquidem & christi nomen Cyro Isaïas propheta, vel Deus ipse potius apud eumdem adseruit, ante annos amplius centum & LXX quam Cyrus regnaret: cum eodem duce atque auctore ædificandam Jerusalem, templumque fundandum, hostibus superatis, Deus prænunciaret. Sic enim ille, cap. XLIV, 28. *Qui dico Cyro, Pastor meus es, & omnem voluntatem meam complebis. Qui dico Jerusalem, Ædificaberis: & templo, Fundaberis.* Et statim capite subsequente: *Hæc dicit Dominus christo meo Cyro; cujus apprehendi dexteram, ut subiiciam ante faciem ejus gentes, & dorsa regum vertam..... Ipse ædificabit civitatem meam, & captivitatem meam dimittet, non in pretio, neque in muneribus, dicit Dominus Deus exercituum.*

De Juda vero Machabæo nemo dubitabit, quin potiori jure id ei nomen aptetur; siquidem a sacro scriptore, 1. Mach. IX, 21. appellatur, *vir potens, qui salvum faciebat populum Israël*, & cap. 2, 66. *princeps militiæ, agens bellum populi.* Nam qui reges, prophetæ, patriarchæ, duces, Deo sunt peculiariter consecrati, hos sacræ litteræ christos appellant, tametsi sacro uncti oleo forte non sint: ut de Abraham, Isaac, & Jacob, clamat per vatem Regium ipse Deus, Psal. CIV, 15. *Nolite tangere christos meos.* Et sacerdotes multo magis ob unctionem christi sunt, 2. Mach. 1, 10. ubi dicitur Aristobulus fuisse *de genere christorum sacerdotum.* Fuit autem Judas sacerdos, idemque dux, seu princeps militiæ.

Ducis porro appellatio, נגיד *naghid*, æque *christo duci* in hoc Danielis oraculo, ac mox *duci venturo* attribuitur. Quæ vox neque de Deo uspiam in sacris litteris affirmatur, neque de Christo Servatore: quamvis ibi ter & quadragies occurrat, ut *ducem* significet. In hac vero prophetia eamdem æque Christo accommodari, atque hosti populi Judaici, longe absonum potest videri. Ducem ergo exercitus tantummodo hoc loco vox ea sonat. Quare scriptor Antiquitatum Judaicarum, ut notum est, de Vespasiano hæc verba intellexit.

Usque ad christum ducem, hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ erunt. Ab exitu sermonis, inquit: a primæ illa ipsa Jeremiæ vaticinatione, hebdomades septem: ab eadem illa ipsa rursum, hebdomades sexaginta duæ erunt. In utroque hebdomadum exitu christus dux aliquis exorietur. Neque enim sine causa partitio facta est hebdomadum in septem primum; deinde in sexaginta duas: nec satisfaciunt eruditis ii, qui cum Grotio aiunt, nihil aliud hoc loco mysterii subesse; quam quod numerus perfectus scinditur in particulas. Quasi vero inferior denario numerus ita uspiam in sacris litteris mysterii

LXX. HEBD. DANIELIS.

causa dividatur. Quinque & centum, septem & septuaginta, similesque formulas, ut usurpemus, necesse est. Ut duo & septem pro novenario numero dicamus in communi sermone, nisi ubi distinctionem res ipsa poscit, nec hominum usus, nec ars ipsa patitur.

Tria itaque haud dubie hic locus significat. Primum est: suum cuique hebdomadum partitioni eventum singularem, suum cuique christum ducem adsignari oportere: Alterum; ab eodem capite, hoc est, a primo sermonis exitu, seu vaticinio Jeremiæ cap. XXV. utriusque partitionis computandæ duci initium oportere. Postremum denique; septem priore loco hebdomadas esse designandas: tum ab eodem capite usque ad sexagesimam secundam progrediendum esse. Nisi enim christus dux exspectandus aliquis æque foret post septem priores hebdomadas, atque post sexaginta duas; non diceret profecto scriptor sacer; *Ab exitu sermonis usque ad christum ducem, hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ erunt.* Diceret tantum: *Ab exitu sermonis usque ad christum ducem, hebdomades sexaginta novem erunt.* Qui vero *christum ducem* de Servatore intelligunt, neque quomodo is septima hebdomade sit exortus, extricare certe ulla arte possunt; & faciunt a veterum plerorumque opinione divortium.

Nec tamen liberatio populi per christum ducem post septem hebdomadas promittitur, vel post sexaginta duas: sed exortus tantum christi ducis utriusque notatur. Quamobrem sicuti post septem hebdomadas christus dux Cyrus jure merito exortus affirmatur, cum eo præcise anno regnum Mediæ capessiverit, sitque rex salutatus: tametsi nec captivitatem populi solverit, nec solvere potuerit ante quatuor fere ab illo die hebdomadas: sic & post sexaginta duas hebdomades alter christus dux, Judas Machabæus, inclaruisse sacerdotis officio existimandus est: tametsi is nonnisi exacta hebdomade sexagesima tertia, dedecus templo illatum eluerit.

Sequitur: *Et post hebdomadas sexaginta duas occidetur Christus: & non erit ejus populus qui eum negaturus est.* Duo hoc loco ad litteram prædicuntur. Alterum est, Christum κατ' ἐξοχὴν, hoc est, Servatorem occidendum esse a populo qui eum negaturus erat. Alterum, post sexaginta duas hebdomadas eumdem in typo occidendum esse: atque hunc quidem eventum fidem facturum esse partis prioris hujus vaticinii: ut quisque intelligeret, ante excidium templi occidendum esse Christum, quemadmodum ante profanationem ædis sacræ sub Antiocho summus sacerdos occisus est. Neque vero summus sacerdos occidendus dicitur, sed Christus ipse: ut cum summus sacerdos, qui hebdomade sexagesima tertia occisus est, non esse Christus intelligetur, Christi tamen occidendi typus fuisse intelligatur. Oportet enim oraculi sententiam esse salvam, quæ hebdomade sexagesima tertia currente ponit occidendum esse Christum. Atqui eo tempore qui occisus est, tametsi vir in Republica Judaica primarius, Christus tamen non est: Pro typo igitur Christi olim occidendi propositus est: Nec potest alia esse ejus dicti sententia, præter istam: Christus Messias in suo typo tunc occidetur: sive, quod eodem recidit, Qui tunc occidetur, hunc Deus haberi vult pro typo Christi similiter occidendi. Quam ob causam ea usus est forma loquendi, quæ (ut mos est oraculorum) habet ambagis & obscuritatis aliquid: *Post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus.* Cujus sententia uno verbo hæc est: Qui post hebdomadas sexaginta duas, & ante templi profanationem occidetur, is pro documento erit, ac veluti pro vaticinii pignore, ita Christum occidendum esse aliquando, secuturamque mox perfectam templi desolationem.

Neque enimvero tantum dicimus, summum sacerdotem, qui tunc ponitur interfectus, typum fuisse Christi occidendi. Pro typo, sive pro imagine Christi olim occidendi conceptis verbis datum Danieli dicimus, aliisque, qui prophetiam legerent, & intelligerent: Aliud enim ac longe diversum est, typum aliquem esse Christi: aliud, quempiam expresse typum Christi a Deo ipso dici ac designari. Typus Christi Melchisedech, Moses, Isaac, David, Salomon, aliique fuerunt: at quantacumque sit horum commendatio, in nullius tamen laude vox ea ὁ Χριστὸς apponitur: nec ubi de horum aliquo sermo est in sacris litteris Veteris Testamenti, eum esse typum Christi ibi perspicue edocemur. Est id hujus unius oraculi proprium ac peculiare. In uno id Onia Pontifice conceptis verbis legitur: dum *Christus*, Christus, inquam, ipse Servator noster, hoc loco dicitur occidendus post hebdomadas sexaginta duas. Ea vis enim est vocabuli מָשִׁיחַ, quæ est in oraculo Danielis, cum camets & chiric, ut unctum sive Christum significet: cum pro unctione significanda scribi oporteret מְשִׁיחַ cum chiric & scheva. Sive ergo hanc punctorum vocumque discrepantiam, Græco interpreti vel ignotam, vel (quod verius arbitramur) ab eodem neglectam dedita opera, Vulgatus interpres pro sua diligentia observarit: sive iste tantummodo secutus sit communem Ecclesiæ super ea re traditionem; Christus hic omnino intelligendus est; qui cum absolute & sine addito dicitur, nonnisi Messias intelligitur. Hic enim sensus non Judææ modo, sed & Samariticæ gentis olim certe fuit: illa teste femina, quæ Christum Dominum allocuta dixit, *Scio quia Messias venit*, Joan. IV, 25. vocabulo eo non ex libris sacris apud Samaritas, quippe qui Danielem non reciperent; sed mera ex traditione hausto: quæ multo ante eorumdem discidium ab regno Judæ, solum Christum, Christum sive Messiam appellandum doceret. Atqui non est tamen re vera ipse occisus post hebdomadas LXII. Igitur tunc ipse quidem, sed in figura tantum & in typo suo dicitur hoc in vaticinio fuisse occisus: postea reipsa similiter ipse in suo corpore occidendus.

Postremum certe christorum sacerdotum, qui fuerunt legitime electi, ante vastationem illatam ab Antiocho, ONIAM summum sacerdotem, virum integerrimum, sanctissimisque moribus, injustissima nece sublatum e medio fuisse statim post sexaginta duas hebdomadas, a scriptore sacro libri secundi Machabæorum, cap. IV. apertissime proditur: ubi cædes ejus, luctusque de eo publicus egregie describitur. Hunc igitur Oniam ut intelligamus typum fuisse Christi κατ' ἐξοχὴν, hoc est, Salvatoris occidendi, ipso Danielis vaticinio admonemur.

Et civitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo. Exercitus Græcorum, cum suo duce Antiocho. 1. Mach. 1, 25. *Et fecit cædem hominum, & locutus est in superbia magna, & factus est planctus magnus in Israël*, &c. Quæ data sunt Danieli populoque Israëlitico in typum rerum futurarum, hoc est, cladis a Vespasiano Titoque inferendæ.

Confirmabit autem pactum multis hebdomada una. Hoc est, ultima hebdomada multi Judæorum, confirmabunt continebuntque se in pacto vetere, servabuntque testamentum, quod Deus pepigit cum ipsorum patribus: illam secuti Mathathiæ vocem, 1. Mach. 2, 27. *Omnis qui zelum habet legis statuens testamentum, exeat pro me.* Et hoc illud est, quod 2. Mach. VIII, 1. legitur: *Judas vero Machabæus, & qui cum illo erant, introibant latenter in castella, & convocantes cognatos & amicos, & eos qui PERMANSERUNT in Judaismo, assumentes eduxerunt ad se sex millia virorum. Et invocabant Dominum* &c. Typus hic fuit innumeræ multitudinis, e sacerdotibus & plebe, quæ nomen Christo dedit, toto prædicationis Apostolicæ tempore, ante excidium civitatis.

Et in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium. Hoc est, anno quarto postremæ hebdomadis: qui annus Græ-

Græcorum est CXLV. 1. Mach. I, 46. *Et misit rex libros per manus nunciorum in Jerusalem, & in omnes civitates Juda, ut sequerentur leges gentium: & prohiberent holocausta & sacrificia..... Et quicumque non fecissent secundum verbum regis Antiochi, morerentur.* Abolendorum penitus sacrificiorum exciso templo hic typus, hæc imago fuit. Nam etsi abolita jure fuerunt morte Christi, reipsa tamen nonnisi per excidium urbis penitus cessarunt. Quod & Propheta admonere aperte videtur, cum ait fore, ut per populum *cum duce venturo deficiat hostia & sacrificium.* Neque enim placet quod aïunt nonnulli Hieronymum ex Eusebio dixisse, eatenus passione Domini defecisse hostiam & sacrificium, quod *quidquid in templo postea factum est, non fuit sacrificium Dei, sed cultus diaboli.* Videtur certe ipse Paulus benignius censuisse, cum violatam vel verbulo uno templi religionem a se negaret, Act. XXV, 8. *Paulo rationem reddente, Quoniam neque in legem Judæorum, neque in Cæsarem quidquam peccavi.* Nec vero ullo ex calculo potest hebdomada septuagesima incurrere in annum mortis Christi: ut per eam defecisse sacrificium, hoc oraculo prædictum fuisse existimetur.

Et erit in templo abominatio desolationis. Hoc quoque infortunium eodem anno contigisse legitur, 1. Mach. 1, 57. ubi manifeste scriptor sacer hunc locum Danielis denotat, cum iisdem verbis eventum describit; quem ille prædixerat. *Die quintadecima mensis Casleu, quinto & quadragesimo & centesimo anno, ædificavit rex Antiochus ABOMINANDUM IDOLUM DESOLATIONIS super altare Dei: & per universas civitates Juda in circuitu ædificaverunt aras.* Nam quod aliqui dicunt, spectari potius a scriptore libri Machabæorum alteram Danielis prophetiam, quæ capite undecimo continetur, versu 31. *Et auferent juge sacrificium, & dabunt abominationem in desolationem:* aut quæ cap. XII; 11. legitur: *Cum ablatum fuerit juge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem:* hominum est, qui neque scripturas norunt, neque causam suam. Primum enim, quod ad scripturas attinet, non vident nullam afferri causam probabilem posse; cur in tanta similitudine argumenti ac dictionis, caput undecimum potius, quam nonum, libri Machabæorum scriptor respexerit. Et causam pariter suam isti jugulant. Nam si caput undecimum spectavit scriptor libri hujus: quidni & illud ipsum denotasse verius Christus ipse quoque existimetur, cum ejus oratio propius ad illam accedat, quæ hujus capitis undecimi est, quam ad alteram, quæ noni? Proposita autem est hæc desolatio Danieli ac populo universo, in signum & imaginem consummatæ cladis, quæ postmodum ventura esset.

Non igitur Antiochi regis ac Judæ Machabæi temporibus, Danielis vaticinium impletum esse dicimus. Absit. Quamquam ESTIUS Doctor Duacenus; (qui vir apud multos magni nominis est, magnæque commendationis;) hoc integrum vaticinium *ad Antiochi tempora, & profanationem templi ab eo factam spectare*, conceptis verbis asseverat, in selectiora scripturæ loca, ad Matthæi caput XXIV. Et ante illum Sixtus Senensis ex Ordine Prædicatorum, lib. VIII. Bibliothecæ sanctæ, hæresi XII. pag. 644 Alia vero nobis mens ac sententia est. Ad Christum illud oraculum directe pertinere, & ad excidium templi supremum affirmamus: verum ita ut hæc prophetia typum simul polliceatur intra certum tempus. Atque ea mens haud dubie fuit Christi Servatoris, cum diceret, Matth. XXIV, 15. *Cum videritis abominationem desolationis, quæ dicta est a Daniele propheta, stantem in loco sancto; qui legit, intelligat.* Non qualis dicta est a Daniele, (ut Estio placuit:) sed quæ ipsa dicta a Daniele est. *Erit enim tunc*, cum Danielis vaticinium implebitur, *tribulatio magna, QUALIS non fuit ab initio mundi usque modo, neque fiet: qui* ergo *legit, intelligat.* Hoc enim fuit dicere aperte, obscurius prima facie oraculum esse: prædictam a Daniele quidem desolationem sub Tito futuram: at non verbo tantum: verum etiam typo, promisso, qui præmittendus erat. *Omnia enim in figura contingebant illis.* Quæ vox Apostoli, mea quidem sententia, significat, nihil prorsus evenisse postea in Christo & in Ecclesia, cujus antea in Israëlitico populo præmissa figura non fuerit: verbo prius Judæis admonitis, ut typum observarent: præsertim ubi res ipsa quæ promitteretur paulo esset insignior.

Nec vero fere ulla, ut diximus, prophetia veteris testamenti est, quæ non ad verba quibus effertur, typum aliquem subjungat; veluti tenuem rei futuræ ac promissæ adumbrationem. Itaque sic attente legenda prophetia est, ut involutum in ea typum, ab ipsa re quæ præcipue promissa est, sejungas ac dividas. *Qui legit* igitur, *intelligat:* intendat animum, & conetur probe intelligere.

Intellexit præ ceteris profecto sacer ac vere divino afflatus lumine scriptor libri Machabæorum: qui tametsi verbis, quæ Danielis vaticinio continentur, cladem Hierosolymitanam describeret, quæ sub Antiocho contigit; hanc esse tamen, *quæ dicta est a Daniele propheta*, noluit dicere, non ausus est, non potuit. Sensit hanc esse videlicet typum dumtaxat alterius acerbioris eventus, in quo Danielis prophetia impleretur.

Hæc habuimus in præsenti, quæ de argumento perdifficili diceremus: de quibus avemus eruditorum virorum audire sententias, ut eorum judicio subscribamus. Nullam enim in hoc argumento hypothesin obstinate defendimus: ei tantum adhærescimus uni sententiæ, quam Ecclesia suo suffragio comprobarit: Quæ cum nihildum de ea re statuerit, integrum cuique reliquit; ut id statuat quod videbitur; dummodo fidei jam receptæ nihil officiat.

Animadverti tamen iterum diligenter volumus, impletum in Onia Pontifice fuisse hoc vaticinium, nos omnino non dicere; sed, ut Catholicum Theologum decet, plane negare. *Scripta* sunt hæc similiaque vaticinia, *ut adimplerentur.* Oportet enim certe adimpleri omnia quæ scripta sunt in Prophetis. Scripta sunt autem etiam propter nos quidem, sed in primis propter Judæos, etiam ipsos, qui viverent dum Templum staret adhuc; ut præ ceteris oracula sibi credita ipsi legentes animadverterent impleta esse, & ex ipsis agnoscere se Christum debere. Oportuit ergo quæ scripta sunt ut implerentur, impleri ea dum adhuc staret Templum, & Judaïca Respublica sive Synagoga: hoc est, dum essent adhuc sub lege, sed ad interitum vergente, ii qui erant erudiendi. Nam *finis legis Christus*, Rom. X, 4. hoc est, Christi adventu lex desinit, cum vaticiniis de eo. Impleri autem verba divina vere non dicuntur, nisi in sensu proprio, qui quidem deceat; verba vaticinii cujusque singula accipiantur; quippe quæ prophetis propterea Deus ipse suggessit. Nam si metaphorice tantum & figurate, profecto non adimplentur. Plus enim significant quam quod sic exhibetur: & exspectari proinde posset aliquis, in quo ea proprie implerentur. Atqui impletum certe non est in Onia, ut esset ipse *Sanctus Sanctorum*, nam proprie & in rigore nonnisi eum vox illa denotat, qui κατ' ἐξοχὴν *sanctus* sit. Non est impletum Oniæ temporibus, ut tunc appareret justitia sempiterna; hoc est, qui numquam desiturus esset verus veri Numinis cultus. Non est tunc impletum, ut Christus occisus sit; neque enim Onias certe, ut ipsimet Judæi confitentur, proprie ὁ Χριστὸς erat, ut diximus. Non est impletum sub Onia, ut negaret eum populus universus Judaïcus, rejiciendusque propterea populus idem esset. Non est impletum post Oniæ necem, ut usque ad consummationem & finem desolatio Templo illata perseveraverit. Antequam autem populus iste populus esse desineret,

ret, hoc est, ante supremam Templi cladem, impleri vaticinia de Christo omnia oportuit, ut diximus. Ergo prius Christum venisse oportuit, in quo dictu & verba quæcumque impleta prius non esse manifestum esset, ea adimpleta conspicue cernerentur, ut sunt reipsa impleta conspicue: nec nisi harum rerum umbra & typus, qualem exposuimus, post propositum hebdomadum tempus apparuit.

MACHABÆI.

Æra Græcorum annus 149. *Olymp.* 157. V.C. 590. *Ante Christum*, 164.

Operæ prætium fuerit hoc loco subiicere stemma regum Syriæ, quale ex nummis antiquis colligitur:

- 1 SELEUCUS Nicator.
  - 2 ANTIOCHUS.
    - 3 PTOLEMÆUS.
    - 4 SELEUCUS.
      - 5 ANTIOCHUS Magnus.
        - 6 SELEUCUS Epiphanes Nicator,
          - 9 DEMETRIUS Soter.
            - 11 DEMETRIUS II.
              - 18 ANTIOCHUS cum matre CLEOPATRA.
            - 14 ANTIOCHUS Evergetes.
              - 17 DEMETRIUS Philometor Evergetes Καλλίνικος.
              - 22 ANTIOCHUS Philopator Epiphanes Καλλίνικος.
        - 7 ANTIOCHUS Θεὸς Epiphanes, sive Nobilis.
          - 8 ANTIOCHUS Eupator.
          - 10 ALEXANDER Theopator Evergetes.
            - 12 ANTIOCHUS DIONYSUS puer, & 13 TRYPHON αὐτοκράτωρ.
          - 16 ALEXANDER.
        - 15 DEMETRIUS Θεὸς Nicator.
          - 19 DEMETRIVS Θεὸς Φιλάδελφος.
          - 20 ANTIOCHVS Epiphanes Φιλάδελφος.
          - 21 PHILIPPVS Epiphanes Φιλάδελφος.

Antiochus Epiphanes Elymaïde, sive Persepoli, repulsus *in Babyloniam* venit. 2. Mach. IX, 1, 2. *Et mortuus est illic Antiochus rex, anno centesimo quadragesimo nono.* 1. Mach. VI, 16. Qui annus more Græcorum init a Septembri hujus anni: Judaico more, quem scriptor hujus libri sequitur, a Nisan. Succedit Antiochus Eupator. 2. Mach. 2, 21. & IX, 25.

VIII. ANTIOCHVS EVPATOR, rex Syriæ.

Libro 2. Mach. cap. XI. referuntur epistolæ Lysiæ, Antiochi, ac Romanorum ad Judæos; item regis ad Lysiam; mense *Dioscoro* vel *Xanthico* datæ, *anno centesimo quadragesimo octavo*: quos menses Aprili Maioque hujus anni respondere, hic locus, invitis plerisque scriptoribus, qui secus statuunt, aperte adstruit: ut noster Fullonius erudite vidit, in 2. Mach. XII, 1.

2. Mach. XII, 1. *His factis pactionibus, Lysias pergebat ad regem: Judæi autem agriculturæ operam dabant*: usque ad mensem Tisri, quo annus sabbaticus incipiebat.

Post Pentecosten abierunt contra Gorgiam præpositum Idumææ, 2. Mach. XIII, 32.

Pro peccatis occisorum in bello Judas Machabæus curat offerri sacrificium. 2. Mach. XIII, 43.

Nummus apud Vaillant. in hist. regum Syriæ, capite juvenili diademato:)(. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ.

Æra Græcorum annus 150.

Judas Machabæus arcem Hierosolymorum obsidet. 1. Mach. VI, 20. *Et convenerunt simul, & obsederunt eos anno centesimo quinquagesimo*; cœpto a Nisan, more Judaïco. Annus tamen hic est, qui dicitur centesimus quadragesimus nonus, 2. Mach. XIII, 1. usque ad Septembrem, more Græcorum. Idem ANNVS SABBATICVS, ab autumno anni superioris, ex libro 1. Mach. VI, 49. *Non erant eis illi alimenta conclusis, quia sabbata erant terræ.* Et versu 53. *Esca autem non erant in civitate, eo quod septimus annus esset.*

Rex Antiochus Eupator fœdus init cum Juda; *& discessit festinanter, & reversus est Antiochiam.* 1. Mach. VI, 63.

Æra Græcorum annus 151.

IX. DEMETRIVS SOTER, Seleuci F. rex Syriæ.

Demetrius Seleuci F. occiso Antiocho regnum recipit patrum suorum, *anno centesimo quinquagesimo primo*, a Nisan inchoato. 1. Mach. VII, 2. *Post triennii tempus*, 2. Mach. XIV, 1. hoc est, anno quarto, ex quo regni & Antiochi Eupatoris cura Lysiæ demandata fuerat. 1. Mach. III, 32, 37. *Centesimo quinquagesimo anno*, 2. Mach. XIV, 3. qui more Græcorum producitur usque ad Septembrem hujus anni.

Demetrius rex, *Alcimum impium*, ducem impiorum ex Israël, *constituit in sacerdotium.* 1. Mach. VII, 5, 9. Erat is *de semine Aaron.* VII, 14. In gratiam Demetrii regis *satis agebat* omnia *Alcimus pro principatu sacerdotii sui.* VII, 21.

Æra Græcorum annus 152. *Ante Christum*, 161.

Hoc anno insignis victoria de Nicanore relata est a Juda Machabæo. Quam ob causam constituta annua celebritas est, *tertiadecima die mensis Adar, quod dicitur voce Syriaca, pridie Mardochæi diei.* 2. Mach. XV, 37. & 1. Mach. VII, 49. Neomenia mensis duodecimi sive Adar, fuit XXII. Februarii, feria IV. Dies decimatertia, V. Martii, feria 2. anno Juliano bissextili, litt. Dom. AG.

Hic desinit liber secundus Machabæorum.

Statim post victoriam mittit Judas Machabæus legationem ad Romanos. 1. Mach. VIII.

In mense primo, (Nisan scilicet, eoque medio vel exeunte) *anni centesimi & quinquagesimi secundi*, Judas Machabæus in prælio occubuit. 1. Mach. IX, 3. & seqq. JONATHAS frater ejus *suscepit principatum*, & cœpit judicare populum. 1. Mach. IX, 31, 73. Neomenia mensis primi fuit, die XXIII. Martii, feria quinta: Novilunium medium eo ipso die, 22′ 53″ post mediam noctem.

In Cimelio D. FOVCAVLT, nummus argenteus,

teus, ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. L. ΚΑ. *Anno* XXI. ΚΙ. *Citii*, in insula Cypro.

Æra Græcorum annus 153. *Olymp.* 158. *Ante Christum*, 160.

1. Mach. IX. 54. *Et anno centesimo quinquagesimo tertio, mense secundo, præcepit Alcimus* summus Pontifex *destrui muros domus sanctæ interioris*, &c. Eo paulo post defuncto traditum populi suffragiis Judæ Machabæo Pontificatum refert Josephus: vere; si Judas, ut Pontificatum gereret, resurrexit: ac si populi fuit, deferre cuiquam summum sacerdotium.

1. Mach. IX, 57. *Et vidit Bacchides, quoniam mortuus est Alcimus: & reversus est ad regem: & siluit terra annis duobus.*

Apud D. BAUDELOT, nummus argenteus ejusdem Ptolemæi Philometoris: cum litteris Κ Β. ΠΑ. *Anno* XXII. *Paphi.*

Æra Græcorum annus 154. *Ante Christum*, 159.

In Thesauro Regio: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. L. ΔΝΡ. ΤΥΡΙΩΝ. *Regis Demetrii; anno* CLIV. Nummus *Tyriorum*.

155 *Urbis condita annus* 596.
Bacchides dux copiarum regis Demetrii, pacem init cum Jonatha; *& cessavit gladius ex Israel: & habitavit JONATHAS in Machmas, & cœpit Jonathas ibi judicare populum, & exterminavit impios ex Israël.* 1. Mach. IX, 73. Judex idem & sacerdos, & dux militiæ Juda: at nondum summus Pontifex; cum urbs sancta detineretur ab exercitu Syriaco. Ipsis annis septem sedes vacavit.

156 *Ante Christum*, 157.

157 *Olymp.* 159. *Annus Sabbaticus.*

158 In gaza Regia, nummus æreus, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ. *Regis Demetrii Servatoris.* ΗΝΡ. *Annus* CLVIII. Alius ibidem: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. L. ΗΝΡ. *Annus* CLVIII: autumno hujus anni iniens, more Græcorum. Deinde navis, cum voce ΤΥΡΙΩΝ.

Æra Græcorum annus 159. V. C. 600. *Ante Christum*, 154.

Nummus e Thesauro Regio, Demetrii regis: ΘΝΡ. ΣΙΔΩΝΙΩΝ. Annus CLIX. *Sidoniorum* nummus. In museo nostro alter: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. L. ΘΝΡ. ΤΥΡΙΩΝ. *Tyriorum* nummus. Annus 159. mense Septembri hujus anni incipit, more Græco.

Æra Græcorum annus 160. *Ante Christum* 153.

X. ALEXANDER rex in Syria, Antiochi Nobilis F. *Et anno centesimo sexagesimo ascendit Alexander, Antiochi F. qui cognominatus est Nobilis, & occupavit Ptolemaidem; & receperunt eum, & regnavit illic. Et audivit Demetrius rex, & congregavit exercitum copiosum valde.* 1. Mach. X, 1. Studet uterque pertrahere ad suas partes Jonatham summum sacerdotem Judæorum. Is vero magis Alexandro favet, *quia ipse fuerat princeps sermonum pacis.* 1. Mach. X, 47. Demetrius quidem *dedit ei potestatem congregandi exercitum, & fabricare arma, & esse ipsum socium ejus: & obsides, qui erant in arce* Hierosolymorum, *jussit tradi ei.* Itaque *habitavit Jonathas in Jerusalem, & cœpit ædificare & innovare civitatem*, 1. Mach. X, 6, 10. Alexander vero Jonatham prius *constituit summum sacerdotem gentis suæ..... & misit ei purpuram, & coronam auream..... Et induit se JONATHAS stola sancta septimo mense, anno centesimo sexagesimo, in die solenni Scenopegiæ*: 1 Mach. X, 20, 21. Nec Judas Machabæus fuit omnino summus Pontifex: nec Jonathas ante hunc diem. Dies Scenopegiæ, qui dies XV. mensis Tisri, fuit 11. Octobris, sabbato.

Ad hæc tempora pertinet nummus Aretæ regis Arabum, qui nummus ex ære mediocri perrarus ac singularis in Thesauro Regio adservatur: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΕΤΑ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ. *Regis Aretæ amici Græcorum.* Dea turrita sedens, dextra spicas ostentat, læva tenet hastam: ad pedes vir emergere ex aquis cernitur, symbolum appositæ amni civitatis. Pars altera caput senile exhibet, annorum amplius LX. regis Aretæ diadematum. Amicus Græcorum ille dicitur, hoc est, Regum Syriæ, quos etiam Græcos sacri codices appellant, ut antiqui nummi: numquam Macedones, aut Syro-Macedones. Arabem igitur hoc se indicio prodit; nempe illius Arabiæ regem; in qua fuit Damascus: cujus ditionis regibus Aretæ nomen familiare fuisse colligimus, tum ex Paulo, 2. Cor. XI, 32. *Damasci præpositus gentis Aretæ regis*: tum ex Plinio, libro V. sect. XVI. ubi inter oppida in Arabiam recedentia Damascum recenset. Hic ipse *Aretas Arabum tyrannus* est, qui anno Græcorum CXLIII. bellum pro Syriæ rege Antiocho intulit Menelao Pontifici Judæorum. 2. Mach. V, 8. Inde ille se Φιλέλληνα prædicavit.

Æra Græcorum annus 161. *Olymp.* 160.

Nummus argenteus, in hist. regum Syriæ, pag. 241. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ. Cornucopiæ; annonæ uberrimæ symbolum. ΑΞΡ. Annus CLXI. æræ Græcorum, Septembri hujus anni iniens.

Æra Græcorum annus 162. V. C. 305.

In Thesauro Regio: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ. cum anno ΒΞΡ. CLXII. Est & in Thesauro Brandeburgido argenteus.

1. Mach. X, 48. *Et commiserunt prælium duo reges, & fugit exercitus Demetrii, & insecutus est eum Alexander..... & cecidit Demetrius in die illa.* Mense Octobri vel Novembri hujus anni. *Et misit Alexander ad Ptolemæum regem Ægypti legatos. Et exivit Ptolemæus de Ægypto, ipse, & Cleopatra filia ejus, & venit Ptolemaidam, anno centesimo sexagesimo secundo*, incipiente a Nisan, more Judaico. *Et occurrit ei Alexander; & dedit ei Cleopatram filiam suam: & fecit nuptias ejus Ptolemaidæ, sicut reges, in magna gloria.* 1. Mach. X, 51, 57, 58. Jonathas ab Alexandro invitatus, exceptus est honorifice ab utroque rege. 1. Mach. X, 60. Has nuptias factas esse oportet mense Januario anni sequentis.

In hist. Regum Syriæ, pag. 254. nummus inscriptus: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΘΕΟΠΑΤΟΡΟΣ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ. *Regis Alexandri Deo patre geniti, Munifici*, sive *Benefici*. ΒΞΡ. Anno CLXII. Antiochus Eupator, hujus Alexandri frater; de Antiocho Epiphane patre suo dixit, *Patre nostro inter Deos translato*. 2. Mach. XI, 23. At non Θεὸς inde Antiochus Epiphanes cognominatus est: sed quod erat patre, avo, proavo, abavoque regibus editus. Itaque filius ejus Alexander Θεοπάτωρ dicitur, qui patrem haberet Deum, ea vocis illius significatione, quam ponimus. Frater autem ipsius Antiochus eodem sensu Eupator dictus est, hoc est, magnis ortus natalibus; quoniam ab Epiphane ortum traxit. Quid sit Ἐπιφανὴς, dicemus inferius. Εὐεργέτης Beneficus est. Luc. XXII, 25. *Reges gentium dominantur eorum: & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur*, εὐεργέται. Arbitramur tunc spectasse Christum fortassis & regum istorum e Syria nummos ac titulos, & cognomen *Ptolemæi Evergetis*,

MA-CHA-BÆI. *tis*, quod in prologo Ecclesiastici legitur: In verbis autem Domini Servatoris series & connexio orationis docet manifeste, nihil aliud posteriore membro affirmari, quam priore; aut certe simillimum esse quod in utroque dicitur. Perspicuum est igitur, tametsi istud hactenus latuisse videtur interpretibus, nihil aut perparum interesse, utrum quis dicatur dominari in subditos, an esse *Beneficus*. Quod esse tamen verum non potest, nisi quia *beneficus* appellatur, Qui beneficium alteri præstat. Qui beneficiarium facit, Qui beneficiario jure aliquid alteri concedit, & sic eumdem clientem sibi reddit, quem nos vulgo *vassallum* nuncupamus. Verti igitur Gallice hanc Christi Domini sententiam oportuit in hunc modum: *Et ceux qui en sont les maîtres, sont appellés Seigneurs de leurs vassaux.* Montenses vertunt, *en sont appellés les Bienfacteurs:* manifeste contra Christi Domini sententiam. Nam Christus subjicit: *Vos autem non sic:* non nollet autem Apostolos suos, aliosve quoslibet, esse aut fieri beneficos, si *beneficus* aliud nihil est, nisi qui de hominibus sit bene meritus. Similis isti hæc sententia est, ab ipso Domino, sed alio tempore, prolata: Matth. xx, 25. *Scitis quia principes gentium dominantur eorum: & qui majores sunt, potestatem exercent in eos.*

Æra Græcorum annus 163.

In Thesauro Regio, & in museo nostro, nummus Alexandri Syriæ regis, capite diademato: in parte postica, ΑΠΑΜΕΩΝ ΓΞΡ. *Apameensium* nummus, anno CLXIII. qui autumno hujus anni incipit. Sedens ipse Alexander, dextra galeam gestat, dextro pede calcat arma: quæ symbola sunt belli finiti, & pacis consecutæ. Apamea urbs est Cœles-Syriæ, de qua Plinius, libro v, sect. XIX.

In Thesauro Regio, nummus: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΘΕΟΠΑΤΟΡΟΣ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ. ut supra, ΓΞΡ. anno CLXIII. In hist. Regum Syriæ, pag. 256. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΓΞΡ. Annus CLXIII. Clava Herculea, in cujus apice ΤΥΡ. hoc est, *Tyriorum* nummus. Tyrus enim Herculi sacra: 2. Mach. IV, 18.

164 *Annus Sabbaticus. V.C. annus 605.*

In Thesauro Regio ejusdem Alexandri nummus, cum epigraphe, ΚΥΡΡΗΣΤΩΝ. ΔΞΡ. Nummus *Cyrrhestarum*, anno CLXIV. Est Cyrrhus in Cyrrhestice, ut ait Plinius, libro v. sect. XIX.

Plin. lib. XXIX. cap. VIII. *Cato* DCV. *anno Urbis nostræ obiit.*

165 *Olymp. 161. Annus V.C. 606.*

Æra Græcorum annus 166.

In anno centesimo sexagesimo quinto, cœpto a Nisan anni superioris, *venit Demetrius filius Demetrii a Creta in terram patrum suorum. Et audivit Alexander rex, & contristatus est valde, & reversus est Antiochiam.* 1. Mach. x, 67. mense Februario.

Ptolemæus Philometor Ægypti & Asiæ rex. *Intravit Ptolemæus Antiochiam, & imposuit duo diademata capiti suo, Ægypti & Asiæ. Obtinuit dominium civitatum usque Seleuciam maritimam.* 1. Mach. XI, 8, 13, 16. Alexandro rege fugato in Arabiam, ubi occisus est.

In Thesauro Regio, nummus inscriptus, ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. In apice clavæ Herculeæ, ΤΥΡ. ut supra: ϚΞΡ. Annus CLXVI. Nummus ineunte Septembri cusus.

Ibidem, Ptolemæi nummus: ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Aquilæ duæ conjunctæ, ob duo Ptolemæi regna, Ægypti & Asiæ.

Apud D. Baudelot, nummus argenteus: ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ. ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΤΥΡ. monogramma in apice clavæ Herculeæ, Tyri numisma cusum incidat, pulso Alexandro. MA-CHA-BÆI.

Ptolemæus Philometor circa Nisan sequentis anni moritur. 1. Mach. XI, 18.

Æra Græcorum annus 167. V.C. 608.

XI. Demetrius Demetrii Soteris F. rex Syriæ. *Et regnavit Demetrius, anno centesimo sexagesimo septimo:* mortuo Ptolemæo Philometore. 1. Mach. XI, 19.

In Thesauro Regio, & apud D. Foucault, nummus argenteus Demet. II regis, vultu juvenili; cum clava Herculis, in cujus apice ΤΥΡ. *Tyriorum.* ΗΞΡ. Annus CLXVII.

Demetrius rex, Jonathæ Pontificis rogatu, immunem facit Judæam: adjungitque ei tres toparchias ex Samaria. 1. Mach. XI, 28.

Plinius, libro XXXIII. sect. LIII. *Achaïca victoria, anno Urbis DCVIII. parta, signa & tabulas pictas invexit: pariterque luxuria nata est, & Carthago sublata.* Et libro XXXIV. sect. 3. *Corinthus capta est, Olympiadis* CLVI. *anno tertio, nostra Urbis* DCVIII. *cum ante sæcula fictores nobiles esse desiissent, quorum ista omnia signa hodie Corinthia appellantur. Quapropter ad coarguendos eos ponemus artificum ætates. Nam Urbis nostræ annos ex supradicta comparatione Olympiadum colligere facile erit.* Magni igitur interest Olympiadum numerum hoc loco sanum haberi & integrum. Atqui sic habent libri omnes editi & manu exarati, *Olympiadis* CLVI. non CLVIII. ut recentiores secuti posuimus. Numerus uterque in mendo cubat: sed quem codices manuscripti exhibent, is levi admodum mutatione restituitur. Legendum enim CLXI. pro CLVI. denarii nota a corruptoribus in quinarium depravata: quibus satis visum est deteri scalpello imam denarii partem, ad turbandam in Plinio temporum rationem omnem. At loco (ut diximus) restituto, omnino congruit ille Olympiadis annus tertius, cum anno Urbis. Dum porro Plinius toties *Nostra Urbis* dicit, se palam & aperte Romanum profitetur, nusquam Veronensem.

Eodem anno Carthago capta est *de terrarum orbe per* CXX. *annos æmula.* Plinius, lib. XV. sect. XX. Nempe ab anno V.C. CCCCLXXXIX. quo bellum Punicum primum cœptum est.

VI. Ptolemæus Evergetes, rex Ægypti. Hujus *Ptolemæi Evergetis* mentio fit in Prologo Ecclesiastici Jesu filii Sirach.

Æra Græcorum annus 168. V.C. 609.

XII. Antiochus Alexandri F. Syriæ rex: & Tryphon. Tryphon cum Antiocho puero, Alexandri regis filio, insurgit in Demetrium. 1. Mach. XI, 39. Ab Antiochensium vi regem Demetrium eripiunt milites Jonathæ. 1. Mach. XI, 45, 48. *Post hæc autem reversus est Tryphon, & Antiochus cum eo puer adolescens, & regnavit, & imposuit sibi diadema. Et congregati sunt ad eum omnes exercitus, quos dispersérat Demetrius; & pugnaverunt contra eum: & fugit, & terga vertit. Et accepit Tryphon bestias, & obtinuit Antiochiam. Et scripsit Antiochus adolescens Jonathæ, dicens: Constituo tibi sacerdotium* &c. 1. Mach. XI, 54, 55, 56. *Et Simonem fratrem ejus constituit Ducem a terminis Tyri usque ad fines Ægypti.* Prælia utriusque reliquo capite describuntur.

Nummus Antiochi regis a D. Vaillant laudatus, in historia Ptolemæorum, eximius sane, sic inscribitur: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΔΙΟΝΥΣΟΥ. ΗΞΡ. *Anno* CLXVIII. æræ Græcorum. Docet hic nummus ad hunc regem Antiochum pertinere nummos quam plurimos, (sunt enim vulgares,) eadem inscriptione, cum cognominibus Epiphanis ac Dionysi, sed absque annorum nota: apud D. Vaillant, pag. 383. 384. 385. 386. Omnes *adolescentem*, ut sacer scriptor loquitur, vultu exhibent: non puerum tamen annorum decem, ut profani scriptores mentiuntur: sed adolescentem annorum fere viginti. Tanti porro pretii ac ponderis hic nummus est, ut unius ipsius testimonio Illustriss. Spanhemius, pag. 434. Antiquitatum Judaïcarum scriptori Josepho fidem prorsus abjudicandam esse pronunciet, ubi Διονύσου cognomen, non isti Antiocho

tiocho tribuit, quem sextum appellant, sed alteri multo posteriori, quem fingunt, & Antiochum XII. vocant. Ad Διονύσου cognomen quod attinet, sic est habendum, nullum in his regum titulis esse, qui non aut generis nobilitatem, aut bonam Principis indolem vel beneficentiam, aut denique victorias denotet. Est autem Διόνυσος *Liber*, seu *Bacchus*: hoc est, Sol ipse ut est vini dator: teste Virgilio, libro I. Georg. versu 5.

Vos o clarissima mundi
Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum:
LIBER, & alma Ceres. Vestro si munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutavit arista,
Poculaque inventis Acheloïa miscuit uvis.

Ergo Antiochus *adolescens*, titulo isto adscito pollicetur, se lætitiam subditis allaturum, qualem quantamque Sol vini dator affert in magno vini proventu: nam *vinum lætificat cor hominis*, Psal. CIII, 15. Eam ob rem Antiochus iste in nummis suis semper est capite radiato, ut hilaritatis se populis auctorem fore significet; interdum etiam & cum corona simul hederacea, quod est insigne Bacchi, ut genus hilaritatis ostendat, quod pollicetur. Ergo Διόνυσος aliud nihil in titulis Principum est, nisi *Lætitiæ Dator*: ut in primo Æneïdos dicitur, *Lætitiæ Bacchus dator*. Graviter autem hallucinantur, qui cum D. Vaillant, pag. 281. huic Antiocho tribuunt nummum inscriptum, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΘΕΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ: cum Antiochus *adolescens* anno quo regnavit, nullum bellum gesserit; nec se Θεὸν unquam inscripserit, sed tantum Ἐπιφανῆ. Est nummus iste Antiochi, avi ipsius, ut diximus ad annum Græcorum 137.

In Thesauro Regio, & in museo nostro, ex ære mediocri nummus, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. L. ΗΞΡ. ΤΥΡΙΩΝ. *Anno* CLXVIII. Nummus *Tyriorum*. Adhuc stabat a Demetrii partibus Tyrus. Vultus Demetrii vix refert annos XXX.

Æræ Græcorum annus 169. V.C. 610.
Olymp. 169.

Jonathas summus Pontifex cum Romanis & Spartiatis fœdus init. I. Mach. XII. A Tryphone amicitiam simulante, Ptolemaïde capitur & occiditur. I. Mach. XII. & XIII.

XIII. TRYPHON occiso per dolum Antiocho regnum invadit, *& imposuit sibi diadema Asiæ*, I. Mach. XIII, 32. In Thesauro Regio, nummus: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΤΡΥΦΩΝΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ. *Regis Tryphonis Imperatoris.*

Æra Græcorum annus 170. V.C. 611.

SIMON Pontifex impetrat a rege Demetrio litteras fœderis & immunitatis. *Rex Demetrius Simoni summo sacerdoti, & amico Regum, & senioribus, & genti Judæorum, salutem.... si quid aliud erat tributarium in Jerusalem, jam non sit tributarium.... & sit inter nos pax.* I. Mach. XIII, 36.

Anno centesimo septuagesimo ablatum est jugum gentium ab Israël. Et cœpit populus Israël scribere in tabulis & gestis publicis, ANNO PRIMO SUB SIMONE summo sacerdote, Magno Duce & Principe Judæorum. I. Mach. XIII, 42. Non dicit, in nummis, sive in moneta publica; neque enim populus Judaïcus monetam signavit; sed Samariticus: nec scriptori sacro placuisse hi nummi videntur.

In Thesauro Regio nummus argenteus, æreus in Thesauro Mauroceni, pag. 14. ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Aquila lauri ramum gerit, indicem victoriæ de Tryphone reportatæ. ΣΙΔΩ. Nummus *Sidoniorum*. OP. Anno Græcorum CLXX. qui Septembri hujus anni incipit. In Cimelio D. FOUCAULT, pariter argenteus, & vultu juvenili, habet monogramma Tyriorum, & Græcorum epocham, OP.

Inventum est in scriptura de Spartiatis & Judæis, quoniam sunt fratres, & quod sunt de genere Abraham: I. Mach. XII, 21. Sunt ergo de genere Esau sive Edom. Nam Ismaëlitæ non sunt fratres Judæorum, nec alii ex concubina altera Cetura nati. *Fratres* dicuntur, soli ex legitima uxore nati. Non igitur Spartiatæ orti sunt ex Cetura, ut Grotius putavit; sed ex Edom, sive Esau. Nam de Idumæo dicitur, Deut. XXIII, 7. *Non abominaberis Idumæum, quia FRATER tuus est:* a Jacob nimirum, Israëlitæ sunt & Judæi: ab Esau fratre Jacobi, orti sunt Idumæi: sic illi fratres inter se. Et sane Abraham omnes *filios concubinarum separavit ab Isaac filio suo, dum adhuc ipse viveret, ad plagam orientalem*, Gen. XXV, 6. unde haud facilis fuit in Laconicam regionem transitus. At Idumæi, cum teste Plinio, libro V. pag. 567. etiam prope Casium montem & lacum Sirbonis fuerint, hoc est, in confinio Palæstinæ & Ægypti, hi potuerunt inde in Laconiam navigare. *Fratres* Judæorum dici non possunt nisi vel Israëlitæ, vel Idumæi. Non sunt Spartiatæ Israëlitæ; nam si quidem essent, dicerentur esse de genere Israël. Sunt ergo Idumæi, sed nobiliore appellatione, *de genere Abraham fratres Judæorum.*

Æræ Græcorum annus 171. V.C. 612.
Ante Christum, 142.

Hoc anno sabbatico penuria alimentorum laborantibus Græcis ob terræ sabbatum, (ut ante annos XXI.) Simon summus Pontifex, deditione arcem Hierosolymitanam accepit, *tertia & vicesima die secundi mensis*, (die XIV. Maii, anno Juliano, feria IV.) *anno centesimo septuagesimo primo*, æræ Græcorum. I. Mach. XIII, 51. Novilunium medium hujus secundi mensis, fuit Aprilis 22. hora 5. 37'. 30". matut. feria tertia, Litt. Dom. E.

TUM hæc autem arcis liberatio, tum libertas Hierosolymorum accepta anno superiore, consignata in nummis est, cum hac tergemina epigraphe, Samaritico charactere, quem nos Hebraïco repræsentamus: לחרות ירושלם, LIBERTATIS JERUSALEM: לגאלת ישראל, REDEMPTIONIS ISRAEL: לגאלת צין, REDEMPTIONIS SION: anni vero quadruplicis nota: *anno I. anno II anno III. anno IIII.* qui nummi in multis hujus civitatis Cimeliis adservantur. Sunt & idem apud Kircherum nostrum, tomo 2. Oedipi Ægyptiaci, parte I. pag. 94. 95. 101. cum Simeonis nomine, non Samuelis, ut ille credidit. Pagina quoque 102. qui prior est, ut & alter eximius e Cimelio D. FOUCAULT, diserte habent in antica parte hanc epigraphen, SIMEON PRINCEPS ISRAEL, שמען נשיא ישראל, Samaritico charactere. Ibidem pag. 101. cum Simeonis nomine botrus est, symbolum vineæ Engaddi: uti deprehendimus in nummo Herodis Ethnarchæ, sub quo natus est Christus Servator. Est idem nummus descriptus etiam a D. Bouterouë, libro de Monetis Gall. pag. 21. ex Cimelio Illustr. Harlæi, nunc Proto-Præsidis.

Atqui propria Judæorum moneta, nec ipso Ducis aut Regis nomine, nec ulla certe signata fuit effigie rei cujuscumque. Quæ causa est quamobrem appenderetur ea, non numeraretur. Sic Abraham, Gen. XXIII, 16. *appendit pecuniam... quadringentos siclos argenti probatæ MONETÆ publicæ.* 2. Reg. XIV, 26. *Ducentis siclis PONDERE publico.* I. Paralip. XXI, 25. *Siclos auri justissimi ponderis sexcentos.* Atque eadem ratio Ægypti fuisse videtur, ex Gen. XLIII, 21. Unde ergo sub Simone Pontifice, & Samaritico charactere signati nummi apparent, & cum uva palmáve? Quoniam videlicet sunt illi in civitatibus Samariæ conflati, quæ fuerant Judææ contribu-

DE NUMMIS SAMARITANIS.

tributæ, sub Jonatha Simonis fratre, a Demetrio rege Syriæ, ante annos quatuor: 1. Mach. XI, 34.

Prohibita a Deo fuisse Hebræis videtur ars conflatoria, hoc præcepto; Exod. XX, 4. *Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in cælo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra. Non adorabis ea, neque coles.* Nec prohibentur illi tamen facere Deo sculptile in usum tabernaculi, sive templi; sed *SIBI* facere prohibentur, hoc est, in usus suos privatos. Incessit autem cupido Simoni Magno Duci Judæorum, rem tantam, quanta liberatio Israëlis fuit, in nummis insculpere; ac monetam simul suo nomine, patriæque symbolo, Principum externorum more signare. Itaque ne faceret ipse *sibi*, (quod vetitum fuit) fieri curavit a Samaritis ditioni suæ obnoxiis: ac ne jussisse videretur, Samaritici sunt characteres adpositi; peregrini utique, & (ut arbitramur) Cuthæi: non Hebraici, qui Judææ proprii ac peculiares. Nec vero tunc Samaritæ, qui eadem Exodi lege tenebantur, (quamvis schismate a Judæis divisi,) nummos sculptiles *faciebant sibi*, sed Judæis: Simoni scilicet Principi, & Hierosolymitanæ civitati.

Et habere quidem nummos hujusmodi, signatos effigie ipsa Cæsarum, Principumve, Judæis licuisse, ex Evangelio, atque ex usu ipso hodierno, in confesso est: tantum *facere sibi* non licuit, & quidquid haberent aliunde sculptile, prohibiti sunt deinde adorare illud aut colere. Hoc tantum. Et Ambrosio quidem Catharino adsentimur, aienti in opusculo de Imaginibus, præceptum illud de sculptili non faciendo, positivum fuisse ac temporale, perinde fere atque alterum de sabbato.

Vidit ergo (opinor) Simon Pontifex, pertinere illud monetæ signandæ jus, ex usu regionum ac gentium vicinarum, ad αὐτονομίαν seu libertatem prædicandam: qua excidisse viderentur ii, qui eo jure carerent. Itaque statim atque ejectus ex arce Sion miles Græcus est, signari monetam publicam, more Principum, ac liberarum civitatum, curavit. Sive autem hæc locatio alienæ operæ, nempe Samariticæ, ad pecuniam cudendam, quam *sibi facere* non liceret, religiosioribus viris, quædam legis fraudatio esse videretur; sive alia causa fuerit, quæ nunc latet; nulli certe Hebraico charactere signati Judæorum nummi genuini visuntur; nulli etiam Samaritici, sive ante Simeonem, sive post ipsum: ac ne post annum quidem quartum ab Hierosolymorum libertate: cum octavum tamen Simeon annum viderit: nec ulli Joannis denique filii Simeonis, & in sacerdotio successoris; tametsi bella fortiter, & bonas gessit virtutes, ædificiumque murorum exstruxit, ut in fine dicitur libri primi Machabæorum.

Juvat hoc loco texere uberiorem paulo indicem nummorum Samaritanorum, tum quos in Cimeliis hujus civitatis ipsi vidimus, tum quos alii ante nos descripserunt, ut Villalpandus, Vaserus, Valtonus, Morinus. Ex hisce nummis alii annum habent adscriptum, alii non habent. Ordiamur a primis. Cum Samaritici characteres deficiant, utemur Hebraïcis, quorum est eadem appellatio & potestas.

In nummo qui est apud Valtonum, pag. 38. & apud Villalpandum, tomo 2. post pag. 378. primus, littera א cyatho imposita, significat annum *primum* Simonis, qui & Libertatis Jerusalem. Epigraphe ex ea parte, quæ cyathum exhibet, est *Siclus Israël*. In altera, ubi *lilium convallium* est, *Jerusalem sancta*.

In alio quem vidimus ex ære magno in Gaza Regia, intra coronam querceam ob cives servatos, legitur שמעון נשיא ישראל *Simeon Princeps Israel.* In aversa nummi pagina, amphora est utrimque ansata, cum hac epigraphe: שנת אחת לגאלת ישראל: hoc est, *Anno primo Redemptionis Israel.*

In nummo 5. Valtoni, qui est & apud Vaserum, littera ב cyatho imposita, annum *secundum* significat. In ambitu, חצי שקל ישראל, *dimidium sicli Israel.* In altera parte, lilium: Epigraphe, ירושלם קדשה *Jerusalem sancta.*

In nummo 7. Valtoni, qui est & apud Vaserum, littera ג cyatho superposita annum *tertium* designat. Epigraphe: שלישׁ השקל ישראל, *Triens sicli Israël.* In altera nummi parte, ut proxime, *Jerusalem sancta.*

In nummo 8. Valtoni, qui est etiam apud Vaserum, littera ד cyatho superposita, annum *quartum* denotat. Epigraphe: רבע שקל ישראל, *Quarta pars sicli Israel.* In altera parte nummi lilium est, & *Jerusalem sancta*, ut supra.

In nummo 2. Valtoni ac Villalpandi, ש ד supra cyathum, pro שנת ד *anno quarto* scribitur. Sic & in tertio Valtoni, qui & apud Villalpandum est tertius, & apud Morinum in Pentat. Samarit. pag. 205. In priore parte nummus ille argenteus habet hanc inscriptionem, in ambitu, שקל ישראל, *siclus Israel:* in altera parte, ירושלים הקדשה *Jerusalem sancta.*

Nummus argenteus geminus perpulcher in Gaza Regia, exhibet ab una parte cyathum, ac supra, ש ב *anno secundo*. In ambitu, *siclus Israël.* In altera superficie, lilium convallium, quale est in quinque prioribus nummis apud Valtonum, & in septimo & octavo. Epigraphe, ut proxime: *Jerusalem sancta.* Est his persimilis apud P. STEPH. CHAMILLART, Societatis nostræ.

In Regio, qui est ex ære minimo, pampinus pictus est, cum epigraphe excisa...... לחרת *Libertatis*...... In aversa pagina cyathus est: epigraphe, שתים שנת, *anno secundo*: ad verbum dicas, *duobus anno.* Excisa in isto numismate est littera Iod.

Ex ære mediocri nummus alter ibidem, palmam exhibet inter modios frumenti duos. Epigraphe: לגאלת ציון, *Redemptionis Sion.* In altera pagina, symbolum obscurum. Epigraphe: חצי ... שנת ארבע *Dimidius siclus. Anno quarto.* Sic in eo conspicue legimus: cetera sunt usu detrita.

Nummus 5. Villalpandi, qui & nonus Valtoni, est ex ære mediocri nitidissimus apud P. CHAMILLART. In eo palma est, Judææ symbolum, cum nomine Simeonis, שמעון. In altera superficie, uva. Epigraphe autem: לחרות ירושלם *Libertatis Jerusalem.*

Villalpandus in suo sexto, qui est decimus apud Valtonum, & apud Morinum, pag. 202. legit, *Ad scripturam Jerusalem*, pro *Libertatis Jerusalem*, לחרות ירושלם. In altera parte est Simeon: cujus nominis sunt tres tantum litteræ integræ apud Villalpandum; שמנ: qui propterea exponit, *ejus pinguedo.* Cetero nummi sunt optime descripti, quantum per nummorum integritatem licuit, apud Villalpandum, tomo 2. ut diximus, post pag. 378.

Nummus XI. Valtoni, qui est septimus Villalpandi, habet in una parte, *Simeon*..... In altera, ubi cyathus, *Redemptionis Sion*, לגאלת ציון.

In nummo argenteo, quem vidimus, in Gaza Regia, pondere Romani denarii, est uva, cum litteris שם...ן. *Simeon.* In altera parte est cithara sive lyra. Epigraphe: לחרות ירושלם *Libertatis Jerusalem.*

In alio pariter argenteo ibidem, qui videtur esse nonus Valtoni, est palma arbor, cum nomine שמעון *Simeon.* In altera nummi pagina, uva. Excisa magnam partem epigraphe...... לחר *Libertatis Jerusalem.*

In alio denique ex Gaza Medicea, intra coronam lauream, ob victoriam de hoste relatam, est שמעון *Simeon.* In altera nummi superficie, hydria sive amphora est utrimque ansata, נשיא ישראל *Princeps Israël.*

Uva sive pampinus in nummis istis idcirco pingitur,

DE NUMMIS SAMARITANIS.

tur, ut vini ubertas in ea regione designetur. Liber inscriptus, *Voyage du Levant, fait par le commandement du Roi en* 1622. pag. 344. *La Galilée & l'Idumée sont abondantes en grains, en cotons, & en olives. La SAMARIE & la JUDE'E en VINS, en olives, en figues, & en autres sortes de fruits.* Sic in nummo Herodis Ethnarchæ esse uvam ob vineas Engaddi, quæ laudantur Cant. 1, 13. alias monuimus.

Amphora in aliis nummis eodem consilio insculpta cernitur; quoniam ob vini in eo tractu ubertatem, inter ea quæ Deo offerri solita ibi erant, *amphora vini* fuit, ut liquet ex 1. Reg. 1, 24.

Cyathus denique similiter, ob *cyathos, in quibus offerenda* erant in Templo *libamina, ex auro purissimo*, Exod. xxv, 29. Et Num. iv, 4. *cyathos & crateras ad liba fundenda.* Sic in nummis Cæsarum, qui PONT. inscribuntur, vasa Pontificalia insculpta cernuntur: urceus in primis.

Lilium quoque, quod in primo numismate pingitur, *lilium convallium* denotat, de quo Cant. 2, 1. *Lilium laudatissimum in Phaselide* Judææ fuisse Plinius est auctor, libro xxi. sect. xi. ut alias diximus, ob lilium pariter in nummo Herodis Ethnarchæ insculptum.

Siclus Israël siclus fuit ditionis illius, cujus Rector in similibus nummis Princeps Israël appellatur: *Simeon Princeps Israël.* Neque enim Judæi, præsertim sacerdotes, ea ætate regnum Judæorum appellabant, sed regnum Israël: tum quia non sola Judæa parebat summo Sacerdoti Simoni in temporalibus, sed etiam urbes quædam Samariæ, ejus ditioni adjectæ, ut diximus: tum quia in spiritalibus universus Israël summo Sacerdoti suberat. Unde Saulus a summo Sacerdote litteras accepit, ut usque in Damascum Christianos persequeretur. Hinc illa vox Principum sacerdotum, cum Scribis & senioribus, ad Christum, Matth. xxvii, 42. *Si rex Israël est, descendat nunc de cruce.*

DE MONETA HEBRÆORUM.

Siclorum jam pretium quodnam fuerit, ac totius reliquæ Monetæ Hebraicæ, quæ in libris sacris commemoratur, poscit hic locus ut quam fieri poterit brevissime & dilucide disseramus.

§. I.

De siclorum pretio.

Siclos argenteos, inscriptos Hebraïce, שקל ישראל, in Cimelio Regio, & in Museo P. CHAMILLART, duum generum vidimus, & in libra ponderavimus. Majores pondo sunt argenteæ monetæ nostræ Francicæ, quæ anno 1700. permutabatur assibus nostratibus æreis quadraginta. Minores, pondo monetæ argenteæ, quæ viginti permutabatur assibus: justissimo utroque pondere. Hi sunt, quos ubique Vulgatus Interpres in libris sacris *siclos* appellat. Nam majores illos שקלים, seu priores siclos, ubi necesse est, pereruditе *stateres* appellat, ut a vulgaribus siclis secernantur.

Sicli vulgaris pretium, tum ex comparatione ponderis monetæ illius cum nostra, ut diximus, intelligitur; tum ex ipsa Lege, in qua dicitur, Exod. xxx, 13. Levit. xxvii, 25. Num. iii, 47. & xviii, 16. & Ezech. xlv, 12. *Omnis æstimatio siclo sanctuarii ponderabitur. Siclus viginti obolos habet.* Hinc etiam *obolum*, nostrum esse assem æreum perdiscimus.

Non erit, opinor, injucundum, loca scripturæ omnia hic intueri, in quibus fit siclorum mentio, alteriusve monetæ Hebraicæ; adjecto singulis locis pretio, quod in moneta nostrate Francica, Hebraïca quæque moneta vel summa efficit. Ordiamur a siclis.

DE MONETA HEBRÆORUM.

Gen. xxiii, 16, 17. Abraham emit *agrum, in quo erat spelunca duplex, & omnes arbores ejus in cunctis terminis ejus per circuitum, quadringentos siclos argenti probatæ monetæ.* Galli dicunt, *Quatre cent francs.*

Gen. xxiv, 22. Rebeccæ dedit Abrahæ servus *inaures aureas appendentes siclos duos, & armillas totidem pondo siclorum decem.* Galli dicerent: *Des pendans d'oreilles d'or, qui pesoient chacun une piece de vingt sols d'argent: & autant de brasselets d'or, qui pesoient tous deux deux pieces de vingt sols d'argent.*

Exod. xxi, 32 *Si* bos *servum ancillamque invaserit, triginta siclos argenti domino dabit.* Galli dicunt: *trente livres, trente francs, ou dix écus.*

Exod. xxx, 13. *Hoc autem dabit omnis qui transit ad nomen, dimidium sicli juxta mensuram Templi.* Galli dicunt: *Quand on sera le dénombrement du peuple, chacun paiera dix sols.*

Exod. xxx, 24. *Casiæ quingentos siclos in pondere sanctuarii*, &c. Gallice: *De la canelle, le poids de cinq cent pieces de vingt sols, au poids du sanctuaire;* & sic de ceteris aromatibus ibi appellatis.

Exod. xxxviii, 24. *Omne aurum quod expensum est in opere sanctuarii, & quod oblatum est in donariis, viginti novem talentorum fuit, & septingentorum triginta siclorum, ad mensuram sanctuarii.* Nos diceremus: *Les presens en or, qu'on fit pour être emploiez aux ouvrages du sanctuaire, montoient a vingt & neuf mille écus, & sept cent trente livres.* Sic versu 28. *mille septingenti & septuaginta quinque sicli;* & versu 29. quadringenti sicli, totidem sunt libræ Gallicæ, seu Francicæ.

Levit. v, 15. Aries *eni potest duobus siclis, juxta pondus sanctuarii.* Nos diceremus: *Un belier peut valoir quarante sols.*

Levit. xxvii, 3. votum ut redimat *masculus, dabit quinquaginta siclos argenti ad mensuram sanctuarii.* Gallis sunt, *cinquante francs.* Mulier, *triginta: trente francs*, ou *dix écus.*

Levit. xxvii, 16. *Si triginta modiis hordei seritur terra, quinquaginta siclis venumdetur argenti.* Galli dicerent, *s'il faut trente boisseaux d'orge pour semer le champ, il sera vendu cinquante francs.*

Num. iii, 47. *Accipies quinque siclos per singula capita ad mensuram sanctuarii.* Nos diceremus: *Vous prendrez cent sols par teste.* Qui sequuntur versu 50. *mille trecenti sexaginta quinque sicli*, totidem sunt libræ Gallicæ.

Num. vii, 13. *Phiala argentea habens septuaginta siclos, juxta pondus sanctuarii.* Gallice: *un vase d'argent pesant soixante & dix pieces de vingt sols au poids du sanctuaire.* Et sic de vasis ceteris toto eo capite appellatis.

Num. vii, 14. *Mortariolum ex decem siclis aureis plenum incenso.* Galli dicerent: *Un petit vase d'or, qui pesoit dix pieces de vingt sols.* Sic versu 26. & alibi sæpius hoc capite: *Mortariolum aureum appendens decem siclos.* Neque enim sicli alii aurei fuere, alii argentei: sed in auro pondus & pretium siclorum argenteorum fuit: & ex utroque æstimatur auri pondus.

Num. xviii, 16. Primogeniti *redemptio siclis argenti quinque, pondere sanctuarii:* ut dictum est cap. iii, 47.

Deut. xxii, 19. calumnians uxorem condemnatur *centum siclis argenti:* Galli dicunt: *a lui paier cent francs.* Versu 29. *quinquaginta siclis*, sunt nobis *cinquante francs.*

Josue vii, 21. Achan suffuratum esse se confitetur *ducentos siclos argenti, regulamque auream quinquaginta siclorum.* Nos diceremus: *deux cent francs en argent: & une regle d'or qui valoit cinquante francs.*

Judic. viii, 26. *Et fuit pondus inaurium, mille septingenti auri sicli.* Galli dicerent; *Les pendans-d'oreilles, qui étoient d'or, se trouvoient peser dix sept cent pieces d'argent de vingt sols.*

1. Reg.

DE MONETA HEBRÆORUM.

1. Reg. xvii, 5. *Pondus loricæ* Goliathi, *quinque millia siclorum æris erat.* Gallice dixeris: *Sa cuirasse étoit d'airain, & pesoit cinq mille pieces de vingt sols.* Et versu 7. *Ferrum hastæ ejus sexcentos siclos habebat ferri.* Gallice: *Le fer de sa lance pesoit six cent pieces de vingt sols.* Neque enim dicit Scriptor sacer, fuisse siclos æreos ferreosve; sed quemadmodum pondus auri, ut diximus, sic & æris ac ferri pondus, ex siclorum, qui fuere semper argentei, pondere vult æstimari.

2. Reg. xiv, 26. *Et quando tondebat Absalom capillum (semel autem in anno tondebatur, quia gravabat eum cæsaries:) ponderabat capillos capitis sui ducentis siclis, pondere publico.* Vendebat eos, æstimabatque ducentis siclis, *deux cent francs*, quos ponderabat ipse pondere publico, sive sanctuarii.

2. Reg. xviii, 11. *Et ait Joab viro, qui nunciaverat ei* de Absalom: *Si vidisti, quare non confodisti eum cum terra, & ego dedissem tibi decem argenti siclos, & unum balteum?* Gallice: *Je t'aurois donné une pistole, (ou dix francs) & un baudrier.* Merces militari conditioni conveniens. *Qui dixit ad Joab: Si appenderes in manibus meis mille argenteos, numquam mitterem manum meam in filium regis.* Miles Gallus diceret: *Quand vous me donneriez cent pistoles (ou mille francs) argent comptant.* Sunt enim argentei iidem ac sicli, ut mox dicemus.

2. Reg. xxiv, 24. *Emit ergo David aream, & boves, argenti siclis quinquaginta.* Galli dicunt, *cinquante francs.*

iii. Reg. x, 16. *Sexcentos auri siclos dedit* Salomon *in laminas scuti unius.* Nos diceremus: *Chaque bouclier étoit couvert de lames d'or, qui revenoient a six cent francs.*

iii. Reg. x, 29. *Egrediebatur autem quadriga ex Ægypto sexcentis siclis argenti: & equus centum quinquaginta.* Galli dicerent: *Un attelage de quatre chevaux valoit six cent francs: un cheval, cinquante écus, ou cent cinquante francs.* Qui hoc loco *sicli*, iidem *argentei* appellantur, 2. Paralip. i, 17. ubi res eadem narratur: *Quadrigam equorum sexcentis argenteis: & equum centum quinquaginta.*

iv. Reg. xv, 20. *Indixitque Manahem argentum super Israel cunctis potentibus & divitibus, ut daret regi Assyriorum quinquaginta siclos argenti per singulos.* Nos diceremus: *Il les taxa a cinquante francs par teste.*

1. Paralip. xxi, 25. *Dedit ergo David Ornan pro loco siclos auri justissimi ponderis sexcentos.* Galli dicerent: *Six cent francs en or au plus juste poids.*

2. Paralip. iii, 9. *Sed & clavos fecit aureos, ita ut singuli clavi siclos quinquagenos appenderent.* Gallice: *Chacun de ces clous d'or pesoit cinquante pieces de vingt sols.*

2. Esdr. v, 15. *Sicli quadraginta:* Gallice: *quarante francs.*

1. Mach. x, 40. *Quindecim millia siclorum argenti*, nobis sunt *quinze mille francs.* Et versu 42. *quinque millia siclorum argenti*, sunt *cinq mille francs en argent.*

§. 2.

De argenteo, didrachmo, statere, & denario.

Argenteum siclo subjungimus, quoniam ab eo nihil differt; & est didrachmum sive didrachma similiter ejusdem pretii.

Gen. xx, 16. Abimelech rex Geraræ dedit Abrahæ *mille argenteos.* Gallice dixeris, *mille francs, ou cent pistoles.*

Gen. xxxvii, 28. Vendiderunt Josephum fratres sui *viginti argenteis:* Gallicæ monetæ, *vingt francs.*

Gen. xlv, 22. dedit Joseph Benjamino fratri suo *trecentos argenteos:* Galli dicerent, *cent écus, ou trois cent francs.*

Judic. xvi, 5. Dalilæ promittunt Philisthæi *mille & centum argenteos:* monetæ nostratis, *onze cent livres, onze cent francs.* Eadem summa legitur & cap. xvii, 2. Ubi & *ducenti argentei* sunt *deux cent francs.*

1. Reg. 2, 16. *nummus argenteus*, Gallis est *une piece de vingt sols.*

De 2. Reg. xviii, 12. ubi sunt *mille argentei*, jam superius in §. de siclis diximus.

iv. Reg. vi, 25. *Factaque est fames magna in Samaria: & tamdiu obsessa est, donec venumdaretur caput asini octoginta argenteis: & quarta pars cabi stercoris columbarum quinque argenteis.* Pretium illud Galli vocant *quatre vingt francs:* istud, *cinq livres, ou cent sols.*

De loco 2. Paralip. i, 17. jam superius in siclis egimus.

Isaï. vii, 23. *Mille vites, mille argenteis.* Gallice: *mille pieds de vigne, mille francs.*

Jerem. xxxii, 9 *Et emi agrum . . . . septem stateres, & decem argenteos.* Gallice: *sept pieces de quarante sols, & dix pieces de vingt.* Vulgatus Interpres, pro sua insigni peritia, vidit vocem שקלים priore loco positam duplo majoris pretii esse, quam qui postea pariter שקלים appellantur. Itaque priores *stateres*, posteriores *argenteos* pereruditе appellavit. Est enim *stater*, siclus duplo major, quam siclus vulgaris, sive argenteus.

Osee iii, 2. *Et fodi eam mihi quindecim argenteis;* monetæ Gallicæ, *quinze francs.*

Zach. xi, 12. *Et appenderunt mercedem meam triginta argenteis:* Gallicæ monetæ, *trente frans, ou dix écus.* Et sic Matth. xxvi, 15.

DIDRACHMI, sive didrachmæ mentio in sacris litteris est rarior; pretium idem ac sicli vulgaris. Nam drachma pro denario Romano vulgo accipitur, qui hic decem assibus, unde ei nummo nomen est, æstimatur: & est sicli dimidium. Itaque *διδραχμον siclus* est.

2. Mach. iv, 19. *Misit Jason facinorosus ab Hierosolymis viros peccatores portantes didrachmas trecentas in sacrificium Herculis.* Gallicæ monetæ, *trois cent livres, ou cent écus.*

2. Mach. x, 20. *Septuaginta millibus didrachmis acceptis, dimiserunt quosdam effugere.* Gallicæ monetæ sunt, *soixante & dix mille francs.*

De didrachmo Herodi Tetrarchæ persoluto a Galilæis, Matth. xvii, 23. alibi egimus.

Ad siclos refertur etiam *STATER*, quoniam & Hebraice שקל est, ut diximus; & siclos duos pretio æquat & ponderis. Itaque peritiæ fuit singularis in Vulgato Interprete, dijudicare ubi שקל *siclus* vulgaris, ubi *stater* esset.

1. Reg. ix, 8. Puer Saulis dixit ei: *Ecce inventa est in manu mea quarta pars stateris argenti: demus homini Dei, ut indicet nobis viam nostram.* Gallice: *Voila une piece de dix sols, que j'ay trouvée sur moi.*

iv. Reg. vii, 1. *Modius similæ uno statere erit, & duo modii hordei statere uno.* Gallicæ monetæ: *A quarante sols le boisseau.*

De loco Jeremiæ xxxii, 9. proxime diximus.

Ezech. iv, 10. *Cibus autem tuus, quo vescêris, erit in pondere viginti stateres in die.* Gallice dixeris: *Ce que vous mangerez par jour, pesera vingt pieces de quarante sols.*

Denique Matth. xvii, 26. *Invenies staterem: illum sumens, da eis pro me, & te.* Cum Christus pro se & pro Petro solvi staterem jubeat; *διδραχμον* autem vel pro uno solvendum esset, staterem ipse geminum esse *διδραχμον* docet.

Superest DENARIUS, quod dimidium sicli est, ut ex antedictis liquet. In novo Testamento dumtaxat vox ea occurrit; ubi æstimari debet assibus æreis nostratibus decem: unde factum est ei nomen. Hoc fuit numisma census, de quo in Commentariis nostris in Matthæum egimus.

§. 3.

DE MONETA HEBRÆORUM.

§. 3.

De Aureo, & Solido.

AUREUS in sacris libris moneta ex auro fuit, minuta: quæ nummum assium sexaginta Francicorum non excederet: *un écu, ou trois livres.* Argumento est locus iste e IV. Reg. V. 5. ubi Naaman Syrus dicitur *tulisse secum decem talenta argenti, & sex millia aureos.* Ubi necesse est priorem summam esse potiorem: alioqui priore loco appellaretur de more moneta ex auro. Atqui decem talenta, ut inferius dicemus, sunt decem millia nummorum constantium assibus sexaginta Francicis, *dix mille écus.* Ergo *sex millia aureorum* non possunt eam excedere summam, quam Franci vocant, *six mille écus, en or.*

2. Paralip. IX, 15. *sexcenti aurei* sunt apud Gallos, *six cens écus, en or.* Et versu sequente *trecenti aurei*, sunt *trois cens écus, en monnoie d'or.* Nec alibi mentio aureorum est.

SOLIDUS similiter ex auro fuit, sed duplo majore pretio, quam aureus: nempe duodecim denariorum: ut fere apud Francos olim, *le sol d'or, l'écu d'or.* Itaque *solidus*, monetæ Francicæ nummis duobus æstimatur, qui constant singuli assibus sexaginta Francicis: *deux écus, ou six francs.*

1. Paralip. XXIX, 7. *Dederuntque in opera domus Dei auri talenta quinque millia, & solidos decem millia.* Gallicæ monetæ supputatione: *de l'or en masse pour cinquante mille écus: & dix mille écus d'or, qui font vingt mille écus.*

1. Esdr. 2, 69. *Secundum vires suas dederunt impensas operis, auri solidos sexaginta millia, & mille.* Gallicæ monetæ, *cent vingt & six mille livres en écus d'or.*

1. Esdr. VIII, 27. *Crateres aureos viginti, qui habebant solidos millenos.* Gallice dixeris, *vingt tasses d'or qui valoient chacune deux mille écus.*

§. 4.

De Talento.

At est quæstio difficilior de Talento. Talenti nomen Latinus Interpres, (quem virum incredibilis peritiæ fuisse magis in dies intelligimus,) accepit eo sensu, quo optimi solerent Latinitatis auctores. Apud Plautum certe geminum talentum est; alterum hominum tenuiorum, & parvum, quod talentum simpliciter; divitum alterum, quod *magnum talentum* vocat. Est id exemplis illustrandum. A talento magno ordiamur.

In Cistellaria, act. 2. sc. III. versu 19.

Unde tibi TALENTA MAGNA viginti pater Det dotis?

In Mostellaria, act. III. sc. III. versu 10.

Si hercle nunc ferat
Sex TALENTA MAGNA argenti pro istis præsentaria,
Numquam accipiam.

Ibidem, act. III. scena I. versu 114.

TALENTIS MAGNIS totidem, quod ego & tu sumus.

In Truculento, act. IV. sc. III. versu 71.

Sex TALENTA MAGNA a dote demam pro ista inscitia.

In Aulularia; act. 2. sc. IV. versu 30.

Censen' TALENTUM MAGNUM exorari potesse
Ab istoc sene, ut det, qui fiamus liberi?

In Curculione, act. I. sc. I. versu 64.

Alias me poscit pro illa triginta minas,
Alias TALENTUM MAGNUM; neque quidquam queo.
Æqui bonique ab eo impetrare.

Triginta minæ sunt, ut inferius dicemus, Gallicæ monetæ, *quinze cent livres.* Talentum magnum vel unum duplo majus pretium, ut mox patebit. Talenti magni apud eumdem etiam alibi mentio est.

Talentum vulgare ab eodem memoratur etiam passim.

In Asinaria, act. I. sc. III. versu 41.

Si mihi dantur duo talenta argenti numerata in manum.

In manum certe talentum magnum non daretur.

In Captivis, act. 2. sc. 2. versu 24.

Eugepæ! Thalem talento non emam Milesium.
Nam ad sapientiam hujus nimius nugator fuit.

Galli dicerent: *Si Thales étoit a vendre, je n'en donnerois pas dix écus.* Quo pretio Christum Servatorem Judæi a Juda proditore emerunt: & quo fere Judaica mancipia singula distracturum se esse promittebat Antiochus, 2. Mach. VIII., II.

In Milite glorioso, act. IV. sc. 2. versu 69.

MI. *Dabitur quantum ipsus pretii poscet.* PA. *Talentum Philippum huic opus auri est.*
Minus ab nemine accipiet. MI. *Heus ecastor nimis vile est tandem.*

Talentum auri Philippeum Galli dicerent, *Dix écus en Louis d'or;* Si Ludovicei aurei essent singuli decem librarum Francicarum.

Idem in Truculento, Act. V. versu 60.

Item tibi talentum argenti: Philippicum est: tene tibi.

Pretium talenti magni ex Varrone discimus, quem Plinius allegat, libro XXXV. pag. 230. *Talentum Atticum X. VI. taxat M. Varro:* hoc est, *denariorum sex millibus:* quæ sunt monetæ Francicæ, tria millia librarum: *trois mille francs, ou mille écus.* Nam denarium hic decem assibus æreis nostratibus, ut nomen fert, definimus.

Talentum parvum non excedere libras triginta monetæ Gallicæ, *trente livres, ou dix écus*, suadent allata testimonia, si quidem attente considerentur singula, & inter se omnia conferantur.

In sacris libris talentum ubique magnum intelligitur, præterquam Davidis temporibus in Israële. Quoniam cum ipse Regum Israëlis primus e tenui fortuna ditescere cœperit, opes suas talentis hominum tenuiorum, sive minoribus, supputabat. Similiter in libro Tobiæ, quoniam is vitam in captivitate pauperem gereret, talenta parva, quæ pauperes norunt, intelligi necesse est. In Novo etiam Testamento, cum similitudines Christus plerumque repeteret ex iis rebus, quas pauperes, quibus evangelizabat, habebant positas ante oculos; talentum in parabolis nonnisi parvum & vulgare adhibet. Ex quo factum est etiam, ut æris ac ferri talentum, hoc est, talentum quo ferrum & æs emebatur, talentum semper parvum fuerit; quoniam hæ merces a plebeiis plerumque hominibus commercio distrahuntur. Singula nunc scripturæ loca exhibenda sunt, in quibus fit mentio talentorum.

Exod. XXXVIII, 24. *Omne aurum quod expensum est in opere sanctuarii, & quod oblatum est in donariis, viginti novem talentorum fuit, & septingentorum triginta siclorum, ad mensuram sanctuarii.* Galli dicerent: *Tout l'or qui fut emploié aux ouvrages du sanctuaire, & qui fut offert a Dieu en præsent, se montoit a vingt & neuf mille écus, & sept cent trente livres, selon la mesure du sanctuaire.* Additur postea, versu 35 (quod perperam acceptum a nonnullis videmus:) oblatum illud aurum fuisse ab his qui censiti fuerunt, ad arma gestanda idonei, *de* sexcentis millibus & quingentis quinquaginta Israëlitis; qui tamen non adfuere omnes, ut transirent in numerum: nam multi, ut fit, aut ægri, aut peregre profecti, aberant. Et voluntaria hæc *donaria* fuere; non fuit lege imperata ea largitio, quæ est in Exod. XXX, 13. Cetero talentum ex auro nullum fuit; sed auri talentum dicitur,

tur, aurum quod pretio talentum æquat. Nam sive argenti, sive sit auri, ejusdem pretii talentum est; sed illud in auro supputatum, istud in argento.

Ibidem, versu 27. *Centum bases factæ sunt de talentis centum, singulis talentis per bases singulas supputatis.* Gallice dixeris: *Cent bases coutérent cent mille écus: chaque base ayant été paiée mille écus.*

Versu 28. *De mille autem septingentis & septuaginta quinque, fecit capita columnarum, quas & ipsas vestivit argento.* Gallice: *On emploia encore un million sept cent soixante & quinze mille aux chapiteaux des colomnes, & a revestir ces mêmes colomnes de lames d'argent.* Nam in isto versu talenta, qualia dicta sunt in versu superiore, non siclos, subintelligi oportere, tum ipsa Vulgati Interpretis oratio admonet, tum sumptus etiam in tegendis argento columnis faciendi.

Versu 29. *Æris quoque oblata sunt talenta septuaginta duo millia, & quadringenti supra sicli.* Talentum æris, talentum vulgare ac parvum esse, recte intellexit Vulgatus Interpres Itaque Hebræum codicem bonum bene vertit: & ipsum hoc loco minus caute Critici quidam erroris insimulant. Hanc igitur summam Gallice reddas, *sept cent vingt mille écus, & quatre cent livres.* Est enim tâlentum parvum, triginta siclorum, ut diximus.

2. Reg. XII, 30. & 1. Paralip. XX, 2. *Et tulit* David *diadema regis* Ammon *de capite ejus, pondo auri talentum, habens gemmas pretiosissimas: & impositum est super caput David.* Galli dicerent: *un diadéme d'or, qui pesoit ce que pesent mille écus en or.* Non pondo talenti diadema fuit: esset enim ingestabile: sed eo pondere auri, cujus pretium esset talentum unum.

III. Reg. IX, 14. *Misit quoque Hiram ad regem Salomonem centum viginti talenta auri.* Gallice: *six vingt mille écus en or.*

Ibidem, versu 28. *Qui cum venissent in Ophir, sumptum inde aurum quadringentorum viginti talentorum, detulerunt ad regem Salomonem.* Gallice: *Quatre cent vingt mille écus, ou douze cent soixante mille livres en or.*

III. Reg. X, 10. & 2. Paralip. IX, 9. *Dedit* regina Saba *regi* Salomoni *centum viginti talenta auri:* quot rex Hiram proxime.

Versu 14. & 2. Paralip. IX, 13. *Erat autem pondus auri quod afferebatur Salomoni per singulos annos, sexcentorum sexaginta sex talentorum auri.* Gallice: *six cent soixante & six mille écus, en or.*

III. Reg. XVIII, 24. *Emit* rex Amri *montem Samariæ a Somer duobus talentis.* Galli dicunt: *deux mille écus.*

III. Reg. XX, 39. *Custodi virum istum: qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima ejus, aut talentum argenti appendes.* Galli dicerent: *ou vous paierez mille écus.*

IV. Reg. V, 5. *Naaman secum attulit decem talenta argenti.* Monetæ Gallicæ, ut diximus, *dix mille écus.*

Ibidem versu 23. Accepit Giezi a Naaman *duo talenta: ligavitque Naaman duo talenta argenti in duobus saccis, & duplicia vestimenta; & imposuit duobus pueris suis, qui portaverunt coram eo..... Nunc igitur accepisti argentum, & accepisti vestes, ut emas olıveta, & vineas, & oves, & boves, & servos, & ancillas.* Grandis ergo pecunia duo talenta fuere: nempe monetæ Gallicæ, *deux mille écus.*

IV. Reg. XV, 19. *Dabat Manahem Phul mille talenta argenti, ut esset ei in auxilium.* Gallicæ monetæ: *un million d'écus en argent.*

IV. Reg. XVIII, 14. *Indixit itaque rex Assyriorum Ezechiæ regi Juda trecenta talenta argenti, & triginta talenta auri.* Gallicæ monetæ: *Trois cent mille écus en argent, & trente mille écus en or.* Ac propterea dedit Ezechias *omne argentum quod repertum fuerat in domo Domini, & in thesauris regis.... confregit valvas Templi Domini, & laminas aureas, quas ipse affixerat, & dedit eas regi Assyriorum.*

DE MONETA HEBRÆORUM.

IV. Reg. XXIII, 33. & 2. Paralip. XXXVI, 3. *Imposuit* Pharao Nechao *mulctam terræ* Juda jam fere exhaustæ, *centum talentis argenti, & talento auri.* Hoc est, æstimatione Gallica; *cent mille ecus en argent, & mille écus en or.*

1. Paralip. XIX, 6. Ammonitæ *miserunt mille talenta argenti, ut conducerent sibi de Mesopotamia, & de Syria Maacha, & de Soba, currus & equites, Conduxeruntque triginta duo millia curruum, & regem Maacha cum populo ejus.* Mille talenta argenti sunt, ut jam diximus, *un million d'ecus en argent.*

1. Paralip. XXII, 14 *Ecce ego IN PAUPERTATE MEA præparavi impensas domus Domini, auri talenta centum millia, & argenti mille millia talentorum.* David ipse admonet, talenta se pauperum in supputatione adhibere; hoc est, vulgaria & plebeïa. Qua computatione *auri talenta centum millia,* Gallica moneta dixeris, *un million d'écus en or:* argenti vero *mille millia talentorum, dix millions d'écus en argent.*

1. Paralip. XXIX, 4. Idem David aït, *de peculio* suo dedisse se præterea in templum Dei sui, *tria millia talenta auri* hoc est, eadem Francica supputatione, *trente mille écus en or;* & *septem millia talentorum argenti;* hoc est, *soixante & dix mille écus en argent.*

Davidis deinde exemplo principes familiarum, & proceres tribuum Israël, aliique, versu 7. dedisse dicuntur *in opera domus Dei, auri talenta quinque millia:* quæ sunt monetæ Gallicæ, *cinquante mille écus en or:* deinde *argenti talenta decem millia;* hoc est, moneta Francica, *cent mille écus en argent:* Denique, *æris talenta decem & octo millia: ferri quoque centum millia talentorum: hoc est, en cuivre, la valeur de dixhuit cent mille écus: & en fer, la valeur d'un million d'écus.* Neque enim talenta aut ærea, aut ferrea, aut etiam aurea vel argentea sunt; sed pondus horum metallorum adsignatur, quod tot talentis sit emptum; quorum singula pendunt siclos argenti ter mille.

2. Paralip. III, 8. *Domum Sancti sanctorum laminis aureis texit Salomon, quasi talentis sexcentis.* Galli dicerent: *Ces lames d'or pouvoient monter a six cent mille écus.* Redeunt enim sub Salomone talenta magna.

2. Paralip. VIII, 18. *Quadringenta quinquaginta talenta auri attulerunt ad regem Salomonem* ex *Ophir.* Monetæ Gallicæ: *Quatre cent cinquante mille écus en or.*

2. Paralip. XXV, 6. & 9. Amasias rex Juda *mercede conduxit de Israël centum millia robustorum, centum talentis argenti.* Galli dicerent: *Il prit a sa solde cent mille hommes bons & robustes, pour lesquels il donna cent mille écus. Un écu pour chaque homme.*

2. Paralip. XXVII, 5. Dederunt Ammonitæ regi Joatham victori, *centum talenta argenti:* ut proxime.

1. Esdr. VII, 21, 22. dat Artaxerxes ad cultum Dei in Templo Hierosolymitano, *argenti talenta centum.* Hoc est, ut supra, *cent mille écus en argent.*

1. Esdr. VIII, 26. Vasa domus Dei cum traderet Esdras sacerdotibus, *appendit in manibus eorum argenti talenta sexcenta quinquaginta:* quæ sunt monetæ Gallicæ, *six cent cinquante mille écus en argent.* Item *auri centum talenta;* quæ sunt eadem supputatione, *cent mille écus en or.*

Verum Tobiæ I, 16, 17. *cum ex his quibus honoratus fuerat a rege, habuisset decem talenta argenti: & cum in multa turba generis sui Gabelum egentem viderat, qui erat ex tribu ejus, sub chirographo dedit illi memoratum pondus argenti.* Summa hic certe intelligenda est, qualis *egenti*, vulgo datur, & ab eo qui tenuiter

ter in captivitate victitat. Unde & illa Tobiæ egregia vox est, cap. IV, 23. *Noli timere, fili mi: PAUPEREM quidem vitam gerimus: sed multa bona habebimus, si timuerimus Deum.* Talenta igitur parva decem hic oportet intelligi; quæ efficiunt monetæ Francicæ *cent écus.* Magna enim talenta decem efficerent, *dix mille écus:* quæ certe nec data esse a paupere, nec egenti, credibile est.

At Estheris cap. III, 8, 9. *Dixit Aman regi Assuero: Est populus per omnes provincias regni tui dispersus,* nempe Judaïcus. *Si tibi placet, decerne ut pereat: & decem millia talentorum appendam arcariis gazæ tuæ.* Magna hæc talenta sunt; quæ ex bonis Judæorum, quos jussisset Aman interfici, collecturum se esse sperabat. Gallicæ monetæ, *Dix millions d'écus.*

I. Mach. XI, 28. *Postulavit Jonathas a rege, ut immunem faceret Judæam; & tres toparchias, & Samariam, & confines ejus: & promisit ei talenta trecenta.* Gallicæ monetæ: *Trois cent mille écus.*

I. Mach. XIII, 16 Tryphon a Simone postulat, ad Jonatham remittendum, quem detinebat; *argenti talenta centum;* Gallicæ monetæ, *Cent mille écus.*

I. Mach. XV, 31. Antiochus a Simone petit *quingenta talenta argenti,* & *alia talenta quingenta.* Quæ talenta mille efficiunt monetæ Francicæ, *un million d'écus en argent.* Obtulit Simon versu 35. *talenta centum,* quæ sunt monetæ nostratis, *cent mille écus.*

2. Mach. III, 11. Onias Pontifex dicit in ærario Hierosolymis *universa argenti talenta esse quadringenta, & auri ducenta:* Gallicæ monetæ: *Quatre cent mille écus en argent, & deux cent mille écus en or.*

2. Mach. IV, 7, 8, 9. *Ambiebat Jason frater Oniæ summum sacerdotium: adito rege, promittens ei argenti talenta trecenta sexaginta, & ex redditibus aliis talenta octoginta. Super hæc promittebat & alia centum quinquaginta, si potestati ejus concederetur gymnasium & ephebium sibi constituere; & eos qui in Hierosolymis erant, Antiochenos scribere.* Talenta trecenta sexaginta, monetæ Gallicæ sunt, *trois cent soixante mille écus.* Octoginta, *quatre vingt mille écus.* Centum quinquaginta, *cent cinquante mille écus.*

Ibidem versu 24: *talenta argenti trecenta* sunt Gallicæ pecuniæ, *trois cent mille écus.*

2. Mach. V, 21. *Antiochus* rex *mille & octingenta* abstulisse dicitur *de templo talenta.* Gallicæ monetæ sunt ea, *dix-huit cent mille écus.*

2. Mach. VIII, 10. Rex Antiochus Nobilis tributum pendebat Romanis, *duo millia talentorum.* Gallice, *deux millions d'écus.* Idem *promittebat se nonaginta mancipia* Judaica *talento distracturum,* versu 11. Galli dicerent: *Il promettoit de donner quatre vingt dix esclaves pour mille écus.* Erat istud talento parvo singula vendere, additis ad illud assibus Gallicis septem cum dimidio. Quo pretio aïebat ille apud Plautum, ut diximus:

Thalem talento non emam Milesium.

In Novo autem Testamento parva sunt talenta, ut præmonuimus, intelligenda in parabolis Christi Servatoris.

Matth. XVIII, 24. Qui debebat decem millia talenta: Gallicæ monetæ, *cent mille écus.* Mox *servus ille invenit unum de conservis suis, qui debebat ei centum denarios;* monetæ nostratis, *cinquante francs.*

Matth. XXV, 15. *Uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum.* Galli dicerent: *Il donna a l'un cinquante écus, a l'autre vingt, a l'autre dix.*

Talenti nomen in sacris libris non solum monetæ, sed ponderis etiam nomen est: de quo Varro apud Plinium, libro XXXIII. pag. 34. *Talentum Ægyptium pondo LXXX. patere Varro tradit.* Et hoc ipsum fere fuit pondus talenti argentei, *le poids de mille écus en argent.*

Exod. XXV, 39. *Omne pondus candelabri cum universis vasis suis habebit talentum auri purissimi.* Galli dicerent: *Tout le chandelier pesera quatre vingt livres d'un or tres-pur.* Quod iterum totidem verbis repetitur, Exod. XXXVII, 24.

Zach. V, 7. *Talentum plumbi:* quod nostrates dicerent, *Quatre vingt livres de plomb.*

Denique eo verbo, Apoc. XVI, 21. *Et grando magna sicut talentum;* horribilis quædam calamitas designatur.

§. 5.

De Mna.

Superest de MNA seu MINA dicendum: cujus quidem pretium taxat Plinius, in fine libri XXI. *Mna,* inquit, *quam nostri minam vocant, pendit drachmas Atticas centum.* Et paulo ante: *Drachma Attica denarii argentei habet pondus.* Itaque Mna monetæ Francicæ efficit libras, ut vocant, quinquaginta: *Cinquante francs.*

Minam esse majoris pretii, quam parvum talentum, Plautus docet in Mostellaria, act. IV, sc. 2. versu 57.

> TH. *Quanti? Triginta talentis?* PH. *Μὰ τὸν Ἀπόλλω, sed minis.*
> TH. *Ain' minis triginta amicam destinatum Philolachem?*
> PH. *Aio.*

Nequaquam, inquit, per Apollinem, triginta talentis emptam dico, sed ipsis triginta minis: quæ major summa, quam triginta talentorum est.

Idem in Truculento, act. 2. sc. VII. versu 10. erudite quidem, sed tamen oblique docet, quantum sit minæ pretium. Ibi Geta servus loquitur:

> *Nam jam de hoc obsonio, de mina una deminui*
> *Modo quinque nummos: mihi detraxi partem Herculaneam.*

Nummi apud Plautum semper denarii sunt: unde vox ea, *denarius,* nusquam in scriptis ejus apparet; nisi semel *denaria,* Rud. act. V. sc. 2. versu 27. ubi alii tamen aliter legunt. Quinque nummi, hoc est, asses quinquaginta, pars est Herculanea librarum quinquaginta; hoc est assis unus in singulas libras: *le vingtiéme denier.*

Nunc in sacris libris quoties mina seu mna occurrat, ut in ceteris fecimus, inspiciamus.

III. Reg. X, 17. *Trecentæ minæ auri unam peltam vestiebant.* Gallicæ monetæ: *Quinze mille francs en or.*

I. Esdr. 2, 69. *Argenti minas quinque millia:* Gallicæ monetæ, *Deux cent cinquante mille francs en argent.*

2. Esdr. VII, 72. *Quod dedit reliquus populus, argenti mnas duo millia:* Monetæ nostratis, *Cent mille francs.*

I. Mach. XIV, 24. & XV, 18. *Misit Simon Numenium Romam, habentem clypeum aureum magnum, pondo mnarum mille, ad statuendam cum eis societatem.* Mnæ mille, monetæ nostratis sunt *cinquante mille francs.*

Denique Lucæ XIX, 13. *decem mnæ,* sunt quingentæ libræ Gallicæ, ut vocant: *cinq cent francs.* *Mna* vero reposita in sudario, *cinquante francs.*

Restat locus apud Ezechielem prophetam, qui visus est hactenus perdifficilis, cap. XLV, 10, 11, 12. *Statera justa, & ephi justum, & batus justus erit vobis. Ephi & batus æqualia: & unius mensuræ erunt: ut capiat decimam partem cori batus, & decimam partem cori ephi: juxta mensuram cori erit æqua libratio eorum. Siclus autem viginti obolos habet. Porro viginti sicli,* &c.

DE MONETA HEBRÆORUM. *& viginti quinque sicli & quindecim sicli, mnam faciunt.*

Hic Rabbini, aliique, existimant, mnam ab Ezechiele definiri siclis sexaginta. At istud quidem si vellet ibi propheta statuere, quemadmodum siclum obolis constare decem semel dixit, non tribus, & quinque, & duobus; sic minam statim diceret constare siclis sexaginta; non viginti, & viginti quinque, & quindecim. Quorsum enim si ea mens ac sententia ei esset, sexaginta in tres partes divelleret; expedire feliciter nemo potest. Nam quod nobis ipsis alias fortassis excidit, alios præeuntes secutis, tria monetæ genera hic a Propheta designari, quæ collecta mnam facerent, vanum est. Nulla siquidem moneta argentea quindecim siclorum aut major siclo & statere apud Hebræos fuit: aurea supra solidum, nulla. Alio Propheta spectavit. Stateræ & mensurarum in mercibus distrahendis modum esse justum primo jubet. Deinde mensurarum triplicem commemorat: ephi frumenti, ephi hordei, & bati olei. Triplicem hanc mensuram, decimam partem esse cori statuit. Ut corus autem, inquit, pro regionum diversitate diversus est; ita *juxta mensuram cori* erit decimæ partis, hoc est, ephi batique æstimatio. Ad stateram postea progressus, *Siclus autem*, inquit, ubique viginti obolos habet, juxta mensuram sanctuarii. Mna ergo, sive libra pondo, (neque enim monetæ, sed ponderis istud hic nomen est:) mna, inquam, sive libra qua merces ponderantur, pro diversitate regionum triplex esto; sed quæ lege est & usu recepta, semper eadem & constans in sua quæque regione: alia viginti siclos, in Judæa nimirum, appendat: alia quinque & viginti, in Samaria: in Galilæa denique, alia quindecim. In pondere & numero siclorum statuto ac recepto nulla fraus esto. Sic etiam apud Gallos, in Languedocio & Provincia & Avenione, libra tredecim unciarum est: Parisiis, sedecim: apud Medicos semper uncias duodecim pendit. Hæc genuina videtur istius loci esse sententia: in cujus quidem loci interpretatione nostra demum feliciter de Moneta Hebræorum disceptatio desinit.

Æra Græcorum annus 172. V.C. 613.
Ante Christum 141.

Fuit hoc anno Æquinoctium medium, die 25. Martii, hora 9. 43'. 4". post meridiem.

Anno centesimo septuagesimo secundo. Demetrius rex movet in Mediam contra Tryphonem. Ab Arsacis duce captus, conjicitur in custodiam 1. Mach. XIV, 1.

Simon Sacerdos magnus accipit epistolas renovati fœderis cum Spartiatis & Romanis. 1. Mach. XIV, 20. *Octava decima die mensis Elul* (die XXIV. Augusti, feria tertia, anno Juliano bissextili, Litt. Dom. DC.) *anno centesimo septuagesimo secundo, anno tertio sub Simone sacerdote magno.* 1. Mach. XIV, 27. *Et rex Demetrius statuit illi* (Simoni) *summum sacerdotium.* 1. Mach. XIV, 38.

In Cimelio D. FOUCAULT, nummus argenteus magnæ molis; caput exhibet diadematum, vultu juvenili: ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΤΥΡΟΥ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥ. *Tyri sacræ & inviolatæ civitatis.* ΒΟΡ. anno CLXXII. qui mense Septembri incipit.

Æra Græcorum annus 173. *Olymp.* 163.

XIV. ANTIOCHUS EVERGETES, rex Syriæ.

Demetrio in custodia detento ab Arsace, *Antiochus filius Demetrii* (Soteris) *misit epistolas ab insulis maris Simoni sacerdoti & Principi gentis Judæorum, & universæ genti: & erant continentes hunc modum: Rex Antiochus Simoni sacerdoti magno, & genti Judæorum, salutem....... Permitto tibi facere percussuram proprii numismatis in regione tua: Jerusalem autem sanctam esse & liberam:* hoc est, ἱερὰν καὶ αὐτονόμον. 1. Mach. XV, 1. *Percussuram proprii numismatis* Grotius interpretatur, *tua imagine.* Quasi vero Antiochus nesciret Judæis haud licuisse ullam in nummis imaginem sculpere. Est in Thesauro Regio nummus hujusce Demetrii, cum nota anni CLXXIII. litteris Græcis, ΓΟΡ. MACHABÆI.

Æra Græcorum annus 174. V.C. 615.

Dum detineretur ab Arsace Demetrius, nihilominus apud Sidonios moneta ejus vultu ac nomine cudebatur: quoniam ii Antiochi se se potestati nondum dedissent. Est in Thesauro Regio, ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΔΟΡ. ΣΙΔΩ. Annus CLXXIV. nummus *Sidoniorum.*

Arsacidarum initia Babylone, statim post Alexandri Magni excessum collocanda nobis videntur. Babylone enim potitos aliquando fuisse Macedonas, nec nummi docent, nec Plinius. Neque enim Antiochus Epiphanes Babylonem, sed (ut perquam erudite more suo vertit Vulgatus interpres) *in Babyloniam reversus, peregre in montibus obiit:* 1. Mach. VI, 4. & 2. Mach. IX, 28. Seleucus ipse Nicator, qui primus in Asia regnavit post Alexandrum, Seleuciam Babyloniam intra XC. lapidem a Babylone eo consilio condidit, ut Babylonem hujus vicinitate exhauriret; teste Plinio, libro VI. pag. 713. uti Ctesiphontem postea tertio a Seleucia lapide Parthi eodem fine condidere, quæ fuit *regnorum caput.* Ne ipsi quidem igitur Alexandro Babylonem paruisse, satis idoneo probari documento potest. Postea tamen pace cum Græcis inita, in nummis Ctesiphonte Græce percussis, (quæ ipsa urbs est Græci nominis) Parthici reges se Φιλέλληνας, amicos & socios Græcorum nuncuparunt: dum nummi interim Babylone, vel ultra, cuderentur, inscripti Parthicis characteribus; quales duos vidimus e Thesauro Regio, magni moduli æreos, duorum Principum; est enim altera alterius nummi epigraphe.

In Thesauro Regio, & in museo nostro, nummus ex ære mediocri, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΔΟΡ. *Regis Antiochi Benefici,* anno CLXXIV. In Museo nostro alter argenteus, absque anni nota, simili epigraphe. Apud Vaillant. pag. 304. ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΙΕΡ. ΑΣ. ΤΥΡ. *Sacræ & inviolatæ urbis Tyriorum:* ἱερᾶς καὶ ἀσύλου.

Hoc ipso anno *venit Numenius, & qui cum eo fuerant, ab urbe Roma habentes epistolas regibus & regionibus scriptas, in quibus continebantur hæc: LUCIUS Consul Romanorum, Ptolemæo regi salutem,* &c. 1. Mach. XV, 15. De nomine Lucii, & de officio Consulis, plus scriptori sacro credendum esse, quam profanis & fabulatoribus, ea suadere debent, quæ similiter istis adversantibus, scriptura rectissime (ut vidimus) de Alexandro Magno prodidit. E duobus Consulibus, alter Reipublicæ sive Imperii ac Provinciarum Consul fuit: ut diximus in Numismatibus sæculi Constantiniani. 1. Mach. VIII, 16. de Romanis: *Et committunt UNI homini magistratum suum per singulos annos dominari universæ terræ suæ, & omnes obediunt uni.*

175. *Æra Græcorum annus* 175. V.C. 616.

In Thesauro Regio, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ. ΕΟΡ. Annus CLXXV.

In Cimelio D. FOUCAULT, nummus argenteus, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΝΙΚΟΜΗΔΟΥ. Vox Epiphanis, seu Nobilis, Nicomedem ostendit primi Bithyniæ regum esse abnepotem, ut postea dicemus. Adjectæ litteræ, ΕΟΡ. annum CLXXV. Græcorum denotant: quam æram in Bithynia quoque receptam fuisse hic nummus, & alii docent.

Plinius, libro 2. sect. 89. *Olympiadis CLXIII. anno tertio insula enata in Tusco sinu.* Ita MSS. omnes.

In

MACHABÆI.

176 In gaza Regia, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ. ϚΟΡ. Anno CLXXVI.

177 *Olymp.* 164. Ibidem: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ. ΞΟΡ. Anno CLXXVII.

178 *Annus Sabbaticus. Ante Christum*, 135.

Anno centesimo septuagesimo septimo, mense undecimo, hic est mensis Sabath, (cujus Neomenia fuit, VI. Januarii, feria IV. littera Dom. C.) *Simon Pontifex* a Ptolemæo genero occisus est. 1. Mach. XVI, 16. *Factus est* JOANNES ejus filius *Princeps sacerdotum post patrem suum.* XVI, 24. Atque hic desinit liber primus Machabæorum: quem perinde atque alterum, & Baruch, & capita quædam Danielis atque Estheris, & libros Tobiæ, Judith, Sapientiæ, & Ecclesiastici, ne in Canonem librorum sacrorum Judæi retulerint; fecit livor, superbumque Hebræorum ex Urbe sancta adversus Græcos supercilium: quod nollent illi nimirum libros eo honore affici, qui non essent statim Hebræa, hoc est, sua lingua conscripti. Verum cum essent hi libri a viris sanctitatis eximiæ, quos & θεοπνεύστοις Galilæi Græcique ipsi Hierosolymitani crederent, partim Græce exarati, partim e Chaldæo Syriacove sermone, ut liber primus Machabæorum e Hebræo, translati in Græcum; qui sermo fuit Galilæis (ut Syriacus) familiaris a temporibus regum Græcorum, quibus parebant: idcirco pro Canonicis libris statim ab illis habiti sunt; hoc est, a potiore tunc temporis, numerosiore utique ac saniore Synagogæ parte, quippe quæ Christo Domino tota fere statim adhæsit, dum a Judæis solis indigne haberetur: & hos ab illa libros, ipsosque (opinor) Hebræos codices emendatiores, quos Vulgatus interpres secutus est, accepit Ecclesia, postquam Christus Dominus, Galilæus & ipse, & Apostoli pariter Galilæi, auctoritatis suæ iisdem pondus addiderunt.

In Thesauro Regio, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ. ΗΟΡ. Annus CLXXVIII. Et ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ. ΤΥΡ. ΙΕΡ. ΑΣ. ΗΟΡ. ut supra. Annus Græcorum in nummis insculptus, semper a Septembri incipit.

ÆRA GRÆCORUM.

179 *Annus Urbis condita* 620. *Ante Christum*, 134.

In gaza Regia, ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΣΙΔΩΝΙΩΝ. ΘΟΡ. Anno CLXXIX.

180

181 *Olymp.* 165.

In Cimelio D. Abb. DE-CAMPS, nummus argenteus: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ. ΑΠΡ. Annus CLXXXI.

Plinius, lib. XXXIII. sect. LIII. *Asia donata, Attalo rege mortuo, Urbis anno* DCXXII. *mediis LVII. annis post triumphum L. Scipionis.*

182 In Thesauro Regio: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ. ΒΠΡ. Anno CLXXXII.

183 XV. DEMETRIUS NICATOR, Syriæ rex.

184 In Cimelio D. FOUCAULT, nummus maximæ molis argenteus, in quo caput senile, barbatum, ac diadematum. .)(. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΘΕΟΥ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ. *Regis Demetrii Dei Victoris.* ΔΠΡ. Annus CLXXXIV.

Si Demetrius Demetrii Soteris filius hic foret, e Medica Persicave custodia post annos duodecim redux, ut ponunt scriptores rerum Græcarum ac Romanarum; vix ille nunc ætatis annum ageret XLV. At istum Demetrium Nicatorem fere septuagenarium nummi omnes argentei æreique exhibent: & sunt omnes elegantissimæ fabricæ. Hic igitur Antiochi Magni filius est: eique geminum Θεοῦ & Νικάτορος cognomen fuit, quemadmodum fratribus ejus, Antiocho Θεοῦ, Seleuco Νικάτορος hæsit appellatio; hæc a reportatis de hoste victoriis: illa a claris natalibus. Nam Θεὸς in Asiæ & Ægypti regibus appellabatur, qui esset patre, avo, proavo, abavoque, regibus prognatus.

Ab hoc Demetrio Nicatore inditum est Demetrio ipsi Soteri nomen, Seleuci Nicatoris filio: nam ab aliquo certe e cognatione: ergo a patris sui fratre, ut fit; hoc est, a Demetrio illo Nicatore, fratre Seleuci Nicatoris.

Obses Romæ pro patre mansisse videtur Demetrius Θεὸς Nicator, cum frater ejus natu maximus Antiochus Θεὸς Epiphanes missus inde in Syriam est: nec videtur ante hoc tempus a Senatu liber dimissus: Romanis nunc hunc, nunc illum in Syriam submittentibus, qui res novas ibi moliretur, pro eo ac illis qui tum regnarent, minus faverent. Nobis certe & ætatem Demetrii, & titulos tum ipsius, tum liberorum, & ipsum Demetrii nomen, quod ab eo Soter accepit, aliaque indicia, diligenter contemplantibus, nihil certius plane videtur, quam fuisse ipsum Antiochi Magni filium, Antiochi & Seleuci fratrem, historicis licet refragantibus; quos scilicet multis argumentis nummi redarguunt. Neque enim (ut vulgus existimat) arbitraria hæc sunt aut temere accepta regum cognomina; sed hereditaria, quæ regum originem, stirpemque ac seriem, certissime indicent.

Jam quod obses Romæ pro patre mansit, idcirco data ei fuisse videntur nomina hæc postrema duo, quæ leguntur in nummo æreo, cujus formam habemus in plumbo expressam: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΘΕΟΥ ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ ΣΩΤΗΡΟΣ. Caput est Demetrii in altera parte, senile, barba crispa.

XVI. ALEXANDER Syriæ rex.

In museo nostro nummus ex ære mediocri, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. ΔΠΡ. annus CLXXIV. Regnat in parte Syriæ, vix annis duobus: incertæ originis. Ejusdem esse Alexandri nummus videtur, quem Tristanus affert tomo 1 pag. 60. tametsi hunc alteri nescio cui ipse adscribit.

ÆRA GRÆCORUM.

185 *Olymp.* 166. *Annus Sabbaticus.*

In Cimelio Regio, ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΕΠΡ. Anno CLXXXV. .)(. Caput senile diadematum. In Museo nostro argenteus majoris moduli, sed absque anni nota: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΘΕΟΥ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ, barba promissa, vultu septuagenario.

Apud Vaillant. pag. 320. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. ΕΠΡ.

186 XVII. DEMETRIUS EVERGETES: XXII. ANTIOCHUS PHILOPATOR: Syriæ reges.

Ab hoc anno in partes quinque distracta Syria, regesque totidem fuisse videtur: quorum tres fuere Demetrii Nicatoris filii; duo, Antiochi Evergetæ; Antiochus Philopator Epiphanes, & Demetrius Evergetes. Hi duo fœdus iniisse videntur cum Parthorum regibus; qui his temporibus simul duo fuere, cum filio parens: alter octogenarius, quinquagenario major alter, ut nummi quidem repræsentant. Prioris Arsacæ est e Cimelio D. FOUCAULT nummus argenteus: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΕΓΑΛΟΥ ΑΡΣΑΚΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ: & ille e Cimelio Mediceo apud Spanhemium, pag. 426. est enim idem oris habitus, cultusque capitis: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΑΡΣΑΚΟΥ ΔΙΚΑΙΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤ. ΚΑΙ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ. Alterius, isti duo e Thesauro argenteo magnæ molis: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΑΡΣΑΚΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΔΙΚΑΙΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ: itemque alius e Cimelio D. FOUCAULT, ex argento minoris moduli: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΑΡΣΑΚ. ΔΙΚΑΙΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ. Arsacæ hujus nummus est ex argento eximius in Thesauro Regio, hac epigraphe: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΑΡΣΑΚΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΔΙΚΑΙΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ. *Regis Regum Arsacæ, Benefici, Justi, Nobilissimi, Amici Græcorum.* Titulus Ἐπιφανὲς docet ipsum ex quatuor ortum fuisse regibus, patre, avo, proavo, abavoque.

ÆRA GRÆCORUM.

que. Vox ΓΟΡΠΙΑΙΩ, quæ in ima nummi parte adjicitur, in qua mensem Græcorum lepido sane errore videre se viri eruditi putarunt, dividenda in duas est; ut sit ΓΟΡΠΙΑ ΙΩ, *Ceres frugifera.* Nam Io sive Ceres in eo nummo pingitur, qualis omnino in nummis Gazensium, in quibus ΕΙΩ scribitur. Quid si autem, ut jam factum nomen Græci mensis deprehendisse se in hoc nummo arbitrati sunt viri eruditi, sed decepti; sic ad illud faciendum prior aliquis inductus est ab hoc numismate prave intellecto? Sed de hac re inquirendum erit peculiari disceptatione de Mensibus Græcorum. Longe post hunc utrumque Vologesus, (sic enim Latini teste Plinio, libro VI. pag. 713. hoc nomen efferunt) sic nummos insculpsit: ΒΑCΙΛΕΩC ΒΑCΙΛΕΩΝ ΒΟΛΑΓΑCΟΥ ΔΙΚΑΙΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥC ΦΙΛΕΛΛΗΝΟC: apud Patinum in Sueton. pag. 202. Nulla in his nummis æra Græcorum, aliave, est excepto Volugusæ nummo.

At sunt in illis tituli duo insignes, qui ad libros quoque sacros illustrandos pertinent. Prior est, *Βασιλέως Αὐτοκράτορος*: cui affinis illa Antiochi Epiphanis superscriptio, ad Judæos scribentis: *Antiochus rex & Princeps*, 2. Machab. x, 19. ubi in Græco *στρατηγὸς* est. Quoniam videlicet liberæ civitates in utroque imperio multæ fuere, quarum copiis præesset ille cum potestate, qui rex esset: Post Antiochum enim, ut tituli crescunt dignitatum, non jam Tryphon, aut Arsaces, *στρατηγὸς*, sed dici uterque voluit *Αὐτοκράτωρ*: quem titulum Græci denique ei dedere, qui summam haberet in exercitibus ac provinciis vel civitatibus potestatem.

Alter titulus est *Βασιλέως Βασιλέων*, *Regis Regum.* Hic regum illorum, qui Babylonem obtinerent, proprius ac peculiaris fuit, jam a primis olim temporibus; ex quo nempe reges Babylonis in libris sacris appellantur. Nam Ezechia rege Juda, Baladan utrumque, & maritum Semiramidis nimirum, & filium, Regem regum fuisse nomen ipsum demonstrat: cum sit Baladan, ut ibi diximus, Dominus Dominorum. Est deinde apud Ezech. XXVI, 7. *Nabuchodonosor rex Babylonis rex regum.* Libro 1. Esdræ, VII, 12. *Artaxerxes rex regum*, qui *rex Babylonis*, VII, 16. & 2, XIII, 6. At Assuerus Estheris, quoniam non fuit rex Babylonis, non se regem regum inscribit: sed est tantum, *Rex maximus Artaxerxes*, Esth. XIII, 1. vel *Rex magnus Artaxerxes*, Esth. XVI, 1. Nec quisquam Syriæ vel Ægypti regum, aliusve, hunc titulum usurpavit. Ne Darius ipse quidem, qui Babylonem expugnavit, regem se regum appellat in edictis suis; 1. Esdr. VI, 3, 12. quoniam videlicet nihilo magis hunc ad se titulum pertinere, quam Babylonem ipsam intelligeret. Hanc enim ille non alio fine cepit, ac sexennio tenuit, uti suo loco monuimus, quam ut illam cum Perside, avita sua patria, permutaret, quam Artaxerxes obtinebat: quod revera postea effecit. Quamobrem cum in sacris litteris Darius iste sedecies appelletur, ne semel quidem aut rex regum dicitur, aut rex Babylonis: Artaxerxes autem utroque nomine appellatur.

Vaillantius, pag. 319. ex schedis Rodolphi Imp. & pag. 322. e Museo suo, profert nummos duos Demetrii ex argento, simillimos inter se; sed vultu juvenili admodum, nec annos admodum vicenos superante. Non sunt igitur illi ejusdem Demetrii, qui duobus annis proxime præteritis Syriæ partem occupavit: quantumvis ex scriptoribus rerum Græcarum eumdem hactenus regem perseverasse eruditi colligant. Epigraphe est: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. ΤΥΡ. ΙΕ. ΑΣΥ. *Tyri sacræ & inviolatæ.* ϚΠΡ. Anno CLXXXVI. Ejusdem est nummus apud Spanhemium, pag. 378. & in Thesauro Brandeburgico, tom. 2. pag. 28. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΦΙΛΟΜΗΤΟΡΟΣ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ. Filius Antiochi Evergetæ; unde & ipse Evergetes: frater Antiochi Philopatoris, ipse Philometor.

XVIII. CLEOPATRA & ANTIOCHUS.

187 E gaza Regia nummus argenteus: ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣ. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ. Cleopatra mater, filius Antiochus est. ΞΠΡ. Anno CLXXXVII. De hac Cleopatra, Demetrii II. conjuge, mentio est, 1. Mach. x, 57. & XI, 12.

188 In Thesauro Regio, eadem epigraphe: cum solo Antiochi vultu. ΗΠΡ. Anno CLXXXVIII. Apud D. FOUCAULT, nummus ex ære mediocri, ΗΠΡ. ΣΙΔΩΝΟΣ ΘΕΑΣ. *Sidonis prænobilis & antiquæ.*

Judæi habitantes Hierosolymis, Judæis in Ægypto commorantibus, mortem narrant Antiochi Evergetæ, quæ in Perside contigerat, *anno centesimo octogesimo octavo*: ducto anni initio a mense Tisri, sive autumno, ut huic scriptori mos est, 2. Mach. 1, 10. Ut in libera jam Republica, desiere tunc Hierosolymitani scribere, anno tertio, exempli gratia, sub Simone vel alio Sacerdote magno, ut anno Græcorum 172. fecisse eos superius vidimus.

189 *Olymp. 157. C. V. 610.*

Primus (ut videtur) Mithridatis Ponti regis annus; quem annis LVI regnasse Plinius narrat, libro XXV. sect. 2.

In Thesauro Regio, ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΠΤΟΛΕΜΑΙΔΙ. ΘΠΡ. Anno CLXXXIX. Vide quæ diximus anno 137. æræ Græcorum.

190 In eodem Thesauro: ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣ ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ. Noctua insidet urceo. Bacchi insignia, & tractus vini feracis. ϘΡ. Anno CXC. .)(. Caput Antiochi radiatum: quod in his regibus minus frequens est.

191 Ibidem: ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣ ΘΕΑΣ ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ. Victoria gradiens cum corona & palma, absque anni nota. Alius apud Vaillant pag. 338. plane similis nummo superioris anni. Litteræ ΑϘΡ. Anno CXCI. Cleopatra Θεὰ fuit, quoniam illa patre, avo, proavo, abavo, atavoque regibus edita.

192 *Annus Sabbaticus.*

XIX, DEMETRIUS. XX, ANTIOCHUS. XXI, PHILIPPUS, Demetrii Nicatoris filii, Syriam inter se partiuntur. Demetrii nummus est apud Spanhemium, pag. 378. inscriptus, ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΘΕΟΥ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ: ob amicitiam erga fratres, cum quibus regnum partitus est. Θεὸς ob patrem, vel avum, vel utrumque inter divos post mortem relatum. Notabile autem est, majorem natu inter liberos esse patri semper vel avo cognominem: Antiochum Θεὸν Epiphanem Antiocho Magno patri: Demetrium Θεὸν Φιλάδελφον patri Demetrio Θεῷ Nicatori.

In Thesauro Regio, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ. ΒϘΡ. Anno CXCII. .)(. Caput radiatum.

Quemadmodum Antiochus Magnus, qui *quintus Regum* fuit, ut Plinius loquitur, dedit liberis suis, ut essent Ἐπιφανεῖς, hoc est, Illustres, seu Nobiles, uti optime vertit Vulgatus interpres; vel Θεοὶ, Divi: quoniam illi quartum ante se, eumdemque abavum, in sua familia regem numerarent; & sic Demetrius Nicator dedit maximo natu e liberis suis, ut esset Θεός; ceteris autem, ut Ἐπιφανεῖς cognominarentur, novo significatu; quoniam quintum ante se in sua familia, nempe Seleucum Nicatorem, atavum regem haberent; quæ præcipua quædam nobilitas est. Vide stemma regum Syriæ superius positum, pag. 200. Intelliges successionem generis vel ex ipsis cognominibus, quæ nummi repræsentant, certo deprehendi.

In Museo nostro, nummus argenteus: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ Δ. anno *quarto. Regis Mithridatæ magnis orti natalibus.* Plinius, libro VI. sect. 2. *Amiso junctum fuit oppidum Eupatoria, a Mithridate conditum.* Εὐπάτωρ est,

ÆRA GRÆCORUM.

est, qui ante se quintum numerat in sua familia, eumdemque atavum regem. Vide stemma regum Syriæ, pag. 200. Ex quo sextum fuisse Ponti regem a Pharnace Mithridaten intelligimus.

193 *Olymp.* 168. V.C. 634. *Ante Christum*, 120.

In Thesauro Regio, nummus Antiochi, qualis superiore anno; cum litteris ΓqP. *Anno* CXCIII.

194 Ibidem: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ. ΔqP. Anno CXCIV. Hujus Antiochi Epiphanis, cujus & alii sunt nummi inscripti: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ, frater & regni collega Philippus, nummum habet argenteum in Cimelio D. FOUCAULT, similiter inscriptum: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ.

195 In eadem gaza, ejusdem Antiochi nummus, EqP. Annus CXCV.

196

197 *Olymp.* 169. V.C. 638.

In gaza Regia, nummus Antiochi, qualis anno 194. argenteus. In imo margine, ΞqP. Anno CXCVII. In latere dextro, IE, & his litteris subjecta littera A. Hoc est, ut conjicimus, anno XV. æræ Demetrii Θεῦ Nicatoris, qui pater Antiochi hujus fuit eodemque primo, quo regnat solus, defunctis fratribus, quorum hereditatem adierit. regni Antiochi: eodemque primo, quo regnat solus, defuncta Cleopatra. In nummis Syriæ, litteram A, aliamve unicam, ad designandum urbis nomen poni qui dixerit, risum ille de se præbebit eruditis.

Ut ut est, Jovis stantis effigies in eo nummo insculpta, quæ dextra sidus Solis gestat, in capite crescentis Lunæ imaginem, Numen divinum significare videtur, per Solem & Lunam beneficum mortalibus.

198 VII. PTOLEMÆUS rex Ægypti, LATHYRUS Plinio dictus, lib. VI. sect. XXXI. hoc anno cœpisse creditur.

Est in Museo nostro, nummus Antiochi regis Asiæ, ex ære mediocri, capite laureato: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ. Quod Antiochi cognomen latuit vetustis scriptoribus. Filius hic fuit Antiochi Evergetæ. Ejusdem sunt nummi inscripti, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΕΥΣΕΒΟΥΣ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΕΥΣΕΒΟΥΣ ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ: & ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ. Dici etiam iste Epiphanes voluit, nova illius nominis significatione, regem denotante, qui septem ante se majores suos reges computet.

199 *Annus Sabbaticus.* V.C. *annus* 640.

In Thesauro Regio nummus ut proxime inscriptus, capite diademato. ΘqP. Anno CXCIX.

Nummi Regum Syriæ, qui sunt istos (ut vulgo creditur) consecuti, vulgo commemorantur, in quibus nullæ sunt annorum notæ. Verum ii pertinent ad reges superius appellatos, ut suis locis indicavimus.

200 *Æra Græcorum annus* 200.

In Thesauro Regio, nummus ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ. IB. Annus regni *duodecimus.*

201 *Olymp.* 170. *Annus* V.C. 642.

Æræ Græcorum annus 202. V.C. 643.

Sidonii hoc anno, regum Syriæ excusso jugo, cum Romanis fœdus societatis ineunt; inde origo æræ Sidoniorum, a mense Septembri. Hoc enim fere tempore defecisse credimus regnum Syriæ, haud levibus in eam opinionem adducti argumentis. Memorem enim esse volumus, quisquis hæc legerit; non quod scriptores quidam referant, quorum suspecta nobis fides est; sed quod nummi antiqui cum Plinio doceant, id nos demum habere ratum ac certum. Quorsum autem prisci illi scriptores rerum Græcarum vel Romanarum nobis veniant in suspicionem, tutum est in aliud tempus differre. Argumenta porro regni Syriæ hoc tempore collapsi, ex nummis deducta hæc tria sunt. Primum: Cum deinceps plurimi urbium Syriæ nummi occurrant, Antiochiæ Apameæ, Sidonis, Tyri: vix ullus eorum omnino vultum nomenve Principis repræsentat, ut superioribus annis passim fieri solitum est. Alterum: Nullus omnino nummus ex iis, qui subsecutis (ut volunt) regibus tribuuntur, annum habet æræ Græcorum adnotatum, ut fere semper mos fuit, præsertim secundo Græcorum in Syria sæculo. Quamobrem referri omnes jure possunt ad aliquem regum superiorum: cum sit incredibile, tanta omnes deinceps incuria extitisse, ut regni sui primordia, annosque singulos, (quod majoribus eorum tantopere curæ fuit,) in nummis suis consignare veluti ex composito neglexerint. Denique, quod fœdus & societatem cum Romanis inire hoc anno Sidonios animadvertimus: Ascalonitas, post annos octo: id quod argumento est, novissimo rege extincto, alias Syriæ civitates, asserta libertate, societatem inter se, cum Romanis alias diversis temporibus pepigisse. Exuti etiam regno novissimi Syriæ reges possunt videri a *Tigrane magno*, ut Plinius appellat, libro VI. sect. XXXII. ditionem eorum reliquam invadente; si diversus ille est ab eo Tigrane, quem Pompeius vicit, ut esse nunc quidem videtur.

ÆRA GRÆCORUM.

ANNI AB URBE ROMA CONDITA.

644 Annus idem æræ Græcorum 203. Ante Christum, 100.

645

646 *Olymp.* 171. Nummi argentei forma plumbo expressa in Museo nostro, caput diadematum exhibet.)(. ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Aquila palmam tenet. Latere dextro, ΑΣ ΙΕΡ ΑΣΥ. Hoc est, *πρώτης Συρίας, ἱερᾶς, ἀσύλου.* Latere sinistro, L ΕΣ. *Anno* CCV. Græcorum. Inter aquilæ pedes, iterum ΑΣ *Πρώτη Συρίας.* Nummus est plane singularis, quo se *primam Syriæ* civitatem Tyrus appellat, donatam jure ac titulo *sacræ & inviolatæ* civitatis.

In Thesauro Regio nummus argenteus, capite diademato: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΙΑΡΑΘΟΥ ΕΥΣΕΒΟΥΣ. *Regis* Cappadociæ *Ariarathæ Pii.* Δ. anno IV. Patris ipsius Ariarathæ mentio est, 1. Mach. XV, 22. anno Græcorum 174.

647

648 *Annus Sabbaticus.*

649

650 *Olymp.* 172.

Ascalonitæ societatem ineunt cum Romanis. Inde initium æræ Ascalonitarum in nummis, ductum ab autumno hujus anni: ut & Ramathenorum.

651 Nummus Tyri, in Thesauro Brandeburgico,

652 tom. 3. pag. 71. cum anno IΣ. CCX. Græcorum.

653 In gaza Regia: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ. ΒΙΣ. Anno CCXII. æræ Græcorum, qui annus incipit a Septembri hujus anni. In Ponto regnavit. Æram Græcorum consignat in nummis suis; ut reliqui Alexandri Magni successores: quoniam ipse pariter ditionis illius partem obtineret. Eam ob rem numerus annorum in eadem nummi area cum ipso nomine Mithridatis apponitur, ut in nummis Syriæ regum. Verum a Trajani saltem temporibus, reverentiores erga Populum Romanum Ponti Paphlagonici reges, Æræ suæ initium ab illo anno repetierunt, quo Pharnaces, qui primus regnavit in Ponto, ut diximus, amicitiam coluit Senatus Populique Romani; nempe ab anno V.C. CCCCLVI. Atque eam ob causam annorum numeri in ea consignantur nummorum area, quæ Augustorum vultum exhibet. Atque ea fortassis causa belli fuit contra Mithridaten a Romanis suscepti, quod amicitiam populi Romani, a majoribus ultro quæsitam abjiceret.

654 *Olymp.* 173. *Annus Sabbaticus. Ante Christum* 100.

655

656

657

658 *Olymp.* 174.

In

ANNI V.C.

659

660 In Cimelio D. FOVCAVLT, nummus argenteus, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ. ΘΙΣ. anno CCXIX. æræ Græcorum.

Nummus ex ære minimo, in gaza Regia, & in Medicea, caput turritum ac velatum exhibet: in parte aversa, palmam, Phœniciæ symbolum; nam & palma φοῖνιξ. M. ΤΥΡ. ΙΕΡΑΣ ΘΙΣ. *Metropoleos Tyri sacræ:* anno CCXIX. æræ Græcorum. Vel ipsa forma litteræ Σ, præter alia argumenta, vetat ad tempora Domitiani Imp. nummum referri.

661 *Annus Sabbaticus.*

Nummus e museo nostro, æris minimi: ΚΣ. anno CCXX. æræ Græcorum: ΣΙΔΩΝΟΣ ΘΕΑΣ. ut supra, anno 188. Sidonii veterem adhuc servant æram. Ibidem nummi ex ære magno forma in plumbo expressa, caput Herculis Tyrii laureatum exhibet. .)(. In corona laurea, clava Herculis: ΤΥΡ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕωΣ. ΚΣ. *Anno* CCXX. æræ Græcorum.

Nummus Mediceus: ΤΥΡΟΥ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥ. *Tyri sacræ & inviolatæ.* ΕΚ. Aquila insistit proræ navis.)(. Caput Herculis Tyrii. Ita describitur a Card. Novisio. sed affinitate litterarum Ε & Σ deceptum esse virum eruditum, legique oportere, ΣΚ. nummus proxime allatus admonet, præter alia argumenta.

662 *Olymp.* 175.

In Cimelio Electoris Brandeburgici, nummus Mithridatis regis, cum anno ΑΚΣ. CCXXI. æræ Græcorum.

663 In Thesauro Regio, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ. ΒΚΣ. Annus CCXXII. æræ Græcorum.

In eadem gaza, nummus argenteus, clavam Herculis exhibet, quæ desinit in caduceum; Martis Paciferi symbolum; sive Romani exercitus ad præsidium impositi, pacemque Provinciæ. ΕΠΙ ΓΑΙΟΥ ΠΑΠΙΡΙΟΥ ΚΑΡΒΩΝΟΣ. *Sub C. Papirio Carbone* legato Senatus Romani. .)(. Vas ansatum. ΝΙΚΑΙΕΩΝ ΒΚΣ. *Nicæensium* nummus: anno æræ Græcorum CCXXII. Bithynia, in qua Nicæa est, Romanorum clientelæ se jam tum commendavit, suscepto legato, cum præsidiario milite. Similes sunt in eadem gaza nummi, cum anno ΔΚΣ. CCXXIV. Græcorum. Item ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ, & ΒΙΘΥΝΙΕΩΝ, ejusdem anni.

664 Apud P. JOBERT, nummus ex ære mediocri, caput Jovis barbatum exhibet. .)(. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΤΗΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. *Antiochensium metropoleos liberæ.* ΓΚΣ. Anno Græcorum CCXXIII. Juppiter sedens tenet Victoriam, quæ Jovi coronam porrigit.

665

666 *Olymp.* 176.

667

668 *Annus Sabbaticus.*

669 Quem nummum miramur ab aliis referri ad Philippi Imp. tempora, cum ipsa nummi fabrica, & forma litteræ Σ ceterorumque characterum, & Jovis caput, admoneat ad hanc ætatem pertinere. Antiochensium nomine nummos ante hoc tempus signatos non vidimus: quod indicio est, ut diximus, collapsi Syriæ regni. Nam dum stetit illud, solo regum nomine, non etiam illius oppidi, necdum scilicet liberi, cudebantur Antiochiæ nummi.

In Museo P. CHAMILLART, Societatis JESV Parisiis; nummus ex ære mediocri caput turritum ac velatum exhibet, argumento liberæ civitatis. .)(. Currus. ΣΙΔΩΝΟΣ ΘΕΑΣ. ΗΚΣ. Anno Græcorum CCXXVIII.

670 *Olymp.* 177. Ante Christum; 84. Nascitur hoc anno Anna prophetissa, quæ Christum vidit, & confessa est. Luc. 2, 36.

671 In Museo nostro, nummus æris minimi, cum capite turrito, & palma: ΤΥΡ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΙΕΡΑΣ. *Metropolis sacræ.* ΛΣ. Annus æræ Græcorum CCXXX.

Plinius, libro XXXIII. sect. V. *Capitolinæ ædis incendium, post annos* CCCVII. *quam capta est Roma a Gallis.*

672

673

674 *Olymp.* 178. Ante Christum annus 80.

VIII. PTOLEMÆVS Ægypti rex.

675 In Cimelio D. FOVCAVLT, nummus ex ære mediocri, capite turrito ac velato. .)(. Palma. ΤΥΡΟΥ ΜΗΤΡΟΠ. ΙΕΡΑΣ. ΔΛΣ. Anno CCXXXIV. æræ Græcorum.

676

677 Apud P. JOBERT, e Societate nostra, & in gaza Regia, nummus ex ære mediocri, in quo capita duo invicem adposita: turritum alterum, alterum Jovis: ad societatem, opinor, Romanorum, sive Jovis Capitolini, cum Genio Sidoniorum; significandam. .)(. Triremis. L. ΕΛ. *Annus* XXXV. ex quo societas est cum Romanis inita, autumno incipit. ΣΙΔΩΝΟΣ ΘΕΑΣ. *Sidonis* prænobilis & antiquæ.

678 *Olymp.* 179.

Nummus Mediceus, in quo Jovis caput, sine epigraphe: in parte postica, elephas. ΑΠΑΜΕΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥ. ΖΛΣ. *Apameensium sacræ & inviolatæ* civitatis: anno æræ Græcorum, CCXXXVII.

679 Nummus e gaza Regia: ΗΛΣ. ΤΥΡ. ΙΕΡΑΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. Anno CCXXXVIII. æræ Græcorum, cum triremi. In parte antica, caput turritum ac velatum, symbolum metropoleos, cum palmæ ramo, quæ Græce φοῖνιξ. Cum tot nummi Tyrum Phœniciæ Metropolim hoc ævo appellent; quid Suidæ facias, aliisque, qui donatam hoc titulo civitatem eam sub Hadriano, vel serius, fabulantur?

680

681

682 *Olymp.* 180. *Annus Sabbaticus.*

Nummus e Thesauro Brandeb. tomo 2. pag. 73. Caput Herculis laureatum. .)(. Clava Herculea, cum Tyri monogrammate, ΤΥΡΟΥ: & intra coronam querceam, in ambitu, ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. Forma ipsa litteræ Σ cujus ævi sit nummus admonet. ΑΜΣ. Annus CCXLI. æræ Græcorum, autumno anni hujus iniens.

683 In Cimelio D. FOVCAVLT, nummus ex ære mediocri: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΤΙΓΡΑΝΟΥ. Genius urbis rupi excelsæ insidet, læva cornucopiæ tenet. Plinius, libro VI. pag. 664. *In excelso, Tigranocerta,* in Armenia minore. Initia tamen hujus Tigranis nobis haud sunt satis comperta. Affertur in hist. Regum Syriæ, pag. 400. nummus inscriptus, ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΤΙΓΡΑΝΟΥΣ: sed in quo vocem priorem recens adjectam fuisse nemo non affirmet, qui sit Græce peritus, nummosque veteres usurparit: siquidem est ea loco præpostero: nam Βασιλέως Βασιλέων ars dici poscit, non e diverso: præterquam quod & Τιγράνους ibi cum solœco ponitur pro Τιγράνου: & nummi Tigranis alii omnes solum habent βασιλέως Τιγράνου: nec ullo potuit ille jure dici βασιλεὺς βασιλέων: tametsi id quidam scriptores affirment.

684 Ab hoc anno Sinopenses in Ponto æram Romanam inchoarunt: Juliam deinde alteram anno V.C. DCCV. acceperunt: ac priorem rursum in nummis consignavere sub Gordiano Pio.

685

686 *Olymp.* 181.

Hoc

ANNI V.C.

Hoc anno plerique Cilices fœdus ineunt cum Romanis: præsertim Alexandria ad Issum, quæ urbs Ciliciæ est. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT, nummus Trajani: ΑΥΤ. ΚΑΙΣ. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝΟΣ ΑΡΙΣ. ΣΕΒ. ΓΕΡ. ΔΑΚ. Capite laureato. .)(. Genius urbis. ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ ΚΑΤ' ΙΣΣΟΝ. ΕΤΟΥΣ ΑΠΡ. *Imp. Cæsar Nerva Trajanus Optimus Aug. Germanicus, Dacicus: Alexandrinorum qui sunt ad Issum, anno* CLXXXI. Quo nempe Trajanus jam cognomento Optimus, necdum tamen Parthicus fuit: ac proinde anno Christi CXIII. Urbis conditæ DCCCLXVI. Trajani XVI. Itaque æra illa autumno hujus anni incipit. In eodem Ciliciæ tractu Epiphania est, memorata Plinio, libro V. sect. XXII. quæ simili de causa similem observat æram in nummis suis. Nam in Imp. M. Antonii Gordiani Pii nummo, ΑΥΤΟΚ. Μ. ΑΝΤΩ. ΓΟΡΔΙΑΝΟΣ, capite radiato: ΕΠΙΦΑΝΕΩΝ. Serapis sedet: ΕΤ. ςΤ. *Πους ςτ'. anno* CCCVI. Qui annus est V. C. 991. æræ Christianæ 238. Gordiani Pii primus, autumno ejus anni. Arethusii quoque in Syria similiter ab hoc anno æram suam inchoant, ut constat ex nummis Diadumeniani: & in Troade Ilienses: & in eadem Cilicia Pompeiopolitæ.

687
688 Nummus aureus in Cimelio Comitis de Schwarzburg: caput diadematum vultu annorum XXX .)(. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΜΕΓΑΛΟΥ ΦΑΡΝΑΚΟΥ. Sedet Apollo cum lyra, tripode apposita e regione. ΖΜΣ. Δ. Anno CCXLVII. æræ Græcorum, qui autumno anni hujus incipit; idemque Pharnacis quartus est. Arsacæ duo, quos superius appellavimus, non habent in nummis suis æram Græcorum: habent autem & Pharnaces & Vologesus. Quoniam (opinor) Arsacæ reges fuere Babylonis, quæ Græcis non paruit: isti, Parthicæ Adiabenicæ, in qua Arbela, ubi Darium Alexander debellavit. Nam in nummo Vologesi, apud Patinum in Sueton. pag. 202. additur ΑΝΥ. sive annus 451. qui primus imperii Antonini Pii post obitum Hadriani: & alterum superius monuimus consignatse in nummo suo annum 491. qui primus pariter Commodi fuit. Reges autem Parthiæ Adiabenicæ, eosdem cum Parthis regibus Babylonis titulos accepere, ob cognationem. Est igitur hic Pharnaces, ut Vologesus, rex Parthiæ Adiabenicæ; ignotus scriptoribus rerum Romanarum. Pharnacis, quem isti in Ponto ponunt post annos tres regnum suscepisse, nullum in nummis vestigium est. Qui si fuit, Rex Regum certe non fuit; cum eo titulo & majores ejus, & Mithridates ipse caruerit. Plinius unicum ejus nominis fuisse in Ponto regem, semel iterumque innuit: eum nempe, de quo diximus anno 15. æræ Græcorum; ad quem fortassis attinet nummus a Spanhemio laudatus, pag. 461. ΦΑΡΝΑΚΟΥΣ vel potius, ΦΑΡΝΑΚΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ.

689
690 *Olymp.* 182.
691 Hoc anno, Syriæ parte inferiore, quæ in Ægyptum vergit, a Pompeio coacta fœdus inire cum Romanis, multæ ibi civitates ab autumno hujus anni, illius societatis annos in nummis suis consignarunt: Antiocheni ad Hippum, Canathæi, Dorenses, Gadarenses, Gazenses, Philadelpheni, Raphiotæ: & in parte alia Syriæ, qua Ciliciam contingit Seleucienses.

Pompeii nummus: CN. MAGNUS IMP. Pompeii nomen in nummis non est: sed solum Magni cognomen. .)(. M. POBLICI. LEG. PROPR. *M. Poblicius Legatus Pro Prætore.* Pompeius IMP. fuit; sed ea voce post nomen adposita; non præfixa nomini: atque adeo non solus IMP. fuit: quod intelligi necesse esset, si diceretur IMP. CN. MAGNUS. Ergo primo tantum modo IMP. (*General d'armée*) habens sub se Legatos, (*des Lieutenans Generaux*) ut hic Poblicium. Sic & Cæsar dumtaxat eo modo IMP. fuit: & cum gereret etiam Dictaturam, habuit secum Antonium IMP. At IMP. Augustus, (*Generalissime des Armées*,) Tiberium IMP. Scarpum IMP. & prius Antonius Triumvir Ventidium, Sosium, Ahenobarbum IMPP. sub se alios in alio tractu habuit.

Plinius libro IX. sect. LXII. *Lentulus Spinther Ædilis fuit Urbis conditæ anno* DCXCI. *Cicerone Consule.* Cicero ipse postea IMP. (*General d'Armée*) ut testatur Laodicensium in Caria nummus ex ære, a Seguino vulgatus: M. TVLL. IMP. ΛΑΟ. &c. Quod & fugisse dumtaxat Catilinam, ut Ciceronis ingenium declinaret; & M. Antonium eodem Ciceronis Consulatu proscriptum narrat Plinius libro VII. sect. XXXI. quemadmodum cum scriptoribus rerum Romanarum, aliisque monumentis, conciliari possit, viderint horum defensores.

692 Hoc anno relatam esse victoriam de Judæis arbitramur, quæ a Plinio commemoratur, lib. VII. sect. XXVII. & libro XXXIII. sect. XLVII. *Pompeio res gerente circa Judæam.* Ad eam fortassis expeditionem pertinet hic nummus e museo nostro argenteus: A. PLAVTIVS AED. CVR. SC. *Aulus Plautius, Ædilis curulis. Senatus-consulto.* Caput turritum. .)(. Vir cultu eximio camelum regit; & flexo genu ramum balsami Judaïci vel oleæ porrigit. BACCHIVS IVDÆVS. Apud scriptorem Antiquitatum Judaïcarum altum de Bacchio Judæo silentium est. Dux militiæ sub summo Pontifice, eodemque Ethnarcha Judææ, fuisse videtur; qui pacem a Pompeio poscens in hoc nummo exhibetur, civium alicujus oppidi nomine.

693
694 *Olymp.* 183. Ab hoc anno incipit æra Gabenorum in Syria.

695
696 *Annus Sabbaticus.* Ab hoc anno incipit æra Mopseatarum in Cilicia.

697 Nummus Mediceus: ΤΥΡΟΥ, in monogrammate: in margine autem, ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. SΝΣ. Annus CCLVI. Caput Herculis laureatum.

698 *Olymp.* 184.
699
700
701
702 *Olymp.* 185.
703 *Annus Sabbaticus.*
704 *Ante Christum, Annus* 50.

Nummus Mediceus, qualem descripsimus anno V. C. 679. sed annus æræ Græcorum hic est, ΓΞΣ. CCLXIII. autumno iniens, ΤΥΡ. ΙΕΡΑΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ.

705 Cæsaris victorias de Oriente videmus in nummis ejus consignari: de Gallis simile aliquid non videmus. In colonias Hispaniæ ac municipia missos fuisse ab Augustis Duumviros, sive annuos, sive quinquennales, nummi docent: in Galliæ oppida, quia libera ac sui juris, ob *αὐτονομίας* prærogativam, nullos fuisse tales magistratus a Romanis missos, tum ex nummorum silentio liquet; tum ex eo quod in Gallia Comata nulla Romanorum colonia fuit, præter Lugdunum: populi vero liberi plurimi, teste Plinio in descriptione Galliæ; tametsi non omnes immunes a tributo. Missum Proprætore Cæsarem, ad emungendas auro has regiones, ad tutandos cum legionibus Galliæ Cisrhenanæ limites: quo & Varus postea, & Drusus, & Tiberius missi sunt; tum ex Plinii libro XXXVI. sect. VII. colligi potest; tum ex eo quod bellum civile Cæsaris, Hispaniense, ac cetera Plinius commemorat, silet omnino de Gallico; quod tamen, si Commentariis credimus, cetera longe vincit.

Pulsis e superiore Asia a Cæsare Parthis, (una cum Antonio, qui cum eo pariter Imperator fuit,) pleræque in eo tractu civitates ab autumno hujus anni, in suis nummis æram consignant, quæ vulgo Cæsariana nuncupatur; quamvis pariter Antoniana dici potuerit. Usurpata est ab Antiochenis, etiam temporibus Severi Alexandri: a Botryenis, Laodicenis, Ptolemaitis, Raphaneotis, Sinopensibus, ac Tripolitanis: quoniam hæ præsertim civitates fœdus cum Romanis tunc inierunt.

Nummus aureus in gaza Regia: CAESAR DIC. *Cæsar Dictator*, capite laureato: cum urceolo, insigni Pontificatus. .)(. ANTON. IMP. *Antonius Imp.* capite nudo, ob reverentiam Dictatoris: cum lituo augurali. Non fuit, ut vates mentitur, Cæsar *Imperator unicus.* Nec sua illum ætas, sed longe posterior, primum Imperatorum appellavit: nec umquam ille dictus est in nummis, IMP. CAESAR, sed tantum, quemadmodum CN. MAGNVS IMP. ita CAESAR IMP. vel CAESAR IIT. nec ille demum se vivo nummos ex ære vidit Romæ aut SC. Senatusconsulto, suo nomine ac vultu inscriptos.

706 *Olymp.* 186. Pugna Pharsalica. Plinius, lib V, sect. X. Æra Macedonum hinc incipit.

707 In museo nostro, nummus argenteus: CAESAR. Templum cum lituo. .)(. IIT. *Imperator iterum.* Caput Pietatis: non (ut vulgo creditur) Veneris. Adjicitur interdum Solis sidus, symbolum Orientis subacti. Ægensium æra in Cilicia ab autumno hujus anni incipit.

708 In museo nostro, nummus argenteus: COS. TERT. DICT. ITER. Caput Pietatis sive Clementiæ .)(. AVG. PONT. MAX. Vasa Pontificalia. *Augur, Pontifex Maximus.*

Gabalensium æra in Syria ab hoc anno incipit. Et Zelitarum in Cappadocia. Fœdus similiter init Ægyptus cum Julio Cæsare.

709 *Colonia Cæsaris Dictatoris Pharus, juncta ponte Alexandriæ*, inquit Plinius, libro V. sect. XXXIV. Ea est, quæ in nummo Augusti, e Thesauro Regio, & apud D. FOVCAVLT, ex ære mediocri, COL. IVL. simpliciter appellatur.

ANNI V.C.

Veneri Victrici Pompeius templum dedicarat, teste Plinio, libro VIII. sect. VII. Veneri Genetrici Cæsar Dictator dicavit, teste eodem, libro XXXV. sect. XLV. Hujus vocabuli vim qui ignorarunt, Venerem Genetricem sic dici arbitrati sunt, quasi generis sui parentem, atque originis suæ fontem jactaret Cæsar Dictator. Quod si verum sit, & Venere multo magis prognati fuerunt, Hadrianus cum Sabina conjuge, Faustina Pii, & Marci altera, Julia Severi, Julia Paulla, Annia Faustina, Julia Soëmias, Julia Mammæa, Corn. Salonina, Magnia Urbica: nam istorum in nummis, vel istarum potius, inscriptum est, VENERI GENETRICI: quod in nummis priorum Cæsarum familiæ Juliæ ne semel quidem occurrit. At ne quidem est Venus Genetrix, a gignendo dicta, aut Venus fecunda: neque eodem consilio veteres Veneri Genetrici litavere, quo Crispina Commodi DIS GENITALIBUS. Neque Spiritus ille est, qui sublunaria omnia pervadit, aliterque: quam ANIMAM MUNDI veteres Philosophi appellarunt: Sed Venerem habere Genetricem dicebatur Augustus, vel Augusta, cui esset innata atque ingenita urbanitas, humanitas, comitas. Hanc enim illi Venerem appellabant.

710 *Olymp. 187. Annus Sabbaticus.*

Cæsar hoc anno occiditur. Visus tunc cometes, de quo Plinius, libro 2. sect. XXIII. Et sect. XXIX. *Occiso Dictatore Cæsare, & Antoniano bello, totius pæne anni pallore continuo*, Solis nimirum. Ex Virgilio pariter eumdem constat esse interfectum: sed neuter a quibus interfectus fuerit, refert. Ab immisso percussore aliquo patrari hæ cædes solent, non a nobilibus conjuratis. Est apud Patinum in Famil. pag. 142. num. 4. nummus argenteus, in quo vultus est Bruti prioris: cum epigraphe, BRVT. IMP. L. PLAET. CEST. *Brutus Imperator, L. Plætorius Cestianus*, Triumvir Monetæ. In aversa parte, pileus est, libertatis symbolum, inter pugiones duos: cum epigraphe, EID. MAR. *Idus Martiæ*. Eo numismate declarasse Brutum, a se & a Cassio patriam fuisse vindicatam in libertatem, Dio Cassius hariolatur, pag. 341. falsa admodum conjectatione, cum neque ulla ibi sit Cassii mentio; neque in nummis Cassii aut EID. MAR. aut pugiones appareant. Cur ergo in solius Bruti nummis & EID. MAR. & pugiones visuntur, nisi quia gentis ipsius, ab illo priore Bruto exortæ, qui reges expulit, insigne id fuit? Hunc enim morem insigniores familiæ tenuere, ut in nummis suis præclara majorum suorum facta insculperent. Sic Metelli elephantos posuere, ob illum qui elephantos CXLII. in triumpho duxit multo antea. Igitur EID. MAR. *Idus Martiæ* sunt, quo die Brutus ille primus reges ex Urbe ejecit, & Romanæ libertatis assertor fuit. Ex illo se genus ducere gloriatur Brutus alter, qui BRVT. IMP. in hoc numismate appellatur: nec suam idcirco, sed Bruti prioris effigiem, ad quem EID. MAR. *Idus Martiæ*, quæ sunt in altera nummi pagina, pertinent, in eo insculpsit. Nam neque Bruti posterioris, neque collegæ Cassii vultum, cum essent tantum Duces exercituum, ea ætas præsertim in nummis insculperet.

Eam ob rem eodem tempore cusus est altera ex argento nummus, qui est apud Patinum, pag. 139. num. 2. in quo Caput Libertatis est, cum titulo LIBERTAS. In altera superficie Consul incedit inter lictores duos, præeunte viro togato, Tarquinio Superbo rege nimirum, sinistrorsum: qui habitus incessusque est exeuntium e civitate. Infra, BRVTVS. Nempe ut restituta dicantur ea tempora, quæ sub Bruto priore fuerunt, qui Tarquinium ejecit: non quia occisus Cæsar esset. Nam & Trajanus Imp. hunc ipsum nummum (ut loquuntur) restituit: non ut occisum a se certe pulsumve Nervam significaret; neutrum enim patraret Optimus Princeps: neque ut de Cæsaris nece gaudium ipse testaretur; siquidem esset ipse de gente Cæsarum, ex Augusti filia, qui Cæsarem Dictatorem avunculum habuit, oriundus; ut titulus nummorum ipsius docet, NERVA CAESAR TRAIANVS. Enimvero qui *Cæsar* ibi titulum esse merum dignitatis putant, æque nugantur ac si dicant, *Loüis Dauphin de Bourbon*: cum inter proprium nomen atque cognomen interseri titulum dignitatis ridiculum sit: dicique oporteat, *Loüis de Bourbon*, sive *Loüis de France, Dauphin*. Nihilo magis igitur Brutus posterior, cujus honori cusus hic nummus est, quam Trajanus, qui eumdem (ut loquuntur) restituit, Cæsarem interfecisse in nummis perhibetur. Tantum imaginem pristinæ libertatis exhibitam esse suis temporibus credi uterque voluit. Ad Regifugium igitur Idus hæ Martiæ, non ad Cæsaris necem, sunt referendæ: quod Regifugium non VII. KAL. sed ipsis EID. MAR. scribi in Fastis oportuit.

Est præterea apud Patinum, pag. 144. num. 4. Bruti posterioris nummus hac epigraphe: Q. CAEPIO BRVTVS PROCOS. *Q. Cæpio Brutus Proconsul.* cum tripode, simpulo, & galericulo, quæ sunt Pontificatus insignia. In aversa nummi pagina, pileus est inter pugiones duos, ut in superiore nummo, cum epigraphe, L. SESTI. PROQ. *L. Sestius Proquæstor:* absque titulo, EID. MAR. quoniam nihil ad Cæpiones, sed tantum ad familiam Brutorum *Idus* illæ *Martiæ* pertinent. Non igitur illatam Cæsari necem aut hi pugiones, aut illæ Idus denotant; sed hi quidem tuendam etiam vi atque armis, ubi opus sit, Reipublicæ libertatem; illæ, recuperatam eamdem olim ope Bruti prioris fuisse.

Nam (quod est hic quoque animadvertendum, qui *M. Brutus*, & *Brutus Philippensis* a Plinio appellatur, libro XXXIII. sect. XII. & XXXIV. pag. 127. idem & BRVTVS IMP. & Q. CAEPIO BRVTVS IMP. in nummis est. At BRVTVS IMP. cum scribitur, tunc & EID. MAR. adjiciuntur, quoniam ad gentem Brutorum laus ea pertinet: & Bruti nomini prænomen non præfigitur; quoniam prænomina non apponebant, nisi cum aliquis ex eadem familia eisdem jam esset titulis & honoribus auctus: quia tunc discriminari sic oportuit alterum ab altero: nullus autem ex gente Brutorum, ante istum, IMP. fuit. Sic Brutus prior, qui reges ejecit, absque prænomine Lucii scribitur in nummis. Cum vero Q. CAEPIO BRVTVS IMP. scribitur, tunc nec EID. MAR. inscribuntur, quoniam ad familiam Cæpionum non pertinent: & prænomen Q. adjicitur, quod fuit primogenitorum in familia Servilia Cæpionum. Nam Cæpiones esse ex gente Servilia nummus AKMONEΩN docet sub Claudio. Ergo aliquis ex ea gente jam exercitui imperarat. Ex Plinio, tomo V. pag. 12. intelligimus, nihilo inferiorem Drusorum gente fuisse gentem Cæpionum. Erat ergo Brutus ex patre *Cæpio*, ex matre *Brutus:* nobiliore Servilia, quam Brutorum, gente: quam ob causam Cæpionis nomen Bruti nomini præponitur. Prænomina autem similiter mutat pari de causa Commodus Imp. in nummis.

Duo itaque creati sunt a Senatu Imperatores, sive Duces Exercituum, Brutus & Cassius, qui libertatem Reipublicæ armis tuerentur, donec de forma regiminis publici statuissent. Et legatos ii sub se habuerunt, *des Lieutenans Generaux;* quorum nomina exprimuntur in nummis. BRVTVS IMP.)(COSTA LEG. Similiter C. CASSI. IMP. cum prænomine, quoniam ex ea gente jam fuit alius *Imperator:* sed sine EID. MAR. quoniam Brutorum tantum illud insigne esset.)(M. SERVILIVS LEG.

711 Triumviri constituti: Octavius Cæsar, Antonius, Lepidus.

712 Phillippense prælium. Plin. libro VII. sect. XLVI.

713

713

714 *Olymp.* 183. Ante Christum, Annus 40.

715

716 Deinceps in nummis aureis argenteisque, IMP. CAESAR. Nempe is, qui postea Augustus. At non item IMP. ANTONIVS. Tantum ANTONIVS: vel pro numero expeditionum, ANT. IMP. aut ANT. IMP. ITER. Fuit enim Cæsar Imperator Perpetuus: Antonius vice versa perpetuus Præfectus classi & oræ maritimæ.

717 *Annus Sabbaticus.*

718 *Olymp.* 189.

719 Nummus Mediceus, qualem omnino descripsimus anno V. C. 660. sed habet iste, ΘΟΣ. anno CCLXXIX. qui autumno hujus anni incipit: ΤΥΡ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ: & in antica parte caput Herculis laureatum.

720 *Urbis conditæ annus* 721. In Cimelio D. FOVCAVLT, nummus Augusti, ex ære mediocri, capite laureato. .)(. L. ΠΣ. *Anno* CCLXXX. æræ Græcorum. Castor & Pollux stantes, nautarum dii tutelares. ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. *Tripolitarum* in Syria: qui cum æram Græcorum in Augusti nummo scribunt, amicos se quidem Romanorum esse testantur, at non ulli tributo conferendo obnoxios: sed sui, hoc est, antiqui & Græci juris.

721 *Olymp.* 190. Amisenorum in Ponto æra incipit a Septembri hujus anni.

In Thesauro Brandeburg. tom. 2. pag. 73. Caput Herculis laureatum. .)(. Clava Herculea, cum Tyri monogrammate, ΤΥΡΟΥ, & intra coronam querceam, ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. ΑΠΣ. *Anno* CCLXXXI. æræ Græcorum. Forma litteræ Σ cujus ævi sit nummus docet. Ejus nummi formam in plumbo expressam habemus.

In Cimelio D. FOVCAVLT, nummus M. Antonii vultum exhibet cum clava Herculea, in Ægypto cusus. .)(. Prora navis est in aversa parte, cum hac epigraphe, L. A. ΡΩΜΗΣ. *Anno primo Roma* victrice. Ex hoc nummo, qui æræ Ægyptiacæ annum primum refert ab autumno anni hujus, intelligere est, post Asiam ab Augusto receptam, adhuc annis aliquot superstitem fuisse Antonium: neque Actiacam victoriam eo quo vulgo creditur anno fuisse reportatam: sed post annos quatuor vel quinque tantum.

722 Nummus e Cimelio D. FOVCAVLT: Caput Octavii Cæsaris nudum sine laurea. L. ΒΠΣ. *Anno* CCLXXXII. æræ Græcorum, qui autumno hujus anni incipit. .)(. ΖΗΝΟΔΩΡΟΣ ΤΕΤΡΑΡΧΗ. Caput Zenodori nudum, sine diademate. Sola hic æra Græcorum, hoc est, regum Syriæ, in nummo notatur; quoniam, ut Plinius loquitur, *juncta Syriæ Galilæa*, eamdem cum Syriæ regibus, dum fuit libera ac sui juris, æram notavit. Non erat igitur Galilæa & Ituræa, quibus Zenodorus præerat, his temporibus Romanæ ditionis: tantum se amicum Cæsaris esse significat Zenodorus. Hoc nummi docent. Alter ejusdem Zenodori, in eodem Cimelio, habet in aversa pagina hanc epigraphen, ΖΗΝΟΔΩΡΟΥ ΤΕΤΡΑΡΧΟΥ ΚΑΙ ΑΡΧΗΓΟΥ. *Tetrarchæ & Ducis*, cum ΘΠΣ.

Hoc anno fœdus iniit cum Triumviris Romanorum Ægyptus: cujus fœderis anni scribuntur in nummis Ægyptiacis a Septembri anni hujus. Pulsa tunc inde est regina Cleopatra, impositaque Armeniæ.

In Cimelio D. FOVCAVLT, nummus ex ære mediocri: Μ. ΛΕΠΙΔΟΣ ΑΡΧ. ΜΕΓ. *M. Lepidus Pontifex Max.* capite nudo. .)(. ΑΥΤΟΚΡΑ. ΚΑΙΣΑΡ. *Imp. Cæsar.* capite pariter nudo.

723 In Regia gaza, nummus argenteus: ΑΝΤΩΝΙΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΤΡΙΩΝ ΑΝΔΡΩΝ. *Antonius Imp. e Triumviris.* Caput Antonii. .)(. ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ ΚΛΕΟΠΑΤΡΑ ΘΕΑ ΝΕΩΤΕΡΑ. *Regina Cleopatra Dea junior* Hoc est, altera ejus nominis, quæ Θεὰ sit, sive *divo patre genita.* Hic nummus ille est, quem alii perperam legerunt, ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ ΚΛΕΟΠΑΤΡΑ ΟΣΑΝ ΣΩΤΗΡΑ, pro ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ ΚΛΕΟΠΑΤΡΑ ΘΕΑ ΝΕΩΤΕΡΑ.

E Regia gaza, nummus Herodis regis Judææ; ΗΡΩΔΟΥ. Uva, symbolum agri vini feracis: *uva Engaddi*; ut in nummo Simonis Pontificis vidimus. Ex altera parte, *lilium convallium*, cum vocabulo ΕΘΝΑΡΧΥ. Ethnarcham Judææ tantum Herodem fuisse, non Galilææ, aliorumve tractuum, & hic nummus admonet, & sacer Evangelii scriptor, qui *regem Judææ* tantum appellat, Luc. 1, 5. quo tempore (ut ex sacris litteris novi saltem Testamenti liquet) Judææ nomine Galilæa numquam censebatur: & præter alia argumenta, quæ alibi protulimus) quod in eam possessionem venit Herodes, quæ fuit Simonis summi Sacerdotis, & pariter Ἐθνάρχυ, ut appellatur 1. Mach. XIII, 41. & XIV, 41, 47. Conferat etiam vir Catholicus & sanæ mentis, hæc duo loca scriptoris sacri: Luc. 1, 5. *In diebus Herodis regis Judææ:* & Luc. 3, 1. *Procurante Pontio Pilato Judæam, tetrarcha autem Galilææ Herode;* Intelliget profecto, illius Judææ regem priore loco dici Herodem a Luca, quam altero statim ab illo capite Pilatus Præses *procurasse* dicitur. At ista sane Galilæam non complectebatur: ergo nec illa. Sed quid Josepho fiet, si Lucas non errat?

Antigonum regem Judææ ante Herodem facit Josephus. Nullum istius Antigoni numisma exstat: & videtur ipse fictus ab historico mendace. Circiter mensem Januarium anni 1699. sermo fuit Parisiis inter eruditos, de nummis Antigoni regis, recens allatis ex Hollandia. Hos habebat Toinarsius acceptos mutuo ab amico, occultabatque diligenter. Dicebantur inscripti, ΒΑCΙΛΕΩC ΑΝΤΙΓΟΝΟΥ, in corona laurea; & ex altera parte characteres erant Samaritici pauci, ut aiebant. Doctor Sorbonicus, vir linguarum externarum peritissimus, ut hos casu vidit, Samariticos esse characteres negavit. Ex illo silentium fuit de nummo Antigoni. At est apud P. JOBERT, Societatis JESU in hac civitate, nummus ita inscriptus, ΒΑCΙΛΕΩC ΑΝΤΙΓΟΝΟΥ in corona laurea: ex altera parte Cornucopiæ est, cum litteris in ambitu satis affabre factis, sed ignotis: & qui more characterum Græcorum ac Latinorum, a læva procedunt in dexteram; non more Orientalium, in primisque Samaritanorum, a dextra in lævam. Nummus est Antigoni regis Macedoniæ: cujus sub ditione cum essent populi centum quinquaginta, teste Plinio, aliqui eorum habuere proprios characteres, ut habent hodie Slavi. Si quis Antigonus Herodem præcessisset, non potuisset se dicere βασιλέα, cum fuerit tantummodo ἐθνάρχης Herodes.

724 Annus Sabbaticus, idemque primus æræ (ut vocant Augustanæ; ab ASIA RECEPTA, ut nummi loquuntur, Parthis per Cæsaris legatos fugatis; & postquam imperium Orientis Octavio Cæsari delatum est; ab autumno anni superioris iniens. Hanc æram in suis nummis consignarunt hæ quinque civitates: Anthedon, Antiochia, Apamea, Laodicea ad Libanum, Seleucia; usque ad Tiberii, vel Caji Cæsaris obitum: Leucadii in Syria, usque ad tempora Gordiani.

Apud D. Capponi, nummus Augusti, ex ære minimo. .)(. Caput turritum. ΓΑΔΑΡΑ. ΔΜ. *Gadara.* Annus æræ Gadarensium XLIV.

Apud P. JOBERT, nummus C. Cæsaris, qui postea Augustus est appellatus, capite laureato, in Ægypto cusus. .)(. ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ. Aquila, cum Cornucopiæ, L.B. *Anno secundo* æræ Ægyptiacæ, hoc est, ex quo iterum cum Romanis iniit fœdus Ægyptus, a Septembri hujus anni.

Apud Spanhemium, pag. 196. in nummo vetere, Victoriæ caput. .)(. Mercurius stat, cum caduceo, & prunis Damascenis: infra, sistrum. ΔΑΜΑΣΚΗΝΩΝ. ΓΙΙΣ. *Damascenorum* nummus; anno

CÆSAR AVGVSTVS. ANNI V. C.

no CCLXXXIII. qui autumno init. Quod æra Græcorum ibi notatur, argumento est, Damascum non fuisse tunc Romanæ ditionis, sed liberam civitatem.

725 *Annus ante Christum 29.*

726 *Olymp. 191.*

727 Sebaste in Samaria hoc anno condita: quamvis Sebastes nomen nonnisi post menses XV. accepisse videatur; cum nomen AVGVSTI, Σεβαστοῦ Græce, Octavius Cæsar accepit. Hinc & æra Sebastenorum peculiaris in suis nummis.

728 Hoc anno Victoria Actiaca, & Alexandria capta. In Thesauro Regio, & apud D. FOVCAVLT, nummus argenteus: CAESAR COS. VI. Caput Octavii, cum lituo. .)(. Crocodilus. AEGYPTO CAPTA.

Pervulgata quidem opinio est, bellum Actiacum gestum esse anno Urbis Romæ DCCXXIII. incunte Septembri, atque inde annos quos vocant Actiacos exordium sumere. At istud certe postremum a similitudine veri abhorret. Nam ab Actiaca victoria annos Syria cur numeraret? cur sola cum Ægypto? cur nulla etiam ex omni minore Asia civitas, quæ tanto propior Actio est; cum præsertim hæc quoque regio annos in suis nummis scriberet? Majorne ad Syros, quam ad illos, ex Actiaca victoria fructus redundabat? Nullane ad Syros inferioris Syriæ? Annos jam diximus, non a bello Actiaco, sed ab Asia recepta, Parthis fugatis, in Asia, hoc est, in Syria, esse computatos, ab Antiochenis, Seleuciensibus, aliisque, quoniam eo anno fœdus iniêre cum Romanis. Nunc igitur quo demum anno Actiaca victoria contigerit, explorandum. Id vero ut statuatur, non scriptores rerum Romanarum, sed ne Gruterianas quidem, quidem, quæ falso antiquæ creduntur, Inscriptiones consulimus: solos adhibemus testes nummos antiquos, quorum indubitata fides est, & summa apud omnes vere eruditos auctoritas.

Controversiam decidet unus in primis Tripolitarum e Syria nummus singularis, qui est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT: in quo absque inscriptione caput est M. Antonii nudum: & in altera pagina, caput Cleopatræ reginæ diadematum: cum hac epigraphe: ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ. ΓΚ. hoc est, nummus *Tripolitarum anno* XXIII. Annus idem in alio Tripolitarum nummo signatur, ex eodem Cimelio: in quo ex una parte sunt capita duo Castoris & Pollucis, alterum alteri applicitum: in altera superficie Diana venatrix est, cum epigraphe, ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. L. ΚΓ. Quis ille sit autem annus XXIII. nunc est diligentius inquirendum. Æræ, ut appellamus, sive annorum notæ, in nummis consignatæ sub Augustis, tempus indicant, ex quo fœdera cum Romanis sanxerunt Græcæ civitates, in Asia, Syria, vel Ægypto, ea conditione, ut vel tributa conferrent in stipendia militum vel naves ad bellum, si quod ingrueret: nisi forte liberæ civitates forent: nam hæ annos solum amicitiæ cum Romanis initæ adnotarunt. Sic, ut ceteras omittam æras, anno Urbis Romæ DCXCI. ut diximus, Syriæ pars inferior, sive australis, quæ in Ægyptum vergit, coacta est a Pompeio fœdus inire cum Romanis: unde ab eo anno Gadarenses, Gazenses, aliique, annos in nummis computant æræ & concordiæ Pompeïanæ. Nulla Syriæ proprie dictæ, sive illius quæ supra Phœnicen est, nulla etiam Phœnices civitas, simile fœdus cum Pompeio composuit: nulla hanc æram in nummis suis scripsit: sed Græcorum (quam & Seleucidarum vocant) æram omnes retinuerant; qua se non Romani, sed Græci & antiqui, hoc est, sui juris esse declararent. Non ex Phœnice quidem, ut ab ora ordiamur, quæ maxime meridiana est, civitas Doron, non Ptolemais, Tyrus, Sidon, Botrys, Orthosia, Aradus; nedum inter Botryn & Orthosiam interiacens Tripolis, ceteris aliis civitatibus, ut postea patebit, libertatis pristinæ retinentior: non deinde e Syria Antiochia ad Orontem, non Gabale, non Laodicea alterutra, sive quæ ad mare, sive quæ ad Libanum dicitur: non Apamea, aliave omnino, præter Seleuciam, quæ erat Ciliciæ, cum Pompeio jam ante quinquennium fœderatæ, contermina.

At anno Urbis Romæ DCCV. ut diximus, pulsis e superiore Asia Syriave Parthis a Julio Cæsare, una cum M. Antonio, qui cum eo pariter Imperator fuit, iniere cum his fœdus societatis Antiochia, Botrys, Laodicea, Ptolemaïs, Tripolis: atque ob eam rem ex eo anno in suis nummis annos inscribunt. Tam est illa autem Antoniana æra, ut sæpe ostensuri sumus inferius, quam Cæsariana: quoniam eo anno Julius Cæsar Dictator per M. Antonium Imperatorem pepulit a Syria & Phœnice, ac reliquo Oriente Φιλορωμαίων, Parthos. Nam fuisse sub Cæsare Dictatore M. Antonium IMP. nummus aureus docet e Gaza Regia, eo anno a nobis allatus, CAESAR DIC. ANTON. IMP. Quamobrem a quibusdam civitatibus, relicta æra Augustana, quam temporibus Augusti, Tiberii, & Caii Cæsaris Germanici adhibuerant, cœptam ab anno V. C. DCCXXIII. recepta denuo æra Antoniana est sub Claudio Imp. ob Antoniam fortassis, M. Antonii filiam, Claudii matrem: sive quod idem est, ob ipsummet M. Antonium, Claudii Imperatoris avum maternum.

In nummo illo igitur, quem præsertim in honorem M. Antonii, apposito ipsius vultu, Tripolitæ cuderent, non alia potuit æra scribi, quam Antoniana. Nullæ enim certe M. Antonii partes fuerunt in bello Pompeii Asiatico. Ergo Tripolitæ annum agi tunc vicesimum tertium profitentur, ex quo fœdus cum Romanis, & societatem belli pacisque inierunt. Cusus est ille nummus proinde post autumnum anni ab V. C. DCCXXVII. Nam is est ab anno DCCV. tertius supra vicesimum. Ergo tunc adhuc superstes & in maximo honore fuit Antonius cum Cleopatra eo anno: nec proinde pugna Actiaca anno illo contigit, quo vulgo creditur, hoc est, Urbis Romæ DCCXXIII. sed anno, ut cum citissime, DCCXXVIII.

Tripolitas ægre admodum subiisse illas conditiones societatis cum Romanis ad propulsandos lacessendosve imperii hostes, ex ipsis etiam nummis intelligimus. Nam cum illud quidem fœdus iniissent cum Cæsare & Antonio, anno DCCV. illud ipsum anno saltem DCCXXI. dissolverunt, recepta Græcorum æra in signum pristinæ libertatis, amicitia tamen haud dissoluta. Renovarunt autem antiquum fœdus post biennium, quo Asia armis Augusti & Antonii recepta est: atque in eo deinde steterunt, quamdiu Antonius ipse stetit. Nam victo eo apud Actium, receperunt denuo Tripolitani pristinam libertatem: & quamvis Augustorum nomen ac vultus in suis nummis insculperent, tamen æram Græcorum tantummodo consignarunt: Ut se nimirum amicos esse quidem Romanorum significarent, Φιλορωμαίους, sed amicos tantum; neque, ut prius, vel tributis ad stipendia militum, aut auxiliaribus copiis, aut navibus ad bellum conferendis obnoxios; sed excipiendis dumtaxat amice ac benigne Romanis in suum portum navibus, hominibusque in suam civitatem. Ea causa est quamobrem sub ipsomet etiam Augusto, disrupto (ut dictum est) prisco fœdere, & anno V. C. DCCXXI. & post devictum ab Augusto Antonium, neque hanc illi Antonianam sive Cæsarianam æram, neque Augustanam ab Asia anno DCCXXIII. recepta, in nummis suis scribant, sed Græcam dumtaxat: & sub Tiberio similiter, & sub consecutis Imperatoribus, usque ad Antonium Soæmiadis filium; nam post hunc ab amicitia etiam Romanorum penitus discesserunt. Sic Damascus, sic aliæ quædam civitates, sui semper juris, non Romani umquam fuere: amicitiam in nummis professæ, non servitutem.

Cur autem cum Antonio Cleopatra jungitur in nummo Tripolitarum? Absit ut quidquam hic spurcum cogitemus; quod solent ii, qui vetustos (ut putant) scriptores, spurcitiasque describunt, quibus illi

CÆSAR AVGVSTVS. ANNI V. C.

illi ex impuri cordis abundantia libros oppleverunt. Fuerit sane Cleopatra *regina meretrix*, ut Plinius appellat: sceleris illius monimentum in nummis insculpere, nec mos hominum fert, nec Antonius certe, aut Cleopatra ipsa tulisset. Nihil gravius aut magis pudicum dici potest aut cogitari, quam quod nummi antiqui referunt de Imperatoribus & Augustis, illis præsertim locis ac temporibus. Unus adhuc nobis occurrit in M. Antoninum maledicus, sed idem sub primis vocum singularum litteris maledicentiam occultans. Tripolitæ autem hoc nummo significant, stare se se eo fœdere, quod cum M. Antonio composuerant, anno V.C. DCCV. & nunc simile inire se cum Ægypto fœdus, ad M. Antonii & Cleopatræ reginæ tutelam: nec discedere se tamen velle a fœdere, quod inierant cum Romanis, sub Cæsare Dictatore, & M. Antonio Imp.

Hinc autem intelligimus, temporum Augusti saltem Fastos refingi oportere: inscriptiones autem, quæ res ipsius gestas continent, ut alias plerasque, recentes esse & adulterinas. Sed de hoc argumento plenius alias disserendum.

729

730 *Olymp.* 192. Apud P. JOBERT, nummus ex ære mediocri, vultu Jovis barbato. .)(. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΤΗΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. *Antiochensium metropoleos liberæ.* Juppiter sedens tenet Victoriam. Infra, H. Annus octavus æræ Augustanæ, qui autumno anni hujus incipit.

731 *Annus Sabbaticus.* Ibidem nummus, simili vultu Jovis:
732 infra, Θ. Annus nonus æræ Augustanæ, autumno iniens. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ &c. ut proxime.

733 Nummus ex ære mediocri, in Museo D. Baudelot: DIVI IVLI. Caput Julii laureatum: retro, lituus, auguratus insigne. .)(. Augustus vectus quadrigis elephantorum, lauri ramum tenet L. ς. *Anno sexto.* Latina partis anticæ epigraphe docet hunc nummum, quem in Ægypto conflatum & fabrica admonet, & litteræ Græcæ superficiei contrariæ, a Colonia Cæsaris Dictatoris, quæ juncta ponte Alexandriæ est, in honorem sui conditoris, & Augusti Divi F. fuisse cusum. Annus hic autem sextus est Ægypti ab Augusto captæ.

734 *Olymp.* 193.

Ab hujus anni autumno incipit æra Anazarbensium in Cilicia, quæ in nummis Regus, Commodi & Maximini Impp. notatur, primo istius anno: illius, secundo: item Bybliorum e Syria, quæ in nummo Antonini, Severi F. consignatur: Augusto Cæsare, pro eo atque hos tractus lustrabat, civitates eas ad societatem cum Romanis ineundam pertrahente. Denique & Sebastenorum in Cilicia.

In Thesauro Brandeburg. tom. 2. pag. 68. ΑΠΑΜΕΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥ. *Apamensium* civitatis *sacræ & inviolatæ.* ΒϞΣ *Anno* Græcorum CCXCII. qui cœptus est autumno anni superioris. .)(. Caput Bacchi.

734 *Olymp.* 193. ante Christum annus 20.

735 Virgilius edit libros Georgicon:

Cæsar dum magnus ad altum
Fulminat Euphratem bello, victorque volentes
Per populos dat jura. IV. Georg. in fine.

736 Janum hoc anno clausum ab Augusto fuisse, Horatius, opinor, affirmat; libro 2. epist. 1. ad Augustum, versu 255.

Tuisque
Auspiciis totum confecta duella per orbem.
Claustraque custodem pacis cohibentia Janum,
Et formidatam Parthis te Principe Romam.

Post annos tamen octo fere, recruduere bella; nec Janum deinde clusum ante Neronis annos supremos, aut Plinius aut nummi perhibent.

Ad hunc annum pertinet nummus aureus, Augusti nudo capite, cum epigraphe, AVGVSTVS .)(. L. CANINIVS GALLVS IIIVIR. In cippo, CC. AVGVSTI. Qua de inscriptione alii aliter frustra divinant. Nos interpretamur, *Circenses Cæsaris Augusti.* Sic in nummo Hadriani, ANNO DCCCLXXIIII. NAT. VRB. P. CIRC. CON. Hoc est, *Natali Urbis*, *Plebeii Circenses constituti.* Similes cippos in nummis Philippi Imp. reperias, qui nummi sunt inscripti, SAECVLARES AVGG. hoc est, Ludi *Seculares Augustorum.* Hi vero sunt sæculares ludi, quos ab Augusto editos, annis LXIII. ante *sæcularium ludorum Circensia* a Claudio Cæsare edita Consulatu suo quarto, Plinius est auctor, libro VII. sect. XLIX. & libro VIII. sect. LXV.

Nummus ex ære mediocri, apud P. JOBERT, e Societate nostra virum pereruditum; Jovis vultum exhibet. .)(. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. ΙΔ. *Antiochenorum Metropolis*; anno XIV. æræ Augustanæ, sive imperii Augusti in Oriente; qui annus autumno init. In alio, ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΔΙ. cum lauri ramo.

737

738 *Olymp.* 194 *Annus Sabbaticus.*

739

740

741 In Thesauro Regio, nummus ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΙΘ. Annus XIX. æræ Augustanæ, qui autumno hujus anni incipit.

742 *Olymp.* 195. Ibidem, ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. Κ. Annus XX. ejusdem æræ Augustanæ.

743

744

745 *Annus Sabbaticus.* Apud D. Vaillant, nummus ex ære minimo, Augusti vultu: ΑΠΑΜΕΙΑΣ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ. ΓΚ. *Apamea sacra.* Annus XXIII. æræ Augustanæ. Victoria gradiens cum palma & corona.

746 *Olymp.* 196. Ab autumno hujus anni incipit æra Amasiæ in Ponto seu Cappadocia: & Comanorum, sive Antiochiæ ad Sarum, in eodem omnino tractu.

In Thesauro Brandeburg. tomo 2. pag. 68. ΑΠΑΜΕΩΝ. ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥ. ΔΚ. *Apameæ sacræ & inviolatæ*, anno XXIV. ab Asia recepta. Victoria palmam & coronam gestat. .)(. Caput Palladis galeatum.

Apud Vaillant. nummus, ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΤΗΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. ΔΚ. *Antiochensium metropoleos liberæ.* anno XXIV. ab Asia recepta.

747 Nummus e gaza Regia: ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠ. ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. ΕΚ. Alius rursus ibidem, & in museo nostro: ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. ΕΚ. Annus XXV. capite turrito ac velato. Apud P. JOBERT, ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΤΗΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. Tripus. ΕΚ.

In eodem Thesauro Regio, nummus ex ære, in quo caput Jovis. .)(. De turrita rupi insidet, spicas dextra tenet, fluvio sub viri effigie ad pedes emergente: quoniam Antiochia scilicet colli est imposita, subterlabente amne Oronte, in agro frugibus ubere. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΕΠΙ ΟΥΑΡΟΥ. *Antiochenorum* nummus, *sub Varo* Præside. In medio, ΕΚ. annus XXV.

Hoc primum anno Syriæ Præses occurrit in nummis, qui ludis Antiochiæ in honorem Augusti exhibitis interfuerit. Neque enim Præsidibus in civitatem Antiochenam, aliasve pariter liberas, ut erant in Syria, Laodicea, Seleucia, Ascalo: in Europa, Byzantium, Athenæ, aliæque in omnibus provinciis quamplurimæ, jus ullum fuit. Tantum ludis pro Augusto editis, interdum cum sua etiam conjuge, interfuisse, in nummis Præses aut alius quilibet perhibetur. Unde ille sub Claudio nummus apud Patinum, ΕΠΙ ΣΕΡΟΥΙΛΙΟΥ ΚΑΙΠΙΩΝΟΣ ΚΑΙ ΙΟΥΛ. ΣΕΟΥΗΡΑΣ, ab Acmonensibus Phrygiæ percussus. Hac enim conditione nimirum societatem cum Romanis civitates eæ inierant.

Similium ludorum egregia inscriptio est, (nam est ea obiter exponenda, quoniam est difficilis explicatus:) in nummo M. Antonini Pii, quem falso Heliogabalum appellarunt; aliisque, e Cimelio D. FOUCAULT: ΚΕΝΔΡΕΙΣ ΕΙΑ ΠΥΘΙΑ ΕΝ ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙ ΝΕΩΚΟΡΩ. Hoc est, Κεντρ., Δρομ.: vel Κεντίσιον, Δρομιον, Ἱερα, Πυθια, ἐν Φιλιππουπολει Νεωκορω. *Decursione equestri, pedestrique cursu: sive Aurigarum cursorumque certamina in honorem Ipsius, & Apollinis Pythii, in civitate Philippopoli, quæ hos ludos edidit.* Est enim δρομος, *cursus*: κεντρον *stimulus, calcar*, & μάστιξ: κεντωρ, *auriga*: δρομεύς, *cursor*: quibus de vocibus vide Hesychium, & Lexicon Constantini. Ἱερά Græci subinde scribunt pro Ἱερα; ut in nummis Gazensium ΕΙΩ, ΙΩ est.

748 In Thesauro Regio, & in Cimelio D. FOUCAULT, museoque nostro, nummi Jovis vultu. .)(. Caput turritum ac velatum: ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΕΠΙ ΟΥΑΡΟΥ. ϚΚ. In aliis, ϚΚ. Annus XXVI. autumno iniens.

CÆSAR AUGUSTUS. ANNI V.C.

In eodem Thesauro Regio, nummus ex ære minimo, Augusti vultu. .)(. In corona, ΑΡΧΙΕΡΑΤΙΚΟΝ ΑΝΤΙΟΧΕΙΣ ΕΚ. *Primarium sacerdotium* Augusto deferunt *Antiocheni*, anno XXV. æræ Augustanæ, qui cœptus est ab autumno anni præcedentis.

Herodes & Philippus, non Herodis regis Judææ filii; sed Zenodori: ille Galilææ, Iturææ iste & Trachonitidis regionis tetrarchiam hoc anno obtinent: Zenodoro patre obeunte. Herodis enim tetrarchæ annus XLIII. (ut nummus insignis docet,) incidit in Caii primum, quem Caligulam vocant.

[748] In Thesauro Regio, nummus non Antiochiæ (ut vulgo putant, sed Cæsareæ in Palæstina percussus: ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Caput Augusti. .)(. ΕΤΟΥΣ ΚΖ ΝΙΚΗΣ. *Anno* XXVII. *victoriæ*, qua Asia recepta est de Parthis.

Quandoquidem nummi inscripti, ΕΤΟΥΣ ΝΙΚΗΣ, occurrunt cum annis ΚΖ XXVII. ΚΘ XXIX. & Λ XXX. verisimile est excidisse alios similes, Κϛ XXVI. & ΚΗ XXVIII. atque his nummis exprimi agonem quinquennalem Cæsareæ in Palæstina exhibitum, quartus Augusti quinquennalibus: ut in Antiocho Epiphane superius vidimus: & in Hadriano Gazæ fuisse usurpatum postea visuri sumus.

Apud D. FOVCAVLT, & apud P. JOBERT, nummus ex ære mediocri: ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΕΠΙ ΟΥΑΡΟΥ. ΖΚ. Annus XXVII. Alius ibidem: ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. ΖΚ.

Hoc ab anno V.C. 747. exeunte per annos sex Augustum Cæsarem jam Romæ Pontificem Maximum, suorum quoque sacrorum primum sacerdotem Antiocheni (nam erat ea civitas libera) renunciarunt; nummosque ejus rei testes cuderunt, qui sunt in Cimelio Regio, & D. FOVCAVLT, musæoque nostro, & alibi: ΚΑΙΣΑΡΙ ΣΕΒΑΣΤΩ ΑΡΧΙΕΡΕΙ. *Cæsari Augusto primario sacerdoti:* ΑΡΧΙΕΡΑΤΙΚΟΝ ΑΝΤΙΟΧΕΙΣ, in corona: *primarium sacerdotium Antiocheni* deferunt: annis æræ Augustanæ, ΕΚ XXV. ΖΚ XXVII. ΗΚ XXVIII. ΘΚ XXIX. Λ XXX. ΑΛ XXXI. & qui latet alicubi, ϛΚ. XXVI.

Annus V.C. 750. *Olymp.* 197.

Apud D. FOVCAVLT, nummus ex ære mediocri, in quo caput Jovis. .)(. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. ΚΗ. Anno XXVIII. æræ (ut vocant) Augustanæ. Ibidem alius: ΑΠΑΜΕΙΑΣ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΗΚ. *Apameæ sacræ:* anno XXVIII. ejusdem æræ.

Nummi ex ære mediocri forma in plumbo expressa, quæ est in Museo nostro: Caput Herculis Tyrii laureatum. .)(. In corona laurea, clava Herculis: ΤΥΡΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. ΘΤ. *Anno* CCCIX. æræ Græcorum.

[751] Cæsarea Augusta Paneas, quæ in Evangelio Cæsarea Philippi dicta est, a Philippo Zenodori F. conditore, hoc anno sub autumnum dicata Cæsaris nomine est, annosque suos inde consignavit in nummis M. Aurelii, Lucillæ, Commodi, Severi, Juliæ Domnæ, Antonini & Getæ.

In Thesauro Regio, nummus argenteus, qualem descripsimus anno 749. sed in isto est, ΕΤΟΥΣ ΘΚ ΝΙΚΗΣ. *Anno* XXIX. *Victoriæ*, seu Asiæ receptæ.

Apud Card. Maximi, nummus Augusti: ΡΑΜΑΘΗΝΩΝ ΒΙΡ. Anno CXII. videtur esse eadem atque Ascalonitarum æra, & pariter Judææ civitas.

[752] *Annus Sabbaticus.*

Apud Vaillant. nummus priori simillimus: sed epigraphe, ΕΤΟΥΣ Λ ΝΙΚΗΣ. *Anno* XXX. *Victoriæ.*

In Thesauro Regio nummus ex ære mediocri, Augusti vultu. .)(. Dea capite turrito, proræ insidet, dextra sceptrum tenet: inde tridens, hinc columba. ΑΣΚΑΛΩ. ΓΡ. *Ascalonitarum*, anno CIII. qui autumno init.

Apud P. STEPH. CHAMILLART, nummus ex ære mediocri caput Augusti exhibet. .)(. ΣΙΔΩΝΟΣ. L. ΙΡ. *Anno* 110. æræ Sidoniorum.

Annus V.C. 753. *Ante Christum*, 1.

Annus hic est ante Christum, (uti hactenus locuti sumus) sive, quod idem esse censemus, ante æram Christianam ac vulgarem, supremus: ducto hujus æræ initio, a die octavo Kalendisque Januariis post Christi natalem, quem hoc anno ponimus. Est idem hic annus mundi Julianus 4004. autumno iniens; vel (si placet ita fingere ad liquidiorem Chronologiam, ut monuimus, ab ipsis Januariis Kalendis hujus anni 753. V.C.

Apud Franc. Lotti, nummus ex ære minimo, Augusti vultu. .)(. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. ΑΛ. Annus XXXI. æræ Augustanæ, autumno iniens hujus anni ab V.C. 753.

Est in Cimelio P. STEPH. CHAMILLART, Societatis JESU Parisiis, nummus ex ære magno eximius ac singularis, Anniæ Aureliæ Faustinæ, ΕΠΙ ΣΤΡΑ. ΚΥΡΙΝΟΥ ΡΑΦΑΝΕΩΤΩΝ. ΑΟϹ. Hoc est, ἐπὶ στρατηγοῦ Κυρίνου. *Sub Prætore Cyrino.* Nummus *Raphaneotarum:* quæ civitas est in Decapolitana regione, teste Plinio, libro V. sect. XVI. Anno CCLXXI. fœderis initi cum Romanis, sub Julio Cæsare, anno V. C DCCV. qui annus CCLXXI. incidit in annum primum Severi Alexandri Christi 222.

Ex hac inscriptione, quod ad præsens institutum attinet, colligimus 1°. *Cyrinum* nomen Græcum esse, hominis Græci, qui esset in Græca civitate Prætor. Est enim, ut *Cyrus* ex Græco Κῦρος, ita *Cyrinus* ex Græco Κύρινος.

2° *Cyrinum* recte a Luca scribi, ut est in editione Vulgata: In Græco male scriptum esse, ut & apud Josephum Κυρηνίῳ, *Cyrenio:* & in MS. Alexandrino, Κηρυνίῳ, *Cerynio.*

3° Syriæ Præsidem illum, cujus Lucas meminit, hominem pariter Græcum fuisse; siquidem ΚΥΡΙΝΟΣ Græcum est nomen.

4° Cum sit Raphanea in Decapolitana regione Syriæ, videri haud immerito, ubi Lucas dicit, *a Præside Syriæ Cyrino*, Syriam Decapolitanam intelligi oportere. Primum enim, cum facta sit, non *præside*, vel *sub præside*, ut prave in Græco legitur; sed, ut recte Vulgata editio habet, *a præside Syriæ Cyrino;* longe verisimilius est, in Judæam, ad hanc describendam; venisse eum e Decapolitana regione, quam ex Antiochena. Deinde Decapolitana regio in sacris libris non semel Syria nuncupatur. Nam in Decapolitana, quæ *a numero oppidorum*, ut idem Plinius docet, nomen habet, Damascus primum locum obtinet: quæ *caput Syriæ Damascus* appellatur. Isai. VII, 8. Et inde est *Naaman Syrus*, IV. Reg. V, 10. & Luc. IV, 27. Deinde cum scribatur, Matth. IV, 23, 24, 25. *Et circuibat JESUS totam Galilæam. . . . Et abiit opinio ejus in TOTAM SYRIAM, & obtulerunt ei omnes male habentes. . . : & secutæ sunt eum turbæ multæ de Galilæa, & DECAPOLI:* satis perspicue significat, scriptor sacer, Syriam illam se intelligere, quam ipse postea Decapolim vocat quæ esset & Galilææ vicina; quo Christi fama tam cito pervaserit, ut inde ad ipsum ægrotos adducerent; id quod de Syria Antiochena verisimiliter dici non potest.

Præterea Syria Decapoleos, quæ provincia est mediterranea, in qua Damascus & Raphanea est, teste Plinio, in nummis Raphaneotarum, æque atque in Ptolemaitarum ac Botryenorum, qui sunt in ora e regione positi; annos in nummis signat ab icto fœdere

CÆSAR AUGUSTUS, ANNI V.C. dere cum Julio Cæsare & Antonio, anno V. C. DCCV. quoniam vicinæ hæ inter se civitates simul fœdus illud pepigerunt. Syria vero Antiochena, quæ supra Decapolim ad Boream est, quæque nomina Præsidum (ut vulgo creditur) habet inscripta in nummis suis, annos numerat ab Asia, hoc est, ab illa Syriæ parte post annos viginti recepta per Octavium Cæsarem, qui postea Augustus est appellatus. Ex hoc igitur etiam capite verisimile est, non uni eidemque præsidi subjectam fuisse utramque Syriam, Antiochenam & Damascenam; cum sit alia alio tempore acquisita.

Denique apud Plinium, libro v. sect. XIII. & XVIII. ubi Phœnice desinit usque ad Ciliciam, non appellatur Syria simpliciter, sed *Syria Antiochia*; in qua Laodicea ad mare, Seleucia, ipsaque Antiochia est. Nec Phœniciam illa Syria complectitur, nec Palæstinam, nec Decapolim sive Syriam Damascenam. Quæ cum Syria simpliciter ab Isaïa & aliis sacris scriptoribus nominetur: intelligi oportet eam ipsam a Luca fuisse designatam, cum dixit, descriptionem Judææ fuisse factam a Præside Syriæ; quippe cum Syriæ Palæstinæ confinis ea sit, non Antiochena. Præsides autem Syriæ, quorum nomina in nummis antiquis inscripta leguntur, (si tamen ii fuere Præsides:) Præsides tantum fuere Syriæ Antiochiæ: Quæ causa est cur non inscripta sint ea nomina nisi in nummis ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ & ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ. Non est igitur in nummis antiquis, qui nomina dumtaxat exhibent Præsidum Syriæ Antiochiæ, Cyrinus quærendus, qui Præses tantum fuit Syriæ Decapolitanæ. Nam nec Pilati, nec Felicis, nec Festi nomina, qui Præsides Judææ fuerunt, nummi antiqui exhibent.

Janum isto anno qui clusum ab Augusto dixere, vide quemadmodum a Rualdo refellantur, in Animadv. ad Plutarchum, pag. 80.

CHRISTI GENEALOGIA.

Gemina in sacris litteris descripta est Christi genealogia: alteram Matthæus, Lucas alteram exhibet. Et aliam quidem a Matthæo describi, aliam a Luca oportuit. Oportuit enim doceri nos, habere Christum, & solum quidem, omnes Messiæ notas etiam hac parte: nimirum quod esset & ex semine David, & idem postremus Davidici regni heres. Partem alteram Lucas ostendit, cum ex Maria prognatum eum esse docuit, quæ esset ex semine Davidis & Salomonis per Zorobabelem. Alteram Matthæus confecit, cum ostendit esse eumdem filium David κατ' ἐξοχὴν; quippe filium, ut putabatur, Josephi; qui erat etiam ipse κατ' ἐξοχὴν *filius David*, juxta illud, *Joseph fili David*, Matth. I, 20. hoc est, solus tunc masculus superstes ex stirpe David, ac propterea tunc Davidici regni solus heres: cujus proinde ex conjuge decuit & oportuit nasci Christum. Propterea enim, maximeque ob eam causam, oportuit ut usque ad Joseph a Juda & Davide perduceret Matthæus seriem majorum Christi, quemadmodum jam diximus, ut ostenderet in Joseph defecisse sceptrum de Juda, & ducem de femore ejus; adeoque Christum esse eum, qui venturus erat, & idem futurus, ut est, exspectatio sive spes gentium; primogenitus inter filios Abrahæ, primogenitus proinde inter filios hominum: id quod Lucas docere voluit, ducta usque ab Adamo per primogenitos, aut eos qui primogenitis ex jure successissent, Christi genealogia. Et primogenitus certe præ ceteris populis populus fuit Israeliticus, ut in Tractatu de situ Paradisi terrestris ostendimus: juxta illud Exod. IV, 22. *Filius meus primogenitus Israel.* In primogenito autem populo primogenitus Christus fuit, quippe ex regia familia, & unicus regni heres. Ergo, ut homo, primogenitus est omnium hominum, *l'aîné du genre humain:* ac vel eo nomine, præter cetera, dominatur in omnes homines: juxta illud Gen. XXVII, 29. Isaaci Jacobo primogenita tribuentis: *Et serviant tibi populi, & adorent te tribus: Esto dominus fratrum tuorum; & incurventur ante te filii matris tuæ.* CHRISTI GENEALOGIA.

Matth. I, I. *Liber generationis JESU Christi.* Vox ea, *liber*, non ipsum Matthæi opus hoc loco significat, sed adservatum in Templo Codicem genealogiarum denotat, unde sequentia Matthæus excerpsit. Sic Gen. V, I. *Hic est liber generationis Adam.* Hoc est, in eo codice qui habet descripta nomina posterorum Adam, ita scriptum est. Quamobrem non sunt hæc verba, *Liber generationis JESU Christi*, titulus operis: sed argumentum dumtaxat capitis primi, usque ad versum 18. Gallice dixeris: *Le Registre ou sont écrits les noms des ancêtres de JESUS-Christ, porte que* &c. Sic sunt apud nos in Ecclesiis Parochialibus *libri generationum*; hoc est, codices sive indices eorum, qui sacro baptismate tincti sunt, adjectis nominibus utriusque parentis. *Papier ou Registre Bâtistere.* Vide I. Esdr. 2, 59. & 2. Esdr. VII, 61.

Matth. I, 17. *Liber generationis JESU Christi, filii David, filii Abraham...... Omnes itaque generationes ab Abraham usque ad David, generationes quatuordecim: & a David usque ad transmigrationem Babylonis, generationes quatuordecim: & a transmigratione Babylonis usque ad Christum, generationes quatuordecim.* Hoc illæ igitur ordine generationes ac tessaradecades, Matthæi ipsius admonitu, sunt digerendæ.

1 ABRAHAM	1 DAVID.	1 Jechonias.
2 Isaac.	2 Salomon.	2 Salathiel.
3 Jacob.	3 Roboam.	3 Zorobabel.
4 Juda.	4 Abias.	4 Abiud.
5 Phares.	5 Asa.	5 Eliacim.
6 Esron.	6 Josaphat.	6 Azor.
7 Aram.	7 Joram.	7 Sadoc.
8 Aminadab.	8 Ozias.	8 Achim.
9 Naasson.	9 Joatham.	9 Eliud.
10 Salmon.	10 Achaz.	10 Eleazar.
11 Booz.	11 Ezechias.	11 Mathan.
12 Obed.	12 Manasses.	12 Jacob.
13 Jesse.	13 Amon.	13 Joseph.
14 DAVID.	14 Josias.	14 JESUS CHRISTUS.

In tribus hisce tessaradecadibus ea servata ratio est, ut prima contineret terminum a quo, nempe Abraham; & terminum ad quem, nempe David: ut oculis ipsis appareret, Davidem esse filium Abrahæ: Secunda repræsentaret adhuc terminum a quo, nempe Davidem; quem idcirco præfigi initio iterum oportuit: & in fine tertiæ tessaradecadis collocari terminum ad quem, nempe Christum: ut ex fine tertiæ qui retro nomina computaret usque ad caput secundæ tessaradecadis, statim intelligeret Christum esse filium David. Nam eo spectabat illa partitio totius genealogiæ initio proposita: *Liber generationis JESU Christi; filii David, filii* (sive, qui filius fuit) *Abraham.* Hæc, inquam, duo capita Matthæus probanda suscepit: Christum originem ducere ab utroque illo, cui factæ sunt promissiones de Christo ex ipsius semine nasciturо.

Prioris columnæ nomina omnia descripta sunt ex libro I. Paralip. cap. I. & 2. & ex libri Ruth extremo capite quarto. In his Naasson, qui nonus est, anno secundo Exodi annum ætatis agebat duodecimum. Neque enim familiarum principes, qui appellantur Num. I, 7. necesse fuit esse ætate suppares ceteris e multitudine, quos recensebant; hoc est, annorum viginti. Inde ad ortum Davidis anni sunt CCCCIV. Fac igitur Naasson genuisse anno ætatis LXXIV. hoc est, anno 62. post illum Exodi secundum: Salmon, anno 72. Booz, anno 76. Obed, anno 92. Jesse Davidem anno 102. cum alios septem liberos multo antea suscepisset: (quod & de Naasson, Salmon, Booz, & Obed, similiter credi potest:) & numerus ille exsistet annorum CCCCIV. nec


CHRISTI GENEALOGIA.

nec quidquam incredibile; cum & exempla similia multa occurrant; & auctores graves ita sentiant, quos Serarius noster appellat, in caput IV. libri Ruth. Necesse est autem profecto vocem illam *genuit*, proprie accipi de proxima prole, non de nepote, vel ultra; ubicumque unus scripturæ locus suppleri ex alio non potest. At hic cum quatuor omnino diversa volumina; Ruth, Paralipomena, Matthæus, & Lucas, mirifice consentiant; audacem prorsus plasten esse oportet, qui contra sacrarum litterarum testimonium, duos hic Boozos alios creet. Quidni enim aut ille plures, aut alius alibi quoslibet alios geminatos vel repetitos, fingat pari jure, & interserat pro arbitratu? Adde quod in genealogia sive Matthæi, quæ nomina XLI. sive Lucæ, quæ sex & septuaginta continet, nemo est omnino patri suo cognominis: Quo ergo jure vel exemplo e sacris litteris petito, tres Boozi continui inducuntur? Qui vero annos servitutum, quæ sub Judicibus contigerunt, duratione annorum CXXXI. ab ipsis Judicum annis sejungunt; ab his oportet Naasson, & quatuor consequentes, poni fuisse annorum cxxv. cum genuerunt: quod longe etiam magis abhorret a veri similitudine.

At ubi Matthæus dicit, *Salmon autem genuit Booz de Rahab*, cave Rahab illam intelligas, cujus est mentio in libro Josue, cap. 2. ut quidam e nostris, inquit Andreas Masius, falso opinati sunt, conjectura non satis bona usi, ducti similitudine nominis. Nulla certe scriptura veteris aut novi Testamenti credi cogit eam fuisse Salmonis conjugem: non liber Josue, aut Ruth, aut Paralipomenon: non Matthæus, aut Paulus, aut Jacobus: nam hi duo quidem meretricem illam a fide commendant; hoc tantum. Rabbini etiam (sed illi forte de more somniant) ductam fuisse ab ipso Josue uxorem asseverant. Certe ratio temporum suadet aliam ei fuisse cognominem, ævo longe posteriorem, Salmæ sive Salmonis uxorem, pariterque alienigenam, sive Chananitidem.

In secunda deinde tessaradecade, ubi Joram dicitur genuisse Oziam, tres sunt ibi reges expuncti, Ochozias, Joas, & Amasias; inter Joram & Oziam interjecti. Nec vero deleta idcirco a Tabulis Genealogicis nomina eorum fuere, quoniam Joram affinitate conjunctus est cum Achab rege Israëlis, (id quod neque Joramo, nec Josaphato patri, 2. Paral. XVIII, 1. vitio dant sacræ litteræ: sed cum causam aliam alii interpretes excogitarint, nos verius arbitramur, haud aliam esse quærendam, quam quod isti tres ob suam impietatem, vel ipsiusmet Dei jussu ab alio rege, vel a subditis ipsis, hoc est, ab ipsis civibus Hierosolymitanis ulciscente scelera eorum, ac necem illam permittente Deo, interfecti sunt. De Ochozia primum, 2. Paralip. XXII. & seqq. *Quadraginta duorum annorum erat Ochozias, cum regnare cœpisset, & anno uno regnavit in Jerusalem. . . . . Sed & ipse ingressus est per vias domus Achab: mater enim ejus impulit eum ut IMPIE ageret. Fecit igitur malum in conspectu Domini, sicut domus Achab...... Jehu filium Namsi. . . . unxit Dominus UT DELERET DOMUM ACHAB. Cum ERGO everteret Jehu domum Achab.... ipsum quoque perquirens Ochoziam, comprehendit latitantem in Samaria: adductumque ad se, OCCIDIT.* En interfectum a Jehu rege Israël Dei jussu Ochoziam, ulciscente Deo impietatem ejus. Joas similiter, sed a suis, occisus est, ulciscente Deo necem ab ipso illatam Zachariæ sacerdoti: 2. Paralip. XXIV. 25. *Surrexerunt autem contra eum servi sui, IN ULTIONEM sanguinis filii Joiadæ sacerdotis, & OCCIDERUNT eum in lectulo suo.* Zacharias nomen fuit ei sacerdoti filio Joiadæ: *Qui cum moreretur, ait: Videat Dominus, & requirat. Cumque evolutus esset annus*, sic est Joas occisus, ut diximus. De Amasia denique, 2. Paralip. XXV, 14. &c. *Amasias vero post cædem Idumæorum, & allatos DEOS filiorum Seir, statuit illos IN DEOS sibi, & ADORABAT eos, & illis adolebat incensum. QUAM OB REM iratus Dominus contra Amasiam, misit ad illum prophetam, qui diceret ei: Cur adorasti deos..... Discedensque propheta, Scio, inquit, quod cogitaverit Deus occidere te, QUIA fecisti hoc malum..... Noluit audire Amasias, eo quod Domini ESSET VOLUNTAS ut traderetur in manus hostium PROPTER DEOS Edom...... Qui postquam recessit a Domino, tetenderunt ei insidias in Jerusalem. Cumque fugisset in Lachis, miserunt, & INTERFECERUNT eum ibi.* Neque alia causa igitur miserabilis exitus istorum trium fuit, quam ipsorum impietas, & justum Dei judicium de nece eisdem propterea inferenda. Quos ergo constaret e libro vitæ, sive e numero viventium, jussu ac voluntate Dei esse deletos, hos in diptychis sacris sacerdotes, hos in numero filiorum David in publicis Tabulis scribi aut censeri non oportere, sed prorsus deleri, jure decreverunt. Neque enim certe Matthæus aut primus proprio Marte, aut non auctoritate Tabularum publicarum adductus, auderet tres reges e catalogo expungere. Et nunc demum satis perspicue apparet, ut arbitramur, quam merito inter reges Juda & filios David numerari istos tres noluerint præsertim sacerdotes; quippe quos minime præteriret tres istos e medio Dei jussu sublatos fuisse, vel propter occisum nefarie sacerdotem, vel propter idololatriam. Nec potuerunt igitur tres illi reges, nec debuerunt commemorari ab Evangelista. Hinc etiam intelligimus, Tabulas istas publicas, quæ posterorum Davidis nomina continerent, sacerdotum cura fuisse confectas, & in Templo asservatas; neque alio fine & consilio, ut videtur, quam ut ex illis dignosceretur, num qui se Messiam esse diceret, e domo & familia David esset. Sic in Tabulis Ecclesiarum Parochialium apud nos scribi mos est nomina baptizatorum, & diligenter custodiri.

Extremum in eadem tessaradecade ducit agmen Jechonias: cujus & genus & posteri nunc sunt ex libro 1. Paralip. cap. III. & ex Matthæo describendi.



Hic fratrum filios, de patruorum; consanguineos de consanguineorum nominibus sæpe appellatos fuisse perspicuum est: qui mos Hebræis familiaris fuit; & in cognatione Christi occurret inferius. Hic geminum deinde Zorobabelem tam aperte agnoscimus; alterum ex Matthæo cognitum, & Luca, & Esdra, & Aggæo propheta, & libro Eccli. XLIX, 13. alterum ex libro Paralipomenon: quam geminum Sedeciam novimus; patruum alterum, alterum fratris filium, ex ipsis Paralipomenis: tertiumque ex Jeremia, cap. XXXVI, 12. Sedeciam ben Hananiæ. Et Zorobabel quidem Matthæi genuit Abiud: quem inter alterius Zorobabelis liberos frustra quæras; quos octo tamen appellat liber Paralipomenon. Alius igitur ab altero Zorobabel est: & est alter etiam altero junior uno consanguinitatis gradu.

Et Salathiel similiter geminus est: alter, ut reli-

qui

CHRISTI GENEALOGIA.

CHRISTI GENEALOGIA.

qui omnes, solo patris nomine discriminandus ab altero. Alius enim, exempli gratia, Zorobabel ben Phadaïa, ut loquuntur Hebræi; alius Zorobabel ben Salathiel. Sic alius Sedecias filius Joakimi, a Sedecia filio Josiæ. Alius proinde similiter Salathiel filius Jechoniæ regis, a Salathiele filio Johanan: tametsi & hunc Matthæus Jechoniam vocat, ut mox dicemus: præsertim cum nulli Salathielis, qui Jechoniæ regis filius, in Paralipomenis liberi memorentur; sit autem alteri Salathieli filius Zorobabel.

Matth. 1, 11. *Josias autem genuit Jechoniam & fratres ejus, in transmigratione Babylonis.* Cum dicit Matthæus, *& fratres ejus*; manifeste respicit locum illum e libro 1. Paralip. cap. III, 15. *Filii autem Josiæ fuerunt, primogenitus Johanan, secundus Joakim, tertius Sedecias, quartus Sellum.* Hi sunt Matthæo, *Jechonias & fratres ejus.* Nam Johanan, sive Jochanan, Hebraïce, יוחנן Jechonias est. Atque hoc suspicatus fortasse is est, qui in quodam Græco Matthæi codice scripsit Ἰωακὶμ pro Jechonia. Sed falsis testibus non egemus. At non alia de causa fratres a Matthæo commemorantur, nisi quod illi erant ipso Jechonia notiores; quippe reges: cum Jechonias ipse minime rex fuerit. Sic etiam cum Juda commemorati *fratres ejus*, versu 2. quoniam & ipsi Patriarchæ fuere, seu patres Israëlitarum. Jechonias alter, filius Joakim, non *fratres*, sed unicum fratrem habuit Sedeciam cognominem patruo suo, qui fuit rex Juda. Non hunc igitur Jechoniam regem Matthæus intellexit: quem si præterea designare voluisset, Joakimum patrem ipsius cur præteriret? neque enim Josiæ filius rex Jechonias, sed tantum nepos fuit.

Obscurant igitur Evangelium ac depravant interpolati quidam codices Græci, & Latini fortassis eos secuti, qui legunt, Ἰωσίας δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωακείμ· Ἰωακεὶμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰεχονίαν καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ. Siquidem Jechoniæ regi unicus frater fuit; neque hunc Jechoniam designat Matthæus, sed priorem. Regi denique Jechoniæ quis locus hic esse potest, quem omnino caruisse successore regni vel potestatis, sacræ testantur litteræ; cujus & de semine negant diserte Christum nasciturum, aut quemquam amplius dominaturum in Juda? Jerem. XXII, 24. 30. *Vivo ego, dicit Dominus: quia si fuerit Jechonias filius Joakim regis Judæ, anulus in manu dextera mea, inde evellam eum. Et dabo te . . . in manu Nabuchodonosor regis Babylonis. . . . Hæc dicit Dominus: scribe virum istum sterilem; virum qui in diebus suis non prosperabitur: nec enim erit de semine ejus vir, qui sedeat super solium David, & potestatem habeat ultra in Juda.* Ergo non fuit iste Salathielis pater, & avus Zorobabelis, qui fuit dux Juda, a quo Christus Dominus traxit ortum: sed Jechonias Josiæ F. frater regum Joachim, Sedeciæ, & Sellum.

Sellum autem perspicuum est, ex Jeremia cap. XXII, 11. eum esse quem Joachaz quartus regum liber appellat; ut Salianus observat: cui Joachazo suffectus est in regno Juda, a Necao rege Ægypti, Joakim secundus natu, pater alterius Jechoniæ, neglecto Josiæ filio primogenito, quem Paralipomena Johanan, Jechoniam Matthæus vocat.

Hunc autem *& fratres ejus* Josias *genuit in transmigratione Babylonis*: hoc est, horum tempora incidunt in transmigrationem Babylonis, factam anno nono Joakim regis Judæ, qui secundus Josiæ filius fuit. Neque enim certe Josias simul genuit Jechoniam & fratres ejus: sed illud modo significatur, fuisse ex his Jechoniam *primogenitum*, ut est conceptis verbis in Paralipomenis: eumdemque cum fratribus, sub illius transmigrationis, quam diximus, tempore vixisse.

Fuere in singulis terræ sanctæ, ac Judææ præsertim, oppidis, nobilium in primis familiarum genealogiæ descriptæ in Tabulis publicis: in iis, inquam, oppidis, unde ortum duxisset princeps cujusque familiæ nobilis. Fuit Bethleemi, exempli gratia, Davidici seu regii generis descriptio integra; quoniam David Bethleemites fuit. Eam ob rem, cum Cæsaris Augusti jussu describi in suo quemque oppido oporteret, *ibant omnes ut profiterentur singuli in suam civitatem. Ascendit autem & Joseph a Galilæa de civitate Nazareth, in Judæam, in civitatem David, quæ vocatur Bethleem, eo quod esset de domo & familia David, ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore prægnante*, quippe quæ esset ex eadem familia & domo. Luc. 2, 3, 4. Ex his igitur Tabulis publicis descripsit Matthæus Josephi genealogiam; Lucas, Mariæ Deiparæ. Matthæo autem, de quo nunc in primis agimus, hoc unum propositum fuit, ut ex Tabulis illis publicis atque authenticis Christum probaret esse filium David, David autem filium Abraham. At non fuit propterea necesse, a Davide usque ad Jechoniam alterum regem Juda perduci eam genealogiam: si quidem Jechonias iste non e primogenito Josiæ filio, sed e secundo natu prodierit; Christus autem a Jechonia priore, sive Johanan, atque adeo a primogeniti stirpe ortum traxerit: qui jus suum, sibi ereptum a factione primum Hierosolymitanorum, IV. Reg. XXIII, 30. deinde a regibus Ægypti & Babylonis, XXIII, 34. & XXIV, 17. in Zorobabele Salathielis filio, Jechoniæ prioris, seu Johananis nepote, demum recuperavit. 1. Esdr. V, 2. Agg. 2, 24. juxta prophetiam Jerem. XXII. 30.

Auctor vero Paralipomenon, lib. 1. cap. III. stirpem regiam describit, quæ usque ad incensam urbem a Nabuchodonosore regnum obtinuit; subjungitque posteros ex ea prognatos, usque ad suam ætatem; quæ (ut videtur) ætas ipsa Seleuci Nicatoris, vel Antiochi ejus F. Syriæ regis fuit. Invictum enim, ni fallimur, ejus rei argumentum est; non solum quod in Hebræis codicibus post Nehemiam hic liber collocatur, novissimumque ibi omnium scripturæ librorum locum tenet: sed multo magis, quoniam pars extrema capitis illius tertii, ducto initio a Joakim rege, cujus anno decimo contigit transmigratio Babylonis; quatuordecim omnino generationes complectitur, quæ annos saltem implent trecentos. Scriptori hujus voluminis propositum fuit, (ut diximus) eo capite domus regiæ posteros repræsentare, perducta serie ad sua usque tempora: Matthæus vero postea probandum suscepit, Christum esse filium David ex Jechonia priore, sive Johanane, primogenito Josiæ. Ex iisdem autem Tabulis publicis uterque accepit: & quod descripsit quidem adhuc stante Templo auctor Paralipomenon, Synagoga hoc vidit esse summa fide descriptum, Ecclesia multo postea suscepit quoque ac probavit: Petro ipso auctore; qui in priore epistola Canonica, cap. 1, 17. describere quædam videtur ex 2. Paralip. XIX, 7. Nam qui liber Verborum dierum citatur a Nehemia cap. XII, 22. hunc non esse librum Paralipomenon, sed alium, qui nunc excidit, quem & liber tertius quartusque Regum appellat, interpretum eruditissimi consentiunt.

Hæc nobis certe magis opinio placet, quam quæ hoc loco Caietano excidit: hinc discendum scilicet, *quam erronea sit Vulgata editio*, quæ in hoc tertio capite libri primi Paralipomenon *ex fratribus facit filios, vel ex disparatis familiis facit unam genealogiam.* Nobis enim magis magisque Hebræa contemplantibus nec disparatæ occurrunt familiæ, filiive facti ex fratribus: & præterea perspicuum est, tametsi pro ratione idiomatis dissimilis oratio sit, unam tamen esse cum Hebræo eamdemque sententiam, quæ in Vulgata editione legitur; neque in illa modo, sed in Græca quoque ipsa interpretatione. Quamquam vel si sola Vulgata sic haberet, castiganda essent (uti censet Mariana hoc loco) hodierna Hebraïca, ex ea editione: cum eam præsertim sacrosancta Tridentina Synodus *authenticam* esse pronunciarit, hoc est, ut

CHRISTI GENEALOGIA.

jam post Gregorium a Valentia, aliosque, diximus, primigenio fonti simillimam: quo sensu Jurisperiti hodieque authenticum instrumentum vocant.

Nunc, ut de tertia Matthæi tessaradecade aliquid dicamus, prius altera generis Christi descriptio, quam Lucas tradidit, subiicienda oculis est; a Davide præsertim: & cum Matthæi altera, conferenda.

CHRISTI GENEALOGIA.

Matthæus.	*Lucas.*
	DAVID.
SALOMON.	NATHAN.
ROBOAM.	MATHATHIAS.
ABIAS.	MENNAS.
ASA.	MELEAS.
JOSAPHAT.	ELIAKIM.
JORAM.	JONAS.
Ochozias.	JOSEPH.
Joas.	JVDAS.
Amasias.	SIMEON.
OZIAS.	LEVI.
JOATHAM.	MATHAT.
ACHAZ.	JORIM.
EZECHIAS.	ELIEZER.
MANASSES.	JESVS.
AMON.	HER.
JOSIAS.	ELMADAN.
JECHONIAS.	COSAN.
	ADDI.
	MELCHI.
SALATHIEL Jechoniæ F. Neri gener.	NERI.
	ZOROBABEL.
ABIVD.	RESAS.
ELIACIM.	JOANNAS.
AZOR.	JVDAS.
SADOC.	JOSEPH.
ACHIM.	SEMEI.
ELIVD.	MATHATHIAS.
ELEAZAR.	MAHATH.
MATHAN.	NAGGES.
JACOB.	HESLI.
JOSEPH.	HAHVM.
	AMOS.
	MATHATHIAS.
	JOSEPH.
	JANNES.
	MELCHI.
	LEVI.
	MATHAT.
	HELI.
	MARIA.
JESVS CHRISTVS.	JESVS CHRISTVS.

In prima & secunda tessaradecade, certum est numerari personas singulas a Matthæo, tribus exceptis, de quibus dictum est. Igitur & in hac tertia eumdem ille morem tenuit. Quamvis necesse sit a Matthæo commemoratam esse in ista prolem, quam quisque, adæquatis saltem rationibus, quinquagenarius ediderit: a Luca eam, quam quisque genuerit anno ætatis fere xxv.

Id spectavit Lucas in scribendo, ut primum ostenderet nobilitatem generis Christi, originemque ex Davide per Mariam; quemadmodum Matthæus antea fecerat per Josephum: deinde, Zorobabelem ipsum, Templi restitutorem, materno genere ortum esse ex Davide; quemadmodum paternum ipsius pariter genus ex eodem Davide Matthæus ostenderat: ut inde liqueret, Christum paterno maternoque genere, ex Zorobabele: Zorobabelem paterno pariter maternoque sanguine, ex Davide descendere: quæ profecto magna Christi nobilitas est. Atque hinc apparet, a Davidis temporibus curæ fuisse Hebræis maternum quoque genus in Tabulis publicis describere; cum antea paternum dumtaxat in Tabulas referretur. Nam pars illa stemmatis, quam addit Lucas, ab Abraham usque ad Adam, patres tantum repræsentat; nec differt a Mose, præterquam in Cainane, de quo diximus suo loco.

Quod si a Salathiele, qui in captivitate genitus, tarde ibi (ut verisimile est) hoc est, anno quinquagesimo matrimonium iniit, genuitque Zorobabelem; quod si ab illo, inquam, vel a Zorobabele filio, ad hujus rei memoriam, constitutum in sua familia fuerit; ut debitam primogenito hereditatem adiret is, sive qui anno tantum quinquagesimo uxorem duceret, sive qui ex patre jam quinquagenario nasceretur: (quemadmodum in Ducatu Rohaniæ apud Aremoricos, potissimus heres ille est, qui novissimus in lucem exiit:) idque in illa stirpe usque ad Josephum Christi patrem diligenter observatum fuerit, per undecim generationes: hoc certe si ponatur, perspicuum erit, nullam hic desiderari posse generationem apud Matthæum: sunt enim ab ortu Zorobabelis ad Christi natalem anni circiter DL. ac proinde generationes undecim, quarum unaquæque anno quinquagesimo evenerit. Nec mirum deinde videbitur, alterum tantum fere generationum apud Lucam: & Christum nihilominus ex primogenitis ortum

CHRISTI GENEALOGIA.

tum traxisse constabit. Atqui de Josepho quidem, quin illius ætatis fuerit, cum accepit Mariam conjugem, vix sinunt dubitare sacræ ipsæ litteræ, in quibus Elisabeth Zachariæ, ex sorore Jacobi prognata, atque adeo Josepho suppar ætate, *in senectute sua* tunc fuisse dicitur, & *processisse in diebus suis.* Ergo & Josephus pariter jam ætate processerat. Hoc certe credibilius multo nobis videtur; quam si dicatur a Matthæo, in hac tertia tessaradecade nepotes pro filiis fuisse positos; quoniam istud nec probari potest, & abhorret ab eo more, quem ipse in duabus ceteris tessaradecadibus observavit.

Zorobabelem autem eumdem oportuit ab utroque, a Matthæo, inquam, & Luca commemorari; quoniam & hic unus proprie ad Christi genus pertinet; & sub illius nomine insignis est de Christo prophetia apud Aggæum, ac de regno ipsius sempiterno. Certe cum in sacris litteris Veteris Testamenti non sit Zorobabel geminus filius Salathiel; non esse alius potest apud Lucam, ab eo quem Matthæus habet: Matthæo quidem Josephi genus ab Abiud: Luca autem a Resa fratre Abiud, Zorobabelis filio altero, Mariæ genus deducente: ut ille a Salomone, a Nathan iste, Davidis liberis, Zorobabelis genus derivarit.

Cum vero Salathielem Zorobabelis patrem genuisse Jechonias dicitur apud Matthæum, apud Lucam Salathiel esse Neri filius; hoc loco filium pro genero poni statuendum est; quoniam & ita poscit Latinæ linguæ consuetudo, testibus nummis antiquis; in quibus (ut diximus in Numismatis sæculi Constantiniani) & CONSTANTINVS FIL. AVGG. & MAXIMINVS FIL. AVGG. inscribuntur; hoc est, ambo *filii Augustorum:* quoniam esset uterque, alterius Augusti filius, alterius gener: & ita sacræ loquuntur litteræ, 1. Reg. XXIV, 17. *Numquid vox hæc tua est, FILI MI DAVID?* ut filium Saul pro genero dicit: & Ruth, cap. 1. Noëmi compellans nurus suas: *Revertimini, filiæ meæ,* semel iterumque: atque hic usus denique etiamnum apud nos obtinet, ut socer generum, filium vocet: *mon fils.* Denique Gen. XLVI, 7. ubi de Jacobo dicitur: *Filii ejus, & nepotes, FILIÆ, & cuncta simul progenies.* Et versu 15. *Omnes animæ filiorum ejus, & FILIARVM;* quæ sunt ibi *filiæ*, inquam, si nurus non sunt; sive, ut appellantur versu 26 *uxores filiorum ejus?* Omnium certe gentium fuisse mos iste videtur, Hebræorum, Latinorumque, sed & Græcorum etiam veterum. Nam apud Homerum, Iliad. γ'. versu 162. Priamus nurum suam Helenam, *filiam* appellat, voce τέκος: quamvis proprie partum fetumve vox ea significet:

——— Πρίαμος δ' Ἑλένην ἐκαλέσσατο φωνῆ.
Δεῦρο πάροιθ' ἐλθοῦσα, φίλον ΤΕΚΟΣ, ἵζευ ἐμεῖο.

In hac certe Christi genealogia, quam Lucas exhibet, filium accipi de filio naturali semper oportet, ubi necesse non est generum intelligi: necesse est autem ibi dumtaxat, ubi (quemadmodum in nummis allatis Constantini & Maximini) duorum unus aliquis filius appellatur: ut cum Josephum Jacob genuisse dicitur, & Joseph nihilominus filius Heli nuncupatur. Similiter cum Salathielem genuisse Jechonias dicitur, & Salathiel nihilominus filius Neri vocatur: nusquam enim duo eumdem genuisse ponuntur, tametsi duorum filius idem appellatur. Quod cum sit, alterutrius generum oportet intelligi, nempe illius, qui genuisse non dicitur. Alibi filium pro genero accipi necesse non est; ergo nec fas est. Hic vero, cum præsertim oporteat, juxta Dei promissionem, non ex Nathan Davidis filio, sed ex Salomone Christum oriri; 2. Reg. VII, 12, 13, 14. Paulo ipso interprete Hebr. 1, 5. Salathielem necesse est, patrem Zorobabelis, eumdem esse in utroque Evangelista; ipsumque filium quidem Jechoniæ, Neri vero generum esse; Rhesa autem fratrem esse Abiud, Zorobabelis filium; ut Maria Dei mater a Salomone, non a Nathane, per Zorobabelem, genus paternum duxerit. Neque vero (quod sane mirabile est, nostramque expositionem unam esse verissimam suadet:) quisquam in hoc numero duarum & XL. generationum, quas Matthæus habet, duorum filius appellatur, præter duos; quorum scilicet agnosci æque socerum ac patrem oportuit: alterum, nempe Joseph, filium Jacob & Heli, ut Christus filius Joseph (*ut putabatur*) paterno maternoque genere a Zorobabele ortum ducere; alterum, nempe Salathiel, filium Jechoniæ & Neri, ut Zorobabel filius Salathielis, paterno maternoque stemmate a Davide descendere nosceretur. Unde manifestum est, non alio consilio genealogiam a Luca hanc esse institutam, quam ut alterum istud eximium sane documentum nobilitatis Christi a Matthæo prætermissum, nobis non lateret; indicatis soceris, socerorumque majoribus illorum duorum, quorum patres & avos dumtaxat paternos Matthæus recensuerat. Atque hinc demum efficitur, ea dictione, *qui fuit*, apud Lucam, ubi ab homine origo monstratur, filium significari; sive naturalem, sive ex affinitate: cujus appellationis ex affinitate duo sint exempla dumtaxat, eaque necessaria: cum autem a Deo, creationem indicari: ut *Adam, qui fuit Dei.*

Præterea in hac genealogia gener *filius* idcirco dicitur, quia socer nullum habuit filium præter generum; desinente in Heli, exempli gratia, mascula prole ex secundo-genitis familiæ Davidicæ a Zorobabele: quemadmodum desiit in Josepho mascula proles ex primogenitis ejusdem familiæ deducta a Salomone. Sic & Salathiel filius Neri a Luca dicitur, quia Neri nullum habuit filium, præter Salathielem, hoc est, præter generum; desinente in Neri prole mascula deducta ex secundo-genitis familiæ Davidicæ a Nathane. Unde manifeste consequitur, id quod Lucas probare voluit, cum hujusmodi genus Christi per Deiparæ patrem Heli descripsit, heredem Davidici regni solum tunc fuisse Christum; solum eumdem ex familia Davidica superstitem æque a Nathane, ac postremum esse a Salomone Josephum Matthæus docuerat.

Quod vero de legali filiatione hoc loco multi referunt, vereor ut sit verisimile. Nam ut defuncti uxorem sive frater, sive propinquus duceret, olim est eo fine sancitum, ne possessio ad alienam familiam transiret, ut suscitaret ille *nomen defuncti in hereditate sua*, Ruth, IV, 9. quod fuit dicere, ut daretur uxori defuncti heres aliquis bonorum mariti sui. At non fuit istud dare defuncto filium, sed tantum ex ipsius olim uxore heredem: ex quo fieret, ut cum diceretur aliquis heres illius defuncti, non deleretur ejus *vocabulum de familia sua.* Sic *tulit Booz Ruth*, qui *genuit Obed.* Ruth. IV. Nec ibi tamen, nec in Paralipomenis, aut in Evangelio Matthæi, vel Lucæ, Obed filius Mahalonis, qui prior Ruthæ maritus, appellatur; sed Boozi filius: quoniam nimirum sacri scriptores intelligerent, potuisse Booz dare Mahaloni defuncto ex lege heredem: filium dare non potuisse. Nemo enim filius, nisi quem natura, aut voluntas fecerit. Nec exemplum in scriptura, alibive, vel unum occurrit, in quo quis ab aliquo genitus, alterius prius defuncti, filius appelletur, quamvis sit heres. Ac si quod ejus rei exemplum esset, non tamen propterea Joseph aut Jacobi aut Heli filius legalis eo modo dici posset. Non Jacobi quidem; alioquin cum dicitur, *Jacob genuit Joseph*, intelligetur genuisse metaphorice: quo interpretandi genere nullum est absurdius, nullum aptius ad evertendas scripturas. Neque etiam Heli; siquidem Joseph quinquagenarius fuisse videtur (ut diximus) cum Mariam conjugem accepit: Heli autem (uti ex numero generationum, quas Lucas recenset, fas est conjicere) vix quadragenarius. Non iste igitur aut

pater

CÆSAR AVGVSTVS. ANNI V.C.

pater legalis aut naturalis esse Josephi potuit, qui ante ipsum lucem vidit. Restat igitur ut Joseph filius Heli, quomodo Constantinus & Maximinus filii Augustorum, & David filius Saül; hoc est, gener fuerit. Nam *filius* illo gemino significatu, filii ac generi, tum in nummis istis, tum in Vetere Testamento occurrit.

CHRISTI Conceptio.

Die xxiv. Martii, conjunctio media luminarium sub meridiano Hierosolymitano, hora 1. 30′ post mediam noctem, feria quarta: (qua pariter feria, ante annos fere 4003. Solem & Lunam Deus condidit:) idemque dies æquinoctii medii fuit, hora 7. 40′. 39″. post meridiem. Primus adeo dies primi mensis, sive Nisan, hic fuit in Galilæa, ubi Christus conceptus est. Ab Incarnatione igitur Salvatoris, quæ postridie contigit, primo die Nisan in regno Judææ, nova Epocha Astronomica ortum habet; *novus sæclorum nascitur ordo:* ob eum qui *Pater* vocatur *futuri sæculi*, Isaï. IX, *6*.

CHRISTI Nativitas.

Luc. 2, 7. *Peperit MARIA filium suum primogenitum.* Matth. 2, 1. *Natus est JESUS in Bethleem Juda, in diebus Herodis regis.* Luc. 1, 5. *In diebus Herodis regis Judææ:* Judææ tantum, non & Galilææ. Hoc igitur anno imperii Augusti in Oriente XXXI. ejusdem Tribuniciæ Potestatis anno XXIII. nec vero alii numerabantur anni Augusti in nummis, nec proinde in Actis instrumentisve publicis:) die XXV. Decembris, media nocte qua sabbatum cœpit, CHRISTVS Servator noster nascitur. Ex quo factum est, ut & diem hunc vicesimum quintum Natali Domini semper adscripserit Ecclesia Romana; & peculiariter cultui Deiparæ addictum esse cum abstinentia ab esu carnis sabbatum voluerit. Ex illa autem etiam observatione consectarium est, anno isti Natalem Domini recte adscribi. Ex eo autem Kalendis Januariis proximis æra Christiana ducit initium; ab eo anno, qui est Urbis Romæ DCCCLIV.

Et hujus quidem æræ auctor Dionysius Exiguus vulgo creditur; quem mihi tamen virum vix quisquam persuaserit tantæ fuisse auctoritatis, ut non orbi Latino tantum, sed & Græco, hunc morem ingesserit. Nam ut in hoc tractu nostro, sic etiam Constantinopoli, atque adeo in tota Græcia, in ipsa demum Palæstina, ut ex Synodis librisque hoc sæculo ibi editis constat; non est alia Æra in usu, præter vulgarem & Christianam: nisi forte quando cum Turcis magistratibus rem gerunt: tunc enim Hegiræ anni notantur. Quam vero ob causam Acta omnia publica, quæ in Oriente (excepta Armenia & Ægypto) confecta sunt post tempora Concilii Florentini, æram vulgarem notent, quæ est apud Latinos in Occidente recepta, cum illa prius nusquam in Actis Orientis appareat; non est hujus vel loci vel temporis indicare. Interim, quemadmodum, quove auctore factum sit, ut Græci ea tempestate a pristino more discesserint, desierintque numerare (ut creditur) annos ab orbe condito, positis ante Christum annis 5508. ut Latinorum consuetudinem anteferrent, a quibus discidium tunc fecisse maximum produntur; viris eruditis excutiendum proponimus.

ÆRA CHRISTIANA.

1 Annus V. C. 754. Annus Julianus ab orbe condito 4005.

Luc. 2, 21. *Postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer, vocatum est nomen ejus JESUS* Kalendis Januariis. Matth. 2, 1. *In diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente venerunt:* die VI. Januarii, feria quinta. Luc. 2, 22. *Et postquam impleti sunt dies purgationis ejus, secundum legem Moysi, tulerunt illum in Jerusalem, ut sisterent eum Domino.*

2 Cædes infantium jussu Herodis hoc anno facta.

3 Non ante hunc annum, siquidem (ut par est) Matthæum audimus, Herodes obiit. Archelaus F. eidem in regno succedit. Nullus exstat nummus ipsius, qui sit genuinus.

CÆSAR AVGVSTVS ANNI CHRISTI.

4 Luc. 2, 41. *Et ibant parentes ejus per omnes annos in Jerusalem, in die solemni Paschæ*, tantum.

E Museo D. RIGORD, nummus ex ære mediocri, caput Jovis Antiocheni laureatum exhibet.)(Genius urbis sedet, velato capite, (quod signum est metropoleos:) dextra spicas tenet, fluvio ad pedes emergente: qui situm urbis indicat. Epigraphe: ΕΠΙ ΣΑΤΟΡΝΙΝΟΥ. ΟΥΟΛΟ...... ΕΛ. *Sub Saturnino Volusio* Syriæ (ut appellant) Præside, anno XXXV. qui incipit a Septembri hujus anni Saturninus Syriæ Præses apud Josephum nullus hoc anno; sed ante annos decem; ubi aut nullum nummi veteres, aut Varum exhibent. Litteras ΟΥΟΛΟ.... (ex quibus Volumnium finxit Josephus, alterum Provinciæ sive Præsidem, sive ut alii malunt, Procuratorem;) nos Volusium exponimus: quoniam apud Plinium, libro VII. sect. XII. circa hæc tempora geminus occurrit Volusius Saturninus: alter Præfectus Urbi, & Consul alter. Ab eo nummo nomen abest ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ; quod in reliquis nummis occurrit, in quibus Præsidis Syriæ (ut volunt) nomen insculptum legitur.

5 6 *Annus Sabbaticus.*

Nummus Mediceus: ΣΙΔΩΝΟΣ Θ. hoc est, ΘΕΑΣ. *Sidonis prænobilis & antiquæ.* Vide librum de Nummis antiquis Populorum & Urbium, in nummis Sidoniorum. L. ΖΙΡ. *Anno* CXVII. qui autumno hujus anni incipit.)(Caput Augusti, sine epigraphe. Æra cœpit autumno anni ab V. C. DCXLIII. Quod æram veterem Sidonii servant, nec Augustanam ab Asia recepta, fugatisque Parthis, adhibent; significant ad se hujus beneficii nullam partem pervenisse: sed sub fide tantum & clientela Romanorum, ut olim, se manere.

7 Nummus ex ære mediocri in Thesauro Regio: ΣΕΒΑΣΤΟΥ, capite Augusti laureato.)(Caper silvestris in piscem desinens, sive capricornus: symbolum ubertatis annonæ terra marique. L. ΛΗ. *Anno* XXXVIII. æræ Augustanæ, qui autumno init anni hujus VII. æræ Christianæ, V.C. DCCLX.

Circa hoc tempus contigit, quod Gamaliel narrat in Actis, cap. V, 36. *Ante hos dies exstitit Theodas, dicens se esse aliquem; cui consensit numerus virorum circiter quadringentorum: qui occisus est; & omnes qui credebant ei, dissipati sunt, & redacti ad nihilum.* Tanti Josephum facit Josephum facit Josephus Cappellus ex heterodoxis Calvinianis, ut cum Theodam ponat ille Claudii Cæsaris principatu occisum, hoc est, post annos amplius XL. Lucam hic asseveret memoria lapsum esse. Multo æquior, ut par est esse, Lucæ fuit Lightfootus Anglus, in Horis Hebraïcis: *Concede tantum*, inquit, *Josephum hic errare in computatione temporum, & tollitur omnis difficultas. Et non video quidem ego, qua ratione eam reverentiam & modestiam debeamus Josepho, ut tanto sudore famæ ejus consulamus. Inveniendus est alter Theudas, vel nescio quid aliud absurdi emplastri applicandum potius, quam Josephus postulandus falsi: cui tamen & in historia & in chronologia titubare & vagari non insuetum. Autumarim igitur ego Theudam Josephi esse Theudam Gamalielis; sed Josephum circa tempora errasse, & historiam veram decolorasse chronologia falsa.* Vide etiam Henr. Valesium, ad historiam Eccles. Eusebii, libro 2. cap. XI. quo judice *Josephus Lucam interpretatus esse videtur*, quamvis in notatione temporis ab eo discesserit.

8 Hoc saltem anno videtur Archelaus rex Judææ

CÆSAR AVGVSTVS. ANNI CHRISTI.

dææ obiisse; ex nummo qui sequitur. Tunc Judæa facta est Augusti provincia, per Præsides ab Augusto missos administrata. Ex illo tempore, absque Præsidis permissu & rescripto non licuit Judæis quemquam, etiam violatorem legis Mosaïcæ, interficere: quamvis liceret eis, ante Præsidis ratihabitionem, atque adeo oporteret a Judæis magistratibus litem instrui, sententiamque capitis in reum proferri, si quidem crimen esset contra legem Mosis admissum, & capitale. Huc illa eorum vox pertinet, Joan. XVIII, 31. *Nobis non licet interficere quemquam.* Et XIX. 7. *Et secundum legem debet mori.* Vide etiam Act. XXIV, 6. & XXVI, 10. Et ex Matthæi autem capite XXVII, 16. intelligimus, penes unum Præsidem fuisse ibi potestatem, Judæis magistratibus prorsus inconsultis, judicium capitis ferre in reos criminis per leges Romanas interdicti: cujusmodi homicidium & latrocinium fuit.

In Thesauro Brandeburg. tomo 2. pag. 90. Caput Pietatis: Liviæ dicunt esse, falso: sine epigraphe. .)(. In corona laurea, ΑΘ. *Anno* XXXIX. Asiæ per Augustum receptæ.

E Cimelio D. FOVCAVLT, museoque nostro, nummus ex ære mediocri: ΚΑΙCΑΡΟC. Spica, fertilitatis agri Judaici symbolum. .)(. Palma, similiter, ΑΘ. annus XXXIX. ab Asia per Augustum recepta.

9 Nummus Mediceus: ΣΕΒ..... Caput Augusti laureatum. .)(Dea turrita, qui Genius urbis est. ΑΣΚΑΛΩ. ΓΙΡ. *Ascalonitarum* æræ annus CXIII. Non habent æram illi quæ est ab Asia recepta, quoniam *oppidum Ascalo liberum*, ut Plinius admonet lib. V. pag. 566. & mari appositum, hujus beneficii nullam partem sensit: itaque solam æram adhibet initæ olim societatis cum Romanis.

10 Altera descriptio Judææ per capita, tributi pensitandi causa, circa hoc tempus, Augusti jussu, cujus erat provincia, facta videtur. Indicatur ea primum a Luca, cap. 2, 1. ubi *primam* commemorat. Deinde a Matthæo, cap. XXII. *Licet censum dare Cæsari, annon?* ubi census tributum est, Luca interprete, cap. XX. *Licet nobis tributum dare Cæsari, an non?* Quoniam videlicet libertate donati fuerant, atque immunitate omni, tum a regibus Syriæ, anno Græcorum CLXX. 1. Mach. XIII, 36. tum a Romanis ipsis, in fœdere cum Simone summo sacerdote, magno Duce, & Principe Judæorum, 1. Mach. XIV, 26. Ejusdem descriptionis iterum mentio in Actis, cap. V, 37. *Post hunc* (Theodam de quo supra) *exstitit Judas Galilæus in diebus professionis*, id est, *census in* Judæa peracti, *avertit populum post se, & ipse periit*, &c:

11 Nummus ex ære mediocri: ΕΠΙ ΣΙΛΑΝΟΥ. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΒΜ. *Sub Silano* Syriæ Præside, nummus *Antiochenorum*, anno XLII. æræ Augustanæ.

12 Luc. 2, 42. *Et cum factus esset annorum duodecim, ascendentibus illis Jerosolymam, secundum consuetudinem diei festi* (Paschæ) *consummatisque diebus, cum redirent, remansit puer JESUS in Jerusalem.* Postea rediit Nazareth. Fuit Neomenia civilis æquinoctialis hoc anno, die XII. Martii, sabbato: Novilunio medio incidente in diem 11. Martii, hora 2. 1′. 44″. post meridiem, feria sexta. Paschæ dies festus, seu decimusquintus mensis primi, die XXVI. Martii, pariter sabbato: Litt. Dom. C. B.

In gaza Regia: ΕΠΙ ΣΙΛΑΝΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΓΜ. Annus XLIII. autumno anni hujus incipit.

13 *Annus Sabbaticus.*

In museo nostro, & apud P. Jobert, nummus Jovis vultu: .)(. Aries cum Solis sidere. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΕΠΙ ΣΙΛΑΝΟΥ. ΔΜ. Anno XLIV. qui autumno hujus anni incipit.

ANNI CHRISTI.

Nummus ex ære minimo: ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Caput Augusti laureatum. .)(. Turritum caput, seu Genius urbis: ΔΑΜΑΣΚΗΝΩΝ. L. ΕΚΤ. *Damascenorum* nummus, *anno* CCCXXV. æræ Græcorum: qui autumno anni hujus init. Damascus parebat Aretæ regi, amico & socio Romanorum. 2. Cor. XI, 32. Nummus est apud Franc. Lotti.

14 Hic annus supremus Cæsaris Augusti fuit: qui primo dictus est de gentis suæ nomine, C. Octavius: deinde adoptionis jure, C. Cæsar: postmodum titulo potestatis, Augustus. Ut Tarquiniorum olim origo e Græcia fuit, teste Plinio; sic gentem Octaviam e Phrygiæ regibus descendere, tum Horatius significat, lib. 2. satyra V. ubi Augustum *ab alto demissum genus Ænea* vocat; tum Virgilius, libro 1. Georg. ubi idem dicitur *cingens materna tempora myrto*: quoniam Æneæ parentem fuisse Venerem proditum est ab Homero. Quod si Julia gens ab Ænea profluxisset, ut creditur; nullam in ea laude partem haberet Octavius; qui solo adoptionis beneficio insertus in Juliam est. Adoptio enim genus, & sanguinem non transmittit; sed opes tantum & facultates.

Idem hic primus Tiberii Augusti annus est, Sextili mense, ut videtur.

TIBERIUS AUG.

Nummus ex Thesauro Regio, primæ molis æreus: & apud D. FOVCAVLT, similis huic ex ære mediocri: ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. *Augustus Augusti* F. Tiberius scilicet capite laureato. .)(. Intra coronam lauream, A. *primus* Tiberii Annus: Inferius: ΕΠΙ ΣΙΛΑΝΟΥ. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΕΜ. *sub Silano* Syriæ Præside: nummus *Antiochenorum*, anno XLV. ab Asia recepta: qui annus autumno hujus anni incipit, idemque incidit in primum Tiberii annum: qui dici primus annus non ante cœpit, quam esset Tiberius Σεβαστὸς, Augustus. Ex quo commentum arguitur eorum, qui geminum Tiberii initium confingunt; tamque futili conjectura æram Christi vulgarem spernunt; statuuntque eum annum, qui apud Lucam *annus quintusdecimus Tiberii Cæsaris* appellatur, invito Luca, & usu communi, (ne Josephus scilicet in anno Herodis obitus adsignando credatur fuisse mentitus,) duodecimum tantum ab Augusti obitu annum fuisse. Quasi vero aliam computandi rationem inire Lucas potuerit, ab illa quam nummi Syriæ, quos ipse in pera habuisse credi potest, aperte præferebant. Neque enim Antiochiæ modo, sed & Seleuciæ, ut mox videbimus, atque adeo in tota Syria, & in Ægypto hæc ratio computandi fuit in usu.

Cæsarum annos consignare in nummis priusquam Augusti forent, plane inauditum fuit; ut ostendimus in Numismatis sæculi Constantiniani. Nec aliter autem quisquam vir prudens existimaverit in Actis publicis annos consignari solitos fuisse, quam in nummis ipsis, qui essent Principis vultu notati. In his annos tantum Tribuniciæ potestatis Roma signabat, ex quo quisque Cæsarum donatus ea fuisset, non ex quo prior Augustus e vita decessisset. Est autem hic annus Tribuniciæ potestatis Tiberio delatæ, sextusdecimus, qui primus imperii. Annos imperii sive Tiberii, sive alterius Augusti, numquam Occidens in nummis insculpsit: quoniam nullum ei ibi summum, sed omne sub Senatu imperium esset. In Syria autem & Ægypto, quoniam erant ambæ Augustorum summo cum imperio provinciæ; eam ob rem, post decessoris obitum, nec prius, eorumdem annos in iis provinciis computari mos fuit.

Apud Tristanum, tom 1. pag. 65. ΤΙ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΡΧΙΕΡ. ΜΕΓ. Ἀρχιερεὺς μέγιστος. *Tiberius Cæsar Aug. Pontifex Max* capite laureato. .)(. ΑΡΧΙΕΡΑΤΙΚΟΝ ΑΝΤΙΟΧΕΙΣ. A. *Primarium sacerdotium* apud se *Antiochent* Tiberio deferunt, anno ipsius *primo*: uti superius Augusto delatum ab iisdem vidimus, annis ipsius XXV. alusque. Annus igitur imperii Tiberii primus, isto quoque nummo testante, is fuit, quo Augustus est salutatus.

Nummus Regiæ gazæ ex ære minimo: in laurea, ΤΙ. ΚΑΙΣΑΡ. *Tiberius Cæsar.* .)(. ΙΟΥΛΙΑ. L. A. *Julia, anno primo.* Palma, Judææ symbolum. Annus primus Tiberii Augusti, & Juliæ conjugis.

Anni enim Cæsarum numquam notantur in nummis, ut diximus, sed tantum Augustorum. Et IVLIA in nummis, Tiberii conjux est: Augusti, LIVIA semper, vel AVGVSTA. Nummi in Judæa percussi, vel Samaria, a monetariis Græcis; Augusti, Tiberii, Neronis; pro Augusto Cæsarem dicunt: juxta illud, Matth. XXII, 21. *Dicunt ei, Cæsaris.* Et Joan. XIX, 15. *Non habemus regem, nisi Cæsarem.* Et Paulus, *Cæsarem appello*; cum more patriæ suæ loqueretur. In reliqua Palæstina, ut Cæsareæ; in Galilæa, in Syria, Σεβαστὸς & Ἄυγουστος, *Augustus* dicebatur: quæ vox Venerabilem sonat. Venerari hominem fictorum numinum cultui addictum, aut eumdem venerandum profiteri atque colendum, Judæa fortassis sibi nefas esse censuit: quam ob causam & Mardochæus olim Aman adorare abnuit. Lucas vero more patrio cum scriberet, non veritus est Augustum dicere.

Apud P. JOBERT, nummus ex ære minimo: TIB. KAICAP, in corona. Vultum enim in nummis insculpi Judæa non sineret. .)(. Palma, Judææ symbolum.

Annus Christi, 15.

Nummus Juliæ Augusti filiæ: in laurea corona, ΙΟΥΛΙΑ. .)(. Palma, Judææ symbolum: hinc L. inde B. hoc est, *anno secundo* Tiberii Aug. Est ex ære minimo, mihi dono datus a D. FAVVEL, Regio Capellano, & Abbate de Claro-Fageto.

Annus Christi, 16.

Nummus e gaza Regia, Γ. ΕΠΙ ΣΙΛΑΝΟΥ. ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ. ΖΜ. Annus *tertius* Tiberii, *sub Silano* Præside. Nummus *Seleucensium*, anno XLVII. ab Asia recepta, in quem annus Tiberii tertius incidit, ex quo Augustus est salutatus. Autumno anni hujus init. In antica nummi area, ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. *Cæsar Augustus Augusti* F. Similem omnino Antiochenorum penes se esse, cum Γ. ΕΠΙ ΣΙΛΑΝΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΖΜ. testatur D. Vaillant.

Nummus Mediceus ex ære: Caput Apollinis radiatum. .)(. ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ *Julieusium* nummus, *qui & Laodicenses sunt.* Infra, ΖΜ. Anno XLVII. ut proxime. Eamdem cum vicinis Antiochenis ac Seleucensibus, Laodiceni ad Libanum æram sequuntur.

17 *Annus Urbis conditæ* 770. Christi, 17. Hinc æra Augustanorum in Cilicia incipit.

Nummus Tiberii, capite nudo, sine epigraphe. .)(. ΤΙΒΕ. L. Δ. *Tiberii anno quarto*, post Augusti obitum. Est ex ære minimo, in Thesauro Regio, cum effigie crocodili. Est & Juliæ Augusti filiæ, in hac civitate nummus inscriptus, ΙΟΥΛΙΑ, cum L. Δ. *anno* Tiberii *quarto*: quamvis Tacitus, libro I. Annal. num. LV. eam obiisse in exsilio ponat anno ipso Tiberii primo.

18 Nummus e Thesauro Mauroceni, apud Patin. pag. 112. ΤΙΒΕΡΙΑΣ in corona. .)(. ΠΕΡΙΟΔΟΥ ΤΕΤΑΡΤ. *Anno quarto currente* imperii Tiberii Cæsaris. Palma, Judææ symbolum, ut in nummis Simonis Pontificis. Tiberias oppidum Galilææ fuit: cujus æra ab autumno superiore incipit, in nummis Trajani, Hadriani, & Antonini Pii signata, primo ipsorum imperii anno.

Nummus Tiberii, capite nudo, sine epigraphe. .)(. ΤΙΒΕΡΙΟΥ L. Ε. *Anno quinto* post Augusti obitum. Hippopotamus. Nummus in Ægypto cusus, e Cimelio D. FOVCAVLT.

Nummus Tiberii: ΕΠΙ ΣΙΛΑΝΟΥ. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΘΜ. in corona: Annus XLIX. ab Asia recepta, autumno iniens.

19 Apud Franc. Lotti, nummus ex ære mediocri, Tiberii vultu. .)(. ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ. ΑΛΤ. *Tripolitarum* e Syria nummus, anno æræ Græcorum CCCXXXI. qui autumno anni hujus init. Castoris & Pollucis in eo nummo insculpti vultus.

TIBERIUS AUG. ANNI CHRISTI.

20 *Annus Sabbaticus.*

21

22 Hierocæsariensium in Lydia æra ab hoc anno incipit: quo nempe anno civitates Asiæ a Tiberio restitutas esse nummi testantur, ex ære magno in Thesauro Regio, & in Museo nostro, cum esset TR. POT. XXIIII. Hæc autem cœpisse circa mensem Julium anni hujus creditur.

23 Apud Patinum, pag. 48. ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. *Cæsar Augustus Augusti* F. Caput Tiberii. .)(. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. ΔΝ. in corona. Anno LIV. ab Asia recepta, qui autumno hujus anni incipit.

Julias oppidum de nomine Juliæ Augustæ Tiberii conjugis, (tametsi scriptores antiqui refragentur,) ab Herode tetrarcha circa hoc tempus ædificatur: sita ab oriente lacus Genesaræ, teste Plinio, lib. V. sect. XV. uti Tiberias ab Occidente ante sex annos condita

24

25

26

27 *Annus Sabbaticus.* V. C. *annus* 780. Apud D. Rigord, Tiberii nummus. .)(. ΑΣΚΑΛΩ. ΑΛΡ. Ascalonitarum nummus, anno CXXXI. Cetera, ut anno V. C. 752.

28 Apud Vaillant. pag. 41. ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ Caput Augusti. Forte ΘΕΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ potius, ut in similibus passim ipsi vidimus. .)(. ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Caput Tiberii. L. ΙΔ. *Annus* XIV. cœptus ab autumno anni superioris.

29 Luc. 3. *Anno autem quintodecimo imperii Tiberii Cæsaris*, cœpto a mense Augusto anni superioris, *procurante Pontio Pilato Judæam, tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre ejus tetrarcha Ituraæ & Trachonitidis regionis*, prædicatio Joannis Baptistæ. Scriptum est in Græco codice perquam accurate, ἡγεμονίας Τιβερίου, non (ut alii perperam descripsere) βασιλείας: neque ut Rufinus Josephi interpres, libro 2. de bello Judaico, cap. VIII. *regnum* dixit scriptor sacer: qui probe nosset non esse Tiberium βασιλέα. Et *Tiberium Principem* Plinius passim appellat; non regem. Neque enim Princeps senatus & civitatis, rex idem senatus & civitatis fuit.

Apud D. FOVCAVLT, nummus ex ære mediocri, ΤΙΒΕΡΙΩ ΣΕΒΑΣΤΩ *Tiberio Augusto*: caput laureatum. .)(. ΓΑΔΑΡΕΙΣ. *Gadarenses* e Syria. ΒϞ. hoc est, anno XCII. æræ Pompeianæ, cœptæ ab autumno anni DCXCI.

Annus Christi 30.

BAPTISMVS CHRISTI Domini, feria sexta, si die VI. Januarii. *Et ipse JESUS erat incipiens quasi annorum triginta.* Luc. III, 23. Statim post baptismum ac jejunium, sub Pascha incipit prædicare, Act. I, 22. & X, 37. *incipiens a Galilæa.* Nec tamen discipulos ad se vocavit, ante annum sequentem sub Pascha. Vide quam contexuimus Evangeliorum concordiam, de annis Christi prædicationis, in libro De supremo Christi Paschate, pag. 84. Nam quod Petrus ait in Actis, cap. I, 21. *Oportet ergo ex his viris qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intravit & exivit inter nos Dominus JESUS, incipiens a baptismate Joannis, usque in diem qua assumptus est a nobis, testem resurrectionis ejus nobiscum fieri unum*

unum ex istis : non significat, statim ex quo Christus a Joanne baptizatus est, congregatos fuisse ab eo discipulos ; siquidem nonnisi post annum Petrus & Andreas primi ad Christum accessere. Sed dicitur ibi solummodo Christus discipulos coëgisse, *incipiens a Galilæa post baptismum quod prædicavit Joannes :* ut Petrus ipse idoneus sui interpres ait, Act. x, 37. hoc est, posteaquam baptismum Joannes prædicasset. Nam baptismum Joannis cum Petrus dicit aut Lucas ; imperite facit, quisquis baptismum intelligit Christo datum : cum intelligi baptismum oporteat, quem Joannes omnibus prædicabat. Itaque post illam prædicationem baptismi, & dum illa adhuc perseveraret, hoc est, anno sequente, cœpit JESUS *a Galilæa* discipulos congregare.

Annus Christi 31.

Evangelium Joannis ab hoc anno incipit, a die 2. Januarii, ut diximus in Tractatu de supremo Christi Paschate, pag. 85. Nihil ille de tempore quo cœpit Joannes Zachariæ F. baptizare, ut Matthæus, Marcus, & Lucas : hoc est, de anno Christi XXIX. Nihil de anno sequente, sive XXX. ut iidem : hoc est, de baptismo, jejunio, & tentatione Christi : nihil de subsecuta prædicatione in Galilæa, aliisque rebus eo anno gestis. Ea vero tantum fere narrat deinceps, quæ Hierosolymis & in circumjacente regione Christus dixit egitque : ne vel se spretos ab Evangeliorum scriptoribus, vel ab ipso Christi Servatore neglectos, Judæi jure expostularent. Nihil propterea scripsit de rebus ante passionem gestis, quas alii Evangelistæ attigerunt ; nihil de his quæ Christus in Galilæa egit, ut diximus ; præter miracula duo ; alterum, quo Christus fecit ex aqua vinum ; alterum, quo panes multiplicavit : quæ duo idcirco Evangelista retulit, quoniam his Christus Deum se summum esse probavit, quippe creatorem hominum & patrem : idem enim Deus est qui alit & qui creat. Ne de Transfiguratione quidem, quoniam gesta est in Galilæa, dictaque est ab aliis, quamvis ipse testis adfuerit, verbum ullum fecit : tantum eam obiter & generatim indicat, cap. 1, 14.

Dies festus Paschæ, seu dies quintusdecimus mensis primi fuit in Galilæa, XXVI. Martii feria 2. in Judæa vero & Hierosolymis, die XXVII. feria 3. Novilunio medio incidente in diem 12. Martii, hora 6. 34′. 12″. matut. feria 2. Litt. Dom. G. Æquinoctio medio, 25. Martii, hora 7. 54′. 42. matut. *Cum autem* JESUS *esset Jerosolymis in Pascha, in die festo, multi crediderunt in nomine ejus.* Joan. 2, 23.

Post mensem fere, *abiit iterum* JESUS *in Galilæam*, transivitque *per Samariam*, ubi mulierem Samaritanam docuit ; exeunte Aprili. Joan. IV. Apostolos deinde Christus compellans ; Joan. IV, 35. *Nonne vos dicitis*, inquit, *quod adhuc quatuor menses sunt, & messis venit ?* Gemina in Judæa satio, ut jam supra diximus, gemina & messis fuit ; Tritici prior hordeique sementis mense Tisri sive Septembri, ut mos alibi : & testis est, si qua ei fides, paraphrasis Chaldaica, in Eccl. XI, 2. Messis Martio fere exeunte, in Pascha : Levit. XXIII, 10. ut anno Josue primo factum esse perhibetur, Jos. III, 15. Sic in Ægypto frumenta sata Novembri incipiente, paulo ante Kal. Apriles falce meti incipiunt, teste Plinio, libro XVIII. sect. 47. Hæc in sacris litteris *messis* præcise, & *messis triticea* subinde appellatur, ex qua *primitiæ messis*, Levit. XXIII, 10. Altera satio, alteraque *agricultura*, ante Pentecosten, mense Xanthico, ineunte Maïo, 2. Mach. XII, 1. & XIII, 32. *Messis hordeacea*, post *quatuor menses*, de quibus Christus hic loquitur : ante autumnum ; sive, ut anno æræ Græcorum 149. ante initium anni sabbatici : in *æstu* denique, ac proinde exeunte Augusto, ut diserte exprimitur, in libro Judith, cap. VIII, 2, 3. Messem certe priorem, tunc peractam fuisse, Christi oratio exprimit. Tempus autem fere medium inter Pascha & Pentecosten fuisse, cum hæc diceret, adhuc sequentia verba suadent. Nam *post duos dies . . . . exceperunt eum Galilæi, cum omnia vidissent, quæ fecerat Jerosolymis in die festo : & ipsi enim venerant ad diem festum ;* Joan. IV, 43, 45. Nempe ad illum diem festum, cujus initio capitis facta mentio est. Nemo certe prudens dixerit, in illis regionibus ad messem triticeam exspectandum adhuc fuisse post Pascha spatium quadrimestre. De altera igitur messe Christus locutus est, priore jam tum proinde peracta, mense Nisan medio, cui olim nomen fuit *Abib*, Exod. XIII, 4. argumento *novarum frugum*, quæ tunc metebantur. Enimvero quæ natio *novas fruges* appellet, nisi quæ sint maturæ, falcemque desiderent ? Hinc festum messis inchoatæ in Paschate, cum primæ spicæ offerrentur ex tritico : ut Pentecoste festum messis peractæ fuit, cum offerrentur ex eodem tritico panes primi. Vide etiam librum Ruth, cap. 2, 23. Quis credat igitur testem αὐτόπτην fuisse, ut credi se vult, qui affirmat, in Palæstina nonnisi post tres menses ab extremo Aprili, (nempe ut in Gallia) messem frumenti fieri solitam ?


E gaza Regia nummus primæ molis, & ex ære mediocri apud D. FOUCAULT ; capite Tiberii laureato : ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ.)(. In corona laurea, ΕΠΙ ΦΛΑΚΚΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΒΞ. *Sub Flacco* Syriæ Præside. *Antiochenorum* nummus. Anno LXII. ab Asia recepta. Littera Ξ inversa in eo nummo est.

Annus Christi 32.

Poscit hic annus subjici ante oculos, Christi Servatoris affines & consanguineos, qui commemorantur in Evangeliis.

SCHEMA AGNATORUM CHRISTI

ex sacris litteris.



Maria Cleophæ, soror matris JESU, Joan. xix, 25. hoc est, soror viri Mariæ matris Jesu, Gallice dicimus, *belle-sœur*. Nam est Alphæus idem, qui Cleophas. Eadem *Maria mater Jacobi minoris* est, Marc. xv, 47. cui *minoris* cognomen fuit, propter patruum & patris fratrem patruelem sibi cognominem, adhuc superstitem, qui Jacobus major. Sic enim in nummis CONSTANTINVS IVNIOR aliquis appellatur, quamdiu superstes est alius senior Constantinus. Quæ nunc autem *soror*, in libro Ruth 1, 15. cognata magis Latine dicitur. Neque hæc vox, *cognatus*, vel *cognata*, aliud aut in sacris litteris, aut in nummis antiquis, quam affinem significat; ut diximus in Numismatis sæculi Constantiniani. Sic Antiochi Eupatoris *cognatus* Lysias, ab ipso Antiocho *frater* salutatur: 2. Mach. xi, 22, 35. *beau-frere*. Ubi *frater* pro *cognato* ponitur, quemadmodum proxime *soror* pro *cognata*. Hinc & Elisabeth *cognata* Deiparæ dicitur, hoc est, filia sororis cognati: quo more in Evangelio passim ii fratres alicujus appellantur, qui sunt e patris ipsius fratre prognati. Fuit autem Elizabeth filia sororis Jacobi, qui cognatus Deiparæ fuit, hoc est, socer. Quo sensu Exodi xviii, 1. ex eodem Vulgato interprete, *Jethro sacerdos Madian, cognatus Moysi*, hoc est, socer, vocatur.

De Sabbato δευτεροπρώτῳ, Luc. vi, 1.

Matth. xii, 1. *In illo tempore abiit JESUS per sata sabbato: Discipuli autem ejus esurientes cœperunt vellere spicas, & manducare.* Luc. vi, 1. *Factum est autem in sabbato secundoprimo, δευτεροπρώτῳ, cum transiret per sata, vellebant discipuli ejus spicas*, &c. Est sabbatum *δευτερόπρωτον*, uti fusius exposuimus in Tractatu De supremo Christi Paschate, Adar *δευτέρου πρῶτον*, mensis Adar *secundi primum*. Est enim artis Grammaticæ ea lex, ut cum vox una e duabus componitur, si sint ea duo nomina substantiva, aut numeralia, prius in regimine sit & in obliquo casu; ac proinde idem in Gallica interpretatione posterius. Sic Θεοτόκος, *βιβλιοθήκη*, *ἀργυρολόγος*, Oenipontum, Mussipontum, & similis formæ omnia. Ubi sunt autem duo numeralia vocabula, substantiva duo necesse est subintelligi: nec potest aliter statui ab his qui Græce callent. Est igitur sabbatum *δευτερόπρωτον* mensis *secundi primum*. Quod cum anno tantum embolimæo occurrere possit, in quo tertiusdecimus mensis superadditur, quem secundum Adar Hebræi vocitant; mensis ille autem non possit nisi in annum Julianum xxxii. cadere, ex iis annis qui possunt venire in controversiam; necessario consequitur, insignem esse hanc epocham; ex qua perspicuum fiat, annum passionis Christi, qui proximus huic fuit, esse non posse nisi æræ Christianæ tertium ac tricesimum. Fuit autem sabbatum illud dies prima Martii: litteris Dom. FE: novilunio medio Hierosolymis incidente in diem xxix. Februarii, hora 3. post meridiem, 26′ 44″. Tunc messis triticea in eo tractu fere matura, ut diximus. Manipuli enimvero oblatio fieri solita postridie Paschæ, ac proinde interdum xxv. Martii, ex tritico, non ex hordeo fuit; tametsi secus statuat auctor libri de Septenario, qui nec Judæam novit, nec sacras litteras intellexit, aut admisit omnes. Nec vero spicæ, quas discipuli vellebant, ex hordeo esse potuerunt; siquidem hordeum in spicis prorsus edule non est.

De die festo mediante, Joan. vii, 14.

Joan. vii, 1. *Erat autem in proximo dies festus Judæorum, Scenopegia.... Dixit ergo eis JESUS....... Vos ascendite ad diem festum istum..... Hæc cum dixisset, ipse mansit in Galilæa. Ut autem ascenderunt fratres ejus, tunc & ipse ascendit ad diem festum*; non ad diem festum istum, sed ad diem unum festum e quatuor, qui in illa ipsa solennitate occurrebant: *non ascendit tamen manifeste, sed quasi in occulto. Judæi ergo quærebant eum in die festo* priore, *& dicebant: Ubi est ille?* .... Versu 14. *Jam autem DIE FESTO MEDIANTE, ascendit* JESUS *in templum, & docebat.* Versu 37. *In novissimo autem die magno festivitatis, stabat JESUS, & clamabat, dicens: Si quis sitit*, &c. Scenopegia, seu festum Tabernaculorum, incipiens quintodecimo die mensis septimi, sive Tisri, septem dierum fuit; quorum primus & septimus dies festi fuere: octavus etiam præterea celeberrimus, qui & Collecta dictus est. Novilunium medium Hierosolymis fuit die xxiii. Septembris, hora 1. matutina, 47′ 42″. atque adeo eo ipso die fuit Neomenia civilis, feria tertia. Quæ cum propria Galilæorum sive Israëlis esset in festo Scenopegiæ; ut diximus in Tractatu De supremo Christi Paschate; Neomenia civilis Hierosolymis & in Judæa, uno die posterior fuit; nec a conjunctione luminarium, sed a φάσει petita; ut esset ibi tum prima, tum quintadecima dies mensis, feria quarta; quæ propria Judæorum erat & est etiamnum in Scenopegia. Hic igitur ordo dierum eo mense fuit:

Dies 15. Tisri,

7. Octobris, feria 3. Scenopegia in Galilæa.
8. Octobris, feria 4. Scenopegia in Judæa.

Dies festus medians, 11. Octobris, sabbato.

Novissimus dies magnus festivitatis, qui & dies Collectæ,

15. Octob. feria quarta, in Judæa.

Non ascendit Christus ad diem festum primum; sed ad diem festum mediantem: quo die docebat; ut & novissimo die festivitatis. Diei autem festi mediantis eadem plane ratio est, ac Dominicæ infra octavam, si quarto die incidat. Sabbatum, quo de agimus, xi. dies Octobris, dies quartus Scenopegiæ in Judæa fuit, sed & idem quintus, ducto initio a Scenopegia Israëlis, sive Galilææ: atque adeo fuit utroque modo, perquam accurate & scrupulose *medians*: ἑορτῆς μεσαζούσης, ut habet MS. Cantabrig. hoc est, ut Glossæ Philoxeni interpretantur hoc verbum, die festo intercedente, interveniente. Diem festum proprie, nempe sabbatum, fuisse diem illum mediantem, suadet etiam (si qua est ea auctoritas) Ecclesia Græca: quæ ad hujus diei festi mediantis repræsentationem, diem festum instituit Mediæ Pentecostes; diem illum videlicet feriæ quartæ, qui tempus a Paschate ad Pentecosten decurrens in duas partes æquales dirimit: quemadmodum e diebus octo Scenopegiæ quartus est, qui octavam dirimit: quintus, e novem.

Atqui ut *dies festus medians*, hoc est, sabbatum, quartus sit dies ex illis octo, quintusve e novem, fieri non potest extra annum xxxii. æræ Christianæ, ex iis annis de quibus disceptari solet. Hunc igitur necesse est esse pæne supremum vitæ Christi. Atque hi quidem duo characteres, sabbatum dico *δευτερόπρωτον*, & diem festum mediantem; adeo clare demonstrant, non posse alium annum esse Christi passionis, quam xxxiii. ut & Lucas & Joannes satis esse intellexerint, si ex his alteruter notaretur: quoniam & scientibus formam anni Judaïci liqueret aperte, non posse utrumque illum characterem incidere nisi in annum xxxii. Julianum, qui Christi mortem antecessit: & eamdem anni formam nescientibus cupiditatem illi ipsi characteres iniicerent, investigandi qua demum in anni mensiumque forma occurrerent: ut qui deprehenderent statui neutrum posse, nisi in anni Judaici forma, qualem descripsimus; ii & annum intelligerent mortis Christi fuisse xxxiii. æræ Christianæ: & Kalendario usos esse jam tum Judæos, cycloque decemnovennali, ut posuimus: cum præsertim etiam Sinenses habere se cyclum illum in suis Annalibus glorientur ab anno fere 2330. ante Christum;

qui

qui est nostro calculo fere vicesimus post diluvium. Quo quis autem probabili argumento suadeat, Hebræos a Mose usque & Salomone ad Christi tempora, ac multo postea, tam bardos hebetesque fuisse, ut inter Ægyptios, Chaldæos, Græcosque positi, Kalendarium non haberent?

Annus Christi 33.

Apud P. JOBERT, nummus ex ære mediocri: ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Capite laureato. L.K. Anno xx. qui ab Augusto mense hujus anni incipit. ☩. ΘΕΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ, capite radiato: *Divus Augustus.*

In Cimelio D. FOUCAULT, Tiberii nummus ex ære mediocri: ☩. ΔΑΜΑΚΗΝΩΝ. Sic enim ibi scriptum est, pro Δαμασκηνῶν. Aream nummi cervus, sive dama, obtinet; ad quem nunc forte illuditur. Litteræ EMT, quæ subiiciuntur, annum CCCXLV. æræ Græcorum designant; qui ab autumno hujus anni incipit. In fidem & clientelam imperii Romani Damascus se forte contulit: nec Romanæ tamen ditionis fuit: quæ causa est quamobrem æram Græcorum retineat. Pari jure multo postea Orthosienses in Syriæ litore, habent eamdem æram sub Antonino Pio, in nummo e gaza Regia.

Die XXXI. Martii, XI. Nisan Hierosolymis, feria 3. hebdomadæ, qua Christus Dominus diem supremum obiit, *abeuntes Pharisæi, consilium inierunt ut caperent.* JESUM *in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis, dicentes: Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo. . . . Dic ergo nobis quid tibi videtur? Licet censum dare Cæsari, an non? Cognita autem JESUS nequitia eorum, ait: Quid me tentatis hypocritæ? Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis JESUS: Cujus est imago hæc & superscriptio? Dicunt ei: Cæsaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo.* Matth. XXII, 15. &c.

Cum Herodianis. Fuere hi ex aula & comitatu Herodis Tetrarchæ Galilææ. Nam & *ipse Hierosolymis erat illis diebus*, Luc. XXIII, 7. & erat addictissimus familiæ, Tiberii Cæsaris, unde se Φιλαδέλφων in nummis antiquis appellat. Itaque hos sibi comites adjunxerant Pharisæi, ut testes essent, numquid negaret Christus tributum pendi oportere Cæsari. Syrus interpres vertit, *cum domesticis Herodis.*

Licet censum dare. Quam vulgo capitationem vocamus. Liberos se esse Judæi, præsertim Hierosolymitani, profitebantur; ut ad annum Christi decimum jam diximus, ac propterea ægre tributum in capita impositum Cæsari solvebant, 1. Mach. X, 33. Decretum Demetrii regis Syriæ: *Et omnem animam Judæorum, quæ captiva est a terra Juda in omni regno meo, relinquo* LIBERAM *gratis, ut omnes A* TRIBUTIS SOLVANTUR, *etiam pecorum suorum.* Item Antiochus filius Demetrii, 1. Mach. XV, 7. *Jerusalem autem esse sanctam & LIBERAM*, &c. Multo vero magis indigne patiebantur, transferri ad Cæsarem pecuniam, quæ Deo prius ab ipsis viritim solvebatur, ut mox dicemus.

Nequitia eorum. Magna certe nequitia fuit, quod responsum a Christo elicere vellent, unde struerent ei calumniam. Nam si dandum esse Cæsari diceret, quod sibi Deus reservasset, divinæ legis & Templi Dei contemptor haberetur apud plebem: si negaret autem, reus violatæ Cæsareæ majestatis.

Numisma census. Ejus pretii nummum argenteum, sive denarium, cudi jusserat Tiberius Imperator, quem vellet sibi solvi in singula capita a Judæis; ut recte vidit Cornelius a Lapide. *Denarius* fuit cum imagine & superscriptione Cæsaris. Non ergo cudebatur in Judæa: neque enim Judæi vultum Cæsaris nummo imprimerent: sed Cæsareæ in Palæstina maritima. Argenteum autem fuisse oportet, si quidem denarius est. Græcum præterea, aut Latinum. Latinum in Oriente cusum eo ævo nummum nullum vidimus, nullum ex argento Græcum. E Latinis, qui essent ea ætate cusi in Occidente cusi, nullum umquam audivimus in Oriente fuisse effossum, aut inde allatum. Inde colligimus non fuisse denarium illum ex eo genere nummorum, quos *Medaglias* vocamus; sed pecuniam publicam: quæ ut fit, succedentibus novis Principibus, aut causis oborientibus, mutata subinde est: unde nullus ejus formæ nunc denarius superest.

Quæ sunt Cæsaris. Quæ jussu Cæsaris cusa est & nomine ipsius inscripta pecunia, hanc Cæsari *reddite.* Sed quæ Dei jussu cusa est, & ad mensuram in Templo ejus servatam exacta, & hanc sibi solvi præcepit, hanc nihilo minus Deo persolvite. Ex hac sententia prorsus apparet, tributum quod viritim Judæi jubebantur Cæsari solvere, illud ipsum fuisse, quod lege tenebantur Deo persolvere in usum Templi: Cæsare sarta tecta Templi in se recipiente, ne a Judæis pro Templo arx fieret, atque ea arte censum illum ad se transferente. Et reipsa numisma census *denarius* fuit, ut hic dicitur. Et quod lege dari in usum tabernaculi vel templi, *dimidium sicli* fuit; cujus valor idem ac denarii est. Nam siclus habuit *obolos*, hoc est, asses *viginti.* Lex ea scribitur, Exod. XXX, 11. &c. ubi viritim a singulis Israëlitis offerri præcipit *dimidium sicli juxta mensuram Templi*, hoc est, denarium argenteum: *Susceptamque pecuniam, quæ collata est, a filiis Israël, tradi in usus tabernaculi testimonii:* vel, ut dicitur 2. Paralip. XXIV, 5. *ad sarta tecta Templi Dei.*

DE SUPREMO CHRISTI PASCHATE.

PASSIO CHRISTI DOMINI, die 3. Aprilis, anno æræ Christianæ XXXIII. littera Dominicali D. feria sexta, quæ decimaquinta mensis Nisan Galilæis fuit; post Pascha proinde a Christo peractum pridie cum Apostolis suis Galilæis, post Solis occasum; quod initium fuit decimæ quintæ diei. Judæis interim, hoc est, civibus Hierosolymitanis, & Judææ provinciæ incolis, dies ea decima quarta dumtaxat fuit: illis a conjunctione Solis ac Lunæ; istis, a primo tantum Lunæ conspectu, seu postero a conjunctione die, Neomeniam primi mensis hoc anno computantibus. Nam vices in eo servasse Judam & Israëlem, multis argumentis in libro De supremo Christi Paschate evicimus: cujusmodi ista sunt, quæ nunc iterum pauca e multis selecta repræsentamus, ob argumenti dignitatem.

1°. Jam a primis temporibus proximo post sortitionem terræ sanctæ sæculo, fuit Neomenia duplex, uti nunc quoque summa religione observant Judæi ubique terrarum; altera a conjunctione siderum, ut diximus: altera postridie, a φάσει. Quod eo quidem consilio videtur olim solerter excogitatum, ut *omnis multitudo filiorum Israel* Pascha perageret quartadecima die ad vesperam, tametsi pars altera altero die id obiret. Nam istum certe geminum Neomeniæ festum diem, geminumve diem Paschæ, nulla genti Judaicæ suaderet auctoritas, præter divinam aut propheticam. Novilunium medium fuit Hierosolymis, die 19. Martii, 0. 55'. 32". post meridiem, feria quarta, ac proinde Neomenia civilis altera fuit 20. Martii, feria sexta; altera postridie, sabbato.

Duplicem Neomeniam cum dico, de tota Palæstina dico: alteram nimirum in tribu Juda & Benjamin; alteram, in reliquis tribubus. Unicam enim in utralibet harum portionum; in Juda exempli causa, fuisse tempore Saülis, apparet ex libro 1. Regum, cap. XX. si conferantur versus 18. 19. 27. & 34.

TIBERIUS AUG. ANNI CHRISTI.

DE SUPREMO CHRISTI PASCHATE.

Sed hi duo dies cum diversi essent, & tamen in suo quisque tractu primus dies mensis foret, sive Neomenia; extra Palæstinam ambo pro festis habebantur: qui ritus & in die decimaquinta, sive in Paschate, servabatur: Nec in illo tantum, sed & in reliquis diebus festis mensium singulorum.

Expiationis ipsa dies, seu decima mensis Tisri, duplex quoque fuit, ut consequens est; in Judæa altera, altera in Galilæa: ambo festi dies extra Palæstinam, quod hodieque religiose admodum custoditur. At cum ingredi Pontificem *semel in sancta* lex ferret; e duobus Pontificibus, qui subinde fuere, ut ætate Davidis & Salomonis, & Christi temporibus, (nam anno uno eodem quintodecimo Tiberii Cæsaris, fuere *principes sacerdotum Annas & Caiphas*, Luc. III, 2.) solus ille Pontifex officio fungebatur, qui esset Pontifex anni illius pro Judæis; quippe quorum in ditione Templum fuit. Jam qui erat ordinatione prior, is eorum Pontifex censebatur, qui prius festum diem agerent; qui posterior, is eorum erat, qui postridie celebrarent. Cum igitur anno isto Christi XXXIII. exempli gratia, Judæi post Galilæos festum Expiationis agerent ex regula אגו *Ago*, quam exposuimus in Tractatu de supremo Christi Paschate, pag. 41. ei soli Pontifici, qui posterior ordinatione & ætate erat, hoc est, Caiphæ, licuit eo anno ingredi in sancta sanctorum: nempe feria 4. die XXIII. Septembris. Atque ille germinus est intellectus dicti illius, Joan. XI, 49. *Caiphas, cum esset Pontifex anni illius.* Quod si Judæi pridie, postridie Galilæi celebrarent, Annas ut pote senior, fuisset Pontifex anni illius. Pascha vero uterque Pontifex cum Judæis edit, quoniam uterque civis Hierosolymitanus fuit; non alter cum Judæis, cum Galilæis alter sive peregrinis.

Eo sane intellectu ac modo annui quodammodo illis temporibus Pontifices fuerunt; non eo, quem scriptores haud satis certæ fidei referunt. Certe enim tum ex Evangelio Lucæ, cap. IV. ceterisque sacris scriptoribus, qui res gestas Christi Servatoris retulerunt, tum ex capite IV. Actorum constat ab anno Christi XXIX. ad annum XXXIII. atque adeo per annos quinque continuos, eosdem fuisse duos Principes sacerdotum, Annam & Caïpham; Annamque priorem, siquidem esset Caiphæ socer, Joan. XVIII, 13. quamobrem & *adduxerunt* JESUM *ad Annam primum*, quoniam esset prior ordinatione Pontifex. Neque ille quidem Pontifex illius anni fuit pro sacris obeundis: nam hæ partes erant illius, qui Pontifex Judæorum esset, ut diximus: sed tamen fuit eo anno primarius judex Galilæorum; quæ altera veluti functio magistratus illius fuit. Cur autem gemini essent, vel Christi temporibus, vel Davidis ac Salomonis ætate Pontifices; aut cur has inter se annuas fere vices servarent, quas diximus, Expiationis die; quid attinet laboriosius quærere, cum rem ita se habere scriptorum sacrorum testimonio liqueat? Et natum illud fortassis ex populi frequentia innumerabili, cui geminum adsignari judicem, cum summi sacerdotis titulo ac potestate, oporteret. Ut ut est, Joannes quidem, cum res a Domino Servatore gestas referat; solumque Judæorum Pascha commemoret, festosque reliquos Judæorum dumtaxat; Pontificem idcirco Judæorum, sive illius anni, tantum appellat. Lucas interim e diverso Galilæus, primatum dat Annæ, eodem ipso anno; Act. IV, 6. *Annas*, inquit, *princeps sacerdotum, & Caiphas, & Joannes, & Alexander:* Ubi (nam id est obiter indicandum) duo primum summi primique sacerdotes, sive Pontifices; deinde duo secundi sacerdotes, seu Vicarii duorum Pontificum ac Principum sacerdotum, appellantur: ita ut suus cuique fuerit. Sic enim libro IV. Regum, XXV, 18. & Jerem. LII, 24. *Saraias sacerdos primus, & Sophonias sacerdos secundus*, non duo sunt summi Pontifices; sed alter Pontifex, alter Vicarius Pontificis; qui ejus vice sacerdotio fungeretur, si quid ei morbi humanitus, aut legalis immunditiæ, obtigisset. Eo Vicariorum ordine *functi sunt sacerdotio Eleazar & Ithamar, coram Aaron patre suo:* Num. III, 4. & I. Paralip. XXIV, 2. Et figura quidem unius in Ecclesia Pontificis, Aaron, ceterique singulares Pontifices fuere; non isti bini per vices fere annuas sacerdotio defungentes: hoc est, id pro figura fuit, quod Deum ipsum auctorem habet; non quod humanum invexit ingenium. Quamquam vel sic unum Pontificem habere se unius anni jactarent Judæi; tametsi haberent duos Principes sacerdotum: quoniam Pontificatus munia anno uno in Templo unus obiret. An magis autem geminus quintusdecimus dies legi sacræ adversatur, quam geminus Pontifex? cum præsertim uterque ex æquo in sacris litteris sat magna luce se prodat.

2°. Apud Matthæum præterea Marcum, & Lucam, de Paschate Judæorum ne tenuis quidem mentio fit hoc loco: Christus tantum cum discipulis suis Pascha peragit; hoc est, cum Galilæis. Joannes e diverso, *Pascha Judæorum* diserte commemorat: Atqui Judæi alii sunt in sacris litteris, a temporibus Machabæorum, alii Galilæi: sicuti (quod idem est) Davidis ipsius temporibus, aliam *Judæa*, seu Juda cum Benjamin, aliam *Israël* seu reliquæ tribus turmam fecerunt: Psal. CXIII, 2 Galilæi vero Christi temporibus, nulla magis lege tenebantur adire Hierosolymam *ter in anno*, (ut dicitur Exod. XXIII, 17.) quam qui Romæ, Corinthi, Thessalonicæ, vel inter Medos & Elamitas degerent. Ea enimvero lex spectabat populum Dei, qui esset segregatus a gentibus. Atqui sola tunc Judæa fuit hujusmodi: ac ne tota quidem. In Galilæa mixti Judæi cum gentilibus fuere, æqua saltem portione. Non igitur Galilæos magis ea lex tenebat, quam qui erant in provinciis totius orbis dispersi. Quare nec Servator Christus, nec quinque millia hominum, quos anno ante obitum pavit quinque panibus in Galilæa sub Pascha, eo certe anno Hierosolymis Pascha peregerunt. Nec Christi quidem parentes, ex lege, sed ex sola pietate, *ibant per omnes annos in Jerusalem, in die solemni Paschæ:* eoque tantum die: non *ter in anno* ut lege prius allata præcipitur.

3°. Et illo etiam argumento nostra egregie sententia stabilitur; quod si quis calculum ducat, ex forma Kalendarii Judaïci, & ex cyclo decemnovennali, quem jam tum ibi receptum fuisse ostendimus; apparet apud Lucam in Actis, cap. XII, 3, 4. decennio post Christi passionem, similiter diem unam azymorum ante Pascha fuisse; hoc est, primam diem azymorum, sive Pascha Galilæorum, in feriam sextam incidisse; ante Pascha Judæorum, quæ dies istis prima pariter azymorum fuit, & idem magnus dies sabbati; perinde atque anno, quo Christus obiit; idque a Luca perspicue ibi exprimi: ut inferius dicturi sumus, ad annum Christi 43. Cui quidem argumento nihil habent adversarii quod opponant.

4°. Constans usus apud Judæos hoc ipsum suadet. Nam hodieque, tametsi sunt in Astronomica re peritissimi, & de Neomenia, tum a conjunctione, tum a φάσει, probe edocti; nihilominus octo dies azymorum habent: quorum duo priores (ut de ceteris sileamus, de quibus in eo Tractatu diximus) dies festi sunt: cum tamen unicum esse festum lex imperet. Cur autem nunc bini, cum de prima mensis, & quartadecima die eis probe constet? Quod nimirum, etsi unus esset Hierosolymis festus dies, qui primus dies azymorum ex lege; in Galilæa unicus similiter; sed vel pridie illius diei, vel postridie, pro certis statisque vicibus illis, quas exposuimus; qui extra Palæstinam in dispersione erant Judæi, ut nunc sunt; quibus verum Pascha peragere non licuit, hos duos dies sancte coluere, quos in Palæsti-

Palæstina fratres sui pro sacris haberent. Quod ubique etiamnum a Judæis sanctissime ac religiosissime observatur. Ita tamen ut more Judææ, qui mos plus demum valuit in Europa saltem, primum diem festum Paschæ cum esse statuant, quem regula Badu patitur; alterum semper subsequentem diem. Inde porro factum est, ut Christus Servator passus sit *non in die festo*, Matth. XXVIII, 5. quoniam primus dies azymorum, ex octo videlicet diebus, si Galilæis dies iste cederet, festus dies in Galilæa quidem fuit; Hierosolymis non fuit. Postridie tantum, qui *dies magnus sabbati*, idem dies festus Hierosolymis fuit; quoniam ibi & decimusquintus mensis primi fuit, & idem dies primus azymorum e septem. Quo die *Paschæ*, Joan. XVIII, 39. *die festo*, Marc. XV, 6. Luc. XXIII, 17. *die solenni*, Matth. XXVII, 15. cupiebat Pilatus Christum potius dimittere, quam Barabbam: cum pridie Judæis alterutrius optionem daret. Quasi nimirum diceret: Instat dies solennis, dies festus, cum Solis occasu, hoc ipso die; haud longa est mora: Quem vultis tunc vobis ob festum dimitti?

Et Christus sane supremam cœnam egit, teste Joanne, cap. XIII, 1. *ante diem festum Paschæ*. Egit autem inchoato jam a Solis occasu die parasceves, eodem quinto decimo post luminarium conjunctionem dies ille igitur Parasceves, non fuit Hierosolymis *dies festus Paschæ*: sed dies posterus, qui *magnus dies sabbati*: Joan. XIX, 31. Id quod etiam probat invicte dies Pentecostes: qui si dies Dominicus fuit, ut constans & perpetua Ecclesiæ traditio tenet; a sabbato quidem illo magno Paschæ dies quinquagesimus est; a parasceve autem antecedente, non quinquagesimus, sed primus a quinquagesimo est. Et sunt nihilominus etiam inter Catholicos, qui cum in Evangelio Christum dicentem audiant, *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum, antequam patiar*. Et, *Cum discipulis facio Pascha*: Et, *Quando Pascha immolabant*: Et, *Qua die necesse erat ex lege occidi Pascha*; audeant tamen palam affirmare, Christum incœnatum fuisse in Paschate. Quibus porro auctoribus, testibusve? Petro Alexandrino, inquiunt. Qui ne verbum quidem ea de re facit. Deinde Divo (ut temere vocant) Clemente Alexandrino; item Hippolyto Portuensi, & Apollinario Hierapolitano. Unde autem deprompta demum hæc testimonia? Ex auctore Chronici Alexandrini. At cum tres quatuorve falso attributas scripturæ sacræ sententias horum scriptorum, quos appellat, verba contineant; quis paulum modo solers & sagax non intelligit, hæc ipsa pariter testimonia esse supposititia? Deinde quod desideravit Christus Dominus cum Apostolis manducare, id illum reipsa non manducasse, stultum est vel putare. Manducavit ergo Pascha. Nam de Paschate metaphorico, sive de Eucharistia, accipi hunc locum ratio & scriptura vetat: tum quod nec Eucharistiam ab ipso Domino Servatore absumptam fuisse verisimile est: tum quod solos Apostolos eam comedisse, qui acceperant, indicare satis aperte ea verba videntur; *Accipite & comedite*. Pascha igitur Mosaïcum, quoniam cum Apostolis duodecim nondum Christus manducarat, cum iisdem manducare desiderabat: quod & præstitit.

5°. De die autem decimaquarta ad vesperam, quo tempore Pascha edebatur, tam constans atque consentiens est totius gentis Judaïcæ, tum Caraïticæ, tum Talmudisticæ sive Rabbanisticæ, cum Samaritica gente consensio; quæ quidem hodieque in suo monte Garizim eo die Pascha manducat: ut obstinatos admodum esse oporteat, qui vel huic uni argumento manus dare recusent, ac decimumtertium diem nihilominus adsignent, contra apertum legis sensum, usumque communem.

6°. De anno obitus Servatoris, quem ætatis ipsius, æræque Christianæ tricesimum tertium cum orbe Christiano statuimus; nos dubitare non sinunt Evangelii scriptores; quando feriam sextam, qua Servator obiit, primam diem azymorum appellant; quandoquidem nullo præter istum anno, ut ostendimus, decimusquintus dies Lunæ a conjunctione in feriam sextam incidit; nullo alio decimusquintus dies a primo Lunæ conspectu, in diem magnum sabbati. Fingere enim eo cycli genere usos tunc fuisse Judæos, quod decimumtertium diem vel duodecimum eo anno pro decimoquinto obtruserit, ariolari est; gentemque in lege servanda religiosissimam stupidissimæ accusare socordiæ: id quod eo minus credibile est, quod Moysen habuit magistrum, *eruditum in omni doctrina Ægyptiorum*, ut Stephans ait in Actis. Quod si nunc Judæi habent accuratissimam omnium Kalendarii atque anni formam, cum vix habere necesse sit: quanto tunc magis, cum legem impleri oportuit, habuisse existimandi sunt? Beda, quem Astronomicæ rei peritum eruditi ferunt, in Argumentis Lunæ, tomo I. pag. 165. *cyclum decemnovennalem a sancto Moyse divinitus revelatum fuisse, jubente Domino*, asseverat. Idem libro V. hist. Eccl. cap. XXI. hunc cyclum *ipsis Apostolorum temporibus, Romæ maxime & Ægypti servatum esse* prodit: Quibus porro doctoribus, nisi Judæis? Sed fac nullum adhibuisse cyclum Judæos. Vel una profecto observatio Lunæ proxime anterioris efficere potuit, ut de Paschali consequente Luna ad amussim Astronomicam certissime pronunciarent. Fac etiam usos fuisse cyclo annorum LXXXIV. Ex quo pervenire ad ipsos cyclus ille potuisse creditur, non potuit Christi temporibus ab Astronomico calculo deflectere, vel unius diei discrimine. Nam vitium quod in cyclo decemnovennali occurrit, ejusmodi est, ut post annos tantum CCCXII. die uno antevertat pristinam epocham: quoniam post annos novemdecim antevertit, hora 1. 27′ 32″. Itaque supremum Christi Pascha, ejusdemque passionem eo anno statui oportet, quo Astronomicus calculus quam maxime accuratus, Lunam XV. a conjunctione siderum feria sexta repræsentat; hoc est, anno XXXIII. æræ Christianæ. Quo autem Consilio ii discesserint ab Æra vulgari, qui vetustis scriptoribus auctores fuerunt, ut annum XXIX. anno XXXIII. anteferrent, alias Deo favente aperiemus.

Quod si quis demum a nobis sciscitetur, quamobrem de hoc gemino Galilæorum Judæorumque Paschate, Josephus aliique ante nos verbum nullum fecerint, hoc ille primum a me responsi ferat: Quod nunc recens videtur, fieri posse ætatis accessu vetus. Deinde si ejus rei aperta vestigia (quæ quidem a nobis deprehensa credimus) in sacris litteris appareant, satis id unum esse Catholico cuilibet oportere. Præterea ad Josephum quod attinet, nihil decedere veritati, quod hanc ille vel nescierit, vel dissimularit: minore tamen illum habendum esse loco ac pretio, vel eo nomine. Nisi forte quis vel Herodis etiam infanticidium, vel probaticam piscinam, vel Judith Tobiæque historiam in dubium revocet, quoniam sunt hæc a Josepho pariter prætermissa: quo ille præsertim nomine valde placet heterodoxis. De ceteris antequam respondeam, doceri vicissim ego pervelim ab adversariis, quo casu, quove consilio factum sit, ut nemo unus scriptorum veterum, ante sæculum decimumsextum, prodiderit, communione Paschali rite perfungi, qui alio quam ipso Resurrectionis Dominicæ die sacrum Christi Corpus acceperit: adeo ut impleri præceptum, extra illum diem, negasse quintodecimo sæculo jam fere labente sanctum Antoninum referant eruditi: tametsi in confesso sit, legitimo Catholicæ Ecclesiæ, & (ut certo scimus) priorum quoque sæculorum usu, undecim quindecimve ei officio præstando adsignatos dies esse; alicubi etiam ab aliquot sæculis totam Quadragesimam. Quod si causam afferre adversarii non possint, quamobrem hujusce moris legisve antiquæ in omni retro antiquitate silentium sit; iniqui sane

iidem

iidem fuerint, si cogant prius proferri causam a nobis, cur de gemino Judæorum Galilæorumque Paschate pariter nulla mentio fiat. Norint illi tamen alterius rei causam cum altera esse connexam; & quænam sit ea demum, sagacissime investigent.

Quod si ob multitudinem Israëlitarum, Phase in Templo immolantium, geminari diem Paschæ oportuit, ut visum olim est Ægidio Bucherio, e Societate nostra viro pereruditο, aliisque quos appellat; ut quidam etiam, qui stilum adversum nos ante biennium exseruit, confitetur: quis erit tam tetricus aut morosus, ut neget multitudinem eam in duas turmas, ad vitandam perturbationem, dispertiendam fuisse? Quis tam obstinatus, ut nolit fateri, aut tam cœcus erit, ut non animadvertat, non potuisse aptius turmas immolantium institui duas, ad rixas vitandas, quas Scriptura testatur oriri consuevisse inter Judam & Israël, quam si Judæorum altera, altera Israëlitarum sive Galilæorum esset? Quis demum stupor est, quod optimum factu fuisse necesse est confiteri, quod reipsa factum fuisse indicant sacri libri, cum priore die Pascha tantum a Galilæis peractum commemorent, posteriore Pascha Judæorum tantum; id ob eam nihilominus partitionem Israëlitarum fuisse factum negare? Cum præsertim id negandi causa alia nulla tolerabilis proferatur. Nam quod nemini ante nos id venisse in mentem dicitur, conjici æque potuit in receptissimas quasque sententias, cum primum sunt exortæ.

Quod deinde dicitur, *eo quod ignoretur utrum Neomenia seu conjunctio lunæ cum sole ordienda sit ab ultimo prioris mensis die, quo sæpe contigit; an a primo die mensis posterioris; ideo ut quam minimum a cælesti Neomenia recederent, utroque die festum Neomeniæ*, ac proinde & Pascha die gemino, *Judæos celebrare consuevisse*: primum quidem puerilis superstitio genti olim a Deo edoctæ objicitur. Numquid enim Mosi latere potuit, unico die satisfieri divino præcepto, undecumque caput mensis sumeretur, sive a lunæ φάσει putata, sive a conjunctione media, cum neutrum a Deo præscriptum esset? Deinde si ob incertitudinem Novilunii geminanda Neomenia fuit, & festivitas Paschæ; incertum pariter fuisse oportet, utri præceptum implessent quintidecimi diei; an qui priores, an qui posteriores Pascha manducassent: nemo in tota gente certus esset, legi divinæ se paruisse. Denique id nobis opponunt homines magis in Rabbinorum nugis, quam in scrutandis scripturis exercitati. Nam cum dicatur, Exod. XII, 2. *MENSIS ISTE, vobis principium mensium: primus erit in mensibus anni.* Et versu 6. *Et servabitis eum usque ad quartum decimum diem MENSIS HUIUS:* quid hoc fuit aliud dicere, quam jam tum apud Hebræos, eamdemque, ut quidem opinamur, apud Ægyptios ipsos, inter quos illi degebant, constitutam MENSIUM & anni formam fuisse; in qua nihil immutandum esset, præter appellationem mensium; ut primus diceretur, qui fuerat hactenus septimus? Sic enimvero si Summus Pontifex nunc ediceret, ut mensis Aprilis annum deinceps aperiret, censeretur is jure merito non veterem propterea anni formam mutari, sed jam receptam usu servari præcipere, solum anni caput novum institui. Ergo jam tum constitutum erat apud Israëlitas, utrum a φάσει putata, an a conjunctione media luminarium Neomeniam inchoarent, priusquam Neomenia ut dies festus esset, Deus lege sanciret. Neque ab eo tempore cœpta putari Neomenia ab alterutro die; sed cœptus est tantum dies ille, quocumque ex momento computaretur, festus censeri. Quam enim anni formam, a Judaïca sane diversam, apud Ægyptios fuisse refert Herodotus, eam omnino censemus multo post Salomonis tempora inductam fuisse; cujus principatu nomina Ægyptiaca mensium adscita ab eo fuisse superius vidimus; haud dubie mensibus in utroque regno iisdem, hoc est, lunaribus.

Maneat igitur Christum cum discipulis suis Galilæis, (nam hi fuere omnes patria Galilæi, ut testati sunt Angeli, Act. I, 11. tametsi quidam oriundi ex tribu Juda, aliique ex aliis tribubus fuere: quemadmodum Paulus, tametsi Tarsensis, fuit e tribu Benjamin oriundus:) Maneat, inquam, cum Galilæis omnibus, qui Hierosolymis tunc adessent, Christum Dominum Paschalem agnum comedisse. Hunc prius Petrus & Joannes, Christi Domini jussu paraverant, hoc est, occiderant ipsi, assaverantque. Luc. XXII, 7. *Venit autem dies Azymorum, in qua necesse erat OCCIDI PASCHA. Et misit Petrum & Joannem, dicens: Euntes PARATE nobis PASCHA, ut MANDUCEMUS..... Et PARAVERUNT PASCHA. Pascha* hœdus agnusve est: *Parare Pascha*, est agnum hœdumve parare. *Parare* autem agnum hœdumve, occidere & assare est: ut & hic locus Lucæ declarat; in quo idcirco dictum est discipulis, *Parate nobis Pascha*, quia *necesse erat* tunc *occidi Pascha*: & 2. Paralip. XXXV, 4. *Sibi autem & sacerdotibus postea PARAVERUNT*, hoc est, occiderunt, coxeruntque pacificas hostias: *Unde Levitæ sibi & sacerdotibus filiis Aaron PARAVERUNT novissimis.* Neque enim in Templo Agnus Paschalis mactabatur, ut olim opinabamur: sed quemadmodum in ipsa Exodo, *UNUSQUISQUE PER FAMILIAS & DOMOS SUAS*, tollebat & occidebat: & *immolabat eum UNIVERSA MULTITUDO* non sacerdotum, sed *FILIORUM Israël. Vocavit* enim *Moyses OMNES SENIORES FILIORUM Israël; & dixit ad eos: Ite tollentes animal per familias vestras, & IMMOLATE PHASE..... Cumque introieritis terram, quam Dominus daturus est vobis ut pollicitus est, observabitis ceremonias istas.* Exod. XII, 3, 6, 21, 25. Itaque omni ævo agnum Paschalem apud se quisque occidit paterfamilias, aut magister, vel fecit occidi; sed Hierosolymis solummodo; *in loco quem elegerat Dominus*, Deut. XVI, 2. ubi necesse esset simul *immolari & assari holocausta*, sive *sacrificia in igne*, Levit. XXIII, 8. de quibus edere nemini fas fuit; & *pacificas hostias* simul coqui, unde edebant qui offerebant eas, tum qui ex sacerdotibus, tum qui erant ex universa plebe. Hæc solemnitas Phase: & celebratio, & immolatio Phase appellatur, Deut. XVI, 2. & 2. Paralip. XXX, 15, 17, 18. & XXXV, 1, 7, 8, 9, 11, 13. & 1. Esdr. VI, 20. Nam his locis omnibus non de agno Paschali per se, sed de holocaustis in primis & hostiis pacificis sermo est; quod eæ in primis ad solemnitatem Paschæ pertinerent; quoniam in Templo palam & magno ritu hæc immolatio & oblatio fieret. Agnus autem Paschalis occidebatur quidem & edebatur, quo die Deus præceperat, primo azymorum: sed Domino non offerebatur: nec fuit aut holocaustum, aut hostia pacifica, aut pro peccato. Ob multitudinem igitur filiorum Israël, quæ eo die holocaustum pro Phase offerre Domino debuit vel potuit, quo agnum Paschalem domi edebat, distribuenda ea fuit in turmas duas; Galilæorum alteram, alteram Judæorum. Ita tamen ut feria sexta numquam Judæorum esset, ob rationes allatas in Tractatu de supremo Christi Domini Paschate. Nam quod ex Aben Ezra, qui & R. Abraham, contra objicitur, id jamdudum retudit Maldonatus, in Matth. XXVI, 2.

Crucifixum Dominum hora tertia Marcus asseverat, cap. XV, 25. Joannes e diverso refert, hora adhuc quasi sexta Pilatum dixisse Judæis, *Ecce rex vester.* At si Hierosolymis ante horam incensi, cui adesse cives religiosi vellent, *mane mane*, Exod. XXX, 7. *ante matutinum*, 1. Mach. IV, 52. hoc est, hora fere ante Solis ortum; qui die tertio Aprilis, quo Christus passus est, fuit ibi hora 5. 48′ 54″. si hora, inquam, ante horam illam incensi, cum signum expergiscendi civibus daretur, prima Hierosolymis dicebatur;

cebatur; tunc hora quæ nobis nona matutina est, ibi sexta fuit: & antecedente quadrante, sive hora 8¾ *erat dies parasceve Paschæ, hora quasi sexta*, Joan. XIX, 14. Eadem sexta, quæ nobis est nona matutina, extra Urbem sanctam *erat hora tertia*; in qua hora post quadrantem, sive hora 9¼ ut nos loquimur, *crucifixerunt eum*, Marc. XV, 25. Meridie, quæ *hora sexta* extra Urbem sanctam, *tenebræ factæ sunt*, Marc. XV, 33. Joannem vero jam animadvertimus consuetudines Urbis sanctæ in Evangelio solum spectasse, non Galilæorum, ac ne reliquæ quidem Judææ. Horæ incensi matutinæ ex adverso respondebat Hierosolymis in Templo altera *hora incensi*. Luc. I, 10. *ad vesperum*, Exod. XXX, 8.

Eclipsis Lunæ Hierosolymis contigit hoc ipso die Parasceves, cum Luna oriretur, hora 5. 49. min. post merid.

Hoc anno Christi XXXIII. contigere ea, quæ Actorum cap. 1. 2. 3. 4. & 5. continentur.

Annus Christi 34.

ANNI CHRISTI.

34 *Annus Sabbaticus*, Ad hunc annum pertinent, quæ referuntur in Actis, cap. 6. 7. & 8.

35 Act. IX. Sauli conversio. Vide & epist. ad Galat. cap. I.

36 Act. IX, 32. Petrus *pertransit universos*, in Judæa scilicet & Samaria. Hunc multo postea Romam venisse, ibique fundasse Ecclesiam gentium, non traditioni modo, sed & sacris ipsis litteris credimus: quæ & tempus ipsius adventus haud obscure consignare nobis videntur, ita ut anni etiam sedis illius quinque & viginti, verisimilibus defendi possint argumentis. Sed alio loco tractanda res ea est, quæ nihil pertinet ad Chronologiam veteris Testamenti. Paulus in Arabia prædicat; ea nimirum, quæ est Damasco vicina, ut alibi diximus.

37 Paulus Damascum revertitur. Gal. I, 7.

CAIUS CÆSAR GERMANICI F.

CAIVS CÆSAR AVGVSTVS, Germanici F. init hoc anno principatum. Nummus ex ære minimo, in Cimelio D. BEGON, Alnetensi provinciæ, ac rei maritimæ in Gallia Occidua Præfecti: ΗΡΩΔΗΣ ΤΕΤΡΑΡΧΗΣ. *Herodes tetrarcha* Galilææ. L. ΜΓ. Anno XLIII. ipsius tetrarchiæ. Palma, Palæstinæ symbolum. .)(. ΓΑΙΩ ΚΑΙΣΑ. ΓΕΡΜ. ΣΕΒ. in corona: *Caio Cæsari Germanico Augusto.*

38 Paulus post annos tres a conversione venit Jerosolymam; deinde in partes Syriæ & Ciliciæ. Gal. I, 18, 22. Eodem anno Cornelius baptizatur. Act. IX.

In Thesauro Regio nummus Herodis Tetrarchæ, ex ære minimo: in laurea, ΗΡωΔΟΥ ΤΕΤΡΑΡΧΟΥ. Palma. L. ΛΔ. *Anno* (non XXXIV. ut alii putant, sed) XXXXIV. Est enim littera M implicata cum Δ. ita ut ex duabus una fiat. Nullum Herodis Tetrarchæ nummum vidimus ante Caji Cæsaris Augusti principatum.

39 Hoc anno contigere, quæ describuntur in Actis, XI. usque ad versum 24.

40 Act. XI, 25. Prædicta sub Caio fames, quæ sub Claudio contigit.

CLAUDIUS CÆSAR.

41 *Annus Sabbaticus*. Annus prædicationis Pauli cum Barnaba Antiochiæ. Act. XI, 26.

CLAVDIVS CÆSAR AVGVSTVS, init hoc anno imperium. In gaza Regia nummus ex ære mediocri; TI. CLAVDIVS AVG. GER. IMP. capite laureato. .)(. In corona: ΕΠΙ ΠΕΤΡΩΝΙΟΥ. *Sub Petronio* Syriæ Præside. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. Ϙ. *Antiochenorum* nummus: anno XC. æræ Cæsarianæ, sive Antonianæ, ut mox dicemus.

CLAUDIUS CÆSAR. ANNI CHRISTI.

Annus Christi 42.

Hoc anno gesta quæ referuntur Act. XI, 28, 29. 30. Hinc Æra incipit Cæsariensium in Palæstina, ex quo colonia Claudia Cæsarea Germanicia, a Claudio Imp. & fratre ipsius Germanico dici cœpit: uti dudum ostendimus, ex nummo Commodi, ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ ΓΕΡΜΑΝΙΚΑΙΩΝ, anno ipsius primo, qui æræ fuit ΡΛΘ. CXXXIX. Est in Cimelio D. FOVCAVLT. Quo in nummo frustra alii Germaniciam Euphratesiæ quærunt.

Apud D. Vaillant, Claudii nummus ex ære mediocri. .)(. In laurea. ΕΠΙ ΚΑΣΣΙΟΥ. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΕΤ. ΑϘ. *Sub Cassio* Syriæ Præside. Nummus *Antiochensium*, *anno* XCI. æræ Cæsarianæ, sive Antonianæ, ut mox dicemus: qui annus init autumno hujus anni Christi 42.

[43] Herodes rex, qui prius tetrarcha Gálilææ, Herodis F. hoc anno obit. Act. XII. Idem sub Pascha Petrum in carcerem conjecerat, qui inde divinitus liberatus est. Act. XII, 1. *Misit Herodes rex manus, ut affigeret quosdam de Ecclesia. Occidit autem Jacobum fratrem Joannis gladio. Videns autem quia placeret Judæis, apposuit ut apprehenderet & Petrum. Erant autem dies azymorum. Quem cum apprehendisset, misit in carcerem, tradens quatuor quaternionibus militum custodiendum, volens post PASCHA producere cum populo.* Ut anno XXXIII. quo Christus Servator obiit, sic anno præsenti, dies azymorum primus, idemque quintusdecimus a conjunctione siderum, festus eo nomine in Galilæa, ibique dies Paschæ; antecessit decimumquintum diem a conspectu Lunæ, qui dies postridie fuit Pascha Judæorum, festus Hierosolymis, magnusque dies Sabbati. Pridiano die, qui fuit sexta feria, cum Hierosolymis festus dies non esset, tametsi ibi eo die suum primum diem azymorum Galilæi celebrarent, (ut plurimi apud nos Christiani percepto Christi Corpore suum Pascha peragere dicuntur sabbato sancto, qui nec festus dies, nec dies Paschæ est:) fas fuit eo die judicia exercere, reos morte plectere, aut coniicere in carcerem. Atque ejusdem generis Hierosolymis fuere dies azymorum, præter primum & septimum, qui erant celeberrimi. Fuit enim hoc anno Novilunium medium Hierosolymis, die 29. Martii, hora 7. 58′. 5″. matut. feria sexta: ac proinde & Neomenia civilis ea ipsa die, & quintadecima similiter feria sexta fuit, Galilæis Paschalis. Itaque eo die primo azymorum pro Galilæis, qui Hierosolymis festus non fuit, & Jacobus occisus, & conjectus est Petrus in carcerem; ut *post Pascha*, hoc est, post diem festum, produceretur populo. Nam Pascha differre a diebus azymorum, & Paschæ nomine solum intelligi diem primum qui festus est, clamat Lucas primum, qui cap. XXII, 1. solum *diem festum Judæorum dici Pascha* admonet. Nam ἑορτὴν ubi diem festum solennitatem verti oportuerit, perquam erudite intellexit Vulgatus interpres. Deinde clamant hodieque & Kalendaria Judæorum; consentiuntque qui non sunt in antiquitatis notitia plane rudes & hospites: ne Rabbino quidem uno refragante; aliove e tota antiquitate, qui fidem sane mercatur præ ceteris illis, qui ita conceptis verbis docent. Etiam Num. XXXIII, 3. *altera die Phase*, est altera dies post Pascha, sextadecima dies mensis primi: Levit. XXIII, 11. & 15. *alter dies sabbati*, dies idem est, qui sabbatum seu Pascha subsequitur: quo die præcipitur ibi festo manipuli: quemadmodum Matth. XXVIII,

1. *veſpere ſabbati*; veſpera poſt ſabbatum eſt, ſive nox ea, quæ ſabbatum eſt conſecuta. Quo in loco (ut id obiter dicatur) poſitum eſt in Græco ὀψὲ τῶν σαββάτων, ab interpolatoribus allegoriarum ſtudioſis: quoniam ſabbatum allegorice ſi accipiatur, veſperam non habet: habent autem veſperam ſive occaſum Judaïca ſabbata. At unicum diem feſtum Paſchæ fuiſſe Judæis, diverſumque a diebus azymorum, credunt eruditi etiam Origeni homil. IX. in Levit. & tractatu XXXV. in Matth. Bedæ in hymnis, pag. 414. aliiſque. Atqui Jacobum ſimile veri eſt occiſum fuiſſe, ut Chriſtum Servatorem, ante horam diei ſextam: & jam tamen *erant dies azymorum*. Dies ille igitur integer primus fuit dies azymorum. Quæ quidem omnia tum ex Aſtronomico calculo, tum aliis argumentis evicimus, in libro De ſupremo Chriſti Paſchate, pag. 63.

Hoc anno præterea geſta ſunt ea quæ narrantur in Actis, cap. XII. Abit poſtea Petrus *in alium locum*, Act. XII, 18. eſt, in aliam civitatem Judææ. Paulus & Barnabas redeunt Antiochiam, Act. XII, 25. Paulus rapitur in tertium cælum. 2. Cor. XII, 2.

44 Paulus Antiochiæ, Act. XIII, 1.

Apud D. FOVCAVLT, nummus ex ære minimo, ENP. Anno CLV. æræ Sidoniorum, qui ab autumno hujus anni incipit. ΣΙΔΩΝΟΣ ΘΕΑΣ. *Sidonis* prænobilis & antiquæ. Æra cœpit autumno anni V. C. 643.

Circiter hunc annum Felix Judææ Præſes deſignatur.

45 Saulo manus imponunt diſcipuli. Act. XIII, 2.

Claudii nummus, quem Vaillantius ait a ſe viſum eſſe: ΕΠΙ ΛΟΓΓΙΝΟΥ. ΕΤ. ΔϘ. Anno XCIV. æræ Cæſarianæ. *Sub Longino* Syriæ Præſide. Nummus eſt mihi ſuſpectæ notæ. Nam ſi Caſſii Longini nomen ei Præſidi fuit, ΕΠΙ ΚΑΣΣΙΟΥ haud dubie ſcriberet, ut in nummo genuino anni XLVII. Neque enim mos aut ratio patitur, nunc uno nunc altero nomine, eumdem hominem in nummis deſignari. De ea re igitur judicium eſto eorum, qui nummum oculis uſurparint. Qui ſi ſincerus eſt, alium fuiſſe Longinum Præſidem a Caſſio neceſſe eſt. Id vero in præſenti adnotandum eſt, æram delati Auguſto imperii Orientis, deſiiſſe poſt Caii Cæſaris exceſſum; qui e familia Auguſti poſtremus: ejus loco propter Claudium, revocatam eam eſſe, quæ ab anno Urbis conditæ DCCV. initium habet: quoniam in eo bello quo Cæſar Imp. cepit Aſiam, Syriamve, adjutorem habuit Antonium pariter Imperatorem, Claudii Principis avum maternum: nam Claudii mater Antonia fuit, M. Antonii filia. Eam ob cauſam igitur prior illa æra aliquamdiu intermiſſa, nunc recepta eſt; quæ Antoniana æque ac Cæſariana potuit nuncupari: nec alia, præter iſtam, deinceps apparet in nummis Syriæ ſub Claudio & Nerone.

46
47 *Annus Urbis conditæ*, 800.

In Cimelio D. FOVCAVLT, nummus ex ære mediocri: IMP. T. CLA. CAE. AV. GER. (Sic enim ſcribitur: tametſi inſolens eſt T pro TI ſive Tiberio poni.) capite laureato. .)(. In corona: ΕΠΙ ΚΑΣΣΙΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΕΤ. ϚϘ *Sub Caſſio* Syriæ Præſide: *Antiochenorum* nummus: anno XCVI. æræ Antonianæ: qui autumno anni hujus incipit.

48 *Annus Sabbaticus.*

Præcipit Claudius diſcedere omnes Judæos a Roma. Act. XVIII, 2. id quod a Joſepho prætermiſſum neglectumque eſt.

49 Concilium Hieroſolymitanum. Act. XV, 3. Paulus poſt annos XIV. a converſione ſua venit Jeroſolymam. Gal. 2, 19.

Ante Concilium reprehenditur Antiochiæ a Paulo Cephas: quem Petrum, non eſſe ſingulari Diſſertatione oſtendimus.

Paulus moratur Antiochiæ. Act. XV, 35.

Apud Franc. Lotti, nummus Claudii ex ære mediocri: .)(. Europa tauro vehitur: ΣΙΔΩΝΟΣ ΘΕΑΣ. ΑΞΡ. Anno æræ Sidoniorum CLXI. qui autumno hujus anni incipit.

50 Leucadii in Syria novam æram Claudianam inſtituunt autumno hujus anni, cum nomine ΚΛΑΥΔΙΕΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΛΕΥΚΑΔΙΕΩΝ: cujus æræ annus LV. notatur in nummo Trajani; in quo ipſe cum cognomento ΔΑΚ. & inſignibus Conſulatus, curru triumphali vehitur: eſtque is annus Chriſti CIV. a Septembri: cum anno Superiore, circiter Julium Auguſtumve menſem, victoria Dacica a Trajano fuiſſet relata, ut nummi demonſtrant. Ab hoc etiam anno V. C. DCCCIII. fortaſſis incipit æra Abonitichitarum.

51 De nummis utriuſque Agrippæ egimus in libro de Nummis Herodiadum. Paulus Athenas venit. Act. XVII, 18. *Quidam autem Epicurei, & Stoici philoſophi diſſerebant cum eo...... Et apprehenſum eum ad Areopagum duxerunt, dicentes: poſſumus ſcire quæ eſt hæc nova, quæ a te dicitur doctrina? nova enim quædam infers auribus noſtris: Volumus ergo ſcire quidnam velint hæc eſſe. (Athenienſes autem omnes, & advenæ hoſpites, ad nihil aliud vacabant, niſi aut dicere, aut audire aliquid novi.) Stans autem Paulus IN MEDIO AREOPAGI, ait: Viri Athenienſes*, &c. Non illi Paulum ad conſeſſum Judicium duxerunt, ſed in locum idoneum tum deambulationi, tum audiendæ narrationi de rebus novis, præſertim ad religionem ſpectantibus, Philoſophi cum eſſent, Epicurei & Stoïci. Nam hæc ratio ſubjicitur a ſacro ſcriptore, verſu 21. quamobrem illi Paulum ad Areopagum ducerent: quoniam videlicet *Athenienſes omnes, & advenæ hoſpites, ad nihil aliud vacabant, niſi aut dicere, aut audire aliquid novi.* Nec Judices Paulus alloquitur, ut jam alibi diximus; ſed Athenienſes quoſlibet, qui eo convenerant: *Viri Athenienſes.* Extra civitatem Areopagum fuiſſe, & in eo Curiam ſive Senatum Athenienſem, ſcribit Maximus in prologo ad opera S. Dionyſii: ἔξω δὲ τῆς πόλεως ἦν τὸ κατὰ Ἄρειον πάγον δικαστήριον. Ex tragœdia etiam Æſchyli, quæ *Eumenides* inſcribitur, verſu 688. & ſequentibus, manifeſtum eſt Areopagum fuiſſe collem in ſuburbio Athenarum poſitum, ubi tentoria quondam Amazones fixerant, turreſque excitarant ex adverſo turrium civitatis, cum hanc oppugnarent. In eo colle pariter caſtra ſub Xerxe Perſas poſuiſſe e regione arcis Athenarum, refert Herodotus in Urania, pag. 545. Itaque peramplus ille collis poſtea & vicus fuit. Sic qui olim erat extra Pariſios Mons ſanctæ Genovefæ, nunc non ædis ſacræ dumtaxat, ut quondam, ſed regionis in Urbe ultima haud contemnendæ nomen eſt. In Areopago igitur, præter alia ædificia & hortos, Curia Athenienſis erat: neque Curiæ, ſed regionis in qua eſſet Curia, nomen Areopagus fuit. Et Curia quidem in ea fortaſſis fuit parte collis, quæ proxime adhæreret civitati: Paulus autem *in medio* Areo-

CLAUDIUS CÆSAR. ANNI CHRISTI.

Areopagi, sub dio, in hortis, vel campo patente, habuit concionem.

In nummo Claudii principis, ΕΤΟΥΣ ΙΑ. *Anno* XI. .)(. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΟΛΕΜΩΝΟΣ, capite diademato. Vide quæ dicturi sumus anno 58.

52 In Thesauro Regio nummus ex ære mediocri: ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Caput Claudii senile ac sine laurea. .)(. ΑΣΚΑΛΩ ϚΝΡ. Genius urbis, cum hasta: retro, columba. Annus æræ Ascalonitarum DLVI. autumno iniens. Æræ initium anno V.C. 650.

Irenopolitarum in Cilicia æra ab autumno incipit anni hujus, qui Christi annus est 52. Urbis conditæ 805.

53 *Annus* V.C. 806.

54 In Cimelio D. FOUCAULT, nummus ex ære mediocri: ΤΙ. ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙΣΑΡΑ ΣΕΒΑΣΤΟΝ. *Tiberium Claudium Cæsarem Augustum* venerantur. Caput laureatum. .)(. ΑΥΤΟΚΡΑ. L. ΙΔ. *Imperatorem*, vel *Imperii anno* XIV. Victoria gradiens cum palma & corona.

NERO. ANNI CHRISTI.

Claudii Cæsaris annus hic postremus habetur; idemque primus Neronis a Novembri fere.

NERO CÆSAR AUGUSTUS.

55 *Annus Sabbaticus.*

Act. XIX, 10. Schisma Corinthiacum.

Apud P. Jobert, nummus ex ære minimo, ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ, capite turrito ac velato. .)(. Aries, cum signo Solis intra Lunæ crescentis effigiem. ΕΠΙ ΚΟΥΑΔΡΑΤΟΥ. ΕΤ. ΔΡ. *Sub Quadrato* Syriæ Præside, anno CIV. æræ Antonianæ.

56 Epistola ad Romanos scripta hoc anno Corinthi. Rom. XV, 25, 26.

Apud P. Jobert, ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΕΠΙ ΚΟΥΑΔΡΑΤΟΥ. ΕΤ. ΕΡ. *Anno* CV. æræ Cæsarianæ, sive Antonianæ, ut anno præcedente.

57 *Annus Urbis conditæ*, 810.

Ananias hoc anno Princeps sacerdotum. Act. XXIII, 2. Superius vidimus, anno XXIX. & XXXIII. æræ Christi, ex Luca in Evangelio, Annam fuisse principem sacerdotum. Jam anno XXXV. idem princeps sacerdotum fuit atque anno XXXIII. ne dissentiente quidem Josepho. Atqui is anno XXXIII. etiam ex Act. IV, 6. fuit Annas: ergo & anno XXXV. Act. IX, 1. Et hoc anno LVII. Paulus existimabat (Act. XXII, 5.) eumdem esse Principem sacerdotum atque anno XXXV. Act. IX, 1, 2. quoniam ante paucos dies ipse in Palæstinam appulisset, nec Principis sacerdotum obitum didicisset. Igitur & Annas pontificatum tenuit annos fere XXX. & est falsa series Pontificum, quæ a Josepho proditur; ut dudum est a Baronio adnotatum.

Apud Vaillant. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΕΠΙ ΚΟΥΑΔΡΑΤΟΥ. *Sub Quadrato* Syriæ Præside, ΕΤ. ϚΡ. Anno CVI. æræ Antonianæ.

Post aliquot autem dies veniens Felix cum Drusilla uxore sua, quæ erat Judæa, vocavit Paulum, & audivit ab eo fidem, quæ est in Christum JESUM, Act. XXIV, 24. Nomina ipsa Felicis & Drusillæ clamant, uxorem æque ac maritum Romanos homines esse. Nec magis profecto potuit esse Herodis Agrippæ (ut appellant) hoc est, illius qui Jacobum occidit, & Petrum inclusit carcere, Drusilla filia, quam esse potest Borbonii principis alicujus filia Austriaca, vel Stuarta. Est enim Drusilla a Druso, quod est cognomen familiæ unius celeberrimæ e gente Claudia; quemadmodum Condæi cognomen in una familia gentis Borboniæ. Nam quod Drusilla dicitur fuisse Judæa, non patriam ibi aut natale solum vox illa designat, sed religionem; quam ipso teste Josepho, libro XVIII. Antiq. cap. V. & libro XX. cap. 2. & de bello Jud. lib. 2. cap. V. quam plurimæ in Oriente feminæ amplectebantur. Itaque quæ mulieres Judaizabant, ex Judææ appellabantur. Et si fuit illa certe, ut falso asserunt, filia Herodis Agrippæ, *Judea* idcirco tantum dici potest, quod Judæorum cærimoniis & religioni jungeretur: siquidem ipsum Herodem ex Ascalonita esse avo ferunt. Quoniam igitur Drusilla Deum coleret ac timeret, ejusdemque instinctu Felix *Paulum vocavit, & audivit ab eo fidem, quæ est in Christum JESUM*; eam ob rem Drusillæ mentio facta hic est, & religionis ipsius. Est enim illa hujus loci sententia: Veniens Felix cum Drusilla uxore sua, quoniam hæc *erat Judæa*, & audiebat libenter de Deo sermonem; idcirco & ipse Felix Paulum vocavit, & audivit ab eo fidem. Illa certe locutio, *Quæ erat Judæa*, sive patriam quoque denotet, sive religionem tantum, numquam non religionem certe designat in sacris libris: hic vero multo apertissime. Cum præsertim versu 22. dicatur Felix scivisse certissime doctrinam Pharisæorum de mortuorum resurrectione: quod ut ab uxore didicisse eum noscemus, uxorem subjunxit idcirco Lucas fuisse Judæam. Sed nihilominus vim afferre verbis sacri scriptoris non verebuntur, ut solent, qui Josephum exosculantur; aientem libro XX. Antiq. cap. V. vel IX. pag. 693. calcata patria religione. Simonis magi cujusdam suasu, Judæi Cyprii, Drusillam nupsisse Felici. Sensit hanc Josephi dissensionem a sacro scriptore Luca Tillemontius in hist. Impp. tom. 1. pag. 553. his verbis: *Il semble que Drusille en épousant Felix ait abandonné la religion des Juifs. S. Luc néanmoins l'appelle Juive.* Hanc Agrippæ prioris filiam, ut diximus, Josephus facit loco citato: Tacitus, libro V. Annal. cap. IX. & Suetonius in Claudio, Antonii & Cleopatræ neptem: unde Tillemontius, loco citato, ut mendaces inter se conciliet, duas colligit fuisse Felicis uxores eodem Drusillæ nomine. Sic enim ille: *Felix épousa encore une Drusille, differente, a ce qu'on croit, de celle-ci. Car elle étoit petite fille d'Antoine & de Cleopatre: & ainsi issuë de germaine a l'Empereur Claude. Elle pouvoit être fille de Juba roi de Mauritanie:* quæ scilicet Usserii sententia est. Nobis non alia esse hæc Drusilla videtur, quam quæ ex nummo etiam vetere cognita est, Caji Cæsaris Germanici Aug. filia Drusilla, neptis Germanici Cæsaris, proneptis Neronis Drusi Germanici Imp. unde illi Drusillæ nomen. Felix autem suo illo cognomine, ex Cornelia gente, & ex L. Sulla, qui cognominatus est Felix, prognatum se esse manifeste prodit.

NERO. ANNI CHRISTI.

58 Paulus in carcere Cæsareæ biennio.

ΝΕΡΩΝΟΣ in corona. .)(. ΚΑΙΣΑΡΟΣ. L. Ε. *Annus quintus*, autumno iniens. Spica, Judææ symbolum. E Thesauro Mauroceni, apud Patinum, pag. 113. Judæa Cæsarem, non Augustum appellat, ut antea monuimus. Neque anni Cæsarum notantur in nummis, sed Augustorum tantum.

NERO. ANNI CHRISTI.

Apud Vaillant. pag. 71. nummus argenteus. Caput Neronis laureatum, cum his vocibus, ETOY III. *Anno* XVIII. æræ Claudianæ, a primo Claudii Cæsaris anno deductæ, in cujus familiam Nero insertus est. Ad illum enim anni nota pertinet, cujus in eadem nummi area vultus insculptus cernitur: quod ii non satis animadvertunt, qui secus hunc nummum explicant. Mos enim fuit totius Orientis, a Ponto usque in Ægyptum, (uti ad annum XVII. Asa regis Juda ostendimus,) ab eo Principe, qui familiæ caput esset, annos computare, quamdiu ea familia rerum potiretur, & habenas imperii regeret. Quem morem in hoc nummo aliisque exhibet rex Ponti Polemon; nam in altera parte legitur, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΟΛΕΜΩΝΟΣ, capite diademato.

59 *Festus ergo cum venisset in PROVINCIAM, post triduum ascendit Hierosolymam a Cæsarea.* Erat Judæa *provincia* Augusti fisco addicta, post obitum Archelai, ut diximus. Act. XXV, 13. *Agrippa rex & Bernice descenderunt Cæsaream ad salutandum Festum* Judææ Præsidem. Nusquam dicitur in Actis Agrippa rex Judææ; sed rex præcise, vel Agrippa. Neque certe rex Judææ fuit, cum & haberet Judæa Festum Præsidem; neque haberet Agrippa Paulum sub potestate, ut ex cap. XXV. & XXVI. Actorum liquet. Neque vero Agrippa Hierosolymis tunc fuit: alioqui Portium Festum Præsidem ibi salutasset. Descendit igitur a Galilæa Cæsaream, quo Festus Præses appulerat. Bernice soror nunc verius Agrippæ, quam uxor, videtur: tum quod loco citato regina non dicitur: tum quod Act. XXVI, 30. *Rex, & Præses, & Bernice*, dicitur; quæ se regina fuisset, videtur fuisse præponenda Præsidi.

Ad hunc annum præterea refer, quæ sunt in Actis, cap. XXIV, 27. XXV. XXVI. XXVII. XXVIII. 1, 2.

Solis defectus, pridie Kal. Maias, Domitio Corbulone duce in Armenia res gerente, a Plinio recte observatus, libro 2. sect. LXXII. a Mullero probatus inito calculo in Tabulis Frisiacis, pag. 345. Ab autumno antecedente æram inchoat civitas Carrhenorum, in Arabia quæ Mesopotamiæ adjacet, in nummo M. Aurelii, anno ejus undecimo: ea civitate tunc jussa a Corbulone fœdus inire cum Romanis. Ab eodem anno & autumno incipit æra Rabbathmomenorum, in eodem tractu, ut videtur.

Apud P. JOBERT, nummus ex ære mediocri, capite turrito ac velato, ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. .)(. Aries, cum sidere Solis intra Lunæ crescentis effigiem. ΕΠΙ ΚΟΥΑΔΡΑΤΟΥ. ΗΡ. *Sub Quadrato* Syriæ Præside, anno CVIII. æræ Cæsarianæ, qui autumno hujus anni incipit.

60 Hoc anno iter Pauli, quod describitur Act. XXVIII, 11, 12, 13. Paulus Romam venit sub Pascha.

61

62 *Annus Sabbaticus.* V. C. 815.

Pauli vincula manifesta toti Prætorio. Philip. 1, 13. *Mansit biennio toto in suo conducto, prædicans verbum Dei sine prohibitione.* Hic Acta Apostolorum desinunt.

63 Apud Vaillant. pag. 71. ΕΤΟΥΣ ΚΓ. Caput Neronis radiatum. *Anno* XXIII. æræ Claudianæ. Nam ad Neronem Claudium spectat æra, quæ ipsius vultui est apposita. .)(. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΟΛΕΜΩΝΟΣ. Caput diadematum.

64 Ejusdem Polemonis nummus ibidem, pag. 72. cum ΚΔ. sive anno XXIV. sed perverse ibi descriptus, ut credimus.

Hoc anno Neocæsariensium & Smaïtarum in Ponto æra incipit.

In Thesauro Regio, nummus Neronis ex ære mediocri: ΘΕΑΣ ΣΙΔΩΝΟΣ. L ΕΟΡ. Anno CLXXV. æræ Sidoniorum, ab anno V. C. 643.

65 Apud D. FOUCAULT, nummus ex ære minimo: IMP. NERO CÆSAR .... capite laureato. .)(. ΕΠΙ ΚΕΣΤΙΟΥ. *Sub Cestio* Syriæ Præside, ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. *Antiochensium* nummus. ET. ΔΙΡ. *anno* CXIV. æræ Cæsarianæ, qui autumno hujus anni incipit. Eadem epocha in nummo Mediceo est, & in alio apud P. Jobert: ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ET. ΔΙΡ.

Apud D. Vaillant, nummus Neronis ex ære mediocri: .)(. ΔΑΜΑΣΚΗΝΩΝ. ΖΟΤ. *Damascenorum* nummus, anno æræ Græcorum CCCLXXVII. qui autumno anni hujus incipit.

In Museo nostro, ex ære mediocri, ΝΕΡΩ ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. ΓΕ. ΑΥ. *Nero Claud. Cæsar Aug. Germanicus Imp.* .)(. ΑΥΤΟΚΡΑ. L. IB. *Imperii* (αὐτοκρατορίας) *anno* XII. Nummus in Ægypto cusus: caput Libyæ exhibet.

6 Apocalypsis a Joanne scripta hoc anno videtur; adhuc certe stante Templo. Apoc. 2, 9. III, 9. XI, 1. XIII, 6. XIV, 5. Post caput tertium, in eo deinceps volumine sub diversis imaginibus vaticinium continetur de proximo Hierosolymorum excidio: & de fovenda unice Ecclesia gentium; quæ sunt Agni nuptiæ; Apoc. XIX, 7. post plerosque e Judæis occisos, & post incensa Hierosolyma, Matth. XXI, 41. XXII, 2, 7, 8. &c. Apoc. XVII, 16. XVIII, 9, 18. XIX, 2, 7. &c. Judaïcis nempe ritibus nulla deinceps, ut prius subinde a Paulo factitatum fuerat, ἀνεργείᾳ permittendis. Idem Joannes ante annos aliquot Evangelium scripserat. Confer Apoc. 1, 2. & Joan. XXI, 24. & XX, 35.

Annus hic est Neronis TRIB. POT. XIII. cœptus ab autumno anni hujus.

Nummus ex ære primæ molis in museo nostro: IMP. NERO CLAVD. CAESAR AVG. GERM. P. M. TR. P. XIII. P. P. capite laureato. .)(PACE P. R. TERRA MARIQVE PARTA IANVM CLVSIT. S. C. Armamentarium Jani clausum.

Nummus apud P. Jobert, ex ære mediocri, vultum Jovis exhibet: ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. .)(. Vir sedens ante urnam. ΕΤΟ. ΕΙΡ. *Anno* CXV. æræ Cæsarianæ, qui autumno incipit hujus anni.

Annus Christi 67. V. C. 820.

Apud D. RIGORD, nummus argenteus ære mixtus: ΝΕΡΩΝ ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. ΓΕΡ. ΑΥ. *Nero Cæsar Aug. Germanicus Imp.* capite radiato. L. IΓ. *Anno* XIII. .)(. Navis inflatis velis. ΣΕΒΑΣΤΟΦΟΡΟΣ. *Vectrix Augusti* in Orientem. Sunt deinde nummi Neronis, Corinthi Patrisque in Achaïa cusi, cum epigraphe, ADVENTVS AVGVSTI: & triremi, remigibusque. Conflatus hic nummus, atque hoc iter susceptum in Orientem ad comprimendos Judæos, volente Senatu, circiter mensem Junium.

Nec ulla deinceps Romæ conflata Neronis numismata sunt; sed in Achaïa tantum; vel in Oriente, cum his notis L. IΓ. *anno* XIII. & L. IΔ. *anno* XIV. Cum Tribuniciæ Potestatis XIIII. credatur egisse menses octo saltem, nullus tamen ejusdem nummus exstat, qui hunc annum TRIB. POT. XIIII. repræsentet.

In Thesauro Regio, ex ære mediocri, caput Neronis laureatum: ΣΕΒΑΣΤΟΣ. .)(. ΑΣΚΑΛΩ. Dea turrita. ΑΟΡ. Annus CLXXI. æræ Asca-

GALBA VITELLIUS. Ascalonitarum iniens autumno anni hujus Syria, quæ semper Augusti provincia, Neronem agnoscit Augustum.

Autumno, dum esset Corinthi Nero, Isthmum perfodi curavit. Plinius libro IV. sect. V. *Perfodere navigabili alveo angustias eas tentavere. Demetrius rex, Dictator Cæsar, Caius Princeps, Domitius Nero: infausto, ut omnium patuit exitu, incepto.* Nero quoniam a Senatu dejectus principatu est anno sequente, non fuit postea *Nero princeps*; sed tantum *Domitius Nero*.

In Cimelio D. FOUCAULT, nummus ex ære mediocri: Neronis capite radiato, L. IΔ. *anno* XIV. .)(. Caput Neptuni: ΠΟΣΕΙΔΩΝ ΙΣΘΜΙΟΣ *Neptunus Isthmius*, ob mare in Isthmum Corinthiacum perfosso alveo immittendum.

Annus Christi 68. V. C. 821.

Hoc anno, Natali Urbis, cum Roma Nero procul abesset, non est ei data de more TR. POT. XIIII. *Julio Vindice adsertore a Nerone libertatis*, ut Plinius loquitur, libro XX. sect. LVII. Itaque relicta ei tantum Orientis cura.

Imperium Romanum in orbe Latino Augustis duobus, commendat Senatus: Galbæ e gente Sulpicia, Liviaque, & eo nomine Cæsari, Gallias, Hispaniamque, cum Africa: Vitellio e Germanicorum familia, limitem Galliarum ad Rhenum, cum Italia. Honores & titulos Augustorum haberet uterque ad biennium pro indiviso, sive ex æquo, in suo quisque tractu. Othoni, e gente Salvia, ut nummi docent, eidemque e familia Cæsarum, Ægypto similiter commendata. Ab Imp. Galba REST. NVM. *Restitutam Numantiam* in Hispania, argenteus (ut olim explicuimus) nummus testatur.

Nero in Orientem hoc anno appulit. Nec Talmudi tamen hoc affirmanti, sed nummis credimus. Est in gaza Regia, ΝΕΡΩΝ ΣΕΒΑΣΤΟΣ; capite laureato: adjecto Solis sidere, quod symbolum Orientis est. .)(. ΚΑΙΣΑΡΙΑ Η ΠΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΩΝ. Μ. Hoc est, Καισάρεια ἡ πρώτη Σεβαστὴ Σεβαστῶν μητρόπολις. *Cæsarea quæ prima Augusta Augustorum metropolis.* Hoc est, ut diximus in libro de Nummis Herodiadum, quæ prima Augusta appellata est, de nomine duorum Augustorum: nempe Cæsaris Augusti, & Claudii Augusti. Nam & Claudiam cognominatam esse ibi ostendimus. Sic eadem postea & prima Flavia appellata est: quoniam Flaviæ nomen prima accepit a Flavio Vespasiano, & PRIMA FLAVIA AVGVSTA. Additum in medio nummo Neronis, L. IΔ. *Anno* XIV. Neronis in Oriente imperii.

Nummum ex ære mediocri, cum solo nomine ΣΕΒΑΣΤΟΣ: & ex parte altera, ΑΣΚΑΛΩ ΒΟΡ. *anno* CLXXII. qui incipit ab autumno hujus anni, D. Vaillant primum Neroni tribuit, deinde Vespasiano; hac una ratione ductus, ne discrepet a Romanæ historiæ scriptoribus. Sed haud dubie Neroni primum recte adseruerat.

In Cimelio Regio, & apud D. FOUCAULT, nummus ex ære mediocri: ΝΕΡΩΝ ΚΑΙΣΑΡ. capite laureato. .)(. ΓΑΔΑΡΑ. (In Regio, ΓΑΔΑΡΕΩΝ.) L. ΑΛΡ. Duplex Cornucopiæ. Gadara urbs Decapoleos in Galilææ confinio. *Anno* CXXXI. qui ab autumno anni hujus incipit. Æræ initium est a devicta per Pompeium Asia, anno V. C. 691. Percussus a Græcis hic nummus est: neque enim Judæi vultum principis in nummo insculperent. Ex hoc nummo liquet, Neronem non ante hunc annum exeuntem vivendi finem fecisse, in Syria (ut quidem conjectando opinamur) cæsum ex insidiis.

OTHO. Ægyptum, ut diximus, anno uno Otho tenuit: cujus idcirco neque ulli nummi annum secundum repræsentant, nec ulli ærei in orbe Latino percussi exstant; quod nullum in Occidente jus aut imperium haberet. Nulli idcirco ejus nummi fuere, præter aureos & argenteos, quos Gallia Narbonensis de more in honorem Principum cudi jubebat suapte sponte: vel si ex ære, Antiochiæ ii fuerunt, aut Alexandriæ cusi. Detulit igitur post annum ultro imperium Vespasiano: quod quidem præclare ab Othone gestum fuisse, non ipsius modo, sed Titi quoque nummi testantur: nam eam ob causam restituisse Othonem Titus in nummis dicitur. Annuum Othonis imperium fuisse docet ipse Joannes in Apocalypsi Cap. XXII, 10. ut in Commentariis in eum locum ostendimus.

Apud P. Jobert, nummus Antiochensium, capite turrito ac velato, ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. .)(. Urna, ut videtur. ΕΤ. ΖΙΡ. *Anno* CXVII. æræ Cæsarianæ, qui autumno hujus anni incipit. Alius, cum vultu Jovis: ΕΤ. ΖΙΡ. ibidem.

In Thesauro Mauroceni, pag. 114. ΜΑΡΚ. ΟΘΩΝΟΣ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. capite laureato. *M. Othonis Cæsaris Aug.* .)(. ΚΡΑΤΗΣΙΣ. *Imperium.* In gaza Regia, alius Othonis nummus, cujus in aversa parte, ΡΟΜΗ. (sic enim scribitur:) L. Α. *Roma, anno primo.* In nummis Othonis, Ῥώμη & Κράτησις id significant, quod in Corinthiaco nummo, quem Seguinus edidit; ROMAE ET IMPERIO. Similis est Galbæ in Cimelio D. FOUCAULT, nummus ex ære mediocri: ΛΟΥΚ ΛΙΒ. ΣΟΥΛΠ. ΓΑΛΒΑ ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. L. Α. *Lucii Livii Sulpicii Galbæ Cæsaris Aug. anno primo.* .)(. ΚΡΑΤΗΣΙΣ. *Imperium.* In alio ΡΩΜΗ. Quod erant nimirum utriusque Augusti conjuncta consilia in defendendo Imperio; eam ob causam ex eadem Alexandrina officina ejusdem fabricæ ac formæ nummus utriusque nomine prodiit. Κράτησις, *imperium* est: unde & Αὐτοκράτωρ Imperator est.

Nummus in museo nostro perrarus, ex ære mediocri. Philippo Imp. cusus, Æsculapium & Hygiam seu Deam Salutem exhibet; & in summo, montem Garizim, cui templum est superpositum: epigraphe. COL. SER G NEAPOL *Colonia Servii Galbæ Neapolis.* Idcirco in nummis Philippi dumtaxat Neapolis se coloniam Servii Galbæ prædicat: quoniam a Philippo restituta ea colonia est.

Annus Christi 69. Annus Sabbaticus.

In gaza Regia, IMP. SER. SVL. GALBAE. *Imp. Servio Sulpicio Galbæ:* caput laureatum. .)(. In laurea, ΕΠΙ ΜΟΥΚΙΑΝΟΥ. *Sub Muciano* Præside Syriæ. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΕΤ ΖΙΡ. *Anno* CXVII. æræ Cæsarianæ: qui autumno superioris anni incipit.

In Cimelio D. BEGON, nummus ex æræ mediocri: ΑΥΤΟ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. ΣΕΡΟΥ. ΓΑΛΒΑ. L. Β. Annus secundus, cœptus ab autumno fere anni superioris. .)(. ΕΛΕΥΘΕΡΙΑ. Libertas. Venetiis, teste Morello; ΑΥΤΟΚ. Μ. ΟΘΩΝΟΣ ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. .)(. ΕΛΕΥΘΕΡΙΑ. *Libertas.* Stat illa columnæ innixa: cum Solis sidere, symbolo Orientis. Nummus uterque Alexandriæ cusus, eodem typo, eodem consilio, eodemque anno.

Vitellii Imp. numismata Græca ex auro, argento, vel ære, nulla sunt aut fuerunt; tametsi multo ille diutius, quam Otho & Galba, tenuisse imperium vulgo existimetur. Id vero unde factum sit, dicant si possunt, qui veteres solum scriptores consulunt; si non illud ex eo factum nimirum est, quod limites quidem Galliarum atque Italiæ tutandos Vitellius habuit a Germanorum incursionibus: in Oriente nullum omnino jus habuit: ut Otho e diverso, nullum in Occidente.

Sub finem anni hujus, Othonis imperio annuo, bienni Galbæ expleto, Vitellioque dejecto, Vespasiano delatum imperium est, ejusque familiæ; proposita expeditione Judaica.

Annus Christi 70. V.C. 823.

Novilunium medium æquinoctiale fuit Hierosolymis, die XXX. Martii, hora 1. 13′ 41″ post meridiem: atque adeo Neomenia civilis incidit in diem XXXI. Martii, sabbatumque: dies festus *Paschæ*, in XIV. Aprilis, & sabbatum pariter.

Apud D. Lavocat, nummus ex ære minimo, Vespasiani vultu.)(. ΓΑΔΑΡΑ. ΒΛΡ. capite turrito. *Gadara* in Syria. Anno CXXXII. qui autumno anni superioris incipit. Itaque nummus hic cusus est anno V.C. 823. sive Christi 70. ante Septembrem.

Hoc anno eodem, ab autumno incipit æra Neapoleos Samariæ: item Samosatenorum in Commagene.

Hoc anno demum a Tito Imp. Imperatoris Vespasiani F. capta Hierosolyma sunt, & in *bustum*, ut Plinius ait, conversa.

Græcis postea a Domitiano Aug. Hierosolymitanum solum concessum est, post annos XXII. ab Hierosolymis dirutis, anno V.C. DCCCXLV. Christi XCII. quo mense Septembri, cum novæ Urbis mœnibus nova cœpit æra Καπιτωλιέων. Nam id ei Urbi datum nomen est, ut a cultu Jovis Capitolini Καπιτωλιὰς diceretur: qua forma in eodem tractu Τιβεριὰς, Ἰουλιὰς, & similia sunt oppida nuncupata. Hi Græci sunt, qui & Diospolin, a cultu Jovis similiter, & Rabbatha condidere eodem anno, in eadem provincia, cum æra eadem, positis nempe a Domitiano Imp. in ea ditione Græcis Φιλορωμαίοις, qui provinciam adversus Judæos tutarentur. Capitolienses vero Græci, opere Græcanico, quale nunc quoque cernitur, Templum Hierosolymitanum, sive Salomonis (ut etiamnum appellant) denuo excitarunt, forma octogona. Καπιτωλιάδα porro cum Ptolemæus ab Ælia Capitolina distinguit, more suo facit imperite: nempe qui ex uno oppido duo passim fabricet, alterum Græco nomine, Latino alterum: ut in Africa libro IV. cap. III. Κλυπίαν & Ἀσπίδα, aliaque multa. Qui primum dicti sunt Capitolienses, in eorumdem civitatis partem deductis colonis ab Ælio Cæsare, Ælia Capitolina dicta civitatis portio quædam est: nec duo sunt oppida, sed unius oppidi duæ regiones: uti in Hispania oppidum Emporiæ, teste Plinio, *geminum* fuit; *veterum incolarum & Græcorum.* Quam ob causam Capitolienses Ælii non sunt; tametsi Ælia colonia Capitolina sit: quoniam prius ibi Græci fuere, quam coloni: & prius similiter Cæsarienses appellati sunt, quam colonia Flavia Cæsarea. Quæ potuit autem alia Καπιτωλιὰς esse ἱερὰ, ἄσυλος, αὐτονόμος; aut Templo se jactare Jovis Capitolini, aut omnino nomine Capitoliadis, quod est Romæ affine; nisi primaria civitas provinciæ? Non tamen aut Syriæ Cœles, cui Ptolemæus somnians hanc adscripsit: nam Cœles Syriæ metropolis Apamea: aut (ut alii) Palæstinæ secundæ: quæ si fuit, procul dissita a Syria Cœle fuit: adeo ut, si nec isti sunt mentiti, nec Ptolemæus erravit; & tergemina sit in Syria Capitolias statuenda, non duplex tantum; & hæc tertia Palæstinæ secundæ fuerit post Ptolemæi ætatem excitata, loco prorsus (ut illa altera) incerto & ignoto. At reipsa fuit Capitolias unica Syriæ Palæstinæ: quæ & unica ipsa provincia in nummis fuit, quamdiu nominibus Augustorum Syria nummos cudit. Eam ob rem Capitolienses in nummis Antonini Pii & Severi, se ΜΟΚΑ inscribunt; hoc est, Μόνους Καπιτωλιεῖς, *solos Capitolino nomine* nuncupatos. Interim indigenæ Græci sejunctim a colonis Latinis numismata sua conflabant. Sic colonia Augusta Aroë Patrensis in Achaia sub Claudio, aliisque Augustis usque ad Gordianum juniorem, (nam postea Peloponnesum Romano imperio fuisse subjectam nummi non docent,) nummos illa, inquam, Latine inscripsit, COL. A. A. PATR. dum Græci Patrenses sub eodem Claudio scriberent, ΜΙΝΔΙΟΣ ΑΝΘΥΠΑΤΟΣ. ΠΑΤΡΕΩΝ: & ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΡΟΥΦΟΥ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ ΠΑΤΡΕΩΝ.

Est in Thesauro Mauroceni nummus plane singularis, L. Veri Imp. nomine: ΑΥΤ. Κ. Λ ΑΥΡ. ΟΥΗΡΟC. *Imp. Cæs. L. Aurelius Verus*: capite laureato.)(. ΚΑΠΙΤΩΛΙΕΩΝ. Templum quatuor columnarum; in quo non Isis, ut putant; sed ut in nummo Severi, de quo postea, stat Juppiter, qui & Serapis: quem subjectæ in imo nummi margine litteræ denotant: ΖΚΥ: Ζεὺς Καπιτωλῖνος Ὑπέρτατος. *Juppiter Capitolinus Altissimus*: vel, si magis placet, Ὕψιστος: unde apud Hesychium aliosque Ὑψιστάριοι αἵρεσις τῶν τὸν ὕψιστον σεβομένων: de qua absque invidia optamus, ut exoriatur aliquis, qui nostram sententiam antevertat; illatamque vero Numini injuriam patefaciat. Interim quis ab aliis Capitoliensibus, quam ab Hierosolymitanis, nummum hunc fuisse percussum, idoneo documento probet? neque huc Διὸς Καπιτωλίνου cultum fuisse invectum a Græcis Φιλορωμαίοις, uti olim ab Antiocho Syriæ rege, religionem ac nomen Διὸς Ὀλυμπίου?

Est autem hæc æra sive Hierosolymæ restitutæ, sive Capitoliadis excitatæ, sive demum traditæ Græcis Syriæ Palæstinæ, in quinque præsertim consignata nummis. Primus est ex ære mediocri, M. Aurelii, ΚΑΠΙΤΩΛΙΕΩΝ. ΙΕΡ. ΑC. ΑΥ. ΗΞ. Anno LXVIII. qui primus est M. Aurelii, Christi CLXI. usque ad Septembrem. Alter est Lucii Veri simillimus, cum anno ΘΞ, hoc est, LXIX. qui primus est L. Veri, ab autumno ejusdem anni Christi CLXI. Tertius est Commodi in Cimelio D. FOUCAULT, cum eadem inscriptione, & anno ΓϤ. hoc est, XCIII. qui Commodi sextus, Christi CLXXXV. ab autumno. Quartus est, ex ære mediocri, in Thesauro Regio, Antonini Severi F. capite laureato: ΡΑΒΒΑΘΑΜΗΝΩΝ: ΕΡ. *Anno* CV. qui est annus Severi quintus, ab autumno anni Christi 197. Antonino F. jam Imperatore in Oriente. Fuit autem ad mare Galilææ posita; ut appictus in eo nummo Neptunus cum pisce admonet. Quintus, Severi ipsius, e Cimelio Reginæ Christinæ; cum templo, cui quadrigæ impositæ: ΚΑΠΙΤΩ. ΙΕΡ. ΑΣ. ΑΥ. ΗΡ. Καπιτωλιάδος ἱερᾶς ἀσύλου αὐτονόμου. anno CVIII. qui Severi annus octavus est, ab autumno anni Christi CC. In Templo Jupiter sedens, dextra orbem, hastam læva tenet: ut in nummo Hadriani inscripto: COL. AEL. CAP. sedet in templo Juppiter inter Palladem & urbis Genium stantes: item in nummo Diadumeniani apud Vaillantium, pag. 190. Sextus est Antonini ejusdem, de quo proxime, in Cimelio D. FOUCAULT, ubi Templum quatuor columnarum, (ut in nummo M. Aurelii, & L. Veri, COL. AEL. CAP. alioque Severi, COL. AEL. CAP. COMM. aliisque:) cum Jove Capitolino, & eadem plane epigraphe, atque in nummo Græco Severi. Αὐτονομίαν seu libertatem concedere oppidis primariis in limite imperii positis lucro apponebant Augusti, quod hoc beneficio cives sibi devincirent. Septimus est Juliæ Domnæ, quæ Severi conjux, mater Antonini; in Thesauro Regio. Epigraphe posticæ partis est; Α. CΕΠ. CΕΟΥ. ΔΙΟCΠΟΛΙC. *L. Septimius Severus. Diospolis.* ΘΡ. *Anno* CIX. qui Severi Imp. annus nonus est, ab autumno anni Christi CCI. Octavus denique ibidem est, ejusdem civitatis Dio-

Diospolitanæ, cum litteris Græcis, EP. hoc est, anno CV. Diospolim esse Syriacam, apposita æra admonet: præterquam quod post Antoninum Pium, nulla urbs Ægypti nummos cudit nominibus Augustorum, præter Alexandriam. Ergo tres anni in his quinque nummis apparent: CV. CVIII. CIX. Ex quibus intelligere est, annis quoque interjectis nummos similes cusos fuisse: Et cum sub Severo neque ante annum CV. neque post CIX. occurrat hæc æra; inde efficimus, quinquennalem agonem a Syriæ Palæstinæ civitatibus editum, in honorem Severi Imp. in hisce nummis consignari: quorum primus annus incidat in autumnum anni Christi 197. V. C. 950. A quo si calculum retro ducas, epochæ initium erit autumnus anni Christi 93. Urbis Romæ 846. Domitiani iniens annus XIII.

Sic ludos quinquennales Gazensium civitas in nummis Hadriani Aug. insculpsit, cum secunda ille decennalia iniret: hoc est, annis imperii ipsius XI. XII. XIII. XIV. & XV. Sunt enim illius nummi in Thesauro Regio inscripti, Γ ΕΠΙ Β ϟ Ρ hoc est, anno ludorum *tertio*, qui incidit in annum Gazensium 193. Urbis conditæ 882. Hadriani 13. Δ ΕΠΙ Γ ϟ Ρ. & Ε ΕΠΙ Δ ϟ Ρ. *quarto* & *quinto* quinquennalium ludorum anno: quibus præmissos fuisse similiter Α ΕΠΙ ϟ Ρ, & Β ΕΠΙ Α ϟ Ρ manifestum est. Similem Tyri agonem quinquennalem pro Antiocho Epiphane ex sacris litteris superius vidimus. Novo igitur Imperatori Antonino Severi F. agonem quinquennalem Syria Palæstina edidit. Jam tum enim ille Imperator in Oriente: qui eodem fere tempore in Occidente, DESTINATVS IMPERATOR, in nummo Regii Cimelii argenteo appellatus est; cum esset tantum CAES. PONT. Quæ causa est, quamobrem nullus sit hujus Antonini nummus in Oriente cusus, qui non ipsum exhibeat capite laureato: tametsi in nummis quos Roma cudit, lauream ille non ferat ante annum 198. cum Augustus est a patre designatus. Neque enim quid scriptores referant, sed quid nummi veteres ac probi, ex quibus emendari plerosque omnes scriptores oporteat, in hac lucubratione repræsentamus: nec recentiores etiam scriptores appellamus, a quibus in singulis fere sententiis diffidemus; ne ex aliena clade palmam quærere videamur. Post Decium Imp. Capitolienses, Æliamve Capitoliam, paruisse Romanis, nummi nulli suadent.

Est eodem anno Christi 197. V. C. 950. cusus a Gazensibus nummus ejusdem Antonini, in museo nostro, ac Thesauro Regio; cum eodem ipso Imperatoris titulo, & capite laureato: ΑΥΤ. Κ. ΜΑΡΚ. ΑΥΡΗΛ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ, vultu juvenili admodum.)(ΓΑΖΑ. ΕΙΩ. Gaza cum cornucopiæ, & Io dextras jungunt. ΘΝϹ. Annus est CCLIX. æræ Pompeianæ, cœptus ab autumno antecedente.

Hic ergo nostra Chronologia demum finem accipit: de qua qui velit ferre judicium, sic apud se illum statuere prius necesse est, nullam posse Chronologiam Veteris Testamenti probe institui, quæ præter alia plurima, non hæc potissimum capita sedecim exhibeat:

1°. Diem mundi primum, qui sit non modo hebdomadæ, sed & mensis & anni primus, ex anni Judaici forma, quam secutus fuisse Moses videtur in diluvii narratione, ut diximus. Habet quidem Usserius, ut nuper deprehendimus, idem nobiscum mundi primum diem & annum; sed nec anni deinde formam eamdem observat; nec postea vel unum (opinor) totius Chronologiæ sacræ vel profanæ caput eidem ac nos anno vel mensi, vel denique diei adsignat; & Christi natalem quadriennio toto antevertit: atque adeo in nullo fere Chronologiæ capite non aberrat.

2°. Exhiberi oportet in descriptione diluvii sabbata quinque, iis mensium diebus, quos sacræ litteræ designant.

3°. Ipso Exodi anno, diem sabbati, qui incidat in diem XXI. mensis secundi; atque adeo primum Pascha, primo mense, die sabbati; uti supremo Christi anno; diemque Pentecostes feria prima, ut anno eodem.

4°. Historiam Judith, litterario plane sensu, sub Nabuchodonosore priore; adeo ut Bethulia liberata, per annos LXXX. non fuerit bellum in Israël.

5°. Anno Urbis Romæ CLVII. defectum Solis, quem Thales prædixerat.

6°. Estheris historiam sub Assuero, qui sit Assuerus, non Darius, aut alterius appellationis, anni sque circiter XL. post deportationem Mardochæi cum Jechonia rege, atque ipso tempore Babylonicæ Captivitatis.

7°. Assuerum præterea alterum, alterumque Astyagen ab eo qui Cyaxaris filius: illum Esdræ, istum Danieli memoratum; ita ut & ille sit Assuerus, & iste Astyages, nec aliis pro arbitratu, atque ad serviendum hypothesi, adscitis nominibus: ut faciunt illi, qui obtorto collo scriptores sacros rapiunt in profanorum sententiam.

8°. Artaxerxen similiter, qui vere sit Artaxerxes, idemque rex Persarum anno secundo Darii Persæ, quo anno cœpit Templum ædificari, ex libro I. Esdræ, cap. VI, 14.

9°. Annos quadraginta sex continuos, quibus (ut Judæi apud Joannem referunt) Templum ædificatum est: quorum postremus sit annus Artaxerxis tricesimus quartus.

10°. Defectum Lunæ, anno ante Christum CCCXXIV. quo Darium vicit Alexander.

11°. Et septem primum, & postea sexaginta duas hebdomades Danielis, ab exitu sermonis divini, hoc est, a Jeremiæ vaticinio: sive, ut Tertullianum eruditi referunt hanc vocem interpretari, *a prophetatione sermonis*.

12°. Natalem Christi Domini die sabbati, XXV. Decembris.

13°. Joannis prædicationem anno XV. Tiberii Cæsaris, qui vere sit decimus quintus ex nummis antiquis: & baptismum Christi, cum esset *incipiens annorum quasi triginta*; ita ut trigesimus vere annus intelligatur.

14°. Sabbatum δευτερόπρωτον, sabbatum δευτέρῳ Adar πρῶτον. Item *diem festum Judæorum*, Joan. V, 1. festum sortium, feria sexta: uti ostendimus in Tractatu de supremo Christi Paschate, pag. 42.

15°. Diem festum mediantem, sabbatum incidens in quartum Scenopegiæ diem ex octo.

Diem denique azymorum unum integrum, ante primum e septem in regno Judæ, sive ante diem festum Paschæ Hierosolymis, tum anno Passionis Dominicæ, tum in Actis cap. XII.

Quæ omnia cum & in nostra Chronologia se sua quasi sponte offerant, posita anni Judaici forma ab ipsis rerum primordiis; nec in alia quavis hypothesi fieri omnino possit ut occurrant; non erit viris eruditis, opinor, difficile statuere, quanti præ ceteris hypothesibus ea facienda sit, quæ Chronologiæ sacræ nodos omnes difficillimos nullo negotio expedit. Adde & eam lucem, quam & ad annos regum Juda explicandos; ad describendos prioris Assueri, Darii, & Artaxerxis; imperii fines ad ipsam Christi genealogiam intelligendam; natalemque Christi, & annum baptismi ejusdem ac passio-

passionis certo statuendum; ex nummis antiquis accessisse speramus; quæ causa fuit potissima, quamobrem istum huic operi titulum fecerimus: *Chronologia Veteris Testamenti, ad Vulgatam versionem exacta, & nummis antiquis subinde illustrata: Chronologiæ ex nummis antiquis restitutæ Specimen alterum.* Si quid autem aliud in hac lucubratione statuere quam olim ipsi scripsimus, subinde videmur; ne nos ibi quisquam idcirco priorum immemores, sed potius emendatores esse noverit. Neque nos ille tamen profecisse putet eorum admonitu, qui stilum olim in nos distrinxere. Nam ab illis nos longissime discrepare singulis fere versibus, peritus quisque harum rerum facile intelliget.

INDEX

I N D E X.

Prior numerus paginam, alter columnam designat.

Gal-

PERMISSIO.

EGO PETRUS DOZENNE, Præpofitus Provincialis Societatis JESU in Provincia Franciæ, permitto, ut P. Joannis Harduini ex eadem Societate liber infcriptus, *Chronologia Veteris Teftamenti ad Vulgatam Verfionem exacta, & nummis antiquis fubinde illuftrata; Chronologiæ ex nummis antiquis reftitutæ fpecimen alterum*, in quo nihil effe quod fidei Catholicæ, vel bonis moribus contrarium fit, teftati funt Theologi tres e Societate noftra, typis edatur. Parifiis, die XXIX. Maii, 1696.

PETRUS DOZENNE.

NUMISMATA ALIQUOT RARIORA
AUGUSTORUM
TETRICI SENIORIS
SIVE
PATRIS,
AURELIANI JUNIORIS,
ET
MAXENTII.

E MUSEO PRÆNOBILIS CLARISSIMI VIRI

D. GEORGII DE BALLONFFEAUX

Imperialis Abbatiæ D. CLEMENTIS WILLIBRORDI Satrapæ Epternacensium Judicis Municipalis

A REVERENDO PATRE

JOANNE HARDUINO

Societatis JESU illustrata.

LECTORI ERUDITO.
G. D. B. S.

E*TSI quamplurimi, a natalibus non minus, quàm à rebus præclarè gestis scriptisque doctissimis clarissimi Viri, Monumentorum antiquorum, in primis verò rei nummariæ illustrandæ, haud segniter summâque cum laude superiore potissimum sæculo incubuerint; nemo tamen, opinor, qui vel extremis labris degustaverit hoc studiorum genus inficias ierit, quin ut hoc nostro ævo scientia, & artes reliquæ omnes, summum perfectionis apicem attigerunt: sic quoque in rerum antiquarum,* non mediocribus *quæ supererant, ut cum Varrone loquamur,* tenebris propulsandis, *plurimum ac feliciter à variis laudatissimisque scriptoribus adhibitum operæ sit: siquidem eò res devenerat, ut omnia penè exhausta in eo genere viderentur, miro eruditorum undique, communi orbis litterarii bono, suam in hac parte symbolam impigrè conferentium studio: cum ecce tibi maximo omnium verè doctorum, verique amantium applausu, prodeunt nuperrimè R. P. Joannis Harduini Specimina & Prolusiones aliquot Chronologicæ, ut ipse quidem inscribit: verius tamen reconditissimæ Antiquitatis Thesauros eruditus quisque meritò appellârit. Enimverò ex his liquidò, si usquam aliàs, planum fit, quantum Numismatum veterum intima intelligentia, aptaque interpretatio, ad incorruptam veritatem Historiæ non minus Ecclesiasticæ & sacræ, quam Græcæ Romanaque, tum eruendæ, tum stabi-*

stabiliendæ, tum denique restituendæ conferat. Ea certè eruditissimi hujus Viri, in ejusmodi testibus producendis confidentia est, ut Chronologiæ Veteris Testamenti; nuper admodum à se publicatæ fol. 171. editionis Germanicæ, apertè pronunciare non vereatur: plus nummo uni vel alteri, probatæ antiquitatis ac fabricæ, quam Historicis sexcentis, sive antiquis, sive recentibus, qui nihil nisi priorum ante se scripta fabulasque describunt, habendum fidei esse. Rectissimè quidem ille pronunciat, de insigni hoc nummorum antiquorum ad Historiam reformandam subsidio; tametsi sunt & innumera alia, quæ ex iisdem Numismatis in litteras, velut ex purissimâ & inexhaustâ scaturigine, largissimè profluunt commoda. Hujus porrò celeberrimi scriptoris, in ejusmodi illustrandis & interpretandis tam diligens solertia, felixque adeò sagacitas est, ut ejus meritò studium, præstantiores quique è recentioribus, non solum sint demirati, sed scriptis etiam publicis celebrarint. Faxint superi, ut quæ meditatur opera, publici juris quantocyus faciat! Quam insignis id momenti futurum sit, ad antiquam Historiam non profanam modo, verùm etiam Ecclesiasticam resarciendam, jam nunc agnoscere coguntur ii, qui laudata proximè à nobis specimina Chronologica lectitarunt. Ne verò hæc à me dicta, gratificandi et studio quispiam suspicetur, cujus in manus nondum ea pervenerint; aliquot doctissimi ejusdem Viri Epistolas, quas ad nos rescribit, publici juris faciendas esse duximus: quod in his sua nobis sensa, pro suâ singulari humanitate exponit, super nummis aliquot trium Augustorum: Tetrici prioris sive Patris, Aureliani Junioris, & Maxentii, quos in Museo nostro asservamus, à nemine, quod quidem sciamus, vel visos hactenus, vel illustratos. Ex his profectò Lectori erudito patebit, quam dubiæ, ne dicam nullius sint fidei, quæ sub magnificis illis Flavii Vopisci. Trebellii Pollionis, & reliquorum fabulatorum nominibus venditantur, quæque à legentibus, plerisque nimium credulis, pro oraculis passim excipiuntur. Gratulabitur insuper ætati nostræ non parùm, quod nummorum antiquorum subsidio sperare possit, veritatem Historicam qualis in se est, tandem intueri. Tu, Lector erudite, pauculis hisce sine tædio fruere, dum ampliora propediem proditura, avidè expectamus: & Vale.

REVERENDO PATRI

JOANNI HARDUINO

SOCIETATE JESU.

G. D. B. S.

QUOD tecum confabulandi, Vir Eruditissime, cum nuper Parisiis commorarer, se mihi locus obtulerit, felicitatis haud exiguæ esse duxi: sed quod à suavissimis tuis colloquiis, citius quam optassem avulsus sum, privatis negotiis aliò avocatus: dici vix potest, quam molestè tulerim. Ea siquidem tua est in omnes litterarum amantes innata propensio & humanitas, ut plurimum mihi gratuler, quod facilem ad te accessum non solùm præbueris aliquoties, sed multiplici etiam institutione, ac rerum potissimum antiquarum cognitione ultrò cumulaveris; cujus sanè beneficii nunquam futurus sum immemor. Illud interim fateri & possum & debeo, plus mihi luminis affusum, tuo ductu, ad discernendum vera à fictis, quæ scriptis Auctorum Historiæ Augustæ sequioris præsertim ævi, intexta reperiuntur, quam longi temporis privato studio. Ac suspecta quidem mihi eorum fides, multis argumentis jam prìdem fuerat: in primis verò quoties antiquos nummos, cum Augustorum gestis quæ iidem exposuêre, conferrem. Sed ex quo te docentem audii, nullus jam superest dubitandi locus, quin meri sint illi, ut Augustini verbo utar, fabulones. Confirmabit existimationem illam non parùm me quidem judice, nummus aureus Maxentii Aug. sanè elegantissimus, quem in Museolo nostro asservamus: cujus ectypon dudum tibi adpromissum tandem transmittimus accuratissimè delineatum.

Vide f. 1. Tabulæ quæ est ad p. 650. Hunc quisquis inspexerit diligenter, statuet illicò non esse nauci facienda, quæ de Maxentio narrantur ab Historicis, qui hujus meminêre. Eutropius enim, postquam retulit, quo pacto Constantinus Constantio patre mortuo, Imperator in Britanniâ creatus exoptatissimus moderator accesserit, subdit: Romæ præterea Prætoriani excitato tumultu, Maxentium Herculii filium, qui haud procul ab Urbe in viâ publica morabatur, Augustum nuncupaverunt. Italiæ igitur solùm & Africæ, si scriptori huic, vel Zosimo fides habenda est, præfuit. At nummus hic noster, priore sui parte inscriptus MAXENTIUS. P. F. AUG. cum nec Romæ, nec in Africâ, sed Treveris in Urbe Galliarum nobilissimâ cusus sit, uti perspicuum est ex litteris PTR. in imâ nummi orâ insculptis, aliisque ut MOST. quæ litteræ in ejusdem Maxentii nummis frequenter occurrunt; quis, amabo, non videt, quam meritò vel istius, vel similium nummorum testimonio falsi arguantur nugarum illi venditores? & eò quidem potiori jure, quod hæ similesve, in imâ parte nummorum illius ævi plerumque obviæ initiales litteræ, tam ab eruditissimo Viro Du-Cangio, quam à reliquâ passim Antiquariorum scholâ exponantur Pecunia Treverensis, vel percussum Treveris, aut certè Moneta Sacra Treverensis, vel signata Treveris?

Adde quod in prælaudato nummo Maxentius Aug. dicitur, & nummus ipse est aureus. Enimverò eruditissimus Alexander Wilthemius Societatis vestræ lumen eximium, nunc ὁ μακαρίτης, in præcellenti suâ, nec satis laudandâ Luxemburgi Romani Historiâ, quam feliciter omninò ab interitu vindicavimus, quamque publici juris facere, Deo dante, aliquando speramus, Lib. 1. Cap. V. de Trium Virorum Monetalium officio disputans: Aurum, inquit, Argentumque, sub eorum nominibus qui viderit, nemo est opinor, solique Imperatores & Augusti, ambitiosa illa metalla propriis in officinis signabant, quamquam Triumvirorum curâ atque operâ: cudêre autem æs Triumviri ex senatusconsulto.

Et isto igitur præter cætera argumento, quod nemo quidem Eruditus in contentione ponit, extra controversiam esse oportet, Maxentium non Romæ solùm, & in Africâ, sed in Galliis etiam, & potissimum apud Treveros dominatum exercuisse: quantumvis refragari, tum superius appellati scriptores videantur, tum qui eosdem hâc ætate in pretio habent.

Paucula hæc sunt, Vir Erudite, quæ tibi super insigni illo nummo proponenda censui: quem tu pro summâ quâ polles eruditione, ut illustrare velis, etiam atque etiam obtestor. Nam partis aversæ inscriptio PRINCIPI JUVENTUTIS. ad quem demum Cæsarem Principemve spectet, fateor esse mihi incompertum. Si esset in

manu-

manibus quam nuper edidisti Chronologia sæculi Constantiniani, nullus dubito, quin viam eadem aperiret huic nodo solvendo. Verùm cum omnibus licet votis expetito opere illo frui nondum licuerit, à temetipso eò confidentius subsidium flagito, quod perspectum sit mihi jam pridem, quam prompto sis & alacri animo, ad bene merendum de omnibus, & ad impertiendum flagitantibus de tuo lumine. Vale Vir doctissime, meque tui observantissimum scito semper fore. Epternaci Idib. Septembris 1698.

VIRO NOBILISSIMO

ET PERERUDITO

D. DE BALLONFFEAUX

JOANNES HARDUINUS

SOCIETATIS JESU.

NOn ante hesternum diem redditæ mihi fuerunt litteræ tuæ plenæ humanitatis, Vir Nobilissime, quamvis ante menses omninò quatuor, ipsis nempe Idibus. Septembris exaratæ. Qui has ad me detulit, hanc longiorem moram sibi adscribit, quippe qui præter spem tardius Luxemburgo, Parisios profecturus discesserit.

Vide f. 2. Tabulæ quæ est ad p. 682. Nummus ille tuus, cujus delineatam effigiem ad me transmisisti, Maxentii nomine ac vultu inscriptus, est dubio procul non minus rarus & elegans, quam curiosus, probæque notæ. Patinus quidem profert alium ferè similem, sed æreum; tuus verò ex auro est. Thesaurum in hoc uno nummo possides, qualem nummum alibi, ne quidem in Thesauro vere Regio Nummorum Antiquorum Regis Christianissimi reperias. Verùm sic statuo, neminem posse hunc nummum commodè explanare, ex iis qui cæcam omnino fidem habent Historiæ Augustæ scriptoribus quotquot supersunt. Hos ego sanè scriptores aspernandos judico, cum non solùm illi mendacii arguantur, ex innumeris Numismatibus quæ asservantur in Cimeliis, circa res gestas non Maxentii solùm, sed reliquorum etiam, & penè omnium Augustorum. Ac rectè quidem admones, sic esse statuendum si fides habenda Historicis, Maxentium Italiæ solùm & Africæ præfuisse. Nummus verò tuus, cum inscriptas litteras PTR. in imo nummi limbo exhibeat, suadet omninò se Treveris cusum esse. Consentiunt enim verò eruditi omnes, elementis TR. *Treveros* designari. Sed mihi crede, quidquid Historiis illis omnibus continetur, quod à testimonio numismatum dissentiat, mera fabula est, eaque studio conficta, ob eas causas quas hic referre longioris operæ foret, Quam indubitatum porrò sit, quod hic à nobis statuitur, abundè comprobat ipsa nummorum contemplatio: quos inter & Historiam perpetua & incredibilis discrepantia est.

In Chronologiâ quam edidimus, sæculi Constantiniani ostendimus sanè his litteris PTR. significari *Primam Treverensem*, quo loquendi modo *Prima Belgica*, eâ ætate designabatur. Deinde certissimo nummorum documento evinci, Maxentium non fuisse Augustum, sive senatus vice non fuisse præpositum, nisi Treverorum uni Provinciæ: id quod ex ejus nummis qui sunt illo in tractu cusi omnes, tuoque in primis manifestum est. Sunt enim alii pauci admodum à societate Africæ percussi, sive à sociis mercaturæ exercendæ in Coloniâ Carthaginensi, quorum commercium Maxentius præsidiariis navibus tutabatur: quâ loquendi formâ hodièque dicimus *Societatem Indicum Orientalium* sive *Occidentalium*, *la Compagnie des Indes Orientales ou Occidentales:* & hos quidem nummos inscriptos videmus FELIX KART*hago*. In Italiâ certè Maxentius nunquam est *Augustus* appellatus. Hæ verò litteræ MOST. quæ in quibusdam ejusdem Maxentii nummis leguntur, nihil aliud significant, quam *Mercatores Omnes secundæ Treverensis*. Argumento ejus rei certissimo, est ipsa per se consideratio omnium numismatum, quæ similes præferunt litteras, ut MOSTR. & similia scribendi compendia, quæ in nostrâ Chronologiâ exhibemus, pag. 88. & 89. Ridiculum enim est elementis illis hujusmodi affingere sententiam: *Moneta Sacra Treverensis*, vel *signata Treveris*. Et soli etiam indocti existimant, *Monetam* in nummis significare *Pecuniam* quæ in commercio quotidiano est. Vox illa enimverò nihil aliud designat, quàm Judicum seu Triumvirorum Monetalium Curiam, *la Cour des Monoyes*, quæ cudendorum nummorum ab Augusto aliquo factâ potestate, vocatur *Moneta Sacra Aug.* atque idipsum demonstratum sæpius à nobis in Chronologiâ supradictâ. In nummo quodam Patrensium, Augusto imperante, legitur MONETA. IMPETRATA. INDULGENTIA. AUG. An sic autem istud accipiendum est, ut existimemus Augusti jussu Patrensibus denarios vel asses transmissos fuisse? minimè sanè: sed eo lemmate admonemur, tandem constitutam in eâ Civitate *Curiam Monetalem*. Ex quo etiam conficitur evidenter *Monetam* pro *Pecuniâ* nunquam fuisse nummis inscriptam, neque eo sensu nomen illud unquam adhibitum ab ullo scriptore classico: sed pro *Curiâ*, ut loquitur, & *Officinâ Monetali*.

Nummi tui pars altera, Cæsarem stantem laureato capite, vultu juvenili refert, gestat ille dextrâ hastam, sinistrâ verò orbem, Romani Imperii symbolum: epigraphe PRINCIPI. JUVENTUTIS. Crucem figet Eruditis ea inscriptio, hanc si tentaverint explanare. Titulus enim iste solis convenit Cæsaribus, qualis est qui ibidem depictus. Non convenit ergò Maxentio jam tum Augusto. Jam Romulus Maxentii filius, nunquam Cæsar fuit: neque ullus nummus eum hoc titulo insignivit; ac ne quidem ipse vivus aliquem suo nomine nummum inscriptum vidit. Remi soli post illius obitum, aliquos ei nummos dicarunt, in quibus pro omni elogio *Filius urbis nostræ*, hoc est, Remensis, & *Conservator Urbis*, vel *Consul Urbis*, *Maire de la Ville* cognominatur. Fusius id à nobis in Chronologiâ sæpius citatâ explicatum est pag. 157. & 158.

Quis igitur esse potest hic Princeps Juventutis? apprime nosti, Vir Erudite, Augustum qualis Maxentius fuit, IMP. simul dictum fuisse, *Général de l'armée, ou le Généralissime*. Ostendimus autem in Chronologiâ nostrâ, Principem Juventutis semper fuisse Ducem primarium turmarum pedestrium, *le Colonel Général de l'Infanterie*. Quam ob causam etiam in nummis ubique stans occurrit, hastam gerens, vel certè inter duo signa militaria pedestria. Hic itaque Princeps Juventutis, hic Cæsar, hic peditum Dux, est Fl. Val. Constantinus, Creatus Cæsar sive Princeps Juventutis, secundum nostram quidem Chronologiam anno V. Maxentii Augusti. Adeo ut si nummi tui inspiciendi copia mihi facta fuisset, ante operis mei publicationem, sanè per quam opportunè eo usus essem. Mirum quantum enim confert ad stabiliendam Chronologiam à me institutam: & ad distinguendos plures Constantinos, ex quibus unicum quidem Historici conflaverunt; suus autem unicuique locus assignatus à nobis est. Inseri poterit nummus ille tuus in paginam 154. post secundum versum, anno XXVII. illius sæculi quod ego Constantinianum inscribo: Est enim profectò illo anno cusus. Idem annus V. est Maxentii Aug. quo ipso anno Fl. Val. Constantinus creatus est Cæsar, uti ex ejus nummis, qui anno proximè subsequenti producuntur, apparet. Hic Fl. Val. Constantinus filius fuit Fl. Val. Constantii, ejus qui solummodo Cæsar fuit: idemque Pater illius qui in num-

nummis semper dicitur CONSTANTINUS. MAX. AUG. Cum Maxentii ortus longè distaret à claris natalibus Fl. Val. Constantini (quemadmodum & nostris temporibus videre contigit Imperatores *des Généraux d'armée*, natalium quidem Illustrium, sub quibus tamen merebant Legati, *des Lieutenants Généraux* regio ipso orti sanguine) novo huic Cæsari de adepta dignitate gratulatur Augustus Maxentius; atque ut posteri perspectum haberent, quo Cæsarem ipse loco haberet, nummum hunc, aliosque eo fine cudi curavit. Aurei verò nummi dono dabantur ipsimet Cæsari Constantino, & præcipuis Exercitus Ducibus. Æreos autem comparabant sibi ii, qui minore sumptu historicam seriem rerum gestarum sui temporis colligebant. Hæ nostræ sunt super insigni illo tuo nummo conjectationes: quo in explanando numismate provocare confidenter quosvis potes, ex his qui veteribus Historicis non satis discussis temerè nimium suffragantur, ut quidquam in medium proferant, quod probari viris prudentibus possit. Ex familiari tuo mecum alloquio abundè perspexi, te in similibus limatioris esse judicii, rectiusque sentire, quam illos omnes. Vale. IV. Id. Januarii 1699.

REVERENDO PATRI

DOCTISSIMOQUE VIRO

JOANNI HARDUINO

SOCIETATIS JESU.

I. G. D. B. S.

PErferendas ad te, scriptas à me proximè litteras, jam tabellario commiseram, Vir Eruditissime, cum feliciter contigit, ut dum excutiendis per otium rejectaneis vacarem; inciderit in manus Tetrici pariter Prioris Augusti, sive Patris, nummus admodum singularis ex ære, mole perexiguus: quem quidem penès me; ac mei juris esse, haud dubiè gratulaberis: nec diffiteberis, opinor, sæpenumero utilem in ejusmodi numismatibus ad amussim explorandis impendi operam. Nummus enimverò in quem incidi, quemque hic tibi accuratè delineatum exhibeo.

Vide f. 3. Tabulæ quæ est ad p. 682 *Hanc insolitam inscriptionem præfert: CÆ. TETRICVS. ARPCA. cujus Epigraphes sententiam hanc esse integram, nisi tu quidem aliter statuas, opinarer: Cæsar Tetricus Augustalis Rector Provinciarum Galliæ. Atque hæc sanè vel alia similis ejusmodi elementorum expositio, non exiguum lumen affundit nummulo perraro ejusdem Tetrici, quem jam tecum prioribus litteris communicavi: cujus etiam delineationem, quoniam tunc ad manum non fuit, nunc quoque hic subjicio: Insolenti autem titulo IMP. C. TETRICVS. RDNUIC. hunc conjectabam esse posse sensum:* Imperator Cæsar Tetricus Rector Domini Nostri Vice In Galliis. *Quæcumque autem his litteris subsit sententia, nummo isto confirmari egregiè necesse est, id quod ante menses aliquot, dum tecum suaviter colloquerer, insusurrabas identidem, de Fabulis quibus Historia Augusta scatet, maximè de Tyrannis XXX. sub tempora Gallieni; quos tu quidem nonnisi temporariam in Provinciis exercuisse potestatem contendebas: Ita ut post annum unum vel plures, senatus arbitrio cogerentur abdicare Magistratum.*

(Margin note beside "num non fuit": Vide f. 4. Tabulæ quæ est ad p. 682)

Tuo enim illo præjudicio, atque horum Numismatum auctoritate permotus, arbitrabar equidem Aureliano, Aug. imperante, Tetricum hunc nostrum Rectoris titulo decoratum, Galliarum Provinciis cum potestate delegatâ, ad depellendos & arcendos à finibus Galliarum, Romani nominis hostes. Præsertim cum Ill. Spanhemius in Tract. de Præstantiâ Numismatum fol. 729. ubi de titulo Domini *disserit, Aurelianum Aug. primum illius tituli in ære signandi auctorem facit, productis eum in finem insignibus nummis duobus, altero quidem inscripto DEO. ET. DOMINO. NATO. AURELIANO. altero autem DEO. ET. DOMINO. NOSTRO. Quamquam & in nummo Neapoleos Samariæ memini me legere, DD. NN. PHILIPPIS. AVGG. cum Epigraphe COL. SER. G. NEAPOLIS: quæ tu verba scitè interpretaris, in Chronologiâ Veteris Test. pag. 295. editionis Germanicæ,* Colonia Servii Galbæ Neapolis.

Deinde verò cum tu ipse in Chronologiâ ex Nummis Herodiadum restitutâ fol. 75. ex Vabalathi nummo probas, illo ævo fuisse quosdam sub Augustis Romani Imperii Rectores; siquidem nummum ibi inscriptum VABALATHVS. UCRIMPR. interpretaris: Vabalathus Vice-Cæsaris Rector Imperii Romani. *Ex his, inquam argumentis effici arbitrabar, meram fabulam esse quidquid de hoc Tetrico, Historiæ Augustæ scriptores qui nobis supersunt, delirant verius quam narrant. Asserunt enim inter alia pleraque fabulosa vel ficta, Aurelius Victor, & Eutropius Tetricum Aug. cum deditionem fecisset, & Exercitum ipse suum prodidisset, ab Aureliano Aug. Romæ ductum in triumphum fuisse, nec multò post in Lucaniam cum Correctoris titulo ablegatum. Trebellius verò Pollio non uni Lucaniæ, sed universæ Italiæ Correctorem impositum asserit. Certissimo autem nummorum nostrorum testimonio, Tetricum Galliis ab Aureliano Imp. Rectorem Juri dicundo, Exercitibusque ducendis Imperatorem assignatum dicimus: ibidemque rebus bello & pace gestis clarum (non autem privatum & inglorium in Lucaniâ) è vivis excessisse: ac tandem ob præclarè navatam Reip. operam, publico Senatus Decreto etiam inter Divos relatum. Nam hujus quidem consecrationis testis est alius ejusdem Tetrici ex ære nummulus in Museo nostro, ex alterâ parte inscriptus CONSECRATIO.*

In superiorum autem nummorum inscriptionibus, quorum primus PAX. AUG. ut vides, alius PAC. AVGG. exhibet, palam est, prædicari pacem & quietem Populo Rom. sive Provinciis Gallicanis partam, consilio, virtute, & victoriis Aureliani, Tetricique Augg.

Jam Aureliani Aug. facta sæpe superius mentio, scribentem admonet, neque omninò ingratum, neque abs re futurum, si tecum Latinè communicem, quæ nuper Gallicè eruditissimo juxtà, atque utriusque nostrûm amantissimo Viro Carolo Baudelotio (cujus eximiæ humanitati, uti & tuæ, non uno sanè nomine, plurimum me debere lubens agnosco) per litteras impertii de singulari prorsus, neque à quoquam, quod quidem sciam, hactenus aut viso, aut certè illustrato Aureliani Junioris nummo æreo, minimæ molis, quem inter meos haud ita pridem detexi. Nam huic uni præ reliquis, quos possideo, facilè primas tribuerim, maximè si tibi nostræ, quas ei explanando subnectimus opinationes arriserint.

Habeo enim in numerato omnino sexaginta, eoque amplius Aureliani Aug. nummos æreos, minimæ molis omnes: qui primo statim intuitu Aurelianum, inspicienti, produnt. At inter istos occurrit unus spectatu sanè dignissimus, qui quem vulgò sub Aureliani nomine novimus, non magis, quam vel te, vel me referat, Hic siquidem facie macilentâ, brevi, rugosâ, barbatus, colloque oblongiore, in nummis apparet: alter ille autem, cujus ectypum quam accuratissimè hic sculptum intueris,

Caput quidem radiatum habet, sed faciem prorsus imberbem, liberalem, succi plenam, uno verbo juvenilem totam: cum Epigraphe IMP. C. DOM. AURELIANU...: Aversam deinde ejus nummi partem occupat mulier stans, quæ sinistrâ signum militare gestat: addito lemmate FIDES. M.... M. hoc est Fides Militum. *Nec verò dubitamus, quin sit iste Patri Aureliano Aug. cognominis filius Aurelianus alter. Nam huic certè suspicioni firmandæ, non mediocriter conferunt quæ de Aureliano Aug. Flav. Vopiscus & Zosimus prodiderunt: nisi hos quoque scriptores, nihilo pluris quam Pollionem facis.* Vide f. 5. Tabulæ quæ est ad p. 682

Tot enim Aurelianus tam difficiles, adeoque longinquas suscepisse perhibetur ab illis profectiones, expeditiones mi-

militares, urbiumque expugnationes, tam in Orientis partibus, quam reliquâ passim Europâ, ut si ea confecisset solus, necesse sit, illum toto administrationis suæ tempore (quod annos quinque si scriptoribus habenda fides vix excessit) tempus illud omne cursitando equitandove egisse. Nisi quod est sanè verosimilius, Collegam ei quempiam dicamus adjunctum fuisse comitem, maximè verò filium quem hic nummus repræsentat: qui tot tamque diversarum expeditionum partem haud exiguam, sub Patris auspiciis perfecerit. Non diffiteor equidem apud eosdem scriptores filiæ unicæ quæ Aureliano supervixerit, fieri mentionem; verùm quis spondere audeat tutius esse illos in hâc parte sequi duces, quam in tot aliis, in quibus per nummos ad unumquemque ferè versum manifestæ coarguuntur falsitatis. Notum est enim adagium, mendaces id assequi mentiendo, ut ne dicentibus quidem vera, credatur.

Ne tamen uni judicio oculorum, hunc ita recentem atque è tenebris erutum Aurelianum Juniorem debere videamur: è variis quæ occurrunt unicum dumtaxat argumentum, ad stabiliendam nostram hanc conjecturam colligi posse arbitramur ex Aureliani Patris nummo pereleganti: quod argumentum nunc quidem tibi familiariter & amicé suggeram.

Inscriptus est enim ille nummus in posticâ superficie PIETAS. AVGG. hoc est Pietas Augustorum duorum, *exhibetque viros duos veste paludatâ, jungentes dextras super arâ incensâ, sinistris sceptra gestantes.*

Hos verò geminos Augustos, Aurelianum esse geminum, quis deinde ambigat, cum & in isto nummo duos Augustos prædicari videat, & in nostro priore Aurelianum ab Aureliano diversum? Accedat quoque huic nostro jam tibi proposito argumento vetus Inscriptio ex Schedis Manutianis Bibliothecæ Vaticanæ reprompta, in Oppido S. Severini, in Piceno senda, hujusmodi

IMP. CAESARI.
L. DOMITIO. AVRELIANO.
PIO. FEL. AVG. INVICTO.
P. M. TRIB. POT. COSS. P. P.
PRINC. JUVENT. OR. SEPT.
PVB. D. D.

& illa sanè elementa PRINC. JUVENT. quæ opinationes nostras quam maximè fulciunt, Aureliano Patri tribui non posse, pulchrè quidem demonstrat Cl. Reinesius in suo Inscriptionum Antiquarum Supplemento fol. 318. sed quod temerariè nimium litteris illis, has substituendas judicaverit, PRINCipes CIVITATis, Vir cætera de re Antiquariâ optime meritus, abundè, si supra dicta spectes, opinor, perspicitur. Excusandus tamen Eruditus ille Vir in eo videtur, quod nullum Aureliani Junioris vestigium vel in scriptoribus, vel in nummis deprehenderit unquam, multò minus duos aliquando à se prorsus diversos Aurelianos extitisse suspicari potuerit. Næ ille profectò diligentiam describentis laudaret potiùs, quam culparet oscitantiam, si nummum hunc nostrum, vel alium ei similem, inspexisset, eumdemque cum hâc à se prolatâ Inscriptione contulisset.

Quot in Cimeliis lateant adhuc Augusti, quorum apud scriptores quos terimus nulla mentio est, Testes sunt præter Aurelianum istum alterum, & Constantini sex, & Constans Max. Aug. & alii, quos in Chronologiâ sæculi Constantiniani pereruditè exposuisti, magno litteratorum applausu. Testis & Pacatianus Aug. in Thesauro Regis Christianissimi: Testis & ille nummus ex argento, apud Illust. Abb. De Camps, inscriptus D. N. AVLENAVS. P. F. AVG. ex alterâ parte, I CAES V DNAIA: id quod à te feliciter interpretatum accepi, Prima Cæsaris victoria, Tertia Domini nostri Aulenai Invicti Augusti. *Testis & alius apud P. Jobert, ex eâdem Societate cui nomen dedisti, inscriptus, D. N. SPEOANVS P. F. AVG. hoc est, eodem te interprete,* Dominus Noster & Ampliator Eoanus Pius Felix Aug. *Ambo nummi sunt in Provinciâ Lugdunensi primâ cusi:* *Quis autem magis hos Augustos & Cæsares, quam Aurelianum meum novit?*

De his autem, vir erudite, stabimus judicio arbitrioque tuo, siquidem his nugis impendere aliquid temporis velis, aut nostræ potius amicitiæ: vehementer enim aveo intelligere ex te, de rebus hisce quid sentias.

Quod ais autem inter cætera in superioribus tuis litteris CONS. I. in Probi nummis significare Conservator Imperii, *vix, pace tuâ dixerim, induci possum ut assentiar: nam in ejusdem Probi Aug. nummo quem habeo CONS. II. legitur, quin & in tertio item Probi CONS. III. habetur. Neque verò hic prætermittendum est, quod cum nuper Catalogum manuscriptum veterum nummorum R. P. Alexandri Wilthemii, qui paucis exceptis nunc sunt mei juris, obiter evolverem, incidi fortè in unam ex his perelegantem ejusdem Probi, cujus hæc inscriptio est: IMP. PROBVS. PPAMO. quid autem hisce & superioribus litteris significatum voluerit Antiquitas, tu quæso, pro tuâ humanitate, paucis significa.*

In aliud verò tempus, monumentum sepulchrale ex ære differo, longè elegantissimum, exquisitique operis, pondo librarum circiter sex, quod non ita pridem adeptus sum, quodque annos complures in Cimeliis Regiæ Principis, non infimo loco habitum fuit. Transmittam meas super Pantheo, & urnâ, & clypeis opinationes, simul ac rescivero id tibi non ingratum fore. Vale eruditorum decus, mihique facem, uti & orbi litterario universo, in hâc rerum antiquarum nocte, præferre perge, meque commendatissimum habere. Epternaci XIII. Kal. Junii 1699.

VIRO PRÆNOBILI
ET CLARISSIMO
D. DE BALLONFFEAUX:
JOANNES HARDUINUS
SOCIETATIS JESU.

NÆ tu, Vir eruditissime, in detegendis rei nummariæ thesauris felix es supra ceteros. Est enim, meâ quidem æstimatione, auro contra emendus geminus ille Tetrici prioris sive patris nummus, quem venisse nuper in tuam potestatem refers. Meministi commemorari à me in superioribus litteris ad te scriptis, nummum eximium Tetrici ejusdem è Cimelio *D. Foucault*; quem nummum edidi in libro de *Nummis sæculi Constantiniani* pag. 206. Hunc tu fac, amabo, utrique illi tuo prægredi, & omnes isto ordine colloca.

1. IMP. CLAVDIVS AVG. *capite radiato.*
   .)(. TETRICVS AVG. *capite radiato.*
2. CAE. TETRICVS. ARPCA. *capite radiato.*
   .)(. PAX. AVGG. *Pacis effigies.*
3. IMP. C. TETRICVS RDNVIC. *capite radiato.*
   .)(. PAX. AVGG. *Pacis effigies.*

statim, opinor, intelliges, priorem nummum è duobus illis tuis sic interpretandum esse, *Cæsar Tetricus Alter Reipublicæ Constituendæ Augustus.* Claudio, inquam, Augusto, Augustum alterum Tetricum, à Senatu fuisse adjunctum: (id quod vel unus ille primus Claudii & Tetrici nummus affirmat) Reipublicæ constituendæ causâ: Pacemque utriusque Augusti providentiâ partam Reipublicæ, sive securitatem publicam, tutamque ab incursionibus hostium, & latrociniis regionem his vocibus significari. PAX AVGG. ut in eodem Libro ostendimus pag. 118. Nam ad eas litteras quod attinet, RPC, probè tenes, Vir erudite, occurrere eas frequentissimè in nummis Octavii, Antonii, & Lepidi Triumvirorum, IIIVIR RPC. *Triumvir Reipublicæ constituendæ.*

Et

Et ſunt Auguſti partes ſimiliter ; ut Rempublicam conſtituat ; quemadmodum partes ſunt viciſſim Imperatoris, ut eandem armis tutetur. Nam utrumque munus Auguſto Cæſari jam Imperatori rectè tribuit Horatius Libro 2. Epiſt. 1. ad eundem.

Cum tot ſuſtineas & tanta negotia ſolus.
Res Italas armis tuteris, moribus ornes,
Legibus emendes &c.

Itaque in eo nummo, in quo Reſpublica conſtituenda dicitur, non tutanda, *Auguſtum* appellari Tetricum oportuit, non *Imperatorem.* Nummus autem alter è tuis, qui tertium hic locum obtinet, ſic eſt interpretandus : *Imperator Cæſar Tetricus, Romanæ Ditioni Narbonenſibus Vindicatis Imperii Conſervator.* Quâ quidem interpretatione ut nihil veriſimilius mihi videtur, rebus omnibus diligenter & attentè perſpectis ; ſic illâ Inſcriptione nihil potuit in laudem Auguſti Tetrici dici glorioſius. Eſt in eâ certè interpretatione numeroſè cadens oratio, qui lepos in hoc inſcriptionum genere nunquam deeſt. Eſt & unica ex omnibus vocibus ac litteris conſtans ſententia, uti eſſe oportere aliæ multæ docent, quas olim explicuimus. Eſt denique mirificè ſecum ipſa conſentiens atque cohærens in ſingulis partibus oratio ; Siquidem *Imperatoris* eſt, ab hoſtibus Imperii injuriâ ereptas, vel oppugnatas, *Romanæ Ditioni vindicare civitates, & ſic Imperium conſervare.* Fuit enimverò Narbo in confinio Romanæ ditionis, & Hiſpanici regni : cui regno etiam Civitas illa poſtea fuit ſat diu obnoxia. Romano autem Imperio Hiſpaniam parere deſiiſſe ; uti & mediam fere partem Galliarum, ex ante Diocletiani principatum, neque ullum Hiſpaniæ veſtigium in nummis Auguſtorum extare, poſt Antoninum Pium, admonui in eodem Libro de Nummis ſæculi Conſtantiniani, pag. 21. 100. & 101. Hiſpanos igitur jam tum Claudii & Tetrici Augg. temporibus cepiſſe conſilium de Narbone occupando, nummus ille tuus ſuadet, ac ſimul vetuſtatem probat Hiſpanicæ libertatis. Viden' ut quamvis Galliæ meæ, ut par eſt amantiſſimus ſim, tamen Hiſpanicæ gloriæ, ſi qua ea eſt, nihil detractum velim? Perſtitiſſe autem diu poſtea Narbonem ſub Romano jugo, nummi antiqui docent : in primis ille qui inſcribitur, DV. CONSTANTINVS PT AVGG. *Divus Conſtantinus Pater Auguſtorum duorum.* Nam in averſâ parte leguntur hæ litteræ VNMR. Hoc eſt, me quidem interprete, in Libro ſuperius appellato, *Urbis Narbonenſis Mercatum Reſtituit.*

Quam ſit igitur referta fabulis illa de XXX. tyrannis narratio, ſub falſo nomine Trebellii Pollionis, uti te ſuſpicari ipſe refers, Vir erudite, facito conjecturam ex his, quæ de Tetrico ille narrat, ab his longiſſimè diſcrepantia. Quibus ex abundanti addam hoc loco nummum Tetrici filii ſive junioris, à Triſtano commemoratum, tomo 3. pag. 231.

- - - - - TETRICUS ICAP. *capite radiato* .)(. *Rogus : quod ſymbolum eſt conſecrationis.*

Ubi litteras iſtas ICAP. in quibus hæſit ille, ſic interpretandas eſſe judico, *Cæſar Tetricus, Inter Cælites Ante Patrem ;* Rogus in averſâ nummi ſuperficie pictus, qui eſt Conſecrationis index, ni fallimur, admonet : Cælo receptum filium, cæloque ſimiliter, poſt maturum mortis tempus, recipiendum ob optima merita patrem, ſatis ſanè adulatoriè notat hæc oratio. In ambitu Rogi inſcriptio eſt litteris barbaris, ac præpoſtero ſitu poſitis, ut quidem narrat Triſtanus, qui nummum vidit : Itaque de his dicere, nummo à nobis minime explorato, ſuperſedemus.

Ut autem ad Trebellium redeamus, ſive Capitolinum, Vopiſcum, Lampridium, Spartianum, & Vulcatium Gallicanum, Hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptores, ut creduntur, ſex ; ſeu verius, meo quidem judicio, fabulatorem unum, ſub diverſis illis ſex nominibus ; (nam & eadem narratio de XXX. Tyrannis, nunc Julio Capitolino in MSS. exemplaribus, nunc Trebellio Pollioni tribuitur : atque ita reliquæ illius operis partes, aliæ aliis adſcribuntur) Non fuit mihi crede, huic homini, ſatis vel felicitatis, ut nummos omnes compararet ſibi neceſſarios ad Hiſtoriam rectè concinnandam ; vel otii, ut ſingulos in tantâ eorum multitudine diligenter excuteret ; vel ingenii, ut aptè interpretaretur ; & ei prætereà ſcriptori conſilium fuit allegoricam & ſacram, ſub nominibus illis, quæ partim in nummis reperit, partim ipſe confinxit Hiſtoriam condere. Sed de hâc re nihil in præſenti dicam amplius, quod nihil de eâ ſciſcitaris.

Quamdam ille copiam igitur minorum Auguſtorum pro Tyrannis haberi voluit, tricenariumque numerum, quem in nummis profectò non reperit, fictis aliis nominibus ipſe complevit. At meâ quidem opinione, fuêre illi ſub Auguſtorum nomine, à florente adhuc ſenatu & liberâ Republicâ conſtituti Juri dicundo annui, aut ad triennium, quinquenniumve Magiſtratus ; interdum bini, plures etiam ſimul interdum : in diverſis unius propemodum Galliæ Provinciis, ad arcendos hoſtes Imperii Romani, in eo tractu qui Romanis tunc paruit, hoc eſt, in illâ fere dumtaxat parte Galliarum ; quæ in duas partes diviſis Galliis, *Gallia Orientalis* poteſt appellari ; in appendice Regionis, ad annum 939. *Romana Gallia* vocatur. Tutanda enim pars illa fuit à Britannis, quos nunc Anglos dicimus, & à Germanis : uti Provincia Narbonenſis ab Hiſpanis ; Pannonia à Sarmatis. Eam ob rem Imperatores *(des Généraux d'armée)* qui exercitibus præeſſent ; & Auguſtos *(des Gouverneurs de Province)* creari multos a ſenatu oportuit.

Sed intellexit poſtea Senatus PQR. eſſe hanc adminiſtrandi Imperii rationem multis caſibus obnoxiam : itaque ad unum, ut prius fuit, ſummam in Exercitus & Provincias, eamque perpetuam juſſit eſſe poteſtatem. Id quod ex egregio ſigillo plumbeo didicimus, quod vidimus in Muſæo Clariſſimi D. Abbatis Fauvel, Regii Capellani, & amici noſtri ex intimis : Viri in conquirendis antiquis monumentis diligentiſſimi, & in dignoſcendis, æſtimandiſque experientiſſimi. Eſt autem ſigillum illud inſcriptum : D.N. KAR. IMP. P. F. PP. AUG. hoc eſt, *Dominus noſter Karolus Imperator Pius Felix Perpetuus Auguſtus.* Quis ſit iſte Karolus nihil attinet in præſenti dicere. Altera nummi ſuperficies habet hanc Epigraphen : RENOVATIO ROMAN. IMP. *Renovatio Romani Imperii.* Sigillum eodem ferè modo inſcriptum, RENOVATIO IMPERII &c. Carolo Calvo tribuit Vir doctiſſimus Joannis Mabillonius, in Libro de re Diplomatica, pag. 138. Hæc verò in eo poſita renovatio Imperii eſt ; quod cum prius eſſent & Auguſti plures ſimul, & qui poſt quinquennium, decenniumve, aut a iud tempus, à ſenatu revocarentur, juſſi abdicare Magiſtratum ; tunc antiquo more reſtituto, cœpit eſſe unicus, idemque perpetuus, uti deinceps fuit. Alia certè Imperii Renovatio nulla fuit.

Quin Probi nummos habeas inſcriptos, CONS. II. viſoſque etiam CONS. III nullus dubito. At tu viciſſim, quin CONS. I. ſit nihilominus *Conſervator Imperii*, nullus quoque dubites. *Conſul primùm* certè nonniſi abſurdiſſimè diceretur. De ceteris tibi dicam alio tempore.

Quod rogas autem, Vir Eruditiſſime & peramice, ut nummum ejuſdem Probi Imperatoris interpreter, quem in Indice P. Alexandri Wilthemii manu exaratum, legiſſe te commemoras, ſic inſcriptum IMP. PROBUS PPAMO, dicam libenter quod ſentio

tio. Nam quid tibi roganti possim denegare? Agnoscis certè & in isto singulari numismate, usum illius ævi: nimirum ut soleret ea ætas, quod in Tetrici Augusti nummis tuis sanè singularibus manifestum est, elogia Augustorum singulis tantum singularum vocum prioribus litteris exprimere. Est autem hujus sententia, ut opinor hujusmodi: *Imperator Probus Perpetua Procuratione Annonæ Moderator Orbis.* Nihil certè verisimilius nunc quidem occurrit. Ob similem annonæ procurationem Pharao Josephum nuncupavit olim *Salvatorem mundi*, ut in Genesi narratur Cap. XLI. 45. In nummo Severi Pertinacis legi ut eodem sensu, ANNONA. ÆTERNA. *Moderator Orbis* dicitur, ut *Rector Orbis*, Didius Julianus, Antoninus Pius geminus, & quem dixere Caracallam, & quem Elagabalum: *Pacator Orbis*, Severus, Antoninus Severi F. Postumus, Aurelianus, Florianus: *Restitutor Orbis*, Antoninus idem Severi F. Valerianus, Gallienus, Aurelianus, denique ipse Probus, & post illum Carus.

Hæc scribimus ad te perlubenter, ut exploratum habeas, quantùm mihi tua eruditio, & tuus candor verè germanicus placeat, quantoque flagremus desiderio gratificandi tibi. Parisiis Kal. Junii MDCLXXXIX.

R. P. JOANNI HARDUINO SOCIETATIS JESU.

G. D. B. S.

Morem suum retinet uterque nostrum, Vir celeberrime; *novis nos beneficiis cumulare pergis, ego semper habeo de quibus gratias agam, nec de præsentibus modo quæ exhibes, sed de futuris etiam quæ sperare jubes. Hunc in modum doctissimus juxtà atque cultissimus Sirmondus vester, amicissimo sibi Alexandro Wilthemio, gratias per epistolam acturus, olim rescribit. Næ ego longè potiori jure iisdem te vocibus interpellare, & possum & debeo, si ultimis tuis pro singulari quâ contextæ sunt eruditione, dignè responsum cupiam. Tam magnifica sunt, quæ pro illustrandis duobus Tetrici nummis, eorumque occasione profers, ut jure dubitem, utra apud litteratos, ea inspectura, potior futura sit; voluptas, an admiratio? Gratulor certè mihi non parùm, hosce me nummos feliciter asservâsse nec: (ut à multis stolidè factum antehàc, & fit quotidiè) inter rejectanea collocâsse. Illud profectò mihi non minus, quam omnibus horum studiorum amantibus, documento esse poterit, nihil tam exile in re nummariâ antiquâ nobis superesse, quod rei Historicæ & litterariæ, lucis quippiam affundere non possit, maximè si è locupletissimâ penu suâ prodierit.*

Vide f. 6. Tabulæ quæ est ad p. 680. *Quod quam sit certum, testis esto tertius ejusdem Tetrici nummus ex meis, quem hic profero, rudissimæ quidem fabricæ, sed meâ sententiâ non aspernabilem. Æreus est & minimæ molis, caput radiatum referens cum inscriptione* TETRICUS. PACI. *quæ ultima elementa, me quidem conjectore exponenda existimaverim,* Tetricus Pacis Auctor Conservator Imperii, *sic enim Commodus in nummis* Auctor Pietatis; *Probus autem te duce litteris illis* CONS. I. *in ejus nummis* Conservator Imperii *designatur. Utut sit, quid, quæso, potest, gloriosius de hoc Tetrico prædicari, quam* Pacis Auctorem, & Conservatorem Imperii *dici? Quid verò suppositis illis scriptoribus Fl. Vopisco & Trebel. Pollioni probrosius, qui ex Conservatore Imperii, Tyrannum fabricare fabuloso nisu contendunt? Ego sanè, quidquid Historicis illis duobus, uti & quatuor eorum comitibus, continetur, jam pridem suspicabar commentitium quidem; sed quo consilio, fabulator unus, sub diversis illis sex nominibus, instituerit allegoricam, ut aïs, & sacram Historiam condere, id, ut verùm fatear, hactenus assequi non possum, nisi tu, ut ultimis tuis spondes, & quâ soles humanitate, intricatum illud ænigma solvendo, facem præferas; quod ut velis, te etiam atque etiam rogo.*

In aversâ citati nummi parte, nec litteræ, nec figura ulla dignosci potest; adeo fœdùm in modum deturpata est.

Accepi nuper Francofurto Chronologiam tuam Veteris Testamenti, quam meritò gemmam appellavero, omnium quæ hucusque prodière in Nummorum antiquorum commendationem, utpotè quæ ad oculum demonstret, quanti sit momenti horum perfecta intelligentia, ad stabiliendam tam Ecclesiasticæ & Sacræ, quam Græcæ Romanæque Historiæ veritatem. Utinam! tandem etiam videre liceat Chronologiam sæculi Constantiniani ex nummis restitutam, quam, quidquid eo fine adhibuerim diligentiæ, hactenus adipisci non potui. Quantis, si ad manum esset, liberarer curis, quibus me pleraque nummis illius sæculi inscripta initialia elementa implicatum detinent! Restat ut verbosiorem epistolam finiam, teque rogem, rem litterariam sedulò promovere, meque (quod votorum culmen existimavero) amare ut pergas. Æternum vale. Epternaci prid. Kalend. Julii M. DC. LXXXIX.

VIRO CLARISSIMO, PERERUDITO, AMICISSIMOQUE D. DE BALLONFFEAUX JOANNES HARDUINUS SOCIETATIS JESU.

Novas opes in dies, credo, singulos comparas, Vir erudite; & easdem quanti faciendæ sunt, peritus æstimator tanti facis. Quâ quidem in æstimatione quod inter nos convenit, mihimet ipse gratulor. Quid enim in nummis antiquis aliquo habere in pretio, Viros decet veri noscendi cupidos, nisi quod tibi unicè placere intelligo: eos scilicet nummos veteres, quibus illustrari antiqua Historia possit, & à fabulis quibus scatet, expurgari? Placeant sanè numismatum negotiatoribus ea potissimum numismata, quæ vel typi elegantiâ, vel materiæ dignitate, quod ex auro sunt vel argento, perstringunt oculos vulgi imperiti, ac propolas istiusmodi locupletant; tametsi nihil præferunt in ipsâ epigraphe, quo doctiores simus. Eruditi certè his ea longè anteponunt, quibus uti possunt, ad afferendam aliquam antiquitati lucem.

Ex eo genere est nummus ille tertius, quem commemoras esse in Museo tuo, Tetrici prioris vultu ac nomine, eaque insolita epigraphe: TETRICUS. PACI. obtinuit nimirum ævi illius usus in Provinciâ maximè Narbonensi, ac deinde etiam in Lugdunensi & Belgicâ, ut inscriptiones primis dumtaxat singularum vocum litteris in nummis exprimerent. Exemplo sunt præter alia plurima, quæ nos in libro de Nummis sæculi Constantiniani retulimus, duo illa Numismata de quibus memini me prioribus litteris ad te scribere: C. Æ. TETRICUS. ARPCA: *Cæsar Tetricus, Alter Reipublicæ Constituendæ*, vel *Conservandæ Augustus.* IMP. C. TETRICUS RDNUIC. *Imp. Cæsar Tetricus, Romanæ Ditioni Narbonensibus vindicatis*, vel potius, *Narbone Vindicato, Imperii Conservator.* Inter utrumque interjiciendus hic tertius nummus est, interpretandusque hoc modo, ut quidem conjicimus: TETRICUS PACI. *Tetricus Pulsis Aquitanis Creatus Imperator.* Sic primus quidem nummus creatum Tetricum alterum Augustum Reip.

Reip. constituendæ vel conservandæ monet: creatum postea ob rem benè gestam Imperatorem, alter: tertius ab Imperatore demum conservatum Imperium, Romanæ ditioni Narbone vindicato, docet. Nam quod suspicaris, Vir erudite, legi posse, *Pacis auctor, Conservator Imperii*; facis acutè tu quidem, & eruditè pro more, cum eam interpretationem similibus adstruis Numismatum titulis, Probi nimirum & Commodi. Verùm, pace tuâ dixerim, peccat, ni fallimur, ea interpretatio ex eo capite, quod geminam præfert complectiturque sententiam; alteram quâ *Pacis auctor*; alteram quâ *Conservator Imperii* dicitur. Atqui in his Inscriptionibus seu titulis unicam esse oportere sententiam, ex qua pars nulla demi salvo sensu possit, mihi certè exploratum est exemplis innumeris. Quidni igitur, inquies, legi commodè saltem possit, *Pulsis Aquitanis Conservator Imperii?* Non potest, me quidem judice, sic legi: tum aliis de causis, tum quod in eâ epigraphe titulus abesset vel *Augusti*, vel *Imperatoris*: cum adscribi tamen alterutrum planè necesse sit; alterutrum expungi ab his, qui de Principe vellent benè mereri, nefas.

Itaque nummi hujusce tui admonitu retexo ipse, quod me superioribus litteris scribere ad te memini: videri nempe Narbonem eo ævo ab Hispanis fuisse oppugnatum: cum tuus iste nummus id Aquitanis potius adscribendum admoneat. Aquitaniam enim obnoxiam fuisse Romano Imperio si quis mihi persuadere voluerit, ostendat nummum aliquem unum, vultu ac nomine Imperatoris insignitum, quem idoneo probet argumento fuisse in eo tractu cusum.

Gothiam dixi in Libro Numismatum sæculi Constantiniani, pag. 198. esse Tolosanum agrum, quem *Aquitaniæ conterminum* dixit Plinius libro III. pag. 314. Ab eâ Gothiâ per Tetricum, sive adhuc Legatum, sive jam Imperatorem, sed secundarium sub Claudio, ut mos fuit illorum temporum ac consequentium, devictâ, ac subactâ, Gotthici cognomen datum Claudio est, ut primario Augusto. Inde factum est, ut & *Pulsis Aquitanis crearetur Tetricus Imperator, Général d'armée*, cum prius esset sub Augusto tantum *Legatus. Lieutenant Général d'armée*: & Tetrici nummi alii sint elegantis fabricæ, hoc est, Narbonensis: alii rudis admodum & (ut appellari vulgò solet) Gothicæ, in eâ scilicet conflati Gothia, unde depulerat Aquitanos: cujus Gothiæ mentio non in Claudii modo Gothici, sed etiam in Constantini nummis est, GOTHIA.

In hisce porrò Inscriptionibus, quæ primis dumtaxat singularum vocum litteris exprimuntur, lepidum videbatur & eximium, si vox aliqua aut latina syllaba ex iis litteris constaret, quam imperiti præposterè interpretarentur: cujusmodi est ANT. & CONST. quas syllabas in numismatibus, quæ cudit Occidens & Gallia ipsa Narbonensis, imperita multitudo de *Antiochia* & *Constantinopoli* accepit. Ejus generis est syllaba ista PACI: quæ à *Pax Pacis*, derivata credi potest: præsertim cum in nummo Tetrici junioris quem refert Tristanus pag. 234. pars aversa Templum cum Pacis effigie exhibeat, & titulo eo PACI. Sed aliud profectò ex litteræ cum Tetrici patris nomine ipso junctæ significant. Simili ludo, & quidem pio, nuper è sociis nostris junioribus unus, in exornandâ quadam ædiculâ Deiparæ sacrâ, die XXI. Junii proximè elapsi, litteras contexuit è floribus, quæ hanc vocem efficerent, BASIS. Mirantibus plerisque quid vox illa significaret, non fuit mihi in eo conjectandi genere satis exercitato difficile intelligere, hanc fuisse religiosi juvenis mentem, ut his characteribus sententiam illam exprimeret, *Beatus Aloysius Societatis JESU Scholasticus*, qui eo die scilicet apud nos colitur.

De Tetrici nominibus quod monebas prioribus litteris, in tuis nummis has litteras P. E. medio puncto dirimi, neque adeo appellatum eum fuisse Pivesum, ut vulgo nuncupatur; jam non memini an aliquid rescripserim. Nunc cum animo istud occurrit, vehementer approbo illam tuam animadversionem, nam & ita ipsemet animadverti in nummis Tetrici, quos asservat ex auro Thesaurus Regis Christianissimi verè regius, quo scilicet nullum in orbe arbitror esse posse locupletiorem. Itaque *Pivanius* aut *Pivonius Esuvius*, sive quid simile dici oportet, non *Pivesus*.

Imperii Conservator quod in altero tuo nummo Tetricus dicitur, fuit hic titulus tribus omnino, quantum nunc quidem recordor, Augustis attributus, se proximè consequentibus; Aureliano, Tetrico, Probo. Aureliano quidem, in nummo perraro è Cimelio D. Foucault; in quo ex unâ parte solis effigies est, cum epigraphe, SOL DOMINUS IMPERI ROMANI. Ex parte alterâ Aurelianus paludatus stat ante aram: Epigraphe est: AVRELIANVS. AVG. CONS. Hoc est, *Sol Dominus Imperii Romani est: ejusdem Imperii Aurelianus Augustus Conservator.* De Probo jam dixi, in proximis, quas ad te scripsi, litteris.

Primis dumtaxat singulorum vocabulorum litteris exprimi solitas esse egregias sententias, atque istius quidem moris primos auctores videri Nabonensis Provinciæ incolas, ut jam aliàs diximus; nec alibi quam in Narbonensi primâ Provinciâ imperium obtinuisse Tetricum, suadent ejusdem artificii numismata alia duo in primis, ejusdemque ferè ævi, quæ Narbonensis Provinciæ Civitatum nomen, me quidem interprete continent.

Nosti Victorinum Augustum, Tetrici Aug. temporibus esse conjunctum. Hujus habet nummum egregium Tristanus, tomo III. pag. 59. IMP. L. VICTORINO..... .)(. Triremis in mari; cum Epigraphe: JAASVI. Hoc est, *Julia Augusta Arelate salutat. Victorinum Imperatorem.*

Alter nummus est, quem Gallieno perperam tribuunt; inscriptus ab unâ parte, GENIVS. P. R. cum vultu radiato Solis Serapidis: ab alterâ, S. C. INT. URB. Hoc est, *Jove Narbonis Tutatore Urbs Roma Beata.* Sed de utroque illo nummo alius erit dicendi locus opportunior.

De tuo eximio Maxentii nummo, ex auro, memini me tibi aliquando scribere quid censebam. Ut autem litterarum quas scribo ad amicos, nullum prorsus primæ perscriptionis exemplum exarare soleo, vel asservare: nescio utrum exciderit mihi admonere, de industriâ titulum IMP. in eo esse prætermissum; quoniam Imperatorem haud deceat, dum eo certè Magistratu fungitur, cuiquam honorem aut reverentiam publicè exhibere, ex his qui in exercitu ei parent, quos inter primas partes obtinet *Princeps Juventutis*, quamvis è nobiliore, aut è Cæsareâ ipsâ familiâ sit. Itaque is *Augustum* se dumtaxat ibi inscribit; hoc est, Gubernatorem Provinciæ, in eâ Provinciâ vice senatus PQR. venerabilem, σεβαστόν.

Subjungere hoc loco, quam flagitas allegoricam de utroque Tetrico Historiam, quam Pollio spectavit, cum de XXX. Tyrannis scriberet, animus quidem fuit, cum has litteras cœpi exarare; sed supersedendum eo labore deinde duxi, ne librum ad te verius quam epistolam perscriberem. Est enim longiuscula ea lucubratio; hoc est, tertiò vel quarto tanto prolixior, quam est hæc epistola. Itaque in aliud censui tempus differendam. Intelliges interim satis, opinor, quanti te faciam, indolemque tuam verè Germanam: quanti & tuum de nummis veteribus judicium, & Latinam in scribendo peritiam. Qui certè de nummis antiquis consideratius consultiusque pronunciet, quam te, novi neminem. Vale, & me semper, ut facis, ama. Parisiis Idibus Juliis 1699.

RE-

REVERENDO PATRI

CELEBERRIMOQUE VIRO

JOANNI HARDUINO

SOCIETATIS JESU.

G. D. B. S.

Meris Lutitiis conditas postremas tuas accepi. Vir colendissime, & demiratus sum: tot enim arcana iis recluduntur, ad rectè assequendas & interpretandas sententias, quæ primis singulorum vocabulorum litteris exprimi solent in nummis antiquis, sequioris maximè ævi, ut jure alter OEdipus, in abstrusis ejusmodi explanandis dici merearis. Novas opes in dies singulos, hoc in genere comparare, optatissimum quidem mihi foret, si fortunâ uterer liberaliori: verumtamen qualis qualis ea nunc sit, in hoc incumbam sedulò ut ex paucis numismatibus, quæ nancisci potuero, pro mearum modulo facultatum, incorruptam Historiæ veritatem (quem unicum in ejusmodi comparandis scopum semper propositum habui) eruere valeam, atque inde doctior evadam: utrumque te Præceptore indulgentissimo annitente, assequuturum me tandem, quidni sperem? nec verò inutiliter planè supellectili huic congerendæ me insudare, fidem facient nummi tres alii Tetrici pariter prioris sive Patris, ab amicis meis nuper admodum subministrati, rudis prorsus fabricæ, ideoque in Gothiâ (ut tu quidem rectè ultimis tuis adstruis) conflati, quorum inscriptiones accuratè depictas hic subnecto.

1. { IMP. TETRICVS..... *Caput radiatum.*
)(DI.... TRICVS. *Signa Pontificalia.*

2. { IMP. C. TRICVS. PLIIVC. *Caput radiatum.*
)(.VICTORIA.AVG.*Victoria gradientis typus.*

3. (..... ICUS. SPU. *Caput radiatum. Nummus incusus.*

Quid sibi velit aversa pars primo loco collocati nummi, non assequor, nisi si quis hanc epigraphen referendam existimet, ad Tetrici filium ante patrem è vivis sublatum, ibique legendum esse DIVUS. TETRICUS. *maximè quod in nummis ejusdem Tetrici junioris Vasa hæc Pontificalia frequenter occurrant, cum inscriptione* PIETAS. AUGG. *Claudii scilicet, & Tetrici patris, Augustorum: sed quid hæc ad apotheosin?*

Vide f. 7 Tabulæ quæ est ad p. 680 *In secundo exprimuntur perspicuè elementa hic adjecta; quis autem maximè ex posterioribus sensus elici queat, gratissimum erit ex te intelligere: nec est quod fortè dubius hæreas, super duobus I, quasi in A barbarum coalescere possint aut debeant; sejuncta enim sunt, rectaque ad perpendiculum, imò plurimum in nummo à se invicem distantia.*

Non minus mihi hæret aqua in assequendo sensu elementorum SPV. quæ tertio insculpta; tu sic, amabo, Vir amicissime, similiter intelligam, quid sub hisce ænigmatibus reconditum lateat, quod præstando, beneficia tua priora maximo cumulo auxeris.

Quod autem in hujuscemodi proponendis, me nimium gravem & molestum exhibeo, id tua facit humanitas. Sed quid est quod inceptè angor? mihi subsidio opus; tu fers ultrò opem: Quâ in re sanè mihi non minus, quam aliis quamplurimis, qui undique te consulunt, valdè gratulor.

Cæterum meas super Aureliano Juniore conjectationes, in aliud, ut mones, rejiciam tempus; quanquam nullus dubitem, quin ubi nummum inspexeris, cujus delineationem ad te mitto, illicò mihi assentiaris; adeò à reliquis sub Aureliano patre cusis discrepat: ego certè quovis pignore contenderim, meas super eo ad te antehac perscriptas opinationes, certissimâ veritate niti.

Expecto avidus allegoricam, quam adpromittis, de utroque Tetrico Historiam: de vecturæ pretio, ne quæso, sollicitus sis, id ego persolvam non lubens solum, sed & gaudens; sumptus enim nullos reformido, quanticumque sint, qui similibus adipiscendis preciosissimis mercibus impenduntur. Vale Patrone amicissime; officiis meis quantum in me erit, efficiam, ut exploratum habeat, me, tui amantiorem esse neminem. Epternaci VI. Kal. Augusti 1699.

PRÆNOB. ERUDITISSIMOQUE

VIRO

D. DE BALLONFFEAUX,

JOANNES HARDUINUS

SOCIETATIS JESU.

ME verò adeo non fatigas, vir Prænobilis & amicissime, dum novos subinde nummos proponis explicandos; ut insigni potius munere à te donari me censeam. Nam & adversaria mea perraris istis tuis numismatis impleo, quod sunt ad Historiam illustrandam momenti sane maximi: & confirmari iisdem intelligo in dies singulos opinationes meas, tuasque, de nonnullis veterum scriptis. Itaque ni me jam graviora paulo studia detinerent, orarem te etiam atque etiam, ut non Tetricos solum, sed & alios quoque Augustos & Cæsares, quorum in nummis insolentior paulo esset inscriptio, conquireres undique, & ad nos transmitteres. Vincit enimverò priores omnes, quos à te accepi, eâ luce quam affert Historiæ, ille nummus Tetrici prioris, quem postremis tuis litteris descripsisti, his verbis:

IMP. C. TRICVS PLIIVC. Capite Tetrici radiato.

)(VICTORIA. Aug. cum Victoriæ gradientis effigie.

Quem quidem nummum sic auctor sum ut interpreteris. *Imp. Cæsar Tetricus, Præsidiariâ Legione Illiberi Impositâ Urbis Conservator. Victoria Augusti.* Nam & hoc certè genus Victoriæ est, hostem antevertere, & sic deludere, imposito tempestivè Urbi laboranti præsidiario milite. Et præsidium imponi civitati, si quis te roget an latinè dicatur, roga hunc vicissim, ut si Livium aliquo in pretio habet, hunc ejus rei judicem audiat. Nihil certè magis Latinè dicitur. Urbis Illiberitanæ igitur Conservator Tetricus fuit, cum præsidiariam Legionem adversus hostes ei Urbi imposuit.

Nostram verò conjectationem, quæ Tetricum Augustum Narbonensi primæ Provinciæ præfuisse posuit, ut prioribus litteris ad te datis significavimus, nummus iste mirificè constabilit: siquidem est, auctore Plinio, Libro 2. sect. V. in Narbonensi Provincia, Oppidum Hispanis finitimum, *Illiberis, magnæ quondam Urbis:* inquit *tenue vestigium:* une Mela *Vicus Elliberri.* Sed est postea restitutum, nec ignobile hodièque: nomen habet apud Gallos *Colioure*, in Comitatu Ruscinonensi *le Roussillon.*

Ergò, ni fallimur, ex tuis illis insignibus sanè nummis omnibus Tetrici prioris, promptum est intelligere, quosnam hostes è Narbonensi primâ Provinciâ depellendi onus impositum Tetrico Augusto à Senatu fuerit. Nam Aquitanos certè indicat nummus inscriptus TETRICUS. PACI: Hispanos iste qui conflatus est Illiberi. Tutatus est igitur Imp. Tetricus fines Imperii Romani: Aquitanis à Narbone, ab Illiberi depulsis Hispanis. Id verò factum esse Claudii Imp. temporibus, & nummus ille fidem facit, qui cum Claudio Tetricum adjunc-

tum habet: & qui Tetricum asserit ARPCA, hoc est, *alterum Reipublicæ conservandæ Augustum*: & ii denique qui Claudium Gothicum cognominatum referunt, à Gothia quam Tetricus armis compressit.

Et rectè quidem admones, esse nummos istos rudis admodum & verè Gothicæ fabricæ: addam ego, si jocari fas est, verè sui nominis, verè tetricæ ac barbaræ omninò officinæ; cujusmodi sunt Hispanici plurimi nummi veteres. Nummorum enim genus, ut ita loquar, & patriam, atque ipsammet ætatem, tam facilè periti ex visu agnoscunt, quam hodieque nummos Francicos aureos statim ipso conspectu tactuve solo discriminamus, ab Hispanicis. Vel in Gothia igitur, qui Tolosanus ager est, vel in Comitatu Ruscinonensi, qui fuit olim cum suâ Illiberi è Provinciâ Narbonensi, cusos esse Tetrici utriusque nummos illos, qui Gothicam referunt, seu barbaram officinam, nulli dubitamus.

TRICVS autem in nummo tuo pro TETRICVS scriptum esse noli mirari. Nam primò quidem, ut fit in litterarum notis implicatis, quas *chifras* vocamus, in quibus nominis unius litteræ similes semel occurrunt, littera T. semel insculpta est, quamvis in Tetrici nomine bis legatur. Deinde littera vocalis omittitur interdum, ut I & A in nummo Constantini. DV. CONSTANTINVS PT. AVGG. *Divus Constantinus Pater Augustorum duorum.*

Quos habes igitur vel in unius Tetrici prioris numismatis, thesauros quatuor verius quam nummos dixerim, hos illo ordine collocandos opinor: post illum, quem habet Vir Illustr. D. Foucault: in quo sunt nomina Claudii ac Tetrici Augustorum, & vultus inscripti:

CAE. TETRICVS ARPCA.
Cæsar Tetricus, alter Reipublicæ conservandæ Augustus.

TETRICVS PACI.
Tetricus, pulsis Aquitanis creatus Imperator.

IMP. C. TETRICVS RDNVIC.
Imp. C. Tetricus Romanæ ditioni Narbone vindicato Imperii Conservator.

IMP. C. TRICVS PLIIVC.
Imp. C. Tetricus, Præsidiaria legione Illiberi impositâ Urbis conservator.

Primo vides creatum Augustum, deinde creatum Imperatorem: quid deinde gesserit Imperator, quam strenuè sit eo munere perfunctus intelligis.

Assentiris haud dubie jam cum maximè, Vir Erudite, affirmantibus nobis, nihil in re nummaria tenue, nihil aspernandum esse. Tua verò illa in primis numismata; Regio quovis digna Cimelio vel eo nomine digna esse arbitramur, quod nec similia alibi novimus observari; & sunt insignis momenti ad antiquam Historiam, non profanam modo, verum etiam Ecclesiasticam reformandam. Facito enimvero de reliquâ Romanâ Historiâ, eâ in primis quæ Aquitaniam Hispaniamque Romano Imperio illis temporibus subsecutisque asserit; facito de eâ, inquam, ex illa parte judicium, cui lucem afferunt tui illi nummi perrari quatuor, & sanè singulares: hoc est, ex Tetrici temporibus: cum Imperii administratio tunc longè diversa judicio nummorum fuisse intelligatur, dissimilisque ei quam falsi nominis scriptores litteris prodiderunt: angustioresque multò ejusdem Imperii fines, quam est vulgi de his opinio, hausta ex scriptis supposititiis.

Præterea hoc loco duos alios, quos isti comites nummos adjungis; alterum, in quo Tetrici patris nomen ex parte una cum vultu apparet, IMP. TETRICVS P..... subintelligendum P. F. AVG. ex alterâ filii nomen, PI potius quam DI. hoc est PIVS. TETRICVS. nempe Tetrici filius: cum eo nomine insculptis vasis Pontificalibus, quæ sunt Pontificatus insignia. Alterum incusum, ut vocant... ICVS. SPV. capite Tetrici radiato. Hos, inquam, prætermitto; Nihil enim in illo priore video singulare: in altero vereor, ne ariolari videar, si dixero, *Imp. Tetricus, Sardonum Populi vindex*: eo quod Sardones populi sunt, quorum est oppidum Illiberis, teste Plinio, loco jam appellato. Neque enim mihi statim conjectatio quævis arridet; neque illa ipsa, ut fatear ingenuè quod sentio, quamvis fortassis aliquibus acuta videatur, mihi omnino satisfacit. Itaque de hoc nummo ἐπέχω: nec laudo sanè istam interpretationem: aliàs, cum plus erit otii, fortassis aliam meditabimur.

De tuo tibi Aureliano juniore nunc prorsus assentior: filium videri Aureliani Aug. illius quem vulgò novimus: quamvis de eo æquè altum in scriptis veterum silentium sit, ac de Maximiano juniore Aug. de Constante Max. Aug. de Aulenao Aug. (quem nuper vidimus cum hac epigraphe, D. N. AULENAUS P. AUG.)(. I CÆS. V TPN AVIA. hoc est, *Prima Cæsaris Victoria, Tertia Principis Nostri Aulenai Invicti Augusti*) de Pacatiano Aug. qui est in Gazâ Regiâ, aliisque multis; quos, si Scriptores illius ævi essent, quod præ se ferunt, omnino silentio non præteriissent. Integram nummi tui epigraphen arbitror fuisse, IMP. C. DOM. AURELIANVS JUN. AUG. ut in nummo Maximiani junioris scriptum est, IMP. MAXIMIANVS. JUN. AUG. Vivo nimirum patre cognomine, juniorem filium appellari decuit, & sic à patre discriminari. Et FIDES. MILITUM. in Aureliani patris pariter nummis occurrit. Vide f. 8 Tabulæ quæ est ad p. 682.

Quod verò in ipsâ Epistolæ clausulâ rogitas transmitti tibi allegoricam historiam, quam sub Tetrici nomine latere involutam Trebellius Pollio voluit, longè opinione tuâ falleris (sic enim familiariter ac subrusticè pace tua loquar; Vir optime & amice ex intimis) longè, inquam, aberras, si tergiversari me idcirco putas, ne sumptus tibi nimis excrescant pro pretio vecturæ.. Quasi vero id mihi venire possit in mentem. Non tuis rebus, mihi crede, sed famæ & existimationi meæ consultum volo. Nam istud genus interpretandi adeo est insolens & inauditum; ut dignum risu exsibilandumque existimaturi sint haud dubiè homines illi præsertim, qui vel alienæ semper laudi detrahunt, vel dedíscere aliquid aut discere, quâ sunt ætate, nolunt videri: vel scientiam omnem denique solâ contineri putant recordatione eorum, quæ semel legerint; neque quidquam esse posse falsum aut adulterinum in veteribus scriptorum etiam profanorum monumentis arbitrantur, quos aliquando pervolutaverint, & genuinos esse ipsi cum multitudine hactenus crediderint. At ego vide quam sim timidus, quamque reformidem hominum de me opiniones: cum ne isti quidem hominum generi velim esse derìdiculo. Itaque in aliud tempus patere me, Vir amicissime, ea differre, quæ pertinent ad patefacienda consilia impiæ factionis, quæ fuit olim, hodieque perseverat, & caput insolenter exserit; dum nemo interim zelo zelatur pro Domino Deo exercituum. Impiam enim factionem dico, cui consilium aliud non fuit, per scripta innumera, etiam quæ pietatem spirare credas, quam Deum ipsum è mundo, hoc est, ex animis hominum tollere; ac religionem proinde universam funditus convellere ac labefactare. Sed veniet, uti spes est, Deo donante, cujus res agitur, tempus illud, cum hæc retegere & in apertam lucem proferre arcana licebit. Interim habeto me, quæso, semper ut facis, inter eos quos habes in amicis intimis. Parisiis XV. Kalend. Septemb. MDCLXXXXIX.

R. P. JOAN.

R. P. JOANNIS HARDUINI
SOCIETATIS JESU
DISSERTATIO EPISTOLICA
Latinè & Gallicè scripta super Nummis Antiquis duobus

TETRICORUM ET DIOCLETIANI AUGUSTORUM

Musei Prænobilis Clarissimique Viri

D. DE BALLONFFEAUX

Senatus Regii Luxemburgensis

CONSILIARII.

Viro Prænobili & Clarissimo

D. DE BALLONFFEAUX

Senatus Regii Luxemburgensis Consiliario.

Joannes Harduinus Societatis JESU.

NISI me profectò à te amari valdè lætarer, & gaudium illud meum impertiri quavis oblatâ occasione gauderem; satis haberem, scriptis à te litteris uno vel altero versu verbis officiosis respondere: ut felicem te prædicarem, qui rursum adeptus sis illa duo numismata, quibus Museum tuum proximè locupletasti. Postquam semel dixissem, eximia illa ac perrara esse, neque in thesauro ipso Regio, aut in alio, quod quidem sciam, Cimelio reperiri; eorundem verò, æquè ac cæterorum omnium, fide ac testimonio labefactari historica monumenta, vel (ut veriùs loquar) narrationes fabulosas, quæ Romanæ historiæ nomine circumferuntur: id, inquam, ubi dixissem, finem epistolæ facerem. Verùm quoniam exponi tibi vis singulatim omnia, eaque me attingere, quæ colligi possunt ex contemplatione utriusque istius numismatis, quæ quidem ad descriptionem temporum, & ad historiam attinent; efficiam id verò lubentiùs, quod paucos admodum homines novi, qui vel tam periti intelligentesque sint, quam tu es, ad discriminandum verum à falso,

A Monsieur

Mr. DE BALLONFFEAUX

Conseiller du Roi au Conseil Provincial de Luxembourg.

Monsieur.

SI je ne me faisois un vrai plaisir d'être de vos amis, & de vous le marquer dans toutes les occasions, je me contenterois pour répondre à la lettre que vous m'avez fait l'honneur de m'écrire, d'un simple compliment en deux lignes, pour vous feliciter de la nouvelle conquête que vous avez faite, des deux médailles dont vous avez encore enrichi depuis peu vôtre Cabinet. Aprés vous avoir dit, qu'elles sont trés-singulieres, qu'elles ne se trouvent point au Cabinet du Roi, ni dans aucun autre que je sçache, qu'elles détruisent, comme toutes les autres, les Histoires, ou pour mieux dire, les Romans qui composent ce qu'on appelle l'histoire Romaine, je m'en tiendrois là. Mais puisque vous souhaitez que j'entre plus dans le détail, & que je vous dise ce que je pense qu'on peut tirer de connoissance de ces deux médailles par raport à la Chronologie & à l'Histoire; je vous le dirai d'autant plus volontiers, que je connois peu de personnes, qui ayent autant de goût que vous en avez pour discerner le vrai

so, vel qui tantopere fabulas aversentur, quam tu has odisti. Pauci omninò, æquè ac tu nôsti, & falli nos ab historicis scriptoribus, & falli fortassis etiam ipsos posse norunt: accusari autem falsi numismata ea omninò non posse, quorum quidem bonitas integritasque adduci non possit in controversiam; cujusmodi tua sunt. Et jam est istud quidem persuasissimum, auctore te scilicet ac doctore, viris quibusdam haud mediocriter peritis, ex quo tuam ad Gallandum responsionem perlegerunt. Ac si tuo frui colloquio ac consuetudine liceret exploratoribus nummorum antiquorum, aliisque viris doctis, qui hic nobiscum degunt, brevi admodum gloriaveris, multos à te ad veri cognitionem traduci homines de historia vetere pravè sentientes. At inferres etiam nummis antiquis caritatem, majusque in dies pretium illorum faceres: certò constaret, ex his quæ diligenti nummorum consideratione patefaceres, nihil non esse in Romana historia fictum & commentitium, quæ quidem in scriptis voluminibus continetur; nihil vice versâ non in eâdem scitu dignissimum, nihil non eximium, certissimumque, prout illa in nummis exhibetur, siquidem hos quisque peritè, ut tu facis, exploret & intelligat.

E duobus igitur, de quibus ad me scribis, prius illud, hoc est, vetustiùs numismata argenteum est, Tetrici patris filiique. Superscriptio est istiusmodi: IMPP. TETRICI. PII. AUGG. Imperatores Tetrici Pii Augusti duo: *exhibet nummi area vultum geminum altero tantum latere pictum, & alterum alteri superpositum. Prior, qui anterior, capite laureato est: caret alter simili laureâ. In parte nummi contrariâ legitur,* IOVI. VICTORI. *sedet Jupiter, lævâ hastam tenet, dextrâ globum, Romani orbis sive Imperii symbolum: huic autem orbi imposita victoria est, quæ coronam Jovi porrigit. Est hoc numisma, Vir Prænobilis, quantum conjicio, illud ipsum quod fuit olim in cimelio Arschotani Ducis. Ut ut est autem, huic tuo numismati simillimum sculptum occurrit Tabula LXII. operis illius, hoc est, simillimum imagini illi tui numismatis, quam ad me misisti.*

Quod verò permirum tibi, Vir Prænobilis, arbitror fore, illud est: quod affirmem, non esse vultum hunc geminum, quem area nummi exhibet, meo quidem judicio, Principum illorum quorum nomina titulus exprimit. Nec Tetricus hic pater, nec filius est. Videtur omnino mihi femineus vultus esse is, qui est subjectus alteri, nec laureâ coronatus, qualem gestat alter: qua & ipse tamen carere non debuit, ut videtur, siquidem vultus Principis esset, quem alteri parem fuisse dignitate & magistratu, superscriptio significat. Jupiter ipse & Victoria est: duo Numina, quorum vice in terris esse, aut quæ ipsa esse (ut tunc quidem Ethnici sentiebant) existimari possent hi duo exercituum Duces. Exercituum autem Duces aio quoniam in nummis antiquis, ut nosti, non alia huic voci, Imperator, *vis ac potestas subest, quam ut significet, sive quemlibet, sive primarium fœderatarum in Imperio copiarum Præfectum, jussu Senatus. Nihil autem interesse visum est horum numismatum opificibus, an Principis nomini vultum ipsius velut in tabellâ subjicerent, an illius numinis, cujus esset ille præditus dotibus ac virtutibus. Sic in nummo Maximiani illius, qui Herculius cognominatus est, Herculis ipsius caput conspicitur, leoninâ ut pingi Herculem mos est, pelle contectum: hoc titulo;* IMP. C. MAXIMIANUS. P. F. AUG. *In aversâ autem parte,* HERCULI. VICTORI. *cum Herculis rursum stantis effigie, clavam, & arcum, & pharetram tenentis. Est hic nummus in Thesauro Brandeburgico, pag. 780. At interim in aliis ejusdem Maximiani nummis, duo sunt insculpti vultus; quorum alter alteri superpositus, ut in tuo Tetricorum nummo conspicitur: Maximiani vultu scilicet Herculis vultui superposito. Numen illud nimirum, cujus dotes in suis Principibus agnoscere Ethnici arbitrabantur, ut plurimum quidem in aversâ duntaxat nummi areâ pingebatur: Quamobrem in æreo numismate,*

d'avec le faux, ni qui ayent autant d'éloignement & d'aversion pour la fable. Peu sçavent aussi bien que vous, que les Auteurs nous peuvent tromper, & se tromper peut-être eux-mêmes: mais qu'on ne sçauroit s'inscrire en faux contre le témoignage des médailles, quand elles sont incontestablement bonnes, comme les vôtres. Vous en avez même persuadé quelques personnes fort intelligentes, qui ont lû ici vôtre réponse à Mr. Galland. Et si nos Médaillistes & autres Sçavans avoient l'avantage de vous pratiquer & de vous entendre, vous seriez dans peu tout glorieux des conversions que vous feriez sur les matieres d'histoire: mais vous feriez aussi rencherir tous les jours les médailles; parce qu'on seroit convaincu par les lumieres que vous y feriez découvrir, que dans l'Histoire Romaine tout est fabuleux, selon qu'elle est dans les livres: mais qu'elle est trés-curieuse, trés-belle, & trés-sûre, telle qu'elle est sur les médailles, quand on les entend comme vous.

La premiere, c'est-à-dire, la plus ancienne des deux, dont vous me faites l'honneur de m'écrire, est la médaille d'argent de l'Empereur Tetrique & de son fils. L'inscription est: IMPP. TETRICI. PII. AVGG. *Imperatores Tetrici Pii Augusti duo.* On y voit deux têtes de profil posées l'une sur l'autre: la premiere est couronnée de Laurier, l'autre ne l'est pas. On lit au revers; JOVI VICTORI. Jupiter y est assis, tenant une espece de pique de la main gauche, & de la droite le globe, qui est le symbole de l'Empire: Et ce globe est surmonté d'une Victoire, qui presente à Jupiter une couronne de laurier. Cette médaille, Monsieur, est apparemment celle qui étoit autrefois dans le Cabinet du Duc d'Arschot: du moins j'y en vois une gravée à la Table 62. toute semblable à la vôtre, c'est-à-dire, à l'empreinte que vous m'avez fait la grace de m'envoyer.

Ce qui va vous surprendre, Monsieur, c'est que les deux visages que cette médaille represente, ne sont point, à mon avis, ces deux Princes, dont le nom se lit dans l'inscription: Ce n'est là ni Tetrique le Pere, ni son fils. Il me paroît que celui des deux visages qui est sous l'autre, est un visage de femme, & n'est pas couronné de laurier comme l'autre: quoi qu'il semble qu'il le devroit être, si c'étoit la tête d'un Prince, que l'inscription déclare être égal à l'autre, quant à ses charges & à ses qualitez. C'est Jupiter & la Victoire, les deux divinitez, pour qui (comme on parloit alors selon les idées du Paganisme) l'on eût pû prendre ces deux Generaux. Je dis, ces deux Generaux: car vous sçavez que le mot *Imperator* ne signifie sur les médailles, que le Géneral ou le Géneralissime des troupes confederées de l'Empire, sous les ordres du Senat. Il paroissoit indifferent à ceux qui frappoient ces médailles, de mettre sous le nom de leur Prince, ou son visage lui-même, ou celui de la divinité dont il avoit les qualitez. Ainsi voyons-nous dans une de l'Empereur Maximien, qui fut surnommé l'Hercule, la tête d'Hercule même couverte de sa peau de lion, avec l'inscription IMP. C. MAXIMIANUS P.F. AUG. & au revers, HERCULI VICTORI, avec un Hercule encore qui est debout, & qui tient sa massuë, son arc, & son carquois. Cette médaille est dans le *Thesaurus Brandeburgicus*, pag. 780. Au lieu que sur d'autres médailles du même Maximien l'on voit deux têtes posées l'une sur l'autre, comme dans vôtre médaille; sçavoir la tête de Maximien sur celle d'Hercule. La divinité dont les Payens s'imaginoient reconnoître le caractére dans leurs Princes, ne se mettoit le plus souvent qu'au revers de leurs médailles. Ainsi dans une de billon que j'ai du même Tetrique, l'inscription est d'un côté avec la tête du Prince,

mate, mixto argento, quod penes me est, ejusdem Tetrici, inscriptio est ex unâ parte: cum Tetrici vultu, IMP. TETRICUS. PIUS. AUG. *ex alterâ autem, hæc ipsa, quam dixi Victoria, cum hac epigraphe,* COMES. AUG. Comes Augusti: *quo lemmate significatur, huic Imperatori, quocumque bellum inferret, Victoriam se comitem adjungere. At in tuo numismate Juppiter ipse, & hac ipsa Victoria, anticam aquè superficiem ac posticam occupat: ut significetur, ambos illos Principes, quorum ibi leguntur nomina, esse in terris, vel habere in se* JOVEM. VICTOREM. *sive instar numinum illorum esse, quorum ibi effigies insculpta cernitur. Titulus itaque* IMPP. *Tetricos Pios Augustos duos promittit: Genium amborum communem, quod eodem recidit, area nummi, veluti subjecta titulo tabula ut par est, repræsentat.*

Non ex vultu igitur, sed ex superscriptione, agnosces in illo tuo numismate Imperatores duos cognomines, quorum alter sit pater, alter sit filius. Novimus ex aliis numismatis, Tetricum filium aliquando solum habuisse Cæsaris cognomen: ex tuo præterea discimus, Imperatorem etiam ipsum fuisse, & simul cum patre fuisse: Imperatores Tetrici Pii Augusti duo. *Alterum porrò extare nummum scio, qui ad illius tui similitudinem accedat; sed est ille ex ære minimo: factaque est illius mihi conspiciendi copia, priusquam P. Roudilhe è Societate nostrâ illum dono daret Viro Illustriss. D.* FOUCAULT, *in inferiore Neustria rei Judiciariæ Ærariæ, ac Civili Præfecto. Epigraphe est hujusmodi:* IMPP. TETRICUS. AVGG. Imperatoribus Tetricis Augustis duobus. *Adjicienda enim est vox illa* duo *&* duobus; *ut meminerimus, his duabus litteris* GG *quæ sunt in postremo vocabulo, Augustos haud plures quam duos intelligi oportere. In parte contraria legitur* PAX. AVG. Pax Augusta. *Sed in antica si bene commemini, sunt capita duo, ut in tuo numismate: alterum Jovis laureâ coronati; Pacis alterum, quod subjectum est priori, sine laureâ.*

Neque vero in tota antiquitate visum fuisse numisma arbitror, in quo capita duo Imperatorum vel Cæsarum sint, quorum sit alterum alteri superpositum. Regis quidem unius ac Reginæ vidimus; at vel in Ægypti nummis, ut in laudatissimis duobus Ptolemæi Philometoris, ut quidem censemus; qui sunt inscripti ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ: *vel in eo quem cudit Syria, Cleopatræ nomine cum filio Antiocho. Nam qui novissimam Cleopatram Ægypti Reginam videre sibi visi sunt in nummis illis, in quibus M. Antonii capiti alterum subjectum caput conspicitur, turpi abducti sunt ii errore. Numen ibi, seu Virtus est, quam Romani Concordiam appellarunt; eaque cum M. Antonii vultu conjuncta idcirco est, ut significetur, agere hunc Triumvirum concordissimè conjunctissimeque cum Senatu Populoque Romano. Rarò admodum in una nummi areâ, quem Romani cuderint, Augustum cum Augusto videas, nisi adversis vultibus: ut est in Severi Alexandri nummo ipse cum Matre, ut sunt & alii in aliis. Unicum videre me memini, Neronis nimirum; in quo vultus ipsius latere uno expressus, Agrippinæ matris vultui superponitur, alterumque Antonini; qui Severi Aug. filius, cujus nummi postica superficies, superpositum exhibet capiti Juliæ conjugis, caput Severi. Augustorum autem vel Cæsarum vultus duo sic positi exstant fortassis aliqui, at necdum interim hujusmodi ullum vidi. In quosdam incidi Numismatum veterum collectores, adeo ineptos ut crederent, se duos Postumos in nummis illis intueri, in quibus Postumi Aug. vultui, vultus alter subjectus est; qui reipsa non nisi Martis, aut Jovis, aut Herculis vultus est; aut alterius Numinis, quod superscriptioni alterutrius partis, vel utriusque respondeat. Egregiè certè deerrare est, dum in aliqua tabella Augustos quærere, ubi Augustum esse unicum titulus pollicetur. Est similiter in Thesauro Regio Imp. Tetrici nummus unus aureus in quo geminum caput est, cum hac epigra-*

Prince, IMP. TETRICUS. PIUS. AUG. & de l'autre est cette même Victoire, avec la legende, COMES. AUG. *Comes Augusti.* Pour dire que la Victoire accompagnoit ce Géneral par tout. Mais dans vôtre médaille c'est Jupiter & cette Victoire la même, qui sont representés sur la premiere surface de la médaille, comme sur la seconde, pour signifier que les deux Princes dont on y lit les noms, sont sur la terre chacun d'eux les deux divinitez qu'on y voit gravées. Ainsi l'inscription nous promet de nous faire voir dans la médaille deux Empereurs du même nom: sçavoir les deux Tetriques surnommez Pieux & Augustes: & le champ de la médaille nous represente le Genie commun de ces deux Princes: cela revient au même. Car le champ de la médaille est comme un tableau, où l'on doit voir les personnages que promet l'inscription.

Ce ne sera donc pas par les visages, mais par l'inscription que vous reconnoitrez sur vôtre médaille deux Empereurs du même nom, dont l'un est le pere, & l'autre le fils. Nous sçavons par d'autres médailles, que Tetrique le fils a été long-tems avec le seul surnom de César. La vôtre, Monsieur, nous apprend de plus, qu'il a été Empereur, & qu'il l'a été conjointement avec son pere: *Imperatores Tetrici Pii Augusti duo.* J'en sçais encore une, dont l'inscription approche assez de la vôtre. Elle est de petit bronze, & je l'ai vûë, avant que le P. Roudilhe Jesuite en fit present à Monsieur Foucault Intendant en basse Normandie. L'inscription est telle: IMPP. TETRICIS. AUGG. *Imperatoribus Tetricis Augustis duobus.* Il faut ajouter le mot *duo & duobus*, pour nous faire souvenir, que ces deux lettres GG. qui se trouvent dans ce dernier mot, ne nous permettent pas d'y reconnoître plus de deux Augustes. On lit aux revers PAX. AUG. *Pax Augusta.* Mais de l'autre côté les deux têtes sont entierement, si je m'en souviens bien, comme sur vôtre médaille: c'est-à-dire, Jupiter y est couronné de laurier, & la Paix, qui est au dessous, ne l'est point.

Je ne pense pas qu'on ait jamais vû dans toute l'antiquité une médaille, où deux têtes d'Empereurs où de Césars fussent posées l'une sur l'autre. On y voit bien un Roi & une Reine, mais c'est ou en Egypte, dans les deux fameuses médailles, qui sont de Ptolemée Philometor, comme je crois, & qui ont pour inscription, ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ: ou dans la Syrie, sur la médaille d'une Cleopatre avec Antiochus son fils. Car ceux qui ont crû voir la derniere Cleopatre dans les médailles, où il y a une autre tête sous celle de Marc Antoine, se sont fort mépris. C'est une divinité, ou une vertu, que les Romains nommoient la Concorde, qu'on y a jointe à Marc Antoine, pour marquer la bonne intelligence que ce Triumvir vouloit entretenir avec le Senat & le peuple Romain. Il est fort rare de voir sur une médaille Romaine un Prince avec une Princesse autrement qu'en regard: comme vous voyez l'Empereur Severe Alexandre avec sa mere, & cent autres. Je ne me souviens d'en avoir vû qu'une, qui est celle de Neron, où la tête de ce Prince est posée sur celle de sa mere Agrippine, toutes deux de profil, & encore une autre d'Antonin fils de Severe, où la tête de Severe est posée sur celle de sa femme Julie au revers. Mais deux visages d'Empereurs ou de Césars l'un sur l'autre, il y en a peut-être, mais je n'en ai point encore vû. J'ai trouvé des médalistes assez simples, pour croire voir deux Postumes dans certaines médailles, où la tête de ce Prince est representée avec une autre au dessous, qui n'est en effet que celle de Mars, de Jupiter, d'Hercule, ou de quelqu'autre Divinité, qui a du rapport avec la Legende de l'un des deux côtez de la médaille, ou de tous les deux. Certes c'est étrangement s'égarer, que de chercher deux Princes, dans un tableau, où l'inscription n'en promet qu'un. Il y en a une de même de l'Empereur Tetrique chez le Roi, laquelle est d'or, avec deux

graphe, quæ solum patrem commemorat: IMP. TETRICVS. PIVS. AVG. *In aversa parte*, ÆTERNITAS. AVGG. Æternitas Augustorum duorum.

Non igitur ex gemino vultu, inquam (tametsi à nobis in hac residissides, Vir Prænobilis, stare tua sententia multo malumus, quam de eâ re litigare, quæ nullius est ad rem historicam momenti) sed meo interim judicio, non ex vultu gemino, sed ex sola superscriptione tui præclari numismatis discimus, simul hos Principes duos, Augustos fuisse & Imperatores: hoc est, Provinciarum Rectores sub summo Senatus imperio, & simul exercituum Duces.. Amplissimum illud beneficium fuit, & illis solum concessum Principibus, qui fuissent de Republicâ optimè meriti, aut insignem aliquam Victoriam reportassent. Insignis cujusdam præmii vice ac loco fuit, ut fas esset eis in suo munere obeundo è liberis aliquem in societatem adsciscere, concessâ etiam interdum filio in paternum munus successione, siquidem superstes foret. Fuere vivis adhuc suis parentibus eâ ratione Augusti, Commodus Marci F. Antoninus Severi, Philippus junior, aliique nonnulli. Nec potuit Tetricus pater, nisi ob navatam similiter præclarè operam bono Reipublicæ, simili donari mercede à senatu; ut imperium cum filio communicaret, exerceretque iste sub patre utramque potestatem.

Existimo enim, Vir amicissime, non jam assentiri te iis amplius, qui Tetricum volunt unum esse è Tyrannis triginta, quorum gesta confinxit Trebellius Pollio. Et lepidum illud sanè commentum est de triginta Tyrannis, quos scriptos iste in Imperio Romano æquè reperiri voluit, atque similes alios totidem Athenis collocarant pariter fabulosi scriptores. Ex his triginta Tyrannis Romani Imperii, vix nomina quindecim in nummis reperias. Et nummi ipsi fidem faciunt, fuisse hos ipsos quindecim ex ipsamet Gente vel Familiâ Cæsarum: quibus Senatus commisisset administrationem Reipublicæ in aliquâ Provinciâ, ad annos aliquot, duos tres, quinque, septemve, pro eo ac rerum necessitas postulabat. Nam primum quidem, ad eorumdem genus quod attinet, suam illi originem in nummis notari diligenter curavere. Nomina hæc, exempli gratia, quæ sunt numismati tuo inscripta, PII. AVGG. *totidem cognomina sunt, quibus significatur, Tetricum patrem, saltem materno genere, ortum ducere ex Antonino Hadriani successore, qui Pius idcirco est cognominatus, quoniam ex Pompeio originem duceret, cui hæc duo fuere cognomina,* MAGNVS PIVS: *& præterea ex Augusto ipso Cæsare, cujus Augusti cognomen ad posteros hereditario jure perveniret. Hoc illud est, quod illa præclara in nummis plerorumque Augustorum à Vespasiano ad Maxentium usque ipsum, inscriptio significat* ÆTERNITAS. AVG. *sive* AVGG. æternitas Augusti *sive* Augustorum: *hoc est perpetua series posterorum Augusti; sive successio capitum perpetua in familia Augusta. Et in aureo numismate Tetrici ipsius, quod est in Thesauro Regio, ipsa hæc legitur superscriptio, ut jam superius adnotavi. Fuit ipse igitur ab Augusto prognatus, ab Antonino Pio, à Commodo ipso quoque, siquidem in aliis numismatis, etiam Pius & Felix, quæ sunt cognomina familiæ Commodi Aug. cognominatur:* IMP. C. TETRICVS. P. F. AVG. *Ea causa est, quamobrem hic Tetrici nummus, aliique nonnulli, in quibus pariter superscriptum est,* ÆTERNITAS. AVG. *vel* AVGG. Æternitas Augusti *vel* Augustorum, *pro symbolo sive pictura Deam exhibeant, quæ orbem dextrâ teneat, cum superposito orbi ei Phœnice ad significandum, quemadmodum unica hæc ales in orbe est, vivax per multas ætates, & ex suis ipsius ossibus & medullis post mortem renascens; sic quodam modo Cæsarum Augustorumque familiam, solam esse Reipublicæ administrandæ destinatam, durasse jam per multas ætates, semperque duraturam esse, acceptâ origine & ipso nomine*

deux têtes l'une sur l'autre, & avec cette Legende simple, qui ne fait mention que du pere seul: IMP. TETRICUS. PIUS. AUG. & au revers ÆTERNITAS. AUGG. *Æternitas Augustorum duorum.*

Ce n'est donc pas par les deux têtes encore une fois (quoque si vous êtes d'un autre sentiment que moi, Monsieur, je m'en tiendrai plûtôt à vôtre décision, que d'entrer en procez là dessus: veu que la chose n'est d'aucune consequence par rapport à l'histoire) mais à mon avis, c'est par l'inscription seule de vôtre médaille, que nous apprenons que ces deux Princes ont été Augustes & Empereurs, c'est-à-dire, Gouverneurs de Provinces sous les ordres du Senat, & Generaux d'Armée en même tems. C'étoit une faveur singuliere, qui ne s'accordoit qu'aux Princes, qui avoient rendu quelque service important à l'Etat, ou remporté quelque Victoire considerable. C'étoit une espece de recompense, que de leur permettre en ce cas là, de s'associer dans l'exercice de leurs charges, quelquefois avec un Brevet de survivance, un de leurs enfans. Ainsi Commode, & Antonin frere de Geta, le fils de Philippe, & quelques autres ont été Augustes du vivant de leurs Peres. Et ce ne peut être que pour de semblables services, que Tetrique le Pere avoit rendus à la République, qu'on lui accorda la même grace, en lui permettant de s'associer son fils de même, pour commander & pour exercer avec lui ses deux charges.

Car je crois que vous n'êtes plus, Monsieur, de l'opinion de ceux, qui en font un des trente Tyrans, dont Trebellius Pollion a fait le Romain. C'est une plaisante idée que celle des trente Tyrans, que cet Auteur a voulu trouver dans l'Empire Romain, sur le modele de trente autres, qu'on a pareillement inventez dans Athenes. De ces trente Tyrans de l'Empire Romain, à peine peut-on trouver les noms de quinze sur les médailles. Et ces médailles mêmes nous apprennent, que c'étoient autant des Princes de la famille même des Cæsars, à qui le Senat donnoit le commandement dans quelques Provinces de l'Empire pour quelques années, pour trois, pour cinq, pour sept, selon les besoins de l'Etat. Car premierement pour ce qui est de leur origine, ils avoient bien soin de la faire marquer sur leurs médailles. Les noms de PIUS AUG. qui sont sur vôtre médaille, sont autant de surnoms, qui marquent que l'Empereur Tetrique descendoit du moins par les femmes, d'Antonin qui étoit surnommé le Pieux, parce qu'il tiroit son origine de Pompée le Grand, PIUS MAGNUS: & outre cela, d'Auguste même, dont le surnom devint hereditaire à sa posterité. C'est ce que veut dire cette belle inscription, qui se lit sur les médailles de la plûpart des Empereurs depuis Vespasien jusqu'a Maxence inclusivement, ÆTERNITAS, AUG. ou AUGG. *Æternitas Augusti* ou *Augustorum:* ce qui veut dire, la durée perpetuelle de la posterité d'Auguste; ou bien, la succession perpetuelle dans la famille des Augustes. Et cette inscription se lit sur la médaille d'or de Tetrique même, qui est chez le Roi, comme je l'ai déja marqué ci-dessus. Il descendoit donc du sang d'Auguste d'Antonin le Pieux, & de Commode même, puisqu'il a sur d'autres médailles les surnoms de Pieux & d'Heureux, comme lui: IMP. C. TETRICUS. P. F. AUG. Et c'est par cette raison, que cette médaille de Tetrique, & quelques autres qui ont pour legende comme elle, ÆTERNITAS. AUG. ou AUGG. ont pour symbole une divinité qui tient de la main un globe, sur lequel il y a un Phenix: pour signifier, que comme cet oyseau dans le monde est unique en son espece, qu'il vit plusieurs siécles, & qu'il renait de sa cendre: de même à propotion la famille des Césars & des Augustes, la seule étoit destinée au gouvernement de l'Empire, duroit déja depuis plusieurs siécles, & devoit toûjours durer, aprés avoir tiré son origine & son nom de César Auguste. Je dis leur

mine à Cæsare Augusto. Nomine, inquam, & origine: nam ut de Augusti nomine nunc sileam, de quo memini me ante annos aliquot ad te scribere; Cæsaris nomen in omnibus nummis antiquis, hæreditarium cognomen est; quo significatur, omnes eo nomine insignitos Principes, ab Augusto ipso & posteris ipsius, saltem materno genere esse oriundos. Neque aliam ob causam Tetricus filius ita cognominatur in nummis suis, TETRICVS CÆSAR. *Et hoc cognomine ipse quoque pater interdum donatur: sed cùm qui Augustus sit, hunc necesse sit esse Cæsarem, satis visum est sæpè numero nomen Augusti apponere in nummis eorum, quibus præter jus natalium, quod solùm non sufficeret, etiam amplissimus potestatis gradus ad quem evecti erant, id tribuebat, ut nummi eorum honori cuderentur.*

Ad Tempus quod attinet, quo vel Provinciam cum Imperio, vel Exercitum Tetricus Imp. obtinuit, potuit illud esse annorum quinque: nec mirum videri debet exiguum ac breve fuisse. Fuit enim ille, ut ita dicam, inferior, secundarius, & ab alio pendens Imperator, sive Dux exercitus: potior fuit Claudii cognomento Gothici potestas atque auctoritas; ut nummi alii Tetrici, quos habes, & quos publici juris fecisti, omnino suadent. Usus & ratio poscebat, ut Tetricus, qui sub Claudio exercitui præerat, secederet aliquando post bellicam expeditionem unam, aut plures, prout Senatus jussisset. Neque enim unquam Imperator vel Augustus aliquis, per totam vitam potestatem & jus imperandi habuit, si Cæsarem Aug. exceperis, qui Dictatori successit. Nec ante Constantii tempora, illius qui Constantis Aug. frater fuit, indulsit Senatus, ut quidam ex Augustis, PERP. AVG. *Perpetui Augusti dicerentur.* D. FAVVEL, *Capellanus Regius Abbas de Claro-Fageto, amicus meus ex intimis, nec tibi ignotus, liberalissimè mihi dono dedit præclarum numisma Justiniani Aug. cujus superscriptio docet, renunciatum fuisse illum Augustum Perpetuum peculiari beneficio ex decreto Senatus* D.N.JVSTINIANVS PP. AV. SC. Dominus noster Justinianus Perpetuus Augustus Senatus-consulto. *Id quod, ut obiter id dicamus, aliam docet fuisse formam Reipublicæ Imperiique Romani sub Justiniano, quam quæ scriptis libris continetur. Cæteri ante Constantii illius Aug. tempora, de quo sermonem proximè institui, Reipublicæ gubernacula vel Provinciæ administrationem tenuere ad tempus dumtaxat: quinquennium illud fuit, vel septennium, novenniumve, spatium aliis datum diuturnius: nemo ultra decimum nonum, aut vicesimum annum potitus imperio est. Nam priores anni tres Antonini Pii, totidem Consulatus fuerunt, censendi propterea extrà illum numerum. Tetricus autem, cæterique, quos fabularum conditores, ad narrationem eo magis tragicam contexendam, tyrannos appellaverunt, non ultra tres, quatuor aut quinque annos, videntur vel Provinciæ, vel exercitui præfuisse: quo tempore exacto, scriptores iidem historici, cum quid illis facerent, aut quid illis fieret, non invenirent, omnes interemerunt. Subministrat autem istiusmodi Romana historia, Poëtis egregia Tragœdiarum argumenta.*

Tetrici cognomen secernebat in sua familia hunc Imperatorem, de quo dicere cœpimus, à ceteris familiarum principibus, qui essent ex eadem stirpe prognati: ex eoque ipso cognomine perspicue intelligitur, non fuisse eum paterno genere de gente Cæsarum: sed ea cognomina PIUS AUG. *ex ea gente genus traxisse eum materno genere perhibent, ex matre, inquam, vel ex aviâ. Indè est, quod in alio numismate Tetrici filii, in Thesauro Regio, epigraphe est, qualis in alio Commodi Aug.* NOBILITAS. AUG. Nobilitas Augusti *Quo verbo significatur, genus illum altero saltem parente ab Augusto trahere. Tetrici vero cognomen quod austerum hominem, morosum, ac difficilem significat, obvenisse ei necesse est, ab aliquo è majoribus, cui hæc intemperies animi cognomen illud indiderit; quod & ipse ultro eadem illa morositate ingenii admiserit. Ut vero hic*

leur origine & leur nom. Car pour ne point parler du nom d'Auguste, dont je me suis déja donné l'honneur de vous écrire il y a quelques années; le nom de César sur toutes les médailles anciennes est un surnom hereditaire, qui marque que tous les Princes qui le portoient, étoient issus d'Auguste & de ses descendans, du moins du côté maternel. Tetrique le fils ne le porte sur ses médailles que par cette raison, TETRICUS. CÆSAR. & le pere l'a quelquefois aussi; mais celui d'Auguste emportant necessairement celui de César, on se contentoit assez souvent de mettre celui d'Auguste sur les médailles de ceux qui le devoient porter par leurs charges, outre le droit de la naissance, qui ne leur suffisoit pas seul pour le mettre sur leurs médailles.

Pour la durée du gouvernement de l'Empereur Tetrique, il a pû être de cinq ans: & il ne faut pas s'étonner qu'il ait été si court. Il n'étoit pour ainsi dire, qu'Empereur ou General subalterne. L'Empereur Claude surnommé le Gotthique, avoit plus d'autorité; comme les autres médailles de Tetrique que vous avez, & que vous avez fait imprimer, en font foi. Il étoit naturel, que Tetrique, qui commandoit sous lui, se retirât, aprés avoir fait une ou plusieurs campagnes, selon que le Senat l'avoit ordonné. Jamais Empereur chez les Romains n'a eu le gouvernement à vie: si vous en exceptez Auguste. Ce ne fut qu'au tems de Constantius & de Constans, que le Senat commença d'accorder à quelques uns le titre d'Auguste perpetuel, PERP. AVG. Monsieur FAVVEL Chapelain chez le Roi, & Abbé de Clairfay, qui est de mes intimes amis, & que vous connoissez, a eu la generosité de me faire present d'une fort belle médaille de Justinien qui marque dans sa legende, que ce Prince fut declaré Auguste à perpetuité, par un Arrêt exprés du Senat: D. N. JUSTINIANUS. PP. AV. SC. *Dominus Noster Justinianus Perpetuus Augustus Senatus-Consulto.* Ce qui nous donne, pour cela en passant, une toute autre idée de l'Empire de Justinien, que celle que nous en donnent les livres. Les autres Empereurs avant le temps de Constantius dont je viens de vous parler, n'ont eu le gouvernement que pour un tems limité. Les uns l'ont eu pour cinq, pour sept pour neuf ans; les autres pour un plus long terme: nul ne l'a jamais eu pour plus de dix-neuf où de vingt-années. Car pour Antonin le Pieux, ses trois premieres années furent trois Consulats, qui n'entrerent point en compte. Tetrique, & ceux que les conteurs de fables, pour faire un Roman plus tragique, ont appellé Tyrans, ne me paroissent pas avoir eu le gouvernement chacun de leur Province ou de leur armée, que pour trois, quatre, ou cinq ans. Aprés quoi ces historiens, qui ne sçavoient qu'en faire, ni ce qu'ils devenoient, les ont tous tuez. Cela fait trouver dans l'Histoire Romaine de beaux sujets de Tragedie.

Le surnom de Tetrique distinguoit dans sa famille le Prince dont il s'agit, des autres chefs de famille, qui descendoient de la même tige que lui. Et il paroît par ce surnom là même, qu'il n'étoit pas du côté paternel de la famille des Césars: mais les surnoms de PIUS. AUG. font voir qu'il en descendoit par sa Mere ou par son ayeule. Delà vient que sur une médaille de Tetrique le fils, qui est au Cabinet du Roi, on lit, comme sur une autre de Commode, NOBILITAS. AUG. *Nobilitas Augusti.* Ce qui signifie une Noblesse qui tire son origine en partie du sang d'Auguste. Pour ce qui est du surnom de Tetrique, qui signifie un homme triste, chagrin, de mauvaise humeur, il faut qu'il lui soit venu de quelqu'un de ses ancêtres, à qui ce caractere d'esprit avoit attiré ce sobriquet, & qu'il avoit bien voulu pourtant adopter

hic Imperator Tetricus pacem Provinciæ cui præerat, & felicitatem, & abundantiam, & hilaritatem attulerat; præter numismata ea, quæ sunt propterea hoc modo eidem inscripta, PAX. AVG. ABVNDANTIA. AVG. FELICITAS. PVBLICA; *alia cudere voluptati populo fuit, quæ significarent, nihil habere ipsius vitæ rationem, cum Tetrici nomine commune: omnia è diverso, læta, hilaria, & festiva populis sub duobus Principibus evenire. Est ex ære minimo unum, quod penes me est:* IMP. TETRICVS. P. F. AVG. *& in aversa parte,* HILARITAS. AVG. *hoc est, parta populis in imperio per Augustos hilaritas. Alterum ex auro est in Thesauro Regio, & inter Arschottanos:* IMP. TETRICVS. PIVS. AVG. *In parte contrariâ:* LÆTITIA. AVG. N. Lætitia Augusti nostri. *Denique Nobiliss. Comes Mediobarbus aliud profert è Museo suo, inscriptum* LÆTITIA. AVGG. Lætitia Augustorum. *Intelligis, vir Prænobilis, populos prædicasse de Augusto suo cum sensu quodam voluptatis, nihil in ipsius esse moribus, quod nomen ipsius redoleret: quin immo se omni potius hilaritate & gaudio frui, ipsius principatu; quantumvis ominari triste aliquid vel sola Tetrici appellatio videretur. His deinde quæ nunc à me scribuntur, si ea adjeceris, quæ de eodem Imperatore ipsemet ex tuis Numismatis in lucem publicam emisisti; persuasissimum mihi est fore, ut quam imbibisti de historicis nostris scriptoribus malam opinionem, in ea perseveres. His tu quidem, in Epistola ad Gallandum, auctoritatem aliqua saltem ex parte ademisti: at quantulo minus est quod in hos dixisti, quam quod in eosdem dici jure possit?*

Hic omnia commemorabo, quæ illi de Tetrico prodiderunt, ut ex his intelligas, quantopere dissideant à libris nummi veteres: hoc est, quam longè absit à mendaciis veritas. Tetricus, inquiunt, ausus est Galliarum administrationem suscipere, Augustæ nescio cujus feminæ impulsu hortatuque, quam Trebellius Pollio & Victoriam appellat, & inter triginta Tyrannos reponit. Vir è primâ nobilitate Tetricus fuit, pergunt iidem dicere, & Romanus Senator: tunc Rector Aquitaniæ, cum Victoria detulit ei imperium. Burdegalæ purpuram cepit, anno post Christum natum 268. Ab eadem Victoria creatus est Cæsar, Tetrici filius adhuc puerulus, Verum dedidit se sponte pater Aureliano Augusto, à quo deinde ductus est triumphum. Hactenus de Tetrico libri: nihil produnt amplius. Commentum hoc delet apertissimè, ut vides, numisma tuum vel unum: siquidem docet illud, primum quidem, filium ipsum æquè ac patrem, Augustum fuisse & Imperatorem: qui nec puero tituli certè tribuuntur, nec concessi sunt cuiquam aliquando, nisi à Senatu, deinde vivo patre & hos titulos gessisse filium, & munera utrique nomini consentanea obivisse eumdem, simul cum patre. Priusquam esset ipse Augustus, jam patre Augusto, erat ipse peditum Præfectus in exercitu: quod munus nec puerulo committi solet, nec potest à puerulo præclarè, & cum laude geri, ut per hunc magistratum ad ampliorem Imperatoris titulum & gradum perveniat, quem hic ita adeptus reipsa est. Nam peditum Præfectum in exercitu hoc verbo significari PRINCEPS. JVVENTVTIS. *Vir Prænobilis, probè nosti: quod verbum legitur in Tetrici filii numismate in Thesaur. Brandeburg. pag. 753. quemadmodum in Numismatis sæculi Constantiniani exposui. Fuit igitur Tetricus filius, priore loco Peditum Præfectus in exercitu; postea Imperator & Augustus in suâ Provinciâ. Scriptorum nullus omnino est qui hæc commemoret, quin immo illa ipsa, ab iis qui nobis supersunt, impugnari potius videntur; sed irrito prorsus conatu, quoties à rei nummariæ peritis æstimatoribus perlegentur.*

Sentio, Vir Prænobilis, jam esse hanc meam paulò prolixiorem epistolam, tametsi non omnia attigi, quæ dici occasione numismatis tui possunt. Sed ne longius abeam,

ter par bizarerie. Mais pour celui-ci, comme c'étoit un Prince qui avoit procuré la paix, le bonheur, l'abondance, & la joye des peuples dans son Gouvernement, outre les médailles qui ont pour cela ces inscriptions aut revers, PAX. AUG. ABUNDANTIA. AUG. FELICITAS. PUBLICA; outre celles là dis-je, on prit plaisir à faire des inscriptions, qui marquassent que sa conduite, n'avoit aucun rapport à son nom. En voici une de petit bronze que j'ay: IMP. TETRICUS. P. F. AUG. & au revers, HILARITAS. AUGG. C'est-à-dire, la joye dans laquelle vivent les peuples sous ses deux Maitres. L'autre est d'or, au Cabinet du Roi, & parmi celles de Duc d'Arschot: IMP. TETRICUS. PIUS. AVG. Et au revers: LÆTITIA. AVG. N. *Lætitia Augusti nostri.* Monsieur le Comte de Mezzabarba en citte une autre de son Cabinet, où il y a LÆTITIA. AVGG. *Lætitia Augustorum.* Vous voyez, Monsieur, que les peuples étoient ravis de pouvoir dire de leur Prince, qu'il n'avoit rien qui ressentit son nom, que sous son gouvernement ils étoient dans la joye & dans la gayeté, quoi que son nom semblât ne presager que du chagrin. Si vous joignez ensuite à tout ce que j'ai l'honneur de vous écrire, ce que vous avez deja imprimé sur vos autres médailles du même Empereur je suis assuré que vous persisterez toûjours dans la mauvaise opinion que vous avez des historiens. Vous les avez un peu décriés dans vôtre lettre à Monsieur Galland, mais il s'en faut bien que vous n'en ayez dit tout le mal, qui s'en peut dire avec justice.

Voici tout ce qu'ils nous ont laissé de l'Empereur Tetrique, afin que vous voyez encore par là, quelle opposition il y a entre les livres & les médailles; c'est-à-dire, entre le mensonge & la verité. Tetrique disent les livres, se hazarda d'accepter l'Empire des Gaules à la solicitation de je ne sçais quelle Princesse, que Trebellius Pollion a nommé Victoire, & qu'il a mis au nombre de ses trente Tyrans. Tetrique étoit homme de qualité, & Senateur Romain, & il gouvernoit l'Aquitaine, lorsque Victoire lui offrit l'Empire. Il prit la pourpre à Bourdeaux, l'an 268. son fils, qui n'étoit encore qu'un jeune enfant, *puerulus*, fut aussi fait Cesar par Victoire. Mais le Pere se rendit volontairement à Aurelien, qui le mena en triomphe avec son fils. Voilà tout ce que les livres en disent. Cela se détruit visiblement, comme vous voyez, par vôtre médaille seule: puis qu'elle nous apprend premierement, que le fils même à été Empereur comme son pere, & Auguste; titres qu'on ne donne pas à un enfant, & que jamais Prince n'a recû que du Senat: & ensuite qu'il a eu ces titres & exercé ces charges du vivant même de son Pere. Avant que d'être Auguste, lors que son pere l'étoit deja, il étoit Colonel General de l'Infanterie: charge qui ne se donne pas encore a un enfant; & qu'un enfant, *puerulus*, n'est pas capable d'exercer comme il faut pour mériter par la le titre, & pour exerçer la fonction de General, comme il fit: car c'est ce que signifie *Imperator.* Et vous sçavez, Monsieur, que le mot de PRINCEPS. JVVENTVTIS. qui se lit sur une de ses médailles, dans le *Thesaurus Brandeburgicus*, page 753. veut dire, le Colonel general de l'Infanterie; ainsi que je l'ai expliqué dans les médailles des Constantius. Ce Tetrique le fils à donc été premierement Colonel General de l'Infanterie, aprés cela General de l'Armée, & Gouverneur de sa Province ou de son département, comme son pere: c'est ce que nul Historien ne rapporte; c'est même ce que ceux que nous avons, semblent combattre, mais inutilement s'ils trouvent des lecteurs habiles dans la connoissance des médailles.

Je m'apperçois, Monsieur, que ma lettre est déja bien longue, quoique je n'aye pas encore tout dit ce qui peut se dire sur vôtre médaille. Mais de crainte d'aller

abeam, ad alterum progredi satius videtur, quod est Diocletiani. Partis anterioris superscriptio est de more: DIOCLETIANUS. AUG. *capite radiato, quale interdum Solis ipsius in nummis pingitur: quoniam in orbe Romano Augustorum symbolum semper Sol fuit. At est posticæ superficiei argumentum prorsus singulare. Deam exhibet quæ tabellam quadratam ostentat, affixam appensamve summo baculo, quem dextrâ tenet, lævâ caduceum: præterque, vir genibus flexis, ad Deæ pedes, manibus junctis elatisque, nudo capite, veniam videtur precari superscriptio est:* AUSPIC. FEL. Auspicia felicia: *hoc est, præsagia felicitatis Augustorum, qui nuper in Gallias venerant, beneficio potiundæ. Legi etiam potest,* Auspiciis felicibus: *quemadmodum in alio ejusdem Imperatoris nummo legitur, quem Illustr. Spanhemius retulit,* FATIS. VICTRICIBVS. *Denique in imo nummi margine legitur,* PTR. *hoc est, ut in sæculo Constantiniano explicui,* Prima Treverensis. *Nomen illud ei Provinciæ tunc fuit quam sequior ætas Belgicam primam appellavit, civitate primaria Treverorum.*

Vin' tu tribus voculis, Vir Prænobilis, quod sit hujus numismatis argumentum expediam? Panem, Pacem, Parce. Planius dicam: posita sunt in eo numismate hæc symbola, eo fine, ut doceant, primum quidem Provinciæ illius incolas, deinde & posteros, dedisse Diocletianum operam, ubi pedem in Provinciam intulit, ipso primo sui principatus anno, ut aliunde adveheretur eo frumentum suis sumptibus, pecuniâ in antecessum numeratâ; quod frumentum postea parvo pretio venderetur: Pacem deinde eundem Reipublicæ attulisse: denique legem tulisse oblivionis, datâ veniâ rebellibus nonnullis, qui ab Imperio desciverant: initia proinde principatus, insignia liberalitate Principis, pace, indulgentiâque sive clementiâ, certi instar ominis esse futuræ sub eo Principe felicitatis publicæ: AVSPICIA. FELICIA.

Ex hujus nummi titulo liquido apparet, non potuisse hunc cudi, nisi anno ipso Diocletiani primo: nam id auspiciorum nomen declarat: quæ sunt præsagia futurorum, solita observari in ipso rei susceptæ, vel initi principatus exordio. Atqui hæc ipsa auspicia, quæ sunt adeò conspicuè notata in illo tuo numismate, Vir Prænobilis, his mirificè adversantur, quæ de primis Diocletiani Aug. annis Scriptores Historici prodiderunt. Vulgò enim existimatur is Imperator fuisse salutatus Chalcedone, XV. Kal. Octobris, anni à Christo nato 284. Sunt autem hic duo, quibus difficile admodum assentior. Alterum est de anno: series enim numismatum Romanorum omnino suadet, renuntiatum ipsum fuisse Augustum anno tantùm 288. die XI. Kal. Maias, natali Urbis Romæ: quandoquidem ea die cæteri Principes, qui Romani Imperatores appellantur, usque ad istum saltem, administrationem capessivere, sive totius Reipublicæ, sive Provinciæ alicujus dumtaxat sibi à Senatu adsignatæ, vel plurium. Id enim verò constare nummorum testimonio arbitror: suggeramque, cum voles, ejus rei argumenta. Alterum caput, quod habet difficultatem, de loco est: neque enim ex nummis veteribus apparet, Diocletianum aliquando vidisse Chalcedonem: siquidem exceptis paucis admodum minutisque Græcis numismatibus, quæ vulgò existimantur percussa Alexandriæ, nummi omnes Diocletiani, vel cusi fuêre in prima Treverensi, quemadmodum tuus iste, vel in Lugdunensi prima, ac fortè secunda; vel denique in Provincia Narbonensi. Fabricæ genus ipsum, & typus, & forma litterarum, fabricam esse Gallicanam clamat: quibusdam rursum exceptis, in quibus est Sisciæ nomen, quod est Croatiæ oppidum. Bina illa ipsa nummorum veterum millia, quæ scribis ad me fuisse reperta ante menses ferè duos in vestrâ regione, cusa fuêre omnia in tribus illis Provinciis: siquidem in imo margine non alia habent subscripta elementa, præter hæc: PTR.

d'aller trop loin, j'aime mieux passer à la seconde, qui est celle de Diocletien. L'inscription du côté de la tête est ordinaire: DIOCLETIANVS. AVG. avec une tête rayonnée, comme l'on dépeint quelquefois la tête du Soleil, parce que le Soleil à toûjours été dans l'Empire Romain le symbole des Empereurs. Le revers est tout-à-fait singulier. C'est une Divinité, qui tient de la main droite une espece de petite planche quarrée au bout d'un bâton: & de sa gauche un caducée. Outre cela un homme à genoux aux pieds de cette divinité, les mains jointes & élevées, & la tête nuë, semble lui demander grace. L'Inscription: AVSPIC. FEL. *Auspicia felicia.* Cela veut dire, les présages du bonheur dont nous allons joüir sous le gouvernement present. On peut lire aussi, *Auspiciis felicibus*, comme on lit sur une autre medaille du même Empereur, & qui est rapportée par M. Spanheim FATIS VICTRICIBVS. Il y a enfin dans l'exergue de la vôtre PTR. qui signifie selon l'explication que jen ai donnée dans mon Siécle de Constantin, *Prima Treverensis*, la premiere Treveroise. C'étoit alors le nom de la Province que d'autres ont nommé depuis la premiere Belgique, & dont Treves étoit la Capitale.

Voulez-vous que je vous dise en trois petits mots, Monsieur, ce que signifie cette medaille? Pain, Paix & Pardon. Je m'explique. Ces symboles sont mis, pour apprendre d'abord à tous les sujets de la Province, & puis à la posterité, que Diocletien eut soin, dés qu'il entra dans le Païs, la premiere année de son gouvernement, d'y faire venir du bled à ses frais, en faisant les avances, & de le faire vendre au plus bas prix: qu'il mit outre cela la paix dans l'Etat en y entrant, en accordant une amnistie generale à quelques rebelles qui s'étoient soûlevez: & qu'un commencement de gouvernement, accompagné de liberalité, de paix, & de generosité ou de clemence, étoit un présage assûré, que l'on vivroit heureux sous un tel Prince, AVSPICIA. FELICIA.

Il est visible par l'inscription de cette médaille, qu'elle n'a pû être battuë que la premiere année de Diocletien: car c'est ce que signifie le mot de présages; qui sont des signes de l'avenir, qu'on observe au commencement de quelque entreprise, ou de quelque gouvernement. Or ces présages là mêmes, qui sont si bien marquez sur vôtre médaille; Monsieur, combattent ouvertement tout ce que disent les Historiens des premieres années de Diocletien. On tient ordinairement qu'il fut salué Empereur à Chalcedoine le 17. de Septembre, de l'an de N. Seigneur 284. Pour moy j'ai sur cela deux difficultez. La premiere est sur l'année: car la suite des médailles Romaines me persuaderoit bien plûtôt, qu'il ne fut élevé à l'Empire, que l'an 288. le 21. Avril, jour de la naissance de la Ville de Rome: puisque ce jour là tous les autres Princes, que l'on nomme Empereurs Romains, jusqu'à luy, ont pris possession du gouvernement général de l'Empire, ou des Provinces que le Sénat leur avoit marquées. Cela me paroît certain par les médailles: & je vous en fournirai les preuves, quand vous voudrés. La seconde difficulté regarde le lieu: car il ne me paroît pas par les médailles, que Diocletien ait jamais veu Chalcedoine: puisque excepté fort peu de médailles Grecques, que l'on croit communément avoir été frappés à Alexandrie, toutes les médailles de ce Prince sont de la premiere Treveroise, comme est la vôtre, ou de la premiere Lionnoise, & peut-être de la seconde: ou enfin de la Province Narbonoise. Le coin, le caractere, & la fabrique, prouvent sensiblement qu'elles sont toutes frappées en France: excepté quelques-unes où l'on voit le nom de Sissek, la frontiere alors de l'Empire dans la Croatie. Ces deux milliers même de médailles, de moyen bronze, que vous me mandez qu'on a décou-

PTR. PLC. ANT. & similia, quæ interpretati sumus in Sæculo Constantiniano: neque tamen aliud nomen bina illa millia præferunt, ut ad me scribis, nisi Diocletiani, Maximiani, & nonnullorum Cæsarum, qui fuêre ipsis æquales. Fortassis igitur, si quis rectè ratiocinetur, ex eo colliget, fuisse Diocletiani ditionem harum Provinciarum finibus circumscriptam: nec Diocletiani modo, sed etiam fortassis Augustorum, qui sunt subsecuti. Post ipsius enim ætatem, nullum Græci oppidi occurrit nomen in nummis veteribus; præter quatuor vel quinque, quæ Galli Mercatores, in illis oppidis negotiantes, nummis inscribebant, quos cudi curarent, in honorem Augustorum: quoniam hi bellicas naves ipsis præsidii causa fortè suppeditarent: Hæc, inquam, illi nomina inscribebant, ut eo judicio appareret, quæ Societas Mercatorum numisma Principi obtulisset. Quatuor sunt illa, vel quinque Emporia in littore Mediterranei maris posita, ut Alexandria & Carthago: aut in orâ Propontidis circà Byzantium, ut Prusa quæ & Theopolis, Nicomedia, Cyzicus. Scalas Orientales Galli Mercatores hodie nuncupant, societatemque Mercatorum ibi negotiantium, societatem Orientalem, vel Africanam vocant. Hanc tu defende hypothesim, Vir Prænobilis, animi causa: sed hypothesim tantum dico; (neque enim aliud hodierno die abest à me longiùs, quàm ut istud tibi tamquam indubitatam thesim proponam) si quis autem velit super ea re tecum contendere, hunc blandè roga, ut proferat nummum aliquem, alterius oppidi Græci nomine notatum, cujusmodi sunt, etiam adhuc sub Gallieno nomina Græcarum Urbium quædam in nummis, innumera vero propemodum sub Augustis prioribus. Unicum enim, quod quidem indubitatum sit, argumentum, quo constat aliquem alicubi Augustum imperasse, istud est, si numisma in eo tractu aliquod ejus nomini sit dicatum: sic enim ex tuo illo numismate Diocletianum Treviris agnitum fuisse pro Augusto constat.

Ubi autem renunciatus ille fuerit Imperator, certè quo anno Rempublicam capessivit, narrant Historici famem magnam fuisse. His Coss. *ut Fasti perhibent Idatio attributi, anno* 284. magna fames fuit. *Vetus Rhetor, in ea oratione, quam habuisse creditur anno* 290. *in Maximiani laudem, qui Diocletiani collega fuit, haustam illam ex Idatianis fastis confictamque famem, mirificè dicendo exaggerat; nec finem ponit illius, nisi pace per Maximianum redditâ, hoc est, ut quidem ferunt Annales anno* 289. *Nam anno* 287. *ut ajunt, Maximianum adortæ sunt gentes variæ: videbanturque tunc barbari in Galliarum exitium excidiumque conjurasse. Appellantur inter alias gentes Alemanni, Burgundiones, Heruli, & Chaibones vel Caviones, qui sunt cæteroqui prorsus ignoti. Anno* 288. *Alemannis Maximianus fertur bellum intulisse. Sic fames cum bello desiit, siquidem hos Scriptores audimus, hoc est, anno Diocletiani quinto. Rhetoris hæc verba sunt, in ea oratione quam ipsâ die Natali Maximiani Aug. habuisse creditur: num. XV.* Re vera, sacratissimi Imperatores, scimus omnes, antequam vos salutem Reipublicæ redderetis, quanta frugum inopia, quanta funerum copia fuit, FAME passim, morbisque grassantibus. Ut verò lucem gentibus extulistis, exinde salutares spiritus jugiter manant. Nullus ager fallit agricolam, nisi quod spem ubertate superat. *Hæccine conveniunt, Vir Prænobilis, cum ea Diocletiani providentia, quâ ille iniens statim principatum, frumentum sumptu proprio curavit aliunde advehi, ut vili deinde pretio væniret in foro? nam hoc illud est, quod in tuo isto numismate, & in aliis quam plurimis, quæ sunt inscripta cum eodem symbolo,* LIBERALITAS. AUG. *hoc illud, inquam est, quod in his tabella illa significat, quam sive virtus sive Dea ostentat, quæ liberalitas in nummis vocatur. Simili tabellâ, quæ in foro esset, inscriptam fuisse id admon.t*

découvertes dans vos cantons, il y a environ deux mois, sont toutes de ces trois Provinces: n'ayant point d'autres lettres dans l'éxergue, que celles-ci, PTR. PLC. ANT. & semblables, dont j'ai donné l'explication dans mon Siécle de Constantin. Et ces deux milliers de médailles, ne sont néanmoins, à ce que vous me faites l'honneur de m'écrire, que des Diocletiens, des Maximiens, avec quelques Cesars de leur tems. Peut-être que si l'on raisonnoit bien, l'on en pourroit conclure, que la domination de Diocletien ne s'étendoit pas plus loin, n'y peut être celle des Empereurs qui l'ont suivis. Car l'on ne trouve plus sur les médailles aprés lui, le nom d'aucune Ville Grecque, excepté quatre ou cinq, que les Marchands François, qui alloient trafiquer dans ces Villes-là, mettoient sur les médailles, qu'ils faisoient faire à l'honneur de l'Empereur: lors qu'il leur donnoit quelques vaisseaux de guerre pour les écorter. Ils y mettoient, dis-je, ces noms des Villes, pour marquer quelle étoit la Societé des Marchands, qui avoit fait faire la médaille. Ce sont quatre ou cinq Places marchandes, sur les côtes de la mer Mediterranée, comme Alexandrie & Carthage; ou sur les côtes de la Propontide ou de la mer de Marmara, de l'autre côté de Constantinopole; comme Pruse, Nicomedie, & Cyzique. C'est ce que nos Marchands appellent aujourdhui, les échelles du Levant. Et les Societez de Marchands qui y vont, s'appellent la Compagnie du Levant, ou d'Afrique. Soûtenez cette hypothese là, par plaisir seulement, Monsieur, (car je n'ai garde de vous la donner aujourd'hui pour these) & si quelqu'un vous la conteste, priez-le de vous trouver quelque médaille Grecque, où soit le nom de quelque autre ville d'Orient, comme on en voit encore sous Gallien, & beaucoup plus infiniment sous ses Predecesseurs: puisque la seule preuve certaine, que les Empereurs ayent commandé en quelque Pays, c'est de montrer quelque médaille, qui y ait été frappée en leur honneur de même qu'il est constant par vôtre médaille, que Diocletien a été reconnu à Treves.

Quoi qu'il en soit du lieu où il a été proclamé Empereur, l'année qu'il prit l'Empire, les Historiens racontent qu'il y eut une fort grande famine, c'est-à-dire, une disette publique de pain. *His consulibus*, à ce qui disent les Fastes attribués à Idace, l'an 284. *magna fames fuit.* Un ancien Rheteur, dans le discours qu'on croit qu'il fit à l'honneur de Maximien, collegue de Diocletien l'an 290. exagere fort cette prétenduë famine, qu'il avoit pris dans ces Fastes, & n'en met la fin qu'aprés que Maximien eut pacifié l'Empire: c'est-à-dire selon l'histoire, en 289. Car en 287. Maximien, dit-on fut attaqué par diverses nations; & il sembloit que tous les Barbares eussent conspiré la ruine des Gaules. On nomme entre autres, les Allemans, les Bourguignons, les Herules, & les Chaibons ou Cavions, peuples d'ailleurs inconnus. En 288. il fut en guerre avec les Allemans. Ainsi la famine selon ces histoires, ne finit qu'avec la guerre, c'est-à-dire, la cinquiéme année de Diocletien. Voici les paroles du Rheteur, dans la harangue qu'on croit qu'il fit, au jour de la naissance de Maximien, à la Section XV. *Re vera, sacratissimi Imperatores, scimus omnes, antequam vos salutem Reipublicæ redderetis, quanta frugum inopia, quanta funerum copia fuit, FAME passim morbisque grassantibus. Ut verò lucem gentibus extulistis, exinde salutares spiritus jugiter manant. Nullus ager fallit agricolam, nisi quod spem ubertate superat.* Celà s'accorde-t'il bien, Monsieur, avec le soin que Diocletien prit dés son entrée dans le gouvernement, de faire venir du bled dans le Pays à ses propres frais, pour le mettre ensuite en vente au marché au plus bas prix? Car c'est ce que signifie dans vôtre médaille, & dans une infinité d'autres, qui ont pour inscription avec le même symbole, LIBERALITAS. AUG. c'est dis-je ce

mouet æstimationem frumento optimam: ab ipsomet Principe pretio constituto, qui & aliundè advehi frumentum curasset, & magnam partem sumptuum plebi gratuito daret. En illum, vir prænobilis, quem dixi, PANEM: en magnum illum frumenti numerum, en parvum illud ejusdem pretium, quod in tuo illo numismate notatur, scriptoribus frustra dissentientibus.

Ad Pacem quod attinet, quæ caduceo adumbratur, nihilominus adversantur isti. Anno 285. qui primus Diocletiani annus esse ponitur, Carinus Imperator, inquiunt, multis cum ipso prœliis dimicavit: quorum novissimum & idem maximum fuit prope Margum ad Danubium in superiore Mæsia. Circumferuntur Martyrum acta quædam, quorum relatu perhibetur Diocletianus Romam venisse, deinde bellum gessisse cum Alemannis, inde Nicomediæ hiemasse ubi fuisse dicitur XIII. Kal. Febr. anni 286. tametsi primo illius anni die fuisse idem Sirmy perhibetur. Scriptores historicos scilicet, & leges, quæ ab Imperatoribus latæ dicuntur, difficile est conciliare inter se, super iis locis in quibus substitisse eos utrique testantur: nisi affirmemus equitasse Imperatores perpetuo incitatoque cursu. Anno eodem Ælianus & Amandus dicuntur rusticos in Galliis latronesque in seditionem concitasse, ac semetipsos ibi Augustos renunciasse. Populabantur, inquiunt, seditiosi homines isti agros, & pleraque etiam oppida oppugnabant: duravitque hæc vastitas toto anno 286. Maximianus autem, quem sibi Imperii socium Diocletianus adscivit, ut ferunt, Kal. Aprilibus anni 286. non est eo auctus honore, ut quidem refert laudator ipsius, nisi propterea quia Diocletianus summoperè alterius ope egeret, qui supremam cladem ab Imperio averteret. En verba ipsius, num IV. Neque enim cùm Reipublicæ navem secundus à puppi flatus impelleret, salutarem manum gubernaculis addidisti: sed cùm ad restituendam eam post priorum temporum labem divinum modo, ac ne id quidem unicum sufficeret auxilium; præcipitanti Romano nomini juxta principem subiisti: eadem scilicet auxilii opportunitate, qua tuus Hercules Jovem vestrum quondam Terrigenarum bello laborantem magna victoriæ parte juvit. . . . Annon illud palam simile monstrorum biformium IN HISCE TERRIS FUIT: *Adnota, Vir prænobilis, verbum istud: Nam dictam fuisse Treveris hanc orationem aiunt: qua in civitate nummus ille tuus, qui nihil nisi pacem loquitur, anno ipso primo Diocletiani cusus est:* Quod tua Cæsar, nescio utrum magis fortitudine repressum sit, an clementiâ mitigatum: cùm militares habitus ignari agricolæ appetiverunt. . . . Quod verò STATIM vixdum misero illo furore sopito, cùm omnes Barbaræ nationes excidium universæ Galliæ minarentur, neque solum Burgundiones, & Alemanni &c. *Hoccine verò tempus illud est pacis & otii, quod primis Diocletiani annis fuit? hæccine pax illa, summis semper votis exoptata populis; quam & in nummis olim Augustorum honori dicatis, qui quidem pacis auctores fuissent diligentissimè consignabant? Vix enim alia frequentius se offert in nummis superscriptio, quam ista* PAX. AUG. *vel* AUGG. *Et quod isto quidem titulo designatur, id omne caduceus in tuo numismate per se solus significat.*

Risum verò tibi, sat scio, Antiquarii nostri movent; cùm ad defendenda scripta spurcitiis fabulisque plenissima, non verentur nummos vesanæ adulationis arguere; cùmque scriberetur in nummis sub Gallieno exempli gratiâ, UBIQUE PAX, *tum omnia in Provinciis vastata fuisse ferro atque flammis: quod item legimus in nummis Faustinæ M. Antonini conjugis,* PUDICITIA. AUG. *(quo elogio, nostra quidem sententia, commendatur Augustæ solicitudo in eliminandis ex omni civitate feminis impudicis) scriptum illud esse aiunt è contrariò, ad significandum, fuisse ipsam ab omni honestate*

je ce que signifie cette planche, que montre la vertu ou la divinité, qui porte sur les médailles le nom de Largesse: pour dire, qu'on liroit au marché sur une planche semblable le prix modique, auquel le Prince taxoit le bled, qu'il avoit soin de faire venir d'ailleurs, & dont il donnoit gratuitement une bonne partie. Voilà le PAIN, Monsieur & l'abondance, qui est marquée sur vôtre médaille, quoique les livres disent le contraire.

Pour la Paix que represente le Caducée, elle n'est pas moins combattuë dans ces mêmes livres. L'an 285. qui est la premiere de Diocletien, l'Empereur Carin eut plusieurs combats, dit-on, contre lui: dont le dernier, qui fut fort grand se donna auprés de Margue sur le Danube, dans la haute Mesie. Sur quelques Actes de Martyrs, on le fait venir à Rome, ensuite faire la guerre aux Alemans, & delà passer l'hyver à Nicomedie, où l'on dit qu'il étoit le 21. Janvier de l'an 286. quoique le premier jour de la même année on assûre qu'il étoit encore à Sirmich. Il est difficile d'accorder les Historiens & les Loix qu'on attribuë à ces Empereurs, sur les lieux où les uns & les autres les font séjourner, à moins de dire, qu'incessamment ils couroient en chaise de poste. La même année 285. on dit qu'Elien & Amand souleverent dans les Gaules les paysans & les voleurs, & prirent tous deux le titre d'Auguste. Ces factieux ravageoient, dit-on, toute la campagne, & attaquoient même la plûpart des Villes. Et ce ravage dura toute l'année 286. Maximien, qu'on dit avoir été associé à l'Empire par Diocletien, le 1. Avril, 286. ne le fut, à ce que dit son Panegyriste, que par l'extrême besoin, où Diocletien se trouva de s'associer un collegue, qui lui aidât à preserver l'Empire Romain de sa ruine. Voici ses mots au n. 4. *Neque enim cum Reipublicæ navem secundus à puppi flatus impelleret, salutarem manum gubernaculis addidisti: sed cum ad restituendam eam post priorum temporum labem divinum modo, ac ne id quidem unicum, sufficeret auxilium; præcipitanti Romano nomini juxta Principem subiisti: eadem scilicet auxilii opportunitate, qua tuus Hercules Jovem vestrum quondam Terrigenarum bello laborantem magna Victoriæ parte juvit. . . . . An non illud malum simile monstrorum biformium* IN HISCE TERRIS: (remarquez ce mot, Monsieur, car on dit que ce Panegirique a été dit à Treves, c'est-à-dire, la même, ou vôtre médaille, qui ne parle que de Paix la premiere année de Diocletien, a été frappée) *quod tua, Cæsar, nescio utrum magis fortitudine repressum sit, an clementia mitigatum: cum militares habitus ignari agricolæ appetiverunt. . . . . Quod vero* STATIM *vixdum misere illo furore sopito, cum omnes barbaræ nationes excidium universæ Galliæ minarentur: neque solum Burgundiones, & Alemanni &c.* Est-ce donc là un tems de Paix, que ces premieres années de Diocletien? un tems digne d'être pris par les habitans de Treves pour un heureux présage d'une tranquillité perpetuelle? Est-ce là la Paix, que les peuples desirerent toûjours avec ardeur, & qu'ils avoient aussi grand soin autrefois de mettre sur les médailles qu'ils frappoient à l'honneur des Princes qui la leur procuroient? car on ne voit gueres d'inscription plus ordinaire que celle-là; PAX. AUG. ou AUGG. Et tout ce que signifie cette inscription, est representé sur vôtre médaille par le Caducée seul.

Nos Antiquaires vous font bien rire, je le sçais bien, quand pour soûtenir leurs histoires sales & fabuleuses, ils ne craignent pas de dire, que les médailles sont flateuses: que quand l'on mettoit par exemple sur les médailles de Gallien, UBIQUE PAX. cela signifioit que tout étoit en combustion dans les Provinces, & que la guerre étoit allumée par tout: que quand on lit sur celles de Faustine, la femme de Marc Antonin, PUDICITIA (ce qui est mis là selon moi pour loüer le zéle qu'elle avoit de chasser des Villes les créatures de mauvaise vie) cela signifie au contraire, qu'el-

state perditam, ac moribus profligatis; quoniam his eam fuisse moribus, libri pleni spurcitiis ac mendaciis prodiderunt. Tu risum inquam, vir prænobilis, non potes hic continere: at ego hos audire amplius sine stomacho non possum: quibus indignaretur orbis universus profecto, si dicerent iidem, cùm in numismatibus Regis honori percussis legitur, VICTORIA. GERMANICA. *vel* DE GERMANIS; *tunc sententiam esse, vel tunc sculpta hæc esse, cùm fuissent à Germanis Franci profligati, fusi cæsique. In istius generis eruditos, qui numismata vetera sic exponunt, ductuque scriptorum veterum, quorum vobeiav minimè norunt, exemplum statui oporteret: quippè qui homines doceant, ætatis etiam nostri numismata falso ac præpostere similiter interpretari.*

Nec de Pace igitur, nec de Pane, libri loquuntur: quibus duobus ut frueretur Romanus orbis anno principatus sui primo Diocletianus effecit: at neque de Venia, quam nonnullis tunc idem dedit, qui prius rebellarant: tametsi hanc Symbolum tertium illud exprimit, quod in tuo numismate conspicitur, & locum habet inter Auspicia fœlicia, *quæ superscriptio commemorat. Hominis rei effigies ea est, capite nudo, junctis manibus elatisque, veniam poscentis à Principe, & impetrantis. Eandem effigiem, vir prænobilis, reperies, in præclaro Postumi Aug. numismate, quod est inter Arschotana, cum hoc lemmate;* INDULG. PIA. POSTUMI. AVG. Indulgentia pia Postumi Aug. *Ibi Postumus manum reo porrigit, ad significandam veniam culpæ datam. Itaque symbola in tuo numismate insculpta, Vir prænobilis, hæc tria conjunctim repræsentant lemmata, quæ leguntur sejunctim alibi:* LIBERALITAS. AUG. PAX. AUG. INDULGENTIA. PIA. AVG. *superscriptio autem, quæ in eodem legitur, hæc tria bona admonet, quæ primo Diocletiani anno Reipublicæ obvenerunt, totidem esse* Auspicia felicia, *lætitiæ toto deinceps ipsius principatu populis obventuræ.*

Ex his igitur, quæ nunc ad te scribo, velut ex specimine intelligis quot & quanta disci possint ex nummis, quæ pertineant ad Romanam historiam. Perge tu porrò numismata colligere tam plena eruditionis, quam quæ hactenus mecum communicasti. Sic enim habeto, neminem esse, quo cum libentiùs de his rebus agam; quia qui sit in hoc genere, quam tu, peritior, novi neminem. Neque hæc ego ut urbanitati serviam dico sed quia sic sentio: ut serio sum & ex animo

Vir Prænobilis

Tibi addictissimus

Joannes Harduinus Societatis JESU.

Parisiis 4 Idûs Septemb.

1703.

Jam eram hanc epistolam obsignaturus, Vir Prænobilis, cùm redditæ sunt mihi à te postremo scriptæ litteræ: quibus significas, incidisse te, post scriptas priores, in Maximiani Aug. nummum, prorsus Diocletianeo illi similem, de quo prius indicaveras: excepto quod litteræ sunt in eo quædam fugientes & usu detritæ: has enim dumtaxat conspicuè legi.... MIANVS. AVG. *capite Maximiani Herculii radiato: in contraria verò parte,* A.... IC.... L. *sed eadem cæteroqui symbola, & in imo nummi margine litteras easdem* PTR. *æque perspicuè conspici, atque in Diocletiani nummo. Jure sanè ex utroque concludis, hujus utriusque principatus in Galliis initia, in eundem annum incurrere. Consectarium illud deinde alterius nummi fide confirmas, in quo legitur* VOTIS. X. *cum in areâ nummi Augusti duo rem sacram obeant, teneantque ambo Imperatorium bacillum. Ejusdem denique Maximiani subjicis numismata duo integerrima, quorum in altero est:* VOT. XX. AVGG. *in altero* VOT. XXX. AVGG. Votis vicennalibus Augustorum: votis tricennalibus Augustorum. *Quo dicto significatur, uno eodemque tempore, eadem pro utroque Principe, Diocletiano & Maximiano vota fuisse concepta: quod certissimo argumento est, simul ambos iniisse principatum. At nunc quidem non dicam te esse Rege ipso ditiorem: quod tunc dixi, cum de tuo Tetrici Imp. numis-*

le étoit elle même une femme abandonnée à l'impudicité; parce que de certains livres remplis de saletez & de mensonges, l'assûrent ainsi. Vous en riez, dis-je: & moi, Monsieur, je ne les sçaurois plus entendre sans en être indigné: comme tout le monde le seroit sans doute, s'ils venoient nous dire, que quand on lit sur les médailles du Roi, VICTORIA. GERMANICA, ou DE. GERMANIS. cela signifie, que les François ont été bien battus par les Allemans. Ces Sçavans, qui expliquent de cette sorte les médailles anciennes par les histoires écrites, dont ils ne connoissent pas la fausseté, mériteroient d'être punis exemplairement, pour le mépris qu'ils inspirent par là également des modernes.

Les livres ne parlent donc ni de la Paix ni du Pain, que Diocletien procura sa premiere année: ils ne disent pas un mot non plus du Pardon qu'il accorda à quelques rebelles: quoique le troisiéme symbole, qui est gravé sur vôtre médaille, soit le troisiéme de ces heureux présages, dont parle l'inscription. C'est un criminel à genoux, tête nuë, les mains jointes & élevées, qui implore la clemence du Prince, & qui l'obtient. Vous trouverez la même representation, Monsieur, dans une belle médaille de Postume, qui est parmi celles du Duc d'Arschot, à la Table 61. avec cette inscription: INDULG. PIA. POSTUMI. AUG. *Indulgentia Pia postumi Augusti.* Là ce Prince assis tend la main au criminel, pour marquer l'amnistie qu'il lui accorde. Ainsi les symboles de vôtre médaille rassemblent ces trois inscriptions, qui se trouvent ailleurs separément: LIBERALITAS. AUG. PAX. AUG. INDULGENTIA. PIA. AUG. Et vôtre inscription ajoûte, que ces trois évenemens, qui se trouvent réünis la premiere année de Diocletien, sont autant d'heureux présages de la satisfaction que les peuples se promettent de lui dans la suite.

Vous voyez, Monsieur, par tout ce que j'ay eu l'honneur de vous dire, combien de choses il y a à apprendre dans l'histoire Romaine par les médailles. Continuez à en amasser d'aussi curieuses que celles que vous m'avez fait l'honneur de me communiquer jusqu'ici. Je vous assûre qu'il n'y a personne à qui je parle de ces matieres plus volontiers qu'à vous, parce que je ne connois personne qui y soit plus habile. C'est sans compliment: comme c'est avec toute la sincerité possible, que je suis,

Monsieur

Vôtre trés-humble & trés-obeïssant Serviteur,

HARDOÜIN de la Compagnie de JESUS.

A Paris le 10. Sept. 1703.

Comme j'allois cacheter ma lettre, Monsieur, j'ay receu vôtre derniere par laquelle vous me donnés avis, que vous avez trouvé dépuis la précedente, un Maximien tout semblable au Diocletien dont vous m'aviés écrit: à cela prés, que la médaille est fruste, qu'on n'y lit que ces mots.... MIANUS. AUG. avec la tête dé Maximien rayonnée: & au revers: A... IC... L. Mais qu'on y voit nettement les mêmes symboles qui sont sur celle de Diocletien, avec les mêmes lettres dans l'exergue, PTR. Vous avez raison, Monsieur, d'en conclure, que ces deux Princes ont pris possession de leur Gouvernement dans les Gaules, la même année. Vous appuyez ensuite ce sentiment, sur une autre médaille de Maximien, que vous avez; où il y a pour legende VOTIS. X. & deux Empereurs, qui tous deux ont en main le bâton de commandement, & font leur sacrifice. Vous y ajoutez enfin deux médailles du même Maximien, trés-bien conservées, dont l'une a pour legende, VOT. XX. AUGG. & l'autre VOT. XXX. AUGG. c'est-à-dire, *Votis vicennalibus Augustorum, Votis tricennalibus Augustorum:* ce qui signifie, que l'on faisoit dans l'Empire en même tems les mêmes vœux pour deux Princes, pour Diocletien & pour Maximien: ce qui prouve évidemment, qu'ils étoient entrés dans le gouvernement ensem-

numismate sermo fuit. Numisma illud, VOT. XX. AUGG. quod habes in ære, Rex Christianissimus in auro habet: laudavique illud ipse dudum, pag. 123. Sæculi Constantiniani. Alterum autem quod est inscriptum, VOT. XXX. AUGG. nusquam videram, nisi in Patini Indice: & inde laudaram in eodem opere pag. 133. Quod ais autem inde consequi, id pro indubitato ac certo haberi oportet; quantumvis adversetur vetustis annalibus, dissertationibusque scriptorum recentiorum, qui ut suas conjectationes adstruant, nonnisi fabulosos testes adhibent, & inter se invicem sæpe pugnantes. Nihil ex nummis Regiæ Gazæ, tuisque, certiùs efficitur, quam uno eodemque tempore Maximianum & Diocletianum Rempublicam capessivisse in Galliis, & in eo tractu Pannoniæ veteris, quo ex Italia per Carniolam usque Sisciam iter est, quod est Croatiæ oppidum. Quod ad cætera tua numismata nuper à te comparata attinet, quorum texis indicem, perplacet mihi in his Mag. Maximi nummus, VOT. V. MULT. X. & alter Gratiani VOT. XX. MULT. XXX. Nam hos nusquam videram, & sunt iidem mihi perutiles. Facito me semper certiorem, ut facis, cum aliquos repereris. Sed cave tamen existimes, id te statim esse consecuturum, ut ex animis hominum eripias insitum dudum veterum historiarum amorem, cum fascinationis instar ille sit, ex qua nemo adhuc perfectè convaluisse visus est. Vale.

ensemble: Pour cette fois-ci, Monsieur je ne vous diray pas que vous êtes plus riche que le Roi, comme je vous l'ai dit en vous parlant de vôtre médaille de l'Empereur Tetrique. Le VOT. XX. AVGG. que vous avez en bronze, le Roi l'a en or: & je l'ai citée il y a long-tems à la page 123. de mon Siécle de Constantin. Mais pour le VOT. XXX. AUGG. je ne l'avois vû que dans la Table de M. Patin, & je l'ai citée de même à la page 133. La consequence que vous en tirez est incontestable; quoi qu'elle combatte les anciennes histoires, & les dissertations des Auteurs modernes, qui n'ont point d'autres témoins pour autoriser leurs conjectures, que des écrivains fabuleux, qui ne s'accordent pas même souvent ensemble. Rien n'est plus évident par vos médailles, & par celles que l'on voit encore au Cabinet du Roi, que le fait que nous soûtenons tous deux: sçavoir que Diocletien & Maximien ont pris possession de gouvernement de l'Empire dans les Gaules, & dans ce quartier de la Pannonie ancienne, où l'on va d'Italie par la Carniole jusqu'à Sisseck qui est dans la Croatie. Parmi les médailles de nouvelle acquisition, dont vous m'envoyez la liste, je fais cas de celle de l'Empereur Maxime, VOT. V. MULT. X. & de celle de Gratien, VOT. XX. MULT. XXX. Je ne les ai point vûes ailleurs, & elles me sont fort utiles. Mandez moi toûjours, comme vous faites, quand vous en découvrirez de nouvelles. Mais ne pensez pas pour cela faire aisément revenir le monde de l'attachement qu'il a pour les anciennes histoires, puisqu'il va jusqu'à une espece d'enchantement, dont je n'ai encore vû guérir personne.

VIRO OPTIMO, NOBILI, ERUDITO,

D. DE BALLONFFEAUX,

JOANNES HARDUINUS,

Societatis JESU Presbyter.

Quas scripsi ad te hactenus rogatu tuo epistolas sane multas de nummis Augustorum, Vir Optime, rogo, ne quemadmodum priores ad te scriptas de nummis Tetrici & Maxentii, edas in lucem. Neque enim mihi nunc quidem vacat, aut de simili argumento amplius scribere, aut respondere iis quæ admodum imperite, nec minus inurbane opponi forte possint a nonnullis. Ejus generis lucubratio quædam nuperrime prodiit, ab ipsomet Auctore distributa; neque enim emere vel teruncio quisquam velit libellos ejusmodi, in quibus ne mica quidem eruditionis sensusve communis, plurimum autem tricarum est. Quid autem libellus ille complectatur, scribi a me tibi poscit officium: quoniam in eo quoque nonnulla tua reprehensio esse ibi dicitur, quod allata a nobis numismatum veterum interpretamenta subinde approbes. Hoc unum ibi tuum crimen est: meum vero, multiplex. Nam cum ad te epistolam, ut appellat, suam inscribat, me tamen unum in primis petit, ac librum præsertim de Nummis Sæculi Constantiniani: deinde ad Maxentii nummum, quem habes vere aureum, aliosque Tetrici Aug. haud minoris pretii, de quibus invicem scripsimus, delabitur. Accipe igitur istius libelli summarium.

Ait ille primo, unicum fuisse Constantinum, iis se probaturum argumentis, quibus nihil opponi possit. Ex his ego nullum hic prætermittam, sed integra fide perscribam omnia, ut & summâ libelli quæ sit intelligas, & auctoris pernoscas ingenium, etiam priusquam libellum ipsum ad te transmittam.

Præcipuam dicit mihi causam fuisse, cur plures Constantinos assererem, vultuum discrepantiam in nummis antiquis. Scis ipse profecto dici nihil posse, quod magis alienum a vero sit. Dixi solummodo, ex ætate quam vultus præfert, si præsertim illa simul cum epigraphe consideretur, plures intelligi Constantinos; quoniam, exempli causa, qui Cæsar tantum dicatur fere sexagenarius, non idem censendus est ad pueritiam revertisse, ut Augustus fieret annorum vix amplius quam viginti, & jam statim *Maximus*. Neque hanc tamen dixi causam esse præcipuam, quamvis magna per se, nec sane sit contemnenda. Nam si sola vultuum dissimilitudo, quæ sæpe pendet ex scalptorum ingenio peritiaque, satis una foret; non jam sex, sed forte jam centum induci Constantinos oporteret.

Accipe nunc quemadmodum id refellat. *Atqui hoc argumentum*, inquit, *nullum est. Sunt enim illi vultus Galerii Maximini, Maxentii, vel Licinii; quibus superscriptum est nomen Constantini: quo quidem ex nomine discimus nummos istos Constantino tribuendos esse, tametsi vultus Constantini non est.* Cur autem Constantino potius tribui nummos istos oporteat, ob Constantini nomen adscriptum; quam Maximino, Maxentio, Liciniove, ob insculptum in iisdem Maximini vultum, aut Maxentii, Liciniive, non dicit.

Ad declarandam, inquit, *concordiam mutuam Augustorum, factum istud est, ut aliorum Imperatorum vultus cum suo ipsius nomine quisque conjungeret in nummis suis.*

suis. Veni Cadomum, inquit, (nam inde scribit,) *& nummos videbis cum nomine Maximini & vultu Maximiani soceri: Licinii nomine cum ejusdem Maximiani vultu, & Maxentii, & Constantii qui pater Constantini. Item cum Maximini nomine & ipsius vultu Constantini.* Dicam ille mihi inscribit, quod nummos proferam, quibus historici refellantur. At quot ille scriptores sacros profanosque dicto uno falsi coarguit, si vere affirmat, ad concordiæ argumentum inter Augustos, Licinii nomine se nummos habere cum vultu Constantii? Nam quis veterum non negat simul Augustos fuisse Licinium Constantiumque patrem Constantini? Sed decrevi hominem non refellere. Scio te, cum hæc leges, risurum usque ad cachinnos, nisi tua te moderatio a solutiore risu jubeat temperare. Hæc certe via unicum vindicandi Constantinum, in tanta ætatum, quam nummi veteres exhibent, dissimilitudine, nemini adhuc alteri Antiquario succurrit nisi D. Galland. Nam is esse auctor libelli dicitur, tametsi nomen non adscripsit: in quo ille cautus & circumspectus fuit: nam pudere oportet tam infecti partus parentem. Nec venit, aut veniet in mentem, opinor, Romanorum Imperatori Leopoldo, ad significandam suam cum Turcarum Imperatore concordiam, pacemque cum eo sancitam, nummos conflari jubere, in quibus effigies seu vultus Mustaphæ sit; circum autem inscribi, LEOPOLDVS IMP. ROMANORVM.

Neque is etiam es tu, Vir Erudite, ut te probe novimus, qui ne mendacii arguantur scriptores rerum Romanarum, uti velis quorumdam Antiquariorum effugio: qui nummos veteres, ut lebetum fabri aut venditores, norunt: non is, inquam, es, qui in numismate aliquo vultum unius Augusti positum ab imprudente Monetario fuisse pro alterius vultu opponas. Et istud quidem solemne huic hominum generi est, ut cum dissolvere nodum aliquem in nummis antiquis non possint, ob imperitiam, culpam conjiciant in Monetarios. Huic vero si datur exceptioni locus, stultissimi hominum fuere Baronius, Sirmondus, Pagius, aliique, qui auctoritate nummorum veterum stabiliri vel emendari temporum rationem in Annalibus putarunt. Non intellexere scilicet viri boni ac simplices, ubi nodus aliquis ex nummorum inscriptionibus se offerret, statim hunc nullo negotio solvi posse, culpa conjecta in Monetarios; qui & vultus Principum alios pro aliis, & quod æque proclive fuit, annorum notas, quæ aliorum Principum essent, aliorum numismatis in contraria nummi pagina applicuerint. Acute vaticinabare tu nuper, Vir Erudite, fore ut istius generis Antiquarios, quantum est in orbe eruditorum, tecum spernat ac videat. Sed ad libelli scriptorem redeamus.

Hoc tibi videbitur, pergit ille totidem verbis, *mirum & incredibile; quid tum autem? Sunt enimvero incredibilia multa, quæ vera tamen: ut è contrario heroicorum facinorum fabulosæ narrationes, quæ veræ non sunt, habent tamen veri magnam interdum similitudinem.* Memini me, cum ante annos septemdecim dicerem sæpe nugari Antiquarios, & fabulas referre aniles, vel tricas apinasque, cum de nummis tractarent, vix effugisse lapidationem. Prodiit hoc etiam anno libelli hujus auctor, qui dum ceteros vincit, me demum absolveret.

Nomina, inquit, *illa diversa, Fl. Julii Constantini, Fl. Claudii Constantini, Fl. Valerii Constantini, non probant esse tres Constantinos. Tametsi enim nullum simile præcessit exemplum in nummis antiquis, quo trium familiarum nomina uni homini dentur, cum quarto quod est instar prænominis; tamen quia constat unicum esse Constantinum, credendum est hoc primum tam novæ rei exemplum esse: neque hoc factum esse sine ratione, tametsi ratio nunc latet occulta. Ut ut est, potius credendum est ita rem se habere, quam historici deserendi. Quidam Imperatores duarum familiarum nomina gesserunt, quidni & Constantinus trium?* Et iste sic alibi de prænominibus dicit digna risu. Putat *Flavii* nomen prænomen esse; cum æque sit nomen familiæ proprium, ac Claudii, Julii, Valeriique. Nec potest afferre vel unum ex innumeris (nulli enim sunt magis obvii:) ex innumeris, inquam, nummis Constantinorum proferre nullum potest, in quo cum Flaviæ gentis nomine plusquam unum alterius gentis sit nomen adjunctum: Fl. Claudii, exempli causa, Fl. Julii, & Fl. Valerii: quæ nomina æque distinctas ostendunt uno tempore familias, atque ista; Borbonio-Aurelianensis, Borbonio-Condæus, Borbonio Conttius: in quibus profecto nec *Borbonius* prænomen est; nec adjuncta tria Borbonio nomina credi sinunt hæc tria esse unius principis nomina; tametsi potest esse, ut Constantini, sic Henrici, vel Ludovici, vel Philippi, tribus illis nomen commune.

Denique sic ille concludit, quasi re confecta, profligatoque adversario; *Hæc habui dicere de Constantinis: neque in hoc argumento juvat diutius immorari. Dices fortassis*, pergit ille te compellans, *rem tantam a me strictim, ac paucis nimium verbis tractari: sed res illa pendet ex oculorum judicio. Veni* Cadomum, *& videbis.*

Deinde prætermissis numismatis omnibus sæculi nostri Constantiniani, quoniam negat satis esse otii abs re sua sibi, ut singula excutiat; transit ad Græcam inscriptionem; quam in eo volumine diximus, existimatam temere & imprudenter ad Theodosium Augustum pertinere. Est illa hujusmodi:

ΚΙΟΝΑ ΤΕΤΡΑΠΛΕΥΡΟΝ ΑΕΙ
ΧΘΟΝΙ ΚΕΙΜΕΝΟΝ ΑΧΘΟϹ
ΜΟΥΝΟϹ ΑΝΑϹΤΗϹΑΙ ΘΕΥ-
ΔΟϹΙΟϹ ΒΑϹΙΛΕΥϹ
ΤΟΛΜΗϹΑϹ ΠΡΟΚΛΟϹ ΕΠΕΚΕ-
ΚΛΕΤΟ· ΚΑΙ ΤΟϹΟϹ ΕϹΤΗ
ΚΙΩΝ ΗΕΛΙΟΙϹ ΕΝ ΤΡΙΑ-
ΚΟΝΤΑ ΔΥΩ.

Non placet Auctori hujus libelli ea interpretatio quam attulimus: atque ut hanc convellat; negat sic esse legendum, uti edidimus. *Hanc inscriptionem*, inquit, *his ipse oculis legi Constantinopoli. Scribendum* ΠΡΟΚΛΩ, *non* ΠΡΟΚΛΟϹ: *alioqui metri ratio non constat. Nec meminit ille*, (de me loquitur,) *verbum* ἐπεκέκλετο *habere multiplicem vim ac potestatem: nec umquam apud Homerum eo verbo significari* cognominatus est. *Nam* ἐπεκέκλετο *in Iliad.* ι'. v. 454. *significat* appellavit, invocavit; *& cum accusativo jungitur. Atque ibi tantum exstat ea vox apud Homerum. At* κέκλετο, *quod idem valet, & significat* vocavit, hortatus est, jussit, *duodecies reperitur apud eumdem, & cum dativo casu. Nam ex Indice Homerico Seberi, quod magno mihi ad id subsidio fuit, hoc ita esse intellexi. Ergo* ἐπεκέκλετο *cum dativo* ΠΡΟΚΛΩ *etiam hoc loco jungi necesse est.* Hunc vero primum insignite mentiri, si viverent, dicerent oculati testes, P. Gyllius, vir in describendis monumentis Constantinopolitanis summæ diligentiæ, & (ut Bongarsium omittam ex quo Gruterus edidit) Jacobus Spon in Itinerario suo Gallice scripto, tomo 1. pag. 232. ut nihil dicam de testibus, qui adhuc vivunt in hac civitate; quos subinde audio asseverantes, scriptum esse ΠΡΟΚΛΟϹ, & sic se legisse Constantinopoli, non ΠΡΟΚΛΩ. Nam quod negat iste rationem metri constare, si ΠΡΟΚΛΟϹ legatur, ostendit inscitiam suam, vel pueris ipsis ridendam. Quod ἐπεκέκλετο deinde jungit cum dativo, solœcum admittit, cujus vel pueros ipsos puderet. Neque scit eam vocem esse vel mediæ conjugationis, vel passivæ: ac si mediæ quidem, sive activæ potestatis, significari eo verbo, *appellavit*, ut apud Homerum loco citato: si passivæ, *appellatus est*, ut in epigrammate. Neque intelligit aliam esse vim ac potestatem verbi κέκλετο, aliam verbi ἐπεκέκλετο, apud ipsum Homerum. Nec denique novit verbo huic ἐπεκέκλετο ori-

το originem ab insitato κικλίω pro καλίω esse: atque adeo ei verbo subesse eamdem notionem, ac verbo *ἐπικαλέω cognomino*, & *ἐπικαλέομαι cognominor*, apud Platonem, Thucydidem, Xenophontem, Plutarchum, & alios, ut Lexica pueros ipsos admonent. Quod si præterea ἐπεκέκλετο esset hoc loco a κελεύω *jubeo*, tunc esset insulsa Epigrammatis sententia; hæc nimirum: *Columnam ingentem humi dudum jacentem solus Theodosius ausus est imperare Proclo Præfecto Urbi ut erigeret.* Ea tamen interpretatio est D. Gallandi. Quasi vero in laude ponendum sit Principis, quod eo solus processit audaciæ, ut Præfecto Urbi hoc daret in mandatis, quod nemo ante ipsum præcipere ausus esset. *Neque enim Proclus ibi est architectus*, inquit, *tametsi Grotius ita censuit: sed Præfectus Urbis. Nam in Latino epigrammate Judex appellatur: quamquam epigramma Latinum, ob interpretandi difficultatem, Græco omnino non respondet.* Sustine parumper risum, vel iram, Vir Optime, dum cetera tibi narro.

Dixit R. P. Harduinus, pergit idem, *nullam esse Constantinopoli inscriptionem vetustam, nomine Constantii*, (addidi ego, etiam Constantini Max. alteriusve Constantini, etiam toto Oriente,) *vel Juliani, Valentis, Theodosii, Arcadii, Theodosii junioris, Marciani, Zenonis, Anastasii, Justiniani, utriusque Justini, Mauricii, Focæ, aliorumve. Magno errore: nam primo eam, quæ est superius allata, constat esse Theodosii Aug. nomine positam:* (id enim a se ea ratiocinatione, quam tibi modo ex eodem retuli, demonstratum putat:) *& alteram nomine Marciani exhibet D. Spon, in Itinerario suo, quam & ego legi his verbis:*

Principis hunc statum Marciani cerne, torumque,
Ter ejus vovit quod Tatianus opus.

Ceteras autem omnes aliorum Principum consumpsit ætas & ignis. Hominem eruditum, qui metrum in Græco versu desiderat, ubi est integrum: in Latino autem & metrum & sententiam probat, cum ex æquo nec metrum in eo epigrammate, nec ratio sit. Ecquod autem majus est argumentum νοθείας ac novitatis in eo genere, quam sunt vitia illa duo? Cur non Græcum autem etiam illud Marciani est, ut Theodosii (siquidem ita vult) istud prius? Cur Sponium deinde citat testem hujus Epigrammatis, quem in illo ipso eodem volumine, octava ante pagina, describentem epigramma Græcum, ΚΙΟΝΑ ΤΕΤΡΑΠΛΕΥΡΟΝ, ac jurantem se ΠΡΟΚΛΟC legisse, non est ausus allegare: aut cui sic affirmanti credere noluit?

Ad Maxentium deinde tuum ille progreditur, Tetricorumque nummos ex Cimelio tuo, de quibus olim ad te scripsimus. In illo quidem Maxentii aureo, qui habet in contraria parte hanc epigraphen, PRINCIPI IUVENTUTIS: atque in imo margine, P TR. Principem Juventutis negat esse Cæsarem, vel minorem Augustum, aliumve sub Augusto, pedestrium turmarum in aliquo exercitu Præfectum, uti exposuimus. Cur? *Quia non fuit perpetua ea præfectura, aut sine collega, apud Romanos, ut olim apud Gallos: & est hic titulus in nummis quorumdam Augustorum, sub quibus Cæsares aliquos fuisse historiæ non commemorant. In his autem nummis Principem Juventutis esse ipsummet Augustum, qui cum omnibus præesset copiis ut Imperator, potuit idem esse Princeps Juventutis*, ait *sibi videri*. Negat denique *Principem Juventutis, in nummo Maxentii, eum esse quem adsignamus, Fl. Val. Constantinum Cæsarem: cur? quia fuit unicus omnino Constantinus.* Non sunt hæc argumenta firmissima & inexpugnabilia?

Audi graviora. Negat deinde *litteris* TR. *magis Treveros significari, quam aliquam ex civitatibus Orientis: ubi cusi sunt & alii nummi, qui sunt inscripti* SMALA. SMANT. SMANA, *&c. tametsi hos R. P. Harduinus aliter interpretatur*, de Treverensi nimirum, Lugdunensi, & Narbonensi provincia. Cur vero negat? Quia videt, opinor, esse omnes ejusdem fabricæ; omnesque fateri necesse esse cusos in Gallia, si de aliquibus fateare: idcirco negandum litteris TR significari *Treveros*; de qua tamen significatione convenit inter Antiquarios. *Non dicam tamen modo*, inquit, *quomodo hæ litteræ possint exponi: dicam fortassis alias. Afferuntur ex Oriente multi similes: ergo in Oriente cusi sunt. Vidi etiam ibi modios horum plenos.* Sane; ex rejectaneis in Occidente nummis, qui etiamnum in Narbonensi præsertim provincia sunt numero infiniti, etiam in plebis infimæ manibus, Constantinorum in primis, multi convecti sunt, vetustis etiam temporibus, in Orientem, ab iis qui commercium facere horum vellent: atque ex eo tractu iterum ad nos, qui majore horum studio tenemur, quam nunc Orientales, revehuntur interdum: quorum tamen fabrica clamat se plane Gallicanam; quod & subjectæ litteræ docent eos, qui legere norunt. Quod si in Oriente cusi sunt, & Latine omnes, (quod quis sanus existimet, apud homines nonnisi Græce loquentes?) quæ moneta fuit interim Occidentis illo ævo? nam monetam esse nummos veteres, nobis reclamantibus, valde pertendit in eo ipso libello, sed puerilibus argumentis.

Ad Tetrici nummos quod attinet, nos ambo, istius judicio, stolidi sumus: qui latere aliquam sententiam singularem in his arbitrati sumus: CAESAR TETRICVS ARPCA. IMP. C. TETRICVS RDNVIC. aliisque. *In priore enim*, inquit, *statuendum fuit, litteram* A *esse superfluam: litteram deinde* R *positam esse pro* P. *litteram vero* P *pro* F. *denique transpositas esse litteras* C A *pro* AC. AC *autem scriptum esse pro* AVG. *Ita fit ut sit aperta sententia*, CAESAR TETRICVS P. F. AVG. Habear a te, Vir Optime, mendacissimus mortalium, si quidquam adfingo: totidem fere verbis ac syllabis Latine tibi dico, quod ille Gallice omnibus, pag. 47. Similiter in altera, *oportuit* te meque *intelligere, litteram* R *positam fuisse pro* P: *litteram* D *pro* F: *litteram* N *pro* A: *litteram deinde* I *redundare: & esse* C *pro* G. *statim intelligeremus nihil ibi latere mysterii: planam esse apertamque sententiam*, IMP. C. TETRICVS P. F. AVG. *Ægre quidem*, inquit ille te alloquens, pag. 45. *sic affirmanti mihi assentiere: sed est rebus omnibus anteponenda veritas. Veni* Cadomum, *& videbis sexcenta Tetricorum numismata barbare & Gothice sculpta: tunc intelliges, tua, quæ dicis esse fabricæ elegantis, & litteris affabre exaratis, horum esse forte simillima.* Ego vero tam longinquæ peregrinationis, ut nummos ejusmodi videas, quos nemo non spernit, ac longe tuorum dissimiles, auctor omnino tibi non sum.

Denique allatum a nobis Tetrici nummum, e ditissimo Cimelio D. Foucault, sic inscriptum, IMP. CLAVDIVS AVG. & in aversa parte, TETRICVS AVG. sic esse inscriptum affirmat, IMP. C. CLAVDIVS AVG. & IMP. TETRICVS AVG. Perparum sane refert utrovis modo legatur: sed vel alius tamen iste nummus est ab eo quem vidimus; vel his oculis sic eum legisse opinor, quibus Constantinopoli ΠΡΟΚΛΩ legit, ubi ΠΡΟΚΛΟC est.

Quod autem Aurelianus junior, cujus nummum habes, ignotus scriptoribus antiquis fuerit, negas mecum debere mirum videri; siquidem ignoti fuere iisdem, Pacatianus Aug. Maximianus junior Aug. Constans Max. Aug. Aulenaus Aug. Eoanus Augustus. Sunt enim hi omnes in hac civitate nummi præclari, & egregia arte facti. Sed o te, Vir Optime, meque, Gallando judice, iterum stultissimos, qui hos Cæsares ignotos fuisse veteribus putemus. *De Pacatiano non silent illi: siquidem dicunt Decii temporibus multos Augusti nomen arripuisse: Pacatianum vero ante Decium ponunt Antiquarii.* (Quanta sit vis istius ratio-

ratiocinii, vel me tacente, intelligis.) *De Constante Max.* pergit idem, *quid sit statuendum, expendam, cum eo devenero, in S. lectis, quæ publicæ luci parô. Aulenaus autem ipse est Valens: nam litteræ duæ priores* AV *sunt ordine perturbato pro* VA: *& duæ pæne postremæ* AV *expungendæ sunt, quia redundant. Ad Eoanum quod attinet,* (quem nescio cur Saëoanum vocet, aut barbaram vocem appellet, quæ videri potest ab ἠώς sive orientali plaga deducta:) *idem,* inquit, *ac de Aulenao statuendum.* Maximianum juniorem Augustum interim prætermisit, de quo nihil habuit nimirum quod diceret.

Hæc summa hujus libelli est. Mitto enim paginas ferme quadraginta, in quibus ad legentium nauseam describit nummos Tetricorum Gothicos barbarosque, quos nemo non negligit: præter septem dumtaxat, in quibus ait esse litteras perquam affabre exaratas. Quibus si tuos esse similes ostenderis, ut reipsa sunt, nihil habebit ille quod opponat. Cave tamen huic homini quidquam rescribas: tum quia non te, sed me, tametsi ne leviter quidem provocatus lacessit, inurbane, ut vides, & imperite; tum quia quisquis hunc eruditus leget, continuo aspernabitur. Quod si constitutum tibi sit nihilominus respondere, nihil aliud scribe; nisi ut quemadmodum ille te Cadomum vocat, ubi Tetricos informes habet, quos tibi offerat; sic illum tu vicissim Luxemburgum invites, ubi elegantis & egregiæ cælaturæ, quos habes, exhibiturus ei sis. In studiis, ut nunc sunt ingenia, verum sectari, paucorum quidem hominum est & mentis bene sanæ. Plerique omnes studio veri neglecto nonnisi fabulas amant, & historicas narrationes quaslibet: quas ut ipsum fere Evangelium Christi defendunt; postquam has semel animis imbiberunt: quoniam illas utique ad ipsum Numen ex amicis hominum, si fieri posset, eripiendum, ab osoribus veri Numinis confictas in otio fuisse nesciunt. Quod meliorem tibi mentem, Vir Optime, Nobilis, Erudite, Deus injecerit, vehementer lætor: quam ut aliis etiam impertiat, mecum enixe ora. Vale. Parisiis, VIII. Kal. Decembres, anni MDCCI.

REPONSE

REPONSE AUX OBSERVATIONS DE Mr. GALLAND,

SUR LES EXPLICATIONS de quelques Médailles de Tetricus le Pere, & d'autres. Tirées du Cabinet de Mr. DE BALLONFFEAUX.

TYPOGRAPHUS LECTORI.

Sequentem etiam epistolam, tametsi non est R. P. HARDVINI, subjiciendam esse hoc loco censuimus; tum quia est ea viri Nobilissimi ac pereruditi, Consiliarii Regii in Senatu Luxemburgico, a quo permultas ejusdem R. Patris epistolas accepimus; tum quia ad nonnullam defensionem ea pertinet quorumdam de re antiqua Nummaria scriptorum R. P. HARDVINI.

A MONSIEUR GALLAND.

Monsieur.

Je ne songeois à rien moins qu'à l'étude des Monumens Antiques, lors que je reçûs par le canal d'un de mes Amis, un exemplaire des Observations que vous m'avez fait l'honneur de m'adresser de Caën, au sujet de quelques Médailles Antiques de mon Cabinet que le R. P. Hardoüin a expliquées dans quelques Lettres latines qu'il m'a écrites, & que j'ai rendu publiques avec celles que je lui avois écrit à ce sujet.

Je lûs donc vôtre Ouvrage avec toute l'avidité & l'empressement que les écrits qui se déclarent parties, inspirent naturellement à ceux qui y sont interessez.

Je trouvai sur la fin de vôtre Lettre, que vous n'aviez pris la plume pour contredire les sentimens du R. P. Hardoüin & les miens, que par une espece de motif de conscience, pour ainsi dire, *& pour servir d'avertissement à ceux qui liront nos découvertes, ou qui en entendront parler, de ne pas se presser d'embrasser d'abord nos opinions, mais de s'en défier, & de bien les examiner auparavant.* Vous n'avez pas laissé ensuite de rendre justice, tant au mérite de ce sçavant Homme, qu'à ma bonne foi, puis qu'immédiatement aprés cela vous ajoûtez: *Que vous êtes persuadé que ce n'a pas été nôtre dessein,* en publiant ces découvertes, qui vous paroissent si peu recevables, *de tromper les curieux, & que quoique vous ne me connoissiez pas en particulier, vous vous garderez neanmoins bien d'avoir cette opinion de ma probité, & encore moins de celle du R. P. Hardoüin, dont le mérite & la doctrine vous sont trés-connus, & que vous honorez depuis long-tems. Mais que quand vous y faites bien reflexion, vous vous imaginez que nous ne sommes pas nous-mêmes persuadez de tout ce que nous avons avancez l'un & l'autre, que nous l'avons fait seulement pour nous divertir, & que nous nous ferons un plaisir de ce que vous avez pris la chose si sérieusement.*

Oüi, Monsieur, il est vrai que ce n'a été que par maniere de divertissement que j'ai essayé de tirer un bon sens, & qui pût servir à l'éclaircissement de l'Histoire du Regne de Tetricus, des Inscriptions bizarres qui entourent les Têtes de quelques Médailles de bronze que j'ai de cet Auguste. Mais comme je me défiois de mes forces & de ma capacité dans cette occasion; j'ai crû devoir implorer le secours des lumieres que le R. P. Hardoüin a acquises dans le Païs de l'Antiquité, persuadé que j'étois, que trés-peu de personnes seroient aussi capables que lui d'éclaircir les profondes ténebres dont toute l'Histoire est enveloppée, ni qui voulussent l'entreprendre avec autant de complaisance pour moi.

Voilà ce qui a donné lieu à nôtre commerce de Lettres; & vous voyez bien delà, Monsieur, que la passion que j'ai de profiter des instructions d'autrui, m'a engagé à m'adresser avec confiance à ce sçavant homme, pour être éclairci de mes doutes.

Il a répondu à mon empressement avec tant de generosité & d'érudition, que j'aurois crû avoir quelque chose à me reprocher, si j'avois gardé pour moi seul toutes les belles découvertes que ce peu de lettres nous apprennent. C'est aussi ce qui m'a determiné à les communiquer au public, & à les faire imprimer à Luxembourg chez le Sieur André Chevalier, Marchand Libraire. J'y ai aussi joint les miennes, non pas que je crûsse qu'elles en valoient la peine, mais afin que les Lecteurs vissent mieux la suite du dessein qui avoit donné occasion à cette correspondance.

J'ai crû, Monsieur, vous devoir faire avant toute chose ce petit détail pour vous guerir tout d'un coup du soupçon que vous témoignez avoir à l'entrée de vôtre Lettre du lieu de l'impression, & si celles qui portent mon nom, sont effectivement de ma façon.

Examinons presentement si les Observations que vous avez bien voulu faire à leur sujet, sont aussi solides & aussi bien fondées que vous le prétendez.

Mais avant que j'entre en matiere, trouvez bon, s'il vous plaît, que je vous fasse souvenir de deux petits vers, qu'un des plus beaux Esprits du tems, qui m'honore de son estime, vous a cité fort à propos ci-devant, dans une conjoncture à peu prés pareille.

Diversum sentire duos de rebus iisdem
Illæsâ licuit semper amicitiâ.

Qu'il a tourné lui-même en François de la maniere suivante:

Il a toûjours été permis,
Même entre les meilleurs amis,
D'être sur même cas d'opinion diverse;
Et cette disposition,
N'a jamais blessé le commerce,
De la plus tendre affection.

Si vous me demandez à quel propos je vous cite ces vers, je vous dirai, Monsieur, que comme je vous honore beaucoup, j'aurai toûjours bien de la déference pour vos sentimens. Mais ce ne sera pas au point que vous m'accusez d'en avoir pour ceux de l'Auteur du *Sæculum Constantinianum.* Je ne suis pas à la verité des plus difficiles à persuader, & je suis encore beaucoup moins entêté de mes opinions. Mais il faut avoüer aussi, que je ne prens pas pour argent comptant certains raisonnemens, ou faux en eux-mêmes, ou peu vrai-semblables. Ainsi, vous pouvez être persuadé, Monsieur, que si j'ai embrassé le Systême de la Chronologie du Siécle de Constantin, ce n'a été d'abord que parce que des personnes illustres par leur sçavoir, m'en avoient donné une idée autant avantageuse qu'il le mérite, avant même que je l'eusse vû. Mais depuis que je l'ai examiné par moi-même, j'y ai donné les mains d'autant plus volontiers, que personne jusqu'ici, n'a plus habilement retabli, (au jugement de la plûpart des veritables Sçavans,) la Chronologie embroüillée de ces tems-là que lui. Cependant s'il se trouvoit un jour, ou que vous, ou que quelqu'autre nous découvrît une route plus sûre & plus droite que la sienne, je suis de ces gens *qui non jurant in verba Magistri*, je sçai me rendre sans peine, & me ranger du côté de ceux qui ont pour eux la verité, ou tout au moins une vrai-semblance appuyée d'un raisonnement qu'on ne puisse contester.

Aprés cela j'espere que vous trouverez bon que je me serve du privilege si generalement reçû de tous ceux qui font profession de Litterature, en m'expliquant avec une entiere liberté, sur tout ce que vous avez opposé à nos sentimens.

Vous commencez par combattre l'Essai de la Chronologie du Siecle de Constantin; & vous dites *que cette Chronologie, bien loin d'être rétablie, est au contraire extrémement alterée, par la maniere dont s'y est pris.* Cependant un moment aprés vous avoüez, *qu'en lisant la Chronologie du siecle de cet Empereur, le Systême sur lequel elle est fondée, vous parût d'abord si bien conçu si bien appuyé, & en même-tems si vrai-semblable, que vous ne voyez pas comment l'on y pourroit répondre. Nonobstant cela, vous esperiez qu'il se trouveroit bien-tôt quelque Antiquaire qui en désabuseroit le public,* sur tout à l'égard de la pluralité des Constantins, n'y en ayant jamais eu selon vous, qu'un seul de ce nom.

C'est ce que personne cependant n'a osé entreprendre jusqu'ici. Voulez-vous en sçavoir la raison, Monsieur? la voici. C'est que tous ceux qui ont vû ce sçavant Ouvrage, quelque prévenus qu'ils fussent pour l'ancienne route, comme vous l'appellez, & quelque envie qu'il ayent eu de le combattre, ont crû aprés avoir bien examiné le tout, que ce seroit inutilement, & que leurs efforts à cet égard ne tourneroient qu'à leur confusion. Voilà ce qui les en a détourné. Mais vous, aprés y avoir rêvé pendant quelques années, vous vous déclarez enfin contre ce Systême. Ce n'est point peut-être que vous ne le trouviez juste au fond; mais c'est que vous croyez qu'il n'y a pas d'honneur à changer de sentiment, & qu'il ne faut pas démordre de certains principes que l'on a une fois adoptez, quelque erronez qu'ils soient au fond, & reconnus tels dans la suite.

C'est de quoi je me flatte que vous conviendrez, pour peu que vous fassiez d'attention à ce que j'aurai l'honneur d'opposer aux argumens que vous aportez pour détruire la pluralité des Constantins.

Ce qui a donné lieu, dites-vous page 8. *à l'ouvrage dont il s'agit, c'est particulierement la diversité du visage du grand Constantin qui se remarque sur quelques unes de ses Médailles, en établissant une multiplicité de Constantins, à peu prés égale à cette diversité. Avant que de se déterminer sur un point de cette importance, il semble qu'il falloit chercher d'autres moyens pour résoudre la difficulté qui est grande & embarassante, il en faut convenir. Mais le R. P. Hardoüin en eût bien-tôt trouvé un autre s'il eût eu à sa disposition un Cabinet aussi abondant en Médailles Antiques que celui de Monsieur Foucault, & sur toute chose à l'égard de celles qui portent les noms des Empereurs contemporains de Constantin.*

Qu'auroit-on trouvé, je vous prie, Monsieur, de si contraire à l'opinion de ce celebre Ecrivain? *On y auroit reconnu à l'œil*, assûrez-vous, *que c'est aux Inscriptions des Médailles de ce tems-là qu'il faut s'arrêter, pour sçavoir par les noms qui y sont marquez à quels Empereurs elles appartiennent, & non pas aux têtes, qui appartiennent souvent à d'autres Empereurs que*

ceux

ceux qui y sont nommez. Car ces têtes de Constantin si differentes de visage, ne sont pas les têtes d'autres Constantins: mais elles sont de Galerius Maximinus, ou de Maxence, ou de Licinius, avec le nom de Constantin à l'entour.

Quoi que cette nouvelle doctrine regarde plus les sentimens du R. P. Hardoüin que moi, je lui laisserai le soin de vous y répondre en détail, étant persuadé, que s'il l'entreprend, il le fera d'une maniere qui ne souffrira point de replique. En attendant, & pour vous faire voir que ce n'est ni par caprice, ni à l'aveugle que j'ai embrassé son systeme, j'espere qu'il ne trouvera pas mauvais, que je vous fasse connoître d'avance la nullité des argumens que vous y opposez.

Ce n'est donc qu'aux inscriptions, & non pas aux têtes qu'il faut s'arrêter, pour sçavoir à quels Empereurs elles appartiennent?

Vous n'en êtes pas bien persuadé vous-même, car vous ajoûtez ensuite, *que cela me paroîtra étrange, & que je m'étonnerai en cherchant comment il s'est pû faire, que les Médailles portent les noms de certains Empereurs; les têtes qui y sont representées ne soient pas d'eux, mais d'autres Empereurs. Que je me récrierai même que cela est contre la vraisemblance.*

En effet, Monsieur, croyez-vous que personne, pour peu qu'il ait de teinture de cette sorte d'étude, puisse se persuader, que ce que vous venez d'avancer comme une chose de fait & incontestable, doive être reçû comme tel, parce que vous avez crû entrevoir sur les Médailles cette prétenduë difference de Têtes? Vous m'y renvoyez même pour m'en éclaircir par mes yeux propres. Je suis docile, car quoi que je sçûsse d'avance que je n'y rencontrerois rien de tout ce que vous prétendez établir, je n'ay pas laissé de repasser toutes celles de mon Cabinet, qui peuvent y avoir quelque rapport. Vous allez entendre presentement, ce que j'y ai remarqué de singulier, tant pour l'opinion que vous soûtenez, que pour celle qui lui est contraire.

Comme la Ville d'Echternach, où je fais ma residence ordinaire, n'est éloignée de la fameuse Ville de Treves que trois lieuës, où l'on en déterre de plus en plus, & que dans nôtre Province de Luxembourg, on en découvre quantité presque tous les jours, je ne laisse gueres échapper d'occasion d'acquerir ce qui s'en presente. Dans toutes celles donc que j'ai, dont le nombre est considerable pour un particulier, tant en or, & en argent, qu'en grand, moyen & petit bronze, sur tout des latines; aprés avoir examiné attentivement, & confronté les Têtes qui sont sur les Médailles de Constantin, avec celles de Licinius, de Galerius Maximinus, & de Maxence, ausquels vous voudriez me persuader qu'elle appartiennent; je puis vous assûrer avec verité, que quelque soigneusement que je les aye considerées, & quelque effort que j'aye fait pour trouver cette prétenduë distinction, si palpable, comme vous l'assûrez, je n'ai pû y découvrir aucune de ces ressemblances. Ce qu'il y a de vrai, c'est que les Têtes de Galerius Maximinus, confrontées avec celles de Fl. Val. Constantinus, semblent d'abord être les mêmes; mais pour peu qu'on y fasse d'attention, on y remarque une difference qui n'est pas petite, puisque Constantin a le nez fort aquilin, & que celui de Galerius Maximinus descend tout droit, ce qui change extrêmement l'air d'un visage, comme vous n'en sçauriez disconvenir.

Voulez-vous bien, Monsieur, que je vous dise ce qui a donné lieu à vôtre méprise? ce n'est assûrement pas cette ressemblance si parfaite des têtes que vous vous êtes figuré avoir trouvé sur les Médailles des Princes dont nous venons de parler; c'est au contraire le peu d'habileté des Graveurs, dont vous vous plaignez dans la suite si fort & si souvent, qui vous ont engagé dans cette route si écartée & si inconnüe jusqu'à present.

Effectivement, tel Graveur qui vouloit ou devoit nous representer Constantin n'ayant pû en atraper ni l'air, ni la physionomie sur la Médaille, y a formé ou une espece de marmouset, ou toute autre chose que ce qu'il avoit dessein de faire. Cela même est arrivé quelquefois à l'égard des autres Empereurs: Car j'ai dans mon Cabinet des Médailles de Galerius Maximianus, & des Constantins de moyen bronze avec les inscriptions suivantes qui justifient trés-bien ce que j'avance:

MAXIMIANUS. NOB. CAES. *La tête de ce Cesar couronnée de Laurier.*

)(SACRA. MON. UR. D. AUGG. ET CAESS. NN. *Le genie de la monoye debout ayant de la droite une balance, la corne d'abondance de la gauche.*

IMP. CONSTANTINVS. P. F. AUG. *La tête de Constantin couronnée de Laurier.*

)(CONSERV. URB. SU.-- *Un temple à six colonnes au milieu duquel le genie de quelque Ville est assis habillé en Déesse le casque en tête, tenant de la main droite un globe terrestre, de la gauche une pique, & ayant à ses pieds un Bouclier. Au Frontispice du temple il y a* X. *à l'Exergue* AQT.

CONSTANTINUS. NOB. CAES. *La tête de ce Cesar couronnée de Laurier.*

)(JOVI. CONSERVAT. CAES. *Un Hercule étouffant un Lion, ayant à ses pieds la Massüe dressée, à l'Exergue* ST.

Ainsi ces têtes quoi que peu ressemblantes à plusieurs autres de ces mêmes Princes ne laissent pas d'appartenir uniquement à ceux dont elles portent les noms, quoi qu'elles ne representent pas toûjours tout-à-fait les originaux, ny aucun même des Empereurs contemporains.

Le moyen aprés cela je vous prie, s'il falloit prendre ce principe pour regle, de pouvoir discerner au juste la veritable tête d'un Empereur? puisque selon vous elles se trouvent souvent placées & dénuées des Inscriptions qui leurs sont propres & naturelles? n'est ce pas là introduire dans cette science une confusion prodigieuse, & se joüer de ces monumens si estimables, en les expliquant d'une maniere si peu vraysemblante, & si peu soûtenable?

Vous n'en demeurez pourtant pas là; car pour apuyer ces transpositions de têtes & pour soûtenir qu'avec le nom de Constantin, on a joint le portrait de Licinius ou de Maxence, vous posez pour principe *qu'il ne s'est frappé de ces Médailles peu communes* (c'est avec justice que vous les nommez ainsi, puisque je ne pense pas qu'il s'en trouve ailleurs de semblables que dans vôtre Cabinet, ou dans vôtre Idée:) *qu'autant de tems que ces Empereurs ont vécu de bonne intelligence avec Constantin, au commencement de son regne, & cela dans la veüe de marquer encore davantage leur union par cette communication de nom autour de têtes differentes.*

Tout cela quoique specieux, court grand risque de n'avoir aucun sçavant pour aprobateur. Car enfin si ces Princes vouloient marquer leur union, & si vous voulez même la déference qu'ils avoient les uns pour les autres, pourquoi ne pas imiter l'exemple des Empereurs Pupien & Balbin, qui comme nous le voyons sur les Legendes de leurs Medailles, l'ont fait d'une maniere bien plus noble, plus grande, & plus naturelle, par le FIDES. MUTUA. AUGG. AMOR. MUTUUS. AUGG. & par d'autres semblables inscriptions? Car nous ne voyons pas sur ces Medailles, que ces Augustes y ayent confondu leurs têtes, toutes celles de Pupien portent leurs inscriptions naturelles, & celles de Balbin de même.

Ne s'ensuit-il pas delà naturellement, que les moyens que vous employez pour éluder la pluralité des Constantins ne peut subsister, puisque comme nous venons de le dire, les Princes contemporains, au

 lieu

lieu de faire mettre sur leus Médailles les têtes de leurs Collegues, n'avoient au contraire pour marquer la bonne amitié qu'ils entretenoient reciproquement, qu'à imiter en cette occasion ces Empereurs leurs Predecesseurs.

Or pour prouver que cela s'est pratiqué presque de la même maniere au revers des Médailles, du vivant de Constantin même, j'ai pour le justifier deux témoins sans reproche à vous produire, que j'ai tirez de mon Cabinet, ce sont deux Médailles de petit bronze l'une de Crispus, & l'autre de Constantinus junior dont voici les Legendes:

CRISPUS. NOB. CÆS. *Crispus couronné de Laurier.*

)(. D. N. CONSTANTINI. MAX. AUG. VOT. XX. *Dans une Couronne de Laurier: & à l'Exergue* ST.

CONSTANTINUS. JUN. NOB.------ *la tête couronnée comme dessus.*

)(. D. N. CONSTANTINI. MAX. AUG. VOT. XX. *dans une Couronne de Laurier: l'Exergue est fruste.*

Mais comme nonobstant ce que nous venons de voir, vous persistez toûjours à ne vouloir reconnoître qu'un seul Constantin, je me contenterai de la seule preuve tirée des Médailles, comme j'ai déja fait, pour vous convaincre de l'erreur où vous êtes à cet égard. Celles que je produirai, sont en partie tirées de vôtre Cabinet, & en partie du mien.

La premiere sera celle qui se trouve dans le Siécle de Constantin, elle represente de chaque côté une Tête, qui pour la physionomie sont trés dissemblables, comme vous le sçavez vous-même, puisqu'elle est conservée au Cabinet de Monsieur Foucault. En voici l'inscription.

CONSTANTINUS. AUG. *La Tête de Constantin couronnée de Laurier, avec l'air d'un homme de quarante ans.*

)(. CONMAXANTTINUS. AUG. *La Tête pareillement couronnée de laurier, qui paroît être celle d'un homme de vingtsept ans.*

Ces inscriptions & ces têtes d'un âge si different, que nous apprennent-elles: sinon que du Regne de Constantin, il y en avoit un autre de même nom, de la Famille MAXIMA? car c'est ce que les Lettres MAX. nous apprennent.

J'ai de plus moi-même cinq Médailles de Constantin, dont l'une est d'argent, d'une conservation achevée, & les autres sont de petit bronze. Celle d'argent porte cette inscription:

CONSTANTINUS. MAX. AUG. *La Tête de cet Auguste entourée d'un diadême garni de pierreries.*

)(. VICTORIA. CONSTANTINI. AUG. *Une Victoire tenant une Couronne de laurier de la droite, & une branche de palmier de la gauche. A l'exergue* PTS.

Les quatre de bronze ont toutes la même Inscription, tant du côté des Têtes, que des revers, comme il s'ensuit:

CONSTANTINUS. AUG. *La tête couronnée de Laurier.*

)(. D.N. CONSTANTINI MAX. INV. AUG. VOT. XX. *Au milieu d'une Couronne de Laurier.*

Il n'y en a qu'une où se lise INV. *Invictus*, ce mot ne se trouve pas sur les autres, les Exergues il y a, RP. AQP. IT. AQS.

Toutes les Médailles que je viens de citer, me donnent occasion de vous demander, Monsieur, si le Constantin dont nous voyons la tête avec l'inscription de CONSTANTINVS AVG. étoit le même que le D.N. CONSTANTINVS. MAX. INVICTVS. Pourquoi ce Constantin n'auroit-il pas été qualifié MAX. tant du côté de la tête qu'au revers: puisque nous avons en effet des Médailles où ce mot se rencontre ainsi, témoin celle que le *Sæculum Constantinianum* nous propose page 214. avec cette Legende,

CONSTANTINVS. MAX. AVG. *la tête ornée d'un diadême garni de pierreries.*

)(. D.N. CONSTANTINI. MAX. AVG. VOT. XXX. *Au milieu d'une Couronne de Laurier, à l'Exergue* SMR.

Si, dis-je, la tête de CONSTANTINVS AVG. apartenoit à CONSTANTINVS MAX. il auroit le même nom des deux côtez, comme cela se voit clairement dans toutes celles qui apartiennent à ce MAXIMVS.

Pour satisfaire ensuite aux objections que vous avez prevû que l'on vous feroit sur les differentes denominations des Familles, que les inscriptions des Médailles des Constantins nous fournissent, comme sont celles de *Flavius Valerius*, *Flavius Claudius*, *& Flavius Julius*, vous dites, que *ces denominations si differentes attribuées* sur ces monumens *au seul Constantin le Grand* comme vous l'appellez, *ne doit point favoriser la pluralité que l'on pretend en introduire.* Voulant insinuer parlà qu'il s'en feroit servi, ou les auroit pris indifferemment sur ses monoyes.

Si cela est ainsi, pouvez vous aprés cela rejetter comme vous faites, la pluralité des Constantins? Car qui ne sçait le soin qu'avoient les Romains de distinguer par ces sortes de Legendes leur extraction, & les Familles d'où ils sortoient en ligne directe, & dont ils se faisoient honneur, ou dans lesquelles ils étoient entrez par adoption? vous n'ignorez pas que la Famille *Flavia Valeria*, n'est pas celle de *Flavia Claudia*, & que celle de *Flavia Julia* est toute differente des deux premieres. De sorte que voilà trois Familles qui ont chacune une *denomination* particuliere, quoi qu'elles fussent quelquefois alliées entre elles.

Ainsi n'en tiriez vous pas tout le premier, si quelqu'un s'avisoit de dire que les Princes de la Maison de Bourbon, par exemple, & ceux de la Maison d'Autriche, peuvent porter indifferemment les noms de ces deux Familles? ils sont à la verité trésproche parens & alliez; mais nonobstant cela il ne s'est encore pratiqué rien de semblable, & il ne se pratiquera même jamais.

A quoi bon aprés cela nous dire, comme vous faites, qu'il est vrai qu'il ne se trouve pas d'exemple avant ce tems-là chez les Romains, qui fasse voir, qu'une même & seule personne aye porté les noms de trois Familles differentes, & un autre pour prénom. Puisque peu aprés vous en rapportez des exemples de *Clodius Pupienus Maximus*, de *M. Aurelius Claudius Quintillus*, & de *Claudius Domitius Domitianus.* Et vous inferez delà que Constantin auroit de même pû en porter tout au moins trois. Mais jusqu'à ce que vous nous produisiez des Médailles, où Constantin ait trois noms de trois Familles differentes, nous aurons le loisir de prévoir ce qu'on pourra vous répondre.

Encore une fois produisez-nous une Medaille de Constantin avec la Legende qui le qualifie, de FL. VAL. CL. JVL. CONSTANTINVS. AVG. Je dirai alors avec vous qu'il n'y a toûjours eu qu'un seul Constantin. Mais aussi s'il est vrai, ainsi que vous l'assûrez vous-même, qu'il se trouve des Médailles avec l'inscription de FL. CL. CONSTANTINVS AVG. & de FL. JVL. CONSTANTINVS AVG. quoique ni l'Occo augmenté par le Comte Mezzabarba, ni le Trésor de Patin, ni aucun autre Catalogue, de ceux au moins que j'ai vû, ne cite aucune Médaille avec de pareilles inscriptions. Ne suis-je pas plus que jamais en droit de soûtenir la pluralité des Constantins, si differens entr'eux, biens moins par leurs têtes que par leurs noms

de

de Famille; Et vous Monsieur, avez-vous raison de les rejetter comme vous faites, en vous servant pour cela de moyens trés-pernicieux à ceux qui voudroient doresnavant s'appliquer à examiner ces monumens.

Car enfin, si les principes extraordinaires que vous venez de nous enseigner, & qui a ce que vous soûtenez, seront des guides assurez pour ne pas s'égarer dans cette étude, si ces principes dis-je, doivent avoir lieu: ne pourroit-on pas dire qu'en les suivant, rien ne sera désormais plus inutile que de s'y appliquer, puisque selon vous, tout est si confondu, & si incertain dans les Médailles du bas Empire, non seulement pour les têtes, mais aussi pour les revers, que s'est s'amuser inutilement que d'en vouloir tirer quelque lumiere, toutes celles qu'on en pourroit esperer, étant sujettes à une infinité d'incongruitez. Ainsi, il n'y aura qu'à suivre aveuglement les prétendus Historiens de ces tems-là, quelques romanesques que soient les recits, ou plûtôt les contes qu'ils nous débitent. N'est-ce pas là du moins ignorer le bon usage que l'on peut faire des Médailles, & les belles connoissances qu'on en peut tirer?

Aprés avoir décidé résolument sur cet article, vous passez à deux Epigrammes ou Inscriptions; l'une Grecque, & l'autre Latine, que vous avez lûës, dites-vous, sur la Base de l'Obelisque, qui est élevé au milieu de la Place de l'Hippodrome de Constantinople.

On vous a déja fait toucher au doigt, Monsieur, dans une Lettre qui m'a été adressée d'Amsterdam, du 28. Janvier dernier, & qui a été imprimée à mon insçû, que vos yeux du moins vous avoient trompé: qu'il n'y a non plus dans l'Epigramme Grecque, ΠΡΟΚΛΩ ΕΠΕΚΕΚΛΕΤΟ, qu'il n'y a des Têtes de Maxence & de Licinius sur les Médailles de Constantin: que Monsieur Spon dans son voyage de Grece, que vous citez vous-même, mais que vous n'avez pas osé citer en cet endroit là, assûre qu'il y a lû ΠΡΟΚΛΟΣ comme le R. P. Hardoüin l'a imprimé: & que tous les Etrangers qui ont dit avoir lû cette Epigramme à Constantinople, l'ont lû ainsi. J'ai vû même d'habiles gens, qui entendent parfaitement le Grec, qui assûrent que l'on ne sçauroit joindre le datif ΠΡΟΚΛΩ, avec le verbe composé ΕΠΕΚΕΚΛΕΤΟ, sans faire un solecisme, & un contresens ridicule. Mais pour moi, tout ce que j'ai à vous dire sur cela, c'est qu'il me semble que l'Auteur du *Sæculum Constantinianum*, a juste raison de ne pas vouloir accorder à ces Epigrammes le rang d'Antiquité que vous leur attribuez. En effet, ces vers tant Grecs que Latins, ne répondent guerres ni à la Majesté de l'Empereur Theodose, ni aux autres Inscriptions Romaines qui nous restent. De sorte que je ne doute pas que ces deux pieces n'ayent été placées sur ce Monument quelques Siécles aprés, quelque chose qu'on puisse dire au contraire.

Vous témoignez ensuite être fort scandalisé du mépris que je fais de *Fl. Vopiscus*, *de Treb. Pollio*, *de Jul. Capitolinus*, & des trois autres petits Auteurs qui les accompagnent, en les qualifiant de *Fabulatores*. Vous tâchez de les excuser par le peu d'exactitude des Historiens modernes, ajoûtant que *ce n'est pas au stile de ces prétendus Ecrivains, mais à ce qu'ils ont écrit, qu'il faut faire attention.* Bien plus, vous prétendez pag. 40. que *si ces Auteurs n'avoient jamais écrit, & que si leurs Histoires ne fussent pas venuës jusques à nous, nous ne pourrions pas dire, si ce seroit Jules Cesar qu'il faudroit mettre à la tête des Empereurs, plûtôt que l'Empereur Heraclius. Que par conséquent, il faut avoüer, qu'au moins en cela, nous avons besoin de leur sécours, &c.*

Ce n'a été ni le R. P. Hardoüin, ni moi, qui avons douté les premieres de leur bonne foi, & découvert l'imposture de celui qui a pris plaisir de fabriquer ce Roman, sous ces grands & specieux noms de *Jul. Capitolinus*, *Treb. Pollio* &c. Personne ne les a plus décrié que vous même à la page 37. de vos Observations; & cela en termes si précis & si outrageans, que non content d'avoir traité Capitolin, comme indigne de la qualité qu'il prend d'Historien, vous faites voir ensuite que rien n'est comparable à son ignorance, puisque lui qui vouloit se mêler d'écrire les vies & les faits des Empereurs, *n'a pû decider entre les Historiens ses Predecesseurs, si Maximus, & Pupienus étoient deux Empereurs differens, ou si ce n'étoit qu'un seul.* Si cela est vrai, Monsieur, comme il l'est effectivement, ne suis je pas en droit de douter de la verité de tout le reste, ou au moins de la plûpart des faits que cet Historien rapporte, puisque dans les plus essentiels, il fait paroître tant d'ignorance. Car s'il étoit vrai qu'il eût vécu du tems de Diocletien, comme on l'a crû jusqu'à present, le regne de ce Prince n'ayant suivi celui du Pupien que d'environ cinquante ans, cet Auteur auroit-il pû ignorer les veritables noms d'un Empereur qu'il auroit peut-être pû voir, ou qu'il auroit pû entendre nommer à son pere? Un Ecrivain de ce caractere là merite-t-il créance sur rien, & ne merite-t-il pas plûtôt d'être suspect?

Le sçavant Casaubon qui devroit être ce semble le protecteur de ces Ecrivains puisqu'il a enrichi leurs écrits de ses notes, vous en fera connoitre le vrai merite.

Vous aurez veu sans doute dans la Préface qui est à la tête de ces Auteurs de l'impression de Paris, les doutes, les soupçons, & les plaintes de ce sçavant, tant contre leur peu d'exactitude, que contre le peu de vraisemblance qui se trouve dans quantité de faits qu'ils racontent. En voici l'abregé.

Casaubon a d'abord bien de la peine à comprendre que cet Ouvrage puisse être la production de six Auteurs, dont il porte le nom à la tête, eu égard principalement au stile, qui est par tout le même dans ces écrits. Il ne peut non plus se persuader que six personnes differentes, puissent s'énoncer également par tout d'une maniere si semblable & si égale, quand bien ils auroient travaillé de concert, & au même lieu ensemble. C'est ce qu'il marque bien expressément à l'entrée de ses Notes fol. 4. en ces termes: *Mirum videtur nobis omnes hos Auctores, Imperatorum omnium vitas tempore eodem scribere aggressos & quidem stilo ità parùm dissimili, ut discrimen vix ullum liceat notare, pariter in opere instituto progressos, pariter desiisse. Il me paroît tout extraordinaire que ces Auteurs ayent en un même-tems formé le dessein de décrire les vies de tous les Empereurs, d'un stile si semblable l'un à l'autre, qu'à peine y peut-on entrevoir la moindre difference; veu qu'ils commencent, qu'ils continuent, & qu'ils finissent tous de la même maniere.* Que n'achevoit-il, & que ne poussoit-il sa conjecture jusqu'où il voyoit bien qu'elle pouvoit aller? Que ne disoit-il, ce qui suit necessairement de sa reflexion, & ce que le R. P. Hardoüin a dit depuis, que toutes ces six pieces ne sont que l'ouvrage d'un même fourbe, qui pour raison, s'est voulu rendre célebre, en se cachant sous six noms éclatans, & rien davantage. Mais le même Casaubon dans sa Préface comment ne traite-t-il pas ces prétendus six Auteurs? Vous allez en juger. *Quod autem modò dicebamus Auctores ipsos excusare in hac parte, scilicet, quod tam multa non suo loco posita, aut sine causâ repetita sæpius, non posse, ità prorsus est. Alibi judicium desideres limatius, alibi diligentiam exquisitiorem, in quinque præsertim primis, & maximè in Capitolino.* C'est-à-dire: *Mais comme nous le disions presentement, il est vrai, qu'on ne peut excuser ces Auteurs, d'avoir si souvent transposé & repeté la même chose. Tantôt ils manquent de jugement, tantôt d'exactitude, sur tout les cinq premiers, & Capitolin plus qu'aucun des autres.* Et enfin à l'entrée de ses Notes sur Fl. Vopiscus comment ne s'en explique-t-il pas? *Tandem*, dit il, *è salebrosis & præruptis locis emer-*

emersimus, sic jure appellaverim plerosque præcedentium Auctorum Libros. In illorum plerisque omnia perturbata, indigesta, confusa, mera denique mapalia. Nous voilà enfin sortis de ces endroits si difficiles & si embarassez, dont les livres des Auteurs précedens sont remplis. Dans la plûpart de ces Ecrivains tout y est sans ordre, & mal rangé, tout y est confus, ce ne sont que de miserables squeletes.

Voilà, Monsieur, le jugement que porte ce celebre Commentateur de ces Historiens, qu'il avoit d'ailleurs tant d'interêt de prôner; mais c'est qu'il n'a pû resister à la verité, & qu'il en connoissoit à fond mieux que personne le peu de merite. Il donne si peu de poids aux *Arrêts du Senat, & à ces lettres* que vous appellez *authentiques qu'ils produisent* comme vous l'assûrez page 13. *pour preuves des faits qu'ils avancent;* que dans la même Préface il témoigne, qu'il voudroit bien qu'on lui enseignât, où l'on a déterré ces Monumens: *nescio unde ex abdito desumpta.*

Pour moi je suis bien assûré que quiconque jugera de ces Historiens sans préoccupation, avoüera que c'est un Roman, mais un Roman bien inferieur aux autres écrits de cette nature. Car on rencontre du moins dans ceux-ci un certain air de vraisemblance qui plaît & qui impose: au lieu que dans ceux-là presque tout y choque, tout y est contre les apparences même du vraisemblable. Mais en voilà assez sur ce Chapitre.

Vide f. 10. Tabulæ quæ est ad p. 680 Venons à la Médaille d'Or de Maxence, qui est tirée de mon Cabinet, dont voici l'Estype, & dont vous combattez l'explication que le R. P. Hardoüin en a donnée. Vous soûtenez d'abord que les Lettres PTR. qu'elle a dans l'Exergue, ne doivent pas selon le sentiment de ce sçavant homme dans son *Sæculum Constantinianum*, s'expliquer par *Prima Treverensis.* Vous dites qu'elles doivent signifier chacune tout un autre mot. sans dire cependant quel est ce mot, Vous vous contentez de dire seulement en passant, que *vous aurez peut-être occasion d'en parler ailleurs.* Ensuite vous ne pouvez vous persuader que les Médailles qui portent au bas TR. ayent été frappées à Tréves. Vous prétendez que la plûpart ont été fabriquées en Orient, parce que vous y en avez vû pendant vos voyages par boisseaux. Et enfin, le R. P. Hardoüin, selon vous, a tort de douter, si les Médailles ont été employées dans le commerce comme une monnoye courante.

En attendant que vous nous communiquiez vos découvertes, je ne puis me résoudre à rejetter le *Prima Treverensis* que le R. P. Hardoüin trouve dans ces Lettres PTR. la raison qui m'a fait abandonner le sentiment ordinaire des Antiquaires qui vouloient que ces Lettres signifiassent *Pecunia Treverensis*, ou *Percussum Treveris;* c'est que celui du sçavant Jesuïte n'est pas seulement plus naturel, mais aussi qu'il paroît plus uni, & qu'il a en même-tems plus de rapport avec l'Histoire.

On sçait que la Gaule Belgique étoit divisée en deux Provinces, dont la premiere avoit pour capitale la celebre Ville de Treves; la 2me celle de Rheims en Champagne. Ainsi c'est avec justice qu'on soûtient que les Médailles où on lit dans l'Exergue PTR. ont été frappées *in Prima Treverensi dans la premiere Province de la Belgique*, & au contraire, celles qui portent le SIR. *In secundâ Treverensi, dans la deuxiéme Province de cette même Belgique.*

Ce qui vous a donné lieu de rejetter ce sentiment, c'est qu'il semble que vous doutiez que toutes les Médailles qui portent au bas PTR. STR. & autres Lettres semblables ayent pû être frappées à Treves, & qu'effectivement il y ait eu anciennement dans cette Ville *une Cour de Monoyes.* Vous vous relâchez pourtant un peu sur cet article, parce que dans la Notice de l'Empire d'Occident, il est fait mention d'un *Procurator Monetæ Triberorum:* & où vous dites qu'il se pourroit bien faire que ce *Triberorum* fût là pour *Treverorum.*

Je vais vous en donner d'autres bonnes preuves. Le R. P. Wilthem, sçavant Jesuïte; dans son Histoire manuscrite du *Luxembourg Romain* que j'ai, pour nous donner en peu de mots la veritable idée de la grandeur & de la Majesté de cette Ville, qui a été le Siége des Augustes, s'en explique ainsi au chap. 2. de son Liv. 4. *Primus Civitatis Trevirorum splendor sedem præbuisse Imperatoribus. Præcipuè frequentârunt aut adeò etiam incoluerunt multum minusve alii atque alii. Constantius Chlorus, Maximianus Herculius, Constantinus Maximus, Constantius & Constans Filii ejus, Magnentius ac Decentius, Julianus, Valentinianus & Valens Fratres, Gratianus & Valentinianus Junior, Maximus cum Victore Filio; Theodosius; Avitus: & ante hos Postumus, Victorinus Tetrici duo, &c. La Ville de Treves tire sa principale gloire de ce qu'elle a servi de residence aux Empereurs Romains. Ceux qui l'ont frequenté, ou qui y ont demeuré, les uns plus & les autres moins, sont Constantius Chlorus, Maximien surnommé Herculius, Constantin le Grand, Constantius & Constans ses Fils, Magnence & Decence, Julien, Valentinien & Valens son Frere, Gratien & Valentinien le jeune, Maxime avec son Fils Victor, Theodose, Avitus: & long-tems auparavant Postume, Victorin, les deux Tetriques, &c.*

Il ajoûte à cet éloge une fort belle inscription; où il est parlé *de la Cour des Monoyes qui étoit à Treves, & de son Président.*

---- M. PROVINCIA. PRÆF. ALE ---
---- ANIE. IN. EADEM. PROVINCIA---
---- VEHICULORUM. PER. GALLIAS--
---- MONETÆ. TRIVERICÆ. PRÆSES
---- INCIÆ. GERMANIÆ. SUPERIORIS. C. V.
---- MULIS. V. C. M. PRÆF. PRÆT. ET. C. V.
---- URBI. VIXIT. ANNIS. LV.---
---- SES. N. DIES. N. XXVII. ----

Et dans le Chapitre qui suit, sçavoir le troisiéme, là où il décrit la relation que fait un certain voyageur nommé *Galba* au Sophiste *Licinius*, des merveilles qu'il avoit vûës à Treves. Voici ce qu'il en dit: *Audi prætereà quod mirêre. Treviris est Civitas Galliæ nobilis*, &c. & peu aprés: *Vidi etiam in eadem Urbe ingentem è pretioso marmore Jovem, scutellam auream duorum pedum latitudinis tenentem ubi hoc inerat scriptum:*

JOVI. VINDICI. TREBERORUM.
EX. CENSU. QUINQUE. CIVITATUM.
RHENI. PER. TRIA. DECENNIA.
DENEGATO. SED. FULMINE.
ET CÆLESTI. TERRORE EXTORTO.
FACTUM. ARTE. MECHANICA.

C'est-à-dire: *Je vais vous raconter une chose qui vous surprendra. Treves est une Ville trés-considerable des Gaules, &c.* & pûis: *J'ai vû dans la même Ville une Statuë de Jupiter d'un marbre précieux, & d'une grandeur démesurée, qui tenoit de la main une Coupe d'Or de la largeur de deux pieds, sur laquelle étoit écrit ce qui suit: Cet Ouvrage est consacré à Jupiter, Vengeur des Habitans de Treves, du tribut que les cinq Villes du Rhin avoient refusé de payer pendant l'espace de trente ans, mais que la foudre & la crainte des Dieux leur a extorqué.*

Vous voyez parlà, Monsieur, que c'est un pur scrupule qui vous a empêché de voir, qui *Triberi* dans la Notice d'Occident, ne pouvoit signifier que Treves.

Les

Les deux Médailles qui suivent, que j'ai pareillement, ne vous doivent pas moins convaincre, que les lettres PTR. & STR. sont mises pour nous marquer le *Païs de Treves:* car on y lit trés-distinctement STRE. Ces deux Médailles sont de petit bronze, & nous representent Constantin; mais elles sont d'une netteté achevée: elles ont des deux côtez l'une & l'autre la même inscription.

CONSTANTINUS. AUG. *La Tête de Constantin avec un Diadême garni de Pierreries.*

.)(. PROVIDENTIA. AUGG. *Un Camp: à l'Exergue* STRE. *trés-bien formé.*

Quelle raison peut-on avoir, Monsieur, pour avancer que des Médailles Latines, hors les Colonies, ont été frappées dans des Villes & des Provinces, où l'on ne parloit que Grec, & où le Latin étoit une langue étrangere?

Nous voyons dans le haut Empire une infinité de Médailles frappées en Orient, mais toutes dans les Villes où l'on parloit Grec. Mais puisque depuis la seiziéme année de Diocletien, & dans tout le bas Empire, il ne paroît plus de Médailles en caractere Grec, n'y a-t'il pas lieu de croire que s'il s'en rencontre de Latines en Orient, elles y ont été transportées d'Occident, où elles ont été fabriquées.

Pour revenir à ma Médaille de Maxence, qui a au revers PRINCIPI. JUVENTUTIS. titre que le R. P. Hardoüin attribuë à *Fl. Val. Constantin*, lors qu'il étoit César: parce qu'il croit que Maxence, qui n'étoit pas d'une si illustre extraction que lui, lui vouloit faire honneur par cette Médaille, quoique ce Constantin ne fût alors que *Colonel general de l'Infanterie* sous lui: Vous au contraire, Monsieur, vous pretendez que PRINCEPS. JUVENTUTIS. ne signifie pas ce que le R. P. Hardoüin enseigne; quoi qu'il établisse bien l'explication qu'il donne, & que vous n'avanciez rien au contraire, avec aucune preuve solide: Et vous prétendez même sans le prouver encore, que ce titre appartient souvent aux Empereurs, dont on voit le portrait de l'autre côté de la Médaille. Vous n'ignorez pas, je crois, que Monsieur Spanheim dans son Traité *de Usu & Præstantia Numismatum*, pag. 667. declare en termes formels; *que l'usage a insensiblement été introduit que ceux que l'on destinoit à l'Empire, étoient en premier lieu déclarez Princes de la Jeunesse, & ensuite Césars. Illud verò paulatim receptum videas, ut destinati ad Imperium successores, primò Principes Juventutis, dein Cæsares renuntiarentur.* Cela étant, comment se pourroit-il faire que la figure qui est ordinairement representée sur le revers des Médailles, qui ont pour legende, PRINCEPS. JUVENTUTIS. ou PRINC. JUVENTUTIS. se puissent rapporter aux Empereurs dont les noms se trouvent exprimez de l'autre côté?

A suivre le sentiment de Mr. Spanheim, quoi que vous en disiez Monsieur, il faut par necessité reconnoître, que dans la Médaille qui suit, tirée de mon Cabinet & dont vous verrez l'ectype plus bas qui a pour inscription:

IMP. C. M. AUR. PROBUS. AUG. *La tête de Probus avec une Couronne radiale.*

.)(. PRINCIPI. JUVENTUT. *Un César armé en guerre debout, tenant de la droite un globe terrestre, & de la gauche la pique haute: à l'Exergue* PTI.

Ce *Principi Juventutis* se rapporte à son successeur presomptif, de même qu'à celui de l'Empereur Florien dans une Médaille que j'ai pareillement de cet Auguste qui au revers a le même type & la même legende que celle que je viens de vous citer, & qui ne se rencontre ni dans le Comte Mezzabarba, ni dans aucun autre Antiquaire. Je ne vous dirai pas les noms de ces Césars ou heritiers presomptifs: Mais cela n'empêche pas, que ce mot ne se doive prendre au même sens, dans toutes les Médailles qui ont de pareilles legendes.

Quant à ce que vous contestez au R. P. Hardoüin, que les Médailles anciennes n'ont pas été de simples jettons, comme il le prétend; parce que vous croyez que c'étoit effectivement la monnoye courante: avant que de prendre parti là-dessus, je vous dirai que vous ne sçauriez disconvenir, que par ce moyen on a trouvé le secret, & à trés-peu de frais d'éterniser sur les Médailles, principalement sur celles de bronze, la memoire des Princes, & de ce qui s'est passé de plus considerable sous leur gouvernement. Mais encore il est fort probable que les Corps des Villes, & des Métiers, offroient de tems en tems aux Empereurs, ou de gré, ou par forme d'imposition, des bourses de semblables jettons, comme nous voyons que cela se pratique encore presentement, tant en France qu'ailleurs.

Vous me demandez là-dessus, ce qu'est donc devenu la monnoye des Romains? & moi ne puis-je pas à mon tour sans remonter jusqu'à ces tems si éloignez, vous demander ce que sont devenuës les monnoyes de Loüis XII. d'Henry second, & d'Henry quatre, puis qu'il ne s'en voit plus presque que dans les Cabinets? c'est qu'alors comme à present, les Princes faisoient rebattre les monnoyes de leurs Predecesseurs, pour y plaçer leurs têtes: & voilà ce qui est cause qu'il se trouve si peu de monnoyes des Empereurs & des Rois, qui sans aller plus loin, ont regné, je ne dis pas depuis mille ou douze cens ans, mais seulement depuis un ou deux Siécles.

Il est d'ailleurs trés-sûr qu'en ces tems si reculez, les Monnoyeurs n'ont pas travaillé avec tant d'independance & de liberté que vous leur en attribuez. Je suis persuadé au contraire qu'alors comme aujourd'hui, il ne leur étoit par permis de se servir indifferemment ni des têtes, ni des types, qui leur tomboient au hazard les premiers sous la main. Et cela doit être incontestable si ces Médailles ont autrefois servi de monnoye, comme vous le prétendez. Car ne sçait-on pas combien les Princes ont toûjours été jaloux & delicats sur ce chapitre? Ainsi faut-il convenir que les Monnoyeurs ne faisoient qu'exécuter les ordres qu'ils recevoient sur cela de ceux qui présidoient *à la Cour des Monnoyes:* & que s'il se rencontre quelquefois des dérangemens dans les Legendes, ils ne sont pas à beaucoup prez si frequens ni si grossiers, que vous vous le figurez. C'est ce que nous allons voir encore plus particulierement à l'occasion des Médailles de Tetricus.

Je croyois, Monsieur, avoir fait une decouverte assez considerable (& elle l'est en effet) dans quelques Médailles de Tetricus le Pere, que j'ai communiqué par mes lettres au R. P. Hardoüin, qui les a expliqué de la maniere qui suit:

CÆ. TETRICUS. ARPCA. Vide f. 11. Tabulæ quæ est ad p. 680

Cæsar Tetricus alter Reipublicæ constituendæ Augustus.

TETRICUS. PACI. Vide f. 12. Tabulæ quæ est ad p. 680

Tetricus, pulsis Aquitanis creatus Imperator.

IMP. C. TETRICUS. RDNVIC. Vide f. 13. Tabulæ quæ est ad p. 680

Imp. C. Tetricus Romanæ Ditioni Narbone vindicato, Imperii Conservator.

IMP. C. TRICUS. PLIIVC. Vide f. 14. Tabulæ quæ est ad p. 680

Imp. C. Tetricus præsidiariâ legione Illiberi impositâ Urbis Conservator.

Les explications heureuses que ce sçavant Homme a sçû donner à ces inscriptions, pour éclaircir l'Histoire de ce Prince, avoit de beaucoup augmenté ma joye. Mais par malheur pour elles, je ne sçai quel vieux vase que vous dites avoir été deterré depuis

puis peu aux environs de Bayeux, vous est tombé entre les mains. Vous avez fait consister presque la moitié de vos Observations à nous décrire un trés-grand nombre de Médailles frustes & usées ; comme si les Médailles que je viens de citer, devoient etre aussi dignes de mépris que les vôtres. Mais je vous puis assûrer que jamais rien n'a paru ni si long, ni si ennuyeux que cette description.

En effet, pourquoi employer depuis la page 43. jusques à la 82. ce grand nombre de Médailles de Tetricus, qui ont été trouvées dans ce vase, puisqu'elles sont toutes si barbares & irregulieres, que vous avez été obligé d'inventer une méthode fort nouvelle pour les expliquer ? Cinq ou six ne suffisoient-elles pas, si vous n'aviez autre chose à nous dire, que ce que vous avez dit tout d'abord à la page 47. que je suis bien simple de chercher tant de finesse dans mes Tetriques ; puisque, par exemple, pour expliquer ces Lettres CÆ. TETRICUS. ARPCA. il n'y a qu'à dire que le premier A est superflu, que la Lettre R. est pour un P. le P. ensuite est pour un F. qu'aprés cela, C A. est transposé pour A C. & A C. est au lieu de A U G & qu'ainsi il est visible que ARPCA est mis pour P.F. AUG. Car n'est ce pas là, Monsieur, l'abregé de ce qui remplit dans vôtre livre prés de quarante pages ? Qu'étoit-il donc besoin pour cela de faire l'anatomie de je ne sçai combien de Médailles Gothiques & ridicules, que tous les Antiquaires mettent dans les rebuts ?

Il est bien vrai que les Médailles Gothiques des Empereurs de ce tems-là, étoient fort barbares ; c'est ce qui fait que tous les Sçavans les méprisent. Mais toutes les Médailles des Empereurs de ce tems-là n'étoient pas Gothiques. Car sans parler d'un trés-bon nombre de Tetriques de petit bronze que j'ai qui sont fort bien gravez, j'ai une Médaille tres-rare & trés curieuse d'argent de ce Prince, & un Victorin de petit bronze, dont les reliefs & la beauté ne cedent en rien à ce qui se voit de plus parfait dans le haut Empire, même en or. Je les ai fait graver l'une & l'autre, afin que vous en jugiez ; & du peu de cas qu'on doit faire de ce que l'Histoire nous rapporte de Tetricus le Fils, qui y est representé avec le pere, & qualifié de même que lui, Empereur & Auguste, comme vous voyez.

Vide f. 15. Tabulæ quæ est ad p. 680

IMPP. TETRICI. PII. AUGG. *Les têtes des deux Tetriques Pere & Fils, en profil, celle du Pere étant couronnée de laurier.*

)(. JOVI. VICTORI. *Jupiter assis tient de la droite une Victoire, & une haste de la gauche.*

Vide f. 16. Tabulæ quæ est ad p. 680

Celle de Victorin a la legende singuliere qui suit :

IMP. C. VICTORINUS. P. F. AUG. *& non pas* PP. AUG. *comme la graveure le marque. La tête de Victorin couronnée de Laurier.*

)(. LEG. XXII. PRIMIGENIE. P.F. *Hercule debout appuyé de la main droite sur sa Massuë, tenant de la gauche un arc avec les dépoüilles d'un Lion, ayant au devant de lui un Capricorne.*

On voit des Médailles sous les Princes même qui ont succedé à Tetricus, lesquelles sont aussi Gothiques & aussi barbares, que quelques-unes de cet Empereur ; parce qu'elles ont été frappées dans un canton de l'Empire Romain, où l'art de frapper les Médailles n'étoit pas assurément dans la perfection. J'ai, par exemple, dans mon Cabinet une Médaille de l'Empereur Tacite, laquelle est de petit bronze, avec cette inscription fort nette & trés-bien formée :

Vide f. 17. Tabulæ quæ est ad p. 680

IM. TACITUS. *La tête de ce Prince avec une couronne radiale.*

)(. ✠. III. *La figure d'une femme tenant une pique de la main droite.*


Il est vrai que si je voulois suivre vos regles, Monsieur, je devrois faire un Tetrique de ce Tacite ci. Il n'y auroit qu'à transporter le second T en la place du C. & ce C. en la place du T. ce qui feroit TATICUS. l'A feroit ensuite mis pour un E, & la lettre R auroit été omise aprés le deuxiéme T, où il la faudroit mettre : de sorte que sans beaucoup de peine, comme vous voyez, on feroit de TACITVS un TETRICVS des mieux conditionnez. Mais je vous avouë, Monsieur, que j'ai peine à être là-dessus docile, & à profiter de vos leçons.

Quand je dis, Monsieur, qu'il se trouve sur les Médailles de Tetricus & des autres Princes de ce tems-là, des caracteres Gothiques, je n'entens point parler de ce qu'on appelle caracteres Gothiques dans les Manuscrits : car ces caracteres sont tout differens ; comme je l'ai remarqué plusieurs fois dans les Manuscrits de la celebre Abbaye d'Echternach, qui en a quantité, qui sont de mille ans & plus. Mais ceux qui sont sur les Médailles de ce tems là, sont de quelque Province voisine de l'Espagne, ou de la frontiere d'Espagne même, où Tetricus & ses Successeurs avoient les commandemens des Armées & de la Province.

Les Espagnols ne sont-ils pas encore aujourd'hui, pour ainsi dire, en possession de fabriquer fort mal la monnoye ? De tout temps leur monoye & leurs Médailles ont été fort grossieres.

J'ai un Domitien d'argent dans mon Cabinet, dont les lettres tant du côté de la tête que du revers, sont de cette espece de Gothique dont je vous parle.

Pag. 674.



Vide f. 18. Tabulæ quæ est ad p. 680

La tête de Domitien entourée d'un diademe à la maniere des Rois Grecs & Barbares, Dans le champ vis-à-vis de la tête il y a un grand S très-bien formé.

)(. *Une Pallas tête nuë tenant de la droite un javelot, & un bouclier de la gauche avec une barque sous ses pieds.*

J'ai encore une petite Cornaline gravée, qui represente la tête Tetricus le jeune, avec cinq lettres toutes semblables à celles-ci. Et il se pourroit faire, que ce seroit le même caractere sur tous vos Tetriques, dont vos Tetriques, dont vous avez tâché en dépit de de l'ouvrier de faire du caractere Latin.

Pour ce qui est de la Médaille qui marque la consecration de Tetricus, je vous puis assûrer qu'il n'y a point PI---TRICVS, comme vous le soupçonnez, mais trés-distinctement DI---TRICVS, c'est à dire *Divus Tetricus.* Voici l'inscription de cette Médaille toute entiere.

IMP. C. TETRICVS. P---- *la tête rayonnée de cet Auguste.*

)(. DI.---TRICVS. *Les marques & instrumens du Pontificat.*

Ces instrumens qui ne conviennent pas à l'Empereur Tetricus le Pere, nous font assez connoître, ce me semble, que celui qui est consacré, & qui est appellé DIVVS. TETRICVS. Sur cette Médaille, est Tetricus le fils. Ce qui confirme l'explication de cette legende, dans une Médaille du même Prince, TETRICVS. ICAP. avec un bucher : que le R. P. Hardoüin a heureusement expliqué par ces mots : *Inter Cælites ante Patrem.* Mais quoi qu'il en soit, ce n'est point la tête de Claude qui est sur cette Médaille, comme vous le pretendez sans preuve : c'est constamment celle de Tetrique.

Vide f. 19. Tabulæ quæ est. ad p. 680

J'avois proposé aux Antiquaires une Médaille tirée de mon Cabinet, & qui porte le nom d'Aurelien : mais d'un Aurelien tout autre que celui qui nous est connu par l'Histoire. La difference de visage & d'âge est si sensible, qu'à confronter cette Médaille, avec les Médailles ordinaires d'Aurelien, il n'est

il n'est pas possible de disconvenir, que celui que ma Médaille represente, est un autre Aurelien.

Pour combattre ce sentiment. Vous produisez page 84. & 85. quatre Médailles d'Aurelien, qui, selon vous, ont beaucoup de rapport avec celle qui se trouve gravée dans les lettres du R. P. Hardoüin & les miennes. Vous ajoûtez ensuite, *que ces quatre Médailles sont si éloignées de la ressemblance, des têtes que l'on voit sur tant d'autres Médailles d'Aurelien, que celle de la premiere & de la quatriéme, ressemblent parfaitement à la tête de Claudius Gothicus* &c. pour fortifier ce sentiment vous citez une autre Médaille de Tetricus, *que l'on doit reconnoître pour tel par son nom qui y est marqué*, dites-vous, *quoi que la tête ne soit pas de Tetricus, mais de Victorien.* Bien plus. Vous nous expliquez de quelle maniere ces transpositions de têtes ont pû se faire, sur tout a l'égard d'Aurelien, en ajoûtant peu aprés; *que la nouvelle de son élevation à l'Empire étant arrivée avant son portrait, les Monnoyeurs pour marquer leur diligence à le faire reconnoître par ses monnoyes, prirent les poinçons de la tête de Claudius Gothicus & mirent le nom d'Aurelien à l'entour.*

A qui esperez-vous persuader, Monsieur, que les Monnoyeurs se pressassent d'avantage en ces tems-là pour representer les Princes sur les monnoyes qu'on le fait aujourd'hui? & ces Empereurs qui selon l'Histoire faisoient perir leurs Predecesseurs, dont ensuite ils cherchoient par toute sorte de moyens d'abolir la memoire, en détruisant tous les monumens publics qui leur étoient consacrez, entre lesquels la monnoye a toûjours eu le premier rang, comment dis-je ces Empereurs auroient-ils permis, que l'on fit revivre, pour ainsi dire, sur leurs Médailles leurs ennemis? comment auroient-ils permis qu'on mît leurs noms autour des têtes de ceux dont la memoire étoit souvent declarée infame par des Arrêts publics du Senat? Et néanmoins si l'on vous en croit cela s'est pratiqué fort ordinairement. Vous avez beau dire, Monsieur, on n'aprouvera jamais une opinion si bizarre. Je suis au contraire trés-persuadé, que si un autre que vous s'étoit hazardé de la publier, vous auriez été le premier à la censurer, comme l'imagination, la moins soûtenable, & la plus ridicule.

J'attribuerois plutôt la difference de visages, qui se trouve sur les Médailles d'un même Prince, à la differente idée des Monnoyeurs. J'ai par exemple dans mon Cabinet des Médailles de Probus, où ce Prince a tout different air de visage que dans les autres, comme cela se void dans Ectypes ci-joints: Mais c'est toûjours le même âge par tout. Au lieu que ce second Aurelien, que j'ai, est un jeune homme de vingt cinq à trente ans, tandis que l'autre paroit en avoir soixante. Ainsi je ne multiplierai pas les Probus, comme je crois qu'il faut reconnoître deux Aureliens, quoi que le mien n'ait pas le mot de JUNIOR: parce que l'usage de mettre ce mot, lorsque deux Princes de même nom vivoient en même-tems, cet usage dis-je, ne s'est introduit sur les Médailles, qu'aprés le tems de Diocletien.

Vide f. 20. 21. & 22. Tabulæ quæ est ad p. 680

Que ne disiez-vous, Monsieur, pour détruire mon second Aurelien, ce que vous avés si joliment imaginé, pour decrediter les six Constantins? Que ne disiez-vous, que Vabalathus vivant de bonne intelligence avec Aurelien, les Monnoyeurs pour marquer leur union, auroient placé la tête du premier sur les Médailles du second?

Vous avez peu-être préveu qu'on ne vous en croiroit pas; parce que vous avez ajoûté vous-même, qu'il ne se trouveroit point d'exemple de cette confusion de têtes devant le Siécle de Constantin.

Vous établissez au reste une loi bien rigide, lorsque quand on vous montre une Médaille unique & singuliere de quelque Prince, qui n'ait pas encore paru, *vous voudriez*, dites-vous à la page 95. *qu'on vous en montrât encore une autre semblable de chacune, mais bien marquée & bien nette, percisément avec les mêmes inscriptions, sans aucune variation, tant du côté de la tête, que du revers.*

Si ce principe tel que vous venez de le poser devoit être observé à la rigueur dans l'étude des Antiques ne pourrois-je pas à mon tour donner avec justice l'exclusion au *Constans. Jun. Nob. C.* que vous avez dans vôtre Cabinet, parce que je n'en ai point veu ailleurs, & que ni l'Histoire, ni l'Occo augmenté, ni aucun Antiquaire n'en ont fait jusqu'ici la moindre mention? Au reste, Monsieur, vous pourez mettre cette Médaille dans vôtre *Selecta*, que vous promettez, & que nous attendons: & vous pouvez apprendre du R. P. Hardoüin, à la page 194. de son *Sæculum Constantinianum*, qui est ce *Constans junior.*

Mais il faut que je vous aprenne à mon tour, que j'ai pareillement deterré depuis peu une Médaille entre les miennes, que vous allez voir, qui ne pourra manquer d'être regardée de bon œil par les connoisseurs, elle est de petit bronze avec cette inscription:

CONSTANTIVS. IV. N. C. *La tête de ce Cesar avec un diademe garni de pierreries.* *Vide f. 23. Tabulæ quæ est ad p. 680*

)(GLORIA. EXercitus. *à l'exergue* T---- *un signe militaire au milieu de deux soldats.*

Vous pourrez voir encore dans le même Siécle de Constantin à la page 196. par la confrontation des revers, que ce *Constantius junior*, est celui qui dans ses autres Médailles porte le nom de FL. VAL. CONSTANTIVS. NOB. CÆS. Du moins c'est ma pensée: & je crois que quand le R. P. Hardoüin l'aura veüe: il ne me desavoüera pas.

Dans son *Sæculum Constantinianum*, il en rapporte plusieurs de *Constantius Junior*, qu'il attribuë toutes à *Constantius* surnommé *Gallus*, mais pour marque de distinction il pose en fait, que celles de *Gallus* ont toûjours la tête decouverte, & il dit vrai. J'en ai moi-même une d'or trés-belle & trés-bien conservée de ce Cesar, dont voici l'Ectype, avec cette inscription:

D.N. CONSTANTIVS. NOB. CÆS. *la tête decouverte.* *Vide f. 24. Tabulæ quæ est ad p. 680*

)(GLORIA. REIPVBLICÆ. *Deux figures de femmes assises soutiennent un bouclier au milieu duquel se lit* VOT. V. MVLT. X. *à l'Exergue* SMLVG.

J'en ai quelques autres de bronze, dont les têtes ressemblent entierement à celle-ci, & qui sont pareillement découvertes; mais la difference qu'il y a, c'est qu'outre le D. N. *Dominus noster*, il y a, FL. CL. *Flavius Claudius*, parce qu'il est d'une autre famille: & au revers on lit FEL. TEMP. RENOVATIO.

Ainsi, Monsieur, quoique vous n'ayez point vû le *Constans Maximus*, & d'autres Médailles singulieres, il suffit qu'un Homme d'un mérite, d'une érudition, & d'une exactitude aussi, reconnuë en ce genre, que l'est celle du R. P. Hardoüin les ait reconnuës, pour ce qu'elles sont, pour qu'on puisse sans rien risquer, compter là-dessus. D'ailleurs il vous est aisé d'aller consulter les Cabinets d'où il a tiré ces Médailles: car il a soin de les marquer fort exactement. Elles ne sont qu'à Paris & à Versailles, & dans le Cabinet que vous avez en main.

Au reste, Monsieur, Si mon stile n'est pas si poli que le vôtre, il faut le pardonner à un homme à qui le François est une langue étrangere. Quelque franc néanmoins & sincere qu'il paroisse, soyez trés-persuadé que je suis prêt de profiter de vos instructions, toutes les fois que vous voudrez bien m'en honorer. La seule grace que j'ai à vous demander à cet égard, c'est de vouloir vous souvenir toûjours d'un mot qu'a dit trés à propos sur un sujet pareil, l'Auteur du

Luxembourg Romain, dont je vous ai parlé. Ce sçavant Homme s'adressant dans sa Préface à ceux qui voudroient critiquer son Ouvrage, leur donne, l'avis salutaire que vous allez voir.

Cæterùm si qua opinatus sum, si qua conjeci, si qua divinavi, tu pro opinationibus, pro conjecturis, pro divinationibus accipito. Si qua verò asseveravi, si qua pro certis atque indubitatis scripsi: tu aut credito, aut si abnuis, falli me ostendito, aut meliora dicito. Au reste, dit-il, *si dans cet Ouvrage, j'avance des opinions & des conjectures, & si quelquefois je devine, prenez tout cela comme je le donne. Mais si j'ai avancé des faits comme certains & incontestables, il vous est libre d'y ajoûter foi; ou si vous ne les croyez pas tels, faites voir que je me suis mépris, ou aprenez-nous quelque chose de mieux.*

Lorsque vous en userez de la sorte, Monsieur, & que pour combattre mes sentimens, vous employerez des moyens plus efficaces & plus solides que ceux de vos Observations, vous pouvez compter que j'abandonnerai sans peine mes opinions, que j'embrasserai les vôtres avec plaisir, & que je me ferai gloire de publier les obligations que je vous en aurai, soyez-en je vous suplie trés-persuadé. Je suis avec toute l'estime possible,

MONSIEUR,

Vôtre trés-humble & trés-obéissant serviteur,
DE BALLONFFEAVX.

A Echternac le 3. Mars 1702.

Il y a environ cinq semaines qu'un de mes amis m'a écrit d'Amsterdam, ce qu'on y pense de vos Observations. Je vais vous décrire ici sa Lettre fort fidellement, & mot pour mot sans y rien ajoûter.

Lettre écrite d'Amsterdam, le 28. Janvier 1702. à Monsieur de Ballonsffeaux, Baillif d'Echternach prés de Luxembourg.

MOnsieur. Nous avons vû ici dans le second Journal de Paris, du 9. de ce mois, un Parallele du Pere Hardoüin Jesuite, & du Sieur Galland, qui nous a surpris, & où vous avez quelque part. J'ai cru devoir vous en donner avis, parce que ce Journal ne va peut-être pas jusqu'à Luxembourg. Nous avons eu la curiosité confronter les lettres de ce Pere, & les vôtres, avec les Réflexions du Sieur Galland, qui ont donné occasion à cet endroit du Journal. Car vos lettres, Monsieur, se trouvent ici: & le Sieur Galland a eu soin d'envoyer des exemplaires de son écrit à M. Cuper, qui nous l'a prêté. Les explications du Pere Hardoüin sur vos médailles, & principalement sur celles de Tetricus sont trés-bien fondées: & il ne se peut rien dire de plus pitoyable, que ce qu'a imaginé le Sieur Galland pour les refuter. Tous les Sçavans en conviennent ici; & je veux bien vous en écrire leur sentiment; afin que vous soyez persuadé, qu'il y a ici, aussi bien qu'ailleurs, des gens qui se rendent à la verité.

La premiere médaille, par exemple, qui est rapportée dans cet endroit du Journal de Paris, qui a pour inscription, CÆS. TETRICVS ARPCA. Et au revers, PAX AVGG. le Pere Hardoüin l'explique ainsi: *Cæsar Tetricus alter Republicæ constituendæ* ou *conservandæ Augustus. Pax Augustorum.* Il appuye cette explication sur une autre médaille, qui a d'un côté la tête de l'Empereur Claude, surnommé le Gothique, avec l'inscription, IMP. CLAVDIVS AVG. & au revers la tête de cet autre Prince, nommé Tetricus, avec la legende, TETRICVS AVG. Cela marque visiblement deux Princes, qui vivoient en même tems en parfaite intelligence. Ainsi ces lettres, ARPCA sont trés-heureusement expliquées par ces mot, *Alter Reipublicæ conservandæ Augustus.* D'autant plus que cela n'est point sans exemple: car ces trois lettres RPC sur les médailles des fameux Triumvirs, Antoine, Cesar, & Lepide, signifient *Reipublicæ constituendæ*, de l'aveu de tout le monde. Les autres médailles qui sont rapportées dans ce Journal, & qui sont tirées comme celle-la de vôtre cabinet, ont leur explication aussi-bien établie par le Pere Hardoüin, que celle-ci, qui est la premiere.

Le Sieur Galland répond à cela, (c'est à la page 47. de son bel ouvrage,) qu'il n'y faut pas chercher tant de finesse: que dans cet ARPCA l'A est *surnumeraire*, & qu'il le faut retrancher: que la lettre R est pour un P: le P. ensuite est pour une F: le CA sont aprés cela deux lettres transposées, pour AC. Encore le C est-il pour un G: & il y faut inserer un V. Alors cela fait justement, CAES. TETRICVS. P. F. AVG. Ainsi dans la seconde TETRICVS PACI. dans la troisiéme, qui a IMP. C. TETRICVS RDNVIC. & dans toutes les autres semblables, il faut à force de changement, d'addition, de retranchement, ou de transposition de lettres, se bien persuader, qu'on n'a jamais voulu marquer autre chose sur ces médailles, sinon P. F. AVG. Que les ouvriers n'avoient pas l'esprit en ce tems là de bien former ces cinq lettres P. F. AVG. dans les medailles les plus nettes, quoi qu'il sçeussent bien figurer: & ranger le mieux du monde toutes les autres lettres de la legende: & qu'enfin il faut juger des médailles de Tetricus, de la meilleure fabrique, telles que sont les vôtres dont il s'agit ici, & quelques autres que cite le Sieur Galland lui-même; qu'il en faut juger, dis-je, comme de celles qui sont de fabrique Gothique, qui ne sont bonnes, pour me servir de son expression, qu'à jetter dans *les rebuts.* Car ce sont celles-là, dont il se vante d'avoir plus de quatre cent, & sur lesquelles il veut qu'on juge des meilleures. Est-ce donc pour dire & pour écrire de semblables pauvretez, qu'on se qualifie Antiquaire? Cela est-il digne d'un Eléve de l'Academie des Inscriptions? Celui qui a fait dans le Journal l'extrait de cet Ecrit, a bien vû que cela étoit pitoyabe. Mais s'il eût rapporté mot pour mot cette belle invention du Sieur Galland, celui-ci eût paru fort ridicule, & le Jesuite eût eu visiblement l'avantage. Mais ce n'étoit pas apparemment l'intention du Journaliste: car pour détourner cette idée qu'on auroit euë de l'explication du Sieur Galland, il l'a supprimée. Cela est-il de bonne foi? Il se contente de dire, & peut-être par raillerie, que *M. Galland ne paroît pas à beaucoup prés si ingenieux que le Pere Hardoüin, dans l'explication qu'il donne des legendes de ces médailles. Que tout le secret, qu'il y trouve, c'est quelque transposition ou quelque corruption de lettres. Qu'il en apporte des exemples, & donne des préceptes pour cela, qu'il faut voir dans son Ecrit.* Ces exemples, comme je vous ai dit, sont tirés des médailles, que le Sieur Galland lui-même appelle des médailles *de rebut.* Et ces regles sont, comme je vous l'ai aussi insinué, qu'à force de retrancher, d'ajoûter, de changer, ou de transposer dans les médailles mêmes les mieux fabriquées, il faut croire qu'on n'y jamais voulu mettre autre chose, que P. F. AVG. Cela est assez hardiment décidé. Mais ceux qui ont quelque connoissance des médailles, en conviendront-ils? Seront-ils de l'avis de celui qui a fait cet Article du Journal de Paris? Je puis bien garantir que non: car un trés-grand nombre de médailles fait foi du contraire.

L'autre Article des Réflexions du Sieur Galland dont

dont le Journal a fait l'Extrait, roule sur les six Constantins, que le P. Hardoüin a trouvez par les médailles. Le Journaliste admire le dénouëment que le Sieur Galland a imaginé, pour réfuter ce systéme: qui est que, lors que les Princes *n'étoient point en guerre les uns contre les autres, les Monetaires, ou d'eux-mêmes, ou par l'ordre de ces Princes, marquoient la monnoie de l'image d'un de ces Princes, avec le nom d'un autre. Voilà selon M. Galland tout le mystere.* Mais voilà aussi la plus jolie vision, qui puisse tomber dans l'esprit d'un homme: & le Journaliste paroît être homme de bon goût sans doute, lors qu'il dit qu'il est difficile *qu'elle ne fasse pas d'impression sur beaucoup d'esprits.* Le Sieur Galland lui-même avouë pourtant qu'il n'y en a point d'exemple devant les Constantins: mais c'est qu'il vaut mieux imaginer cela, dit-il *quelque peu vraisemblable* qu'il paroisse, ainsi qu'il le dit lui-même) que de reconnoître par les médailles plus de Constantins qu'il n'y en a dans l'Histoire. Il faut que le Sieur Galland ait encore employé ici ses médailles *de rebut*, sur lesquelles un ouvrier peu habile ait si mal représenté son Prince, que le Sieur Galland y ait crû voir des Maxences, des Licinies, ou des Maximins, avec le nom de Constantin. Mais de dire pour cela que le dessein du Monnoieur, ou que l'intention du Prince même ait jamais été de mettre avec la tête d'un Empereur le nom d'un autre Empereur, cela est sans doute assez plaisamment imaginé. C'est comme si l'on disoit, qu'après la paix de Ryswick entre Sa Majesté Trés-Chrêtienne & le feu Roi d'Espagne, le Roi, ou les Officiers de sa Monnoie à Paris, se seroient avisez de faire frapper des médailles, où fût la tête du feu Roi d'Espagne, & où l'on vit écrit autour de la tête, LVDOVICVS MAGNVS REX CHRISTIANISS. Cela tomberoit-il même dans l'imagination d'un faiseur de jettons?

D'avancer ensuite, comme fait l'Auteur de cet endroit du Journal, que le Pere Hardoüin n'appuie son sentiment, que sur la difference de visage, qui se trouve sur les médailles qui portent le nom de Constantin, c'est une fausseté insigne. J'ai lû son livre fort exactement, lors que j'étois à Paris: cela n'y est point. On le va bien-tôt imprimer ici, à ce que j'apprens: le public en sera juge en Hollande, aussi bien qu'en France. Ni le Sieur Galland, ni son Panegyriste, n'ont point entendu le Latin du Jesuite. Le Pere Hardoüin se tromperoit bien, si sur la seule difference du visage il eût établi plusieurs Constantins. Ce seroit comme si quelqu'un s'avisoit dans quelques siécles de dire, que durant l'espace de soixante ans de regne que compte déja le Roi Trés-Chrétien, il a découvert dans les médailles de ce tems-là, par la diversité des traits du visage, dix ou douze Loüis XIV. Mais les médailles des Constantins sont encore bien plus differentes, que ne le sont celles du Roi, par cet endroit là. Et si la seule difference de l'air du visage, qui dépend de l'habileté ou du peu d'adresse des ouvriers, suffisoit pour multiplier les Constantins, le Pere Hardoüin auroit pû peut-être nous en donner plus de trente.

Mais voici, si je m'en souviens bien, ce qui a fait remarquer plus d'un Constantin à ce Pere. Premierement c'est la difference des noms, qui marquent autant de differentes familles: puisque les Flaves Jules, les Flaves Claudes, & les Flaves Valeres: ou Maximes (qui sont les noms des differens Constantins) nous marquent autant de Familles differentes, que le font en France celles des Bourbons-Montpensiers: car c'est l'exemple qu'il apporte: & que le nom de Constantin, joint avec ces differens noms; ne marque pas moins plusieurs Constantins, que le nom de Henri & celui de Loüis, joint avec celui de ces differentes familles nous marque plusieurs Loüis ou plusieurs Henris. En second lieu, c'est qu'un Constantin, qui n'a que le titre de César sur les médailles, où il est dépeint assez vieux, barbu, & âgé de près de soixante ans, n'est pas celui qui porte le titre d'Auguste sur les médailles, où il ne paroit en avoir que vingt. En troisiéme lieu, c'est qu'un Constantin, que est encore Païen à cinquante ans, comme les inscriptions de ses médailles en font foi, n'est pas le même que celui qui porte sur les siennes les marques du Christianisme dés l'âge de vingt-cinq ans. Le Jesuite apporte bien d'autres preuves encore pour appuyer sa découverte: mais celles-ci suffisent pour apprendre au Journaliste, qu'il s'est laissé tromper par le Sieur Galland, quand il a dit après lui, *que le Pere Hardoüin n'a presque point d'autre raison de multiplier le même Empereur que la difference des têtes, qu'il a remarquées sur les médailles avec la même legende des Constantins.* Il devoit se défier du Sieur Galland qui pour contredire l'explication que donne le Jesuite d'une Epigramme, qu'on a cru avoir été faite à l'honneur de l'Empereur Theodose, a eu la hardiesse d'assurer dans cet Ecrit même, qu'il avoit lû cette Epigramme à Constantinople autrement que le Pere Hardoüin ne l'a imprimée. Ce qui est trés-faux. Car Mr. Spon, dans son voyage de Grece, avec tout ce que nous avons ici de Hollandois, d'Anglois, & d'Allemans, qui ont été à Constantinople, & qui ont copié cette inscription le démentent. Outre que quand le Sieur Galland met ΠΡΟΚΛΩ pour ΠΡΟΚΛΟΣ, que le Pere Hardoüin a mis, il commet un solecisme contre la Grammaire, & donne un sens ridicule à cette Epigramme.

Voilà néanmoins les belles explications du Sieur Galland que l'Autheur de cette endroit du Journal a tellement admirées, qu'il le compare pour cela avec le Pere Hardoüin, en commençant son extrait par ces mots: *Voici deux celebres Antiquaires aux mains l'un contre l'autre. C'est d'une part le Pere Hardoüin Jesuite, si connu dans la Republique des Lettres, par plusieurs ouvrages qu'il a donnez au public: & de l'autre, Mr. Galland de l'Academie Royale des Inscriptions, dont le merite & l'érudition ne peut-être ignoré, que de ceux qui n'ont aucun goût pour la belle litterature.* Nous avons eu ici la curiosité d'aller chez les Libraires chercher les ouvrages de litterature du Sieur Galland. On ne l'y connoit pas. Et pour moi, je ne me souviens point d'avoir vû d'autres écrits de lui, lors que j'étois à Paris, que ceux qu'il a faits sur quelques médailles; c'est à-dire, trois ou quatre petits livrets, chacun de la grosseur d'un Almanach, où il raisonne, comme il fait ici sur les Tetriques & sur les Constantins. J'en excepte une ou deux lignes, où malgré lui suit le sentiment du Pere Hardoüin sur une médaille fameuse, qui a pour inscripion GALLIENÆ AUGUSTÆ. Au reste je ne crois pas que le Pere Hardoüin prenne la qualité d'Antiquaire; ni qu'il en vienne aux mains avec les Antiquaires du caractere du Sieur Galland; veu qu'il n'a jamais paru jusqu'ici s'écarter de ses études, ou prendre le change, pour s'amuser à faire de petits écrits: & qu'il n'auroit besoin pour détruire les imaginations de cet Ecrivain, que de dire en François ce qu'il a déja dit en Latin.

L'Auteur de cet endroit du Journal ajoûte aprés cela de lui-même *qu'il seroit à souhaiter, que le Pere Hardoüin voulût bien se donner la peine de composer & de donner au public un livre, où il expliqueroit les lettres & les manieres d'écrire abbregées des Grecs & des Romains.* Ce projet est aussi chimérique, que l'on en puisse imaginer. Et le moyen de faire des regles, pour expliquer une multitude prodigieuse d'inscriptions, aussi differentes, que le sont les actions des Princes qu'on y louë, quand ces inscriptions ne nous

nous présentent que la premiere lettre, ou tout au plus deux ou trois lettres de chaque mot! Un C par exemple, ne peut-il pas signifier plus de cent mots differens, selon la pensée différente qui compose l'Inscription? Il faut donc n'être gueres versé dans ce genre d'étude, pour faire une semblable proposition. Exemple. Il y a une médaille de Neron en grand bronze, qui a au revers un superbe édifice, avec l'inscription, MAC. AUG. Tous ces gens qui se disent Antiquaires, l'expliquent ainsi, *Macellum Augusti:* le Marché, c'est-à-dire, le lieu où l'on vend chair, poisson, legumes, & toute sorte de vivres, bâti par Auguste. Cette explication est ridicule, car un édifice aussi magnifique que celui qui est representé sur la médaille, n'est pas assurément une place où se tient le marché. Le Pere Hardoüin l'explique quelque part, *Mausoleum Cæsaris Augusti:* & cela est fort bien trouvé: car en effet les restes de ce Mausolée se voient encore aujourd'hui à Rome, tels que la Médaille les represente. Quelle regle le Journaliste veut-il qu'on lui donne, pour sçavoir si MAC est *Macellum* ou *Mausoleum Cæsaris*? Et qui peut demander des regles pour cela, sinon celui qui se mêle d'écrire de ce qu'il n'entend pas?

Ce n'est pas seulement l'érudition qui lui manque; c'est encore l'attention à ce qu'il fait. Car il s'est tellement précipité en copiant l'écrit du Sieur Galland, que là où le Pere Hardoüin a expliqué, IMP. C. TETRICUS, par ces mots ordinaires, *Imp. Cæsar Tetricus*, il a mis, *Imp. Cajus Tetricus:* Et là où le Sieur Galland a mis *Galerius Maximinus*, il met *Galerius Maximus:* bévuë qui fait voir qu'il n'est gueres versé dans l'Histoire, où l'Empereur Maximin fait une assez bonne figure, pour n'être pas confondu avec l'Empereur Maxime.

Mais sa critique, sur tout à l'égard du stile de vos lettres, & de celles du Pere Hardoüin, a fort réjoüi ici les Sçavans. Il prétend qu'elles sont si semblables, qu'on pourroit croire, qu'elles sont d'une même main. Nous avons lû & confronté la Préface & les lettres. Quoique sans vous flater, vôtre maniere d'écrire soit fort bonne, Monsieur; le stile du Pere Hardoüin est pourtant différent. Tout le monde en peut-être juge. Que le Journaliste attaque le Jesuite, cela n'est pas nouveau. Mr. Cousin l'a fait avant lui. Mais de s'en prendre aussi à vous, Monsieur; à un homme d'honneur & de distinction, qui avec cent fois plus d'erudition, que ce faiseur d'extraits, c'est declarer la guerre non seulement au Jesuite, mais encore à tous ceux qui auront quelque liaison avec lui. Je crois bien que vous ne vous en souciez gueres: aussi je doute fort que le Pere Hardoüin s'en tourmente beaucoup. Il ne se mettra pas même en peine, ce me semble, de donner satisfaction à ce Journaliste, sur l'empressement qu'il paroît avoir de connoître je ne sçai quel systême, dont il parle assez confusément. Il y a longtems que ce Pere fait envie à bien des gens. Comme vous êtes de ses amis, (car il s'en fait honneur par tout) exhortez-le à continuer: nous en profiterons. Je suis. . . . .

HISTORIA AVGVSTA EX NUMMIS ANTIQUIS GRÆCIS LATINISQVE RESTITUTA:

Collecta ex epistolis

R. P. JOANNIS HARDUINI,

Societatis JESV Presbyteri;

Ad Nobilissimum Virum D. DE BALLONFFEAVX, in Luxemburgico Regio Senatu Consiliarium.

Nunc primum in lucem prodit.

TYPOGRAPHUS LECTORI S.

TAMDEM aliquando a Nobilissimo Viro D. DE BALLONFFEAVX, Regio Consiliario in Senatu Luxemburgico, impetravimus exspectatas dudum epistolas a R. Patre JOANNE HARDVINO ad ipsum scriptas, de Nummis antiquis Imperatorum Romanorum. Has ab alio quodam nobili Treverensi didiceramus, velle eumdem Nobilissimum virum in lucem edere Luxemburgi; quemadmodum ante biennium tres quatuorve epistolas Reverendi Patris, cum suis totidem, ipse ibidem divulgarat. Sed postquam certior factus est, nobis propositum esse, omnia R. Patris opera colligere in unum corpus; remque se jucundam & utilem facturum esse Reipublicæ litterariæ, si omnia simul exirent; tum vero ille considerata typorum nostrorum elegantia, cessit perhumaniter postulationi nostræ. Epistolas misit ille amplius sexaginta, resectis tamen plerarumque exordiis; clausulisque quæ vel urbanitatis tantum officia continerent, vel ad negotia privata spectarent: quoniam legentibus jucundior futura sit continuata series numismatum, quam epistolaribus initiis ac formulis interrupta. Iis autem, admonitu ejusdem Nobilissimi Viri hunc titulum præfiximus: HISTORIA AVGVSTA, *ex nummis antiquis, Græcis Latinisque, restituta: Collecta ex epistolis R.P. JOANNIS HARDVINI, Societatis JESV Presbyteri.* Exhibet enim hæc Collectio epistolarum, corpus quoddam, in quo nihil desiderari possit, quod pertineat ad Annales certissime digerendos ex nummis Imperatorum, usque ad tempora Diocletiani; sive, ut alterum ipse librum inscripsit, usque ad sæculum Constantinianum.

Retulerunt nobis eruditi viri in hac civitate, quibuscum has epistolas, sive potius hæc

Excerpta ex epistolis R. Patris communicavimus; vix quidquam afferri aut desiderari posse magis eruditum in hoc genere, quam sit istud ex iis collectum seu confectum opus: quidquid propemodum potest ex Nummis antiquis elici veræ eruditionis, eo contineri: errores plurimos populares in eodem egregie confutari: quæ fuerunt inextricabilia hactenus in Nummis antiquis, videri perpulcre ibi extricata omnia: nullius fere Numismatis non novam esse interpretationem: fabulas ab aliis, saltem plerisque, qui de Nummis antiquis disserunt, nugasve tractari pueriles; quarum non modo Christianos homines, sed & liberalia ingenia pudere oporteat: ab isto Scriptore nihil nisi historicum, grave, serium, dignum Romana majestate concordiaque proferri: quot fere Nummis, totidem fere argumentis, labefactari Romanam historiam, qualis apud profanos quosdam scriptores exstat: nihil esse tamen certioribus stabilitum argumentis, in historia profana scilicet, quam est & Chronologia omnium illorum temporum; & Genealogia, sive deductum genus uniuscujusque Augustorum, a Cæsare Augusto usque ad Diocletianum, ex solis Nummis antiquis. Virorum istorum eruditorum judicio spero te, Lector, subscripturum esse, cum legeris. Vale.

PRÆFATIO.

Quæ est epistola prima

P. HARDUINI

AD

D. de BALLONFFEAVX.

ERIT tibi, Vir Optime, Nobilis, Erudite, & Amice ex intimis, hæc prima epistola, instar cujusdam præfationis pernecessariæ, ad ea intelligenda, quæ deinde tibi de Nummis Augustorum, quoniam ita vis, ad te sum scripturus. Describam iterum hoc loco igitur, quædam ex iis, quæ ad hoc argumentum pertinentia memini me dudum ad te scripsisse. Ac primum quidem id velim noveris, tria potissimum in his epistolis a me esse præstanda, tria exhibenda. I. Ductam per stirpium seriem descriptionem generis singulorum Augustorum, quam Genealogiam vocant. II. Descriptionem temporum per annos singulos, annorumque per Nummos antiquos, quam partem Chronologicam vocant. III. Explanationem denique rerum a singulis Augustis gestarum; non omnium quidem, sed earum quæ & præcipuæ sint, neque adhuc ut par est intellectæ, vel descriptæ.

I. Ad Chronologiam porro statuendam, has adhiberi regulas oportere in quadam ad te scripta epistola aïebam. Cum nihil sit intricatius, nihil ad expediendum difficilius, quam quid statui certi in eo genere oporteat; siquidem vix possunt aut alii scriptores cum aliis, aut interdum ipsi secum conciliari; nihil esse aïebam e diverso facilius aut expeditius, quam id ex Nummis antiquis, si soli spectentur, definire. 1. Si nimirum in nummis Græcis anni Augustorum semper incipiant a Septembri consequente Natalem Vrbis, quo Tribunicia Potestas concessa Augusto fuit, vel prorogata: exceptis his qui sunt inscripti, ΕΤΟΥΣ ΝΕΟΥ ΙΕΡΟΥ: hoc est. *Anno novo Augusti.* 2. Si in nummis Latinis anni Tribuniciæ potestatis semper ducant initium a die Natali Vrbis, qui fuit XI. Kal. Maii: exceptis solum Antonino Pio, & Marco: quorum anni Tribuniciæ Potestatis ab ipsismet Kalendis Januariis incipiunt. In ceteris autem omnibus initium Tribuniciæ Potestatis recte peti a Natali Vrbis, tum ex nummis patet Nervæ Aug. Antiochenis: tum vero maxime ex nummis coloniæ Viminacii, & Provinciæ Daciæ, quorum indicem tibi suo tempore dabo: tum denique quod facillima sit temporum explicatio, hoc principium si ponatur; inextricabilis, nisi ponatur. Hic valeat igitur illud Aristotelicum: *Ita bene: aliter non bene: ergo sic optime.* Nam Græci quidem idcirco in nummis suis annos Augustorum semper a Septembri computant, qui collationem vel prorogationem Tribuniciæ Potestatis consequeretur; quoniam hic mensis nimirum, a quo semper annum inchoant, proximior esset Natali Vrbis, quo die hæc Potestas deferebatur, quam foret September antecedens: nec deceret annum unum vel primum dici, cujus menses tantum quatuor forent usque ad alterum seu novum annum suum; hoc est, usque ad Septembrem. Atque hunc illi morem in ipsomet Antonino Pio & M. Aurelio Græci servarunt; quoniam Septembrem proxime antecedentem Kalendas Januarias, quo die illi Tribunicia Potestate donati sunt, alterum Hadriano, Pio alterum adsignarant.

II. De vita deinde ac rebus gestis Imperatorum, vix aliquid magis dignum notatu in Nummis se offert, quam quod unicuique Principi post Neronem, definitum a Senatu fuerit tempus gerendæ potestatis. Nam etiam post Cæsarem Augustum pœnituit Senatum Perpetui Imperatoris a se olim creati. Nullus deinceps post ipsum, per annos quadringentos, aut rarus fuit. Ac ne Augustus quidem, usque ad liberos Constantini, perpetuus aliquis fuit; sed alii ad annum unum & alterum, ad tres, quinque, septem, decem; vix certe ultra annos novemdecim aut viginti quisquam: ne Antoninus quidem ipse Pius; cui idcirco tres & viginti anni, cum titulo & munere Augusti, sunt attributi, quoniam tres annos priores, quos in peragrando orbe Romano, & totidem gerendis Consulatibus insumpsisset, nollet senatus in legitimo annorum viginti tempore computari. Nam & ea causa est, quamobrem a Kalendis Januariis una cum Consulatu cœperint anni ipsius Tribuniciæ Potestatis; non, ut in Augustis ceteris, a die Natali Vrbis,

Vrbis. Quid quod ne hereditarium prorsus imperium in exercitibus censeretur, aut in provinciis Augusta potestas; numquam hic alteruter honos post filios transiit ad nepotes: sed lege cautum fuit, ut si quis Augusti filius patri succederet, vel cum patre imperaret, non ulterius in ea ipsa domo aliquis Imperator vel Augustus esset; sed transferretur principatus ad eos, qui essent in transverso cognationis gradu; reddendus ei familiæ post annos forte viginti. Factum ex eo est, ut & post Vespasiani filios, & post Commodum Marci filium, & post Severi filios Antoninum & Getam, & post ambos Gordianos filios Gordiani Africani Aug. & post Philippum patri cognominem, & post Decii filios, & post Valerianum Valeriani filium, aliosque, ad alterius familiæ Cæsareæ tamen, viros translatum hoc decus fuerit.

III. Quod ad Genealogiam denique Cæsarum attinet, non sine aliqua, opinor, voluptate intelliges, ex veterum Nummorum contemplatione, fuisse Cæsares omnes inter se cognatione conjunctos; idque ex ipsis, quæ Nummi præferunt, nominibus cognominibusque constare. Errorem enimvero plebeium esse, existimantium *Cæsaris* nomen olim fuisse, uti nunc est, merum titulum dignitatis. Ad constituendam autem seriem gentium familiarumque singularum, his maxime principiis innitemur, quæ sunt ferme omnia ab eruditis recepta.

1. Nomina in *ius* desinentia, pleraque omnia nomina sunt propria gentium, sive insignium familiarum: ut *Antonius*, *Aurelius*, *Claudius*, *Julius*, *Licinius*, similiaque sexcenta. Cognomina vero non habent similem exitum; paucis exceptis, ex his quæ reperiuntur in nummis antiquis; (nam de his dumtaxat in præsenti agimus:) cujusmodi *Constantius* est; ac forte *Magnentius*, & *Decentius*: tametsi de his aliter nobis visum est olim. Nam res adhuc in incerto est.

2. Quæ in *ianus* desinunt, ea sunt a conjuge primum; ut *Domitianus* a Domitia; eademque transferuntur ad primogenitum saltem e liberis: recipiunt autem postea formam primigeniam. Ut *Maximianus*, quod nomen est a Valeria Maxima conjuge, *Maximianum* genuit; Maximianus *Maximinum*: Maximinus denique *Maximum*; quod vetus ac primum cognomen in proavia fuit. Sic Maximiano Galerio fuere duo filii; MAXIMIANUS JVNIOR, & MAXIMINVS. Et Julio Maximino Pio filius fuit MAXIMVS Cæsar. Falso enim proditum esse arbitramur, Augusto Cæsari, priusquam Augustus appellaretur, Octaviani nomen fuisse. Octavio genitus, *Octavius* & ipse, non *Octavianus*, fuit; & soror *Octavia* apud Plinium, non *Octaviana*. Ad solum autem primogenitum fere transibat nomen maternum, quod ex nuptiali pacto pater accepisset, postea geniti, vel ex simili affinitate, vel ex familia unde orti erant, vel alia ex causa aliud sibi nomen adsciscebant, si luberet: solum Cæsarum cognomen fuit commune posteris omnibus. Sic e Vespasiani liberis, exempli gratia, Titus Vespasianus fuit: Domitianus, ab uxore, exemplo patris, nomen accepit: itaque Vespasiani quidem F. dictus est, Vespasianus dictus non est.

3. Quod si utriusque hujus generis nomina ex eadem una gente conjungantur; hoc est, quorum alterum in *ius* desinat alterum in *ianus*; ut *Domitius Domitianus*, *Licinianus Licinius*: sententia est, e Domitia familia aliquem, exempli causa, gentis ejusdem, sed alterius familiæ heredem habuisse conjugem, ea lege, ut nomen a conjuge alterum acciperet, poneretque priore loco familiæ celebratioris nomen: ut *Domitius Domitianus*, *Licinianus Licinius*, *Æmilius Æmilianus*.

4. Nemo *Cæsar*, nisi qui vel natus ex Cæsare, vel conjugem Cæsaris filiam duxerit, ut Cæsaris nomen transmittat ad liberos. Nam Cæsaris domum & *nomen ingens*, ut Plinii verbo utar, Romani dilexere adeo, ut Augustos ex ea gente genitos vellent succedere prioribus. Ita sanxit Senatus Populusque Romanus sub ipso Augusto Cæsare, ob egregia tum ipsius, tum patris, Cæsaris nimirum Dictatoris, in Rempublicam merita, quibus *major* Pompeio apparuit, ut Plinius ait. Idipsum vero plurimi nummi testantur, qui sunt inscripti, AETERNITAS AVGG. vel AVG. in Tito, Hadriano, Gordiano, Philippo, Gallieno, Postumo, Tetrico, & aliis. PERPETUITATI AVG. in Severo Alexandro, Gallieno, & Constantino: ORIGINI AVG. in Probo: & JVLIA AVGVSTA GENETRIX ORBIS, sub Tiberio.

Sic etiam nemo PIVS, nisi Pio genitus, vel Pii gener. Stultum est enim cogitare hæc nomina, *Julius*, *Flavius*, *Claudius*, *Aurelius*, *Valerius*, *Antoninus Pius*, similiaque temere ac pro arbitrio a quolibet fuisse arrepta. Perinde istud est, ac si quis existimet, posse Jacobum III. Britanniæ Regem, se non Stuartum modo, sed & Borbonium, & Condæum, & Austriacum appellare, cum libuerit: quod quidem somniare, ne noctu quidem, licet. Nihilo magis Cæsaris successor, aut Pii, dici *Pius* vel *Cæsar* potuit, nisi Pii aut Cæsaris gener vel filius esset; quam potuit Henricus Borbonius succedens Valesio Valesium se propterea nuncupare. Ut nemo nunc est Borbonius nisi ex Borbonio: sic nemo Cæsar, inquam, nisi ex Cæsare, aut Pius, nisi ex Pio fuit; excepto, ut diximus, jure matrimonii, quod conjugis nomen ingens transtulit ad ipsos maritos ut per ea conjugia transiret ad liberos. Sic permultæ in Gallia hodieque familiæ ex materno primum genere nomen insigne quod gerunt, acceperunt: ut *De Foix*, *De Ventadour*, aliæque.

5. *Cæsarem* autem esse familiæ cognomen, tum per se notum est in Julio Cæsare; tum ipse situs nominis illius admonet, in nummis præsertim Titi & Antonini Pii. Nam cur post prænomen, ante cognomen ipsum, Cæsaris nomen apponitur: T. CAESAR VESPASIANVS: & T. AEL. CAESAR ANTONINVS: nisi quia nobilius cognomen illud est; in Tito quidem a patre dictum ex avo, quam alterum, quod fuit a matre, sive a patre ex conjuge? In Antonino autem, quia nobilius est Ælii Cæsaris nomen a matre, quam esset a patre cognomen Antonini? Quod si in Antonino Pio CAESAR cognomen est Æliæ gentis; certe & in avunculo, qui dictus est AELIVS CAESAR, fuit æque cognomen; & in ceteris pari ratione. Erit eadem observatio facienda suo tempore in nummo etiam Trajani, qui inscriptus est, IMP. NERVA CAES. TRAIANVS AVG. &c. In nummis autem Cæsarum, cum in fine ponitur nomen illud *Cæsar*, non modo natum ex Cæsarea gente significat; sed etiam ex eadem gente inter alios a Senatu selectum, qui destinaretur Imperio; & cujus proinde honori fas esset nummos cudere, qui vice monetæ essent in usu publico.

6. *Augusti* similiter cognomen hereditarium fuit a Cæsare Augusto: unde & Agrippina Germanici conjux Σεβαστὴ appellatur in Græco numismate, quia neptis Σεβαστοῦ fuit: & Græci interdum ΑΥΓΟΥϹΤΟϹ dicunt: quod illi certe non facerent, nisi esset illud proprium apud Latinos cognomen. Idipsum etiam nos Græci docent, qui nummos Gordiani Africani nomine cuderunt. Hos enim sic inscribunt: ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΝΤ. ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. ΑΦΡ. ΕΥϹΕΒ. *Imp. Cæsar M. Antonius Gordianus Augustus Africanus Pius.* Quoniam scirent illi nimirum, tria hæc nomina postrema, esse pariter tria familiarum cognomina; idcirco servato ordine dignitatis ea posuere. Nobilior enim est Augusti familia, quam Africani; & Scipionum Africanorum familia illustrior, quam Piorum. Latini interim alio ordine scripserunt: IMP. C. M. ANT. GORDIANUS AFR. AVG. servato ordine temporum, quo in has familias insertus est Gordianus.

Nam

Nam ut ex schemate apparebit, quod suo tempore ad te mittam, prius ille Gordianus & Pius, sive Africanus, fuit, quam Augustus.

7. Præterea in gente Cæsarum post Augustum feminæ omnes idcirco Augustæ fuere, quia ex Augusto prognatæ. Sed nefas fuit nihilominus nummos honori earum cudere, nisi ex ea ipsa familia essent, quæ tunc Principatum haberet. Sunt autem ex familia sorores, filiæ, matres, & materteræ.

Denique nomen esse proprium hereditariumque Augusti, suadet illud etiam, quod instar cognominis coloniis ac civitatibus datur. Sic dicitur COL. AVG. quemadmodum COL. IVL. COL. FLAVIA, COL. AELIA: sicuti nos quoque dicimus, *la Louisiade, l'Isle Bourbon, la Caroline.*

8. Quando multa sunt simul in nummis conjuncta nomina, non nisi ex patre ea vel matre sunt: aut etiam ex conjuge: & ex his illud priore loco ponitur, quod cetera nobilitate vel claritate vincit. Sic Q. Herennius Etruscus Messius Decius, priora duo nomina habet a matre, a patre posteriora duo. Hunc vero morem, qui nunc etiam apud Hispanos viget, ut liberi, præsertim primogeniti, nomen ex patre partim, partim ex matre sumerent, docet etiam, præter alia innumera exempla, hæc inscriptio a Reinesio laudata, pag. 436. si tamen est sincera:

C. QVINTIVS C. F. FAB. CATVLLVS
DECVRIO BRIXIAE SIBI ET
CORNELIAE M. F. MAGNAE VXORI
ET C QVINTIO C. F. FRATRI
ET C. QVINTIO SECVNDO FRATRI
ET C. QVINTIO SECVNDO PATRI
ANTONIAE CATVLLAE MATRI.
T. F. I.

Apparet enim hanc fuisse istius familiæ seriem:

Quintius Secundus: Conjux, Antonia Catulla.

Quintius Catullus. Quintius Secundus. Quintius.

Primogenitus ibi *Quintius* ex patre est, *Catullus* ex matre. Secundo genitus nomen patris integrum. Tertio genitus cognomen in *ianus* exspectabat a conjuge, qui dotem opimam afferret.

Sed certior multo indubitatæque vetustatis ea Inscriptio est, quam Arausione transmisit ad nos D. PREVOST CAPISCOL, Vicarius Generalis Episcopi Arausicani, summa fide descriptam ex lapide vetusto, quem domi suæ servat, his verbis:

D. M.
IVLIAE.
PAVLLINAE.
IVL. PATERNA.
MATER. ET. TOGI
VS. PAVLLINIANVS.
PATER. FIL.
PIISSIMAE.

Hoc est, *filiæ piissimæ.* Julia Paterna, *Julia* primum ex matre appellatur, deinde ex patre *Paullina*: qui *Paulliniani* cognomen ex matre habuit; quemadmodum Titus Cæsar *Vespasiani* cognomen ex matre Vespasia.

Paullina, *nupsit* Togio, *cui* Paulliniani *cognomen a conjuge fuit.*

Togius Paullinianus, *cui conjux fuit* Julia Paterna: *quæ ex altero parente*, Julia; *ex altero fuit* Paterna.

Julia Paullina.

9. Additur plerumque cognomen postremo loco; sive proprium, sive paternum: quod quidem solum etiam sæpenumero in nummis scribitur; quoniam ex eo uno satis constaret quis designaretur. Proprium cognomen fuit, *Severus*, *Albinus*, *Constantinus*, *Constans*, *Constantius*: quod & interdum paternum fuit.

10. Cognomen paternum maternumve in liberis interdum leviter deflectebatur: præsertim in feminis: ut ex *Severo* fiebat *Severina*, ex Paulo *Paulina*; ex Constantio *Constans* & *Constantinus*: ab Etrusco *Etruscilla*: ac vicissim ex Constantino *Constantius*, & *Etruscus* ab Etruscilla: ut quondam ex Numa Pompilio *Pomponius* & *Pompeius*.

11. Trium interdum familiarum, aut plurium nomina jungebantur, vel etiam cognomina; siquidem hæc essent ad discernendas familias aptiora, quam nomina. Sic in *Herennia Sallustia Barbia Orbiana*, nomina duo priora a matre sunt, a patre duo posteriora. Nam a matre & ab avia primum nomen est, alterum a matre rursum & ab avo materno, tertium a patre, quartum a patre rursum & avo paterno. Hoc schema contemplare.

Herennia — maritus Sallustius. Barbius, — conjux Orbia, ex qua dictus est ipse Orbianus.

Herennia Sallustia.

maritus ejus ----- Barbius Orbianus.

Herennia Sallustia Barbia Orbiana.

Sic *Q. Herennius Etruscus Messius Decius*, habet a matre prius nomen cum cognomine; a patre duo nomina posteriora. Nam mater *Herennia Etruscilla* fuit: pater, ex gente Messia, & idem de nomine primæ conjugis *Decius Trajanus*.

Duo interdum sola apponebantur cognomina; alterum ex patre proprium, ex matre alterum: ut CONSTANTIVS MAX. Est enim *Constantius* cognomen proprium, a patre Fl. Jul. Constantino: *Maximus* ab uxore Fl. Maxima; ut diximus in Nummis Sæculi Constantiniani. Quamquam si quid deinceps ad te de Nummis antiquis forte scripsero, quod cum dictis a me prius, sive in libro isto, sive in alio, pugnare videatur, indicta sunto, quæ priora sunt: nam in hoc genere studiorum, aliove, in quo plurimum valet diutina consideratio, in dies Deo auxiliante proficimus.

12. *Filius* in nummis non est, nisi qui natum nimirum a patre genitus, vel adoptione sit filius, quia gener adscitus in familiam sit, ut paternum, hoc est, soceri, & conjugis suæ nomen transmittat ad liberos. Sic TI. AVG. F. quia gener: sic CONSTANTINVS FIL. AVGG. & MAXIMINVS FIL. AVGG. *Filius Augustorum duorum* inscribitur; quoniam alterius natura filius, alterius gener fuit uterque.

13. *Nepos* autem non dicitur, nisi cujus parens alteruter sit ab eo genitus, cujus hic nepos dicitur. Sic Drusus Tiberii F. Augusti *nepos* est, quia Juliæ filius, quæ Augusti filia. Sic fuit Caïus Augusti *pronepos*, quia ex Agrippina matre, ejusdem Juliæ nepos fuit. Neque enim qui est Augusti alicujus gener, illius est propterea nepos, qui vel socer soceri sui fuerit, vel heredem bonorum, ipsius socerum fecerit. Sic non est M. Aurelius nepos Hadriani, quamvis gener Antonini sit, qui & Hadrianus fuit, sed non natalium jure. Ac ne quidem Septimius Severus Marci Pii filius, hoc est, gener, propterea nepos est Antonini Pii, qui M. Aurelii socer fuit: aut

aut denique Tiberius Augusti filius, hoc est, gener, fuit idem Cæsaris Dictatoris nepos.

Hinc intelliges falsas inscriptiones Gruterianas esse, pag. CCXXXIV. 6. 7. 8. & CCXXXV. 1. 2. 5. in quibus Lucius Cæsar, AVG. F. DIVI JVLI NEPOS appellatur. Et eadem pag. CCXXXV. 6. 7. 8. 10. in quibus pariter Tiberius Cæsar, DIVI AVG. F. DIVI JULI N. scribitur. Et pag. CCXXXVI. 6. 7. 9. in quibus Drusus Cæsar Tiberii Aug. filius, DIVI AVG. N. DIVI IVLII PRONEPOS appellatur. Et pag. CCLIII. 4. 5. 7. & CCLV. 4. 5. in quibus Antoninus Pius dicitur *Divi Hadriani F. Divi Trajani N. Divi Nervæ Pronepos.* Et pag. CCLVIII. 8. in qua M. Antoninus appellatur Antonini Pii F. *Divi Hadriani N. Divi Trajani PRON. DIVI Nervæ ABNEP.* Et sunt sexcentæ in eo opere ejusdem fabricæ: quarum simile nihil in Nummis antiquis reperias.

14. Excipitur ab hac postrema regula solus Germanicus Cæsar; in quo insolentior paulo fuit significatio nominis *filii* ac *nepotis*. Nam is & TI. AVG. F. *Tiberii Augusti filius*, & idem DIVI AVG. N. *Divi Augusti nepos* dicitur. Et *Cæsar* ille quidem ex avia fuit, Octavia Julia Cæsare, sorore Augusti. *Tiberii filius* autem, quia Tiberium Aug. patruum habuit. Est enim patruus, patre præsertim mortuo, loco patris. *Augusti* pariter *nepos* fuit, quia neptis Augusti maritus fuit. Nam quæ de Germanici a Tiberio facta adoptione circumferuntur, meræ sunt nugæ. Cum præsertim cur Tiberius Germanicum adoptaret, causa nulla esse potuerit; immo vero id contra jus ac leges foret. Nam cur alienum filium assumeret, qui haberet suum? & tunc quidem annos natum quatuordecim, si fides historicis, cum hæc adoptio facta fuisse fingitur, nempe anno Christi quarto; eumdemque bene valentem; quippe quem vixisse saltem usque ad annum Christi XXXV. nummi testentur; & forte jam conjunctum matrimonio cum Livia sorore Germanici, ex qua liberos duos tresve suscepit; & in amplissimo honore Tribuniciæ potestatis, ut ex iisdem nummis & quodammodo ex Achate Tiberiano constat. Quorsum igitur Tiberii filius ex adoptione Germanicus diceretur: cum jus naturæ & jus gentium unicam adoptionis causam esse statuat, orbitatem liberorum? Aut quo fructu ex eadem adoptione *Tiberii filius*, *Augusti nepos* appellaretur, cum jam Augusti neptem haberet uxorem, per quam ad liberos magna pars bonorum Augusti, & spes Imperii hereditate perveniret? Merus est igitur vocum abusus, Caïo filio & Claudio fratri, qui hos titulos in nummis Germanici posuerunt, visus necessarius, ut cognatione Tiberium Augustum vero saltem affinitate contingere Germanicus significaretur. Ut ut est, nemo sic postea his vocibus abusus est. *Nepos* deinceps, ut & *Pronepos*, consanguinitatis tantum in linea directa fuere nomina. Unde factum est, ut quamvis Germanicus se *Tiberii filium* dixerit, Caïus tamen Germanici filius, quoniam non esset Tiberii filia genitus, non se propterea aliquando Tiberii Aug. nepotem inscripserit, quoniam revera nepos non fuit. *Pronepotem* tamen idem Augusti se dixit, quoniam genitus ex nepte Augusti esset. Aliter pronepos non esset.

15. Jam ut ad Augustale fastigium nobiles familiæ pervenirent, petebant summopere connubia filiarum e domo Cæsarum. Vide nummum Gallieni inscriptum, AETERNITATI AVGG. Et alioqui plura inire matrimonia; mos apud Romanos fuit. Plurium enim connubiorum in una femina habes exemplum in Julia Augusti filia, quæ bis nupsit: in Agrippina juniore, quæ ter: in Sabina Hadriani, quæ ter similiter, aliisque bis quoque saltem, Octavia soror Augusti: nulla tamen plus quam ter. In viris autem habes plura conjugia, in Augusto, Claudio, Nerone, & aliis. Quibus similia dum in Augustis sequentibus ponimus, non fictas cudimus Genealogias, aut fictas personas inducimus; sed quas omnino ex nominibus Principum colligi necesse est exstitisse, ut Pii ex Piis, Cæsares ex Cæsaribus ortum traxerint; quemadmodum Borbonios constat ex Borboniis, jam inde a Borbonii Comite, Divi Ludovici F. genus duxisse.

Quod si, quæ tua circumspectio est, non statim istam, quam exhibemus, seriem generum approbas; etiam atque etiam oro, ne vel unam condemnes, quin omnes diligenter perspexeris. Nam cum expenderis omnes, causasque singularum, nullam spero tibi non valde placituram: adeo constant inter se omnia, & exhibent speciem Romanæ historiæ plenam dignitate & majestate, mirificaque concordia. Carere saltem verisimilitudine ea quæ proferimus, quæ tua in judicando æquitas est, & ut te novi, non arbitrabere. Neque is eris, qui cum Romanam historiam, qualis exstat in libris qui circumferuntur, convelli ac labefactari cernas, quot fere nummis, tot argumentis; eosdem nobis libros opponas: cum illud ipsum nunc veniat in controversiam, num hi libri historias, an non verius fabulas exhibeant; & alterutrum dumtaxat noveris quæri jam oportere: alterum, an nulla sit habenda Nummis omnibus antiquis fides: alterum, si qua sit habenda, an illi perverse a nobis ac præpostere explicentur; an convelli ex nummis ipsis nostræ hæ qualescumque conjectationes suspicionesque possint. Tu nummos veteres interpretationesque nostras confer cum profanis plerisque scriptoribus Romanæ historiæ: & quidquid contrarium repereris testimonio veterum Nummorum, si me quidem audis, fictum ac falsum puta. Quis enim sanæ mentis neget, nummos antiquos, qui fuere publica auctoritate & plerique senatusconsulto, Edicto Provinciæ, Curiæ seu Decurionum decreto percussi, ut essent vice pecuniæ in usu publica, majorem multo fidem mereri, quam scriptores, homines privatos, quos nullo constat argumento non æque fabulosos esse, ac fuit ætate nostra Varillasius; cum sint & incredibilia, & sæpe pugnantia, & propemodum spurca quæ narrant, & se demum invicem fere transscribant?

Ab Octavio Cæsare igitur proximis litteris faciam tibi scribendi initium: nam de Julio Cæsare satis dictum est a nobis in Chronologia Veteris Testamenti. Cum Octavio autem, qui & Augustus postea dictus est, adjungam Antonium, Lepidumque, ejusdem in Triumviratu collegas. Primis tamen præsertim istorum temporibus difficile est Nummos omnes suis certo annis adsignare. Itaque qui alicui anno, tum ibi, tum etiam alibi certis non videbuntur notis convenire, hos ei anno non alia causa adscribi noveris, quam quod non alteri magis fortasse, quam isti, conveniant; & sit tamen ad historiam cognitio eorumdem utilis.

Nummos interim non appellabimus, nisi indubitatos ac sinceros; quos præsertim ipsi viderimus in Thesauro Regio, in locupletissimis Cimeliis D. Foucault, D. Begon, & Patris Stephani Chamillart: apud P. Ludov. Jobert: apud D. de Boze, & D. Baudelot, qui duo sunt ex Regia Numismatum Academia: apud alios etiam, quos bene nosti; & in Museo denique nostro, hoc est, Collegii hujus Parisiensis, haud sane contemnendo; nummis primum collectis cum P. Jacobi Sirmondi: locupletissima deinde accessione facta, dono P. Ludovici Jobert. Quosdam alios subinde testes proferemus, ex his qui scripserunt: sed fidem esse volumus penes ipsos. Vix sunt enim Indices Numismatum, Græci Latinique, qui circumferuntur, ad ullam partem eruditionis utiles. Occonem excipimus; tametsi & ipse caute quibusdam in locis adhibendus est. Excipimus similiter Comitem Mezzabarbam, virum diligentissimum & optimæ fidei, cum e Museo suo ditissimo nummum quempiam describit: Pa-

tinum quoque in Thesauro Mauroceni, in Numismatis Imperatorum, in familiis Romanis, aliosque admodum paucos. Fidem omnem excedit, quanto numero fictorum ac recentium nummorum, non libros modo, sed & Cimelia, oppleverint ii, quorum omnis industria peritiaque in Nummis æstimandis eo spectat, ut pecuniam vel arte vel fraude corradant. Ab his tu caveto, & Vale. Parisiis, Idibus Januariis, anni MDCXCIX.

EPISTOLA II.

Unde quidam Augusti, PII sunt appellati.

JAM muto consilium. Nam cum ante octiduum tibi pollicitus essem, initium me esse facturum a nummis Octavii Cæsaris, prætermittenda esse postea intellexi numismata Pompeii Magni, & illius etiam familiæ, ex qua *Pii* cognomen ille accepit. Ita enim fieri necesse est; quoniam Antoninus Pius, & consecuti eum Augusti, *Pii* cognomen, hereditarium a Pompeïo, honorificum sibi esse censuerunt. Itaque ante alia, utriusque hujus familiæ, Metellæ scilicet ac Pompeiæ numismata tibi hac epistola exhibebo.

Pii titulum, inquam, non esse in nummis antiquis merum laudis titulum, sed cognomen hereditarium, ab illo transmissum, qui primus illud merito suo adeptus sit, multa suadent argumenta. Primum quidem, quod Græce non tantum Εὐσεβὴς scribitur, sed & ΠΙΟC. Sic in nummo Ancyræ Galatiæ, T. ΑΙΛ. ΑΔΡ. ΑΝΤΩΝΙΝΩ CΕΒ. ΠΙΩ. In nummo Καλχηδονίων, CΕΥΗΡΟC. Π. hoc est. Πῖος. Et in nummo ejusdem Severi, Ἐφεσίων, CΕΥΗΡΟC ΠΕΙΟC. Et in Juliæ Domnæ nummo, Νικαιέων, e Cimelio Regio, ΙΟΥΛΙΑ ΠΙΑ ΑΥΓΟΥCΤΑ. Et in Antonini Severi F. nummo, Γαβαλέων, ΑΝΤΩΝΙΝΟC ΠΙΟC. Et in ejusdem nummo, Σαμίων, Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC ΠΕΙΟC. In Ἀγκυρανῶν altero, æris magni e Gaza Regia, ΑΝΤΩΝΙΝΟC ΠΙΟC ΑΥΓ. Sic in nummis Pescennii Nigri Justi Græcis, nunc ille ΔΙΚαιος, nunc ΙΟΥC ΤΟC scribitur: ex quo Justinus postea, & Justinianus.

Deinde Augusti multi & Augustæ, ante Antoninum Pium, in suis nummis habent a Pietate commendationem. Nam in Tiberii nummo legitur, PIETAS AVG. In Galba, PIETATI AVG. In Tito, PIETAS AVGVSTA: In Domitiano, PIETAT. AVG. In Matidia, PIETAS AVGVST. In Hadriano denique & Sabina, PIETAS AVG. Neque tamen aut quisquam horum PIVS, aut ulla PIA est in titulis suis appellata, ante Antoninum Pium. Non est ille igitur merus honoris titulus, sed cognomen hereditarium. Atque ea causa profecto est, cur Faustina Pii filia *Pia* sit, Faustina vero Pii conjux *Pia* non sit: quoniam videlicet cognomen illud est familiæ Antonini: nomina autem parentum & cognomina transeunt illa quidem ad liberos: at non ita nomina maritorum vel cognomina transeunt ad uxores.

Præterea cum oppida saltem tria a Pompeïo nomen habuerint; nempe Gadarenses in Syria, in Cilicia & Paphlagonia Pompeiopolitæ; quæ causa est, quamobrem harum civitatum nullus omnino nummus occurrat, ante Antonini Pii principatum; nisi quod oppresso extinctoque Pompeio, & Pompeii filio, non ausus est quisquam sub Julio Cæsare, consequentibusque Augustis, de Pompeii nomine gloriari? Quoniam vero resurgere visus est idem in Antonino Pio, ex illo deinceps Pompeïanos se & Pompeïopolitas, quicumque hoc nomen gerebant, aperte prætulerunt. Hinc sub Antonino Pio *Pompeiopolitæ* Ciliciæ, sub M. Aurelio & Faustina Pii filia, *Pompeiopolitæ* Paphlagoniæ; sub Antonino Severi F. qui ex altera Piorum familia, iidem *Pompeiopolitæ* Ciliciæ; denique sub Gordiano Pio, qui ex tertia, *Pompeïani* Gadarenses, & *Pompeïopolitæ* Ciliciæ, numismata audacter cuderunt. Sic etiam *Sinopenses* in Ponto, cum se in nummis suis Coloniam Juliam appellant, æram Julii Cæsaris in his consignant; cum se autem coloniam Romanam cognominant, æram Pompeii notant; id quod non videntur fecisse, nisi sub Gordiano Pio.

Denique cur in nummis illis, quibus consecratio repræsentatur Antonini Severi F. quem Caracallam falso vocant, superscriptio legitur, DIVO ANTONINO MAGNO; cum vivus tamen in nummis ille PIVS, non MAGNVS appellatus sit: nisi quod cum a Pompeïo Magno, qui Magnus Pius fuit, Pius ipse esset; distingui autem inscriptionem oportuit ab ea quæ jam legebatur in nummis Antonini Pii; visum est nihil interesse quidem, an PIO, an MAGNO, scriberetur; ad confusionem tamen vitandam scribi MAGNO oportere?

Adde quod ipsius Gallieni Aug. ævo legio VI. P. VI. F. hoc est, *sexta Pia, sexta Felix*, nomen habet a Marco Antonino Pio patre, & filio Commodo Felice, ut spero me, cum ad Gallieni nummos devenero, tibi perspicue demonstraturum. Quid potest desiderari amplius?

A Pompeïo igitur genus & cognomen traxerunt, qui PII sunt appellati. Et *Pii* quidem cognomen Antoninus Aug. prætulit Magni cognomini; non quia nobilior esset Metelli Pii familia quam Pompeii Magni; quandoquidem hæc esset a Pompeïo Magno saltem illustrior; sed quoniam qui PIVS diceretur, hunc constaret etiam ex Magno Pio Pompeïo genus traxisse; quippe cum in hujus filium Sex. Pompeïum transfusa Metelli Pii nobilitas hereditasque esset. Unde igitur id ipsimet Pompeïo cognomen obtigerit, ut plane intelligatur, operæ pretium est subjicere oculis stemma Metellorum primum, deinde & Pompeïorum, ex Plinio ac Nummis antiquis.

§. I.

Stemma Metellorum, ex Plinio, & Nummis antiquis.

L. METELLVS, Pontifex, COS. II. Dictator, Magister Equitum, XVVIR agris dandis: qui primus ELEPHANTOS ex primo bello Punico duxit in triumpho. Orbam luminibus egit senectam, amissis incendio, cum Palladium raperet ex æde Vestæ. Multos liberos reliquit. Plin. libro VII. sect. XLIX. Victoria L. Metelli Pontificis in Sicilia de Pœnis captis, contigit anno V. C. DIV. Plin libro VIII. sect. VI.

Q. METELLVS. Plinius, libro VII. sect. XLV.

Q. METELLVS Macedonicus, Censor. Quatuor filios habuit. Inimicum habuit Africanum sequen-

quentem. Plinius, ibidem. A Macedonia fubacta cognomen ei datum. Plin. libro XXXIV. pag. 117.

4 Q. METELLVS Balearicus, Confularis & Triumphalis, & Cenforius. Plinius libro VII. fect. XLV. — N. Metellus Diadematus, Confularis, & Triumphalis. Plin. ibidem. — N. Pætorius. — N. Cofularis. — N. Metella. Ex Plinio, libro VII. fect. XI. — N. Metella.

5 Q. METELLVS. — N.

6 Q. METELLVS PIVS SCIPIO IMP. Uxor Cornelia, proneptis Scipionis Africani fequentis, & heres unica Scipionum: unde huic Metello cognomen Scipionis fuit. — 7 M. METELLVS Q. F. — 8 C. METELLVS. — 9 Q. METELLVS. CELER.

Cornelia Metella Pia: heres unica Metelli Pii Scipionis Africani. Pompeio jam Magno nupfit: unde & ipfe altero cognomento PIVS. — L. METELLVS IIIVIR Monetalis. — Q. METELLVS. IIIVIR Monetalis.

Adjunge his fequentes adnotationes.

1. L. Metelli iterum mentio apud Plinium eft; libro XVIII. pag. 438. Linguæ admodum inexplanatæ fuiffe eumdem docet, libro XI. fect. LXV.

4. De utroque Metello, Balearico fcilicet ac Diademato, ac de patre ipforum Macedonico, Plinius libro VII. fect. XLV. *Equidem & Africani fequentis inimicum fuiffe* Macedonicum, *inter calamitates duxerim, ipfo tefte Macedonico. Siquidem liberis dixit: Ite, filii, celebrate exfequias: numquam civis majoris funus videbitis. Et hoc dicebat jam Balearicis, & Diadematis, jam Macedonicus ipfe.* Pro *Diademati*, (quam vocem exhibent exemplaria omnia manu exarata, & Parmenfis, aliæque vetuftæ editiones:) libri quidam pofterius editi habent, *Dalmaticis:* fic Beroaldo corrigente, vel depravante potius: unde confictus eft *Metellus Dalmaticus.* At præter Plutarchum, qui *Diadematum* legit, ut ibi monuimus, etiam Fafti Idatiani *Metellum Diadematum* Confulem ponunt anni Urbis conditæ DCXXXVII. Et *Metellum Dalmaticum* tamen facit Epitome Livii, libro LXII.

6. De Q. Metello Scipione Plinius loquitur: Libro VIII. pag. 231. *Metellus Scipio tricliniaria Babylonica pofuit in Catonis criminibus.* Libro X. pag. 409. *Scipio Metellus vir Confularis. Metellus* de paterno ac fuo vocatur; de uxoris nomine, *Scipio.* Et quoniam illuftrius Scipionum Africanorum nomen, quam Metellorum, fuit; interdum Scipionis nomen loco priore ponitur. Erat Scipio e gente Cornelia. Et mos quidem fuit apud Romanos, ut ab uxore, fiquidem unica heres & ex affe foret familiæ fuæ, nomen maritus acciperet, ut a Domitia *Domitianus*, aliique. Et hic mos in noftra quoque Gallia perfeverat. Non potuit autem dici Metellus Cornelianus, fiquidem non totius Corneliæ gentis heredem duxit uxorem, fed tantum familiæ Scipionum. Itaque *Scipio* tantum eft appellatus, ab uxore Cornelia gentis Scipionum. Sic a Metelli Pii filia, quæ fuit Pompeii Magni conjux, non potuit ifte Metellianus dici, fed tantum PIVS.

7. M. Metellus circa eadem tempora geffiffe Confulatum videtur. In Faftis certe Idatianis, anno V. C. DCLXXXV. & DCLXXXVI. Metellus Conful geminus ponitur.

8. C. Metellus is effe videtur, de quo Plinius, libro VII. fect. X. *Collegio Lentuli & Metelli Coff.* In faftis ponuntur hi Confules anno V. C. DCXCVII.

9. Q. Metellus is effe videtur, de quo Plinius, libro 2. fect. LXVII. *Quinto Metello Celeri, L. Afranii in Confulatu collega.* Anno, ut quidem Fafti ponunt, DCXCIV.

§. 2.

Numifmata Metellorum.

Numifmata Metellorum infcripta nominibus, in duas claffes diftribuenda funt. Alia funt enim fincera ac genuina, quæ Patinus edidit, poft Fulvium Urfinum, in familiis Romanis, exftantque in Cimeliis: alia falfa, adulterina, recentia, quæ Hubertus Goltzius commentus in otio eft, & D. Vaillant in editione fua Familiarum Romanarum, nullo delectu aut difcrimine habito, cum genuinis ac finceris permifcuit: tametfi nufquam nifi depicta in libris exftant; in Cimeliis omnino nullis vifuntur: Quæ caufa eft quamobrem vir eruditus Fulvius Urfinus, & ipfe poft eum Patinus, Goltziana ea numifmata neglexerint, noluerintque penitus ea vel defcribere, vel commemorare. A prioribus igitur, hoc eft, a genuinis ac finceris, ordiamur.

Cum in tota ferie Nummorum veterum, quos Romanarum familiarum vulgo cognominant, nullum animadverterimus, quem probabili aliquo documento fuaderi poffit cufum fuiffe ante Sullana tempora; nullius etiam Metellorum honori cufum fuiffe numifma arbitramur, ante Q. Metellum Scipionem, qui fuit Sullæ æqualis. Et pleraque fane nomen ipfius exhibent. Cetera ad fratres ipfius, Marcum & Caïum, vel ad patruelem ipfius Q. Metellum Celerem pertinent.

I.

Nummi Q. Metelli Pii Scipionis Imp.

1. Caput Jovis laureatum: retro, littera S quæ femiffem fignificat:)(Q. MET. PIVS. Prora navis. Infra, ROMA. Eft ex ære mediocri, apud Patinum, pag. 50. num. 3. & in Cimelio D. FOVCAVLT. *Q. Metellus* de patris nomine appellatur: *Pii* cognomen peculiare iftius ac proprium fuit. Prora navis, præfecturam claffis ei commiffam fuiffe docet, ut frumentum ex Africa conveheret, uti poftea dicturus fum, ad cives Romanos alendos; id quod fubjectum nomen, ROMA, declarat.

2. Caput Jovis laureatum, cum littera S ut proxime.)(Dimidiatæ navis effigies, cum littera S. Infra, ROMA, ut prius; fupra, caput elephantinum: quod eft idcirco appofitum, ut vel ex hoc uno fymbolo intelligas ad Metellum pertinere hoc numifma, qui genus traxerit ex L. Metello Pontifice;

 qui

qui *primus elephantos ex primo bello Punico duxit in triumpho*, teste Plinio, libro VII. sect. XLV. Littera S in isto inscripta, ut in priore nummo, ejusdem Metelli hunc esse etiam subindicat.

3. Caput Pietatis, adjecta ciconia, quæ symbolum Pietatis est. .)(. Elephas, insigne (ut diximus) Metellorum, ex quo L. Metellus Pontifex primus elephantos in triumpho duxit. In imo nummi margine, QMPI. *Quintus Metellus Pius Imperator.* Sunt enim hæ tantum quatuor litteræ in nummo argenteo hujus nostri Collegii Parisiensis. Sed in alio perpulcro apud D. DE BOZE, perspicue scriptum est, ut apud Ursinum & Patinum, Q. C. M. P. I. hoc est, *Quintus Cæcilius Metellus Pius Imperator.* Unicum arbitror hunc esse nummum Metellorum, in quo Cæcilii nomen appareat. Hunc ipsum nummum Patinus habuit, edidítque in Thesauro Numismatum, pag. 37. cum hac adjecta epigraphe: IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P.P. REST. qua significatur, Trajanum Cæsarem, tametsi ex gente Piorum non esset, tamen Pietatem hujus Metelli erga patriam, excitatis publicis ædificiis restituisse ac repræsentasse, quæ quasi extincta ex illo tempore videbatur; ob quam iste Metellus omnium primus *Pii* cognomen adeptus est, transmisitque ad posteros. Nam ob ædificia excitata in usum & ad oblectationem populi Romani datum illud huic Metello cognomen fuisse, suadet nummus ille, quem proferemus num. 10.

4. Q. METEL. PIVS. Caput Jovis laureatum; ob victoriam ab Imp. Metello Pio relatam. .)(. Elephas, ut supra. SCIPIO IMP. Inscriptio integra est, *Q. Metellus Pius Scipio Imp. Metellus* de patris nomine dicitur; de suo deinde *Pius*: de uxoris denique nomine *Scipio.* Est hic nummus argenteus apud D. FOVCAVLT, & in Museo P. CHAMILLART.

5. Caput Pietatis, cum ciconia: insigne Q. Metelli Pii adeo peculiare ac proprium, ut illius esse nummus intelligatur, etiam nomine prætermisso: quemadmodum in hac civitate Parisiensi, ad quem e nobilibus viris pertineat currus aliquis vicos circumiens, ex gentilitii scuti insignibus, absque domini nomine intelligimus. .)(. In corona laurea, urceus, qui Pontificatum; lituus, qui Auguratum denotet: denique IMPER. *Imperator.* Est hic argenteus in Museo nostro, & apud P. CHAMILLART.

6. Q. METEL. SCIPIO IMP. Caput Africæ tectum elephantina pelle; & ex adverso spica frumenti: denique capiti subjecta est prora navis. .)(. EPPIVS LEG. F. C. Hoc est, *Eppius Legatus frumento convehendo*: non autem, *fieri curavit*, ut exponit D. Vaillant. Hercules in ea nummi parte pingitur, cum clava & leonis exuviis. Frumentum ex Africa mari convehendum significat caput Africæ cum spica & prora navis. Huic muneri præpositum fuisse Metellum Pium Scipionem Imperatorem, idque officii ab ipso expletum fuisse Herculea virtute, auxiliante Legato C. Eppio, nummus postea ob id percussus docet. Est ex argento in Cimelio D. FOVCAVLT, & in Museo P. CHAMILLART.

7. Q. METELLVS PIVS SCIPIO IMP. G. T. A. Stat Genius Africæ, nudo usque ad umbilicum corpore; dextra modium tenet, sinistram pectori admovet. .)(. P. CRASSVS IVNI. LEG. PROPR. Victoria stans, dextra caduceum ostentat, pacis symbolum; læva clypeum rotundum tenet. Metellum Scipionem jure summo administrasse Africam, ac sub ipso P. Crassum Junianum Proprætore egisse; pacemque ac tranquillitatem utriusque opera in eo tractu summam fuisse, hic nummus docet. Nam his litteris G T A non *Genius tutelaris Ægypti* significatur, ut vult Patinus; neque *Genius tutelaris Africæ*, ut vult D. Vaillant: (nam neque *tutelaris* vocabulum Latinitas prisca hoc sensu poneret; neque, si probum esset, omnino adhiberet, ubi Genium scribi satis est; ut cum dicitur, *Genio populi Romani*:) sed partem hæ litteræ ipsæ efficiunt titulorum Metelli Pii. Dicitur enim hic, fortassis *Q. Metellus Pius Scipio Imperator, Geminæ Tutator Africæ.* Sic Juppiter *Tutator Narbonis*, & Apollo *Tutator Imperii*, in nummis, quos alibi explicuimus, appellantur: nempe in eo qui INT. URB. & in eo qui GENIO ANTIOCHENI inscribitur. *Africæ* nomine ea tantum regio intelligitur, in qua Carthago & Byzacium est, sive quam describit Plinius, libro v. sect. III. De ea ibidem ille, pag. 536. *Ea pars quam Africam appellavimus, dividitur IN DUAS PROVINCIAS, veterem & novam, discretas fossa, inter Africanum sequentem, & reges, Thenas usque perducta.* Geminam istam Africam administrabat & tutabatur Q. Metellus Pius, quasi hereditario jure, cum esset & ipse Scipio Africanus, ob affinitatem. Est hic nummus etiam in Museo nostro argenteus. Malim ego tamen in eo legi, *Genio Tutatori Africæ.*

8. METEL. PIVS SCIPIO IMP. Caput Jovis, sed peregrino more sculptum, subjicitur Ciconiæ caput, symbolum Pietatis: quoniam ciconiæ, inquit Plinius, libro x. sect. XXII. *genetricum senectam invicem educant.* Id quod Metellus Scipio est imitatus; dum ad alimenta Patriæ suppeditanda, frumentum curavit ex Africa comportandum. Inde est illi cognomen Pii datum, ut nummi docent: non unde commenti sunt fabulatores. .)(. P. CRASSVS JVNI. LEG. PROPR. Sella curulis, quæ Metelli Consulatum: spica, quæ Africam jure Prætorio a P. Crasso Juniano administratam: Cornucopiæ, quod ubertatem in Africa, & eamdem in Urbem ex Africa advectam: denique superpositæ lances, quæ pondera restituta designant. Est hic nummus argenteus in Cimelio D. FOVCAVLT.

9. . . . . . SCIPIO IMP. prioribus erasis litteris, in quibus erat METEL. PIVS. Trophæum, quod victoriam Imperatoris designat; deinde urceus cum lituo, ut in nummo 5. .)(. CRASSVS JVNI. LEG. PROPR. Caput Africæ turritum: retro, spica: ex adverso, caduceus: infra, prora navis. Pacem ac tranquillitatem Africæ, & frumentum inde Romam advectum, hæc symbola significant.

10. Q. METELLVS. Caput Metelli nudum senile. .)(. PIVS Porticus, eximio opere. Hinc C inde S. *Civium spectaculo.* Quinarius est ex argento perrarus, in Cimelio Sereniss. Ducis Cenoman, & in Museo P. CHAMILLART. Hæc est *Metelli publica porticus*, cujus Plinius meminit, libro XXXIV. sect. XIV. pag. 101. in qua statuæ multæ erant exquisiti artificii. In hocce nummo animadvertendum est, litteram Q sic scribi, ut littera P esse videatur: pro lineola curva nimirum recta apposita: id quod & in nummis aliis M. METELLI Q. F. Antiquarii observarunt. Non fuit Publii prænomen umquam in gente Metella.

II.

Nummi Marci & Caii Metellorum.

11. ROMA. Caput muliebre, diadematum, cum pendentibus cincinnis, ac nota denarii. .)(. In corona clypeus, cujus in medio umbilico, caput elephantis est, quod M. Metelli genus ex L. Metello Pontifice denotet, ut diximus. In ambitu clypei scriptum est, M. METELLVS Q. F. Est argenteus in Museo nostro.

12. ROMA. Caput Victoriæ, cum nota denarii. .)(. Clypeus, & M. Metelli nomen, ut in superiore. Est argenteus ibidem.

13. Caput Herculis tectum leonina pelle. .)(. Prora navis, in qua scriptum est, M. METELLVS. Supra,

Supra, corona; insigne victoriæ de piratis. Infra, ROMA. Est ex ære.

14. ROMA. Caput Victoriæ, cum nota denarii. .)(. L. Metellus Pontifex in curru bijuges elephantos regit: Victoria supervolitante, & coronam porrigente. Infra, C. METELLVS: qui genus ex L. Metello Pontifice trahere se hac pictura significat. Est argenteus in Museo P. Chamillart.

15. Caput Victoriæ, cum nota denarii. .)(. Victoria in curru bijugo. Infra, caput elephantis. Nummus hic ad eumdem C. Metellum videtur pertinere, qui se & viri Triumphalis nepotem, & L. Metelli Pontificis adnepotem esse his insignibus indicat.

III.

Nummi Q. Metelli Celeris, & aliorum Metellorum duorum.

16. Q. METEL. Caput Victoriæ cum nota denarii. .)(. Consul quadrigis vectus. Infra, ROMA. Est argenteus in Museo nostro. Nepotem se esse viri Consularis ac Triumphalis his insignibus admonet.

17. Caput Jovis laureatum. .)(. Q. METEL. Prora navis. Infra, ROMA. Ex ære mediocri.

18. Caput Herculis tectum pelle leonina. .)(. Q. METEL. Prora navis. Infra, ROMA. Ex ære magno. Consulem hunc Q. Metellum Celerem fuisse, ac prius Galliæ Narbonensis Proconsulem, Plinius docet, libro 2. sect. LXVII.

19. & 20. Caput Victoriæ, cum nota denarii. ROMA. .)(. Victoria bigis vecta coronam ostentat. Infra: CN. FOVL. M. CAL. Q. MET. *Cn. Fulvius, M. Calidius, Q. Metellus.* Nomina sunt Triumvirorum Monetæ Præfectorum. Unde in nummo altero sunt eadem hoc ordine posita: M. CALID. Q. METEL. CN. FOVL.

21. Caput laureatum Apollinis. Latere dextro nummi, L. METEL. Latere sinistro, A. ALB. S. F. .)(. C. MALL. Victoria stans pone Consulem, coronat sedentem super armorum congerie. *L. Metellus, Aulus Albinus Sexti filius, C. Malleolus:* nomina sunt Triumvirorum Monetæ Præfectorum.

IV.

Nummi Cæciliorum.

Cæcilii sunt in nummis alii, præter Metellos, sed pauci.

22. CORINT. Deæ imago. .)(. Pegasus. Q. CAECIL. NIGRO. C. HEIO POLL. IIVIR. *Quinto Cæcilio Nigro, C. Heio Pollione, Duumviris.* Eadem illa Duumvirûm nomina leguntur & in Augusti nummo, Corinthi pariter percusso.

23. Tiberii nummus apud D. Vaillant, in aversa parte habet hanc epigraphen, T. CAECILIO LEPIDO. C. AUFIDIO GEMELLO IIVIR. C C A. hoc est, *Colonia Cæsaraugustæ.*

V.

Nummi Metellorum adulterini.

Nummos plurimos Metellorum nominibus Goltzius exhibet, quos ipse confinxit, nec quisquam vidit, nisi in pictura apud ipsum: tametsi hos, ut diximus, D. Vaillant cum sinceris ac genuinis nullo delectu permiscet. Id quod ab ipso factitari eo magis miramur, quod ipsemet in libro de Nummis Græcis, pag. 262. recte admonuit, *parvam aut nullam fidem huic scriptori*, nimirum Goltzio, *adhibendam.* Hi sunt igitur nummi Goltziani.

24. Quadrigæ triumphales: Victoria in curru coronam Metello, aquilam Consularem gerenti, imponit. EX SC. L. CÆCIL. L. F. C. N. PR. COS. .)(. METELLUS. Caput Concordiæ. Prorsus inepte post titulum Proconsulis cognomen Metelli ponitur. Nummum argenteum fuisse volunt. Describitur a D. Vaillant, in familiis Romanis, Tab. XXVII. num. 9. ex Goltzii Fastis Magistratuum Roman. pag. 92. num. 3.

25. Q. METEL. MACEDONIC. Quinqueremis. .)(. Caput Victoriæ. EX SC. Et hunc argenteum faciunt; ut fere ceteros. Describitur a D. Vaillant, Tab. XXVIII. num. 6. ex Goltzio, pag. 140. num. 3.

26. CXXXIII. EX SC. Colonus boves agit. Infra, L. CAECIL. Q. F. L. N. .)(. METELLVS CALVUS. Caput Apollinis laureatum. Describitur a D. Vaillant, Tab. XXIX. num. 5. ex Goltzio, pag. 141. num. 5.

27. Q. METEL. Q. F. Q. N. Viri duo dextras jungunt: latere dextro prora navis. .)(. Caput Pietatis. P. RUTILI. P. F. EX SC. Describitur a D. Vaillant, Tab. XXVIII. num. 8. ex Goltzio, pag. 148. num. 2.

28. Q. METEL. BALEARIC. Victoria trophæo coronam imponit. .)(. Caput Jovis laureatum. Describitur a D. Vaillant, Tab. XXVIII. num. 7. ex Goltzio, pag. 149. num. 4.

29. Q. METEL. Q. F. BALEARICUS. Dea stans tenet canistrum. .)(. Caput Fidei laureatum. FIDES. Describitur a D. Vaillant, Tab. XXIX. num. 9. ex Goltzio. pag. 150. num. 2.

30. L. METELLUS. Ipse quadrigis vehitur, tenens scipionem Consularem, in cujus apice Aquila Romana. .)(. DELMATICUS. Caput Fidei vel Pietatis. Describitur a D. Vaillant, Tab. XXIX. num. 6. ex Goltzio, pag. 151. num. 1. Redi in memoriam, quid de Metello Diademato superius dixerim.

31. C. METEL. Q. F. CAPRARIUS. Ceres alteram altera manu facem tenet. .)(. Caput Fidei vel Pietatis. .)(. CN. MANLIUS CN. F. MAXIMUS. Describitur a D. Vaillant, Tab. XXIX. num. 3. ex Goltzio, pag. 152. num. 4.

32. M. CÆCILI. Q. F. Q. N. Neptunus tridentem tenens, vehitur quadrigis equorum. .)(. METELLUS. Neptuni caput, cum tridente. Describitur a D. Vallant, Tab. XXIX. num. 2. ex Goltzio, pag. 153. num. 1.

33. Q. METELL. NUMIDICUS PR COS. Quinqueremis. .((. EX SC. Caput Neptuni geminum, cum uno tridente. Describitur a D. Vaillant, Tab. XXIX. num. 7. ex Goltzio, pag. 156. num. 3.

34. C. METEL. CAPRAR. Prora navis. Infra, ROMA. .)(. Janus bifrons. Ex ære. Describitur a D. Vaillant, Tab. XXIX. num. 4. ex Goltzio, pag. 158. num. 1.

35. Q. METELL. NEPOS. Triremis. Infra, SC. .)(. Caput Neptuni, subjecto tridente. Describitur a D. Vaillant, Tab. XXIX. num. 8. ex Goltzio, pag. 159. num. 3.

36. P. CANIDI. P. F. CRASS. Q. METEL. Caduceus cum Cornucopiæ. .)(. CELER. Caput Fidei vel Pietatis. Describitur a D. Vaillant; Tab. XXX. num. 9. ex Goltzio pag. 174. num. 2.

VI.

Nummus Cæcilii Pii.

37. TI. CAESAR DIVI. AUG. F. AUGUSTUS. Capite nudo. .)(. M. M. I. V. C. VIBIO MARSO PROCOS. II. L. CAECILIUS PIUS II VIR. *Municipes Municipii Julii Uticensis, C. Vibio Marso Proconsule iterum, L. Cæcilius Pius Duumvir.* Est ex ære mediocri, in Cimelio D. Foucault. Fuit hic Duumvir *Cæcilius* ex patre; ex matre, Sexti Magni Pii nepte, *Pius.*

§. 3.

Stemma Pompeïorum, ex Plinio, & Nummis antiquis.

- 1 Cn. Pompeius.
  - Q. Pompeius Rufus.
    - 2 Q. Pompeius Q. F. Rufus.
      - 4 Q. Pompeius Rufus.
        - 7 Sex. Pompeius.
        - 8 Sex. Pompeius Fostlus.
  - Sex. Pompeius.
    - 3 Cn. Pompeius Strabo.
      - 5 CN. Pompeius MAGNUS PIUS. Conjux Metella Pia Scipio Africana.
        - 6 SEX. MAGNUS PIUS.

His adnotationes istas adjunge.

1 Avum & patruum Cn. Pompeii Strabonis tantum ex conjectura ponimus; quoniam ex posteris utriusque familiæ Pompeïorum intelligimus hæc tantum prænomina fuisse in ipsis insignia, Q. CN. & SEX.

2 Gemina in primis familia nobilis Pompeïorum fuit, a Q. Pompeio patre Q. Pompeii Rufi, & Cn. Pompeii Strabonis orta. Pompeii vero nomen in titulis familiæ primogenitæ Ruforum Cn. Pompeius Magnus reliquit: solum sibi retinuit, transmisitque ad posteros MAGNI & PII cognomina. Præter istam autem utramque familiam, memorantur a Plinio ante Pompeii Rufi tempora, *Aulus Pompeius*, libro VII. pag. 48. & *Pompeius Paulinus*, *Arelatensis*, *Eques Romanus*, libro XXXVII. pag. 69. & *Pompeius Flaccus*, *eques Romanus*, libro XV. pag. 250. denique ex plebeïa familia, *Pompeius Lenæus*, *Magni libertus*, libro XXV. pag. 375.

3. *Cn. Pompeius Strabo* triumphum egit de Asculanis, ut auctor est Plinius, libro VII. pag. 64. Idem ab oculorum vitio Strabonis accepisse cognomen dicitur, libro eodem, pag. 25. & 26. Ex quo conjicimus fuisse eum secundo genitum ex liberis Q. Pompeii Rufi, siquidem proprium aliud cognomen non haberet: quoniam primogenito, opinor, cognomen paternum Rufi reservaretur.

5. Cn. Pompeius *Africa tota subacta, & in ditionem redacta, MAGNI nomen in spolium inde cepit*, inquit Plinius, libro VII. sect. XXVI. Dum *Cn. Magnus Pius* appellatur, *Cneius* a patre, *Magnus* de suo, *Pius* de conjugis nomine nuncupatur: quemadmodum Aurelius Cæsar a conjuge Faustina Pia & socero Antonino Pio dictus est *Marcus Antoninus Pius*. Eam ob rem prius in nummis *Magnus* quam *Pius* vocatur: quemadmodum *Metellus Pius Scipio*, ante *Pius* quam *Scipio* dictus est. Et quoniam non ex rebus gestis, sed a conjuge, *Pii* cognomen Pompeius haberet; idcirco ne semel quidem istud a Plinio commemoratum est; nec habet in nummis suis aliquod symbolum Pietatis. At in nummis Sex. Pompeii, quoniam is ex matre *Pia* natus est, eam ob rem & ipse etiam PIUS cognominatur; & in aversa nummorum superficie PIETAS scribitur, cum ipsius effigie Pietatis, ad hereditarium cognomen Monetario alludente. Habuit, ut dixi, Cn. Pompeius uxorem Metelli Pii Scipionis filiam; unde ipse *Pii* cognomen accepit, transmisitque ad posteros per longissima tempora. Nam inde Antoninus Imperator Pii cognomen habuit, & plerique eorum qui sunt eum consecuti; fortassis usque ad ipsos Reges Imperatoresque nostros, qui inscribuntur in nummis veteribus, LUDOVICUS IMP. PIUS, HLOTHARIUS IMP. PIUS, & D. N. KAROLUS IMP. P. F. AUG. Gordianus etiam pater, ut se Pium doceret esse, non ex Antonino Pio, ut priores, sed ex fratre ipsius, ac proinde ex Pompeio Magno Pio tantum, qui PIUS dictus est ob affinitatem cum Metello Pio Scipione Africano, addidit ipse cognomen AFR. ante cognomen istud, PIUS.

6. Unicum fuisse Cn. Pompeii Magni filium, videtur Plinius significare, cum ait, libro III. pag. 295. *Munda* in Hispania cum Pompeii filio capta.

§. 4.

Nummi Pompeïorum.

Ut in Metellorum nummis fecimus, sic sunt Pompeïorum nummi in duas distribuendi classes: quarum prior genuinos ac sinceros complectatur; quales sunt apud Patinum in familiis Romanis, aut in Cimeliis asservantur: posterior, adulterinos & fictos, quales & Goltzius commentus est, & D. Vaillant in suam Collectionem nullo delectu cum probis permiscuit; cum hos tamen Fulvius Ursinus & Patinus antea dudum sprevissent; nec usquam appareant, nisi in picturis.

I.

Nummi Pompeiorum Ruforum, & Sex. Fostli.

1. RUFUS COS. Caput nudum Rufi Consulis. Q. POM. RUF. P. *Q. Pompeius Rufi F.*)(. SULLA COS. Caput nudum Sullæ Consulis. Est argenteus etiam ex Museo nostro.

2. Q. POMPEI. Q. F. RUFUS COS. Sellæ curules duæ.)(. SULLA COS. Duæ rursum sellæ curules: & hinc lituus, symbolum Auguratus: & inde corona, victoriæ argumento. In imo, Q. POMPEI. RUF. Est hic etiam argenteus ibidem. Apparet hunc utrumque nummum a Q. Pompeio Rufi filio, post patris obitum, ad ipsius & Sullæ memoriam, fuisse percussum, sub Cæsare Dictatore.

3. Caput Jovis laureatum.)(. SEX. POM. Prora navis. Ex ære minimo. Nomen istud esse Consulis nobis videtur: ut in Metellorum nummis supra allatis, nomen Metelli, nomen est Consulis.

4. Caput Herculis leonina pelle tectum, ut in Metellianis.)(. POMP. Prora navis. ROMA. Ex ære mediocri.

5. Caput Victoriæ: retro, urceus.)(. SEX. POMP.

POMP. FOSTLVS. Sic enim scribitur in nummo. argenteo, apud P. CHAMILLART; & in Arschotano: non, ut Patinus & alii ediderunt, FOSTVLVS. Est in eo nummo lupa cum Remo ac Romulo ad ficum, adstante rustico. Originem suam ad Romulum refert hoc symbolo Sex. Pompeius Fostlus, scriptoribus rerum Romanarum ceteroqui ignotus.

Præter hos nummus est Augusti COS. XII. in Cimelio Mediceo, & apud D. FOUCAULT, Coloniæ Juliæ Celsæ in Hispania, CN. DOMITIO, C. POMPEIO IIVIR.

II.

Numismata Cn. Pompeii Magni.

6. MAGN. PROCOS. *Magnus Proconsul.* Prora navis, ob præfecturam classis adversus piratas ei commissam.)(Caput cinctum diademate, in quo scriptum est, NVMA. In ambitu, CN. PISO PROQ. *Cneius Piso Proquæstor.* Genus suum referebat ad Numam Pompilium regem Pompeia gens, æque ac Pomponia. Non *Piso* Calpurnius, a Calpo Numæ filio, ut Plutarchus ex hoc numismate prave intellecto comminiscitur. Neque enim nummus honori Proconsulis Magni dicatus, Proquæstoris originem exhiberet. Numæ Pompilio regi, ut ex nummis antiquis haud temere colligimus, fuere duo filii: quorum alter Pompeïus, alter Pomponius est appellatus; deflexo parumper in utroque patris nomine. Hinc Numam regem gens utraque suæ stirpis auctorem jactabat. Nam & in nummo argenteo Pomponiæ gentis, apud Patin. pag. 223. & in Museo nostro, legitur NVMA POMPIL. Sed in solis Pompeii nummis Numæ vultus exhibetur.

7. Delphin dextrorsum, Aquila sinistrorsum; in medio signum cohortis, ut videtur. Infra MAGN. PROCOS. Bellum piraticum Magno commissum, pro Imperii Romani tranquillitate, docet hic etiam nummus.)(VARRO PROQ. *Varro Proquæstor.* Caput diadematum regis Numæ Pompilii, a quo se genus ducere, non Proquæstor Varro, ut nec Piso proxime, sed Pompeïus, gloriabatur. Nunc, amabo, nummum hunc utrumque, non modo cum Sex. Pompeii Fostli nummo, de quo dixi proxime; sed & cum illo Probi Aug. nummo, qui inscriptus est, ORIGINI AVG. cum lupa & Remo ac Romulo; cujus nummi sententia est, ex Romulo esse Augustos Pios Felices, cujusmodi Probus fuit: & cum altero qui inscriptus est, PERPETVA SOBOLES, cum lupa similiter ac gemellis, de quo nuper ad te scripsi, si contulerimus. Intelliges profecto primum, credidisse Romanos Pompeii originem esse a Numa Pompilio: deinde iisdem persuasissimum fui, *Pios* a Pompeïo Pio esse appellatos: denique Numam regem Romuli regis generum fuisse; ut a Romulo perpetuam sobolem in Augustis Piis vigere, & Augustorum *Piorum* originem inde esse, vere prædicarent. Itaque paternum genus suum Pompeïus a Numa Pompilio repetebat: ad Romulum ipsum retulere Romani maternum ejusdem genus, qui scirent Romuli generum Numam fuisse, non Tatii, ut fabulatores prodiderunt. Hinc ORIGO Probi AVG. Pii Felicis; Hinc PERPETVA SOBOLES Augustorum *Piorum* in nummis celebratur. Cum sint Julii Cæsaris & Augusti numismata plurima, nullum tamen in his simile priscæ nobilitatis vestigium est. Apud historicos e contrario.

8. CN. MAGNVS IMP. Victoria stans palmam offert Pompeio Magno stanti, qui pede dextro proram navis premit.)(Caput Palladis galeatum, M. POBLICI. LEG. PROPR. *M. Poblicius Legatus Proprætore.* Est etiam argenteus in Museo nostro.

9. CN. MAGNVS IMP. Caput Pompeii Magni nudum.)(Pompeius paludatus, cum baculo Imperatorio, *le bâton de commandement*; e navi descendens, obviam sibi venientem Hispaniam, junctis dextris, in fidem recipit. Infra M. MINAT. SABIN. PRQ. *M. Minatius Proquæstore.* Scriptoribus rerum Romanarum Quæstor hic est prorsus ignotus. Est hic nummus argenteus etiam in Cimelio P. CHAMILLART.

10. MAGN. Jani bifrontis imago.)(PIVS IMP. *Magnus Pius Imperator.* Prora navis. Nunc dici PIVS incipit, ex quo duxit uxorem Metellam Piam, ut diximus. Janus bifrons, ipse est Juppiter, sive Sol; *Janus geminus*; apud Plinium, libro XXXIII. pag. 28. *qui pacis bellique argumento colitur*; qui totius diei & anni Deus: quoniam luce sua dat initium laboribus seu belli seu pacis. Horatius, libro 2. Satyra VI.

Matutine pater, seu Jane libentius audis,
Unde homines operum primos vitæque labores
Instituunt.

Et libro 1. epist. XVI. versu 59.

Jane pater, clare, clare, cum dixit, Apollo.

11. In corona laurea, vultus Cn. Pompeii Magni, nudo capite. MAG. PIVS IMP. ITER. Qualis a Plinio describitur, libro XXXVII. sect. VI. pag. 360. *Imago Cn. Pompeii, illa REGIO HONORE grata, illius probi oris venerandique per cunctas gentes.* Et ille quidem eo dicto, *Regio honore grata*, occulte sane, at non obscure tamen indicat, opinor, Pompeii originem a rege Numa.)(PRÆF. CLAS. ET ORÆ MARIT. EX SC. Cum *ad tota maria & deinde Solis ortus missus* a senatu est, ut Plinius ait, libro VII. pag. 45. Capita duo adversa, & nuda sine laurea, nummi area exhibet, Cneii patris dextro latere; lævo, Sexti filii: pone caput Cneii patris lituus appictus est, insigne Auguratus. Ex quo manifestum est, vivo ipso patre nummum hunc esse percussum; & vultum ipsius, titulosque *Magni Pii Imp. iterum* ceterosque, repræsentari: nullos vero Sexti F. per se titulos, nec ipsum nomen. Nam si mortuo Cneio patre percussus hic nummus esset, cum esset Sextus Augur, ut volunt, quoniam qui PIVS & IMP. ITER. in aliis nummis appellatur, hunc fuisse quoque Augurem adjecta in illis Auguratus insignia clamant; in isto quoque nummo non solus Cn. pater, sed & Sextus etiam ipse insigne Auguratus haberet sibi appositum. Atqui tripodem habet solummodo appositum retro, quod est insigne dumtaxat sacerdotii. Ergo tunc cusus est nummus iste, cum esset pater quidem Cneius Magnus Augur; Sextus vero filius, tantum sacerdos. Neque enim ambo simul aut fuerunt Augures, aut esse tunc potuerunt. Ergo vivo Cneio Magno percussus hic nummus est, & nomina ejus titulosque repræsentat. Adjectus est autem etiam Sexti vultus sub eodem titulo *Præfecti classis & oræ maritimæ*; quod is haberet designatam successionem in locum ac munus defuncti patris, si quid ei humanitus accideret. Sed isto sublato extinctoque, ut summam Reipublicæ Cæsar capessiverat, desiit tunc Sextus frui fungique hac præfectura. Risum ipsi etiam plebi movent Antiquarii quidam, qui vultum quidem hic patris esse, sed soli tamen filio titulos superscriptos convenire pertendunt. Huc eos adigunt scriptæ fabulæ. Quid nummi aperte doceant, id vero nos unice quærimus. Est hic nummus ex auro in Cimelio etiam Sereniss. Ducis Parmensis.

12. MAG. PIVS IMP. ITER. Caput nudum Cn. Pompeii: hinc urceus, Pontificatus; inde Auguratus insigne, lituus. *Imperator iterum* Cn. Pom-

Pompeïus fuit; æque ac Cæsar, qui IIT. hoc est, *Imperator iterum*, immo & in nummo argenteo e Museo P. Chamillart, I. V. hoc est, *Imperator quintum* inscribitur. .)(. PRÆF. CLAS. ET ORÆ MARIT. EX SC. Symbolum Præfecti classi in hoc nummo est, & simul *Imperatoris, missi ad tota maria & Solis ortus*, ut Plinius loquitur, Sol est, nudo corpore, capite radiato; quod est Symbolum Orientis; lauri ramum, quem dextra tenet, veluti volens proræ navis infigere, cui pedem dextrum imponit. Symbolum vero Præfecti oræ maritimæ tum orientalis tum occidentalis, sunt duo viri nudi, gestantes humeris suum quisque hominem, quem ex aquis, ubi natasset, semivestitum extulerat; alio dextrorsum, hoc est, versus Solis ortum ad litus orientale: alio sinistrorsum procedente, hoc est, versus Solis occasum, sive ad oram occiduam. Nullus hic fabulis locus, quas ad interpretationem hujus numismatis vulgo otiosi proferunt. Est hic argenteus etiam in Museo nostro.

13. NEPTVNI. Caput Cn. Pompeii nudum: juxta apposito tridente, & infra delphino, quæ sunt Neptuni insignia. .)(. Navis inflatis velis versus Solis ortum progrediens; nam idcirco dextrorsum sidus Solis appositum est. Q. NASIDIVS, classi præfectus a Pompeio Magno. Est hic argenteus etiam in Cimelio P. CHAMILLART. Hic NEPTVNI *Neptunius* est; ut supra POBLICI *Poblicius* est, num. 8. & POMPEI num. 2. *Pompeius* est, & CLOVI *Clovius* est; & sexcenta similia. *Neptunus* autem Cn. Pompeïus appellatur, quemadmodum longe postea Diocletianus *Jovius* dictus est, & Maximianus *Herculius*: hoc est, ut Diocletianus consilio Jovem, Maximianus Herculem virtute; ita Pompeius Magnus peritia rei nauticæ & navalibus victoriis Neptunum repræsentare, aut Neptunum auctorem habere consiliorum omnium, hoc titulo dicebatur. Ridendi sunt, qui hos nummos NEPTVNI inscriptos ad Sextum Pompeii Magni filium referunt; aiuntque hunc adeo insaniisse, ut Neptuni se filium diceret. In his sunt Appianus, & Dio.

14. MAG. PIVS IMP. ITER. Columna, cui Pompeii Magni statua imposita est, dextra tenentis hastam, dum pede sinistro proræ navis insistit: infra navis est, cujus in puppi Aquila legionaria est. .)(. PRÆF. CLAS. ET ORA MARIT. EX SC. Neptunus cum duobus delphinis capita draconum temone contundit. Compressos a Pompeio Magno piratas hic nummus significat. DCCCXLVI. *naves piratis ademisse* Pompeïum Magnum, Plinius refert, libro VII. sect. XXVI. Nullus hic fabulæ de Scylla locus, quam vulgo hic describunt Antiquarii. Est hic nummus argenteus etiam in Museo nostro.

15. MAG. PIVS IMP. ITER. Caput Neptuni, tridente retro apposito: ut præter Magni & Pii cognomina, etiam Neptunius dici intelligatur. .)(. PRÆF. CLAS. ET DRÆ MARIT. EX SC. Sirene cum ancora inferne apposita, tridente superne. Maris & oræ hæc symbola sunt. Est & hic argenteus in Cimelio P. CHAMILLART.

16. CN. POMPEIVS M. Caput nudum: retro, lituus Auguralis. .)(. COS. III. Triremis. Infra, NEP. De nummo isto quid sentiam, aperiam tibi, Vir Amice, in calce hujus epistolæ.

17. Γ. ΠΟΜΠΗΙΟC. Caput Cneii Pompeii nudum. .)(. ΠΟΜΠΗΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Dea turrito capite sedet, pede sinistro proræ navis imposito: id quod oppidum Pompeiopolitarum Ciliciæ situm ad mare indicat. Est hic nummus ex ære mediocri, in Cimilio Card. Maximi. Forma litteræ Græcæ C pro Σ percussum numisma non fuisse admonet, nisi post tempora Domitiani. *Pompeii* nomen Pompeïopolitæ scripserunt, quoniam ostendi oportuit, unde ipsi *Pompeiopolitæ* dicerentur.

III.

Numismata Sex. Pompeii, Magni F.

SEX. MAGN. PIUS IMP. Caput Sexti nudum: sub quo SAL. .)(. PIETAS. Dea Pietas stans, dextra tenet hyssopi ramum, læva hastam puram transversam. Allusio est ad Pii cognomen; ut intelligatur non esse in Sexto titulum illum sine re. Nummus argenteus Antonii Triumviri, apud Patin. pag. 20. PIETAS COS. *Pietas Consulis*; docet aperte quid sit Pietas, ex parte aliqua. Est enim Dea tenens dextra temonem, sinistra Cornucopiæ; ad pedes, ciconia. Hæc symbola docent, Pietatem Consulis in eo positam fuisse, quod parenti suæ, hoc est, patriæ sive Reipublicæ, uberem procuraret annonam. Est alius ibidem; in quo Dea tenet dextra aram cum igne, sinistra Cornucopiæ. Pars hæc altera Pietatis est, nimirum erga superos. Apud Patinum in famil. pag. 120. & apud D. FOUCAULT, nummus argenteus: PIETAS: Caput Pietatis. .)(. M. HERENNI. Vir nudus alterum fere nudum humero gestat. Pars hæc tertia Pietatis est, erga egenos & ægros.

Ad Sextum pertinent nummi illi dumtaxat, qui vel Sexti prænomen habent, vel infra vultum syllabam SAL. Torquet mirifice Antiquarios hæc syllaba; aliis ad Deam Salutem, aliis alio referentibus. Frustra. SAL *Salduba* est; Hispaniæ civitas, in qua percussus hic nummus fuit: quæ civitas postea a Cæsare Augusto *Colonia Cæsaraugusta* appellata est; & in nummis tunc cœpta scribi, C. C. A. Plinius, libro III. pag. 302. *Cæsaraugusta colonica immunis, amne Ibero affusa, ubi oppidum antea vocabatur Salduba.* Cn. Pompeïus Magnus universam Hispaniam in ditionem redegerat, teste Plinio, libro III. sect. IV. & libro VII. sect. XXVII. Stabat propterea Hispania tota a partibus Sex. Pompeii: & citerior quidem sive Tarraconensis ut ex nummis Sexti Pompeii Saldubæ percussis certum est; & ex eo quod ipsa Tarraco Scipionum opus fuit, teste Plinio, libro III. pag. 300. Scipionum autem heres Sex. Pompeius fuit. Ulteriorem vero Hispaniam, sive Bæticam, earumdem fuisse partium, testis est *Munda* ibi posita, cum Pompeii filio capta, ut ait Plinius, libro III. pag. 295.

MAGNUS IMP. Caput sexti nudum, sub quo SAL. Cetera sunt eadem atque in superiora nummo.

Vidimus apud D. Abbatem FAUVEL, nummum ex ære minimo sane egregium, sic inscriptum ex una parte, S POMP. cum effigie bovis cornupetæ. In altera superficie, caput nudum, juvenile, annorum viginti. Epigraphe: SEX. F. *Sextus Pompeius Sexti filius.* Ab illo prognati videntur, qui longe postea Pii sunt ob paternum genus, & ob maternum Cæsares appellati.

IV.

Nummi Pompeiorum adulterini.

Q. POMPEIUS A. F. *Auli filius.* Caput Herculis tectum leonina pelle. .)(. Pharetra, arcus, & clava. Argenteus, ut volunt, descriptus a D. Vaillant, in familiis Rom. Tab. CXII. num. 9. ex Goltzii Fastis Magistratuum Rom. pag. 142. num. 1.

Caput Jovis laureatum. .)(. Templum. EX SC. Infra, Q. POMPEI. A. F. ut supra. Argenteus, ut volunt, descriptus a D. Vaillant, Tab. CXII. num. 10. ex Goltzio, pag. 145. num. 3.

CN. POMPEIUS Q. F. Caput Junonis, tectum pelle caprina. .)(. In corona, serpens erectus gyros facit. Q. N. RUFUS. *Quinti nepos Rufus.* Descriptus a D. Vaillant, Tab. CXIII. num. 1. ex Goltzio, pag. 200. num. 4.

CN. POMPEI. ROMA. Victoria in curru bijugo. .)(. Caput Victoriæ galeatum. STRABO. Descriptus a D. Vaillant, Tab. CXIII. num. 6. ex Goltzio, pag. 162. num. 7.

Tri-

Tripus. CN. POMPEIUS SEX. F. CN. N. .)(. Caput Concordiæ. STRABO. Descriptus a D. Vaillant, Tab. cxiii. num. 5. ex Goltzio, pag. 162. num. 5.

CN. MAG. IMP. Pompeius in curru quadrijugo a Victoria coronatur. .)(. ROMA. Caput galeatum. Descriptus a D. Vaillant, Tab. cxiii. num xi. ex Goltzio, pag. 173. num. 5.

Superest Nummus, de quo spopondi me tibi in hujus epistolæ fine dicturum. Hanc habet epigraphen in antica parte:

CN. POMPEIUS. M. Caput nudum: retro, lituus auguralis. .)(. COS. III. in summa nummi area: in ima, NEP. In medio, triremis. Nummum ipse manibus & oculis exploravi in otio. Quamvis a D. Vaillant impense laudetur, adulterinum esse scito ac recentem. Nummus est Hadriani Aug. ut vultus manifeste prodit. In eo relictus est titulus COS. III. qui in nummis Hadriani frequens est cum triremi: cetera sunt erasa, vel reconcinnata & interpolata, ut in eo CN. POMPEIUS M. & NEP. legeretur. At primum quidem, in nummis Cneii, aut Sexti ejus filii, numquam est Pompeii nomen inscriptum; sed solummodo Magni & Pii cognomina. Deinde scribi NEP. pro NEPTVNI. aut *Neptunium* dici Pompeium nullo adjecto Neptuni symbolo, aut cum titulo COS. III. jungi Neptunii titulum, prorsus est imperitum & absonum. Denique ea ætate non scriberetur COS. II. vel COS. III. sed COS. ITER. & COS. TERT. Sed dictum esto hactenus satis de Pompeio Magno Pio. . . . Vale. Parisiis, xii. Kal Febr. mdcxcix.

a Julio Cæsare Dictatore, usque ad Titum Vesp. F.

I. *Ex Augusto.*

Julius Cæsar.

- JVL. CÆSAR DICTATOR, Augusti avunculus.
- Julia, Cæsaris Dictatoris soror.

Octavius, cui ex uxore Julia, sorore Cæsaris Dictatoris,

- C. Octavius Cæsar, qui & AVGVSTVS. Ex priore uxore fuit ei
  - JVLIA AVGVSTI F. quæ Agrippæ primum, deinde Tiberio Cæsari nupsit. Liberi ei ex Agrippa,
    - Caius & Lucius Cæsares.
    - Julia Agrippina uxor Germanici Cæsaris.
      - Drusilla.
        - M. Silanus, nepos neptis Augusti. Plin. lib. vii. sect. xi. Natus anno Augusti supremo.
      - CAJVS CÆSAR AVG.
      - Nero & Drusus.
      - Agrippina Claudii.
        - NERO CLAVD. CÆS. AVG. GERM.
    - Julia neptis Aug. conjux Flavii, ex quo
      - Fl. Jul. cui a conjuge Vespasia, cognomen VESPASIANI. Natus est sub Tiberio.
        - TITVS CÆSAR VESP.
          - JVLIA TITI F.
    - Agrippa, postumus: Cæsar, quia ex matre Julia, Augusti Cæsaris filia.
- Octavia Julia Cæsar, soror Augusti, conjux M. Antonii: secundis nuptiis, Claudii Marcelli: unde
  - Marcellus, *Octavia sorore Augusti genitus*, Plin. libro xix. sect. 6.

I I. *Ex Livia Augusti.*

M. ANTONIVS Triumvir: cui conjux Octavia Cæsar, soror Augusti Cæsaris.

- M. Antonius.
- ANTONIA AVG.

Tiberius Claudius Nero: cui ex Livia Drusilla, quæ postea Augusti altera conjux fuit,

Livius Drusus, Trib. plebis, Plin. lib. 33. sect. 13. & 50.

- LIVIA Drusilla, uxor Ti. Claudii Neronis, & postea Cæsaris Augusti.

- Nero Claudius Drusus Germanicus Imp. cui ex Antonia Aug. M. Antonii filia,
  - GERMANICVS CÆSAR: cui ex Julia Agrippina conjuge,
    - Nero & Drusus, CÆsares. Plin. lib. viii. sect. lxi.
    - Agrippina, Claudii Imp. conjux tertiis nuptiis: primum locata Crispo Passieno ex Plinio: deinde Domitio: ex quo
      - NERO CLAVD. CÆSAR AVG. GERM.
    - CAJVS CÆSAR AVG. GERM.
      - JVLIA DRVSILLA.
    - Drusilla, conjux Silani, qui avus NERVÆ CÆS. AVG.
    - Livia, sive Julia, conjux P. Vitellii.
      - A. VITELLIVS CÆSAR GERM. IMP.
  - Livia, avia Livii GALBÆ AVG.
  - CLAVDIVS CÆSAR AVG. GERM.
    - Octavia.
    - Antonia.
    - Britannicus
- TIBERIVS AVG. cui ex Julia Augusti filia,
  - DRVSVS CÆSAR: cui Livia conjux, soror eadem Germanici Cæsaris. Plin. lib. xxix. sect. viii.
    - Tiberius & Drusus gemelli
    - N conjux Galbæ.
      - LIV. GALBA CÆSAR AVG.

In

In hoc stemmate diligenter animadvertendum est, cur quis Cæsar appelletur, aut alio nomine.

Antonia Augusta, a patre *Antonia*, a matre *Augusta* cognominata est: communicato cum sorore sua Octavia Cæsare, Antoniæ matre, ab Augusto Cæsare *Augustæ* cognomine, æque atque cum Livia conjuge.

Caius & Lucius *Cæsares* sunt, quia filii Juliæ, quæ filia fuit Augusti Cæsaris.

Augustus ipse *Cæsar* fuit ex materno pariter genere; quoniam filius Juliæ, sororis Cæsaris Dictatoris fuit, ab eoque heres bonorum & nominis institutus. *Avunculum* enim Augusti Julium Plinius appellat, libro VII. sect. XLVI. falso Suetonius, Dio, & Appianus, proavunculum.

Agrippina Caii & Lucii soror, ob eamdem causam, nempe a Julia matre *Julia junior*, & *Julia mater Caii Cæsaris Aug.* in nummis nuncupatur: & in numismate Græco quodam Σεβαστή, *Augusta*, quia neptis Σεβαστοῦ, hoc est, *Augusti* fuit.

Agrippa Postumus, frater eorumdem, Cæsar & ipse ob eamdem omnino causam fuit.

Caïus Cæsar Aug. quem falso dixerunt Caligulam, idcirco Cæsar est, quoniam ortus ex matre Julia Agrippina, quæ filia Juliæ, & ipsa neptis Augusti Cæsaris fuit.

Nero Claudius Drusus, *Claudius* a patre, *Drusus* a matre Livia Drusilla cognominatus est. *Nero* autem, quod patris cognomen fuit, pro prænomine ei fuit.

Tiberius Imp. dictus est integro nomine, Ti. Claudius Nero Cæsar. *Tiberius Claudius Nero* quidem a patre; a Cæsare Augusto socero suo, postquam Juliam Augusti filiam duxit uxorem, ex eo Cæsaris *Augusti filius* sive gener, & *Cæsar* dici cœpit. Unde & filius ejus Drusus Cæsar, *Drusus* ex patre & avia Drusilla fuit; ex Julia matre, *Cæsar*.

Caïus Cæsar Germanicus, qui & Augustus fuit, prius *Cæsar* ex matre, quoniam ea consanguinitas sive cognatio nobilior esset, quam ex patre *Germanicus* est appellatus.

Claudius Imp. prius *Claudius*, de gentis paternæ nomine: deinde ab avia sua sorore Augusti, *Cæsar*: *Augustus*, a matre Antonia Augusta cognominatus: denique *Germanicus* dictus est de patris cognomine.

Nero denique, primum ab adoptante se Claudio *Nero Claudius*; deinde a matre, quæ proneptis Cæsaris Augusti fuit, *Cæsar Augustus*: denique ab avo materno proavoque, *Germanicus*. Itaque hæc omnia Neronis nomina vel cognomina sunt. De Vespasiano, Galba, Vitellio, dicam suo tempore. Nummos Octavii Cæsaris epistola proxima ad te mittam. Vale.

NVMMI C. OCTAVII CÆSARIS,

ac Triumvirorum, selecti.

Anno Urbis Romæ DCCXI.

C. CAESAR. M. ANTON. Dexteræ duæ tenent caduceum: pacis & Concordiæ argumento.)(. IIIVIR. RPC. *Triumviri Reipublicæ constituendæ.* Quinarius est argenteus in Museo nostro.

Natali Urbis nimirum, Triumviri constituuntur, *Octavius Cæsar*, *M. Antonius*, *M. Lepidus*, ad quinquennium. Inter alios proscripti Cicero & Verres ab Antonio. Plinius, libro XXXIV. sect. III. Idem libro VII. sect. XLVI. ubi Augusti infortunia recenset: *Proscriptionis invidia*, inquit: *collegium in Triumviratu pessimorum civium.*

CAESAR PONT. IIIVIR RPC. Caput Octavii Cæsaris nudum.)(. LEPIDVS PONT. MAX. IIIVIR RPC. Caput Lepidi nudum. Argenteus, in Museo P. CHAMILLART.

M. ANT. IMP. *M. Antonius Imperator.* Pullus gallinaceus, urceolus, lituus auguralis: quæ sunt Auguratus insignia.)(. LEP. IMP. *Lepidus Imperator.* Instrumenta Pontificalia: quoniam Pontifex Max. Lepidus fuit. Quinarius est in Museo nostro.

M. ANTON. IIIVIR RPC. capite nudo.)(. C. CAESAR IIIVIR RPC. Caput Octavii nudum. Qui *Octavianum* appellant, imperitos duces sequuntur: qualis etiam Idatius est, qui in Chronico semper *Tiberianum* dixit pro Tiberio. Romani *Octavianum* aut *Æmilianum*, aut similiter desinente nomine non appellavere, nisi qui ab Octavia vel Æmilia conjuge id nomen haberet; ut Domitianum a Domitia nuncuparunt. Est hic ibidem argenteus.

CAESAR IMP. PONT. IIIVIR RPC. capite nudo. Nondum DIVI F. appellatur: sed *Cæsar* tantum, de patris nomine: nondum isto inter Divos relato. Plin. libro 2. sect. XXVIII. *Augusto Cæsare in prima juventa Urbem intrante, post obitum PATRIS, ad NOMEN INGENS capessendum.* Annum igitur tunc agebat primum ac vicesimum.)(. M. ANT. IMP. AVG. IIIVIR RPC. *M. Antonius Imperator, Augur, Triumvir Reipub. constituendæ.* Caput Antonii nudum. M. BARBATVS Q. *M. Barbatus Quæstor.* Argenteus est ibidem.

ΕΛΕΥΘΕΡΙΑ. *Libertas.* Caput Libertatis.)(. M. ANT. AYT. K. KA. AYT. M. Ἀντώνιος Αὐτοκράτωρ Κάιος Καῖσαρ Αὐτοκράτωρ. *M. Antonius Imp. C. Cæsar Imp.* Est ex ære magno in Cimelio reginæ Christinæ, pag. 4.

Anno Urbis Romæ DCCXII.

Kal. Jan. Octavius Cæsar Consul creatur.

C. CAESAR COS. PONT. AVG. *Caïus Cæsar, Consul, Pontifex, Augur.* In parte nummi contraria, caput est M. Antonii Triumviri.

CAESAR IMP. PONT. COS. IIIVIR RPC. Caput Octavii nudum, cum lituo, quod est insigne Auguratus.)(. M. ANT. IMP. AVG. IIIVIR RPC. L. GELL. Q. P. *L. Gellius Quæstor Provinciæ.* Est apud Patin. in famil. pag. 119.

Hoc anno contigit Philippense prælium, de quo Plinius, lib. VII. sect. XLVI. inter Augusti infortunia: *Philippensi prælio morbus: fuga: & triduo in palude ægroti, & (ut fatentur Agrippa & Mecænas) aqua subter cutem fusa turgidi, latebra.*

VIC. AVG. *Victoria Augusti.* Victoria cum palma & corona.)(. COHO. PRAE. PHIL. *Cohors Prætoriana, Philippi.* Cusus hic nummus est multo postea, in memoriam victoriæ Philippensis, postquam Augusti nomen Cæsar accepit.

Anno Urbis Romæ DCCXIII.

Kal. Jan. L. Antonius Marci frater, Consul creatur.

M. ANTONIVS IMP. AVG. IIIVIR RPC. capite nudo. M. BARBATVS Q. P. *M. Barbatus Quæstor Provinciæ.*)(. L. ANTONIVS COS. capite nudo. Est argenteus in Museo nostro, & apud Patinum, pag. 20.

ANTONIVS AVG. IMP. IIIVIR RPC. capite nudo.)(. PIETAS COS. *Pietas Consulis*, ut nuper ad te scripsi. Cave enim credas, nomen illud, *Pietas*, cognomen esse L. Antonii; quod commentum Dionis, auctori Fastorum, qui tribuuntur Idatio, video placuisse; qui inter Consules scripsit, *Antonio Pietate & Isaurico.* Nam qui semel, ut par erat, & ut vidimus in superiore nummo, rursumque

visuri sumus in nummo sequente, L. ANTONIVS COS. inscriptus est, more Romano numquam aliter appellatur in nummis. Nec L. Antonii nomen in nummis est absque vultu ipsius. Alterius est igitur Consulis nummus iste; &, ut quidem arbitror, Sexti Pii, Cn. Magni F. qui redierit in gratiam cum Antonio, auctusque sit Consulatu circa hæc tempora. Nullus enim præter ipsum PIVS his temporibus fuit. Et ad illud tamen cognomen semel iterumque alludit certe Monetarius. Nam in isto Pietas tenet geminum Cornucopiæ, & temonem: ad pedes, ciconia est; quæ symbolum est Pietatis erga Patriam. In altero autem similiter inscripto, PIETAS COS. Dea gestat aram, & Cornucopiæ: quod est symbolum Pietatis & grati animi erga superos. Est hic uterque nummus jam in Sexti Pompeii nummis a nobis tibi in superioribus litteris indicatus. Ut autem hoc anno receptum in amicitiam ab Antonio Sextum Pium dicimus, auctumque Consulatu fuisse; sic pari honore, anno DCCXXVII. Ciceronis, quem Antonius proscripserat, filium, videbimus a Cæsare, aut sub eo certe, eodem honore fuisse cumulatum.

M. ANT. IMP. IIIVIR R.P.C. M.NERVA PROQ. P. *Proquæstor Provinciæ.* Capite M. Antonii nudo. .)(. L. ANTONIVS COS. Capite nudo. Ibidem, argenteus.

Anno Urbis Romæ DCCXIV.

Kal. Januariis hoc anno fortassis M. Antonius Consul creatur. Nam in nummis Triumvirorum Latinis per suos singulis annos digerendis, ubi certæ desunt gesti magistratus notæ, ut fere usque ad annum DCCXXIII. conjecturæ, ut diximus, aliquantulum indulgemus. Consulatum M. Antonii primum in aliquo nummo nondum vidimus consignatum.

C. CAESAR IIIVIR RPC. capite nudo. .)(. Mars hastam dextra, læva flagellum tenet: lævo pede orbi insistit. Est apud Patinum in famil. pag. 185.

M. ANTONIVS IIIVIR RPC. capite nudo. .)(. Mars, ut in nummo superiore.

M. LEPIDVS IIIVIR RPC. capite nudo. .)(. Mars, ut in nummo superiore.

M. ANTONIVS IMP. capite nudo, cum lituo augurali. .)(. P. VENT. PONT. Stans Sol cum hasta pura. Argenteus est in Gaza Regia. De Ventidii natalibus, fortuna, triumpho, vide Plinium, libro VII. sect. XLIV.

ANTONIVS IIIVIR RPC. Capite nudo. .)(. P. CLODIVS M. F. IIIIVIR A. P. F. *Quatuorvir argento publico feriundo.* Cupido nudus & alatus, bacillum dextra gerit: ad pedes, hinc Aquila Romana; inde clypeus. Est apud Patinum, in famil. aureus.

LEPIDVS PONT. MAX. IIIVIR RPC. capite nudo. .)(. L. REGVLVS IIIIVIR, monetæ nimirum conflandæ. Triumviri, opinor, RPC. ne sui ordinis viderentur esse Monetæ Triumviri, cum ex æquo IIIVIR in nummis scriberentur, creavere Quatuorviros.

M. LEPIDVS PONT. MAX. Caput nudum. .)(. C. CAESAR IMP. IIIVIR RPC. Capite nudo. Argenteus est, apud P. CHAMILLART.

M. LEPIDVS IMP. ITER. PONT. MAX. IIIVIR R. P. C. Caput nudum: retro, lituus. .)(. SALVS PROVINCIARVM AFRICAE. Ipse in equo. Nummus est fictus a Goltzio; permixtus tamen cum probis ac sinceris a D. Vaillant. Nullæ fuerunt olim provinciæ Africæ; sed alia Africa, alia Mauretania fuit. Numidiæ nomen non apparet in nummis Augustorum. Fuit quidem Africa alia vetus, alia nova; cum divisa est in duas provincias a Scipione: at non propterea diceretur in nummis, *Provinciarum Africæ*; sed *geminæ*, vel utriusque Africæ.

Legiones Antonii in nummis occurrunt dumtaxat XXIV. In his sunt ignotæ scriptoribus rerum Romanarum, LEG. XII. ANTIQVAE: LEG. XVII. CLASSICAE: & LEG. XVIII. LIBYCAE. In Cimelio P. CHAMILLART est ex argento LEG. XXIIII.

Anno Urbis Romæ DCCXV.

Circiter hunc annum fœdus cum Romanis, Partho prævalente, pars Asiæ sive Syriæ maxima dirimit.

Caput Antonii nudum, cum lituo, sine epigraphe. .)(. Caput Solis radiatum, symbolum Orientis; quæ regio in primis Antonio commissa. M. ANTONIVS IIIVIR RPC. *Reipublicæ constituendæ* in Oriente præsertim. Est apud Patin. in famil. pag. 20. argenteus, & apud P. CHAMILLART.

OSCA. Caput nudum & senile: genius Oscæ, Hispanicæ civitatis. .)(. DOM. COS. ITER. IMP. *Domitius, Consul iterum, Imperator.* Vasa Pontificalia. Est in Museo nostro argenteus, & apud Patin. ibidem, pag. 101.

ATT. TOT KAIC. ΘΕΑC ΝΕΩΤΕΡΑC. .)(. ΒΑCΙΛΙCCΗC ΚΛΕΟ . . . . . Hoc est: Αὐτοκράτωρ τοῦ Καίσαρος Θεᾶς νεωτέρας βασιλίσσης Κλεοπάτρας. *Imperatoris qui Cæsaris filius, & quæ altera est ex quatuor orta regibus Reginæ Cleopatræ.* Galli dicerent: *Le Generalissime, fils de César: & Cleopatre, la seconde reine issuë de quatre Rois.* Pars nummi anterior in corona laurea Victoriam exhibet, quæ palmam unam utraque manu capiti circumducit. In area nummi, latere lævo, sunt spicæ duæ, fertilitatis Ægyptiæ symbola. Pagina altera vultum Cleopatræ habet, capite diademato. Nummum M. Antonii Triumviri edidit D. Vaillant, similiter inscriptum, ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ. ΘΕΑ ΝΕΩΤΕΡΑ. Ex quo intelligis, Vir Erudite, nihilo magis in nummis dici M. Antonium Cleopatræ maritum, quam Octavium Cæsarem. Tantum illo numismate M. Antonii significatur, summam rei militaris in Oriente præfecturam penes Antonium fuisse; isto Octavii Cæsaris, eamdem præfecturam in reliquo Imperio penes eum fuisse: utroque autem fœdus societatis & amicitiæ a Cleopatra cum Romanis Imperatoribus initum. Itaque cusus hic nummus est, quo tempore erant ambo Triumviri: quo Triumviratus tempore & nummus iste percussus est, ΑΥΤΟΚΡ. Μ. ΑΝΤΩΝ. ΑΥΤΟΚΡ. ΚΑΙΣΑΡ, ut postea dicam. Hoc igitur anno sive nondum Julio Cæsare in divos relato, sive quod nollet Ægyptus Θεὸν appellare Octavium, ne Θεὸς is eodem sensu dici crederetur, quo Θεὰ Κλεοπάτρα, caute admodum & circumspecte Octavius non Θεὸς, quod pro *Divi F.* in Asia minore præsertim Græci scripsere, sed *Cæsaris F.* appellatur. Eam enim ob causam articulus TOT in epigraphe est adjectus: ut cum dicimus, Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου; ubi manifestum est υἱὸς subintelligi. Ingens autem Cæsaris nomen fuit: idcirco insigne quiddam & eximium fuit, *Cæsaris filium* appellari. Plinius, libro 2. sect. XXVIII. *Augusto Cæsare in prima juventa Urbem intrante, post obitum PATRIS, ad NOMEN INGENS capessendum.* Et necesse fuit hic adjici illud TOT KAIC*αρος*, *qui Cæsaris F.* ne Antonius intelligeretur, qui pariter Αὐτοκράτωρ, & in Oriente quidem atque Ægypto, fuit. Denique quod in Ægypto nummus iste percussus sit, non Octavii Cæsaris vultum, sed solius Cleopatræ reginæ, exhibet. Est hic ex ære minimo nummus singularis, in Cimelio D. FOUCAULT.

Anno Urbis Romæ DCCXVI.

Natali Urbis rursus in decennium Triumviris RPC. imperium prorogatur. Ad Consulatum iterum ac tertio gerendum, cum libuerit, iidem designantur.

IMP. CAESAR DIVI F. IIIVIR ITER RPC. *Triumvir iterum Reipublicæ constituendæ.* Caput Octavii Cæsaris nudum. .)(. COS. ITER. ET TER. DESIG. Vasa Pontificalia. Est hic argenteus in Museo nostro. Quando Triumvir iterum Cæsar est institutus; tunc etiam Imperator, sive summus Exercituum Imperii dux est creatus: id quod præfixum nomini proprio Cæsaris nomen IMP. significat.

M. ANTONIVS IMP. COS. DESIG. ITER. ET TERT. Caput Antonii laureatum, capiti Concordiæ applicatum; non Cleopatræ, ut vulgus existimat. .)(. IIIVIR RPC. Cista inter serpentes duos. Cistæ Dea Salus imposita, læva hastam puram, dextra tenet urceum. Argenteus est apud Patinum, in famil. pag. 22. num. 2. Asiam hæc symbola indicant; in qua ars medica conficit optimam ex serpentibus theriacam; & ex ea pastillos ex vini mixti cyathis sumendos. Ita nunc quidem videtur.

IMP. CAESAR DIVI F. IIIVIR ITER. RPC. Capite nudo. .)(. Templum, cujus in peristylio legitur, DIVO IVLIO, cum Solis sidere. In templo Julius Cæsar stat togatus, cum lituo augurali. Prope templum, ara cum igne. Est in Museo nostro argenteus.

M. ANT. IMP. ITER. COS. DESIG. TER. IIIVIR RPC. Caput Antonii nudum; & ex adverso caput Concordiæ. .)(. L. BIBVLVS M. F. PRO. SIC. *Proprætor Siciliæ.* Triremis. Est in Thesauro Regio.

M. ANTONI. IMP. Capite nudo. .)(. Templum, in quo caput Solis radiatum, Orientis administrationem Antonio commissam indicat. Argenteus in Museo nostro, & apud Patin. in famil. pag. 20.

Anno Urbis Romæ DCCXVII.

Ad hunc annum pertinere videtur illud Plinianum, libro XXXIII. sect. XXIV. *Antonii Parthicis rebus.*

CAESAR IIIVIR RPC. Capite nudo. .)(. Q. SALVIVS. IMP. COS. DESIG. Fulmen. Hunc Salvidienum Velleius, Suetonius, & Dio vocant. Nummus est argenteus in Museo nostro.

M. ANT. IMP. COS. DESIG. ITER. ET TER. IIIVIR RPC. Capita duo conjuncta, Antonii & Octavii Cæsaris; tertium iis e regione adversum, tectumque, Concordiæ est, quam ambo respiciunt: non ut D. Seguinus existimavit, Octaviæ: aut ut censet D Vaillant, Cleopatræ; vel omnino cujuscumque feminæ: tum quod in nummis Romanorum Principum nihil est non pudicum & castum: nec ferret illa ætas feminæ Romanæ vultum in nummis insculpi: tum quod Concordiam Principum inter se & cum Senatu Populoque Romano insculpere, etiam Julii Cæsaris & Triumvirorum temporibus moris fuit .)(. M. OPPIVS CAPITO PROPR. PRAEF. CLAS. F. C. *Præfectus classi frumento convehendo*, e Sicilia nimirum. Triremis, cum triquetra Siciliæ nota. Est ex ære magno in Thesauro Regio, vulgatus a Seguino, pag. 95. & a D. Vaillant inter nummos Cleopatræ, pag. 193.

M. ANT. IMP. COS. DESIG. ITER. ET TERT. Capite Antonii nudo. .)(. M. OPPIVS CAPITO. Prora navis in rostrum delphini desinens. Est in Gaza Regia, ex ære magno, & apud Patinum in famil. pag. 195. Artificibus Romanæ historiæ Oppius Capito ignotus est omnino, ni fallimur:

M. ANT. IMP. TER. COS. Caput Antonii nudum, & ex adverso caput Concordiæ. .)(. L. ATRATINVS PRAEF. CLAS. F. C. Stant in curru quatuor equis marinis vecto Antonius togatus, & Dea Concordia stolata, symbolum Concordiæ Antonii & Senatus: quo sensu passim in nummis Augustorum occurrit, CONCORDIA AVG. Pueriliter nec satis pudice Cleopatram hic alii somniant. Nec satis feliciter F. C. interpretantur, *fieri curavit.* Est hic nummus in Thesauro Mediceo.

AYTOKP. M. ANTΩN. AYTOKP. KAIΣAP. *Imp. M. Antonius. Imp. Cæsar.* Capita duo, Antonii & Cæsaris. In Oriente non solum *Antonius Imp.* sed & Αὐτοκράτωρ Antonius fuit: hoc est, suprema pollens in exercitibus & in rebus civilibus potestate. Hoc est enim esse Ἀυτοκράτορα. *Imperator* ad exercitus tantum pertinuit. .)(. In corona: ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. Supra, Aquila Romana. Est ex ære, in Thesauro Regio.

Anno Urbis Romæ DCCXVIII.

Kal. Januariis videtur Salvius Consul creatus, quem superiore anno COS. DESIG. posuimus.

M. ANTONIVS IMP. COS. DESIG. ITER. ET TERT. Capite nudo. .)(. IIIVIR RPC. Ara, cui caput Deæ Salutis impositum est, non Cleopatræ, ut multi somniant. Utroque latere angues duo se erigunt in sublime, cum spiris, ut in nummis qui inscribuntur, ASIA RECEPTA. Nempe Asia præ ceteris provinciis Antonio administranda obtigerat. Vix autem aliud quidquam serpentes in nummis significant, præter Asiam, quæ his abundat; vel Æsculapium Salutis Deum, & medicinæ præsidem, ob theriacam quæ fit ex viperis. Est hic nummus apud Patin. in famil. pag. 22. num. 1. argenteus.

ANTONIVS AVGVR COS. DESIG. ITER. ET TER. Capite nudo. .)(. IMP. TERTIO. IIIVIR R P C. Tiara Armena cum jaculo. Argenteus est in Thesauro Regio, & apud Patin. in famil. pag. 28.

M. ANTON. M. F. M. N. AVGVR IMP. TER. Stat ipse Auguris habitu cum lituo. .)(. IIIVIR RPC. COS. DESIG. ITER. ET TER. Caput Solis radiatum: quoniam Orientis cura, ut diximus, commissa Antonio fuit. Inferius anno DCCXXI. nummum Antonii filii proferemus, qui pariter *Marcus* appellatur, & M. F. hoc est, *Marci filius.* Ex quo intelligimus *Marci* prænomen proprium fuisse primogenitorum in gente Antonia, quemadmodum in familia prænobili Galliæ, Guidonis prænomen olim fuit: *Guy de Laval.* Neque enim aut sine causa, aut aliam ob causam uterque M. F. M. N. appellat.

M. ANTON. IMP. COS. DESIG. ITER. ET TERT. Capita Antonii & Concordiæ conjuncta: Antonii laureatum; Concordiæ, quale Pietatis in Tiberii nummis occurrit: & quale ipsiusmet Concordiæ in nummo argenteo, apud Patin. pag. 182. & apud P. Chamillart: CONCORDIA. .)(. P. MVSSIDIVS LONGVS. Dexteræ duæ junctæ tenent caduceum. Et pag. 7. PAVLLVS LEPIDVS. CONCORDIA. Capite velato. Sic in nummis conjuncta cernuntur, Probi Aug. & Virtutis, Postumi & Herculis capita. .)(. IIIVIR RPC. Ara, cui Bacchi effigies imposita, cum hasta & urceolo: unde Liberum Patrem se appellasse Antonium stulti finxerunt, & fabularum conditores: cum sola vini ubertas in Asia designetur. Utroque aræ latere serpentes inter se caudis implicitis emicant, symbolum Asiæ. Est apud Patinum in famil. pag. 22. Duos alios ibidem nummos Patinus affert, in quibus

bus Antonii caput cinctum est corona hederacea: quæ nota vel una prodit nummum adulterinum. Ex his alterum præstare sincerum Patinus ipse non audet.

M. ANTONIVS M.F.M.N. AVG. IMP. ITE. Stat ipse galeatus & paludatus cum hasta, pede sinistro proræ navis imposito. .)(. IIIVIR RPC. COS. DESIG. ITER. ET TERT. Leo pede dextro pugionem ostentat: supra, sidus Solis, Orientis symbolum. Quid hæc significent, ex Plinio disces, libro VIII. sect. XXI. Ubi de leonibus: *Jugo subdidit eos, primusque Romæ ad currum junxit M. ANTONIUS, & quidem civili bello, cum DIMICATUM esset in Pharsalicis campis.* Sic in nummis Metellorum pictus est elephas, quoniam plurimos Romam L. Metellus Pontifex adduxerat. Est hic Antonii nummus ex argento, apud Patin. in famil. pag. 32.

M. AN. IMP. COS. DES. ITER. ET TERT. IIIV. Capita duo conjuncta, Antonii & Concordiæ vel Pietatis, nudum, Antonii: Pietatis vel Concordiæ, quale in nummis Cæsaris Dictatoris, & Tiberii. .)(. Triremis, velo inflato. FONTEIVS CAPITO PROPR. Apud Patin. in famil. pag. 26. Alius est ibidem simillimus; sed inscriptiones locum permutant. In alio simili istius, superficies altera, quæ habet has voces, FONTEIVS CAPITO PROPR. priore voce malleo contusa vel detrita, immutata est artificio alicujus falsarii, in M. ANTON. CLEOPA. . . . . Pro altera deinde nummi area, alterius nummi accepta epigraphe est, PRAEF. CLASS. F. C. ac pro ea mutatis quibusdam litteris, aliisque detritis, scalptum est, ALEX. CLASSIS. Qui nummus est adulterinus, apud Patin. in famil. pag. 32. conflatus confictusque ex duobus.

Caput M. Antonii nudum. .)(. SOSIVS IMP. Trophæum. Infra, captivi duo manibus post terga vinctis. Victoria aliqua de Parthis significatur. Sosius est sub M. Triumviro Imperator.

Anno Urbis Romæ DCCXIX.

Kal. Januariis Cæsar secundum Consulatum gessit, ut videtur.

Anno Urbis Romæ DCCXX.

Kal. Januariis M. Antonius secundum gessisse Consulatum videtur; aut alteri, qui Romæ tunc esset, gerendum vice sua permisisse.

CAESAR DIVI F. Caput Octavii Cæsaris. .)(. ANTONIVS IMP. Dexteræ duæ junctæ, symbolum Concordiæ. Argenteus in gaza Regia.

ΤΥΡΟΥ. ΘΟΣ. Anno CCLXXIX. æræ Græcorum: libera prorsus a ditione Romanorum Tyro civitate. De hoc Tyriorum nummo aliisque, vide Nummos Populorum & Urbium, & Chronologiam Veteris Testamenti.

Anno Urbis Romæ DCCXXI.

ANTON. AVG. IMP. III. COS. DESIG. III. IIIVIR RPC. Capite nudo. .)(. M. ANTONIVS M. F. . . . . M. Antonii Triumviri F. Nummus aureus a Seguino vulgatus, pag. 99. Non est in Thesauro Regio. M. Antonii junioris vultus refert annos triginta.

C. ANTONIVS M. F. PROCOS. Caput tectum pileo. .)(. PONTIFEX. Instrumenta Pontificalia. Est argenteus apud Patin. pag. 20.

ANT. IMP. IIIVIR RPC. Capite nudo, cum lituo augurali. .)(. CN. DOMIT. AHENOBARBVS IMP. Prora navis: supra, sidus Solis: symbolum Orientis, ubi vice Antonii Domitius præfecturam gerebat oræ maritimæ.

ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ. ΠΣ. Anno CCLXXX. æræ Græcorum. Vide Nummos Populorum & Urbium, & Chronologiam Veteris Testamenti.

Anno Urbis Romæ DCCXXII.

Kal. Januariis forte Consulatum tertium gessit Antonius.

M. ANTONIVS AVG. IMP. IIII. COS. TERT. IIIVIR RPC. Capite nudo. .)(. In corona, Victoria palmam & coronam gerit. D. TVR. *Decimus Turanius*, ut videtur. Apud Patin. in famil. pag. 26.

ANTO. COS. III. IMP. IIII. Caput Jovis Hammonis. .)(. ANTONIO AVG. SCARPVS IMP. Victoria palmam & coronam gerit. Ibidem, pag. 24.

CAESAR DIVI F. Victoria cum palma & corona. .)(. SCARPVS IMP. Dextra exporrecta, seu vola manus, quam Græci καρπὸν vocant. Videtur iste aut sub utroque simul Triumviro militasse, aut Antonio devicto ad Octavii Cæsaris partes transisse; quod & alter nummus docet, multo postea cusus, cum Cæsar diceretur *Augustus*: AVGVSTVS DIVI F. cum eodem Victoriæ symbolo. .)(. IMP. CAESAR. SCARPVS IMP. Dextera, ut proxime, exporrecta. Insigne est petitum ex nomine, *Armes parlantes*. Sed in hoc nummo verborum est ordo notandus. IMP. CAESAR, quoniam cum summa potestate in omnes exercitus esset Imperator: SCARPVS IMP. tantum, quoniam ad unam tantum expeditionem, vel plures, arbitrio Cæsaris, vel Senatus.

Anno Urbis Romæ DCCXXIII.

Kal. Januariis Consulatum tertium gessisse Cæsar videtur. Parthis æstate devictis, fœdus iterum sancitum est cum Asia sive Syria, & Ægypto. Hinc æra, quæ dicta est a nobis Augustana, in nummis Asiæ, ab autumno anni hujus, frequenter occurrit.

CAESAR DIVI F. AVGVR. PONT. IMP. QVART. COS. TERT. Caput Octavii Cæsaris. .)(. DIVI IVLI. Caput Julii. Aureus ex Occone, sed suspectus. Non est in gaza Regia.

CAESAR DIVI F. ARMENIA CAPTA. Armenus flexo genu manibus elatis veniam petit. .)(. L. AQVILIVS FLORVS IIIVIR. Caput Virtutis galeatum, insigne gentis Aquiliæ. Apud Patinum, in famil. pag. 36.

IMP. CAESAR DIVI F. ARMENIA RECEP. *Armenia recepta*. Armenus stat cum hasta, læva clypeum demissum tenet.

Alius: ARMENIA CAPTA. Victoria taurum domat. Est in Regio Thesauro aureus.

Caput Octavii Cæsaris. .)(. IMP. TER. Tiara Armena, cum arcu & jaculo. Legiones Cæsaris scilicet & Antonii Armeniam coëgerunt pacem polliceri. Est hic nummus apud Spanhem. pag. 428.

ANTONI. *Antonius*. ARMENIA DEVICTA. Caput Antonii, cum tiara Armena retro apposita. .)(. REGINAE REGVM FILIORVM REGVM CLEOPATRAE. Caput Cleopatræ: prora navis juxta apposita, oræ Ægypti symbolo. Est in gaza Regia argenteus, & in Museo nostro: sed in isto prora navis non apparet. Egimus de hoc nummo in peculiari Dissertatione de Nummis Regum, Ægypti, in Chronologia Veteris Testamenti.

M. ANT. ΑΡΜΕΝΙΑΝ ΚΑΤΑΔΟΥΛΩΣ. .)(. ΚΛΕΟΠΑΤΡΑ ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ. De hoc nummo diximus in libro De Nummis Populorum & Urbium, verbo ARMENIA. Pulsa regno Ægypti Cleopatra, pro Ægypto ab Antonio donata fuisse Armenia, ex nummis istis intelligitur.

ΖΗΝΟΔΩΡΟΣ ΤΕΤΡΑΡΧΗΣ. L. ΒΠΣ. *Anno* CCLXXXII. æræ Græcorum. Vide librum De Nummis Herodiadum, & Chronologiam Veteris Testamenti.

Anno Urbis Romæ DCCXXIV.

ΔΑΜΑΣΚΗΝΩΝ. ΓΠΣ. *Anno* CCLXXXIII. æræ Græcorum. De hoc nummo diximus in Chronologia Veteris Testamenti. Simplicius, ad librum V. Physic. ait, a verna tempestate annum inchoare: falso. Nam cur a reliquis Syriæ populis discreparent, cum essent pariter Græci, & eamdem Græcorum æram usurparent? Sed fallit legentes improbus, & *Damascenos* vocat Judæos; quoniam de his dicitur in Actis, cap. IX, 22. *Judæos, qui habitabant Damasci.* Judæi certe annum a Nisan & verno tempore inchoant.

Anno Urbis Romæ DCCXXV.

Anno Urbis Romæ DCCXXVI.

Consulatum quartum hoc anno Cæsar forte gessit; hunc adhuc in nullo vidimus nummo consignatum, qui sit indubitatæ fidei.

DIVOS IVLIVS. DIVI F. Capita Julii & Octavii Cæsaris: illud laureatum, nudum istius. .)(. In area nummi: M. AGRIPPA COS. DESIG. Est argenteus in gaza Regia, & apud D. FOUCAULT.

IMP. CAESAR DIVI IVLI F. capite Octavii Cæsaris nudo. .)(. In area, ut supra: M. AGRIPPA COS. DESIG. Patin. in famil. pag. 298.

Anno Urbis Romæ. DCCXXVII.

Consulatum quintum Cæsar gessit, cum M. Agrippa, ut videtur.

CAESAR IMP. VII. Caput Octavii Cæsaris. .)(. COS. V. Victoria insistit proræ navis: dextra coronam, læva palmam gerit. Est apud Mediobarbum, pag. 26. Victoria commemoratur, qua ASIA est RECEPTA, terra marique.

IMP. CAESAR DIVI F. capite nudo. .)(. In corona, REX PTOL. In ambitu, C. LAETITIVS APALVS IIV. Q. Est ex ære minimo in Cimelio D. FOUCAULT, & apud P. JOBERT. Ptolemæus rex Mauretaniæ hic est, de quo Plinius, libro XIII. sect. XXIX. Utrique Mauretaniæ imperavit, eodem teste, libro V. sect. I. A Caio Cæsare Germanico postea est interemptus: ibidem. Fœdus cum rege Ptolemæo initum hic nummus significat, sub *Lætitio Apalo Duumviro Quinquennali* oppidi Cæsareæ Mauretaniæ, quod multo postea Claudius coloniæ jure donavit, ut auctor est Plinius, libro V. sect. I. Sed ipsam Cæsareæ nomen ab Octavio Cæsare est, cui hac civitate cessisse Ptolemæus videtur.

Sebaste in Samaria hoc anno est condita; unde æra incipit Sebastenorum: de qua consule Chronologiam Veteris Testamenti.

M. Antonii nummus, ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ. ΓΚ. Anno XXIII. a fœdere Asiæ cum Cæsare Dictatore & M. Antonio, anno DCCV. inito. Quo de nummo vide Chronologiam Veteris Testamenti, peculiari dissertatione de anno belli Actiaci.

Anno Urbis Romæ DCCXXVIII.

Gestum hoc anno bellum Actiacum, circiter mensem Junium, ostendimus in Chronologia Veteris Testamenti: & capta deinde Alexandria est. Vide Plinium, libro XIX. sect. V. libro XXI. sect. IX. & libro XXXV. pag. 227.

Cæsar hoc anno gessit sextum Consulatum. Idibus Sept. M. Cicerone filio Consule, Senatus obsidionali corona Cæsarem donavit: adeo civica non satis videbatur. Plinius libro XXII. sect. VI.

IMP. CAESAR DIVI F. COS. VI. LIBERTATIS P.R. VINDEX. .)(. PAX. Stat Dea stolata, cum caduceo & Cornucopiæ. Ex auro est & ex argento nummus, cusus post victoriam Actiacam, Alexandriamque captam.

CAESAR COS. VI. Caput Octavii Cæsaris, cum lituo augurali. .)(. AEGYPTO CAPTA. Crocodilus. Est argenteus apud D. FOUCAULT.

CAESAR DIVI F. Caput laureatum. .)(. SPQR. Cupido alatus delphino insidet, quem freno in os immisso regit: supra, hinc Solis sidus, quod majus; inde Hesperus, minor. Hoc symbolo significatur, Cæsarem mari potitum post victoriam Actiacam, & quod occiduum, & quod orientale orbis Romani litus alluit. Qui sidus Julium hic putant se videre, cœcutiunt. Est ex argento hic nummus in Thesauro Regio, editus a Seguino, pag. 206. Apud Patin. in famil. pag. 83. & pag. 160. duplex nummus similis occurrit; alter Manii Cordi Rufi, alter P. Lucretii Trionis, cum simili effigie Cupidinis delphinum freno regentis: quo symbolo minime ambigimus, quin virorum illorum victoria navalis aliqua commendetur; & Lucretii quidem in orientali parte mediterranei maris: nam in nummo ipsius altero, in quo Trajanus Lucretium restituisse dicitur, caput Solis radiatum cernitur.

NUMISMATA OCTAVII CÆSARIS

cum AVGVSTI *titulo.*

Anno Urbis Romæ DCCXXIX.

Kal. Januariis, cum septimo Consulatu, accepisse Cæsar titulum Augusti videtur: quem titulum, æque ac Cæsaris nomen, instar alterius cognominis, posteri ipsius in nummis acceperunt, ut primis ad te litteris scripsi.

CAESAR AVG. Lauri duæ. .)(. Ob CIVES SERVATOS, in corona quercea. Cives Cæsar servavit, quibus adimere libertatem vel M. Antonius in Senatum rebellis nitebatur, vel Alexandrini Ægyptii.

Augusti nudum Caput, sine epigraphe. .)(. AVGVSTVS. Capricornus orbem Romanum pedibus tenet, & simul temonem: retro appositum ei Cornucopiæ est. De Capricorno in nummis Augusti ridicula narrant historici. Nihil aliud Cornucopiæ cum Capricorno, ut vocant, seu capro in piscem desinente significatur, nisi ubertas terra marique parta; & nunc quidem, gubernante orbem Romanum Augusto. Est hic nummus argenteus in Museo nostro. Si natalitium sidus illud Augusti foret, ut somniant, multi profecto Augusti & Cæsares sub hoc sidere nati fuisse dicendi sunt. Nam in plerorumque Augustorum nummis Capricornus similis insculptus cernitur.

AVGVSTVS. Capite nudo. .)(. Victoria proræ navis insistit, coronam ostentans. E Museo nostro quinarius est.

CAESAR COS. VII. CIVIBUS SERVATIS. Caput Augusti. .)(. AVGVSTVS SC. Aquila unguibus tenet coronam querceam: utrimque lauri duæ ex SC decretæ. Aureus, olim in Cimelio Illustriss. COLBERTI.

CAESAR AVGVSTVS. Capite nudo. .)(. L. AQVILIVS FLORVS IIIVIR. Flos rotundus totam nummi aream occupat. Insigne ex nomine petitur, ut sæpe. *Florus* pro insigni florem assumit. Argenteus est apud Patin. in famil. pag. 36.

CAE-

CÆSAR AVGVSTVS. Quadrigæ triumphales. M. DVRMIVS IIIVIR. HONORI. Caput Honoris. De Durmio tota silet antiquitas; præter nummos quinque, quos affert Patinus.

AVGVSTO OB C. S. *Ob cives servatos*, in corona quercea. .)(. M. DVRMIVS IIIVIR. HONORI. Caput Honoris: hinc Solis, inde Hesperi sidus, quo Orientis & Occidentis imperium significatur. Aureus apud Patin. in famil. pag. 312.

CÆSAR DIVI F. AVGVSTVS. Caput Augusti. .)(. DESIGNATVS OCTAVO. *Designatus* Consul *octavo* in annum sequentem. Victoria gradiens, dextra lauream coronam, sinistra palmam gerit. Affert hunc nummum æreum Mediobarbus e Museo suo, pag. 30.

Anno Urbis Romæ DCCXXX.

Consul octavum Cæsar Augustus hoc anno fuit: collega, ut videtur, M. Agrippa iterum.

M. AGRIPPA L. F. COS. ITER. DES. TER. *Consul iterum, designatus tertium.* Siciliæ triquetræ typus. .)(. DIVOS IVLIVS. DIVI F. Capita Julii Cæsaris & Augusti adversa. Aureus est apud Mediob. pag. 55. De corona rostrata data Agrippæ, vide Plinium libro XVI. sect. III. *Sed CIVICAM a genere humano accepit ipse* Augustus.

ANTIOXEΩN. H. Anno VIII. æræ ab Asia recepta. Vide Chronologiam Veteris Testamenti.

Anno Urbis Romæ DCCXXXI.

Augustus Consul VIIII. collega (ut videtur) M. Agrippa tertium. In Natali Urbis, XI. Kal. Maii, accipit Cæsar Augustus Tribuniciam potestatem. Hic primus Augusti potestatis annus. Plinius, libro XI. sect. LXXIII. *Divo Augusto Spoleti sacrificanti, primo POTESTATIS SVÆ die, sex victimarum jecinora, replicata intrinsecus, ab ima fibra reperta sunt: responsumque, DVPLICATVRVM INTRA ANNVM IMPERIVM.* Describit hunc locum ex Plinio Suetonius in Augusto, cap. XCV. sed mutilum, & præpostere a se intellectum. Explicari certe non potest, quando aut quale Augustus imperium duplicarit intra annum acceptæ potestatis; nisi quoniam intra annum acceptæ Tribuniciæ potestatis in exercitibus, hoc anno nimirum, atque hoc die Natali Urbis, accepit eamdem & in provinciis: quod alterum in rebus etiam civilibus imperium est. Sejungi autem solitam esse interdum alteram illam potestatem ab altera, alii etiam aliorum Augustorum nummi suadent. Nec appellavere autem Romani, in nummis certe, aliam potestatem, nisi Tribuniciam.

AVGVSTVS TR. POT. Statua equestris Augusti. .)(. Caput Augusti nudum. Argenteus.

AVGVSTVS. Caput Augusti. .)(. AVGVSTVS TR. POT. L. CANINIVS GALLVS IIIVIR. Mensa cum hasta. Apud Patin. in familia Caninia, argenteus.

IM. AVGVSTVS TR. POT. capite laureato. .)(. SC. in corona. Ex ære mediocri, apud D. Foucault.

AVGVSTVS. Capite nudo.)(. ARMENIA CAPTA. Tiara & arma Armeniaca. Est argenteus apud P. Chamillart. Rei dudum præclare gestæ iterum memoria renovatur.

Caput Augusti. .)(. HISPANIA. Dextra spicas, læva clypeum tenet cum telis duobus: fertilitatis ac virtutis Hispanicæ symbola. Tela duo, partes Hispaniæ duas significant; Tarraconensem, & Bæticam: sive citeriorem, & ulteriorem. Aureus, apud Illustr. Harlæum: & in Nummis Arschot. Tab. 12.

AVGVSTVS. Caput Augusti. .)(. P. CARISIVS LEG. HISPANIA RECEPTA. In fœdus nimirum & societatem amicitiæ recepta: at non propterea CAPTA. Capta enim provincia dicitur in nummis, quæ sit armis subacta: *Recepta*, quæ ad fœdus iterum suscepta. In hoc nummo Arschotano, Tab. 12. sunt clypei tres, cum lancea, & ense falcato. Sed forte pro T. legendum *P. Carisius*, ut in aliis ejusdem nummis apud Patinum.

IMP. CÆSAR AVGVSTVS. Capite nudo .)(. P. CARISIVS LEG. PROPR. Victoria tropæum erigit. Argenteus apud Patinum, pag. 65.

Ut supra. .)(. Castrum, cujus in fronte legitur, EMERITA. Urbs ea citerioris Hispaniæ est. Ibidem.

CÆSAR AVGVST. COS. IX. Caput Augusti nudum, coronatur a Victoria retro stante. .). M. ACILIVS GLABRIO PROCOS. Capita duo adversa: Tiberii nudum, & Liviæ Augustæ sub effigie Pietatis. Est ex ære magno nummus perrarus, in Cimelio D. Foucault. Docet ille hoc anno Liviam Cæsari nupsisse jam Augusto, ut Plinius admonet, libro XV. sect. XL.

M. AGRIPPA L. F. COS. III. capite laureato. .)(. Neptunus stans, dextra delphinum tenet, læva tridentem. Victoriam navalem hic typus significat. Nummus est ex ære mediocri in Museo nostro. M. Agrippæ nummi plerique alii cusi sunt in Hispania, sub Caio Cæsare Germanico, cujus maternus avus M. Agrippa fuit. De Agrippæ operibus Plinius consulendus, ex Indice.

ANTIOXEΩN. Θ. *Anno nono* ab Asia recepta. Vide Chronologiam Veteris Testamenti.

Anno Urbis Romæ DCCXXXII.

Consulatum decimum Cæsar Augustus hoc anno gessit.

Caput Augusti. .)(. Sphinx, (ut vocant,) cum Solis superposito sidere, sine epigraphe. Solis sidus denotat Orientem: Sphinx, incolarum formositatem, velocitatem, fortitudinemque & indolem generosam. Ad te dudum scripsisse me memini. Vir Eruditissime, de Sphinge, similibusque symbolis ænigmaticis. Est hic nummus ex ære magno apud D. Foucault: qui nummus Orientem Augusto subjectum significat: nihil aliud. In altero pæne simili, apud Tristanum, tomo I. pag. 89. ex adverso vultus Augusti est dextra manus elata, quæ datam ab Asiaticis fidem Augusto denotat, & his ab Augusto.

Anno Urbis Romæ DCCXXXIII.

Consul XI. hoc anno Cæsar Augustus fuit.

AVGVSTVS COS. XI. capite laureato. .)(. M. AGRIPPA COS. TER. COSSVS LENTVLVS. *Lentulus* Monetæ Triumvir. Neque enim alterius cujusquam, ne Consulis quidem, nisi ex ipsa Augusti familia, in nummis Augusti, nomen auderet Provincia Narbonensis inscribere, quæ hoc nummorum genus cudebat. Aureus hic est in Thesauro Regio, quem alii perperam sunt interpretati.

Ludi a Marcello, Octavia sorore Augusti genito, hoc anno editi, Augusto XI. Consule. Plinius, libro XIX. sect. VI. *Suspecta Marcelli vota*, idem libro VII. sect. XLVI.

DIVI IVLI. .)(. L. Ϛ. De hoc nummo vide Chronologiam Veteris Testamenti.

Anno Urbis Romæ DCCXXXIV.

Consules hoc anno Lollius & Lepidus; de quibus Horatius, libro I. epist. XX. versu 26.

Tiberii circa hæc tempora res gestas in Asia describit Horatius, libro I. epist. III. XI. & XII. cum nondum Tiberius Cæsar esset, sed privignus Augusti tantum, & Ti. Claudius Nero.

ΓΑΔΑΡΑ. ΔΜ. Anno XLIV. æræ Pompeianæ, de

de qua vide Chronologiam Veteris Teſtamenti, & Nummos Populorum & Urbium.

Anno Urbis Romæ DCCXXXV.

IMP. IX. TR. POT. V. Caput Auguſti. .)(. COM. ASIAE. Templum quatuor ſaltum columnis; in cujus fronte legitur, ROM. ET. AVG. Argenteus hic nummus eſt; cui fere ſimilis eſt apud Patinum, in Sueton. pag. 107.

AVGVSTVS COS. XI. capite laureato. .)(. Arcus triumphalis, cui quadrigæ impoſitæ. Auguſtus in curru lauream tenet. In periſtylio legitur, IMP. IX. TR. POT. V. Intra fornicem, S P Q R SIGNIS RECEPTIS. Sunt aurei argenteique, cum hac epigraphe. Cuſus hic tamen nummus videtur anno ſequente, ante Natalem Urbis: quo die Natali cœpit Auguſtus dici TR. POT. VI. Hic recepta de Parthis ſigna dicuntur. Tunc illud contigit, quod narrat Horatius in laudibus Auguſti, libro 2. epiſt. 1.

Terrarumque ſitus, & flumina dicere, & arces,
Montibus impoſitas, & barbara regna, tuiſque
Auſpiciis totum confecta duella per orbem,
Clauſtraque cuſtodem pacis cohibentia Janum,
Et formidatam Parthis te Principe Romam.

Janum anno ſequente ab Auguſto clauſum fuiſſe dicit: de qua re Nummi ſilent.

Anno Urbis Romæ DCCXXXVI.

CÆSAR AVGVSTVS. Capite nudo. .)(. Aquila legionaria, & ſignum cohortis. SIGNIS RECEPTIS. S P Q R. In clypeo, C. V. *Clypeum vovit.* Eſt argenteus in Muſeo noſtro. In alio apud P. CHAMILLART, eſt CL. V.

CÆSAR AVGVSTVS. Capite nudo. .)(. Clypeus, in quo ſcriptum eſt, S P Q R CL. V. De clypeo, vide 1. Mach. xv, 18, 20. & Plinium, tomo v. pag. 170. & 177.

CÆSAR AVG. CONS. S. C. OB RP. CONS. Hoc eſt: *Cæſari Auguſto Conſervatori ſuo, Clypeum, ob Rempublicam conſtitutam.* Clypeus cum Auguſti vultu adverſo in ea nummi parte deſcribitur. .)(. L MESCINIVS RVFVS IIIVIR. Auguſti effigies baſi impoſita cum haſta & bacillo imperatorio. In ipſa baſi, S P Q R V S P S E T R A V G. *Votum ſolvit pro ſalute & reditu Auguſti.* Eſt ex argento perrarus; apud Patin. 174. Hunc nummum alii perverſe interpretati ſunt.

IMP. CÆS. COS. XI. TR. P. VI. SPQR. Caput Auguſti. .)(. CIVIBVS ET SIGNIS MILIT. A PARTHIS RESTIT. Arcus triumphalis, cum tribus fornicibus: ſupra, Imperator in quadrigis, cum duobus militibus ſigna attollentibus. Argenteus eſt in Cimelio D. FOVCAVLT.

ANTIOXEΩN, IΔ. Anno XIIII. ab Aſia recepta.

Ex Diario Trevoltiano.

Nummus Auguſti argenteus, e Cimelio D. FOVCAVLT, idemque unicus ac ſingularis, caput Auguſti nudum ac ſine laurea exhibet, & nomen AVGVSTVS. In area autem nummi contraria, L. CANINIVS GALLVS IIIVIR. Deinde in columna, hoc modo:

C. C
AVG
VS.
TI.

In prioribus autem litteris interpretandis fruſtra ſudarunt haſtenus Antiquarii. Sententia eſt: *Circenſes Cæſaris Auguſti.* His ludis præerat, *L. Caninius Gallus Triumvir:* vel, ut aliis magis placet, Triumvir Monetæ is fuit. Sic in altero Auguſti nummo argenteo, qui inſcribitur, AVGVSTVS TR. POT. VII. ſimilis columna conſpicitur, in qua ſcriptum eſt, IMP. CÆS. AVG. LVD. SAEC. hoc eſt, *Imp. Cæſaris Auguſti ludi ſæculares:* & in ambitu nummi ſimiliter, L. MESCINIVS RVFVS IIIVIR: deinde latere nummi dextro XV. lævo S. F. *Decemvir ſacris faciundis.* Sic in nummis Philippi Imp. columna erecta ſtat, in qua ſcriptum eſt pariter, SAECVLARES AVGG. *Sæculares Auguſtorum.* Philippi patris & filii. Sic in nummo Caii Principis, Germanici F. ex ære minimo, ſcriptum eſt, C. CAESAR DIVI AVG. PRON. AVG. & in area pileus, ſymbolum Libertatis. In altera autem ſuperficie, R C C. hoc eſt, *Reſtituti Circenſes.* Editi enim vero fuerant ſub Auguſto Circenſes: ſub Tiberio non apparent: ſub Caio ſunt reſtituti. Sive autem littera C ſit unica, ſive geminetur, ut Circenſes ſignificentur, nihil intereſt. Quemadmodum in nummis ſæculi Conſtantiniani, nunc quidem ML ſcribitur, nunc etiam MLL, ut *Mercatores Lugdunenſes* ſignificentur. Eſt in Cimeliis locupletioribus nummus Hadriani Aug. ex ære magno, inſcriptus: ANN. DCCCLXXIIII. NAT. VRB. P. CIRC. CON. Hoc eſt, *Anno 874. Natali Urbis, Plebei Circenſes conſtituti.* Quemadmodum in nummo Neronis, CERT. QUIN. ROM. CON. *Certamen quinquennale Romæ conſtitutum.* In hiſtoria naturali Plinii legere eſt, *Apud priſcos Plebeiis Circenſibus.* Hos anno illo Hadrianus Auguſtus conſtituit in perpetuum edi, die Natali Urbis, ſive Romæ conditæ ac dedicatæ, qui eſt XI. Kal. Maii. Unde in antiquo Kalendario, quod P. Ægidius Bucherius e Societate JESU edidit, in libro de Doctrina Temporum, legitur: XI. *Kal. Maii*, N. VRBIS. C. M. XXIIII. Hoc eſt, *Natali Urbis, Circenſes miſſus*, ſive ludi XXIIII. Aſconius Pedianus in Notis ad orationem Ciceronis ſecundam in Verrem: *PLEBEII LVDI*, inquit, *quos exactis regibus pro LIBERTATE PLEBIS fecerunt, aut pro reconciliatione plebis poſt ſeceſſum in Aventinum.* Quæ cauſa videri poteſt, quamobrem in nummo Caii Principis proxime laudato, pileus, Romanæ libertatis ſymbolum, depictus appareat. *Centeſima*, vel *ducenteſima*, quam nonnulli in eo nummo Caii viſi ſunt ſibi videre, quoniam de ea centeſima vel ducenteſima aliquid proditum ab hiſtoricis legerunt, reipſa in nullo conſignata nummo occurrit. *Quadrageſima* duntaxat ſub Galba: deinde a temporibus Gallieni uſque ad Juſtinianum fere, *viceſima prima* dumtaxat, ut dictum eſt in Numiſmatis ſæculi Conſtantiniani, ſe ſubinde offert. Denique notum illud tritumque de populo Rom. dictum a Juvenale,

Duas tantum res anxius optat,
Panem, & CIRCENSES.

Atque his rebus duabus procurandis affatim, omnem curam impendiſſe Auguſtos, nummi ſexcenti teſtantur.

Anno Urbis Romæ DCCXXXVII.

AVGVSTVS TR. POT. VII. Capite laureato. .)(. In columna, IMP. CAES. AVG. LVD. CAES. *Imperatoris Cæſaris Auguſti Ludi ſæculares.* In ambitu, L. MESCINIVS RVFVS IIIVIR. Ad latera, XV. S.F. *Decemvir ſacris faciundis.* Eſt argenteus.

Hoc anno Horatius alterum opus, nempe ſermones edit; & Mecænati pariter dicat:

Prima dicte mihi, ſumma dicende Camœna, &c.

Anno

Anno Urbis Romæ DCCXXXVIII.

Circa hæc tempora, *contumeliosus* Augusto *Tiberii Neronis privigni secessus*, de quo Plinius, libro VII. sect. XLVI. post *adulterium filiæ* Augusti, Juliæ. Et circiter hoc ipsum tempus Agrippa Juliam Augusti filiam ducit in matrimonium; & fit ipse hac affinitate Cæsar: quod nomen transmittit & ad liberos.

IMP. CAESAR AVG. TR. POT. VIII. Capite nudo.)(C. ANTISTIUS IIIVIR. Apollo Actiacus cum cithara & patera ante aram: APOLLINI ACTIO. Patin. in Sueton. pag. 77.

IMP. CAESAR AVGVSTVS COS. XI. Instrumenta Pontificalia & Auguralia.)(C. ANTISTIVS IIIVIR. Caput Pietatis, vel Concordiæ; quale in Tiberii nummis Liviæ esse vulgus existimat. Apud Patin. in famil. pag. 19.

AVGVSTVS TR. POT. VIII. Capite nudo.)(L. VINICIVS. L. F. IIIVIR. Columna, in qua scriptum est: S P Q R IMP. CAES. QUOD V. M. S. EX EA P. Q. IS AD A. DETVLIT. *Imp. Cæsari, quod viæ munitæ sunt ex ea pecunia, quam is ad ærarium detulit*, ex provinciis nimirum acquisitis. Est argenteus; cui fere similis alter est in Museo P. CHAMILLART.

Anno Urbis Romæ DCCXXXIX.

CAESAR AVG. TRIBVNIC. POT. IX. COS. XI.)(BOS: index deductæ coloniæ, ut volunt. M. TITIO. P. QVIN. VARO. L. CORN. BALBO. Triumviris coloniæ. Nummis est a Velsero laudatus, libro IV. Aug. Vindel. pag. 61.

Anno Urbis Romæ DCCXL.

Anno Urbis Romæ DCCXLI.

ANTIOXEΩN. IΘ. Anno XIX. æræ ab Asia recepta, ut dictum est in Chronologia Veteris Testamenti.

Virgilius obit hoc anno. Plinius, libro XIV. sect. III.

Anno Urbis Romæ DCCXLII.

AVGVSTVS TRIB. POTEST. XII. PON. MAX. Capite laureato.)(CAESARAVGVSTA. C. ALLIARIO. L. VERRIO IIVIR. Hunc nummum D. Vaillant in Colon. pag. 23. sic legit, COS. XI. DES. XII. TR. P. XIX. quorum verborum nullum in eo nummo apparet. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOUCAULT. Titulum PONT. MAX. ante hunc annum TRIB. POT. XII, non vidimus in nummis Augusti sinceris. Nempe paulatim ad summos honores Augustus ascendit, in Republica, & in Senatu suæ libertatis retinentissimo, ac vere domino rerum. Anno V. C. DCCXXIX. Augusti titulum accepit: anno DCCXXXI. Tribuniciam potestatem in annos XX. Anno DCCXLII. Pontificis Max. dignitatem: Anno DCCL. Tribuniciam potestatem perpetuam: nec tamen umquam, dum vixit, ex SC habuit titulum Patris Patriæ; tametsi in provinciis, aliquot ante obitum annis, impetravit. Nec fere ante annum DCCLXIV. reperias nummos æreos ejus honori cusos ex SC. Occoniana numismata, quæ aliud præferunt, quam quod docemus, nemo eruditus hodie nescit esse ficta.

P. QVINCTIL. VAR. IIVIR. Capite nudo.)(AVG. PONT. MAX. *Augustus Pontifex Max. P. Quinctilio Varo Duumviro.* Tria capita: Augusti, & filiorum seu nepotum ejus. C. L. *Caius, Lucius*, Cæsares. Iste vix bimulus in nummo apparet. Dextro nummi latere Caius, ab Augusto respicitur. Est in Thesauro Regio, ex ære magno, sed rudis cælaturæ.

ANTIOXEΩN. K. *Anno* XX. ab Asia recepta. Vide Chronologiam Veteris Testamenti.

Anno Urbis Romæ DCCXLIII.

AVGVSTVS DIVI F. Caput Augusti.)(IMP. X. ACT. Apollo Actiacus, cum plectro & lyra. Argenteus e Museo nostro.

Alius, IMP. X. SICIL. Diana, cum cane, hasta, & arcu. Numina sunt, Apollo & Diana, quibus Augusti salus accepta refertur.

Alius, IMP. XI. ACT. Apollo, ut supra.

Alius, IMP. XI. Diana, ut proxime.

Anno Urbis Romæ DCCXLIV.

IMP. AVGVSTVS TRIB. POT. XIV. Capite laureato, cum lituo & simpulo.)(CAESARAVGVSTA. M. PORCI. CN. FADIO IIVIR. *M. Porcio, Cn. Fadio, Duumviris.* Colonus boves agit. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOUCAULT.

AVG. DIVI. F. Capite radiato.)(IMP. XII. Diana venatrix. Est argenteus.

Anno Urbis Romæ DCCXLV.

Caput Augusti.)(IMP. XIIII. Germanus parvulum offert Augusto sedenti in sella curuli. Aureus est, & ex argento. Sed Tiridaten in hoc nummo noli quærere.

NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS IMP. Capite laureato.)(DE GERMAN. Duo scuta transversim posita. Sed cusus hic nummus est, aliique similes, sub Claudio Imp. Drusi hujus Germanici F. Est hic argenteus in Museo nostro. De Druso Imp. hoc anno, cum nondum esset Tiberius Cæsar, vide Plinium, libro VII. sect. XX. & libro XI. sect. XVIII.

IMP. CAESARI AVGVSTO DIVI F. PONTIFICI MAXIMO. TRIBVNIC. POTESTATIS XV. IMP. XIIII. Arcus marmoreus, qui etiamnum visitur Segusii in Pedemontio, Augusto dicatus.

AΠAMEIAΣ. ΓK. *Anno* XXIII. Ab Asia recepta. Vide Chronologiam Veteris Testamenti.

Anno Urbis Romæ DCCXLVI.

L. MESCINIVS RVFVS IIIVIR. Columna, in qua scriptum est, IMP. CAES. AVG. COMM. CONS. *Imp. Cæsari Augusto, communi consensu*: ad latera, SC. erecta scilicet ex Senatusconsulto columna.)(In corona quercea: I. O. M. SPQR V. S PRO S. IMP. CAE. QUOD PER EVM. RP. IN AMPL. ATQ. TRANQ. S. T. *Jovi Opt. Max. Senatus Populusque Romanus Votum solvit, pro salute Imperatoris Cæsaris, quod per eum Respublica in amplissimo atque tranquillo statu est.* Apud Patin. in famil. pag. 174. argenteus.

ANTIOXEΩN ΔK. *Anno* XXIV. ab Asia recepta: ut dictum est in Chronologia Veteris Testamenti.

Anno Urbis Romæ DCCXLVII.

Primus Tiberii Consulatus credi potest in hunc annum incidere.

ANTIOXEΩN. EK. EΠI OYAPOY. & APXIEPATIKON. EK. De his & similibus consequentium annorum nummis, vide Chrono-

nologiam Veteris Testamenti, ac Nummos Populorum & Urbium.

Anno Urbis Romæ DCCXLVIII.

M. Agrippa circiter hoc tempus obit, anno ætatis quinquagesimo primo. Plinius, libro VII. sect. V.

Anno Urbis Romæ DCCXLIX.

Cæsar Augustus Consul XII. hoc anno fuit, L. Sulla collega. Plinius, libro VII. sect. XI.

IMP. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS COS. XII. Capite laureato. .)(. C. V. I. CEL. *Colonia Victrix Julia Celsa.* Taurus. CN. DOMITIO. C. POMPEIO. IIVIR. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT. & P. CHAMILLART.

ΕΤΟΥΣ ϚΚ ΝΙΚΗΣ. ΥΠΑΤ. ΙΒ. *Anno* XXVI. *victoriæ* de Parthis relatæ, cum & Asia recepta est. *Consul* XII. De hoc nummo egimus in Chronologia Veteris Testamenti. Si cusus ponitur mense Januario, Consulatum XII. Augusti huic anno asserit; si autumno, anno præcedenti.

Memini me olim ad te scribere, Vir Erudite, de Mensibus Paphiorum: quorum unus appellatus est Πληθύπατος, eo quod fuit Augustus *Consul* sæpissime. Ex eo locum emendabis in Actis S. Barnabæ Græcis, quæ Patres Societatis Antverpienses ediderunt, tomo 2. Junii, pag. 451. μηνὶ Ηληθυπάτῳ, pro Πληθυπάτῳ: proclivi lapsu amanuensium, ut H pro Π scriberent.

Anno Urbis Romæ DCCL.

Circiter hunc annum Tiberio nubit Julia Augusti filia: & sic Tiberius jam Augusti privignus, fit ex ea affinitate Augusti gener, & filius, & Cæsar. Hic *Tiberius Nero* appellabatur, teste Plinio, libro VII. sect. XX. quoniam esset in Claudia gente *Nero*, nunc prænomen, nunc vice cognominis.

Caput Tiberii imberbe. .)(. TIBERIVS. CAESAR. Elephas. Ludos editos significat, ob affinitatem, cum Cæsare, ut videtur.

IMP. TRIBVN. POTES. XX. Capite laureato. .)(. CAESARAVGVSTA. CN. DOM. AMP. C. VET. LANG. IIVIR. *Cneio Domitio Ampliato, Caio Veturio Languido, Duumviris.* Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT.

IMP. CAESAR AVG. C. CAES. COS. DES. *Caius Cæsar* Augusti F. *Consul designatus.* Stat Augustus velatus habitu Pontificio: Caio Cæsari togato simpulum porrigit, quo illum ritu Pontificem inaugurat: pone Augustum rem spectante Lucio Cæsare togato. .)(. CAESARAVGVSTA. CN. DOM. AMPL. C. VET. LANG. IIVIR. ut proxime. Est ex ære magno. Consulatus Caio Cæsari designatus, multo ante quam delatus ei re-ipsa est. Neque enim Senatus ferret, pro illius ævi severitate, nec vero aliquando tulit, ante primam saltem juventam, hoc est, ante annum XXI. saltem inchoatum, ut olim Augusto ipsi Cæsari, deferri cuiquam Consulatum.

ΑΠΑΜΕΙΑΣ. ΗΚ. *Anno* XXVIII. ab Asia recepta. Vide Chronologiam Veteris Testamenti.

Anno Urbis Romæ DCCLI.

Caput Augusti. L. IT. *Anno* CCCX. æræ Græcorum: qua posita significant Tripolitæ, ipso Augusto fatente, se sui juris esse, hoc est, Græci, non Romani: esse se tantummodo Φιλορωμαίως, amicos Romanorum. .)(. ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ. Castor & Pollux. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT.

ΕΤΟΥΣ ΘΚ. ΝΙΚΗΣ. De isto, similibusque nummis, vide Chronologiam Veteris Testamenti.

ΡΑΜΑΘΗΝΩΝ. ΒΙΡ. *Anno* CXII. De hac similiter æra ibidem egimus. Vide etiam Nummos Populorum & Urbium.

Anno Urbis Romæ DCCLII.

In Natali Urbis Tiberius accipit Tribuniciam Potestatem.

ΑΣΚΑΛΩ. ΓΡ. *Anno* CIII. De hac etiam Ascalonis æra vide Chronologiam antea appellatam.

Anno Urbis Romæ DCCLIII.

Anno Urbis Romæ DCCLIV. *Christi*, 1.

AVGVST. TRIBVNIC. POTEST. Capite laureato. .)(. L. CAES. AVG. F. PRINC. IVVENT. *Lucius Cæsar Augusti filius, Princeps Juventutis.* Is Juliæ Augusti filiæ ex Agrippa filius, Augusti nepos, (ac propterea Augusti ipsius filius, quod alii non essent ei filii; una cum Caio fratre Cæsare fuit. Prænomine *Lucius* est appellatus, quod fuit in Agrippæ familia proprium. Nam ipse Agrippa dicitur, M. AGRIPPA L. F. Caio Cæsari prænomen a domo Cæsarum & ab avo ipsius Augusto fuit, quoniam erat primogenitus. Quid sit *Princeps Juventutis*, diximus in Nummis Sæculi Constantiniani. Est hic nummus in Cenotaphiis Pisanis.

Ad hoc fere tempus pertinet Caii Cæsaris Augusti filii Arabica expeditio, cujus meminit Plinius, libro VI. sect. XXXI. & XXXII. Item libro 2. sect. LXVII. libro XII. sect. XXXI. Sed, ut ait idem, *prospexit tantum Arabiam.* Agebat tunc annum fere quintumdecimum: qua certe minor ætas non videtur expeditioni tam longinquæ idonea.

Anno Christi 2. V. C. 755.

Anno Christi 3. V. C. 756.

Anno Christi 4. V. C. 757.

Anno Christi 5. V. C. 758.

CAESAR AVGVSTVS DIVI F. PATER PATRIAE. Capite laureato. .)(. In imo nummi limbo, C. L. CAESARES. Tenent ambo togati clypeum quisque suum cum hasta. Supra, lituus auguralis, & capeduncula. In ambitu, AVGVSTI F. COS. DESIGN. PRINC. IVVENT. *Augusti filii, Consules designati, Principes Juventutis.* Aureus est in Museo P. CHAMILLART.

Anno Christi 6. V. C. 759.

Consulatum gessisse videtur hoc anno Caïus Cæsar, major natu filius Augusti, ætatis suæ circiter XXI.

AVG. PONT. MAX. Capite laureato. .)(. C. CAESAR AVG. F. PONT. COS. Capite nudo. Est ex ære mediocri, in Cimelio Illustriss. Justiniani, Procurat. Veneti.

ΛΕΥΚΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ. Caput nudum Lucii Cæsaris, Augusti filii, cum lituo, insigni auguratus. .)(. ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. *Cæsariensium* Bithyniæ. Capricornus; symbolum, ut dixi, ubertatis terra marique advectæ. Est ex ære mediocri in Thesauro Regio. Vide Nummos Herodiadum, ac Nummos Populorum & Urbium.

ΣΙΔΩΝΟΣ. ΖΙΡ. Vide Chronologiam Veteris Testamenti.

Anno

Anno Christi 7. V. C. 760.

Caput Augusti laureatum. .)(. ΣΕΒΑΣΤΟΥ. L. AH. *Annus* XXXVIII. æræ Augustanæ, ut diximus in Chronologia Veteris Testamenti.

Variana clades, de qua Plinius, libro VII. sect. XLVI. circiter hunc annum contigisse videtur. Difficile est autem admodum Augusti res gestas omnes ex nummis antiquis per annos suos describere. Itaque Suetonius ad certa quædam capita easdem redegit, ne ordinem temporum sequi cogeretur. Dio formam Annalium secutus quidem est: sed decennium integrum, quod extricare non potuit, in lacuna reliquit.

IMP. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS IMP. XX. .)(. PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POT. XXX. Nondum Pater Patriæ ex SC. Dicitur hic nummus esse Florentiæ, apud Apollon. Bassetum.

Anno Christi 8. V. C. 761.

ΚΑΙΣΑΡΟΣ. ΛΘ. *Anno* XXXIX. ab Asia recepta.

Anno Christi 9. V. C. 762.

C. Poppæo, Q. Sulpicio Coss. ludis pro salute Divi Aug. votivis. Plinius, lib. VII. sect. XLIX.

CAESAR DIVI F. PAT. PAT. *Pater Patriæ.* Caput Augusti. .)(. VOTA PVBLICA. Pontifex velatus ad aram sacrificat, cum tibicine & victimario. Aureus est in gaza Regia.

SPQR CAESARI AVGVSTO. Capite nudo Augusti. .)(. Stans Augustus, læva bacillum imperatorium gerit, *le bâton de commandement:* dextra bacillum. VOT. P. SVSC. PRO SAL. ET REDIT. I. O. M. SACRVM. *Votum publice susceptum pro salute & reditu: Jovi* Optimo Maximo sacrum. Est in Thesauro Regio aureus, argenteus in Museo nostro.

ΑΣΚΑΛΩ. ΓΙΡ. *Anno* CXIII. Vide Chronologiam Veteris Testamenti.

Anno Christi 10. V. C. 763.

Caput Augusti laureatum, sine epigraphe. .)(. L. MA. *Anno* XLI. ab Asia recepta. Victoria stat cum palma & corona. Videtur detrita epigraphe. Est ex ære mediocri in Cimelio D. FOVCAVLT, & in Museo nostro.

TI. CAESAR AVGVSTI F. IMPERAT. V. Caput Tiberii nudum. .)(. PONTIF. TRIBVN. POTEST. XII. Mediobarbus, pag. 62. e Museo suo.

TI. CAESAR AVG. F. PONT. TR. P. XII. IMP. V. Capite nudo sine laurea. .)(. In corona, C. V. T. T. *Colonia Victrix Turrita Tarraco.* Vide Nummos Populorum & Urbium. Est hic nummus ex ære magno & minimo.

Anno Christi 11. V. C. 764.

Non ante hunc annum, opinor, nummos habet Augustus Latinos ex ære, cum SC. hoc est, Senatusconsulto cusos.

IMP. CAESAR DIVI F. AVGVST. IMP. XX. Capite nudo, sine laurea. .)(. PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POT. XXXIIII. In medio, SC. Est ex ære magno, in Museo nostro.

TI. CAESAR AVGVST. F. IMPERAT. Capite nudo. .)(. PONTIFEX. TRIBVN. POTESTATE XIII. In medio, SC. Est in Cimelio D. FOVCAVLT, ex ære mediocri.

TI. CAESAR AVGVST. F. IMPERAT. V. Capite nudo. .)(. ROM. ET AVG. ut in nummo Augusti, de quo dicam anno Urbis 765. Est ex ære magno in Museo nostro.

Anno Christi 12. V. C. 765.

Hoc fortassis anno gessit Consulatum Germanicus Cæsar.

IMP. AVGVSTVS PATER PATRIAE. Capite laureato. .)(. MV. C. I. *Municipium Calagurris Julia.* L. VALENTINO. L. NOVIO IIVIR. Taurus. Est ex ære mediocri.

Anno Christi 13. V. C. 766.

AVGVSTVS. Capite nudo. MV. CAL. I. *Municipium Calagurris Julia.* .)(. SEMP. BARB. Q. BAEB. FLAVO IIVIR. Ex ære mediocri.

IMP. CAESAR AVGVSTVS P. P. Capite laureato. .)(. MV. CAL. I. SEMP. BARB. Q. BAEB. FLAVO IIVIR. *Sempronio Barbato, Q. Bæbio Flavo, Duumviris.* Est in gaza Regia, ex ære mediocri. Nunc sub iisdem Duumviris, qui superiorem quoque nummum cuderunt, ac proinde sub anni finem, Augustus Pater Patriæ ibi appellatur. Annis duobus supremis Augusti, Pater Patriæ ipse in nummis æreis appellatur ab incolis Hispaniæ citerioris præsertim, & Galliæ Narbonensis.

AVGVSTVS DIVI F. PATER PATRIAE. Capite laureato. .)(. MV. AVGVSTA BILBILIS. M. SEMP. TIBERI. L. LICIN. VARO. circa coronam, in qua IIVIR. *M. Sempronio Tiberino, L. Licinio Varo, Duumviris.* Nummi Bilbilitani, in quibus Augustus Pater Patriæ nuncupatur, sunt duorum dumtaxat annorum, ut ex Duumviris intelligimus. Quod argumento est, annis tantum duobus ante excessum eo nomine cohonestatum eum ibi fuisse. Est hic ex ære mediocri, in Cimeliis D. FOVCAVLT, & P. JOBERT.

AVGVSTVS DIVI F. PONT. MAX. PATER PAT. Caput nudum sine laurea. .)(. V. V. OSCA. *Urbs Victrix Osca.* Eques cum hasta decurrens, COMPOSTO ET MARVLLO IIVIR. Est ex ære mediocri, apud D. FOVCAVLT. Nummi pariter Oscenses, qui titulum Patris Patriæ Augusto adserant, duorum dumtaxat annorum Duumviros exhibent. Fuit enim Duumviratus annuus magistratus; præterquam ubi nummi fuisse Quinquennalem admonent.

IMP. CAES. AVG. TR. POT. PONT. MAX. P. P. Caput laureatum. .)(. C. V. T. *Colonia Victrix Tarraco.* TI. CAESAR. Capite nudo, sine laurea. Hic unus Tarraconensium nummus adhuc occurrit, qui titulum Patris Patriæ Augusto donet. Est hic ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT, & in Museo nostro.

IMP. AVGVSTVS P. P. Capite laureato. .)(. In corona quercea: MVN. Infra, TVRIASO. Ex ære mediocri, in eodem Cimelio.

IMP. AVGVSTVS P. P. Capite laureato. .)(. TVRIASO. Caput muliebre, Genius civitatis, ut in nummis Numantiæ & Obulconis. Est ex ære mediocri ibidem, & in Thesauro Regio.

IMP. CAESAR AVGVSTVS P. P. Capite laureato. .)(. MV. TVRIASO. M. CAECILIO SEVERO. C. IVL. AQVINO. In corona quercea, IIVIR. Nummi quoque Turiasonenses; cum titulo P. P. in Augusto, duorum dumtaxat annorum Duumviros repræsentant. Est hic ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT.

CAESAR AVGVST. DIVI F. PATER PATRIAE. Capite laureato. .)(. ROM. ET AVG. *Romæ & Augusto* Victoria militat. Ara, cui impositæ Victoriæ duæ, altera Romana, Augusti altera,

altera, coronam lauream dextra gestant. Fabrica nummi Gallicana Narbonensis. Est ex ære magno in Musco nostro. Nec sunt adjectæ tamen in eo litteræ SC. ne ex Senatusconsulto appellatus Pater Patriæ Augustus crederetur. Nec vero omnino in ære hic titulus a nobis visus est ante annos tres Augusti supremos.

IMP. DIVI F. P. P. Capita duo obversa: alterum Augusti laureatum, Agrippæ alterum cum corona rostrata.)(. COL. NEM. *Colonia Nemausensis*, in provincia Narbonensi. Est in Museo nostro, ex ære mediocri. Et alter apud P. Jobert. qui solius Augusti vultum insculptum exhibet. Licuit Provincialibus nummos honori Augustorum cudere ex quovis metallo: sed ut major æri auctoritas accederet, essetque vice monetæ in usu publico, impetratum est sæpius Senatusconsultum; uti nunc impetratur a Rege privilegium, pro libris imprimendis.

PATER. Caput Augusti nudum.)(. PATRIAE. Colonus agit boves. C. A. A. P. *Colonia prima Augusta Patricia*. Est ex ære mediocri, in Thesauro Regio, & in Cimelio D. Foucault. Vide Nummos Populorum & Urbium.

CAESAR AVGVSTVS DIVI F. PATER PATRIAE. Capite laureato.)(. TI. CAESAR AVG. F. TR. POT. XV. Capite nudo. In Cimelio P. Chamillart argenteus est.

Ut proxime.)(. TI. CAESAR AVG. F. TR. POT. XV. Augustus in quadrigis, tenet bacillum Consulare, cujus in apice Romana Aquila est: dextra, ramum oleæ. Aureus est, apud Illustriss. D. de Lamoignon.

ΔΑΜΑΣΚΗΝΩΝ. ΕΚΤ. Anno CCCXXV. æræ Græcorum. Vide Chronologiam Veteris Testamenti.

Anno Christi 14. V. C. 767.

Tiberius Cæsar gessit hoc anno secundum Consulatum: quamvis Fasti hunc Consulatum septennio ante Christi natalem collocent.

IMP. AVGVST. PATER PATRIAE. Capite laureato.)(. MV. C. I. *Municipium Calagurris Julia*. M. LIC. CAPEL. C. FVL. RVTIL. IIVIR. *M. Licinio Capella, C. Fulvio Rutilo, Duumviris*. Nummi Calaguritani, qui Patrem Patriæ Augustum appellent, sunt trium, ut apparet, annorum. Est hic ex ære mediocri, in Cimelio D. Foucault, & apud P. Chamillart.

AVGVSTVS DIVI F. PATER PATRIAE. Capite laureato.)(. MV. AVGVSTA BILBILIS. L. COR. CALDO. L. SEMP. RVTILO, circa coronam querceam, in qua IIVIR. *L. Cornelio Caldo, L. Sempronio Rutilo, Duumviris*. Est in gaza Regia, & in Cimelio D. Foucault, ex ære mediocri.

AVGVSTVS DIVI F. PONT. MAX. PATER PATRIAE. Capite laureato.)(. VRBS VIC. OSCA. SPARSO ET CELERE IIVIR. Eques cum hasta decurrens. Ita D. Vaillant. At in nummo e Gaza Regia legitur, SPARSO ET CAECILIANO II.

IMP. CAESAR AVGVSTVS P. P. Capite laureato.)(. MV. TVRIASO. L. MARIO L. NOVIO, in corona quercea IIVIR. Est ex ære mediocri, apud D. Foucault.

In ponte Ariminensi legitur hæc inscriptio: IMP. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS PONTIF. MAXIM. COS. XIII. IMP. XX. TRIBVNIC. POTEST. XXXVII. P. P. Sigonius legit, COS. XIIII. Gruterus, pag. CLX, 2. COS. XIIII. TR. POT. XXXVIII. Vix autem arbitror aut pontem Arimini ab Augusto structum fuisse, cum id inscriptio ipsa non commemoret: aut Augusti ævo positam inscriptionem esse: (Nam cur in ponte, cujus ipse conditor fuisse non dicitur?) aut denique COS. XIII. fuisse Augustum, silentibus nummis genuinis atque indubitatis.

CAESAR AVGVST. PONT. MAX. TR. POT. Capite laureato.)(. AVGVSTA MATER PATRIAE. Pietas sedet velato capite, hastam puram læva, dextra pateram tenet. Est ex ære magno, in Thesauro Regio: nec tamen SC. cusus.

TI. CAESAR AVGVSTI F. TRIB. POT. XVI. Capite nudo.)(. PONTIF. COS. II. IMPERAT. VII. SC. Caduceus alatus inter duo Cornua copiæ. Est apud Occonem, pag. 89. ejusdem omnino formæ, qua ceteri, in quibus notantur alii Tiberii Consulatus. Sunt enim Narbonenses omnes unius formæ; hoc est, cum caduceo alato: ipsoque eo anno cusi, quo gessit Consulatum. Cusus iste est hoc anno ante Augusti excessum.

Hoc anno Augustus diem supremum obit: & quod vivus impetrare a Senatu non potuit, ejusdem Senatusconsulto, nec solum Provincialium voce ac suffragio, *Pater* est appellatus.

DIVVS AVGVSTVS PATER. Capite nudo.)(. SC. Ara. Infra, PROVIDENTIA, Augusti scilicet; qui successorem heredemque reliquerit Consulem hujus anni, virum probum. Nam vir optimus primis præsertim imperii annis Tiberius audiit. Est hic nummus in Cimelio D. Foucault, ex ære magno.

DIVVS AVGVSTVS. SC. Capite radiato.)(. CONSENSV SENAT. ET EQ. ORD. PQR. Sedet in sella curuli. Est in Museo nostro, ære magno: & ex mediocri, apud P. Chamillart.

DEO AVGVSTO. Sedens Victoriam læva tenet.)(. Templum. C. V. T. T. *Colonia Victrix Turrita Tarraco*. AETERNITATIS AVGVSTAE. Est apud D. Foucault, ære magno. *Æternitas Augusta*, quæ prædicatur in nummo isto, aliisque postea plurimis, æternitas est domus Augustæ: quoniam decrevit Senatus, ne quis umquam esset Augusti Cæsaris ac posterorum domo, filius aut gener, aut ex filia nepos, pronepos've, vel ulteriore gradu prognatus: ac ne gener quidem tantum quisquam, præter Tiberium.

DIVVS AVGVSTVS PATER. Caput Augusti: retro, fulmen.)(. COL. AVGVSTA EMERITA. Porta civitatis. Est in Thesauro Mediceo.

Plures hujusmodi nummos exscribere supersedemus; quos vel alibi appellavimus scilicet; ut in Dissertatione de Nummis inscriptis hac voce, REST. vel nihil arbitramur habere, quod tua nosse valde intersit....... Vale.

De LIVIÆ *Augusti*, *&* IVLIÆ *Tiberii nummis. Epistola quinta.*

Quasi vero aut non satis explanate dixerim, aut non sæpius caverim in Chronologia Veteris Testamenti, quid de Livia Augusta Augusti, & Julia Augusta Tiberii conjuge statuendum sit; iterum flagitas, ut ad te de eodem argumento perscribam. Sic habeto igitur, in eadem me, atque olim, etiamnum perstare sententia: ut Livia nimirum alia non est in nummis Augusti & Tiberii, nisi Livia Augusti conjux; sic in iisdem Augusti & Tiberii nummis Juliam non aliam esse, nisi Juliam Tiberii conjugem, Augusti filiam. Nam quis delirare non censeat eos, qui Liviam comminiscuntur jam fere fortassis sexagenariam, ab Augusto marito Juliam fuisse mutato nomine appellatam? Aut quis non etiam magis stultitiam demiretur eorum, qui has ineptias dum legunt, cum fabulosis scriptoribus desipere, quam iisdem neglectis soli sapere videri malint? Atqui tam est absurdum,

dum, inquam, Liviam ex Livia factam esse aliquando Juliam de mariti nomine, quam stultum est cogitare, (ut illustri utar exemplo,) Mariam Teresiam, Ludovici M. olim conjugem, ex Austriaca fieri vel dici potuisse Borboniam. Enimvero tam sunt ea familiarum vel gentium nomina, Livia, Julia; quam ista, Borbonia, Austriaca. Titulos quidem dignitatis ac potestatis communicari cum feminis usus obtinuit; ut Augusta & Regina dicatur Augusti & Regis conjux. At nomen familiæ, unde traxerit ortum maritus, uxori dari, nec gentis alicujus mos nec ratio finit. Itaque Livia Augusti, cum prius Livia Drusilla ex patre Livio Druso diceretur, *postea Augusta*, ut Plinius loquitur, libro XV. sect. XL. *matrimonii nomen accepit:* hoc est, ob connubium cum Augusto, *Augusta* pariter, absque alio interdum nomine, nuncupata est. Nam forte verius ibi legendum, ut ad eum locum monuimus, *postea Augustæ matrimonio nomen accepit.* Quidquid autem ibi de ea nominis mutatione diximus, fabulas falsosque annales secuti, quorum νόθεία nobis & fabulositas nondum suboluerat, indictum haberi nunc istud volumus. Liviam enimvero nonnisi Liviam vel Augustam fuisse, & Plinius, (quo scriptore dici nihil, in eo genere præsertim, diligentius aut accuratius potest,) & veteres nummi clamant: quod dum faciunt, Juliam, eamdem dici potuisse iidem ipsi satis aperte negant.

Plinius quidem, libro VII. sect. XI. *Inter se steriles, ubi cum aliis junxere, gignunt; sicut AVGVSTVS, & LIVIA.* Libro XII. sect. XLI. *In palatii templo, quod fecerat Divo Augusto conjux AVGVSTA.* Libro XIII. sect. XXIII. *Hieratica charta appellabatur antiquitus, quæ ablutione Augusti nomen accepit; sicut secunda LIVIÆ, a conjuge ejus.* Et sect. IX. inter convalles Judææ, *LIVIAS*, de nomine ejusdem Liviæ memoratur. Libro XIV. sect. III. *Romæ in porticibus LIVIÆ.* Libro XXXIV. sect. 2. *LIVIANVM æs in Gallia, a conjuge Divi Augusti.* Denique libro XXXVII. sect. X. *In Capitolio LIVIA AVGVSTA dicaverat.* Livia semper est Livia: eadem Julia ne semel quidem. Livia ubique est Livia: in Urbe, Ægypto, Judæa, & Gallia: eadem nusquam est Julia.

Quo tam crebro Plinii ipsius admonitu, nunc profitemur, ubi quædam manu exarata exemplaria, & recentiores editiones, & vetustas fabulas, ut alii, tunc secuti, edidimus, libro X. sect. LXXVI. *Julia Augusta, prima sua juventa, Tiberio Cæsare ex Nerone gravida*, &c. Nunc contestamur, inquam, legi ibi oportere, ut habent codices manuscripti probatiores, & editiones vetustæ omnes: Parmensis, anni 1476. Tarvisina 1479. Veneta 1483. Brixiensis 1496. Veneta 1519. aliæque; & ut Plinio ubique loqui mos est, *Livia Augusta.* Et ita quidem Suetonius habet, ubi illum Plinii locum describit. Neque in eum duntaxat locum error iste nobis obrepsit; sed & libro XIV. sect. VIII. *Julia Augusta LXXXII. annos vitæ Pucino vino retulit acceptos, non alio usa.* Nam ibi quoque, eorumdem codicum MSS. & vetustarum earumdem editionum admonitu legi oportet, *Livia Augusta.*

Adeo putida certe fabula ea est, de Livia mutata in Juliam adoptione & testamento Augusti, ut Tillemontius, verum esse ratus, quidquid testimonio librorum fictarumque Inscriptionum munitur, tomo I. hist. Impp. pag. 98. de Livia sic scripserit: *Elle est ordinairement nommée Julie Auguste dans les Inscriptions anciennes; parce qu'Auguste (PAR VNE BIZARRERIE ASSEZ EXTRAORDINAIRE) l'avoit adoptée dans son Testament. . . . Elle n'étoit pas seulement FILLE DE SON MARI,* Sane Faustina Antonini Pii conjux, *Pia* non fuit: sed filia tantum Pii *Pia* fuit. Sic non potuit uxor Julii Cæsaris Augusti *Julia* fieri; sed filia Julii sola esse *Julia* potuit. Si ad obsequendum Augusto, Inscriptionum artifices Juliam vocarunt, quæ Livia erat; cur Monetariorum nullus in toto orbe Romano, Græcus Latinusve, Augusto pariter morem gessit, ut quæ Livia erat, Juliam in nummis inscriberet? Aut quis non potius tali nummorum testimonio nixus, Inscriptiones illas recentes ac spurias esse jure pronunciet?

Nummos enim veteres jam inspiciamus. Augusti conjux, inquam, semper in nummis LIVIA est, vel AVGVSTA: Tiberii, JVLIA semper est, nec alia hoc nomine intelligenda. Ordiamur a Liviæ nummis.

PANORMITANORVM. Capite Augusti nudo. .)(. AVGVSTA. Caput Concordiæ velatum; vel Liviæ, sub ea effigie. Nam primis illis temporibus religio fuit in orbe Latino ipsos feminarum, etiam Principum, vultus in nummis exhibere. Est hic ex ære mediocri in Cimelio D. FOUCAULT.

MVNICIP. ITALIC. PERM. AVGVSTI. Capite municipii cirrato, ut in nummo fere Obulconis. .)(. AVGVSTA. Sedet Livia sub Vestæ effigie: hastam læva, pateram dextra gerit. Hoc est, pro Livia Liviæ religio pingitur.

DIVVS AVGVSTVS. SC. Capite Augusti radiato. .)(. DIVA AVGVSTA. Sedet ipsa sub effigie Cereris, quoniam procuraret annonam; capite laureato. Est apud D. FOUCAULT, & in Museo P. JOBERT.

DIVA LIVIA DIVI AVGVST. .)(. CONSECRATIO. SC. Pavo. Hic nummus, quem apud M. Velserum vidisse se Occo testatur, pag. 84. si est genuinus, arguit profecto, etiam post obitum Liviæ, non aliud ei quam Liviæ nomen fuisse.

ΛΙΟΥΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ. Caput Liviæ. .)(. ΠΑΤΡΟΣ ΠΑΤΡΙΔΟΣ, subintellige, γυνή. *Livia Augusta, Patriæ* conjux. Geminum Cornucopiæ, quod curam Augusti pariter ac Liviæ Augustæ circa annonam indicat. Est ex ære mediocri apud D. FOUCAULT. Adhuc igitur Livia fuit, cum dictus est Augustus Pater Patriæ: qui titulus vix amplius biennio ante Augusti obitum in nummis ejus deprehenditur.

ΛΙΟΥΙΑ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. *Livia Augusti* conjux. Caput Liviæ. .)(. Aquila stat, alis demissis, sine epigraphe: Romani imperii symbolum. Est in Cimelio D. FOUCAULT.

ΣΕΒΑΣΤΟΝ. ΣΕΒΑΣΤΗΝ. *Augustum & Augustam.* Capita duo conjuncta: Augusti nudum; Concordiæ, quam Livia diligeret ac foveret, cirratum. .)(. Templum. Est in eodem Cimelio.

ΚΑΙΣΑΡΑ ΣΕΒΑΣΤΟΝ. ΤΙ. ΣΕΒ. ΥΙΟΝ. *Cæsarem Augustum, & Tiberium Augusti filium.* Capita adversa duo: laureatum, Augusti: Tiberii, nudum. .)(. ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΚΟΡΩΝΟΣ ΛΙΒΙΑΝ. *Smyrnæorum* nummus. *Coronus* Prætor *Liviam* colit. Ibidem.

ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Caput Augusti. .)(ΛΙΟΥΙΑ. Caput Liviæ. ΑΛΑΒΑΝΔΕΩΝ. Nummus *Alabandensium.* Apud D. Vaillant, ex Museo Eq. Gottifredi.

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. ΣΕΒΑΣΤΗ. *Thessalonicensium* nummus. *Augusta.* Caput Liviæ. .)(. ΤΙ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑΣΤ. ΥΙΟΣ. *Tiberius Cæsar Augusti filius.* Apud D. Vaillant.

ΘΕΑ ΛΙΒΙΑ. *Diva Livia.* Caput Liviæ. .)(. ΚΛΑΖΟΜ. Nummus *Clazomeniorum.* Caput Augusti. Est in Gaza Regia. Ne post obitum quidem Livia usquam Julia est.

ΘΕΑ ΛΙΒΙΑ. *Diva Livia.* Caput Liviæ. .)(. ΣΕΒΑΣΤΟΣ. *Augustus.* ΜΑΓΥ. Nummus *Magydensium.* Est apud D. Vaillant.

Juliæ vero Augustæ, Tiberii conjugi, nummos esse omnes adscribendos, qui Juliæ nomen habent, nomini ipsi quod iidem insculptum habent, sane credendum

dendum est. Nam in illo præsertim nummo, qui utrumque nomen præfert, quis Liviam a Julia discriminari neget? Est ille e Museo P. Steph. Chamillart:

ΛΙΒΙΑΝ ΗΡΑΝ Λ Α Ρ Ι Ν Ο Σ. *Liviam Junonem Larinus* colit.)(. ΙΟΥΛΙΑΝ ΑΦΡΟΔΙΤΗΝ. *Juliam* quoque *Venerem*. Utraque in eo nummo pingitur. Affert nummum istius similem e Thesauro Mediceo Spanhemius, pag. 607. Alium e Cimelio Reginæ Christinæ, absque voce ΛΑΡΙΝΟΣ, D. Vaillant. Pari ambas, Liviam, Juliamque, in honore fuisse, atque eodem tempore hic nummus certe testatur. Quam ob similitudinem honoris, ut jam dixi, Julias in eodem Galilææ tractu, in quo & Tiberias condita in honorem Juliæ fuit; & Livias convallis Judææ de Liviæ nomine nuncupata est.

Plinius, libro VII. sect. v. ubi Agrippæ infortunia narrat: *Brevitate ævi*, inquit, *quinquagesimo uno raptus anno, in tormentis adulteriorum conjugis, socerique prægravi servitio*. Juliæ Augusti filiæ adulteria indicat contigisse Agrippa solum vivente. In pœnam autem caruit marito annis aliquot. Ex quo deinde Tiberio Cæsari nupsit, ad castos mores se recepit, & Augustæ nomen ac summos honores a Senatu PQR. accepit.

TI. ΘΕΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. ΜΥΤΙ. *Tiberius Deus Augustus*. Nummus *Mytilenæorum*. Caput Tiberii.)(. ΙΟΥ. ΘΕΑ ΣΕΒΑΣΤΗ. ΜΥΤΙ. *Julia Dea Augusta*. Nummus *Mytilenæorum*. Caput Juliæ. Est hic nummus in Cimelio Sereniss. Ducis Cenoman. Julia eo modo Θεὰ, quo & Tiberius Θεός. Eo nomine σωτὴρ & σώτειρα intelligitur, in nummis Græcis Principum Romanorum: juxta illud Plinianum, libro 2. *DEUS EST MORTALI JUVARE MORTALEM.*

TI. ΚΑΙCΑR. *Tiberius Cæsar*.)(. ΙΟΥΛΙΑ L. A. *Julia. Anno primo*. Quo de nummo egimus in Chronologia Veteris Testamenti. Sunt etiam similes, cum L. B. & L. Δ.

DIVVS AVGVSTVS PATER.)(. DIVAE IVLIAE AVGVSTI FILIAE. Nummum hunc affert Spanhemius, pag. 607. pertenditque conjugem ibi Augusti Liviam intelligi oportere, quæ ab Augusto adoptata sub vitæ finem Julia appellata sit. Cur autem? Quia sic Velleius prodidit. At ceteri, tametsi æque mendaces, transisse Liviam in nomen Juliæ tantum dicunt: *Augusti filiam* fuisse propterea vocitatam non dicunt. Quod si dicerent, an fidem apud homines non stultos invenire eos oportet? Et filiæ forte nomine quid Velleius ipse intellexerit, satis obscurum est; cum nonnisi mortui & *transgressi ad Deos* Augusti *filiam* factam esse *& sacerdotem* dicit. Sed quidquid isti fabulatores commenti sunt, spernimus: quid nummi veteres Latine & Græce intelligentibus loquantur, hoc unum inquirimus, quoniam hoc unum exhiberi tibi a me petis.

TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. IMP. Capite nudo sine laurea.)(. IVLIA AVGVSTA. C. A. E. *Colonia Augusta Emerita*. Caput velatum Pietatis; quoniam Julia multa Pietatis argumenta ederet.

PIETATIS AVGVSTAE. Caput velatum Pietatis, ut proxime.)(. Templum. IVNIANO LVPO PR. C. CAES. C. POMPONIO PARRA IIVIR. *Juniano Lupo Præfecto Cohortis Cæsarianæ, C. Pomponio Parra Duumviris.*

SALVS AVGVSTI. PERM. AVG. Caput Salutis cirratum.)(. IVLIA AVGVSTA. Vesta, sive Religio sedet; hastam puram læva, dextra pateram gerit. Est ex ære mediocri in Gaza Medicea.

IVLIA AVGVSTA GENETRIX ORBIS. Caput orbi Romano impositum; in vertice, effigies Lunæ crescentis: quod est symbolum Augustarum; ut est symbolum Augustorum Solis sidus. Sub effigie Dianæ sive Lunæ, Julia Augusta est; quæ eadem significatione in nummo Græco ΑΡΤΕΜΙΣ ΣΕΒΑΣΤΗ dicitur; quemadmodum ΛΙΒΙΑ ΗΡΑ, *Livia Juno*, nuncupata est. *Genetrix orbis* appellatur, quæ sola jus haberet dominos orbi Romano procreandi: id quod Juliæ certe, non Liviæ, convenit: dictum tamen post excessum Augusti.)(. COL. ROM. PERMISSV DIVI AVG. *Colonia Romulea*, quæ Hispalis est. Caput Augusti radiatum. Supra, Solis sidus: juxta, fulmen. Est ex ære magno, apud D. Foucault. Nummi formam aliunde habemus in plumbo expressam.

TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXIIII. SC.)(SPQR IVLIAE AVGVSTAE, Tiberii conjugi. Carpentum mulis duabus vectum, honorem carpenti uni Augustæ ex omnibus matronis Romæ concessum significat, a S. P. Q. R. Est ex ære magno, ibidem.

TI. CAES. DIVI AVG. F AVGVST. P. M. TR. POT. XXIIII. In medio SC.)(. M. AGRIPPA L. F. COS. III. capite laureato, quoniam Imperator fuit, *General d'armée*. Est ex ære mediocri, ibidem. In gratiam Tiberii Aug. & Juliæ Augustæ conjugis, hoc anno TR. POT. XXIIII. qui est annus Christi 22. in Tiberii nummis insculpti sunt vultus & Divi Augusti, qui pater utriusque; & Juliæ Augustæ, quæ conjux Tiberii; & M. Agrippæ, qui prior Juliæ maritus fuit. An vero hoc fieret, si Julia tunc in vivis & in maximo honore non fuit? Nam quid ad Tiberium Agrippa pertinuit? Quid ad Liviam Augusti conjugem, ac Tiberii matrem? Nihil prorsus. Ergo Juliæ nomine Julia intelligenda est; quæ hoc tempore fuerit, invitis licet fabularum scriptoribus, in summa commendatione Romæ.

TI. CAESAR AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. Capite laureato.)(DRVSVS CAESAR TRIB. POT. IVLIA AVGVSTA. Capita duo adversa; sinistro latere, Juliæ Augustæ, sub effigie Pietatis ejus: & Drusi Cæsaris, nudum, latere dextro. In medio, C. V. T. *Colonia Victrix Tarraco*. Nummus est ex ære mediocri, sane perrarus, ex eodem Cimelio: quem laudat etiam Antonius Augustinus, dial. VII. & Patinus, pag. 73.

Ut supra.)(. DRVSVS CAESAR TRIB. POT. ITER. IVLIA AVGVSTA. Capita duo adversa, ut in nummo priore. Est hic apud D. Vaillant, pag. 118.

DRVSVS CAESAR. IVLIA AVG. Capita duo similiter adversis vultibus.)(. PERM. DIVI AVG. COL. ROM. *Colonia Romulea*. Est est ære mediocri, in Cimelio D. Foucault. Admonet autem manifeste tergeminus hic nummus, opinor, invitis scriptoribus rerum Romanarum, Juliam Augusti filiam, Tiberii conjugem, cum esset Drusus Cæsar Tribunicia Potestate, hoc est, anno Tiberii XIX. summo ac pari honore cum Tiberio Aug. Romæ, & cum Augustæ titulo fuisse: quod posterius & nummi superius appellati docent.

Quid igitur, inquiunt, ei nummo fiet, quem ex eodem Illustriss. Viri Cimelio proferunt, in quo caput Liviæ est, (nam sic hodierni Antiquarii asseverant:) & Augusti nudum, cum hac epigraphe: ΜΗΤΗΡ ΙΟΥΛΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ.)(. ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. Ego vero aio, non Liviam ibi, sed Juliam Agrippinam esse, Germanici Cæsaris conjugem: nec caput seu vultum Augusti ibi esse, sed Caii Cæsaris Germanici Augusti, quem Caligulam falso nominarunt. Alioqui quomodo *Mater Livia Augusti* dicitur? aut quo sensu, vel cujus mater esse intelligitur, si est Augusti conjux? Filiam

liam Augusti Liviam fecere falsarii an & matrem Augusti dici eamdem volunt in hoc nummo recentes Antiquarii? Hoc vero esset egregie delirare. At & *Juliam matrem & Cæsaris Augusti* dici in nummo satis fuit, ut Agrippina intelligeretur: siquidem nec Julia altera mater esset Augusti, præter Agrippinam: nec alter Cæsar Augustus, præter Caium Germanici filium, cui Julia Augusta mater esset. Nec Caii prænomen addi necesse fuit: quemadmodum in junioris Agrippinæ nummo: AGRIPPINA AVG. GERMANICI F. CAES. AVG. Claudii *Cæsaris Augusti* conjux intelligitur, absque ipso Claudii nomine. *Augusta* vero, Σεβαστὴ, quod Agrippina appellatur, tametsi eo titulo nummi Latini carent, non debet eruditis mirum videri: siquidem ab Augusto avo suo hereditarium illud cognomen, æque ac Juliæ nomen, haberet. *Augusta* fuit, quia neptis Augusti. Sic ipsam Caii Germanici sororem Drusillam Græci nummi *Augustam* vocant, quoniam Augusti proneptis fuit.

Ejusdem est Agrippinæ nummus alter, de quo egimus in Numismatis Sæculi Constantiniani, ita inscriptus: ΙΟΥΛΙΑΝ ΝΕΑΝ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥ, *Juliam juniorem Germanici* conjugem scilicet; eamdemque ab Agrippa patre dictam Agrippinam, ut a Julia matre, Augusti filia, Juliam. At cur ista junior, nisi quoniam ambæ simul vixere, & ambæ simul in honore fuerunt? Nam & illa vox νέα, & ista *junior* in nummis Latinis, Principes duos esse simul cognomines admonet, seniorem alterum, alterum juniorem.

At Ovidius, libro 1. Fastorum, de Livia cecinit:

Utque ego perpetuis olim sacrabor in aris,
Sic AVGVSTA novum IVLIA nomen erit.

Credidit ille poëta nimirum, historiæ Romanæ architectis, Liviam ut Augustam, sic & Juliam appellatam fuisse; & sub his nominibus consecrationem ejus futuram vaticinatur, multis post suum ipsius excessum annis. Neque enim videtur illa consecratio contigisse ante Claudii principatum, Senatu prius nolente feminam in Divam consecrare. Datum istud primum videri potest Claudio Imperatori, ut avia ejus Livia DIVA diceretur. Ut ut est, obiit Ovidius, si quidem Chronicis credimus, anno Tiberii quarto. Et Liviam obiisse Chronica eadem ponunt anno Tiberii sextodecimo. Ergone Ovidius inter prophetas? An quod in nummis antiquis multo postea factum vidit, præsagisse animo Liviam multo antea existimari voluit?

At inscriptiones quædam Augusti conjugem Juliam vocant: cujusmodi illa est apud Reinesium, a nobis ipsis olim laudata, cum omnia, ut plerique omnes hodie, genuina esse marmora crederemus: I. AV. D. AV. V. TI. IMP. M. *Julia Augusta, Divi Augusti uxor, Tiberii Imp. mater.* Næ tu, Vir Erudite, minime suspiciosus, qualis olim fui, & mire simplex, si hanc non esse spuriam ac recentem inscriptionem, in vetusto licet marmore, animadvertis. Diceret enim certe scriberetque prisca ætas, LIVIA AVG. DIVI AVG. TI. AVG. MAT *Livia Augusta, Divi Augusti conjux: Tiberii Aug. mater.* Inscriptiones istas plerasque omnes, quod memini me jam sæpiuscule ad te scribere, scito recentes esse, & ex membranis longe posterioris ævi in marmora & lapides fuisse transductas ab his, quibus id mercis genus vel lucro esset, vel ad famam prodesset. Vale. Dabam die sabbati, XIV. Febr. MDCXCIX.

TIBERIUS CÆSAR AVGVSTVS.

Cæsar Augustus *herede hostis sui filio excessit*, ut Plinius ait, libro VII. sect. XLVI. Tiberio nimirum, filio Claudii Neronis, qui in bello civili M. Antonii partes secutus fuerat.

Stemma Tiberianæ domus superius dedimus in Augusto.

Post Augusti obitum Senatus Tiberio prorogavit Tribuniciam potestatem in provinciis: at non in exercitibus: neque enim, ut decessor ipsius Cæsar Augustus, fuit ipse IMP. perpetuus. In Oriente ipso numquam Αὐτοκράτωρ fuit, extra Judæam.

Anno Christi 15. V. C. 768. Tiberii 1.

Kal. Januariis Tiberius Augustus salutatur, & Pontifex Max. renunciatur. Natali Urbis accipit Tribuniciam Potestatem XVII.

TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS. Capite laureato. .)(. In curru triumphali gerit scipionem Consularem. IMP. VII. TR. POT. XVI. Est apud Angeloni, ex auro & argento, pag. 39. Cusus hic nummus est ante diem Natalem Urbis. Titulum Patris Patriæ numquam Tiberius habuit; tametsi hunc inter bonos Principes & Reipublicæ utiles adnumeratum fuisse nummi testantur, in quibus illum, perinde atque Augustum, Titus restituisse dicitur.

TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS. Capite nudo. .)(. TRIBVN. POTEST. XVII. PONT. MAX. SC. Sedet in sella curuli, habitu Pontificis. Est in Museo nostro, ex ære mediocri.

TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS. Capite nudo. .)(. IMP. VII. TR. POT. XVII. Quadrigæ triumphales. Argenteus est, in Cimeliis D. FOVCAVLT, & P. CHAMILLART.

TI. CAESAR. DIVI. AVG. F. AVGVSTVS. Capite laureato. Ita per puncta distinctæ sunt voces singulæ. .)(. Templum: cujus inter columnas litteræ sunt, quibus vox ea constat, ABDERA. Est ex ære mediocri nummus egregius, apud P. CHAMILLART. Vide Nummos Populorum & Urbium.

A. ΕΠΙ ΣΙΛΑΝΟΥ. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΕΜ. *Annus* Tiberii *primus*, idemque XLV. æræ ab Asia recepta: atque adeo iniens ab autumno anni superioris. Forte hic Silanus est, pater illius Silani, quem nepotem neptis Augusti Plinius vocat, libro VII. sect. XI.

ΤΙ. ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒ. ΑΡΧ. ΜΕΓ. .)(. ΑΡΧΙΕΡΑΤΙΚΟΝ ΑΝΤΙΟΧΕΙΣ. Α.

ΤΙ. ΚΑΙΣΑΡ. ΙΟΥΛΙΑ Α. *Tiberii & Julia* conjugis *anno primo*. De his nummis tribus vide diligenter librum de Nummis Populorum & Urbium, verbo ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ, & Chronologiam Veteris Testamenti. Sub hujus anni initium cusi illi fuisse videntur potius, quam sub finem superioris anni.

ΛΕΠΤΙΣ Β. Vide Nummos Populorum & Urbium: & ex illius libri Indice, disce quæ civitates nummos Tiberii, aliorumve Augustorum honori cudi jusserint.

IVLIA AVGVSTA GENETRIX ORBIS. De hoc nummo jam superioribus litteris ad te scripsi; monuique hoc elogio idcirco Juliam Augustam exornari; quoniam decrevit Senatus, ne quis esset umquam Augustus, aut Princeps Senatus, nisi ex Augusti Cæsaris stirpe, ac proinde ex filia ipsius Julia, Matre Principum Orbis salutata. Unde commentum refellitur eorum, qui sub Juliæ nomine Liviam intelligunt.

Anno Christi 16. V. C. 769. Tiberii 2.

ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. ΖΜ. *Anno* XLVII. ab Asia recepta.

Γ. ΕΠΙ ΣΙΛΑΝΟΥ. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΖΜ. Annus Tiberii *tertius*, & idem ab Asia recepta XLVII.

XLVII. autumno anni hujus iniens. Vide libros proxime appellatos.

In corona laurea, ΙΟΥΛΙΑ. Tiberii conjux. .)(. Palma. L. B. *Anno secundo* Tiberii. Est in Museo nostro, ex ære minimo, eximius.

Anno Christi 17. V. C. 770. *Tiberii* 3.

Caput Tiberii nudum, sine epigraphe. .)(. TIBE. L. Δ. *Anno quarto* Tiberii, post Augusti excessum, a Septembri hujus anni. Crocodilus. Est ex ære minimo, in Thesauro Regio.

Anno Christi 18. V. C. 771. *Tiberii* 4.

Caput Tiberii nudum, sine epigraphe. .)(. ΤΙΒΕΡΙΟΥ. L. E. *Anno quinto*, qui ab autumno anni hujus incipit. Refellit hic nummus, ut & similis alter anni superioris, aliique, quos attulimus in Chronologia Veteris Testamenti, somnium eorum qui geminum Tiberii initium fingunt; ne quintusdecimus annus imperii Tiberii Cæsaris apud Lucam, is post Augusti obitum quintus decimus sit.

Germanicus Cæsar gessisse hoc anno vel sequente iterum Consulatum credi potest; ex nummo quem proferam ad annum Christi 39.

Nummus a Sardianis cusus, ut diximus in libro de Nummis Populorum & Urbium. .)(. ΔΡΟΥΣΟΣ ΚΑΙΣΑΡ. ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΚΑΙΣΑΡ. ΑΔΕΛΦΟΙ. Drusus Tiberii filius, Germanicus Juliæ Tiberii gener, ac proinde quodammodo filius. Non aliter ambo fratres. Nam cum adoptaretur in filium Germanicus a Tiberio, qui Drusum haberet, ut hic nummus docet, natura filium, pari ætate cum Germanico, pari Cæsaris (ut vulgus loquitur) dignitate? Est hic nummus in Thesauro Regio.

Anno Christi 19. V. C. 772. *Tiberii* 5.

ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ. ΛΑΤ. Anno CCCXXXI. æræ Græcorum. Vide Chronologiam Veteris Testamenti, ac librum de Nummis Populorum & Urbium.

Anno Christi 20. V. C. 773. *Tiberii* 6.

Gessit hoc anno Tiberius tertium Consulatum.

TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS. Capite laureato. .)(. MV. AVGVSTA BILBILIS. *Municipium Augusta Bilbilis.* TI CAESARE III. COS. Est in Gaza Medicea, ex ære Mediocri

Tiberii caput laureatum. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS. .)(. TR. P. XXII. Victoria orbi insistens, alteram altera manu palmam tenet. Nummus ex auro est.

TI. CAESAR D. AVGVSTI F. AVGVSTVS. Capite laureato. .)(. Geminum Cornucopiæ: in medio, caduceus alatus. PONTIF. MAXIM. COS. III. TR. P. XXII. Est ex ære magno, in Cimelio D. FOVCAVLT, & apud D. BAVDELOT. Cusus iste est post diem Natalem Urbis. Alter in Museo nostro, cusus ante natalem Urbis diem, habet hanc epigraphen: PONT. MAXIM. COS. III. IMP. VII. TR. P. XXI. Ex quibus duobus nummis efficitur, gestum hoc anno a Tiberio tertium Consulatum; tametsi tertius in Fastis legatur anno Christi 18. quartus anno XXI.

TI. CAESAR DIVI AVGVSTI F. AVGVSTVS. Capite laureato. .)(. PONT. MAXIM. COS. III. IMP. VII. TR. POT. XXII. Geminum Cornucopiæ, cum caduceo, ut supra. Est ex ære mediocri, apud D. FOVCAVLT.

In Cimelio Reginæ Suecorum, quod est typis editum, pag. 5. Tiberii nummus est, IMP. VII. TR. P. XXIII. PONT. MAX. COS. II. Sed sunt negligenter confecti Indices hujusmodi: & hic certe geminus manifeste error se prodit; tum in ordine dignitatum recensendo; siquidem dici prius PONT. MAX. quam TR. POT. oportuit: tum in COS. II. cum scriptum fuisse necesse sit COS. III. Itaque erratum pariter ab amanuensi verisimile est, qui TR. P. XXIII. pro XXII. scripserit. Simili errore, librarii fortassis, apud D. Vaillant legitur, COS. III. IMP. VII. TR. P. XX. Quamobrem Mediobarbus, qui omnia fere in suum Indicem numismata Vaillantii retulit, istud neglexit.

TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXII. In media area, SC. .)(. DIVO AVGVSTO SPQR. Augusti effigies curru triumphali vehitur juncto quadrigis elephantorum, quibus totidem sessores insident. Est ex ære mediocri, apud Mediobarbum, e Museo suo. Cusus ante Natalem Urbis anno sequente, potest videri.

Anno Christi 21. V. C. 774. *Tiberii* 7.

TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVG. P. M. TR. POT. XXIII. In medio nummo, SC. .)(. SPQR IVLIAE AVGVSTAE, Tiberii conjugi. Carpentum mulis duabus junctum. Mediobarbus e Museo suo profert hunc nummum æreum. Jus carpenti datum Juliæ Aug. a Senatu, in Urbe Roma, hic nummus docet.

Anno Christi 22. V. C. 775. *Tiberii* 8.

TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS P. M. TR. P. XXIIII. In medio nummo, SC. .)(. CIVITATIBVS ASIAE RESTITVTIS. Sedet Tiberius laureato capite: dextra pateram, symbolum Pietatis; læva hastam tenet. Est in Thesauro Regio, & in Museo nostro, ex ære magno, & apud Angeloni, pag. 39. Error est, opinor apud Mediobarbum, pag. 65. ubi TR. P. XXI. legitur.

TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS P.M. TR. POT. XXIIII. In medio, SC. .)(. DIVVS AVGVSTVS PATER. Sedet capite radiato, læva hastam, ramum dextra tenet. Ex ære magno, apud D. FOVCAVLT.

TI. CAESAR &c. ut proxime. .)(. IVLIAE AVGVSTAE. Carpentum, ut anno superiore. Ibidem, & apud P. CHAMILLART.

TI. CAESAR &c. ut proxime. .)(. M. AGRIPPA L. F. COS. III. capite laureato, quoniam IMP. fuit. Est apud D. FOVCAVLT, ex ære mediocri. In gratiam Tiberii Aug. & Juliæ conjugis, hoc anno in Tiberii nummis insculpti sunt vultus, & Augusti, qui utriusque pater; & Agrippæ; qui prior hujus maritus fuit. Quod fieri certe nec potuit, nec decuit, si Julia tunc in vivis, & in maximo honore non fuit; ut ad te proximis litteris scripsi.

TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. IMP. VIII. Capite laureato. .)(. PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POTEST. XXIIII. In medio, SC. Est in Museo nostro, ex ære mediocri.

TI. CAES. DIVI AVG. F. AVGVST. IMP. VIII. Capite laureato. .)(. Clypeus. MODERATIONI. Apud Angeloni, pag. 39. ex ære magno. Moderationi Tiberii Aug. commendandæ ac prædicandæ clypeus votivus appensus est. Argenteus hic nummus est apud P. CHAMILLART.

De Tiberio Tiberii nepote quod narrat Josephus, libro XVIII. Antiq. cap. XVIII. meram esse fabulam nemo prudens non assentiatur Tillemontio affirmanti, tomo I. hist. Impp. pag. 684. Nec minus autem

autem fabulosa, quæ Suetonius & Dio referunt, & Philo in libro de legatione ad Caïum, pag. 700. & 701.

Nummum, quem Mediobarbus affert ex Fæschio, pag. 76. adulterinum esse, ipsa docet epigraphe, siquidem attentius paulo consideretur: TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVG. N. .)(. CLEMENTIAE. Sic sunt apud ipsum Occonem, ut in Augusto, sic in Tiberio, nummi plures adulterini. Fictus est ille haud dubie ex vero & sincero, qualem vidimus in Cimelio P. CHAMILLART, ita inscriptum:

TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. IMP. VIII. Capite Tiberii laureato. .)(. Clypeus, in quo Solis effigies. In ambitu, CLEMENTIAE. SC.

Anno Christi 23. V.C. 776. *Tiberii* 9.

TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. Capite laureato. .)(. TR. POT. XXV. Victoria. Nummus est aureus apud D. Vaillant.

ANTIOXEΩN. ΔN. *Anno* LIV. ab Asia recepta.

Anno Christi 24. V.C. 777. *Tiberii* 10.

Anno Christi 25. V.C. 778. *Tiberii* 11.

TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. IMP. VIII. Capite laureato. .)(. PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POTEST. XXVII. Caduceus. Est ex ære mediocri, in Museo nostro.

Consulatum quartum hoc anno gessisse Tiberius potest videri; nempe tertiis Augustæ potestatis quinquennalibus, ut tertium gessit secundis. Sed in Achaïa tantum fortassis gessit hunc Consulatum: neque enim alibi notatus in nummis occurrit, nisi in colonia Patrensi, his verbis: TI. CAE. DIVI AVG. F. AVGVST. COS. IIII. .)(. PERMISSV P. DOLABELLAE PROCOS. C. P. *Colonia Patrensis.*

Mediobarbus pag. 65. nummum affert ex Museo D. Magnavaccæ Bonon. inscriptum Tiberii nomine: PONT. MAXIM. COS. IV. IMP. VII. TR. P. XXIII. Sed ut in Tribunicia Potestate erratum est, cum scriptum sit XXIII. pro XXII. sic in Consulatu haud dubie amanuensis aberravit: cum præsertim ætas illa scriberet COS. IIII. non COS IV. Scripsimus Bononiam, ut nummus diligentius inspiceretur: responsum est a D. Magnavacca, hunc sibi nummum periisse; sed cum ad Mediobarbum epigraphen mitteret, scripsisse se ut legisset.

Anno 1693. mense Decembri marmor Puteolis inventum fuisse dicitur, cum hac inscriptione: TI. CAESARI DIVI AVGVSTI F. DIVI IVLI N. AVGVSTO. PONTIF. MAXIMO. COS. IIII. IMP. VIII. TRIB. POTEST. XXXII. AVGVSTALES. RESPVBLICA RESTITVIT. Verum incredibile est, quod alias sæpe monuimus, in primisque in libro De Numismatis Sæculi Constantiniani, quantus sit numerus Inscriptionum recentium & adulterinarum. Recentes appello, quæ sæculo XIII. primum confectæ, vel posterius, scriptæque in membranis, inde postea erutæ & in marmora sunt translatæ. Ex eo ista numero est. Marmor sane vetustum, at recens inscriptio; nec illius ævi certe quod creditur. Omitto enim dictum illud improprie, RESPVBLICA RESTITVIT; pro eo quod ætas illa diceret, SPQR. vel *Puteolani* potius *Municipes restituerunt.* Id vero potissimum inscitiam artificis prodit, quod Tiberius *Divi Julii nepos* appellatur. Neque enim quidquam debuit Tiberius Julio, sed totum Augusto soli. Appositus ille titulus est ab imperito, qui existimavit adoptivum alicujus filium, nepotem illius esse, etiamsi dudum defuncti, qui cum vivus adoptaverit, a quo sit ipse multo postea quam prior extinctus est, adoptatus. Vel hoc uno indicio inscriptionis illius Puteolanæ se novitas prodit; nec illius tantum, sed & similium plurimarum; cujusmodi inter ceteras, quæ sunt in Thesauro Gruteriano, illa est, quam dicunt fuisse in Mole Hadriani Romæ: in qua longa titulorum serie dicitur Commodus *Marci F. Pii N.* hactenus recte: sed postea imperite: *Hadriani Pronepos Trajani Abnepos, Nervæ Adnepos.* De hoc Inscriptionum genere scripsimus ad te mense superiore.

Anno Christi 26. V.C. 779. *Tiberii* 12.

Anno Christi 27. V.C. 780. *Tiberii* 13.

Tiberii nummus, L. IΔ. *Anno* XIV. Alius Ascalone cusus AΣKAΛΩ. AΛP. *Anno* CXXXI. De utroque vide Chronologiam Veteris Testamenti.

Anno Christi 28. V.C. 781. *Tiberii* 14.

Credi potest hoc anno Drusus Cæsar Tiberii F. primum gessisse Consulatum.

Anno Christi 29. V.C. 782. *Tiberii* 15.

TIBEPIOY KAIΣAPOΣ. Vasculum simpulo simile. .)(. AYTOKPATOPOΣ. Tres spicæ, ubertatis Judææ symbolum: prorsus ut in nummis Agrippæ regis. Nam & hic pariter minimi omnino moduli est, tamen eximius ex ære, in Cimelio D. FOVCAVLT. Fuit Tiberius in Judæa Αὐτοκράτωρ, hoc est, summa pollens potestate, in rebus etiam civilibus: alibi non fuit, sed Σεβαστὸς tantum. De Judæa testis est etiam Lucas, cap. III. *Anno quintodecimo IMPERII. Tiberii Cæsaris, procurante sub eo Pontio Pilato Judæam,* &c.

ΓAΔAPEIΣ. BϞ. Anno XCII. æræ Pompeianæ, de qua dictum est a nobis in Chronologia Veteris Testamenti.

Anno Christi 30. V.C. 783. *Tiberii* 16.

Consulatum quintum gessisse Tiberius quartis quinquennalibus Augustæ potestatis credi potest, ut tertium gessit secundis; sed in Hispania tantum, ut videtur. Constat enim Consulatum Tiberii quintum non in alio apparere nummo, quam Bilbilitano isto:

TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS. Capite laureato. .)(. MV. AVGVSTA BILBILIS. TI. CAESARE V. L. AELIO SEIANO. Intra coronam deinde COS. *Municipium Augusta Bilbilis: Tiberio Cæsare quintum, L. Ælio Sejano, Consulibus.* Quo de nummo vide conjectationes nostras in Numismatis Sæculi Constantiniani. Est in Cimelio P. CHAMILLART.

Anno Christi 31. V.C. 784. *Tiberii* 17.

TI. DIVI F. AVGVSTVS. Capite laureato. .)(. TR. POT. XXXIII. Victoria orbi Romano imposita. Quinarius est ex argento, olim apud Illustriss. COLBERTVM.

TI. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS P. M. TR. POT. XXXIII. Statua equestris Tiberii paludati, & laureati, basi imposita. .)(. C. C. A. *Colonia Cæsaraugusta.* M. CATO. L. VETTIACVS IIVIR. Aquila legionaria, inter signa bina cohortium. Est ex ære magno. Suetonius in Tiberio, cap. XLVIII. *Et quædam munera Syriacis legionibus,*

bus; quod solæ nullam Sejani imaginem inter signa coluissent. Atqui ne Augustorum quidem imagines inter signa nummi veteres habent.

ΕΠΙ ΦΛΑΚΚΟΥ. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ.ΒΞ. *Anno* LXII. Vide Chronologiam Veteris Testamenti, ac Nummos Populorum & Urbium, verbo ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ.

Anno Christi 32. V.C. 785. *Tiberii* 18.

Anno Christi 33. V.C. 786. *Tiberii* 19.

Annus hic est salutaris orbi Dominicæ passionis: de quo diximus in Chronologia Veteris Testamenti.

Consul iterum fuit hoc anno Drusus Cæsar, Tiberii Aug. filius, cum Tribunicia potestate.

TI. CAESAR DIVI AVGVST. F. AVGVST. IMP. VIII. Ex quo Augustus Tiberius fuit, semel tantum Imperator, hoc est, Dux exercitus in aliqua expeditione fuit. Tempora Tiberiani principatus fuere pacis plenissima.)(. PONT. MAX. TR. POT. XXXV. Caduceus alatus. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT.

TI. CAES. AVG. P.M. TR. P. XXXV. Capite laureato. In altero simili, TR. P. XXX.. detrita postrema littera.)(. DRVSVS CAES. TI. AVG. F. COS. II. TR. P. Capite nudo. Edidit illum Patinus in Sueton. pag. 182. Est in Thesauro Regio nummus uterque argenteus: prior etiam in Cimelio D. FOVCAVLT. Regius uterque est fabricæ Hispanicæ, ac rudis. Utrumque diligenter contemplati sumus: nec scimus quamobrem D. Vaillant, qui in priore cujusdam sui operis editione scripsit TR. POT. XXXV. in posteriore posuerit TR. P. XXV. nisi voluit nummum emendare, ut cum scriptis libris magis congrueret. Etiam ex auro Mediobarbus sic nummum hunc exhibet, pag. 67. & 72. TI CAES. AVG. P. M. TR. P. XXXV.)(. DRVSVS CAESAR TI. AVG. F. COS. II. TR. POT.

TI. CAES. AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. Capite laureato.)(. DRVSVS CAESAR TRIB. POT. IVLIA AVGVSTA. Capita adversa Drusi & Juliæ Augustæ, Nummus est ex ære in Cimelio D. FOVÇAVLT, ut jam ad te scripsi. Qui nummus, cum aliis similibus a me tibi propositis, & Drusi matrem fuisse Juliam docet, & adhuc eam in vivis fuisse, annis viginti postquam eam necatam Tiberii jussu fuisse historici mentiuntur.

Nummus Tiberii, capite laureato.)(. ΔΑΜΑΚΗΝΩΝ. ΕΜΤ. *Anno* Græcorum CCCXLV. Dama elato capite, erectis auribus stat, veluti fugam meditans. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT. Non est error Monetarii, ut viri etiam docti putarunt, quod ΔΑΜΑΚΗΝΩΝ scriptum sit pro *Δαμασκηνῶν*. Ingeniosissimus potius ludus est opificis, qui docere eo verbo voluit, liberam esse Damascum, ac libertatis suæ studiosissimam. Est enim vox composita ex Latino *dama*, & Hebræo Syrove קנא *æmulari, zelare:* quo sensu dicitur Exod. XX. *Deus zelotes.* Idcirco enim dama pingitur in area nummi, ut sententia intelligatur hæc esse: Dama æmulatrix, sive studiosissima suæ libertatis est. Quam etiam ob causam simul adjungitur æra Græcorum; ut se non Romani juris, sed sui, hoc est, antiqui & Græci, Damascus esse significet; & cum Romanis solummodo fœderatam. Similem tibi ludum in ipsa voce *Δαμασκηνῶν* exponam, inter Philippi Imp. nummos, ad annum Christi 247.

ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ. L.K. *Anno* XX. Tiberii: qui annus more Græcorum incipit ab autumno hujus anni. De hoc nummo egimus, in Chronologia Veteris Testamenti.

Anno Christi 34. V.C. 787. *Tiberii* 20.

TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. P.M. TR. POT. XXXVI. In medio, SC.)(. DIVO AVGVSTO SPQR. Clypeus, quem duo Capricorni sustinent: in quo scriptum est, OB CIVES SER. *Ob cives servatos.* Est ex ære magno, in Cimelio P. CHAMILLART.

DRVSVS CAESAR TI. AVG. F. DIVI AVG. N. Capite nudo. Nepos Augusti dici non potuit, nisi Juliæ filius, Augusti filiæ fuit.)(. PONTIF. TRIBVN. POTEST. ITER. In medio, S. C. Est in Cimelio D. FOVCAVLT, & in Museo nostro, ex ære mediocri. De Drusi Cæsaris moribus, vide Plinium, libro XIV. sect. XXVIII. Interiisse eum ante annos fere duodecim, volunt scriptores rerum Romanarum.

DRVSVS CAESAR TI. AVG. F. DIVI AVG. N. PONT. TR. POT. II. In medio, SC.)(. Duo gemelli, Drusi filii: in suo quisque veluti Cornucopiæ. In medio, caduceus, Pacis symbolum. Est hic nummus ex ære magno, in Museo nostro.

DRVSVS CAESAR TI. AVGVSTI F. TR. POT. ITER. In medio, SC.)(. PIETAS Caput Pietatis velatum. Apud P. CHAMILLART.

Inscriptio Interamnensis, quæ Sejani habuit nomen vel (ut mutata sententia Scaliger existimat, libro V. de Emend. Temp. pag. 385.) L. Vitellii, ficta est ab aliquo artifice, qui superiore sæculo XVI. Interamnates suos fortassis tali marmore locupletare voluerit; arrepta pro argumento Sejani historia: quæ ingens ipsa tragœdia est, ex paucis Plinii verbis de Sejani exitu concinnata: ubi interfectum tantum Sejanum intelligimus, non tamen fortassis Tiberii jussu.

Anno Christi 35. V.C. 788. *Tiberii* 21.

TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST IMP. VIII. Capite laureato.)(. PONTIF MAXIM. TRIBVN. POTEST. XXXVII Caduceus. Est ex ære mediocri, in Museo nostro.


TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. P.M. TR. POT. XXXVII. In medio, SC.)(. Quadrigæ triumphales, curru vacuo, & equi sine sessore. Apud P. CHAMILLART, & apud Angeloni, pag. 39. In alio ex ære magno, apud P. CHAMILLART, eadem epigraphe, atque anno superiore, DIVO AVGVSTO &c.

DRVSVS CAESAR TI. AVG. F. DIVI AVG. N. PONT. TR. POT. III. SC. Geminum cornucopiæ, in quo Drusi liberorum capita duo, caduceo intermedio. Apud Angeloni, ibidem. Interiisse hoc ipso anno Drusus Cæsar videtur.

Anno Christi 36. V.C. 789. *Tiberii* 22.

TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. IMP. TR. POT. XXXIIX. In media nummi area, SC.)(. DIVO AVGVSTO. Clypeus. Infra, capricorni duo juncti. In Museo nostro, ex ære magno. In alio ibidem est, DIVO AVGVSTO SPQR. Currus quatuor junctus elephantis, in quo sedet Augustus capite radiato. Animadverte, quæso, inter titulos Tiberii, principatum semper tenere, quod sit DIVI AVG. F. nec illum fere umquam omitti; eo quod hoc uno niteretur jus principatus quo potiebatur.

TI. CAESAR DIVI AVGVSTI F. AVGVST. IMP. VIII. Capite laureato.)(. PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POTEST. XXXVIII. Caduceus, SC. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. Fov-



D. Foucault. Docet iterum hic nummus, post Augusti obitum, Tiberium semel tantum IMP. fuisse, nempe IMP. VIII. Nam sub Augusto fuerat IMP. VII. hoc est, in septem bellicis expeditionibus rector exercitus fuerat.

Sub anni finem Tiberius moritur: neque est post obitum relatus inter divos: quamquam alioqui vir bonus; sed idem fuit in senecta severus, teste Plinio, libro XIV. sect. XXVIII. Adeo tamen dignus laude est habitus, ut non modo Tito & Trajano restituisse eum honorificum fuerit; sed & Caius & Claudius summo honori duxerint, Germanicum Cæsarem, ille patrem, hic fratrem suum, TI. AVG. F. prædicari; & Nero se in nummis suis cum Tiberio junctum consanguinitate glorietur.

CAIVS CAESAR AVGVSTVS GERMANICVS

Anno Christi 37. V.C. 790. *Caii* 1.

Natali Urbis, Caïus Cæsar Germanici F. Consul suffectus creatur, Princeps Senatus appellatur, & P.M. & P.P. & Tribunicia Potestate cumulatur. Sed non fuit idem ulla ratione IMP. in Occidente, aut omnino Αὐτοκράτωρ in Oriente, extra Judæam. Neque vero alio nomine, quam *Caius princeps* a Plinio appellatur, quo eum centies nomine vocat. Unde permirum debet videri, a Josepho appellari eum, libro XVIII. cap. VIII. *τέταρτον αὐτοκράτορα, quartum Imperatorem*, cum Cæsar ipse Dictator, numquam dictus sit, ut Augustus, sive IMPerator, sive Αὐτοκράτωρ: apud Dionem similiter Caïum dici αὐτοκράτορα. Tacitum præterea libro IV. hist. cap. XVIII. pugnantem cum Dione, libro LIX. pag. 754. confer, si lubet. *Prodigum principem* Plinius Caium appellat, libro IX. sect. LVII. *Facem generis humani*, libro VII. sect. VI. *Rigentes oculos* ei fuisse, libro XI. sect. LIV. Plura de eo disces ex Indice Pliniano.

Caius Cæsar Augustus appellatus est de matris & proavi nomine, Caji Cæsaris Augusti: *Germanicus*, de patris cognomine. *Caligulæ* cognomen apud scriptores tantum non satis nobis probatos occurrit: apud Plinium; qui nulla ejus vitia dissimulat, ne semel quidem legitur. Debebatur ei jure successionis imperium; quoniam materno genere esset Augusti pronepos, non modo Liviæ etiam Augustæ, paterno. Numismata ejus describam proximis litteris..... Vale. Dabam has die sabbati, 29. Febr. 1699.

STEMMA CAII CAESARIS.

Stemma Caii Cæsaris, quod nunc postulas, superioribus litteris dedimus in Augusto. Verum hoc ipsum nihilo minus dilucide repræsentat Achates Tiberianus, ut vocant, qui in sacræ Capellæ Gazophylacio in hac Parisiensi civitate adservatur; interpretatione nostra illustrandus, quoniam & ita vis, neque feliciter cuiquam adhuc in hac re conatus successit, ut recte censes; & continet ille tamen eleganti artificio majores agnatosque Caji Cæsaris jam inde ab Augusto; & mirifice demum constabilit ea, quæ de Julia Tiberii conjuge, & Druso Tiberii ac Juliæ filio, Augusti nepote, sæpe diximus. Hæc illius gemmæ delineatio est, qualem excepit Petrus Paulus Rubens pictor celebratissimus. Picturæ autem hujus quatuor hactenus explicationes prodierunt.

I. *Explicatio prima, Joannis Tristani.*

1. Augustus.		2. Juppiter, 3 cum Ænea.	4 Nero Drusus Germanicus, pater Germanici Cæsaris.
9 Julia Tiberii conjux.	5 Antonia.	7 Germanicus	11 Agrippina conjux Germanici.
10 Numerius Atticus.	6 Tiberius Aug.	8 Livia Augusta.	12 Caïus Cæsar.

13 Libertus notarius.
14 Captivi longo ordine e Germania.

II. *Expositio altera, Nic. Peireskii.*

1 Marcellus.		2 Augustus, & 3 Roma.	4 Cæsar Dictator.
9 Livia Drusi.	6 Tiberius Aug.	7 Germanicus	12 Caïus Cæsar.
10 Drusus Tiberii F.	5 Livia mater.	8 Antonia mater.	11 Agrippina, conjux Germanici, Caji mater.

13 Captivus sedens.

III. *Expositio tertia, Alberti Rubenii.*

1 Nero Drusus pater Germanici.		2 Augustus. 3 Æneas, aut Iülus.	4 Tiberius Claudius Nero, Tiberii Aug. pater.
9 Livia Drusi.	6 Tiberius Aug.	7 Germanicus.	11 Agrippina, conjux Germanici, Caji mater.
10 Drusus Tiberii filius.	5 Livia mater.	8 Antonia.	12 Caïus Cæsar.

13 Armenia Afflicta.

IV. *Quarta explicatio, D. le Roy.*

1 Nero Drusus, pater Germanici.		2 Augustus, & 3 R[redacted]	4 Cæsar Dictator.
10 Drusus Tiberii filius.	6 Tiberius Aug.	7 Germanicus.	11 Agrippina Germanici.
9 Livia Drusi.	5 Livia mater.	8 Antonia.	12 Caïus Cæsar.

13 Cap-

13 Captivus, aut subacta provincia.

Nostra autem interpretatio hæc est:

1 Tiberius Nero, pater Tiberii Aug. proavus Caji Cæsaris.	2 Augustus, proavus Caji Cæsaris. 3 Livia Augusta, Caji Cæsaris proavia.		4 Nero Drusus, Caji Cæsaris avus, pater Germanici.
10 Drusus Tiberii Aug. F. avunculus Caji Cæsaris.	6 Tiberius Aug. Caji Cæsaris propatruus.	7 Germanicus Cæsar, Caji Cæsaris pater.	11 Agrippina junior, Caji Cæsaris soror.
9 Livia Drusi conjux, Caji Cæsaris amita.	5 Julia Augusta, conjux Tiberii Aug. Caji Cæsaris avia.	8 Agrippina Germanici conjux, Caji Cæsaris mater.	12 Caïus Cæsar, sexennis, qui postea AVG. GERMANICVS.

13 Asia minor.

14 Captivi longo ordine ex Germania.

Nihil dici potest illa dispositione, sive illo personarum ordine ingeniosius aut aptius; adeo ut alias ibi personas agnoscere, quam quas ab ingenioso artifice designatas fuisse credimus, nemo possit, nisi qui animo historicorum fabulis oppleto & anteoccupato pervertere omnia malit, quam ab his desciscere. Nam in superiore quidem segmento, seu quasi tabulato, Caji Cæsaris Germanici majores collocantur, qui jam fato functi censerentur inter Divos esse; in altero, ejusdem parentes cum agnatis qui tunc viverent: in inferiore demum, captivi e Syria a Germanico & ipso Caïo Cæsare Romam missi.

Itaque sub Caïo Cæsare, qui Germanici filius fuit, sculptum hunc Achaten fuisse putamus a Græcis: est enim opus Græcanicum, sed artis eximiæ; & e Græcia pervenit ad regem Francorum, Divum Ludovicum. Græcos autem, Mytilenæos præsertim, & e minore Asia, addictos in primis fuisse familiæ Germanici Cæsaris, nummi testantur antiqui, quos sub Caji principatu proferam. Illi igitur significare voluerunt, Caïum principem, cum vix major decenni foret, anno Tiberii Aug. nono, Tiberii ipsius jussu cum Germanico patre profectum in Asiam Reipublicæ causa: captivos inde plurimos ab ipso & patre Romam missos fuisse: ipsum denique minime degenerem a virtute majorum vel agnatorum. Nam eam ob rem exhibet ea gemma,

In superiore quidem tabulato, Caji Cæsaris 1. proavum, Tiberium Neronem: 2. proavum alterum, Divum Augustum: 3. proaviam, Liviam Augustam: 4. avum, Neronem Drusum Germanicum.

In segmento deinde altero, 7. patrem, Germanicum Cæsarem: 8. matrem, Agrippinam. 6. aviam, Juliam Augustam: 5. propatruum, Tiberium Aug. 10. amitam, Liviam Drusi conjugem: 9. avunculum, & amitæ maritum, Drusum Tiberii filium: 11. sororem, Agrippinam juniorem. 12. ipsummet Caïum Cæsarem. Vide stemma Cæsarum, de quo superius ad te scripsimus. Sola hic deest Antonia Caji Cæsaris avia, cum Claudio Caji Cæsaris patruo; quoniam huic illa nimirum, plus quam Germanico & Caïo faveret; ut ex nummis manifestum est. Nulli sunt enim Antoniæ nummi sub Caïo, sed tantum sub Claudio.

1. Primo loco igitur Tiberius Nero, pater Tiberii Aug. Caji Cæsaris Germanici proavus, laureato capite exhibetur, quoniam fuit olim in exercitu Imperator. Idem Pegaso vehitur, quem regit Cupido. Gestu protensæ manu sinistræ, subiratoque vultu offensum præ se fert animum; quoniam dum viveret, *hostis Augusti* fuit, ut Plinius refert, libro VII. sect. XLVI. odiumque priscum, (quamquam ambo jam inter superos,) & ipse quidem gestu, & Augustus torvo atque in Tiberium converso vultu repræsentat. Sed Cupido, matrimonii symbolum, quod Livia Tiberii Neronis conjux, Tiberii Aug. mater, postea cum Cæsare Augusto iniit, domum utramque mutuo fœdere conjunxit. Id apposite significatur, adpicto Cupidine, qui pacis sequester intervenit; nec ipsum tamen Tiberium Neronem, (neque enim sic decuit;) sed equum regit, quo vectus propterea Tiberius pingitur; admovetque sic propius Augusto Tiberium. Equum autem in cœlo pingi non alium decuit, nisi Pegasum, sive Jovis equum.

2. Divus Augustus, Caji Cæsaris Germanici proavus alter, radiato capite & velato, ut Divus; & jam fruens requie optimorum meritorum, sedet: dextra tenet bacillum Imperatorium, *le bâton de commandement*, symbolum Imperii in exercitibus. Hunc cum Tiberio Nerone, dum ille vixit, numquam rediisse in gratiam, testis est Plinius, loco allato, ubi de Augusto: *In summa*, inquit, *Deus ille, cælumque nescio adeptus magis, an meritus, herede HOSTIS SVI filio excessit.* Qui si cum Tiberio Nerone, dum vixit, pacem iniisset, ut Suetonius cum ceteris comminiscitur, diceret Plinius, ut alibi Tullium compellans, in eodem libro, sect. XXXI. *Ut Dictator Cæsar hostis QVONDAM tuus de te scripsit.* *Quondam* enim cum dixit; reconciliatam postea gratiam significat.

3. In ipso Augusti sinu exporrecta Augusta Livia, veluti maritum Tiberium Neronem adiens, proavia Caji Cæsaris Germanici, velato capite pingitur, ut matronam & Divam decet. Tenet illa orbem Romanum, quem cum Augustæ nomine, pro matrimonii veluti dote, ostendit priori marito Tiberio Neroni, quasi ipsius posteris destinatum. Sic iratum lenit ac mitigat. Pro Livia Tristanus Ænean, Rubenius Ænean vel Iülum, sed male, posuerunt: cum & vultus, & habitus, & ipsum vestis genus, non virum esse, sed feminam clamet. Et quid deinde Æneæ, cum orbe Romano; vel ipsi Iülo, quem suæ gentis auctorem, (quamvis fabulæ secus garriant,) nec Cæsar Dictator, nec Augustus, in nummis agnovit? Romam autem in cœlo nemo veterum profecto poneret, cum sit illa semper in terris: Neque hanc eo habitu pingeret; sed eo quem in nummis semper habet; nempe galeato habitu cum hasta; ita ut orbem Romanum, cui sit Victoria imposita, dextra gerat.

4. Nero Drusus, pater Germanici, Caji Cæsaris avus, inter cælites & ipse, quia diem dudum supremum obierat; idem laureato capite, quoniam GERMANICVS IMP. Sed stat ipse inter divos & Augustos sedentes, & coram parente Tiberio Nerone, quoniam his omnibus minor. Peireskius hoc loco Cæsarem Dictatorem putat se videre. Sed nummi profecto antiqui reclamant: in quibus longe diversa facies est Cæsaris Dictatoris, diversus oris frontisque ductus. Et vero quis in hujus picturæ argumento Cæsari Dictatori locus? Quid ille vel ad Tiberium Augustum, vel ad Caïum Cæsarem pertinet? Quis deinde stantem illic Cæsarem Dictatorem ferat, tam simplice cultu, tantoque humiliore, non modo quam Augustum, ipsius filium; sed quam alienos, Drusum, vel Neronem? Neque hunc autem esse Tiberium Neronem, Tiberii Aug. patrem, ut ponit Rubenius, ea suadent, quæ paulo antea de Tiberio Nerone diximus.

6. Tiberius Aug. Caji Cæsaris Germanici propatruus,

truus, sub patre Augusto, & sub matre Livia, sedet, ut Augustum decet, laureato capite, quia IMP. & AVG. cum lituo augurali, quia Augur, & Pont. Max. Denique cum sceptro sive bacillo Imperatorio, quod est insigne potestatis.

5. Julia Augusta, Augusti filia, avia Caji Cæsaris Germanici, Tiberio Aug. marito suo adsidet, sed eo minor, ut par est: tamen laureata, quia pariter Augusta, & conjux Imperatoris, in consortium venit ejusdem gloriæ & honoris. Hanc esse Antoniam Germanici matrem Tristanus censuit, ceteri Liviam Augusti conjugem, matrem Tiberii. An vero σύνθρονος cum Tiberio Augusto alia esse debuit, quam Augusta conjux? Ceteris ex eadem familia Cæsaribus sua comes in hoc lapide conjux additur: igitur & Tiberio Principi. Certe nec Antoniam cum Tiberio Aug. decet sedere; siquidem tantum conjux fratris ipsius esset; stante præsertim Tiberii Aug. matre Livia, ut putat Tristanus. Neque omnino Livia Augusta hæc esse potest, ut ceteris placuit; cum ex vultu appareat eam esse annis aliquot Tiberio Aug. juniorem. Ei deinde quæ Tiberio adsidet, parem annonæ curam fuisse, papavera indicant, quæ manu tenet: potestatem autem, qua sola Tiberii Aug. potestas major esset, ad committendam Asiæ administrationem, eidem fuisse, eadem cum Tiberio sedes demonstrat: anguesque, Asiæ symbolum, æque circum ipsam picti. Nec illa autem cura, nec illa potestas, Antoniæ competit. Quod si nec Antonia autem, nec Livia est, Juliam esse Tiberii conjugem necesse est.

Nec vero eruditis viris alia causa fuit Juliam Augustam hinc ablegandi, quam præjudicata opinio, ex scriptoribus rerum Romanarum hausta: Juliam nempe Augustam, postquam Tiberio nupserat anno V. C. 742. fuisse post decennium anno 752. relegatam in insulam, patriæque & parentum subductam oculis, detecta libidine, ob violatum conjugis torum. Mox & ipsum Tiberium secessisse Rhodum, ibique mansisse quinquennio. Denique ipso anno, quo excessit e vivis Augustus, Juliam quoque diem supremum obiisse; sic enim Tacitus refert, libro I. Annal. cap. LIII. At illud Juliæ Augustæ exsilium, illudque tempus ipsius obitus, & Achates ipse, & nummi antiqui refellunt, & Plinius ipse, ut alias scribere nos ad te meminimus. Adulterium certe Juliæ & Tiberii secessum, ante nuptias Tiberii & Juliæ contigisse, ex Plinio didicissent illi Romanæ historiæ architecti, si verba illius paulo attentius considerassent, libro VII. sect. XLVI. ubi infortunia Augusti recenset: *Adulterium filiæ*, inquit, *& consilia parricidæ palam facta: contumeliosus privigni Neronis secessus: aliud neptis adulterium*, &c. Quo tempore Nero secessit? Cum adhuc tantum privignus, necdum gener esset. Ex quo Juliam Tiberius conjugem habuit, nulla deinceps illius ablegandæ causa fuit, sed retinendæ maxima; quod Tiberio nempe marito pro dote afferret imperium.

7. Germanicus Cæsar, Caji Cæsaris Germanici pater, infra Drusum patrem, galeato capite, nuper se reducem e Germanica expeditione toto habitu refert.

8. Adstat eidem Agrippina conjux, filia Juliæ Augustæ, mater Caji Cæsaris: laureata similiter, quoniam conjux Germanici Imperatoris; & ipsa Mater Castrorum, procuratione commeatus, sive annonæ. Galeam mariti complexa, suadet ut hanc deponat, fruaturque in otio Urbis & domus, parta jam gloria. Ille contra niti, lævaque manu admota, galeam arctius adprimere capiti: quo ille habitu operam suam Tiberio Aug. & Juliæ Augustæ, & Imperio offert. Mirum hoc loco vel Liviam Tiberii matrem a Tristano accipi; quæ stare non debuit, sedente alia quacumque Principe femina: aut Antoniam Germanici matrem, a Peireskio & Rubenio; cum vultus apertissime non modo non etiam æqualem, sed juniorem esse Germanico aliquot annis prodat, quæ hic pingitur.

Germanico autem suam operam virtutemque spondenti, administratio Asiæ ab Augustis committitur. Asiæ symbolum angues sunt, inter Tiberium Juliamque spiris invicem multiplicibus nexi: neque hic ulla Ægis est, quam videre sibi visus est Rubenius. Asiam autem totumque Orientem, anguibus denotari, geminus in primis nummus admonet: alter Augusti, in quo scriptum est, ASIA RECEPTA, cum geminis anguibus, qui sunt inter se spiris & caudis impliciti. Alter Cæsaris Dictatoris; in quo pars antica exhibet caput Victoriæ alatum; retro, sidus Solis, cum epigraphe, CAESAR DIC. TER. *Cæsar Dictator tertium*: postica, Palladem galeatam, quæ cum spoliis incedit, & calcat anguem: cum epigraphe, C. CLOVI. PRAEF. Nam & Solis sidus Orientem, & Asiam devictam calcatus anguis denotat: cujus victoriæ causa ludos Victoriæ Cæsar fecit, *C. Clovio Præfecto.* Nummi similiter tum Appii Pulcri Proconsulis, tum M. Tullii Imperatoris, quos Seguinus vulgavit: nam & in his serpentes e cista exsistunt; ut & in Cretensium nummis.

9. Post Tiberium Aug. & Juliam Augustam, stat sub avo suo Tiberio Nerone Drusus Cæsar, Tiberii Aug. & Juliæ Aug. filius, galeato capite, cum spoliis, quæ humero dextro gestat, e bello redux cum Germanico Cæsare. Orbis Romani regimen sibi deberi successionis jure significat; idque propterea protensa manu ad Liviam Augustam aviam suam, quæ gestat orbem, atque ad ipsum Augustum avum suum, poscere videtur. Non decuit hunc sane in hac pictura prætermitti, siquidem esset Caji Cæsaris Germanici avunculus. Sed quoniam picturæ argumentum est, Caji Cæsares parentes & agnatos describere; sic autem esset Drusus Cæsar avunculus Caji Cæsaris, ut ex eadem quidem matre natus esset, ac mater Caji, at non ex eodem patre; atque adeo ad Caium Cæsarem is pertineret minore cognationis gradu quam ceteri; idcirco solum ille in recessu pingitur, & pone Juliam matrem: potiorem vero tabulæ partem Germanicus cum Caïo Cæsare occupat.

10. Spectatrix Druso Cæsari conjux adsidet, *Livia Drusi Cæsaris* a Plinio appellata, libro XXIX. sect. VIII. a Suetonio *Livilla*: non ea quidem laureata, propterea quia Drusus maritus nondum Imperator erat, sed comes dumtaxat Germanici Imperatoris in expeditione Germanica: sed regio tamen illa cultu ornata, qui Cæsaris conjugem deceat; intentisque in orbem Romanum oculis, spem cum marito præ se ferens principatus. Tristani commentum, qui pro Druso & Livia Numerium Atticum Suetonio memoratum, & Juliam Tiberii conjugem hic obtrudit, alii refellerunt.

11. Ex adverso, quemadmodum post Juliam Augustam, Drusus & Livia, Juliæ filius nurusque, locum habent; sic post Germanicum, sub avo suo Nerone Druso Germanico, liberi duo Germanici sunt: Agrippina junior, soror Caji natu major, & Caïus ipse, tunc fere sexennis. De Caïo omnes consentiunt. At Agrippinam Germanici conjugem accipi alii, non filiam, volunt; quoniam videlicet alius ei non fuit ab iisdem locus adsignatus. At Cæsaris jam in exercitu Imperatoris laureatam esse in hac tabella conjugem oportuit, quo ornatu hæc caret: & sedes cum Caïo Cæsare communis, sororem magis, quam matrem decet: nec ætas denique, quæ se in vultu prodit, aut matrem Caji patitur, aut Germanici conjugem dici. Sedet autem ipsa, ut Livia e regione; nam Principibus feminis in circulis Domus Augustæ sedendi jus est: sed quanto utraque humiliore subsellio, quam Julia Augusta? Et quam dispari Agrippina Germanici filia, Caji soror, ab eo quod Livia Drusi Cæsaris obtinet, scilicet nurus Augusti,

Augustæ nomen jam spe præsumens? Nam Agrippina quidem in sedecula simplice absque fulcro; Livia, in nobiliore, quæ honorifice ornata utrimque est sphinge alata. Sederet Agrippina ipsa Germanici conjux, nisi pro ea qua flagrat retinendi mariti cupiditate stare eam oporteret, ad galeam ei, si fieri possit, eripiendam. Agrippina hæc junior manu sinistra codicillos Consulares tenet, quales in nummis passim tenere Augustos vidimus, quo anno gererent Consulatum. Sunt igitur isti in Agrippinæ manu codicilli indices Consulatus a patre Germanico gesti, quo anno missus est in Orientem. Hos autem idcirco gestat Agrippina, quod Germanicus pater altera manu clypeum tenet, alteram galeæ admovet.

12. Caius denique clypeum dextra tenet, inceditque super spoliis, quæ e Germania pater domum attulit: spem hoc ille indicio facit, fore ut in Asia nihilo inferiora præbeat virtutis bellicæ specimina. Eam ob rem, quia nondum victor esset, necdum etiam est laureatus. Pingi vero Caium sexennem oportuit. Nam si jam Augustus exhiberetur, ut erat, cum hæc tabella sculpta est, quo loco Tiberius Aug. propatruus, & Julia Augusta avia coram nepote pariter Augusto pingeretur? quo situ? num stans? num sedens? At selegit ingeniose opifex argumentum, in quo percommode ratio haberetur ætatum ac dignitatum.

13. Ad Juliæ Augustæ pedes sedet Asia, barbaro ac piscatorio habitu, juxta navigii proram, quod alterum est minoris Asiæ symbolum, quoniam tota est litoralis. Romam ex eo tractu legationem missam intellige ad Tiberium Aug. ut opem afflictæ ab hostium incursione provinciæ ferret. Itaque sedens illa exspectat, quid sit Tiberius Augustus de Germanici in Asiam profectione decreturus. Solio Principum adsidet, quorum implorat auxilium. Nec locus autem, in quo sedet, nempe idem tabulatum cum Augusta domo; nec cultus corporis, qui est longe dissimilis eorum qui infra jacent, hunc esse e captivo grege credi sinit. Quoniam vero nec stantem pingi decuit, ne eodem gradu cum Caio esset, vel interesse secretiori consilio videretur; idcirco & humi sedens, & averso vultu, & cogitabundo similis, pingitur, magno opificis artificio; quasi rerum quæ geruntur in Consilio, ne quidem ex levi auditu conscius foret, qui ex Asia missus esset.

14. Infimo denique in tabulato, ac veluti in subterraneo specu longo ordine humi jacent captivi e Germania, quos Nero Drusus Germanici pater olim Romam adduxit; unde ei posterisque ipsius nomen Germanici est acquisitum. Sunt viri cum clypeis: cum pueris feminæ, lugentes mœrentesque. Hæc nostro quidem judicio præstantissimæ illius imaginis simplex ac genuina interpretatio est. . . . . . Prid. Idus Martias, 1699.

Nummi Caji Cæsaris Augusti Germanici.

Anno Christi 37. V. C. 790. *Caji* I.

C. CAESAR AVG. GERMANICVS P. M. TR. POT. COS. Capite laureato. .)(. Caput Augusti radiatum, Solis instar: hinc & inde sidus Solis: quoniam is in Oriente & in Occidente victor fuit. Sine epigraphe. Caji proavus Augustus fuit. Est argenteus apud P. Chamillart.

C. CAESAR AVG. GERMANICVS PON. M. TR. POT. Capite laureato: quoniam is in castris cum patre Germanico, puer militavit. Caius ei prænomen fuit, ut dixi, quod erat proprium primogenitorum in Cæsarum domo. Sic *Caius* Cæsar Dictator fuit: *Caius* Cæsar Octavius: *Caius* Cæsar Augusti filius. Deinde *Cæsar Augustus* cognomen a matre fuit, quoniam nobilius id genus jam esset, quam paternum: denique a patre *Germanicus* altero cognomine est appellatus. .)(. VESTA. Dea sedet cum patera & hasta pura, capite velato. S. C. Est ex ære mediocri, in Museo nostro.

Ut supra. .)(. In corona quercea, SPQR P. P. OB CIVES SERVATOS. *Patri Patriæ, ob cives servatos*, in bello, opinor, quod cum Germanico patre gessit. Est ex ære magno, ibidem.

C. CAESAR AVG. GERMANICVS PON. MAX. TR. POT. capite laureato. .)(. ADLOCVTIO COH. *Adlocutio Cohortium.* Augustus togatus milites quinque adloquitur. Seditionem aliquam a militibus commotam Caius Cæsar pro potestate sedavit. Est ille nummus ex ære magno in Museo nostro, & apud Angeloni, pag. 42. alibi vero etiam, cum TR. POT. III. & TR. POT. IIII. quoniam quod semel Augusti gessissent dignum aliqua commendatione, annis quoque consequentibus consignabatur in nummis. Notandum autem est hoc loco, togatum hic, non paludatum, Cæsarem exhiberi: ne quis hic fabulosam in Germania vel Britannia expeditionem a Suetonio memoratam comminiscatur: cum rem gestam in Urbe esse toga Principis admonere videatur.

C. CAESAR AVG. GERM. P. M. TR. P. COS. capite laureato. .)(. V. V. OSCA. *Urbs Victrix Osca.* Eques decurrens cum hasta. Ex ære mediocri.

Ut supra. .)(. V. V. OSCA. C. TARRACINA. P. PRISCO IIVIR. Ex ære mediocri.

C. CAESAR AVG. GERMANIC. IMP. P. M. TR. P. COS. Capite laureato. .)(. SAL. AVG. *Salus Augusta.* Caput cirratum Salutis, quo habitu Hispaniæ civitatum Genii pingi in nummis solent. CN. ATEL. FLAC. CN. POMP. FLAC. IIVIR. Q. V. I. N. C. *Duumviri Quinquennales Victricis Juliæ Norbæ Cæsarianæ*, quæ hodie *Alcantara* dicitur. Infeliciter alii Novam Carthaginem hic somniarunt. Est hic nummus ex ære mediocri, in Cimelio D. Foucault.

Post Caji principis necem, vel post hunc ipsum annum fortassis, voluit Hispania inter liberas censeri provincias; atque ob eam rem Duumviros accipere vel Magistratus ex Urbe deinceps noluit, aut aliquos eorum honori dicare nummos: coactusque Vespasianus demum est *universæ Hispaniæ Latii jus tribuere*, teste Plinio, libro III. sect. IV. Quibus autem jus Latii competebat, ii nec magistratus accipiebant ex Urbe, sed suos ipsi cives promovebant: neque Augustorum nomine, ut provincia Narbonensis, & postea Lugdunensis, nummos cudebant. Ex eo factum est, ut nullius deinceps Hispanicæ civitatis nominibus Augustorum, usque ad Galbam; nec ullus post ipsum nummus appareat.

C. CAESAR AVG. GERMANICVS IMP .)(. ...... LO IIVIR. COR. *Corinthi.* Pegasus alatus. Apud Patinum, in Indice, pag. 6. Est quidem Caius Cæsar *Germanicus Imp.* sed non est propterea IMP. *Imperator.* Hoc est, jure natalium cognomen quidem habet ab avo, *Germanici Imperatoris*; quoniam ex ea familia est, ex qua Senatus decrevit, cum opus esset, assumendos esse Imperatores; æque atque ex Augusti familia. At non alicui tamen exercitui præfectus est a Senatu: nec jus ei summum in Exercitus fuit.

ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΡΧ. ΜΕΓ. ΔΗΜ. ΕΞ. *Caius Cæsar Aug. Pontifex Max. Tribunicia Potestate.* Capite laureato. .)(. Sedet ipse, dextra pateram, hastam læva tenens, inter septem planetas, sine epigraphe. Fuit in Museo Patini, ex argento majoris moduli.

ΗΡΩΔΗΣ ΤΕΤΡΑΡΧΗΣ. L. ΜΓ. Vide librum de Nummis Herodiadum, & Chronologiam Veteris Testamenti.

Anno

Anno Christi 38. V. C. 791. *Caji* 2.

C. CAESAR AVG. GERM. Capite laureato. .)(. P. M. TR. POT. ITER. Victoria. orbi Romano imposita, dextra lauream gerit. Est in Thesauro Regio aureus. Victoriam indicat, a Caio relatam sub Germanico patre, cui comes puer fuerat: vel orbem Romanum populi Rom. victoriis subactum.

Anno Christi 39. V. C. 791. *Caji* 3.

An Consulatum hoc anno Caïus, an superiore potius gesserit, nummi non definiunt. Nummi, quibus familia ejus commendatur, videntur ad hunc annum referri posse.

C. CAESAR AVG. GERM. P.M. TR. POT. Capite laureato. .)(. GERMANICVS CAESAR P. C. CAES. AVG. GERM. *Pater Caji Cæsaris Augusti Germanici.* E Museo nostro argenteus, cum vultu Germanici.

Ut supra. .)(. AGRIPPINA MAT. C. CAES. AVG. GERM. Caput Agrippinæ. Ibidem, argenteus.

GERMANICVS CAES. P. C. CAES. AVG. COS. II. IMP. Caput Germanici. .)(DIVVS AVGVSTVS. Capite radiato. Est argenteus.

GERMANICVS CAESAR TI. AVG. F. DIVI AVG. N. Caput Germanici nudum, sine laurea. .)(. C. CAESAR DIVI AVG. PRON. AVG. P. M. TR. P. III. P. P. In medio, S C. Est ex ære mediocri, in Museo nostro. De his Germanici titulis memini me dudum ad te scripsisse. Non habet Germanicus nummos fere nisi sub Caïo ejus filio percussos. Unicum vidimus ex ære mediocri, vivo ipso Germanico cusum: GERMANICVS CAESAR. Triumphat in quadrigis. .)(SIGNIS RECEPTIS. DEVICTIS GERMANIS. S C. Stat paludatus, dextra extensa, sinistra tenet Aquilam legionariam. Est in Museo nostro. At Caïus princeps, ut jus suum ostenderet ad principatum, in hoc numismate non modo se AVG. PRON. sed & patrem suum TI. AVG. F. & DIVI AVG. N. qualitercumque fuisse jactitat. Tiberii quidem filium, quia filius, hoc est, gener fuit Juliæ Tiberii conjugis: Augusti vero nepotem similiter, quia nepos Liviæ fuit, quæ Augusti conjux.

GERMANICVS CAESAR C. CAESARIS PATER. Capite nudo. .)(. C. C. A. *Colonia Cæsaraugusta*, in media nummi area. In ambitu, SCIPIONE ET MONTANO IIVIR. Hi Duumviri Caji Cæsaris familiam totam in nummis consignarunt.

AGRIPPINA M. F. MAT. C. CAESARIS AVGVSTI. Caput Agrippinæ. .)(. C. C. A. SCIPIONE ET MONTANO IIVIR.

C. CAESAR AVG. GERMANICVS IMP. Capite laureato. .)(. C. C. A. SCIPIONE ET MONTANO IIVIR. Est ex ære mediocri, apud D. Foucault.

M. AGRIPPA L. F. COS. III. Caput Agrippæ, cinctum corona rostrata. .)(. C. C. A. SCIPIONE ET MONTANO IIVIR. Avus ille maternus C. Cæsaris Aug. fuit.

Agrippina mater C. Cæsaris Augusti hoc anno moritur.

AGRIPPINA M. F. MAT. C. CAESARIS AVGVSTI. Caput Agrippinæ. .)(. Carpentum mulis duabus vectum. S P Q R. MEMORIAE AGRIPPINAE. Nummus hic est ex ære magno, in Museo nostro, & apud Angeloni, pag. 40. Hanc Agrippinam M. Agrippæ filiam fuisse, Germanici conjugem, Caji Cæsaris Augusti matrem, nummi docent. De alia Tiberii (ut volunt) conjuge Agrippina, quod Suetonius, aliique narrant, mera est fabula. Duas tantum Agrippinas Plinius novit, libro VII. sect. VI. priorem quæ Caïum, & alteram quæ Neronem peperit. Nec possunt in una eademque familia fuisse Agrippinæ duæ.

ΜΗΤΗΡ ΙΟΥΛΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ. .)(. ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. De nummo isto nuper ad te satis prolixe scripsi.

ΑΓΡΙΠΠΙΝΑΝ ΘΕΑΝ. Divam Agrippinam. Vide Nummos Populorum & Urbium, verbo ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ.

Cæsonia Caji Principis conjux, apud Plinium, libro VII. sect. IV. pag. 17. Hujus nummus quidam Græcus circumfertur, quem periti adulterinum credunt. Fuit præterea *Lollia Paulina*, *Caji Principis matrona*, teste eodem, libro IX. sect. LVII. ubi sponsalia ejus describit. *Matronam* cum audis, prius nuptam intellige, sed postea repudiatam.

C. CAESAR AVG. GERMANICVS PONT. MAX. TRIB. POT. Capite laureato. .)(. AGRIPPINA. DRVSILLA. LIVIA. Tres Caii sorores stant: singulæ Cornucopiæ gerunt. Est hic nummus ex ære magno, in Cimelio D. Foucault. *Agrippina* matris suæ nomen habet: *Livia*, Liviæ amitæ, vel proaviæ: *Drusilla*, a Druso avo suo paterno: qui & patruus Drusi Cæsaris fuit, Tiberii Aug. filii. Est alius ex ære magno huic similis in Museo nostro; in quo non LIVIA, sed IVLIA legitur: nullo discrimine: quoniam eadem & *Julia* ob matrem Juliam Agrippinam fuit: & ob patrem, avumque, & proaviam, *Livia*.

ΓΑΙΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Capite nudo. ΜΥΤΙ. .)(. ΔΡΟΥΣΙΛΛΑ ΣΕΒΑΣΤΗ. Caput Drusillæ. ΜΥΤΙ. Μυτιληναίων. Est in Gaza Regia. *Augusta* dicitur, quia neptis Augusti fuit.

ΓΑΙΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Capite laureato. .)(. ΔΡΟΥΣΙΛΛΑ ΣΕΒΑΣΤΗ. Caput Pietatis, sive Concordiæ, quod idem est. Nam Pietas inter fratres Concordiam parit. Quod impuri homines de Drusilla finxere, lubens prætereo. Est hic nummus apud Spanhem. in Juliani Cæsares, pag. 53.

NERO ET DRVSVS CAESARES. Ambo in equis decurrunt. .)(. C. CAESAR DIVI AVG. PRON. AVG. P. M. TR. P. III. P. P. In medio, SC. Est ex ære mediocri, in Museo nostro, & apud Angeloni, pag. 40. Sunt & hi Caii Cæsaris fratres duo. Neronis exitum memorat Plinius, libro VIII. sect. LXI. Drusi nusquam meminit: quem propterea ante Neronem obiisse, & ante annum proinde Tiberii quintumdecimum, potest ex eo loco verisimiliter colligi.

C. CAESAR AVG. GERM. P. M. TR. POT. Capite laureato. .)(. DRVSVS. Capite nudo. Pater ille Germanici, Caii Cæsaris avus, frater Tiberii fuit. Nummus est argenteus.

Aviam suam Antoniam cur Caius Cæsar in nummis non jusserit consignari, simultas aliqua domestica fecit: quoniam & vitia nepotis forte ferre non posset; & plus Claudio filio, quam nepoti Caio faveret.

C. CAESAR DIVI AVG. PRON. AVG. In medio, SC cum pileo, symbolo Libertatis. .)(. PON. M. TR. P. III. P. P. COS. DES. III. In medio, R C C *Restituti Circenses*, ut diximus in Diario Trevoltiano. Est hic ex ære minimo, in Museo nostro.

Anno Christi 40. V. C. 793. *Caii* 4.

Consul tertium Caïus Cæsar hoc anno fuit.

C. CAESAR AVG. PON. M. TR. POT. III.

III. COS. III. Capite laureato.)(. In corona quercea, SPQR P. P. OB C. S. *Patri Patriæ, ob cives servatos.* Est argenteus in Museo P. CHAMILLART, cusus hoc anno Christi 40. ante Natalem Urbis.

C. CAESAR DIVI AVG. PRON. AVG. P. M. TR. P. IIII. P. P. Infra, PIETAS. Dea sedet, dextra pateram tenet: lævo cubito in puerum innititur.)(. DIVO AVG. S C. Templum, in quo Caius habitu Pontificio pateram tenens, cum ministris sacrificat. Est ex ære magno, in Museo nostro, & apud Angeloni, pag. 42.

C. CAESAR DIVI AVG. PRON. AVG. P. M. TR. P. IIII. In medio, SC.)(. GERMANICVS CAESAR TI. AVG. F. AVG. N. Capite nudo. Est ex ære mediocri, in Museo nostro.

C. CAESAR DIVI AVG. PRON. AVG. *Divi Augusti pronepos* ubique dicitur, quia filius Agrippinæ, quæ neptis Augusti. In medio, SC. cum pileo, symbolo Libertatis.)(. PON. M. TR. P. III. COS TERT. In medio, RCC. ut supra. Est hic apud Patinum in Sueton. cusus hoc anno ante Natalem Urbis, quo die cœpit dici TR. POT. IIII.

Caji caput.)(. REX PTOLEMAEVS. Capite laureato, vultu juvenili. Est in Thesauro Regio, ære minimo. Fœderatum fuisse hunc regem Mauretaniæ (de quo dixi in Augusto) cum Cæsare & populo Rom. hic nummus docet. Ptolemæum hoc anno Caius interemit. Plinius, libro v. sect. 1.

C. CAESAR AVGVST. Capite nudo.)(. Pegasus. P. VIPSANIO AGRIPPA IIVIR. COR. *Corinthi.* Est hic nummus ex ære minimo, in Cimelio D. FOVCAVLT: non Augusti, ut visum est D°. Vaillant, sed C. Cæsaris Germanici F. quamvis in Indice Nummorum Reginæ Sueciæ Augusto tribuatur.

DIVA DRVSILLA SOROR C. CAESARIS AVG.)(. IVLIA DRVSILLA F. C. CAESARIS AVGVSTI. *Julia Drusilla filia Caji Cæsaris Augusti.* Cornu super quo caput est puellæ, cum spicis. Ex ære minimo in Cimelio Sereniss. Ducis Parmensis. Ex avia primum, quæ Julia Agrippina, neptis Augusti, ipsa *Julia* nuncupatur: ex avo postea, qui Germanicus, filius Neronis Claudii Drusi Germanici, *Drusilla* est appellata: ut suis nominibus ex gemina prænobili familia, Julia & Claudia, se genus ducere significaret. Hanc Caji Cæsaris filiam ex Cæsonia facit Suetonius. Drusillam sororem Caji Cæsaris, Juliæ hujus Drusillæ amitam, hoc anno obiisse, non iste modo nummus suadet, sed & alter a nobis editus in libro de Nummis antiquis Populorum & urbium, verbo ΜΙΛΗΣΙΩΝ: qui inscribitur ΘΕΑ ΔΡΟΥΣΙΛΛΑ.

Anno Christi 41. V. C. 794. *Claudii Imp.* 1.

Kal. Januariis Caius Cæsar init Consulatum quartum: mense Martio exeunte interficitur. *Infaustum* ejus *exitum* Plinius appellat, libro IV. sect. V.

C. CAESAR DIVI AVG. PRON. AVG. In medio, SC. cum pileo, symbolo Libertatis.)(. PON. M. TR. P. IIII. P. P. COS. QVAT. Et in medio, RCC. ut supra. Est hic in Museo P. ROVDILHE, e Societate JESU.

Plinius libro XI. sect. LXXIII. *Defuit jecur in* victima *Caio Principi Kalendis Januariis, cum iniret Consulatum, QUO ANNO interfectus est: Claudio successori ejus, QUO MENSE interemptus est veneno.* Innuit satis aperte Plinius, opinor, non ipso mense Caïum, ut Claudium successorem, interfectum fuisse, quo inauspicata ei victima fuit. Non est igitur occisus mense Januario, quamvis ita Suetonius referat in Caio, cap. LVIII. & LIX. Hactenus de Caio . . . . . . Parisiis, v. Kal. April. MDCXCIX.

CLAVDIVS CÆSAR AVG.

Natali Urbis defertur principatus Claudio Cæsari, Caji nuper interfecti patruo, fratri Germanici Cæsaris. Defertur & Pontificis Max. dignitas, & Tribunicia potestas; & Consulatus, quem jam semel gesserat, iterum destinatur. Fuit ei cognomen *Cæsar*, non ab Augusto Cæsare, sed ab avia sua Octavia Augusti sorore; quæ cum fratre, ut hereditatem Julii Cæsaris, sic & nomen susceperat; nata etiam ipsa ex Julia sorore Julii Cæsaris. *Augusti* autem ipsum cognomen a matre habuit, quicum illud Augustus avunculus ejus, æque atque cum sorore sua, communicaverat. Verum cum Juliæ nomen servaretur posteris ex Augusto, quippe herede masculo Julii Cæsaris Dictatoris, ac proinde natis ex Julia Augusti filia; idcirco non potuit aut ipse Claudius Julius dici, aut alterutram e filiabus suis Juliam appellare: itaque *Cæsar Augustus* ipse tantum fuit; & e filiabus alteram Octaviam tantum, de altero aviæ suæ nomine, Antoniam alteram de nomine matris nuncupavit. En istius cognationis schema.

STEMMA CLAVDII IMP.

Et domus ejus Augustæ, ex nummis antiquis, & Plinio.

Julius Cæsar.

Julius CÆSAR DICTATOR. | Julia Cæsar, conjux Octavii.

Octavius Cæsar, qui postea CÆSAR AVGVSTVS. | Octavia Cæsar, conjux M. ANTONII Triumviri.

IVLIA AVG. FILIA, conjux TIBERII AVG. Ex Agrippa, prioribus nuptiis, filia ei fuit | ANTONIA Cæsar AVGVSTA, conjux Neronis Claudii Drusi Germanici, qui Tiberii Aug. frater.

AGRIPPINA, conjux Germanici Cæsaris. | GERMANICVS CÆSAR. | Livia | CLAVDIVS CÆS. AVG. Ex Messalina,

AGRIPPINA, conjux Domitii primum; deinde Claudii Aug. | OCTAVIA, conjux Neronis. | ANTONIA, mater Othonis Aug. | BRITANNICVS CÆSAR.

NERO CAESAR AVG. Domitii & Agrippinæ F.

Ca-

Cæsares etiam appello feminas; cum in illis necesse sit cognomen illud esse feminei generis; & sit *Cæsarissæ* nomen fictum ab imperitis hominibus ævo sequiore; neque ipsum, opinor, alteri attributum, quam Annæ Comnenæ.

Numismata Claudii Imp.

Anno Christi 41. V. C. 794. *Claudii* 1.

TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P. capite laureato. .)(. IMPER. RECEP. *Imperatore recepto* a cohortibus Prætorianis. Castra Prætoria. Argenteus est, apud P. Chamillart.

TI. CLAVDIVS CAES. AVG. GERM. P. M. TR. P. Capite laureato. .)(. PRAETOR. RECEPT. *Prætorianis receptis* a Claudio Cæsare. Tribunus cohortis Prætorianæ paludatus, tenens læva Aquilam legionariam, dextram præbet Augusto togato. Est ex argento, ibidem.

TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P. Capite laureato. .)(. DE GERMANIS. Duo scuta Germanica, cum vexillo & aliis militaribus instrumentis. Victoria hæc est a Nerone Druso Germanico, Claudii Aug. patre, olim relata, filio comite expeditionis. Est ex ære magno, in gaza Regia.

Ut supra. .)(. CONSTANTIAE AVG. Dea sedens, dextra pateram, læva Cornucopiæ tenet. Est aureus ibidem.

Eadem inscriptio. .)(. CONSTANTIAE AVG. SC. Stat ipse Claudius hastam tenens. Posita in eo fuit Augusti constantia, Claudii scilicet, quod potiore sibi jure debitum, ut rebatur, quam Caio, imperium, constanter exspectavit. Est ex ære mediocri, in Museo nostro. Ex ære magno, CONSTANTIAE AVGVSTI. SC. in Cimelio P. Chamillart.

TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. GERM. P. M. TR. P. Capite laureato. .)(. PACI AVG. Pax cum caduceo gradiens. In Thesauro Mauroceni.

TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. In media nummi area libram dextra manus tenet. Inter lances, PNR *Pondera Narbonensia restituta.* Vide Nummos Populorum & Urbium, verbo NARBO. .)(. SC. in medio. In ambitu, PON. M. TR. P. IMP. COS. DES. IT. *Consul designatus iterum.* Ex ære minimo in Museo nostro; & apud Angeloni, pag. 49. num. 8.

TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. Capite laureato. .)(. SPES AVGVSTA. *Spei typus.* Incusæ præterea litteræ, NCAPR. *Narbone Capitolium restitutum.* Vide Dissertationem de Nummis Narbonensibus, in Nummis Populorum & Urbium. Est in Museo nostro, ære magno, cum litteris S C.

Eadem inscriptio. .)(. CERES AVGVSTA. Dea sedet, dextra fruges ostentans. Curam annonæ, cui prospiceret Claudius Augustus, commendat. Est ex ære mediocri, in Museo nostro. Est & ibidem LIBERTAS AVGVSTA, cum typo Libertatis.

TI. ΚΛΑΥ. ΚΑΙ. ΣΕΒΑΣ. ΓΕΡΜ. Capite laureato. .)(. ΑΥΤΟΚΡΑ. L. A. *Imperii, αὐτοκρατορίας, anno primo.* Est in Cimelio D. Foucault.

TI. ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ, Capite laureato. .)(. ΣΕΒΑΣΤΟΣ. ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ. Hic Σεβαστὸς debet conjungi cum anticæ partis epigraphe; ut sit continua oratio; Τιβέριος Κλαύδιος Καῖσαρ Σεβαστός. Nummus *Macedonum.* Est ex ære mediocri, ibidem.

Claudii caput, sine epigraphe. .)(. ΠΤΟΛΕΜΑΙΔΕΩΝ. Fortuna cum temone. ΘΠ. Annus LXXXIX. æræ Cæsarianæ, autumno iniens. Hic nummus ex ære mediocri, ibidem, paululum excesus est: solum Θ perspicue apparet: verum a peritis creditur littera altera, sed (ut diximus) excesa delitescere: ac proinde Π: ut ad primum Claudii annum pertineat. Nam si solam Θ fuerit, ad nonum referri oportebit.

Nunc nummi sequuntur familiæ Claudii, & majorum ejus.

TI. ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Capite nudo, sine laurea, ob reverentiam Divi Augusti. .)(. ΘΕΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. *Divus Augustus.* Caput Augusti radiatum. ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. Est ex ære mediocri, ibidem. Fuit Divus Augustus avunculus Antoniæ Augustæ, matris Claudii Imp.

TI. ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Capite nudo similiter. .)(. ΘΕΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Caput Augusti radiatum, cum Palladis effigie juxta posita. Ibidem, ex ære mediocri.

TI. ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙΣΑΡ ΓΕΡΜΑ. ΣΕΒ. Capite nudo, sine laurea, ob reverentiam Liviæ, aviæ suæ. .)(. ΘΕΑ ΣΕΒΑΣΤΗ. *Dea Augusta*, hoc est, Livia. Effigies Pietatis, quam Livia coluisset, dum viveret. Est ex ære mediocri ibidem.

TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. Capite laureato. .)(. PROB. *Prætoriani obtulerunt.* Ut in CONOB & TROB syllabam OB poni pro *obtulerunt*, in Sæculo Constantiniano ostendimus.

.)(. NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS. Drusus in equo super Arcu triumphali. S C. Fuit is Germanici Cæsaris & Claudii Aug. pater. Est hic nummus ex ære magno, ibidem.

TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P. Sedet in sella curuli: juxta, Pontificalis apex, & ancilia. Infra, S C. .)(. NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS IMP. Caput ejusdem Drusi nudum, sine laurea. Ex ære magno, in Museo nostro.

Eadem, ut supra, inscriptio. In medio, S C. In alio, stans ipse togatus, simpulum dextra tenet. .)(. ANTONIA AVGVSTA. Caput Antoniæ; quæ uxor Drusi Germanici fuit, mater Claudii Aug. Est ex ære mediocri, in Museo nostro. Antonia *Augusta* idcirco appellata est, quoniam filia fuit Octaviæ sororis Augusti. Impetravit enim a Senatu Augustus; ut quoniam liberos ipse non haberet masculos, qui possent esse in imperio successores, soror etiam ipsius *Augusta* diceretur: ut qui ex ipsa nascerentur, seu mares, seu feminæ, & posteri eorum quilibet, nomen quidem; masculi autem, jus etiam Augustale haberent, hoc est, jus succedendi in imperio. Ob eam consanguinitatem Claudius Antoniæ Augustæ filius, Octaviæ sororis Augusti nepos, adeptus imperium est.

NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS IMP. Capite laureato, quia Imperator & Victor. .)(. Drusus in equo super Arcu triumphali, cui inscriptum est, DE GERM. *De Germanis.* Est argenteus apud P. Chamillart. In alio ibidem, scuta transversim posita: DE GERMANIS.

TI. ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙΣΑΡ ΓΕΡΜΑ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Caput nudum, sine laurea, ob reverentiam erga parentes. .)(. ΔΡΟΥ. ΚΛΑΥΔ. ΓΕΡ. ΑΝΤΩΝΙΑ. Capita duo adversa: Drusi Claudii Germanici, & Antoniæ: hoc est, patris ac matris Claudii Aug. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. Foucault, & apud Angeloni, pag. 49.

TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. In medio, SC. & litteræ NCAPR ut supra. .)(. AGRIPPINA M.F. GERMANICI CAESARIS, subintellige de more, conjux, fratris Claudii Aug. Caput Agrippinæ. Ex ære magno, ibidem.

TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. GERM. Capite laureato. .)(. VALERIA MESSALINA. CYTHERONTE. CAPITONE. IIVIR. Caput Messalinæ, Claudii Augusti conjugis. Corinthi cusus hic nummus est, ex ære magno: in Cimelio D. FOVCAVLT.

Eadem inscriptio, capite nudo. .)(. VALERIA MESSALINA AVGVST. Caput Pietatis, sive Concordiæ. Est apud Spanhem. in Juliani Cæsares, pag. 58. Et ex ære minimo apud Angeloni, pag. 49. VAL. MESSALINA AVG.

TI. ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙΣΑΡ ΓΕΡΜΑ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Capite laureato. .)(. ΟΥΑΛΕΡΙΑ ΜΕΣΣΑΛΙΝΑ ΣΕΒΑΣΤΗ. Caput Messalinæ. Est ex ære mediocri, apud D. FOVCAVLT. Quoniam ad Augusti domum minime ea pertineret, numquam appellata est Augusta ex S C. sed tantum a provincialibus, ratis id cognomen matrimonio deberi: volente tunc Senatu, ut tam esset illud cognomen hereditarium, quam Cæsaris; nec usurpari nisi ab his, qui & de stirpe Augusti forent, vel consanguinitate conjuncti, & in honore principatus. *Messalina* ex nomine intelligitur filia fuisse Valerii Max. Messalæ, de quo Plinius, libro XXXV. ex qua familia multo postea exorti sunt Maximiani, Maximini, F. Valerii, & Constantini Max. Imperatores. Messalinam Plinius *reginam* appellat, libro XXIX. pag. 670. sed cum indignatione.

Eadem inscriptio, capite laureato. .)(. ΟΥΑΛΕΡΙΑ ΜΕΣΣΑΛΙΝΑ. Caput Messalinæ. Ibidem. Vidimus & apud amicum, Messalinæ nummum ex argento mixto ære, ΜΕΣΣΑΛΙΝΑ ΣΕΒΑΣΤΗ.

TI. ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑ. ΓΕΡΜΑΝΙ.... Capite laureato. L. A. *Annus primus*, autumno iniens apud Græcos. .)(. ΜΕΣΣΑΛΙΝΑ ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. *Messalina conjux Cæsaris Augusti.* Stat Dea stolata, læva columnæ innititur, cum spicis: dextra duos tenet parvulos: symbolum Pietatis. Est in Thesauro Brandeburg. pag. 619. & apud P. CHAMILLART.

ΜΕΣΣΑΛΙΝΑ ΣΕΒΑΣΤΗ ΝΕΑ ΗΡΑ. *Messalina Augusta Nova Juno.* .)(. ΝΙΚΑΙΕΩΝ. ΓΕΛΛΙΟΣ ΡΟΥΦΟΣ ΑΝΘΥΠΑΤΟΣ. *Nicaensium nummus. Gellius Rufus Proconsul.* Porticus. Est apud D. Vaillant.

TI. CLAVD. CAESAR AVG. GERM. Capite laureato. .)(. LIBERIS AVG. COL. A. A. P. *Colonia prima Augusta Patrensis.* Geminum Cornucopiæ: ambo inter se nexa parte infima: unicuique caput impositum, dextro, Antoniæ: sinistro, Octaviæ: in medio tertium, Britannici pueri est. Nummus æreus e Gaza Regia.

Claudii caput laureatum. .)(. Tres stant: duo extremi gerunt Cornucopiæ. ANTONIA. BRITANNICVS. OCTAVIA. Claudii liberi. Est ex ære minimo. Antonia, de aviæ nomine: Octavia, de nomine proaviæ suæ appellata est: Britannicus, de nomine devictæ a Claudio patre Britanniæ. Quod nomen habere non potuit, ante annum Christi 46. quo anno proinde cusus hic nummus est.

Anno Christi 42. V. C. 795. *Claudii* 2.

Consul II. hoc anno Claudius Cæsar fuit.

TI. CLAVDIVS CAESAR. Vas frumentarium cum spicis, ad designandam Augusti providentiam in procuranda annona. .)(. PON. M. TR. P. IMP. COS. II. SC. Est ex ære minimo apud Mediobarbum, pag. 82.

TI. ΚΛΑΥ. ΚΑΙ.... Capite laureato. .)(. ΑΥΤΟΚΡΑ. L. B. *Imperii anno secundo*, qui autumno init. Spicæ sex, fertilitatis Ægyptiæ symbolum. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT. In alio, bos est, cum ΑΥΤΟΚΡΑ. L. B. apud P. CHAMILLART.

TI. ΚΛΑΥ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑ. ΓΕΡΜΑΝΙ. ΑΥΤΟΚ. Capite laureato. L. B. Anno secundo. .)(. ΑΝΤΩΝΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ. Caput Antoniæ, matris Claudii Aug. Est ex ære mediocri, apud D. Abb. BIGNON, Regi a sanctioribus Consiliis. Est & ex argento ære mixto, in Gaza Regia.

Eadem inscriptio. L. B. *Anno secundo.* .)(. ΜΕΣΣΑΛΙΝΑ ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. Dea dextra tenet parvulos duos; læva, spicas: symbolum Pietatis in alendis egenis. Est ex ære mediocri apud eumdem Illustriss. Abb. BIGNON.

Claudii caput. .)(. ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. ΕΤ. Β. *ἔτει β'. anno secundo.* Mons Argæus, cujus in vertice stat Imperator cum hasta. Est hic nummus in Cimelio Medicæo.

Anno Christi 43. V. C. 796. *Claudii* 3.

Superioribus litteris ad te datis die 28. mensis proxime elapsi, scripsi Germanico Cæsare vivo nullum in ejus honorem numisma cusum fuisse, præter unum ex ære. Id nuper falsum esse deprehendi. Delatus est enim ad me geminus similiter ex ære nummus; quem tametsi ad Julium Cæsarem Antiquarii omnes referunt, Germanici Cæsaris pæne statim esse intellexi. In antica parte caput Germanici laureatum uterque exhibet, absque epigraphe. In posteriore, alter fluvium cum cymba juxta rupes exhibet: taurum alter, depressa cervice, & genu procumbente. Epigraphe est: GERMAN INDVTI IIII. Hoc est, ut interpretamur: *Germanicus Imperator, neglecto duplicis victoriæ triumpho Imperator quater.* Fluvius Rhenum repræsentat; taurus, Frisios Germanosve, quorum ferocia a Germanico compressa, tauri procumbentis in genu dejecta cervice designatur. Plinius, libro XXV. cap. III. In Germania trans RHENVM castris *a Germanico Cæsare promotis, maritimo tractu...... Frisii qua castra erant....... confines Oceano*, &c. DV *Duplicis Victoriæ* est quemadmodum in perraro Licinii Aug. nummo ex auro, OB DV *ob duplicem victoriam* interpretati sumus, cum assensu eruditorum. Littera I sola *Imperatorem* sæpe significat; ut in nummo Julii Cæsaris, IIT. est *Imperator iterum.* Qui dux exercitus rem feliciter gessisset, *Imperator* appellabatur, addito numero quoties sic prospere egisset. Cicero, lib. V. ad Attic. epist. XX. *Imperatores appellati sumus.* Negligere autem honorem triumphi in Urbe, ut in castris Reipublicæ utilitati consuleretur, generosæ indolis fuit, & sibi egregie imperantis: Ergo bis vincendo, & honorem triumphi ob utilitatem Reipublicæ bis quoque recusando, *Imperator quater* meruit Germanicus appellari. In quibusdam nummis scriptum est tantummodo, INDV TI III. *Imperator tertium:* computato nimirum gemini triumphi neglectu pro una dumtaxat victoria de innata victoribus cupiditate gloriæ. Qui olim triumphum spreverint, videsis in Theatro Vitæ humanæ, littera G. *Rupes*, juxta quas adsidere fluvius Rhenus cernitur, saxosa sunt prominentiaque maris litora: Galli vocant, *les falaises.* Hæ Frisiam *confinem Oceano* repræsentant; *qua* Germanici Cæsaris *castra* erant. Hunc utrumque nummum Occo describit, pag. 6. Tristanus etiam priorem delineavit, pag. 27. ex Goltzio, Tab. X. num. 9. nemo tamen hactenus intellexit. Et Veneris quidem caput in suis uterque quomodo viderit, valde miror: cum in præclaro numismate, quod est in Museo P. JOBERT, caput sit laureatum, vultus virilis, annorum vix XXV. cum decore juventutis præferens majestatem. Et in pagina nummi posteriore, superne quidem legatur GERMANICVS; quod nomen est, ut fit, effigiei quæ est in antica parte: sed ita quidem, ut ob angustias nummi, qui est mi-

minimæ molis, litteræ N deficiat postrema linea: litteræ deinde I vicem præstet lineola instar accentus acuti Græci: denique primo ductu litteræ V curvato in arcum, pro C & V unica littera composita sit. In medio, taurus, ut dixi. Infra, INDVTI IIII. Sed nunc ad Claudium Augustum Germanici Cæsaris fratrem redeamus.

TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P.M. TR. P. III. Capite laureato. .)(. PACI AVGVSTAE. Victoria cum caduceo & serpente. Est argenteus e Museo Mediobarbi, pag. 82. Bellum igitur Britannicum hoc anno male collocat Dio, libro LX. pag. 780. & 781.

TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. GERM. P.M. TR. P. III. Capite laureato. .)(. PRAETOR. RECEPT. ut anno 41. Est hic argenteus in Museo nostro.

TI. ΚΛΑΥ. ΚΑΙ. ΣΕΒΑ. ΓΕΡΜΑΝΙ. ΑΥΤΟΚ. L. Γ. *Anno tertio.* Capite laureato. .)(. ΜΕΣΣΑΛΙΝΑ ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑΣ. *Messalina Cæsaris Augusti* conjux. Dea Pietas, ut anno 42. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT.

ΗΡΩΔΗΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ. Vide librum De Nummis Herodiadum, & Chronologiam Veteris Testamenti.

Anno Christi 44. V. C. 797. *Claudii* 4.

TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. GERM. P.M. TR. P. IIII. Capite laureato. .)(. PRAETOR. RECEPT. ut anno 41. Aureus est in Gaza Regia.

Caput Claudii laureatum, detrita epigraphe. L. Δ. *Anno quarto.* .)(. ΜΕΣΣΑΛΙΝΑ ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑΣ. Dea Pietas parvulos duos tenet, ut anno 42. Est ex ære mediocri, in Museo nostro.

ΣΙΔΩΝΟΣ. ΕΝΡ. *Anno* CLV. Vide Chronologiam Veteris Testamenti.

Anno Christi 45. V. C. 798. *Claudii* 5.

TI. ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙΣ. ΓΕΡΜ. ΣΕΒ. Capite laureato. L. E. *Anno quinto.* .)(. ΜΕΣΣΑΛΙΝΑ ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. Dea Pietas, ut anno 42. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT.

ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ. ΗΡ. *Anno* CVIII. æræ Pompeianæ. Vide Chronologiam Veteris Testamenti.

Anno Christi 46. V.C. 799. *Claudii* 6.

TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P.M. TR. P. VI. IMP. XI. Capite laureato. .)(. Arcus triumphalis, cui Imperator in equo impositus, cum spoliis. Epigraphe, DE BRITAN. Est argenteus apud P. CHAMILLART. Hæc victoria fecit Claudium Cæsarem IMP. XI. Suetonius, cap. XII. de Claudio. *At in semet augendo parcus atque civilis, prænomine Imperatoris abstinuit.* Fabulator somniat quod vult. Non vidit titulum IMP. in nummis Claudii præfixum nomini: fingit eum abstinuisse hoc titulo ex civilitate. Atqui non hæc civilitas in Claudio, sed necessitas fuit. Neque enim ei licuit hunc in Occidente titulum sumere, ubi summus Exercituum Imperii dux non fuit; ne Corinthi quidem, aut in Macedonia, aut in ipsa Africa. Claudii triumphum de Britannia narrat Plinius, libro III. sect. XX. & libro XXXIII. sect. XVI. In Britanniam a Claudio subactam habes disticha, tetrasticha, hexasticha, libro I. Epigrammatum veterum a Pithoeo collectorum, pag. 60. sed sæculi XIII.

TI. ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙΣ. ΓΕΡΜ. ΣΕΒ. L. Ϛ. Capite laureato. *Anno sexto.* .)(. ΜΕΣΣΑΛΙΝΑ ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. Dea Pietas, ut supra. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT, Messalinæ adulterium cum Valente medico, de quo Plinius libro XXIX. sect. 5. contigisse hoc anno videtur: propter quod repudiata fortassis a Claudio est. Fabulosum est quod narrat Tacitus, libro XI. Annal. cap. 27. & Juvenalis Satyra X. ut quidquid fere isti & alii prodiderunt.

ΤΙ. ΚΛΑΥ. ΚΑΙC. CΕΒ. ΜΕCCΑΛ. CΕΒ. Capita Claudii & Messalinæ adversa. .)(. ΒΡΕΤΑΝΝΙΚΟΣ. ΚΑΙCΑΡΕΩΝ. Britannicus Claudii & Messalinæ filius, stans togatus, dextra pateram tenet. Nummus ex ære minimo, in Gaza Regia. Cæsarea hæc Cappadociæ est. Βρεταννικὸς Græci dicunt, pro Βρεταννικός, ut in nomine *Vindex* litteras permutant: & Ο'ύινδιξ scribunt, non ut Plutarchus in Galba, Ο'ύινδιξ; aut Xiphilinus, Βίνδιξ.

Claudii caput laureatum. .)(. ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. ΕΤΟΥΣ Ε. Dea turrita & velata (quod signum est metropoleos) rupibus insidet, dextra spicas tenet. Est Cæsarea Palæstinæ. Nummus olim e Cimelio Illustr. Præsidis BIGNONII. Vide Chronologiam Veteris Testamenti, & librum de Nummis Herodiadum.

Anno Christi 47. V. C. 800. *Claudii* 7.

Consulatus Claudii quartus commemoratur a Plinio, libro VII. sect. XLIX. cum ludis sæcularibus. *Claudii Principis Censura, anno Urbis* DCCC. libro X. sect. 2.

ΕΠΙ ΚΑΣΣΙΟΥ. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΕΤ. ϞϚ. *Anno* XCVI. æræ Cæsarianæ, sive Antonianæ. Vide Chronologiam Veteris Testamenti, ac Nummos Populorum & Urbium, verbo ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ.

Anno Christi 48. V.C. 801. *Claudii* 8.

TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P.M. TR. P. VII. IMP. XIIII. .)(. SAECVLARIA SACRA, Kal. Januariis celebrata, pro felici processu Novi Sæculi. Est hic nummus apud Occonem, cusus hoc anno ante Natalem Urbis, & ante Claudii TR. POT. VIII. quæ eo die cœpit.

TI. CLAVD. CAISAR. Capite laureato. .)(. V. VIII. Legio *quinta & Octava.* Aquilæ duæ legionariæ, cum duobus signis militaribus. Est ex ære minimo, in Thesauro Regio. Nusquam alibi in nummis occurrit hæc ratio scribendi CAISAR pro CAESAR. Et ea ipsa in colonia longe ab orbe Latino posita cusum hoc fuisse numisma admonet: nempe Beryti in Syria, ut ex nummis Augusti & Claudii intelligimus, in quibus scriptum est similiter, V. VIII. Quinta & octava. Beryti autem constitutos milites; quippe inter Græcos, etiam Latine cum scriberent, CAISAR pro Καῖσαρ scripsisse, quis tandem miretur?

Anno Christi 49. V.C. 802. *Claudii* 9.

TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P.M. TR. P. VIIII. IMP. XVII. Capite laureato. .)(. In corona quercea, SPQR P. P. OB C. S. *Patri Patriæ, ob cives servatos.* Argenteus, e Museo nostro. Cives servavit, devictis Britannis, a quibus vexabantur.

Anno Christi 50. V. C. 803. *Claudii* 10.

TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P.M. TR. P. X. P. P. IMP. XVIII. Capite laureato. .)(. PACI AVGVSTAE. Victoria cum caduceo. Est argenteus in Museo nostro.

TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P.M. TR. P. X. P. P. IMP. XX. Capite laureato. PACI AVGVSTAE, ut proxime: ibidem.

TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. X. IMP. P. P. Capite laureato.)(In corona, S P Q R OB C. S. ut anno 49. Argenteus, ibidem.

TI. ΚΛΑΥΔ. ΣΕΒΑΣΤ. Capite laureato.)(Dexteræ duæ junctæ, symbolum Concordiæ. ΑΥΤΟΚΡΑ. L. I. *Anno decimo.* Ex ære mediocri, in Cimelio D. Foucault.

ΣΙΔΩΝΟΣ. ΑΞΡ. Anno clxi. Vide Chronologiam Veteris Testamenti.

Anno Christi 51. V. C. 804. *Claudii* xi.

Consulatus Claudii Cæsaris V. Cornelio Orfito collega. Plinius, libro 2. sect. li.

TI. CLAVD. CAESAR AVG. P. M. TR. P. XI. IMP. P. P. COS. V.)(PACI AVGVSTAE. Vt anno 50. Apud Occonem, pag. III. & apud P. Chamillart.

TI. CLAVD. CAESAR AVG. GERM. P. M. TRIB. POT. P. P. Capite laureato.)(AGRIPPINAE AVGVSTAE. Caput Agrippinæ, quæ mater Neronis. Argenteus, apud P. Chamillart.

ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ. L. ΙΑ. *Anno* xi. Duæ palmæ in decussim positæ.)(ΙΟΥΛΙΑ ΑΓΡΙΠΠΙΝΑ, in corona laurea. Est ex ære mediocri, in Cimelio P. Jobert. Agrippina Claudii uxor tertia, mater Neronis, neptis Juliæ Augusti filiæ, atque ob eam rem ipsamet *Julia* est. Claudius Imp. qui *Cæsaris Augusti* nomen, non ex Cæsare Augusto, sed ex sorore Augusti haberet; ut conjunctior ipsi Augusto, saltem ex affinitate haberetur, hoc anno filiam fratris sui Germanici, Augusti proneptem, Juliam Agrippinam, duxit uxorem: & privigno suo Neroni, Augusti abnepoti, filiam suam postea collocavit. Ita Nerone designato Imperii successore, summa rerum redibat ad Principem ex Augusti sanguine prognatum, & Augustæ, seu Liviæ. Fuit enim Nero nepos Germanici Cæsaris, qui erat ipse nepos Liviæ Augustæ. Et fuit idem nepos Agrippinæ prioris, quæ neptis ipsa Augusti fuit.

ΑΓΡΙΠΠΙΝΑ. Caput Agrippinæ.)(ΕΥΘΗΝΙΑ. *Ubertas.* Caput Ubertatis. L. ΙΑ. *Anno* xi. Apud Patin. in Thesauro, pag. 109.

ΕΤΟΥΣ ΙΑ.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΟΛΕΜΩΝΟΣ. De nummo isto, aliisque, qui hic deesse possunt videri, Chronologiam consule Veteris Testamenti, ne bis eadem exscribere videamur.

Anno Christi 52. V. C. 805. *Claudii* 12.

TI. CLAVD. CAES. AVG. GER. P. M. TR. P. XII. IMP. XIIX.)(COL. CAMALODON. AVG. Colonus boves agit. Fictum numisma, in Britannia Cambdeni. Claudius erat ante annos duos IMP. XX. *Camalodunum Britanniæ oppidum* Plinius vocat, libro 2. sect. lxxviii. non coloniam, ut falsi scriptores.

ΑΓΡΙΠΠΙΝΑ. Caput Agrippinæ.)(ΕΥΘΗΝΙΑ. L. ΙΒ. Caput Cereris, cum corona spicea. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. Foucault.

ΑΣΚΑΛΩ. ϚΝΡ. *Anno* clvi. Vide Chronologiam Veteris Testamenti.

Anno Christi 53. V. C. 806. *Claudii* 13.

TI. ΚΛΑΥ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑΣ. ΓΕΡΜΑ. Capite laureato.)(ΑΥΤΟΚΡΑ. L. ΙΓ. *Anno* xiii. Aquila, Romani Imperii symbolum. Ex ære mediocri, in eodem Cimelio.

ΑΓΡΙΠΠΙΝΑ Caput Agrippinæ.)(ΕΥΘΗΝΙΑ. L. ΙΓ. *Anno* xiii. In Museo nostro.

ΑΓΡΙΠΠΕΙΝΑ ΣΕΒΑΣΤΗ. Caput Agrippinæ.)(ΝΕΡΩΝ ΚΑΙΣΑΡ. Capite nudo. Est ex argento mixto ære. Nota sonum litteræ geminæ ΕΙ eumdem esse apud Græcos, atque apud Latinos litteræ I, quando producitur. Innumera ex nummis id suadent exempla.

ΝΕΡΩΝ ΚΑΙΣΑΡ. Capite nudo.)(ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. Pallas stans. Est hæc Cæsarea Cappadociæ. Nummus e Gaza Regia, æris minimi.

ΝΕΡΩΝ ΚΑΙΣΑΡ. Capite nudo.)(ΒΡΕΤΑΝΝΙΚΟΣ ΚΑΙΣΑΡ. Capite nudo. Est ex ære mediocri, ibidem. *Cæsares juvenes*, Nero & Britannicus. Plinius, libro ix. sect. lix.

NERO CLAVD. CAES. DRVSVS GERM. PRINC. IVVENT. *Princeps Juventutis.* Caput Neronis nudum.)(SACERD. COOP. IN OMN. CONL. SVPRA NVM. EX SC. Instrumenta Pontificalia. *Sacerdos cooptatus in omnia conlegia supra numerum.* Argenteus, in Museo nostro. *Nero Claudius* ex patre adoptante, sive socero, est: *Cæsar*, ex matre: *Drusus Germanicus*, ex avo & proavo materno fuit. Vide Stemma Augusti, quod jamdudum a me habes; ubi & Neronis maternum genus ab Augusto deductum ostenditur. Forte Nero paterno genere ex illo fuit Domitio oriundus, qui in nummo Antonii Triumviri dicitur, CN. DOMITIVS AHENOBARBVS IMP. A Plinio vix aliter quam *Domitius Nero* vocatur: *Domitius*, ex patre; ex matre, nepte Neronis Claudii Drusi Germanici, *Nero*.

Anno Christi 54. V. C. 807. *Claudii* 14.

TI. ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙΣΑΡΑ ΣΕΒΑΣΤΟΝ. Capite laureato.)(ΑΥΤΟΚΡΑ. L. ΙΔ. *Anno* xiv. qui autumno anni hujus init. Victoria gradiens cum palma & corona. Ex ære mediocri, in Cimelio D. Foucault.

ΕΤΟΥC ΚΑΙCΑΡΕΩΝ. ΙΓ. Capite turrito ac velato. Cæsarea Palæstinæ est, ut diximus in Chronologia Veteris Testamenti, & in libro de Nummis Herodiadum. Est in Cimelio D. Foucault, ex ære mediocri.

NERONI CLAVDIO DRVSO GERM. COS. DESIG. Caput Neronis nudum.)(EQVESTER ORDO PRINCIPI IVVENTVTIS, in clypeo. Est argenteus in Museo nostro.

Anno Christi 55. V. C. 808. *Neronis* 1.

Consul creatur Nero Cæsar Kal. Januariis; vel est in Natali Urbis Consul suffectus.

TI. CL. CAESAR AVG. VOLVMNIO. LVRINO. IIVIR. Capite nudo.)(NERO CAES. AVG. IMP. LVRINO. VOLVMNIO. IIVIR. Alternant vices Duumviri, quia pares. Est hic nummus ex ære mediocri, in Cimeliis D. Foucault, & D. Begon.

Februario mense Claudius Aug. veneno interemptus est. Plinius, libro xi. sect. lxxiii. & libro xxii. sect. xlvi. Mox inter Divos relatus est: unde *Divus Claudius* passim a Plinio appellatur: libro viii. sect. xxv. libro xxxiv. sect. xviii. libro xxxv. sect. 36. num. 12. & libro xxxvi. sect. xiv.

DIVVS CLAVDIVS AVGVSTVS. Capite laureato.)(Currus triumphalis vectus quadrigis. Infra, EX SC. Argenteus in Thesauro Regio, & apud P. Chamillart. *Divus Augustus* appellatur, quoniam in ipso est magistratu immortuus.

DIVVS CLAVDIVS. VOLVMNIO. LVRINO. IIVIR. Caput Claudii nudum.)(NE-

NERO CLAV. CAESAR. LVRINO VOLVMNIO. IIVIR. Caput Neronis nudum. Est ex ære minimo, in Museo nostro. Hactenus de Claudio...... Parisiis, die sabbati, XI. April. 1699.

NERO CAESAR. AVGVSTVS.

Claudius Cæsar moriens *imperium reliquit Domitio Neroni*, tamquam proximo heredi. Plinius, libro 2. sect. XXIII. Statim Nero igitur Augustus est salutatus, sed absque TR. P.

Natali Urbis Nero accipit Tribuniciam Potestatem, ac titulos P. M. & P. P. Neronis stemma ex materno genere deductum misimus ad te cum stemmate Augusti & Claudii. Nero Britannico prælatus est jure cognationis. Fuit enim Nero materno genere Agrippinæ filius, Agrippinæ alterius nepos, Juliæ Augusti filiæ pronepos, ac proinde abnepos Augusti. Britannicus *Cæsar* non fuit materno genere, siquidem filius Valeriæ Messalinæ: Claudius autem pater *Cæsar*, non ex Augusto, sed ex Augusti sorore fuit.

Numismata Neronis Augusti.

Anno Christi 55. V. C. 808. *Neronis* 1.

NERO CLAVD. DIVI CLAVDII F. AVG. Caput Neronis laureatum. *Divi Claudii filius*, hoc est, gener dicitur: quemadmodum & Tiberius DIVI AVG. F. *Divi Augusti filius*, hoc est, gener fuit. .)(. Victoria parat se ad scribendum in clypeo, quæ Nero præclare in bello gesturus esset. Est hic quinarius argenteus apud Patinum, in Thesauro Numismatum, pag. 53.

NERO CLAVD. CAESAR. AVG. GERMANICVS. Caput Neronis laureatum. .)(. PONTIF. MAX. TR. POT. IMP. P. P. SC. Apollo cum cithara. Non quia citharæ tragicique cantus libido illi magna fuit, teste Plinio, libro XXX. sect. V. alioqui etiam Divus Augustus citharœdus fuit, & Antoninus Pius. Nam in istorum quoque nummis Apollo sic pingitur. Sed quoniam sub tutela Apollinis Palatini Palatium Cæsarum Romæ fuit. Est hic ex ære mediocri in Museo nostro, & apud Angeloni, pag. 61. Est & alibi nummus Neronis Græcus, ΝΕΡΩΝΙ. ΑΠΟΛΛΩΝΙ.

AGRIP. AVG. DIVI CLAVD. subintellige, *conjux:* NERONIS CAES. MATER. Capita duo adversa; Agrippinæ, & nudum Neronis. .)(. Corona quercea, in qua EX SC. Nimirum ex SC. decreta est Neroni corona. In ambitu; NERONI CLAVD. DIVI F. CAES. AVG. GERM. IMP. TR. P. Argenteus in Thesauro Regio, & in Museo nostro.

NERO CLAVD. CAES. AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P. Capite laureato. .)(. CONGIAR. DAT. POP. *Congiarium datum populo:* munus e frumento præsertim. Nero sedens togatus, adstante milite dat congiarium Populo, pro Pontificatu Max. & Tribunicia potestate. Est apud Angeloni, pag. 61. num. 3.

NERO CAESAR AVGVSTVS. Capite laureato. .)(. CONCORDIA AVGVSTA, Neronis cum Senatu. Dea sedet cum Cornucopiæ, & patera. Argenteus, ibidem.

ΝΕΡΩ ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Capite radiato. .)(. ΑΥΤΟΚΡΑ. L. A. *Anno primo*, currente a Februario scilicet usque ad autumnum. Est argenteus ære mixtus, in Cimelio D. FOVCAVLT.

NERO CLAVD. CAESAR IMP. ET OCTAVIA AVGVST. Caput Neronis, cum Sole in vertice: & Octaviæ conjugis, cui in vertice imminet Lunæ crescentis effigies. .)(. Caput Neronis nudum, cum sceptro transversim posito. NERO CLAVD. CAESAR AVG. IMP. LVRINO. VOLVMNIO. IIVIR. *Duumviris* Corinthi. Est hic nummus ex ære mediocri, in Museo nostro, & apud Angeloni, pag. 40.

ΝΕΡ. ΚΛΑΥ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. ΑΥΤ. Capite radiato. .)(. ΟΚΤΑΟΥΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ. Caput Octaviæ: cujus sub ore littera L λυκάβαντος, absque numerali nota: quod in aliis quoque nummis usuvenire vidimus. Quoniam videlicet id nummorum genus cusum est paulo ante Septembrem anni hujus LV. ab his qui nescirent, utrum primus Neronis annus numerandus esset ab autumno ei diei propiore, quo Augustus est salutatus, ac proinde ab autumno anni LIV. an ab autumno consequente diem, quo Tribuniciam Potestatem accepit. Usus deinde obtinuit, ut quoniam ex quo Augustus est salutatus, septem menses essent usque ad autumnum, langueretque ab autumno antecedente fere ex veneficio Claudius; (quæ causa fuit quamobrem nummi ei cusi non sunt cum nota anni XV. L. IE.) primus annus iste censeretur Neronis, ab autumno anni LIV. Est hic nummus apud Patin. in Thesauro, pag. 122. & in Indice. Nummum Domitiani similem proferam, ad annum Christi 81.

ΝΕΡΩ ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙ. ΣΕΒ. ΑΥΤ. Caput Neronis. .)(. ΟΚΤΑΟΥΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ. L. A. Caput Octaviæ. Est apud Mediobarbum, pag. 96.

NERO CAESAR AVGVSTVS. Capite laureato. .)(. AVGVSTVS. AVGVSTA. Augustus stans radiato capite, dextra pateram, læva hastam puram tenet. Livia pariter Augusta stans, dextra pateram, læva geminum Cornucopiæ tenet. Patera, pietatem erga superos: Cornucopiæ, ubertatem annonæ designat. Nobilitatem Neronis hic nummus deprædicat, qui est argenteus in Museo nostro. Fuit enim Nero per matrem Agrippinam, Augusti & Augustæ abnepos.

ΚΑΙΣΑΡ ΘΕΟΣ ΘΕΟΥ ΥΙΟΣ. *Cæsar Divus Divi F.* Caput Augusti laureatum: non Claudii, ut putat D. Vaillant. .)(. ΝΕΡΩΝ. ΑΓΡΙΠ. Capita duo adversa, Neronis & Agrippinæ. Nobilitatem suam & genus ab Augusto deductum ambo jactant. Est ex argento ære mixto.

ΝΕΡΩΝ ΚΛΑΥΔ. ΣΕΒ. ΓΕΡΜ. Capite radiato. .)(. ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Capite laureato. Est apud D. BEGON, & in Museo nostro. Consanguinitate junctum se cum Tiberio, proavi sui fratre, Nero jactat.

ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. ΕΤΟΥΣ Β. *Anno secundo.* Vide Chronologiam Veteris Testamenti: ubi etiam de nummo ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΔΡ. ΕΠΙ ΚΟΥΑΔΡΑΤΟΥ, similibusque, egimus. Item librum de Nummis Populorum & Urbium, verbo ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ *Syriæ*.

Anno Christi 56. V. C. 809. *Neronis* 2.

ΝΕΡΩΝ ΚΑΙΣΑΡ. Capite nudo. .)(. ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ. Clypeus. *Nero Cæsar Augustus* Nummus *Macedonum*. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT.

Anno Christi 57. V. C. 810. *Neronis* 3.

Consulatum iterum gessit hoc anno Nero.

NERO CAESAR AVG. IMP. .)(. PONTIF. MAX. TR. III. COS. II. Corona quercea, EX SC. Aureus est & argenteus, apud Occonem, pag. 119.

NERO CLAVD. CAESAR GERMANICVS IMP. Capite laureato. .)(. Arcus triumphalis. In equo super Arcu Nero Drusus, hujus Neronis proavus, cum hasta decurrit. In summo arcu,

arcu, DE GERM. Memoriam Nero revocat victoriæ insignis, quam de Germanis Drusus olim retulit, unde & ipsi & posteris ejus *Germanici* cognomen hæsit. Est hic argenteus, apud D. de Boze. Non hic victoria Neronis aliqua prædicatur; siquidem statim & ante imperium, jure natalium, Germanici nomen habuit.

NERO CLAVD. CAES. AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P.P. Capite laureato. .)(. CONGIAR. II. DAT. POP. SC. Nero togatus sedens distribuit congiarium populo, pro Consulatu suo secundo. Est ex ære magno in Gaza Parmensi, & apud Angeloni, pag. 61. n. 4. & in Museo P. Chamillart.

ΝΕΡ. ΚΛΑΥ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. ΑΥΓ. Caput Neronis. .)(. ΟΚΤΑΟΥΙΑ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. Caput Octaviæ. L. Γ. *Anno tertio*. Est apud D. Foucault, & in Thesauro Regio. Cusus ante autumnum hujus anni.

ΝΕΡΩ ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙΣΑΡ. ΑΥΓΟ. Capite laureato. .)(. ΝΕΟ. ΑΓΑΘΟΔΑΙΜΩΝ. Serpens cum spicis & papavere. Γ. *Anno tertio*. *Neocæsariensium bonus Genius*. Est apud D. Bignon. Cusus ante autumnum hujus anni. Alius ibidem habet Δ. *anno quarto*; incipiente ab autumno anni hujus apud Græcos.

ΑΥΓΟ. ΝΕΡΩ ΚΛΑΥ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. ΓΕΡ. Capite laureato. .)(. ΟΚΤΑΟΥΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ. L. Δ. *Anno quarto*, qui ab autumno incipit hujus anni. Caput Octaviæ. Est argenteus ære mixtus, in Gaza Regia.

ΝΕΡΩ ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. ΓΕΡΜ. Capite radiato. .)(. Ceres stans cum face..... ΜΗΤΕΡ.... forte, ΔΗΜΗΤΕΡΟΣ. L. Δ. *Anno quarto*. Est in Cimelio D. Foucault.

Anno Christi 58. V.C. 811. *Neronis* 4.

Consul tertium hoc anno fuit Nero Cæsar.

NERO CAESAR AVG. IMP. .)(. PONTIF. MAX. TR. POT. COS. III. P.P. EX SC. Imp. paludatus calcat orbem. Mediobarbus, pag. 92. ex J. C. Bon.

NERO CLAVD. CAES. AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P.P. Capite laureato. .)(. CONGIAR. III. DAT. POP. *Congiarium tertium datum populo*, in tertio Consulatu. Nero togatus dat. Est ex ære magno.

NERO CAESAR AVG. IMP. Capite nudo. PONTIF. MAX. TR. P. IIII. P. P. In corona, EX SC. Argenteus, in Museo nostro.

NERO CLAVD. CAESAR AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P. Capite laureato. .)(. ANNONA AVGVSTI. CERES. S.C. Sedet ipsa Ceres, cum face, & Cornucopiæ. Ceres cum face, Tellus est amissam fertilitatem quærens. Stat e regione Annona sive Ubertas, cum vase frumentario, & navi in Tiberi fluitante. Est hic nummus ex ære magno in Museo nostro. Maxima semper cura Principum, Annona fuit.

ΑΥΓ. ΝΕΡΩ ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. ΓΕΡ. Capite laureato. .)(. Serpens. ΝΕΟ. ΑΓΑΘΟΔΑΙΜΩΝ. L. Ε. *Anno quinto*, qui autumno anni hujus incipit. Est ex ære mediocri apud D. Foucault.

ΝΕΡΩΝΟΣ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. Capite laureato. .)(. ΕΤ. Ε. *Anno quinto*, ut proxime dictum est. ΔΡΑΧΜΗ. Tripus cum circumvoluto serpente. Est ex argento in Gaza Regia.

ΝΕΡΩΝΟΣ in corona. .)(. ΚΑΙΣΑΡΟΣ. L. Ε. *Anno quinto*. Spica, vel palma potius, Judææ symbolum. In Thesauro Mauroceni, pag. 113. & in Cimelio P. Chamillart.

De Nummis regis Polemonis, & æra Claudiana; vide Chronologiam Veteris Testamenti

Anno Christi 59. V.C. 812. *Neronis* 5.

Hoc anno, Vipstano & Fonteio Coss. defectus Solis. Plinius, libro 2. sect. LXXII. Vide Chronologiam supra dictam.

NERO CAESAR AVGVSTVS. Capite laureato. .)(. ΑΡΜΕΝΙΑC. Victoria gradiens cum palma & corona. Argenteus est in Gaza Regia. Plinius, libro VII. sect. XL. & libro XXXIII. sect. XVI meminit Armeniaci belli, ac Tiridatis regis Armeniæ. De Domitio Corbulone, qui sub Nerone dux Exercituum fuit, Plinius libro VI. sect. VIII. & XV. atque alibi sæpius.

NERO CLAVD. CAESAR AVG. GER. P. M TR. P. IMP. P.P. Capite radiato. .)(. VICTORIA AVGVSTI II. Victoria gradiens. SC. Ex ære mediocri, in Museo nostro.

NERO CAES. AVG. IMP. Capite nudo. .)(. PONTIF. MAX. TR. P. V. P. P. In corona, EX SC. Argenteus, ibidem.

IMP. NERO CLAVD. CAES. AVG. P. M. TR. P. Capite laureato. .)(. ADLOCVTIO COH. SC. Stans ipse togatus, (quoniam non est ipse profectus ad bellum, sed in Urbe mansit) cum adstante pariter Senatore togato, cohortes alloquitur; ut Corbuloni, opinor, in Oriente pareant. Itaque credi nummus hic potest anno superiore cusus. Est ex ære magno in Museo nostro, & apud Angeloni, pag. 61.

IMP. NERO CAESAR AVG. P.MAX. TR. P. P. P. Capite laureato. .)(. Victoria læva palmam, dextra fulmen gerit. NERONIANA (Victoria nimirum) TRIVMPHANS. Est ex ære mediocri, apud D. Foucault.

Neronis caput radiatum, detrita epigraphe. .)(. ΠΟΠΠΑΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ. Poppææ caput. L. Ε. *Anno quinto*, currente usque ad Septembrem. Est ex ære mediocri, ibidem. De Poppæa Neronis conjuge, vide Plinium lib. XI. sect. XLVI. & librum XXXVII. sect. XII. aliaque loca ex Indice Pliniano petenda. *Poppæum* Consulem posui anno Christi nono.

ΝΕΡΩΝ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Capite laureato. .)(. ΠΟΠΠΑΙΑ ΝΕΡΩΝΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. Caput *Poppææ Neronis Augusti* conjugis. Argenteus in Gaza Regia.

ΝΕΡΩ ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΓΟ. Capite laureato. .)(. ΝΕΟ. ΑΓΑΘΟΔΑΙΜΩΝ. *Neocæsareensium bonus Genius*: ut anno 57. L. Ϛ. *Anno sexto*, qui autumno anni hujus incipit. Est apud D. Bignon.

ΝΕΡΩΝΟΣ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. Capite laureato. .)(. ΕΤΟΥΣ Ϛ. ΗΡ. *Anno sexto* imperii Neronis, qui idem est CVIII. æræ Antonianæ, sive Cæsarianæ, ut dictum est in Chronologia Veteris Testamenti. Aquila fulmini insistit. Est hic nummus in Gaza Regia, ex argento ære mixto.

Eadem inscriptio. .)(. ΗΡ. Ε. *Anno* CVIII. æræ ejusdem, qui & *quintus* Neronis. Est hic pariter argenteus, ibidem. Antiochiæ conflatus uterque nummus videtur; dubitante opifice, ut jam superius diximus; utrum ab autumno, qui proximus fuit obitui Claudii; an ab autumno qui proximus fuit datæ Neroni Tribuniciæ potestatis, annos Neronis inchoaret. Itaque hunc eumdem annum CVIII. æræ Cæsarianæ, quintum sextumque Neronis appellavit. Apage enim somnia de gemino anni initio in una Antiochia civitate.

Anno Christi 60, V.C. 813. Neronis 6.

Consulatum quartum gessit Nero hoc anno.

NERO CAESAR AVG. IMP. Capite laureato. .)(. PONTIF. MAX. TR. P. VI. COS. IIII. P. P. In corona, EX SC. Aureus est apud D. Begon: Argenteus apud P. Chamillart.

ΝΕΡΩΝΟΣ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. Capite laureato. .)(. ΠΟΠΠΑΙΑΣ ΣΕΒΑΣΤΗΣ. ΗΡ. *Anno* CVIII. æræ Cæsarianæ, currente usque ad autumnum.

Caput Jovis. .)(. ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ ΕΝ ΠΙΕΡΙΑΙ: *Seleucensium in Pieria* Syria. Fulmen. ΗΡ. *Annus* CVIII. usque ad autumnum. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. Foucault.

ΝΕΡΩΝΟΣ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. Capite laureato. .)(. Aquila Romana fulmen unguibus tenet. ΘΡ. *Anno* CIX. æræ Cæsarianæ, autumno iniens anni hujus. Est apud Patinum, in Sueton. pag. 289.

Anno Christi 61. V. C. 814. Neronis 7.

NERO CAESAR AVG. IMP. Capite nudo. .)(. PONTIF. MAX. TR. P. VII. COS. IIII. P. P. EX SC. Dea capite velato, stolata, læva hastam, dextra fruges tenet. Argenteus, in Museo nostro.

Eadem inscriptio, capite laureato. .)(. CERT. QVINQ. ROM. CON. In alio, CO. *Certamen quinquennale Romæ constitutum.* Mensa, vas, corona. In alio, Roma sedens, dextra tenet Victoriam. Uterque est in Museo nostro, ex ære minimo.

Neronis caput laureatum. .)(. PORT. AVG. Portus. Ex ære magno, in Cimelio D. Foucault.

NERO CLAVD. CAESAR. AVG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. P. Capite laureato. .)(. Ædificium pulcherrimum, in quo per gradus ascenditur: fastigio concamerato. In ipso aditu stat Augustus cum hasta. Epigraphe: MAC AVG. Infra, SC. Est ex ære magno, in Museo nostro; alias pud Angeloni, pag. 61. apud Patin. pag. 112. Hic Antiquarii omnes, & eos secutus Spanhemius, pag. 858. *Macellum Augusti*, post Xiphilinum, opinor, interpretantur; quoniam tres priores litteras, ut alias sæpe decepti, unius esse nominis primam syllabam existimant. At quænam, amabo, affinitas est macello, cum tali ac tam superbo ædificio? Lege mecum, sodes, Amice: *Mausoleum Cæsaris Augusti.* Ac si falso teste eges, adi Suetonium in Augusto, cap. 100. *Reliquias* Augusti *in Mausoleo condiderunt: id opus inter Flaminiam viam ripamque Tiberis... exstruxerat.* Si verum postulas, inspice Mausolei istius vestigia in libro Alexandri Donati e Societate JESV, de Urbe Roma, libro III. pag. 241. Vestigia Mausolei cernes hodieque exstantia; & in his gradus illos ipsos per quos fit ascensus in Mausoleum, cujusmodi in nummo nostro conspiciuntur. Opera Augusti in nummis Neronis ii consignarunt, qui ei addicti fuerunt: ut eum vel sic populo Rom. commendarent; quoniam esset abnepos Augusti.

Urbem a Nerone crematam fuisse, testis est Plinius, libro XVII. sect. 1. hoc est, partem eam, quæ vetustis deformis ædificiis, aliisque fortassis, opus ei esset ad domum suam auream exstruendam, qua propemodum cinxit Urbem, ut idem Plinius loquitur, libro XXXVI. sect. XXIV. num. 25. non ut Urbem restitueret, quod fabulosi scriptores prodiderunt.

ΝΕΡΩ ΚΛΑΥΔ. ΣΕΒ. ΓΕΡ. Capite laureato. .)(. Stat ipse galeatus & paludatus; detrita epigraphe. Perspicue autem legitur, L. Η. *anno octavo*, qui a Septembri hujus anni init. Est ex ære minimo, in Museo nostro.

Anno Christi 62. V.C. 815. Neronis 8.

NERO CAESAR AVG. IMP. Capite laureato. .)(. PONTIF. MAX. TR. P. VIII. COS. IIII. P. P. EX SC. Stat ipse paludatus & galeatus, cum hasta & bacillo imperatorio, quod dextra tenet; pede dextro orbi imposito. Apud Tristan. tomo 1. pag. 210.

ΝΕΡΩΝ ΚΛΑΥ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. ΓΕΡ. Capite laureato .)(. ΠΟΠΠΑΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ. *Poppæa Augusta.* L. Θ. *Anno nono* Neronis, qui autumno anni hujus incipit. Est ex ære mediocri, apud D. Foucault.

ΝΕΡΩΝ ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒ. ΓΕΡ. Capite laureato. .)(. In corona laurea, ΤΩ ΣΩΤΗΡΙ ΤΗΣ ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΣ. L. ΕΝΑΤ. *Servatori Orbis terrarum. Anno nono.* Epigraphen partis posticæ describit Spanhemius in Juliani Cæsares, pag. 276. Cusus in Palæstina nummus videtur.

Anno Christi 63. V. C. 816. Neronis 9.

ΝΕΡΩ ΚΛΑΥΔ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Capite laureato.)(. Caput Serapidis. L. I. *Anno* X. qui autumno incipit hujus anni. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. Foucault, & in Museo nostro.

Caput Neronis. .)(. Caput Ægypti. L. I. In Museo nostro.

Caput Neronis radiatum. .)(. ΠΟΠΠΑΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ. Caput Poppææ. L. I. In Museo nostro, & apud P. Chamillart. Est in hoc nummo Poppæa, pectore inverecunde aperto, mammis nudatis: ut nulla prorsus alia Augustarum.

Anno Christi 64. V. C. 817. Neronis 10.

NERO CAESAR AVG. IMP. Capite nudo. .)(. PONTIF. MAX. TR. P. X. COS. IIII. P. P. In medio, EX SC. Stat ipse galeatus, læva hastam, dextra bacillum Imperatorium tenet cruri innixum; pede dextro orbem premit. Est argenteus apud P. Chamillart.

NERO CLAVD. CAESAR AVG. GERM. .)(. Mons Argæus: cujus in vertice stat Imperator cum hasta, & orbe Romano quem gerit. ET. IA. *ἔτος ιά. Anno* XI. qui iniit autumno anni hujus. Aureus est apud Mediobarbum, pag. 95. Habemus nummi formam in plumbo expressam ex argenteo, cum epigraphe: NERO CLAVDI. TI. CLAVD. F. CAESAR AVG. GERM. Cetera sunt similia.

ΝΕΡΩΝ ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. ΓΕΡΜ. Caput radiatum Neronis. .)(. ΠΟΠΠΑΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ. Caput Poppææ. L. IA. *Anno* XI. Argenteus est ære mixtus, in Cimelio D. Foucault.

De nummis ΣΕΒΑΣΤΗΝΩΝ ΣΥΡ. ΑϤ. & ΣΙΔΩΝΟΣ. L. ΕΟΡ. aliisque, quos desiderare hic potes, consule Chronologiam Veteris Testamenti.

Anno Christi 65. V. C. 818. Neronis 11.

ΝΕΡΩ ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. ΓΕ. ΑΥ. Capite radiato. *Nero Claudius Cæsar Aug. Germanicus Imp.* .)(. ΑΥΤΟΚΡΑ. L. ΙΒ. *Αὐτοκρατορίας λυκάβ. ιβ'. Imperii anno* XII. Caput Ægypti. Ex ære mediocri, in Museo nostro. Annus ille XII. ab autumno anni hujus incipit.

ΝΕΡΩ ΚΛΑΥ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. L. ΙΒ. *Anno* XII. Caput Neronis radiatum: cum pharetra Apollinea. .)(. ΑΚΤΙΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝ. Caput Apollinis Actiaci laureatum, cum pharetra retro posita:

posita: e regione; Solis sidus. Est enim Apollo, Sol. Apud Tristan. tom. 1. pag. 233.

Caput Neronis radiatum. .)(. ΜΕΣΣΑΛΙΝΗ. L. IB. In Thesauro Mauroceni, pag. 113. Alius in Cimelio Reginæ Christinæ, pag. 63. ΜΕΣΣΑΛΙΝΑ CEBAC. Poppæa scilicet Neronis conjux anno superiore obierat: de cujus funere vide Plinium, libro XII. sect. XLI. Nam de nece ei a Nerone illata, Tacito aliisque non credimus.

ΔΑΜΑΣΚΗΝΩΝ. ZOT. *Anno* CCCLXXVII. æræ Græcorum, ut diximus in Chronologia Veteris Testamenti.

Anno Christi 66. V. C. 819. *Neronis* 12.

ΝΕΡΩΝ. ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. Capite laureato. ET. IΓ. Anno XIII. qui incipit autumno hujus anni. .)(. ΖΗΝΩΝΟΣ ΠΟΛΙ ΤΟ. Δ. *Zenone Præfecto Urbis*, πολιάρχου, *quartum*. Est Laodicea Phrygiæ.

ΝΕΡΩΝ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΘΕΟΣ. Capite laureato. *Nero Augustus Deus*: ob beneficentiam nimirum: juxta illud Plinianum, libro 2. *DEUS EST mortali juvare mortalem.* .)(. ΙΟΥΛΙΟC ΑΝΔΡΟΝΙΚΟC ΕΥΕΡΓΕΤΗΣ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. *Julius Andronicus, beneficus in Laodicenses* Phrygiæ: quos & in isto & in superiore nummo designat Juppiter Φιλαλήθης in utroque pictus. In hos per Andronicum beneficentiam suam Nero exseruit. Hunc ex ære minimo nummum, allatum ex Oriente vidi cum D. de Boze.

ΝΕΡΩΝ ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. ΓΕΡ. ΑΥ. Capite radiato. L. IΓ. *Anno* XIII. .)(. ΣΕΒΑΣΤΗΦΟΡΟΣ. Navis inflatis velis. Argenteus ære mixtus, apud D. Rigord. Vide Chronologiam Veteris Testamenti.

Anno Christi 67. V. C. 820. *Neronis* 13.

IMP. NERO CLAVD. CAES. GERM. P. M. TR. P. XIII. P. P. Capite laureato. .)(. PACE P. R. TERRA MARIQVE PARTA IANVM CLVSIT. SC. Jani armamentarium, non templum, ut vulgo creditur. Est in Museo nostro, ex ære magno. De bello tamen Æthiopico cogitans Nero, mittit exploratores. Plinius, libro VI. sect. XXXV.

IMP. NERO CAESAR AVG. P. MAX. TR. P. P. P. Caput laureatum. .)(. ARA PACIS. S. C. Ara. Est ex ære mediocri, apud. P. Chamillart.

ΘΕΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Capite *Divi Augusti* radiato. .)(. ΗΡΑ ΑΡΓΕΙΑ. *Juno Argiva*; capite radiato pariter. L. IΓ. *Anno* XIII. hoc est, ante anni hujus autumnum. In alio post autumnum cuso, L. IΔ. *anno* XIV. Est ille ex argento mixto apud P. Jobert: iste, in Cimelio D. Foucault. Sub effigie & nomine *Junonis Argivæ* Livia Augusta conjux Augusti designari creditur.

ΝΕΡΩ ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. Capite radiato. L. IΓ. *Anno* XIII. ut proxime. .)(. ΘΕΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. *Divus Augustus*, capite laureato. Ex ære mediocri, in Cimelio D. Foucault.

Eadem inscriptio. L. IΓ. *Anno* XIII. hoc est, ante autumnum anni hujus. .)(. ΤΙΒΕΡΙΟΣ. Capite laureato. Ibidem, & in Museo nostro.

Nero circiter mensem Junium profectus videtur in Orientem ad debellandos Judæos.

De nummo ΠΟΣΕΙΔΩΝ ΙΣΘΜΙΟΣ, aliisque ad hunc annum pertinentibus, vide Chronologiam Veteris Testamenti.

ΝΕΡΩΝ ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. ΓΕΡ. ΑΥΤΟΚΡ. L. IΔ. *Anno* XIV. qui autumno anni hujus incipit. .)(. ΖΕΥΣ ΙΣΘΜΙΟΣ. *Juppiter Isthmius*. Est ex ære mediocri, apud D. Foucault.

Anno Christi 68. V. C. 821.

Neronis principis ruina, Plin. libro XVII. sect. XXXVIII.


Natali Urbis, cum procul Roma Nero abesset, adempta est ei Tribunicia potestas, auctore Julio Vindice, *assertore libertatis a Nerone*. Plin. libro XX. sect. LVII. Ea causa est, quamobrem nullus appareat nummus Neronis inscriptus, TRIB. POT. XIIII. cujusmodi plures sane exstare oporteret, si vel ante illum diem, quem posuimus, nempe ante Natalem Urbis anni Christi LV. accepisset Tribuniciam Potestatem; vel in Urbe fuisset Junio etiam mense anni hujus LXVIII. ut fingunt historici rerum Romanarum. Nam quod apud Mediobarbum, pag. 588. nummus legitur inscriptus, NERO CAESAR AVG. IMP. .)(. In medio nummo, XIIII. cave credas, aut in isto, aut in similibus Augusti nummis, indicari annos Tribuniciæ Potestatis.

Cædes ac scelera, ob quæ invisus Nero fuerit Senatui Populoque Romano, vide apud Plinium, libro XXX. sect. V.

Terræ motus magni per loca, ante cladem Hierosolymitanam. Matth. XXIV, 7. Plinius, libro 2. sect. LXXXV.

Sub anni finem Domitius Nero videtur ex insidiis interfectus in Oriente: nam exitum eumdem ipsius, ac Cæsaris olim Dictatoris fuisse, auctor est Plinius, libro IV. sect. V.

Priusquam vero de Nerone claudam epistolam, animadvertere te, Amice, cupio, quanta esset supra Augustos Senatus Populique Romani auctoritas, ipso etiam Neronis Imp. ævo. Nam id apparet ex illo præclaro numismate, quod nemo adhuc intellexit. Caput Neronis laureatum ab una parte exhibet: in altera hanc epigraphen:



Benevolentiam capta

Romani Senatus:

Togatam Gentem

Fove beneficiis.

Nummus est ex ære magno, in Thesauro Regio, & in Museo nostro: & Mediobarbus similem profert e suo. Cusus, ut ceteri illius ætatis Latini, quos habemus, in Gallia Narbonensi. Gallis Neronem tacite admonentibus, si salvus esse cuperet, atque in principatu perstare, ut benevolum sibi Senatum redderet, Populumque Romanum. Est enim Populus Romanus, *Gens togata*. Notum illud est Maronis in Æneïde, libro 1. versu 286. sub Jovis persona de Junone sic prædicantis;

—— —— —— *Mecumque fovebit*
Romanos rerum dominos, GENTEM*que*
TOGATAM.

Eo artificio contexta hæc oratio sive admonitio est, ut prior incipiat a verbo: & in substantivum desinat, seu personam quæ commendatur; posterior e diverso incipiat ab ea persona, & in verbo desinat. In persona deinde designanda, sive *Romanus Senatus* dicatur, sive *Togata gens*, utrobique adjectivum nomen præponitur substantivo. Præterea, cum sint in hac nummi area litteræ istæ octo in quatuor segmenta divisæ, possunt vel duo superiora primum, deinde inferiora duo sumi, ut jam fecimus; vel quæ dextrum nummi

nummi latus obtinent, deinde quæ sinistrum; ut hanc sententiam efficiant:

Benevolentiam capta Togatæ gentis:
Romanum Senatum fove beneficiis.

.... Vale. Parisiis, die sabbati post festa Paschalia, 25. April.

GALBA. VITELLIVS. OTHO.

Eo ipso igitur anno, Natali Urbis die, Romanum Imperium Augustis tribus, veluti Triumviris, quæsitis in familia seu gente Cæsarum, commendat Senatus; ut dictum a nobis est in Chronologia Veteris Testamenti. Sulpicio Galbæ, Gallias, Hispaniamque: Vitellio, limitem fortassis Galliarum ad Rhenum, cum Illyrico: Othoni Ægyptum. Clodio Macrino, & Cæcilio Cornuto, absque Augusti titulo, quoniam non essent ex gente Cæsarum, commissa administratio est; alteri quidem Africæ, alteri vero Paphlagoniæ. Haberent ergo singuli e Triumviris, ad biennium, honores ac titulos Augustorum proprios, & PONT. MAX. & TRIB. POT. intra suæ quisque jurisdictionis fines. Narbonensis provincia interim, ut solebat, nummos aureos atque argenteos, in trium Augustorum honorem, sua sponte cudebat: quod & Ægyptus de more faciebat in ære, ut ostenderet Augustorum omnium inter se concordiam. Hanc enim eximie significabant illi, apposita in nummis Augustorum omnium, qui simul Imperium administrarent, eadem aut persimili inscriptionis formula. Id quod in nummis præsertim Galbæ & Othonis animadvertere est. Nugæ sunt & fabulæ, cædes Augustorum, quas hic artifices Romanæ historiæ comminiscantur.

STEMMA SVLP. GALBÆ CÆS. AVG.

Livius Drusus, Tribunus plebis. *Plinius, libro 33. sect. 15. & 30.*

- Livia Drusilla, conjux Ti. Claudii Neronis, postea Augusta. Ex priore marito,
  - Nero Claudius Drusus Germanicus. cui conjux Antonia M. F.
    - Germanicus Cæsar.
    - Livia, conjux Drusi Cæsaris, Tiberii Aug. F.
    - CLAVDIVS IMP.
  - TIBERIVS AVG.
    - DRVSVS CÆSAR.
      - Livia, conjux Livii Sulp. Galbæ.
- Livius:
  - Livius.
    - Livia, uxor Servii Sulpicii Galbæ.
      - Livius Sulpicius Galba: cui uxor Livia, neptis Tiberii Aug.
        - L. LIVIVS SERV. SVLP. GALBA IMP. CAES. AVG.

De gente Livia fuisse Galbam docet eximius sane nummus e Cimelio D. FOVCAVLT, quem inferius describam. *Cæsar Augustus* autem esse non potuit, nisi ex matre, quæ Tiberii Cæsaris Aug. neptis esset, Germanici sororis filia. In plerisque vero nummis prius est IMP. quam CAESAR AVG. quoniam hoc Cæsarum ac Drusorum hereditarium cognomen esset: quam ob rem in Hispanicis & Corinthi nummis Caius Cæsar est GERMANICVS IMP. & postea Nero passim.

Spanhemii, aliorumque eruditorum error est, existimantium *Servium* esse prænomen. Nomen est gentis olim illustris, sed quæ in aliarum gentium familias jamdudum inserta fuerat. Unde *Servius* quis, exempli gratia, e familia Galbarum, an *Sulpicius*, an *Servius Sulpicius* diceretur, nihil intererat. Item an *Servius rex*, ut a Plinio semel, an *Servius Tullius* appelletur, nihil interest. Hinc factum est, ut *Servio* præfigatur prænomen: quemadmodum apud Patinum, in famil. pag. 267. L. SERVIVS RVFVS: & Imperator Galba, interdum SER. GALBA, interdum SVLP. GALBA, & SERV. SVLP. GALBA, scribatur. Inserta autem Sulpicia familia in Liviam, appellatus est. *L. Livius Sulpicius Galba Imp. Cæsar Aug.* Ubi primum quæ habet ex paterno genere nomina apponit; *Livius Sulpicius Galba*: quæ deinde ex materno, *Imp. Cæsar Augustus*. Nam est IMP. a proavo Nerone Claudio Druso, Tiberii Claudii Neronis & Liviæ filio: *Cæsar Augustus* a matre, quæ neptis Tiberii Augusti fuit. Unde quoniam avia ejus, Neronis Drusi filia esset, & Antoniæ M. Antonii filiæ, eam ob rem æram Antonianam in nummis Galbæ, relicta Augustana, Antiochenses scripserunt.

STEMMA VITELLII CÆS. GERMANICI.

NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS IMP.

- GERMANICVS CÆSAR. Cui conjux Julia Agrippina, neptis Augusti.
  - Julia AGRIPPINA, mater Neronis, Germanici Imp. dicti ob matrem Agrippinam Germanici filiam.
  - Drusilla.
  - Julia, sive Livia, conjux P. Vitellii; mater A. Vitellii Imp. qui absque ea consanguinitate nec Germanicus Imperator esset, nec Cæsar Augustus.
- Livia, conjux Drusi Cæsaris Ti. Aug. F.
- CLAVDIVS IMP. GERMANICVS ex patre dictus.

Fuit

Fuit enim, ut dixi, in hac familia, a Druso Germanico Imp. patre Germanici Cæsaris, ipsum *Germanici Imp.* cognomen hereditarium; ut Augusti cognomen in Julia post Augustum. Unde ipse Nero Drusus, hujus familiæ caput, semper in nummis est; NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS IMP. sine numeri nota, quam habent ii, quibus illud nomen titulus est honoris.

Vitellium fuisse e stirpe Germanici Cæsaris, suadet etiam verisimiliter nummus ejusdem Germanici, percussus a Nicomediensibus, sub P. Vitellio Proconsule. Nam videtur iste P. Vitellius ob affinitatem cum Germanico Cæsare fuisse promotus ad Proconsulatum; atque idcirco juncti ambo in eodem numismate a Nicomediensibus. Vide Nummos Populorum & Urbium, verbo ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ. Duxit ergo P. Vitellius uxorem filiam Germanici Cæsaris, ex qua A. Vitellium Imp. Germanicum Cæsarem Augustum procreavit. Unde ex matre fuit A. Vitellius nepos neptis Augusti, sive Augusti abnepos.

STEMMA M. OTHONIS CÆS. AVG.

M. ANTONIVS IIIVIR RPC.
Conjux Octavia, soror Augusti.

ANTONIA AVGVSTA, M. F. conjux Neronis Claudii Drusi Germanici Imp.

CLAVDIVS CÆSAR AVG. GERM. Cui ex Messalina conjuge, filia fuit

ANTONIA. Nubit Salvio Othoni.

M. OTHO CÆSAR AVG.

Otho paterno nomine est appellatus: *Marci* vero prænomen habet ex abavo materno M. Antonio Triumviro: ob matrem vero *Cæsar Augustus* est: non ex Augusto quidem, sed ut ipse Claudius Imp. ex Antonia Augusta, & matre ejus Octavia, accepto hoc cognomine. Inter Triumviros Monetales sub Augusto in nummis legitur, M. SALVIVS OTHO: & sub eodem Principe, P. SALVIVS IMP. COS. DES. Duas igitur filias cum haberet Claudius Imp. natu minorem Nero Cæsar uxorem duxit; nempe Octaviam: majorem, quæ Antonia fuit, Salvius Otho, M. Othonis Cæsaris pater. Si nummos Othonis aureos argenteosque contuleris cum Neronianis, facile intelliges, vix Othonem attigisse annum ætatis XXX. cum iniit principatum.

Nummos jam singulorum inspiciamus.

Nummi ΚΡΑΤΗΣΙΣ, ΡΩΜΗ, *aliique, in Galba, Vitellio, & Othone, similes.*

Galbæ: ΛΟΥΚ. ΛΙΒ. ΣΟΥΛΠ. ΓΑΛΒΑ ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. Capite laureato: Victoria. ΚΡΑΤΗΣΙΣ. *Imperium.* Est in Cimelio D. Foucault, ex ære mediocri. *Lucius Livius Sulpicius Galba Cæsar Aug.*

Galbæ: ΑΥΤ. ΚΑΙΣ. ΣΕΡΟΥΙΟΣ ΓΑΛΒΑΣ ΣΕΒ. Capite laureato. .)(. ΚΡΑΤΗΣΙΣ, *Imperium*, ut diximus in Chronologia Veteris Testamenti. L. A. *Anno primo.* Urbs Roma sedens gestat dextra Victoriolam, quæ ei coronam porrigit: læva, trophæum. Est ex ære mediocri, ibidem.

Othonis: ΜΑΡΚ. ΟΘΩΝΟΣ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. Capite laureato. .)(. ΚΡΑΤΗΣΙΣ. *Imperium*, ut in Galba. L. A. *Anno primo.* Est in Thesauro Mauroceni, pag. 114.

Othonis: Μ. ΟΘΩΝΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. .)(. ΚΡΑΤΗΣΙΣ. L. A. Dea tenet trophæum. In Thesauro Regio.

Galbæ: ΑΥΤ. ΚΑΙΣ. ΣΕΡΟΥΙΟΣ ΓΑΛΒΑΣ ΣΕΒ. Capite laureato. .)(. ΡΩΜΗ. *Roma.* L. A. *Anno primo.* Caput Romæ galeatum. Apud D. Vaillant.

Othonis: Eadem inscriptio ac supra. .)(. ΡΩΜΗ. *Roma.* L. A. *Anno primo.* Caput Romæ galeatum. In Thesauro Regio, ex ære mediocri.

Galbæ: ΣΕΡΟΥ. ΓΑΛΒΑ ΑΥΤΟ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. L. A. Capite laureato. .)(. ΕΛΕΥΘΕΡΙΑ. *Libertas.* Est in Thesauro Regio.

Othonis: ΜΑΡΚ. ΟΘΩΝΟΣ ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. Capite laureato. .)(. ΕΛΕΥΘΕΡΙΑ. *Libertas.* L. A. Apud D. Vaillant.

Galbæ: Eadem ac supra inscriptio. .)(. ΕΙΡΗΝΗ. *Pax.* L. A. *Anno primo.* Capite Pacis laureato ac velato. In Thesauro Regio, & in Museo nostro. In alio est caput velatum, spicis exstantibus; retro, caduceus.

Othonis: Eadem ac supra inscriptio. .)(. ΕΙΡΗΝΗ. L. A. ut in Galba. Ex ære mediocri, in Thesauro Regio.

Galbæ: Eadem inscriptio. .)(. ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ. Mercurii effigies. Apud D. de Monjeux.

Othonis: Eadem inscriptio. .)(. ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ. L. A. Caput Ægypti, cum proboscide. Apud D. Vaillant.

ΑΥΤ. ΜΑΡ. ΟΘΩΝ. Capite laureato. .)(. L. A. cum capite Isidis. Est apud D. de Lamoignon. Alius, cum effigie Serapidis, L. A. in Cimelio D. Foucault.

Vitellii: Α. ΟΥΙΤΕΛΛΙΟΣ ΓΕΡΜ. ΑΥΤ. ΣΕΒ. *Aulus Vitellius Germanicus Imp. Aug.* Capite laureato. .)(. Caput Serapidis. L. A. *Anno primo.* Apud D. Vaillant. In alio, Canopus, ut vocant: L. A. Apud D. de Monjeux.

ΑΟΛ. ΟΥΙΤ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. ΓΕΡΜ. Capite laureato. *Aulus Vitellius Cæsar Augustus Germanicus.* L. A. *Anno primo.* Caput Isidis.

ΑΟΛ. ΟΥΙΤ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. ΓΕΡΜ. ΑΥΤ. *Aulus Vitellius Cæsar Aug. Germanicus Imp.* .)(. L. A. Victoria gradiens. Est uterque ex ære mediocri, in Cimelio D. Foucault.

Numismata alia Græca Galbæ, Vitellii, & Othonis.

Galbæ: ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΕΤ ΖΙΡ. Item. ΚΟΙΝΟΝ ΚΥΠΡΙΩΝ. *Commune Cypriorum.* ΕΤΟΥΣ Α. *Anno primo.* Vide Chronologiam Veteris Testamenti, ac Nummos Populorum & Urbium.

Vitellii: .... ΤΕΛΛΙΟΣ. ΚΑΙΣΑΡ. Capite laureato. .)(. ΚΥΔΩΝΙΑΤΩΝ. *Cydoniatarum* in insula Creta, nummus. Lupa, cujus ad ubera manus protendit infans. Est in Cimelio D. Foucault. Habet idem symbolum nummus Gallieni inscriptus, PIETAS SAEC. Vitellius, ut jam monui, appellari *Germanicus* & *Cæsar* non potuit, nisi

nisi ex matre, Germanici Cæsaris filia. Sed alterutrum dici satis fuit: siquidem cum *Germanicus* diceretur, ex Germanici Cæsaris filia, Cæsarem eum esse statim intelligebatur. Suetonii commentum est in Vitellio, cap. VIII. *Cognomen Germanici delatum ab universis cupide recepit: Augusti, distulit; Cæsaris, in perpetuum recusavit.* Fingebat ille historiam ex nummis antiquis, quos haberet ante oculos, nec intelligeret. Titulum victoriæ, *Germanici* nomen esse existimavit. Deinde cum neque in Latinis Vitellii numismatis *Cæsaris* nomen occurreret, neque Græca adessent, *Cæsaris* recusatum ab eo nomen fuisse hariolatus est: cum non puderet Vitellium interim dici se IMP. & AVG.

Othonis: ΑΥΤ. Μ. ΟΘΩΝ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Capite laureato. .)(. ΕΤΟΥΣ Α. Aquila rostro coronam gerit. Argenteus, e gaza Regia, editus a Seguino. In Cypro cusus: cujusmodi Galbæ nummus proxime allatus.

Numismata Latina, inscripta, VICTORIA, *similiaque.*

Galbæ, IMP. SER. GALBA CAES. AVG. Capite laureato. .)(. VICTORIA GALBAE AVG. Victoria gradiens, dextra coronam, læva palmam gerit. Argenteus est, e Museo Jac. Spon.

Ejusdem: SER. SVLP. GALBA CAESAR...... Capite laureato. .)(. VICTORIA IMPER. ROMANI. SC. Victoria, ut proxime. Est ex ære magno, in Museo P. CHAMILLART.

Othonis: IMP. M. OTHO CAESAR AVG. TR. P. Capite nudo. .)(. VICTORIA OTHONIS. Victoria, ut in nummo Galbæ. Argenteus est ibidem.

Vitellii: A. VITELLIVS GERMAN. IMP. AVG. P. M. TR. P. Capite laureato. .)(. VICTORIA AVGVSTI. SC. Est ex ære magno in Museo nostro, & apud Angeloni, pag. 63.

Ejusdem. A. VITELLIVS GERMAN. .)(. VICTORIA AVGVSTI. Argenteus, apud P. CHAMILLART.

Galbæ: GALBA IMPERATOR. Capite laureato. .)(. VICTORIA. P. R. *Victoria Populi Romani.* Victoria orbi insistens, cum palma & corona. Argenteus ibidem, & in Museo nostro.

Ejusdem: SER. SVLP. GALBA IMP. CAESAR AVG. P. M. TR. P. In alio, AVG. P. P. Capite laureato. .)(. ADLOCVTIO. SC. Stans ipse in suggesto paludatus, cum Præfecto Prætorio, cohortes cum signis stantes alloquitur. Est uterque ex ære magno, in Cimelio D. FOVCAVLT.

Vitellii: A. VITELLIVS GERMANICVS IMP. AVG. P. M. TR. P. Capite laureato. .)(. SC. Mars gradivus. Est ex ære magno, ibidem.

Ejusdem: A. VITELLIVS IMP. GERMAN. Capite laureato. .)(. FIDES EXERCITVVM. Dexteræ duæ junctæ. In Museo nostro, argenteus. In alio e Gaza Regia: PRAETORIANORVM. Dexteræ duæ similiter.

Nummus eodem tempore cusus: FIDES EXERCITVVM. Dexteræ duæ junctæ. .)(. CONCORDIA PRAETORIANORVM. Dea Concordia, dextra ramum, læva Cornucopiæ gerit. Concordia & Fides Exercituum sub Triumviris, quorum nulli plus quam alteri faverent legiones, hoc nummo commendatur. Est ibidem argenteus.

Vitellii: A. VITELLIVS IMP. GERM. AVG. Capite laureato. .)(. CONSENSVS EXERCITVVM. Mars gradiens cum trophæo. Est aureus in Cimelio Illustriss. COLBERTI; argenteus, apud P. CHAMILLART. Consensum etiam Augustorum trium inter se hic nummus commendat.

Numismata inscripta,

PAX, LIBERTAS, SECVRITAS.

Galbæ: SER. SVLP. GALBA CAESAR AVG. TR. P. Capite laureato. .)(. PAX AVGVST. SC. Dea stans, dextra tenet ramum oleæ, læva caduceum. Est in Museo nostro, ære mediocri. In alio, apud D. FOVCAVLT, scriptum est, PAXS AVGVSTI.

Ejusdem: GALBA IMP. Capite laureato. .)(. PAX ORBIS TERRARVM. Pax stat, dextra ramum oleæ, læva caduceum tenet. In Museo nostro argenteus.

Vitellii: A. VITELLIVS GERMAN. IMP. AVG. P. M. TR. P. Capite laureato. .)(. PAX AVGVSTI. S. C. Dea stans, ramum oleæ tenet, læva Cornucopiæ. Est ex ære magno, apud P. CHAMILLART.

Ejusdem: A. VITELLIVS GERM. IMP. Capite laureato. .)(. PAX GERMAN. *Pax Germanici.* ROMA. Roma galeata sedens, læva clypeo innixa, Victoriam Vitellio togato & stanti offert. A tergo adstat Germania tunicata: quam arte, vel terrore potius, quam bello, pacavit Vitellius Germanicus. Erit fortasse qui legi malit, *Pax Germanica.* Dicitur hic nummus esse in Cimelio Card. Maximi.

Othonis; IMP. OTHO CAESAR AVG. TR. P. Capite nudo. .)(. PAX ORBIS TERRARVM, sub Triumviris, Othone, Galba, Vitellio. Stat Pax cum caduceo & ramo oleæ. Est in Museo nostro argenteus.

Galbæ: SER. SVLP. GALBA IMP. CAESAR AVG. P. M. TR. P. Capite laureato. .)(. LIBERTAS RESTITVTA. Imperator togatus Rempublicam in genu procidentem sublevat, cum Præfecto Prætorio. SC. Est ex ære magno, in Cimelio D. FOVCAVLT.

Ejusdem: IMP. SER. GALBA AVG. Capite laureato.)(. LIBERTAS P. R. Vir togatus stat inter spicas duas. Argenteus, in Museo nostro.

Ejusdem: SER. GALBA IMP. CAES. AVG. Capite laureato. .)(. LIBERTAS PVBLICA. S. C. Typus Libertatis. Ibidem ex ære magno, & apud Angeloni, pag. 63.

Vitellii: A. VITELLIVS IMP. GERMAN. Capite laureato. .)(. LIBERTAS RESTITVTA. Libertas cum pileo. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT: argenteus, apud P. CHAMILLART.

Nummus eo tempore cusus: SPQR in corona quercea. .)(. PAX ET LIBERTAS: ut in nummis Galbæ & Othonis, ΕΙΡΗΝΗ & ΕΛΕΥΘΕΡΙΑ. Dexteræ duæ tenent caduceum alatum. Apud Patin. in famil. pag. 306. argenteus.

Alius ejusdem temporis: SPQR in corona graminea. .)(. SALVS GENERIS HVMANI. Victoria orbi insistit, cum palma & corona. Est in Museo nostro argenteus. Omnem potestatem penes Senatum fuisse sub Triumviris istis, hi nummi docent, qui nullius eorum mentionem faciunt, sed solius SPQR.

Vitellii: A. VITELLIVS GERM. IMP. AVG. P. M. TR. P. Capite laureato. .)(. SECVRITAS. P. ROMANI. Dea sedet lævo innixa brachio, dextra capiti imposita. S C. Est ex ære mediocri, apud P. CHAMILLART.

Othonis: IMP. M. OTHO CAES. Capite nudo. .)(. SECVRITAS P. R. Stat Dea togata,

gata, dextra hastam puram tenet, sinistra Cornucopiæ. Est in Museo nostro argenteus. In altero e Cimelio D. Foucault; IMP. M. OTHO CAESAR AVG. TR. P.

Numismata inscripta,

HONOS ET VIRTVS, ROMA RENASCENS, *& similia.*

Galbæ: SER. SVLPI. GALBA IMP. CAES. AVG. P. M. TR. P. Capite laureato. .)(. HONOS ET VIRTVS. S. C. Est ex ære magno apud P. CHAMILLART, & apud Angeloni, pag. *67*.

Vitellii: A. VITELLIVS GERMANICVS IMP. AVG. P. M. TR. P. Capite laureato. .)(. HONOS ET VIRTVS. SC. Est ex ære magno in Cimelio D. FOVCAVLT. Similitudo fabricæ & titulorum in utroque nummo, ex eadem utrumque officina, eodemque die prodiisse admonet.

Galbæ: SER. GALBA IMP. CAES. AVGVST. Capite laureato. .)(. ROMA RENASC. SC. Stat Imp. paludatus, dextra tenens Victoriam, læva hastam, cujus in apice Aquila Romana est. Est ex ære magno, in Museo nostro. Et ibidem argenteus, sine litteris SC. In alio quem vidimus, pariter argenteo, est ROMA RENASCES.

Vitellii: A. VITELLIVS GERM. IMP. P. M. TR. P. Capite laureato. .)(. ROMA RENASCENS. SC. Ex ære mediocri, in Thesauro Regio.

Nummus eodem tempore cusus: BONI EVENTVS. Caput Genii urbis Romæ. .)(. ROMA RENASCES. Stat Roma galeata, læva hastam tenet, dextra Victoriam, quæ coronam ipsi imponit. Apud Patin. in famil. pag. 303. argenteus. RENASCES scribitur pro RENASCENS, ut COS pro CONSVL.

Alter ejusdem temporis: Caput Felicitatis: FELICITAS BONI EVENTVS. .)(. Duæ dexteræ tenent caduceum. P. R. PAX. *Populi Romani Pax.* Argenteus apud D. de BOZE.

Galbæ: SER. GALBA IMP. CAES. AVG. Capite laureato. In alio additur, TR. P. .)(. ROMA. SC. Ex ære magno in Museo nostro; & apud P. CHAMILLART. Dea Roma sedet galeata, dextra tenens hastam puram; læva innixa clypeo.

Vitellii; A. VITELLIVS GERMANICVS IMP. AVG. P. M. TR. P. Capite laureato. .)(. VRBS RESTITVTA. Roma galeata stat, dextra Victoriam, læva hastam gerit. SC. Ex ære magno, in Cimelio Reginæ Christinæ.

Ejusdem: inscriptio eadem: .)(. URBEM RESTITVTAM. Stans Imp. paludatus, cum duobus militibus, Urbem ad genua procumbentem sublevat, ut in nummo Hadriani, RESTITVTORI ITALIAE. Unde intelligas, non ædes aut mœnia dici restituta, sed auctoritatem Urbis ac majestatem. Est hic nummus ibidem, & apud Angeloni, pag. 73.

Vitellii: Eadem inscriptio. .)(. I. O. MAX. CAPITO. *Jovi Opt. Max. Capitolino.* Juppiter in templo sedet. Argenteus, apud Spanhem. pag. 854.

Nummus eodem tempore cusus: VESTA P. R. QVIRITIVM. Caput Vestæ velatum, quale Concordiæ & Fortunæ Populi Rom. .)(. I. O. MAX. CAPITOLINVS. Templum, in quo sedet Juppiter. Argenteus apud Patin. in famil. pag. 303. In alio ibidem est caput Jovis diadematum.

Galbæ: SER. GALBA IMP. CAES. AVG. Capite laureato. .)(. In corona quercea: S P Q R OB CIV. SERV. In Museo nostro, ex ære magno.

Vitellii: A. VITELLIVS GERMAN. IMP. TR. P. Capite laureato. .)(. In corona quercea. S P Q R OB C. S. *Ob cives servatos*, ut in nummo Galbæ, ibidem.

Numismata alia quædam

Galbæ, Vitellii, & Othonis.

Galbæ: IMP. SER. GALBA CAES. AVGVST. Capite laureato. .)(. CONCORDIA AVG. SC. Sedet ipse dextra pateram tenens. Est ex ære magno, in Museo nostro.

Vitellii: A. VITELLIVS GERMANICVS IMP. Capite nudo. .)(. CONCORDIA P. R. Dea sedet cum patera & Cornucopiæ, quod læva gerit. Argenteus, e Museo nostro. In alio simili ibidem est, A. VITELLIVS GERM. IMP. AVG. TR. P. Capite laureato.

Galbæ: IMP. SER. GALBA CAES. AVG. Capite laureato. .)(. DIVA AVGVSTA. Livia scilicet, conjux Augusti, quæ hic sub effigie Pietatis exhibetur. Est in Museo nostro argenteus. Consanguinitatem Galbæ cum Livia Augusta nummus iste prædicat. Neque enim alios, quam consanguineos in nummis Augustorum & Cæsarum videas: ut intelligere est ex nummis Caji principis, Claudii, & Neronis. Itaque quantumvis artifices Romanæ historiæ occasione hujus nummi fingant, Liviæ opera Galbam ad aulam pervenisse; cave tu existimes ob id nummum a Galba percussum, cum Liviæ Augustæ nomine. Cum Livia jungitur in hoc numismate, qui fuit Livius, & Liviæ abnepos ipse Galba.

Vitellii: A. VITELLIVS GERM. IMP. Capite laureato. .)(. L. VITELLIVS COS. III. CENSOR. Argenteus est in Thesauro Regio; cum L. Vitellii vultu. Jactat vicissim Vitellius Imp. cognationem suam, & L. Vitellii patrui sui erga Rempub. merita, cum tertio Consulatu; qui tunc summus honos in Republica fuit. Sub Claudio Censorem fuisse eum, ex Plinio colligimus, libro XV. sect. XXI.

Ejusdem: A. VITELLIVS GERM. IMP. AVG. TR. P. Capite laureato. .)(. PONT. MAX. Pietas sedet cum hasta & patera. Argenteus est, in Museo nostro.

Othonis: IMP. OTHO CAESAR AVG. TR. P. Capite nudo. .)(. PONT. MAX. Dea stat, dextra spicas, læva Cornucopiæ gerit. Ibidem, argenteus. Alius in gaza Regia, Othonis capite laureato: in postica parte, PONT. MAX. Ipse est in equo paludatus. Cui vero hæc tam indiscreta & tam sæpe hactenus obvia similitudo inscriptionum in nummis trium istorum Augustorum, non persuaserit omnes simul concorditer imperasse; hunc profecto oportet esse mirifice obstinatum.

Vitellii: A. VITELLIVS GERM. IMP. AVG. TR. P. Capite laureato. .)(. LIBERI IMP. GERMAN. *Liberi Imperatoris Germanici.* Capita duo nuda, juvenilia, adversa. Est argenteus, apud D. DE BOZE.

Numismata alia Galbæ Aug.

SER. SVLP. GALBA IMP. CAESAR AVG. P. M. TR. P. Capite laureato. .)(. SENATVS PIETATI AVGVSTI. Senator togatus, tenens ramum oleæ, coronat Imperatorem, qui dextra Victoriam, læva ramum lauri tenet. SC. Est ex ære magno, in Cimelio D. FOVCAVLT.

SVL. GALBA CAESAR AVG. Capite nudo. .)(. L. CAN. AGRIPPA IIVIR COR. *L. Caninio Agrippa Duumviro, Corinthi.* Victoria cum palma & corona. Edidit Seguinus, pag. 67.

Nummus eodem tempore cusus: ROMAE ET IMPE-

IMPERIO. Caput turritum. .)(. L. CAN. AGRIPPA IIVIR. COR. Ibidem, pag. 65.

SER. GALBA IMP. Ipse in equo cum hasta. .)(. GALLIA. Caput Galliæ, cum spicis duabus, ob fertilitatem regionis. Argenteus est in Museo nostro.

SER. GALBA IMP. AVG. Imp. in equo. .)(. TRES GALLIAE. Tria capita, cum spicis. Tres Galliæ appellabantur hoc ævo, Belgica, Celtica, & Aquitanica: neque in numerum hunc Narbonensis provincia veniebat. Cave tamen propterea existimes totas has provincias Romanis paruisse. Argenteus hic nummus est in Gaza Regia, delineatus a Tristano, tomo III. pag. 73.

GALBA IMP. Capite laureato. .)(. HISPANIA. Stans Dea hastam læva cum clypeo, dextra spicas gerit & papaver. Argenteus in Museo nostro.

SER. SVLPI. GALBA IMP. CAESAR. AVG. P. M. TR. P. Capite laureato. .)(. HISPANIA. CLVNIA SVL. Sedet Galba, tenens bacillum Imperatorium, ab Hispania stante, ac tenente sinistra Cornucopiæ, Victoriam accipit. Provincia qualibet in Nummis stante, sedet Augustus: sed Roma sedet, dum stat ipse. De Clunia, Sulpicia cognominata, vide Nummos Populorum & Urbium. Est hic nummus ex ære magno, in Cimelio D. FOVCAVLT.

GALBA IMPERATOR. Capite laureato. .)(. CONCORDIA PROVINCIARUM. Dea stans, dextra ramum gerit, læva Cornucopiæ. Concordia scilicet, quæ comes Ubertatis est. Aureus est e gaza Regia; argenteus apud P. CHAMILLART, cum epigraphe, SER. GALBA IMPERATOR.

SER. GALBA IMP. AVG. Capite laureato. .)(. QVADRAGENS. REMISSAE. SC. *Quadragesimæ remissæ.* Galli dicerent, *la Remise du quarantiéme denier.* Arcus triumphalis, cui equites impositi. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT. In alio ibidem, & apud Angeloni, pag. 67. R. XL. eodem sensu. Tacitus lib. XIII cap. LI. in hoc nummo legit, NERO CAESAR IMP. AVG. & Neroni hoc tribuit.

GALBA IMPERATOR. Capite laureato. .)(. REST. NVM. *Restituta Numantia.* Vide Nummos Populorum & Urbium.

Anno Christi 69. V. C. 822.

Galbæ, Vitellii, & Othonis, 2.

ΑΥΤ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. ΣΕΡΟΥ. ΓΑΛΒΑ. Capite laureato. L. B. *Anno secundo.* .)(. ΕΛΕΥΘΕΡΙΑ. *Libertas.* Est ex ære mediocri, in Cimelio D. BEGON. Ex argento mixto, in Thesauro Regio.

ΣΕΡΟΥ. ΣΟΥΛΠ. ΓΑΛΒΑ ΑΥΤΟ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. Capite laureato. .)(. Caput Isidis, cum loto in vertice. .)(. L. B. *Anno secundo.* Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT, & in Thesauro Mauroceni, pag. 113. Annus iste secundus, Græco more, ab autumno incipit anni hujus.

Vitellius sua parum sorte contentus, Romæ per suos rebellat: metuens ne Galbæ vel alteri præ se deferretur imperium. Nam erat etiam Galba Agrippinæ & Germanici filia, Cæsaris Augusti pronepte genitus, æque ac Vitellius. Vitelliani igitur Romæ Capitolium incendunt: quam ob causam factus ipse postea perduellionis reus, damnatus est a Senatu. Plinius, libro XXXIV. sect. XVII. & libro XXXV. sect. XLVI. Id vero contigit anno Christi 73. ut videtur. At hoc anno 69. gesta sunt fortassis Bebriacensia bella civilia in Italia, quorum meminit Plinius, libro X. sect. LXIX.

Numismata Clodii Macrini & Cæcilii Cornuti.

Africam continuit interim Clodius Macrinus, cum legione tertia Augusta; teste hoc nummo argenteo e Gaza Regia:

C. CLOD. MACRI. LIBERĀ. *C. Clodius Macrinus. Libertas.* Caput Africæ, tectum elephantina pelle, ex qua proboscis cum dentibus eminet. Infra, S C. .)(. LEG. III. AVG. Aquila legionaria inter duo signa cohortium. Ex hoc nummo præclaro, intelligere est: 1° summam rerum penes Senatum fuisse, Nerone amoto. 2°. Ex Senatusconsulto Clodium Macrinum tenuisse Africam, cum una ibi legione. 3° hunc honorem Clodio Macrino a provincia Romana Narbonensi habitum fuisse, ut ejus nomine, etsi non vultu insculpto, nummi argentei signarentur. 4° Maximam fuisse proinde concordiam ducum toto orbe Romano; cum omnes mirifice ex Senatus nutu penderent. 5° Longe abfuisse ut Galba Macrinum occidi præciperet; quem Senatus, a quo ipse promotus fuerat, præesse legioni in Africa jussisset; neque quidquam ibi turbasse Macrinum, quem nummi testantur, pulso Nerone. Libertatem nunciasse Senatus nomine, & ex SC ibi rem gessisse Unde Tristanus tomo I. pag. 147. de hisce litteris SC in isto nummo sic ratiocinatur: *Or cette marque de SC semble vouloir apprendre, que la médaille avoit été frappée par autorité du Senat. Ce qu'étant, il faut conjecturer de la, qu'il avoit du credit a Rome plus que les Auteurs n'en ont remarqué.* 6° Non *Macrum* in nummo legi oportere, sed *Macrinum:* quamvis Tacitus *Macri* positum esse in eo putarit in gignendi casu, a recto *Macer*, libro I. hist. num. 7. scripseritque propterea, libro 2. num. XCVII. *Clodius Macer in Africa turbans.* At in gignendi casu nomen scribi, mos saltem illius ævi non ferret. Sic in nummo isto argenteo, e Museo nostro, & apud Occonem pag. 18. aureo: LENTVLVS SPINT. Lituus & urceolus. .)(. C. CASSI. IMP. LEIBERTAS. Caput Libertatis: & in alio apud Occonem, ibidem: BRVT. IMP. .)(. C. CASSI. IMP. LEIBERTAS. Caput Libertatis: non est legendum, *C. Cassii* in gignendi casu, sed *C. Cassius:* quemadmodum in alio apud Patinum, in famil. pag. 67. integre scribitur, Q. CASSIVS. LIBERT. Et apud eumdem, pag. 7. PAVLLVS LEPIDVS. CONCORDIA. Et apud Occonem, pag. 24. P. SEPVLLIVS MACER. CONCORDIA. Qui tamen ibidem, etiam P. SEPVLLI. MACER scribitur; ubi *Sepullius* certe, non *Sepullii* legi oportet. Genitivus (ut appellant) casus, & raro admodum ponitur; neque umquam certe, nisi ubi subintelligitur *effigies*; quoniam ipsa illius imago cernitur, cujus est & superscriptio. Sic DIVI IVLI legas, ubi est imago Julii. Apud Occonem, pag. 19. LIBERTATIS, ubi est caput Libertatis. SALVTIS, apud Patin. in famil. pag. 3. ubi est caput Salutis. Ergo *Macrinus* hic pariter legi necesse est, non in gignendi casu *Macri:* cum non imago Macri ibi, sed Africæ sit. Et ex illo Macrino fuisse videtur Imp. Macrinus, pater Diadumeniani. Apud Plinium, libro XI. sect. XC. *Macrinus* cognomen viri cujusdam Prætorii est. *Libertatem* vero in hoc nummo Macrinus prædicat jussu Senatus in Africa, quemadmodum alii in aliis provinciis eodem tempore. Sic enim in Galba legas, LIBERTAS PVBLICA, & LIBERTAS RESTITVTA: in Vitellio, LIBERTAS RESTITVTA: in Galba & Othone, ΕΛΕΥΘΕΡΙΑ.

L. CLODI. MACRI. SC. Libertas stolata stans, dextra pileum, sinistra pateram tenet. .)(. LIB. LEG. I MACRIANA. Aquila inter duo

duo signa cohortium. Hunc nummum Occo pag. 136. suum dicit esse ex argento, eumdemque elegantissimum. At elegantia illa ipsa nummum suspectum reddit. Primum, ob prænomen L pro C. 2° ob nomen CLODI. pro CLOD. cum littera I superflua sit: sed adjecta est ab his, qui & CLODI & MACRI credi voluerunt esse casus genitivos. 3° ob Libertatis effigiem, in altera nummi superficie positam, quam quæ habet nomen LIB. 4° ob cognomen Legionis Macrianæ, & quidem LEG. I. MACRIANÆ: cum de nomine hominum privatorum legio nulla nomen, nedum plures, assumerent. 5° quoniam Libertas in nummis nusquam, opinor, pateram tenet; sed cum pileo quem dextra gerit, lævam habet extentam ac solutam.

L. CLODIVS MACER. SC. Capite nudo.)(. PROPRAE AFRICAE. Triremis. Apud Patinum, pag. 124. Est ille nummus, ut eruditi consentiunt, novæ fabricæ, ævo Leonis X. Papæ conflatus, occasione eorum quæ de Clodio Macro Tacitus fabulatur, libro 1. hist. cap. LXXIII. Multos similes adulterinos ætas illa conflavit, quibus decepti sunt plurimi. Hunc vidimus apud P. JOBERT.

Eodem tempore, ut Africa Macrino, sic Paphlagonia commissa Cæcilio Cornuto est. Nam hoc tempore cusus hic nummus est, quem affert D. Vaillant, in familia Cæcilia, ex ære magno, num. 41. Caput galeatum. ΑΜΙΣΟΥ. Quæ civitas est Paphlagoniæ, appellata Pompeiopolis, a Pompeio: sed quæ his temporibus non auderet se Pompeiopolim appellare.)(. ΕΠΙ ΓΑΙΟΥ ΚΑΙΚΙΛΙΟΥ ΚΟΡΝΟΥΤΟΥ. Roma sedet super clypeos: dextra tenet orbem Romanum, cui Victoria imposita coronam ei porrigit. Infra, ΡΩΜΗ: ut in nummis Galbæ & Othonis. Soli tunc Romæ parebat Amisus, hoc est, soli Senatui, *sub C. Cæcilio Cornuto*: ut Africa, sub Macrino. Falso ponitur Cornutus sub Tiberio, a Tacito, libro IV. Annal. num. XXVII.

Reliqua ad hunc annum pertinentia.

In tribus successoribus Neronis, inquit Scaliger, libro V. de Emend. Temp. pag. 472. *nihil certi notare possis. Omnia tenebricosa.* Sane, si libros sequare, non si nummos veteres. Fabulas de rebus gestis hoc toto tempore conscripserunt etiam carmine, ne prosa non satis esset.

Nerone sub finem anni superioris occiso, reliquum etiam Orientem Otho obtinuit. Itaque hoc anno ipso ineunte nummi ipsius nomine multi cuduntur Antiochiæ, hac fere forma:

IMP. M. OTO CAES. AVG. capite laureato.)(. In corona laurea; SC. Est hic in Museo P. JOBERT. De hac forma nummorum Antiochenorum, vide librum De Nummis Populorum & Urbium.

Fuisse Galbam & Othonem inter bonos Principes adnumeratos, argumento est, quod postea in Titi laudibus positum est, Galbam & Othonem fuisse ab eo restitutos. Vide Dissertationem de Nummis inscriptis hac voce REST. sive RESTITVIT.

MVMMIA ACHAIA. Caput muliebre velatum. Nummus adulterinus, cujus videndi copiam nobis fecit D. Abbas FAVVEL: qui peritus ipse æstimator spurium esse novit. Ex Suetonii fabulis confingendi nummi illius accepta occasio est: quoniam ille matrem Othonis finxit fuisse.

Risum præbent ipsis etiam pueris ii, qui ne errasse Romanæ historiæ artifices fateantur, aiunt Alexandrinos, Galbæ Augusti menses duos priores in suis nummis pro anno ejus primo computasse: tertio deinde mense, quoniam is primus esset anni ipsorum, annum Galbæ secundum posuisse; eodemque more usos esse in nummis Hadriani.

Consulatum Galbæ hoc anno Fasti adscribunt, nummis omnino silentibus; quem honoris titulum: siquidem hunc ille gessisset, non fuisse pro more illius ævi prætermittendum in nummis, periti norunt. Nummis duobus Arschotanis, in quibus COS. II. Galba dicitur, fidem adjungere eruditi viri verentur; quod in Cimeliis hujus civitatis, totiusque reliqui orbis, hujusmodi nulli apparent. . . . . . .

Die Sabbati, IX. Maji, MDCXCIX.

Anno Christi 70. V. C. 823. *Vespasiani* I.

Natali Urbis defertur imperium Fl. Vespasiano Cæsari, & Pontificatus Max. & Tribunicia Potestas, & titulus P. P. Jam Consulatus secundus delatus eidem Kal. Januariis fuerat. Erat ille pronepos Cæsaris Augusti materno genere, ut ex stemmate apparet gentis Cæsarum a Julio Dictatore usque ad Titum, quod tertia ad te data epistola jamdudum exaravi.

Deficiente nimirum stirpe primogenita Juliæ Augusti filiæ, sive Agrippinæ neptis Augusti, quæ primogenita Juliæ fuit; devolutum imperium est ad posteros secundo genitæ, quæ fuit Julia neptis Augusti; ac propterea ad Fl. Vespasianum filium ejus, Augusti pronepotem. Hinc Titus, posito suo prænomine, prius semper Cæsar, quam Vespasianus, est: quoniam nobilius esset familiæ Cæsaris cognomen, quam Vespasiæ. Et Titi filia, de nomine proaviæ suæ, IVLIA est appellata; quoniam illud proprium nomen fuit feminæ in familia Cæsarum primariæ nascendi ordine. Nunc Vespasiani nummos, ac liberorum ejus, Titi & Domitiani, contemplemur.

IMP. CAES. VESP. AVG. Capite laureato.)(. SC. in corona laurea. Ex ære mediocri, in Museo P. CHAMILLART. Prius *Imp. Cæsar*, quam *Vespasianus*. Est enim *Imp. Cæsar*, ex matre. Vespasianus, ex prima conjuge.

IMP. CAES. VESP. AVG. P. M. Capite laureato.)(. TRI. POT. *Tribunicia potestate.* Sedet ipse, dextra tenens capedunculam. Est argenteus, in Museo nostro.

CAES. VESP. AVG. Capite laureato.)(. AVGVR TRIB. POT. Instrumenta auguralia & Pontificalia. Ibidem, argenteus.

IMP. CAES. VESP. AVG. Capite laureato.)(. In corona laurea, AVG. *Augur.* Ibidem, argenteus. Simul creatus est Augur, atque Augustus est salutatus.

Vespasiani aureus, in Cimelio Colbertino.)(. IMP. V. P. P. COS. II. DESIG. III. Roma galeata sedet, Victoriam porrigit stanti Augusto togato, & dextra hastam gerenti.

CAES. VESPASIANVS AVG. Capite laureato.)(. COS. ITE. TR. POT. *Consul iterum, Tribunicia Potestate.* Dea sedens, dextra ramum oleæ, læva caduceum tenet. Aureus est, apud P. CHAMILLART.

IMP. CAESAR VESPASIANVS AVG. Capite laureato.)(. COS. ITER. FORT. RED. *Fortuna redux.* Fortuna, sive Annona stans, læva Cornucopiæ gerit, dextra proram navis ostendit. E Museo nostro argenteus.

Eadem inscriptio.)(. COS. ITER. TR. POT. Mars gradiens, cum hasta & spoliis. Argenteus ibidem.

Caput Vespasiani laureatum, detrita epigraphe. L. A. *Anno primo*; qui more Græco init mense Septembri.)(. ΕΙΡΗΝΗ. *Pax.* Caput Pacis; retro, caduceus. Nummus Alexandriæ cusus; est in Museo nostro. Nullus igitur ibi tumultus fuit: neque sedandi illius causa necesse fuit Vespasianum eo se conferre.

IMP. CAES. VESPASIANVS AVG. Capite laureato.)(. LIBERI IMP. AVG. VESP. Titus & Domitianus stant velati, ut Pontifices: dextra pateram tenent. Argenteus est in Museo nostro.

Eadem

Eadem inscriptio. .)(. TITVS ET DOMIT. CAESARES PRINC. IVVENT. Ambo in equis decurrunt. Argenteus, ibidem. In alio e Museo P. Chamillart, ambo sedent in sella curuli, ac ramum oleæ dextra tenent.

Plinius, libro 2. sect. v. *Deus est mortali juvare mortalem: & hæc ad æternam gloriam via. Hac proceres iere Romani; hac nunc cælesti passu cum LIBERIS suis vadit maximus omnis ævi rector VESPASIANVS AVGVSTVS, fessis rebus subveniens.* Idem *universæ Hispaniæ jactatus procellis Reipublicæ Latii jus tribuit.* Plinius, libro III. sect. IV.

De nummis ΓΑΖΑ. L. ΡΑΒ. & ΓΑΔΑΡΑ. ΒΑΡ. Vespasiani nomine ac vultu inscriptis, cusisque ante Septembrem hujus anni. Vide librum de Nummis Populorum & Urbium.

Tito defertur etiam titulus Imperatoris ob bellum Judaicum, quod hoc anno exeunte confecit. *Fuere Hierosolyma*, inquit Plinius, libro v. sect. xv. *longe clarissima urbium Orientis, non Judææ modo.* Et postea: *Engadda oppidum fuit, secundum ab Hierosolymis fertilitate, palmetorumque nemoribus: nunc ALTERVM BVSTVM.*

Anno Christi 71. V. C. 824. *Vespasiani* 2.

Kal. Januariis Vespasiano Consulatus tertium, Tito primum datur: Domitiano designatur. Natali Urbis Tribunicia Potestas Tito defertur.

IMP. CAES. VESPAS. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. III. Capite laureato. .)(. In corona quercea, SPQR OB CIVES SERVATOS, nimirum a vexationibus Judæorum. SC. Ex ære magno, in Cimelio D. Foucault.

Eadem inscriptio. .)(. FIDES EXERCITVVM. Duæ manus junctæ tenent signum legionis. SC. Ibidem, ex ære magno.

Eadem inscriptio. .)(. VICTORIA AVGVSTI. SC. Victoria scribit in clypeo palmæ arbori applicato, OB CIV. SER. contra rebellantes Judæos. Est ibidem, ex ære magno. In Museo nostro similis huic Victoriam exhibet in clypeo scribentem, SPQR. clypeum scilicet votivum Vespasiano obtulit, ob victoriam.

Eadem inscriptio. .)(. VICTORIA AVGVSTI. SC. Victoria & Imp. stans cum hasta, tenent orbem Romanum, cui imposita rursum Victoria est. Est ex ære magno, apud D. Foucault.

Eadem inscriptio. .)(. HONOS ET VIRTVS. SC. Ut in Galba & Vitellio. Ibidem ex ære magno.

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. COS. III. Capite laureato. .)(. VICTORIA NAVALIS. SC. Victoria gradiens cum palma & corona. Judæos terra marique Vespasianus cum Tito vicisse, hoc nummo dicitur. Est ex ære mediocri, in Museo P. Chamillart.

IMP. VESPASIANVS AVG. P. M. TR. P. COS. Capite laureato. .)(. SC. Imperator stat ante palmam arborem: captivus ad imam arborem sedet. Est ex ære maximo, sed suspectus. Certe, si est sincerus, cusum fuisse oportet hoc Consulatu Vespasiani tertio: tametsi in eo Consulatuum numerus non adscribitur.

Eadem inscriptio. .)(. CONCORDIA EXERCITVVM. Duæ manus junctæ tenent signum militare. Apud D. Vaillant.

IMP. CAES. VESPASIANVS AVG. Capite laureato. .)(. CONSENSVS EXERCIT. Duo Tribuni dextras jungunt, læva hastam gerunt. Aureus est & argenteus in Gaza Regia.

IMP. CAES. VESP. AVG. P. M. .)(. NEP. RED. *Neptuno reduci.* Vespasiano reduci ex Oriente. Neptunus dextro pede calcat orbem, dextra proram tenet, hastam læva. Aureus, apud Mediob. pag. 109.

T. CAESAR VESP. PONT. TR. POT. Capite laureato. .)(. NEP. RED ut proxime. Et hunc affert Mediobarbus e Museo suo, pag. 110.

IMP. CAES. VESPAS. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. III. Capite laureato. .)(. IVDAEA CAPTA. SC. Captivus ad palmam arborem stat manibus post terga vinctis. Judæa ipsa eidem arbori apposita sedet lugens. Est ex ære magno, in Museo nostro. In alio ex argento, apud D. de Boze, legitur IVDAEA DEVICTA.

IMP. CAESAR VESPASIANVS AVG. Capite laureato. .)(. IVDAEA. Trophæum, cujus ad pedes sed captivus. Aureus est, e Museo nostro.

IMP. CAESAR VESPASIANVS AVG. TR. P. Capite laureato. .)(. TRIVMP. AVG. *Triumphus Augusti.* Imp. curru triumphali vehitur, balsami ramum dextra tenet, Judææ devictæ symbolum: idem a Victoria coronatur. Aureus est in Thesauro Regio.

IMP. CAES. VESPAS. AVG. TR. P. COS. III. Capite laureato. .)(. In medio nummo, VIC. AVG. *Victoria Augusti.* Victoria orbi Romano insistens, coronam dextra gerit, læva palmam. Argenteus, in Museo nostro.

ΑΥΤΟΚΡ. ΤΙΤΟΣ ΚΑΙΣΑΡ. Capite laureato. .)(. ΙΟΥΔΑΙΑΣ ΕΑΛΩΚΥΙΑΣ. *Judæa capta.* Victoria scribit in clypeo palmæ arbori applicato. Nummus est ex ære mediocri, egregiæ formæ, in Cimelio D. Foucault. Jam Titus est in Judæa Αὐτοκράτωρ.

IMP. CAES. VESPAS. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. III. .)(. In corona quercea: SPQR. ADSERTORI LIBERTATIS PVBLICAE. Ex ære magno, in Museo nostro: ubi & alter inscriptus, LIBERTAS PVBLICA, cum typo Libertatis. SC.

Eadem inscriptio. .)(. ROMA RESVRGES. Imperator togatus, cum Tribuno galeato, Romam procidentem in genu sublevat. Est ex ære magno, ibidem.

Eadem inscriptio. .)(. PAX AVG. Dextra facem tenet, qua comburit arma. Retro, columna, cui statua Vespasiani imposita. Est ex ære magno, ibidem.

IMP. CAESAR VESPAS. AVG. COS. III. TR. P. P. P. Capite laureato. .)(. PACI ORBIS TERR. AVG. Caput Pacis. Infra, EPE. *Paci orbis terrarum Augustæ*, vel *Augustus*, *effigiem Pacis erexit.* Est argenteus in Museo nostro. Similis ille Augusti, ibidem, ex ære minimo: TVRPILIANVS IIIVIR. Caput Pietatis. Infra, EPE *Effigiem Pietatis erexit.* Templum Pacis a Vespasiano erectum fuisse referunt Suetonius, cap. IX. aliique: nummi, effigiem Pacis, aram & trophæum dumtaxat. *Effigies* perbene Latine pro statua dicitur. Plinius, libro XXII. sect. XX. *Hic est vernula, cujus EFFIGIES EX ÆRE fusa est.* Et libro XXXVII. sect. XXXVII. *Magnitudinem jaspidis quindecim unciarum vidimus: formatamque inde EFFIGIEM Neronis thoracatam.* Et libro XXXIV. sect. IX. de arte statuaria: *Transiit deinde ars ubique vulgo ad EFFIGIES Deorum. Romæ simulacrum ex ære factum Cereri*, &c. Nummum hunc, qualem exhibemus, similem ei esse existimamus, in quo Patinus ex Thesauro Mauroceni, pag. 22. perperam legit EPH pro EPE. Etiam in suo legit EPE D. Vaillant, & Occo in suo, pag. 150.

Alium Vespasiani nummum inter Arschotanos memini me legere, inscriptum, ARA PAC. *Ara Pacis:* in quo ara cum simpulo, & SC. Huic similem sub Nerone habet Angeloni, pag. 61. qualem nos ad annum 67. tibi exhibuimus.

IMP. CAES. VESPASIANVS AVG. Capite laureato. .)(. PACI ORB. PERP. ACET. Argenteus, in Cimelio quondam Colbertino, teste Spanhemio, pag. 80. qui interpretatur, *Paci perpetuæ*

tua ac aeterna: Monetariumque arguit inscitiæ, qui *eterna* scripserit pro *aeternæ*. Verum nec ætas ulla, opinor, in nummis AC posuit pro ET: necdum illa certe in usum receperat, quod subsecuta longe postea tempora usurparunt, sub Gallieno, Probo, & Constantinis, ut AE pro E ac vice versa, nullo discrimine scriberent: & frigida illa denique ταυτολογία est, *Perpetuæ ac aeternæ;* a qua nummi abhorrent. Donec autem nobis exploratum sit, quæ sit huic aversæ nummi paginæ insculpta effigies, accipe interim interpretationem conjectationemque nostram: atque ex ea disce, similibusque innumeris aliis, in nummis plurima contineri, quæ scriptores Romanæ historiæ prætermerint. *Imp. Cæsar Vespasianus Augustus, Paci Orbis terrarum perpetuum ante castra erexit trophæum.* Plinius libro III. sect. IX. *castra Prætoria* in Urbe commemorat: ante ea trophæum Paci Vespasianus dicitur collocasse: nossent ut ipsi Prætoriani milites, sibi a bellis deinceps fore quietem; pace perpetua regnante. Quod si forte sic malis, lege, *Paci orbis terrarum perpetuæ* &c.

IMP. CAES. VESPASIANVS AVG. PONT. MAX. TR. POT. II. IMP. VI. P. P. COS. III. DES. IIII. Citatur a Lipsio, in librum 2. hist. Taciti.

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. COS. III. Capite laureato.)(. CONCORDIA AVG. SC. Concordia Augusti cum Senatu & Populo Romano. Est ex ære mediocri, in Cimelio P. Chamillart.

IMP. CAES. VESPASIANVS AVG. COS. III. Capite radiato.)(. TVTELA AVGVSTI. Vespasianus sedens ambos filios suos stantes, alterum altera manu tenet. Tutatorem orbis Romani Vespasianum esse cum liberis hic nummus significat. Huc Plinii verba refer, quæ ad superiorem annum descripsi. Est hic nummus ex ære mediocri, in Cimelio D. Foucault.

Eadem inscriptio.)(. CAESAR AVG. F. COS. CAESAR AVG. F. PR. Hoc est, Titus *Consul*, Domitianus *Prætor:* Capita duo adversa, nuda. Argenteus est, in Cimelio D. de Boze.

Eadem inscriptio.)(. CAESAR AVG. F. COS. CAES. AVG. F. Capita adversa Titi & Domitiani. Argenteus est in Museo P. Chamillart.

IMP. VESP. AVG. P. M. TR. P. Capite laureato.)(. ANTIOCHIA. Caput turritum. Est ex ære minimo, in Cimelio D. Foucault.

T. CAES. IMP. TR. POT. Capite laureato.)(. ANTIOCHIA. Caput turritum. Apud Patin. pag. 150. ex ære minimo. Antiochia hæc Pisidiæ est.

T. CAES. IMP. PONT. TR. POT. Capite laureato.)(. Ipse togatus in equo, dextra elata, tenet bacillum Imperatorium: sine epigraphe. Argenteus est.

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. III. Capite laureato.)(. IMP. AVG. F. COS. DES. IT. Titus est, qui & *Imperator*, & *Consul designatus iterum.* CAESAR AVG. F. COS. DES. Domitianus *Consul designatus.* Ambo paludati, dextra hastam, bacillum Imperatorium læva gerunt, quia Principes Juventutis. Est ex ære magno, in Museo nostro.

Balsami arbuscula ex Judæa hoc anno Romam delata. Plinius, libro XII. sect. XXV.

ΑΥΤΟΚ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΣ. L. B. *Anno secundo*, qui ab autumno incipit. Caput Vespasiani laureatum.)(. ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ. Genius Africæ, sive Ægypti, stat. Est ex ære mediocri, in Museo nostro.

De Nummo ΑΣΚΑΛΩ. ΡΟΕ. sive de ære Ascalonis, vide Chronologiam Veteris Testamenti, ac Nummos Populorum & Urbium.

Anno Christi 72. V. C. 825. Vespasiani 3.

Kal. Januariis Consulatus quartum Vespasiano; iterum Tito defertur. Plinius, libro 2. sect. 10. *Imperatoribus Vespasianis, patre quartum, & filio iterum Consulibus.* Ambo Censores instituuntur. Natali Urbis fortassis Vespasiano Consulatu cedenti Domitianus subrogatur, & Consul iterum designatur.

Vespasiani caput laureatum.)(. T. VESP. IMP. COS. ITER. D. CAESAR AVG. F. COS. DESIG. Capita Titi & Domitiani adversa. Cusus hic nummus est ante Natalem Urbis. Apud D. Vaillant, perverso titulorum ordine legitur, IMP. T. VESP. pro T. VESP. IMP.

IMP. CAES. VESPASIANVS AVG.)(. IOVIS CVSTOS. Juppiter stat ante aram, cum hasta & patera. Ibi Jovis est in recto casu. Argenteus est hic nummus, apud P. Chamillart.

T. CAES. IMP. VESPASIANVS.)(. IOVIS CVSTOS. Ut in priore. Argenteus, ibidem.

IMP. CAES. VESP. AVG. P. M. COS. IIII. Capite laureato.)(. VICTORIA AVGVSTI. Victoria cum palma & corona: ante eam signum militare. Argenteus, in Museo nostro.

T. CAES. VESPASIAN. IMP. PON. TR. POT. COS. II. Capite laureato.)(. VICTORIA AVGVSTI. SC. Victoria scribit in clypeo, palmæ arbori applicato, res gestas a Tito. Ex ære magno, ibidem.

ΟΥΕΣΠΑΣ. . . . ΣΕΒΑΣ. Capite laureato.)(. Caput Victoriæ alatum, ut in nummis etiam Cæsaris Dictatoris. L. Γ. *Anno tertio*, qui autumno incipit anni hujus. Est ex ære magno, in Cimelio D. Foucault.

IMP. CAES. VESPASIANVS AVG. P. M. COS. IIII. Capite laureato.)(. AVGVR TR. POT. Instrumenta Pontificalia & Auguralia. Argenteus est, e Museo P. Chamillart.

IMP. CAES. VESP. AVG. P. M. COS. IIII. CEN. Capite laureato.)(. FIDES PVBL. Dexteræ duæ junctæ, cum spicis, papaveribus, & caduceo. Argenteus, in Museo nostro.

IMP. . . . . Caput Vespasiani laureatum.)(. CAESAR DOMITIANO COS. DES. IT. *Cæsar Domitianus Consul designatus iterum.* Ipse decurrit in equo, dextra elata. S C. Est ex ære magno, apud P. Chamillart. Adnotatu digna est littera O pro VS.

T. CAES. VESPASIAN. IMP. PON. TR. POT. COS. II. Capite laureato.)(. CAESAR. DOMITIANVS. COS. DES. II. SC. Ipse in equo cum hasta. Ex ære magno, in Museo nostro. Cusus post diem Natalem Urbis.

Eadem inscriptio.)(. SC. Mars gradiens cum hasta & spoliis. Ex ære magno, ibidem.

T. CAES. VESP. IMP. PONT. TR. POT. COS. II. CENS. Capite laureato.)(. ROMA. Stat Dea galeata, hastam læva, dextra Victoriam tenet. SC. Jam Censor Titus, necdum Augustus. Ex ære magno, ibidem.

TI. CAES. VESPASIAN. IMP. PONT. TR. P. COS. II. Capite laureato.)(. CONGIAR. PRIMVM P. R. DAT. Titus in suggesto sedens dat congiarium: & dum *primum* dicitur, spes secundi datur. Est ex ære magno in Cimelio D. Foucault.

T. CAES. IMP. PON. TR. P. COS. II. Capite laureato.)(. VICTORIA NAVALIS. SC. Victoria coronam ostentat, & palmam gerit: proræ navis insistit. Apud Patin. pag. 148.

T. CAES. VESPASIANVS IMP. III. PONT. TR. POT. II. COS. II. Capite laureato.

reato. .)(. S C. Titus in quadrigis, dextra ramum lauri vel balsami tenet; læva scipionem Consularem gerit, cujus in apice Aquila Romana est. Est ex ære magno, apud D. de Lamoignon.

T. CAES. IMP. PON. TR. P. COS. II. CENS. Capite laureato. .)(. CONCORDIA. AVGVSTI. Vespasiani nimirum, cum Senatu Populoque Romano. SC. Dea concordia dextra pateram, læva Cornucopiæ tenet. Est ex ære mediocri, in Museo nostro.

T. CAES. VESPASIAN. IMP. PONT. TR. POT. COS. II. .)(. CONG. TER. P. R. IMP. MAX. DAT. SC. Titus in suggesto sedens, Pallade stante, (vel Dea potius Liberalitate, ut in nummis similis argumenti,) dat congiarium. Ante suggestum, cive in alterius sinum largiter effundente. Exquisitissimus, integerrimusque nummus Musei Moscardi, inquit Mediobarbus, pag. 121. Tu sic mecum interpretare: *Congiarium tertium Populo Romano impensis maximis datum.*

CAES. DOMIT CONS. .)(. SC. in corona laurea. Mediobarbus, ex Indice Cavotorta, pag. 128.

CAES. AVG. F. DOMITIANVS COS. DES. II. Capite laureato. .)(. Cæsar cum scipione Consulari, in curru triumphali juncto quadrigis SC. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. Foucault.

De nummo & æra Gadarensium, ΓΑΔΑΡΑ. L. ΕΑΡ. *Anno* cxxxv. vide Chronologiam Veteris Testamenti, ac Nummos Populorum & Urbium.

Anno Christi 73. V. C. 826. *Vespasiani* 4.

Kal. Januariis Titus III. Consul creatur, Domitianus iterum.

Mœnia urbis Romæ *collegere ambitu, Imperatoribus Censoribusque Vespasianis, anno conditæ* DCCCXXVI. *passuum* XIII. M. CC. Plinius, libro III. Vespasiani duo tantum, Vespasianus pater, & Titus. Neque enim Domitianus *Vespasianus* fuit: hoc est, non a matre cognomen, sed ab uxore habuit.

T. CAES. IMP. PONT. .)(. TR. POT. COS. III. CENS. SC. Geminum Cornucopiæ medio caduceo. Mediobarbus e Museo suo, pag. 122.

Domitiani nummus. .)(. CONG. II. COS. II. In Cimelio reginæ Christinæ.

CAESAR AVG. F. DOMITIANVS COS II. Capite laureato. .)(. VICTORIA AVGVST. S C. Victoria proræ navis insistit, cum palma & corona. Est ex ære mediocri, in Museo nostro.

T. CAES. IMP. TR. P. Capite laureato. .)(. ANTIOCHIA. Caput turritum ac velatum. Antiochia hæc Pisidiæ est.

CAESAR DOMIT. COS. II. Capite laureato. .)(. ANTIOCHIA. Caput turritum ac velatum, ut proxime.

IMP. CAES. VESP. AVG. P. M. TR. P. COS. IIII. CENS. Capite laureato. .)(. MVNIC. STOBENS. *Stobensium*; de quo vide Nummos Populorum & Urbium. Est hic apud Patin. pag. 142.

Anno Christi 74. V. C. 827. *Vespasiani* 5.

Kal. Januariis, Vespasiano Consulatus quintum decernitur, Domitiano tertium.

IMP. CAES. VESP. AVG. COS. V. CENS. Capite laureato. .)(. AEQVITAS AVGVST. S C. Dea stat cum hasta, & libra. Ex ære mediocri, in Museo nostro.

IMP. CAES. VESPASIANVS AVG. P. M. TR. P. COS. V. Capite laureato. .)(. FORTVNAE REDVCI. Stat cum temone & Cornucopiæ Fortuna, quæ & Annona. S C. Ex ære magno, ibidem.

IMP. CAES. VESPASIANVS AVG. Capite laureato. .)(. PON. MAX. TR. P. COS. V. Caduceus alatus. Nummus ibidem argenteus.

IMP. VESPASIANVS AVG. Temo orbi Romano impositus. .)(. P. M. TR. P. P. P. COS. V. S C. Caduceus alatus. Ex ære minimo, ibidem.

ΑΥ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑ. ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΣ. Capite laureato. .)(. L. E. *Anno quinto.* Imperatori stanti Victoria supervolitans coronam imponit. Est ex ære mediocri, apud P. Jobert, in Domo nostra Professa hujus Civitatis.

ΑΥΤ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑΣΤ..... Caput Vespasiani laureatum. .)(. Caput Serapidis. L. E. *Anno quinto*, qui autumno incipit anni hujus. Ex ære mediocri, in Cimelio D. Foucault.

CAESAR AVG. F. DOMITIAN. COS. III. .)(. SC. Spei typus. Apud Mediobarbum, pag. 129. e Museo ipsius.

CAES. AVG. F. DOMIT. COS. III. Capite laureato. .)(. PRINCEPS IVVENTVTIS. Dea spes florem dextra tenet. Aureus est, apud D. de Boze.

Numisma Vespasiani junioris.



ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΣ ΝΕΩΤΕΡΟΣ. *Vespasianus junior.* Caput juvenile nudum, annorum quindecim. .)(. CΜΥΡΝΑΙΩΝ. Nummus *Smyrnæorum*. Victoria palmam sinistra gerit, dextra coronam ostentat. Est ex ære minimo nummus singularis, Vesontione, unde ad nos ejus formam transmisit P. Billerez e Societate nostra. In nummis nemo *junior* dicitur, nisi comparate ad seniorem cognominem, etiam tunc viventem. Est hic igitur Vespasiani filius, sed ex secunda conjuge Domitilla. Ex eo Flavii Constantini ducunt originem; per annos fere ducentos a principatu semoti, quoniam successores Juliæ Titi filiæ, tamquam primogenitos, ipsosque propterea Antoninos, assumi ad imperium oportuit, quam Flavios ex Vespasiano juniore prognatos ad id munus adsciscí. Victoria in nummo picta, victoriam Vespasiani patris designat, quæ in Titi quoque & Domitiani nummis picta cernitur.

Anno Christi 75. V. C. 828. *Vespasiani* 6.

Kal. Januariis Consules creantur, Vespasianus VI. & Titus IIII.

IMP. CAESAR VESPASIANVS AVG. Capite laureato. .)(. PON. MAX. TR. P. COS. VI. Sedet ipse ramum oleæ tenens. Est in Museo nostro argenteus. In alio ibidem argenteo, Aquila Romana expansis alis cippo insistit. Hinc COS. inde VI.

T. CAES. VESP. AVG. P. M. TR. P. COS. IIII. CENS. .)(. VESTA. SC. Templum Vestæ, quatuor fultum columnis: in medio Vesta sedet. Mediobarbus hunc nummum profert e Museo suo, pag. 123. sed legendum haud dubie, T. CAES. VESP. AVG. F. IMP. TR. P. &c.

ΑΥΤ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑΣΤ..... Caput Vespasiani laureatum. .)(. Caput Serapidis. L. Ϛ. Anno sexto, qui incipit autumno hujus anni. Ex ære mediocri apud D. Foucault.

IMP. CAESARE VESPAS. VI. COS. CAES. AVG. F. IIII. MENSVRAE EXACTAE IN CAPITOLIO. P. X. In Romano congio polita hæc inscriptio est, & in Museo San-Genovefano. Sed neque est scriptura vetus: & CAES. AVG. F. cum dicitur in nummis familiæ hujus Flaviæ, Domitianus intelligitur, qui non fuit Consul IIII. cum patre VI. Et displicet poni VI. COS. pro COS. VI. tametsi sic interdum quidem, sed raro admodum in nummis occurrit. Denique non ad Consulum istud officium videtur pertinuisse, sed Censorum potius: cum tamen Censores hic non appellentur.

Anno Christi 76. V. C. 829. *Vespasiani* 7.

Kal. Januariis creantur Consules Vespasianus VII. & Titus V. Consulatu suo quinto Titus Imp. Cæsar præclarum carmen scripsit. Plinius, libro 2. sect. XXII.

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. Capite laureato. .)(. Aquila basi imposita. COS. VII. Argenteus, e Museo nostro.

IMP. CAES. VESP. AVG. P. M. TR. P. COS. VII. CENS. Capite laureato. .)(. VICTORIA NAVALIS. Victoria gradiens. Ex ære mediocri, apud D. FOVCAVLT.

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VII. Capite laureato. .)(. T. CAESAR VESPASIAN. IMP. IIII. PON. TR. P. II. COS. II. Capite laureato. Ex ære magno, ibidem, & in Museo nostro. Non est sententia nummi hujus, conjungi posse Consulatum VII. Vespasiani cum TR. POT. II. Titi, sed revocatur Vespasiano patri in memoriam lætitia illa, qua exsiliit, cum ob victoriam navalem anno illo TR. POT. II. Titus factus est IMP. IIII. Similem proferam Domitiani nummum anno 83. & alios rursus anno 88. & 90. ubi qui expedire hunc nodum non possunt Antiquarii, Monetarios erroris temere incusant.

T. CAES. IMP. COS. V. .)(. S C. Spei typus. Mediobarbus, pag. 123. e Museo suo.

T. CAES. VESPASIAN. IMP. PON. TR. POT. COS. V. Capite laureato. .)(. FORTVNAE REDVCI. Fortuna, sive Annona, dextra temonem regit, læva tenet Cornucopiæ. S C. Est ex ære magno, in Museo nostro.

ΑΥΤ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑΣΤ..... Caput Vespasiani laureatum .)(. Caput Serapidis. L. Z. *Anno septimo*, qui autumno anni hujus incipit. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT.

Anno Christi 77. V. C. 830. *Vespasiani* 8.

Kal. Januariis Consulatum VIII. init Vespasianus, Domitianus quartum. Plinius hoc anno absolvit historiam naturalem; ut intelligitur ex libro 2. sect. XXII. libro XIV. sect. V. & libro XXVIII. sect. 3.

IMP. CAESAR VESPASIANVS AVG. Capite laureato. .)(. Boves duo jugati. COS. VIII. Argenteus, e Museo nostro.

Caput Vespasiani laureatum. .)(. P. M. TR. POT. P. P. COS. VIII. CENS. Victoria taurum malleo ferit. Judæam perdomitam significat. Est ex ære mediocri, in gaza Regia.

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. COS. VIII. P. P. Capite laureato. .)(. FIDES PVBLICA. Dea stolata stat, cum patera & Cornucopiæ. Ex ære mediocri, in Museo nostro.

IMP. CAES. VESPASIANVS. Capite laureato. .)(. FIDES PVBL. Dexteræ duæ junctæ, tenent caduceum & spicas. Est argenteus pulcher, apud D. DE BOZE. Sententia est: *Fides publica, decus Imperii.*

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. COS. VIII. .)(. VICTORIA NAVALIS, ut anno superiore. Ex ære mediocri, apud D. FOVCAVLT.

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M TR. P. P. P. COS. VIII. Capite laureato. .)(. Amphitheatrum. Est ex ære magno apud D. BAVDELOT.

ΑΥΤΟΚ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑ. ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΣ. L. H. *Anno octavo*, qui autumno anni hujus incipit. Caput Vespasiani laureatum. .)(. ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΤΙΤΟΣ ΚΑΙΣΑΡ. Capite laureato. In Thesauro Mauroceni, pag. 115.

ΟΥΕΣΠΑϹΙΑΝΟϹ ϹΕΒΑϹΤΟϹ. Capite laureato. .)(. ΚΟΙΝΟΝ ΚΥΠΡΙΩΝ. ΕΤΟΥϹ Η. *Commune Cypriorum anno octavo.* Venus stans columbam læva manu tenet. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT.

ΑΥΤ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑΣΤ. . . . . Caput Vespasiani laureatum. .)(. Caput Serapidis. L. H. *Anno octavo.* Ex ære mediocri, ibidem.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ Τ. ΟΥΕϹΠΑΣΙΑΝΟϹ. *Imp. T. Vespasianus.* Capite laureato. .)(. ΚΟΙΝΟΝ ΚΥΠΡΙΩΝ. ΕΤΟΥΣ Η. *Anno octavo* Vespasiani patris. Est ex ære magno, apud P. CHAMILLART.

CAESAR AVG. F. DOMITIANVS. Capite laureato. .)(. COS. IIII. Pegasus. Est in Museo nostro nummus argenteus.

CAESAR AVG. F. DOMITIANVS COS. IIII. Capite laureato. .)(. S C. spes florem dextra tenet. Est ex ære magno, apud D. FOVCAVLT.

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. Caput turritum ac velatum. .)(. Ara cum igne. ΠΕΤ. ΚΡ. Anno CXXVI. qui autumno hujus anni incipit. Est ex ære mediocri, in Thesauro Brandeburgico.

Anno Christi 78. V. C. 831. *Vespasiani* 9.

Consules hoc anno; Titus VI. & Domitianus V.

CAESAR VESPASIANVS AVG. Capite laureato. .)(. IMP. XIX. Modius, cum spicis exstantibus: curam Annonæ significat. In Museo nostro argenteus. In alio quem vidimus, est Elephas gradiens.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Caput Vespasiani laureatum. .)(. ΑΣΚΑΛΩ. Dea inter aram & columbam. ΒΠΡ. Anno CLXXXII. De hac æra vide Chronologiam Veteris Testamenti. Est ex ære mediocri, apud D. BAVDELOT. Est & alius Titi nomine similis.

ΑΥΤΟΚΡ. ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΥ. Capite laureato. .)(. ΣΕΒΑΣΤΟΥ. Caput Ægypti cum proboscide. L. ΕΝΑΤΟΥ. *Anno nono*, qui autumno anni hujus init. Est ex ære mediocri, apud D. FOVCAVLT.

ΑΥΤΟ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑ. ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝ. L. ΕΝΑΤΟΥ. Capite laureato. .)(. ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΤΙΤΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ. Capite laureato. Est ex ære magno, apud D. DE LAMOIGNON.

ΑΥΤΟΚΡΑ. ΚΑΙΣ. ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Capite laureato. .)(. ΔΟΜΕΤΙΑΝΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒ. ΥΙΟΣ. ΕΤ. Θ. *Domitianus Cæsar Augusti filius, anno nono* Vespasiani patris. Neque enim aut Cæsarum anni, aut secundariorum etiam Imperatorum vel Augustorum, in nummis umquam consignabantur; sed primarii dumtaxat. Domitianus hic togatus stat cum lauri ramo. Est argenteus ære mixtus.

T. CAESAR. IMP. VESPASIANVS. Capite laureato. TR. POT. VIII. COS. VI. Cap-

Captivus flexo genu ante trophæum. Argenteus est, e Museo nostro.

T. CAESAR IMP. AVG. F. TR. P. COS. VI. CENSOR. Capite laureato. .)(. ROMA. Roma galeata sedet, dextra coronam tenet. SC. Est ex ære mediocri, ibidem. In alio ibidem, ex ære magno, stans Imp. paludatus & galeatus dextra tenet Victoriam, quæ ei coronam porrigit.

T. CAES. IMP. PON. TR. P. COS. VI. CENSOR. Capite laureato. .)(. VICTORIA NAVALIS. Victoria cum palma & Cornucopiæ. Ibidem, ex ære mediocri.

Eadem inscriptio. .)(. FELICITAS. PVBLICA. Dea stans, cum Cornucopiæ. In Museo P. Chamillart.

Eadem inscriptio. Titi capite radiato. .)(. FIDES FELICITA. *Fides Felicitatis*, hoc est, constans ac perpetua felicitas. Dea stans, dextra tenet caduceum, sinistra Cornucopiæ. SC.

Eadem inscriptio. .)(. SECVRITAS AVGVSTI. SC. Securitatis sedentis typus. Mediobarbus e Museo suo, pag. 123.

T. CAESAR IMP. AVG. F. TR. P. COS. VI. CENSOR. .)(. IVDAEA. CAPTA. SC. Palma, cum captivo lugente, & spoliis. Ex ære mediocri, in Museo nostro.

CAESAR AVG. F. DOMITIAN. COS. V. .)(. PRINCEPS IVVENTVTIS. Ipse in equo hastam tenet. Est ex ære mediocri, in Gaza Medicea. In alio simili argenteo, e Museo P. Chamillart, Dea Salus serpentem pascit.

CAESAR AVG. F. DOMITIANVS. Capite laureato. .)(. COS. V. Ipse in equo decurrens. Est argenteus ibidem.

Anno Christi 79. V. C. 832. *Titi Aug.* 1.

Kalendis Januariis, Consules creantur, Vespasianus VIIII. & Titus VII. Vespasianus Pontificatum abdicat; suscipit Titus, & Augustus appellatur.

T. CAES. IMP. VESP. F. CEN. Capite laureato. .)(. PONT. MAX. Sedet cum hasta pura & ramo oleæ.

IMP. CAESAR VESPASIANVS AVG. Capite laureato. .)(. TR. POT. X. COS. VIIII. Aureus est & argenteus in gaza Regia, cusus post Natalem Urbis; quo die Vespasianus dici cœpit TR. POT. X.

T. CAESAR VESPASIANVS AVG. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. VIII. COS. VII. Imperator in quadrigis, dextra ramum, læva scipionem Consularem tenet. Aureus est in gaza Regia; cusus ante Natalem Urbis, quo die Titus dici cœpit TR. POT. VIIII.

T. CAES. IMP. VESPASIANVS. Capite laureato. .)(. TR. POT. VIII. COS. VII. Captivus uno genu flexo portat humeris Imperatorem, qui læva clypeum & bacillum Imperatorium, dextra duo spicula gerit. Argenteus e Museo nostro: cusus ante diem Natalem Urbis. Nummos Titi Imp. & jam Augusti, proximis litteris ad te mittam...... Die sabbati, 23. Maji 1699.

IMP. TITVS CÆSAR.

Anno Christi 79. V. C. 832. *Titi Aug.* 1.

Vespasianus pater imperium abdicat circiter mensem Julium: Titus suscipit. Servat tamen titulos IMP. & AVG. pater.

IMP. TITVS CAES. VESPASIAN. AVG. P. M. Capite laureato. .)(. TR. P. VIIII. IMP. XIIII. COS. VII. P. P. Capricornus orbi impositus. In alio simili, Currus triumphalis, vectus quadrigis: ex quo flos emicat. Argenteus est uterque in Museo nostro. In alio ibidem argenteo, Titi statua pedestris cum bacillo Imperatorio, columnæ rostratæ imposita, eadem epigraphe.

Vespasiani caput laureatum. .)(. IMP. T. CAES. VESP. Caput sine laurea, ob reverentiam patris. Est aureus in gaza Regia.

IMP. T. CAES. VESP. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VII. Capite laureato. .)(. S C. Spei typus. Ex ære magno, in Museo nostro.

ΑΥΤ. ΤΙΤ. ΦΛΑΥΙ. ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΣ. Capite laureato. .)(. Serapidis caput. L. A. *Anno primo*, qui more Græco autumno anni hujus incipit. Est ex ære mediocri, apud P. Chamillart.

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΕΤ. ΗΚΡ. *Anno* CXXVIII. æræ Cæsarianæ. Lyra. .)(. Caput Apollinis, vel Genius civitatis. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. Foucault.

Anno Christi 80. V. C. 833. *Titi Aug.* 2.

Kal. Januariis Consules creantur, Titus VIII. & Domitianus VI.

IMP. T. CAES. VESP. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII. Capite laureato. .)(. PROVIDENTIA AVGVSTI. Vespasianus stans togatus, ac radiato capite, quasi jam Ὀλύμπιος, seu cælo dignus ac maturus. Tito filio pariter togato & stanti capite nudo, orbem Romanum tradit cum temone seu gubernaculo. Est ex ære magno, in Cimelio P. Chamillart.

Eadem inscriptio. Sedet Titus in sella curuli, lauri vel oleæ ramum tenet. S C. .)(. Amphitheatrum. Est ex ære magno, in Cimeliis D. Foucault, & D. de Lamoignon.

Eadem inscriptio, capite laureato. .)(. AETERNITAS AVGVSTI. S C. Ipse stans, pede calcat orbem, dextra Cornucopiæ tenet, hastam sinistra. Mediobarbus, pag. 121. e Museo suo. Domus Augustæ *æternitas* prædicatur, quæ jam sit ab Augusto Cæsare usque ad Titum propagata, abnepotem Augusti.

Eadem inscriptio, capite laureato. .)(. PIETAS AVGVSTA. Pietas velata stans dextras jungit Titi Aug. ac Domitiani Cæsaris. S C. Est ex ære magno, apud D. de Lamoignon.

Eadem inscriptio, capite laureato. .)(. S C. Spes cum flore triphyllo, qua forma sunt Lilia Francica. Est ex ære magno, in Museo nostro.

IMP. T. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII. Capite laureato. .)(. IVD. CAP. Captivus stat manibus post terga vinctis ad palmam arborem, Judæa adsidente. S C. Ex ære magno, in Cimelio D. Foucault.

ΑΥΤΟΚΡ. ΤΙΤΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. Capite laureato. .)(. ΙΟΥΔΑΙΑΣ ΕΑΛΩΚΥΙΑΣ. Trophæum cum captivo. Ibidem.

IMP. T. &c. ut proxime. .)(. VESTA. Dea sedet cum patera. Studium religionis in Tito commendatur. Est ex ære mediocri, in Museo nostro. Sunt ibidem, cum eadem inscriptione, ex ære magno nummi, ANNONA AVG. FELICITAS PVBLICA: PAX AVGVSTI: similesque: S C.

ΤΙΤ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑ. ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΥ. L. B. *Anno secundo*, qui autumno incipit hujus anni. .)(. Victoria gradiens. Est in Cimelio D. Foucault.

CAESAR AVG. F. DOMITIANVS. COS. VI. Nondum Divi Aug. F. quia nondum Vespasianus obierat. .)(. PRINCEPS IVVENTVTIS. Ipse in equo, dextra elata, sinistra vexillum tenet. Mediobarbus, pag. 130. ex Indice Polatio: & ex Occone, pag. 171. qui alios etiam typos affert, cum eadem inscriptione.

Titi jam Augusti nummus. .)(. ΚΟΙΝΟΝ ΚΥΠΡΙΩΝ. ΕΤΟΥΣ Α. *Anno primo*, cœpto jam ab autumno anni superioris. Templum Veneris Paphiæ. Est ex ære mediocri.

Hoc anno obiit Vespasianus Aug. quo & ipsum inter divos referri Titus curavit; ac simul cudi nummos, in memoriam Domitillæ, conjugis secundæ Vespasiani patris, quæ & socrus Domitiani fratris fuit.

DIVVS AVGVSTVS VESPASIANVS. Capite laureato. .)(. Clypeus, in quo S C. Clypeum ex S C argenteum Divo Vespasiano positum significat: geminus Capricornus, qui clypeum tenet, orbi impositus, abundantiam annonæ terra marique convectæ. Argenteus est e Museo nostro.

Eadem inscriptio, capite laureato. .)(. Columna & clypeus, inter duas lauros. Ex S C. Ibidem, argenteus.

T. CAESAR DIVI VESP. F. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII. In media nummi area, S C. .)(. DIVVS AVGVSTVS VESP. *Divus Augustus* appellatur, quoniam Augusti titulum etiam post abdicationem retinuit, veluti perpetuus Augustus a Senatu appellatus. Sedet hic togatus, sive habitu Senatorio, capite radiato: dextra ramum, læva hastam tenet. Est ex ære magno in gaza Regia, & apud Angeloni, pag. 88. Alius huic similis in Cimelio Reginæ Christinæ, & apud D. FOVCAVLT, habet DIVO AVG. VESP. cum quadriga elephantorum: in curru Vespasianus dextra hastam, Victoriam læva gerit. Infra, SPQR. Est & apud Angeloni, pag. 88. & in Cimelio P. CHAMILLART.

IMP. T. DIVI VESP. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII. In media nummi area, S C. .)(. MEMORIAE DOMITILLAE. Carpentum duabus mulis tractum. SPQR. Est ex ære magno, in Museo nostro. Fuit hæc conjux altera Vespasiani, ut dixi, Domitiani socrus.

DIVVS AVGVSTVS VESPASIANVS. Capite laureato. .)(. DIVA DOMITILLA AVGVSTA. Caput Domitillæ conjugis. Est aureus in Thesauro Regio. Cum Augustam autem appellari audis, id ei nomen solo matrimonii jure datum intellige, quoniam esset Vespasiani Augusti conjux. Deinde agnosce non obiisse eam, nisi Vespasiano jam Augusto: alioqui Augusta ipsa minime diceretur. Nam *Diva* post obitum dici Princeps femina potest: *Augusta* fieri, vel *regina*, quæ privata decesserit, omnino non potest. In hoc nummo conjux cum marito conjungitur: in tribus qui sequuntur, & sunt ex argento, in gaza Regia, dotes ipsius narrantur, ob quas meruerit a Senatu memoria ejusdem commendari.

DIVA DOMITILLA AVG. Caput Domitillæ. .)(. FORTVNA AVGVST. Dea cum temone & Cornucopiæ. Providentiam Augustæ in procuranda annona, (quam & Fortunam appellabant) hic nummus significat. Est hic etiam argenteus optimæ notæ in Museo P. CHAMILLART.

Eadem inscriptio. .)(. PACI AVGVSTAE. Pacis effigies: quæ sub Vespasiano marito nimirum vigebat. Ex utraque hac inscriptione, cui similes anno Vespasiani primo & secundo videmus, Domitillam suspicamur eo tempore obiisse.

Eadem inscriptio. .)(. PIETAS AVGVST. Sedens ipsa, Domitiam filiam habet ante pedes stantem; ut eo argumento significetur, a matre eam optime educatam fuisse & institutam. Est hic argenteus etiam in Museo nostro. Est in nummis omnibus Domitilla anus, ejusdem omnino cum Vespasiano ætatis. Nec fuit alia præter hanc in Augusta domo Domitilla, in nummis saltem.

Cusi sunt eodem tempore nummi, Juliæ Titi filiæ nomine.

IVLIA IMP. T. AVG. F. AVGVSTA. Caput Juliæ. *Augusta* dicitur, & *Julia*, quoniam erat de ipsa Julii Cæsaris Augusti stirpe prognata. .)(. VESTA. Sedet Dea cum hasta pura, & Palladio quod dextra gerit. S. C. Est ex ære mediocri, in Museo nostro, & apud P. JOBERT: argenteus, in Museo P. CHAMILLART.

Eadem inscriptio. .)(. CONCORDIA. Cum Senatu nimirum, & cum Augusta domo. Dea Concordia sedet cum patera & Cornucopiæ. Infra, S C. Est ex ære mediocri, in gaza Regia. Nunc primum occurrit vultus Augustæ viventis, in nummis insculptis ex SC.

IVLIA AVGVSTA T. AVG. F. Caput Juliæ. .)(. VENVS AVG. Stat Dea dextro brachio innixa columnæ, tenens hastam transversam, læva galeam. *Venus* in nummis est comitas suavitasque morum. Est argenteus hic nummus in Museo nostro.

Ut *Marcus* in Antonia gente, sic *Titus* in Flavia gente, primogenitorum proprium prænomen est. Quamobrem & cum solum profertur, Flavium statim denotat; & *Titus Augustus* cum dicitur, utraque familia concise quidem, & clare tamen exprimitur; Flavia nimirum, & Cæsarea. Et cum prænomen ad aliquem Augustorum designandum apponitur, aliquem jam ex ea familia præcessisse Augustum significatur. Itaque & cum *Titus Aug.* dicitur, ipsum Augusto genitum: & cum *T. Ælius Cæsar Antoninus* dicitur, ex Titi familia hunc prodiisse, Romanam loquendi consuetudinem intelligentes agnoscunt.

Ad hujus anni finem pertinent nummi qui sequuntur, Titi Aug. & Domitiani Cæsaris.

IMP. TITVS CAES. VESPASIAN. AVG. P. M. Capite laureato. .)(. TR. P. IX. IMP. XV. COS. VIII. P. P. Corona mensæ imposita. Argenteus, in Museo nostro. Alius ibidem, simili epigraphe, cum elephante. Uterque ludos hoc anno exhibitos significat. In alio argenteo ibidem, delphin ancoræ implicitus, victoriam navalem prædicat.

Eadem inscriptio. .)(. TR. P. IX. IMP. XIV. COS. VIII. P. P. Tripus, cui avis imposita. Ibidem, argenteus.

IMP. T. CAES. VESP. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII. Capite radiato. .)(. CONCORDIA AVG. Titi nimirum, cum Senatu, & cum tota domo Augusta. Apud Mediobarbum, pag. 125.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Caput Titi laureatum. .)(. ΑΣΚΑΛΩ. ΔΠΡ. *Anno* CLXXXIV. De hac æra vide Chronologiam Veteris Testamenti. Est hic nummus in Gaza Regia.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΤΙΤΟΣ. Capite Titi laureato. .)(. ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ. L. ΓΜΡ. *Anno* CLXIII. cusus post autumnum hujus anni. De hac æra vide Chronologiam proxime appellatam.

Titi caput laureatum. .)(. ΦΛΑΟΥΙ. ΝΕΑΠΟΛΙ. ΣΑΜΑΡΕΙΑΣ. *Flavia Neapolis Samariæ.* L. IA. *Anno undecimo* æræ Flaviorum. Est in Thesauro Regio.

IMP. T. CAES. VESP. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII. Capite laureato. .)(. Obeliscus. SC. Hanc *metam sudantem* vulgo appellant: & Paulus Diaconus Domitiano tribuit. Est ex ære magno apud D. BAVDELOT.

CAESAR DIVI AVG. VESP. F. DOMITIANVS. Capite laureato. .)(. Ipse in equo, dextra elata. PRINC. IVVENT. Ex ære magno, in Cimelio D. FOVCAVLT: cusus post obitum Vespasiani; ut & alter iste qui sequitur:

CAESAR DIVI AVG. VESP. F. DOMITIANVS COS. VI. .)(. PAX AVGVS-

GVSTI. S C. Pax cum ramo oleæ, & Cornucopiæ: quoniam pacis fructus est ubertas annonæ, quæ tuto convehitur. Affert hunc nummum Mediobarbus e Musco suo. Ad Domitianum jam Augustum proximis litteris transibimus . . . . Die sabbati, 30. May, 1699.

DE NVMMIS INSCRIPTIS ΕΤΟΥC ΝΕΟΥ ΙΕΡΟΥ.

Proximis tuis litteris significas, in Vespasiani, Titi, ac Domitiani, & Nervæ nummis nihil tibi fere jucundius a nobis scribi posse, quam quid illa formula significet, ΕΤΟΥΣ ΝΕΟΥ ΙΕΡΟΥ Α. ΕΤΟΥΣ ΝΕΟΥ ΙΕΡΟΥ Β. similesque: quoniam in ea explananda satisfecisse tibi adhuc Antiquarios negas. Itaque quoniam in Vespasiani præsertim ac filiorum nummis occurrit, rogas ut de hoc genere nummorum nunc aperiam quid sentiam. Faciam vero, & antiquo more postulanti tibi lubens parebo. Accipe igitur seriem istiusmodi nummorum, qui vel in manus nostras, vel sub oculos quomodocumque pervenerunt: & quo quisque anno cusus sit, perspice: ad Chronologiam emendandam stabiliendamque, quantum hi nummi prosint, mecum intelliges.

Anno Christi 71.

ΑΥ . . . . ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝ . . . . Capite laureato. .)(. ΕΤΟΥΣ ΝΕΟΥ ΙΕΡΟΥ Α. *Anno novo Augusti primo.* Hoc est, anno ineunte, anno novo, Kalendis Januariis, cum se annus aperit novus, more Romano, anno primo, quem novum annum Romæ Augustus agnoscit, appellat, & videt. Nam & *ἱερὸς Augustus* est, & *sacrosanctus*, quem unum in Republica ob Tribuniciam Potestatem violari sit nefas, qui sine capitali piaculo attingi violenter non possit; qui jure sacrosanctæ potestatis ad comprehendendos cives quoslibet utatur cum libuerit. Eodem sensu nunc quoque, *Sacra Majestas*, titulus est Augustorum sive Imperatorum proprius. *Anno* igitur *novo* salutant Augustum Cyprii: nam in Cypro cusi hi nummi videntur: quemadmodum Galli Narbonenses nummis Hadriani & Antonini Pii nomine inscriptis, SPQR A. N. F. F. OPTIMO PRINCIPI, exoptatum Principi a *Senatu Populoque Romano Annum Novum faustum felicem* similiter postea contestati sunt. In hoc Vespasiani nummo, qui est ex argento majoris moduli, Aquila Romana alis expansis fulmen unguibus tenet, rostro coronam gerit: ante ipsam, palma erecta, Judææ nuper devictæ symbolum est.

Anno Christi 72.

ΑΥΤΟΚΡΑ. ΚΑΙΣ. ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Capite laureato. .)(. ΕΤΟΥΣ ΝΕΟΥ ΙΕΡΟΥ Β. *Anno novo Augusti secundo.* Aquila Romana, ut proxime, sed sine palma. Pariter hic est ex argento.

ΑΥΤΟΚΡΑ. ΚΑΙΣ. ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Capite laureato. .)(. ΦΛΑΥΙ. ΟΥΕΣΠ. ΚΑΙΣ. *Flavius Vespasianus Cæsar*, Titus nimirum, cujus ibi caput insculptum: cum Solis sidere retro apposito, quod est symbolum Orientis, ubi nummus ille est cusus. ΕΤΟΥΣ ΝΕΟΥ ΙΕΡΟΥ Β. ut in superiore. Est pariter ex argento.

Anno Christi 74.

Eadem inscriptio. .)(. ΕΤΟΥΣ ΝΕΟΥ ΙΕΡΟΥ Δ. *Anno novo Augusti quarto.* Aquila Romana caduceum ala dextra gerit: ante pedes, spicæ prodeunt ex modio: annonæ uberis & pacis in orbe Romano symbolum.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟ. ΚΑΙΣΑ. ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΥ. *Imp. Cæsaris Vespasiani* imago, Capite laureato. .)(. ΕΤΟΥΣ Δ ΙΕΡΟΥ. *Anno quarto Augusti.* Aquila Romana. Est in Thesauro Mauroceni, pag. 17. ubi excidisse vox ΝΕΟΥ videtur.

Anno Christi 78.

ΑΥΤΟΚΡΑ. ΚΑΙΣ. ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Capite laureato. .)(. Templum Veneris Paphiæ: In medio, Idalus Cypri mons Veneri sacer, fastigatus in mucronem: non ipsummet Deæ simulacrum *metæ modo exsurgens*, ut ex perversa similium nummorum interpretatione Tacitus somniavit, libro 2. hist. Nam quid Veneri cum meta commune? Epigraphe: ΕΤΟΥΣ ΝΕΟΥ ΙΕΡΟΥ Η. *Anno novo Augusti octavo.* Est ex argento in Thesauro Regio. Est & Titi similis eodem anno cusus, *octavo* Vespasiani scilicet. Nam in nummis Cæsarum non alii notantur anni, quam Augustorum, sub quibus ipsi sunt Cæsares.

Anno Christi 79.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΣ ΚΑΙΣΑΡ. Capite laureato. .)(. Juppiter barbatus, dextra pateram tenet: læva scipioni innititur, cujus in apice Romana Aquila est. ΕΤΟΥΣ ΝΕΟΥ ΙΕΡΟΥ Θ. *Anno novo Augusti nono.* Argenteus, ibidem. Cum annus autem novus Vespasiani decimus non occurrat; annus vero novus ille sit, qui Kal. Januariis incipit; annum novum Vespasiani nonum manifestum est incidere in Kal. Januarias anni Christi 79. nec proinde imperare Vespasianum cœpisse anno Christi 69. ut vulgo ponunt Chronographi; sed anno tantum 70. & die Natali Urbis. Nam & nummus Græcus anni novi primi, palmæ ramum, fortassis victoriæ Judaïcæ symbolum, & coronam ostentat; atque hanc proinde victoriam est subsecutus.

Anno Christi 81.

Titi nummus. .)(. ΕΤΟΥΣ ΝΕΟΥ ΙΕΡΟΥ Β. *Anno novo Augusti secundo.* Aquila Romana fulmen unguibus tenet, rostro coronam gerit. Pariter argenteus.

Anno Christi 84.

Domitiani nummus, apud Patinum in Indice, pag. 9. ΕΤΟΥΣ ΝΕΟΥ ΤΡΙΤΟΥ. *Anno novo tertio.*

Anno Christi 89.

ΑΥΤ. ΚΑΙΣΑΡ. ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ ΣΕΒ. ΓΕΡΜ. Capite laureato. .)(. ΕΤΟΥΣ ΝΕΟΥ ΙΕΡΟΥ Η. *Anno novo Augusti octavo.* Aquila Romana expansis alis fulmen unguibus tenet: ante eam, palmæ ramus. Pariter ex argento.

Anno Christi 90.

ΑΥΤ. ΚΑΙΣ. ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΓΕΡΜ. Capite laureato. .)(. ΕΤΟΥΣ ΝΕΟΥ ΙΕΡΟΥ ΕΝΑΤΟΥ. *Anno novo Augusti nono.* Aquila Romana fulmen tenet. Est in Thesauro Mauroceni, pag. 17. inter argenteos maximi moduli.

Anno Christi 97.

ΑΥΤ. ΝΕΡΟΥΑΣ ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. Capite laureato. .)(. ΕΤΟΥΣ ΝΕΟΥ ΙΕΡΟΥ Α. *Anno novo Augusti primo.* Aquila, ut supra, cum palmæ ramo, similiter ex argento.

Eadem inscriptio. .)(. ΕΤΟΥΣ ΝΕΟΥ ΙΕΡΟΥ Β. *Anno novo Augusti secundo.* Neque ulli deinceps nummi sic inscripti occurrunt. Si quos habes alios, Vir Optime, libenter imperti, & vale. Parisiis, VI. Junii, in pervigilio Pentecostes, anni 1699.

Anno Christi 81. V. C. 834. *Domitiani* 1.

Kal. Januariis, septimum Consulatum Domitianus init.

CAES. DIVI AVG. VESP. F. DOMITIAN. COS. VII. Capite laureato. .)(. Pallas cum clypeo & spiculo. S. C. Ex ære magno, in Cimelio D. FOUCAULT: & ex mediocri, in Museo nostro. Cusus ante Natalem Urbis.

Eadem inscriptio. .)(. VICTORIA AVG. S. C. Victoria læva palmam gerit. Ex ære magno in eodem Cimelio, & ex mediocri in Museo nostro.

CAESAR DIVI F. DOMITIANVS COS. VII. Capite laureato. .)(. PRINCEPS IVVENTVTIS. Galea mensæ imposita. Argenteus e Museo nostro.

Eadem inscriptio. .)(. PRINCEPS IVVENTVTIS. Intra coronam lauream, capra. Argenteus, ibidem. Caprino lacte Jovem nutritum fabulæ dixerunt; teste Plinio, libro XVIII. sect. XXXIII. Itaque Domitiano in nummis ejus, cum mox esset futurus Augustus, hoc symbolum offertur, tamquam IOVI CRESCENTI, ut in nummis Gallieni, Salonini, & Valeriani junioris legitur.

Eadem inscriptio. .)(. PRINCEPS IVVENTVTIS. Dexteræ duæ tenent Aquilam legionariam. Argenteus, ibidem. *Princeps Juventutis*, ut diximus in Numismatis Sæculi Constantiniani, est peditum Præfectus, *le Colonel General de l'Infanterie.* Eam ob rem Aquila legionaria hic pingitur, cum junctis dexteris, ut FIDES MILITVM Domitiano obstricta hoc symbolo intelligatur.

Eadem inscriptio. .)(. PRINCEPS IVVENTVTIS. Argenteus, ibidem. Ara cum igne. In alio pariter argenteo, e Museo P. CHAMILLART. Dea Securitas columnæ innititur. Quam multi in honorem Domitiani, Augusti mox appellandi, veluti Solis orientis, nummi cuduntur? Cusi hi omnes ante Natalem Urbis.

Die autem Urbis Natali, post decennium Tribuniciæ Potestatis absolutum, Titus abdicat magistratum: unde nusquam habet in nummis TR. POT. XI. Suscipit imperium Domitianus frater, cum Tribunicia Potestate, & Censura, & Pontificis Max. dignitate: Tito retinente imperium in Judæa quam ceperat, & in vicina Ægypto.

TITO FLAVIO VESPASIANO. Capite laureato. .)(. COL. CAESAREA. L. IB. ΦΛΑ. *Anno* XII. *Flaviorum*, qui incipit ab autumno anni superioris. Nam primus apud Græcos cœpit ab autumno anni 70. Est hæc Cæsarea Palæstinæ.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΤΙΤΟΣ. Capite laureato. .)(. ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ. L. ΓΜΡ. Caput Herculis laureatum. Philadelphia hæc Syriæ est. Nummus ex ære mediocri, in Cimelio D. FOUCAULT, & jam superiore anno laudatus. Annus enim CXLIII. æræ Pompeianæ, incipit ab autumno anni superioris. Itaque cusus ille nummus est, cum eo qui sequitur, hoc anno ante autumnum, Domitiano jam Imperatore.

. . . . . ΔΟΜΙΤΙΑΝΟC. Capite laureato. Detrita usu videtur vox ΑΥΤΟΚΡ. .)(. ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ. Caput turritum, cum lauro. Est ex ære mediocri, in Thesauro Regio; cusus, ut diximus, ante Septembrem.

ΑΥΤΟΚ. Κ. ΤΙΤΟC ΟΥΕCΠΑCΙΑΝΟC CEB. Capite laureato. .)(. ΝΕΙΛΟΣ. L. Γ. *Anno* Titi *tertio*, qui autumno anni hujus incipit. Est apud Tristanum, tomo 1. pag. 307. & tomo 2. pag. 632.

ΑΥΤΟΚ. ΤΙΤΟΣ ΚΑΙ. ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝ. Υ. ΣΕΒ. *Imp. Titus Cæsar Vespasiani* F. *Aug.* Capite laureato. .)(. ΣΑΡΑΠΙΣ. L. Γ. *Anno tertio.* Caput Serapidis. Est ex ære mediocri, in Thesauro Regio.

IMP. DOMITIANVS.

Suscipit igitur imperium Domitianus, ut diximus, alter Vespasiani filius; cui a conjuge Domitia Domitiani cognomen fuit, inito ea lege matrimonio: qui mos etiam est hujus ævi frequens.

STEMMA DOMITIANI IMP.

CÆSAR AVGVSTVS.

IVLIA neptis Augusti. Nupsit Flavio. Domitius.

FL. CÆSAR VESPASIANVS, AVG. *Flavius*, ex patre; *Cæsar*, ex matre: *Vespasianus*, ex Vespasia priore conjuge. Ex ea sunt hi liberi duo:

T. FL. CÆSAR VESPASIANVS, AVG. De patre, *T. Fl. Cæsar*: de matre, *Vespasianus*.

IVLIA T. AVG. F.

FL. CÆSAR DOMITIANVS AVG. de patre, *Fl. Cæsar*: de conjuge, *Domitianus*.

CÆSAR Domitiani F. N.

Ex Domitilla conjuge altera,

VESPASIANVS IVNIOR.

Domitius Corbulo, qui res in Armenia gessit sub Nerone. Plin. lib. 5. & 6.

Domitius Ahenobarbus.

Domitius NERO AVG. qui ex Julia Agrippina matre CÆSAR.

DOMITILLA, uxor Vespasiani altera: sed prius Cassii Longini conjux: ex quo nata est ei,

LONGINA DOMITIA: ex patre, *Longina*: ex matre, *Domitia*: Domitiani conjux.

IMP. CAES. DIVI VESP. F. DOMITIAN. AVG. P. M. Capite laureato. .)(. TR. P. COS. VII. DES VIII. P. P. S. C. Stans galeatus, dextra hastam gerit. Ex ære magno in Museo nostro.

IMP.

IMP. DOMITIAN. CAES. DIVI VESP. F. AVG. P. M. TR. P. P. COS. VII. Capite laureato. .)(. Mars gradiens cum hasta & spoliis. Ex ære magno, ibidem.

CAESAR DIVI VESP. F. DOMITIANVS AVG. P. M. Capite radiato. .)(. TR. P. COS. VII. DES. VIII. P. P. S. C. Pallas cum hasta & fulmine. Ex ære mediocri, apud P. JOBERT. In alio quem vidimus, delphinus est ancoræ implicitus.

CAES. DIVI AVG. VESP. F. DOMITIANVS COS. VII. Capite laureato. .)(. PAX AVGVSTI. Dea stat cum ramo oleæ, læva Cornucopiæ gerit. SC. Ex ære magno, in Museo nostro.

IMP. DOMITIANVS CAESAR AVG. Capite laureato. .)(. S C. in corona laurea: fabrica, ut creditur, Antiochena. Est ex ære magno, in Cimelio D. FOVCAVLT.

IMP. CAES. DOMITIANVS AVG. P. M. Capite laureato. .)(. PRINCEPS IVVENTVTIS. Dexteræ duæ tenent Aquilam legionariam impositam proræ navis. Est argenteus, apud P. CHAMILLART. Dexteræ duæ Imperatorem designant, & quem ille, vel Senatus, designavit Principem Juventutis, hoc est, Præfectum peditum: Nervam Cæsarem: & mutuam inter ambos concordiam.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Caput Domitiani laureatum. ΑΣΚΑΛΩΝΙΤ. In medio. ΔΠΡ. *Annus* CLXXXIV. cœptus a Septembri anni superioris. Itaque cusus hic nummus est ante Septembrem hujus anni 81. Domitiano jam Augusto. Est apud Spanhem. De hac æra vide Chronologiam Veteris Testamenti.

ΑΥΤ. ΚΑΙΣ. ΔΟΜΙΤ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Caput laureatum. .)(. ΔΙΟΣ ΙΔΑΙΟΥ. *Jovis Idæi.* Aquila tenet unguibus fulmen. Est ex ære mediocri, in Museo nostro.

ΑΥΤ. ΚΑΙΣ. ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ CEB. Capite laureato. .)(. ΑΡΑΔΙΩΝ. ΒΜΤ. Fortuna temoni insidet, & Cornucopiæ gerit. Est apud Patin. pag. 166. De Aradiorum æra, vide Chronologiam Veteris Testamenti.

Eadem inscriptio. .)(. L. A. *Anno primo*, qui more Græco init mense Septembri. Harpocratis stantis imago. Est apud Patinum in Indice, pag. 9.

Eadem inscriptio. .)(. ΕΛΠΙC CEBACTH. *Spes Augusta.* Dea Spes florem ostentat. Habemus nummi ex ære mediocri formam in plumbo expressam.

ΑΥΤ. ΚΑΙΣΑΡ ΔΟΜΙΤΙΑΝΟC CEB. Capite laureato. Infra os ipsum Domitiani, L. absque nota numerali ullius anni, ut in nummo Octaviæ Neronis jam vidisti, & indicabo adhuc in alio Aureliani Imp. Quo significatur, nummum esse cusum, Domitiano quidem jam Imp. & Augusto a Natali Urbis: sed cum Græci, qui nummum hunc cudebant, autumnum exspectarent, quod erat caput anni sui civilis, ut inde primum de more suo annum Augusti computarent; circiter mensem Julium, quo cusus hic nummus est, annum adponere non potuerunt. Itaque hoc artificio docent cusum hunc a se nummum fuisse ante annum suum ineuntem. .)(. ΔΟΜΙΤΙΑ. CEBACTH. Caput Domitiæ. Est ex ære mediocri, apud Patinum, pag. 167.

ΔΟΜΙΤΙΑ ΑΥΓΟΥCCΤΑ. Caput Domitiæ. .)(Dea stat cum Cornucopia. Est ex ære mediocri, in Museo nostro.

ΔΟΜΙΤΙΑ ΛΟΝΓΕΙΝΑ CEBACTH. *Domitia Longina Augusta.* Caput Domitiæ. .)(. ΛΑΠΠΑΙΩΝ. Diana. Ex ære minimo, apud D. FOVCAVLT.

Anno Christi 82. V. C. 835. *Domitiani* 2.

Kal. Januariis, Consul creatur Domitianus VIII.

IMP. CAESAR DOMITIAN. AVG. P. M. COS. VIII. Capite laureato. .)(. Templum, cujus porta quatuor columnis est exornata. Tres dii stant in intercolumniis: ascensus ad templum est quatuor gradibus. Dextro templi latere, CAI Sinistro, PIT. Infra, RESTIT. Nummus est ex argento, magni moduli, in Cimelio D. FOVCAVLT. Restitutum dicitur, quod prius est dirutum, cum jam tum esset sub eadem appellatione notissimum: ne quis hic Capitoliadem, hoc est, Æliam Capitolinam, suspicetur. Suetonium consule, sodes, Amice, in Domitiano, cap. v.

IMP. CAES. DIVI VESP. F. DOMITIAN. AVG. P. M. Capite laureato. .)(. TR. P. COS. VIII. DES. VIIII. P. P. S. C. Pallas galeata stat, dextra hastam gerit. Ex ære magno, in Cimelio D. FOVCAVLT, & in Museo P. CHAMILLARTI ex ære mediocri, in Museo nostro, clypeum dextra gerit.

IMP. DOMIT. CAESAR. Capite laureato. .)(. CEBACTHNΩN. Juppiter stans tenet dextra hastam, læva Victoriam. Est ex ære mediocri, in Thesauro Regio. Urbem Sebasten habuisse tunc Græcos Latinosque incolas, qui magistratus & honores inter se partirentur, linguam utramque complexus hic nummus docet. L. ΘΡ. *Anno* CIX. De hac æra vide Chronologiam Veteris Testamenti.

Hoc anno Titus Imp. moritur, & in Divorum numerum mox refertur.

DIVVS TITVS AVGVSTVS. Capite radiato. .)(. IVLIA AVGVSTA DIVI TITI F. Caput Juliæ Titi F. Aureus est e gaza Regia.

DIVO AVG. T. DIVI VESP. F. VESPASIAN. *Divo Augusto Tito Divi Vespasiani filio Vespasiano.* Titus togatus insidet spoliis, dextra ramum oleæ tenet. .)(. SC. Amphitheatrum, sine epigraphe. Est ex ære magno, in Cimelio Sereniss. Ducis Parmensis.

DIVO TITO. Capite radiato. .)(. Ara cum igne. Argenteus, e Museo nostro.

ΘΕΩ ΑΥΤΟ. ΤΙΤΩ. *Divo Imperatori Tito.* Capite laureato. ΖΕΥΣ ΚΡΗΤΑΓΕΝΗΣ. *Juppiter Cretensis*, seu in Creta genitus. Juppiter fulmen dextra vibrat, inter sidera septem errantia. Apotheosin Titi significat. Est ex ære magno in Museo nostro.

Anno Christi 83. V. C. 836. *Domitiani* 3.

Consul IX. hoc anno Domitianus fuit.

ΑΥΤ. ΚΑΙΣΑΡ ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ ΣΕΒ. ΓΕΡΜ. Capite laureato. .)(. ΕΤΟΥΣ ΤΡΙΤΟΥ. Caput Serapidis. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT, & Museo P. JOBERT. In alio est Aquila Romana. Alius rursum habet caput Ægypti cum proboscide, apud Tristanum.

ΔΟΜΙΤΙΑΝΩ ΚΑΙΣΑΡΙ CEBACΤΩ ΓΕΡΜΑΝΙΚΩ. Capite laureato. .)(. ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. Caput turritum ac velatum, quod est liberæ civitatis, vel metropoleos indicium. ΒΑΡ. *Anno* CXXXII. æræ Cæsarianæ, quæ cœpit autumno anni DCCV. Est ex ære mediocri, in Thesauro Regio. De nummis hujus Urbis, vide Nummos Populorum & Urbium.

Eadem inscriptio, Domitiano stante cum hasta, & Cornucopiæ. .)(. ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. ΒΑΡ. ut proxime. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT.

IMP. CAES. DOMITIANVS AVG. P. M. Capite laureato. .)(. TR. P. II COS. VIIII. DES. X. P. P. Pallas galeata, dextra hastam

hastam, sinistra clypeum gerit. Est argenteus, apud Occonem, pag. 174. cusus hoc anno ante Natalem Urbis, quo die dici cœpit Domitianus TR. POT. III.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. Capite laureato. .)(. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M. TR. POT. COS. II. Vespasiani caput laureatum. Nummus genuinus atque indubitatæ antiquitatis, ex ære mediocri, in Cimelio D. FOUCAULT: in quo non aliquis Monetarii error est, ut Antiquarii vulgo dicunt, qui solvere aliter nodum aliquem in nummis non possunt: sed illud significatur, debere Domitianum ipsummet acceptam referre claritatem suam meritis Vespasiani patris. quibus tunc præsertim de Republica bene meritus est, cum ille Consulatu suo secundo Judæam cepit. Confer nummos similes anni 76. & 88. & 90.

Anno Christi 84. V. C. 837. *Domitiani* 4.

Kal. Januariis Domitianus Imp. Consulatum X. init.

IMP. CAES. DOMITIAN. AVG. GERM. COS. X. Capite laureato. .)(. MONETA AVGVST. S C. Dea cum libra, & Cornucopiæ. Est ex ære mediocri, in Museo nostro.

Eadem inscriptio. .)(. SALVTI AVGVST. Ara. Infra, S C. Ex ære mediocri, in Cimelio D. FOUCAULT.

Eadem inscriptio .)(. GERMANIA CAPTA. S C. Stat Imperator post trophæum, cum clypeo: retro, captivus sedet. Est ex ære magno, apud D. DE LAMOIGNON, Præsidem Senatus.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GER. COS. X. CENS. PERP. P. P. Capite laureato. .)(. Imp. in equo in Urbem adveniens, dextra manu extenta pacem adnunciat: læva frenum equi tenet, qui pede dextro calcat hostis caput: sine epigraphe. Est apud Tristanum, tomo 1. pag. 327.

Domitiani caput laureatum. .)(. ETOYC TETAPTOY. *Anno quarto*, qui Septembri anni hujus incipit. In Thesauro Mauroceni, pag. 116.

ΔΟΜΙΤΙΑΝΟC CEB. ΔΟΜΙΤΙΑ CEB. Capita adversa Domitiani Aug. & Domitiæ Augustæ conjugis: Domitiani, nudum; ob reverentiam Divorum, patris fratrisque. .)(. ΘΕΩΝ CEBACTΩN. *Divorum Augustorum*, Vespasiani & Titi. Templum, in quo stat Vespasianus, cum hasta & clypeo. Est apud Patinum, pag. 167.

Hic obiter scire ex te, Vir Amice, pervelim, qui sint nepotes sororis Domitiani Aug. quorum sibi delegatam curam fuisse Quintilianus refert in procemio libri quarti? Si sororem haberet Domitianus, aliquis (opinor) ipsius nomine nummus exstaret. Sed quomodo potuit Domitiano nondum forte quadragenario, Domitiani soror habere nepotes instituendos a Rhetore?

Cave similiter Joanni Jac. Chiffletio credas, in Lumin. Prærog. pag. 353. hunc nummum ex ære laudanti: MEMORIAE DOMITILLAE DIVI VESP. F. .)(. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. P. M. TR. P. III. IMP. V. COS. X. P. P. SC. Nescivit hujus nummi adulterini opifex, derivata a Domitia gente nomina per Domitiam Domitiani uxorem primo fuisse in Flaviam gentem inserta: ac Domitiæ matrem fuisse Domitillam; quæ curante Tito consecrata sit; quemadmodum Julia Titi filia a Domitiano patruo: Quæ causa est quamobrem Domitillæ sub Tito tantum sinceri nummi reperiantur. Et Mediobarbo quidem, dum Chifletianum nummum describit, pag. 589. non placuit Domitillam Vespasiani filiam appellari: itaque omissa littera F. ex filia fecit uxorem: dum ita descripsit: MEMORIAE DOMITILLAE DIVI VESP.

Cave denique Patino credas, nummum afferenti, pag. 145. ΦΛΑΟΥΙΑ ΔΟΜΙΤΙΛΛΑ. L. Ϛ. *Flavia Domitilla, anno sexto:* quem nummum Vespasiani conjugi tribuit Spanhemius, pag. 251. & 260. cum ea vultu juvenili a Patino pingatur. Et Græci profecto ΘΕΑΝ dicerent, si jam obiisset; nec annum adnotarent, qui vivis tantum solet adscribi: nec denique *Flavia*, quia conjux Flavii dici femina potuit. Nec filia pariter Vespasiani est: nam si foret, ΣΕΒΑΣΤΗ, *Augusta*, diceretur: quemadmodum in nummis Juliæ, IVLIA IMP. T. AVG. F. AVGVSTA dicitur. Quin nummus ille Græcus igitur sit adulterinus, nullus dubito. Non est in Gaza Regia, aut in alio, quod sciam, Cimelio hujus Urbis. Nec Flavia Domitilla dici ulla potuisset, nisi Domitiani Aug. filia: quam fuisse aliquam nummi non significant. Nam si foret, tam illius nomine inscriptus aliquis nummus exstaret; DOMITILLA IMP. DOMITIANI AVG. F. AVGVSTA, quam Juliæ Titi filiæ.

Anno Christi 85. V. C. 838. *Domitiani* 5.

Consul hoc anno Domitianus XI. Circiter hoc tempus Cæsar Domitiani F. moritur.

IMP. CAES. DOMITIANVS AVG. GERMANICVS. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. IIII. IMP. VIII. COS. XI. P. P. Stat galeatus cum hasta, læva lateri adposita. Est in Thesauro Mediceo: cusus hoc anno ante Natalem Urbis.

IMP. CAES. DOMITIAN. AVG. GERM. COS. XI. Capite laureato. .)(. GERMANIA CAPTA. Stat Imp. juxta trophæum, respiciens Germaniam sedentem lugentemque ad pedes trophæi. Est ex ære magno, in Museo nostro.

Eadem inscriptio. .)(. IOVI CONSERVATORI. Ex ære mediocri, ibidem. Alius habet: FIDEI PVBLICAE. Dea stat stolata, dextra fruges in patera, læva spicas habet. Ex ære mediocri, ibidem.

IMP. CAES. DOMITIAN. AVG. GER. TR. P. V. Capite laureato. .)(. COL. A. A. PATRENS. De qua vide Nummos Populorum & Urbium. Est hic ex ære mediocri, apud Patinum, pag. 163.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XI. CENS. POT. TR. P. *Censoria potestate, Tribunicia potestate.* Capite laureato, cum ægide in summo pectore. .)(. S C. Imp. paludatus stat; læva hastam puram tenet, dextro pede Rhenum calcat. Est ex ære magno, in Cimelio D. FOUCAULT.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XI. Capite laureato. .)(. Victoria stans tenet clypeum super trophæo. In clypeo, DE GER. Ad pedes, captivus. S C. Est ibidem ex ære magno.

Eadem inscriptio. .)(. Stat ipse velato capite togatus, cum patera, ante aram, & templum, & Palladis statuam. Ibidem, ex ære magno. S C.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XI. CENS. PER. P. P. Capite laureato. .)(. ANNONA AVGVSTI. S C. Ceres sedet, læva tædam, dextra spicas tenet. Stat e regione Annona cum Cornucopiæ: in secessu, navis. Ibidem, ex ære magno.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XI. CENS. POT. P. P. Capite laureato. .)(. S C. Domitianus stans paludatus Germaniam supplicem despicit, quæ clypeum Imperatori offert. Victos justo certamine Germanos se in potestatem victoris dedito clypeo permisisse significat. Ex ære magno, in Museo nostro.

Eadem inscriptio. .)(. GERMANIA CAPTA.

TA. S.C. Duo captivi ad trophæum: alter ſtat, ſedet alter. Ex ære magno, in Cimelio D. Fovcavlt.

Eadem inſcriptio. .)(. IOVI CONSERVATORI. S. C. Juppiter ſtat cum haſta & fulmine. Ex ære mediocri, in Muſeo noſtro.

IMP. CAES. DOMITIAN. AVG. GERM. COS. XI. Capite laureato. .)(. SALVTI AVGVSTI. Templum clauſum, quatuor fultum columnis. Ex ære mediocri, ibidem.

ΚΑΙΣΑΡ ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Capite laureato, & ea forma litteræ Σ, non C. .)(. Bos Apis ante aram: ventri adpicta eſt Lunæ Creſcentis effigies. Supra, L. E. non littera ⊥ diviſa, ut quidam ſomniavit. Eſt ex ære mediocri, apud D. Fovcavlt.

ΑΥΤΟΚΡ. ΚΑΙΣΑΡ ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ ΣΕΒ. ΓΕΡΜ. Capite laureato. .)(. Caput Iſidis. ΕΤΟΥΣ ΠΕΜΠΤΟΥ. *Anno quinto*, qui autumno incipit anni hujus. Eſt ex ære mediocri, in Cimelio P. Jobert.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Caput Domitiani laureatum. .)(. ΑΣΚΑΛΩ. ΘΠΡ. Dea inſidet proræ navis. Ex ære mediocri, in Gaza Regia. In Cimelio D. Fovcavlt, eſt Solis caput radiatum, cum litteris ΘΠΡ. De æra Aſcalonis, vide Chronologiam Veteris Teſtamenti. Numquam *αὐτοκράτορα* quemquam Auguſtorum, ante Sept. Severum, agnovit Aſcalo, aut appellavit, ſed tantum Σεβαστόν: quoniam *Aſcalo liberum*, teſte Plinio, libro v. ſect. xiv.

ΔΟΜΙΤΙΑ CEBACTH. Caput Domitiæ. .)(. ΚΑΙCΑΡ ΔΟΜΙΤΙΑΝΟC, capite laureato. L. E. *Anno quinto*. Eſt ex ære minimo, apud D. Fovcavlt.

Domitiani caput laureatum. .)(. ΛΟΝΓΕΙΝΑ ΔΟΜΙΤΙΑ CEBACTH. *Longina Domitia Auguſta*, conjux Domitiani. Nummus Mediceus apud Scaligerum in Euſebii Chronicon, Spanhemium, alioſque. Scaliger loco citato, pag. 185. legit, ΔΟΜΙΤΙΑ ΛΟΝΓΕΙΝΑ CEBACTH. Eſt *Longinus* Caſſiæ gentis cognomen, apud Plinium, libro vii. ſect. 3.

IMP. CAES. DOMITIANVS AVG. Capite laureato. .)(. DIVVS CAESAR IMP. DOMITIANI F. Infans fere bimus, aut anniculus, orbi inſidet, inter ſeptem planetas. Eſt argenteus in gaza Regia, in Muſeo noſtro, & apud Triſtanum, tom. 1. pag. 348. *Divus Cæſar, Imperatoris Domitiani filius.* Quomodo *Cæſar* bimulus infans, ſi cognomen illud familiæ non fuit?

DOMITIA AVG. IMP. CAES. DIVI F. DOMITIAN. AVG. *Domitia Auguſta Imperatoris Cæſaris Divi filii Domitiani Auguſti* conjux. Caput Domitiæ. .)(. DIVI CAESARIS MATER. Ipſa ad aram ſacrificat, læva haſtam gerens. Eſt ex ære mediocri, in gaza Regia. Nummi formam habemus in plumbo expreſſam. In alio ſimili ſedet ipſa: & ante pedes Domitianus junior ſtat prætextatus.

Anno Chriſti 86. V. C. 839. *Domitiani* 6.

Geſſit hoc anno Conſulatum XII. Domitianus Imp.

IMP. CA. D. VESP. DOM. AV. GER. COS. XII. Capite laureato. .)(. ΕΠΙ ΒΑ. ΑΓΡΙ. *Sub rege Agrippa*, ἐπὶ βασιλέως Ἀγρίππα. Geminum Cornucopiæ, cum caduceo alato. Circa mediam nummi aream, ET. ΚϚ. *Anno* xxvi. Infra, S C. Eſt in Theſauro Regio, ex ære minimo. Coloni Cæſareæ Palæſtinæ, ſiquidem Latini juris ac ſermonis erant, Latine nummum inſcribunt. Vice Cæſaris legatum ibi agere Regem Agrippam Græco ſermone dicunt iidem, quoniam is ſermo patrius Agrippæ fuit. Vide librum De Nummis Herodiadum.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XII. CENS. PER. P. P. Capite laureato, cum ægide in pectore. .)(. Imp. in equo calcat Germanum, qui clypeum Germanicum opponit. S C. Eſt ex ære magno, in Cimelio D. Fovcavlt, & apud P. Chamillart. Sunt & in Muſeo noſtro ex ære magno pariter, in poſtica parte inſcripti, MONETA AVGVST. & ANNONA AVGVSTI, & IOVI VLTORI.

IMP. CAES. DIVI VESP. F. DOMITIAN. AVG. GER. COS. XII. Capite laureato. .)(. SALVTI AVGVST. S C. ΕΠΙ ΒΑ. ΑΓΡ. ΕΤ. ΚϚ. Ara. Vota ſuſcepta pro ſalute Principis. Nummus Cæſareæ in Palæſtina cuſus, ex ære mediocri; eſt in Cimelio D. Begon.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. P. M. TR. P. V. Capite laureato. .)(. IMP. XI. COS. XII. CENS. P. P. P. Victoria gradiens cum palma & corona. Argenteus eſt e Muſeo noſtro, cuſus ante diem Natalem Urbis; quo die cœpit dici Domitianus TR. POT. VI.

Domitiani nummus apud Patin. in Sueton. pag. 431. .)(. Arcus triumphalis, cui Imp. impoſitus in curru juncto quadrigis. L. Ϛ. *Anno ſexto*, qui autumno incipit hujus anni.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Caput Domitiani laureatum. .)(. ΑΣΚΑΛΩ. Caput turritum· ϥ P. *Anno* 190. De æra Aſcalonis, vide Chronologiam Vet. Teſt. Eſt hic nummus e Cimelio Mediceo.

Anno Chriſti 87. V. C. 840. *Domitiani* 7.

Kal. Januariis Conſul creatur Domitianus XIII.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. P. M. TR. P. VI. Capite laureato. .)(. IMP. XIIII. COS. XIII. CENS. P. P. P. Captivus ſedet humi lugens, læva fronti appoſita. Infra, ſcorpius: ſymbolum domitæ hoc anno regionis. In Muſeo noſtro argenteus: cuſus ante Natalem Urbis: quo die dici cœpit Domitianus TR. POT. VII.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XIII. CENS. PER. P. P. Capite laureato. .)(. MONETA AVGVSTI. Dea ſtans cum libra & Cornucopiæ. Ex ære mediocri, in Muſeo noſtro.

IMP. CAES. DOMITIANVS AVG. GERMANICVS Capite radiato. .)(. PIETAS AVGVST. Senex annoſus & æger ſedet, cui frontem faſcia obligat: baculum læva gerit, vultu in cælum ſublimi, dextraque elata, quaſi Superis grates agat de pietate Auguſti. Ad pedes ſtat parvulus, manibus pariter elatis. Γεροντοκομεῖον & ὀρφανοτροφεῖον ſub Domitiano Aug. Cenſore bene curatum fuiſſe hic nummus ſignificat. Eſt argenteus in gaza Regia, & in Muſeo noſtro.

DOMITIA AVGVSTA IMP. DOMIT. *Imperatoris Domitiani* conjux. Caput Domitiæ. .)(. PIETAS AVGVST. Sedens Auguſta, cum haſta pura tranſverſa, dextra puellam protegit, quæ dextram attollit. Argenteus pariter in Muſeo noſtro.

Domitiani caput laureatum. .)(. ΦΛΑΟΥΙ. ΝΕΑΠ. ΣΑΜΑ. *Flavia Neapolis Samariæ.* L. Z. *Anno ſeptimo*, qui autumno hujus anni incipit.

Domitiani caput laureatum. .)(. Domitianus in equo. L. Z. *Anno ſeptimo.* Reliqua epigraphe detrita, in nummo ex ære mediocri, apud P. Chamillart.

Anno Chriſti 88. V. C. 841. *Domitiani* 8.

Conſul hujus anni, Domitianus XIIII.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XIIII. CENS. PER. P. P. Capite laureato,

reato. .)(. IMP. T. CAES. VESP. AVG. P. M. TR. P. COS. VIII. Capite radiato. Ex Gaza Parmensi, teste P. Paulo PEDRVSIO, Societatis nostræ viro erudito. Non est hujus nummi sententia, conjungi oportere Consulatum Titi VIII. cum Domitiani XIIII. Sed Titi meritis officiisque erga Rempublicam Consulatu ejus octavo, qui annus primus ejusdem Imperii fuit, acceptam referre Domitianum dignitatem. Hic mos illius temporis fuit, ut nummi declarant annorum 76. 83. 88. 90. & 117. renovatus etiam anno 169. sub M. Aurelio Antonino.

Domitiani caput laureatum. .)(. Victoria in curru bijugo, cum palma & corona. L. H. Patinus in Sueton. pag. 431. ex ære mediocri.

Domitiani caput laureatum. .)(. ΕΠΙ Τ. ΠΟΜΠ. ΒΑΣΣΟΥ ΠΡΕΣΒΕΥΤ. *Sub T. Pomponio Basso Legato.* ET. H. *Anno VIII.* qui ab autumno incipit anni hujus. Mons Argæus, super quo Imperator stans, dextra orbem Romanum tenet. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. P. M. TR. P. VII. Capite laureato. .)(. IMP. XVII. COS. XIIII. CENS. P. P. P. Stat galeatus cum hasta, quam læva; & cum fulmine, quod dextra gerit. Ad pedes, clypeus. Argenteus in Museo nostro, cusus ante Natalem Urbis, quo die Domitianus dici cœpit TR. POT. VIII. In alio simili ibidem argenteo, est IMP. XIIII. cum effigie armatæ Palladis. In alio, e Museo P. CHAMILLART, est TR. P. VIII. IMP. XIX. qui cusus est post Natalem Urbis.

Nummi qui sequuntur, ad ludos sæculares pertinent, quos hoc anno V. C. 841. Domitianus fecit, ut Augustus fecerat anno V. C. 737.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. P. M. TR. P. VIII. CENS. PER. P. P. Capite laureato. .)(. COS. XIIII. LVD. SAEC. FECIT. Stat Imperator togatus ante aram: sedet ad pedes Tiberis cum Cornucopiæ: e regione tibicen, & popa cum victima: in medio, citharœdus. Sacra hæc sunt pro ubertate Annonæ. S C. Est ex ære magno, in Cimelio D. FOVCAVLT, & in Museo nostro: ubi est & argenteus.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. P. M. TR. P. VIII. Capite laureato. .)(. COS. XIIII. LVDOS SAEC. FEC. Gladiator cum clypeo, in quo Pallas sculpta, & baculo militari. Est ibidem argenteus; & ex ære mediocri, apud P. JOBERT.

Eadem inscriptio. .)(. COS. XIIII. LVD. SAEC. Domitianus sedet in suggesto, capite nudo: dextram porrigit Senatori togato stanti, ac pariter dextram porrigenti, & statum adæquante Domitianum sedentem. Ante suggestum civis Romanus pariter togatus, sed longe minor, dextram porrigit, veluti stipem poscens. Ad pedes Domitiani hinc & inde vasa duo plena frumenti. In recessu, templum. In imo suggesto scriptum est: SVFPD. Infra, S C. Sententia est: *Ludis sæcularibus, susceptis votis, frumentum plebi datum.* Oblata a populo vota, susceptaque a Domitiano, habitus Domitiani suscipientis, ac Senatoris offerentis, in hoc nummo demonstrat. In ludis sæcularibus etiam *sacra sæcularia* fieri solita esse pro salute Augusti, & nummi sic inscripti sub Claudio, Severo, & Philippo, docent; & templum hic in recessu depictum. Epigraphe, VOTA SVSCEPTA, occurrit in nummis Augustorum sæpissime. Puerile est quod hic Antiquarii excogitarunt legi oportere, *Suffimenta populo data.* Quasi vero id populus curet scilicet, ut suis naribus thus suffumigetur. Alia longe sunt vota populi. Nam, ut ille cecinit de populo Romano, *Duas tantum res anxius optat, PANEM & Circenses.* Ergo hic & *ludos* Circenses, & *frumentum plebi* a Domitiano *datum* nummus iste testatur. Sic in Nervæ nummis legitur, PLEBEI VRBANAE FRVMENTO CONSTITVTO. Non populo Romano, sed *plebi urbanæ.* Nam plebs egentior. Est hic nummus Domitiani ex ære magno, in gaza Regia, & in Museo nostro. Similem fere affert Angeloni, pag. 98. Tam risum igitur Antiquarii movent, qui cum SVFPD legerunt, tres priores litteras ad unam pertinere syllabam putarunt, & *suffimenta* hic cogitarunt; quam qui ubi ANT. viderunt, & CONST. & KA in nummis inferioris ævi, ibi Antiochiam, & Constantinopolim & Karthaginem visi sunt sibi videre. Quoniam nescirent ii, eleganti artificio consuevisse opifices horum nummorum omni fere ævo sententias integras primis dumtaxat singularum vocum litteris exprimere; & iis sæpissime, quæ conjunctim primam longe alterius nominis syllabam efficere viderentur, veluti ad exercendos fallendosve legentes.

Eadem inscriptio. .)(. COS. XIIII. LVD. SAEC. A POP. Domitianus togatus, nudo capite, dextram protendens, qua pateram tenet, gratum sibi esse, sive acceptare se significat oblatum munus a duobus civibus togatis, qui pateram singuli dextra tenent. Ad Domitiani pedes, in ipso suggesto, hinc & inde vas est plenum frugibus. In imo suggesto scriptum est, FRVGAC. In recessu, templum. Infra, S C. Sententia est: *Ludis sæcularibus a Populo fruges Votis Germanici Augusti constitutæ.* Ob ludos sæculares constitutum est a Populo Romano, ut *vota* singulis annis *fruge* fierent, pro salute *Germanici Aug.* hoc est, Domitiani: non a plebe quidem, sed a populo Romano. Plinius, libro XVIII. sect. 2. *Numa instituit deos FRVGE colere, & mola salsa supplicare.* Et hic nummus est in Regio Thesauro, & apud P. CHAMILLART.

Eadem inscriptio. .)(. COS. XIIII. LVD. SAEC. FEC. *Ludos sæculares fecit.* Infra, S C. Ex ære magno, in Thesauro Regio. Domitianus togatus, cum Senatore in basi, cernit prodeuntes ordine tres cives Romanos togatus, qui ramum oleæ singuli dextra gerunt.

Eadem inscriptio. .)(. COS. XIIII. LVD. SAEC. FEC. SC. Sacrificium pro Templi foribus ante aram, Domitiano ibidem pateram effundente. Ex ære mediocri, in Museo nostro.

Eadem inscriptio. .)(. In columna: LVD. SAEC FEC. Hinc COS. inde XIIII. Ex ære mediocri, in Thesauro Regio.

Eadem inscriptio. .)(. COS. XIIII. LVD. SAEC. FEC. SC. Domitianus stans togatus ante templum, dextram extendit versus plebem, quæ velato capite, flexis genibus, sustollit manus, precantium ritu. Vota hæc sunt populi, quæ Domitianus suscipit. Est hic nummus ibidem ex ære magno.

Anno Christi 89. V. C. 842. *Domitiani 9.*

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. P. M. TR. P. VIIII. Capite laureato. .)(. IMP. XXI. COS. XIIII. CENS. P. P. P. Pallas galeata stat cum hasta. Est in Museo nostro argenteus, cusus post Natalem Urbis. In alio pariter argenteo, e Museo P. CHAMILLART, legitur. IMP. XVII. COS. XIIII. &c.

Anno Christi 90. V. C. 843. *Domitiani 10.*

Kalendis Januariis Consulatum suscipit Domitianus XV. Julia Augusta Titi Augusti filia hoc anno moritur, & inter Divos refertur.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. P. M. TR. P. VIIII. Capite laureato. .)(. IMP. XXI. COS. XV. CENS. P. P. Imperator ad aram sacrificat. In Museo nostro argenteus hic nummus

mus est, cusus ante Natalem Urbis: quo die Natali cœpit Domitianus dici, TR. POT. X.

Eadem inscriptio. .)(. VOTA PVBLICA. COS. XV. Stans ad aram, cum aliis sacrificat. Mediobarbus. pag. 138. Cusus est hic pariter ante Natalem Urbis. Vota facta Kal. Januariis, pro felicitate imperii Domitiani, & fruge quidem, ut constitutum a populo fuit ante biennium, hic nummus significat.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GER. COS. XV. CENS. PERP. P. P. Capite laureato. .)(. VIRTVTI AVGVSTI. SC. Stat galeatus & paludatus, hastam dextra, læva bacillum Imperatorium tenet: lævo pede calcat orbem. Ex ære mediocri, in Museo nostro.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. P. M. TR. P. X. Capite laureato. .)(. IMP. XXI. COS. XV. CENS. P. P. P. Pallas cum hasta & fulmine. Ad pedes, clypeus. Argenteus, e Museo nostro.

IMP. C. DOMIT. AVG. TR. P. COS. XV. CENS. P. P. Capite laureato. .)(. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M. TR. POT. COS. II. Caput Vespasiani laureatum. Revocat in memoriam, patris in Rempublicam meritis claritatem suam se debere, præsertim quod in Consulatu suo secundo Judæam cepit. Est ex ære mediocri in gaza Regia. Confer nummos similes annorum 76. & 83.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XV. CENS. PERP. P. P. Et in area, S C. .)(. DIVAE IVLIAE AVG. DIVI TITI F. S P Q R. Carpentum mulis duabus vectum. Est ex ære magno in Museo nostro, & apud P. Chamillart.

ATT. K. ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ. ΙΟΥΛΙΑ.. Capita duo adversa: Domitiani laureatum, Juliæ Augustæ cirratum. Juliam Titi F. quod erat S P Q Romano grata in primis, cum Domitiano in eodem nummo jungunt Pergameni, cum adhuc viveret. Stuprum in Domitiano cogitare, impurissimorum hominum fuit.

Domitiani caput laureatum. .)(. Imp. in curru triumphali juncto quadrigis, spolia gestat. L. I. Apud Patin. in Sueton. pag. 431. *Annus ille decimus* incipit ab autumno hujus anni.

ΔΟΜΙΤΙΑΝΟC ΚΑΙCΑΡ. Capite laureato. .)(. ΕΠΙ CΑΒΙΛΟΥ. *Sub Sabilo.* Lupa lactat infantem parvulum. Sub Domitiani censura scilicet, etiam lupæ, hoc est, scorta & meretrices pietatem erga fetus suos eatenus adhibent, quod eos non exponunt, sed lactant aluntque. Nihil hic fabulæ inani, aut alteri sententiæ locus. Proferam aliquando tibi Gallieni nummum similem, qui inscribitur, PIETAS SAEC. Est hic autem Domitiani nummus ex ære minimo, in Cimelio D. Foucault, ejusdem moduli, ejusdem fabricæ, atque eadem signatus effigie, ac nummus ΚΥΔΩΝΙΑ-Τῶν in Creta, quem in Vitellio descripsi.

Anno Christi 91. V. C. 844. *Domitiani* XI.

Domitiani nummi, in quibus sit TR. POT. XI. COS. XV. aut nulli sunt, aut rari. Credas toto anno deliberasse Senatum, an tertium ei decerneretur quinquennium Tribuniciæ Potestatis, & in varias super ea re discessisse sententias.

ΑΥΤΟΚ. ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Capite laureato. .)(. ΦΛΑΟΥΙ. ΝΕΑΠ. ΣΑΜΑ. *Flavia Neapoli Samariæ. L.* ΑΙ. *Anno* XI. cum Cornucopiæ gemino in corona laurea. Est ex ære mediocri, in Thesauro Regio.

Eadem inscriptio. .)(. ΦΛΑΟΥΙ. ΝΕΑΠΟ-ΛΙ. ΣΑΜΑ. L. ΑΙ. Palma, Judææ & Samariæ symbolum. Ex ære mediocri, in Cimelio D. Foucault. *Annus* ille *undecimus* incipit ab autumno hujus anni.

ΔΟΜΕΤΙΑΝΟC ΚΑΙCΑΡ CΕΒΑC-ΤΟC. Capite laureato. .)(. ΜΗΘΥΜΝΑΙΩΝ. ΙΑ. *Anno* XI. Fortuna cum temone & Cornucopiæ. Ex ære mediocri, ibidem.

Domitiani caput laureatum. .)(. L. ΙΑ. Elephas. In Thesauro Mauroceni, pag. 116.

ΑΥΤ. ΚΑΙCΑΡ ΔΟΜΙΤ. CΕΒ. ΓΕΡΜ. Capite laureato. .)(. Spes. ΕΛΠΙC CΕΒΑCΤΗ. *Spes Augusta.* L. ΙΑ. *Anno* XI. Est ex ære mediocri, apud D. Foucault.

Anno Christi 92. V. C. 845. *Domitiani* 12.

Hoc anno Domitianus Consul XVI. fuit.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. P. M. TR. P. XI. .)(. IMP. XXI. COS. XVI. CENS. P. P. P. Pallas in navi, dextra jaculum, læva clypeum tenet: ad pedes, noctua, symbolum providentiæ Principis. Pallas virtutem, navis iter conficiendum mari significat, ad bellum gerendum. Argenteus apud Mediobarbum, e Museo ejus, pag. 138. Cusus ante Natalem Urbis.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. P. M. TR. P. XII. Capite laureato. .)(. IMP. XXII. COS. XVI. CENS. P. P. P. Pallas, cum clypeo & hasta: & noctua. Argenteus e Museo nostro.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XVI. CENS. PERP. P. P. In medio nummo, S C. .)(. MEMORIAE DOMITILLAE. Carpentum duabus mulis vectum. Infra, S P Q R. apud Angeloni, pag. 80. Socrus hæc Domitiani fuit, ut superius diximus.

Anno Christi 93. V. C. 846. *Domitiani.* 13.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. P. M. TR. P. XIII. Capite laureato. .)(. COS. XVI. CENS. P. P. P. Pallas dextra elata cum jaculo, clypeum læva tenet. Mediobarbus hunc nummum argenteum profert e Museo suo, pag. 139.

Caput Domitiani laureatum. .)(. ΑΥΤΟΚΡΑ. L. ΙΓ. *Anno* XIII. qui autumno incipit hujus anni. Apud Patin. pag. 168. Serpentis effigiem habet nummus in ære mediocri, e Cimelio D. Foucault.

Æra Capitoliadis, sive Hierosolymæ restitutæ, ab autumno anni hujus incipit, ut diximus in Chronologia Veteris Testamenti.

Æra Chalcidensium, ab eodem autumno, ut nummi docent Trajani & Hadriani.

Anno Christi 94. V. C. 847. *Domitiani* 14.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XVI. CENS. PER. P. P. Capite laureato. .)(. IOVI VICTORI. S C. Sedet cum hasta Juppiter, & Victoriam dextra gerit. Ex ære magno in Museo nostro. In alio ibidem, sine epigraphe, Victoria stans stantem Imperatorem paludatum coronat.

Caput Isidis: ad latus ei appositum est alterum minus; Domitiani scilicet, laureatum. .)(. ΑΡΑ-ΔΙΩΝ. Bos cornupeta. Supra, ENT. *Anno* CCCLV. Est ex ære mediocri, apud P. Jobert. De Aradiorum æra, vide Chronologiam Veteris Testamenti.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Caput Domitiani laureatum. .)(. ΑΣΚΑΛΩ. ΗϟΡ. *Anno* CXCVIII. qui autumno anni hujus Græco more incipit. Est ibidem ex ære minimo.

ΔΟΜΙΤΙ. ΚΑΙCΑΡ. Capite laureato. Ad latus, spica, fertilitatis symbolum. .)(. ΡΑΦΙΑC. ΖΝΡ.

ZNP. *Anno* CLVII. æræ Pompeianæ, autumno incipiens. Vide Chronologiam Veteris Test. Est hic nummus ex ære mediocri, in Gaza Regia.

Domitiani caput laureatum, detrita epigraphe. .)(. ΜΗΤΡΟ. ΚΑΙCΑ. ΕΤ. ΔΙ. *Anno* XIV. Mons Argæus, cui Cæsarea Cappadociæ apposita est. Est ex ære mediocri, apud D. FOUCAULT.

Domitiani caput laureatum. .)(. ΚΑΝΑΘ. ΡΝΖ. Caput turritum. *Anno* CLVII. æræ Pompeïanæ, ut dictum est. Vide Chronologiam supradictam, ac Nummos Populorum & Urbium. Est hic nummus ex ære mediocri, in gaza Regia.

Rariores sunt deinceps nummi Latini Domitiani Aug. quoniam in orbe Latino auctoritatem in dies amitteret.

Anno Christi 95. V. C. 848. *Domitiani* 15.

Gerit hoc anno Domitianus Consulatum XVII.

Domitiani caput laureatum. .)(. IMP. XXII. COS. XVII. CENS. P. P. P. Ara, in qua duo Numina hastam gerunt. Ara ipsa inter duas Aquilas legionarias. Argenteus est e gaza Regia. In alio simili apud P. CHAMILLART, est Pallas armata, cum noctua.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XVII. CENS. PERP. P. P. Capite laureato. .)(. Arcus triumphalis, cui hinc impositæ bigæ, inde quadrigæ elephantorum. In utroque curru stat Imperator. Geminum illius triumphum designat; minorem, ob victoriam navalem, de qua supra: majorem deinde, de Germania capta. S C. Est ex ære magno, in Cimelio D. FOUCAULT, & apud P. CHAMILLART. Dacicum fuisse Domitianum, ut auctor Epigrammatum prodidit; vel Deum ac Dominum appellatum a suis; nummorum silentio falsum esse arguitur.

Eadem inscriptio. .)(. IOVI VICTORI. Juppiter sedens cum hasta, dextra tenet Victoriam. Est ex ære magno, apud P. CHAMILLART.

Eadem inscriptio. .)(. Victoria cum palma & corona. Ex ære mediocri, in Museo nostro.

Eadem inscriptio. .)(. FORTVNA AVGVSTI. Fortuna cum temone & Cornucopiæ. Ex ære mediocris moduli, ibidem.

Domitiani caput laureatum. .)(. Ipse in curru triumphat, juncto quadrigis elephantorum. L. IE. *Anno* XV. qui autumno anni hujus incipit, more Græco. Est in Thesauro Mauroceni, pag. 116.

ΑΥΤ. ΔΟΜΙΤ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. ΓΕΡ. Capite laureato. .)(. ΕΤΟΥΣ ΙΔ. ΥΠΑΤΟΣ ΙΖ. *Anno* XIV. *Consul* XVII. Lyræ duæ, interposito caduceo. Est argenteus in Cimelio Colbertino: cusus ante Septembrem anni hujus.

ΔΟΜΙΤ. CΕΒ. ΘΕΟΥ ΥΙΟC. *Domitianus Aug. Divi F.* capite laureato .)(. Arcus triumphalis. L. ΙΔ. *Anno* XIV. Est ex ære, in Thesauro Brandeburg. tomo 2. pag. 105.

Domitianum fuisse ceteroqui virum integris moribus necesse est, cui Censura perpetua quarto principatus anno commissa fuerit a Senatu: tametsi ob nimiam severitatem in ea peragenda, post annos Tribuniciæ Potestatis quindecim abrogari ei omnem magistratum a Senatu oportuerit.

Anno Christi 96. V. C. 849. *Nervæ* 1.

Kalendis Januariis Domitianus init Consulatum XVIII.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XVIII. CENS. PERP. P. P. Capite laureato. .)(. IOVI VICTORI. Juppiter sedens dextra tenet orbem Romanum, cui Victoria imposita est. S. C. Est nummus singularis ex ære magno, nitidissimus, litteris omnibus & in ipso COS. XVIII. egregie conspicuis, in Museo P. CHAMILLART. Quo ex nummo discimus Fastos esse corrigendos, in quibus hic Domitiani Consulatus XVIII. non comparet.

Natali Urbis, pertæsus Senatus acerbitatis, qua Censuram Domitianus perageret, exactis Tribuniciæ Potestatis & Augusti principatus quindecennalibus, eumdem magistratu dejecit; subrogavitque Nervam Cæsarem. Eam ob rem non est Domitianus post obitum inter divos relatus. Nerva Cæsar tunc dictus est COS. II. suffectus scilicet in Domitiani locum, & simul DES. III. Nemo enim Principum ante Tribuniciam potestatem plusquam semel Consul fuit. Igitur Nerva cum Tribunicia Potestate accepit Consulatum II. & designatur simul COS. III. . . Dabam hæc die sabbati, 20. Junii, 1699.

NERVA CÆSAR AVGVSTVS.

Nervam Cæsarem ortu Cretensem fecere mendaces: & Cocceium esse, hoc est, de gente Cocceïa dixerunt: quoniam in nummis Augusti, inter Triumviros Monetales, M. COCCEIVS NERVA IIIVIR occurrit. Perinde quasi non sit Nervæ cognomen aliis etiam familiis commune: cum inter eosdem etiam Triumviros legatur tum alibi, tum in Museo P. CHAMILLART. ex ære mediocri, A. LICIN. NERVA SILAN. IIIVIR. Cum Silanum igitur nepotem neptis Augusti fuisse referat Plinius, libro VII. sect. XI. natum anno V. C. 768. Augusti supremo; & hunc Licinium quoque Nervam Silanum integro nomine fuisse, nobis jure videmur affirmare; & hujus filium Nervam Cæsarem fuisse; qui integro nomine appellatus sit, *Ælius* ex matre, *Licinius NERVA Silanus* ex patre, deinde *Cæsar Germanicus* ex avia Drusilla, Germanici filia, Augusti pronepte. Ex nummo certe L. Ælii N. Cæsaris, Nervæ Cæsari nomen etiam Ælii fuisse, haud temere, ut opinor, asseveramus. Quam enim certum est ex eo nummo Græco, quem suo tempore proferam, Ælium Cæsarem *Nervam* fuisse, tam debet constare Nervam ipsum Cæsarem *Ælium* fuisse. En igitur Nervæ stemma ab Augusto Cæsare. Fuit enim pronepos neptis Augusti.

STEMMA NERVÆ CÆSARIS

ab Augusto.

CÆSAR AVGVSTVS.

IVLIA AVGVSTI F.

AGRIPPINA, conjux Germanici Cæsaris.

DRVSILLA, Germanici & Agrippinæ F. Nupsit Licinio Nervæ Silano.

A. LICIN. NERVA SILANVS IIIVIR Monetalis.

N.

Lic. Nerva Silanus. ΣΙΛΑΝΟΣ in nummis ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ.

M. Si-

M. Silanus, nepos neptis Augusti. Plin. libro VII. sect. XI.
Conjux Ælia, Ælii Sejani filia.

Ælia conjux Trajani patris.	Licinia conjux Marciani	L. Ælius Licinius NERVA Silanus, CÆSAR AVG. GERMANICVS.	
		ex Plotina	ex Julia Titi filia.

Ælia PLOTINA AVG. conjux Trajani altera.	L. ÆLIVS N. CÆSAR.	Ælia Julia conjux M. Antoniani Pii: deinde & L. Aurelii Veri. Ex Antoniano Pio,

T. ÆLIVS CÆSAR ANTONINVS PIVS.

Natali Urbis igitur Nerva Cæsar ad annos duos suscipit principatum, deferente Senatu, & simul Tribuniciam Potestatem, & titulum Pont. Max. Ad annos autem duos dumtaxat suscepit, quoniam jam ipse senex in generum suum & filium sororis suæ Trajanum festinaret transmittere principatum; cum non posset in filium, Ælium Cæsarem, transferre, tunc annorum circiter XVIII. quoniam Senatus habere Principes, sive Patres Senatus, jam viros optaret, non adolescentes.

IMP. NERVA CAES. AVG. P. M. TR. P. COS. II. P. P. Caput laureatum. .)(. CONCORDIA EXERCITVVM. Dexteræ duæ junctæ tenent Aquilam legionariam. Est ex ære magno in Museo nostro, & argenteus: ut & apud Angeloni, pag. 102.

Eadem inscriptio. .)(. PROVIDENTIA SENATVS. Nerva togatus stans, a Senatore pariter togato & stante orbem Romanum regendum accipit. Nummus hic est ex ære magno, in Cimelio D. FOVCAVLT: qui nummus docet, penes Senatum fuisse arbitrium Principis eligendi, non penes exercitum. Providentia Senatus commendatur, qui in Domitiani locum, quoniam Censuram asperius administraret, Nervam longe clementiorem subrogarit.

Eadem inscriptio. .)(. CONGIARIVM PR, *Congiarium primum.* S C. Sedens in suggesto dat congiarium, pro felicibus Imperii auspiciis. Et *Congiarium primum* dicitur, ut secundum exspectetur. Est ex ære magno, in Cimelio D. FOVCAVLT, & in Museo nostro.

Eadem inscriptio. .)(. FISCI IVDAICI CALVMNIA SVBLATA. S C. Palma. Est ex ære magno in Museo nostro. Vide librum de Nummis Herodiadum. Sed *calumnia* oppressio est: ut in Psalmo CXVIII. *Non tradas me CALVMNIANTIBVS me. Non CALVMNIENTVR me superbi. Redime me a CALVMNIIS hominum.* Et Osee XII, 7. *Chanaan, in manu ejus statera dolosa: CALVMNIAM dilexit.*

IMP. NERVA CAES. AVG. P. M. TR. P. Capite laureato. .)(. COS. II. DESIGN. III. P. P. Diana venatrix. Argenteus, in gaza Regia.

Caput Apollinis, vel Genius Urbis. .)(. ANTIOXEΩN. ET. EMP. Anno CXLV. æræ Cæsarianæ: qui init autumno anni hujus. Est ex ære minimo, apud D. FOVCAVLT.

Nervæ nummus apud Patinum in Indice, pag. 10. argenteus. L. A. *Anno primo*, qui autumno anni hujus incipit, more Græco.

. . . . . ΝΕΡΟΥΑΣ ΣΕΒΑ. L. A. Capite laureato. .)(. ΚΡΑΤΗΣΙΣ. *Imperium*: ut in Galba & Othone. Est in Cimelio D. FOVCAVLT.

Anno Christi 97. V.C. 850. *Nervæ Aug.* 2.

Kal. Januariis Nerva Augustus Consul III. creatur.

IMP. NERVA CAESAR AVG. P. M. TR. P. II. COS. III. P. P. Capite laureato. .)(. CONCORDIA EXERCITVVM. Dexteræ duæ junctæ tenent signum militare. S C. Est ex ære mediocri, in Museo nostro.

Eadem inscriptio. .)(. FISCI IVDAICI &c. ut anno superiore.

Eadem inscriptio. .)(. LIBERTAS PVBLICA. S C. Typus Libertatis. Ex ære magno, & mediocri, & ex argento, in Museo nostro.

Eadem inscriptio. .)(. ROMA RENASCENS. Ibidem.

Eadem inscriptio. .)(. SALVS PVBLICA. Dea sedens, fruges dextra tenet: ob frumentum plebi constitutum. Argenteus, ibidem.

Eadem inscriptio. .)(. VEHICVLATIONE ITALIAE REMISSA. S C. Duo muli soluti pascunt. Ex ære magno, ibidem.

Eadem inscriptio. .)(. PLEBEI VRBANAE FRVMENTO CONSTITVTO. S C. Modius cum spicis exstantibus. Ex ære magno, ibidem. In antica parte similis nummi legit Occo, pag. 191. IMP. NERVA PERPETVVS AVG. P. P.

Eadem inscriptio. .)(. PAX AVG. Sedet Dea, dextra ramum oleæ, læva hastam puram tenet. Ex ære magno, in Cimelio D. FOVCAVLT.

Eadem inscriptio. .)(. FORTVNA AVGVST. Fortuna stat cum temone & Cornucopia. Est in Museo nostro, ex ære magno, & argento.

IMP. NERVA CAES. AVG. P. M. TR. POT. Capite laureato. .)(. COS. III. PATER PATRIAE. Instrumenta Pontificalia. Argenteus, ibidem.

IMP. NERVA CAES. AVG. GERM. P. M. TR. P. II. Capite laureato. .)(. IMP. II. COS. III. DESIGN. IIII. P. P. Instrumenta Pontificalia. Argenteus apud Occonem, pag. 190. & apud P. CHAMILLART.

Caput Nervæ laureatum. .)(. SPQR OPTIMO PRINCIPI. Pax stans, dextra ramum oleæ, læva Cornucopiæ tenet. Argenteus, apud Patinum.

ΑΥΤΟΚΡ. ΝΕΡΟΥΑΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΥΠΑΤ. Γ. *Consul* III. Capite laureato. .)(. ΕΛΕΥΘ. ΔΗΜΟΥ. *Libertas Publica.* Dea stolata, dextra palmam, læva hastam gerit. Argenteus.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΝΕΡΟΥΑΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑ. Capite laureato. .)(. Templum sex columnis exornatum. ΕΠΙ ΠΟΜΠΩΝΙΟΥ ΒΑΣΣΟΥ ΠΡΕΣΒΕΥ. ΑΝ. Hinc ΔΙ/Ρ Inde ΚΥ/Σ

Hoc

Hoc est: *Sub Pomponio Basso* (πρεσβευτοῦ) *Legato: Ancyrani* Galatiæ posuere Templum Διὸς κυρίου Σαράπιδος, *Jovis Domini Serapidis.* Vide Nummos Populorum & Urbium, verbo Ο Δ Η C C E I T Ω N. Nummum hunc ex ære magno cum D. DE BOZE vidi allatum ex Oriente. Illud AN. positum esse pro Ἀγκυρανοὶ, docet nummus sub Trajano percussus, quem simul pariter vidimus, ex ære magno: ΑΥΤ. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑ. ΓΕΡ. Capite laureato. .)(. Templum idem, sex exornatum columnis. ΚΟΙΝΟΝ ΓΑΛΑΤΙΑΣ. ΕΠΙ ΠΟΜΠΩΝΙΟΥ ΒΑΣΣ. Sic in utroque nummo littera Σ formatur.

IMP. NERVA CAES. AVG. P. M. TR. P. COS. III. P. P. Capite laureato. .)(. In corona quercea, EXVLES ROM. RED. SPQR. *Exules Roma reduces, Senatus Populusque Romanus.* Est apud Tristan. tom. 1. pag. 360. Fictus ac recens nummus ille peritorum judicio est: cui ultro subscribimus: tum quod scriberet illa ætas, opinor, EXSVLES; tum quod dictiones eæ, SPQR. non cohærent cum reliqua epigraphe. Nam in recto casu eas esse oportet, & unam cum ceteris vocibus sententiam exhibere: ut in SPQR MEMORIAE AGRIPPINAE: SPQR MEMORIAE DOMITILLAE: SPQR CL. V. SPQR OB CIVES SERVATOS: SPQR OPTIMO PRINCIPI. Itaque ex historiis multo post tempora Nervæ in charta conscriptis, accepta est occasio illius nummi sæculo XVI. confingendi, cum aliis bene multis. Nam ætas prisca scriberet, OB EXSVLES IN VRBEM REVOCATOS SPQR, coronam nempe decrevit civicam. Et vero frustra hunc nummum quæras in Cimeliis Principum, aut virorum Illustrium, qui numismata colligunt.

IMP. NERVA CAES. AVG. P. M. TR. P. COS. III. P. P. Capite laureato. .)(. VICTORIA AVG. Victoria sedens, dextra palmam, sinistra Cornucopiæ gerit. Aureus est in Thesauro Regio. Ex Cornucopiæ, latrones tantum fugatos intelligimus, *les Bandits*, qui Annonæ commeatum prohiberent. In alio argenteo quinario est Victoria gradiens cum palma & corona, eodem significatu: cum epigraphe, IMP. II. COS. III. quæ est anni sequentis nota.

IMP. CAESAR NERVA. . . . . (SC Θ) Caput Nervæ laureatum. .)(. In corona laurea, Mense nono imperii Nervæ cusus hic nummus est ex ære mediocri, a Latinis Antiochiæ vel in suburbio degentibus. Est in Cimelio D. FOUCAULT.

CAESAR NERVA AVG. III. (SC K) COS. Capite laureato. .)(. In corona laurea: Est ex ære mediocri, ibidem: cusus mense vicesimo Imperii Nervæ. Nostro autem calculo, siquidem in Natali Urbis accepit imperium a Senatu, mensis imperii ejus, & nonus, & vicesimus, a die XI. Kal. Januarias æque incipit; ille quidem exeuntis anni 96. iste exeuntis anni 97. Itaque hoc illi utroque nummo A. N. F. F. hoc est, *annum novum faustum felicem*, ut Cyprii suo illo ΕΤΟΥC ΝΕΟΥ ΙΕΡΟΥ Α & Β. appetentem proxime Cæsari adprecantur. Notum enim erat toti Imperio ad biennium dumtaxat suscepisse Nervam orbis Romani administrationem. Nam cur alioqui Nervæ Cæsaris menses numerarentur in nummis?

Anno Christi 98. V. C. 851. Trajani 1.

Kalendis Januariis Nerva suscipit Consulatum. IIII.

IMP. NERVA CAES. AVG. GERM. P. M. TR. P. II. Caput radiatum. .)(. IMP. II. COS. IIII. P. P. Fortuna cum temone & Cornucopiæ. Est in Museo nostro, ex ære mediocri. *Germanicus* appellatur, non ob victoriam ab eo de Germanis relatam; siquidem nulla omnino in nummis victoria talis apparet, sed summa pax a Germanis; & statim *Germanici* nomen habet, ut Nero: sed quod ex stirpe esset Germanici Cæsaris; nepos ipsius filiæ Drusillæ; quemadmodum ex altera Germanici filia Vitellio pariter obtigisse nomen *Germanici Cæsaris* ad te scripsi. Cusus hic nummus est ante Natalem Urbis; quem usque ad diem dictus est Nerva Cæsar TR. POT. II.

IMP. NERVA CAES. AVG. P. M. TR. P. II. Capite laureato. .)(. IMP. II. COS. IIII. P. P. Dexteræ duæ junctæ. Argenteus, e Museo nostro. Prænomen nomini suo nusquam Nerva præfigit, quoniam primus erat ex gente Liciniorum Nervarum Augustus.

Natali Urbis ipse sponte deponit principatum, defertque Trajano. Consecrationis ejus post obitum nummos non vidimus, nisi sub Gallieno cusos.

DIVO NERVAE. Capite radiato. .)(. CONSECRATIO. Aquila expansis alis. Argenteus, e Museo nostro. In alio ibidem, Ara cum igne. . . . .

Die sabbati, 27. Junii, 1699.

TRAIANVS CÆSAR AVG.

Natali Urbis igitur, Nerva (ut dixi) abdicante, init principatum Trajanus Cæsar Augustus, filius sororis ejus: aliquanto prius in Nervæ locum Consul suffectus: unde Consul II. hoc anno dicitur, cum TR. POT. Sed priusquam nummos ejus exponam, stemma illius, ac simul Hadriani, ex solis nummis exhibendum est.

Stemma Trajani, Hadriani, & Antonini Pii.

M. Silanus, nepos neptis Augusti: ut in Nerva dixi. Conjux Ælia.

- Ælia, conjux Ulpii Trajani patris.
  - VLP. TRAIANVS CAES. GERM. Secundis nuptiis duxit consobrinam suam Plotinam, Nervæ Aug. filiam.
- Licinia conjux Marciani: deinde Annii Gal. Commodi.
  - ex Marciano, MARCIANA AVG. soror Trajani Aug. hoc est, consobrina. Ex Matidio marito,
    - MATIDIA AVG.
- NERVA CÆSAR GERM.
  - ex Plotina: Ælia PLOTINA AVG. conjux Trajani Aug. altera. Prior maritus Trajanus, frater patruelis Trajani Aug.
    - T. ÆL. HADRIANVS AVG. Nervæ nepos. Conjux prima, Hadria.
  - ex Julia Titi F.: L. ÆLIVS N. CÆSAR.
  - Ælia conjux Antoniani Pii.
    - T. ÆL. CÆSAR ANTONIVS PIVS.

Numis-

Numismata Trajani.

NERVA TRAIAN. CAES. GERM. NER. AVG. F. P. TR. P. COS. II. Capite laureato. *Nerva Trajanus Cæsar Germanicus, Nervæ Aug. filius, Pontifex, Tribunicia potestate, Consul secundum.* .)(. ADOPTIO. Trajanus stans, paludatus, cum hasta, ut Princeps Juventutis, accipit orbem Romanum, quem ei Nerva togatus, & idem stans, porrigit. Est in Thesauro Regio aureus, laudatus a Tristano, tomo 1. pag. 378. Adoptionem factam a Nerva commendat, cum nondum esset Trajanus Augustus, aut Pontifex Max. sed tantum Princeps Juventutis & Consul. Non esset autem statim, ut est, *Cæsar Germanicus*, & quidem prius quam *Nervæ F.* nisi essent illa propria & hereditaria familiæ unius cognomina. Neque enim fortassis meрus *Germanici* titulus ob victoriam de Germanis relatam ipsi etiam præponeretur adoptionis titulo; sed prius diceretur *Nervæ F.* quam *Germanicus*. Ergo *Cæsar Germanicus* appellatur, quia Æliæ Cæsaris Germanicæ filius fuit, pronepos Drusillæ Germanici Cæsaris filiæ. Sunt enim hæc familiæ Germanici cognomina: unde & illa statim habet in nummis suis similiter avunculus Trajani Nerva, & Nero, & Vitellius. Filium sororis suæ Trajanum Nerva adoptavit, ut olim Julius Cæsar filium sororis suæ Octavium Cæsarem. Neque hoc tantum. Verum etiam quemadmodum Octavius, præterquam quod erat IVLI F. fuit & ipse *Julius* materno genere, siquidem natus ex Julia Cæsare: sic etiam Trajanus, præterquam quod fuit adoptione NERVÆ F. prius jam erat ipso natalium jure, ac proinde ex matre, *Nerva*. Unde in hoc numismate & prius NERVA TRAIANVS, & postea NERVAE F. appellatur. Id quod institutum a nobis Trajani stemma egregie constabilit. Fuisse Trajanum paterno genere ex Ulpia familia novimus ex nummis BASILICA VLPIA, METALLI VLPIANI PANN. & ΟΥΛΠΙΑC ΠΑΤΤΑΛΙΑΣ.

IMP. CAESAR NERVA TRAIAN. AVG. GERM. P. M. Capite laureato. .)(. Spes lilium dextra gerit. TR. POT. COS. II. S C. Est in Museo nostro ex ære mediocri.

IMP. NERVA CAES. TRAIAN. AVG. GERM. P. M. Capite laureato. Hic situs ipse vocis CAESAR admonet, non honoris titulum, sed familiæ cognomen istud in Nerva fuisse, ac proinde etiam in Trajano æque cognomen esse, atque ipsum *Nervæ* cognomen. .)(. TR. P. COS. II. P. P. Infra, PROVID. *Providentia*. Nerva togatus stans stanti Trajano & paludato orbem Romanum tradit; prospiciens, providensque nimirum Reipublicæ tranquillitati & paci, quam Trajanus esset optime procuraturus. Nummus hic est ex argento in Gaza Regia, & apud P. Chamillart. Sic Vespasianum Tito imperium tradidisse vidimus; idque simili epigraphe consignatum, PROVIDENTIA AVGVSTI.

IMP. CAES. NERVA TRAIAN. AVG. GERM. Capite laureato. .)(. PONT. MAX. TR. POT. COS. II. Fortuna sedet cum patera & Cornucopiæ. E Museo nostro argenteus.

IMP. CAES. NERVA TRAIAN. AVG. GERM. P. M. TR. P. Capite laureato. .)(. COS. II. P. P. CONG. PR. *Congiarium primum*. Infra, S C. Imperator congiarium populo Rom. distribuit, pro TR. POT. & accepto principatu Est hic nummus ex ære magno, in Cimelio D. Foucault, & apud P. Chamillart.

IMP. CAES. NERVA TRAIAN. AVG. GERM. P. M Capite laureato. .)(. TR. POT. COS. II. S C. Pax sedet cum ramo oleæ & hasta pura. Si victoria præcessisset aliqua, quam de Germanis Trajanus retulisset, in nummis ipsius nunc etiam consignaretur. Est ex ære magno in utroque proxime laudato Cimelio.

TRAIANVS IMP. CAESAR. .)(. Capita Nervæ & Trajani. Aureus, in Thesauro Mauroceni.

IMP. CAE. NER. TRA. AVG. GER. P. M. TR. P. COS. II. P. P. Capite laureato. .)(. COL. PRIMA FL. AVG. CAESAREEN. Cæsarea Palæstinæ scilicet, de qua vide Nummos Populorum & Urbium. Est hic ex ære minimo.

ΑΤΤ. Κ. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝΟC CΕΒ. ΓΕΡΜ. Capite laureato. .)(. In corona: ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞ. ΥΠΑΤ. Β. *Tribunicia Potestate, Consul II.* Est ex ære mediocri, in Museo nostro, & apud P. Chamillart.

ΑΥΤ. ΚΑΙC. ΝΕΡ. TRAIANOC CEB. ΓΕΡΜ. Capite laureato. .)(. Lyræ seu citharæ duæ, ut in Domitiani nummo animadvertimus: quibus hic est Aquila Romana superposita. .)(. ΔΗΜ. ΕΞ. ΥΠΑΤ. Β. Trajani concordiam cum Senatu in regendo orbe Romano hæ duæ citharæ indicant. Est hic argenteus in Museo nostro; sed fabricæ tamen Gallicanæ, ut nobis quidem videtur.

ΑΥΤΟΚΡ. ΚΑΙC. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝΟC ΓΕΡΜ. Capite laureato. .)(. (S C / A) in corona laurea. Annus Trajani *primus*, Græco more iniens autumno, signari videtur hac littera. Vidi apud Abb. de la Chaize.

Trajani vultus, excesa epigraphe. .)(. In corona: ΒΕΡΟΙΑΙΩΝ. Α. *Berhœensium* in Syria nummus, *anno primo*. Ex ære mediocri, in Cimelio D. Foucault.

ΚΛΑΥΔΙΟ ΤΙΒΕΡΙΕΩΝ. ΕΤ. ΠΑ. *Anno* 81. æræ *Tiberiensium Claudiorum*; de qua vide Chronologiam Veteris Testamenti, ac Nummos Populorum & Urbium.

Nulla, ut dixi, in his omnibus nummis Victoria Germanica aliave apparet: quæ si fuisset aliqua annis etiam superioribus, debuisset anno isto in nummis signari. Pacis argumenta & symbola in nummis anni hujus exstant: nulla belli indicia aut victoriæ.

PLOTINA AVG. IMP. TRAIANI, subintelligitur de more *conjux*. Caput Plotinæ. .)(. FIDES AVGVST. Dea stans, dextra spicas, sinistra flores ac fruges in canistro gestat; symbolum ubertatis annonæ, quam Augustus promiserat Est ex ære magno, in Cimelio D. Foucault.

Anno Christi 99. V. C. 852. Trajani 2.

Consul tertium hoc anno Trajanus Kal. Januariis agnoscitur.

IMP. CAES. NERVA TRAIAN. AVG. GERM. P. M. Capite laureato. .)(. TR. POT. COS. III. P. P. S C. Sedet Pax cum ramo oleæ & hasta pura. In Cimelio D. Foucault, & in Museo nostro, ex ære magno. In alio simili sedet Annona cum Cornucopiæ & patera ante aram. In alio stat Pax cum ramo oleæ & Cornucopiæ: & est iste argenteus in Museo nostro.

ΑΥΤ. ΤΡΑΙΑΝ. CΕΒ. ΓΕΡΜ. Capite laureato. .)(. L. B. *Anno secundo* imperii ejus, qui ab autumno hujus anni incipit. Imperator in curru triumphali, dextra ramum, læva scipionem Consularem gerit, in cujus apice Aquila Romana est; quæ sunt indicia Consulatus hoc anno gesti. Est ex ære magno, in Cimelio D. Foucault.

ΑΥΤΟΚΡ. ΚΑΙΣ. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝΟΣ ΣΕΒ. ΓΕΡ. Capite laureato. .)(. ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞ. ΥΠΑΤ. Γ. Caput Jovis Hammonis. Argenteus est.

Anno Christi 100. V. C. 853. *Trajani* 3.

Natali Urbis Trajanus Aug. Consul quartum designatur in annum sequentem.

IMP. CAES. NERVA TRAIAN. AVG. GERM. P. M. TR. P. Capite laureato.)(. COS. III. DES. IIII. P. P. S C. Stat Imperator cum hasta & clypeo. Est ex ære mediocri in Museo nostro.

Trajani caput laureatum.)(. TR. POT. COS. III. P. P. Arcus triumphalis, triplici fornice: hoc anno proinde ædificatus. Dicitur hic nummus esse in Cimelio Card. Maximi.

IMP. CAES. NERVA TRAIAN. AVG. GERM.)(. P. M. TR. POT. III. COS. III. P. P. S C. Dea sedens, dextra pateram tenet, sinistra Cornucopiæ. Est apud Occonem, pag. 197.

Anno Christi 101. V. C. 854. *Trajani* 4.

Consul IV. creatur Kal. Januariis Trajanus Aug.

IMP. CAES. NERVA TRAIAN. AVG. GERM. Capite laureato.)(. P. M. TR. P. COS. IIII. P. P. Victoria cum palma & corona: ob latrones, opinor, ex aliquo imperii tractu fugatos. Est argenteus in Museo nostro.

Exstat apud Gruterum inscriptio, pag. CCXLVI, 6. IMP. CAESAR DIVI NERVAE F. NERVA TRAIANVS AVG. GERM. DAC. PONT. MAX. TRIB. POT. IIII. COS. IIII. VICTO DECEBALO. Gruterus ait, hanc se accepisse ex Panvinio in Fastis: Panvinius, pag. 330. ad se transmissam dicit fuisse a Lazio, cum TR. POT. IIII. COS. V. quemadmodum a Grutero describitur, pag. CXI, 1. Quod cum esset manifeste falsum, Panvinius reposuit COS. IIII. At supposititiam esse eam inscriptionem debuit intelligere; tum quod tali emendatione egeret; tum quod Dacicum non fuisse Trajanum ante TR. POT. VI. & annum Christi 103. nummi demonstrant, quos ibi allaturi sumus. Nec minus profecto inscriptio qualibet adulterina ac recens est, in qua fictum Decebali nomen apparet, quam sunt duæ illæ spuriæ, ipso confitente Grutero, & quam ille affert pag. LXXIII, 8. SED VIVIT TRAIANVS. VE TIBI DECEBALE: & quæ legitur pag. CIII, 5. de eodem argumento. Vide & pag. CCCXXX, 5. & fer ipse de ea inscriptione judicium.

Anno Christi 102. V. C. 855. *Trajani* 5.

IMP. CAES. NERVA TRAIAN. AVG. GERM. P. M. Capite laureato.)(. TR. POT. V. COS. IIII. P. P. S C. Pax sedens, dextra tenet ramum oleæ. Est ex ære magno, apud P. CHAMILLART, & apud Occonem, pag. 201.

Trajani caput laureatum.)(. ΓΑΔΑΡΕΩΝ. ΕΞΡ. *Gadarensium, anno* CLXV. æræ Pompeianæ. Geminum cornucopiæ. Est ex ære mediocri. De hac æra vide Chronologiam Veteris Testamenti.

ΑΥΤΟΚ. ΚΑΙC. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝΟC. CΕΒ. ΓΕΡΜ. Capite laureato.)(. ΚΟΙΝΟΝ CΥΡΙΑC. Caput turritum ac velatum, in signum libertatis. Est ex ære minimo, perelegantis fabricæ, in Museo nostro.

Anno Christi 103. V. C. 856. *Trajani* 6.

Hoc anno Dacos vicit Trajanus, circiter mensem Julium.

IMP. CAES. NERVA TRAIAN. AVG. GERM. P. M. TR. P. VI. Capite laureato. Pax sedet cum hasta pura, dextra oleam gerit. IMP. IIII. COS. IIII. DES. V. P. P. S C. Est in Museo nostro nummus ex ære magno, cusus ante mensem Julium hujus anni. Quatuor nummos similes e diversis Cimeliis affert ac describit Fabrettus, pag. 274. de Columna Trajani. Nondum Dacica Victoria erat, ac ne bellum quidem, sed alta Pax, ut nummus docet. Jam quartum tamen Imperator seu dux exercitus Trajanus appellatus.

Trajani caput laureatum. Pro inscriptione hæc una vox est in summo nummi margine, GERM. *Germanicus*. Nomen illud fuit Trajani tunc proprium: quoniam is postremus esset, ad quem cognomen illud pervenire deberet hereditarium a Nerone Druso Germanico Imperatore: quoniam non liceret illud prorogari ultra nepotem pronepotis. Fuit autem Trajanus nepos pronepotis Drusi Germanici Imp. In altera nummi area, S C. Trajanus stans cum Tribuno militum cohortes alloquitur. Ergo qui jam *Germanicus* est jure natalium, milites adhortatur, ut per eos etiam *Dacicus* mox vocetur. Est hic nummus ex ære magno perrarus, apud D. Vaillant, tomo 1. pag. 50.

IMP. CAES. NERVA TRAIAN. AVG. GERM. DACICVS P. M. P. P. Capite laureato.)(. TR. P. VI. IMP. IIII. COS. IIII. DES. V. S C. Victoria orbi Romano imposita, dextra coronam, læva spolium gerit. Victoriam hic nummus denotat de Dacis relatam circiter mensem Julium: qui nummus a Fabretto laudatur, pag. 275.

IMP. CAES. NERVA TRAIANVS AVG. GERM. Capite laureato.)(. DACICVS. COS. IIII. P. P. Hercules dextra clavam gerit, sinistra leonis exuvias. Est in Cimelio Mediceo, argenteus.

Eadem inscriptio, capite laureato, vultu senili, & ad sexagenarium accedente.)(. S C. Clava Herculis. Est ex ære minimo, in Museo nostro.

Eadem inscriptio.)(. P. M. TR. P. COS. IIII. P. P. Herculis statua basi imposita. Argenteus, ibidem.

ΑΥΤΟΚΡ. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝΟC.... ΓΕΡΜ. ΔΑΚ. Capite laureato.)(. CΕΛΕΥΚΕΩΝ ΠΙΕΡΙΑC. *Seleucensium Pieriæ*. Ϛ. *Anno sexto*, qui autumno anni hujus incipit, more Græco. ΖΕΥC ΚΑCΙΟC. *Juppiter Casius*. Templum quatuor fultum columnis, in quo mons Casius: de quo Plinius, libro v. sect. XVIII. *Seleucia libera, Pieria appellata. Super eam mons...... Casius. Cujus excelsa altitudo, quarta vigilia orientem per tenebras Solem aspicit*. Est ex ære mediocri in Gaza Regia, & apud P. CHAMILLART.

Trajani caput laureatum.)(. CΕΛΕΥΚΕΩΝ. ϚΞΡ. *Anno* CLXVI. Vide Nummos Populorum & Urbium.

Anno Christi 104. V. C. 857. *Trajani* 7.

Trajanus hoc anno in Dacia moratur, ad provinciam debellandam, & res ibi componendas.

IMP. CAES. NERVA TRAIAN. AVG. GERM. DACICVS P. M. Capite laureato.)(. TR. P. VII. IMP. IIII. COS. IIII. DES. V. P. P. S C. Ex Museo Josephi Magnavacca Pictoris Bononiensis, & ex Museo Cospiano, Mediobarbus. Victoria gradiens, coronam dextra, læva spolium gerit. Consulatum, cui gerendi præsenti anno designatus erat Trajanus: Dacicis rebus componendis impeditus, distulit in annum sequentem. Itaque isto adhuc anno dictus est tantummodo COS. IIII. DES. V. Nimirum accipere Consulatum in Urbe voluit, & simul de Dacia capta ibi triumphum agere. At hoc toto anno mansit in Dacia, tum ut integram debellaret, tum ut res ibi constitueret post victoriam; quoniam ea victoria Daciam factura esset Augusti

Augusti provinciam. Unde in nummis inscriptis TR. P. VII. ante COS. V. Pax tantum & Victoria insculpta est, non triumphus. Romam autem advenisse eum, ut susciperet Consulatum, nummus docet inscriptus, COS. V. ADVENTVS AVG. Commentum enim otiosorum est, somniantium Trajanum accepisse Tribuniciam potestatem anno Christi 98. Octobri exeunte, & post hebdomadas quinque Decembri proximo TR. POT. II. numerasse.

Eadem inscriptio. .)(. TR. P. VIII. IMP. IIII. COS. IIII. DES V. In Thesauro Regio ex ære magno fuisse aliquando hunc nummum, vel in Museo San-Genovefano, quidam dixere: quos P. Pagi in Critica Baroniana egregie hallucinatos esse docet. Nusquam enim exstare hunc nummum ipsi quoque didicimus: legique oportere, TR. P. VII.

IMP. TRAIANO AVG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. IIII. P. P. Capite laureato. .)(. SPQR OPTIMO PRINCIPI. Infra, ALIM. ITAL. *Alimenta Italiæ* data. In medio, S C. Pietas stans, læva Cornucopiæ, dextra fruges tenet. Ad pedes stat Italus. Est ex ære magno, in Museo nostro.

Trajani caput laureatum. .)(. ΓΑΔΑΡΕΩΝ. ΖΞΡ. *Gadarensium* nummus, *anno* CLXVII. æræ Pompeianæ. Aquila Romana expansis alis. Est ex ære magno, apud D. Vaillant.

Ex victoria Dacica etiam hic fructus accessit, quod Byzantii fœderati esse Populi Romani voluerunt, nummosque deinceps cuderunt Augustorum nominibus; cum prius id facere neglexissent, tametsi vicini eorum, sed citeriores, Περίνθιοι, facerent.

Anno Christi 105. V. C. 858. *Trajani* 8.

Kalendis Januariis Consulatum V. init Trajanus.

IMP. CAES. NERVA TRAIAN. AVG. GERM. DACICVS P. M. Capite laureato. .)(. TR. P. VII. IMP. IIII. COS. V. P. P. Est in Museo nostro, ære magno. Roma galeata spoliis insidet, hastam læva tenet: ab Imperatore stante & togato orbem Romanum accipit, cui Romana Victoria imposita est. S C. Cusus hic nummus est ante Natalem Urbis; cum esset adhuc Trajanus TR. POT. VII. Similis huic alter est apud D. Foucault, & apud Angeloni, pag. 122. Est in Museo P. Chamillart, ex ære magno & mediocri.

Eadem inscriptio. .)(. SPQR OPTIMO PRINCIPI. S C. Trajanus in curru triumphali juncto quadrigis, dextra laurum, læva scipionem Consularem tenet, Consulatus hoc anno gesti indicem. Apud Angeloni, pag. 122.

Eadem inscriptio. .)(. TR. P. VIII. IMP. IV. COS. V. P. P. Roma, ut supra. Est apud Occonem, pag. 203. bis: & fuit in nummo e columna Trajani, teste Fabretto, pag. 276. in quo Victoria gradiens picta esset, cum trophæo, quod læva gestaret, ut coronam dextra. Cusus hoc anno nummus iste est post Natalem Urbis. Ex his nummis igitur Fastos esse emendandos intelliges, qui Consulatum Trajani quintum anno Christi 103. collocant; cum in annum 105. dumtaxat incurrat. Cardinalis Norisius pag. 241. Fastos hic quoque perturbatos agnoscit, permutatque Consules anni 103. & 104. ut Consulatum Trajani quintum referat ad annum 104. Fabrettus similiter Fastos hic esse vitiosos fatetur, pag. 274. & alibi.

IMP. CAES. NERVAE TRAIANO AVG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. V. P. P. Capite laureato. .)(. SPQR OPTIMO PRINCIPI. S C. Danubius viri specie, cui caput fornice circumdatum; quoniam amnis habet impositos sibi pontes; læva gerens arundinem; Daciam humi dejectam, Romano cogit parere imperio. Est ex ære magno, in Museo nostro. Cave hos audias, qui spurcum nescio quid in hoc nummo cogitant.

Eadem inscriptio. .)(. ADVENTVS AVGVSTI. Imp. in equo cum hasta, Victoria præeunte, duobus militibus subsequentibus. Infra, SPQR OPTIMO PRINCIPI. Est ex ære maximo, in gaza Regia.

Caput Trajani laureatum. .)(. P. M. TR. P. COS. V. P. P. Quadrigæ triumphales. Aureus est.

IMP. TRAIANO AVG. GER. DAC. P. M. TR. P. Capite laureato. .)(. COS. V. P. P. SPQR OPTIMO PRINCIPI. Victoria scribit in clypeo, DACICA. Est in Museo nostro, argenteus. In alio, e Museo P. Chamillart, scribit, VIC. DAC. *Victoria Dacica*, In Museo nostro est ex ære magno, cum litteris S C. In alio rursum Dacia sedens super armorum congerie luget. Infra, DAC. CAP. *Dacia capta.* S C. Sunt & alii plures typi, victoriæ Dacicæ indices.

Eadem inscriptio. .)(. COS. V. P. P. SPQR OPTIMO PRINCIPI. Infra, DANVVIVS. Danubius jacens, sub fornice, cum arundine; Romani se juris, post Dacos superatos, esse confitetur. Argenteus in Museo P. Chamillart.

IMP. CAES. NERVAE TRAIANO AVG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. V. P. P. Capite laureato. .)(. DACIA AVGVSTI PROVINCIA. Dacia rupi insidet, cum puerulis spicas racemosque tenentibus: quæ symbola sunt ubertatis agrorum in eo tractu. Ipsa signum militare gestat. Est ex ære magno in Cimelio D. Foucault, & apud P. Chamillart.

Eadem inscriptio. .)(. SPQR OPTIMO PRINCIPI. ALIM. ITAL. S C. Trajanus sedens distribuit alimenta feminæ adstanti cum parvulis. Est ex ære magno, in utroque illo Cimelio.

IMP. CAES. NERVA TRAIAN. AVG. GER. DACICVS P. M. Capite laureato. .)(. COS V. CONGIARIVM SECVND. Pro quinto Consulatu. S C. Imperator congiarium distribuit populo Rom. Est ex ære magno in Museo nostro.

ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΤΡΑΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. ΓΕΡΜ. ΔΑΚ. Capite laureato. .)(. Nilus sedet cum arundine: infra, hippopotamus: puer ad pedes stat. L. H. *Anno octavo*, qui more Græco incipit ab autumno anni hujus. Est ex ære magno, in Cimelio D. de Lamoignon.

Anno primo Trajani triumphali ob victoriam Dacicam, videntur Latini Antiochiæ degentes, sed jam Græco assueti sermoni, voluisse singulis mensibus ejus honori nummos cudere. Sunt enim in Cimelio D. Foucault plures ex ære mediocri sic inscripti:

ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. ΓΕΡΜ. ΔΑΚ. Capite laureato. Deinde in corona:

(SC A) (SC Z) (SC H) (SC ●) (SC AI)

Sic etiam suo loco similes Nervæ nummos ex eodem Cimelio interpretati sumus.

Anno Christi 106. V. C. 859. *Trajani* 9.

IMP. CAES. NERVA TRAIAN. AVG. GER. DAC. P. M. Capite laureato. .)(. TR. P. VIIII. IMP. V. COS. V. P. P. Fabrettus, pag. 276. ex Goltzio.

IMP. CAES. NERVAE TRAIANO AVG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. V. P. P. Capite laureato. .)(. SPQR OPTIMO PRIN-

PRINCIPI. S C. Stat Arabia stolata, dextra ramum turis, læva calamum odoratum tenet: ad pedes, camelus. Infra, ARAB. ADQVIS. *Arabia adquisita.* Est ex ære magno, in Museo nostro. Non est Arabia capta, ut Dacia; sed *adquisita*; hoc est, facta fœderata cum populo Rom.

ΑΥΤΟΚ. ΚΑΙC. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝΟC CΕΒ. ΓΕΡ. ΔΑΚ. Capite laureato. .)(. ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞ. ΥΠΑΤ. Ε. Arabia stans dextra ramum, læva dentem elephantinum tenet: ad pedes, camelus: quæ sunt omnia Arabiæ symbola.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΚΑΙCΑΡ ΤΡΑΙΑΝΟC ΔΑΚΙΚΟC. Capite laureato. .)(. Arabiæ effigies, pectore tenus, in sinu gestat infantes duos, geminæ Arabiæ, Felicis ac Petrææ, symbola. Infra, ARABIA, Latinis characteribus. Æreus est in Thesauro Regio. Arabiæ adquisitæ testes sunt præterea nummi, in quibus Bostra *Nervia Trajana*, a Nerva Trajano videlicet appellantur.

Trajani caput laureatum. .)(. ΓΑΒΑΛΕΩΝ. ΒΝΡ. *Gabalensium* nummus, *anno* CLII. Cybele sedet inter duos leones. De hac civitate & æra, vide Chronologiam Veteris Testamenti, ac Nummos Populorum & Urbium.

Anno Christi 107. V.C. 860. *Trajani* 10.

IMP. TRAIANO AVG. GER. DAC. P. M. TR. P. Capite laureato. .)(. PRINCEPS IVVENTVTIS. Dea Salus cum serpente & patera columnæ innititur. Princeps Juventutis, hoc est, ut alias diximus, Præfectus peditum, (Hadrianus haud dubie, qui postea Augustus fuit) Trajano Aug. vitrico suo, & filio sororis avi sui, optat conservationem salutis, ac securitatem ei ab hostibus pollicetur. Est argenteus, in Museo nostro.

Eadem inscriptio. .)(. COS. V. P. P. SPQR OPTIMO PRINC. Dea stans, læva tenet Cornucopiæ, dextra facem, qua spolia comburit. Infra, PAX. Argenteus, ibidem.

Eadem inscriptio ex utraque parte. .)(. Dea Pietas stat cum hasta pura ante aram. Infra, PIET. Argenteus, ibidem.

Eadem inscriptio ex utraque parte. .)(. Dea velata sedet cum hasta pura, dextra Palladium tenet. Infra, VESTA. Ibidem, argenteus.

Anno Christi 108. V.C. 861. *Trajani* XI.

His annis, quibus esset post Dacicam victoriam summa pax in Imperio, in laudes Trajani Imp. effusa provincia Narbonensis, (nam ibi in primis hæc numismata cudebantur:) plurimos conflari nummos curavit; in quibus Trajanum diceret, Principum virorum, qui prioribus temporibus vixissent, aliorumque in Republica illustrium, REST. hoc est, restituisse merita, ac res præclare gestas, sive exhibuisse denuo ac repræsentasse. De hoc nummorum genere vide Numismata Sæculi Constantiniani: nam omnes ibi fere descripsimus. Expeditionem secundam Trajani Dacicam inter fabulas repono; & quidquid demum de Trajano nummi antiqui non referunt.

IMP. CAES. NERVAE TRAIANO AVG. GERM. DAC. P. M. TR. POT. COS. V. P. P. Capite laureato. .)(. CONGIARIVM TERTIVM. S C. Est ex ære magno, in Cimelio D. Foucault, & apud P. Chamillart. Datum est congiarium pro secundis decennalibus Tribuniciæ Potestatis.

Trajani caput laureatum. .)(. ΓΑΒΑΛΕΩΝ. ΔΝΡ. *Gabalensium* nummus, *anno* CLIV. Dea sedens, dextra pateram, læva Cornucopiæ tenet. Vide Chronologiam Veteris Test. ac Nummos Populorum & Urbium.

Trajani caput laureatum. .)(. Serpens spiras agens. L. ΙΑ. *Anno* XI. Est ex ære mediocri, apud P. Chamillart.

Anno Christi 109. V. C. 862. *Trajani* 12.

Trajani caput laureatum. .)(. Nilus jacens, dextra Serapidis effigiem, vel Osiris tenet: læva, arundinem: infra, crocodilus est. L. ΙΒ. *Anno* XII. qui more Græco incipit ab autumno anni hujus. Est ex ære magno, in Cimelio D. Foucault. In alio simili, apud Angeloni, pag. 122. L. ΙΒ. Trajanus in curru tracto a duobus hippocentauris, qui singulas Victorias manu gestant, dextra alter, alter sinistra.

Anno Christi 110. V. C. 863. *Trajani* 13.

IMP. CAES. NERVAE TRAIANO AVG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. V. P. P. Capite laureato. .)(. SPQR OPTIMO PRINCIPI. Fluvius jacens sub aquæ ductu, & aquam effundens ex amphora. S C. Infra, AQVA TRAIANA. Est ex ære magno, in Museo nostro.

Eadem inscriptio. .)(. SPQR OPTIMO PRINCIPI. Dea sedet cum rota, quam dextra tenet. Infra, VIA TRAIANA. Ex ære magno, ibidem.

Eadem inscriptio. .)(. SPQR OPTIMO PRINCIPI. Portus. S C. Ex ære magno, ibidem. In alio, e Cimelio D. Foucault, legitur, PORTVM TRAIANI. S C.

Eadem inscriptio. .)(. SPQR OPTIMO PRINCIPI. S C. Infra, REST. ITAL. *Restitutori Italiæ.* Imperator Italiam sublevat procidentem in genu: cui pueri duo adsistunt, ad designandam superiorem Italiam & inferiorem. Est ex ære magno, in eodem Cimelio.

Eadem inscriptio. .)(. SPQR OPTIMO PRINCIPI. S C. Templum egregium, quod Romæ ædificatum a Trajano fuisse hic nummus docet. Est ex ære magno ibidem.

ΑΥΤ. ΤΡΑΙΑΝ. CΕΒ. ΓΕΡΜ. ΔΑΚΙΚ. Capite laureato. .)(. ΑΡCΙΝΟΙΤΗC. *Arsinoïtes* Juppiter, qui stans ibi læva hastam puram, dextra velatum caput Arsinoës tenet. Ad pedes Aquila Romani imperii symbolum. Est ex ære magno ibidem.

Eadem inscriptio. .)(. ΚΟΠΤΙΤ. Κοπτιτῶν in Ægypto. Osiris stans, dextra hastam puram, læva cervi effigiem tenet. L. ΙΓ. Ζ. *Anno* XIII. quo anno Z hoc est, *septem* tantum cubitis Nilus excrevit. Vide Plinium, libro v. sect. x. Est hic a Seguino editus, pag. 121. nunc in Thesauro Regio.

ΑΥΤ. Κ. ΤΡΑΙΑΝ. CΕΒ. ΓΕΡΜ. ΔΑΚΙΚ. Capite laureato. .)(. ΕΙΡΗΝΗ ΚΑΙ ΟΜΟΝΟΙΑ. *Pax & Concordia.* Dea geminum Cornucopiæ tenet. L. ΙΓ. *Anno* XIII. Est ex ære magno, in Cimelio D. Begon. Est in alio persimili quem vidimus, Pax ipsa & Concordia: unum illa, hæc geminum Cornucopiæ gerit. In alio quem citat Fabrettus, pag. 300. est Arcus triumphalis, & L. ΙΓ.

Anno Christi CXI. V. C. 864. *Trajani* 14.

ΑΥΤΟΚ. ΚΑΙC. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝΟC CΕΒ. ΓΕΡΜ. ΔΑΚ. Capite laureato. .)(. In corona laurea, (SC ΔΙ) Forte, *anno* XIV. Est ex ære mediocri, in Cimelio P. Chamillart.

In Cimelio D. Bignon, nummus Trajani, cum Arcu triumphali, & L. ΙΔ *anno* XIV.

Anno Christi 112. V. C. 865. *Trajani* 15.

. ΑΥΤΟΚΡ. ΚΑΙϹ. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. ΓΕΡΜ. ΔΑΚ. Capite laureato. Infra, Aquila Romana, & clava Herculea.)(. Genius urbis Tyri, capite turrito ac velato, quod est metropoleos insigne, dextra spicas tenet, &c. ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞ. ΙΕ. ΥΠΑΤ. Ε. *Tribunciæ Potestatis* XV. *Consul* V. Argenteus magnæ molis, ac plane singularis nummus, in Cimelio P. Chamillart: quo docemur Consulatum Trajani VI. differri oportere in annum sequentem, qui est annus Christi 113.

ΑΥΤ. ΤΡΑΙΑΝ. ϹΕΒ. ΓΕΡΜ. ΔΑΚΙΚ. Capite laureato.)(. Imp. in curru triumphali vecto quadrigis, ramum lauri læva, dextra scipionem Consularem gerit, cujus in apice Aquila Romana est, index Potestatis Consularis. L. ΙΔ. *Anno* XIV. qui cœpit autumno superioris anni. Est ex ære magno in Cimelio D. Foucault. Ibidem est alter cum eadem anni nota: sed quadriga ibi elephantorum est.

Eadem inscriptio.)(. Imperator in curru quadrijugo, ut supra. L. ΙΕ. *Anno* XV. qui incipit autumno hujus anni. Item alius, in quo stat Serapis ante aram, cum eadem anni nota. Est uterque in eodem Cimelio.

Eadem inscriptio.)(. ΕΙΡΗΝΗ ΚΑΙ ΟΜΟΝΟΙΑ. *Pax & Concordia.* Ambæ dextras jungunt. Concordia geminum Cornucopiæ tenet. L. ΙΕ. *Anno* XV. Ex ære magno, ibidem.

ΑΥΤΟΚ. ΚΑΙϹ. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. ΓΕΡ. ΔΑΚ. Capite laureato.)(. Caput Jovis. ΔΩΡ. ΙΕΡ. ΑϹΥΛ. ΑΥΤΟ. ΝΑΥΑΡ. L. ΡΟΕ. *Doreensium, sacræ, inviolatæ, liberæ, classicæ* civitatis, *anno* CLXXV. æræ Pompeianæ. Est ibidem ex ære mediocri.

Anno Christi 113. V. C. 866. *Trajani* 16.

Kalendis Januariis Trajanus Aug. init sextum Consulatum.

IMP. TRAIANVS AVG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P. Capite laureato.)(. VIRTVTI ET FELICITATI. Stat ipse galeatus cum hasta, dextra tenens bacillum imperatorium: ex adverso stante Dea stolata cum Cornucopiæ & caduceo. Aureus est e gaza Regia.

Eadem inscriptio.)(. Ædificium pulcherrimum; supra: Quadrigæ triumphales. Infra, FORVM TRAIANI. Aureus est, apud D. March. de Montauban.

IMP. TRAIANO AVG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P. Capite laureato.)(. METALLI VLPIANI PANN. *Metalli Ulpiani Pannonici.* Dea Moneta, cum libra & Cornucopiæ. Est hic nummus ex ære minimo in Museo nostro. Vide Nummos Populorum & Urbium.

IMP. CAES. TRAIANO AVG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P. Capite laureato.)(. BASILICA VLPIA. SPQR OPTIMO PRINCIPI. Ædificium statuis exornatum, foro Trajani simillimum. Est ex ære magno in Cimelio Illustriss. HARLÆI Protopræsidis. Ex hoc nummo accepere artifices historiæ Augustæ occasionem fingendi Bibliothecam Ulpiam.

IMP. CAES. NERVAE TRAIANO AVG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P. Capite laureato.)(. SPQR OPTIMO PRINCIPI. Pietas stat, cum Cornucopiæ: ad pedes, rusticus vir, pileo rustico coopertus. Infra, ALIM. ITAL. Est ex ære mediocri, in Museo nostro. Ex ære magno alius ibidem, VIA TRAIANA: ut anno 100.

Eadem inscriptio.)(. DACIA AVGVST. PROVINCIA. SC. ut anno 105. Nam quod semel egregie Principes fecissent, id annis consequentibus consignabatur in nummis. Est hic in ære magno, in Cimelio D. Foucault, & apud Angeloni, pag. 122.

Eadem inscriptio.)(. SPQR OPTIMO PRINCIPI. SC. Mars gradiens cum hasta & spoliis. Est ex ære magno, in eodem Cimelio.

Eadem inscriptio.)(. SPQR OPTIMO PRINCIPI. SC. Columna Trajani, cui ipsius effigies imposita est. Nondum ille *Parthicus*, nondum erat *Optimus.* Est hic nummus ex ære mediocri & ex argento, in Museo nostro. Ex ære magno, in Museo P. Chamillart.

Eadem inscriptio.)(. CONSERVATORI PATRIS PATRIAE. SC. Juppiter stat cum fulmine: sub quo Trajanus stat togatus, ramum oleæ dextra tenens. Est ex ære magno, apud D. Foucault.

Nummos præterea, in quibus Trajani familia commemoratur, ad hunc annum referimus; quamvis alios alio tempore cusos fuisse non diffiteamur.

IMP. TRAIANVS AVG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P. Capite laureato.)(. DIVVS PATER TRAIANVS. Sedet Trajani Aug. pater, nudo capite, cum patera & hasta. Argenteus, in Museo nostro.

IMP. TRAIANO AVG. DAC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P. Capite laureato.)(. DIVI NERVA ET TRAIANVS PAT. *Divi Nerva & Trajanus pater.* Capita duo adversa; Nervæ Augusti laureatum: Trajani patris, nudum: uterque fuit Trajani Imp. pater: alter adoptione, alter natura. Sed inscriptio hæc *patris* nomen soli tribuit patri naturali. Argenteus hic est, ibidem.

PLOTINA AVG. IMP. TRAIANI, conjux nimirum. Caput Plotinæ.)(. DIVO TRAIANO PARTH. AVG. PATRI. *Divo Trajano Parthico Augusti patri.* Aureus est in Gaza Regia.

Eadem inscriptio.)(. Ara. In medio: ARA PVDIC. *Ara Pudicitiæ.* In ambitu; CAES. AVG. GERM. DAC. COS. VI. P. P. *Plotina Augusta Imperatoris Trajani Cæsaris Augusti Germanici Dacici, Consulis sextum, Patris Patriæ* conjux. Nummus aureus est.

IMP. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P. Capite laureato.)(. DIVI NERVA P. ET PLOTINA IMP. TRAIANI. Capita amborum adversa. Aureus est e gaza Regia. Ergo ante hunc annum Plotina obierat, siquidem jam. *Diva* appellatur: quantumvis Dio & alii sub Hadriano eam obiisse ponant.

MARCIANA AVG. SOROR IMP. TRAIA. Caput Marcianæ.)(. CAES. AVG. GER. DAC. COS. VI. P. P. Infra, MATIDIA AVG. F. *Matidia Augustæ filia.* Non esset Marciana *Augusta*, nec Matidia *Augusta*, nisi genus ab Augusto traherent. Et soror illa cum dicatur, intelligique consobrinam oporteat, ob nominum diversitatem, necesse est & Trajanum & Marcianam ex gemina sorore Nervæ natos esse.

IMP. TRAIAN. AVG. GERM. DAC. COS. VI. P. P. MATIDIA AVG. Marcianæ sororis Trajani filia, dextra pateram tenet.)(. DIVA AVGVSTA MARCIANA. Caput Marcianæ. Argenteus est e gaza Regia. Cum sit & *Augusta* & *Marciana* cognomen, *Augusta* præponitur, quia multo nobilius est.

DIVA AVGVSTA MARCIANA. Caput Marcianæ.)(. Aquila. CONSECRATIO. Argenteus, e Museo nostro.

Eadem inscriptio.)(. SENATVS CONSVLTO. Marciana in curru triumphali, quem

bigæ elephantorum trahunt, cum totidem sessoribus: manu tenere quiddam videtur. S C. Ex ære magno, in Cimelio D. FOUCAULT.

MATIDIA AUG. DIVAE MARCIANAE F. Caput Matidiæ. .)(. PIETAS AVGVST. Ipsa stans manum alteram alterius parvuli pariter stantis capiti imponit. Ex ære magno, ibidem: argenteus in Museo nostro.

DIVA AVGVSTA MATIDIA. Caput Matidiæ. .)(. CONSECRATIO. Aquila Romana expansis alis tenet scipionem unguibus. Est argenteus, apud D. DE LAMOIGNON.

ΑΥΤΟΚΡ. ΚΑΙϹ. ΝΕΡ. ΤΡ. . . . . Capite laureato: infra, clava Herculea, & Aquila Romana: illa urbis Tyri; ista, Romani Imperii nota. .)(. Caput Herculis laureatum. ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞ. ΥΠΑΤ. ϛ. *Tribunicia Potestate, Consul VI.* Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOUCAULT.

Anno Christi 114. V. C. 867. *Trajani* 17.

Kalendis Januariis *Optimi* cognomen Trajanus accepit.

IMP. CAES. NER. TRAIANO OPTIMO AVG. GER. DAC. P M. TR. P. COS. VI. P. P. Capite laureato. .)(. SENATVS POPVLVSQVE ROMANVS. Stat Dea tenens dextra caduceum, læva Cornucopiæ. Ex ære magno, in Museo nostro. Nummus quem Seguinus edidit, pag. 138. cum eadem utraque epigraphe, sed & cum columna, cui noctua imposita est, adulterinus est.

IMP. CAES. NER. TRAIANO OPTIMO AVG. GER. DAC. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. COS. VI. P. P. S P Q R. Egenos pietate Trajani sublevatos fuisse hic nummus docet, in quo vir egenus est cum patera & spicis. Argenteus est e Museo nostro, cusus ante Victoriam Parthicam, quæ hoc anno circa æstatem contigit. Pars nummi antica cognomina continet, quæ sibi propria vellet esse Trajanus: postica, titulos dignitatum & honoris.

Eadem inscriptio. .)(. PROFECTIO AVGVSTI, ad bellum Parthicum. Imp. in equo, præeunte uno milite, tribus subsequentibus. Aureus est.

Eadem inscriptio. .)(. P. M. TR. P. COS. VI. P. P. S P Q R. VOTA SVSCEPTA. *Senatus Populusque Romanus. Vota suscepta*, pro felici expeditione Parthica. Apud Occonem, pag. 209. & apud P. CHAMILLART argenteus. Trajanus togatus cum Senatore pariter togato ante aram sacrificat.

IMP. CAES. NER. TRAIANO OPT. AVG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P. Capite laureato. .)(. SENATVS POPVLVSQVE ROMANVS. FORT. RED. *Fortuna redux.* S C. Sedet Fortuna, sive Annona, cum temone & Cornucopiæ. Est ex ære mediocri, in Museo nostro.

IMP. CAES. NER. TRAIANO OPT. AVG. GER. DAC. PARTHICO. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. COS. VI. P. P. S P Q R. Caput Solis radiatum, symbolum Orientis, ubi Parthos Trajanus devicit, Sole (ut illi loquebantur) Augusti Comite & Conservatore. Est ibidem argenteus.

ΑΥΤ. ΚΑΙϹΑΡ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΡΙϹΤ. ΔΑΚ. Capite laureato. .)(. ΝΕΙΚΗ ϹΕΒΑϹΤΗ. *Victoria Augusta.* ΜΑ. Μαγνήτων fortassis. Ob victoriam Parthicam hac æstate reportatam. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOUCAULT.

ΑΥΤΟΚΡ. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΡΙϹΤ. ΚΑΙ. ϹΕΒ. ΓΕΡ. ΔΑΚ. Capite laureato. *Imp. Nerva Trajanus Optimus Cæsar Augustus Germanicus Dacicus.* .)(. ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. Caput turritum ac velatum: quod argumentum est liberæ civitatis ac metropoleos. ΒΞΡ. Anno CLXII. æræ Cæsarianæ. Nam Ξ pro Ξ pingi sæpe solitum in nummis. Est hic in Museo nostro, ex ære mediocri. Nondum *Parthicus* Trajanus: sed jam tamen *Optimus* Ἄριστος. Annus ille CLXII. cœpit ab autumno superioris anni.

ΑΥΤΟΚΡ. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΡΙϹ. ΚΑΙϹ. ϹΕΒ. ΓΕΡ. ΔΑΚ. ΠΑΡΘ. Capite laureato. .)(. Caput turritum ac velatum. ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. ΒΞΡ. *Anno* CLXII. Nummus ex ære mediocri, cusus post victoriam Parthicam, ante Septembrem anni hujus. Est in Gaza Regia.

ΑΥΤΟΚΡ. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΡΙϹΤ. ΚΑΙ. ϹΕΒ . . . Capite laureato. .)(. ϹΕΛΕΥΚΕΩΝ ΠΕΙΕΡΙΑϹ. *Seleucensium* Syriæ *Pieriæ*. Fulmen super mensa positum. Sub mensa. A. Est ex ære minimo in Museo nostro.

ΑΥΤ. ΚΑΙϹ. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΡΙϹ. ϹΕΒ. ΓΕΡ. ΔΑΚ. Capite laureato. .)(. ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ ΚΑΤ ΙϹϹΟΝ. *Alexandrinorum ad Issum.* ΕΤΟΥϹ ΑΠΡ. *Anno* CLXXXI. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOUCAULT, cusus ante victoriam Parthicam.

ΑΥΤΟΚΡ. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝ. ΑΡΙϹΤ. ΓΕΡΜ. ΔΑΚ. Capite laureato. .)(. Fortuna temoni insidet, cum Cornucopiæ. ΑΡΑΔΙΩΝ. ΔΟΤ. Nummus *Aradiorum*, *anno* CCCLXXIV. cusus ante victoriam Parthicam. Est ex ære mediocri, ibidem.

Caput muliebre velatum, altero minore juxta posito, Trajani scilicet laureato. Epigraphe detrita. .)(. ΑΡΑΔΙΩΝ. ΕΟΤ. *Aradiorum* nummus, *anno* CCCLXXV. qui ab autumno incipit hujus anni. Est ibidem, ex ære mediocri.

ΑΥΤ. Κ. . . ΤΡΑΙΑΝ. : : : ΔΑΚ. ΠΑΡΘ. Capite laureato. .)(. In corona, ΒΕΡΟΙΑΙΩΝ. Γ. mense *tertio* post victoriam Parthicam, ut videtur. Berœenses hi Syriæ sunt. Nummus ex ære mediocri, apud P. JOBERT.

Trajani caput laureatum. .)(. ΣΙΔΩΝΟϹ ΘΕΑϹ. ΕΚϹ. *Anno* CCXXV. Est in Thesauro Regio.

ΑΥΤΟΚΡ. ΚΑΙϹ. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. ΓΕΡΜ. ΔΑΚ. Capite laureato. .)(. ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞ. ΙΖ. ΥΠΑΤ. ϛ. *Tribunicia Potestate* XVII. *Consul* VI. Est e Cimelio Mediceo. Aquila Herculeæ clavæ insistit; illa imperii Romani; ista, urbis Tyri symbolum. Nondum Monetario Tyrio *Optimi* cognomen innotuerat.

ΑΥΤ. ΤΡΑΙΑΝ. ϹΕΒ. ΓΕΡΜ. ΔΑΚΙΚ. Capite laureato. .)(. Isis sedens manum apponit capiti sedentis Harpocratis. L. IZ. *Anno* XVII. Nummus ex ære magno, in Cimelio D. FOUCAULT. Ibidem alius Imperatorem, vel Jovem potius, aquilæ dorso insidentem exhibet, & eamdem anni notam.

In columna Trajani: SENATVS POPVLVSQVE ROMANVS IMP. CAESARI DIVI NERVAE F. NERVAE TRAIANO AVG. GERM. DACICO PONTIF. MAXIMO. TRIB. POT. XVII. IMP. VI. COS. VI. P. P. Displicet hæc inscriptio, neque ævo Trajani posita nobis videtur, sed multo postea ab aliquo vel imperito, qui finxit; vel imprudente, qui ex membranis accepit, quas vetustas esse ac genuinas putarit. *Optimi* certe cognomen abesse Romæ non debuit, quod tribus amplius mensibus ante ipsam TRIB. POT. XVII. nempe ipsis Kal. Januariis Trajanus accepit; & quod propterea Laodicenses in Syria cum ipsa TRIB. POT. XVII. in suis nummis posuerunt, ante victoriam Parthicam, quæ contigisse ante mensem Julium videtur. Ab eo posita ista

certe

certe inscriptio videtur, qui & alteram adjecit, quæ non Trajani encomium, sed Hadriani exhibet. Quid facit autem in columna Trajani, commendatio illa Hadriani prolixa, quam exinde Marcanova descripsit?

IMP. CAES. NER. TRAIANO OPTIMO AVG. GER. DAC. PARTHICO P. M. TR. P. COS. VI. P. P. Capite laureato. .)(. Imperator e suggesto, cum jam semel iterumque Parthos vicisset, adhuc cohortes alloquitur. Infra, IMPERATOR VIII. S C. Est ex ære magno in Museo nostro, & apud D. Foucault, & apud Angeloni, pag. 123.

Anno Christi 115. V. C. 868. *Trajani* 18.

IMP. CAES. NEP. TRAIANO OPTIM. AVG. GER. DAC. PARTHICO. Capite laureato. .)(. REGNA ADSIGNATA. Trajanus in suggesto sedet, adstant Senatores duo: infra stant reges tres, quibus adsignantur a Trajano regna. Aureus est in Gaza Regia: ex ære magno cum S C. in Museo P. Chamillart.

IMP. CAES. NER. TRAIANO OPTIMO AVG. GER. DAC. PARTHICO P. M. TR. P. COS. VI. P. P. Capite laureato. .)(. REGNA ADSIGNATA, ut proxime. Est hic ex ære magno in Museo nostro, & apud Angeloni, pag. 123.

Eadem inscriptio. .)(. REX PARTHIS DATVS. S C. Imperator in suggesto sedens cum Præfecto Prætorianorum militum stante, per præconem infra stantem, declarat regem Parthorum eum, qui ante suggestum flexo genu, cum tiara in capite, manus, veluti id quod sibi datur excipiens, porrigit. Est ex ære magno ibidem.

IMP. TRAIANO OPTIMO AVG. GER. DAC. P. M. TR. P. Capite laureato. .)(. REX PARTHVS. Imperator in suggesto sedet, adstante Præfecto Prætorianorum militum: ante suggestum flectit genu Rex Parthus, adstantibus quinque militibus, quorum tres signa gestant. Aureus e Gaza Regia.

IMP. CAES. NER. TRAIANO OPTIMO AVG. GER. DAC. PARTHICO P. M. TR. P. COS. VI. P. P. Capite laureato. .)(. ARMENIA ET MESOPOTAMIA IN POTESTATEM P. R. REDACTAE. Stat Imperator paludatus, dextra hastam, læva bacillum Imperatorium gerit; inter amnes duos humi jacentes, Tigrin scilicet & Euphraten, intermediamque provinciam, cui in capite tiara Armena est. S C. Est ex ære magno in Museo nostro, & apud Angeloni pag. 123.

IMP. CAES. NER. TRAIANO OPTIM. AVG. GERM. DAC. Capite laureato. .)(. PARTHICO P. M. TR. P. COS. VI P. P. S P Q R. Dea stat cum hasta, dextra radium tenet, quo Romanum orbem ad pedes positum ostendit. PROVID. *Providentia* Trajani in administrando imperio commendat. Argenteus est in Museo nostro, & apud P. Chamillart.

Eadem inscriptio. .)(. PARTHICO &c. ut proxime. Dea sedens pascit serpentem aræ circumvolutum. Infra, SALVS AVG. Argenteus, in Museo nostro.

Eadem inscriptio. .)(. PARTHICO &c. ut proxime. Dea sedet cum Cornucopiæ; dextra temonem regit. Infra, FORT. RED. *Fortunæ*, sive Annonæ, *reduci*. Argenteus est, ibidem.

Trajani caput laureatum: detrita epigraphe. .)(. Castor & Pollux equos retinent. ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΤΚΖ. *Anno* Græcorum CCCCXXVII. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. Foucault.

ΑΥΤΟΚΡ. ΚΑΙС. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝΟС ΑΡΙСΤΟС СΕΒ. ΓΕΡΜ. ΔΑΚΙΚ. Capite laureato, cum Herculis clava & Aquila Romana. .)(. ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞ. ΙΗ. ΥΠΑΤ. Ϛ. *Tribunicia Potestatis* XVIII. a Natali Urbis hujus anni: *Consul* VI. Est e Cimelio Mediceo. Fabrica & typus urbis Tyri, ut anno 112. 113. & 114.

Anno Christi 116. V. C. 869. *Trajani* 19.

ΤΡΑΙΑΝ. ΑΡΙС. СΕ. ΓΕΡ..... Trajanus Optimus Aug. Germanicus..... Trajani caput laureatum. .)(. L. ΙΘ. *Anno* XIX. qui autumno hujus anni incipit. Isis in lectisternio. Nummus ex ære magno, in Museo P. Chamillart.

ΑΥΤΟ. ΝΕΡ... ΤΡΑΙΑΝΟС... Capite laureato. .)(. ΣΙΔΩΝΟΣ ΝΑΥΑΡΧΙΔΟΣ. L. ΖΚΣ. *Anno* CCXXVII. Vir currenti similis in navi. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. Foucault. Habemus nummi hujus formam in plumbo expressam.

Hoc anno, die Natali Urbis accipit Hadrianus ex S C. Tribuniciam potestatem in rebus civilibus, cum iniisset antea Consulatum. Kal. Januariis.

Anno Christi 117. V. C. 870. *Hadriani* 1.

IMP. CAES. NER. TRAIANO OPTIMO AVG. GERM. Capite radiato. .)(. DAC. PARTHICO TRIB. POT. XX. COS. VI. P. P. In corona quercea, S C. Est ex ære mediocri in Museo nostro, & apud Angeloni, pag. 123.

Trajani caput radiatum: Epigraphe Græca detrita. .)(. Æquitas stat cum libra & Cornucopiæ. L. K. *Anno* XX. Nummus ex argento mixto, in Museo nostro.

ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΤΡΑΙΑΝΟС. .... Capite laureato. .)(. Currus triumphalis junctus quadrigis, in quo Imperator dextra laurum tenet, læva scipionem Consularem, cujus in apice Romana Aquila est: retro, Victoria coronat Imperatorem. L. K. *Anno* XX. Ex ære magno, in Cimelio D. de Lamoignon.

ΑΥΤ. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝ. СΕΒ. ΓΕΡΜ. ΔΑΚΙΚ. Capite laureato. .)(. ΕΙΡΗΝΗ ΚΑΙ ΟΜΟΝΟΙΑ. *Pax & Concordia* dextras jungunt, ut anno 110. Concordia geminum Cornucopiæ; Pax spicas duas tenet. L. K. *Anno* XX. Est ex ære magno in Thesauro Regio. Est alter huic similis in Cimelio D. Foucault, in quo Isis cum spicis: retro, sphinx. L. K. *Anno* XX.

ΑΥΤ. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝ. СΕΒ. ΓΕΡΜ. ΔΑΚΙ... Capite laureato. Nullus in Ægypto cusus aut in Cypro nummus, Trajanum *Parthicum* vocat. .)(. ΑΡСΙΝΟΙΤΩΝ. Juppiter stat cum hasta pura, dextra tenet caput Osiridis. L. K. *Anno* XX. Est ex ære magno, apud D. Foucault.

Tot nummi, quibus inscriptus est annus vicesimus, in Ægypto cusi, ubi annos a Septembri inchoabant, suadent omnino, rerum civilium aliquam adhuc administrationem, post initum ab Hadriano principatum, Trajano relictam; cum Augusti titulo, & Tribunicia potestate. Imperium autem, sive Exercituum summam præfecturam, toto orbe Romano, collatam fuisse Hadriano a Senatu, ipso anno Trajani vicesimo. Nam Chalcideni e Syria certe a Septembri anni Christi 116. usque ad Septembrem anni 117. sub ejusdem anni nota Trajano & Hadriano Imperatoribus nummos cuderunt; nimirum istos.

ΑΥΤΟΚ. ΚΑΙС. ΝΕΡ. ΤΡΑΙΑΝΟС СΕΒ. ΓΕΡ. ΔΑΚ. ΠΑΡΘ. Capite laureato. .)(. In corona, ΦΛ. ΧΑΛΚΙΔΕΩΝ. ΚΕ. *Flaviorum Chalcidensium*, *anno* XXV. qui cœptus est a Septembri anni Christi 116. Est in Thesauro Regio, ære mediocri.

ΑΥΤΟΚΡ. ΚΑΙ ΤΡΑΙΑΝΟС ΑΔΡΙΑ-

 ΝΟС

NOC. Capite laureato .)(. In corona laurea; ΦΛ. ΧΑΛΚΙΔΕΩΝ. ΚΕ. *Anno* xxv. qui desinit ante Septembrem anni hujus 117. Est in Museo P. Jobert.

Sic Tripolitæ e Syria nummos cuderunt utriusque Principis nomine, cum anno æræ suæ HKT: hoc est, ccccxxviii. qui currebat a Septembri anni Christi 116. usque ad Septembrem anni 117. ATT. KAIC. NEP. TPAIANOC CEB. HKT. teste D. Vaillant: & in Thesauro Regio, atque in Cimelio D. Foucault, Museoque nostro, Hadriani similis, ATTOKP. KAICAP TPAIANOC AΔPIANOC. HKT. Capite laureato. Unde manifestum est imperium Hadriano delatum fuisse ante Septembrem anni 117. immo etiam ante mensis Augusti diem nonum, quo die fingunt historici Hadrianum Trajano successisse: alioqui & Tripolitas & Chalcidenos in Syria resciviſſe intra octiduum oportuit rem Romæ gestam: quod nec fieri sane nec fingi potest: cum si sic rescissent, Septembrem annumque suum proxime appetentem exspectaturi essent, ut cum annum in nummis notarent, qui futurus erat ΚϚ. & ΘΚΤ.

Cum annus igitur vicesimus Trajani notetur in nummis Ægyptiis, id factum videtur, quoniam Augustis imperio cedentibus, post legitimum tempus expletum, aliqua tamen ipsis post illud tempus Præfectura concedebatur a Senatu, in qua essent nihilominus cum Tribunicia Potestate, in Ægypto, ac fortassis in Syria. Antonino Pio certe jam imperante, Hadrianum constat ex nummis pluribus in Ægypto fuisse Augustum agnitum; ut Trajanum primo saltem anno Hadriani, & Nervam pariter usque ad obitum. Neque enim Augusto alicui per Senatum licuit, post Cæsaris Augusti excessum, summum Imperium, sive summam potestatem in provinciis Occidentis obtinere ultra annos xix aut xx. Quæ causa est quamobrem Augusti se deinceps consecuti quatuor, Trajanus, Hadrianus, Antonius Pius, & M. Aurelius, ac postea etiam Severus, & Diocletianus, vicesimo fere anno non amplius compareant: Nam cur Antonino Pio in annos præterea tres prorogatum imperium fuerit, primis ad te litteris scripsi.

Nummus argenteus Hadriani, apud D. Vaillant, pag. 156. hanc habet epigraphen in parte aversa, TRIBVNICIA POTESTAS. In eo Augusti duo, Trajanus & Hadrianus, dextras jungunt. Tribuniciam potestatem ambos simul habuisse hic nummus docet. Ex quo concidunt scriptorum fabulæ de tempore ac loco obitus Trajani: quem nos hoc ipso anno nihilominus mense Novembri diem supremum clausisse conjicimus.

Adoptio Hadriani in hoc argenteo nummo signatur, e gaza Regia, qui cusus est post obitum Trajani: IMP. CAES. TRAIANVS HADRIANVS AVG. Caput Hadriani. .)(. Trajanus & Hadrianus togati dextras jungunt. PARTH. DIVI TRAIANI AVG. P. M. TR. P. COS. P. P. Infra, ADOPTIO.

Trajanum Selinunte Ciliciæ oppido obiisse volunt Dio, versus Sibyllini, Chronicon Alexandrinum; Seleuciæ in Isauria, Eutropius, & alii. Ita conjiciendi primis artificibus historiæ Romanæ occasionem dedit hic nummus, qui est apud Occonem, pag. 214. 215. IMP. CAES. NERVAE TRAIANO OPTIMO AVG. GER. DAC. PARTH. TR. P. COS. VI. P. P. .)(. SPQR OPTIMO PRINCIPI. Ædificium sphæricum lapide quadrato: in portæ peristylio, SELINVNTEM. Qua voce indicatum esse locum, ubi diem supremum Trajanus clauserit, ridiculum fuit suspicari: siquidem & SPQR qui nummum cudi jussit, *Divum* appellaret Trajanum; & quartus casus admoneat, urbis Selinuntis restitutorem prædicari Trajanum; ut in nummo inscripto, PORTVM TRAIANI: in quo nemo non intelligit portus exstruendi vel perpurgandi auctorem cum commendari: subintelligendumque esse: *Ob restitutum*.

At non ibi certe Selinuntem Ciliciæ vel Isauriæ cogitari oportuit: tum quia Latina in isto nummo inscriptio est, cum sit urbs Græca: tum quia rediens ex Oriente Trajanus mari iter peregit, saltem si Dioni credimus; unde divertere in urbem Selinuntem vel Seleuciam non potuit, cum sit utraque mediterranea. De Selinunte igitur Siciliæ oppido maritimo juxta Lilybæum promontorium, ut Plinius docet, libro iii. sect. xiv. intelligi nummum oportuit: quod oppidum in reditu ex Oriente Trajanus ingressus amplificarit aut locupletarit.

Nummum habemus æreo Gallieni cusum, qui inscribitur, DIVO TRAIANO. Capite radiato. .)(. CONSECRATIO. Aquila. In alio, ara est. Sed tamen fuit ille inter divos relatus, statim post obitum.

DIVO NERVAE TRAIANO AVG. Undecim nummi sunt ita inscripti in Cimelio D. Foucault, cum variis symbolis: sed sunt omnes contorniati: cujus generis nummi simul omnes conflati sunt, sæculo quinto, ut quidem Antiquarii vulgo ponunt; ut nos arbitramur, decimo tertio. Hoc nummorum genere, quod est totum adulterinum, historiam omnem perturbari, & oppleri fabulis, si quis hos sequatur, omnes eruditi consentiunt. De Trajano nunc satis: De Hadriani numismatis scribam ad te proximis litteris . . . . , Die sabbati xviii. Julii, mdcxcix.

HADRIANVS AVGVSTVS.

Anno Christi 117. V. C. 870. *Hadriani* 1.

Natali Urbis igitur, Trajanus cessit principatu, quem Hadrianus suscepit, una cum titulis P. M. ac P. P. & Tribunicia Potestate in Exercitibus. Designatur etiam Consul II. in annum sequentem.

IMP. CAES. TRAIAN. HADRIANO OPT. AVG. G. D. PARTHICO. Caput Hadriani laureatum. .)(. DIVO TRAIANO PATRI. Caput Trajani Augusti laureatum. Aureus est perpulcher, quem vidimus apud D. Marchionem de Montauban. Est & apud Occonem, pag. 223. Docet hic nummus aperte, Trajanum hos titulos *Optimi Aug. Germanici Dacici Parthici*, veluti cognomina partim hereditate accepta a majoribus, partim meritis optimis acquisita, sed ad posteros & heredes pari jure transmittenda, sibi asseruisse; ac proinde eosdem Hadriano post adoptionem titulos, sive cognomina eadem, visum est tribui pariter posse.

IMP. CAES. TRAIAN. HADRIANO OPT. GER. DAC. Capite Hadriani laureato. .)(. PARTHIC. DIVI TRAIAN. AVG. F. P. M. TR. P. COS. P. P. *Imp. Cæsari Trajano Hadriano Optimo Germanico Dacico Parthico, Divi Trajani Aug. filio, Pontifici Max. Tribunicia Potestate, Consuli. Patri Patriæ.* Trajanus togatus Hadriano pariter togato orbem Romanum regendum tradit: ut Nervam Trajano tradidisse nummi Trajani docent. Infra, ADOPTIO. Est hic argenteus, e Museo nostro, & apud P. Chamillart. Est & ex ære magno, cum litteris S C. apud Angeloni, pag. 147. Præterquam autem Hadrianus est *Trajani Aug. F.* est etiam ipse, & prius quidem, ut hic nummus docet *Trajanus Hadrianus:* ipso ergo jure natalium, hoc est, a patre nomen Trajani habet; quemadmodum a prima conjuge cognomen Hadriani. En igitur stemma Hadriani Aug. ex solis nummis antiquis.

Genus

Genus paternum.

Ulpius Trajanus.

Trajanus pater. conjux Ælia Nervæ soror. — Trajanus.

TRAIANVS AVG. — Trajanus. conjux Ælia Plotina, Nervæ filia.

ÆL. TRAIAN. HADRIANVS AVG.

Genus maternum.

M. Silanus, nepos neptis Augusti, ut dixi in Nerva & Trajano. Conjux Ælia.

Ælia, conjux secunda Trajani patris. — NERVA. CÆS. AVG.

Ælia Plotina, nupsit Trajano fratri patrueli Trajani Aug.

ÆL. TRAIAN. HADRIANVS AVG.

Hadrianus igitur prius ex patre *Trajanus* est, quam sit ex patris sui patruele adoptante, *Trajani Aug. F.* quemadmodum Trajanus prius ex matre *Nerva* fuit, quam esset ex avunculo adoptante, *Nervæ Aug. F.* Est eximius apud Occonem, pag. 242. nummus Hadriani. Græcus ita inscriptus: ATT. KAIC. AIΛIOC TPAIANOC AΔPIANOC CEBACTOC. Hic genus & affinitatem Hadriani Aug. mirifice docet. Nam ibi prius ex matre *Ælius:* deinde ex patre *Trajanus:* postremo ex conjuge *Hadrianus* appellatur: ut a Domitia Domitianus, Vespasianus a Vespasia.

IMP. CAES. DIVI TRAIANI AVG. F. TRAIAN. HADRIANO OPT. AVG. GER. Capite Hadriani laureato. .)(DACICO PARTHICO P. M. TR. P. COS. P. P. *Imperatori Cæsari Divi Trajani Augusti filio Trajano Hadriano Optimo Augusto Germanico Dacico Parthico, Pontifici Max. Trib. Potestate, Consuli, Patri Patriæ.* S C. Trajanus togatus stans dat Hadriano pariter togato & stanti orbem Romanum. Est ex ære magno, in Cimelio D. Foucault. Qui in hoc nummo prius *Divi Trajani F.* quam *Trajanum Hadrianum* scripsit, non ille naturæ ordinem secutus est, sed dignitatis. Dignius enim est & honorificentius, filium esse Augusti adoptivum, quam naturalem filium hominis cujuscumque privati.

IMP. CAESAR TRAIANVS HADRIANVS AVG. Capite laureato. .)(. ADVENTVS AVG. Roma galeata sedens dextram porrigit Hadriano togato stanti. Ex auro est & ex argento in gaza Regia. *Adventus* dicitur, quod a Senatu ex provincia accersitus est ad Imperium capessendum, & Principatum Senatus. Unde & togatus pingitur, & stans coram sedente Roma. Nam Senatus & Populi Rom. major auctoritas ac potestas, quam Imperatorum & Augustorum, fuit. Vide quæ diximus in libro De Numismatis sæculi Constantiniani, ad nummum Maximiani junioris inscriptum, SECVRITAS PE. P. R. ET DD. NN.

Eadem epigraphe. .)(. Roma sedens galeata cum hasta, dextram porrigit Hadriano togato stanti. PONT. MAX. TR. POT. COS. Infra, ADVENTVS AVG: S C. Est ex ære magno, in Museo nostro.

IMP, CAES. NERVAE TRAIANO AVG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. V. P. P. Capite Trajani laureato. .)(. PLOTINA AVG. latere dextro: lævo, HADRIANVS AVG. capite nudo, ob reverentiam Trajani Aug. patris, & Plotinæ matris. Est ex ære magno, & maximo, apud D. Foucault. Sententia hujus inscriptionis est; non quidem Hadrianum Augustum fuisse Trajani quinto Consulatu; sed Hadrianum Augustum acceptam referre dignitatem ac potestatem suam, sive jus proximi heredis imperii, conjugio Plotinæ & Traiani: quoniam ea occasione, Trajano quintum consule, adoptionem & hereditatem imperii adeptus sit Hadrianus. Ridiculum effugium est Antiquariorum, ut se appellari volunt, qui cum indubitatæ antiquitatis & probæ notæ omnino nummum hunc esse fateantur, neque extricare hunc nodum possint, Monetarii errore factum esse pertendunt, ut aversam effigiem anteriori minime congruentem conjunxerit. Morem hunc illius ævi fuisse, ut diversa tempora in uno nummo consociarent, eo fine, ut quis cui aliquid & quo tempore deberet, legentes perspicerent, exemplis ostendimus sub Vespasiano & Domitiano multis: annis Christi *76. 83. 88. & 90.* Similis omnino formæ est ille nummus in eodem Cimelio, ex ære mediocri: IMP. CAES. NERVAE TRAIANO AVG. GER. DAC. P. M. TR. P. COS. V. P. P. Capite laureato. .)(HADRIANVS AVGVSTVS.

IMP. CAESAR TRAIAN. HADRIANVS AVG. .)(. CONIVGIVM AVG. Hadrianus & Sabina dextras jungunt, Junone intermedia. Tres Cupidines supervolant. Romæ hunc aureum a se visum esse Occo testatur, pag. 223. Hoc anno, quo Hadrianus primum Augustus fuit, peractum istud conjugium esse nummus significat; siquidem *Conjugium Augusti* esse dicitur. Tres Cupidines supervolitantes ingeniose sunt appositi, ut has esse tertias utriusque nuptias, Hadriani & Sabinæ, intelligeremus.

IMP. CAESAR TRAIANVS HADRIANVS AVG. .)(. PONT. MAX. TR. POT. COS. DES. II. S C. Columna cochliodes Trajani. Apud Mediob. pag. 168.

IMP. CAES. TRAIANVS HADRIANVS AVG. Capite laureato. .)(. PONT. MAX. TR. POT. COS. P. P. S C. LIBERTAS RESTITVTA. Imperator in suggesto sedet, præbetque benigne aures fœminæ plebeiæ, primum tribunalis gradum ad colloquium ascendenti: parvulum brachio lævo tenet, qui extensis manibus panem petit; manu altera denique parvulum alterum sibi adstantem ac seminudum ostendit. S C. Faciles etiam plebi aditus ad Principem tunc fuisse docet hic nummus, qui est ex ære magno in Museo nostro, & apud Angeloni, pag. 147. & in Thesauro Brandeburg. optime, tomo 2. pag. 116. Hanc igitur libertatem, quæ restituenda fuit, Trajanus etiam *Optimus* sustulerat.

I . . . HADRIANO AVG. DIVI TRA. Capite laureato. .)(. PARTH. F. DIVI NER. NEP. P. M. TR. P. COS . . . . *Hadriano Augusto, Divi Trajani Parthici filio, Divi Nervæ nepoti* &c. Dea stans cum Cornucopiæ, dextra ramum oleæ tenet. Infra, PAX. Argenteus est, in Museo P. Chamillart. Nervæ nepotem, primo imperii anno in nummis Latinis; in Græcis vero fere semper, se esse prædicat Hadrianus: ut non adoptionis

solum

solum titulo, sed & natalium sive consanguinitatis jure obtinuisse imperium intelligatur. Nonnisi autem ridicule *nepos* diceretur, si non alia ratione Nervæ nepos esset, quam quia annis fere viginti post Nervæ mortem, ut fabulatores volunt, adoptatus a Trajano esset, qui se Nervæ filium prædicaret, ob similem adoptionem sui dudum a Nerva factam dum viveret. *Nepos* non est, nisi qui ex filio vel filia natus.

IMP. CAES. TRA. HADRIANO AVG. DIVI TRAIAN. PART. F. Capite laureato. .)(. DIVI NERVAE NEP. P. M. TR. P. COS. Caput Solis radiatum. ORIENS. Orientis nomine Asia intelligitur, unde Sol nobis oritur. Hæc Hadriano se devotam hoc nummo testatur; vel ab Hadriano forte defensam in bello Parthico.

ATT. KAI. TPAI. AΔPIA. CEB. Capite laureato. .)(. L. A. *Anno primo*, qui more Græco incipit ab autumno hujus anni. Est in Thesauro Mauroceni, pag. 117.

ATT. K. NEP. YIΩ. TP. AΔPIANOC. Capite laureato. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Νερούα υἱωνὸς Τραιανὸς Ἁδριανός. *Imp. Cæsar Nervæ nepos Trajanus Hadrianus.* .)(S C / A B Est ex ære mediocri, in Cimelio D FOVCAVLT. Hoc est, primus & secundus Tribuniciæ Potestatis Senatusconsulto acceptæ annus: primus in Exercitibus; secundus, ex quo potestatem eam accepit ex S C. in rebus civilibus exercendam. Sic in nummo Aurelii Cæsaris uno eodemque legitur, TR. POT. VII. TR. POT. VIII. Itaque nummus iste Hadriani, aliique similes qui subsequuntur, docent aperte Tribuniciam potestatem in rebus civilibus Hadriano fuisse collatam anno ante Trajani abdicationem, sive anno 869. die Natali Urbis, qui est Christi 116. Ex quo factum esse arbitramur, ut cum Tribuniciam Potestatem integram ille non ante annum sequentem, sive 117. habuerit; quando nimirum delata est etiam ei in Exercitibus populi Romani; incertis animis unde primum annum Tribuniciæ potestatis duci oporteret, in nummis Hadriani numquam adscriptus sit annus numerusve Tribuniciæ Potestatis. Et in his nummis priore loco Tribunicia potestas, quæ posterius est ei collata, commemoratur; quoniam ea est, quam altera, potior.

ATTOKPA. KAIC. AΔPIANΩ CEB. Capite laureato. .)(. ΣIΔΩNOΣ ΘEAΣ Astarte in curru, HKΣ. Anno CCXXVIII. qui autumno anni hujus incipit, more Græco. Est hic nummus ex ære mediocri, in Cimelio D. BEGON.

Hadriani caput laureatum. .)(. ΔΩP. IEP. ACYΛ. AYTON. NAYAPX. *Dorensium civitatis sacræ inviolatæ liberæ classicæ.* In Phœnice. ΠP. *Anno* CLXXX. æræ Pompeianæ. In Gaza Medicea. Ναυαρχὶς sive *Classica* civitas appellatur ea, cui jus sit naves bellicas quot velit instruere, quæ uni Præfecto ἄρχοντι pareant.

Jovis caput. .)(. CEΛEYKEΩN TΩN EN ΠIEPIAI. Fulmen. ϚΞP. *Anno* CLXVI. æræ Cæsarianæ. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT.

Hadriani caput laureatum. .)(. CIΔΩNOC NAYAPXIΔOC. *Sidonis classicæ.* ZKC. *Anno* CCXXVII. Cusus ante Septembrem hujus anni nummus, ex ære mediocri, ibidem: ubi & alter post Septembrem cusus, cum anni nota HKC. hoc est, CCXXVIII.

AYTOKPA. KAICAP TPAIANOC AΔPIANOC. Capite laureato. .)(. TPIΠOΛEITΩN. Castoris & Pollucis capita. HKY. Anno æræ Græcorum CCCCXXVIII. Cusus iste pariter est ante Septembrem hujus anni. Est ex ære mediocri in Museo nostro. Quo ex utroque nummo, Sidoniorum scilicet ac Tripolitarum, ut jam indicavimus, manifestum est, multo ante diem IX. Augusti, quo die vulgo ponitur initium Hadriani, Imperatorem eum fuisse salutatum. Neque enim profecto intra dies viginti potuisset istud in Syria resciri, & nummis cudendis typus fingi; in quo oportuisset annum signari, qui esset postridie desiturus. Quod profecto intelligentii, qui considerarint, Vespasiano nummos de Judæa capta anno Christi 70. exeunte, nonnisi anno 71. fuisse dicatos.

ATT. K. AΔPIANOC CEB. Capite laureato. .)(. ΓABHNΩN KΛAYΔI. *Gabenorum Claudiorum.* ZOP. *Anno* CLXXVII. æræ incipientis ab autumno V. C. 694. Est in Cimelio Regio.

SABINA AVGVSTA. Caput Sabinæ. .)(. CONCORDIA AVG. Dea stat cum Cornucopiæ & patera. Ex argento & ære minimo in Museo nostro.

SABINA AVGVSTA HADRIANI AVG. P. P. Caput Sabinæ. .)(. CONCORDIA AVG. ut proxime S C. Est ex ære magno, ibidem.

Anno Christi 118. V. C. 871. Hadriani 2.

Kal. Januariis Hadrianus Aug. Consul II. appellatur, & COS. III. designatur.

IMP. CAES. TRAIANVS HADRIANVS AVG. P. M. TR. P. COS. II. P. P. Capite laureato. .)(. LOCVPLETATORI ORBIS TERRARVM. Imperator sedet in suggesto; unde Dea pecuniam effundit e Cornucopiæ; quam plebs sinu excipit. Largitio facta pecuniæ significatur, tum plebi urbanæ, tum peregrinis, qui ex toto orbe Romano in Urbem advenerant. Est hic nummus perrarus ex ære magno, in Museo P. CHAMILLART.

IMP. CAES. TRAIANVS HADRIANVS AVG. Capite laureato. .)(. PONT. MAX. TR. POT. COS. II. Ipse togatus sedens dat congiarium populo Rom. Infra, LIBERALITAS AVG. S C. Ibidem, & apud Angeloni, pag. 147. Liberalitas hæc exhibita est pro Consulatu hujus anni.

Eadem inscriptio. .)(. P. M. TR. P. COS. II. CONCORDIA, cum Senatu nimirum. Dea sedet cum patera, quam dextra tenet. Est argenteus in Museo nostro.

Eadem inscriptio. .)(. PONT. MAX. TR. POT. COS. II. S C. Annona sedet cum Cornucopiæ: juxta, modius cum spicis exstantibus, & navis. In alio Fortuna sive Annona sedet; dextra temonem, læva Cornucopiæ tenet. Infra, FORT. RED. Est uterque ex ære magno, ibidem.

Eadem inscriptio. .)(. PONT. MAX. TR. POT. COS. II. S C. Roma sedens galeata cum hasta, manum porrigit Hadriano stanti togato. ADVENTVS AVG. Est ex ære magno ibidem, & apud Angeloni, pag. 147.

Eadem inscriptio. .)(. PONT. MAX. TR. POT. COS. DES. III. S C. Infra, ANNONA AVG. Stat Annona; dextra spicas tenet supra modium, ex quo fruges emicant; læva, Cornucopiæ: retro, navis. Est ex ære magno, in Cimelio D. DE LAMOIGNON.

IMP. CAESAR TRAIANVS HADRIANVS AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. II. Capite radiato. .)(. MONETA AVGVSTI. S. Dea Moneta stans, cum libra & Cornucopiæ. Ex ære mediocri, in Museo nostro. Ibidem ex ære magno, capite laureato.

Eadem inscriptio: capite laureato. .)(. RELIQVA VETERA HS NOVIES MIL. ABOLITA. S C. Hadrianus stans paludatus, sinistra tenens bacillum Imperatorium, dextra facem tenet, qua incendit syngraphas. Est ex ære magno, in Cimelio D. FOVCAVLT. In alio stat togatus, stantibus ex adverso duobus pariter togatis Senatoribus, & face syngraphas incendit. Est utriusque formæ in Museo P. CHAMILLART. *Reliqua vetera sester-*

sestertiûm noviés millies abolita. Apud nos *Reliqua vetera* appellantur *les arrérages.* Summa hæc est nonaginta millionum nostratium. Nempe sestertius nummus respondet solidis duobus nostratibus æreis : *deux sols.* Ergo

Mille nummi sive sestertii, valent —— 100 ₶
Decem mille nummi —————— 1000 ₶
Centum millia nummûm, sive HS.
hoc est, sestertiûm —————— 10000 ₶
Nongenta millia —————— 90000 ₶

Cum perventum est autem ad *decies*, vox ea, similesque, centena millia subaudiunt :

Decies HS —————— 100000 ₶
Vicies HS —————— 200000 ₶
Centies HS —————— 1000000 ₶
Millies HS —————— 10000000 ₶
Novies millies HS —————— 90000000 ₶

Simile quiddam effecit Henricus Magnus, mense Januario, anni 1599.

AT. TP. ΑΔΡΙΑΝΟC ΚΑΙC. CEB. Capite laureato.)(. Triremis. ΤΙΒΕ. ΚΛΑΥ. L. ΑΡ, *Tiberiensium Claudiorum, anno* 101. qui cœptus est ab autumno anni superioris. Triremis situm urbis indicat, ad mare Galilææ, sive Tiberiadis. In alio, ΚΛΑΥΔΙΟ ΤΙΒΕΡ. L. ΑΡ. Victoria gradiens, dextra coronam, sinistra palmam gerit. Est hic ex ære mediocri, in Cimelio D. Foucault. In alio, ΤΙΒΕΡ. ΚΛΑΥΔ. ΕΤ. ΑΡ. *ἔτει ρα*. Templum, in quo Numen aliquod. Est in Thesauro Mauroceni, pag. 119. Et Gabenos vidimus anno superiore, & Tiberienses anno etiam Trajani primo *Claudiorum* vetus cognomen assumere, eoque gloriari : quoniam Trajanus & Hadrianus cum Cæsareum nomen ac genus traherent ex Drusilla Germanici filia, ex Claudia gente eatenus erant. Nam Germanicus Claudii Drusi filius fuit, Claudii Imp. frater.

ATT. K. NEP. ΥΙΩ. ΤΡ. ΑΔΡΙΑΝΟC. *Imp. Cæsar Nervæ nepos* &c. Capite laureato.)(. *Annus secundus* Tribuniciæ Potestatis. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. Foucault.



ATT. K. ΤΡΑΙΑΝΟC ΑΔΡΙΑΝΟC CEB. Capite laureato.)(. L. B. *Anno secundo*, Hadrianus in curru triumphali vecto quadrigis, ramum dextra, læva scipionem Consularem gerit, cujus in apice est Aquila Romana. Est ex ære magno ibidem.

Anno Christi 119. V. C. 872. *Hadriani* 3.

Kal. Januariis Hadrianus suscipit Consulatum III. ut ex nummo intelligitur anni superioris, in quo ponitur COS. DES. III.

IMP. CAES. TRAIAN. HADRIAN. OPT. AVG. G. D. PARTH. Capite Hadriani laureato.)(. DIVO TRAIANO PATRI AVG. Capite Trajani Augusti laureato. *Imp. Cæsar Trajanus Hadrianus Optimus Augustus Germanicus Dacicus Parthicus : Divo Trajano patri Augusto.* Aureus est in gaza Regia. Trajani Aug. titulos omnes, qui in cognomina hereditaria transierant, Hadrianus Aug. assumit, adoptionem suam sic prædicans. Et in aversa nummi pagina ne *Trajanus pater* Trajani intelligatur, *patrem Augustum* apposite vocat.

Hadriani caput nudum.)(. DIVVS TRAIANVS PARTH. PATER. Sedet Trajanus Augustus; dextra ramum, læva hastam gerit. Est ex ære magno in Cimelio Mediceo.

Ut supra.)(. DIVVS TRAIANVS AVG. PARTH. PATER. Dextra fulmen, hastam læva tenet. Ex gaza Medicea sic refert Spanhemius, pag. 396.

HADRIANVS AVG. P. P. Caput nudum, ob reverentiam parentum.)(. DIVIS PARENTIBVS. Capita duo nuda; Trajani & Plotinæ, ut recte Occo censuit, & nunc Antiquarii consentiunt; etsi aliter visum Tristano. Stellæ sunt capitibus singulis superpositæ. Est hic aureus in gaza Regia.

IMP. CAESAR TRAIANVS HADRIANVS AVG. P. M. TR. P. COS. III. Capite laureato.)(. LIBERALITAS AVG. III. SC. Hadrianus in suggesto sedens, stante Dea Liberalitate, exhibet Populo largitatem. Est ex ære magno in Museo nostro. Primam Liberalitatem fuisse oportet anno 117. in Natali Urbis, pro Augusto principatu : alteram anno 118. pro secundo Consulatu, pro tertio isto, hanc tertiam.

HADRIANVS AVG. Capite laureato.)(. COS. III. SC. Imperator in equo, dextra elata pacifici habitu. Infra, EXPED. AVG. Est ex ære magno, in Museo nostro. Expeditio hæc est aliqua levioris momenti, adversus latrones fortassis, *les bandits.*

IMP. CAESAR TRAIAN. HADRIANVS AVG. Capite laureato.)(. P. M. TR. POT. COS. III. Imperator in equo, ut proxime, dextra elata, læva bacillum Imperatorium tenet. Infra, EXPED. AVG. SC. Et hic est ex ære magno, ibidem.

HADRIANVS AVGVSTVS. Capite laureato.)(. COS. III. EXPED. AVG. SC. Imperator in equo, dextra elata, læva femori innititur. Ibidem.

IMP. CAESAR TRAIANVS HADRIANVS AVG. P. M. TR. P. COS. III. Capite laureato.)(. VICTORIA AVGVSTI. SC. Victoria gradiens cum spoliis. Ex ære magno & ex argento ibidem. In argenteo apud P. Chamillart, Victoria sedet.

Eadem inscriptio.)(. PROVIDENTIA DEORVM. SC. Hadrianus togatus stans, respicit Aquilam in cælo positam, quæ fulmen tenet unguibus. Est ex ære magno apud D. de Lamoignon, & apud Angeloni, pag. 148.

HADRIANVS AVGVSTVS. Capite nudo.)(. COS. III. Roma sedet galeata, læva tenet hastam : dat Palladium Hadriano stanti ac togato, & læva tenenti scipionem Consularem. Est ex ære magno, apud D. de Lamoignon.

IMP. CAESAR TRAIAN. HADRIANVS AVG. Capite laureato.)(. SAEC. AVR. *Sæculum aureum.* P. M. TR. P. COS. III. Juppiter intra circulum aureum, quem dextra tenet, sæculi symbolum; læva gestat orbem; cui Phœnix impositus est. Aureus est in gaza Regia. *Sæculum aureum* dicitur, in quo tres optimi Principes ordine continuo visi sunt, Nerva, Trajanus, Hadrianus.

Hadriani caput nudum.)(. COS. III. SC. Hadrianus togatus pro tribunali, rostris navium exornato, Senatores togatos alloquitur, qui sublatis manibus profectionis Augusti in Orientem consilium approbant. Consul idcirco III. sed perpetuus, declaratus est a Senatu, ut Consulari semper potestate lustraret provincias orbis Romani. Eam ob rem non alium ille, præter tertium, gessit Consulatum : & hic in omnibus deinceps nummis Latinis occurrit. Neque enim lustravit ut Imperator, sed ut Augustus tantum, & Consul Reipublicæ : hoc est, ut Provinciarum Gubernator, & Consulari potestate præditus. Quamobrem hi duo tantum tituli in hujusmodi nummis occurrunt, qui ADVENTVI AVG. inscribuntur : nimirum HADRIANVS AVG. & COS. III. Est hic nummus in Cimelio D. Foucault.

HADRIANVS AVG. COS. III. P. P. Capite nudo.)(. SABINA AVGVSTA HADRIANI AVG. P. P. Caput Sabinæ. Argenteus est in Museo nostro.

ATT. KAI. ΤΡΑΙ. ΑΔΡΙΑ. CEB. Capite

te laureato. .)(. L. Γ. *Anno tertio*, qui Septembri mense anni hujus incipit. Serpens. Est in Thesauro Mauroceni, pag. 117.

ΑΥΤ. Κ. ΝΕΡ. ΤΙΩ. ΤΡ. ΑΔΡΙΑΝΟϹ. Capite laureato. (SC Γ) in corona laurea. *Anno tertio* Tribuniciæ Potest. Est ex ære mediocri in Cimelio D. Fovcavlt, & apud P. Chamillart.

ΑΝΤΙΟΧΕ. Ἀντιοχέων. Caput Apollinis. .)(. Laurus. ΗΞΡ. *Anno* CLXVIII. æræ Cæsarianæ. Apud D. Fovcavlt.

Hadriani caput laureatum. .)(. ΚΛΑΥΔΙ. ΤΙΒΕΡ. *Claudio-Tiberiensium*. ΕΤ. ΓΡ. *Anno* CIII. ut supra, anno 118. Astarte Dea stat: caput Osiridis tenet. Ex ære mediocri.

Anno Christi 120. V. C. 873. *Hadriani* 4.

ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΤΡΑΙ. ΑΔΡΙΑ. ϹΕΒ. Capite laureato. .)(. L. Δ. *Anno quarto*. Pallas tenet Victoriam. Est in Thesauro Mauroceni, pag. 117.

Hadriani caput laureatum. .)(. In corona. ΦΛ. ΧΑΛΚΙΔΕΩΝ. Infra, Δ. *Flaviorum Chalcidensium* e Syria: anno *quarto* Hadriani. Ex ære mediocri.

Anno Christi 121. V. C. 874. *Hadriani* 5.

IMP. CAESAR TRAIANVS HADRIANVS AVG. P. M. TR. POT. COS. III. Capite laureato. .)(. ANNO DCCCLXXIIII. NAT. VRB. P. CIRC. CON. *Natali Urbis Plebeii Circenses constituti*: ut jam alibi diximus. Est hic nummus ex ære magno, in Cimelio D. Fovcavlt, & apud Angeloni pag. 149.

ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΤΡΑΙ. ΑΔΡΙΑ. ϹΕΒ. Capite laureato. .)(. L. Ε. Juppiter Hammon. *Anno quinto*. Est in Thesauro Mauroceni, pag. 118.

ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΝΕΡ. ΥΙΩΝ. ΤΡΑΙΑΝ. ΑΔΡΙΑΝ . . . Capite laureato. .)(. In corona, ΦΛ. ΧΑΛΚΙΔΕΩΝ. Ε. *Anno quinto* Hadriani. Est in Cimelio D. Fovcavlt, ex ære mediocri.

ΑΝΤΙΟΧΕ. Genius civitatis. .)(. Aries, cum sidere Solis, & Lunæ crescentis effigie. ΕΤ. ΟΡ. *Anno* CLXX. æræ Cæsarianæ. Ex ære mediocri, ibidem.

ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΤΡΑ. ΑΔΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Capite laureato. .)(. Africa sedens cum proboscide in capite. L. Ε. *Anno quinto*. Ex ære magno, ibidem.

ΘΕΟΥ ΠΑΝΟϹ. Numinis effigies pectore tenus, cum loto in vertice. .)(. L. Ε. *Anno quinto*. Gammarus tripodi impositus. Est in eodem Cimelio. Panopolitæ in Ægypto Deum Pana a se coli prædicant, & gammaros in suo litore capi optimos.

Hadriani caput laureatum. .)(. ΓΑΖΑ. ΔΠΡ. Anno CLXXXIV. æræ Pompeianæ. Est ex ære mediocri, apud P. Jobert.

ΑΥΤ. Κ. ΝΕΡ. ΤΙΩ. ΤΡ. ΑΔΡΙΑΝΟϹ. Capite laureato. .)(. In corona laurea, (SC ΒϚ) Hoc est, *quintus & sextus* Tribuniciæ potestatis annus. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. Fovcavlt.

Anno Christi 122. V. C. 875. *Hadriani* 6.

Hoc anno Hadrianus ad perlustrandum orbem Romanum profectus videtur: quo anno nimirum desiere civitates omnes, præter Latinos Antiochiæ degentes, & Alexandrinos de more, sub ejus nomine nummos cudere; eo quod dum esset ipse in itinere, quid verum in singulis provinciis ageret, prorsus aliis lateret; ac num etiam viveret, an aliquid ei humanitus contigisset, incertum foret.

HADRIANVS AVGVSTVS. Capite laureato. .)(. COS. III. S C. Neptunus cum delphino ac tridente, dextro pede proræ navis insistit. Navigationis Augustæ symbolum. Est ex ære magno, in Museo nostro.

Nulla in nummis apparent vestigia operum publicorum, quæ Hadrianus fieri curaverit; non ipsa quæ hodieque ab eruditis Moles Hadriani Romæ appellatur. Et vero quænam potuisset ille opera hujusmodi exstruere in Urbe, dum toto peregrinaretur orbe Romano? Inscriptiones etiam eæ, quas ex ea Mole descripsisse dicitur Smetius apud Gruterum, recentes sunt, & multis nominibus falsæ. Mazochius longe ante ipsum in honorem Hadriani quamdam edidit, quæ neque exstat, neque visa Smetio est: ac vicissim quæ Ælii Cæsaris nomen habet apud Gruterum ex Smetio, visa ea Mazochio non est.

Anno Christi 123. V. C. 876. *Hadriani* 7.

ΑΥΤ. Κ. ΝΕΡ. ΤΙΩ. ΤΡΑ. ΑΔΡΙΑΝΟϹ. *Imp. Cæsar Nervæ nepos Trajanus Hadrianus*. Capite laureato. .)(. In corona, (SC Ζ) *Annus septimus*. Ex ære mediocri, in Cimelio D. Fovcavlt.

ΑΥΤ. ΚΑΙϹ. ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΔΡΙΑΝΟϹ. Capite laureato. .)(. L. Ζ. *Anno septimo*. Caput Serapidis, Aquilæ Romanæ impositum. Est ex ære magno apud D. de Lamoignon.

Anno Christi 124. V. C. 877. *Hadriani* 8.

ΑΥΤ. Κ. ΝΕΡ. ΤΙΩ. ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΑΔΡΙΑΝΟϹ. Capite laureato. .)(. In corona, (SC Η) *Annus octavus*. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. Fovcavlt.

Caput Hadriani laureatum. .)(. L. Η. *Anno octavo*. Sphinx. In alio, L. Η. Imperator in curru vecto quadrigis. Est uterque in Thesauro Mauroceni, pag. 118.

Anno Christi 125. V. C. 878. *Hadriani* 9.

ΑΥΤ. Κ. ΝΕΡ. ΤΙΩ. ΤΡΑΙΑΝΟϹ. ΑΔΡΙΑΝΟϹ. Capite laureato. .)(. In corona laurea, (SC Θ) *Annus nonus*. Est ex ære mediocri in Museo P. Jobert, & nostro.

ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΤΡΑΙ. ΑΔΡΙΑΝ. Capite laureato. .)(. ΕΤ. ΕΝΑΤ. ἔτος ἐνάτου *Anno nono*. Stat Imperator paludatus, læva hastam, dextra tenet bacillum Imperatorium. Est ex ære mediocri, apud D. Fovcavlt.

Anno Christi 126. V. C. 879. *Hadriani* 10.

ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΤΡΑΙ. ΑΔΡΙΑ. ϹΕΒ. Capite laureato. .)(. L. Ι. *Anno decimo*. Pallas cum clypeo & jaculo stans.

Eadem inscriptio. .)(. Dea cum Cornucopiæ. L. ΔΕΚΑΤΟΥ. Ex ære mediocri, in Cimelio D. Fovcavlt. In alio Harpocrates, & L. Ι. apud Patinum. In alio, e Cimelio antea laudato, Aquila: L. ΔΕ. hoc est, δεκάτου. In alio Sphinx, & L. ΔΕ. ibidem: ex ære minimo uterque.

Anno Christi 127. V. C. 880. *Hadriani* 11.

Caput Hadriani laureatum. .)(. L. ΙΑ. Panthera, cum Solis sidere, quod est symbolum Orientis. Ex ære mediocri, ibidem.

Idem. .)(. Cervus. L. ΙΑ. In Thesauro Mauroceni, pag. 118.

Idem. .)(. L. ΕΝΔΕΚΑΤΟΥ. Imperator in quadriga elephantorum. Ex ære magno, in Museo nostro.

Primo Hadriani in Orientem, hoc est, in Asiam in-

ingressu, qui in undecimum ipsius annum incurrit, omnes fere Ægypti Romanæ civitates, gratulationis ergo ac lætitiæ significandæ, ob secundum etiam imperii decennium tunc iniens, nummos ejus honori cuderunt: Damasceni quoque & Arabia, per annos tres: Gazæi, per annos quinque: Amiseni etiam, qui post biennium cœpere, fecerunt nummos similes per annos septem.

Ægyptiarum civitatum (præter Arabiam) hæc sunt in nummis nomina: de quibus vide Nummos Populorum & Urbium.

AIIOΛΛΩ. L. IA.	APABIA. L. IA.	APCINOI. L. IA.
BOYCI. L. IA.	ΔIOΠOΛI. MEγαλ. L. IA.	EPMO. L. IA.
HPA. L. IA.	ΘINI. L. IA.	KABACI. L. IA.
KANΩB. L. IA.	KOΠT. L. IA.	KYNO. L. IA.
ΛYKO. L. IA.	MEMΦI. L. IA.	MENΔ. L. IA.
MENEΛAI. L. IA.	METHAI. L. IA.	OΞYP. L. IA.
ΠANOΠ. L. IA.	ΠHΛOY. L. IA.	ΠPOCΩ. L. IA.
CAIT. L. IA.	CEBEN. L. IA.	TANI. L. IA.
YΨHAI. L. IA.		

Caput Hadriani laureatum. .)(. ΔAMACKHNΩN. Dea turrita, cum cornucopiæ. ΘΛY. *Anno* æræ Græcorum CCCCXXXIX. qui autumno incipit hujus anni.

AYT. KAI. TI. AIΛ. AΔPIANOC. *Imp. Cæsar Titus Ælius Hadrianus.* Capite laureato. .)(. AΠOΛ. L. IA. 'Aπολλωνοπολιτῶν. *Anno* Hadriani *undecimo.* Apollo gradiens cum arcu. Nummus hic est a D. Vaillant ita descriptus in historia Ptolemæorum, pag. 201. Verum haud dubie lapsu oculorum tum in isto, tum in aliis multis, quos postea ibidem profert, legit TI. AIΛ. pro TPAIA. Nam cum prope innumeros viderimus Hadriani nummos, in Ægypto & alibi cusos; nullum tamen adhuc videre licuit, in quo *Titus Ælius* diceretur: innumeros autem vidimus inscriptos, AYT. KAI. TPAIA. AΔPIANOC. Quamquam *Imp. Cæsar* recte diceretur, hoc est, Imperator de gente Cæsarum: siquidem ex patre proavum haberet Silanum, nepotem neptis Augusti: deinde *Titus*, quoniam ex matre pronepos Titi Aug. esset: postea *Ælius*, quia ex matre nepos Ælii Nervæ Aug. fuit: denique *Hadrianus*, ex patre, Vide stemmata Trajani, & Hadriani. Ex iisdem intelliges, Hadrianum Augustum in nummis suis noluisse maternum genus ex Flavia gente prædicare; satis habuisse paterno gloriari, quod esset ex patre pronepos Silani, qui fuerat nepos neptis Augusti.

Anno Christi 128. V.C. 881. *Hadriani* 12.

Caput Hadriani laureatum. .)(. Nilus decumbens. L. ΔΩΔEKA. Est in Thesauro Mauroceni, pag. 118. In alio ibidem, serpens: L. IB.

AYT. KAI. TPA. AΔPIA. CE. Capite laureato. .)(. Ceres cum face & spicis. L. ΔΩΔEK. Ex ære mediocri, in Museo nostro. In alio ibidem, ex ære magno, Nilus jacet cum hippopotamo. Alius rursum ibidem, ubi Nilus jacet, cum Cornucopiæ: L. ΔΩΔEK. Supra, IϚ. Hoc est, Nilus eo *anno duodecimo* Hadriani, excrevit usque ad cubita sedecim. Vide Plinium, libro v. sect. x.

Anno Christi 129. V.C. 882. *Hadriani* 13.

Caput Hadriani laureatum. .)(. APABIA. L. IΓ. *Anno* XIII. qui autumno anni hujus incipit. Patinus in Thesauro hunc nummum Trajano male adscribit.

Idem. .)(. AMICOY EΛEYΘEPAC. *Amisi liberæ.* ETOYC PΞA. *Anno* CLXI. æræ incipientis ab autumno anni V. C. 722. ut dictum est in Chronologia Veteris Testamenti.

AYT. KAI. TPA. AΔPIANOC CEB. Capite laureato. .)(. Nilus decumbens cum arundine & Cornucopiæ: infra, hippopotamus: in imo, L. TPICKAIΔ. *Anno* XIII. Supra, IϚ. *Sedecim* cubiti, ad quos anno eo iterum Nilus excrevit, ut superiore. Est ex ære magno, in Cimelio D. FOUCAULT.

Est & nummus ΔAMACKHNΩN. AMY. & ΓAZAIΩN L. IΓ. & CAMOCAT. ET. Ξ. & ΓAZA Γ EΠI BϘP. hoc est, *annus tertius* ludorum Gazæ editorum, incurrens in annum CXCII. æræ Pompeianæ. De his vide Chronologiam Veteris Testamenti, ac Nummos Populorum & Urbium.

Anno Christi 130. V. C. 883. *Hadriani* 14.

Caput Hadriani laureatum. .)(. L. IΔ. *Anno* XIV. Aquila Jovem gestans. In Thesauro Mauroceni, pag. 118.

AY. KAI. TP. AΔPIANOC CEB. Capite laureato. .)(. Caput Solis radiatum. L. IΔ. *Anno* XIV. Ab Heliopolitis Ægypti cusum fuisse hunc nummum, caput Solis videtur admonere. Est ex ære minimo, apud P. JOBERT.

AYT. KAI. TPAIA. AΔPIA. CEB. Capite laureato. .)(. L. IΔ. Pallas cum clypeo, quem demissum tenet; & Victoria, quam dextra gerit. Est ex ære maximo, in Cimelio D. FOUCAULT.

Caput Hadriani laureatum. .)(. L. IΔ. Serpens, cui lotus in capite, Ægypti symbolum: spiras agit, quibus ille spicas, fertilitatis Ægyptiæ; & caduceum, pacis symbolum, complectitur. Est apud Spanhem. pag. 263. Cave hic Æsculapium, Cererem, & Mercurium, putes designari.

ΓAZA. Δ. EΠI ΓϘP. Vide Chronologiam Veteris Testamenti.

Anno Christi 131. V.C. 884. *Hadriani* 15.

AY. KAIC. TPAIANOC AΔPIANOC CEB. Capite laureato. .)(. L. IE. *Anno* XV. Ægypti sive Africæ Genius spicas offert Hadriano togato, hastam læva gerenti, & manum ejusdem tamquam advenientis apud se hospitis osculatur. Hoc proinde anno in Ægyptum, sive Alexandriam certe advenisse Hadrianum, ex eo argumento viri periti colligunt. Similem certe habitum advenientis Hadriani non habet ullum numisma anni 127. Est hic nummus ex ære magno in Museo nostro: ex ære mediocri apud D. FOUCAULT, & P. JOBERT.

ΓAZA E. EΠI ΔϘP. Item AIΓEAIΩN. ET. HOP. & AMICOY ET. PΞΓ. Vide Chronologiam Veteris Testamenti, ac nummos Populorum & Urbium.

Anno Christi 132. V. C. 885. *Hadriani* 16.

AYT. KAI. TPAIA. AΔPIA. CEB. Capite laureato. .)(. L. IϚ. *Anno* XVI. Nilus decumbens cum arundine & Cornucopiæ, juxta adrepente crocodilo. Infra, THC A. Forte, *τῆς 'Aλεξανδρείας*, vel *τῆς 'Aιγύπτου*. Est ex ære magno.

Eadem inscriptio. .)(. L. IϚ. Victoria gradiens cum palma & corona. Ex ære mediocri, in Cimelio D. FOUCAULT.

Eadem inscriptio. .)(. A. IϚ. Dea sedens lactat infan-

infantem. Ex ære mediocri, in Museo nostro.

Eadem inscriptio. .)(. L. IS. Currus triumphalis. Hadrianus dextra lauri ramum gerit, læva scipionem Consularem, cujus in apice tamen Aquila vix apparet. Est hic nummus ex ære maximo, in Cimelio D. FOUCAULT. Peragrato scilicet orbe Romano triumphum Romæ egit anno suo XVI. currente Hadrianus; hoc est, ut videtur, circiter mensem Aprilem vel Maium anni sequentis, Christi 133.

Al. L. IS. Fortuna in lectisternio posita, temonem regit. Alius: L. IS. Serapis sedet cum Cornucopiæ: juxta repit crocodilus, Ægypti symbolum. Sunt hi quoque ibidem, ex ære maximo.

ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΤΡΑ. ΑΔΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Π. Π. ΥΠ. Γ. *Pater Patriæ*, *Consul* III. Capite laureato. .)(. ΑΜΙϹΟΥ ΕΛΕΥΘΕΡΑϹ. ΕΤΟΥϹ ΡΞΔ. *Anno* CLXIV. æræ incipientis ab autumno anni V.C 722. Capricornus cum Cornucopiæ. Argenteus est in gaza Regia.

Hoc anno & subsequente, cum redux esset Hadrianus a visitatione Provinciarum, cusi sunt in provincia Narbonensi de more nummi, in quibus appellarentur eæ, quas lustravit, quas restituisse visus est, quæ advenientem libentius excepissent; una cum exercitibus ad plerarumque tutelam in præsidio collocatis. Sunt enim omnes illi nummi unius formæ, unius fabricæ; nimirum Gallicanæ & Latinæ. Nam in orbe Græco non cuderentur idiomate Latino nummi, exceptis Latinis coloniis. Ab his ordiamur, in quibus Exercitus memorantur. Quibus igitur exercitibus Hadrianus Imperator præfuit, in nummis antiquis hi appellantur.

HADRIANVS AVG. COS. III. P. P. Capite laureato. .)(. EXERCITVS BRITANNICVS. SC. Hadrianus paludatus e suggesto cohortes adloquitur: in alio, ex equo: quoniam in eo exercitu equites peditesque erant. Est ex ære magno in Gaza Regia.

Eadem inscriptio. .)(. EXERCITVS CAPPADOCICVS. SC. Imperator e suggesto milites adloquitur. Est ex ære magno, in Cimelio Card. Maximi.

Eadem inscriptio. .)(. EXERCITVS DACICVS. SC. Imperator stans cohortes adloquitur. Est ex ære magno, apud D. FOUCAULT. Est & alibi Hadrianus in eo nummo capite nudo. Apud Angeloni, pag. 148. & in Museo P. CHAMILLART, ex equo cohortes adloquitur.

Eadem inscriptio. .)(. EXERCITVS GERMANICVS. SC. Imperator ex equo cohortes adloquitur. Est in Cimelio reginæ Christinæ.

Eadem inscriptio. .)(. EXERCITVS HISPAN. Apud Spanhemium: pag. 844.

Eadem inscriptio. .)(. EXERCITVS MAVRETANICVS. SC. Ex equo milites adloquitur. Est in Museo nostro, ex ære magno.

Eadem inscriptio. .)(. EXERCITVS MOESIACVS. SC. Ex equo cohortes adloquitur. Est ex ære magno in Gaza Regia.

Eadem inscriptio. .)(. EXERCITVS NORIC. *Exercitus Noricus.* SC. Imp. stans cohortes adloquitur. Est ex ære magno.

Eadem inscriptio. .)(. EXERCITVS. RAETICVS SC. Imp. stans cohortes adloquitur. Est ex ære magno, in Cimelio LAMONIANO. In alio Imperator ex equo cohortes adloquitur, in Museo P. CHAMILLART, & apud Angeloni, pag. 148.

Eadem inscriptio. .)(. EXERCITVS SARM. SC. Imperator in equo milites adloquitur. Mediobarbus, pag. 178. e Museo suo.

Eadem inscriptio. .)(. EXERC. SYRIACVS. SC. Imperator in equo cohortes adloquitur. Est ex ære magno, in Cimelio LAMONIANO. In Museo nostro stat Imperator paludatus ante cohortes.

Est & apud Patinum in Sueton. EXERC. IVDAICVS. Sed adulterini sunt nummi plerique, quos in eo libro affert: neque alibi nummus ille occurrit.

IMP. CAESAR TRAIANVS HADRIANVS AVG. P. M. TR. P. COS. III. P. P. Capite laureato. .)(. CONCORDIA EXERCITVVM. Dea stans tenet duo signa militaria, alterum altera manu. SC. Est ex ære magno, in Museo nostro, & apud P. CHAMILLART.

Nummi ADVENTVI AVG. *inscripti.*

Nummi autem inscripti, ADVENTVI AVG. hi sunt, quos ordine pariter elementorum, ut priores, appellabimus; quoniam difficile est statuere, quo singulas anno provincias perlustrarit. Tantum in Asiam anno imperii sui XI. pedem intulisse, anno XV. in Ægyptum advenisse eum, nummi docent: neque ante annum principatus sui sextum ex Urbe ad eam profectionem discessisse.

HADRIANVS AVG. COS. III. P. P. Capite laureato. .)(. ADVENTVI AVG. AFRICAE. Hoc est, advenienti Augusto gratulatio Provinciæ *Africæ* & vota publica. Hadrianus ob eam rem togatus adstat sacrificanti genio Africæ, cui in capite proboscis est; in sinistra, spicæ. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOUCAULT. Ex ære magno, SC. & capite nudo, in Museo P. CHAMILLART.

Eadem inscriptio. .)(. ADVENTVI AVG. ALEXANDRIAE. SC. Hadrianus togatus, & Genius civitatis sacrificans, cui proboscis in capite; & in sinistra, spicæ. Est in Cimelio Mediceo.

Eadem inscriptio. .)(. ADVENTVI AVG. ARABIAE. SC. Hadrianus togatus; & Arabiæ, quæ ramum turis gestat, sacrificantis typus. Ex ære magno, in Cimelio D. FOUCAULT, & apud P. CHAMILLART.

Eadem inscriptio. .)(. ADVENTVI AVG. ASIAE. SC. Hadrianus togatus, & Genius Asiæ sacrificans. Ex ære magno, in Cimelio reginæ Christinæ.

Eadem inscriptio. .)(. ADVENTVI AVG. BITHYNIAE. SC. Hadrianus togatus vota excipit adstantis ante aram Bithyniæ; quæ temonem læva tenet, dextra pateram: ad pedes, Victoria. Est apud Angeloni, pag. 148.

Eadem inscriptio. .)(. ADVENTVI AVG. CILICIAE. SC. Hadrianus stat togatus; & Genius Ciliciæ vexillum tenens sacrificat. Est ære magno, in Cimelio D. FOUCAULT.

Eadem inscriptio. .)(. ADVENTVI AVG. GALLIAE. SC. Hadrianus togatus, & Gallia sacrificans. Ex ære magno ibidem, & apud Angeloni, pag. 147. Ad aræ pedes, aries est pro victima.

Eadem inscriptio. .)(. ADVENTVI AVG. HISPANIAE. SC. Hadrianus togatus, & Hispania sacrificans. Ad aræ pedes aries est pro victima. Ex ære magno ibidem, & apud Angeloni, pag. 148.

Eadem inscriptio. .)(. ADVENTVI AVG. ITALIAE. SC. Hadrianus togatus, & Italiæ Genius sacrificans ante aram. Tenet hic læva Cornucopiæ, pateram dextra. Est ibidem ex ære mediocri, & apud Angeloni, pag. 148. Ex ære magno, apud P. CHAMILLART.

Eadem inscriptio. .)(. ADVENTVI AVG. IVDAEAE. SC. Hadrianus togatus cum Judæa sacrificante ad aram, & parvulis duobus; altero ante aram, altero post Judæam, palmam tenente. Tenet & Judæa sinistra manu palmam, Judææ symbolum. Pueruli duo, partes Judææ duas, Judæam, & Peræam,

Peræam, designant. Plinius, libro v. sect. xv. de Judæa: *Pars ejus Syriæ juncta, Galilæa vocatur: Arabiæ vero & Ægypto proxima, Peræa;* quasi ulterior, & post alteram priorem. Est hic nummus ex ære magno, in Cimelio D. FOVCAVLT, & apud Angeloni, pag. 148.

Eadem inscriptio. .)(. ADVENTVI AVG. MACEDONIAE. S C. Hadrianus togatus, & Macedoniæ Genius pro eo sacrificans. E Cimelio reginæ Christinæ, & apud Angeloni, pag. 148.

Eadem inscriptio. .)(. ADVENTVI AVG. MAVRETANIAE. S C. Hadrianus togatus adstat Mauretaniæ sacrificanti. Est ex ære magno, & mediocri, Hadriani capite nunc nudo, nunc laureato: in Cimelio D. FOVCAVLT, in Museo nostro, & apud Angeloni, pag. 148.

Eadem inscriptio. .)(. ADVENTVI AVG. MOESIAE. S C. Hadrianus togatus, & Mœsiæ Genius sacrificans. Ex ære magno, in Gaza Regia.

Eadem inscriptio. .)(. ADVENTVI AVG. PHRYGIAE. S C. Hadrianus togatus, cum Genio Phrygiæ sacrificante ad aram: cui pileus in capite Phrygius: in læva, pedum. Est apud D. Vaillant.

Eadem inscriptio. .)(. ADVENTVI AVG. SICILIAE. S C. Hadrianus paludatus stat ante aram, tenens bacillum Imperatorium, adstante pariter Genio Provinciæ, cui trina cuspis in capite, in sinistra spicæ: ad pedes, victima. Est ex ære magno, apud P. CHAMILLART.

Eadem inscriptio. .)(. ADVENTVI AVG. THRACIAE. S C. Hadrianus togatus, & Thracia ante aram sacrificans. Ex ære magno, in Museo nostro.

Nummi inscripti RESTITVTORI.

Jam provinciæ, quarum *Restitutor* Hadrianus in nummis prædicatur, simili elementorum ordine sunt proferendæ. Restitutas autem ab Hadriano provincias intelligimus, in quibus vel ad emendationem morum, vel ad disciplinam civilem, vel ad splendorem provinciæ, sive novas leges condiderit, sive antiquas religiosius custodiri præceperit. Neque credi necesse est se contulisse Hadrianum in omnes eas provincias, quas restituisse dicitur: cum ad unam aliquam, quo advenisset, cogere vicinas potuerit, & leges eisdem quas vellet perscribere. In quas autem advenerit, quindecim dumtaxat provincias in nummis invenimus. Nulli certe sunt inscripti: ADVENTVI AVG. Britanniæ, Cretæ, Cypri, Daciæ, Epiri, Galatiæ, Hellespónti, Illyrici, Lycaoniæ, Numidiæ, Pannoniæ, Paphlagoniæ, Phœnices, Pisidiæ, Ponti, Scythiæ, Syriæ, Thessaliæ.

HADRIANVS AVG. COS. III. P. P. Capite laureato. .)(. RESTITVTORI ACHAIAE. S C. Hadrianus togatus Achaïam in genu procidentem sublevat. Vas in medio positum, ex quo oleæ ramus emicat, ludos Achaïæ celeberrimos significat. Est ex ære magno, in Museo nostro: ex ære magno, & mediocri, apud P. CHAMILLART.

Ut supra. .)(. RESTITVTORI AFRICAE. S C. Hadrianus togatus Africam, cui proboscis in capite, & in læva spicæ, procidentem in genu sublevat. Est ex ære magno, in Museo nostro.

Ut supra. .)(. RESTITVTORI ARABIAE. S C. Hadrianus togatus Arabiam in genu procidentem sublevat: juxta, camelus est, Arabiæ symbolum. Est in Cimelio Mediceo.

Ut supra. .)(. RESTITVTORI ASIAE. S C. Hadrianus togatus Asiam in genu procidentem sublevat: hæc radiato capite, ob situm ejus in Oriente, ubi Sol oritur, læva sceptrum tenet, ob reges Asiæ. Asiam intelligimus, in qua Ephesus, cum Ionia, Lydia, Caria. Est e Cimelio reginæ Christinæ.

Ut supra. .)(. RESTITVTORI BITHYNIAE. S C. Hadrianus togatus Bithyniam in genu procidentem sublevat: quæ turrito capite temonem humeris gerit. Infra, prora navis. Est ex ære magno, in Cimelio D. FOVCAVLT; nunc Hadriani nudo capite, nunc laureato. Ex ære mediocri, capite laureato, apud P. CHAMILLART.

Ut supra. .)(. RESTITVTORI GALLIAE. S C. Hadrianus togatus Galliam in genu procidentem sublevat. Est ex ære magno in Museo nostro: & sine litteris S C. ibidem argenteus.

Ut supra. .)(. RESTITVTORI HISPANIAE. S C. Hadrianus togatus Hispaniam sublevat. Est ex ære magno ibidem, & apud P. CHAMILLART.

Ut supra. .)(. RESTITVTORI ITALIAE. S C. Hadrianus togatus Italiam in genu procidentem, & Cornucopiæ læva gerentem, sublevat. Est ex ære mediocri, apud P. JOBERT.

Ut supra. .)(. RESTITVTORI MACEDONIAE. S C. Hadrianus togatus Macedoniam, flagellum humero gestantem, & in genu procidentem sublevat. Est ex ære magno, in Cimelio D. FOVCAVLT.

Ut supra. .)(. RESTITVTORI MAVRETANIAE. S C. Hadrianus togatus Mauretaniam in genu procidentem sublevat. Ex ære magno & mediocri, in Museo nostro.

Ut supra. .)(. RESTITVTORI NICOMEDIAE. S C. Hadrianus togatus Genium civitatis in genu procidentem sublevat, & humero trophæum gestantem, Nicomediæ symbolum; cuja *vim victoria* nomen est, ut Nicomedi. Ex ære magno.

Ut supra. .)(. RESTITVTORI PHRYGIAE. S C. Hadrianus togatus Phrygiam in genu procidentem sublevat, pileo tectam Phrygio, & ramum læva gerentem. Est ex ære magno, apud D. FOVCAVLT.

Ut supra. .)(. RESTITVTORI SICILIAE. S C. Hadrianus togatus, Siciliam, cui caput est spicis coronatum, spicas dextra gerentem, atque in genu procidentem sublevat. Est ex ære magno in gaza Regia.

IMP. CAESAR TRAIANVS HADRIANVS AVG. P. M. TR. P. COS. III. P. P. Capite laureato. .)(. RESTITVTORI ORBIS TERRARVM. S C. Hadrianus togatus stans Deam sublevat, cui radiatum caput est, in genu procidentem. Est ex ære magno, in Museo nostro.

Nummi Provinciarum nominibus inscripti.

Provinciæ denique, quæ solum nomen suum apposuerunt in aliis Hadriani Aug. nummis, quasi gratulationis ergo ob ejus principatum, hæ sunt quæ nobis occurrerunt.

HADRIANVS AVG. COS. III. P. P. Capite laureato, vel nudo interdum. .)(. AEGYPTOS. S C. Ipsa humi sedet, dextra sistrum tenet, læva calatho innititur: ante pedes, ibis avis. Est ex ære magno, in Museo nostro.

Ut supra. .)(. AFRICA. S C. Humi sedet, in capite proboscidem elephantis gerit; dextra scorpionem, læva Cornucopiæ tenet. Ad pedes, modius ex quo spicæ exstant. Ex ære magno & mediocri, ibidem.

Ut supra. .)(. ALEXANDRIA. S C. Stans dextra sistrum tenet, læva canistrum, in quo ibis avis est. Ex ære magno ibidem, & ex argento. Ex ære magno & mediocri, apud P. CHAMILLART.

Ut supra. .)(. ASIA. Stat pede imposito proræ navis,

navis, læva temonem tenet: quia nimirum Asia litoralis est. Argenteus.

ΑΥΤ. ΚΑΙC. ΤΡΑΙ. ΑΔΡΙΑΝΟC CEB. Capite laureato. .)(. ΚΟΙΝΟΝ ΒΕΙΘΥΝΙΑC. Templum octo fultum columnis. Ex ære magno, apud P. CHAMILLART. Nummus est inscriptus Græce, quoniam est cusus a Græcis, qui in nummis nonnisi Græce loquuntur. Qui Latini sunt scripti, nonnisi a Latinis hominibus scripti sunt omnes.

HADRIANVS AVG. COS. III. P. P. .)(. BRITANNIA. S C. Sedet ipsa, pede navi imposito, dextra hastam gerit, innixa ingenti clypeo; læva caput sustentat. Apud Illustriss. HARLÆUM, & apud Tristanum, tomo 1. pag. 469.

Ut supra. .)(. CAPPADOCIA. S C. Genius Provinciæ, capite turrito, dextra montem Argæum gestat, læva vexillum. Ex ære mediocri, in Museo nostro: ex ære magno in Cimelio D. FOUCAULT.

Ut supra. .)(. DACIA S C. Ipsa rupi insidet, dextra Aquilam legionariam, læva ramum tenet. Est ex ære magno in Museo nostro: ex ære mediocri, apud P. JOBERT.

Ut supra. .)(. GERMANIA. S C. Stat tunicata, dextra hastam tenet, læva clypeo innititur. Vidimus in Cimelio D. Abbatis FAUVEL.

Ut supra. .)(. HISPANIA. Sedet ipsa, dextra ramum gerit: sinistro cubito frugum canistro innititur: ad pedes, cuniculus. Argenteus in Museo nostro: ex ære magno & mediocri, cum S C. apud P. CHAMILLART.

Ut supra. .)(. ITALIA. Dextra hastam, læva Cornucopiæ tenet. Argenteus, in Museo nostro.

Ut supra. .)(. IVDAEA. Hadrianus togatus dextram porrigit Judææ procidenti in genua duo, cum parvulis tribus manus supplices Hadriano tendentibus; quorum duo inter Judæam & Hadrianum stant; tertius post Judæam. Duo priores Judæam & Galilæam; tertius Peræam significat, ut patet ex Plinii loco superius allato, in nummo qui inscriptus est, ADVENTVI AVG. IVDAEAE. Est hic nummus sane eximius, apud Erizzo, pag. 252.

Ut supra. .)(. MAVRETANIA. S C. Vir equum regit. Est in Museo nostro, ex ære magno & mediocri.

Ut supra. .)(. NILVS. Sedens arundinem dextra, læva Cornucopiæ gerit: ad pedes, crocodilus cum hippopotamo. Ex ære mediocri, in Cimelio D. FOUCAULT: argenteus in Museo nostro: ex ære magno, apud P. CHAMILLART.

Ut supra. .)(. SICILIA. Medusæ caput, ut videtur. Ex ære magno, in Cimelio reginæ Christinæ.

Anno Christi 133. V. C. 886. *Hadriani* 17.

Caput Hadriani laureatum. .)(. NEP. RED. *Neptuno reduci.* COS. III. S C. Neptunus dextra tridentem, læva delphinum tenet: pede calcat rostrum navis. Reditus Hadriani ex Oriente significatur. Est ex ære magno, in Museo nostro.

Ut supra. .)(. SPQR A. N. F. F. OPTIMO PRINCIPI. in corona laurea. *Senatus Populusque Romanus Annum novum faustum felicem* precatur *Optimo Principi.* Est ex ære magno in Gaza Regia.

HADRIANVS AVG. COS. III. P. P. Capite nudo sine laurea. .)(. VOTA PVBLICA. Ipse Pontificali habitu cum patera stat ante aram. Est in Museo nostro argenteus. Romanæ historiæ architecti fabulatores, ex eo quod in nummis Hadriani cernerent pingi eum plerumque nudo capite ac sine laurea, occasionem cepere fingendi, ipsum toto vitæ suæ tempore numquam caput texisse. Sic enim Spartianus, cap. XVII. *Frigora & tempestates ita patienter tulit, ut caput numquam tegeret.* At reipsa nudum Hadriani caput nihil aliud significat, nisi nulli eum bellicæ expeditioni toto imperii tempore præfuisse, nullam ab eo insignem aut cruentam victoriam de hostibus fuisse reportatam. Vide quæ scripsimus de bello Judaico sub Hadriano, in libro De Nummis Populorum & Urbium.

Eadem inscriptio. .)(. ROMA FELIX. Galeata Roma sedet: læva hastam tenet, dextra ramum oleæ. Argenteus, in Museo P. CHAMILLART.

Caput Hadriani. .)(. HERC. GADIT. *Herculi Gaditano.* Hercules clava innixus, læva tenet poma tria aurea: latere dextro, prora navis est; lævo, fluvii decumbentis effigies. Aureus est in gaza Regia. Quo significatur, in orbe Romano perlustrando imitatum esse Hadrianum Herculis Gaditani peregrinationem: qui itinerum suorum metam ultimam esse voluerit, ipsam extremam orbis oram; nempe Mauretaniam. De hoc nummo plura diximus, in Nummis Populorum & Urbium: verbo NARBO.

HADRIANVS AVG. COS. III. P. P. Capite laureato. .)(. ROMVLO CONDITORI. Romulus gradiens cum hasta & spoliis. Colonias Romanas ab Hadriano fuisse deductas, ut olim a Romulo in Saturniam, ubi nunc Roma est, hic nummus significat. Est argenteus in Museo nostro.

HADRIANVS AVGVSTVS. Capite nudo. .)(. FELICITATI AVG. COS. III. P.P. Navis Prætoria cum remigibus, velo inflato, felicitatis symbolum. S C. Est ex ære magno, in Museo nostro.

HADRIANVS AVG. COS. III. P. P. Capite nudo. .)(. DISCIPLINA (in alio DISCIPVLINA) AVG. Hadrianus paludatus incedit, tribus signiferis subsequentibus. Est ex ære magno, apud P. CHAMILLART: argenteus in Museo nostro. Exemplo præivisse militibus Hadrianum, ut labores peregrinationis perferrent, hic nummus docet.

HADRIANVS AVG. P. P. Capite laureato. .)(. PATIENTIA AVG. COS. III. Dea sedens, dextra pateram, læve hastam tenet. Argenteus est in Gaza Regia. Commendatur Hadriani patientia in perferendis injuriis sibi illatis.

HADRIANVS AVGVSTVS. Capite laureato. .)(. COS. III. P. P. CLEMENTIA AVG. S C. Dea dextram porrigit. Est ex ære mediocri in Museo nostro: ex ære magno, & argento, apud P. CHAMILLART.

Ut supra. .)(. INDVLGENTIA AVG. COS. III. P. P. S C. Dea sedet, dextra elata, læva tenet hastam puram. Ex ære magno, in Museo nostro.

Ut supra. .)(. TRANQVILLITAS AVG. COS. III. P. P. S C. Dea Stat cum hasta, lævo brachio innixa columnæ. Est ex ære mediocri, in Museo P. CHAMILLART.

Ut supra. .)(. IVSTITIA AVG. COS. III. P. P. S C. Dea sedet cum hasta & patera. Est ex ære mediocri, ibidem. Est & PIETAS AVG. & AEQVITAS AVG. & HILARITAS P. R. & FEL. P. R. *Felicitas Populi Romani.*

HADRIANVS AVG. COS. III. P. P. Capite nudo. .)(. VENERIS FELICIS. Dea stans læva hastam, dextra Victoriam tenet. Hadrianum comitate & dexteritate (nam hæc in nummis antiquis Venus appellatur:) hostes exarmasse hac inscriptione dicitur; & sic *feliciter* vicisse, incruenta victoria. Est hic argenteus in Museo nostro.

Ut supra. .)(. TELLVS STABIL. Tellus stans, læva cornucopiæ, dextra ancoram, stabilitatis symbolum tenet: ad pedes retro, spicæ. Est argenteus ibidem. Continua plurium annorum fertilitas sub Hadriano his verbis atque hoc symbolo significa-

nificatur. *Tellus stabilis*: & constans felicitas Imperii.

IMP. CAES. TRAIANVS HADRIANVS AVG. P. M. TR. P. Capite laureato. .)(. COS. III. LIBERALITAS AVG. IIII. S C. Imperator sedens in suggesto togatus, cum Abundantia stante, quæ Cornucopiæ frugibus plenum effundit in sinum civis Romani ante suggestum. Liberalitas hæc est pro felici reditu ex Oriente. Nummus ex ære magno, in Museo nostro.

ATT. KAIC. TPAIAN. AΔPIAN. CEB. Capite laureato. .)(. Templum, in quo Serapis cum Hadriano togato stat. Hadrianus dextra tangit ædiculam, in qua legitur, AΔPIANON. Ad nummi latera, L. IZ. *Anno* XVII. Est ex ære magno, in Cimelio D. FOVCAVLT.

Hadriani caput laureatum. .)(. L. IZ. *Anno* XVII. Canopus. Alius, L. IZ. Harpocrates stans. Alius, L. IZ. Pharus. Alius, L. IZ. Pallas galeata, cum hasta, dextra spicas tenet. Sunt isti quatuor ærei, in Cimelio D. FOVCAVLT. Alius, in quo bos Apis; cui venter est Lunæ crescentis effigie notatus. Est ex ære mediocri, in Cimelio P. CHAMILLART.

SABINA AVGVSTA. Caput Sabinæ. .)(. INDVLGENTIA AVG. P. P. COS. III. Interventu Sabinæ Hadrianum reis indulsisse, hic nummus testari videtur; aut gratulatio fit Sabinæ, quæ tantarum virtutum Augusti sit conjux. Est in Museo nostro argenteus.

SABINA AVGVSTA HADRIANI AVG. P.P. Caput Sabinæ. .)(. VENERI GENETRICI. Hadriani & Sabinæ nummi hanc habent epigraphen. In nummo Hadriani, habitus Veneris est, qualem decet esse, ut Principis comitatem, qua hostes quoque sibi conciliat, apte significet. Cum *Genetrix* dicitur, innatam eis ab ortu & infantia hanc comitatem indicat: quasi hos ipsa Venus seu comitas genuerit. Venus igitur stat, dextra Victoriam gerit trophæo onustam; læva hastam gerit, clypeo innititur. In nummo Sabinæ, dextra velum aptat capiti, læva ferre pomum videtur. Est hic ex ære magno, cum S C. in Museo nostro.

SABINA AVGVSTA. Caput Sabinæ. .)(. TELLVS STABIL. Dea humi decumbens, dextra tangit orbem, innixa columnæ: læva spicas gerit. Securitatis & ubertatis toto orbe Romano, & constantis felicitatis istud argumentum est. Argenteus est in Thesauro Regio.

CABEINA CEBACTH. Caput Sabinæ. .)(. AMICOY ΕΛΕΥΘΕΡΑC. ΕΤΟΥC ΡΞΕ. *Anno* CLXV. æræ Amisenorum: de qua vide Chronologiam Veteris Testamenti, ac nummos Populorum & Urbium. Est hic argenteus, in Thesauro Palatino, pag. 307.

Anno Christi 134. V. C. 887. *Hadriani* 18.

IMP. CAESAR TRAIANVS HADRIANVS AVG. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. COS. III. AETER. AVG. *Æternitas Augusti*. Dea caput Solis dextra, læva Lunæ caput attollit. Perennitas domus Augustæ hoc symbolo significatur, quæ sit jam inde ab Augusto Cæsare, usque ad Hadrianum Augustum propagata, nepotem Nervæ Cæsaris, qui fuit nepos proneptis Augusti. Eadem similitudine, sive iisdem symbolis usus est vates Regius, cum de Christo diceret, Psal. LXXI. *Et permanebit cum Sole & ante Lunam, in generationem.* Est hic argenteus in Museo nostro. Huic similis est ex ære alter apud Angeloni, pag. 147. & apud P. CHAMILLART, cum epigraphe, AETERNITAS AVGVSTI.

Hadriani caput laureatum. .)(. L. IH. *Anno* XVIII. Harpocrates. In Thesauro Mauroceni, pag. 118.

ATT. KAI. TPAIA. AΔPIA. CEB. Capite laureato. .)(. L. IH. *Anno* XVIII. Isis cum velo expanso ante Pharum, cui Hadriani effigies imposita est. Alius, L. IH. Canopus & Isis. Uterque nummus est ex ære magno, in Cimelio D. FOVCAVLT. Prior etiam apud P. CHAMILLART.

ATT. KAI. TPAIAN. AΔPIANOC CEB. Capite laureato. .)(. L. IH. Serapis & Isis in summa parte nummi: inter quos stat Harpocrates, digito ad os apposito: infra, Aquila Romana alis expansis. Imperium Romanum sub tutela esse deorum Ægypti præsidum: sive deos Ægypti præsides, eosdem conservatores esse Augusti & Imperii, hic nummus significat. Nihil aliud. Nugæ sunt, quas quidam hoc loco de Hadriano, Sabina, & Antinoo fabulantur. Est in Museo P. CHAMILLART.

Hadriani caput laureatum. .)(. AMICOY ΕΛΕΥΘΕΡΑC. ΕΤ. ΡΞϚ. Mercurius cum caduceo. Est argenteus in Gaza Regia. De Amisenorum æra, vide Chronologiam Veteris Testamenti.

ANTINOOC HPΩOC. Caput Antinoi. .)(. Ipse in equo gestat caduceum. L. IH. *Anno* XVIII. Hadriani. Est ex ære magno, in Cimelio D. FOVCAVLT. Ἥρωος pro viro genito ex heroë ponitur.

Anno Christi 135. V. C. 888. *Hadriani* 19.

ATT. KAI. TPAIA. AΔPIA. CEB. Capite laureato. .)(. Spei typus. L. ENNEAKΔ. *ἐννεακαιδεκάτῳ*. Ex ære magno in Cimelio D. FOVCAVLT, & in Museo nostro. In alio Neptunus, L. ENNEAKΔ. E Thesauro Mauroceni, pag. 118. In alio, Nili caput cum Cornucopiæ, L. ENNEAKΔ. in Museo P. CHAMILLART.

ANTINOOC HPΩC. Capite nudo, vultu juvenili, cum flore in vertice, instar Isidis. .)(. L. IΘ. Est in Thesauro Mauroceni æreus, pag. 121. apud D. BIGNON, ex ære magno; ex ære mediocri, apud D. FOVCAVLT. Ἥρως ponitur pro viro genito ex Deo: translate pro genito ex Augusto.

Caput Sabinæ. .)(. AMICOY ΕΛΕΥΘΕΡΑC. ΕΤΟΥC ΡΞΖ. *Anno* CLXVII. Vide Nummos Populorum & Urbium.

Anno Christi 136. V. C. 889. *Hadriani* 20.

Caput Hadriani laureatum. .)(. L. K. Nilus decumbens. Est in Thesauro Mauroceni, pag. 118.

Anno Christi 137. V. C. 890. *Hadriani* 21.

KAICAP TPA. AΔPIANOC CEB. Capite laureato. .)(. L. KA. *Anno* XXI. Dea Hilaritas stans, dextra spicas tenet, sinistra arborem. Est ex ære mediocri, in Museo P. CHAMILLART. In alio ibidem, ex ære minimo, erasa epigraphe est. .)(. L. KA. Modius, ex quo spicæ emicant.

ANTINOOC HPΩOC. *Antinous Deo genitus*. Capite nudo. .)(. Antinous in equo L. KA. Anno XXI. Hadriani patris, cujus ille ex concubina filius, natus in Bithynia, ut videtur, positus que ibi ab Hadriano Præfectus provinciæ, vel toti etiam Asiæ minori. Unde nullus ejus nomine nummus extra Asiam minorem fere cusus, in Asia minore plurimi. Duravit ejus præfectura ab anno Hadriani XVIII. usque ad supremum, qui XXI. ut ex annis intelligimus, qui sunt in Antinoi nummis inscripti. Rarus admodum nummus illius est cum Hadriani nomine. Est hic ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT.

ATT. KAI. TPAIANOC AΔPIANOC. Capite nudo. .)(. HPΩOC ANTINOOY. *Imp. Cæsar Trajanus Hadrianus Antinoi Deo geniti imago*. Caput Antinoi nudum. Est ex ære mediocri

cri in gaza Regia. Spurcas omnino fabulas, quas impuri scriptores de Hadriano & Antinoo commenti sunt, lubens prætermitto.

ΑΝΤΙΝΟΟϹ ΗΡΩϹ ΑΓΑΘΟϹ. Capite Antinoi nudo. *Antinous Deo genitus bonus.* Juxta illud, *Fortes creantur fortibus, & bonis.* .)(. ΑΔΡΙΑΝΟΘΗΡΕΙΤΩΝ. Bos effigie crescentis Lunæ notatus. Citatur a Spanhemio, pag. 654.

ΑΝΤΙΝΟΟΥ Η ΠΑΤΡΙϹ. *Antinoi patria.* Caput Antinoi. .)(. ΚΟΙΝΟΝ ΒΕΙΘΥΝΙΑϹ. *Commune Bithyniæ.* Templum octo fultum columnis. Est ex ære maximo, in Cimelio D. FOUCAULT. Ac ne singulos Antinoi nummos hic describamus; sunt & ab Ancyranis in Phrygia cusi, ab Hierapolitis Phrygiæ ejusdem, a Calchedoniis in Bithynia, a Nicomediensibus ibidem, a Smyrnæis in Ionia, a Tarsensibus in Cilicia, a Tianis in Bithyniæ Paphlagoniæque confinio. Nullus, quem affirmare possis in Ægypto cusum; nisi forte unum aut alterum Alexandriæ. Nullus in toto Occidente nummus Antinoi est.

ΑΝΤΙΝΟΟΝ ΘΕΟΝ. Capite nudo. .)(. ΙΕΡΑΠΟΛΙϹ. Lunæ crescentis effigies, cum Solis sidere. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOUCAULT.

L. ÆLIUS CÆSAR.

Ipsis Kalendis Januariis hujus anni Christi 137. Hadrianus Imp. paulo antea quam Tribuniciæ Potestatis annum vicesimum confecisset, abdicavit Imperium, retento tamen Imperatoris & Augusti titulo, eo quod diu ab Urbis deliciis abfuisset, dum Romanum orbem lustrando obiret. Ælio Nervæ Cæsari summa potestas, quasi vicaria tamen sub Hadriano datur, ad annum unum, cum Consulatu secundo & Tribunicia potestate, absque titulo Augusti, usque ad obitum Hadriani: exspectante Senatu hujus obitum, ut Antonino Pio, alteri Nervæ Augusti nepoti, Titi Augusti pronepoti, summam verum administrationem committeret in annos viginti de more. Exinde cœpit Hadrianus dici Ὀλύμπιος, quasi *Beatissimus* senex, jam cælo maturus, neque deinceps satagens rerum humanarum. Stemma Ælii Cæsaris jam superius exhibui tibi, ante nummos Nervæ Cæsaris Augusti, patris ipsius.

Ælium Cæsarem prius appellatum fuisse *Verum*, adoptatumque ab Ælio Hadriano *Ælii* nomen habuisse; Cæsarem quoque tunc nuncupatum esse ob spem hereditatis Augustæ; somnia sunt pseudo-Ælii Spartiani, similiumque. Nam de *Veri* quidem nomine alii jam dixerunt Ælio fuisse a Spartiano falso attributum. *Ælium* vero dictum ab Hadriano non fuisse certum est, siquidem Hadriani avunculus ipse Ælius fuit. *Ælius* huic nomen, *Cæsar* cognomen fuit. Gruterianas inscriptiones, quæ Ælium Hadriani filium faciunt, ex eo disce recentes esse.

ΑΔΡΙΑΝΟϹ ΟΛΥΜΠΙΟϹ. ΛΟΥΚΙΟϹ ΑΙΛΙΟϹ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ. *Hadrianus Olympius. L. Ælius Imperator.* Nummus est æreus a Spanhemio laudatus in Juliani Cæsares, pag. 12. Capita adversa Hadriani & Ælii sine laurea exhibet, Ælium vultu magis senili, quippe avunculi Hadriani. Hadrianus *Olympius* appellatur, hoc est, jam pæne Divus, jam cælo dignus, jam cælo maturus, deposito principatu, retento dumtaxat Augusti titulo & honore. Eo more eoque sensu, post annum imperii pariter vicesimum, abdicatumque ex legis præscripto magistratum, cudebantur nihilominus Maximiano ac Diocletiano nummi inscripti; D. N. DIOCLETIANO FELICISSIMO SEN. AVG. & D. N. MAXIMIANO FELICISSIMO, vel BEATISSIMO SEN. AVG. ut dictum est in Numismatis Sæculi Constantiniani. Ælius autem Αὐτοκράτωρ dicitur, quod penes eum esset summæ potestatis exercitium in orbe Romano.

..... ΟΛΥΜΠΙΟϹ. Λ. ΑΙ. ΚΑΙϹΑΡ. Erasum priore loco Hadriani nomine. *Hadrianus Olympius. L. Ælius Cæsar.* .)(. ΤΗΜΝΕΙΤΩΝ. Femina puerum tenet, symbolum Pietatis. Est ex ære mediocri, in Thesauro Regio.

ΚΑΙϹΑΡ ΑΔΡΙΑΝΟϹ ΟΛΥΜΠΙΟϹ. Capite laureato. .)(. ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. Juppiter stans, dextra Aquilam tenet, hastam læva. Laodicea hæc Phrygiæ est. Nummus ex ære maximo, ibidem.

ΑΔΡΙΑΝΟϹ ΟΛΥΜΠΙΟϹ..... Nummus est a Sponio laudatus in Itin. Athen. pag. 200. capitibus iisdem Hadriani & Ælii adversis. .)(. ΚΟΙΝΟΝ ΕΦΕϹΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Templum octo fultum columnis. In alio est, ΕΦΕϹΙΩΝ ΔΙϹ ΝΕΩΚΟΡΩΝ.

ΘΕΟϹ ΟΛΥΜΠΙΟϹ. Hadriani capite laureato. .)(. ΝΕΙΚΟΜΗΔΕΩΝ. Capite turrito cum Cornucopiæ. Est in Cimelio reginæ Christinæ.

ΚΑΙϹΑΡ ΟΛΥΜΠΙΟϹ ΑΔΡΙΑΝΟϹ. Capite laureato. .)(. Templum octo fultum columnis, in quo stat Diana Ephesia. ΕΦΕϹΙΩΝ. Nummus est ex ære magno, in Museo P. CHAMILLART.

Smyrnæ reperta inscriptio, teste Sponio, libro citato, sed recens, opinor: ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ ΑΔΡΙΑΝΩ. ΟΛΥΜΠΙΩ. ϹΩΤΗΡΙ ΚΑΙ ΚΤΙϹΤΗ. *Imp. Hadriano Olympio Servatori & Conditori.*

Numismata Ælii Cæsaris.

Λ. ΑΙΛΙΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. Capite Ælii Cæsaris nudo. .)(. ΝΙΚΑΙΕΩΝ. Statua columnæ imposita. Est ex ære mediocri, apud D. FOUCAULT.

Λ. ΑΙΛΙΟϹ Ν. ΚΑΙϹΑΡ. Capite nudo. Λεύκιος Αἴλιος Νερούας Καῖσαρ. Sic enim in nummis Commodi, & Severi, aliisque, Ν. ΤΡΑ. ΒΟϹΤΡΑ, est Νερούα Τραιανὴ Βόστρα. In priore editione Numismatum Sæculi Constantiniani, illud Ν νέος interpretabamur; minus recte. .)(. ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞΟΥϹ. ΥΠΑΤ. Β. *Tribunicia Potestate Consul* II. Infra, ΟΜΟΝΟΙΑ. *Concordia.* Dea sedet cum patera. Concordia laudatur inter Hadrianum Aug. & Ælium Cæsarem, & Senatum. Nummus est plane singularis ex ære magno, in Cimelio D. FOUCAULT.

L. AELIVS CAESAR, capite nudo, vultu annorum LV. .)(. TR. POT. COS. II. Dea Spes florem ostentat. S C.

Ut supra. .)(. TR. POT. COS. II. PANNONIA. S C. Pannonia stat, tenens vexillum militare.

Ut supra. .)(. TR. POT. COS. II. S C. Spes & Annona stant.

Λ. ΑΙΛΙΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. Capite nudo. .)(. ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞΟΥϹ. ΥΠΑΤ. Β. ΟΜΟΝΟΙΑ. *Concordia* sedet: dextra pateram tenet, sinistra Cornucopiæ. Sunt omnes isti ex ære magno, in Museo nostro.

Λ. ΑΙΛΙΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. Capite nudo. .)(. ΑΜΙϹΟΥ ΕΛΕΥΘΕΡΑϹ. ΕΤΟΥϹ ΡΞΘ. *Anno* CLXIX. qui incipit autumno anni hujus. Est hic ex ære mediocri in Thesauro Regio: argenteus in Cimelio D. FOUCAULT.

ϹΑΒΕΙΝΑ ϹΕΒΑϹΤΗ. Caput Sabinæ. .)(. ΑΜΙϹΟΥ ΕΛΕΥΘΕΡΑϹ. *Amisi libera.* ΕΤΟΥϹ ΡΞΘ. ut proxime. Est hic etiam in gaza Regia. Vide Nummos Populorum & Urbium.

L. AELIVS CAESAR. Capite nudo sine laurea. .)(. C. I. AV. F SIN. ANN. CLXXXII. De hoc nummo vide Nummos Populorum & Urbium, verbi SINOPE.

HADRIA-

HADRIANVS AVGVSTVS COS.III. P. P. Capite Hadriani nudo. .)(. L. AELIVS CAESAR. Capite nudo Ælii Cæſaris. Eſt in Theſauro Mediceo.

Λ. ΑΙΛΙΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. Capite nudo. .)(. Ipſe decurrit in equo. ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΑ. Apud D. Galland, teſte D. Vaillant.

L. AELIVS CAESAR. Capite nudo. .)(. PANNONIAE CVRTA AEL. Infra, SC. Ælius Cæſar ſedens, læva tenet ſcipionem Imperatorium: dextram porrigit Pannoniæ ſtanti, quæ læva Cornucopiæ gerit, dextra trophæum offert Ælio Cæſari. Sententia igitur eſt, ut quidem nos interpretamur: *Pannoniæ Commune, Victoriæ Romanæ trophæum affert Ælio.* Pannoniæ Commune dicitur, ut in nummis aliis, COM. ASIAE, & ΚΟΙΝΟΝ ΑΣΙΑΣ. Reliqua ſunt in ipſo nummo expreſſa. Eſt ille ex ære magno, in Muſeo D. BAVDELOT, eximiæ cælaturæ, ut vix cerni quidquam poſſit elegantius: ſed ſuſpectæ mihi tamen antiquitatis. Similem Occo exhibet, pag. 245. . . . . . Die ſabbati, VIII. Auguſti, 1699.

ANTONINVS PIVS.

Anno Chriſti 138. V. C. 891. *Antonini Pii* 1.

Ipſis Kalendis Januariis deponit Ælius Cæſar cum Conſulatu Tribuniciam Poteſtatem. Defertur munus utrumque Antonino Pio, & Conſulatus ſcilicet, & Tribunicia Poteſtas; addito etiam Pontificatu Maximo. Haberet nihilominus Hadrianus, dum viveret, Auguſti titulum. Sed, ut fit, cum jam eſſet titulus ſine re, deſierunt cudi ejus honori numiſmata in provinciis, præterquam in colonia Alexandrina; ubi ſaltem hoc etiam anno poſt Septembrem ibi cuſa exſtant; appellaturque is annus XXII. Hadriani; tametſi & in aliis Antonino Pio ibidem dicatis, primus idem annus Antonini dicitur. Quin etiam vidimus quondam in Indice Numiſmatum Cimelii Colbertini, in ære mediocris moduli, deſcriptos Trajani nummos duos, (Hadriano potius videntur fuiſſe adſcribendi:) alterum, in quo legeretur, L. ΚΔ. cum effigie Palladis, quæ eſſet lævo brachio innixa columnæ: alterum, L. ΚΕ. cum Aquila Romana. Qui nummi ſi vere exſtant, neceſſe eſt vixiſſe Hadrianum uſque ad finem anni Chriſti 141. Sed deceptum affinitate vel obſcuritate litterarum amanuenſem credimus: & obiiſſe Hadrianum hoc ipſo exeunte anno, vel proximo ineunte.

Numiſmata Hadriani Aug.

Hadriani caput laureatum. .)(. L. ΚΒ. Nilus juvenis. Eſt ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT.

ΑΔΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒΑϹΤΟϹ. Capite laureato. .)(. L. ΚΒ. *Anno* XXII. qui incipit autumno anni hujus. Nili effigies, pectore tenus. Eſt ex ære minimo, in Cimelio D. BEGON.

ΑΤΤ. ΚΑΙ. ΤΡΑΙ. ΑΔΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Capite laureato. .)(. L. ΚΒ. Nilus decumbens. Eſt in Cimelio D. FOVCAVLT, ex ære minimo.

Caput Hadriani laureatum. .)(. ΠΡΟΝΟΙΑ. *Providentia.* ΚΒ. *Anno* XXII. Dea ibim avem Ægyptiacam tenet. Ex ære mediocri, in Theſauro Regio.

STEMMA ANTONINI PII,

& domus ejus Auguſtæ; ex ſolis nummis antiquis.

Genus maternum.

Ælius NERVA CÆSAR AVG.
Ex Plotina. | Ex Julia Titi Aug. filia.

Ælia Plotina, conjux ſecunda Trajani Aug. — L. ÆLIVS CÆSAR. — Ælia Julia, conjux primum Antoniani Pii: deinde L. Aurelii Veri: qui avus M. AVR. ANTONINI AVG.

Ex Antoniano Pio.

T. AEL. CAES. HADR. ANTONINVS AVG. PIVS — Antonius Pius.

Conjux Annia Galeria Commoda FAVSTINA, filia Annii Galerii Commodi. — Antonius. — Antonia Pia, conjux Julii Veri.

Commoda FAVSTINA PIA, conjux ſecunda M. AVR. ANTONINI, PII dicti a conjuge & a ſocero. — AN. GAL. ANTONINVS CÆSAR.

COMMODVS ANT. PIVS AVG. idem poſtea PIVS FELIX.

Genus paternum.

M. ANTONIVS Triumvir.
Ex priore conjuge, | Ex Octavia Auguſta, ſorore Auguſti,

M. ANTONIVS. — ANTONIA AVGVSTA, ex patre, *Antonia*: ex matre, *Auguſta*.

CLAVDIVS CÆSAR AVG.

ANTONIA Auguſta, de aviæ nomine.

M. OTHO CÆSAR AVG.

Antonia Auguſta, conjux Pii, qui inde dictus eſt... Antonianus Aug. Pius: qui *Antonianus Aug.* ex conjuge: *Pius*, ex patre fuit.

CN. POMPEIVS MAG. PIVS.

SEX. MAG. PIVS.

S. POM. SEX. F. cujus nepotis nepos fuit

Antonianus Aug. Pius. Conjux Ælia Nervæ filia. *Antonianus Aug.* ex matre: ex patre, *Pius*.

T. AEL. CAESAR ANTONINVS AVG. PIVS. Ex matre *T. Ælius Cæſar*: ex patre, *Antoninus Aug. Pius.* Cum ſcribitur autem dumtaxat, ANTONINVS AVG. PIVS, eſt *Antoninus Aug.* ab avia: ab avo, *Pius*.

T. ÆLIVS CÆSAR HADRIANVS ANTONINVS AVG. PIVS. Poſt *Titi* prænomen, a proavo Tito Veſpaſiano Auguſto, *Ælius Cæſar* ex matre vocatur, & ex avo materno Auguſto Nerva: deinde *Hadrianus* a patre adoptante æque Auguſto: denique *Antoninus Auguſtus Pius*, ex patre naturali, ſed homine privato: quam ob cauſam *Hadriani* nomen cum ceteris prius ponitur, quoniam eſſet illud nomen Auguſti. *Antoninus* fit ab Antoniano patre, quemadmodum ex Maximiano fit *Maximinus*. Prius autem *Auguſtus* ille debuit appellari, quam *Pius*: quoniam prius conjuncta fuit familiæ

 Anto-

Antonia cum Augusta, quam cum Pia. Ergo prius cognomen *Augusti*, quam *Pii*, in titulis Antonini poni oportuit. Atque hinc intelligitur *Antoninus Augustus Pius* ducere originem ab *Antonia Augusta*, filia Marci Antonii Triumviri: quoniam nulla postea apparet conjunctio Antoniorum cum Augustis. Posteri autem Antonini Aug. Pii, excepto Commodo, quandoquidem *Augusti* ipsi erant idcirco, quia orti ex illo Pio; hic autem esset *Augustus*, non tantum quia *Antoninus* ex patre, sed etiam quia *Ælius* ex matre & avo; & quia *Julius* ex avia, & proavo, abavoque; esset autem hic titulus priore nobilior; quoniam non ex sorore tantum Augusti, sed ex ipsomet Augusto trahebat originem; idcirco omnes, inquam, Antonini Pii posteri, excepto Commodo, prius se *Pios* quam *Augustos* appellaverunt; hoc est, *Augustos*, quia *Pios*: sive quo jure ipse Pius *Augustus* fuit.

Hinc etiam intelligimus, opinor, quamobrem cum nomen *Antonini* ponitur, *Augusti* cognomen præponatur *Pii* cognomini; ut cum scribitur, FAUSTINA AVG. ANTONINI AVG. PII F. Cum autem *Pii* solum nomen ponitur ad designandum Antoninum Pium, *Augusti* cognomen tunc postponatur; ut cum dicitur, sive in nummis Latinis, FAVSTINA AVG. PII AVG. F. sive in Græcis Neapoleos Samariæ, ΕΥΣΕΒ. ΣΕΒ. Θ. *Pii Augusti filia*: & ipse Aurelius Cæsar in iisdem, ΕΥΣΕΒ. ΣΕΒ. Υ. *Pii Augusti filius*. Quid ita? Quoniam alias vis est & significatio cognominis illius in Antonino Augusto Pio, quando conjungitur cum Antonini nomine, alia quando cum Pio solum. *Antoninus Augustus* dicitur, qui *Augustus* idcirco est quia *Antoninus*, & quo jure Antonianus ipse cognomen Augusti habet: hoc est, quia ex sorore Augusti trahit originem. At *Pius Augustus* si solum dicatur, *Augustus* esse significatur aliunde, quam unde est *Pius*. Oportet enim alterum ex patre cognomen esse, ex matre alterum. Itaque *Pius* ex patre est, *Augustus* ex matre; quæ non originem Augustam ex sorore tantum Augusti ducebat, sed ex ipsomet Augusto.

Inde vero cœpit Antonini Augusti Pii nomen esse nobilissimum: quoniam is in se uno, præter alias multas, tres familias Romæ primarias primus Augustorum repræsentaret; Juliam Cæsaris Augusti, Pompeii Piam, & Antonii Triumviri Antoniam. Gloriosius vero sibi fore duxit Antoninus Pius, si scriberetur, *Antoninus Augustus Pius*, quam si scriberetur, *Antoninus Pius Augustus*. Nam cum priore illa locutione, *Augusti* cognomen illud intelligeretur, quod prius Antonii habuissent, quam *Pii* cognomen; hoc ipsum fuit dicere, habere se tria illa cognomina a solo patre; quamvis præterea esset *T. Ælius Cæsar a matre*: In sua autem, hoc est, in Antonia gente, nomen *Augusti* hereditarium esse jam inde ab Antonia Augusta.

Ab Antonino Pio deinde longa principum virorum ac feminarum series deducta hoc habuit Pii cognomen: de quo falluntur egregie, qui arbitrantur, merum esse titulum virtutis ac laudis; cum sit familiæ gentisque proprium: quo fere modo in familia ac stirpe regia Principum Francorum, Borbonii cognomen, & Condæi, & Valesii. Inde fit, ut illud Pii cognomen non habeant aut Lucius Verus, quamvis Marci Pii frater, aut Pescennius Niger, aut Clodius Septimius Albinus, tametsi consobrinus Septimii Severi qui Pius fuit; Pii autem & Julius Maximinus, quem Thracem; & Julius Philippus, quem Arabem falso dixerunt, appellati sint; & præter istos bene multi. Quorum consanguinitas cum prioribus Augustis, cum ex isto *Pii*, tum ex aliis nominibus, quæ sunt in nummis scripta, cognosci facile potest. Id vero neque est hactenus animadversum, & mirifice prodest tamen, ad delineandam Romanæ historiæ veram speciem: quæ fabulosum esse, quidquid propemodum de Augustis ac Cæsaribus aut veteres prodiderunt, aut recentes scriptores ex istorum libris hodieque colligunt, palam ostendat.

Numismata Antonini Pii.

Cum igitur Kal. Januariis anni hujus, qui est annus Christi 138. Antoninus Pius Consulatum accepisset cum Tribunicia Potestate, idem in Natali Urbis Consul II. designatur: & M. Aurelium Cæsarem, matris suæ ex altero conjugio nepotem, adoptat in filium sive in generum, desponsata ei jam tum Faustina Pia filia.

IMP. CAES. AELIVS ANTONINVS AVG. Capite laureato. *Ælius* ex matre, *Antoninus* ex patre. .)(. PONT. MAX. TR. POT. COS. Dea stat, dextra ramum, læva Cornucopiæ tenet. S. C. Est ex ære magno, in Museo P. CHAMILLART.

IMP. T. AEL. CAES. ANTONINVS. Capite nudo. Vel situs nominis illius *Cæsar* post gentis Æliæ nomen, ante cognomen Antonini, non titulum se merum dignitatis esse, sed cognomen Æliorum admonet. .)(. TR. POT. COS. Annona, cum gemino Cornucopiæ, & patera. Est in Museo nostro argenteus.

IMP. T. AEL. CAESAR ANTONINVS. Capite nudo. .)(. TRIB. POT. COS. S C. Dea stans, dextra pateram tenet, ante aram. Infra, PIETAS. Est in Museo nostro, ex ære magno. Alibi, ex auro. Alludit opifex ad *Pii* cognomen: & *Pietas* hæc erga Superos est. Unde fabulæ Capitolini exploduntur de origine *Pii* cognominis Antonino dati.

IMP. T. AELIVS CAESAR ANTONINVS. Capite laureato. .)(. HADRIANVS AVGVSTVS. Capite laureato. Est apud Patinum in Thesauro, pag. 216. Ambo sunt simul in honore: sed dici desiit Hadrianus IMP.

ANTONINVS AVG. PIVS P. M. TR. P. COS. Capite laureato. .)(. FAVSTINA AVG. ANTONINI AVG. subintellige, *conjux*. Caput Faustinæ. Ibidem, pag. 231.

IMP. T. AEL. CAES. HADRIAN. ANTONINVS. Capite nudo. .)(. AVG. PIVS P. M. TR. P. COS. DES. II. Dea stans, dextra tenet caduceum, læva Cornucopiæ. Est argenteus, apud P. CHAMILLART.

ANTONINVS AVG. PIVS TR. P. COS. P. P. .)(. LIBERALITAS AVG. S C. Sedet togatus, Dea Liberalitate stante, & tesseram ostendente civi Romano togato stanti ante suggestum. Est apud Angeloni, pag. 172. Novem omnino Liberalitates Antonini numismata ipsius exhibent.

I. Anno 138. pro primo Consulatu.
II. Anno 139. pro secundo Consulatu.
III. Anno 140. pro tertio Consulatu.
IV. Anno 145. pro Consulatu quarto.
V Anno 147. pro Tribunicia Potestate M. Aurelii Cæsaris.
VI. Anno 148. pro primis Decennalibus suis.
VII. Anno 154. pro captanda benevolentia plebis Romanæ in gratiam M. Aurelii.
VIII. Anno 158. pro secundis Decennalibus suis.
IX. Anno 160. supremo magistratus sui anno, quasi valedicens; & ad conciliandam genero suo M. Aurelio gratiam Populi Rom.

IMP. T. AEL. CAES. HADRI. ANTONINVS AVG. PIVS. Capite laureato. .)(. Mœnia Urbis, cum templo & ara; & Ænea (ut aiunt) Anchisen portante. Symbola sunt Pietatis, ad quam alludere voluit opifex ob *Pii* cognomen. Mœnia diligenter custodita, Pietatem denotant erga patriam: templum & ara, Pietatem erga superos: denique æger a viro gestatus humeris, Pietatem erga egenos & ægros. Implevisse tres Pietatis partes, ac vere sui nominis fuisse Antoninum *Pium*, hæc symbola significant. Nummus est ex ære maximo, in Cime-

Cimelio D. Foucault. Si Æneas hic est, ut vulgo creditur, dicant quid ille hic faciat in nummo Antonini Pii; qui fidem habent scriptoribus rerum Romanarum: nam hi plane negant ad Juliam gentem pertinuisse Antoninum.

T. AIΛ. KAICAP ANTΩNEINOC. Capite laureato.)(IIEIΩN EΦECIΩN. Est ex ære magno, in gaza Regia, editus a Seguino, pag. 147. De hoc nummo egimus in libro De Nummis Populorum & Urbium.

T. AIΛIOC KAICAP ANTΩNEINOC. Capite nudo.)(APTEMIC EΦECIA. Stat Diana Ephesia inter cervos duos. Ex ære magno, apud D. Foucault.

AYT. K. T. AIΛ. AΔP. ANTΩNEINOC. Capite laureato.)(ΘEΩ TEΛECΦOPΩ. NIKAIEΩN. Telesphorus stans. Edidit Morellius ex Fæschio.

Ejusdem.)(L. A. *Anno primo*, qui ab autumno incipit anni hujus. Caput Isidis. Est in Thesauro Mauroceni, pag. 121. Est & BEPOIAIΩN. A. in Museo P. Chamillart.

AYT. K. T. AIΛ. AΔP. ANTΩNEINOC EYC. CEB. *Imp. Cæsar T. Ælius Hadrianus Antoninus Pius Aug.* Capite laureato. Græci interdum *Pii* cognomen præponunt *Augusti* cognomini: *Pium* ex patre primum, sive *Antoninum Pium*; deinde *Augustum* ex matre appellantes.)(M. AYPHΛIOC KAICAP YIOC CEB. *M. Aurelius Cæsar filius Augusti.* Capite nudo. Est ex ære magno in Museo nostro.

Caput Antonini.)(M. AYP. OYHPOC KAICAP. NIKOM. *M. Aurelius Verus Cæsar.* Nummus *Nicomediensium.* Est ex ære mediocri, in gaza Regia. At in nummis Latinis *Marcus* non dicitur ante principatum.

Caput Antonini Pii.)(ΛAOΔIKEΩN. ZΠP. *Anno* CLXXXVII. Laodiceæ Syriæ. Vide Nummos Populorum & Urbium.

Anno Christi 139. V. C. 892. *Antonini Pii* 2.

Kalendis Januariis Consulatum II, init Antoninus Pius. Natali Urbis M. Aurelius Cæsar designatur Consul in annum sequentem.

ANTONINVS AVG. PIVS P. P. Capite nudo.)(AVRELIVS CAESAR AVG. PII F. COS. DES. Capite nudo. Est argenteus in Museo nostro. Ex ære magno cum S C. apud Angeloni, pag. 193. *Augusti Pii filius*, hoc est, gener, jam nunc Aurelius Cæsar appellatur; non alia de causa certe, nisi quia desponsa jam ei fuit Faustina Pii filia, adhuc puella, necdum nubilis. *Augustum Pium* vocat, primum de matris nomine, *Augustum*: deinde, de paterno, *Pium*.

Ut supra.)(LIBERALITAS AVG. P. M. TR. P. COS. II. Congiarium. Est ex ære magno, apud D. Vaillant.

ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. COS. II. Capite laureato.)(APOLLINI AVGVSTO. Apollo stat cum cithara & patera. Argenteus, in Museo P. Chamillart.

IMP. T. AEL. CAES. HADR. ANTONINVS. Capite nudo.)(AVG. PIVS P. M. TR. P. COS. II. Vasa Pontificalia. Argenteus ibidem.

ANTONINVS AVG. PIVS P. P. Capite laureato.)(AFRICA. COS. II. S C. Africæ typus: Dea, cum proboscide in capite; in læva, Cornucopiæ. Est ex ære magno in Museo P. Chamillart.

Ut supra:)(ALEXANDRIA. COS. II. S C. Genius urbis stat, dextra sistrum gerit, læva ibim. Est ex ære magno ibidem, & in Museo nostro.

Ut supra:)(ASIA. COS. II. SC. Caput turritum; dextra coronam, læva ancoram, oræ Asianæ symbolum, gerit. Est ex ære magno, in Museo P. Chamillart.

Ut supra.)(BRITANNIA. COS. II. S C. Dea tenens signum militare scopulis insidet. Est ex ære magno, in Cimelio D. Foucault.

Ut supra.)(CAPPADOCIA. COS. II. S C. Dea turrita stat: læva vexillum, dextra gestat montem Argæum. Ad pedes, ara exigua cum igne. E Museo nostro, ære magno.

Ut supra.)(HISPANIA. COS. II. S C. Stat turrito capite, dextra coronam, læva ramum tenet: ad pedes, cuniculus. Est ex ære magno, in Museo P. Chamillart.

Ut supra.)(MAVRETANIA. COS. II. S C. Apud D. Foucault.

Ut supra.)(PARTHIA. COS. II. S C. Ibidem.

Ut supra.)(PHOENICE. COS. II. S C. Ibidem.

Ut supra.)(SCYTHIA. COS. II. S C. Ex ære magno, in Thesauro Regio.

Ut supra.)(SICILIA. COS. II. S C. Apud D. Foucault.

Ut supra.)(SYRIA. COS. II. S C. Apud P. Chamillart.

AYTOK. ANTΩNEINOC CEBACTOC. Capite laureato.)(YΠATO. B. *Consul* II. Mons Argæus, supra quem stat Imperator; læva hastam, dextra pateram tenet. Argenteus, in Thesauro Regio.

Antonini caput laureatum.)(In corona, BEPOIAIΩN, in Syria: quæ civitas nunc *Aleppum* vocatur. B. *Anno secundo*, qui autumno incipit anni hujus. Est ex ære mediocri, in Museo P. Chamillart.

Caput senile cum tiara Parthica.)(BACIΛEΩC BACIΛEΩN OYΛΓAACOY ΔIKAIOY EΠIΦANOYC ΦIΛEΛΛHNOC. ANT. *Regis Regum Valagasæ Justi Illustris Amici Græcorum.* Victoria regi sedenti lauream coronam offert. *Annus* CCCCLI. æræ Græcorum incipit autumno anni hujus. Est hic nummus apud Patinum in Sueton. pag. 202.

Caput Antonini laureatum.)(L. B. *Anno secundo.* AIΩN. *Æternitas.* Struthiocamelus. Est hic nummus ex ære mediocri, apud Illustriss. D. Abb. Bignonium, Regi a sanctioribus Consiliis. In alio e Gaza Regia Phœnix est orbi impositus.

AYTOK. T. AIΛ. AΔP. ANTΩNEINOC EY. CEB. Capite laureato.)(EYΘHNIA. *Ubertas annonæ.* L. B. *Anno secundo.* Ægyptus decumbens, læva sphingi innititur, & arundinem tenet; dextra spicas & papavera: utraque manu linteum pomis onustum. Est ex ære magno in Cimelio D. Foucault. & in gaza Regia.

AYT. KAIC. T. AIΛ. AΔP. ANTΩNEINOC. Capite laureato.)(KAICAPEΩN T. Π. APΓAIΩ. YΠATO. B. Καισαρέων τ̃ πρὸς Ἀργαίῳ. *Cæsareensium, qui ad Argæum montem. Consul* II. Ex ære mediocri, in Museo Sangenovefano. In alio, e Cimelio D. Foucault, legitur, KAICAPEIAC MHTPOΠ. ET. B. *Anno secundo.*

AYT. T. AIΛ . . . . . . Capite laureato.)(ETOYC B. *Anno secundo.* Harpocrates. Ex ære mediocri, apud D. Begon.

ΛAOΔIKEΩN Syriæ. HΠP. *Anno* CLXXXVIII. Vide Nummos Populorum & Urbium.

ΓAZA. BC. *Anno* 202. Ibidem.

Anno Christi 140. V. C. 893. *Antonini Pii* 3.

Kal. Januariis init Antoninus Pius Consulatum III. Aurelius Cæsar primum. Sponsalia. M. Aurelii & Faustinæ junioris hoc anno celebrantur.

ANTONINVS AVG. PIVS P. M. .)(. TR. P. COS. III. Antoninus paludatus, humero sinistro senem defert, qui velato capite est, & læva gestat acerram turis: dextra manu idem Augustus parvulum ducit, cui & in capite pileus rusticanus est, & pedum pastoritium in dextra. In medio, S C. Est nummus iste apud Oiselium, Tab. LXXVI. num. 12. quo pietas Antonini erga superos, erga valetudinarios, erga pauperes e rure, significatur. Nullus hic Æneas est, *fulvi instratus pelle leonis*, ut dicitur libro 2. Æneidos: nullus Iülus; quippe quem pastoritio cultu habituque pingi certe dedeceret: neque ullus proinde Anchises est.

ANTONINVS AVG. PIVS P. M. TR. P. COS. III. Capite laureato. .)(. AVRELIVS CAESAR AVG. PII F. COS. Capite nudo. Aureus & argenteus in Gaza Regia: in Museo nostro, ex ære magno.

Eadem inscriptio. .)(. Imperator e suggesto dat congiarium. Est ex ære magno, in Museo P. CHAMILLART. In alio ibidem, ex ære mediocri additur, LIBERALITAS AVG. III.

AVRELIVS CAESAR AVG. PII F. COS. Capite nudo. .)(. PIETAS AVG. Vasa Pontificalia. Pietas Antonini Pii commendatur, qui M. Aurelium filium creari Pontificem curaverit. Est argenteus in Museo nostro. Ex ære magno, apud P. CHAMILLART.

Eadem inscriptio. .)(. IVVENTAS. Stat ipse ante aram. Argenteus, in Museo nostro. Alius ibidem ex ære mediocri, habet in corona, IVVENTVS. S C. Quid sit autem *Juventus*, diximus in Numismatis Sæculi Constantiniani. Alius inter Arschotianos, cum epigraphe IVVENTVS, ipsummet Aurelium Cæsarem exhibet paludatum, qui dextra lauri ramum, sinistra bacillum Imperatorium tenet. Quæ quidem omnia symbola, quid sit IVVENTVS in nummis docent; nempe peditatus, sive pedestres copiæ.

ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. COS. III. Capite laureato. .)(. ITALIA. S C. Dea orbi Romano insidet, læva sceptrum, dextra Cornucopiæ gerit. Ex ære magno, in Museo nostro.

Eadem inscriptio. .)(. IMPERATOR II. Britannia sedens tenet signum militare. Infra, BRITAN. S C. Ex ære magno, apud P. CHAMILLART.

Eadem inscriptio. .)(. REX QVADIS DATVS. Antoninus togatus stans dextram porrigit Regi Quadorum palliato. S C. Est ex ære magno, in Cimelio D. FOVCAVLT. Occo in simili nummo legit, COS. II. sed talem non vidimus.

Eadem inscriptio, capite nudo. .)(. In corona laurea, SPQR AMPLIATORI CIVIVM. Est ex ære magno, in Thesauro Regio, & apud Erizzo, pag. 299. Sed hic falso putat coronam esse civicam: cum civica sive querna non detur, nisi ob servatos cives. At hic non liberati aut servati, sed *ampliati* dicuntur; aucto civium numero: quo sensu usus eo verbo Horatius, libro 1. Serm. sat. IV. *Aut ampliet ut rem.* Ampliare autem cives, concesso jure civitatis aliquot oppidis, res est haud magnopere digna laude; nihil enim ex eo fructus aut commodi ad Rempublicam redit. At est quiddam utile & fructuosum, propterea que commendatione dignum, si Princeps deducat condatve colonias civium Romanorum. Est id enimvero *ampliare cives*; & laurea corona dignum facinus. Duas in primis colonias ab Antonino Pio fuisse conditas constat: Illiberim, in confinio provinciæ Narbonensis, sive in Ruscinonensi Comitatu, ut nunc loquimur; & Oeam in Africa: de quibus vide librum De Nummis Populorum & Urbium. Ob priorem potissimum, a Narbonensibus, qui hunc nummum cuderunt, *Ampliator Civium* Antoninus Pius appellatur.

ANTONINVS AVG. PIVS PATER P. TR. P. COS. III. Capite laureato. .)(. REX ARMENIIS DATVS. Antoninus togatus, laureato capite, dextram imponit humero regis Armenii paludati. Est in Museo nostro, ex ære magno.

ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. COS. III. Capite laureato. .)(. CONCORDIAE. S C. Antoninus togatus stans, dextras jungit cum Faustina conjuge, cui Victoria, quam læva tenet Antoninus, coronam porrigit. Inter utrumque, statura minore, M. Aurelius Cæsar & Faustina junior sponsa, dextras porrigunt, ad concordiam significandam, ut titulus admonet. Est ex ære magno, in Museo nostro. Sponsalia hoc anno celebrata fuisse hic nummus docet, & qui sequitur.

FAVSTINA AVG. ANTONINI AVG. PII, subintellige, *conjux*. .)(. CONCORDIAE. S C. Antoninus togatus, læva sceptrum tenet, dextras jungit cum Faustina conjuge; stantibus infra Aurelio Cæsare & Faustina priore, ut in priore nummo. Et hic est ex ære magno.

ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. COS. III. Capite laureato. .)(. PROVIDENTIAE DEORVM. S C. Fulmen. Est ex ære magno, apud P. CHAMILLART.

De nummis ΓΑΖΑ. ΓC. *anno* CCIII. ΘΕΑC CΥΡΙΑC ΙΕΡΟΠΟ. Γ. *anno tertio*. ΕΜΙCΗΝΩΝ Γ. & ΜΟΨΕΑΤΩΝ. ΕΤ. ΗϘΡ. *anno* CXCVIII. vide Nummos Populorum & Urbium.

Anno Christi 141. V.C. 894. *Antonini Pii* 4.

IMP. T. AEL. CAES. HADR. ANTONINVS AVG. PIVS. Capite laur ato. .)(. In corona quercea: SPQR A. N. F. F. OPTIMO PRINCIPI PIO. *Senatus Populusque Romanus annum novum faustum felicem* precatur *optimo Principi Pio.* Est editus a Petro Bellorio, Romæ, ex Cimelio Cardinalis Maximi.

ΑΥΤ. Τ. ΑΙΛ. ΑΔΡ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. Capite laureato. .)(. In corona laurea, ΘΕΑC CΥΡΙΑC ΙΕΡΟΠΟ. Ἱεροπολιτῶν. Δ. *Anno quarto.* Æreus est in Cimelio D. BEGON.

ΑΥΤ. Τ. ΑΙΛ. ΑΔΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC C. ΕΥ. Hoc est, Σεβαστὸς Εὐσεβὴς, *Augustus Pius.* Capite laureato. .)(. Gryphus. L. Δ. In alio caput Jovis, L. Δ. *Anno quarto*, qui autumno incipit anni hujus. Est uterque ex ære magno, in Museo nostro. In alio caput est Serapidis radiati, quippe Sol Serapis, L. Δ. in Museo P. CHAMILLART.

ΑΥΤΟ. ΚΑΙ. ΤΙ. ΑΙΛ. ΑΔΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC C. Ε. σεβαστὸς εὐσεβὴς, *Augustus Pius.* Capite laureato. .)(. ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. Caput turritum. Vide Nummos Populorum & Urbium. ϘP. Annus CXC. incipiens autumno anni hujus. Est ex ære mediocri in gaza Regia.

ΑΥΤ. Κ. Τ. ΑΙΛ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC ЄΥC. CΕΒ. Capite laureato. .)(. Jupiter sedens dextra tenet hastam, læva fulmen, præter morem: ad pedes Aquila Romana. L. ΤΕΤΑΡΤΟΥ. *Anno quarto.* Ex ære magno, in Cimelio D. FOVCAVLT.

De nummis ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ. ΓΝΤ. & ΑΙΓΕΑΙΩΝ. ΗΠΡ. Vide Nummos Populorum & Urbium. Est & ΖΕΥΓΜΑΤΕΩΝ. Δ. apud P. CHAMILLART.

ΓΑΛΕΡΙΑC ΦΑΥCΤΙΝΑC CΕΒΑCΤΗC. .)(. ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΙΤΩΝ. Est apud Occonem, ex Goltzio, pag. 273. Qui nummus, si est genuinus, ut esse videtur, ex gente Galeria fuisse Faustinam docet: id quod & nummi Annii Galerii Antonini, ejusdem Faustinæ filii, certius multo demonstrant.

Anno

Anno Christi 142. V.C. 895. *Antonini Pii* 5.

ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. COS. III. Capite laureato. .)(. ROMVLO AVGVSTO. Romulus instar Martis gradientis, hastam dextra, humero sinistro spolia & caduceum gestat. Est ex ære magno apud D. FOUCAULT. Ad originem fortassis Pompeiæ gentis, atque adeo Piorum, ex Romulo, de qua memini me dudum ad te scripsisse, alludebat opifex.

ΑΥΤ. Κ. ΑΙΛ. ΑΔΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC CΕΒ. ΕΥ. Capite laureato. .)(. L. E. *Anno quinto*. Caput Serapidis. Ex ære magno, ibidem.

Est & nummus Laodicensium Syriæ, qualis superiore anno, cum litteris ΑϞΡ. hoc est, anno cxci.

Anno Christi 143. V.C. 896. *Antonini Pii* 6.

ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. COS. III. Capite nudo, ob reverentiam Senatus. .)(. GENIO SENATVS. Stat ille togatus, dextra ramum lauri, læva sceptrum tenet. Est ex ære magno, in Museo nostro.

ΑΥΤ. ΚΑΙ. Τ. ΑΙΛ. ΑΔΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC CΕΒ. ΕΥC. Capite laureato. .)(. Castor & Pollux. ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΕΝΥ. *Anno* Græcorum CCCCLV. qui autumno incipit anni hujus. Nummus est ex ære mediocri, in Cimelio P. CHAMILLART.

Eadem inscriptio. .)(. L. Ϛ. *Anno sexto*. Annona cum Cornucopiæ, & temone. In alio, Spei typus. L. Ϛ. Uterque ex ære magno, in Cimelio D. FOUCAULT.

Est & nummus ΘΕΑC CΥΡΙΑC ΙΕΡΟΠΟ. Ϛ.

Anno Christi 144. V.C. 897. *Antonini Pii* 7.

Natali Urbis Antoninus Pius in annum sequentem Consul IIII. designatur.

ANTONINVS AVG. PIVS P.P. COS. III. Capite laureato. .)(. DES. IIII. Dea sedens cum temone, pateram porrigit serpenti Æsculapii: quod symbolum pro salute Augusti vota facta significat. S C. Est ex ære magno, in Museo nostro.

ΤΙ. ΑΙΛ. ΑΔΡΙ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC CΕΒ. ΕΥ. Capite laureato. .)(. (SC Z) in corona laurea. Annus imperii *septimus*. Est ex ære mediocri & minimo, in Museo nostro.

ΑΥΤ. ΚΑΙ. Τ. ΑΙΛ. ΑΔΡ. ΑΝΤΩΝ. Capite laureato. .)(. ΜΗΤΡΟΠ. ΚΑΙCΑΡΕΙΑC. ΕΤ. Ζ. *Anno septimo*. Mons Argæus, supra quem stat Imperator. Ex ære mediocri, in Cimelio D. FOUCAULT. Nunc primum ea civitas Metropolis appellatur. Nec habet aliquos sub Nerva, Trajano, vel Hadriano, nummos.

ΑΥΤ. Κ. Τ. ΑΙΛ. ΑΔΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC CΕΒ. ΕΥ. Capite laureato. .)(. L. Z. *Anno septimo*. Caput Serapidis radiatum: e regione, Cornucopiæ: retro, delphinus. Alexandriæ cusum se nummus hic prodit. Est ex ære magno in Museo nostro. In alio ibidem, L. Z. Isis parvulum tenet.

ΑΙΛ. ΑΔΡ. ΑΝΤΩΝ. Capite laureato. .)(. ΓΑΖΑ. Caput velatum, argumento libertatis. ZC. *Anno* CCVII. qui autumno anni hujus incipit. Est in Thesauro Regio, ex ære mediocri.

De nummo ΦΛΑΟΥΙΟΠΟΛΙΤΩΝ. ΕΤ. ΗΞ. *Anno* LXVIII. vide Nummos Populorum & Urbium.

Anno Christi 145. V.C. 898. *Antonini Pii* 8.

Consulatum IIII. init Antoninus Pius Kal. Januariis, Aurelius Cæsar secundum. Hoc anno fortassis obiit Sabina Hadriani conjux.

DIVA AVGVSTA SABINA. Capite velato. .)(. CONSECRATIO. Aquila. Est argenteus in Museo nostro; ex ære magno, in Cimelio D. FOUCAULT: aureus, in Thesauro Regio.

ANTONINVS AVG. PIVS P.P. TR. P. Capite laureato. .)(. Ipse in curru triumphali juncto quadrigis, dextra ramum, læva scipionem Consularem, hujus anni Consulatus indicem, gerit. Infra, COS. IIII. S C. Ex ære magno, in Museo nostro.

ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. COS. IIII. Capite laureato. .)(. In corona, SPQR OPTIMO PRINCIPI. Ex ære mediocri, ibidem.

ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. Capite laureato. .)(. COS. IIII. Imperator in suggesto sedens togatus, Dea Liberalitate sedente cum tabella, dat congiarium populo. Infra, LIBERALITAS AVG. IIII. S C. Ex ære magno, in Museo P. CHAMILLART.

ANTONINVS AVG. PIVS P.P. TR. P. COS. IIII. Capite laureato. .)(. ROMVLO AVGVSTO. Mars gradiens cum hasta & spoliis, S C. Est ex ære magno, ibidem.

ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. POT. VIII. .)(. AVRELIVS CAESAR AVG. PII F. COS. II. Mediobarbus e Museo suo, pag. 198.

ΑΥ. ΚΑΙ ΑΙΛ. ΑΔΡΙ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC CΕΒ. Capite laureato. .)(. In corona, ΘΕΑC CΥΡΙΑC ΙΕΡΟΠΟ. Η. *Hieropolitarum* Syriæ nummus, anno *octavo* Antonini Pii. Est ex ære mediocri, in Museo nostro.

ΑΥΤ. Κ. Τ. ΑΙΛ ΑΔΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC CΕΒ. ΕΥ. Capite laureato. .)(. Caput Jovis. L. H. *Anno octavo*. Ex ære magno, in Cimelio D. FOUCAULT.

Eadem inscriptio. .)(. ΕΥΘΗΝΙΑ. *Abundantia*, vel *Ubertas annonæ*. L. H. Ex ære mediocri, in gaza Regia.

Eadem inscriptio. .)(. L. H. IϚ. *Anno octavo*. Nilus decumbens, dextra Cornucopiæ tenet; infra, crocodilus. Nilum hoc anno crevisse ad sedecim cubitos hic nummus docet. Plinius, libro v. sect. x. de Nilo: *Quatuordecim cubita hilaritatem afferunt: quindecim, securitatem: sedecim, delicias*. Est in gaza Regia

AVRELIVS CAESAR AVG. PII. F. COS. II. .)(. VOTA PVBLICA. Antoninus & Aurelius dextra jungunt, Pietate sive Concordia intermedia. Mediobarbus, pag. 212. e Museo suo.

Eadem inscriptio. .)(. Cæsar Aurelius in curru juncto quadrigis. S C. Ex ære magno, in Museo P. CHAMILLART.

AVRELIVS CAESAR AVG. PII F. Capite nudo. .)(. COS II. Spes læva vestem sublevat, dextra florem ostentat. Argenteus e Museo nostro.

Μ. ΑΥΡΗΛΙΟC ΚΑΙCΑΡ. Capite nudo: vultu annorum XXV. Jam nunc & a primo Antonini Pii anno, ob desponsam sibi Faustinam juniorem, *Marcus* Aurelius dici iste cœpit, de vetere soceri sui prænomine, quod fuit proprium primogenitorum gentis Antoniæ. In nummis enim Græcis Μ. ΑΥΡΗΛΙΟC scribitur. Prænomini autem subjicit paternum nomen Aurelii; quoniam ipsum esset per se illustre, & præterea jam Cæsaris conjunctum cognomini, ex ipsa M. Aurelii avia, Ælii Nervæ Aug. filia. In nummis tamen Latinis *Marcus* dictus non est ante principatum, sive priusquam *Augustus* in his appellaretur: quoniam in orbe Latino præfigi prænomen mos non fuit Augustis ipsis, nisi quis prius ex ea

ea ipsa familia, cujus nomen prænomini subjungeretur, Augustus fuisset. Non potuit igitur ibi dici *M. Aurelius*, quoniam Aurelius adhuc nemo fuisset Augustus. At cum princeps fuit, & *Marcus*, ita volente patre Pio adoptante, & *M. Antoninus* appellatus est, quoniam jam Antoninus alter præcessisset. *Lucii* prænomen, quod erat gentis Aureliæ proprium, cum *Marcus* ipse dici cœpit, fratri concessit. Sic *Antoninus* ipse, cum Princeps factus est, *Marci* prænomen in prænomen *Titi* mutavit, accepto eo ex Tito Vespasiano Aug. proavo suo: sed *Marci* prænomen, quod jam in se ipse Pius nobilitarat, transtulit in generum: posterique illud retinuerunt, quoniam genus suum ab Antonino Pio deductum hoc uno prænomine declararent. .)(. L. H. *Anno octavo* Antonini Pii. Nam Cæsarum anni numquam in nummis Græcis notantur, sed Augustorum dumtaxat, sub quibus ipsi sunt Cæsares. ΜΕΝΔΗϹΙΟϹ. Juppiter Mendesius stans, dextra pateram, læva hastam puram tenet. Est ex ære magno, in Gaza Regia.

Sunt & Antonini, ΒΟΥϹΙΡΙ. L. H. ΠΡΟϹΩ. L. H. & ΓΑΔΑΡΑ. L. HC. de quibus vide Nummos Populorum & Urbium.

ΦΑΥϹΤΕΙΝΑ ΝΕΑ ϹΕΒΑϹΤΗ. *Faustina junior Augusta*. Caput Faustinæ junioris. .)(. ΑΙΓΙΑΛΕΩΝ. Ceres sedet cum spicis & face. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. Foucault. *Faustina junior* non diceretur in nummis, nisi Faustina priore sive seniore adhuc superstite.

ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. COS. IIII. Capite laureato. .)(. Sine epigraphe: Faustinam Pii conjugem a partu laborantem Juno solatur, ostenso puerulo, quem fasciis ligatum attollit mulier obstetrix prope stans: tuba & crotalis lætitiam aliis significantibus: Satyro retro stante & gaudente. Est ex ære magno in Gaza Regia: & Seguinus publicavit. Adhuc anno isto igitur partum edidit Antonino Faustina senior: ob quem lætitiam in Urbe magnam fuisse, & ludos etiam comicos factos esse, hic nummus docet.

Anno Christi 146. V.C. 899. *Antonini Pii* 9.

ΑΥΤ. Κ. Τ. ΑΙΛ. ΑΔΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ϹΕΒ. ΕΥ. Capite laureato. .)(. L. ΕΝΑΤΟΥ. Imperator stat cum hasta, læva clypeum tenet. Est ex ære magno, in Cimelio D. Foucault.

ΑΥΤ. ΚΑΙϹ. Τ. ΑΙΛ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ϹΕΒ. Capite laureato. .)(. ΔΑΜΑϹΚΗΝΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩϹ. Capite turrito ac velato. Ex ære pertarus, in Cimelio D. Begon.

ΑΥΤ. Κ. Τ. ΑΙΛ. ΑΔΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ϹΕΒ. Capite laureato. .)(. L. ΕΝΑΤΟΥ. *Anno nono*, qui autumno incipit hujus anni. Caput Jovis Hammonis. Ex ære magno, in gaza Regia.

ΦΑΥϹΤΕΙΝΑ ΘΕΑ. L. Θ. *Faustina Diva. Anno nono* Antonini. In Thesauro Mauroceni, pag. 124. Sed forte legendum ΝΕΑ, ut superiore anno; & Faustinæ juniori nummus est adscribendus.

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠ. Genius Urbis. .)(. Aries cum sidere Solis, & Lunæ crescentis effigie. ET. ΕϞΡ. Anno cxcv. æræ Cæsarianæ. In alio est ΕΤΟΥϹ ΕϞΡ. cetero similis est priori. Uterque ex ære minimo, in Cimelio D. Foucault.

Anno Christi 147. V. C. 900. *Antonini Pii* 10.

Ipsis Kalendis Januariis defertur Aurelio Cæsari Tribunicia Potestas in provinciis ac rebus civilibus exercenda.

ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. COS. IIII. Capite laureato. .)(. APOLLINI AVGVSTO. S C. Apollo cum cithara & patera. Est ex ære magno, & argenteus in Museo nostro.

IMP. T. CAES. ANTONINO. Capite laureato. .)(. COL. PRIMA F. AVG. CAESAREA, Palæstinæ nimirum, de qua vide Nummos Populorum & Urbium. Est hic ex ære mediocri. In alio legitur: IMP. T. AEL. ANTONINO AVG.

ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. COS. IIII. Capite laureato. .)(. LIBERALITAS AVG. V. S C. Dea tesseram dextra, læva Cornucopiæ gerit. Est ex ære magno, in Museo nostro. In alio simili, e Cimelio P. Chamillart, sedens Imp. distribuit congiarium.

Caput Antonini Pii. detrita epigraphe. .)(. ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ. ΘΝΥ. Castor & Pollux. *Anno* Græcorum cccclix. qui autumno incipit hujus anni. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. Foucault.

Sunt & in Museo nostro nummi Antonini in Ægypto cusi, L. ΔΕΚΑΤΟΥ.

Consecrata hoc anno credi potest Faustina senior, si vel superiore anno exeunte, vel isto currente decessit.

DIVA AVG. FAVSTINA. Caput Faustinæ Pii. .)(. PVELLAE FAVSTINIANAE. Stat Imperator togatus: e regione Faustina Augusta sedet in humili subsellio. Adstat ei aliquis, qui cum ea rationes subducit super mensa in medio posita. Infra, feminæ sex, quarum duæ puellas ostentant. Est aureus in Gaza Regia. Instituisse ædem Faustina hoc anno dicitur, in qua suo sumptu puellas aleret. *Augustæ* nomen in Faustina, æque atque in Sabina, non matrimonii tantum nomen, sed generis est. Et propius quidem Annium Galerium Commodum Faustinæ patrem, attigisse genus Augustum, quam Antonianum Pium, patrem Antonini Pii, quoniam ab ipsomet Augusto Galerius Commodus originem duceret; Antonianus Pius autem, ex sorore tantum Augusti; ex eo haud temere colligere mihi videor, quod liberi omnes Antonini Pii in suis nominibus nomina præponunt matris, ut nobiliora, nomini Antonini patris. Sic enim *Annius Galerius Antoninus*, & *Faustina Pia* Pii filia, nomen materni generis ponunt priore loco. Igitur ex Licinia, sorore Nervæ Aug. quæ secundo connubio Annio Galerio nupserit, prodiisse necesse est Annium Galerium Faustinæ Augustæ patrem, hoc ordine:

STEMMA FAUSTINÆ AUGUSTÆ.

M. Silanus, nepos neptis Augusti, ut in Nerva & Trajano dixi.
Conjux Ælia.

Ælia, mater	Licinia, conjux Marciani primum, & secundis nuptiis Annii Galerii Commodi.	NERVA CÆSAR AVG.
Trajani Aug.	Annia Galeria Commoda.	ÆLIVS CÆSAR / Ælia conjux Antoniani Pii.

Annius

Annius Galerius Commodus.

Annius.	Annia Gal. Commoda FAVSTINA AVGVSTA.	ANTONINVS PIVS AVG.
Annia, prima conjux Aurelii Cæsaris, qui postea M. ANTON. AVG.	ANN. GAL. ANTONINVS.	FAVSTINA PIA.

Erat igitur Faustina Augusta Pii conjux, prima ex principibus feminis Cæsarei sanguinis, *la premiere Princesse du sang*: abneptis M. Silani, qui nepos neptis Augusti fuit. Itaque familia Annia Galeria, ex qua Faustina prodiit, multo prius in familiam primariam gentis Augustæ, deductæ ex Julia Augusti filia, inserta fuit per matrimonium, quam Antonia, ex qua prodiit Antoninus. Nam ante patrem Antonini Aug. Pii Antonia familia non tulit Augustæ nomen, nisi ex sorore Augusti. At Faustinæ proavus duxit uxorem proneptem neptis ipsiusmet Augusti. Eam ob rem nobilior Faustina, quam Antoninus, fuit: & in nominibus liberorum propterea prius nomina commemorantur maternæ gentis, quam paternæ; Anniæ Galeriæ Faustinæ, quam Antonini. Ea causa præterea fuit, cur ex principibus feminis prima sit ista, cui dicati nummi sint numero plurimi; & in his multi post obitum inscripti, AETERNITAS. Quo verbo significatur, ex Cæsareo genere ipsam esse prognatam; ex marito Cæsare Cæsares liberos suscepisse, Annium Galerium Antoninum & Faustinam Piam: ex quibus perpetua futura esset & æterna soboles Cæsarum. Similes denique causæ effecerunt, ut etiam Faustinæ Pii & prioris Faustinæ filiæ nummi postea sint dicati plurimi, & multi pariter inscripti, AETERNITAS. Nulli, præter istas duas, alteri feminæ Principi hoc titulo dicata numismata arbitror tibi, Amice Optime, visa aliquando fuisse; mihi certe nulla.

Mecum interim mirabere, Vir Erudite, familias olim inimicissimas inter se, Pompeïam, Antoniam, Cæsaream, in unam modo coaluïsse; in primis autem prævaluïsse Pompeïam: siquidem Antoninus Augustus Pius ex matre tantum Cæsar e Juliæ Augusti filiæ posteris; ex avia, Antoninus Augustus fuit. Faustina autem ex proavia tantum fuit Julia. At Antoninus Augustus, paterno genere Pius sive Pompeïus fuit; jam inde a Pompeïo Magno Pio deducta virili prole. Sed prius idem *Antoninus Augustus* appellatur, quam *Pius*; quoniam nobilior Antonia familia, quæ prodiit ex M. Antonio Triumviro & Octavia sorore Augusti, quam Pompeia habebatur: eo quod Marcus Antonius & per se Triumvir fuerat, & affinitate junctus Augusto. Quamobrem non *Antoninus* simpliciter appellatur, hoc est, ducens per aviam genus a M. Antonio ex qualibet conjuge, sed ex ipso & Octavia Augusta, matre Antoniæ Augustæ. Eam ob causam in Antonini nummis Latinis *Augusti* titulus *Pio* præponitur: quoniam cognomen est a majoribus ortis ex M. Antonio & Octavia Augusta hereditarium; prius quidem a viro, posterius ab altera ipsius conjuge, primis stirpis illius capitibus, transfusum in posteros. Nam qui ex priore M. Antonii conjugio orti sunt, ex M. Antonio ipsius filio prognati, non illi *Antonii* vel *Antonini Augusti*, sed tantum *Antonii* vel *Antonini* fuerunt. Post Pium autem qui Augusti fuere, ut jam dixi, quoniam illud cognomen jam a Faustina haberent & Commodo ejus nepote, ac proinde ex gente derivata a Julia Augusti filia, nec tamen nisi per Pium; idcirco illi prius se *Pios*, quam *Augustos* dixerunt.

Nobilior ergo Cæsarea sive Julia gens, quam Antonia; Antonia ea saltem ætate potior quam Pompeia habebatur: tres istæ autem ceteris omnibus longe anteriores. At Pompeïa tamen demum, ut dixi, prævaluït: Julia sive Cæsarea ad feminas jamdudum, ad Augusti nempe filiam, aliasque postea subinde redacta: item Antonia Augusta, ut Antonini Augusti nomen docet: sola Pompeia per mares usque ad Antoninum Pium deducta, propagataque saltem per Antonini fratrem usque ad Antonios Gordianos. Propterea cum Pompeius a Numa & Romulo duceret originem; idcirco in nummis Augustorum post Pium, qui sunt inscripti AETERNITAS AVG. vel ORIGINI AVG. lupa cum Remo & Romulo sæpe pingitur; sed nonnisi post Pium: quoniam a Romulo non prodiere Cæsares, nisi qui ex Pompeïo genus ducerent.

Cetera quæ ad Faustinam & Antoninum spectant, mittam ad te, Vir Nobilissime, proximis litteris. Dabam istas, die sabbati, 22. Augusti, 1699.

DIVA FAVSTINA. Caput ejusdem. .)(. Basilica. AED. DIV. FAVSTINAE. Est argenteus in Museo nostro. In alio, apud D. Baudelot, DEDICATIO AEDIS. Ædes illa intelligenda est, de qua dictum est proxime: sive templum fortassis, cum adjecta domo.

DIVA AVGVSTA FAVSTINA. Caput ejusdem. .)(. Lunæ crescentis effigies inter septem planetas. S C. Ex ære mediocri, in Museo nostro.

DIVA FAVSTINA. Caput Faustinæ. .)(. CONSECRATIO. Ipsa stans læva tedam, dextra pateram tenet ante aram. S C. In alio, AETERNITAS. S C. Stans dextra tenet orbem, læva velum capiti supervolitans. In alio, cum eadem epigraphe, AETERNITAS. S C. stans læva vestem sublevat, dextra tenet phœnicem, cui radiatum est caput, quoniam Soli dicata avis est, & symbolum æternitatis. Sunt hi ex ære magno & ex argento, in Museo nostro. Alios affert Oceo nummos inscriptos, DIVA FAVSTINA PIA: sed sunt illi Faustinæ junioris, quos seniori adscribit magno errore.

AVRELIVS CAESAR AVG. PII F. Capite nudo. .)(. TR. POT. COS. II. HONOS. S C. In alio, TR. POT. COS. II. VIRTVS. S C. Ærei, apud Mediobarbum, e Museo ipsius.

Eadem inscriptio. .)(. TR. POT. COS. II. S C. Pallas stat cum hasta & clypeo. Ex ære magno, in Museo nostro.

Caput Aurelii Cæsaris nudum. .)(. ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ. ΘΝΥ. ut hoc ipso anno in Antonino Pio. Renovant fœdus cum Antonino Aug. & Aurelio Cæsare Tripolitæ, quo primum anno Aurelius Cæsar accepit Tribuniciam Potestatem.

Anno Christi 148. V. C. 901. *Antonini Pii* XI.

Kal. Januariis defertur Aurelio Cæsari Tribunicia potestas in Exercitibus exercenda. Ludos edit Antoninus, pro primo suæ Tribuniciæ Potestatis exacto decennio.

ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. XI. Capite laureato. .)(. VOTA. COS. IIII. S C. Stat Augustus ante aram togatus. Est ex ære mediocri, apud D. FOVCAVLT.

Eadem inscriptio. .)(. COS. IIII. Dea Salus temonem orbi impositum læva tenens, patera libat ante aram, cui circumvolutus est serpens Æsculapii. Vota

Vota significat facta pro salute Augusti orbem regentis. Est in Museo nostro argenteus.

Eadem inscriptio. .)(. ANNONA AVG. SC. Annona stat, dextra fruges, læva temonem tenet. Ex ære magno, ibidem.

Eadem inscriptio. .)(. PRIMI DECEN. COS. IIII. *Primi decennales* ludi. Est hic aureus in gaza Regia. Alius ex ære magno, in Museo P. CHAMILLART, habet in corona quercea, PRIMI DECENNALES. COS. IIII. S C. Item ex argento, ibidem.

AVRELIVS CAESAR AVG. PII F. Capite nudo. .)(. TR. POT. II. COS. II. Pallas galeata stat; læva hastam, clypeum dextra tenet. Mediobarbus, pag. 213. e Museo suo. In alio ibidem, TR. POT. II. COS. II HONOS. In alio, TR. POT. II. COS. II. VIRTVS.

ΑΥΤ. Κ. Τ. ΑΙΛ. ΑΔΡΙ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ΕΥϹ. ϹΕΒ. Capite laureato. .)(. L. ΕΝΔΕΚΑΤΟΥ. Juppiter sedet, dextra pateram, læva hastam tenet: ad pedes, Aquila Romana. In altero, Spei typus. Uterque ex ære magno, in Cimelio D. FOVCAVLT. *Annus undecimus* more Græco ab autumno incipit anni hujus.

Sunt ejusdem Antonini nummi, ΤΕΝΤΥΡ. L. ΙΑ. & ΓΑΖΑ. ΑΙϹ. præter alios, in quibus non est aliqua anni nota. De his vide Nummos Populorum & Urbium.

Anno Christi 149. V. C. 902. *Antonini Pii* 12.

ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. XII. Capite laureato. .)(. MVNIFICENTIA AVG. COS. IIII. SC. Elephas. Ludos hoc etiam anno editos significat. Est ex ære mediocri, in Cimelio P. CHAMILLART.

ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. IMP. .)(. TEMPORVM FELICITAS. COS. IIII. Duplex Cornucopiæ, cum capitibus liberorum Antonini Pii. Est aureus in Gaza Regia: ex ære magno apud P. CHAMILLART. Non igitur Faustina obiit anno Antonini tertio, ut scribit Capitolinus: cum Antoninus Consulatum IIII. non gesserit nisi anno septimo; & sit annus, quo cusus est hic nummus, Pii duodecimus: puerulí isti autem trimi vel quadrimi, ut plurimum. Et Capitolinus tamen Tristano suasit, ut hunc nummum Marco tribueret, magno errore: siquidem neque Marcus COS. IIII. fuit; & alter nummus huic similis, in quo TR. P. XII. legitur, huncquoque Pio, & huic anno adserit.

ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. XII. Capite laureato. .)(. TEMPORVM FELICITAS. SC. Infra, COS. IIII. Duplex Cornucopiæ, ut proxime. Est ex ære magno in Museo nostro, & in Cimelio D. FOVCAVLT.

Eadem inscriptio. .)(. SALVS AVGVSTI. Dea Hygia sive Salus stat: læva hastam, dextra pateram tenet, qua libat serpenti Æsculapii aræ circumvoluto. In alio, ex argento, apud P. CHAMILLART, Antoninus ipse ad aram sacrificat.

ΑΥΤ. ΚΑΙ. Τ. ΑΙΛ. ΑΔΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ΕΥ. ϹΕΒ. Capite laureato. .)(. L. IB. *Anno* XII. Quadrigæ triumphales. Ex ære mediocri, apud D. BIGNON. Vide hic rursum & ubique considera nominum ordinem: neque enim id satis considerari potest:

Primum a proavo, *Titus.*

Deinde ab avo, *Ælius*, vel *Ælius Cæsar.*

Postea ab adoptante se patre Augusto, *Hadrianus.*

Denique vel a patre tantum, *Antoninus Aug. Pius*: vel si scribatur, *Antoninus Pius Augustus*; *Antoninus* a patre, a matre *Augustus.*

De nummis Laodicenorum ad Libanum, cum anno Græcorum æræ, CCCCLXI. vide Nummos Populorum & Urbium.

ΘΕΑ ΦΑΥϹΤΕΙΝΑ. *Diva Faustina.* Capite nudo, non velato. .)(. ΑΝ. ΓΑΛΕΡΙΟϹ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟϹ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ. *Annius Galerius Antoninus Imperatoris Antonini* F. *Annius Galerius* primum ex matre vocatur, deinde ex patre *Antoninus.* Est ex ære mediocri in Cimelio D. FOVCAVLT, & apud Spanhemium, pag. 658. Ibi subintelligitur vox υἱός.

ΘΕΑ ΦΑΥϹΤΕΙΝΑ. Capite velato: ita tamen ut ex cirris & ipso vultu Faustinam Pii conjugem agnoscas. .)(. Μ. ΑΝΝΙΟϹ ΓΑΛΕΡΙΟϹ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟϹ ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ ΥΙΟϹ. Caput Annii, vultu puerili vix quadrimi. Est apud Tristanum, pag. 614. Patin. pag. 232. & Angeloni, pag. 273.

AVRELIVS CAESAR ANTONINI AVG. PII F. Capite nudo. .)(. TR. POT. III. COS. II. S C. Stat ipse cum patera. Infra, CLEM. *Clementia.* Est ex ære magno, in Cimelio D. FOVCAVLT.

ANTONINVS AV. P. Capite laureato. .)(. VERVS ET FAVSTINA. Capita duo adversa: dextrum latus Verus, Faustina sinistrum occupat. Est Aurelius Verus Cæsar, cum Faustina Pii filia. Est nummus ex ære mediocri, apud P. CHAMILLART.

Sunt & isti Aurelii Cæsaris apud Occonem probi: TR. POT. III. COS. II. SC. HONOS. Et, TR. POT. III. COS. II. SC. VIRTVS. Et, TR. POT. III. COS. II. S C. PIETAS. Qui nummus postremus est & ex ære magno apud P. CHAMILLART.

AVRELIVS CAESAR AVG. PII F. Capite nudo. .)(. Dea stans. TR. POT. III. COS. II. S C. Ex ære magno & mediocri, in Museo nostro.

ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. Capite nudo. .)(. Nilus decumbens. L. ΔΩΔΕΚΑΤΟΥ. ΙϚ. *Anno* XII. Antonini: quo anno Nilus excrevit ad cubita *sedecim.* Vide supra, anno 145. Est ex ære mediocri; apud D. BIGNON.

Anno Christi 150. V. C. 903. *Antonini Pii* 13.

Hoc anno M. Aurelii Cæsaris & Faustinæ Pii nuptiæ celebrantur.

ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. XIII. Capite laureato. .)(. COS. IIII. Dea Salus cum patera ante aram, cui serpens involvitur, ut anno 148. Mediobarbus e Museo suo. In alio ex argento, apud P. CHAMILLART, Dea Pax tenet caduceum, & Cornucopiæ.

Caput Antonini laureatum. .)(. Dea stat. ΑϹ. ΚΑΛΩ. ΔΝϹ. *Anno* CCLIV. Vide Chronologiam Veteris Testamenti: ubi & de nummo Laodicenorum ad Libanum, cum anno æræ Græcorum CCCCLXII.

ΑΥΤ. ΚΑΙ. Τ. ΑΙΛ. ΑΔΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ΕΥ. ϹΕΒ. vel ΕΥϹΕΒ. Capite laureato. .)(. ΟΡΘΩϹΙΕΩΝ. Ε. ΒΞΥ. ἔτει υξβ'. anno CCCCLXII. æræ Græcorum. Boves duo, quantum conjicimus oculis in nummo vetustate detrito. In alio, Astarte dea, calcat hominem in aquis natantem, pede altero proram navigii. Hæc situm urbis indicant, in ostio fluminis Eleutheri. Plinius, libro V. sect. XVII. *Orthosia, Eleutheros flumen.* In nummo eo præterea columnæ Victoria imposita est, quæ Deæ coronam porrigit. Est ex ære mediocri, in Thesauro Regio.

Eadem inscriptio. .)(. Castor & Pollux in equis, se mutuo respiciunt, ara intermedia, sidere supra singu-

singulorum capita imminente. L. TPICKAIΔE-KA. *Anno* XIII. Ex ære magno, in Cimelio D. Foucault. In alio sedet Æquitas, cum libra & Cornucopiæ. L. TPICKAIΔ. apud P. Chamillart.

AVRELIVS CAESAR AVG. PII. F. Capite nudo.)(. TR. P. IIII. COS. II. S C. VIRTVS. Stans ipse galeatus, dextra bacillum Imperatorium, læva hastam tenet, dextro pede calcat orbem Mediobarbus e Museo suo.

Anno Christi 151. V.C. 904. *Antonini Pii* 14

IMP. CAES. T. AEL. ANTONINVS AVG. PIVS P. P. Capite laureato.)(. TR. POT. XIIII. COS. IIII. Dea stolata stat ante aram, læva tenet fruges; ad pedes, ciconia avis, symbolum Pietatis. Infra, PIETAS. Alludit opifex ad gentilitium *Pii* cognomen: & simul Antonini pietas erga Superos & patriam commendatur. Nam ciconiæ, inquit Plinius, libro x. sect. XXXII. *genitricum senectam invicem educant*. Est hic nummus argenteus in Museo nostro.

Eadem inscriptio.)(. TR. POT. XIIII. COS. IIII. S C. Dea Salus vota facit pro salute Augusti, ut anno 148. Est ex ære magno & mediocri, in Thesauro Regio.

Eadem inscriptio.)(. TR. POT. XIIII. COS. IIII. Antoninus togatus, dextra spicas, læva temonem tenet. Infra, TRANQ. *Tranquillitas*. Argenteus in Museo nostro.

Eadem inscriptio.)(. TR. POT. XIII. COS. IIII. S C. Æquitas stans cum libra & Cornucopiæ. Ex ære magno in Cimelio D. Foucault.

AYT. K. T. AIA. AΔP. ANTωNINOC CEB. Capite laureato.)(. L. IΔ. Victoria in bigis draconum. Est ex ære magno, in Museo P. Chamillart.

Ejusdem.)(. ΓΑΖΑ. ΔIC. *Anno* CCXIV. æræ Pompeianæ. Ex ære mediocri, in Thesauro Regio.

De nummo Ascalonis, ENC. *anno* CCLV. aliisque Græcis, vide Nummos Populorum & Urbium.

AVRELIVS CAESAR ANTONINVS AVG. PII F. Capite nudo.)(. TR. POT. V. Roma sedet, stante Pace e regione, & oleæ ramum gerente. Ita quidem inter *Numismata maxima* refertur a D. Vaillant. pag. 205. Sed aut adulterinum illud est, aut legendum est, ANTONINI AVG. PII. F. ut supra, anno 149. Neque enim AVRELIVS CAESAR in nummis appellatur *Antoninus* ante principatum.

AVRELIVS CAESAR AVG. PII. F. Capite nudo.)(. TR. POT. V. COS. II. VIRTVS. SC. Est ex ære magno, in Museo nostro.

Anno Christi 152. V. C. 905. *Antonini Pii* 15.

IMP. CAES. T. AEL. HADR. ANTONINVS AVG. PIVS P. P. Capite laureato.)(. Sedet ipse togatus in sella curuli: dextra orbem Romanum tenet: retro Victoria volitans coronam capiti ejus imponit. TR. POT. XV. COS. IIII. S C. Est ex ære magno, in Museo P. Chamillart.

Antonini caput laureatum.)(. TR. POT. XV. COS. IIII. Imperator in equo, dextra hastam tenet. Aureus est e gaza Regia.

ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. XV. Capite laureato.)(. COS. IIII. Dea Salus, ut anno 148.

IMP. CAES. T. AEL. HADR. ANTONINVS AVG. PIVS P. P. Capite laureato.)(. TR. POT. XV. COS. IIII. SC. Annona sedet, læva Cornucopiæ, dextra spicas gerit. Ad pedes, modius cum spicis. Infra, ANNONA AVG. Ex ære magno, in Museo nostro.

ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. XV. Capite laureato.)(. COS. IIII. Arcus, sub quo Imperator dextra sceptrum, læva Cornucopiæ gerit. S C. Ex ære mediocri, in Museo nostro.

IMP. CAES. &.)(. TR. POT. XV. & infra, PIETAS. Cetero simillimus ei, cui est eadem inscriptio, anno superiore. Argenteus e Museo nostro.

AYT. K. T. AIA. AΔP. ANTΩNEINOC EYC. CEB. Capite laureato.)(. L. IE. Dea turrito capite, dextra temonem tenet, læva Victoriam. Est ex ære maximo, in Cimelio D. Foucault. In alio apud P. Chamillart, Antoninus ipse est in curru quadrijugo, præcone præeunte. L. IE. *Anno* XV.

De nummis ACKAAΩ. ϚNC. & CEΘΡΟΕΙΤΗC. L. IE. vide Nummos Populorum & Urbium.

AVRELIVS CAESAR AVG. PII F.)(. TR. POT. VI. COS. II. S C. HONOS. Alius: TR. POT. VI. COS. II. VIRTVS. SC. Alius, TR. POT. VI. COS. II. SC. CLEM. Nummi apud Occonem probi.

Eadem inscriptio.)(. TR. POT. VI. COS. II. Ipse paludatus ante aram, cum patera: dextra tenet signum militare. Argenteus, in Museo P. Chamillart.

ΦΑΥCΤΕΙΝΑ CEB. EYCEB. ΘΥΓ. *Faustina Augusti Pii filia*.)(. L. IE. *Anno* XV. Antonini Pii. Jovis imago. Est ex ære mediocri, apud D. Foucault.

Anno Christi 153. V. C. 906. *Antonini Pii* 16.

ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. XVI. Capite laureato.)(. SALVS AVG. COS. IIII. S. C. Dea Salus cum patera ante aram, cui serpens est involutus: eadem hastam dextra tenet. Ex ære magno, ibidem. In alio, temonem tenet, &c. ut anno 148.

Eadem inscriptio.)(. INDVLGENTIA AVG. COS. IIII. S C. Dea sedet, dextra manu extenta, læva hastam gerit. Ex ære magno, in Museo nostro.

De Nummo ΓΑΖΑ. ϚIC. *Anno* CCXVI. vide Nummos Populorum & Urbium. Est & nummus Græcus in Museo P. Chamillart, cum anni nota, L. IϚ. *anno* XVI.

Anno Christi 154. V. C. 907. *Antonini Pii* 17.

ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. XVII. Capite laureato.)(. LIBERALITAS AVG. VII. Sedens Imperator in suggesto dat congiarium populo, pro captanda benevolentia plebis Romanæ in gratiam M. Aurelii. Infra, COS. IIII. SC. Est ex ære magno, in Cimelio D. Foucault: argenteus, apud P. Chamillart, ut & qui sequitur.

Eadem inscriptio.)(. LIBERALITAS AVG. VII. COS. IIII. S C. Stat Dea cum tabella & Cornucopiæ. Mediobarbus, pag. 202. e Museo suo, in hoc nummo perperam legit P. M. pro P. P. Nam post tertium Consulatum, sive annum principatus tertium, desiit Antoninus esse PONT. MAX.

Eadem inscriptio.)(. LIBERTAS. COS. IIII. Dea Libertas. Ex ære magno, in Cimelio D. Foucault.

AVRELIVS CAESAR AVG. PII F. Capite nudo.)(. Spes. TR. POT. VIII. COS. II. SC. Ex ære mediocri, in Museo nostro.

AVRELIVS CAESAR AVG. PII F. Capite nudo.)(. TR. POT. VII. TRIB. POT. VIII. SC. Roma galeata sedet. Nummus est e Cimelio Chiffletiano perrarus, delineatus a Spanhemio, pag. 702. a nemine explanatus. Gemina nobis designari videtur Tribunicia Potestas, altera anno uno post priorem delata Aurelio Cæsari. Prior fuit ei concessa anno Christi 147. in rebus civilibus exercenda: posterior, quæ potior, anno 148. in exercitibus.

AVRELIVS CAESAR ANTONINI PII F. Capite nudo.)(. TR. POT. VIII. COS. II. Ipse seminudus, dextra equum freno tenet, læva bacillum Imperatorium. Est ex ære maximo, sed nobis suspecto.

Eadem inscriptio.)(. TR. POT. VIII. COS. II. S C. Roma galeata sedet, cum hasta & clypeo. Ex ære magno, apud P. CHAMILLART.

Anno Christi 155. V. C. 908. *Antonini Pii* 18.

Nascitur hoc anno Commodus Marci F. ut quidem arbitramur.

ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. XVIII. Capite laureato.)(. LIBERTAS. Typus Libertatis, cum pileo, quem dextra tenet. COS. IIII. S C. Ex ære magno, in Museo nostro

Eadem inscriptio.)(. BRITANNIA. COS. IIII. S C. Ipsa montibus insidet, cum clypeo. Ex ære mediocri, ibidem.

- ΑΥΤ. Κ. Τ. ΑΙΛ. ΑΔΡ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ.... Capite laureato.)(. ΟΞΥΡΥΝΧΙΤ. ΙΗ. *Oxyrynchitarum*, anno Antonini XVIII. Dea galeato capite, bipennem dextra, læva Victoriam gerit, quæ palmam ostentat, & coronam. Est ex ære mediocri.

Eadem inscriptio.)(. L. IH. Dea turrita, dextra spicas, læva Cornucopiæ tenet: ad pedes, duo fluvii, vel duo unius ejusdem amnis brachia, tenent signa militaria: hinc & inde navigium. Situm Alexandriæ hæc symbola indicant. Est ex ære magno, in Museo P. CHAMILLART.

M. AVR. VERO CAES. Capite nudo M. Aurelii.)(. C. I. F. S. AN. CCIIII. Vide Nummos Populorum & Urbium, verbo SINOPE.

AVRELIVS CAESAR AVG. PII F. *Augusti Pii F.* Capite nudo.)(. TR. P. VIIII. COS. II. Palladis effigie. Apud Occonom, pag. 278. argenteus.

Sunt præterea Antonini Pii nomine inscripti Græce, ΓΑΖΑ ΗΙΟ. *Anno* CCXVIII. ΛΕΟΝΤΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. L. IH. ΜΑΡΕΩΤΗϹ. L. IH. ΜΕΜΦΕΙΤΗϹ. L. IH. de quibus vide Nummos Populorum & Urbium.

Anno Christi 156. V. C. 909. *Antonini Pii* 19.

ANTONINVS AVG. PIVS P. P. IMP. II. Capite laureato.)(. TR. POT. XIX. COS. IIII. S C. Roma spoliis insidens, cum hasta, dextra tenet orbem Romanum. Ex ære magno, apud P. CHAMILLART.

Caput Antonini Pii laureatum.)(. L. IΘ. *Anno* XIX. Æquitas cum libra & Cornucopiæ. Est ex ære magno, apud D. BIGNON.

AVREL. CAES. ANTON. AVG. PII F. Capite nudo.)(. TR. POT. X. COS. II. S C. Pallas stat cum hasta, dextra extenta; infra, clypeus. Est ex ære magno in Museo nostro. In alio sunt tria trophæa, teste Spanhemio, in Juliani Cæsares, pag. 233.

AVRELIVS CAESAR AVG. PII F.)(. FAVSTINA AVGVSTA. Mediobarbus, pag. 230.

ΦΑΥϹΤΕΙΝΑ ϹΕΒΑϹΤΗ. Caput Faustinæ junioris.)(. Astarte Dea. ΦΛ. ΝΕΑϹ ΠΟΛΕΩϹ ϹΥΡ. ΠΑΛΕ. ΕΤ. ΠΖ. *Flavia Neapoleos Syriæ Palæstinæ, anno* LXXXVII. Vide Chronologiam Veteris Testamenti. Cusus hic nummus est post Septembrem hujus anni, ob primos decennales M. Aurelii Cæsaris. Est hic nummus ex ære mediocri, in Thesauro Regio. Nullus Faustinæ junioris nummus ante hunc annum cusus est cum anni nota. Syriam Palæstinæ, Phœniciam, totamque exinde oram maritimam usque ad Ægyptum, Syriam Palæstinam appellat Herodotus, libro VII. pag. 469. At in nummis *Palæstina* solam videtur Judæam Galilæamque complecti.

Anno Christi 157. V. C. 910. *Antonini Pii* 20.

ANTONINVS AVG. PIVS P. P. IMP. II. Capite laureato.)(. TR. POT. XX. COS. IIII. Juppiter nudus stat, dextra hastam, læva fulmen tenet: ad pedes, Aquila Romana, symbolum Imperii Romani sub tutela Jovis: e regione Antoninus, sub effigie Atlantis genuflexus orbem humeris gestat. Est ex ære maximo. Indicat hic nummus, ut quidem videtur, jam senio fessum Antoninum cogitasse de imperii cura in generum derivanda.

AVRELIVS CAES. ANTONINI AVG. PII F. Capite nudo.)(. TR. POT. XI. COS. II. S C. Dea dextra temonem tenet, læva vestem sublevat. *Spes* ea est, fore ut probe Aurelius administret imperium. Est ex ære magno in Museo nostro.

ANTONINVS AVG. PIVS P. P. IMP. II. Capite laureato.)(. TR. POT. XX. COS. IIII. S C. Annona stans, dextra tenet temonem, læva canistrum plenum frugibus; sinistro pede proræ navigii insistit. Curam annonæ terra marique convehendæ fuisse in primis Antonino, nummi fere singulis annis demonstrant. At cum IMP. II. tantum etiam hoc anno dicatur, qualis fuit ipso primo suæ potestatis anno; argumento istud est, nullum sub eo gestum bellum fuisse. Ex quo falsi Pausaniam, ceterosque arguas. Est hic nummus ex ære magno, in Museo nostro. D. Vaillant pag. 75. inter nummos ex ære unum habet, TR. POT. XX. IMP. III. COS III. alterum TR. P. XXI. IMP. III. COS. III. sed errore manifesto, pro IMP. II. COS. IIII. Nam cum TR. POT. XX. conjungi debet COS. IIII. & erat adhuc IMP. II. cum esset TR. POT. XXIII. Istiusmodi Indices Numismatum (errore, credo, librariorum) mendis scatent innumeris; nec sunt ad ullam partem eruditionis utiles. In alio, cum simili epigraphe, ex ære magno, Roma sedens galeata, tenet orbem Romanum.

ΑΥΤ. Κ. Τ. ΑΙΛ. ΑΔΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ϹΕΒ. ΕΥ. Capite laureato.)(. Imperator in equo. L. K. *Anno* XX. Est ex ære magno, in Cimelio D. FOVCAVLT.

ΑΥΤ. ΚΑΙϹ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ. Capite laureato.)(. Caput Serapidis. L. K. Ex ære magno, in Museo P. CHAMILLART.

ΑΥΤ. ΚΑΙϹ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ϹΕΒ. ΕΥϹ. Capite laureato.)(. ΓΑΒΗΝΩΝ. ΖΙϹ. *Anno* CCXVII. Æræ initium ab anno 694. Deus Lunus ibi stat cum hasta. Ex ære mediocri, in gaza Regia.

ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΚΑΙϹΑΡ ΕΥϹΕΒ. ϹΕΒ. Υ. *Ευσεβοῦς σεβαστοῦ υἱός Pii Aug.* F. Capite nudo.)(. ΦΛ. ΝΕΑϹ ΠΟΛΕΩϹ ϹΥΡΙΑϹ ΠΑΛΕϹΤΙΝ. ΕΤ ΠΗ. *Anno* LXXXVIII. Ex ære magno, ibidem. Diana cum cervis. In alio simili, e Cimelio reginæ Christinæ, Serapis est.

ΦΑΥϹΤΕΙΝΑ ϹΕΒ. ΕΥϹΕ. ϹΕΒΑ. ΘΥΓΑ. *Faustina Augusta Pii Aug. filia.*)(. ΦΛ. ΝΕΑϹ

ΝΕΑϹ ΠΟΛΕΩϹ ϹΥΡΙΑϹ ΠΑΛΕϹ-ΤΙΝΗϹ. ΕΤ. ΠΗ. ut proxime. Imago Dianæ. Est ex ære magno, ibidem. Vide sonum similem esse litteræ E & diphthongi AI. in Παλαιστίνης. In alio simili, e Museo nostro, sed æris medii, est Annona cum Cornucopiæ: Cusus hic est post autumnum hujus anni.

FAUSTINA AUGUSTA. Caput Faustinæ Marci. .)(. SAECULI FELICITAS. S C. Parvuli duo, bimuli, vel paulo majores, in lectulo simul ludunt: pomum vel florem tenent: Commodus & Verus, Aurelii Cæsaris & Faustinæ liberi Est hic nummus ex ære magno, in Museo nostro. Sunt etiam ibi ejusdem Faustinæ nummi inscripti, IVNONI LVCINAE, in quo stat Faustina; stant & liberi duo ad latera: IVNONI REGINAE: MATRI MAGNAE: &c.

Anno Christi 158. V. C. 911. *Antonini Pii* 21.

Quod ultra annos viginti Tribuniciæ Potestatis adhuc in annos tres fuit prorogatum Antonino imperium, illud in causa fuisse videtur, quod tres scilicet priores annos, quibus Consulatus tres continuos gessit, primum quidem Hadriano adhuc vivo, duos deinde alios ad lustrandas provincias quasdam orbis Romani, ut fecerat Hadrianus, minime voluit computari, siquidem ab Urbe & a Senatu, cujus princeps esset, absuisset eo tempore ad negotia Reipublicæ procuranda. Itaque sive ob eas causas, sive ob alias nobis incompertas, ab anno quarto, quasi is primus foret, duci initia voluit sui principatus, ut eo frueretur ex lege communi per annos xx. Quod quidem ei concessum videtur, ea conditione, ut Pontificatu maximo cederet. Nam reipsa post annum imperii tertium, non est in nummis amplius PONT. MAX. Quod autem provincias visitando obierit, annis illis duobus quos diximus, testes videri possunt nummi provinciarum, quos ibi protulimus.

ANTONINVS AVG. PIVS P P .... Capite laureato. .)(. TP. POT. XXI ... S C. Annona stat, hastam læva tenet, dextra fruges: ad pedes, hinc modius cum spicis: inde prora navis, ut fere anno superiore. Est ex ære magno, in Museo nostro.

ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. XXI. Capite laureato. .)(. COS. IIII. Arcus, sub quo stat Imperator, ut anno 152. S C. Ex ære mediocri, ibidem.

Eadem inscriptio. .)(. FORTVNA OPSEQVENS. COS. IIII. Fortunæ stantis imago. Argenteus, in Museo P. CHAMILLART.

ANTONINVS AVG. PIVS P. P. Capite laureato. .)(. In corona quercea, SECVNDI DECEMANNALES, subintellige, *ludi*: editi nimirum in fine secundi decennii Tribuniciæ Potestatis, cum iniret Antoninus annum ejusdem xxi. Est apud Occonem, pag. 264. & Spanhem. pag. 275.

ANTONINVS AVG. PIVS P. P. IMP. II. Capite laureato. .)(. TR. POT. XXI. COS. IIII. Dea Liberalitas stat cum tabella, & læva Cornucopiæ gerit. In medio, LIB. VIII. S C. in secundis nimirum ludis decennalibus, *Liberalitas* Augusti *octava*. Ex ære magno, in Museo nostro, & apud D. FOUCAULT. Mediobarbus, pag. 204. addit P. M. ante TR. POT. sed calami errore; cum absint hæ litteræ a nummis quatuor quos vidimus: nam præter istos duos, sunt & alii duo in Museo P. CHAMILLART.

ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ΚΑΙ .... Caput laureatum. .)(. ΑϹΚΑΛΩ. ΒΞϹ. Anno CCLXII. Est ex ære mediocri, in Gaza Regia. Vide Nummos Populorum & Urbium.

ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ϹΕΒ. ΕΥϹΕΒ. Capite laureato. .)(. L. ΚΑ. *Anno* XXI. Æsculapius stans cum serpente. Est ex ære mediocri, in Museo nostro.

AVRELIVS CAESAR ANTONINI AVG. PII F. Capite nudo. .)(. TR. POT. XII. Romæ sedenti Dea coronam imposita: galea cippo imposita est e regione. Est ex ære maximo. Sunt & argentei cum Spei typo, aliisque symbolis.

AVRELIVS CAESAR ANTON. AVG. PII F. Capite nudo. .)(. TR. POT. XII. COS. II. S C. Pax stat cum hasta pura, & caduceo. Ex ære magno, in Museo P. CHAMILLART.

ΦΑΥϹΤΕΙΝΑ ϹΕΒ. ΕΥϹΕ. ϹΕΒ. ΘΥΓΑ. *Faustina Augusta Pii Augusti filia.* Caput Faustinæ junioris. .)(. Φ Λ. ΝΕΑϹ ΠΟΛΕΩϹ ϹΥΡΙΑϹ ΠΑΛΕϹΤΙΝΗϹ. ΕΤ. ΠΘ. *Anno* LXXXIX. Diana, ut anno superiore. Est ex ære mediocri, apud D. FOUCAULT. In Thesauro Mauroceni, pag. 123. similis huic alter est Antonini Pii, cum Jovis capite.

Anno Christi 159. V. C. 912. *Antonini Pii* 22.

ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. Capite laureato. .)(. VOTA SOL. DEC. II. *Vota soluta decennalia secunda*, sive pro secundo decennio feliciter exacto, Kal. Januariis. Stat Imperator velatus ante tripodem, cum patera. Est ex ære magno in Museo nostro. In alio simili apud P. CHAMILLART, legitur, VOTA SOL. DECENN. II.

ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. XXII. Capite laureato. .)(. VOTA SVSC. DEC. III. S C. Ipso die Kalendis Januariis, *vota suscepta decennalia tertia*, sive incunte decennio tertio. Stat ipse habitu Pontificio sacrificans ante aram. Infra, COS. IIII. Est ex ære magno, in Museo nostro. Hæc vota solvi ac suscipi oportuisset anno primo tertii decennii, hoc est, anno XXI. Tribuniciæ potestatis. Dilata nunc igitur in annum sequentem, hoc est, istum, non aliam ob causam possunt videri, quam quod nollet Senatus ultra annum XX. prorogari cuiquam imperium; & quod superiore anno de ea re contentio fuerit; ac demum pro tribus primis principatus annis, quos extra Urbem egerat fortassis Antoninus, aliamve ob causam, adhuc fuerint anni tres eidem concessi.

Eadem inscriptio. .)(. NAVIVS. Augur Attus Navius genu flexo cotem cultro scindit; lævo brachio lituum tenet, insigne Auguratus. Est ex ære maximo, in gaza Regia. Atti Navii auguris Plinius ter meminit.

Eadem inscriptio. .)(. COS. IIII. Arcus, & cetera, ut anno 152. & 158. S C. Est ex ære magno, in Museo nostro.

Eadem inscriptio. .)(. TEMPLVM DIVI AVG. REST. COS. IIII. S C. Templum octo exornatum columnis. Ex ære magno, ibidem. In altero apud P. CHAMILLART, pariter ex ære magno legitur, AEDE DIVI AVG. REST. COS. IIII. S C.

Eadem inscriptio. .)(. PIETATI AVG. COS. IIII. S C. ut anno sequente. Ex ære magno, ibidem.

ΑΥΤ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ϹΕΒ. ΕΥϹΕΒ. Capite laureato. .)(. L. ΚΒ. *Anno* XXII. Mars gradiens cum hasta & spoliis. Ex ære maximo, in Cimelio D. FOUCAULT.

AVRELIVS CAESAR AVG. PII F. Capite nudo. .)(. TR. POT. XIII. COS. II. Ipse cum hasta & bacillo Imperatorio stat. Argenteus in Museo nostro. Est & ære magno, S C. in Cimelio P. CHAMILLART.

ΦΑΥϹΤΕΙΝΑΝ ϹΕΒΑϹΤΗΝ. Caput Fau-

Faustinæ junioris. .)(. ΦΛ. ΝΕΑС ΠΟΛΕΩС CΥΡΙΑС ΠΑΛΕСΤΙΝΗС. Diana cum cervis. ET. ϥ. *Anno* xc. ἔτυς ϥ. nam hæc littera alteriutro modo formata, xc. significat in nummis antiquis. Est hic ex ære mediocri, in Cimelio Mediceo.

Anno Christi 160. V. C. 913. *Antonini Pii* 23.

ANTONINVS AVG. PIVS. P. P. TR. P. XXIII. Capite laureato. .)(. Imperator paludatus in curru quadrigarum triumphali, læva habenas tenet, dextra fulmen. Infra, COS. IIII. In Thesauro Mauroceni, pag. 58. ex ære maximo.

Eadem inscriptio. .)(. PIETATI AVG. COS. IIII. S C. Stat Pietas, dextra panem, læva parvulum tenet: ad pedes, pueri duo stipem poscunt. S C. Alluditur ad *Pii* cognomen: & simul Antonini pietas erga egenos commendatur, quibus alimenta providit. Est ex ære magno, in Museo nostro.

Eadem inscriptio. .)(. SALVTI AVG. COS. IIII. Dea Salus stat cum hasta, patera libat ante aram, cui serpens Æsculapii circumvolvitur. Est ibidem argenteus.

Eadem inscriptio. .)(. LIBERALITAS AVG. VIIII. COS. IIII. S C. Imperator togatus stans in suggesto, cum Præfecto Prætorio retro stante, prærcone tabellam gerente, congiarium populo dat. Est ibidem, ex ære magno.

Eadem inscriptio. .)(. CONG. AVG. VIIII. COS. IIII. S C. Stat Dea Liberalitas cum tessera, seu tabula potius, in qua pretium annonæ vile perscriptum: læva Cornucopiæ gerit. Est ex ære magno, ibidem.

ΑΥΤ. ΚΑΙC. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC ΕΥC. CΕΒ. Capite laureato. .)(. ΕΥΘΗΝΙΑ. *Ubertas*. Dea stans, dextra elata spicas tenet. L. ΚΓ. *Anno* XXIII. Est ex ære magno, in Cimelio D. Foucault.

AVRELIVS CAESAR AVG. PII F. Capite nudo. .)(. Mars gradiens cum hasta & spoliis. TR. POT. XIIII. COS. II. S C. Ex ære magno & mediocri, in Museo nostro.

AVRELIVS CAESAR ANTONINI AVG. PII F. Capite nudo. .)(. TR. POT. XIIII. COS. III. S C. Pallas galeata ante aram sacrificat. Est apud D. Vaillant, ex ære maximo: sed legendum COS. II. Nec vero habet amplius Mediobarbus aut Occo, quam TR. POT. XIIII. COS. II. ut supra edidimus ex Museo nostro.

Anno Christi 161. V. C. 914. *Marci & Veri* 1.

Kal. Januariis, Antonino Pio defertur Tribunicia Potestas XXIIII. Consules creantur Aurelius Cæsar III. & Livius Verus Cæsar secundum.

ΑΥΤ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. Caput Pii. .)(. L. ΚΓ. *Anno* XXIII. ante Natalem Urbis. Togati duo stant, socer & gener. Est ex ære maximo, in gaza Medicea.

ANTONINVS AVG. PIVS P. P. IMP. II. .)(. TR. POT. XXIIII. COS. IIII. S C. Plures sunt ita inscripti apud Occonem & Angelonum.

ANTONINVS AVG. PIVS P. P. TR. P. XXIIII. .)(. CONCORD. COS. IIII. S C. Tres dexteræ junctæ. Apud Mediobarbum, pag. 206. Concordiam hic nummus significat inter Antoninum Pium, Aurelium Cæsarem, & Senatum.

Eadem inscriptio. .)(. PIETATI AVG. COS. IIII. S C. Stat Pietas, ut in nummo anni superioris. Est ex ære magno, in Cimelio D. Foucault.

ANTONINVS AVG. PIVS P. P. Capite laureato. .)(. Pietas. TR. POT. XXIIII. COS. IIII. S C. Ibidem, ex ære mediocri.

Natali Urbis deponit principatum Antoninus Pius, transmittitque in generum suum M. Aurelium Cæsarem; procurata simul ad annos aliquot administratione Orientis generi sui fratri ac genero L. Vero Cæsari. Ipse post obitum, qui haud multo postea contigisse videtur, relatus est inter divos; sed non inter divos Augustos, quoniam privatus decessit.

DIVVS ANTONINVS. Capite nudo. .)(. DIVO PIO. Ara. S C. Est ex ære magno, in Museo nostro.

DIVO PIO. Capite radiato. .)(. CONSECRATIO. Aquila: vel Ara cum igne. Uterque argenteus in Museo nostro, ævo Gallieni cusus. Ex ære magno, capite laureato, cum Aquila; & alter cum ara; in Museo P. Chamillart.

DIVVS ANTONINVS. Capite nudo. .)(. DIVO PIO. S C. Columna, quæ hodieque exstare & appellari dicitur *Columna Antonini*. Est hic nummus ex ære magno, in Museo nostro: & apud P. Chamillart, capite laureato.

DIVVS PIVS. Capite nudo. .)(. S C. Imperator vectus curru quadrijugo. Est ex ære magno in Thesauro Regio.

DIVVS ANTONINVS. Capite laureato, præter morem. .)(. CONSECRATIO. S C. Aquila orbi imposita. Ex ære magno, in Museo nostro. In alio ibidem, rogus est.

DIVVS ANTONINVS. Capite nudo. .)(. DIVO PIO. Ipse sedens, ramum oleæ dextra tenet, læva hastam. Argenteus ibidem. Et nunc quidem de Antonino satis. . . . . Die sabbati, 29. Augusti, 1699. qui dies est Divo Baptistæ, patrono meo, sacer.

MARCVS, & VERVS.

Natali Urbis igitur, ut dictum est, M. Aurelius verus suscipit imperium in annos viginti: Lucio Aurelio Vero, Marci fratri, in annos novem Orientis administratio committitur: & ambo idcirco salutantur Augusti: & Lucius Verus quidem simul accipit Tribuniciam Potestatem. Lucium ab Antonino Pio adoptatum fuisse, scriptores nonnulli fabulantur, quos nummi refellunt. Neque enim in his aliquando Lucius Pii F. appellatur.

STEMMA MAVR. ANTONINI

& domus ejus Augustæ.

L. Aurel. Verus.

L. Aur. Verus | Conjux Ælia Julia Nervæ Aug. filia.

Aur. Verus. | Conjux, Hosidia Geta.

L. Aur. Verus

Julia Vera

Aur. Verus Justus Conjux Julia Vera, soror patruelis.

AVR.

AVR. VERVS, qui & M. ANTONINVS PIVS AVG. Lucii prænomine fratri cessit ex Faustina Pii filia, Ex Annia. prima conjuge — L. AVR. VERVS AVG. — VERISSIMVS CÆSAR. — Jul. Verus Geta. Conjux Antonia Pia, Antonii Pii filia.

ANNIA LVCILLA VERA, conjux L. Veri Aug. — Ælia Aurelia Pia, prima conjux Septimii Severi; deinde, Opelii Macrini; tertio, proavi Elagabali. Ex Severo, — COMMODVS ANTON. PIVS FEL. AVG. — An. Galerius. VERVS. — IVLIA DOMNA PIA AVG. conjux Septimii — SEPT. GETA AVG.

VERISSIMVS CÆSAR.

M. AVR. ANTONINVS PIVS AVG. qui & M. AVR. SEVERVS ANTONINVS: quem Caracallam falso vocant.

Artifices Romanæ historiæ, qui M. Aurelium fecere Philosophum, indignum Philosopho esse censuerunt, si secundas iniret nuptias. Itaque de prioribus ejus nuptiis omnino siluerunt. Hunc autem idcirco videntur elegisse, quem Philosophum appellarent, quod barbam aluisse eum, & quidem Augustorum primum, ex nummis intelligerent. Enimvero illi barbam minime radendam esse vellendam, in suis habuere placitis: Nam qui secus faxint, hos contra Deum facere, hoc est, contra Naturam, extra quam, ut Seneca, Deum illi nullum agnoscerent. Jam præcipuos hujus anni nummos scrutemur, cusos nominibus Marci ac Veri, & conjugum.

Anno Christi 161. V.C. 914. Marci & Veri 1.

Numismata Marci.

AVRELIVS CAESAR AVG. PII F. Capite nudo.)(. TR. P. XV. COS. III. Nummus e Cimelio Mediceo, & e Museo P. CHAMILLART, cusus ante Natalem Urbis. Mars gradiens cum hasta & spoliis. S C. Ex ære magno.

IMP. CAES. M. AVRELIVS ANTONINVS AVG. Capite radiato.)(. CONCORDIAE AVGVSTORVM. TR. P. XV. COS. III. Augusti duo, Marcus & Lucius, dextras jungunt. S C. Ex ære magno, in Cimelio P. CHAMILLART. Cusus iste est post Natalem Urbis.

AYT. KAI. M. AYP. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. Capite laureato.)(. ΓΑΔΑΡΕΩΝ. ΔΚC. *Anno* CCXXIV. Sunt & Gazensium nummi eodem anno cusi, M. Aurelii, L. Veri, & Faustinæ nominibus. De hac æra vide Chronologiam Veteris Test. Est hic Gadarensium nummus in Thesauro Regio.

AYTO. K. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC CEB. Capite laureato.)(. ΚΟΙΝΟΝ ΝΕΟΚ. ΜΗΤΡ. ΠΟΝΤΟΥ. ΕΤ. ϞΗ. Κοινὸν Νεοκορῶν μητροπόλεως Πόντυ. ἔτυς, hoc est, *anno* XCVIII. qui est V.C. 914. autumno iniens. Est in Cimelio D. FOUCAULT, ex ære mediocri.

AYTO. KAI. AYPHΛIOC. . . . Capite laureato.)(. ΦΑ. ΧΑΛΚΙΔΕΩΝ, in corona laurea. Α. *anno primo.* Ex ære mediocri, ibidem.

K. M. AYPHΛIOC ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. Capite laureato, ut Imperatoris.)(. ΒΟΥΛΗ ΠΕCCΙΝΟΥΝΤΙΩΝ. *Senatus, sive Curia Pessinuntiorum.* Ex ære mediocri, in Thesauro Regio. Caput turritum exhibet ac diadematum. Confer nummum inscriptum, VOLCAE AREC. in libro De Nummis Populorum & Urbium.

Caput M. Aurelii laureatum.)(. ΠΡΟCΩΠΙΤΩΝ. L. A. *Anno primo* Marci. Vir togatus, cum loto in vertice, dextra elata, læva clavam tenet. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOUCAULT.

De nummis Marci, ΚΑΠΙΤΩΛΙΕΩΝ. ΗΞ. & Veri, ΘΞ: item Veri, CAMOCAT. ET. BϘ. Marci & Veri, ΑΡΑΔΙΩΝ. ΑΚΤ. vide Nummos Populorum & Urbium.

Numismata L. Veri.

IMP. L. AVREL. VERVS AVG. Capite nudo.)(. DIVVS ANTONINVS. Capite Pii nudo. Argenteus hic nummus est, editus a Joanne Vignolo Romæ, quo nummo prædicatur affinitas Veri cum Pio. Duxerat enim Verus uxorem Lucillam, M. Aurelii filiam ex priore conjuge Annia Pia, quæ filia fratris Anniæ Faustinæ fuit. Admonet autem hic nummus, ut obiter indicemus, haud temere nobis videri, multis post Antonini Pii obitum sæculis positam fuisse hanc inscriptionem, quam idem Vignolus legi dicit in una superficie basis illius, cui imposita Antonini Pii columna est:

DIVO ANTONINO AVGVSTO PIO
ANTONINVS AVGVSTVS ET
VERVS AVGVSTVS FIL II.

Primum enim non est Antoninus Pius in ipso magistratu immortuus: quæ causa est quamobrem in nummis post obitum ejus cusis DIVVS ANTONINVS AVG. nunquam appelletur; sed DIVVS ANTONINVS solummodo, vel DIVVS PIVS. Deinde contra morem est, ut *Antoninus Augustus & Verus Augustus* scribatur, bis repetito Augusti titulo: sed ut in nummo LEG. VI. Antonii Triumviri restitutæ, ANTONINVS ET VERVS AVGG. Et in nummo Græco Ἀργύρεων e Gaza Regia, ΑΝΤΩΝΙΝΟC ΚΑΙ ΟΥΗΡΟC CEBACTOI. Denique fuit M. Antoninus quidem Pii *filius*, Verus autem Pii *filius* numquam fuit: tantum fratris Faustinæ Pii neptem ex filia duxit uxorem. Neque vero mirum cuiquam videri debet, existimari a nobis hanc inscriptionem multis post M. Antonini ætatem sæculis fuisse positam; qui didicerit, quod postea ostensuri sumus, spuriam ac recentem similiter inscriptionem esse, quæ nunc legitur in Arcu Severi dicto.

IMP. CAES. L. AVREL. VERVS AVG. Capite laureato.)(. LIB. AVGVSTORVM. *Liberalitas Augustorum:* cum esset ipse Verus, TR. POT. COS. II. Est hic aureus e Gaza Regia. Cave legas cum D. Vaillant, tomo 2. pag. 85. P. P. COS. II. pro TR. P. COS. II. Neque enim Lucius dictus est, aut dici debuit P. P. cum ne Marcus quidem id nomen adeptus sit, nisi post annos imperii sedecim.

Eadem inscriptio, capite laureato. .)(. TR. P. COS. II. CONCORD. AVGVSTOR. S C. Ambo dextras jungunt. Est in Museo nostro, ex ære magno; ex ære mediocri, capite nudo.

L. VERVS CAESAR. Capite nudo, sine laurea. .)(. COLONIAE ANTIOCHIAE, in Pisidia. Aquila Romana expansis alis. Vide Nummos Populorum & Urbium.

ATT. KAICAP OTHPOC CE. Capite laureato. .)(. ΓΑΖΑ. ΔΚC. *Anno* CCXXIV. ære Pompeiano, ut diximus in Chronologia Veteris Testamenti. Est hic nummus ex ære mediocri apud D. FOUCAULT.

ΕΦΕΣΙΩΝ. ΛΟΥΚΙΟС ΒΗΡΟС. Templum Dianæ Ephesiæ. .)(. ΛΟΥΚΙΛΛΑС CEBACTHC. Caput L. Veri. Nummus est maximi moduli, in eodem Cimelio. *Ephesiorum* nummus. *Lucius Verus Lucillæ Augustæ* maritus. Nam ea vox subintelligitur: quo plane modo *Plotina Trajani*, *Sabina Hadriani*, *Agrippina Germanici* cum dicitur, subintelligi *conjux* solet. Legendi initium faciendum est ab ea nummi parte, in qua nomen est in recto casu. Ibi autem scriptum est L. Veri nomen, cum Ephesiorum nomine, ubi Templum Ephesiorum area exhibet; unde fit ut orationis series nomen Lucillæ Augustæ conjiciat in partem nummi contrariam: omnino apposite & considerate. Nam si vice versa ubi L. Veri vultum nummus exhibet, legeretur, *Ephesiorum* nummus: & *L. Verus:* ubi vero Templum est, *Lucillæ Augustæ* nomen; Lucillæ Augustæ, non Dianæ Ephesiæ templum credi posset; id quod certe Ephesii credi nollent. De hoc nummo quod quidam Antiquarii garriunt, ut levissime dicam, haud sane satis dignum viris probis est. Non fuit dedecori L. Vero, Lucillæ Augustæ dici maritum. Immo vero ut ad principatum imperiique societatem perveniret, quemadmodum Claudius olim Agrippinam Germanici fratris sui filiam, sic ipse M. Aurelii fratris sui filiam duxit uxorem.

Numismata Faustinæ Marci.

FAVSTINA AVGVSTA. Caput Faustinæ. .)(. MATER CASTRORVM. S C. Stat ipsa ante tria signa cohortium, cum patera ante aram intermediam. Sategisse Faustinam, ut milites, qui in castris erant, officia religionis obirent, seu pietatis erga deos, hic nummus docet. Est ex ære magno, apud P. CHAMILLART.

Eadem inscriptio. .)(. MATRI MAGNAE. Cybele sedet cum leone. Ex ære magno, ibidem. S C. Quoniam statui certo non potest, quo quisque anno nummus sic cusus, omnes hic simul repræsentamus, qui visi sunt insigniores.

Eadem inscriptio. .)(. VENVS FELIX. Hoc est, comitas humanitasque, animos etiam hostium feliciter sibi devinciens. S C. Dea sedet, læva Cornucopiæ, dextra Victoriam tenet. Est ex ære magno, in Museo nostro.

Eadem inscriptio. .)(. VENERI VICTRICI. S C. Venus Martem apprehendit ac sistit: hoc est, comitas bellum inhibet. Est apud Angeloni, pag. 194.

Eadem inscriptio. .)(. VENVS VICTRIX. S C. Stat Dea stolata; dextra tenet Victoriam, quæ palmam gerit & coronam: læva clypeum, in quo sculpta rursum eadem Victoria est, innixum galeæ. Est in Museo nostro ære magno, & apud Angeloni. Eo nummo significatur, comitate & humanitate Faustinæ victos hostes fuisse: Germanos, opinor: arma & belli furorem cohibita fuisse.

Eadem inscriptio. .)(. PIETAS. SC. Stat Dea, læva Cornucopiæ, dextra spicas gerit: ad pedes, civis togatus Deam suspicit. Est apud Angeloni. Faustinæ curam in providendis alimentis Urbi, vel egenis, hic nummus commendat. Vere *Piam*, & *Pii filiam*, vere sui nominis esse Faustinam docet.

Eadem inscriptio. .)(. FECVNDITAS. S C. Stans Dea cum hasta pura, lævo brachio puerum tenet ludentem; symbolum fecunditatis. Est apud Angeloni, pag. 194.

Eadem inscriptio. .)(. FECVND. AVGVSTAE. S C. Dea stans, parvulos duos, alterum altero brachio tenet: ad pedes, alii duo majusculi stant, & veste matrem apprehendunt. Est ex ære magno in Museo nostro. Quid sit Fecunditas Augustæ, dixi jam alibi.

Eadem inscriptio. .)(. PVDICITIA. S C. Dea sedens, velum obducit capiti. Est apud Angeloni.

FAVSTINA AVG. AVG. PII F. .)(. CONCORDIA. Dea sedens cum spicis & Cornucopiæ. Argenteus apud Occonem, pag. 299.

Numismata Lucillæ Veri.

LVCILLAE AVG. ANTONINI AVG. F. Caput Lucillæ. .)(. MATRI MAGNAE. S.C. Cybele sedet. *Antonini Aug. filia*, hoc est, Marci Antonini Sic in nummo argenteo, LEG. VI. ANTONINVS ET VERVS REST. absque prænominibus. Marcus & Lucius intelliguntur. *Lucilla* autem appellatur, deflexo parumper prænomine, quod fuit proprium primogenitorum in Aurelia gente; quodque proinde Aurelius Cæsar habuit, priusquam *Marcus* fieret, per adoptionem Antonini Pii: qui etiam ipse *Marcus* erat ex patre, antequam Imperator esset. Tunc enim ut ostenderet originem suam ex matre nobiliorem, Titi prænomen assumpsit, ut jam ad te scripsisse me memini, iterumque scribam fortassis. *L. Aurelius Consul* septem annis ante bellum Punicum tertium, a Plinio memoratur, libro XXXIII. sect. XVII. Itaque Aurelius Cæsar prænomen sibi proprium tamquam primogenito gentis Aureliæ, dedit filiæ suæ; quoniam sola tunc esset, aut primaria certe Princeps femina de gente Aurelia. Eam ob rem a *Lucio* facta est *Lucilla*: ut postea *Etruscilla* ab *Etrusco*.

Eadem inscriptio. .)(. IVNONI LVCINAE. Sedens Lucilla, dextra florem, lævo brachio puerulum tenet, Verissimum Cæsarem. S C. Ex ære magno, in Museo nostro. Sunt ejusdem Lucillæ ibidem nummi inscripti: CERES: CONCORDIA: DIANA LVCIFERA: HILARITAS: IVNO REGINA: PIETAS: SALVS: VENVS: VESTA: &c.

LVCILLA AVGVSTA. Capite cirrato, ut Faustinæ Marci. .)(. PIETAS. SC. Dea stans puellam ad pedes positam manu tutari videtur. Curam pauperum, quam gereret Lucilla, hic nummus indicat. Est ex ære magno, in Museo nostro.

LVCILLA AVGVSTA. Capite cirrato. .)(. FECVNDITAS. Dea sedet cum puerulo, quem in ulnis tenet, altero ante genua stante. Est hic aureus in gaza Regia.

Eadem inscriptio. .)(. FECVNDITAS. S C. Dea sedet, parvulum in sinu tenet, aliis duobus ad latera stantibus. Est ex ære magno in Museo nostro. Fecunditas hæc est, ut dixi, non ipsiusmet Augustæ, sed quam Augusta procurat, dum in annonæ caritate egenis matribus cibaria subministrat.

LVCILLAE AVG. ANTONINI AVG. F. Capite cirrato. .)(In corona laurea, VOTA PVBLICA. Argenteus est in Museo P. CHAMILLART.

ΛΟΥΚΙΛΛΑ ΑΥΓΟΥСΤΑ. Capite Lucillæ. .)(. ΤΥΧΗ ΑΔΡΑΜΝΩΝ. *Fortuna* seu *Genius Adramnorum*. Caput turritum. Est ex ære minimo in Thesauro Regio.

ANNIA ΛΟΥΚΙΛΛΑ CEB. *Annia Lucilla*

cillæ Augusta. Caput Lucillæ. .)(. ΕΠΙ ΑΙ. ΠΟΝΤΙΚΟΥ Η. ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. *Sub Ælio Pontico Præside Byzantiorum.* Est enim Η. pro ἡγεμόνος. Similem nummum Crispinæ proferam, ad annum Commodi primum. Delphin inter duas pelamides. Ex ære mediocri, apud D. BIGNONIUM Præsidem. Docet hic nummus egregius, primam Aurelii Cæsaris sive M. Antonini conjugem Anniam fuisse, filiam fratris Anniæ Faustinæ Pii conjugis: Hinc Lucillæ primum *Anniæ* nomen a matre, alterum *Lucillæ* a patre L. Aurelio fuisse, qui postea M. Aurelius Antoninus est appellatus. Ne Faustinæ Marci filia fuisse credatur, ætas Faustinæ junior vetat. Neque hoc tantum; sed & id vetat credi ipsum *Lucillæ* nomen, quod inditum filiæ fuisse necesse est; priusquam pater *Marcus* dici cæpisset, hoc est, ante ipsam adoptionem Antonini Pii, cum adhuc *Lucius* esset Aurelius Cæsar.

ΛΟΥΚΙΛΛΑ CEBACTH. Caput Lucillæ. .)(. ΜΑΝΝΟC ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟC ΒΑCΙΛΕΥC. Lucilla sedens, dextra spicas, læva hastam puram tenet. Est argenteus in gaza Regia. Parthorum rex *amicum* se *Romanorum*, non iisdem subjectum vel obnoxium dicit.

Numismata liberorum Marci ex Faustina.

COMMODVS CAES. ANTONINI AVG. FIL. Caput Commodi. .)(. ANNIVS VERVS CAESAR ANTONINI AVG. FIL. Caput Annii Veri. Natus annos circiter septem Commodus, Verus fere sexennis apparet in eo nummo, qui est in Cimelio Card. Maximi. *Antonini Aug.* filius cum dicitur, *Marcus* intelligitur; ut in LVCILLA AVG. ANTONINI AVG. FIL. Nam cum Pius designatur, AVG. PII F. vel ANTONINI AVG. PII F. ponitur, ut in nummis M. Aurelii & Faustinæ. Annius Verus, *Annius* est ex matre primum, deinde ex patre *Verus*. Commodus ex matre & avia nomen istud habet.

COMMODVS CAES. VERVS CAES. Capite duo adversa nuda: Commodi, latere dextro, ubi & Commodi nomen; Veri, sinistro. .)(. Quatuor pueruli, quatuor sunt anni tempestates. Est ex ære maximo; cujus formam habemus in plumbo expressam.

Anno Christi 162. V. C. 915. Marci & Veri 2.

Imp. CAES. M. AVREL. ANTONINVS AVG. P. M. Capite radiato. .)(. CONCORDIA AVGVSTOR. TR. P. XVI. COS. III. Ambo Augusti togati dextras jungunt. S C. Ex ære mediocri, in Museo nostro; & ex ære magno ibidem, capite Marci laureato. Quod antea e memoria excidit, Marcus Aurelius Antoninus, nunc dicitur primo *Marcus*, ut ostendat se jam primogenitum factum esse gentis Antoniæ: *Aurelius* deinde ex paterna gente jam Cæsarea; denique *Antoninus*, ab adoptante se patre.

IMP. CAES. L. AVREL. VERVS AVG. Capite laureato. .)(. CONCORD. AVGVSTOR. TR. P. II. COS. II. S C. Ambo togati jungunt dextras. Ex ære magno, in Museo nostro.

ΟΥΗΡΟC ΚΑΙCΑΡ. Capite laureato. .)(. Dea stat cum hasta & Cornucopiæ. ΓΑΖΑ. Ƶ. CKE. *Anno* CCXXV. Ex ære minimo, in Museo nostro. De aliis Veri nummis, ΑΝΑΖΑΡΒΟ. ΕΤ. ΒΠΡ. & ΓΑΔΑΡΕΩΝ. ΕΚC. & ΚΑΙCΑΡΕΙΑC Cappadociæ, ΕΤ. Β. *anno secundo*, vide Nummos Populorum & Urbium.

Anno Christi 163. V. C. 916. Marci & Veri 3.

IMP. CAES. M. AVREL. ANTONINVS AVG. P. M. Capite laureato. .)(. SALVTI AVGVSTOR. *Saluti Augustorum*, Marci & Veri. TR. P. XVII. COS. III. Dea Salus ante aram. Ex ære magno, in Museo P. CHAMILLART.

M. ANTONINVS AVG. COS. III. IMP. VERVS AVG. COS. II. Capita Marci & Lucii laureata, adversa. .)(. VICTORIAE AVGVSTORVM. Victoria utraque manu, alteram altera, coronam gerit. Est ex ære maximo, apud D. Vaillant. *Imperatoris* titulus soli L. Vero hic datur, quoniam solus huic Armeniacæ expeditioni præfuit.

Marci caput laureatum. .)(. Nili effigies. L. Γ. *anno tertio*. E Thesauro Mauroceni, pag. 124. In alio ibidem Nilus sedet. L. Γ.

Ejusdem. .)(. Palladis imago. ΕΠΙ CΩΤΕΙΡΙΧΟΥ. ΦΛ. ΧΑΛΚΙΔΕΩΝ. ΒΟ. Sub Sotiricho. *Flaviorum Chalcidensium* nummus: anno LXXII. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT. De hac æra vide Nummos Populorum & Urbium.

ΑΥ. ΚΑΙC. ΑΥΡΗΛ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. Capite nudo. .)(. Μ. ΑΥΡΗΛΙΟΥ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ ΥΙΟΙ. *M. Aurelii Antonini liberi*. Capita adversa, Commodi & Veri. Ex ære mediocri, in Thesauro Regio.

Κ. Α. CΥΡΙΩΝ. Κόμοδος. Ἄννιος. *Commodus & Annius*, Marci filii; quorum hic capita adversa, palma arbore intermedia. .)(. ΑΥΤ. Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝ. Λ. ΟΥΗΡΟC. Capite M. Aurelii & L. Veri adversa. Est nummus ex ære mediocri, in Thesauro Regio. Cave his credas, qui Κ. Α. Καισὰν Ἀσίας interpretantur.

Caput L. Veri. .)(. TR. POT. III. COS. II. PROFECTIO AVG. in Armeniam. Imperator in equo hastam gerit. Aureus est e gaza Regia.

ΑΥΤ. Κ. Λ. ΑΥΡ. ΟΥΗΡΟC CEB. Capite laureato. .)(. ΥΠΕΡ ΝΙΚΗC ΚΥΡΙΩΝ CE. Ὑπὲρ νίκης κυρίων σεβαστῶν. *Pro victoria Dominorum* nostrorum *Augustorum*. Pallas stat galeata cum hasta & clypeo. Nummus est argenteus.

ΑΥΤ. ΚΑΙC. Λ. ΑΥΡ. ΟΥΗΡΟC. Capite laureato. .)(. ΓΑΔΑΡΕΩΝ. ϚΚC. *anno* CCXXVI. Caput Herculis laureati. Nummus est e Cimelio Mediceo, & San-Genovefano.

Sunt nummi nomine L. Veri, ΖΕΥΓΜΑΤΕΩΝ Γ. & ΚΑΙCΑΡΕΙΑC Cappadociæ, ΕΤ. Γ.

Numismata Faustinæ Marci.

ΦΑΥCΤΕΙΝΑ CΕΒΑCΤΗ. Caput Faustinæ. .)(. ΥΠΕΡ ΝΙΚΗC ΤΩΝ ΚΥΡΙΩΝ. *Pro victoria Dominorum* nostrorum, Marci & Lucii. Lectisternium cum duobus puerulis. Est argenteus in Cimelio D. FOVCAVLT.

Ejusdem. .)(. L. Γ. *Anno tertio* Marci. Juppiter sedens. In alio, Victoria in quadrigis coronam ostentat, ob victoriam Armeniacam hujus anni. L. Γ. Est uterque nummus in Thesauro Mauroceni, pag. 124.

ΦΑΥCΤΕΙΝΑ CΕΒΑCΤΗ. Caput Faustinæ. .)(. ΥΠΕΡ ΝΙΚΗC ΡΩΜΑΙΩΝ. Stat Pietas cum duobus puerulis quos gestat in sinu: aliis duobus ad latera stantibus. In alio, ΥΠΕΡ ΝΙΚΗC ΤΩΝ CΕΒΑC. τῶν σεβαστῶν. Pro *Victoria Augustorum*. Venus stat stolata, dextra pomum, læva tenet hastam. Est uterque argenteus.

Anno Christi 164. V. C. 917. Marci & Veri 4.

Kal. Januariis, Armeniaci titulus M. Aurelio & L. Vero in Senatu datur.

Numismata Marci.

M. AVREL. ANTONINVS AVG. ARMENIACVS P. M. *Pontifex Max.* Capite laureato. .)(. Stat Pallas cum hasta & clypeo. TR. P. XVIII. IMP. II. COS. III. S C. Est ex ære magno, in Cimelio D. FOVCAVLT. In alio, apud P. CHAMILLART, Victoria gestat trophæum, Armeno ad pedes lugente. Et in Museo nostro: VICT. AVG. TR. P. XVIII. IMP. II. COS. III. S C. In alio ibidem, Pallas ramum oleæ dextra tenet: epigraphe similis. In alio Victoria gestat palmam & coronam.

Caput Marci laureatum. .)(. Caput Serapidis radiatum, ut Solis. L. Δ. *Anno quarto.* In Thesauro Mauroceni, pag. 124. Est & Faustinæ, L. Δ.

ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC CEB. Caput Marci laureatum. .)(. ΑΒΓΑΡΟC ΒΑCΙΛΕΥC. Caput cum tiara. Est apud Patinum, pag. 240. Societatem se cum Romanis iniisse Abgarus hoc nummo testatur. Parthorum regulus, ut videtur.

Sunt & Marci nomine nummi, ΔΟΛΙΧΑΙΩΝ Δ. ΘΕΑC CΥΡΙΑC ΙΕΡΟΠΟΛ. Δ. ΑΙΓΙΕΩΝ. ΑΙC. ΓΑΖΑ. ΖΚC. aliique: de quibus vide Nummos Populorum & Urbium.

Numismata L. Veri.

IMP. L. AVREL. VERVS AVG. ARMENIACVS. .)(. Captivus juxta trophæum sedet. TR. POT. III. IMP. II. COS. II. Apud Occonem.

IMP. L. AVREL. VERVS AVG. .)(. TR. P. III. IMP. II. COS. II. Captivus, ut proxime. ARMENIA. Ibidem. Cusus uterque nummus iste ante Natalem Urbis.

IMP. CAES. L. AVREL. VERVS AVG. ARMENIACVS. Capite nudo, ob reverentiam Marci, potioris Augusti. .)(. VICT. AVG. TR. POT. III. S C. *Victoria Augusti* L. Veri. Victoria gestat trophæum: infra, captivus sedet. Est ex ære magno, apud D. BAVDELOT: cusus pariter ante Natalem Urbis.

IMP. CAES. L. AVREL. VERVS AVG. Capite nudo. .)(. TR. POT. III. COS. II. S C. FORT. RED. *Fortunæ reduci.* Fortuna sedet cum temone & Cornucopiæ. Est ex ære magno in Museo nostro: & iste cusus ante natalem Urbis.

Eadem inscriptio. .)(. FELICITATI AVG. TR. P. III. COS. II. S C. Triremis cum remigibus, sedente Imperatore ad puppim, cum signis militaribus. Ex ære magno ibidem: similiter cusus ante Natalem Urbis.

L. AVREL. VERVS AVG. ARMENIACVS. Capite laureato. .)(. TR. P. IIII. IMP. II. COS. II. S C. Victoria gestat trophæum, Armeno ad pedes sedente. Ex ære magno, ibidem. Cusus iste post Natalem Urbis.

Eadem inscriptio. .)(. TR. P. IIII. IMP. II. COS. II. S C. Imperator ex equo calcat hostem, & confodit. Ex ære magno, ibidem.

Eadem inscriptio. .)(. TR. P. IIII. IMP. II. COS. II. S C. REX ARMENIIS DATVS. Imperator sedet in suggesto, Tribunis tribus adstantibus: infra stat Rex Armenus. Est ex ære magno ibidem.

Anno Christi 165. V. C. 918. Marci & Veri 5.

Hoc anno Parthici Max. titulus Marco & Vero a Senatu datur.

M. AVREL. ANTONINVS ARMENIACVS P. M. Capite radiato. .)(. TR. POT. XIX. TR. POT. V. IMP. II. COS. III. Dea stolata stans, læva Cornucopiæ, dextra radium tenet, quo monstrat orbem ad pedes positum. S C. Nummus colore antiquo viridi pæne pellucens, ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT. Est hic M. Aurelii annus Trib. Potest. XIX. Lucii Veri TR. POT. V.

M. AVREL. ANTONINVS AVG. ARMENIACVS P. M. *Pontifex Max.* Capite laureato. .)(. TR. POT. XIX. IMP. II. COS. III. Stat paludatus cum baculo Imperatorio inter bina hinc & inde signa militaria. In Museo nostro, ex ære magno.

M. ANTONINVS AVG. ARMENIACVS. Capite laureato. .)(. TR. P. XIX. IMP. II. COS. III. Roma Victrix sedet. Est argenteus, apud P. CHAMILLART. In alio ibidem argenteo, P. M. TR. P. XIX. IMP. II. COS. III. Infra, ARMENIA. Armenia sedens luget.

M. AVREL. ANTONINVS AVG. ARM. PARTH. MAX. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. XIX. IMP. III. COS. III. Dea stolata stat, dextra spicas tenet, læva Cornucopiæ. Est argenteus, apud Occonem, pag. 283.

Caput Marci laureatum. .)(. L. E. *Anno quinto.* Victoria gestat palmam & coronam.

Numismata L. Veri Aug. & Verissimi Cæsaris

L. VERVS AVG. GERM. PARTH. MAX. Capite laureato. .)(. TR. P. IIII. IMP. III. COS. II. Cusus ante Natalem Urbis, adepto jam titulo PARTH. MAX. Imperator ex equo hostem confodit. Est apud Tristanum, pag. 866.

L. VERVS AVG. ARMENIACVS. Capite laureato. .)(. TR. POT. V. IMP. III. COS. II. Stat ipse paludatus cum hasta pura, inter bina hinc & inde signa militaria, S C. Ex ære magno, in Museo nostro.

Eadem inscriptio. .)(. TR. P. V. IMP. III. COS. II. Victoria clypeum tenet, in quo VIC. AVG.

L. VERVS AVG. ARM. PARTH. MAX. Capite laureato. .)(. TR. POT. V. IMP. III. COS. II. Ad pedes trophæi captivus sedet. S C. Ex ære magno, in Museo nostro.

Λ. ΑΥΡΗΛΙΟC ΟΥΗΡΟC CEB. Capite laureato. .)(. ΑΡΜΕΝΙΑ. L. E. Armenia sub trophæo sedet ac luget. Apud Patin. pag. 255. ex ære mediocri.

Caput Veri nudum. .)(. ΓΑΖΑ. ΗΚC. *Anno* 228. in media nummi area. Est ex ære magno.

ΒΗΡΙCCΙΜΟC ΚΑΙCΑΡ. Capite nudo. *Verissimus Cæsar*, L. Veri & Lucillæ Veræ F. .)(. ΤΥΡΑΝΩΝ. Pallas læva hastam & clypeum tenet: dextra noctuam, sapientiæ & providentiæ symbolum. Ex patre Vero natus, & ex matre Vera, festive *Verissimus* est appellatus. Affert hunc nummum Spanhemius in Juliani Cæsares, pag. 366. ex D. Vaillant; & ad M. Aurelium perperam refert: siquidem M. Aurelius semper *Verus*, numquam *Verissimus* fuit.

Numismata Faustinæ Marci, & Lucillæ.

FAVSTINA AVGVSTA. Caput Faustinæ. .)(. P. M. TR. P. XIX. IMP. III. COS. III. *Faustina Augusta, Pontificis Maximi, Tribunicia Potestate* XIX. *Imperatoris* III. *Consulis tertium*, conjux. Est ex argento nummus singularis, in Museo P. CHAMILLART. Stans Annona, dextra spicas, læva Cornucopiæ tenet. Sic in illo Eudoxiæ nummo,

AEL.

AEL. EVDOXIA AVG. .)(. IMP. XXXXII. COS. XVII. P. P. Sententia continuæ orationis est, *Ælia Eudoxia Augusta, conjux Imperatoris bis & quadragies* &c.

FAVSTINA AVGVSTA. .)(. TEMPOR. FELIC. *Temporum Felicitas.* S C. Femina stans cum liberis sex. Quatuor stant ad latera; duos ipsa tenet in brachiis. Est ex ære magno & mediocri in Museo nostro.

Ejusdem. .)(. L. E. Dea sedens. Est in Thesauro Mauroceni, pag. 125.

ΛΟΥΚΙΛΛΑ. ΦΑΥCΤΕΙΝΑ. CE. *Lucilla & Faustina, Augustæ.* Capita duo adversa. Lucilla filia Marci, Faustina Marci conjux. .)(. ΓΑΖΑ. Templum. HKC. *Anno* CCXXVIII. Est ex ære mediocri, in Gaza Regia.

Anno Christi 166. V. C. 919. Marci & Veri 6.

M. AVREL. ANTONINVS AVG. ARM. PARTH. MAX. Capite radiato. .)(. TR. POT. XX. IMP. IIII. COS. III. S C. Roma sedens Victoriam tenet. Est ex ære mediocri, in Museo nostro.

M. ANTONINVS AVG. ARM. PARTH. MAX. Capite laureato. .)(. TR. POT. XX. IMP. IIII. COS. III. S C. Victoria stat palmam ferens: arbori clypeum imponit, in quo VIC. PAR. *Victoria Parthica.* Est ex ære magno, in Museo nostro.

M. AVREL. ANTONINVS AVG. ARMENIACVS P. M. *Pontifex Max.* Capite laureato. .)(. TR. POT. XX. IMP. III. COS. III. S C. Dea Providentia cum hasta pura, dextra radium tenet, quo subjectum orbem Romanum ostendit. Est ex ære magno, in Museo P. Chamillart.

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. Capite laureato. .)(. Imperator in equo palmam gestat, dextra elata. Infra, C . . . ACIA. Est ex ære magno, in Cimelio D. Foucault. Patinus in Thesauro Mauroceni, pag. 125. legit CHMACIA. L. Ϛ.

M. Aurelii caput laureatum, detrita epigraphe. .)(. ΓΑΖΑ. ΕΙΩ. Gaza & Io dextras jungunt. ΘΚC. *Anno* CCXXIX. æræ Pompeianæ. Est ex ære minimo, in Museo nostro.

Ejusdem. .)(. L. Ϛ. *Anno sexto.* Nili effigies. In Thesauro Mauroceni, pag. 124. In alio ibidem, Trophæum; L. Ϛ.

Ejusdem: .)(. ΚΑΙCΑΡΕ. ΓΕΡΜΑΝΙΚ. ΕΚΡ. *Anno* CXXV. Est Cæsareæ Palæstinæ nummus, ut diximus in libro de Nummis Populorum & Urbium: ad Germaniciam Commagenæ nescio quam aliis falso referent bus.

Numismata Lucii, & Lucillæ.

L. VERVS AVG. ARM. PARTH. MAX. Capite laureato. .)(. TR. P. VI. IMP. IIII. COS. II. S C. Victoria tenet clypeum, columnæ innixum, in quo VIC. PAR. *Victoria Parthica.* Ex ære magno, in Museo nostro.

ΑΥΤ. Κ. Λ. ΑΥΡ. ΟΥΗΡΟC CEB. Capite laureato. .)(. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΠΡ. ΙΠ. ΙΕΡ. ΑCΥ. Ἀντιοχέων τῶν πρὸς Ἵππῳ ἱερᾶς ἀσύλου. Vide Nummos Populorum & Urbium. Dea Isis stat. ΘΚC. *Annus* CCXXIX. æræ Pompeianæ, de qua vide Chronologiam Veteris Testamenti. Est hic nummus ex ære mediocri in Thesauro Regio. Et alii similes sunt M. Aurelii ac Faustinæ, apud Patinum, pag. 246. & in Indice, pag. 16.

ΛΟΥΚΙΛΛΑ. ΦΑΥCΤΕΙΝΑ. CE. *Lucilla & Faustina Augustæ*, ut anno superiore. .)(. ΓΑΖΑ. ΘΚC. *Anno* CCXXIX. æræ Pompeianæ. Diana venatrix, cum monogrammate Gazensium, ꟻ hoc est, Γάζα, Ἰώ. Nam ex gemino Γ altera nota compacta est, ut quacumque inspicias, Γ occurrat. Est in Cimelio reginæ Christinæ.

Anno Christi 167. V. C. 920. Marci & Veri 7.

Kal. Januariis Lucius Verus fit Consul III. ut æque atque Marcus, fit ter Consul.

M. ANTONINVS AVG. ARM. PARTH. MAX. Capite laureato. .)(. TR. P. XXI. IMP. IIII. COS. III. Victoria cum palma & corona. Argenteus: & ex ære cum S C.

Ejusdem caput laureatum. .)(. L. Ζ. *Anno septimo*, qui more Græco incipit autumno anni hujus. Imperator vectus quadrigis. In Thesauro Mauroceni, pag. 124. Est & Gazensium, ΓΑΖΑ ΑC. *Anno* CCXXX.

Numismata Lucii, & Lucillæ.

L. VERVS ARM. PARTH. MAX. Capite laureato. .)(. TR. P. VII. IMP. IIII. COS. III. Marcus & Lucius in curru triumphali, præeuntibus militibus cum trophæo. Ex ære maximo in gaza Regia.

Eadem inscriptio. .)(. TR. P. VII. IMP. IIII. COS. III. Juppiter stans, dextra fulmen, læva hastam tenet: pallio suo Marcum togatum, sive habitu Senatorio indutum, & Verum pariter, infra stantes tegit. Ibidem, ex ære maximo.

Veri caput laureatum. .)(. In corona. ΘΕΑC CΥΡΙΑC ΙΕΡΟΠΟ. *Deæ Syriæ: Hieropolitarum* in Syria nummus. Ζ. *Anno septimo.* In Cimelio D. Foucault.

ΛΟΥΚΙΛΛΑ CE. ΑΝΤ. C. ΘΥ. Λουκίλλα σεβαστὴ Ἀντωνίνου Σεβαστοῦ θυγάτηρ. *Lucilla Augusta Antonini Augusti filia.* Caput Lucillæ. .)(. Isis seu Fortuna in lectisternio. L. Ζ. Est ex ære mediocri, ibidem: & apud Patinum, sed detrita epigraphe, pag. 258.

Anno Christi 168. V. C. 921. Marci & Veri 8.

M. ANTONINVS AVG. ARM. PARTH. MAX. Capite laureato. .)(. CONG. AVG. IIII. TR. P. XXI. IMP. III. COS. III. Duo Imperatores congiarium dant populo e suggesto. Est apud D. Vaillant: sed error est forte librarii, qui scripsit, TR. P. XXI. IMP. III. pro TR. P. XXII. IMP. IIII. Nam & Angeloni, pag. 179. & Mediobarbus e Museo suo, habent TR. P. XXII.

Eadem inscriptio. .)(. TR. P. XXII. IMP. IIII. COS. III. Juppiter stans pallio suo utrumque Augustum tegit. Similis est alter Veri, TR. P. VIII. IMP. IIII. COS. III. Uterque ex ære maximo.

Eadem inscriptio. .)(. TR. P. XXII. IMP. V. COS. III. S C. Æquitas sedet cum libra & Cornucopiæ. Est ex ære magno, in Museo nostro.

Ejusdem. .)(. L. Η. *Anno octavo.* Currus vectus serpentibus. In Thesauro Maurocchi, pag. 124. Est & ΚΕΡΑCΟΥΝΤΙΩΝ. ΕΤ. Η. de quo vide Nummos Populorum & Urbium.

Numismata L. Veri, Faustinæ, & Lucillæ.

L. VERVS AVG. ARM. PARTH. MAX. Capite laureato. .)(. TR. P. VIII. IMP. V. COS. III. FORT. RED. *Fortunæ reduci.* Sedet Dea cum temone & Cornucopiæ. Est ex ære magno in Museo nostro.

Α. ΑΥΡΗ. ΟΥΗΡΟC CEB. Capite laureato. .)(. ΕΙΡΗΝΗ. *Pax.* Dea sedet cum ramo oleæ. L. Η. *Anno octavo.* Est ex ære magno, in Cimelio D. Foucault.

Faustinæ. .)(. Nili effigies. L. H. In Thesauro Mauroceni, pag. 124.

Lucillæ. .)(. Currus vectus serpentibus. L. H. Ibidem.

Anno Christi 169. V. C. 922. Marci & Veri 9.

M. ANTONINVS AVG. ARM. PARTH. MAX. Capite laureato. .)(. TR. P. XXIII. IMP. V. COS. III. S C. Æquitas sedens cum libra & Cornucopiæ. Est ex ære magno, in Museo nostro. Mediobarbus, pag. 221. legit perperam IMP. VI.

M. ANTONINVS AVG. TR. P. XXIII. Capite laureato. .)(. LIBERAL. AVG. V. COS. III. Dea Liberalitas cum tabella & Cornucopiæ. Est argenteus apud P. CHAMILLART.

ATT. KAIC. M. AΥΡ. ANTΩNEINOC CEB. Capite laureato. .)(. KAIC. CEB. IEP. KAI ACT. ΥΠ. ΠΑΝΕΙΩ. Καισαρείας Σεβαστῆς ἱερᾶς καὶ ἀσύλυ. ὑπὸ Πανείῳ. *Cæsareæ Augustæ sacræ & inviolatæ sub monte Panio.* Vide Nummos Populorum & Urbium. POB. *Anno* CLXXXII. æræ incipientis ab autumno anni V. C. DCCLI. Nummus est Mediceus.

KAICAP. ΠΑΝΙΑΔΟC. Καισαρείας Πανιάδος. Organum decem fistularum, quoniam Pan Mercurii, apud Plinium, libro VII. sect. LVII. fistulam & monaulum invenisse dicitur. Ex simili allusione nominum quæsita in nummis etiam Græcis symbola passim vidimus. Adicitur in ea nummi parte anni nota, POB. hoc est, annus CLXXII. qui est annus Christi 169. post Septembrem. .)(. Caput diadematum, sine epigraphe. Cave putes esse Commodi. Nusquam enim vel Cæsares vel Augusti diademati sunt ante Constantinum, & etiam tunc rari admodum. Nec denique Commodus sic solus in nummis apparet ante annum Christi 175 Parebat ergo suo Tetrarchæ hoc etiam tempore Cæsarea Paneas cum Ituræa & Trachonitide: & annos sui fœderis cum Romanis notat in isto nummo.

M. Aurelii. .)(. L. Θ. *Anno nono.* Serapis. Est in Thesauro Mauroceni, pag. 124. Sunt & Lucii similes, L. Θ.

L VERVS AVG. ARM. PARTH. MAX. .)(. TR. P. VIIII. IMP. V. COS. III. FORT. RED. *Fortunæ reduci.* Apud. Mediob. pag. 238.

Λ. AΥΡΗΛΙΟC ΟΥΗΡΟC CEB. Caput laureatum. .)(. L. ENATOΥ. Serpens equo impositus. In Thesauro Mauroceni, pag. 124.

Qui L. Verum hoc anno decessisse ponunt, quin & illi Lucillam conjugem simul decessisse dicunt; cum nullus etiam Lucillæ magis quam Veri deinceps nummus appareat?. Reipsa concesso sibi novem annorum magistratu perfunctos, ad privatos se lares recepit. Reliquos Marci solius nummos, ad te sequenti epistola mittam. Die sabbati, 12. Septembris, 1699.

Nummus singularis M. ANTONINI *e Cimelio Patris* CHAMILLART.

Priusquam ad reliquos accedam M. Antonini nummos, juvat peculiari dissertatione illustrare nummum ex ære magno singularem, optimæ fabricæ, integerrimum, atque omni ex parte illæsum; qui est in Cimelio P. CHAMILLART. Mihi nuper est oblatus ille percommode; incidit enim in annum illum ipsum, in quo superior epistola terminatur, quique est postremus Marci cum L. Vero. Est hæc igitur illius nummi superscriptio. M. ANTONINVS AVG. TR. P. XXIII. Capite laureato. .)(. AVG. COS. VII. AVG. COS. IIII. S C. Effigies deinde Pietatis, cum hasta pura & patera.

Sententia est: Ab Augusto uno qui fuit Consul VII. Augustum alterum qui fuit Consul IIII. accepisse ut esset proximus Imperii heres; & ab Augusto postea isto, qui fuit Consul IIII. M. Antoninum accepisse similiter, ut proximus Imperii heres esset: Et quemadmodum M. Antoninus accepit ab eo qui fuit *Aug. Consul IIII.* ut designaretur eo tempore heres Imperii, ob affinitatem cum illo, ob quam sub eo Consulatu accepit Tribuniciam Potestatem; sic eum qui fuit *Augustus Consul IIII.* accepisse ab eo qui fuit *Aug. Consul VII.* ut jus proximum ad hereditatem Imperii adeptus sit, ob affinitatem aliquam; sive quia ex istius familia aliquis factus est eo anno, sive sub eo Consulatu, gener illius Augusti & Consulis VII. Pietatis imago sculpta in area idcirco est, quoniam ex Antonino Pio ortum accepit splendor ac dignitas M. Antonini.

Consectarium inde est, sensum hujus tituli istum esse. Quemadmodum M. Antoninus debet acceptam referre dignitatem suam Augustalem Tito Ælio Cæsari Antonino Pio, cujus filiam duxit uxorem, auctus propterea Tribunicia potestate, cum esset T. Ælius Antoninus *Aug. Consul IIII.* sic in familiam T. Antonini Pii, ipsumque Antoninum Pium, adductum esse idcirco principatum, quoniam ex ea familia quispiam factus sit gener Augusti, quo anno esset idem *Aug. Consul VII.* ac proinde Titi qui Vespasiani filius. Nervam igitur Cæsarem oportet illum fuisse ex familia Ælia (ex qua prodiit T. Ælius Antoninus) qui factus sit Titi Vespasiani gener, secundis nuptiis; quo anno Titus esset *Augustus COS. VII.* Neque enim his temporibus aut fuit Augustus alter Consul VII. qui haberet filiam nubilem, nisi Titus; cujus filia in nummis dicitur, IVLIA IMP. T. AVG. F. AVG. aut alter fuit Augustus, privatusve, qui potuerit Titi gener esse, & propterea jus principatus ad Antoninum Pium transferre, præter Nervam.

Erat igitur Nerva ipse *Ælius*, æque ac Titus Ælius Cæsar Antoninus, qui materno genere, ut olim ad te scripsi, nepos Nervæ fuit, & avunculum habuit eum, qui L. AELIVS CAESAR in nummis Latinis scribitur. En igitur stemma M. Antonini, quale ex hoc etiam præclaro numismate fuisse intelligitur.

VESPASIANVS AV.

TITVS AVG. COS. VII. — DOMITIANVS AVG.

L. Ælius NERVA Cæsar Aug. Conjux secundis nuptiis Julia Titi F. — IVLIA IMP. T. AVG. F. AVG.

Ælia Nerva Augusta, conjux Antoniani Pii. — L. AELIVS Nerva CAESAR.

T. AEL.

T. AEL. CAESAR ANTONINVS AVG. PIVS, qui fuit AVG. COS. IIII.

Annia FAVSTINA PIA, conjux M. Antonini. — M. ANTONINVS.

COMMODVS ANTONINVS AVG.

Sic fuit Antoninus Pius materno genere nepos Nervæ, idemque pronepos Titi, nepos neptis Vespasiani Aug. Ex hac consanguinitate fiebat, ut Commodus Aug. Pii nepos, Marci filius, in se uno repræsentaret nobilitatem familiarum octo Romanarum supra ceteras nobilissimarum: *Flaviæ*, ex Tito & Vespasiano: *Juliæ*, tum ex iisdem Cæsaribus, tum ex aliis majoribus suis: nam Cæsares *Julii* sunt, ut sunt Condæi *Borbonii*: *Pompeiæ*, siquidem Pii ex Pompeio sunt: *Antoniæ*, siquidem Antonini & Antoniani sunt ex Antonio, genere materno: *Æliæ*, ex qua T. Ælius Antoninus Pius, avus Commodi, genere materno fuit: *Galeriæ*, ex qua Faustina Pii, avia Commodi: *Aureliæ* denique, ex M. Aurelio Commodi patre. Quæ causa est quamobrem cusum numisma sit in honorem Commodi cum hac epigraphe, NOBILITAS AVG. Nam reipsa longe nobilior patre ipso suo M. Aurelio fuit. Aurelius enim in nummis nullus apparet ante illum, nec apud Plinium, præter L. Aurelium Consulem, annis ante Christum amplius centum quinquaginta.

Docet ergo hic nummus, familiam Ælii Antonini Aug. tametsi jam erat ipsa ex familia Cæsarum, debere acceptum referre *Augusto Consuli VII.* hoc est, Tito Cæsari, ob matrimonium initum cum Julia Titi filia, quod pervenerit statim ad principatum: quemadmodum M. Antoninus, quod eumdem principatum sit statim adeptus, debet acceptum referre *Augusto Consuli IIII* hoc est, Antonino Pio, ob conjugium cum ejus filia initum.

Ergo anno Christi 79. affinitatem junxit Nerva cum Tito. Nam fuit eo anno Titus, nec prius fuit, AVG COS. VII. Anno sequente COS. VIII. fuit. Cudebantur tunc nummi in honorem Juliæ Augustæ, quoniam esset Augusti filia: non item in honorem Nervæ, quoniam esset adhuc privatus, nec designatus Augusti successor. Quod si debebat imperium Antoninus Pius huic affinitati; certe oportet Nervam fuisse quoque *Ælium*. Nam cum Principem oporteret esse *Cæsarem*; *Cæsar* autem non esset Antoninus, nisi quia *Ælius* esset, ut nummi testantur inscripti, T. AEL. CAESAR ANTONINVS: (sunt enim ab Æliis Ælii, ut a Borboniis Borbonii:) necesse est Nervam, a quo Antoninus accepisset jus proximum ad imperii hereditatem, *Ælium* quoque fuisse. Ergo necesse est ex Nervæ filia natum esse Antoninum Pium: nam genere paterno Antoninus Pius fuit. Ergo Nervæ Cæsari filia fuit, Ælia Julia Nerva dicta, mater T. Ælii Cæsaris Antonini Pii.

Anno 79. Titus AVG. COS. VII.
Anno 81. Ælia Juliæ Titi & Nervæ Aug. filia nascitur.
Anno 90. Julia Titi obit: ex nummis.
Anno 100. Antoninus Pius nascitur.
Anno 138. Antoninus Pius Aug. salutatur.
Anno 145. AVG. COS. IIII. fuit.
Anno 150. Nubit Faustina Pia M. Aurelio Cæsari, qui fuit M. Antoninus:

Non ipso quidem anno, quo Consulatum accepit Antoninus Pius, sed cum adhuc gereret hunc Consulatum. Quam ob causam fortassis Monetarius ultimam quaternarii numeri notam aliquo intervallo diremit a prioribus.

Percussus hic nummus est M. Antonini anno TR. POT. XXIII. qui est Christi 169. vicesimus post conjugium cum Faustina Pii filia initum: Commodi ætatis quintodecimo anno. Vicesimo nimirum anno post illud conjugium, visum est, non posse inscriptionem in nummo insculpi gratiorem Principi, quam quæ redire faceret in memoriam legentes geminæ hujus affinitatis; cum Tito scilicet Vespasiani filio, & cum Antonino Pio: unde decus ad Augustam, nempe ad Faustinam Pii filiam, Marci conjugem, & ad Commodum filium, nihilo minus quam ad Augustum, redundaret. Et satis iners alioqui Princeps, ut ex nummis ejus apparet, vix aliud suppeditabat argumentum, quod in ære anno eo posset inscribi. Itaque illud selectum est, quod Nobilitatem commendaret Cæsaris tunc adolescentis, nempe Commodi. Neque certe potuit illa aut compendiosius, aut ingeniose magis in nummo exprimi.

Hinc enimvero etiam intelligimus, quorsum Antoninus Pius, quamvis jam paterno genere e gente Antonia esset, & Marci prænomen idcirco haberet; in illa gente proprium primogenitorum, quod propterea pari lege transmisit ad posteros; tamen illud dimiserit in principatu, ut Titi prænomen assumeret, quod fuit proprium Flaviæ gentis, & ea ætate nobilius; quoniam Flavia gens ex ipsiusmet Augusti nepte fuerat Augusta, Antonia non sic fuerat. Unde quemadmodum *Marcum* dicere idem fuit, ac primogenitum familiæ vel gentis Antoniæ; sive M. Antoninum, sive M. Antonium: sic *Titum* qui appellat inter Cæsares, primogenitum Flaviæ gentis designat: cujus rei fidem faciunt tituli, DIVO TITO: DIVO MARCO. Titi ergo prænomen Antoninus Pius accepit, ut maternum genus, sive proavum maternum indicaret, Flaviamque gentem Augustam, unde prognatus esset. Sic Commodus, qui initio principatus sui *Marcus* fuit, sub finem dici *Lucius* maluit, ut ex Ælia gente, cujus prænomen proprium *Lucius* esset, originem se ducere demonstraret. In gente Ælia *Titi* prænomen ante Antoninum Pium non apparet. Ex Plinio constat fuisse Caios, Lucios, Publios: ex nummis, Quintos. *Titus Ælius* hic primus fuit, ut se Titi nepotem ostenderet: quam illi consanguinitatem hic etiam nummus asserit.

Sunt & alii hujus formæ nummi, hoc est, qui tituli novitate crucem figunt Antiquariis. Nam ut illum ipsius M. Aurelii sive Antonini omittam, quem affert Spanhemius, pag. 702. de quo jam ad te memini me scribere, qui est inscriptus, TRIB. POT. VII. TRIB. POT. VIII. multi sunt sub Vespasiano & Domitiano, in quibus ob similes difficultates incogitantiæ Monetarios arguunt, tum qui veræ eruditionis gustum nullum habent, tum Antiquarii illi, qui nummos veteres nonnisi ad mercatum norunt. Ejus generis est ille in primis e Gaza Regia: IMP. C. DOMIT. AVG. TR. P. COS. XV. CENS. P. P. Caput Domitiani. ※. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M. TR. POT. COS. II. Caput Vespasiani laureatum. Ob duas illas annorum notas, quæ simul stare judicio Antiquariorum non possunt, hic deceptum illi Monetarium exclamant: Cum sententia sit, qualis in nummo fere M. Antonini, de quo nunc ad te scribo,

bo, Domitianum Augustum, id omne quod tunc haberet dignitatis ac potestatis, quod esset nimirum Consul quindecies & Censor perpetuus, acceptum Vespasiano referre, meritoque ipsius erga Rempublicam, capta Judæa: id quod ille effecit, cum esset Consul secundum. Alios septem vel octo similis formæ nummos, hoc est, ingeniosa totidem ænigmata illorum temporum, memini me tibi in prioribus epistolis commemorare: quibuscum si istum M. Antonini contuleris, idem in omnibus ingenium agnosces, & huic etiam nummo præ ceteris palmam dabis. Vale. Dabam die sabbati, 26. Septembris, 1699.

MARCVS ANTONINVS.

Anno Christi 170. V. C. 923. *M. Antonini* 10.

M. ANTONINVS AVG. TR. P. XXIIII. Capite laureato.)(. PROFECTIO AVG. COS. III. M. Antonius & Commodus filius in equis, præeunte milite cum vexillo, alio subsequente, cum signo militari. Commodus tunc fuit annorum sedecim. Est ex ære maximo in gaza Regia. At in Museo nostro ex ære magno, solus est M. Antoninus in equo: cetera sunt similia.

M. ANTONINVS AVG. TR. P. XXIIII. Capite laureato.)(. ADLOCVTIO AVG. S C. Imperator paludatus, e suggesto cohortes adloquitur. Est ex ære magno, in Museo P. CHAMILLART.

ANTONINVS AVG. TR. P. XXIIII. Capite laureato.)(. VICT. AVG. COS. III. Victoria dextra coronam ostentat, trophæum humero sinistro portat. Argenteus, ibidem.

ΑΥΤ. ΚΑΙϹ. Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ϹΕΒ. Capite laureato.)(. ΔΗΜΑΡΧΙΚ. ΕΞΟΥϹ. ΚΔ. *Tribuniciæ Potestatis* anno XXIV. Caput Jovis Hammonis. Est ex ære magno.

Faustinæ.)(. L. I. *Anno* x. Serpens erectus, cujus in vertice lotus est; ut nummum ex eo argumento cusum in Ægypto intelligas. Apud Patinum, pag. 251. In alio Isis decumbens in lectisternio, ut anno 167. in Lucillæ nummo, cum L. I. Patinus in Indice pag. 16. dicit hunc esse nummum L. Veri, cum sit Faustinæ potius: siquidem L. Veri annus x. aut Trib. Pot. X. non est in nummis.

Anno Christi 171. V. C. 924. *M. Antonini* 11.

Hoc anno M. Antoninus prælio vicit Germanos.

IMP. M. ANTONINVS AVG. TR. P. XXV. Capite laureato.)(. In corona, PRIMI DECENNALES COS. III. S C. Ex ære magno, in Museo nostro, & aureus in gaza Regia. Ludi sunt editi post primum decennium Augusti principatus.

Eadem inscriptio.)(. VOTA SOL. DECEN. COS. III. S C. Exacto feliciter primo decennio vota superis soluta. Est ex ære magno, in Museo nostro.

Eadem inscriptio.)(. VOTA SVSCEPTA DECEN. II. COS. III. S C. *Vota suscepta decennalia secunda*, sive pro secundo decennio Augusti, principatus feliciter transigendo. Stans ipse togatus ante aram sacrificat. Est ex ære magno, ibidem.

M. ANTONINVS AVG. TR. P. XXV. Capite laureato.)(. IMP. VI. COS. III. Victoria scribit in clypeo, VIC. GER. *Victoria Germanica*. Ex ære mediocri in Cimelio D. FOVCAVLT, & apud P. CHAMILLART.

M. AVREL. ANTONINVS AVG. TR. P. XXV. Capite laureato.)(. IMP. VI. COS. III. VICT. GERM. Victoria in quadrigis palmam gerit. Vidimus hunc ex ære minimo.

M. Aurelii.)(. ΔΗΜΑΡΧΙΚ. ΕΞΟΥϹ. ΚΕ. *Tribuniciæ Potestatis anno* XXV. Caput Jovis Hammonis. Est ex ære magno, in Cimelio reginæ Christinæ.

Ejusdem.)(. L. IA. *Anno* XI. In Thesauro Mauroceni, pag. 124

Faustinæ.)(. L. ΕΝΔΕΚΑΤΟΥ. Templum Isidis. Ibidem, pag. 125

Anno Christi 172. V. C. 925. *M. Antonini* 12.

M. ANTONINVS AVG. TR. P. XXVI. Capite laureato.)(. IMP. VI. COS. III. S C. Roma sedet cum hasta & Victoria. Ex ære magno, in Museo nostro. In alio simili, apud P. CHAMILLART, Victoria scribit in clypeo, VIC. GER. *Victoria Germanica*.

M. ANTONINVS AVG. TR. P. XXVI. Capite laureato.)(. IMP. VI. COS. III. S C. Imp. paludatus cum hasta, e suggesto copias recenset: *il fait la revenë de son armée*. Infra, PROVIDENTIA AVG. Est ex ære magno, in Museo P. CHAMILLART.

Ejusdem.)(. ΔΗΜΑΡΧΙΚ. ΕΞΟΥϹ. ΚϚ. *Tribuniciæ Potestatis anno* XXVI. Caput Jovis Hammonis.

Ejusdem.)(. L. IB. *Anno* XII. Ægypti effigies. In Thesauro Mauroceni, pag. 125. In alio, L. ΔΩΔΕΚΑΤΟΥ. Justitiæ imago. Ibidem, pag. 124.

Faustinæ.)(. L. ΔΩΔΕΚΑΤΟΥ. Isis ante Pharum. Ibidem, pag. 125.

Anno Christi 173. V. C. 926. *M. Antonini* 13.

Kalendis Januariis M. Antoninus *Germanicus* appellatur.

M. ANTONINVS AVG. TR. P. XXVII. Capite laureato.)(. In corona laurea, VICT. GERMA. IMP. VI. COS. III. S C. Victoria ipsa est, quæ est relata anno 171. ob quam adipisci tamen nondum potuit, ut GERMANICVS diceretur in nummis ex Senatusconsulto. Est ex ære magno in Museo nostro.

Eadem inscriptio.)(. GERMANIA SVBACTA. IMP. VI. COS. III. S C. Trophæum: ad pedes captivus sedet. Ex ære mediocri apud D. FOVCAVLT: ex ære magno, in Museo P. CHAMILLART.

Eadem inscriptio.)(. Procidentem in genu Italiam, cui caput radiatum, & orbis Romanus in manu, ut reginæ orbis, Imperator stans paludatus sublevat. RESTITVTORI ITALIAE. IMP. VI. COS. III. S C. Italia restituta, quoniam a Germanorum armis metu liberata. Est ex ære magno in Museo nostro.

Eadem inscriptio.)(. RESTITVTORI SARMATIAE. S C. Stans ipse cum hasta, sublevat Provinciam, cui turritum caput, procidentem in genu. Est ex ære magno, apud D. FOVCAVLT.

M. AVREL. ANTONINVS AVG. TR. P. XXVII. Capite laureato.)(. Imperator e Germania redux, egrediens e templo, quod pone cernitur, a Victoria manum ei præbente ducitur, præeunte milite cum vexillo, & altero comite; simul tendunt ad arcum triumphalem, Augusto reduci & in Urbem advenienti præparatum. ADVENTVS AVG. IMP. VI. COS. II. Apud D. Vaillant, ex ære maximo, pag. 202. sed legendum COS. III.

M. AVREL. ANTONINVS AVG. TR. P. XXVII. Capite laureato)(. GERMANICO AVG. IMP. VI. COS. III. Trophæum, cui captivus alligatus stat, manibus post tergum vinctis: ex adverso Germania sedens luget. S C. Est ex ære magno, in Museo nostro.

Ea-

Eadem inscriptio. .)(. Templum, cui columnæ quatuor: in ipso aditu Mercurius stat: in summo fornice, gallus gallinaceus, aries, caduceus. Infra, RELIGIO AVG. *Religio Augusti.* S C. Ex ære magno, in Museo nostro. Pax ab Augusto procurata, tuta mercatoribus facit itinera; suum cuique rustico gallinaceum & arietem asserit. Rem alienam attingere fecit Augustus ut unicuique religio sit. Vide PIETAS AVGG. in Herennio Etrusco.

Eadem inscriptio, capite radiato. .)(. Mercurius stat, galero pedibusque alatis, læva caduceum, dextra crumenam gestat: ad pedes, gallinaceus. RELIG. AVG. IMP. VI. COS. III. S C. Ex ære mediocri, apud D. Foucault. *Religio Augusti*, ut proxime, eo nomine commendatur, quod propositis variis edictis sua jam sit rusticis gallina, sua viatoribus sive mercatoribus crumena in tuto, a latronum unguibus, a militum rapina.

Anno Christi 174. V. C. 927. *M. Antonini* 14.

M. ANTONINVS AVG. TR. P. XXVIII. Capite laureato. .)(. RELIG. AVG. ut supra. IMP. VI. COS. III. Argenteus est e Gaza Regia: in quo Mercurius stans, dextra pateram, læva caduceum tenet.

Eadem inscriptio. .)(. IMP. VI. COS. III. S C. Juppiter sedens læva hastam, dextra Victoriam tenet. Ex ære magno, in Museo nostro.

M. ANTONINVS AVG. TR. P. XXIIX. Capite laureato. .)(. C. L. I. COR. Vide Nummos Populorum & Urbium.

Anno Christi 175. V. C. 918. *M. Antonini* 15.

Kalendis Januariis M. Antoninus a Senatu *Sarmaticus* appellatur. Commodus Antonini F. fit in Oriente Αὐτοκράτωρ.

M. ANTONINVS AVG. GERM. SARMATICVS. Capite laureato. .)(. TR. P. XXIX. IMP. VIII. COS. III. S C. Dea stat cum Cornucopiæ ante aram. Est ex ære magno in Museo P. Chamillart.

M. ANTONINVS AVG. TR. P. XXIX. Capite laureato. .)(. IMP. VII. COS. III. S C. Fluvius jacens cum navigiolo. Ex ære mediocri, in Museo nostro.

Eadem inscriptio. .)(. LIBERALITAS AVG. VI. IMP. VII. COS. III. S C. Dea Liberalitas stat cum tabella & Cornucopiæ. Est ex ære magno in Museo nostro.

M. ANTONINVS AVG. GERM. SARM. .)(. TR. P. XXIX. IMP. VIII. COS. III. Imperator stans, dextra Victoriam, læva hastam tenet. Apud Occonem, pag. 291.

M. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ϹΕΒ. Capite laureato. .)(. Canopus. L. IE. *Anno* XV. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. Foucault.

ΑΥΤΟ. ΚΟΜΟΔΟϹ. *Imperator Commodus.* Commodi caput, vultu juvenili, annorum tamen amplius viginti. .)(. Diana venatrix. ΡΑΦΙΑ. ΖΑϹ. Cusus ante Septembrem anni hujus: *anno* CCXXXVII. æræ Pompeianæ. Est in gaza Regia.

Anno Christi 176. V. C. 929. *M. Antonini* 16.

Natali Urbis, Commodus accipit Tribuniciam Potestatem.

M. ANTONINVS AVG. GERM. SARM. Capite radiato. .)(. TR. P. XXX. IMP. VIII. COS. III. In medio nummo, P. P. FORT. REDVCI. *Pater Patriæ, Fortunæ reduci*, sive Annonæ vel Abundantiæ reduci. Ex Thesauro Mediceo Mediobarbus, pag. 225.

Eadem inscriptio. .)(. TR. P. XXX. IMP. VIII. COS. III. P. P. PAX AETERNA. Imperator face comburit spolia, læva Cornucopiæ gerit. Est in Thesauro Maurocení, pag. 100.

M. ANTONINVS AVG. GERM. SARMATICVS. Capite laureato. .)(. CLEMENTIAE AVG. TR. P. XXX. IMP VIII. Infra, COS. III. In medio, S C. Clementia stat cum hasta & patera. Clementia M. Antonini prædicatur, necdum tamen *Pater Patriæ* appellatur. Nam priores nummos duos, in quibus P. P. legi dicitur, nec ipsi vidimus, nec descriptos accurate fuisse ausimus præstare. Est hic ex ære magno, in Museo nostro.

M. ANTONINVS AVG. GERM. SARM. TR. P. XXX. Capite laureato. .)(. IMP. VIII. COS. III. S C. CLEMENTIA AVG. ut proxime. Ibidem.

M. ANTONINVS AVG. TR. POT. XXX. Capite nudo. .)(. FAVSTINA AVG. ANTONINI AVG. PII FIL. Caput Faustinæ Marci. Est ex ære maximo apud D. Vaillant, sed nobis jure suspectus.

Numismata Commodi.

L. AVRELIVS COMMODVS CAES. AVG. FIL. GERM. *Cæsar Augusti filius Germanicus.* .)(. PRINC. IVVENT. *Princeps Juventutis.* Stat ipse paludatus cum hasta: retro, trophæum. S C. Ex ære magno, apud P. Chamillart. *Aurelius Commodus* prænomen apponit, quoniam jam alter ex Aurelia familia ipsius Augustus præcessit, nempe Aurelius Antoninus pater. *Lucii* prænomen adhibet, quoniam illud proprium primogenitorum in gente Aurelia fuit, ut superioribus litteris ad te scripsi. Deinde *Aurelius* ex gente paterna; ex materna *Commodus* appellatur: *Cæsar* ex ambobus parentibus. Idem denique *Germanicus*, & *Sarmaticus* etiam, de patris cognominibus nuncupatur.

COMMODO CAES. AVG. FIL. GERM. SARM. Capite nudo. .)(. SPES PVBLICA. Spei typus. S C. Ex ære mediocri, in Museo nostro. Ex ære magno, & ex argento, apud P. Chamillart.

COMMODVS CAES. GERM. ANTONINI AVG. GERM. FIL. Capite nudo. .)(. M. Antonini caput laureatum. Ex ære maximo, apud D. Vaillant.

COMMODO CAES. AVG. FIL. GERM. SARM. Capite nudo. .)(. PIETAS AVG. Vasa Pontificalia. Pietas Augusti commendatur, qui Cæsarem filium in collegium Pontificum curaverit cooptari. S C. Est in Museo P. Chamillart.

Eadem inscriptio. .)(. In corona laurea: EQVESTER ORDO PRINC. IVVENT. *Principi Juventutis.* S C. Ibidem, & in Cimelio D. Foucault.

Anno Christi 177. V. C. 930. *M. Antonini* 17.

Kalendis Januariis init Consulatum Commodus: & in Natali Urbis IMP. & AVG. appellatur: circa mensem Junium, *Pater Patriæ*: quo titulo simul donatus est M. Antoninus pater. Absonum enim visum est, esse filium Patrem Patriæ, dum eo titulo pater careret. Itaque simul est titulus concessus ambobus.

M. ANTONINVS AVG. GERM. . . . Capite laureato. .)(. CLEMENTIA AVG. TR. P. XXXI. IMP. VIII. COS. III. S C. Stat cum hasta & patera. Est ex ære magno, in Cimelio D. Foucault.

M. ANTONINVS AVG. GERM SARM TR. P. XXXI. Capite laureato. .)(.

Dea Liberalitas stat, cum tabella & Cornucopiæ. LIBERALITAS AVG. VII. IMP. VIII. COS. III. P. P. S C. Est ex ære magno in Museo P. CHAMILLART.

Eadem inscriptio. .)(. PROPVGNATORE, subintellige, *Jove*, qui sculptus est in area nummi. IMP. VIII. COS. III. P. P. S C. Juppiter dextra fulmen tenet: ad pedes dejectus humi hostis pileatus, manum tendit supplicem. Est ex ære magno in Museo San-Genovefano. In alio legitur, PROPVGNATORI.

M. ANTONINVS AVR. GERM. SARM. Capite radiato. .)(. TR. P. XXXI. IMP. VIII. COS. III. P. P. DE GERM. S C. Trophæum, cum duobus captivis. Ex ære mediocri, in Museo nostro. In alio ibidem ex ære magno, capite laureato, congeries armorum est: infra, DE GERMANIS. S C.

M. ANTONINVS AVG. GERM. SARM. TR. P. XXXI. Capite laureato. .)(. Triremis: in summa puppe Imperator; cujus felicitas in regendo imperio hoc symbolo significatur. IMP. VIII. FELICITATI AVG. P. P. COS. III. S C. Ex mediocri, ibidem.

AVRELIO CAESARI ANTONINO P. P. Capite laureato. .)(. COL. PRIMA FL. AVG. CAESAREA, Palæstinæ. Vide nummos Populorum & Urbium.

M. Antonini: ΓΑΒΑΛΕΩΝ. ΓΚC. *Anno* CCXIII. Vide Nummos Populorum & Urbium.

Faustinæ: L. IZ. *Anno* XVII. In Thesauro Mauroceni, pag. 125. & ex ære mediocri, apud D. FOVCAVLT, cum effigie Serapidis.

Numismata Commodi.

IMP. CAES. L. AVREL. COMMODVS GERM. SARM. Capite laureato, vultu juvenili. .)(. TR. POT. II. COS. S C. Duo Imperatores in suggesto sedentes, cum Præfecto militum Prætorianorum stante, & Dea Liberalitate adstante pariter, ac tabellam tenente cum Cornucopiæ, liberalitatem populo exhibent. Infra, LIBERALITAS AVG. Est ex ære magno, in Museo nostro. In alio, e Thesauro Mediceo, stat sola Liberalitas cum tabella & Cornucopiæ.

Eadem inscriptio. .)(. Currus triumphalis, junctus quadrigis, signifero præeunte: in curru Commodus cum patre triumphat, & scipionem gerit Consularem, in cujus apice Aquila Romana est: Victoria in aëre volitans præit. Infra, TR. POT. COS. Gerit hoc anno Consulatum Commodus, quia primus hic annus est post acceptam Tribuniciam potestatem. Cusus hic nummus est ante Natalem Urbis: quo die dici cœpit TR. POT. II. Est ex ære maximo, in Cimelio D. FOVCAVLT.

L. AVRELIVS COMMODVS AVG. GERM. SARM. Capite laureato .)(. TR. P. II. COS. P. P. Trophæum: captivi duo infra sedent. In imo, DE SARM. *De Sarmatis.* Est ex ære magno, in Museo nostro. Alius, apud P. CHAMILLART, habet DE GERM. *De Germanis.* Victoria hæc Germanica est, relata anno 171. qua in expeditione comes Antonino patri Commodus fuit, ut vidimus in nummo primo anni 170. Sarmatiæ pars aliqua tunc etiam domita est, ut vidimus anno 173. Germanici ac Sarmatici titulos ob eam victoriam Antoninus vix extorsit a Senatu post annos duos tresve: triumphus autem non ante hunc annum decretus ipsi ac filio fuit. Tamdiu Senatus censuit fortassis, non fuisse eam materiam justi triumphi.

IMP. L. AVREL. COMMODVS AVG. GERM. SARMAT. Capite laureato. .)(. TR. P. II. COS. P. P. Congeries armorum. Infra, DE GERMANIS. S C. Est ex ære magno, in Museo nostro.

Ejusdem. .)(. VOTA PVBLICA. TR. P. II. IMP. II. COS. P. P. S C. Commodus sacrificat ante aram. Est ex ære magno, in gaza Regia, & apud P. CHAMILLART.

COMMODO CAES. AVG. FIL. GERM. SARM. COS. Capite nudo. .)(. HILARITAS. S C. Hilaritas Dea tenet Cornucopiæ, & palmam arborem apprehendit. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT, cusus ante Natalem Urbis.

Eadem inscriptio. .)(. PRINCIPI IVVENTVTIS. S C. Duæ dexteræ simul junctæ tenent signum militare. Est ex ære mediocri, ibidem: cusus similiter ante Natalem Urbis.

Commodi caput laureatum. .)(. TR. P. II. IMP. II. COS. P. P. Dextra equum freno retinet, læva virgam tenet. Symbolum illud est Principis Juventutis, vel Magistri Equitum. Occurrit & in Aurelio Cæsare Commodi patre. Cusus hic nummus est circiter mensem Junium.

CRISPINA AVG. IMP. COMMODVS AVG. GERM. SARM. Capita duo adversa: Crispinæ, latere dextro: Commodi, sinistro. .)(. VOTA PVBLICA. Juno dextras Commodi & Crispinæ jungit. Commodus togatus ad dextram est, ad lævam Crispina: honorem habent Augusto conjugi suæ. Nummus est ex ære maximo, cujus formam in plumbo expressam habemus.

Anno Christi 178. V.C. 931. *M. Antonini* 18.

M. AVREL. ANTONINVS AVG. GERM. SARM. TR. P. XXXII. Capite laureato. .)(. IMP. VIIII. COS. III. P. P. Juppiter nudus cum hasta trophæum erigit; in imo; captivi duo. Est ex ære maximo.

Eadem inscriptio. .)(. IMP. VIIII. COS. III. P. P. S C. Æquitas cum libra & Cornucopiæ. Est ex ære magno apud P. CHAMILLART.

Numismata Veri, post consecrationem.

Obiisse hoc anno L. Verus videtur, & inter divos fuisse relatus.

DIVVS VERVS. Capite nudo. .)(. M. AVREL. ANTONINVS AVG. TR. P. XXXII. Capite laureato. In libro D. Vaillant, primo edit. legitur IMP. XXXII. in secunda IMP. XXII. errore gravi, forte librarii. In nummo ex ære magno, quem servat Gaza Regia, scriptum est perspicue, TR. P. XXXII. uti exhibemus. Neque vero M. Antoninus IMPerator fuit omnino plus decies. Itaque hoc anno videri potest ex hoc nummo L. Verus obiisse, & Divis fuisse adnumeratus a Senatu, Marci rogatu & Commodi; annis ipsis novem, ex quo L. Verus Tribunicia potestate se & Augustali dignitate exuerat.

DIVVS VERVS: Capite nudo. .)(. L. VERVS AVG. ARM. PARTH. MAX. Capite ejusdem laureato. Est ex ære magno pulcherrimus, ut ad me scriptum est ex Urbe Roma. Docet hic nummus non fuisse L. Verum, cum factus est Divus, sive cum e vita excessit, Augustum, hoc est, Augusta potestate auctum. Unde non dicitur DIVVS VERVS AVG. sed ejusdem, dum Augustus esset, res præclare gestæ, in contraria nummi area commemorantur.

DIVVS VERVS. Capite nudo. .)(. CONSECRATIO. Rogus. S C. Est ex ære magno, in Museo nostro. In alio, ibidem, Aquila Romana orbi Romano insistit.

Nu-

Numismata Faustinæ, & Commodi.

Faustinæ caput. .)(. L. IH. *Anno* XVIII. Marci Antonini: qui annus incipit autumno anni hujus apud Græcos. Nilus jacens cum arundine & Cornucopiæ. Infra, crocodilus. Est apud Patinum, pag. 251.

L. AVREL. COMMODVS AVG. Capite laureato. .)(. Victoria cum palma & corona. TR. P. III. IMP. II. COS. P. P. S C. Ex ære mediocri, in Cimelio D. FOUCAULT, cusus post Natalem Urbis: quo die dici Commodus cœpit TR. POT. III.

Eadem inscriptio, capite nudo. .)(. VOTA PVBLICA. TR. P. III. IMP. II. COS. P. P. Ex ære mediocri, ibidem.

Anno Christi 179. V. C. 932. *M. Antonini* 19.

Kalendis Januariis Commodus Aug. init Consulatum II.

M. AVREL. ANTONINVS AVG. TR. P. XXXIII. Capite laureato. .)(. IMP. X. COS. III. P. P. S C. VIRTVS AVG. Imperator sedens, dextra hastam, sinistra tenet bacillum Imperatorium. Mediobarbus, pag. 227. e Museo suo.

M. Antonini. .)(. L. IΘ. Anno XIX. qui apud Græcos autumno incipit anni hujus. Nilus decumbens. Est ex ære magno.

ΦΑΥCΤΕΙΝΑ CΕΒΑCΤΗ. Caput Faustinæ Marci. .)(. L. IΘ. *Anno* XIX. Caput Serapidis. Est ex ære mediocri, apud D. FOUCAULT.

Eadem inscriptio. .)(. L. IΘ. Ara. In Thesauro Mauroceni, pag. 125. Hi nummi fabulas Capitolini refellunt de morte Faustinæ: ubi quot verba, tot mendacia sunt.

Numismata Commodi.

L. AVREL. COMMODVS AVG. TR. P. III. Capite laureato. .)(. LIBERTAS AVG. IMP. II. COS. II. P. P. Dea Libertas pileum dextra tenet. S C. Ex ære mediocri, in Museo nostro: cusus ante Natalem Urbis: quo die Commodus dici cœpit TR. P. IIII.

L. AVREL. COMMODVS AVG. Capite laureato. .)(. TR. P. III. IMP. II. COS. II. P. P. Ipse stans equum dextra regit, ut Magister Equitum. Argenteus in Gaza Regia, cusus ante Natalem Urbis.

Eadem inscriptio. .)(. VOTA PVBLICA. IMP. II. COS II. P. P. Commodus ante aram sacrificat. Ex ære mediocri, ibidem.

Eadem inscriptio. .)(. Victoria sedet cum palma & corona. TR. P. IIII. IMP. III. COS. II. P. P. Est argenteus in Museo nostro: ex ære mediocri, capite radiato, in Cimelio D. FOUCAULT, cusus post Natalem Urbis.

Anno Christi 180. V. C. 933. *Commodi* 1.

M. AVREL. ANTONINVS AVG. Capite laureato. .)(. TR. POT. XXXIIII. IMP. X. COS. III. Lupa cum gemellis. Ex ære mediocri in Museo nostro.

M. AVREL. ANTONINVS AVG. TR. P. XXXIIII. Capite laureato. .)(. VIRTVS AVG. IMP. X. COS. III. P. P. S C. Dea sedens dextra tenet hastam, sinistra Victoriam. Ex ære magno, ibidem.

Numismata Commodi, ante abdicationem M. Antonini.

L. AVREL. COMMODVS AVG. TR. P. V. Capite radiato. .)(. VIRTVS AVG. IMP. III. COS. II. P. P. Sedet ipse cum hasta & fulmine. S C. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOUCAULT.

Eadem inscriptio. .)(. IOVI VICTORI. IMP. III. COS. II. P. P. Juppiter sedens Victoriam dextra tenet. Apud P. CHAMILLART.

Eadem inscriptio, capite laureato. .)(. ADVENTVS AVG. IMP. IIII. COS. II. P. P. Ipse in equo, dextra elata. Infra S C. Ex ære magno, ibidem.

IMP. L. AVREL. COMMODVS AVG. GERM. SARM. Capite laureato. .)(. LIB. AVG. *Liberalitas Augusti.* TR. P. V. IMP. IIII. COS. II. P. P. Dea Liberalitas stans, dextra tabellam, læva Cornucopiæ tenet. Est apud Mediobarbum, pag. 244. Hæc Liberalitas secunda est, pro Quinquennalibus Tribuniciæ potestatis.

Mense Julio vel Augusto, M. Antoninus, post annos XIX. Augustæ potestatis, sponte anno ipso vicesimo, ne cogi lege videretur, deponit principatum, quem Commodus filius suscepit, cum titulo P. M. Antoninus ipse, post obitum, quocumque ille anno contigit, inter Divos refertur: verum quoniam privatus decessit, non DIVVS AVG. appellatur, sed DIVVS tantum.

DIVVS M. ANTONINVS PIVS. Capite nudo. Numquam enim iste in nummis consecrationis laureato capite est. .)(. CONSECRATIO. S C. Aquila defert Antoninum in cælum. Ex ære magno in Museo nostro. Sunt & alii ibidem plures typi.

DIVVS MARCVS ANTONINVS PIVS. Capite nudo. .)(. CONSECRATIO. Aquila Romana fulmen unguibus tenet. Argenteus ibidem.

DIVO MARCO ANTONINO. Capite radiato. .)(. CONSECRATIO. Aquila, expansis alis. Argenteus ibidem, ævo Gallieni cusus.

DIVO MARCO. Capite radiato. .)(. CONSECRATIO. Aquila expansis alis. Argenteus, in Cimelio P. CHAMILLART, ævo Gallieni cusus.

COMMODVS IMP.

Post patris abdicationem, Commodus Marci prænomen assumsit, dictusque est *M. Aurelius Commodus Antoninus Aug. Pius*, vel *Marcus Antoninus Aug.* Ubi *Marcus* prænomen est primogenitorum gentis Antoniæ, in quam per patrem ipsum Aurelium insertus fuerat: unde & M. Aurelius iste interdum dicitur, prænomine Antoniæ gentis, cum gentis paternæ nomine posito: *Commodus* deinde a matre Commoda Faustina: denique *Antoninus Aug. Pius*, ab avo materno. Fuit enim Antonini Aug. Pii nomen celebratissimum; quoniam is primus Augustorum tres primarias Urbis Romæ familias in se exhiberet: Antoniam, Augustam, Piam, sive Pompeïam. Itaque ut ex eo suam originem posteri probarent, *Marci* prænomen assumpserunt; quod vel unum per se designabat primogenitum gentis Antoniæ, sive Antoninæ. Nam ipsum *Antonius* nomen post Pium transiit in proprium nomen in ea familia, æque ac nomen Antonii.

Supremis tamen annis maluit Commodus appellari, *L. Ælius Aurelius Commodus*; non levitate animi, ut vulgo creditur, sed ad indicandam vetustiorem nobilitatem suam. Nam ibi Lucius est prænomen, Æliæ gentis æque ac Aureliæ proprium: *Ælius*, gentis Cæsareæ nomen, non modo ab avo materno ipsius Antonino Pio, sed & ab abavo Ælio Nerva Cæsare Augusto, Antonini Pii ipsius avo: *Aurelius*, a gente paterna: *Commodus* denique, a materna dictus. Vide stemma Antonini Pii, quod ad te dudum

dum transmisi. Ex eo intelliges, ut & ex sequenti schemate, quamobrem dicatus Commodo fuerit nummus inscriptus, NOBILITAS AVG. quem suo loco proferam.

Stemma Commodi Imp.

Ælius NERVA CÆSAR AVG.

L. ÆLIVS CÆSAR. — Ælia, conjux Antoniani Pii

T. ÆL. CÆSAR ANTONINVS AVG. PIVS, cui conjux Annia Commoda FAVSTINA.

Commoda FAVSTINA PIA AVG. conjux M. Aurelii ANTONINI.

M. AVRELIVS COMMODVS ANTONINVS AVG. PIVS, qui & L. ÆLIVS AVRELIVS COMMODVS.

N. Cæsar, aliique LIBERI AVG. Commodi.

Numismata Commodi Imp.

M. COMMODVS ANTONINVS AVG. Capite laureato. *Marcus*, ut primogenitus gentis Antoniæ. *Commodus* ex matre deinde, denique Antoninus ex patre & avo. .)(. TR. P. V. IMP. IIII. COS. II. P. P. S C. LIBERALITAS AVG. III. Imperator sedet, Dea Liberalitate stante cum tabella & Cornucopiæ. Est hæc Liberalitas pro felicibus Imperii auspiciis: cum jam *Marcus* diceretur.

M. COMMODVS ANTONINVS. Capite radiato. .)(. Neptunus læva tridentem tenet, pede rupi imposito. In medio, COL. BER. *Colonia Berytus.* In ambitu, SEC. SAEC. *Securitas Sæculi.* Est hic nummus ex ære mediocri, in Cimelio. D. Fovcavlt.

IMP. CAES. M. ANT. COMMODVS AVG. Capite laureato. .)(. ADVENTVS AVG. IMP. IIII. COS. II. P. P. Imperator in equo, dextra elata. Est ex ære magno, apud D. Vaillant: sed errore saltem librarii, pro COS. III.

Commodi caput laureatum. .)(. L. A. *Anno primo.* Quadrigæ. Alius, L. A. Trophæum cum captivis. Alius, L. A. Caput Crispinæ conjugis. Sunt hi in Thesauro Mauroceni, pag. 126. Alius, L. A. Aquila fulmen unguibus tenet: apud Patinum in Indice, pag. 17. Annus primus Commodi Græco more incipit mense Septembri.

Ejusdem: L. K. *Anno* xx. Caput Jovis Olympii. De universo hoc genere nummorum, in quibus ætatis Commodi annos consignatos esse falso existimatum est, egi abunde in Chronologia Veteris Testamenti. Hos itaque hic omittam.

ΑΥΤ. ΚΑΙ. Μ. ΑΝΤ. ΚΟΜΟΔΟΝ C. hoc est, σεβαςόν. Græci nomen paternum *Antonini* & *Aurelii*, materno *Commodi* sæpe præponunt. Caput laureatum. .)(. ΚΑΙC. ΓΕΡΜΑΝΙΚΑΙΩΝ. *Cæsariensium Germanicæorum.* ΕΤ. ΡΛΘ. *Anno* cxxxix. Est hic nummus ex ære mediocri, in Cimelio D. Fovcavlt. Vide Nummos Populorum & Urbium, verbo CAESAREA Palæstinæ.

ΑΥΤ. ΚΑΙ. Μ. ΑΥΡ. ΚΟΜΟΔΟC CEB. Capite laureato. .)(. ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ ΔΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Duo templa cum triremi. Ex ære, apud D. Vaillant.

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤ. ΚΟΜΟΔΟC. Capite laureato. .)(. Caput Herculis juvenis laureatum. ΓΑΔΑΡΕΩΝ. ΓΜC. Anno ccxliii. Vide Nummos Populorum & Urbium, & Chronologiam Veteris Test. Est hic ex ære mediocri, in Cimelio San-Genovefano.

ΦΑΥCΤΕΙΝΑ CΕΒΑCΤΗ. Caput Faustinæ Marci, matris Commodi. .)(. ΕΥΘΗΝΙΑ. Caput Ubertatis, cum Cornucopiæ. L. K. *Anno vicesimo* æræ Aurelianæ, cœptæ ab autumno anni primi M. Antonini, qui est æræ Christianæ 161. Est hic nummus ex ære mediocri, apud D. Fovcavlt.

Caput Commodi laureatum. .)(. FAVSTINA AVG. PII AVG. FIL. Caput Faustinæ, nondum Divæ. Plus illa gloriatur titulo Pii Augusti filiæ, quam titulo vel Marci conjugis, (quem titulum numquam assumpsit) vel matris Augusti Commodi. Quamquam & in gloriam Commodi istud redundat, quem hic Faustinæ titulus docet Antonini Pii nepotem esse. Est ex ære magno.

Sunt & nummi Commodi cum hujus anni nota, ΑΔΡΑΝΝΩΝ. ΘΚC. ΑΙΓΕΑΙΩΝ ΖΚC. ΔΟΛΙΧΑΙΩΝ. Α. ΚΑΙCΑΡΕΙΑC Palæstinæ, A. de quibus vide Nummos Populorum & Urbium.

Numismata Crispinæ Commodi.

CRISPINA AVG. COMMODI AVG. subintellige, de more, *conjux.* Caput Crispinæ. .)(. IVNONI REGINAE. Stat Juno cum hasta & patera; ad pedes, pavo Junoni sacer. Est ex ære magno, in gaza Regia. Sunt & in Museo nostro nummi Crispinæ inscripti, IVNO, LAETITIA, PVDICITIA, VENVS FELIX, FECVNDITAS, & CONCORDIA: qui postremus ex argento dexteras duas junctas exhibet.

CRISPINA AVGVSTA. Caput Crispinæ. .)(. DIS GENITALIBVS. Ara. Est votum pro liberis suscipiendis, Crispina prægnante, factum. Est argenteus, e Cimelio COLBERTINO.

ΒΡΟΥΤ. ΚΡΙCΠΕΙΝΑ C. Βρυτία Κρισπεῖνα Σεβαςή. *Brutia Crispina Augusta.* Caput Crispinæ. .)(. ΕΠΙ ΑΙ. ΠΟΝΤΙΚΟΥ Η. ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. *Sub Ælio Pontico Præside* ἡγεμόνος *Byzantiorum.* Ex ære mediocri, in gaza Regia. Hic *Ælius Ponticus* in nummo Lucillæ, ut dixi ad annum 161. pariter Η. ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ appellatur: non igitur H *Octavum* est, ut ait D. Vaillant; sed ἡγεμόνος legendum. Delphin hic quoque est inter duas pelamides. Cum sub Augusto fuisse Triumvir Monetalis legatur T. QVINCTIVS CRISPINVS; credi potest *Brutia Crispina* a Bruto patre, *Brutia*; a matre, *Crispina* nomen habuisse.

Anno

Anno Christi 181. V.C. 934. *Commodi* 2.

M. COMMODVS ANTONINVS AVG. Capite laureato. .)(. VOTA DECEN. SVSC. *Vota decennalia suscepta.* TR. P. VI. IMP. IIII. COS. III. P. P. S C. Ipse habitu Pontificali stat ante aram cum patera. Est ex ære mediocri, apud D. FOVCAVLT. Similis huic alter apud P. CHAMILLART, habet, VOTA DEC. ANN. SVSC. *Vota decemannalia suscepta.* Cetera sunt similia. Vota sunt hæc suscepta Kalendis Januariis, pro felici processu primi decennii jam currentis, Tribuniciæ potestatis.

M. AVREL. COMMODVS ANTONINVS AVG. PIVS. Caput laureatum. *Marcus*, ut primogenitus gentis Antoniæ: *Aurelius* a patre, *Commodus* a matre; *Antoninus Aug. Pius*, ab avo materno; positis propterea eodem ordine his nominibus, quo in Antonini Pii nummis leguntur. Vultus est virilis ac barbatus, tametsi annorum dumtaxat XXVII. .)(. PONT. MAX. TR. POT. VI. COS. III. P. P. Tellus sedet, & pueruli quatuor totidem anni tempestatum indices, fructus ex arbore colligunt. Infra, TEMPORVM FELICITAS. Est ex ære maximo, in Museo nostro.

M. COMMODVS ANTONINVS AVG. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. VI. IMP. IIII. COS. III. P. P. Congiarium dat Imperator, LIB. AVG. IIII. *Liberalitas Augusti quarta.* Ex ære magno ibidem, & apud P. CHAMILLART.

Eadem inscriptio. .)(. P. M. TR. P. VI. IMP. IIII. COS. III. P. P. Quadrigæ triumphales, in quibus Imperator scipionem Consularem tenet. Ex ære magno, in Museo nostro.

Eadem inscriptio. .)(. IVPPITER CONSERVATOR. TR. P. VI• IMP. IIII. Juppiter dextra fulmen, læva hastam tenet: veste protegit Commodum, minore forma infra stantem; qui & orbem Romanum dextra, læva sceptrum gerit. Infra, COS. III. P. P. In medio, S C. Est in Museo nostro, ære magno.

Ejusdem, capite laureato, detrita epigraphe. .)(. ΦΛ. ΧΑΛΚΙΔΕΩΝ. Ϙ. *Anno* XC. Vide Nummos Populorum & Urbium.

Ejusdem, L. B. *Anno secundo.* Aquila cum signis cohortium. In Thesauro Mauroceni, pag. 126.

Sunt & Commodi & Faustinæ nummi cusi hoc anno, AMACEIAC. ΡΠΘ. de quibus vide Nummos Populorum & Urbium.

Anno Christi 182. V.C. 935. *Commodi* 3.

M. ANTONINVS COMMODVS AVG. Capite laureato. .)(. LIB. AVG. V. *Liberalitas Augusti quinta.* TR. P. VII. IMP. IIII. COS. III. P. P. Dea tabellam dextra, læva Cornucopiæ gerit. Est argenteus in Museo nostro, & P. CHAMILLART.

Ejusdem. .)(. VIRTVS AVG. TR. P. VII. IMP. IIII. COS. III. P P. Imperator ex equo leonem confodit; victoriæ Germanicæ jamdudum reportatæ symbolum. Est aureus.

Ejusdem. .)(. ΜΗΤΡΟΠΟ. ΚΑΙCΑΡΕΙΑ. ΕΤ. Γ. *ἔτει γ'. anno tertio.* Ara cum Argæo monte. Cæsarea Cappadociæ hæc est. Nummus ex ære magno, in Thesauro Regio.

Sunt & Commodi & Faustinæ nummi hoc anno cusi, cum L. KB. Item Commodi, ΑΝΑΖΑΡΒΟΥ. ΕΤ. BC. *Anno* CCII. de quibus vide Chronologiam Veteris Testamenti, ac Nummos Populorum & Urbium.

Anno Christi 183. V.C. 936. *Commodi* 4.

Kalendis Januariis Commodus init Consulatum IIII.

M. AVREL. COMMODVS ANTONINVS AVG. PIVS. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. VII. IMP. V. COS. IIII. Imperator ex equo leonem confodit. Est hic nummus ex ære maximo, cusus ante Natalem Urbis: quo die cœpit dici Commodus TR. POT. VIII.

Eadem inscriptio. .)(. P. M. TR. P. VIII. IMP. V. COS. IIII. P. P. Imperator paludatus stans tropbæum erigit: in imo, captivi duo. Est ex ære maximo, cusus post Natalem Urbis.

Ejusdem capite laureato. .)(. TR. P. VIII. IMP. VI. COS. IIII. P. P. S C. Quadrigæ triumphales, in quibus ipse scipionem Consularem gerit. Est ex ære magno; ut ad me scriptum est ex Urbe Roma.

Ejusdem: .)(. MVNIFICENTIA AVG. P. M. TR. P. VIII. IMP. VI. COS. IIII. Elephas armatus. Ludi hi sunt pro Consulatu quarto. Est in nummis Arschotanis, Tab. 51.

Anno Christi 184. V. C. 937. *Commodi* 5.

M. COMMODVS ANTONINVS AVG. PIVS. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. VIIII. IMP. VI. COS. IIII. P. P. S C. Pallas stat cum clypeo, hastam dextra vibrat. Est ex ære magno, in Museo nostro.

Eadem inscriptio. .)(. P. M. TR. P. VIIII. IMP. VII. COS. IIII. P. P. Modius, in quo fruges & spicæ. Annonæ prospexisse hoc anno Commodum; & semel hostes armis ipsius depulsos fuisse, docet hic nummus argenteus.

Anno Christi 185. V. C. 938. *Commodi* 6.

M. AVRELIVS COMMODVS ANTONINVS AVG. P. M. (forte PIVS.) TR. P. VIIII. IMP. VII. COS. IIII. DES. V. LIBERO PATRI VOTA PVB. *Vota publica* pro felice vindemia hujus anni. Commodus a Victoria coronatus ac velatus, sub vite sacrificat, adstante Baccho, cujus ad pedes tigris est. Nummus est ex ære maximo, cusus ante Natalem Urbis.

M. COMMODVS ANTONINVS AVG. PIVS. Capite laureato. .)(. BRITANNIA. P. M. TR. P. X. IMP. VI. COS. IIII. P. P. Dea sedet; dextra signum militare, læva hastam & clypeum tenet. Est ex ære magno apud D. Vaillant: sed legi oportuit IMP. VII. ut legitur in ære maximo apud D. Abb. DE CAMPS.

Ut supra. .)(. ITALIA. P. M. TR. P. X. IMP. VII. COS. IIII. P. P. S C. Italia Deæ habitu, turrito capite, orbi Romano insidet: dextra Cornucopiæ, sinistra sceptrum gerit. Ex ære magno, in Museo P. CHAMILLART.

M. COMM. ANTON. AVG. PIVS. Capite laureato. .)(. In corona quercea, PRIMI DECENN. *Primi decennales* ludi, editi ipso decimo Tribuniciæ suæ Potestatis anno a Commodo. Est apud Patinum in Indice, P. M. TR. P. X. IMP. VII. COS. IIII. S C.

M. COMMODVS ANTONINVS AVG. Capite laureato. .)(. TR. POT. X. IMP. VII. COS. IIII. P. P. VOTA SVSC. DEC. S C. *Vota suscepta decennalia*, pro felici exitu primi decennii, ipso die Natali Urbis. Est ex ære magno, in Museo nostro.

Nummi quidam ex ære maximo proferuntur, cum titulo BRIT, hoc anno, sic inscripti: M. COM-

MODVS ANTONINVS PIVS BRIT. .)(. TR. POT. X. IMP. VII. COS. IIII. Victoria scribit in clypeo, VICT. BRIT. In altero, M. COMMODVS AVG. PIVS BRIT. .)(. EXERC. HERC. ROM. PONT. MAX. TR. P. X. IMP. VI. COS. IIII. P. P. Hos esse scito adulterinos, ac recentis fabricæ.

Commodi caput laureatum. .)(. L. ς. *Anno sexto.* Roma sedet galeata: hastam tenet, & Victoriam, quæ palmam ipsa gestat & coronam. Apud Patinum, pag. 267.

Sunt & anno isto cusi nummi, ΚΑΠΙΤΩΛΙΕΩΝ ΓϘ. & ΓΑΖΑ ΗΜC. & ΑΝΤΙΟΧ. ΠΡ. ΙΠ. CΜΗ. de quibus vide Chronologiam Veteris Testamenti, ac Nummos Populorum & Urbium.

Anno Christi 186. V. C. 939. Commodi 7.

Kalendis Januariis Commodus init Consulatum V. & Britannicus appellatur in Senatu, atque ob eam causam & FELIX.

M. COMMODVS ANTONINVS PIVS FELIX AVG. BRIT. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. X. IMP. VII. COS. V. P. P. Roma capite galeato, sedet, stante Commodo Augusto: stans ipse accipit a Roma sedente super spoliis, orbem Romanum: Victoria a tergo Commodum coronat. Nummus est ex ære maximo, in Cimelio D. Foucault, cusus hoc anno ante Natalem Urbis.

COMM. ANT. P. FEL. AVG. BRIT. Capite laureato. .)(. CONC. MIL. *Concordia militum.* Stat Commodus paludatus inter milites quatuor. P. M. TR. P. XI. IMP. VII. COS. V. P. P. Aureus est.

M. COMMODVS ANT. P. FELIX. AVG. BRIT. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. XI. IMP. VIII. COS. V. P. P. Navis cum velis, absque remis. Infra, PROVID. AVG. Est ex ære mediocri, in Gaza Regia, & apud D. Foucault. Apud D. Vaillant, pag. 216. legitur. COS. VI. errore saltem librarii.

Ut supra. .)(. P. M. TR. P. XI. IMP. VII. COS. V. P. P. Sedet Commodus in sella curuli, dextra orbem Romanum tenet: Victoria retro volitans, capiti ipsius coronam imponit. Est ex ære magno, in Museo P. Chamillart.

Ut supra. .)(. SAEC. FEL. *Sæculo felici*, vel *Sæculi felicitas.* P. M. TR. P. XI. IMP. VII. COS. V. P. P. S C. Victoria scribit in clypeo, VO. DE. *Vota decennalia*, pro felici decursu secundi decennii Tribuniciæ Potestatis, quod a Natali Urbis hoc anno incipit. Est ex ære magno, in Museo nostro: & ex argento apud P. Chamillart.

M. COMMODVS ANTONINVS PIVS FELIX AVG. BRIT. Capite laureato. Hoc primum anno, ut dixi, Commodus cognomen *Felicis* ad *Pii* cognomen adjecit, & utrumque esse voluit ex æquo in sua familia hereditarium. .)(. P. M. TR. P. XI IMP. VII. COS. V. P. P. Adlocutio cohortium. Adstant Præfecti cohortium capite galeato. Infra, FIDES EXERCIT. *Fides Exercituum.* Ex ære maximo, in gaza Regia. Apud P. Chamillart, legitur in ære magno, FID. EXERCIT.

Eadem inscriptio. .)(. P. M. TR. P. XI. IMP. VIII. COS. V. P. P. Dea sedens, dextra tenet orbem stellatum, circa quem tres quasi ejusdem filiæ, nempe tres frugiferæ anni tempestates, suas fruges vel opes ostentant, sequente Victoria cum palma. E læva manu ejusdem Deæ vitis enascitur, qua obumbratur. Infra, TELLVS STABIL. *Tellus stabilis*, sive in ferendis tempestive frugibus constans, ut nunc quidem interpretamur. Nummus est ex ære maximo, apud D. Abb. de Camps, probus ac sincerus. Sunt autem plerique Commodi ex ære maximo nummi adulterini, ficti ab Antiquariis imperitis, ad pecuniam virorum illustrium emungendam, ad historiam & Chronologiam perturbandam, ad multiplicem figendam crucem eruditis.

M. COMM. ANT. P. FEL. AVG. BRIT. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. XI. IMP. VIII. COS. V. P. P. LIB. AVG. VI. *Liberalitas Augusti sexta.* Dea Liberalitas stans cum tabella & Cornucopiæ. Argenteus hic est e Museo P. Chamillart. Est hic ordo nominum, ut sæpe dixi, diligenter observandus: nihil enim dici potest accuratius. Est primum a Divo Marco patre, *Marcus:* deinde a matre, *Commodus:* postea ab avo materno *Antoninus Pius:* denique ex seipso *Felix Augustus Britannicus.*

Eadem inscriptio. .)(. FELIC. PERPETVAE AVG. *Felicitati perpetuæ Augusti.* Imperator stat togatus: læva tenet cornucopiæ, dextram porrigit stanti Felicitati, quæ læva gestat caduceum. Argenteus.

Ut supra. .)(. In corona, S P Q R LAETITIAE C. V. *Senatus Populusque Romanus Lætitiæ clypeum vovit.* Est ex ære magno in Museo nostro. In alio ex ære magno, apud P. Chamillart, legitur, S P Q R LAETITIAE CIVIVM, in corona laurea: infra, S C.

Commodi caput laureatum. .)(. ΜΗΤΡΟΠΟ. ΚΑΙCΑΡΕΙΑ. ΕΤ. Ζ. *Anno septimo.* Mons Argæus cum ara. Cæsarea Cappadociæ est. Nummus ex ære mediocri, in Thesauro Regio.

Caput Commodi, laureatum, barba haud prolixa: ΑΤ . . ΚΑΙC . . . ΚΟΜΟΔ. .)(. Caput Cæsaris nudum, vultu puerili. ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, in Thracia. Est ex ære minimo, in Cimelio D. Foucault. Suscepisse liberos ex Crispina Commodum, ex quibus Augusti postea *Pii Felices* dicti sunt, non hic modo singularis nummus testatur, qui parvulum Cæsarem exhibet; sed & aureus ejusdem Commodi nummus, quem a se visum olim apud D. Seguin. in hac civitate, inscriptum, LIBERI AVG. testis est Spanhemius, pag. 659. tametsi de Commodi liberis libri silent.

Anno Christi 187. V. C. 940. Commodi 8.

M. COMMODVS ANT. AVG. P. BRIT. FELIX. Capite laureato. A Divo Marco patre, *Marcus* est, & ut primogenitus gentis Antoniæ: *Commodus* a matre: *Antoninus Aug. Pius*, ab avo materno: denique *Britannicus Felix* ex seipso; & idcirco *Felix*, quia *Britannicus:* nam istud significaretur, permutatus hic est duorum istorum cognominum situs. .)(. Dea Concordia tenet duo signa militaria, alterum altera manu. P. M. TR. P. XII. IMP. VIII. COS. V. P. P. S C. Est ex ære magno, in Museo P. Chamillart.

M. COMM. ANT. TR. P. XII. .)(. NOBILITAS AVG. P. M. Stat vir paludatus, capite canino, dextra sistrum tenens, sinistra sceptrum. S C. Est ex ære apud Occonem, pag. 323. Et vidit Oiselius, qui accurate delineavit, Tab. XXI. num. 7. Non hæc Commodum ipsum pictura repræsentat, sed mera symbola eorum quæ in titulo continentur. Paludamentum, belli ducem sive Imperatorem, ac proinde virum nobilem; caninum caput, civem Romanum, siquidem hominem liberum; sceptrum, *Augustum*; sistrum denique, *Pontificem Maximum* denotat, ob Isidis sacra, in quibus sistrum, quod est crepitaculi genus, concutiebatur.

M. COMMODVS ANT. P. FEL. AVG. BRIT. Capite laureato. .)(. NOBILITAS AVG. De hac Commodi nobilitate jam satis dixi.

P. M.

P. M. TR. P. XII. IMP. VIII. COS. V. P. P. S C. Dea tenet hastam puram dextra, læva Victoriam. Est ex ære magno & ex argento ibidem.

Ut supra. .)(. PATER SENAT. P. M. TR. P. XII. IMP. VIII. COS. V. P. P. *Pater Senatus*; ergo Pater Patrum: nam Senatores sunt *Patres conscripti*. Stat Genius Senatus, laureato capite, Senatorio habitu togatus, dextra ramum oleæ, læva sceptrum tenet. Est argenteus apud P. CHAMILLART: sed & ex ære apud Angeloni, pag. 217.

Eadem inscriptio. .)(. VIRTUTI AVG. P. M. TR. P. XII. IMP. VIII. COS. V. P. P. Stat galeatus & paludatus, cum hasta & Victoria. Est ex ære magno, in Museo P. CHAMILLART.

Eadem inscriptio. .)(. AVCT. PIET. *Auctor Pietatis*. P. M. TR. P. XII. IMP. VIII. COS. V. P. P. Pietas ante aram sacrificat. Est argenteus ibidem.

Eadem inscriptio. .)(. OPTIME MAXIME. C. V. P. P. *Consul quintum, Pater Patriæ*. Juppiter stans, dextra fulmen tenet. *Auctor Pietatis* Commodus Jovem invocat defensorem. Argenteus, ibidem.

Eadem inscriptio. .)(. IOVI EXSVP. *Jovi Exsuperatori*. P. M. TR. P. XII. IMP. VIII. COS. V. P. P. Juppiter sedens, dextra fulmen tenet, hastam sinistra. Est argenteus ibidem, & in Gaza Regia.

Eadem inscriptio. .)(. PIETATI SENATVS. COS. V. P. P. S C. Commodus togatus, & Senator pariter togatus dextras jungunt. Est ex ære magno, in Museo P. CHAMILLART.

Sunt & Commodi nomine cusi hoc anno, ΓΑΒΑΛΕΩΝ. ΓΑΣ. ΑΙΓΕΑΙΩΝ ΔΑΣ. ΑΜΙΣΟΥ ΣΙΘ. ΦΛΑΟΥΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΔΙΡ. aliique, quos vide in Indice libri De Nummis Populorum & Urbium.

Nummi inscripti, DIVA FAVSTINA.

Cum Faustina Commodi mater non amplius in nummis appareat, hoc ipsam anno obiisse ponimus.

DIVA FAVSTINA PIA. Caput Faustinæ. .)(. AETERNITAS. S C. Dea stat, læva innixa columnæ; dextra tenet orbem, cui Phœnix impositus. Est ex ære magno in Museo nostro. In alio ibidem, sedet: cetera similia sunt. *Pia* Faustina; quia Pii filia. Est enim cognomen hereditarium. Quæ causa est quamobrem Faustina Pii conjux *Pia* non sit: quoniam cognomina patrum quidem transeunt ad liberos; at non ita cognomina maritorum vel nomina transeunt ad uxores.

Ut supra. .)(. Lunæ crescentis effigies inter septem planetas. S C. Ex ære mediocri, in Museo nostro.

Ut supra. .)(. CONSECRATIO. SC. Lectisternium, cum pavone & sceptro transverso. Ex ære magno, ibidem. In alio, ara est. In alio, Faustina a pavone defertur in cælum: ære magno ibidem.

DIVAE FAVSTINAE PIAE. Capite velato. .)(. MATRI CASTRORVM. Sedet ipsa, tribus signis cohortium e regione positis. S C. Ex ære magno, apud P. CHAMILLART. *Mater Castrorum* cur Faustina vocetur, jam dixi ad annum Marci primum.

DIVAE FAVSTIN. AVG. MATR. CASTROR. Capite velato. .)(. CONSECRATIO. S C. Rogus. Ex ære magno, ibidem. In alio, ex ære simili, eadem epigraphe est utriusque partis: & Faustinam pavo defert in cælum.

DIVAE FAVSTINAE MATRI CASTRORVM. Capite velato. .)(. AETERNITAS. S C. Elephantorum bigæ currum trahunt, in quo est Faustina velata. Est ex ære magno, ut ad me scriptum est ex urbe Roma.

DIVA FAVSTINA AVGVSTA. Capite velato. .)(. SIDERIBVS RECEPTA. Ipsa velata curru vehitur tracto bigis: vel sub Dianæ stantis effigie facem gerit. S C. Est hic ex ære magno in Museo nostro; ille simili ex ære, apud P. CHAMILLART.

Anno Christi 188. V. C. 941. *Commodi* 9.

M. COMMODVS ANTONINVS PIVS FELIX AVG. BRIT. Capite laureato. .)(. TR. P. XIII. IMP. VIII. COS. V. P. P. TELLVS STABIL. Dea subter quercum recumbit: inter genua tenet orbem, super quo pueri tres ambulant: quartus, qui est ad pedes positus, orbi pariter insistit. Quatuor anni temporum æquabilis temperies, & ad fruges annis pluribus continuis proferendas idonea, tum eo symbolo significatur, tum adjecta epigraphe. Est ex ære maximo in gaza Regia.

Ut supra. .)(. MARTI PACAT. *Marti Pacatori*. P. M. TR. P. XIII. IMP. VIII. COS. V. P. P. Mars dextra ramum oleæ tenet: ad pedes hinc clypeus, inde thorax. Bello pacem orbi Romano partam significat. Est ex ære maximo.

M. COMM. ANT. P. FEL. AVG. BRIT. Capite laureato. .)(. APOL. PAL. *Apollini Palatino*. IMP. VIII. TR. P. XIII. COS. V. P. P. S C. Stat Apollo cum cithara columnæ imposita. Apollo tutator ædium Augustarum, sive Palatii: idcirco dictus est *Palatinus*. Est hic nummus ex ære mediocri, apud Patin. pag. 230.

IMP. C. M. AVR. COMM. ANT. Capite laureato. .)(. ΣΕΒΑΣΤΗΝΩΝ ΣΥΡ. L. ΣΙΕ. *Sebastenorum Syriæ, anno* CCXV. Isis stans, dextra hastam, læva spicas tenet. Est ex ære magno, in gaza Regia. A Latinis Græcisque oppidi incolis cusum hunc nummum esse, sermo uterque inscriptus in eo docet. Vide Nummos Populorum & Urbium.

Anno Christi 189. V. C. 942. *Commodi* 10.

M. COMMODVS ANT. P. FELIX AVG. BRIT. P. P. Capite laureato. .)(. IOVI IVVENI. P. M. TR. P. XIIII. IMP. VIII. Juppiter stat, dextra fulmen, sinistra hastam tenet: ad pedes, Aquila Romana, Imperii & Augusti symbolum. S C. Nunc Commodus annum agebat ætatis XXXV. Quamobrem *juvenis* appellatur, & sub tutela dicitur esse *Jovis Juvenis*. Est ex ære magno, in Museo nostro.

Ut supra. .)(. IOVI EXSVPER. *Jovi Exsuperatori*. P. M. TR. P. XIIII. COS. V. P. P. Juppiter sedet, dextra pateram tenet: Aquila Romana ante pedes. Est ex ære magno, & mediocri, in Gaza Regia.

Ut supra. .)(. I. O. M. SPONS. SECVRIT. AVG. *Jovi Optimo Maximo, sponsori securitatis Augusti*. Juppiter stans cum pallio, dextra Commodum Aug. tutatur, fulmen læva tenet. Ex ære magno ibidem; & apud P. CHAMILLART, argenteus.

M. COMMODVS ANT. P. FELIX AVG. BRIT. Caput laureatum. .)(. MARTI PACAT. P. M. TR. P. XIIII. & cetera, ut anno superiore. Ex ære magno, apud P. CHAMILLART. Mediobarbus, pag. 254. e Museo suo, legit: MARTI PACAT. P. M. TR. P. XIIII. COS. V. DES. VI. S C.

Ut supra. .)(. MINER. VICT. *Minervæ Victrici*, hoc est, Prudentiæ & sapientiæ victrici. P. M. TR. P. XIIII. IMP. VIII. COS. V. P. P.

P. P. S C. *Minerva*, solertia est. Minerva stat cum hasta & clypeo: dextra tenet Victoriam, quæ coronam ei porrigit; retro, trophæum. Ex ære magno, in Museo nostro. Infra, DES. VI. *Designatus sextum* Consul.

Ut supra. .)(. FORTVNAE DVCI. *Imperator velatus ad aram* sacrificat, adstante Fortuna cum temone & Cornucopiæ. Infra, C. V. P. P. *Consul quintum, Pater Patriæ.* Est ex ære maximo, in Thesauro Regio.

Ut supra. .)(. FORT. FELI. *Fortunæ felici.* Dea stat cum Cornucopiæ, & caduceo, pede dextro proræ navigii insistit. Pacem & Annonam uberem terra marique, hæc symbola significant. P. M. TR. P. XIIII. IMP. VIII. COS. V. P. P. S C. Ex ære magno, in Museo nostro.

Ut supra. .)(. FORTVNAE MANENTI. Sedet Dea, equum freno tenet, læva Cornucopiæ. Ex ære magno & argento, apud P. CHAMILLART.

Ut supra. .)(. PACI AETERNAE. P.M. TR. P. XIIII. IMP. VIII. COS. V. P. P. Pax ramum oleæ dextra tenet, hastam sinistra. Argenteus, ibidem.

Ut supra. .)(. SECVRIT. ORB. *Securitas Orbis.* Dea sedens, dextra tenet orbem Romanum, læva lateri apposita. P. M. TR. P. XIIII. IMP. VIII. COS. V. P. P. In medio, S C. Ex ære magno, apud P. CHAMILLART. Alius in Museo nostro addit, DES. VI. Argenteus apud eumdem: SEC. ORB. P. M. TR. P. XIIII. COS. V. DES. VI. Imperator sedet togatus, dextra tenet orbem Romanum.

M. COMMODVS ANTONINVS PIVS FELIX. AVG. BRIT. .)(. Capite laureato. .)(. FELICITAS SAECVLI. P. M. TR. P. XIIII. IMP. VIII. COS. V. P. P. Dea stans, dextra caduceum, læva Cornucopiæ gerit: dextro pede rostrum navigii calcat. Ubertatem terra marique, & pacem toto orbe receptam significat. Nummus e Cimelio Card. Carpegna.

M. COMMODVS ANT. P. FEL. BRIT. Capite laureato. .)(. Tres Deæ Monetæ stant, cum sua quæque libra. Infra, MON. AVG. *Moneta* seu Curia Monetalis *Augusti.* Ex ære magno in Museo nostro.

IMP. C. M. AVR. COM. ANT. Capite laureato. .)(. CEBACTHNΩN CIP. L. CIϚ. *Anno* CCXVI. Angues duo circa cistam. Est ex ære minimo in Gaza Regia.

Anno Christi 190. V. C. 943. *Commodi* 11.

Kalendis Januariis Commodus VI. Consul creatur.

M. COMMODVS ANT. P. FELIX. AVG. BRIT. Capite laureato. .)(. AVCTOR PIET. P. M. TR. P. XIIII. IMP. VIII. COS. VI. P. P. S C. Stat Pietas ante aram, dextra pateram tenet. Est in Thesauro Mauroceni, cusus ante Natalem Urbis.

Ut supra. .)(. In corona laurea: MAGNIFICENTIAE AVG. COS. VI. P. P. Ob ludos, ut apparet, hoc anno in quindecennalibus Tribuniciæ Potestatis editos. Est ex ære mediocri, in Gaza Regia.

M. COMM. ANT. P. FEL. AVG. BRIT. P. P. Capite laureato. .)(. LIB. AVG. *Libertas Augusti.* P. M. TR. P. XV. COS. VI. Libertas pileum dextra tenet. Est argenteus in Museo nostro.

Ut supra. .)(. LIBERAL. AVG. VII. *Liberalitas Augusti septima.* P. M. TR. P. XV. IMP. VIII. COS. VI. S C. Dea Liberalitas stat cum tabella & Cornucopiæ. Est ex ære magno ibidem.

Ut supra. .)(. In corona laurea, VOT. XX. *Votis vicennalibus.* P. M. TR. P. XV. IMP. VIII. COS. VI. S C. Est ex ære mediocri, Anno Tribuniciæ Potestatis quintodecimo vota suscipit, pro reliquo quinquennio usque ad annum vicesimum feliciter peragendo. Referri potest hic nummus ad Kalendas Januarias anni sequentis.

Ut supra. .)(. GEN. AVG. FEL. *Genio Augusti Felicis*, hoc est, Commodi cognomento *Felicis.* P. M. TR. P. XV. IMP. VIII. COS. VI. Genius ante aram sacrificans. S C. Ex ære magno, apud P. CHAMILLART.

Ut supra. .)(. VIRTVTI AVG. P. M. &c. Reliqua enim inscriptio similis superiori est. Argenteus, ibidem.

Ut supra. .)(. APOL. MONET. *Apollo Monetalis.* P. M. TR. P. XV. IMP. VII. Apollo stans columnæ innititur, dextra capiti admota. In medio, COS. VI. Argenteus, ibidem.

Commodi caput laureatum. .)(. MHTPOΠO. KAICAPEIAC Cæsarea Cappadociæ est Ara, ex qua spicæ quatuor exsistunt. In ara scriptum est, ET. I. *ἔτος ι. anno* x. Apud Patinum, pag. 127. cusus ante Septembrem anni hujus.

Ejusdem. .)(. ΠΕΡΙΟΔ. ΔΕΚΑΕΤ. *περιόδου δεκαέτους. Decennio jam exacto.* Est in Thesauro Mauroceni, pag. 127. cusus pariter ante Septembrem hujus anni.

M. COMM. ANT. P. FELIX AVG. BRIT. Capite laureato. .)(. COLL. AN. COM. P. M. TR. P. XV. IMP. VIII. COS. VI. *Coloniæ Antonini Commodi Pontificis Maximi* &c. Colonus boves agit. Coloniam Æliam Capitolinam auctam esse a Commodo Aug. a quo propterea dicta Commodiana est; aliasque ab eodem conditas fuisse, hic nummus significat, in provincia Narbonensi cusus, ut plerique Latini. Geminata littera L in voce COLL. plurali numero *colonias* designat: ut AVGG. *Augusti* sunt, & IMPP. in nummo Philippi, *Imperatores* sunt; & sexcenta similia. Est hic nummus ex ære mediocri, in Museo nostro. Ex eo prave intellecto finxit Lampridius, ad Senatum retulisse Commodum, de Commodiana facienda Roma, similiaque somnia hominis otiosi: Alii vero putant legendum, COL. L AN. COM. *Colonia Lucia Antonini Commodi*, æque prave; cum se in illo ipso nummo Commodus *Marcum* adhuc esse testetur, necdum dici Lucium.

Anno Christi 191. V. C. 944. *Commodi* 12.

M. COMMOD. ANT. P. FEL. AVG. BRIT. P. P. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. XV. IMP. VIII. COS. VI. In laurea, VOT. XX. ut dictum est anno superiore. Est apud Occonem.

M. COMMODUS ANTONINVS PIVS FELIX AVG. BRIT. Capite laureato. .)(. APOLLINI PALATINO, P. M. TR. P. XVI. IMP. VIII. COS. VI. P. P. Victoria & Apollo citharam tenent. Ex ære maximo, apud Abb. DE CAMPS. In nostro, ex ære magno, APOL. PALAT. P. M. TR. P. XVI. COS. VI. S C.

M. COMM. ANT. P. FEL. AVG. BRIT. Capite laureato. .)(. MINERVAE PACIFERAE: hoc est, sapientiæ, solertiæ, prudentiæ Principis, quæ pacem alit ac fovet. TR. P. XVI. COS. VI. Minerva stolata hastam cum clypeo læva tenet, dextra ramum oleæ. Angeloni, pag. 208.

M. COMMODVS ANT. P. FELIX AVG. BRIT. P. P. Capite laureato. .)(. GEN. AVG. FELIC. *Genio Augusti Felicis*, ut anno superiore. P. M. TR. P. XVI. COS. VI. S C. Genius stat ante aram cum patera & Cornucopiæ. Est ex ære magno in Museo nostro.

Ut

Ut supra. .)(. CONC. COM. *Concordia Commodi*, P. M. TR. P. XVI. COS. VI. Dea stans cum patera. Argenteus est, apud P. CHAMILLART.

Ut supra. .)(. FIDEI COH. *Fidei cohortium*. P. M. TR. P. XVI. COS. VI. Dea stat cum vexillo, dextra spicas tenet. S C. Ex argento ibidem, & ex ære magno in Museo nostro.

Est & ΜΗΤΡΟΠΟ. ΚΑΙCΑΡΕΙΑC Cappadociæ, ET. AI. cum monte Argæo: *anno* xi. qui more Græcorum cœpit autumno anni superioris. Est in Cimelio Mediceo.

Anno Christi 192. V. C. 945. *Commodi* 13.

Consulatum VII. init Commodus Kalendis Januariis: ac fere deinceps in nummis L. AEL. AVR. COMMODVS AVG. PIVS FELIX appellatur, post Natalem Urbis. *Lucius*, ut primogenitus gentis Æliæ & Aureliæ: *Ælius* ab avo & abavo; *Aurelius* a patre: *Commodus* a matre: *Augustus Pius* ab avo, patre, & matre: *Felix* ex seipso.

M. COMM. ANT. P. FEL. AVG. BRIT. P. P. Capite laureato. .)(. HERC. COMMODIANO. P. M. TR. P. XVI. COS. VII. Est ex ære magno apud Illustriss. HARLÆVM: cusus ante Natalem Urbis. Huic alter similis est apud Angeloni, pag. 218. cusus anno superiore, siquidem in eo legitur COS. VI. Commodus Herculis habitu sacrificat ante aram, juxta arborem Herculis exuviis onustam. *Commodianus Hercules* dicitur, Commodi tutator sive conservator Hercules: ut alibi legitur, HERCVLI AVGVSTI: HERCVLI TVTATORI. Ipse Ἡρακλῆς appellatur in nummo ΙΟΥΛΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Vide Nummos Populorum & Urbium.

Eadem inscriptio. .)(. MATRI DEVM CONSERVAT. *Matri Deum Conservatrici* Augusti. P. M. TR. P. XVI. IMP. VIII. COS. VII. P. P. S C. Cusus ante Natalem Urbis. Cybele vecta leone, dextra tympanum tenet, læva sceptrum. Est ex ære magno, in Cimelio D. FOVCAVLT.

Eadem inscriptio. .)(. VOTA SOL. PRO SAL. PR. Infra, COS. VII. P. P. Imperator Commodus ante aram sacrificat. *Vota Soluta pro Salute Populi Romani*. Salus Augusti & a morbo recreatio, salus Populi Romani est. Sicut in nummo Decentii Cæsaris, Christum Deum orat pro ipsius conservatione Prima Lugdunensis; quoniam, inquit, TCNES: hoc est, *Tutela Cæsaris nostra erit salus*. Est hic Commodi nummus ex ære magno, in Museo nostro. Nisi litteræ P R disjunctissimæ essent a se invicem, magis forsitan arrideret, *pro salute Principis*.

L. AELIVS AVRELIVS COMMODVS AVG. PIVS FELIX. Caput Commodi radiatum, cum capite Virtutis Martialis tamquam Genii comitis Augusti, conjunctum: cujus imo capiti subjecta pelta (ut aiunt) Amazonica est. Virtutem Augusti comitem in bello fuisse, hoc symbolo significatur: cujus exempla sunt in nummis Postumi, Probi, & Maximiani Herculii. Quot nugis autem fabulisque, immo quot spurcitiis Romanam historiam opplevere perversi nummorum interpretes, tum veteres, tum recentes? Nam in isto similique nummo vulgo fabulantur, Martiæ concubinæ caput cum capite Commodi conjunctumque esse. Id vero ne impurissimo quidem Lampridio venit in mentem, qui Martiam concubinam finxit cum sociis, Herodiano, ac Dione. Nam is hoc tantum prodidit, quamvis hoc ipsum totum fabulosum: *Amazonius autem vocatus est ex amore concubinæ suæ Martiæ, quam pictam in Amazone diligebat:* (forte hic Gallicismus est, *peinte en Amazone*:) *propter quam & ipse Amazonico habitu in arenam Romanam procedere voluit.* Non ausus est dicere sculptam in nummis ejus effigiem fuisse. Quis enimvero etiam perditissimæ frontis princeps patienter ferret, in suis nummis consociari cum suo vultu vultum concubinæ? aut si forte id ex effreni libidine cuperet, num istud demum Senatusconsulto fieret, & hoc Senatus scelus probaret? Nam hi sunt nummi quamquam ex ære maximo, S C. cusi. Tantum igitur finxere impuri homines & otiosi, quoniam Martia Commodi mens & Virtus à Commodo numquam disjungeretur, sed die ac nocte comes adesset ei assidua; finxere, inquam, Martiam concubinam, quæ ab ejus latere numquam discederet, cujus etiam ingenium & mores ipse indueret. Est huic nummo similis alter, eadem epigraphe, sed capite galeato Virtutis conjuncto cum capite Commodi. .)(. P. M. TR. P. XVII. IMP. VIII. COS. VII. P. P. S C. Commodus leonina pelle tectus Herculi sacrificat ante aram. Est ex ære maximo apud Angeloni, pag. 218.

Ut supra: Capita duo conjuncta pariter, Commodi & Virtutis. .)(. HERCVLI ROMANO AVG. S C. Imperator sub Herculis habitu tropæum erigit, læva leonis exuvias gestat cum clava. Est ex ære maximo, apud Angeloni, ibidem. Sive *Herculem Romanum Augustum* dicas, sive Virtutem Augusti comitem in antica nummi parte inspicias, idem utrobique intelligitur.

Ut supra. .)(. Duo capita simul juncta: Commodi laureatum, galeatum Palladis alterum. .)(. P. M. TR. P. XVII. IMP. VIII. COS. VII. P. P. S C. Hercules stat clavæ innixus: Commodus e regione, velato capite sacrificat, ad aram interjacentem. Apud Angeloni.

Ut supra. Caput Commodi leonina pelle tectum. .)(. HERC. ROM. CONDITORI. *Herculi Romano conditori*. P. M. TR. P. XVII. COS. VII. P. P. Hercules boves agit geminos, instar coloni; læva clavam tenet. Est ex ære maximo apud D. Abb. DE CAMPS. Edidit mendose D. Vaillant, pag. 112. TR. POT. XVIII. pro XVII. In nummo simili ex ære magno, apud P. CHAMILLART, legitur similiter, HERC. ROM. COND. P. M. TR. P. XVII.

L. AEL. AVREL. COMM. AVG. P. FEL. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. XVII. IMP. VIII. COS. VII. P. P. Imperator in suggesto sedens, dat congiarium populo. S C. Ex ære magno, in Museo nostro.

Ut supra. .)(. LIB. AVG. VIII. *Liberalitas Augusti octava*. P. M. TR. P. XVII. COS. VII. P. P. Dea Liberalitas stat cum tabella & Cornucopiæ. Argenteus, apud P. CHAMILLART. In alio ibidem ex ære magno, cum S C. dat Imperator congiarium populo: cetera sunt similia.

Ut supra. .)(. P. M. TR. P. XVII. IMP. VIII. COS. VII. P. P. Dea tenet Victoriam: e regione columna est, cui Orbis Romanus est impositus. In medio, sidus Solis. S C. Ex ære magno, ibidem.

Ut supra. .)(. P. M. & cetera ut proxime. Imperator hastam tenens, & Virtus, dextras jungunt. In medio, sidus Solis, & S C. Ex ære simili, & epigraphe eadem, Victoria gradiens est cum palma & corona.

Ut supra. .)(. LIB. AVG. *Libertas Augusti* Imago Libertatis pileum dextra tenentis. P. M. &c. ut proxime. Retro, sidus Solis. Ibidem, ex ære magno.

Ut supra. .)(. SERAPIDI CONS. AVG. *Serapidi Conservatori Augusti*. Argenteus est ibidem.

Ut supra. .)(. IOVI DEFENS. SALVTIS AVG. *Jovi Defensori salutis Augusti*. Juppiter gradiens, dextra fulmen, læva sceptrum tenet. Argenteus ibidem.

Ut supra. .)(. MATRI DEVM CON-

SERV. AVG. *Conservatrici Augusti.* Cybele leone victa. Argenteus ibidem.

Est & Commodi nummus Græcus cum AB. hoc est, cum anno XXXII. æræ M. Antonini: qui annus incipit more Græco, autumno anni hujus.

ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΟΛΥΜΠΙΟΣ ΚΟΜΟΔΟΣ. Capite laureato. .)(. ΕΦΕΣΙΩΝ ΚΑΙ ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. *Ephesiorum* Asiæ & *Hierapolitarum* Phrygiæ *concordia.* Est in Gaza reginæ Christinæ.

Qui ex ære maximo nummi circumferuntur in Cimeliis Principum ac virorum illustrium, cum TR. POT. XVIII. adulterinos affirmare ne dubites; cum præsertim (ut nunc alia omittam indicia) illa TRIB. POT. XVIII. in nullo appareat omnino numismate aureo, argenteo, æreo, sive magni, sive mediocris, sive minimi moduli. Et quam sunt Commodi tamen triti vulgaresque ex ære & argento nummi?

Videtur autem omnino violenta morte a conjuratis ei illata peremptus fuisse Commodus, ut olim Cæsar: nam ita haud inaniter conjicimus ex statu Reipublicæ anno sequente. Meruit ille nihilominus saltem ævo Gallieni inter bonos Principes ac Divos recenseri: & ex liberis ejus posterisque innumera prodiit Soboles Augustorum Piorum Felicium.

Gallieni certe ævo cusus ille nummus argenteus creditur, qui est in Museo nostro, DIVO COMMODO. Capite radiato. .)(. CONSECRATIO. Ara cum igne. Adeo certe carus fuit Commodus orbi Romano, dum viveret, ut etiam statim post obitum ejus, cum in honorem Principum, qui ei successerunt, nummos coloniæ Romanæ cuderent, titulum *Commodianæ* in his ipsis retinerent, eoque admodum gloriarentur. Sic Colonia Ælia Capitolina, in nummis Pescennii Nigri & Severi, *Commodianam* se appellat, & sub Decio quoque, ut diximus in libro de Nummis antiquis. Sic & Ægeenses in Cilicia sub Severo Κομοδιανοὶ se inscribunt; aliique. Hactenus de Commodo. . . . . Die sabbati, 24. Octobris, *1699.*

PESCENNIVS, PERTINAX, SEVERVS, &c.

Anno Christi 193. V. C. *946. Severi* 1.

Commodo a conjuratis interfecto sub anni hujus mensem Martium, metuens Senatus, ne ob eam necem turbarum aliquid in Imperio oriretur, Quinqueviris orbem Romanum commendavit, ut fere post pulsum Neronem; & ut Triumviris olim post cæsum similiter Cæsarem Dictatorem: donec ad unum redire posset antiquo more principatus, rebus pacatis atque compositis.

Natali Urbis igitur, Syria Palæstina Pescennio Nigro Aug. ad annos duos tutanda decernitur, cum Consulatu II. sed forte sine TR. POT. neque enim apparet in nummis: eumdem tamen adjuvante Severo Aug.

Helvio Pertinaci Aug. Ephesus, Tomi in Ponto Scythico, & Alexandria committitur, sive tractuum illorum ora maritima, cum TR. POT. & COS. II.

Septimio Severo reliqua pars Orientis regenda traditur. Datur eidem Tribunicia Potestas in annos XIX. Additur ei Cæsar Clodius Septimius Albinus, Consul suffectus hoc anno.

Didio Severo Juliano ad annum unum Gallia commendatur, forte & Illyricum, cum titulo COS. & P. M. Unde Didii Juliani nullus est nummus Græcus, quoniam nihil ei juris in Oriente.

Quæsiti sunt autem qui Commodo succederent, in ipsa Cæsarum gente; omnes ætate ac prudentia senili: nullus enim minor annis quinquaginta fuit: quidam etiam septuagesimum annum videntur supergressi.

I. STEMMA PESCENNII NIGRI AVG.

ex solis nummis antiquis.

IVLIA TITI AVG. F. Conjux Ælii NERVÆ CÆS. AVG.

Ælia Julia, Nervæ F. Nupsit L. Aurelio Vero, ut in Nervæ stemmate, & M. Aurelii dixi.

Julia Vera, conjux Aurelii Veri Justi, ut dixi in stemmate M. Aurelii.

Julius Verus. Conjux Antonia Pia, Antonii Pii filia, soror patruelis Faustinæ Marci. — Julia Justa, conjux Pescennii Nigri. — Julius Marianus, a Maria conjuge. Hujus nepotes.

IVLIA DOMNA PIA AVG. secunda conjux Septimii Severi Aug.

PESCENNIVS NIGER IVSTVS AVG. *Pescennius Niger*, ex patre. *Justus*, ex matre. Conjux, Fulvia Plautilla.

IVSTA FVLVIA PLAVTILLA AVG. Conjux Antonini Severi F. *Justa*, ex patre. *Fulvia Plautilla*, ex matre.

DIVA MARINIANA. — DIVVS MARINVS. Conjux, neptis Commodi.

MARIVS P. F. AVG. — T. IVL. MAR. PACATIANVS P. F. AVG. *Titus Julius*, quia pronepos pronepotis Juliæ Titi Aug. filiæ, & primogenitus gentis Flaviæ ac Juliæ. *Marius*, ex patre & proavia. *Pacatianus*, ex conjuge. *Pius Felix*, ex matre.

II. STEM-

II STEMMA DIDII SEV. IVLIANI, SEPT. SEVERI PERTINACIS, & CLOD. SEPT. ALBINI.

Septimius Severus. Ex conjuge Julia
Tiberii Aug. abnepte,

Julia Severa, conjux Clari.
- Julia Clara conjux Didii Juliani Aug.

Septimia Severa Albina, conjux Clodii.
- D. CLOD. SEPT. ALBINVS CÆSAR AVG.
  Clodius, ex patre.
  Septimius Albinus Cæsar, ex matre:
  sed non *Pius*.

Sept. Severa, conjux Didii.
- DID. SEV. IVLIANVS AVG.
  Didius, ex patre:
  Severus, ex matre.
  Julianus, ex uxore Julia Clara.
  - DIDIA CLARA AVG.
    Didia, ex patre.
    Clara, ex matre.

Sept. Severus. Conjux, soror Pertinacis Pii Aug.
- SEPT. SEVERVS PIVS vel PERT. AVG.
  Septimius Severus, a patre.
  Pius & Pertinax, a matre.

Clodiam gentem a Claudia nec Patinus distinguit, nec D. Vaillant: cum tamen esse duas gentes diversas dissimilia in nummis & symbola & prænomina arguant. Claudiæ familiæ prænomina sunt, *Tiberius*, *Nero:* & in altera familia, Appius: Clodiæ. *Caius*, *Marcus Publius Decimus*. Deinde Claudia familia patricia fuit & nobilissima: Clodia plebeia: unde P. Clodius, quem fuisse Tribunum plebis Plinius admonet, libro XXXIII. sect. XIV. pag. 30. cum ait: *Qui nunc Victoriatus* nummus *argenteus appellatur*, *lege Clodia percussus est*. De eo rursum idem, libro XXXIV. sect. XI. pag. 97. *P. Clodii funere Curia incensa*. Et sect. XXXIX. pag. 147. *Magni Pompeii tertio Consulatu*, *in tumultu necis Clodianæ*. Et libro XXXVI. sect. XXIV. pag. 309. *P. Clodius*; *quem Milo occidit*. Nobilitata tamen ea familia est: nam ex ea & P. Clodius M. F. Triumvir Monetalis sub Cæsare Triumviro, apud Patinum, pag. 72. & C. Clodius Macrinus, in Africa Legatus, post Neronis excessum: & nunc *Decimus Clodius Albinus Cæsar*. Denique in nummis Græcis & Clodius Albinus, & Clodius Pupienus. ΚΛΩΔΙΟϹ semper scribitur: Claudius vero semper ΚΛΑΥΔΙΟΣ est.

III. STEMMA PERTINACIS AVG. & SEPT. SEVERI AVG.

ex solis nummis antiquis.

Antonianus Pius. Vide stemma Antonini Pii. Huic ex Ælia,
Nervæ Cæsaris filia, liberi fuere,

T. ÆL. CÆS. ANTONINVS AVG. PIVS.
- FAVSTINA PIA.
  - M. COMMODVS ANTONINVS AVG. PIVS.

Antonius Pius, abavus M. Ant. Gordiani Africani.

Antonia Pia, conjux Helvii Pertinacis.
- Pia, soror Pertinacis Aug. conjux Septimii Severi.
  - SEPT. SEVERVS PIVS vel PERT. AVG.
    Septimius Severus, a patre.
    Pius & Pertinax, a matre.
- P. HELV. PERTINAX PIVS AVG.
  Helvius Pertinax, ex patre. *Pius Aug.* ex matre. Non fuit *Pius Felix:* quia non est ex Commodo genitus, sed ex matertera matris ipsius. Conjux TITIANA AVG.

Neque *Helvia* gens, neque *Septimia* in nummis apparet ante Pertinacem, Severum, & Albinum, Cæsares. Plinius tamen, libro XXXIV. sect. XIX. pag. 131. memorat *T. Septimium Sabinum ædilem curulem*. Septimiæ familiæ prænomen est in nummis, P. *Publius*.

IV. STEMMA SEPTIMII SEVERI AVG. *& liberorum*,

ex solis nummis antiquis.

P. Septimius Severus. Conjux, soror Pertinacis Pii Aug.

IMP. CÆS. L. SEPTIMIVS SEVERVS PERTINAX PIVS AVG.
Ex prima conjuge, Ælia Aurelia, M. Aurelii Aug. F. | Ex secunda, quæ Julia Domna Pia:

- Ælia Aurelia Septimia, conjux Ælii Septimii Abgari regis.
- Septimia Pia, conjux Zenobii: cujus neptis
  - SEPTIMIA ZENOBIA AVG. mater Vabalathi AVG.
- M. AVREL. ANTONINVS PIVS AVG.
- SEPT. GETA PIVS.

Sep-

Septimius Severus Aug. in nummis nonnisi alterutrum cognomen assumit, PERT. vel PIVS: numquam utrumque quoniam unde *Pertinax*, inde & *Pius* fuit: ac vicissim.

Jam nummos inspiciamus Augustorum singulorum.

Anno Christi 193. V.C. 946. *Severi* 1.

Numismata Pescennii Nigri.

IMP. CAES. C. PESCEN NIGER IVST. AVG. Capite laureato. .)(. ROMAE AETERNAE. Sedet galeata: dextra Victoriam tenet, hastam sinistra. Est argenteus in Museo nostro.

Eadem inscriptio. .)(. CERERI FRVGIFERAE. Stat Dea stolata, dextra spicas, læva hastam puram tenet. Argenteus in gaza Regia.

ΑΥΤΟΚ. ΚΑΙΣΑΡ. Γ. ΠΕCΚΕ. ΝΙΓΡΩ. Δ. Hoc est, Δικαίῳ, Justo. Capite laureato. .)(. ΠΡΟΝΟΙΑ ΘΕΩΝ. *Providentia Deorum.* Aquila clavam tenet unguibus. Est ex ære magno, in Gaza Regia.

IMP. CAES. C. PESCEN. NIGER IVST. AVG. Capite laureato. .)(. AETERNITAS AVG. Luna inter septem planetas. Argenteus.

Ut supra. .)(. VICTORIA AVG. Victoria dextra coronam, læva palmam tenet. Est argenteus, apud Patin. pag. 254.

IMP. CAES. PESC. NIGER IVST. AVG. Capite laureato. .)(. FORT. REDVCI. *Fortunæ reduci.* Pariter argenteus.

Pescennio Nigro solam fuisse commissam Syriam Palæstinam, nummi ex ære testantur: quos alios ille non habet, nisi Cæsareæ Palæstinæ, vel in colonia Ælia Capitolina cusos: de quibus egi in Nummis Populorum & Urbium. Argenteos interim in ipsius commendationem de more cudebat Provincia Narbonensis.

Prænomen *Caii* assumit, quoniam esset ipse inter Augustos ex Ælia Julia Nervæ filia procreatos, primogenitus; filius Juliæ Justæ, quæ & neptis Æliæ Juliæ, & proneptis Juliæ Titi filiæ fuit. Erat enim primogenitorum in gente Julia prænomen, *Caius.*

Numismata Severi Aug. & Juliæ conjugis.

IMP. CAES. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. Capite laureato. .)(. SAECVLO FRVGIFERO. TR. P. COS. S C. Sol radiato capite, dextra caduceum læva tridentem tenet. Est nummus singularis ex ære magno, apud P. CHAMILLART. Similem proferam Clodii Albini, ad annum sequentem. Septimius Severus *Lucii* prænomen assumpsit, quoniam id proprium fuit primogenitorum in gente Ælia. Erat enim Septimius Severus abnepos L. Ælii Nervæ Aug.

SEVERVS PIVS AVG. Capite laureato. .)(. ADVENTVS AVG. Imperator in equo. Argenteus.

IMP. CAE. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. Capite laureato. .)(. ANNONA AVGVSTI CERES. Sedet Ceres cum patera ante aram: læva tedam tenet. E regione stat Annona cum Cornucopiæ: juxta, navigium. Est ex ære mediocri, in gaza Regia.

Eadem inscriptio. .)(. LEG. VIII. AVG. Tria signa militaria. Infra, TR. P. COS. Est argenteus in tuo ipsius Museo, ut ad me scripsisti.

Ejusdem. .)(. VOTA SVSCEPTA X. *Vota suscepta decennalia.* Argenteus e Thesauro Mediceo, teste Card. Norisio, cap. IV. de Votis decennalibus.

IMP. CAE. L. SEP. SEV. PERT. AVG. IMP. II. Capite laureato. .)(. Imperator in equo, dextra elata, pacifici habitu. S P Q R OPTIMO PRINCIPI. Argenteus, in Gaza Regia.

IMP. CAES. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. Capite laureato. .)(. Victoria cum palma & corona. VICT. AVG. TR. P. COS. Argenteus est apud P. CHAMILLART: ex ære magno, cum S C in Museo nostro.

L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. II. Capite laureato. .)(. DIS AVSPICIBVS. Jupiter & Liber Pater stant. S C. Ex ære magno, in Museo nostro.

Severi nummos, ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΕΤ.ΒΞ. & ΙΕΡΟΚΑΙCΑΡΕΩΝ ΕΤ.ΒΟΡ. vide in Nummis Populorum & Urbium.

IVLIA AVGVSTA, Severi conjux. .)(. CERERI FRVGIF. Dea dextra spicas, læva hastam gerit. Argenteus apud Mediobarbum. Augustæ etiam ipsæ curam annonæ ad se pertinere voluerunt. Eamdem epigraphen superius vidimus in Pescennio Nigro; ut consensionem inter se Augustorum vel inde agnoscas. In alio Juliæ Augustæ est, CERERI REDVCI.

Ejusdem Juliæ. .)(. CΕΒΑCΤΗΝΩΝ CΥΡ. L. CK. *Sebastenorum Syriæ* anno CCXX. qui autumno anni hujus incipit. Est in Thesauro Mauroceni, pag. 129.

ΙΟΥΛΙΑ ΔΟΜΝΑ CΕΒΑCΤΗ. .)(. L. A. *Anno primo.* Dea dextra libram tenet, sinistra Cornucopiæ. Est ex ære mediocri, apud D. FOVCAVLT. *Domnæ* cognomen contractum ex Latino *domina* est.

ΙΟΥΛΙΑ ΠΙΑ ΑΥΓΟΥCΤΑ. .)(. ΝΙΚΑΕΩΝ. *Nummus Nicaensium* in Bithynia. CΑΓΑΡΙC. Fluvius decumbens. Est ex ære mediocri, in Thesauro Regio. Nomen *Piæ* docet a *Pio* Juliam genus traxisse: ut nomen ΑΥΓΟΥCΤΑ ab *Augusto.*

Numismata Pertinacis Aug.

IMP. CAES. P. HELV. PERTINAX AVG. Caput laureatum. .)(. PROVIDENTIAE DEORVM. COS. II. SC. Dea orbem stellatum suspicit, dextra elata. Est ex ære magno, apud P. CHAMILLART. Sic in Pescennio vidimus, ΠΡΟΝΟΙΑ ΘΕΩΝ: ut ambos vel eo judicio concordes fuisse Augustos intelligas. *Publii* prænomen Pertinax habet, quoniam est illud proprium primogenitorum gentis Liciniæ Nervæ, ex qua fuit Nerva proavus Pertinacis. Testis est nummus argenteus apud Patinum, pag. 151. P. NERVA. Occupatus enim a Pescennio & Severo prænominibus Cæsarum propriis, non aliud aptius ei visum est, quam Augusti proavi, assumendum.

IMP. CAES. P. HELV. PERTIN. AVG. Capite laureato. .)(. AEQVITAS AVG. ut in Albino. TR. P. COS. II. Ex ære mediocri, in Thesauro Mauroceni, & in Cimelio D. FOVCAVLT.

IMP. CAES. P. HELV. PERTINAX AVG. Capite laureato. .)(. VOT. DECEN. *Vota decennalia.* TR. P. COS. II. S C. Ipse velatus ante aram sacrificat. Est ex ære mediocri in Museo P. CHAMILLART. Non sic habent vota decennalia, aut Pescennius, aut Didius, aut Albinus.

IMP. CAES. P. HELV. PERTIN. AVG. Capite laureato. .)(. LIBERATIS CIVIBVS. Dea stat, dextra tabellam tenet, læva Cornucopiæ. Erant aut interclusi commeatus, aut magna in Urbe annonæ caritas. Moderatum esse pretium annonæ fecit, scripsitque in tabula publice: quam interdum cum Antiquariis barbare *tesseram* ipsi fortassis appellamus. Est hic argenteus in gaza Regia.

Ut

Ut supra. .)(. LIB. AVG. TR. P. COS. II. Dea Liberalitas stat cum tabella & Cornucopiæ. S C. Apud Angeloni, pag. 222.

Ut supra LAETITIA TEMPOR. In Museo nostro argenteus est.

Ut supra. .)(. OPI DIVIN. TR. P. COS. II. Ops Dea sedet, dextra spicas tenet. Argenteus e Museo nostro.

ΑΥΤ. ΚΑΙΣ. Π. ΗΕΛΥ. ΠΕΡΤΙΝ. ΣΕΒ. Capite laureato. Sic Σ & H litteræ ibi sculptæ. .)(. Templum sex columnis ornatum. ΕΦΕΣ. ΝΕΩΚ. Ex ære magno, in Cimelio D Begon.

Ejusdem. .)(. ΟΜΟΝΟΙΑ. L. A. *Concordia*. Anno primo, qui more Græco incipit autumno anni hujus. Dea stans laurum dextra tenet, læva geminum cornucopiæ. In Thesauro Mauroceni, ex ære mediocri est, pag. 127.

Ejusdem: .)(. L. A. *Anno primo*. Dea Æquitas stat cum libra & Cornucopiæ: ut in nummo Juliæ Domnæ hoc anno.

ΤΙΤΙΑΝΗ ΣΕΒΑΣΤΗ. *Titiana Augusta*, quæ conjux Pertinacis. .)(. L. A. Victoria stans clypeum tenet. Est ex ære mediocri in Gaza Regia, & apud D Foucault. Somniavit Capitolinus, vetuisse Pertinacem, ne uxor *Augusta* diceretur.

Numismata Didii Juliani Aug.

IMP. CAES. M. DIDIVS IVLIAN. AVG. Capite laureato. .)(. CONCORDIA MILIT. Dea inter duo signa militaria. Est in Museo nostro argenteus: & ibidem ex ære magno, cum S C. *Didius* ex illo descendit Didio, cujus est apud D. Foucault, nummus argenteus, T. DIDI. IMP. VIL. PVB. *Marci* prænomen assumpsit ex gente Antonia; ex qua materno genere processit abneptis illa Tiberii, quæ avia Didii Aug. fuit.

IMP. CAES. M. DID. SEV. IVLIAN. AVG. Capite laureato .)(. P. M. TR. P. COS. S C. Ubertas temonem orbi Romano impositum dextra tenet, læva Cornucopiæ. Est ex ære magno in Museo nostro: & argenteus, sine S C. apud P. Chamillart.

IMP. CAES. M. DID. SEV. IVLIAN. AVG. Capite laureato. .)(. In corona laurea, S P Q R OPTIMO PRINCIPI. Argenteus in Gaza Regia. Similis epigraphe est in nummo Severi.

IMP. CAES. M. DID. SEVER. IVLIAN. AVG. Capite laureato. .)(. RECTOR ORBIS. S C. Imperator stat togatus, dextra tenet orbem Romanum. Est ex ære magno in Museo nostro.

DIDIA CLARA AVG. filia Didii Juliani. .)(. HILARITAS TEMPORVM. Stat Dea: palmam arborem dextra tenet, læva Cornucopiæ. Ex ære magno, ibidem.

MANLIA SCANTILLA AVG. .)(. IVNO REGINA. Stat Dea cum hasta & patera. Ad pedes, pavo. Est ex ære magno, ibidem. Utrius autem Augusti sit conjux Manlia, Didiine, an Albini, certo statuere ex nummis non possumus.

Numismata Clodii Albini Cæsaris.

D. CL. SEPT. ALBIN. CAES. Caput senile nudum. .)(. ROMA AETERNA, ut fere in nummo Pescennii. Sedet ipsa, oleæ ramum dextra gerit. Argenteus in Museo nostro.

Eadem inscriptio. .)(. FORT. REDVCI, ut in nummo Pescennii. Stat Dea stolata, dextra temonem, læva Cornucopiæ tenet. Est argenteus apud P. Chamillart: & ibidem ex ære magno, S C. FORTVNAE REDVCI.

Eadem inscriptio. .)(. AEQVITAS AVGVSTI; Severi nimirum, sub quo Cæsar Albinus fuit. Argenteus in gaza Regia. Eamdem epigraphen Pescennii nummus habet: quoniam eodem tempore ambo percussi ad concordiam Augustorum significandam.

D. CLOD. ALBIN. CAES. *Decimus Clodius Albinus Cæsar*. Capite nudo. .)(. CONCORDIA, ut in Græco Pertinacis numismate, ΟΜΟΝΟΙΑ. Ista similitudo inscriptionum in nummis Augustorum ac Cæsarum, Concordiam eorumdem inter se aperte demonstrat. S C. Dea sedet cum patera & cornucopiæ. Est ex ære magno in Museo P. Chamillart.

D. CLODIVS ALBIN. CAES. Capite nudo. .)(. PROVID. AVG. COS. Dea cum hasta ostendit radio orbem Romanum quem regit. Est argenteus in Museo nostro. AVG. COS. *Augustus Consul*, Severus est, sub quo Albinus Cæsar fuit.

ΔΕ. ΚΛΩΔΙΟΣ ΑΛΒΕΙΝΟΣ ΚΑΙΣΑΡ. *Decimus Clodius Cæsar* Capite nudo. .)(. ΣΙΔΗΤΩΝ in Pamphylia: nec alibi in Oriente Græci cusi exstant in honorem Albini Cæsaris nummi sinceri. Est in Thesauro Regio. Pallas & Bacchus in eo nummo dextras jungunt. Unum præterea affert ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ D. Galland, & ex illo D. Vaillant: sed ut alios permultos, fictum & in charta tantum exstantem.

Anno Christi 194. V. C. 947. *Severi* 2.

Kal. Januariis Severus II. & Albinus II. ineunt Consulatum. Natali Urbis, jam mortuo Pertinace, totum imperium, excepta Palæstina, uni Severo committitur; sub quo etiam Septimius Albinus Cæsar aliqua potitur parte regiminis, sed sine TR. POT. quam solus habuit Severus Aug.

Numismata Pertinacis Aug.

IMP. CAES. P. HELV. PERTIN. AVG. Capite laureato. .)(. SAECVLO FRVGIFERO: ut in Severo anno superiore vidimus: & mox in Albino visuri sumus. Caduceus cum spicis. Est argenteus in Gaza Regia.

Circiter anni hujus initium major jam septuagenario Pertinax obiisse videtur, & inter divos fuisse relatus.

DIVVS PERTINAX PIVS PATER. Capite nudo. .)(. AETERNITAS. Pertinacis imago curru trahitur, juncto elephantis quatuor, cum totidem sessoribus. Est ex ære maximo. *Pater* est Pater Senatus & Patriæ.

Numismata Pescennii Nigri Aug.

IMP. CAES. PESC. NIGER IVST. AVG. Capite laureato. .)(. INVICTO IMP. TROPAE. Trophæum. Est argenteus apud Spanhem. in Juliani Cæsares, pag. 233.

Eadem inscriptio .)(. IOVI PRAE. ORBIS. *Jovi Præsidi Orbis*. Argenteus, teste D. Vaillant.

Ut supra. .)(. BONI EVENTVS. Dea stolata stat; dextra canistrum, læva spicas tenet. Argenteus, apud D. de Lamoignon.

Ut supra. .)(. MINERVAE VICTRICI. Dea stat galeata, dextra Victoriam, læva clypeum cum hasta gerit. Argenteus in Gaza Regia.

Ut supra .)(. MARTI VICTORI. Mars galeatus incedit, dextra tenens bacillum Imperatorium. Argenteus, apud Illustriss. HARLÆVM.

Numismata Severi Aug. & Juliæ conjugis.

IMP. CAE. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. Capite laureato. .)(. FIDEI LEG. TR. P. COS. S C. Dea cum hasta Victoriam Romanam tenet. *Fidei legionum* accepta refertur Victoria. Est ex ære magno, in Museo nostro: cusus ante Natalem Urbis.

IMP. CAE. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. COS. II. Capite laureato. .)(. INVICTO IMP. ut in Pescennio. Trophæum. Argenteus, teste D. Vaillant.

Eadem inscriptio. .)(. IOVI PRAE. ORB. ut in Pescennio. Juppiter stat cum hasta, dextra tenet Victoriam: ad pedes, Aquila Romana. Aureus est in Thesauro Regio. Hæc similitudo inscriptionum in nummis Pescennii & Severi, consensionem amborum inter se hoc etiam anno demonstrat.

L. SEPT. SEVERVS PERTINAX AVG. IMP. III. Capite laureato. .)(. FIDES MILITVM. TR. P. II. COS. II. P. P. Cohortes Severus alloquitur ex suggesto. Est nummus ex ære maximo, in Cimelio reginæ Christinæ.

L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. III. P. P. Capite laureato. .)(. MARTI ROM. TR. P. II. COS. II. *Marti Romano*: ut in nummis Commodi vidimus, HERCVLI ROM. Mars gradiens. Est ex ære magno, apud P. DE VITRY, Societatis nostræ virum pereruditum.

L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. IIII. Capite laureato. .)(. DIS AVSPICIBVS. TR. P. II. COS. II. P. P. S C. Juppiter & Liber Pater stant: ad pedes Liberi, panthera. Apud Angeloni, pag. 243.

Ut supra. .)(. ANNONA AVG. COS. II. P. P. S C. Dea stat cum spicis & Cornucopiæ: ad pedes, modius ex quo exstant spicæ. Est ex ære magno, apud P. CHAMILLART.

Ut supra. .)(. AFRICA. Dea stat cum proboscide: ad pedes, leo. Ex ære magno, ibidem. Non alterius provinciæ nomen in Severi nummis occurrit, nisi Africæ & Britanniæ: & Africæ quidem sub ipsa imperii initia, multo vero postea Britanniæ: idcirco artifices Romanæ historiæ hunc dixere in Africa natum, in Britannia diem supremum clausisse.

ATT. A. CEΠT. CEOYHPOC. Caput laureatum. .)(. MHTPOΠ. KAICAP. NEΩ. ET. B. *Anno secundo* Severi, qui more Græco incipit autumno hujus anni. Victoria orbi imposita, dextra lauream, læva palmam gerit. Argenteus, in gaza Regia. Cæsarienses defendi se adversus Parthos armis Augustorum sæpe testantur.

ATT. KAIC. M. ATP. ANTΩNEINOC CEB. Antoninus Severi F. .)(. MHTPO. KAICAP. ET. B. Mons Argæus. *Anno secundo* Severi patris. Est ex ære minimo, in Gaza Regia.

Juliæ Domnæ. .)(. ZHAEITΩN. ET. MC. *Anno* CCXL. Vide Nummos Populorum & Urbium.

IVLIA AVGVSTA. Caput Juliæ. .)(. VICT. AVG. TR. P. II. COS. II. P. P. Victoria gradiens cum palma & corona. S C. Ex ære magno, apud P. CHAMILLART.

Numismata Clodii Albini Cæsaris.

D. CL. SEPT. ALBIN. CAES. Capite nudo. .)(. COS. II. Æsculapius stans. Est argenteus, ibidem.

D. CLOD. SEPT. ALBIN. CAES. Capite nudo. .)(. FIDES LEGION. COS. II. ut in nummo Severi hoc anno. Dexteræ duæ junctæ tenent Aquilam legionariam. Argenteus est in gaza Regia.

Ut supra. .)(. FEL. AVG. COS. II. *Felicitas Augusti*, Severi nimirum, *Consule secundum* Albino.

Ut supra. .)(. FIDES AVG. COS. II. Alius, PAX AVG. COS. II. Alius, SPES AVG. COS. II. Alius, VICTORIA AVG. COS. II.

D. CL. SEPT. ALBIN. CAES. Capite nudo. .)(. SAECVLO FRVGIFERO. ut in Pertinace & Severo. COS. II. Sol radiato capite, læva tridentem tenet, dextra caduceum cum spicis. Ubertatis auctor Sol dicitur, terra marique, pacis beneficio. S C. Ex ære magno, in Museo nostro.

Anno Christi 195. V. C. 948. *Severi* 3.

Numismata Pescennii Nigri Aug.

IMP. CAES. C. PESC. NIGER IVST. Capite laureato. .)(. APOLLINI SANCTO. Apollo nudus, columnæ innixus, lauri ramum tenet. Argenteus in gaza Regia, cusus ante Natalem Urbis.

Natali Urbis totum imperium uni Severo datur, qui Septimium Albinum creari Augustum fecerat Kalendis Januariis, ad Gallias regendas anno uno: neque enim plures ipsius annos nummi ostendunt.

Numismata Severi Aug.

L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. IIII. Capite laureato. .)(. APOLLINI AVGVSTO. Apollo stola vestitus, dextra pateram, læva hastam tenet. Est argenteus, apud P. CHAMILLART.

L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. V. Capite laureato. .)(. PART. ARAB. PART. ADIAB. *Parthia Arabica*, *Parthia Adiabenica*, devictæ hoc anno nimirum per Severi legatos: quemadmodum in similibus legitur, DACIA, GERMANIA, IVDAEA. Nam & in isto trophæum est: ad pedes, captivi duo lugent. S C. Infra, COS. II. P. P. Est ex ære magno, in Museo P. CHAMILLART, in nostro argenteus.

L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. VII. Capite laureato. .)(. DIVI M. PII F. TR. P. III. COS. II. P. P. Miles coronat Imperatorem. S C. Est ex ære magno apud P. CHAMILLART. In alio simili, IMP. VI. & Dea stans sistrum tenet, cum Cornucopiæ: quæ sunt lætitiæ in choreis & Ubertatis symbola. *Marci Antonini filius* dici aut esse Severus non potuit, nisi gener fuit: ducta in matrimonium Ælia Aurelia M. Antonini filia: unde filium suum de matris ipsius & avi materni nomine *M. Aurelium Antoninum Pium* appellavit. Generos autem *filios* passim, ut nunc quoque soceri faciunt, appellabant.

Ut supra. .)(. DIS AVSPICIBVS. TR. P. III. COS. II. P. P. Hercules & Liber Pater stant: ad pedes Liberi, panthera. Est ex ære magno, ibidem.

AT. K. A. CEΠT. CEYHPOC. Capite laureato. .)(. ATT. K. KΛΩΔIOC. AABEINOC. Capite nudo. Nummus apud Stradam, pag. 83. sed fictus.

Numismata Clodii Albini Aug.

IMP. CAES. D. CLO. SEP. ALB. AVG. Capite laureato. .)(. APOLLINI AVG. ut in nummo Severi hoc anno. COS. II. Est argenteus apud Occonem, pag. 342.

IMP. CAES. CL. SEPT. ALBIN. AVG. Capite laureato. .)(. SPQR OB C. S. in corona quer-

quercea, *ob cives servatos*. Argenteus, in Cimelio Colbertino.

IMP. CAES. D. CLO. SEP. ALB. AVG. Capite laureato: vultu annorum L X. .)(. MONETA AVG. COS. II. Dea stat, dextra libram tenet, læva Cornucopiæ. Argenteus perpulcher, apud D. de Boze.

IMP. CAES. D. CLOD. ALBIN. AVG. Capite laureato. .)(. GEN. LVG. COS. II. Genius capite turrito, dextra hastam, læva Cornucopiæ gerit; ad pedes, Aquila Romana. Argenteus in Museo D. de Boze, & apud Sponium. Sed frustra laboravit Sponius, ut hunc civitati suæ Lugdunensi nummum adsereret. Aquila, quæ ad Genii pedes pingitur, Legioni magis, quam Lugduno convenit. Caput turritum, castra cum turribus sive munitionibus denotat. Cornucopiæ, annonæ ubertatem, quam procurat exercitus. Itaque ubi LVG. scriptum est, malim interpretari, *Genio Legionis quintæ Gallicæ*. Legio III. GALL. in nummis Severi Alexandri legitur, & in nummis *Ῥησαινησίων* sub Treboniano Gallo. Habet hunc nummum Occo, pag. 342. ita inscriptum, GEN. L. AVG. quod in Indice interpretatur, *Gen. Leg. Aug.* Genius stans, inquit, dextra hastam, læva Cornucopiæ gerit. Certe legione opus Albino Augusto fuit ad tutandas Gallias. Unde in nummis ejusdem Albini superius vidimus, FIDES LEGION. COS. II. Et in Severo, FIDEI LEG. In simili Albini nummo, apud P. Chamillart, legitur tantum, GEN. L. COS. II. *Genius Legionum, Consulis secundum.*

ΑΥΤ. Κ Δ. ΚΛ. CΕΠΤ. ΑΛΒΕΙΝΟC. *Imp. Cæsar Decimus Clodius Septimius Albinus.* Capite nudo. .)(. CΙΔΗΤΩΝ in Pamphylia: apud Patinum, teste D. Vaillant.

Numismata liberorum Severi Aug.

M. AVR. ANTONINVS CAES. PONTIF. Capite nudo. .)(. DESTINATO IMPERAT. *Destinato Imperatori.* Vasa Pontificalia. Argenteus e Museo nostro. Hic est Antoninus, quem *Caracallam* falso nominarunt.

M. AVR. ANTONINVS CAES. Capite nudo. .)(. SEVERI AVG. F. S C. Instrumenta Pontificalia. Est ex ære magno, ibidem.

M. AVR. ANTON. CAES. PONTIF. Capite nudo. .)(. PRINCIPI IVVENTVTIS. S C. Stat ipse cum sceptro & hasta: juxta, trophæum. Est ex ære magno, apud P. Chamillart.

M. AVR. ANTONINVS CAES. Capite nudo. .)(. SPEI PERPETVAE. S C. Spei typus. Ex ære magno, in Museo nostro.

SEPT. SEVERVS AVG. Capite radiato. In medio, COL. *Colonia.* .)(. ANTONINVS CAES. Capite nudo: Aquila Romana ante posita. In medio, BER. *Berytus.* Ex ære minimo. Nondum erat Antoninus TR. POT.

Nummos Græcos Severi, ΑΡΕΘΟΥϹΑΤΩΝ· ΕΤ. ΓΞϹ. & Antonini; ΓΑΖΑ ΗΝϹ. & ΕΙΡΗΝΟΠΟΛΙΤΩΝ. ΕΤΟΥϹ. ΔΜΡ. Vide in Nummis Populorum & Urbium.

P. SEPTIMIVS GETA CAES. Capite nudo. .)(. SEVERI PII. AVG. FIL. Instrumenta Pontificalia: ut in Antonino. Est in Museo nostro argenteus.

P. SEPT. GETA CAES. PONT. Capite nudo. .)(. PRINCIPI IVVENTVTIS: ut in nummo Antonini. Est argenteus apud P. Chamillart.

Λ. CΕΠΤΙ. ΓΕΤΑϹ Κ. Capite nudo. .)(. ΜΗΤΡΟ. ΚΑΙϹΑΡΙΑ ΝΕΩΚ. ΕΤ. Γ. *Anno tertio*, qui autumno anni hujus incipit. Mons Argæus. Est apud D. Vaillant.

Anno Christi 196. V. C. 949. Severi 4.

L. SEPT. SEVERVS *solus.*

Antoninus hoc anno agnoscitur *Αὐτοκράτωρ*, sed in Oriente tantum: neque cum Augusti titulo, & sine TR. POT.

Severi caput laureatum, cum Solis sidere, quod est insigne Orientis, ubi Sauromates rex Ponti regnabat. Infra, ΔϞΥ. *anno* 494. Æræ initium est ab autumno anni V. C. 456. ut dictum est in Chronologia Veteris Testamenti. .)(. ΒΑϹΙΛΕΩϹ ϹΑΥΡΟΜΑΤΟΥ. Caput senile diadematum. Edidit Seguinus.

L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. VII. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. IIII. COS. II. P. P. S C. Juppiter stans dextra Victoriam, læva hastam tenet. Ex ære magno, apud P. Chamillart.

Numismata liberorum Severi Aug.

ΑΥΤ. Κ. ΜΑΡΚ. ΑΥΡΗΛ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ, vultu admodum juvenili. .)(. ΓΑΖΑ. ΕΙΩ. *Gaza* & *Io.* ΘΝϹ. *Anno* CCLIX. æræ Pompeianæ, qui autumno incipit anni hujus. Est in Gaza Regia, ex ære mediocri, & in Museo nostro.

Ejusdem Antonini, & Severi patris, nummus est Cæsareæ Philippi: ΚΑΙϹΑΡΙΑϹ ΥΠ. ΠΑΝΙΩ. ΕΤ. ΡϞΘ. Item Juliæ Domnæ, ΖΗΛΕΙΤΩΝ. ΕΤ. ΒΜϹ. de quibus vide Nummos Populorum & Urbium.

P. SEPT. GETA CAES. PONT. Capite nudo, vultu juvenili. .)(. PRINC. IVVENTVTIS. Ipse stans paludatus, cum sceptro Cæsareo: retro, trophæum. Est in Museo nostro, argenteus.

Ut supra. .)(. NOBILITAS. Dea stans, dextra hastam, læva tenet effigiem Palladis, cujus nobilitas a Jove est. Argenteus ibidem. Getæ Pio Nobilitas ex patre, qui fuit abnepos Nervæ Cæsaris Augusti, & ex matre Julia Domnia Pia, quæ neptis Antonini Pii. Itaque nobilitatem repræsentabat gentis Juliæ, Æliæ, Liciniæ, Antoniæ, Pompeiæ sive Piæ, Septimiæ, &c. Non dicitur NOBILITAS AVG. ut in nummo Commodi; quoniam non esset tunc Geta AVG. Nec dicitur, NOBILITAS CAES. ne crederetur dici eum habere quidpiam singulare supra fratrem suum, qui non erat eadem matre genitus. Scribi tantum igitur NOBILITAS oportuit. Cum autem ex patre *Septimius* sit appellatus, ex matre *Geta* nomen eum accepisse oportet; ex proavia materna Hosidia. Est enim Hosidiæ gentis cognomen GETA, apud Patinum, in familiis Rom. pag. 111. Ex ea gente peculiaris Getæ Cæsari *Nobilitas* fuit. Est hic nummus argenteus in Cimelio D. Foucault.

P. SEPT. GETA CAESAR. Capite nudo. .)(. CASTOR. Castor equum habena retinet. Symbolum istud est Principis Juventutis, vel Magistri equitum; ob illud Horatii, libro 2. Serm. Satyra 1. versu 26. *Gaudet Castor equis.* Aureus est in Gaza Regia: argenteus apud P. Chamillart.

ΠΟ. CΕΠΤΙΜΙΟϹ ΓΕΤΑϹ. Capite nudo. .)(. ΜΥΛΑϹΕΩΝ. Juppiter cum securi, & hasta, in templo. Ex ære maximo: in Thesauro Regio.

Π. CΕΠ. ΓΕΤΑϹ Κ. Capite nudo. .)(. ΕΠ. Γ. ϹΑΛΛ. ΑΡΙϹΤΑΙΝΕΤΟΥ. ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. Europa tauro vecta. Qui typus situm urbis ad Bosporum indicat. Vide Nummos Populorum & Urbium, verbo ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. In nummis Latinis semper est *P. Geta*; in Græcis, priusquam Augustus esset, fere semper Λ. *Lucius.* Prius de Septimia

mia gente prænomen est: posterius de gente Ælia, ut in Severo patre.

Anno Christi 197. V. C. 950. Severi 5.

Natali Urbis Severus impetrat a Senatu pro filio Antonino Tribuniciam Potestatem.

L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. VIIII. Capite laureato. .)(. IMPERI FELICITAS. Capite Severi & Antonini adversa. Aureus est in gaza Regia.

Ut supra. .)(. P. M. TR. P. V. COS. II. P. P. Fortuna cum temone & Cornucopiæ. Argenteus in Museo nostro.

Ut supra: IMP. VIII. .)(. MVNIFICENTIA AVG. Elephas. Ludos hoc anno editos significat. Est ex ære magno, apud P. CHAMILLART. Statui vix potest, utrum in eo nummo sit IMP. VIII. an IMP. VIIII.

AT. K. Λ. C. CEΟΥΗΡΟϹ . . . . *Imp. Cæsar L. Septimius Severus* . . . Capite laureato. .)(. ΑϹΚΑΛΩ. Venus stans cum hasta, columbam dextra tenet: sub pedibus hippocentaurus in piscem desinens, cornucopiæ dextra gerit: ubertatis terra marique symbolum. AT. hoc est, anno CCCI. Est ex ære mediocri, in Gaza Regia. Nunc primum in nummis Romanum Imperatorem Ascalo Αὐτοκράτορα vocat.

ΑΥΤ. Λ. CEΠΤ. CEΟΥΗΡΟϹ. Capite laureato. .)(. ΜΗΤΡΟΠ. ΚΑΙϹΑΡ. ΕΤ. Ε. ἔτει ε. *anno quinto*. *Metropolis Cæsarea* Cappadociæ. Mons Argæus, cujus in vertice sidus Solis est. Est argenteus in Thesauro Regio.

ΙΟΥΛΙΑ ΔΟΜΝΑ CEBACTH. Caput Juliæ Severi. .)(. ΜΗΤΡΟΠ. ΚΑΙϹΑΡ. ΕΤ. Ε. Stans ipsa hastam puram læva, dextra pomum tenet. Est in Cimelio Sereniss. Electoris Brandeburgici.

Ejusdem Juliæ. .)(. L. E. Victoria in quadrigis. Est in Thesauro Mauroceni, pag. 128.

Juliæ Domnæ caput. .)(. Λ. CEΠ. CEΟΥΗ. *L. Septimius Severus*. ΔΙΟϹΠΟΛΙϹ. Caput Serapidis, quale est in nummis Æliæ Capitolinæ sub Antonino Pio, Cæsareæ Palæstinæ sub Domitiano, aliisque. Hinc E inde P. *Annus* CV. Capitoliensium: qua de æra scripsi in Chronologia Veteris Testamenti: ubi etiam de nummo Antonini Severi filii dixi, ΡΑΒΒΑΘΑΜΗΝΩΝ. ΕΡ.

P. SEPT. GETA CAES. PONT. Capite nudo, vultu juvenili. .)(. SECVRIT. IMPERII. Sedet Severus Aug. togatus, dextra orbem Romanum tenet. Argenteus est apud P. CHAMILLART.

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ΑΥΓ. Π. C. ΓΕΤΑϹ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αὐρήλιος Ἀντωνῖνος Αὔγουστος. Πόπλιος Σεπτίμιος Καῖσαρ. Capita amborum adversa, laureata. .)(. Caput Serapidis. ΥΠ. ΦΛ. ΟΥΛΠΙΑΝΟΥ. ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΙΤΩΝ. *Sub Flavio Ulpiano*, Nummus *Marcianopolitarum*. Latere dextro, E. *Anno quinto* Severi, qui pater Antonini Aug. & Getæ Cæsaris. Est ex ære mediocri perpulcher, quem vidi apud D. Ferrand.

Anno Christi 198. V. C. 951. Severi 6.

L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. VIII. Capite laureato. .)(. ADVENTVI AVG. FELICISSIMO. Imperator in equo, præeunte milite, altero subsequente. Ex ære magno, & argento, ibidem.

Est & Severi, PROFECTIO AVG. P. M. TR. P. VI. COS. VI. Imperator in equo, cum tribus militibus, teste D. Vaillant: sed ipsi non vidimus.

ΑΥΤ. Κ. Λ. CE. CEΟΥΗΡΟϹ. ΑΥ. Κ. Μ. ΑΥΡΗΛ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ. Λ. CE. ΓΕΤΑϹ. *Imp. Cæsar L. Sept. Severus. Imp. Cæsar M. Aurel. Antoninus. L. Septimius Geta.* Sedent tres in sellis curulibus: Severus medius, capite laureato; orbem Romanum dextra tenet: ad dextram Geta nudo capite, quia Cæsar tantum: dextra pateram tenet, symbolum Pietatis: ad sinistram Antoninus capite laureato lituum gestat Auguralem. Nummus a Smyrnæis cusus, ex ære maximo, in gaza Regia.

Λ. CEΠΤ. ΓΕΤΑϹ. ΚΑΙϹΑΡ. Capite nudo. .)(. ΔΑΡΔΑΝΙΩΝ. Æneas, ut aiunt, gestat brachio lævo Anchisen; verius, vir bene valens senem ægrum, qui senex acerram turis gestat; dextra manu vir idem tenet sequentem puerum, pileo rustico tectum, & vestitum brevi lacerna. Sunt hæc tantum symbola Pietatis, tum erga superos, quam turis acerra significat; tum erga pauperes, & ægros, & orphanos. Hæc præcipua sunt officia Pietatis; quæ in nummis etiam Antonini Pii, aliorumque, expressa similibus symbolis vidimus. Hic autem exhibentur ea, alludente de more opifice ad cognomen Getæ *Pii:* qui hujusmodi symbolis vere sui nominis esse prædicatur, hoc est, vere *Pius*. Est hic nummus ex ære mediocri, apud P. CHAMILLART. Ex hoc numismate arrepta occasio est, fingendi ab Ænea portatum humeris Anchisen fuisse, implicitumque dextræ patris Ascanium sive Iulum.

Δ. CEΠΤΙ. ΓΕΤΑϹ ΚΑΙ. Capite nudo. .)(. ΜΗΤΡΟ. ΚΑΙϹΑΡ. ΝΕΩ. ΕΤ. Ϛ. Mons Argæus. Annus ille sextus Severi patris est: cum in nummis Cæsarum soli notentur anni Augustorum. Est argenteus in Cimelio COLBERTINO.

Anno Christi 199. V. C. 952. Severi 7.

De nummis Severi Aug. Græcis, qui sunt hoc anno cusi, ΡΑΒΒΑΘΜΩΜΗΝΩΝ ΒΜΡ. Antonini, ΑΝΘΗΔ. ΕΤ. CΑ. & ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ Phrygiæ. ΤΠΗ. Item Getæ, ΚΑΙϹ. CEB. ΙΕΡ. ΚΑΙ ΑϹΥΛ. ΥΠ. ΠΑΝ. in quo Pan inflat tibiam, cum anno CB. hoc est, 202. vide Chronologiam Veteris Testamenti, ac Nummos Populorum & Urbium.

Anno Christi 200. V. C. 953. Severi 8.

Kal. Januariis Antoninus Severi F. appellatur Augustus.

SEP. SEV. AVG. IMP. XI PART. MAX. Capite laureato. *Parthicus Maximus*, ob victoriam anno superiore relatam. .)(. P. M. TR. P. VII. COS. II. P. P. Dea sedet, dextra Cornucopiæ, læva hastam tenet: ad pedes, navigium. Mediobarbus, pag. 273. ex Card. Norisio, qui visum a se nummum hunc argenteum testatur. Cusus est hoc anno ante Natalem Urbis: quo die dici cœpit Severus TR. POT. VIII.

Eadem inscriptio. .)(. AEQVITATI AVGG. Dea stat cum libra & Cornucopiæ. Est argenteus apud CHAMILLART.

Eadem inscriptio. .)(. PROFECTIO AVG. Imperator in equo cum hasta. Argenteus, ibidem. In alio est, PROFECTIO AVG. FEL. *Profectio Augusti felix*. Ibidem.

L. SEP. SEVERVS AVG. P. M. TR. P. VIII. .)(. ANTONINVS AVG. PONT. TR. P. IIII. Nummus argenteus, quem a se visum fuisse in Museo Abb. Bracesii, Card. Norisius scripsit olim ad P. PAGI, ut iste refert in Critica ad Annales Baron. an. 198.

SEVERVS PIVS AVG. P. M. TR. P. VIII. Capite laureato. .)(. AETERNIT. IMPERI. Capita Antonini & Getæ; illud laureatum, Getæ

Getæ nudum, quoniam hic Cæsar tantum. Argenteus est apud P. CHAMILLART.

L. SEPT. SEV. AVG. IMP. XI. PART. MAX. Capite laureato. .)(. VIRTVTI AVGG. Roma galeata sedens super spoliis, Victoriam dextra gestat, quæ ipsi coronam imponit. Aureus in gaza Regia.

Eadem inscriptio. .)(. In corona laurea, VOTIS DECENNALIBVS. Votis scilicet decennalibus Antonini jam Augusti. Est argenteus in Cimelio D. FOVCAVLT.

Λ. CΕΠΤ. CΕΟΥΗΡΟC. Capite laureato. .)(. ΒΑCΙΛ. ΜΕΓ. ΑΒΓΑΡΟC. Βασιλεὺς μέγας. *Rex magnus Abgarus*, Septimii Severi Aug. gener. Caput cum tiara. Ex ære mediocri, in gaza Regia.

CΕΟΥΗΡΟC. Capite laureato. .)(. ΒΑCΙΛΕΥC ΑΙΛ. CΕΠΤΙΜΙΟC ΑΒΓΑΡΟC. Capite mitra tecto. Apud D. BAUDELOT, ex ære mediocri.

CΕΠΤ. CΕΟΥΗΡΟC. Capite laureato. .)(. ΒΑCΙΛ. Λ. ΑΙΛ. CΕΠ. ΑΒΓΑΡΟC. Capite mitra tecto. Ibidem. Duxit Abgarus Severi Augusti filiam Æliam Septimiam, quam Severus susceperat ex prima conjuge, filia M. Antonini & Faustinæ. Idcirco Abgarus *L. Ælius Septimius* est. Vide stemmata Antonini Pii, & M. Aurelii Antonini.

De nummis Græcis Severi & Antonini, ΚΑΠΙΤΩΛΙΕΩΝ ΗΡ. Juliæ Domnæ, Antonini, & Getæ, ΑΜΑCΕΙΑC ΕΤ. CΗ. Juliæ Domnæ, CΚΗΨΙΩΝ ΑΑC. vide Nummos Populorum & Urbium.

Numismata Antonini Severi F.

ANTONINVS AVGVSTVS. Capite laureato. .)(. PONT. TR. P. III. Juppiter hastam tenet, & orbem Romanum. Argenteus, in Museo nostro: cusus hoc anno ante Natalem Urbis.

ANTONINVS AVG. PONT. TR. P. IIII. Capite laureato. .)(. CONCORDIAE AETERNAE. Caput Severi radiatum, applicitum capiti Concordiæ. Aureus est e Thesauro Regio.

ANTONINVS AVGVSTVS. Capite laureato, vultu juvenili. .)(. SAL. GEN. HVM. *Salus generis humani.* Æsculapius ægrum genu flectentem erigit. Argenteus, apud P. CHAMILLART. Valetudinaria ut bene curarentur, satagisse Antoninum hic nummus docet. *Le soin des Hospitaux.* Sic fuere olim Romæ *Triumviri Valetudinis*, ut docet nummus gentis Aciliæ, apud Patinum, pag. 3. & apud P. CHAMILLART, qui inscribitur; M'. ACILIVS IIIVIR VALETV. *Manius Acilius Triumvir Valetudinis.* Sic Galli dicunt, *les Officiers de la Santé.* Dea innixa columnæ, dextra tenet viperam; ex qua nimirum fit theriaca. .)(. SALVTIS. Deæ caput.

ANTONINVS PIVS AVG. Capite laureato. .)(. VOTA SVSCEPTA X. *Vota suscepta Decennalia.* Ipse Pontificis habitu stat ante aram. Argenteus ibidem, & in Museo nostro.

ANTONINVS AVG. Capite laureato. .)(. BONVS EVENTVS. Genius sacrificat ante aram. Argenteus e Museo nostro.

ANTONINVS AVGVSTVS. Capite laureato, vultu juvenili admodum. .)(. SEVERI PII. AVG. FIL. Juppiter stans dextra Victoriam tenet, hastam læva: ad pedes, Aquila Romana. Argenteus, apud P. CHAMILLART.

ANTONINVS PIVS AVG. Capite laureato. .)(. RECTOR ORBIS. Juppiter stans, dextra orbem Romanum, læva hastam tenet. Argenteus, in Museo nostro.

ANTONINVS AVGVSTVS. Capite laureato. .)(. P. SEPT. GETA CAES. PONT. Capite nudo. Argenteus apud D. Vaillant.

ΑΥΤ. ΚΑΙ. Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. Capite laureato. .)(. Ara; cum Argæo monte Cæsareæ Cappadociæ. ΜΗΤΡΟΠΟ. ΚΑΙCΑΡΕ. ΕΤ. Η. *Anno octavo* Severi, qui pater Antonini. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT.

Ut supra. .)(. Castrum. ΑΔΡ. CΕΥ. ΑΝΤ. ΑΜΑCΙΑC Μ. ΝΕ. ΠΡ. Π. ΕΤ. CΗ. Ἀδριανῆς Σευηριανῆς Ἀντωνινιανῆς Ἀμασίας μητροπόλεως νεωκόρου πρώτης Πόντου, ἔτος ση. Amasia Antoninianam se ab Antonino Severi F. nuncupat. Est hic nummus ex ære mediocri, in Museo P. CHAMILLART. Vide Nummos Populorum & Urbium.

M. ΑΝΤΩΝΙΝΟC ΑΥΓΟΥCΤΟC. Capite laureato. .)(. Π. CΕΠΤ. ΓΕΤΑC ΚΑΙCΑΡ. Capite nudo. Apud Spanhem. in Juliani Cæsares, pag. 92.

Anno Christi 201. V. C. 954. *Severi* 9.

Numismata Severi & Juliæ.

L. SEPT. SEV. AVG. IMP. XI. PART. MAX. Capite laureato. .)(. VICTORIAE AVGG. FEL. *Victoriæ Augustorum felici.* Victoria clypeo innixa. Argenteus est in Museo nostro.

SEVERVS PIVS AVG. P. M. TR. P. VIIII. Capite laureato. .)(. AETERNIT. IMPERI. Capita Antonini & Getæ: illud laureatum, Getæ nudum, ut anno superiore. Hunc vidimus ex auro, apud D. March. de Montauban.

L. SEPT. SEV. AVG. IMP. XI. PART. MAX. Capite laureato. .)(. P. SEPTIMIVS GETA CAES. Capite nudo. Argenteus in Gaza Regia.

SEVERVS PIVS AVG. Capite laureato. .)(. PART. MAX. P. M. TR. P. VIIII. Trophæum. Ad pedes, captivi duo. Argenteus e Museo nostro.

Eadem inscriptio. .)(. VICT. PART. MAX. *Victoria Parthica Maxima.* Victoria currens cum palma & corona. Argenteus, e Museo nostro.

IVLIA AVGVSTA. Caput Juliæ Severi. .)(. AETERNITATI IMPERI. Severi & Antonini capita adversa. Aureus est apud Tristanum. Argenteum vidimus, in quo Antonini & Getæ essent adversa capita: aureum, apud D. Marchionem de Montauban.

Juliæ Domnæ caput. .)(. Α. CΕΠΤ. CΕΟΥΗ. ΔΙΟCΠΟΛΙC. ΘΡ. *Anno* CIX. Vide similem superius, anno Christi 197.

Numismata Antonini & Plautillæ.

M. ANTONINVS PIVS AVG. PON. TR. P. V. Capite laureato. .)(. ANN. AVG. SAECVLI FELICISSIMI. *Annona* stans cum Cornucopiæ: ad pedes, modius cum spicis. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT.

ANTONINVS PIVS AVG. Capite laureato. .)(. PART. MAX. PONT. TR. P. V. Trophæum. Argenteus, ibidem. In alio e Museo nostro, qui cusus est ante Natalem Urbis, PART. MAX. PONT. TR. P. IIII.

Eadem inscriptio. .)(. VIRTVS AVGVSTOR. Roma galeata sedet, dextra Victoriam tenet, læva hastam transversam. Argenteus, apud P. CHAMILLART.

ANTONINVS PIVS FEL. AVG. Capite laureato, vultu juvenili. Datum cognomen *Felicis* Antonino est in nummis admodum raro: duos enim adhuc aut tres omnino vidimus sic inscriptos. Quoniam

niam videlicet Antonini avunculus Commodus Pius Felix fuit, transmitti hoc cognomen ab avunculo in filium sororis posse credidit opifex; aliis verius censentibus, non sic transmitti cognomina ab avunculis, sed a parentibus tantum, præterquam in adoptione, vel affinitate. .)(. CONCORDIA MILIT. Duo signa cohortium, inter aquilas legionarias. Argenteus apud P. CHAMILLART.

. ANTONINVS P. AVG. PON. TR. P. V. COS. .)(. PLAVTILLAE AVGVSTAE. Aureus in Thesauro Regio. Conjux ea Antonini est.

PLAVTILLAE AVGVSTAE. Caput Plautillæ. .)(. PROPAGO IMPERI. Antoninus & Plautilla dextras jungunt. Argenteus in Museo nostro.

Ut supra. .)(. CONCORDIAE AETERNAE. Antoninus & Plautilla dextras jungunt. Argenteus ibidem. In alio, CONCORDIA AVGG. Dea sedet cum patera & Cornucopiæ. Est argenteus apud P. CHAMILLART.

PLAVTILLA AVGVSTA. Caput Plautillæ. .)(. CONCORDIA FELIX. Antoninus & Plautilla dextras jungunt. Argenteus in Museo nostro. In aliis est, CONCORDIA: VENVS VICTRIX, hoc est, comitas affabilitasque: PIETAS AVGG. Antonini scilicet & Plautillæ: in quo Dea Pietas parvulum lævo brachio tenet, dextra hastam puram: quo symbolo significatur Augusti & Augustæ pietas in alendis orphanis.

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΝ CEB. . . . . ΠΛΑΥΤΙΛΛΑΝ CEB. Capita Antonini & Plautillæ adversa: Antonini juvenile, laureatum. .)(. Dea Spes. CETHPIANΩN ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΑΝΤΩΝΕΙΝΙΑΝΩΝ. Tarsensium, opinor. ΕΤΟΥC, & in medio, Η. *Anno Octavo* Severi patris. Nam anni Cæsarum in nummis numquam signantur, sed tantum Augustorum. Vidimus hunc nummum ex ære magno, apud Abb. Mezzabarba.

ΦΟΥΛΟΥΙΑΝ ΠΛΑΥΤΙΛΛΑΝ CEB. Caput Plautillæ. .)(. ΓΑΖΑ. Diana in Templo stat cum Jove. ΔΞC anno CCLXIV. qui incipit autumno hujus anni. In aliis nummis scribitur etiam ΦΟΥΛΒΙΑ ΠΛΑΥΤΙΛΛΑ.

ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC ΠΙΟC. Quod Græci etiam ipsi ΠΙΟC in nummis sæpe, non εὐσεβὴς scribunt; argumento est, non esse PIVS titulum, sed cognomen. ΓΑΒΑΛΕΩΝ. *Gabalensium* nummus. Antonini capite radiato. .)(. ΙΟΥCΤΑΝ ΦΟΥΛΟΥΙΑΝ ΠΛΑΥΤΙΛΛΑΝ. *Justam Fulviam Plautillam*. Est ex ære, in Cimelio Mediceo. Prius hæc *Justa*, quam *Fulvia Plautilla*: a patre nimirum Augusto, Pescennio Nigro Justo *Justa* appellata: a matre deinde, *Fulvia Plautilla*: ut *Herennius Etruscus* Decii filius sic est appellatus a matre Herennia Etruscilla. Hunc nummum non viderunt artifices Romanæ historiæ, qui Fulviam Plautillam Antonini uxorem fecerunt Fulvii Plautiani filiam. Plautilla a *Plautio* est, ut ab Etrusco *Etruscilla*, & a Lucio *Lucilla*. In nummis familiarum Roman. apud Patin. pag. 212. & apud P. CHAMILLART, est A. PLAVTIVS. Itaque quæ prior dicta est *Fulvia Plautilla*, filia Plautii & Fulviæ fuit, conjux Pescennii Nigri Justi, & eadem mater Justæ Fulviæ Plautillæ.

Anno Christi 202. V. C. 955. *Severi* 10.

Kalendis Januariis Consules creantur Severus III. & Antoninus.

AVGVSTI Sedent Severus & Antoninus in suggesto, aliis duobus ad latera stantibus. Infra, COS. *Augusti* duo Consules hujus anni. .)(. SEVERVS PIVS AVG. Capite laureato. Est ex ære minimo perpulcher, apud D. DE BOZE.

SEVERVS AVG. PART. MAX. Capite laureato. .)(. ADVENTVS AVGG. Tres in equis, dextra elata, quasi Urbem digito monstrantes, quo properant. Præit Geta Cæsar, dextrum patris latus occupans, nudo capite, quia Cæsar tantum: Antoninus laureatus pone sequitur ad lævam: Severus medium locum obtinet: ambo laureati, quia ambo Augusti. Aureus est & argenteus.

SEVERVS PIVS AVG. .)(. LIB. AVG. III. *Liberalitas Augusti tertia*. P. M. TR. POT. X. COS. III. P.P. Argenteus, apud Occonem, pag. 354.

. Ut supra. .)(. P. M. TR. P. X. COS. III. P. P. Caput Palladis galeatum. Aureus.

IMPP. INVICTI PII AVGG. *Imperatores Invicti Pii Augusti*. *Pii* duo simul Augusti nulli ante Severum & Antoninum fuerunt. Sunt in hoc nummo amborum capita conjuncta. .)(. VICTORIA PARTHICA MAXIMA. Victoria gradiens cum palma & corona. Aureus est in Gaza Regia.

SEVER. P. AVG. P. M. TR. P. X. COS. III. Capite laureato. .)(. ADVENT. AVGG. Tres in equis, ut supra. Est e Thesauro Cæsareo aureus, quem Morellius edidit.

SEVERVS AVG. PART. MAX. Capite laureato. .)(. RESTITVTORI URBIS. Stat ipse paludatus, cum hasta, & cum patera ante aram. Argenteus, apud P. CHAMILLART.

SEVERVS PIVS AVG. Capite laureato. .)(. RESTITVTOR URBIS. Roma galeata sedet, dextra Palladium tenet, hastam sinistra. Argenteus in Museo nostro.

Ut supra. .)(. FVNDATOR PACIS. Ipse velato capite, & togatus, ramum oleæ tenet. Argenteus ibidem. Similis epigraphe in Constantini & Licinii nummis occurrit.

SEVERVS AVG. PART. MAX. Capite laureato. .)(. PVDICITIA. Dea sedens cum hasta pura, vultui velum obducit. Argenteus, e Museo nostro, cusus ob meretrices vel Urbe pulsas, vel castigatas.

Numismata Juliæ Severi.

IVLIA AVGVSTA. Caput Juliæ. .)(. PVDICITIA Dea sedet, ut proxime. Argenteus est, apud P. CHAMILLART.

Eadem inscriptio. .)(. FECVNDITAS. Femina seminuda, rusticana utique, non Augusta, ad arborem sedet: stant circa genua pueruli quatuor. Symbolum fecunditatis toto imperio, sub tranquillo Severi principatu. Argenteus, ibidem.

Ut supra. .)(. PIETAS PVBLICA. Extensis manibus erat ante aram. Argenteus, ibidem.

Ut supra. .)(. VESTA. MATER. Dea sedens Palladium dextra tenet. Argenteus, ibidem.

Ut supra. .)(. MATER DEVM. Cybele sedens, dextra ramum oleæ tenet. Ex ære magno, ibidem.

Numismata Antonini & Getæ.

ANTONINVS PIVS AVG. Capite laureato. .)(. PACATOR ORBIS. Capite Solis radiato. Tuus hic ex argento nummus, Vir Erudite, est sane, ut ad me scribis, perrarus: ab Illustriss. Spanhemio tamen visus olim laudatusque est. Illius similis ex argento pariter simul percussus est Severi patris, hac epigraphe: SEVERVS PIVS AVG. capite laureato. .)(. PACATOR ORBIS, capite Solis, ut proxime, radiato. Qui post Reipublicæ procellas & bella pacem imperio procurat, Soli similis est, qui tempestates aspectu suo sedet, & pacat orbem.

AN-

ANTONINVS PIVS AVG. Capite laureato. .)(. PONT. TR. P. VI. COS. Ipse galeato capite, & paludatus, stans hastam dextra, læva Victoriam tenet. Argenteus, e Museo nostro.

Eadem inscriptio. .)(. RESTITVTOR VRBIS. Roma galeata sedet, ut in simili nummo Severi, hoc ipso anno. Est hic argenteus, apud P. CHAMILLART. Non muros autem, vel ædificia restituta intellige; sed majestatem Urbis atque auctoritatem, felicitatem ac lætitiam.

Eadem inscriptio. .)(. VICT. PART. MAX. Victoria cum palma & corona. Argenteus, ibidem.

Eadem inscriptio. .)(. ADVENTVS AVGG. Navis Prætoria. Argenteus, ibidem.

Nummum Antonini præterea vidimus, CEAEYKIAC ΠIEPIAC. I. *Anno* x. Severi, in Cimelio D. FOVCAVLT. Item Plautillæ, TPIΠOΛITΩN. ΔIΦ. De his vide Nummos Populorum & Urbium.

P. SEPT. GETA CAES. PONT. Capite nudo. .)(. SEVERI INVICTI AVG. PII FIL. Idem Geta radiato capite, dextra extenta. Aureus e gaza Cæsarea, teste Morellio: & e Cimelio Serenissi. Electoris Brandeb.

Anno Christi 203. V. C. *956. Severi* XI.

Natali Urbis vota vicennalia fiunt pro Severo Aug.

SEVERVS PIVS AVG. Capite laureato. .)(. VOTA SVSCEPTA XX. *Vota suscepta vicennalia.* Stat ipse cum patera ante aram, Pontificio habitu. Argenteus, e Museo nostro.

L. SEPT. SEVERVS PERT. AVG. P. M. IMP. XI. Capite laureato. .)(. VOT. SVSC. DEC. *Vota suscepta decennalia.* P. M. TR. P. X. COS. III. P. P. Ipse velatus sacrificat ante aram. Argenteus, apud P. CHAMILLART: cusus hoc anno ante Natalem Urbis.

SEVERVS PERT. AVG. IMP. XII. Capite laureato. .)(. In corona laurea: PRIMI DECENNALES. COS. III. Ludi post primum decennium principatus exactum exhibiti a Severo tunc Consule tertium. S C. Est ex ære magno, ibidem.

ANTONINVS PIVS AVG. Capite laureato. .)(. VICT. PART. *Victoria Parthica.* Tropæum: infra, captivi duo. Victoria utraque manu clypeum ex adverso positum tenet, in quo VOT. XX. *Votis vicennalibus* Severi Aug. patris. Aureus est, apud Illustriss. HARLÆUM.

ANTONINVS PIVS AVG. PONT. TR. P. VII. Capite laureato. .)(. DII PATRII. Hercules & Liber Pater stant. Aureus est in gaza Regia.

Eadem inscriptio. .)(. ARCVS AVGG. SC. Affert hunc nummum Mediobarbus e Museo suo, ex ære mediocri, pag. 287. cum arcu trium fornicum. Est & in Cimeliis reginæ Christinæ, & Card. Maximi, teste Illustriss. Suaresio, in Descriptione Arcus Severi. Est & apud P. Pagi, in Critica ad Annales Baron. anno Christi 203. In nummo Regio, qui est ex ære mediocri, apparet tantum, ANTONINVS PIVS AVG. PONT. TR. P. . . . ubi deest annus TR. POT. & unicus in curru apparet Augustus: hinc & inde equus unus. Morellius autem ex conjectura sic edidit, ANTONINVS PIVS AVG. PONT. TR. P. COS. in secunda editione sui Speciminis, qui in priore ediderat, TR. POT. VII.

De nummis Antonini, AMICOT. CAE. MOΨEATΩN. ET. AΞC. PAΦIA ϚΞC. SINOPE. ANN. CCLII. & Juliæ Domnæ, AIΓAEΩN. CN. vide Nummos Populorum & Urbium.

De Inscriptione Arcus Severi.

Inscriptiones pleræque omnes, ut dictum est in Chronologia Sæculi Constantiniani, multo sunt recentiores ea ætate, quam præ se ferunt: confictæ ab hominibus otiosis, qui neque nummos veteres satis diligenter explorarunt; & hos imitari tamen in adsignandis annis Principum voluerunt. In membranas autem & schedas retulerunt concinnatas a se inscriptiones; quas alii postea in fraudem ab his inducti, in lapidibus ac marmoribus insculpserunt, rati eas esse genuinas & antiquas. Incredibile autem est, in quantas difficultatum angustias conjecerint illi Card. Baronium, aliosque viros eruditos: qui vim omnem ingenii contenderunt, ut has vel inter se ipsas, vel cum veteribus nummis, hoc est, falsum cum vero, quomodocumque conciliarent. Viri optimi & eruditi P. Pagi ex Ordine Minorum, aliorumque, quorum ille verba describit, ad annum Christi 198. de Severi Aug. inscriptionibus mira æstuatio est. Exemplo sit autem celeberrimus ille Arcus Severi, in quo hæc posita inscriptio est: quam non esse illius ævi, cujus esse vulgo creditur, jam admonuimus in Numismatis Sæculi Constantiniani.

IMP. CAES. [1] LVCIO SEPTIMIO [2] M. FIL. SEVERO [3] PIO PERTINACI AVG. [4] PATRI PATRIAE [5] PARTHICO ARABICO ET PARTHICO ADIABENICO. PONTIFIC. MAXIMO. TRIBVNIC. POTEST. XI. IMP. XI. COS. III. [6] PROCOS. ET IMP. CAES. [7] M. AVRELIO L. FIL. AVG. PIO FELICI. [8] TRIBVNIC. POTEST. VI. COS. PROCOS. [9] P. P. OPTIMIS FORTISSIMISQVE PRINCIPIBVS. OB REMPVBLICAM RESTITVTAM. IMPERIVMQVE POPVLI ROMANI PROPAGATVM. INSIGNIBVS VIRTVTIBVS EORVM [10] DOMI FORISQVE.

S P Q R.

1. At numquam ætas illa scriberet integre LVCIO: primam dumtaxat prænominis litteram apponeret, L.

2. Diceret, ut in nummis, DIVI M. PII FIL. neque hoc loco id diceret; sed post cognomen *Pertinacis.* Nam qui dicit, L. SEPTIMIO M. FIL. jubet intelligi, *Marci Septimii filio:* ut L. AGRIPPA M. F. est *L. Agrippa M. Agrippæ filius.* At Severus, cum se DIVI MARCI PII F. prædicat, Divum Marcum Aurelium Antoninum intelligit.

3. Numquam, opinor, in nummis simul est Severus & *Pius* & *Pertinax:* alterutrum ibi dumtaxat cognomen assumit: quoniam utrumque nonnisi a matre habet: & unde *Pius*, inde fuit & *Pertinax.* Itaque alterutrum scribi in cognominibus satis fuit.

4. Titulus *Patris Patriæ* semper postremo loco ponitur; certe post titulum *Consulis.*

5. *Parthici Arabici* & *Parthici Adiabenici* tituli sunt plane ficti; expressi nimirum ex eo Severi nummo, quem attuli ad annum 195. PART. ARAB. PART. ADIAB. At ibi sunt provinciarum nomina, *Parthia Arabica*, *Parthia Adiabenica:* unde captivi ibi duo ad pedes trophæi lugent. At non propterea titulos istos Severus cœpit. A devictis enim gentibus cognominabantur Augusti: Britannici, Germanici, Dacici, Gothici, Parthici: non provincias gentium in titulis numerabant: sed si ingens quædam victoria esset, *Maximi* titulum adjungebant: ut *Germanicus Maximus.* Itaque Severus, PART. MAX. *Parthicum Maximum*, quod est longe

longe nobilius, quam *Parthici Arabici & Adiabenici* titulus, dici se in suis nummis voluit.

6. PROCOS, cum titulo COS. nec usquam in nummis vidi, nisi ubi præcedit PP. hoc est, *Perpetuus*: ut intelligatur, qui Consulatu abierit, potiri nihilominus perpetuo in provinciis Proconsulari potestate: nec absque hoc titulo *Perpetui* videtur PROCOS. satis apposite adjici post Consulatum: nec denique ille usus concedendi Augustis Proconsularem potestatem post Consulatum, aut in titulis ita scribendi, ante tempora Diocletiani apparet in nummis antiquis.

7. Qui dicit, M. AVRELIO L. FIL. *M. Aurelium Lucii Aurelii filium* jubet intelligi, si quid scribat noverit. At non fuit L. Aurelii, sed L. Septimii filius Antoninus. Nec fuit idem *Pius Felix*, Sed *Pius* tantum: præsertim anno TR. POT. VI.

8. Nummi integerrimi duo falso appositum illum esse Tribuniciæ Potestatis annum evincunt: alter, quo Severi TR. P. VIII. cum Antonini TR. P. IIII. conjungitur: alter ANTONINI, quo ARCVS AVGG. positus dicitur ipsius Antonini TR. POT. VII. Inscriptiones antiquæ sinceræ, quæ sunt sane perpaucæ in honorem Augustorum, nullas habent aut raro admodum istiusmodi annorum notas.

9. *Patrem Patriæ* Antoninum dici æque ac Severum patrem, satis miramur; cum in nummis antiquis imperante patre Severo numquam P. P. appelletur, in his certe, quos adhuc videre nobis licuit. Nam quos Occo laudat aut facit, nihil moramur. Inscriptiones aliæ M. Antoninum, vivo patre Severo, *Patrem Patriæ* non appellant.

10. Imperium Populi Rom. propagatum *virtutibus Augustorum domi*, quomodo dici vel intelligi vere possit, mihi certe non liquet. Ut statuæ, quæ summum nunc Severi Arcum exornant, annis abhinc vix sexaginta sint positæ, ad exhibendam oculis speciem integram illius monumenti, si fieri posset, qualis olim fuit; sic ante aliquot sæcula posita ea inscriptio est simili consilio, sed ab impostore imperito. Qui si adeo felix fuit, ut in ipsa Urbe Roma, sive Magistratibus, sive aliis ejus loci, in quo Arcus est, dominis ac possessoribus, hanc ibi ponendam Inscriptionem suaderet, quam ex veteribus MSS. erutam a se fuisse mentiretur; quanto facilius fuisse arbitramur similibus falsariis fallere in provinciis imperitos, & falsas inscriptiones iisdem pro veris obtrudere?

Anno Christi 204. V. C. 957. *Severi* 12.

SEVERVS AVG. PIVS. Capite laureato.)(. VICT. BRIT. P. M. TRIB. P. XI. COS. III. P. P. S C. Victoria gestat trophæum: captivi duo ad pedes sedent. Est ex ære mediocri, in Museo nostro, cusus hoc anno ante Natalem Urbis. Commisso aliquo prælio in Britannia, Romanum exercituum, cui Legati Severi Aug. præerant, superiorem discessisse, nummus iste significat: hoc tantum.

SEVERVS PIVS AVG. P. M. TR. P. XII. Capite laureato.)(. INDVLGENTIA AVGG. IN CARTH. S C. Dea, capite turrito, dextra clypeum, læva bacillum gestans, leone vehitur. Ex Thesauro Mediceo. Est & argenteus in Museo nostro, sed absque his titulis, P. M. TR. P. XII. Similem profert Mediobarbus e Museo suo nummum Antonini, cum TR. POT. VI. quod annum Christi 202. denotat.

Ut supra.)(. COS. III. LVD. SAEC. FEC. *Ludos sæculares fecit*. S C. Quinque ad aram sacrificant. Ex eodem Thesauro Mediceo.

Ut supra.)(. COS. III. LVD. SAEC. FEC. Hinc Liber Pater, inde Hercules. S C. Apud Patinum, pag. 278.

Ejusdem.)(. SAECVLARIA SACRA, S C. Pro templi foribus multi sacrificant. Est ex ære magno, apud Illustriss. HARLÆVM. Est etiam cum eadem epigraphe Getæ nummus, apud Patinum, pag. 316.

Ejusdem.)(. INDVLGENTIA AVGG. IN ITALIAM. Dea turrita orbi Romano insidet, dextra trophæum gerit, læva Cornucopiæ. Argenteus in Gaza Regia.

De nummo Severi, ΜΟΨΕΑΤΩΝ. ΕΤ. ΒΞΓ. vide Nummos Populorum & Urbium.

Numismata Antonini Severi F.

ANTONINVS PIVS AVG. Capite laureato,)(. COS. LVDOS SAEC. FEC. Hercules & Liber Pater stant. Argenteus, apud P. CHAMILLART.

Eadem inscriptio: vultu admodum juvenili.)(. INDVLGENTIA AVGG. IN CARTH. Ipse in equo currit. Argenteus, ibidem.

ANTONINVS PIVS AVG. PONT. TR. P. VII.)(. LVD. SAEC. FEC. SC. Ante aram sex viri sacrum faciunt. Ex Thesauro Mediceo, cusus hoc anno ante Natalem Urbis.

ANTONINVS PIVS AVG. Capite laureato.)(. INDVLGENTIA AVGG. IN ITALIAM. Dea capite turrito, ut in nummo Severi. Argenteus est e Gaza Regia.

ΑΥΤ. ΚΑΙ. Μ. ΑΥΡΗΛ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ. Capite laureato.)(. ΜΗΤΡΟΠΟ. ΚΑΙϹΑΡΕΙΑ. ΕΤ. ΙΒ. Mons Argæus, supra quem Antoninus dextra orbem Romanum tenet. Argenteus.

Anno Christi 205. V. C. 958. *Severi* 13.

Kalendis Januariis Consulatum ineunt Antoninus Aug. II. & Geta Cæsar.

SEVERVS PIVS AVG. Capite laureato.)(. P. M. TR. P. XIII. COS. III. P. P. Juppiter dextra fulmen, læva hastam tenet: ad pedes Aquila Romana. Argenteus, apud P. CHAMILLART.

ANTONINVS PIVS AVG. Capite laureato.)(. PONTIF. TR. P. VIII. COS. II. Dea Salus serpentem pascit aræ circumvolutum. Vota pro salute Antonini concepta significat. Argenteus est in Museo nostro cusus hoc anno ante Natalem Urbis.

Ut supra.)(. PONTIF. TR. P. VIIII. COS. II. Stat ipse paludatus cum hasta & clypeo. Argenteus, ibidem. In alio plane ceteroqui simili, apud P. CHAMILLART, Augustus in equo decurrit.

Ut supra.)(. IMP. ET CAES. AVG. F. COS. *Imperator* Antoninus & *Cæsar* Geta, *Augusti filii*, *Consules*. Inter ambos medius Severus sedet. Argenteus e Gaza Regia.

Ut supra.)(. IMP. ANTONIN. ET GETA CAES. Capita amborum adversa. Argenteus, apud D. Vaillant.

ΑΥ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΙ. ΑΥ. *Αὔγουστος*. Capite laureato.)(. ΜΗΤΡΟ. ΚΑΙϹΑ. ΕΤ. ΙΓ. *Anno* XIII. Mons Argæus. Est argenteus in Cimelio D. FOVCAVLT.

GETA CAES. PONT. COS. Capite nudo.)(. VOTA PVBLICA. Sacrificat ante aram. Argenteus, e Museo nostro.

P. SEPTIMIVS GETA CAES. PONT. COS. Capite nudo.)(. AEQVITATI PVBLICAE. Tres Monetæ. Est ex ære maximo in Gaza Regia.

Ludos quinquennales editos fuisse a Gabalensibus, nummi annorum quinque consequentium ab iisdem percussi docent.

Nummos Antonini, ΓΑΒΑΛΕΩΝ CNA. CMAI-

CMAITΩN ET. PMB. & NEOKAIC. PMB. Vide in Nummis Populorum & Urbium.

Anno Christi 206. V. C. 959. *Severi* 14.

SEVERVS PIVS AVG. Capite laureato. .)(. Genius ante aram sacrificat. TR. P. XIIII. COS. III. P. P. Argenteus in Museo nostro.

Eadem inscriptio. .)(. Imperator in equo, hasta porrecta. P. M. TR. P. XIIII. COS. III. Argenteus, apud P. ALBARET, Turnonii.

ATT. A. CEΠT. CEOTHPOC. Capite laureato. .)(. MHTPOΠ. KAICAP. NEΩK. Μητροπόλεως Καισαρείας Νεωκόρου. ET. IΔ. *Anno* XIV. qui incipit autumno anni hujus. Mons Argæus. Cæsarea hæc Cappadociæ est. Ex ære mediocri, in Cimelio D. FOVCAVLT.

IOYΛIA ΔOMNA CEBACTH. Caput Juliæ Severi. .)(. MHTPO. KAICAP. ET. IΔ. Mons Argæus, ut proxime: sed sidus Solis in vertice. Argenteus.

Nummos Juliæ Domnæ, ΓABAΛEΩN CNB. & IAIEΩN ΔOC. vide in Nummis Populorum & Urbium.

ANTONINVS PIVS AVG. Capite laureato. .)(. PONTIF. TR. P. X. COS. II. Stat inter amnes duos, & provinciam humi jacentem: dextra hastam, læva tenet bacillum Imperatorium. Victoria nimirum Parthica adhuc hic commemoratur. Argenteus, in Museo P. CHAMILLART. Alius ibidem, stantem exhibet Antoninum, cum bacillo Imperatorio. In alio ibidem, triremis est.

P. SEPTIMIVS GETA CAES. Capite nudo. .)(. PONTIF. COS. Stat ipse galeatus cum hasta & clypeo. Argenteus, ibidem.

Eadem inscriptio. .)(. MINERV. SANCT. *Minerva sancta.* Stat Dea galeato capite, cum hasta & clypeo. Argenteus: in Thesauro Regio, aureus.

Anno Christi 207. V. C. 960. *Severi* 15.

Consulatum III. gerit Antoninus hoc anno, qui primus est secundorum decennalium ipsius Tribuniciæ Potestatis: simul est Geta Cæsar Consul II.

L. SEPTIMIVS SEVERVS PERTINAX AVG. Capite laureato. .)(. ADVENTVI AVG. GALL. *Adventui Augusti, Galliæ* vota & gratulationes. PONT. MAX. TR. POT. XV. COS. III. Imperator in equo, præeunte milite cum hasta & clypeo, ac duobus militibus signa ferentibus, subsequente altero galeato: sunt e regione mœnia Urbis, fluvio ad pedes decumbente. Est hic nummus ex ære maximo, apud D. Vaillant, pag. 221. Qui nummus, si tamen est genuinus, docet lustrasse hoc anno Severum Galliam Narbonensem.

SEVERVS PIVS AVG. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. XV. COS. III. P. P. Imperator in equo, dextra elata, veluti pacem denuncians. Argenteus.

Ut supra. .)(. TR. P. XV. COS. III. P. P. Victoria scribit in clypeo palmæ arbori applicato. Argenteus, apud P. CHAMILLART.

Ejusdem. .)(. P. M. TR. P. XX. COS. III. P. P. Ita D. Vaillant, ex gaza Regia, ubi nummus est ex ære mediocri. Sed errore forte librarii scriptum est XX. pro XV. Nam in nummo illo ipso, quem vidimus, solum XV. legitur. Hunc errorem Mediobarbus quoque adnotavit.

ATT. A. CEΠT. CEOTHPOC. Capite laureato. .)(. MHTPOΠ KAICAP. NEΩ. Mons Argæus, cum sidere Solis in vertice, ut anno superiore. ET. IE. *Anno* XV. Argenteus. Tot nummi Cæsareæ Cappadociæ sub Severo cusi, victoriam Parthicam in eo tractu fuisse reportatam indicant.

IMP. L. SEVERVS ET ANTONIN. CAES. Capita duo adversa: laureatum Severi; Antonini nudum, ob reverentiam patris. .)(. DECENNALES ANTONINI COS. III. Serapis in templo, cui deo Victoria columnæ imposita coronam imponit. Infra, FEL. BER. *Felix Berytus.* Ex ære mediocri, apud D. FOVCAVLT. Legit Mediobarbus ex schedis haud satis accuratis; DECENNALES ANTONINI AVG. Ludos suos decennales fecit hoc anno Antoninus.

Antonini. .)(. PONTIF. TR. P. XI. COS. III. Navis Prætoria cum remigibus: in puppi sedet Antoninus: felicis administrationis imperii symbolum. Est ex ære magno in Cimelio reginæ Christinæ.

ANTONINVS PIVS AVG. Capite laureato. .)(. VOTA SOL. DEC. *Vota soluta decennalia*, pro decennio primo Tribuniciæ potestatis feliciter exacto. PONTIF. TR. P. XI. COS. III. Ipse capite velato sacrificat. Est ex ære mediocri in Thesauro Regio.

Ut supra. .)(. PONTIF. TR. P. XI. COS. III. Ipse cum hasta & clypeo incedit. Argenteus, apud P. CHAMILLART.

Ejusdem. .)(. L. IE. *Anno* XV. Severi patris. Est ex ære mediocri, apud D. FOVCAVLT.

Nummum Antonini, ΓABAΛEΩN CNΓ. vide in Nummis Populorum & Urbium.

P. SEPTIMIVS GETA CAES. Capite nudo. .)(. PONTIF. COS. II. Stat ante aram Apollo cum lauri ramo. Argenteus in Museo nostro.

Anno Christi 208. V. C. 961. *Severi* 16.

SEVERVS PIVS AVG. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. XVI. PROF. AVG. *Profectio Augusti* ad expeditionem Britannicam. Imperator in equo, milite præeunte, & altero subsequente. Nummus est ex ære mediocri, in Thesauro Regio. In altero simili, ibidem, Imperator in equo spiculum dextra tenet: hoc tantum. In alio ibidem argenteo, Imperator in equo, milite uno præeunte.

Eadem inscriptio. .)(. PROFECT. AVGG. FEL. *Profectio Augustorum felix.* Severus in equo, cum hasta. Argenteus, ibidem.

Eadem inscriptio. .)(. P. M. TR. P. XVI. COS. III. P. P. S C. Pons cum turri plena armato milite, ab utroque pontis capite. Ex Thesauro Mediceo. Excursio hæc fuit in Britanniam, ad castigandos Britannos, & ad ostentandam potentiam Romanam: qualem excursionem antea fecerat & Commodus; ob id quoque BRITANNICVS appellatus.

Numismata Antonini & Getæ.

ANTONINVS PIVS AVG. Capite laureato. .)(. PONTIF. TR. P. XI. COS. III. Infra, PROF. *Profectio.* Ipse in equo spiculum dextra tenet. Est argenteus apud P. CHAMILLART: hoc anno cusus ante Natalem Urbis. Itaque profectus est ad hanc expeditionem Antoninus ante patrem.

Ejusdem. .)(. PONTIF. TR. P. XII. COS. III. S C. Ipse paludatus, cum Præfecto cohortis Prætorianæ, & quatuor Prætorianis militibus signa gerentibus, pontem amni impositum transit. Tamesis in Britannia trajectus significari videtur, qui fuerit eo tempore agri Romani in Britannia limes, ut Rhenus in Gallia. Infra, TRAIECTVS.

Est ex ære mediocri. Numquam progressi sunt in Britanniam Romani ultra Orientales Angliæ provincias, *Essex* & *Kent*, ac meridionalem *Sussex*. Qui a mendacibus scriptoribus nunc *Murus Hadriani* dicitur, vel *Severi*, nunc *vallum*, vel *fossa*; verius ab incolis, qui sunt certiores testes vetustioresque quam libri, appellatur Vallum Pictorum, *The Wal of the Pictes*, qui multo postea fuerunt.

Ut supra. .)(. PONTIF. TR. P. XII. COS. III. S C. Severus & Antoninus stant paludati: hastas ambo læva manu tenent, dextra extenta: captivus ad pedes jacet: stant retro milites tres. Est ex ære magno, in Thesauro Regio.

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡΗΛ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ. Capite laureato. .)(. ΜΗΤΡΟ. ΚΑΙϹΑΡΙ. ΝΕΩΚ. Mons Argæus, ut annis superioribus, ΕΤ. ΙϚ. *Anno* XVI. Severi nimirum, patris Antonini; quippe qui potior Augustus: nec anni signabantur in nummis Græcis, si duo simul forent, nisi potioris. Est argenteus in Cimelio D. Foucault.

Ejusdem. .)(. . . . ϹΩΝ (lege, ΕΜΙϹΩΝ) ΚΟΛΩΝΙΑϹ. Dea turrito capite sedet in solio, viro ante pedes in aquis natante: id quod situm urbis ad amnem significat. Hinc ☧: & inde ☧. Annus est DXX. Græcorum. Nummus ex ære mediocri, apud Patinum, pag. 304.

Α. ϹΕΠΤΙ. ΓΕΤΑϹ ΚΑΙ. Capite nudo. .)(. ΜΗΤΡΟ. ΚΑΙϹΑΡΙΑ. ΝΕΩ. ΕΤ. ΙϚ. Mons Argæus, cum sidere Solis in vertice. Argenteus, e gaza Regia.

Anno Christi 209. V. C. 962. *Severi* 17.

SEVERVS PIVS AVG. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. XVII. COS. III. P. P. Genius cum Cornucopiæ ante aram. S C. Est ex ære mediocri, apud D. Foucault.

ANTONINVS PIVS AVG. Capite laureato. .)(. PONTIF. TR. P. XIII. COS. III. Victoria scribit in clypeo. Infra, S C. Ex ære mediocri, ibidem.

Ut supra. .)(. PONT. TR. P. XIII. COS. III. Stans ipse galeatus, imponit Britanniæ genu flectenti coronam muralem: læva clypeum cum hasta gerit. Aureus hic nummus est. Corona muralis in nummis hujusmodi, probe munita muris oppida Romanorum in Britannia significat: nempe usque ad Tamesim. Neque enim ulterius sub Severo progressi sunt Romani, ut nummus testatur allatus anno superiore.

M. AVREL. ANTONINVS PIVS AVG. Capite laureato. .)(. PONTIF. TR. P. XIII. COS. III. S C. Mars gradiens, dextra ramum oleæ, læva trophæum gerit. Martis Paciferi hæc effigies est. Ex ære magno, apud P. Chamillart.

Ut supra. .)(. PONTIF. TR. P. XIII. COS. III. S C. Antoninus & Plautilla dextras jungunt, Junone intermedia. Ex ære magno, ibidem.

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ. Capite laureato. .)(. ΓΑΒΑΛΕΩΝ ΑΝ. *Gabalensium Antoninianorum*. ΕΝϹ. *Anno* CCLV. Vide Chronologiam Veteris Testamenti. Est hic ex ære mediocri, apud D. Foucault.

Anno Christi 210. V. C. 963. *Severi* 18.

Natali Urbis Geta Cæsar Tribuniciam Potestatem accipit ad annos quinque.

L. SEPT. SEVERVS PIVS AVG. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. XVIII. COS. III. P. P. Severus paludatus, & Julia Mater Castrorum, tenens signum militare, mandata dat Getæ a dextris stanti cum hasta, nudo capite, ob reverentiam parentum; a quibus mandata accipit: stat ad lævam Antoninus galeatus, cum hasta & bacillo Imperatorio. Est apud Tristanum, tomo 2. pag. 68.

Eadem inscriptio. .)(. P. M. TR. P. XVIII. COS. III. P. P. Duæ Victoriæ tenent clypeum palmæ arbori applicitum. S C. Ex ære magno, apud P. Chamillart.

Eadem inscriptio. .)(. P. M. TR. P. XVIII. COS. III. P. P. Severus & Antoninus togati, ac velato capite stantes, intermedia Julia Domna, ut videtur, ante aram sacrificant. S C. Est ex ære magno, in Museo nostro.

SEVERVS PIVS AVG. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. XVIII. COS. III. Imperator ex equo sternit hostem. Argenteus in Cimelio Colbertino.

Eadem inscriptio. .)(. P. M. TR. P. XVIII. COS. III. P. P. S C. Ipse sedet, rege ante ipsum supplice. Est ex ære mediocri, in Museo nostro.

Anno Christi 211. V. C. 964. *Severi* 19.

Kalendis Januariis, Severus Antoninus, & Geta, in Senatu *Britannici* appellantur: ex Britannica expeditione in Urbem anno superiore exeunte reversi. Geta simul Augustus renunciatur.

SEVERVS PIVS AVG. BRIT. Capite laureato. .)(. VICT. BRIT. *Victoria Britannica*. P. M. TR. P. XIX. COS. III. P. P. Victoria gestat trophæum. Est ex ære mediocri, apud D. Foucault.

ΑΥ. Κ. Λ. ϹΕΠ. ϹΕΟΥΗΡΟϹ Π. *Imp. Cæsar L. Sept. Severus Pertinax*, vel *Pius*. Capite laureato. .)(. Vas ex quo palma emicat. ΠΥΘΙΑ ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΙΑ. ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Pythii ludi ob fratres invicem amantes*, Antoninum & Getam: *Perinthiis publica sacra curantibus*. Est ex ære magno in Gaza Regia.

Nummos Severi & Juliæ Domnæ, ΝΕΟΚΑΙϹΑΡ. ΕΤ. ΡΜΗ. *Anno* CXLVIII. vide in Nummis Populorum & Urbium.

Numismata Antonini.

M. AVREL. ANTONINVS PIVS AVG. BRIT. Capite laureato. .)(. VICT. BRIT. P. M. TR. P. XIIII. COS. III. P. P. S C. Victoria trophæum erigit: adstat Britannia vinctis post tergum manibus. Infra, sedet captivus. Ex ære magno dicitur esse in Cimelio Card. Maximi. Similis est in Museo nostro, sed vel pravæ fabricæ, vel recentis. Cusus ille hoc anno ante Natalem Urbis.

ANTONINVS PIVS AVG. BRIT. Capite laureato. .)(. FORT. RED. *Fortunæ reduci*. TR. P. XIIII. COS. III. Fortuna sedet cum Cornucopiæ & temone. S C. Ex ære mediocri, apud D. Foucault: cusus ante Natalem Urbis.

Ut supra. .)(. MARTI PACATORI. Antoninus ipse galeatus stat cum hasta, ramum oleæ dextra gerit. Argenteus in Museo nostro.

Ut supra. .)(. MARTI PROPVGNATORI. Mars gradiens cum hasta & spoliis. Argenteus, ibidem.

Ut supra. .)(. VICTORIA AVGG. FELIC. *Victoria Augustorum Felicissima*. Victoria innixa clypeo. Argenteus, ibidem.

M. AVREL. ANTONINVS PIVS AVG. Capite laureato. .)(. VICTORIAE BRITANNICAE. S C. Victoria trophæum erigit: Pallas e regione captivum premit. Est ex ære magno, in Museo P. Chamillart.

ANTONINVS PIVS AVG. Capite laureato.

reato. .)(. LIBERALITAS AVGG. V. *Liberalitas* Severi & Antonini *Augustorum quinta.* Argenteus, in Museo nostro.

Ejusdem. .)(. VICT. BRIT. *Victoria Britannica.* TR. P. XIIII. COS. III. S C. Apud Occonem. Cusus hoc anno ante Natalem Urbis.

IMP. CAE. M. AVR. ANTONINVS PIVS AVG. Capite laureato. .)(. VICT. D.N. *Victoria Domini nostri.* COL. ANTIOCH. *Colonia Antiochia* Pisidiæ. Victoria gradiens cum palma & corona. Hinc S inde R *Spes Reipublicæ.* Vidi ex ære magno, cum D. de Boze, allatum ex Oriente. In nummis Coloniarum Antoninus Severi F. aliquando IMP. nuncupatur: alibi, numquam.

Numismata Getæ Aug.

IMP. CAES. P. SEPT. GETA PIVS AVG. Capite laureato. .)(. PONTIF. TR. P. II. COS. II. Dea cum Cornucopiæ & caduceo. In alio stat ipse cum hasta: ad pedes, pueri duo. E Museo nostro, argenteus: ex ære mediocri, apud D. Foucault. Ex auro, in Thesauro Regio.

IMP. CAES. P. SEPT. GETA AVG. Capite laureato. .)(. VICT. DD. NN. *Victoria Dominorum nostrorum.* COL. ANTIOCH. *Colonia Antiochia* Pisidiæ. Infra, S R. *Spes Reipublicæ.* Victoria gestat trophæum. Est hic nummus ex ære magno. Nunc primum in nummis Augusti appellantur DD. NN. In alio ejusdem coloniæ nummo sub Geta, VIRTVS AVGG. hoc est, Antonini & Getæ.

IMP. CAES. P. SEPT. GETA PIVS AVG. Capite laureato. .)(. PONTIF. TR. P. II. COS. II. Ambo Augusti, Antoninus & Geta, sacrificant ante aram, Vesta intermedia. S C. Ex ære magno, in Museo nostro.

ΑΥΤΟΚΡΑ. Π. ΣΕΠΤ. ΓΕΤΑΣ ΣΕΒ. Αὐτοκράτωρ Πόπλιος Σεπτίμιος Γέτας Σεβαστός. .)(. ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Hercules hominem equo dejectum, Britannum scilicet, clava conficit.

Anno Christi 212. V.C. 965. Antonini & Getæ 1.

Kal. Januariis Severus Aug. post annos fere XIX. Tribuniciæ Potestatis exactos, imperium abdicat: suscipit Antoninus filius ejus principatum, & titulum P. M. & P. P. ad annos quinque. Getæ committitur Oriens in annos tres. Enimvero summa semper fuit Senatus auctoritas in ipsosmet Augustos. Quamobrem nec nisi ter Consul Severus, ut Hadrianus, fuit: & post annos XIX. Tribuniciæ potestatis magistratu abscessit, ut fecerat M. Antoninus Commodi pater. Tempus autem annorum XIX. ex lege præscriptum Severus aliquantulum antevertit, ut sponte potius, quam lege coactus, discessisse videretur: vel coactus fortassis, moleste ferente Senatu, esse tres simul ex eadem familia Augustos. Post obitum, quocumque ille anno contigerit, relatus est inter divos: nec tamen *Divus Augustus* fuit.

DIVVS SEVERVS. Capite nudo. .)(. CONSECRATIO. Rogus. Ex ære magno. Apud Illustriss. Lamonium. Aureus in gaza Regia, Aquilam Romanam exhibet.

DIVO SEVERO PIO. .)(. CONSECRATIO. Rogus: apud Occonem. In alio, quem vidimus ex argento, Aquila orbi insistit.

DIVO SEVERO. Capite laureato. .)(. COL. HEL. I. O. M. H. Templum. *Colonia Heliopolis.* Jovi Opt. Max. Heliopolitano. Apud Tristan. tom. 1. pag. 106. ex ære mediocri. De Severo dictum est hactenus. . . . . Die sabbati, 28. Novemb. 1699.

ANTONINVS SEVERI F.

Anno Christi 212. V. C. 965. Antonini & Getæ 1.

ANTONINVS PIVS AVG. BRIT. Capite laureato. .)(. LIBERALITAS AVG VI. Dea stans cum tabella & Cornucopiæ. Argenteus, in Cimelio P. Chamillart.

Ejusdem. .)(. LIBERALITAS AVGG. VI. ET V. *Augustorum* Antonini & Getæ, illius *sexta*, & hujus quinta. Ambo sedentes dant congiarium populo. Aureus est in gaza Regia.

ANTONINVS PIVS AVG. BRIT. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. XV. COS. III. P. P. S C. Elephas. Ludos ab Antonino editos in auspiciis principatus sui significat. Est hic nummus ex ære mediocri in Museo nostro, cusus ante Natalem Urbis, Antonino jam P. M. & P. P. necdum TR. P. XVI.

M. AVRELIVS ANTONINVS PIVS AVG. BRIT. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. XVI. IMP. II. COS. III. P. P. Circus Antonini. Est ex ære maximo, apud D. Vaillant. Sed forte scribendum fuit, COS. IIII. ut pertineat ad annum sequentem, ante Natalem Urbis; si vere scriptum reperit idem in alio, quem laudat e Cimelio Card. Leopoldi, P. M. TR. P. XVI. IMP. II. COS. IIII. P. P.

Ut supra. .)(. Dea radio ostendit orbem Romanum, quem regit. PROVIDENTIAE DEORVM. S C. Ex ære magno, apud P. Chamillart.

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΣΕΥΗΡΟΣ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΣ Π. Π. *Imp. Cæsar M. Aurelius Severus Antoninus Pater Patriæ.* Effigies Antonini togati, pectore tenus, capite nudo, Senatoris habitu, vel Principis Senatus. .)(. ΑΝΤΩΝΕΙΝΙΑΝΗΣ ΣΕΥΗΡ. ΑΔΡΙΑ. ΤΑΡΣΟΥ. *Antoninianæ* ab Antonino Severi F. *Severianæ Hadrianæ Tarsi.* Elephas. Elephanti dorso corona superposita: in qua ΜΑΚΚ. Extra coronam, Γ Β. Hoc est, Μητροπόλεων ἀμφοτέρας Κιλικίας κοινῇ Γερουσίας βουλῇ, *Metropoleon utriusque Ciliciæ communi Senatusconsulto.* Vide Nummos Populorum & Urbium, verbo ΑΝΑΖΑΡΒΟΣ & ΤΑΡΣΟΣ. Est ex ære maximo in Thesauro Regio. *M. Aurelius* a matre Aurelia dicitur, filia M. Aurelii: *Severus* a patre: *Antoninus Pius* a proavo Antonino Pio. Vide stemma M. Aurelii, quod dudum ad te misi. Ex eo liquido apparet, Juliam Domnam Antonini novercam, non matrem fuisse.

Numismata Juliæ Aug.

IVLIA PIA FELIX AVG. Caput Juliæ Severi. .)(. MATER AVGG. MAT. SEN. M. PATR. *Mater Augustorum, Mater Senatus, Mater Patriæ.* Idcirco *Felix* cognominata est a Senatu, quia *mater duorum* simul *Augustorum.* Nulli enim alteri contigit Augustarum, ut duos videret Augustos, quorum *mater* posset appellari. A privigno etiam noverca *mater* appellatur. Non tamen hereditarium illud *Felicis* cognomen a Julia fuit: neque enim quæ sunt data matribus cognomina transmittuntur ad liberos, sed patrum dumtaxat & avorum: unde non fuit propterea Geta *Pius Felix*, sed *Pius* tantum. Sedet in hoc nummo Julia cum hasta pura, & ramo oleæ. Est ex ære magno cum S C. in Museo nostro; argenteus, apud P. Chamillart.

IVLIA FEL. AVG. *Julia Felix Augusta.* Caput Juliæ. .)(. COL. HEL. *Colonia Heliopolis*, in corona laurea, cum duabus aquilis legionariis. Est ex ære minimo.

IVLIA PIA AVGVSTA. Caput Juliæ. .)(. COL. ALEX. AVG. TROA. *Colonia Alexandrina Augusta Troas.* Apud Patin. pag. 289.

IVLIA PIA FELIX AVGVSTA. Caput Juliæ. .)(. IVNO LVCINA. S C. Dea sedet, dextra florem, lævo brachio parvulum tenet. Ex ære magno, in Museo nostro.

Eadem inscriptio. .)(. IVNONEM. S C. Stat Juno: ad pedes, pavo. Ex ære magno, apud P. Chamillart.

Eadem inscriptio. .)(. VENVS GENETRIX. Hoc est, ingenita & innata comitas. Dea sedet cum hasta pura, læva pomum tenet. Argenteus est ibidem. In alio ibidem ex ære magno, est VENERI GENETRICI. S C.

Eadem inscriptio. .)(. DIANA LVCIFERA. In Museo nostro argenteus.

Eadem inscriptio .)(. SAECVLI FELICITAS. Dea stat ad aram, cum patera. Est ex ære magno, apud P. Chamillart.

IVLIA DOMNA AVG. Caput Juliæ. .)(. VENERI GENETRICI. Dea sedet, cum hasta pura; dextra pomum tenet. Ad pedes, stat Cupido. Aureus est in Museo nostro.

Eadem inscriptio. .)(. VENERI VICTRICI. Hoc est, comitati & humanitati. Dea palmam ferens, dextro cubito columnæ innititur, læva pomum ostentat. Argenteus, ibidem.

Numismata Getæ Aug.

P. SEPTIMIVS GETA PIVS AVG. BRIT. Capite laureato. .)(. FORT. RED. *Fortunæ reduci.* TR. P. III. COS. II. P. P. S C. Fortuna sedet cum Cornucopiæ, & temone. Ex ære magno & mediocri, & ex argento, in Museo nostro. *Publius* prænomen est primogenitorum gentis Septimiæ: cessit eo Getæ fratri Antoninus, quem dici *Marcum* ex materno avo oportuit. *Septimius*, ex patre: ex matre, *Geta*; ut nobis quidem videri in stemmate M. Aurelii diximus: *Pius Aug.* ex ambobus, *Britannicus*, ex seipso.

SEPTIMIVS GETA PIVS AVG. BRIT. Capite laureato. .)(. LIBERALITAS AVGG. VI. ET. V. *Sexta* Antonini, *quinta* Getæ. Duo Augusti dant congiarium: ac proinde ambo fuerunt inter se concordes. Est ex ære magno: in Gaza Regia, aureus.

Ejusdem. .)(. FID. EXERC. *Fides Exercitus.* TR. POT. III. COS. II. Dea velata, inter duo signa militaria, dextra pateram, signum militare læva tenet. Argenteus, olim apud. P. du Moulinet.

P. SEPT. GETA PIVS AVG. BRIT. Capite laureato. .)(. Victoria gestat palmam & coronam. VICTORIAE BRIT. Argenteus, apud P. Chamillart.

Eadem inscriptio. .)(. LIBERALITAS AVG. V. Dea stat cum tabella & Cornucopiæ. Argenteus

Anno Christi 213. V. C. 966. Antonini & Getæ 2.

Kalendis Januariis, Antoninus fit Consul IIII.

ANTONINVS PIVS AVG. BRIT. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. XVI. IMP. II. COS. IIII. P. P. S C. Antoninus in curru triumphali, gestat scipionem Consularem, cujus in apice Aquila Romana est; & idem a Victoria coronatur. Est ex ære magno, in Museo P. Chamillart; cusus hoc anno ante Natalem Urbis.

ANTONINVS AVG PIVS BRIT. Capite laureato. .)(. PROFECTIO AVG. Ipse pedes & paludatus incedit, dextra hastam tenet, milite subsequente cum signo militari. Argenteus est ibidem, profectionem Antonini designans ad expeditionem Germanicam.

ANTONINVS PIVS AVG. BRIT. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. XVII. IMP. III. COS. IIII. P. P. Ipse loricatus tenet Victoriam dextra, læva clypeum cum hasta. Ad pedes, captivus. S C. Est ex ære mediocri, in Museo P. Chamillart.

M. AVREL. ANTONINVS PIVS AVG. BRIT. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. XVII. IMP. II. COS. IIII. P. P. Circus Antonini cum obelisco. Est ex ære maximo, apud Angeloni, pag. 258.

Ejusdem. .)(. CONCORDIA FELIX. Ambo Augusti dextras jungunt; Julia in medio stante. Aureus in Gaza Regia.

AYT. KAI. AYP. ANTΩNINOC CEB. Capite laureato. .)(. EMICΩN KOΛΩNIAC. EKΦ. *Anno* DXXV. æræ Græcorum. Latine *Hemeseni* a Plinio appellantur. Est ex ære minimo in Gaza Regia.

De nummis AMICOY. ET. CME. & TPIΠOΛITΩN EKΦ. vide Nummos Populorum & Urbium.

IVLIA AVGVSTA. Caput Juliæ. .)(. MATER AVGG. Sedet in curru vecto quatuor leonibus, ramum oleæ dextra tenet. Est in Museo nostro argenteus.

P. SEPT. GETA PIVS AVG. .)(. PONTIF. TR. P. IIII. COS. II. DES. III. P. P. Augusti duo jungunt dextras. Apud Occonem, pag. 391. Non gessit hunc Consulatum tertium Geta, detentus in Oriente scilicet.

AYT. K. M. AYP. CEOYH. ANTΩNEI.. *Imp. Cæsar Marcus Aurelius Severus Antoninus.* Capite laureato. .)(. Dea sedet Cornucopiæ. ANAZAPBOY MHTPOΠOΛEΩC ET BAC. ἔτυς βλε'. *Anno* CCXXXII. qui autumno ineunte hujus anni desinit. Infra, AMK KOINOBOYΛION. Ἀμφοτέρας Κιλικίας Κοινοβούλιον. *Utriusque Ciliciæ Senatus,* Sunt enim apud Hesychium, Κοινοβῦλοι, σύνεδροι, *Senatores.* In medio, Γ B Γερουσίας βουλῇ, *Senatusconsulto.* Nummum hunc ex ære magno Illustriss. Spanhemius Londini sibi visum esse prodidit. Nos integram epigraphen primi exponimus; nempe illud AMK KOINOBOYΛION. ΓB. cum Æra.

Anno Christi 214. V. C. 967. Antonini & Getæ 3.

Kalendis Januariis Antoninus a Senatu Germanicus appellatur & simul Geta frater Antonini.

ANTONINVS PIVS AVG. GERM. Caput laureatum. .)(. P. M. TR. P. XVII. COS. IIII. P. P. Hercules dextra ramum oleæ tenet, læva clavam. Argenteus in Museo nostro, cusus hoc anno ante Natalem Urbis. *Germanici* titulum ambitiosius affectarunt Imperatores, quam *Britannici.* Itaque illum isti anteposuit Antoninus.

Eadem inscriptio. .)(. P. M. TR. P. XVII. IMP. III. COS. IIII. P. P. Ipse loricatus dextra tenet Victoriam, læva clypeum cum hasta. Est ex ære mediocri, in Museo nostro, cusus ante Natalem Urbis.

Eadem inscriptio. .)(. P. M. TR. P. XVIII. COS. IIII. P. P. S. C. Æsculapius. Ex ære mediocri, in Museo P. Chamillart. In argenteo altero e Museo nostro, Juppiter stat cum hasta & fulmine.

ANTONINVS AVG. PIVS GERM. Capite laureato. .)(. LIBERALITAS AVG. VIII. Dea stans cum tabella & Cornucopiæ. Est argenteus, apud P. Chamillart.

M. AVREL. ANTONINVS PIVS AVG. GERM. Capite laureato. .)(. Victoria in curru vecto quadrigis. S C. P. M. TR. P. XVIII.

IMP.

IMP. III. COS. IIII. P. P. Est ex ære magno ibidem.

Eadem inscriptio. .)(. P. M. TR. P. XVIII. IMP. II. COS. IIII. P. P. S C. Imperator cum hasta, pede proræ navigii imposito spicas accipit a Dea reverenter præbente. Ex ære magno, ibidem.

M. AVREL. ANTONINVS PIVS AVG. BRIT. Capite laureato. .)(. SECVRITATI PERPETVAE. S C. Dea sedet, dextra capiti imposita, læva sceptrum tenet. Ex ære magno, ibidem.

M. AVREL. ANTONINVS PIVS AVG. GERM. Capite laureato. .)(. SECVRITATI PERPETVAE. S C. Dea sedet, ut proxime. Ex ære magno, ibidem.

M. AVR. ANTONINVS PIVS FELIX AVG. Capite laureato. .)(. SECVRITATI PERPETVAE. S C. Dea sedet ut proxime. Ex ære magno, ibidem. In eadem una officina cusi sunt tres hi nummi uno die, ut ipsa fabricæ forma, quæ est indiscretæ similitudinis, fidem facit. Voluit Senatus, qui hos nummos cudi permisit, intelligi, Britannis Germanisque domitis, securitatem perpetuam orbi Romano adsertam esse; & *Felicem* ob eam rem cognominari posse, si velit, Antoninum. At videtur is illud sprevisse cognomen: nec datum est ei postea, nisi ab una colonia. Noluit ille cognomen assumere, quod jam proprium familiæ Commodi esse sciret, hoc est, consobrinorum suorum.

M. AVREL. ANTONINVS P. F. AVG. Capite laureato. .)(. COL. IVL. CONC. APAM. AVG. D. D. *Colonia Julia Concordia Apamea Augusta. Decreto Decurionum.* Ex ære magno, in Gaza Regia.

ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ΑΥΓΟΥϹΤΟϹ. Capite laureato. .)(. ΑΝΚΥΡΑϹ ΜΗΤΡΟΠ. ΑϹΚΛΗΠΕΙΑ ϹΩΤΗΡΙΑ. Urna, cui inscriptum est, ΙϹΘ. ΠΥΘΙΑ. *Ludi Æsculapio facti pro salute* Augusti, *Isthmii ac Pythii.* Nummus est ex ære mediocri.

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ. Capite radiato. .)(. Genius urbis. ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ ΚΑΤ ΙϹϹΟΝ. ΕΤ. ΒΠϹ. *Anno* CCLXXXII. Est ex ære mediocri, apud D. FOVCAVLT. Vide Chronologiam veteris Testamenti.

ΑΥΤ. Κ. Π. ϹΕΠΤ. ΓΕΤΑϹ ϹΕ. Capite laureato. .)(. ΜΗΤΡΟ. ΚΑΙϹΑΡΙΑ ΝΕΩ. ΕΤ. Γ. Mons Argæus, qui Cæsareæ Cappadociæ imminet. Est hic nummus argenteus in Gaza Regia, quem ipsi vidimus, & exscripsimus. D. Vaillant sic epigraphen anticæ partis expressit: Λ. ϹΕΠΤ. ΓΕΤΑϹ ΚΑΙ. cum nudo capite, ex memoria, sed falsa. Est hic annus tertius Getæ Augusti, post Severi patris abdicationem, iniens autumno anni hujus. Nam in nummis Græcis, anni dumtaxat Augustorum notantur, non Cæsarum.

Nummos Antonini Græcos cum anni hujus nota, ΑΙΓΕΙΑΩΝ ΑΞϹ. ΠΟΜΠΗΙΟΠΟΛΙΤΩΝ ΒΠϹ. & ΦΛΑΟΥΙΟΠΟΛΙΤΩΝ ΑΜΡ. vide in Nummis Populorum & Urbium.

Anno Christi 215. V. C. 968. *Antonini Severi F.* 4.

Natali Urbis post absoluta quinquennalia Tribuniciæ Potestatis Geta diem supremum obit, & inter Divos refertur Senatusconsulto. Testis, opinor, nummus est, qui sic describitur in Collectione MS. D. de Peiresc, pag. 77. (. . . CAESAR AG SC. DIVVS. *Caput Getæ.* .)(. . . . . ALIAE SPES. *Caput fere idem: sed forte fratris. Italiæ spes.*) Ibi enim ab ultima voce facto initio legendum arbitramur: DIVVS GETA CAESAR A. G. S C. Hoc est, *Divus Geta Cæsar Augustus Germanicus, Senatusconsulto.*

M. AVREL. ANTONINVS AVG. . . Capite laureato. .)(. LIB. AVG. VIIII. *Liberalitas Augusti nona.* P. M. TR. P. XVIIII. IMP. III. COS. IIII. P. P. Imperator sedet, adstante retro Præfecto Prætorianæ cohortis, & ad dexteram. Dea Liberalitate stante cum tabella & Cornucopiæ. Est ex ære magno, in Museo nostro; cusus hoc anno ante Natalem Urbis.

ANTONINVS PIVS AVG. GERM. Capite radiato. .)(. P. M. TR. P. XVIIII. COS. IIII. P. P. Juppiter Serapis stans, dextra elata, læva hastam puram sive sceptrum tenet. Argenteus, in Museo nostro.

Eadem inscriptio. .)(. P. M. TR. P. XVIIII. COS. IIII. P. P. Juppiter sedens tenet Victoriam: ad pedes, Aquila Romana. S C. Ex ære mediocri, ibidem.

Eadem inscriptio. .)(. P. M. TR. P. XVIIII. COS. IIII. P. P. Ipse sub Solis habitu quadrigis vehitur. Argenteus.

ΑΥΤ. Κ. Μ. Α. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ϹΕΒ. Capite laureato. .)(. Dea turrito capite monti insidet, dextra fruges tenet. Agrum circumjacentem frugibus uberem significat: oppidum ipsum, monti impositum. ΕΜΙϹΩΝ ΚΟΛΩΝΙΑϹ. In media area, ΖΚΦ. *anno* Græcorum DXXVII. Est ex ære mediocri, apud D. FOVCAVLT: ex ære minimo, in gaza Regia.

Nummos alios Antonini Græcos, cum hujus anni nota, ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ ΖΚΦ. & ΦΛΑΟΥΙΟΠΟΛΙΤΩΝ ΒΜΡ. vide in Nummis Populorum & Urbium.

Anno Christi 216. V. C. 969. *Antonini Severi F.* 5.

ANTONINVS PIVS AVG. GERM. Capite laureato. .)(. PROF. AVG. *Profectio Augusti*, ad expeditionem Parthicam. P. M. TR. P. XIX. Imperator in equo cum hasta, præeunte milite uno, & altero subsequente. Apud D. Vaillant, pag. 122. cusus hoc anno ante Natalem Urbis.

Ut supra. .)(. P. M. TR. P. XX. COS. IIII. P. P. Juppiter stans fulmen tenet. In alio Juppiter sedet cum Aquila Romana. Ex ære mediocri, & ex argento, in Museo nostro.

Ut supra. .)(. P. M. TR. P. XX. COS. IIII. P. P. Leo capite radiato fulmen ore gestat. Ex ære mediocri, ibidem.

Ut supra. .)(. VICT. PART. *Victoria Parthica.* P. M. TR. P. XX. COS. IIII. P. P. Ipse paludatus stans, dextra orbem Romanum, læva bacillum Imperatorium gerit; a Victoria coronatur, quæ palmam sinistra tenet. Argenteus, apud D. Vaillant, & apud Occonem pag. 381.

Ut supra. .)(. VICT. PART. Trophæum: ad pedes, captivi duo: e regione. Victoria clypeum tenet, in quo scriptum est, VOT. XX. *Vota vicennalia*, ipso anno Tribuniciæ Potestatis soluta. Argenteus, ibidem.

ANTONINVS AVG. PIVS GERM. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. XX. COS. IIII. P. P. Sol dextra elata, cum flagello. Argenteus, apud P. CHAMILLART.

Antonini caput, detrita epigraphe. .)(. ΕΜΙϹΩΝ ΚΟΛΩΝΙΑϹ. ΗΚΦ. *Anno* DXXVIII. æræ Græcorum. Ex ære magno, apud D. FOVCAVLT.

ΙΟΥΛΙΑ ΔΟΜΝΑ. Caput Juliæ. .)(. ΕΜΙϹΩΝ ΚΟΛΩΝΙΑϹ. ΗΚΦ. ut proxime. Est in Thesauro Regio.

ΦΟΥΛΟΥΙΑ ΠΛΑΥΤΙΛΛΑ ϹΕΒ. *Fulvia Plautilla Augusta*, conjux Antonini. .)(. ΦΛΑΟΥΙΟΠΟΛΙΤΩΝ. ΡΜΓ. *Anno* CXLIII. qui incipit more Græco, autumno hujus anni. Fabulosum est igitur, quod narrant historici de Plau-

 tilla

tilla in exsilium missa & interfecta. Octav. Strada, pag. 43. perperam legit PNΓ. Qui error emendatur ex nummis Antonini utriusque, tum istius Severi F. tum alterius, qui Soæmiadis F.

Ex Diario Trevoltiano,
Nummus Antonini Severi F. explanatus.

Est in Cimelio D. Foucault, Regi a secretioribus Consiliis, nummus perrarus; cujus hæc est epigraphe: ANTONINON BACI. capite Antonini laureato, vultu juvenili. In altera nummi pagina Ceres accensam facem præfert. Epigraphe est, ΚΑΦΥΙΑΤΩΝ. Qui Ἀντωνῖνον βασιλία hic interpretantur, nesciunt βασιλίας a Græcis numquam dictos fuisse, aut a Latinis *reges* Augustos, nisi ab imperitis scriptoribus ac forte suppositiis. In nummis certe, quos Græci cuderunt, quamvis adulationi natam hanc gentem esse nemo ignoret; ne semel quidem id nomen apparet. Quod si βασιλία Græci dicerent Antoninum, multo certe magis Severum patrem eo titulo cohonestarent. Atqui Caphyatæ illi ipsi, cum Severi honori nummum conflarent, ita scripserunt: ΑΥΤΟ. ΚΑΙ. Λ. ΣΕΠΤ. ΣΕΟΥ. ΣΕΒ. capite laureato: *Imp. Cæsar L. Septimius Severus. Aug.* cum Genio civitatis in parte nummi aversa; non cum Cerere, quæ est in nummo Antonini. Antoninum igitur filium Severi, vivo præsertim patre, βασιλία dici non potuisse, manifestum est. Et cum ANTONINON in accusativo casu iidem scribant, non item Severi patris nomen; id argumento est, accusativum ANTONINON ab aliquo verbo regi, quod in Severi nummo non sit, in Antonini sit.

Βασιλία autem cum negamus, sive *regem*, appellatum esse Imperatorum Romanorum aliquem, nisi ab imperitis ac forte suppositiis scriptoribus, sacros profecto scriptores excipimus, qui neque sunt proprie Latini, neque Græci. Judaicæ more gentis ii sunt locuti; quæ supremam quamlibet potestatem *regiam* appellabat; quoniam regia potestate majorem nullam nosset. Unde hæc vox Judæorum, *Non habemus regem nisi Cæsarem*, Tiberium videlicet. Et de Nerone, ut simile veri est, Petrus in priore epistola, *Regem honorificate:* &, *Regi quasi præcellenti.* Αὐτοκράτωρ a Græcis dicebatur is, qui summam potestatem in civilibus rebus ac bellicis obtineret: a Latinis *Imperator* appellabatur is, qui supremus Exercituum dux esset. At nihilo magis Rex dicebatur, sive qui exercitibus, sive qui provinciis sic præesset, quam est in Belgio Rex, sive qui fœderati Belgii copiis Præfectus a Republica est, sive qui præfectus Provinciis fuerit. Quid ita? quoniam quamvis summa videatur, tamen nonnisi vicaria sub Senatu potestas ea fuit. Nec refert, quod in Commodi nummo quodam legitur, ΚΟΜΟΔΟΥ ΒΑCΙΛΕΥΟΝΤΟC Ο ΚΟCΜΟC ΕΥΤΥΧΕΙ. *Commodo dominante orbis beatus.* Βασιλεύει enim etiam is, qui βασιλεὺς non est. Nec in eo nummo propterea Commodus βασιλεὺς inscribitur: sed tantum de more, Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ.

Itaque legendum in hocce nummo est continua oratione: Ἀντωνῖνον βιάζεται ἀγαπᾷ Σιτὼ Καφυατῶν. *Caphyæ* sunt in Arcadia, vicus haud valde nobilis; de quo Plinius, libro XVI. sect. LXXXVIII. *In Caphyis*, inquit, sive (ut alii legunt) *in Caphyarum Arcadiæ luco.* Qualis est, opinor, Bononia cum luco prope Parisios, *le bois de Bologne*. Arcadiæ nummi ante Severum rari, post eum fere nulli: sub eo plurimi. *Caphyatæ* igitur nummum Antonini honori dicatum sic inscripserunt: *Antoninum diligit alma Ceres*, sive *Ceres frugifera Caphyatarum.* Est enim Ceres, quæ in area nummi altera pingitur, Græcis Σιτώ; uti tum vocis Σιτὼ a σῖτος *frumentum*, *far*, *seges*, originatio admonet; tum, quisquis ille est, Athenæus, libro III. pag. 109. *Ceres* Caphyiatarum Præses Dea dicitur, quæ agrum eum fertilem exhiberet. Ab ea diligi Antoninum tutatorem suum Caphyiatæ significant. Gallice dicerent; *La bonne Déesse & la mere nourrice des Caphyates chérit Antonin.* Ceres in eo nummo facem gestat; tum veluti quærens Proserpinam, hoc est, fertilitatem, quam in agros revocare Tellus cupit; tum quod Luna ea sit, sive Noctis dea, quam fax accensa repræsentat: quemadmodum Liber Pater, vini largitor, ipse Sol est, ut ethnici putant. Unde Virgilius, libro I. Georg.

> *Vos o clarissima mundi*
> *Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum,*
> *Liber, & alma Ceres.*

Anno Christi 217. V. C. 970. Macrinus, & Antonini Soæmiadis F. 1.

Natali Urbis, Antoninus Severi F. post annos viginti Tribuniciæ potestatis, exacto quinquennio principatus post patris abdicationem, cessit ipse magistratu. Qui quando postea privatus obiit, relatus est inter Divos jussu Senatus: nec tamen *Divus Antoninus Augustus* est appellatus: quoniam cum Divus est agitus, sive cum decessit, Augustus esse desierat.

DIVO ANTONINO MAGNO. Capite nudo. .)(. CONSECRATIO. SC. Rogus, cui superpositus Imperator est in curru quadrijugo triumphali. Est ex ære magno, tum in Gaza Regia, tum inter Numismata primi moduli, Card. Carpegna, pag. 171. Alibi etiam argenteus est. In alio ex ære magno, apud D. Vaillant, Aquila est. Quoniam *Pii* cognomen a Pompeio Magno Pio deductum esset, transmissumque ex æquo utrumque ad posteros, nihil interesse visum est, utrum diceretur. DIVO ANTONINO PIO, an DIVO ANTONINO MAGNO: & alioqui non oportuit scribi huic Antonino epigraphen; quæ esset communis aliis. At si DIVO ANTONINO PIO scriberetur, posset alterutri e duobus prioribus Antoninis adscribi. Itaque sic inventum est, quemadmodum ex ipso cognomine Antoninus iste discriminaretur a ceteris. Sed de illo satis. . . . . Die sabbati. 12. Decemb. 1699.

MACRINUS, & ANTONINUS SOÆMIADIS F.

Post Antoninum igitur Severi filium, inter Augustos duos divisum imperium est. Et Macrino quidem commissus est Oriens ad annos duos: hoc est, Thracia, Asia minor, cum Syria, Phœnice, & Cæsarea Palæstinæ; ut hanc partem Imperii, præsertim Syriacam, adversus Parthos tutaretur, cum Augusti titulo: addito comite Diadumeniano filio Cæsare: Judæa reliqua & Ægypto ditioni Antonini Pii, Soæmiadis F. quem Elagabalum falso vocant, ad annos quinque, cum Gallia & Illyrico, adsignata. Unde nullus Macrini nummus cusus est in Ægypto, vel Gazæ, aut Ascalone; cum sint Antonini in his locis, ab usque autumno anni Christi 217. Neque nunc autem quæsiti sunt alibi Principes, quam ex domo Cæsarum: ut ex subjecto schemate manifestum erit.

STEM-

STEMMA ANTONINI SOÆMIADIS F.

aliorumque, ex solis nummis antiquis.

Antonianus Pius.

T. ÆL. ANTONINVS AVG. PIVS. conjux, Annia FAVSTINA.

Antonius Pius, frater Antonini Pii.

M. AVR. ANTONINVS.

FAVSTINA PIA conjux M. ANTONINI.

Antonia Pia, uxor Julii Veri, qui nepos Æliæ Juliæ, filiæ Nervæ Cæsaris Aug. Vide stemma Antonini Pii, & alterum Pescennii.

Antonius; cujus pronepos, M. Antonius Gordiauus Africanus pater.

Ælia Annia Aurelia Antonina Pia: conjux Opelii Severi Macrini secundis nuptiis suis: tertiis, proavi Antonini Elagab. & Severi Alexandri

COMMODVS AVG.

M. OPELIVS SEVERVS MACRINVS PIVS AVG. conjux secunda, Diadumena.

IVLIA DOMNA PIA.

Ant. Julius Verus Pius, Maximianus appellatus a prima uxore. Ex ea.

Ex secunda uxore: Ex tertia, quæ Mamæa Alexandra:

O. OPEL. ANTONINVS DIADVMENIANVS.

IVLIA MÆSA, conjux prima Macrini Aug. sed repudiata ob sterilitatem, ut videtur.

IVLIA SOÆMIAS, conjux M. Aurelii Antonini Pii.

IVLIA MAMÆA, conjux Aur. Aquilii Severi

Ant. Jul. Maximianus Pius. Obiit sub Severo. Soror ei fuit Ant. Julia Maxima, mater Pupieni Max. Aug.

M. AVR. ANTONINVS PIVS, falso dictus Heliogabalus.

M. AVR. SEV. ALEXANDER PIVS AVG.

C. IVL. VERVS MAXIMINVS PIVS AVG.

C. IVL. VERVS MAXIMVS CÆSAR.

Julias tres, Mæsam, Soæmiadem, & Mamæam, fuisse sorores, ex eodem Julio patre genitas, idem Juliæ nomen ostendit; haud inani certe conjectatione; quemadmodum FL. MAX. FAVSTA, FL. MAX. HELENA, FL. MAX. THEODORA, sunt ex eodem uno patre. Fl. Val. Constantino. Ex ordine autem Augustorum quos genuerunt, ætas illarum quoque haud temere conjicitur. Primum enim, Diadumeniani novercam oportet fuisse primogenitam, quæ est Julia Mæsa: Ex secunda, quæ Soæmias, Antoninum natum esse, quem Elagabalum vocant: Ex tertia, quæ Mamæa, Severum Alexandrum. Secutus deinde istos est consobrinus eorum Maximinus Pius.

STEMMA MACRINI AVG.

ex solis nummis antiquis.

Opelius Severus: Conjux Clodia Macrina.

Opelius Severus Macrinus. Conjux, Ælia Aurelia Antonina Pia, filia M. Aur. Antonini Pii.

M. OPELIVS SEVERVS MACRINVS PIVS AVG. Secunda conjux, Diadumena.

M. OPELIVS ANTONINVS DIADVMENIANVS.

Et Macrinus quidem, *Marcus* de prænomine primogenitorum Antoniæ gentis; *Opelius* de suæ gentis nomine appellatur: *Severus* de paterno cognomine. Nam *Severi* cognomen fuisse multis gentibus commune, Aquiliæ, Opeliæ, Septimiæ, Valeriæ, nummi docent. *Macrinus* deinde de paternæ aviæ cognomine alterum cognomen habet. Est autem *Macrinus* Clodiæ familiæ cognomen, ut memini me dudum ad te scripsisse de Clodio Macrino, qui post Neronem fuit, & quem *Macrum* falso vocant. Denique & *Cæsar* idem & *Pius* ex matre Ælia Aurelia Antonina Pia, filia Marci Aurelii Antonini Pii.

Diadumenianus Macrini filius, *Opelius* primum dictus est de gentis paternæ nomine: deinde *Antoninus* de aviæ nomine, ut diximus: denique *Diadumenianus* de matre Diadumena; ex qua pater ipse deberet, nisi ætas jam provectior mutari tunc nomen vetaret, *Diadumenianus* vocari; quemadmodum a Vespasia conjuge *Vespasianus* est appellatus; fecitque ex ea Titum filium *Vespasianum* appellari.

Anno

Anno Christi 217. V. C. 970. Macrini & Antonini Soæmiadis. F. 1.

Nummi Macrini Aug.

IMP. CAES. M. OPEL. SEV. MACRINVS AVG. Capite laureato. .)(. PONTIF. MAX. TR. P. COS. P. P. Dea stans tenet signa militaria duo. Est argenteus in Museo nostro. In alio ibidem, ex ære magno, simili omnino utraque epigraphe, Juppiter cum hasta fulmen tenet. S C. Consul suffectus est in Natali Urbis Macrinus, simul in suo tractu donatus Tribunicia Potestate, & Pontificis Max. titulo auctus. Apparet in nummis Macrinus annorum fere sexaginta.

Ut supra. .)(. PONTIF. MAX. TR. P. P. P. S C. Stat Dea cum caduceo & Cornucopiæ. Est ex ære magno, apud P. CHAMILLART.

Ut supra. .)(. AEQVITAS AVG. Dea stat cum Cornucopiæ, & libra quam dextra tenet. S C. Ex ære magno, in Museo nostro.

Ut supra. .)(. PROVIDENTIA DEORVM. Dea stans cum Cornucopiæ; dextra radium tenet, quo orbem Romanum ostendit. Argenteus, ibidem.

Ut supra. .)(. FELICITAS TEMPORVM. Stat Dea cum caduceo & Cornucopiæ. Argenteus ibidem, Macrini capite radiato.

Ut supra. .)(. FIDES MILITVM. Dea stat: hinc & inde bina signa cohortium; quorum unum Dea dextra tenet. Argenteus, ibidem: ex ære mediocri, cum S C. apud P. CHAMILLART.

Ut supra. .)(. VOTA PVBLICA. P. M. TR. P. Dea Salus. Vota sunt igitur pro salute Principis adversus Parthos in Asiam profecti. Est ex ære mediocri, in gaza Regia.

Ut supra. .)(. VOTA PVBLICA. Juppiter stans, dextra fulmen, læva hastam tenet. Ad pedes, Aquila Romana. S C. Ex ære magno, ibidem. Pacem toto Occidente maximam, earumque populis Principem Macrinum fuisse, omnes hi nummorum ipsius tituli significant.

IMP. M. OPEL. SEV. MACRINVS P. AV. *Pius Augustus*, quia ex matre *Pia* genitus: sed non *Felix*, quia non ortus ex Commodo. Est in hoc nummo capite radiato. .)(. COL. FL. PAC. DEVLT. *Colonia Flavia Pacensis Deulton.* Vide Nummos Populorum & Urbium. Est hic nummus ex ære minimo.

AYT. K. M. O. C. MAKPINOC. *Imp. Cæsar M. Opelius Severus Macrinus.* Capite laureato. .)(. In corona laurea, ΔE SC Δήμου εὐχῇ, *Populi rogatu, Senatusconsulto.* Litteris majoribus scribitur *Senatusconsulto*, quoniam id nobilius ac potius, quam populi rogatio, est. Infra, Aquila Romana. Nummus est ex ære minimo, in Museo nostro.

AYT. KAIC. M. OΠ. MAKPEINOC CEB. Capite laureato. .)(. M. EYΓ. Π. Θ. MAKPEINOYΠ. AIΓ. ΓΞC. *Μάρκου Εὐγενίου Πρυτανέως θ'. Μακρεινοπόλεως Αἰγεαίων.* *Marco Eugenio Prytane nonum Macrinopoleos Ægeæorum.* Est ex ære minimo, apud D. BAVDELOT. Illud Π. Θ. D. Vaillant exponit, *πανηγυριστοῦ θεῶν.* Annus ille Ægeæorum ΓΞC. CCLXIII. cœpit ab autumno anni superioris. Est & alter Macrini nomine nummus AIΓEAIΩN, cum anni nota ΔΞC. hoc est, CCLXIV. qui annus incipit autumno anni hujus.

M. OΠEΛ. MAKPINOC. Capite laureato. .)(. Aper transfixus hasta. EΦECIΩN. Est ex ære minimo in Museo nostro. Venatu nobilem agrum Ephesiorum esse, cum silvis proximis, hoc symbolo indicatur: nihil aliud. Inde & ibi cultus Dianæ venatricis.

AYTOK. K. M. OΠ. CE. MAKPINOC CE. Capite laureato. .)(. Roma galeata sedens Victoriam gestat, & hastam. ΦΛ. NEAC ΠOΛEΩC CY. ΠAΛE. *Flaviæ Neapoleos Syriæ Palæstinæ.* Est ex ære mediocri, apud P. CHAMILLART.

De Nummis MOΨEATΩN. ET. EOC. aliisque Græcis sub Macrino percussis, vide Indicem libri de Nummis Populorum & Urbium.

Numismata Juliæ Mæsæ, quæ prima conjux Macrini, matertera Antonini

IVLIA MAESA AVGVSTA. Caput Mæsæ. .)(. PIETAS AVG. Stat Dea ante aram, læva tenet Capsulam turis apertam. S C. Est ex ære magno, & mediocri, & ex argento, in Museo nostro.

Ut supra. .)(. PVDICITIA. Dea sedet cum hasta pura, dextra vultui velum obducit. S C. Ex ære magno, ibidem.

IVLIA MÆSA AVG. Caput Mæsæ. .)(. IVNO. Stat Dea cum patera ante aram, & hasta. Aureus in Thesauro Regio.

Numismata Macrini Aug. junioris.

IMP. CAES. M. OPEL. SEV. MACRINVS AVG. Capite laureato. .)(. PONTIF. MAX. TR. P. P. P. S C. Dea stans, dextra caduceum tenet, sinistra Cornucopiæ. Est ex ære magno, in Cimelio P. CHAMILLART.

Eadem inscriptio, capite laureato. .)(. SALVS PVBLICA. Dea Salus sedet. S C. Ex ære magno, in Cimelio Sereniss. Ducis Cenomanensis. Cum Macrini patris nomine inscripta numismata sexagenarium ipsum fere repræsentent, hæc duo Macrinum vix tricenarium exhibent: ac proinde Macrini junioris sunt, qui filius fuit Macrini Aug. ex prima uxore Opelia Severa: ut paterno maternoque genere esset ex eadem gente Macrinus junior: unde non habet alia nomina quam pater: quemadmodum Philippus filius habet eadem cum patre nomina, quoniam paterno maternoque genere fuit e gente Marcia.

Numismata Diadumeniani patris.

M. OPEL. ANT. DIADVMENIANVS CAES. Capite laureato, vultu annorum quinquaginta. .)(. PRINC. IVVENTVTIS. Stat ipse paludatus, dextra tenet signum militare, sinistra duo. Argenteus est in Museo nostro. Ignotus est historicis omnibus Diadumenianus pater, æque ac Macrini filius Macrinus. Simili inscriptione Diadumeniani junioris nummus ibidem est, sed capite nudo, & vultu annorum quindecim.

M. O. ΔIAΔOYMENIAN. Capite nudo, sed senili vultu, annorum quinquaginta; ut egregie delineatum e Cimelio Regio Card. Norisius exhibet, pag. 481. .)(. APEΘOYCATΩN. *Arethusii* in Syria sunt. Cancer. ЄTO. ЄΠC. *ἔτους επς.* anno CCLXXXV. æra incipiente ab anno Urbis conditæ DCLXXXVI.

Numismata Diadumeniani junioris.

M. OPEL. ANTONINVS DIADVMENIANVS CAES. Capite nudo. .)(. PRINCIPI IVVENTVTIS. S C. Ipse paludatus dextra tenet signum militare, ad lævam erecta signa alia militaria duo. Est ex ære magno, in Museo nostro.

M. OPEL. ANT. DIADVMENIANVS CAES. Capite nudo. .)(. SPES PVBLICA. Dea Spes florem ostentat. Argenteus, ibidem.

M. OΠEΛ.

M. ΟΠΕΛ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ. Capite nudo.)(. In corona laurea Δήμυ εὐχῇ, *Populi rogatu*, *Senatusconsulto*. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. Foucault.

AYT. K. M. ΟΠΕΛ. CEYH. MAKPEINOC. Infra, ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΙΑΝΟϹ. Capita duo adversa: Macrini laureatum, sinistro nummi latere: dextro, Cæsaris Diadumeniani, qui filius fuit fratris Macrini, nudum.)(. Est apud Spanhemium in Juliani Cæsares, pag. 95.

M. OΠ. ANT. ΔΙΑΔΟΥΜΕΝ. KAIC. Capite nudo.)(. ΓΑΒΑΛΕΩΝ. ΓΞC. *Gabalensium* nummus, e Museo San-Genovefano: cum Junonis & Palladis effigie. Annus CCLXIII. autumno incipit hujus anni.

M. OΠ. ANT. ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΙΑΝΟϹ KAIC. Capite nudo.)(. AMICOY. ET. CMΘ. Nummus ex ære mediocri, in Cimelio D. Foucault.

De nummis ΑΙΓΕΩΝ ΔΞC. ΦΛΑΥΙΟΠΟΛΙΤΩΝ ΔΜΡ. & aliis, vide Nummos Populorum & Urbium: ac libri ejusdem etiam Indicem consule, in Macrino & Diadumeniano.

M. OP. DIADVMENIANVS CAES. Capite nudo.)(. COL. IVL. AVG. FEL. BER. *Berytus*. Templum, in quo Neptunus stat cum tridente. Est ex ære magno, fabricæ perelegantis, in Cimelio P. Chamillart.

Numismata Antonini Soæmiadis F.

IMP. CAES. M. AVR. ANTONINVS PIVS AVG. Capite laureato.)(. P. M. TR. P. COS. P. P. Juppiter stans cum hasta & fulmine. Argenteus est in Museo nostro. Nondum habet ille in nmmis suis sidus Solis. Auctus est titulo Pontificis Maximi, Tribunicia potestate, & Consulatu, in adsignata sibi ditione. *M. Aur. Antoninus Pius* ex patre solo appellatur, pronepote M. Aurelii Antonini Pii Aug. ut in stemmate Severi Alexandri ostendam. In nummis Latinis semper Antoninus iste IMP. est: quo nomine ac titulo in suis nummis Latinis, in Occidente cusis, caret Antoninus alter, quem Caracallam vocant.

Ut supra.)(. ADVENTVS AVGVSTI. S C. Imperator in equo, dextra elata, læva tenet hastam. Est ex ære mediocri, ibidem.

IMP. CAES. M. AVR. ANTONINVS AVG. Capite radiato.)(. P. M. TR. P. COS. P. P. Roma galeata sedet, dextra Victoriam, læva gestat hastam. Argenteus, apud P. Chamillart.

Ut proxime.)(. IVVENTA IMPERI. Ipse paludatus, laureato capite, hastam læva tenet, dextra orbem Romanum, cui Victoria imposita est. Ad pedes, captivus sedet. Argenteus, e Museo nostro. Sub Imperatore juvene juvenescere Imperium ipsum videtur.

IMP. M. AVR. ANTONINVS PIVS AVG. Capite laureato.)(. LIBERALITAS AVG. S C. Dea Liberalitas stans cum tabella & Cornucopiæ. Ex ære mediocri, apud Mediob. pag. 311.

Nummos ΑϹΚΑΛΩ ΑΚΤ. ΓΑΔΑΡΕΩΝ ΑΠϹ. & ΓΑΖΑ ΠϹ. vide in Nummis Populorum & Urbium.

Numismata Juliæ Soæmiadis, quæ mater Antonini.

IMP. ANTONINVS PIVS AVG. Capite laureato.)(. IVLIA SOAEMIAS. AVG. Caput Soæmiadis. Est argenteus in Gaza Regia.

IOY. ϹΟΑΙΜΙΑϹ ϹΕΒ. Caput Soæmiadis.)(. ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. Apud Patin, pag. 342. Vide præterea Indicem libri de Nummis Populorum & Urbium.

Numismata Juliæ Corneliæ Paulæ, quæ prima conjux Antonini.

IVLIA PAVLA AVG. Caput Paulæ.)(. CONCORDIA AETERNA. Ambo jungunt dextras: Paulæ velato capite: Concordia intermedia, & ambos complexa. S C. Est ex ære mediocri, & ex argento, apud P. Chamillart: in Thesauro Regio, aureus. In alio simili ex ære, apud D. Begon. scriptum est, IVLIA PAVLLA. Non dirimendum esse matrimonium, nisi alterius conjugum morte, hæc epigraphe, CONCORDIA AETERNA, admonet.

Ut supra.)(. VENVS GENETRIX. Hoc est, ingenita insitaque dono superûm comitas affabilitasque. Dea dextra pomum, læva hastam tenet. Argenteus, apud P. Chamillart.

ΙΟΥΛΙΑ ΚΟΡΝΗΛΙΑ ΠΑΥΛΑ. AYT. ΚΑΙϹΑΡ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ. C. Latere dextro, Juliæ Corneliæ vultus est: Antonini, sinistro.)(. ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Ambo dextras jungunt: Paula dextrum latus obtinet: sinistrum, (qui est nobilior situs, ut in Numismatis sæculi Constantiniani ostendimus,) ANTONINVS. Est ex ære maximo apud D. Abb. de Camps.

Anno Christi 218. V. C. 971. Macrini, & Antonini Soæmiadis F. 2.

Kal. Januariis Macrinus Aug. Consul II. in Oriente creatur. Natali Urbis, Consul suffectus Diadumenianus: & fit idem AVG. & IMP. in Syria tantum. Iisdem Kalendis Januariis Antoninus salutatur COS. II. in Occidente.

Numismata Macrini Aug.

IMP. CAES. M. OPEL. MACRINVS AVG. Capite laureato.)(. PONTIF. MAX. TR. P. II. COS. II. P. P. Dea Securitas innixa columnæ. S C. Est ex ære mediocri, in Museo nostro.

Ut supra.)(. PONTIF. MAX. TR. P. II. COS. II. P. P. S C. Imperator curru vehitur juncto quadrigis, Victoria retro coronam eidem imponente. Ex ære mediocri, ibidem, & apud P. Chamillart.

Macrini nummus.)(. C. G. I. H. P. De hoc nummo, egimus in libro de Nummis Populorum & Urbium, verbo HIPPO.

IMP. CAES. M. OPEL. SEV. MACRINVS AVG. Capite laureato.)(. VOTA PVB. TR. P. II. COS. II. P. P. Juppiter stat cum hasta & fulmine. Ad pedes, Aquila Romana. Argenteus, e Thesauro Regio.

Ejusdem.)(. VICTORIA PARTHICA. Victoria gradiens, dextra coronam lauream, sinistra palmam gerit. Argenteus, olim in Cimelio COLBERTINO.

Ejusdem.)(. VICT. PART. P. M. TR. P. II. COS. II. P. P. Victoria sedens clypeum tenet. Aureus, apud Illustriss. HARLÆVM.

Ejusdem.)(. VICTORIA PARTHICA. COS. II. P. P. Victoria spoliis insidens, dextra clypeum tenet. Ex ære magno ibidem.

IMP. C. M. OPEL. SEV. MACRINVS AVG. Capite laureato.)(. IOVI CONSERVATORI. Juppiter stat cum hasta & fulmine. Ad pedes, Macrinus exigua præ Jove statura. Argenteus est, apud P. Chamillart.

Eadem inscriptio. .)(. P. M. TR. P. II. COS. P. P. S C. Dea stans, læva Cornucopiæ tenet, dextra spicas: ad pedes, modius. Annonæ ubertatem a Macrino procuratam hæc symbola significant. Ex ære magno, in Museo nostro: argenteus, apud P. CHAMILLART.

AT. K. M. OΠ. CEOT. MAKPEINOC. M. OΠ. ΔΙΑΔΟΥ. ΑΝΤΩΝΕΙ. Capita duo adversa: Macrini laureatum, Diadumeniani nudum. Prius *Diadumenianus* ex matre in hoc nummo Græco dicitur, quam *Antoninus* a patre & avia: Græcis nimirum Cæsariensibus, feminæ ex Græcis, ac fortassis ex urbe sua Cæsarea: oriundæ, nomen præponentibus Latino cuicumque nomini. Est enim *Διαδυμένη* Græcum nomen, quod *diadematam*, sive *coronatam* significat. .)(. ΜΗΤΡΟΠΟ. ΚΑΙCΑΡΙΑC ΝΕΩΚΟΡΟΥ. ΕΓ. Β. *Anno secundo* Macrini, qui autumno incipit anni hujus. Mons Argæus, cujus in radice templum est, cum vasis certaminum. In vertice stat Imperator cum hasta: hinc Sol, inde Luna. Esse dicitur in Cimelio Card. Maximi, & est apud Tristanum, & apud D. Abb. DE CAMPS.

ATT. ΚΑΙ. ΜΑ. ΟΠ. CΕ. ΜΑΚΡΕΙΝΟC. .)(. ΔΗΜ. ΕΞ. ΥΠΑΤΟ. Β. *Tribunicia Potestate, Consul II.* Est in Thesauro Mauroceni, pag. 131.

Nummus Macrini junioris.

IMP. CAES. M. OPEL. SEV. MACRINVS AVG. Capite laureato, vultu imberbi, annos haud amplius triginta præferente. .)(. IOVI CONSERVATORI. Stat Juppiter, dextra fulmen, hastam læva tenet. Eximius ille nummus, Vir Nobilissime, quo Cimelium tuum locupletatur, & magni meo quidem judicio pretii est. Ex ære magno quidem, sed auro contra carus.

Nummi Diadumeniani junioris.

M. OP. DIADVMENIAN. AVG. Capite nudo, quia minor Augustus, sub Macrino, vel sub patre. *M. Opelius*, a patre: *Diadumenianus*, a matre. .)(. SEP. TYRVS METROP. COLONI. *Septimia Tyrus Metropolis colonia.* Palma arbor. Apud Patin. pag. 326.

M. OPEL. DIADVMENIANO AV. *Augusto.* Capite nudo. .)(. COL. P. FL. AVG. F. CAES. Cæsarea Palæstinæ. Ex ære minimo, cum vultu Serapidis. Vide Nummos Populorum & Urbium.

ATT. ΚΑΙ. ΜΑΡ. ΟΠ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. Capite radiato .)(. ΔΗΜΑΡΧ ΕΞ. ΥΠΑΤΟC. *Tribunicia Potestate, Consul.* Aquila Romana alis expansis. Supra, Δ Ε *Δήμου εὐχῇ, Populi rogatu.* S C. *Senatusconsulto.* Ex ære minimo.

Ejusdem. .)(. L. B. *Anno secundo*, Macrini nimirum. Imperator in quadrigis, ut quidem refert Patinus in Thesauro Mauroceni, pag. 131.

Numismata Antonini Soæmiadis F.

IMP. CAES. M. AVR. ANTONINVS PIVS AVG. Capite laureato. .)(. PONT. MAX. TR. P. II. COS. II. P. P. S C. Roma galeata sedet, Victoriam dextra tenet. Est ex ære mediocri, in Museo nostro. Hunc nummum Occo, pag. 369. & 370. ut & sequentem, perperam tribuit Antonino Severi F.

Ut supra. .)(. LIBER. AVG. P. M. TR. P. II. COS. II. Imperator sedens distribuit congiarium populo. Aureus, e Gaza Regia.

IMP. ANTONINVS AVG. Capite laureato. .)(. SPEI PERPETVAE. Spes florem ostentat. Argenteus, e Museo P. CHAMILLART.

ATT. K. M. ATP. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. Capite laureato. .)(. ΓΑΔΑΡΕΩΝ. ΒΠC. *Anno* CCLXXXII. qui incipit ab autumno anni hujus.

ATT . . . ΑΝΤΩΝΙΝΟC. Capite laureato. .)(. ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ. ΑΦ. Templum. *Anno* DXXX. æræ Græcorum, qui autumno anni hujus incipit. Est ex ære magno, apud P. CHAMILLART.

Juliæ Mæsæ, quæ matertera Antonini.

ΙΟΥΛΙΑ ΜΑΙCΑ CΕΒΑCΤΗ. .)(. L. B. *Anno secundo* Antonini, qui filius sororis Juliæ Mæsæ fuit. Est in Thesauro Mauroceni, pag. 133. Æquitatis effigies sculpta in eo nummo est.

Juliæ Corn. Paulæ, Antonini conjugis.

Ι. ΚΟΡΝ. ΠΑΥΛΑ CΕΒ. Caput Paulæ. .)(. ΑΝΑΖΑΡΒΕΩΝ ΜΗΤΡΟ. ΑΜΚ. Γ. Β. Capricornus orbi superpositus. Apud Patinum, pag. 337.

ΙΟΥ. ΚΟΡΝΗ. ΠΑΥΛΑ CΕΒ. .)(. ΑΚΡΑCΙΩΤΩΝ. Diana Ephesia. Ex ære mediocri.

Anno Christi 219. V. C. 972. Antonini Soæmiadis F. 3.

Kal. Januariis Macrino datur Consulatus III. Natali Urbis eidem omnis potestas abrogatur. Antonino totus Oriens cum Occidente commendatur.

Numismata Macrini Aug.

Exstat Macrini nummus argenteus, maximi moduli, teste D. Vaillant, inscriptus: ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞ. ΥΠΑΤΟ Γ. *Tribunicia Potestate, Consul tertium.*

Numismata Antonini Soæmiadis F.

IMP. CAES. M. AVR. ANTONINVS PIVS AVG. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. II. COS. II. P. P. E suggesto sedens largitionem facit. Dea Liberalitate adstante. Infra, LIBERALITAS AVG. II. Est ex ære magno, in Cimelio P. CHAMILLART, hoc anno cusus ante Natalem Urbis.

IMP. C. M. AVR. ANTONINVS A. Capite laureato. .)(. In corona laurea, Δ Ε. *Δήμου εὐχῇ, Populi rogatu.* In alio, COL. LAODICEAS METROPOLEOS. Δ. Ε. Aquila Romana in templo. Ex ære minimo. In alio ex ære mediocri, in gaza Regia, est Genius Urbis, cum Cornucopiæ.

IMP. C. M. AVR. ANTONINVS AVG. PIVS. Capite laureato. .)(. COL. METRO. AVR. PIA SID. *Colonia Metropolis Aurelia Pia Sidon.* Vide Nummos Populorum & Urbium.

IMP. ANTONINVS AVG. Capite radiato. .)(. PROVID. DEORVM. Dea stans læva Cornucopiæ tenet, dextra radium, quo regere subjectum orbem videtur. Argenteus, apud P. CHAMILLART.

IMP. CAES. M. AVR. ANTONINVS AVG. Capite radiato. .)(. VICTOR. ANTONINI AVG. Victoria gradiens cum palma & corona. Argenteus, ibidem.

Ut supra. .)(. FIDES EXERCITVS. Dea sedens tenet signa militaria duo. Argenteus, ibidem: ubi & ex ære magno, cum S C.

Ut supra. .)(. MINER. VICTRIX. Hoc est, solertia, industria. Pallas stans, dextra Victoriam tenet, hastam sinistra: retro, trophæum est. Argenteus, ibidem.


IMP. CAES. ANTONINUS AUG. Capite laureato. .)(. LIBER. AUG. II. *Liberalitas Augusti secunda.* P. M. TR. P. II. COS. II. P. P. Imperator e suggesto dat congiarium populo. Est ex ære magno & mediocri, in gaza Regia.

AYT. K. M. AY. ANTΩNINOC C. Hoc est, Σεβαστός. Capite laureato. .)(. ANTIOXEΩN MH. KOΛ. Ἀντιοχέων μητροπόλεως κολωνίας. Dea capite turrito, rupi insidet, eique innititur læva manu, dextra spicas tenet. Supra, ΔE Δήμου εὐχῇ, *Populi rogatu.* S C *Senatusconsulto.* Populi Græci rogatu renovatum annis singulis fœdus Græcorum cum Romanis: Senatus Romani consulto acceptum idem sancitumque est. Est ex ære magno & mediocri, in Museo nostro.

Ut supra. .)(. In corona laurea, Aries: deinde



ut sæpe superius. In alio simili apud Patinum, pag. 331. est solummodo hoc est, Δῆμος, *Populus*, numis



ma cudit scilicet, *Senatusconsulto.*

AYT. K. M. AYP. ANTΩNINOC. Capite laureato. .)(. TPIΠOΛITΩN. AΛΦ. *Anno* DXXXI. qui incipit ab autumno anni hujus, more Græco. Est hic nummus ex ære mediocri, in Museo nostro.

Eadem inscriptio. .)(. TPIΠOΛI. NAYAPXI. Navis cum velo. AΛΦ. Est ex ære mediocri, in Thesauro Regio.

Ejusdem. .)(. L. Γ. *Anno tertio.* Imperator in equo. Est in Thesauro Mauroceni, pag. 132.

Juliæ Soæmiadis, quæ mater Antonini.

IVLIA SOAEMIAS AVG. Caput Soæmiadis. .)(. VENVS CAELESTIS. Dea sedens, orbem Romanum dextra, læva hastam tenet: ad pedes stante alato Cupidine. Retro, sidus Solis, symbolum Orientis, cui tunc universo Antoninus imperabat. S C. Est ex ære magno, in Museo nostro.

Juliæ Mæsæ, quæ Antonini matertera.

IVLIA MAESA AVG. Caput Mæsæ. .)(. SAECVLI FELICITAS. Dea stolata stat ante aram cum patera, sinistra tenet caduceum: supra aram, sidus Solis. S C. Est ex ære magno, in Cimelio P. CHAMILLART: in Museo nostro, argenteus.

Ut supra. .)(. FECVNDITAS AVG. Dea sedet: dextram infanti ad pedes stanti ac nudo porrigit: sinistra tenet Cornucopiæ. Est argenteus in Museo nostro. In alio ibidem, ex ære magno, Dea stans, dextra pateram tenet, sinistra Cornucopiæ. *Fecunditas Augustæ*, in nummis Augustæ dicitur, non quæ sit ipsa fecunda, sed quam in civibus procurat, dum pacem alit in Imperio, & ubertati annonæ prospicit. Unde & Cornucopiæ ei Deæ datur.

Juliæ Corneliæ Paulæ, quæ uxor Antonini.

IOYΛIA ΠAYΛA CEB. .)(. Isis decumbens. L. Γ. Ex ære mediocri, in Cimelio P. CHAMILLART.

Juliæ Paulæ caput. .)(. L. Γ. *anno tertio.* Imperator Antoninus in equo, dextra elata. In Thesauro Mauroceni.

IVLIA PAVLA AVGVSTA. Caput Juliæ Paulæ. .)(. AEQVITAS PVBLICA. Tres Deæ Monetæ. Est ex ære magno.

Ut supra. .)(. CONCORDIA. Dea sedet cum patera & Cornucopiæ. S C. Retro, sidus Solis, symbolum Orientis, qui tunc universus Antonino parebat. Est ex ære magno, in Museo nostro.

Anno Christi 220. V. C. 973. Antonini Soæmiadis F. 4.

Kal. Januariis Consul III. salutatur Antoninus Aug. Ab hoc anno in nummis Antonini sidus Solis fere apponitur, symbolum Orientis peculiariter ei commissi.

IMP. CAES. M. AVR. ANTONINVS PIVS AVG. Capite laureato. .)(. Solis currentis effigies, dextra elata, læva flagellum tenet. Juxta, sidus Solis. P. M. TR. P. III. COS. III. P. P. S C. Ex ære magno, in Museo nostro; cusus ante Natalem Urbis.

Ut supra. .)(. SVMMVS SACERDOS AVG. *Summus sacerdos Augustus.* Stans paludatus, dextra tenet pateram ante aram, læva bacillum Imperatorium. E regione, sidus Solis. S C. Ex ære magno, ibidem.

Ut supra. .)(. MARS VICTOR. Mars gradiens, cum spoliis & hasta. S C. Ibidem; ex ære magno.

Ut supra. .)(. FIDES EXERCITVS. Sedet Antoninus capite laureato, inter signa militaria duo: dextra tenet Aquilam Romanam. S C. Ex ære magno, ibidem.

IMP. CAES. M. AVR. ANTONINVS PIVS. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. III. COS. III. P. P. S C. Sol cum flagello incedens: juxta, Solis sidus; symbolum Orientis. Est ex ære magno, in Cimelio P. CHAMILLART: ex ære mediocri, in Museo nostro: cusus uterque hoc anno ante Natalem Urbis.

IMP. CAES. M. AVR. ANTONINVS PIVS AVG. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. III. COS. III. P. P. S C. Antoninus togatus sedet; dextra tenet orbem Romanum, hastam læva. Est ex ære magno, in Cimelio P. CHAMILLART: cusus etiam ante Natalem Urbis.

IMP. CAES. M. ANTONINVS AVG. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. III. COS. III. P. P. Imperator in curru vecto quadrigis. S C. Est ex ære magno, ibidem: Et iste cusus ante Natalem Urbis.

IMP. CAES. M. AVR. ANTONINVS PIVS AVG. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. IIII. COS. III. P. P. Dea Providentia stat; læva Cornucopiæ tenet, dextra radium, quo subjectum orbem Romanum regit. Retro, sidus Solis. S C. Ex ære magno, in Museo nostro.

Ut supra. .)(. P. M. TR. P. IIII. COS. III. P. P. Dea cum sceptro sacrificat ante aram. Supra, sidus Solis. Argenteus, ibidem.

Ut supra. .)(. CONSERVATOR AVG. Currus vectus quadrigis, in quo mons est desinens in metam: hunc montem Aquila Romana tegit: supra currum, sidus Solis. Symbola hæc significant, Montem Soli sacrum, Casium scilicet, Gabalis Syriæ oppido vicinum, sub tutela esse Romani Augusti: Augusti autem ipsius conservatorem esse Solem. Est hic nummus in Museo nostro argenteus. In alio pariter argenteo ibidem, eadem epigraphe, Sol elata dextera currit, cum flagello: juxta, Solis sidus.

Ut supra. .)(. LIBERTAS AVG. Dea Libertas pileum tenet. S C. Est ex ære magno, apud P. CHAMILLART: & ibidem argenteus, cum Solis sidere.

Ut supra. .)(. SALVS ANTONINI AVG. Dea Salus. S C. Ex ære magno ibidem: & argenteus alter, in Museo nostro.

Ut supra. .)(. P. M. TR. P. IIII. COS. III. S. C. Ipse paludatus stat cum bacillo Imperatorio, & cum patera ante aram. Supra aram, sidus Solis.

 Ex

Ex ære magno, in Cimelio P. CHAMILLART.

IMP. ANTONINVS PIVS AVG. Capite laureato.)(. LIBERALITAS. AVG. III. Dea cum tabella & Cornucopiæ: latere dextro nummi, sidus Solis. Est argenteus, ibidem.

IMP. C. M. AVR. ANTONINVS AVG. PIVS. Capite laureato.)(. INVICTVS SACERDOS AVG. *Invictus Sacerdos Augustus.* Stat ipse togatus, capite laureato, dextra pateram tenet. læva bacillum Imperatorium; ad aram sacrificat. Supra, Solis sidus, symbolum Orientis. S C. Est ex ære magno in gaza Regia: argenteus, in Museo nostro. Pietas Augusti commendatur; qui & invictus in bello sit, & in templo sacerdos esse Solis assidue velit. Cave credas esse *sacerdotem Augusti.* Nam si ita esset, DIVI AVG. *Divi Augusti* diceret.

Ut supra.)(. SACERDOS DEI SOLIS ELAGAB. *Sacerdos Dei Solis Elagabalensis.* Nec Antoninus umquam, nec Sol ipse dictus est Elagabalus: sed *Elagabalensis* Sol est appellatus, hoc est, Deus Gabalensium. Sic in nummo Postumi legas, HERCVLI DEVSONIENSI. Stat in hoc nummo Antoninus, ad aram sacrificans. Argenteus est in Museo nostro.

IMP. M. AVR. ANTONINVS PIVS AVG. Capite laureato.)(. SANCT. DEO SOLI ELAGAB. *Sancto Deo Soli Elagabalensi.* Nam ipse orationis numerus, qui numquam ab his nummorum inscriptionibus abest, non *Elagabalo* legi oportere admonet, sed *Elagabalensi.* In hoc nummo currus est vectus quadrigis, in quo Mons est desinens in metam, cum vexillis quatuor. Et argenteus est in gaza Regia. Mons ille, mons Casius est, Gabalensibus in Syria vicinus, de quo Plinius, libro v. sect. XVIII. *Mons Casius, cujus excelsa altitudo quarta vigilia orientem per tenebras SOLEM aspicit: brevi circumactu corporis*, hoc est, summo cacumine ac fere acumine, *diem noctemque pariter ostendens. Ambitus ad cacumen*, XIX. M. *passuum est: altitudo per directum*, IV. M. Sic in nummis, qui Templum Veneris Paphiæ exhibent, in ipsomet Templi aditu, non metæ modo fictum Deæ simulacrum, ut Tacitus & alii somniarunt; sed mons Deæ sacer, in metæ modum adsurgens, depictus cernitur. *Sol* igitur *Elagabalensis*, Sol Deus Gabalensium est, qui eum in hoc monte colerent. Et sane *Elagabalensis*, Deus montis est: quoniam Arabes Gabalensibus vicini, montem גבל *ghebal* vocant. Et in Psalmo LXXVII, 54. Hebraice LXXVIII. גבול Vulgatus Interpres *montem* vertit erudite. Vexilla quatuor, legiones totidem ibi præsidio ab Antonino positas significant: quoniam tutandam adversus Parthorum incursiones hanc provinciam susceperat post Macrinum. En cur se cultorem illius Numinis Antoninus profitetur; cujus nimirum sub tutela regio ea foret: non quod, ut scriptores fabulantur, ex eo ille fuerit terrarum tractu oriundus. Sunt enim omnes Romanorum Principes ortu Romani. Hanc Antonini curam de Gabalensi tractu testantur nummi Græci, ejusdem nomine inscripti, ΓΑΒΑΛΕΩΝ, cum Deæ Astartes effigie, in Museo nostro: & sub ejusdem principatu alius Juliæ Aquiliæ Severæ nomine, pariter ΓΑΒΑΛΕΩΝ. Sed minus felix videtur fuisse in ea administratione, captis interim per Parthos Gabalis. Nam post Antoninum nulli ejusdem oppidi nummi occurrunt.

ΑΥΤ. Κ. Μ. Α. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ. Capite laureato.)(. Aquila. ΔΕ. *Δήμῳ εὐχῇ, Voto publico.* ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞ. ΥΠΑΤΟ. Γ. *Tribunicia Potestate, Consul III.* Ex ære mediocri, apud D. FOUCAULT.

Ejusdem Antonini.)(. ϹΙΔΩΝΟϹ ΝΑΥΑΡΧΙΔΟϹ. ΒΑΦ. *Anno* 532. æræ Græcorum. Navis cum velo. Ex ære minimo in Gaza Regia.

ΑΥ. Κ. Μ. ΑΥ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ. Capite laureato.)(. ΤΥΡ. ΙΕΡ. ΑϹ. ΝΑΥΑΡΧ. ΒΑΦ. Navis cum velo. Ita refert D. Vaillant, ex Thesauro Regio: sed falso: nullus enim est istiusmodi nummus in gaza Regia; aut uspiam omnino; sed hic ipse nummus inscriptus est, ΤΡΙΠΟΛΙ ΝΑΥΑΡΧΙ. ΒΑΦ. *Tripolis Classica;* anno Græcorum DXXXIII. qui incipit autumno anni hujus. Sidon & Tripolis, æram Græcorum recipiunt: argumento, eas tunc pariter recepisse libertatem, & fuisse tantummodo fœderatas cum Romanis; sed sui, hoc est Græci juris, non Romanæ ditionis.

Ut proxime.)(. ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ. Templum columnis octo exornatum; in quo stat Astarte Dea. ΒΑΦ ut supra. Est ex ære magno, in Museo P. CHAMILLART.

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ϹΕΒ.)(. L. Δ. Caput Serapidis. Est ex ære mediocri. In alio, Aquila rostro gestat coronam. L. Δ. Est uterque ibidem.

Juliæ Soæmiadis, quæ mater Antonini.

ΙΟΥΛΙΑ ϹΟΑΙΜΙΑϹ ϹΕΒ. Caput Soæmiadis.)(. Dea Annona, cum gemino Cornucopiæ, ut Providentia significetur amborum: Augusti, & matris ejus. L. Δ. *Anno quarto* Antonini. Est ex ære mediocri, apud P. CHAMILLART.

Ejusdem.)(. L. Δ. ut proxime. Dea Moneta. Est in Thesauro Mauroceni, pag. 133.

Ejusdem.)(. ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ. ΒΑΦ. ut in nummo Antonini. Est ex ære mediocri, in Thesauro Regio.

Juliæ Paulæ, quæ conjux Antonini.

Caput Juliæ Paulæ.)(. L. Δ. Fortuna cum temone & Cornucopiæ. In Thesauro Mauroceni. Alius ibidem, L. Δ. Nilus decumbens. Annus ille quartus Antonini more Græco incipit autumno anni hujus.

Numismata Juliæ Aquiliæ Severæ, quæ altera conjux Antonini.

ΙΟΥΛΙΑ ΑΚΥΛΙΑ ϹΕΥΗΡΑ ϹΕΒ. Caput Aquiliæ.)(. Serapis, ut videtur, sedet. L Δ. *Anno quarto.* Est hic nummus præclarus ac perrarus, ex ære mediocri, in Museo P. CHAMILLART. Julia Cornelia Paula hoc anno mortua, nubit Aquilia Severa Antonino, soror Severi Alexandri.

IVLIA AQVILIA SEVERA AVG.)(. CONCORDIA. Dea cum gemino Cornucopiæ, stat ante aram, cum patera. Supra aram, sidus Solis. Est argenteus, & ex ære magno, ibidem.

Anno Christi 221. V. C. 974. *Antonini Soæmiadis F.* 5.

Kalendis Januariis Antoninus renunciatur Consul IV.

IMP. ANTONINVS AVG. Capite laureato, vultu graviore.)(. ABVNDANTIA AVG. Dea Abundantia effundit Cornucopiæ. Argenteus est in Museo nostro.

IMP. CAES. M. AVR. ANTONINVS PIVS AVG. Capite laureato.)(. P. M. TR. P. V. COS. IIII. P. P. Imperator in curru vecto quadrigis; dextra ramum, læva scipionem Consularem gerit. Argenteus.

Eadem inscriptio.)(. MVNIFICENTIA AVG. Elephas. Ludos ab Antonino factos hæc inscriptio significat.

IMP. C. AVR. ANTO. P. F. AVG. Capite

pite laureato.)(. AEL. MVN CO IL. AN. *Ælium Municipium Consuaranorum Illiberis Antoniniana.* Vide Nummos Populorum & Urbium. Est ex ære mediocri apud D. Vaillant, in libro de Coloniis; sed aut *Felicis* titulum ipse huic Antonino dedit; aut si vere in eo nummo ita scriptum est, factum istud ex imperitia est in ea colonia, vel ex adulatione; siquidem alibi nusquam apparet.

IMP. C. M. AVR. ANTONINVS A. Capite radiato.)(. C. I. F. AVG. CAESAREA. Aquila Romana expansis alis, symbolum Imperii Romani. Supra, S P Q R ut mox in nummo Severi Alexandri. Est Cæsarea Palæstinæ. *Colonia Prima Flavia Augusta Cæsarea.*

Nummos alios Antonini Græcos, cum anni nota, qui autumno anni hujus incipiat, ΒΟΤΡΥΗΝΩΝ ΟC. & ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ ΓΑΦ. vide in Nummis populorum & Urbium.

Ejusdem Antonini.)(. L. E. *Anno quinto*, qui incipit autumno hujus anni. Caput Jovis Hammonis. Est in Thesauro Mauroceni, pag. 132.

R. P. Pagi, in Critica Historico-Chronologica in Annales Baronii, sæculo IV. pag. 304. *In nummo Græco Heliogabali*, inquit, *a Vaillantio, tomo 2. Numismatum Coloniarum recitato, legitur annus quintus, quem is prætermisit, quod Heliogabalus ad illum* annum *non pervenerit. Toinardus. . . . qui me monuit de illa nummi Heliogabali mutilatione, existimabat difficultatem cessare, si advertamus, Imperatores annos imperii ac Tribuniciam potestatem a die IV. Idus Decembris cum Tribunis inisse: & menses, qui a die suscepti imperii ad IV. Idus Decembres fluxerant, pro anno computasse, eodemque die annum secundum, seu Tribuniciam potestatem II. inchoasse, & sic deinceps. Verum eam sententiam nummi refellunt.* Recte sane ac merito Vir eruditus, & de nummi mutilatione conqueritur, qui nummus annum quintum Antonino adserit; & irridet miserabile effugium, quo fingitur, si quis mense uno, exempli gratia, vel altero ante IV. Idus Decembr. creatus esset Augustus, vel accepisset Tribuniciam potestatem, mensem illum unum aut alterum pro anno uno sive primo fuisse computatum. Quod autem negat Antoninum ad annum quintum pervenisse, libros secutus ita negat: quos dum sequitur, nummos veteres, qui longe aliter statuunt, a se minime explicari posse, ingenue confitetur.

IM. C. M. A. ANTONINVS. Capite radiato.)(. ΜΗΤ. ΚΟΛ. ΕΜΙCΩΝ. Ε. ΗΛΙΑ ΠΥΘΙΑ. *Quinto editi ludi Elii Pythii*, in metropoli colonia Græca & Latina Hemesenorum. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOUCAULT.

Juliæ Soæmiadis, quæ mater Antonini.

Nummus est Juliæ Soæmiadis, ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ ΓΑΦ. Annus Græcorum hic est DXXXIII. iniens autumno hujus anni: quem proinde autumnum vidit Antoninus Soæmiadis F. Quam multi autem & jam allati, & mox proferendi nummi id demonstrant? Est hic ex ære mediocri, in Cimelio D. FOUCAULT.

ΙΟΥΛΙΑΝ ΣΟΑΙΜΙΑΔΑ CΕΒΑCΤΗΝ. *Juliam Soæmiada Augustam.*)(. ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ. Est ex ære magno, apud D. Vaillant. Ipsa nominis declinatio, *Soæmiada*, nomen esse Græcum admonet; atque adeo Augustam hanc ex patre *Juliam*, ex matre femina Græca dictam fuisse *Soæmiada*: id quod de Mæsa pariter & Mamæa confitendum est.

Juliæ Mæsæ, quæ matertera Antonini

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΙΝΟC ΑΥΓ. ΙΟΥΛΙΑ ΜΑΙCΑ ΑΥΓ. Capita duo adversa: Antonini, laureatum.)(. Fortuna stans, cum Cornucopiæ. ΥΠ. ΙΟΥΛ. ΑΝΤ. CΕΛΕΥΚΟΥ. ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΙΤΩΝ. Sub *Julio Antonio Seleuco.* Dextro nummi latere, E. *Anno quinto.* Est ex ære mediocri, in Museo nostro. Dicam aliquid de hoc Seleuco, ad annum I. Severi Alexandri.

ΙΟΥΛΙΑ ΜΑΙCΑ CΕΒΑCΤΗ.)(. L. E. *Anno quinto* Antonini. Est in Thesauro Mauroceni, pag. 133.

Anniæ Faustinæ, quæ soror Severi Alexandri.

Ex matrimonio Antonini & Aquiliæ Severæ contracta anno superiore cum Severo Alexandro affinitas effecit, ut etiam Anniæ Faustinæ nomine hoc anno nummi cuderentur, æque ac fratri ejus Alexandro, jam Cæsare & ipso in nummis inscripto. Nam Anniam Faustinam Severi Alexandri sororem fuisse, ostendam postea.

ANNIA FAVSTINA AVGVSTA.)(. CONCORDIA. SC. Antoninus & Faustina dextras jungunt: cum Solis sidere. Patinus in Indice, pag. 22. Faustinæ Pii ab Occone, pag. 272. falso tribuitur.

Ut supra.)(. VENVS GENETRIX: hoc est, affabilitas comitasque ingenita. Dea sedens, dextra pomum, hastam læva tenet.

Ut supra.)(. COL. MET. . . . . . *Colonia metropolis* Tyrus, ut creditur. Colonus boves agit cum signo militari. Apud Patin. pag. 336.

ΑΝΝΕΑ ΦΑΥСΤΕΙΝΑ. Caput Faustinæ.)(. ΠΡΟΥСΙΕΩΝ ΠΡΟС ΥΠΙΩ. Bacchus ostentat uvam. Agrum viri feracem hoc symbolum denotat. Vidi hunc nummum apud D. OUDINET.

ΑΝΝΙΑ ΦΑΥСΤΕΙΝΑ CΕΒ.)(. ΕΦΕСΙΩΝ Δ. ΝΕΩΚ. Diana cum cervo: ob venationem ibi laudatissimam. Ex ære mediocri, in Thesauro Regio.

ΑΝΝΕΑ ΦΑΥСΤΕΙΝΑ CΕΒ.)(. ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ ΝΙΚΑΙΕΩΝ. *Bonus Genius Nicænsium.* Dea turrito capite, monticulis insidet, dextra spicas tenet. Vidi ex ære minimo, in gaza Regia.

Ejusdem.)(. L. E. *Anno quinto* Antonini: qui annus quintus autumno incipit hujus anni. Caput Palladis. In alio, Pallas stat: cum L. E. Uterque est in Thesauro Mauroceni.

De Severo Alexandro dicam proximis litteris . . . . . Die ultima Decembris, anni 1699.

SEVERUS ALEXANDER.

Anno Christi 221. Antonini Soæmiadis F. 5.

Hoc ipso anno, Natali Urbis, Antonino Soæmiadis Filio comes expeditionum additur a Senatu consobrinus ejus M. Aurelius Severus Alexander Cæsar, cum potestate Tribunicia ad annos quindecim. Genus illius texendum esse hoc modo videtur.

STEMMA SEVERI ALEXANDRI,

& domus ejus Augustæ, ex solis nummis antiquis.

ANTONINVS PIVS Cui conjux, ANNIA GALERIA FAVSTINA.

ANNIA FAVSTINA PIA. Cui maritus, M. AVR. ANTONINVS AVG.

Aurelia Pia: cui maritus tertiis nuptiis, N. — L. AVR. COMMODVS AVG. P. F.

Annia Aurelia Pia: cui maritus primis nuptiis, N. avus Antonini Elagabali: secundis, Aquilius Severus: ex quo,

Annius Aurelius Pius Aquilius Severus: cui nomen *Annii Aurelii Pii* ex matre; *Aquilii Severi*, ex patre. Uxor ei, IVLIA MAMÆA, filia Alexandræ Mamææ.

M. AVR. SEV. ALEXANDER PIVS AVG. — ANNIA AVRELIA FAVSTINA. — IVLIA AQVILIA SEVERA, *Julia*, ex matre: *Aquilia Severa*, ex patre.

M. Aurelius. Conjux, Claudia.

Aur. Claudius. Conjux, Quintilla.

M. AVR. CLAVD. QVINTILLVS AVG.

Ex hoc schemate apparet, Severum Alexandrum Aug. *Aurelium Severum* fuisse de patris nomine, de matre *Alexandrum*: ex patre & proavis *Pium*: *Marcum* vero, ut se abnepotem esse indicaret M. Aurelii Antonini.

Numismata Severi Alexandri Cæsaris.

M. AVR. ALEXANDER CAES. .)(. PONTIFEX COS. S C. Cæsar in curru quadrijugo, tenens scipionem Consularem. Cum Tribunicia Potestate Consul suffectus alteri est, in Natali Urbis. Profert hunc nummum Mediobarbus e Museo suo, pag. 317.

Ut supra, capite nudo. .)(. INDVLGENTIA AVG. Stat Cæsar paludatus; dextra sceptrum Cæsareum, læva hastam puram tenet: retro, signa militaria duo, quæ Principem Juventutis designant. *Indulgentia* Antonini filii Soæmiadis *Augusti* commendatur, qui passus sit adjungi sibi Cæsarem Alexandrum, consobrinum suum. Nam prius illum & domo sibi & virtutibus non imparem suspectabat. Unde nec ipsius, nec matris ejus nomine nummos cudi jussit aut passus est antea, quamvis materteræ suæ alteri Juliæ Mæsæ hunc honorem habuerit. Sed vicem ei quoque Alexander reddidit, cum Augustus fuit: cusis Mæsæ quidem nomine numismatis, nullo Soæmiadis. Est hic nummus in gaza Regia, ex ære mediocri.

Ut supra. .)(. PIETAS AVG. Instrumenta Pontificalia: Mediobarbus, loco citato.

MAP. AYP. AΛEΞANΔPOC KAICAP. Capite nudo, quia Cæsar tantum, necdum Augustus. .)(. L. E. *Anno quinto* Antonini Augusti, sub quo iste Cæsar. Augustorum enim dumtaxat, non & Cæsarum anni, notantur in nummis. Est hic ex ære mediocri, apud D. FOVCAVLT.

M. AY. AΛEΞANΔPOC K. *M. Aurelius Alexander Cæsar.* .)(. ΔAMACKOY IEPAC MHTPOΠ. *Damasci sacræ metropoleos.* Et in corona laurea, CEBACMIA. *Ludi Augustales.* E Cimelio Mediceo, teste Card. Norisio.

AYT. K. M. AYP. CEOYHPOC AΛEΞANΔPOC. Capite laureato. .)(. Ara, supra quam aquila: supra aquilam, Imperator in equo. Hinc ET. inde CKH. ἔτους σκή. *anno* 228. qui cœpit ab autumno anni superioris. In ambitu: A ΔP. CEY. AΛE . . . ACIAC MH. NE. Infra, sed litteris fere exesis, ΠP. ΠO. Ἀδριανῆς Σευηριανῆς Ἀλεξανδρείας Ἀμασείας μητροπόλεως νεωκόρου πρώτης Πόντου. Est ex ære maximo nummus, quem ex Oriente allatum vidi cum D. DE BOZE. Ex eo intelligimus, jam ab ipso Natali Urbis hoc anno Alexandrum in Ponto αὐτοκράτορα fuisse constitutum.

Numismata Juliæ Aquiliæ Severæ, quæ soror Severi Alexandri, & eadem altera conjux Antonini.

Juliam Aquiliam Severam sororem esse Severi Alexandri, paternum idem Severi cognomen ostendit.

IMP. CAESAR. M. AVR. ANTON. PIVS AVG. Caput Antonini Soæmiadis F. laureatum. .)(. IVL. AQVILIA SEV. AVG. Caput Aquiliæ. Aureum istum a se visum fuisse Patavii testatur D. Vaillant.

IVLIA AQVILIA SEVERA AVG. Caput Aquiliæ. .)(. CONCORDIA. Stat Dea cum patera ante aram: læva tenet geminum Cornucopiæ; latere sinistro nummi, sidus Solis, symbolum Orientis, cui Antoninus adhuc præfectus erat. Est ex ære magno, in Museo nostro: argenteus etiam apud P. CHAMILLART.

IOYΛIA AKOYΛIA CEOYHPA CEB. .)(. ΓABAΛEΩN. In Cimelio Reginæ Christinæ.

IOYΛIA AKYΛIA CEBHPA C. .)(. ΘECCAΛONIKEΩN. Victoria cum palma & corona. In Cimelio Sereniss. Ducis Cenomanensis.

Ejusdem. .)(. L. E. *Anno quinto* Antonini Aug. Victoria in bigis. Est in Thesauro Mauroceni pag. 132.

IOYΛ. AKOYIΛIA CEOY. CEB. Caput Aquiliæ. .)(. ANTIOXEΩN MH. KO. Δ. E. S C. Μητροπόλεως κολωνίας. Δήμου εὐχῇ *Voto publico*, sive *Populi rogatu*. Est ex ære mediocri.

Anno

Anno Christi 222. V.C. 975. *Severi Alexandri* 1.

Kalendis Januariis, Antoninus Soæmiadis F. contesso sibi Tribuniciæ potestatis quinquennio jam fere exacto, abit sponte magistratu: suscipit principatum Severus Alexander ejusdem consobrinus; & Augustus appellatur, ac P. M.

IMP. CAES. M. AVR. SEV. ALEXANDER AVG. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. COS. P. P. S C Dea Salus pateram serpenti porrigit. Vota significat concepta pro salute Augusti. In alio stat ipse inter duo signa militaria. Utrumque profert Mediobarbus e Museo suo. Cusus est uterque ante Natalem Urbis: quo die dici cœpit Alexander Aug. TR. P. II.

Ut supra. .)(. P. M. TR. P. COS. P.P. SC. Dea Libertas stat cum pileo & Cornucopiæ. Est ex ære magno in Museo nostro, & ex argento.

Ut supra. .)(. PERPETVITATI AVG. Dea stans, dextra orbem Romanum, læva hastam tenet. Argenteus est in Museo P. CHAMILLART.

Ut supra. .)(. PONTIF. MAX. TR P. II. COS. P. P. Amphitheatrum. Ex ære magno esse dicitur, sed ipse non vidi.

Ut supra. .)(. IOVI VLTORI. P. M. TR. P. II. COS. P. P. Templum. Est apud Spanhemium. In Juliani Cæsares, pag. 100.

Ut supra. .)(. PONTIF. MAX. TR. P. II. COS. P. P. Dea Providentia stans, lævo brachio, quo fert Cornucopiæ, columnæ innititur: dextra radium tenet, quo subjectum orbem Romanum ostendit. S C. Ex ære magno, in Museo nostro.

Ut supra. .)(. PONTIF. MAX. TR. P. II. COS. P. P. Dea sedens, dextra ramum oleæ, læva hastam puram tenet. S C. Ex ære magno, apud P. CHAMILLART.

Ut supra. .)(LIBERALITAS AVG. Dea stat cum tabella & Cornucopiæ. Profert hunc Mediobarbus e Museo suo. Aureus est, in Thesauro Regio.

IMP. CAES M. AVREL. SEV. ALEXANDER PIVS FELIX AVG. Capite laureato. .)(. LIBERALITAS AVGVSTI. Imperator dat congiarium populo. Est ex ære maximo, in Cimelio Reginæ Christinæ, teste Spanhemio, pag 820. Ex adulatione datur Alexandro titulus *Felix* in quibusdam nummis ex ære maximo, si sunt genuini; aut ex imperitia falsarii, si sunt (quod verius arbitramur) adulterini. Nam in aliis Severi Alexandri nummis, quamvis sint innumeri, ne semel quidem istud cognomen legitur. Etiam e nummis quadraginta antiquis, quos a coloniis percussos refert D. Vaillant, ne unus quidem titulum *Felicis* habet. Et sinceros ex ære maximo nummos vidimus; nec in aliquo horum *Felicem* appellari cum vidimus.

IMP. ALEXANDER PIVS AVG. Capite laureato. .)(. SPES PVBLICA. Dea Spes florem ostentat. Ex ære magno, in Museo P. CHAMILLART.

.... ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ CAESAR. Capite laureato, quia jam IMP. .)(. COL. CE. TYP. *Colonia Septimia Tyrus*, ex Græcis Latinisque conflata colonis: id quod mixtæ in hoc nummo idiomatis utriusque litteræ docent. Templum ibi quatuor columnis exornatum, in quo stat Hercules. Est ex ære mediocri, quem nobis olim ostendit D. RIGORD.

ΑΥ. Κ. CΕΟΥΗ. ΑΛΕΞΑΝΔΡ. Capite laureato. .)(. ΜΗΤΡΟΠ ΚΑΙCΑΡΙ. Infra, ΕΤ. Α. *Ἔτει α'. anno primo*. Mons Argæus, cum Solis sidere in vertice. Cæsarea hæc Cappadociæ est. Nummus ex ære mediocri, in gaza Regia: cui fere similis apud Tristan. tom. 2. pag. 399. In nummis Græcis annus Severi Alexandri primus incipit ab autumno hujus anni: quoniam & annum Græci semper incipiunt a Septembri; & quintum Antonini Soæmiadis F. annum Septembri præcedente numerabant.

ΑΥ. ΚΑΙ. Μ. ΑΥΡ. CΕΥ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟC. Capite laureato. .)(. L. A. Caput Solis. In alio Dea stat cum libra & Cornucopiæ. Ex ære mediocri uterque, in Cimelio D. FOUCAULT.

. IMP. C. SE. ALEXANDER. Capite laureato. .)(. C. P. F. A. FEL. CAES. METR. *Colonia Prima Flavia Augusta Felix Cæsarea metropolis*. In medio, Aquila Romana expansis alis, Romani imperii symbolum: supra, S P Q R. ut in nummo Antonini, anno superiore. Cæsarea Palæstinæ tunc tota Latina, & metropolis fuit. Nummus est ex ære minimo.

Numismata Sallustiæ Barbiæ Orbianæ, quæ conjux Severi Alexandri.

IMP. CAES. M. AVR. SEV. ALEXANDER. Capite laureato. .)(. SALL. BARB. ORBIANA AVG. Caput Orbianæ. Nummus est ex ære mediocri. Ignota hæc Sallustia fuit omnibus Romanæ historiæ architectis. Vide quæ de Memmia Lampridius fabulatur, cap. XX. Vide & Inscriptionem Gruteri, pag. CCLXXIV, 2. & Hispanas omnes inscriptiones, quæ ibi sunt, habeto esse fictas ac recentes.

IMP. SEV. ALEXANDER. SALL. BARB. ORBIAN. AVG. Capita duo adversa. .)(. CONCORDIA AVGVSTORVM. Ambo dextras jungunt. Ex ære mediocri.

SALL. BARB. ORBIANA AVG. Caput Orbianæ. .)(. CONCORDIA AVGVSTORVM, Alexandri & Orbianæ. Nam *Concordia* est inter pares. Alexander & Orbiana dextras jungunt. S C. Est ex ære magno, in Museo nostro. In alio, apud P. CHAMILLART, epigraphe: CONCORDIA AVGG. Dea sedet cum patera & gemino Cornucopiæ.

Ut supra. .)(. PVDICITIA AVG. Dea sedens, dextra vultui velum obducit, sinistra hastam tenet. Argenteus in gaza Regia.

ΓΝ. ΕΡ. CΑΛΛ. ΒΑΡΒ. ΟΡΒΙΑΝΑ CΕΒ. *Cneia Herennia Sallustia Barbia Orbiana Augusta*. .)(. CΙΔΗΤΩΝ. Vide Nummos Populorum & Urbium. Est & alius in Cimelio Reginæ Christinæ, ΠΡΟΥCΑΕΩΝ, cum Telesphoro, ut appellant.

Numismata Juliæ Mamææ, quæ mater Severi Alexandri.

IMP. SEV. ALEXANDER AVG. IVLIA MAMAEA AVG. MAT. AVG. Capita duo adversa. .)(. FIDES MILITVM. Stat Imperator cum hasta ante aram, a Pallade coronatus: eidem ante aram Tribunus cum hasta jurat fidem per Jovem, cujus fulmen manu tenet. Est apud Patinum, pag. 348. Quemadmodum Diadumenianı Græcam feminam e Cæsarea Cappadociæ Macrinus Aug duxit uxorem, ut sibi hac affinitate Cappadoces devinciret; sic etiam ut Macedones studiosos sui Romanique imperii faceret Julius Maximianus, avus Maximini Pii Aug. e Macedonia accepit uxores duas, alteram, ex qua Juliam Mæsam & Juliam Soæmiadem filias suscepit; alteram Mamæam Alexandram cognominatam, filiam Mamææ & Alexandri; ex qua Juliam Mamæam genuit, matrem Severi Alexandri. Ita vicissim Cæsares Græcis e prima nobilitate hominibus filias suas locabant: cujusmodi ex matrimonio natus est ille *Julius Antonius Seleucus*, Præses Marcianopolitarum, cujus nummum retuli anno quarto Antonini Soæmiadis F. Hunc enim apparet ex matre, Cæsarum alicujus filia, e stirpe Antonii, fratris

Anto-

Antonini Pii, *Julium Antonium* dictum esse; ex patre, homine Græco, *Seleucum*. Etiam ob spem fortassis opimæ hereditatis in Oriente adeundæ, initæ sunt istæ conjunctiones a Cæsaribus.

IVLIA MAMAEA AVG. Caput Mamææ. .)(. FELICITAS AVG. S C. Dea cum caduceo & Cornucopiæ, felicitas est: nam quid felicius, quam frui pace & annona ubere. Est ex ære magno, apud P. CHAMILLART.

Ut supra. .)(. MATRI CASTRORVM. Sedet ipsa, coram tribus signis militaribus. Est ex ære mediocri, ut quidem dicit D. Vaillant. Est apud D. FOVCAVLT, Græcus Juliæ Mamææ nummus, ΜΗΤΗΡ ϹΤΡΑΤΟΠΕΔΩΝ, *Mater Castrorum:* quæ commeatum & cibaria scilicet castris subministraverit.

IVLIA MAMAEA AVGVSTA. .)(. FELICITAS PVBLICA. Dea sedens, in aliis etiam stans ipsa, dextra tenet caduceum, sinistra Cornucopiæ, columnæ innixa. S C. Ex ære magno, in Museo nostro.

Ut supra. .)(. IVNO CONSERVATRIX. Dea sedet: ad pedes, pavo. Aureus, in Thesauro Regio: argenteus, in Cimelio P. CHAMILLART.

Ut supra. .)(. IVNO AVGVSTAE. Stat Dea cum sceptro, dextra florem ostentat. Ex ære magno, apud P. CHAMILLART.

Ut supra. .)(. VESTA. Dea sedet, hastam sinistra, dextra Palladium tenet. S C. Ex ære magno, ibidem.

Ut supra. .)(. VENERI FELICI, hoc est, urbanitati, comitati, animorum conciliatrici. Dea stat, dextra hastam puram tenet, sinistra Victoriam. Est ex ære magno, in Museo nostro. Alius, ibidem: VENVS FELIX. Alius, ibidem: VENVS VICTRIX.

Ut supra. .)(. FECVNDITAS AVGVSTAE. Dea tenet Cornucopiæ; ad pedes stat puer nudus, manum porrigens, veluti panem petens a matre. Est ex ære magno, ibidem. Quid sit in nummis FECVNDITAS AVGVSTAE, alibi dixi.

Nummus singularis Anniæ Aureliæ Faustinæ, quæ soror fuit Severi Alexandri.

ΑΝΝΙΑ ΑΥΡΗΛΙΑ ΦΑΥϹΤΕΙΝΑ. Caput Anniæ Faustinæ, in Lunæ crescentis effigie. *Annia Aurelia* dicitur ex patre Annio Aurelio, pronepote Faustinæ junioris, abnepote Anniæ Galeriæ Faustinæ, quæ conjux Antonini Pii. .)(. ΕΠΙ. ϹΤΡΑ. ΚΥΡΙΝΟΥ. *Sub Prætore Cyrino.* ΡΑΦΑΝΕΩΤΩΝ. Nummus *Raphaneotarum.* Infra, ΑΟϹ. *Anno* CCLXXI. Est æra Cæsariana, ab anno V. C. DCCV. Annus exinde CCLXXI. incidit in Septembrem anni hujus æræ Christianæ 222. V. C. 975. qui Severi Alexandri primus est. Fuit hujus civitatis æra ignota hactenus, quoniam hic nummus eximius latuit Antiquariis usque in hunc diem. Est in Cimelio P. CHAMILLART, ex ære magno, eximiæ fabricæ, summique nitoris. *Raphana* civitas in Decapolitana Syriæ regione est, teste Plinio, libro V. sect. XVI. Principatum tunc tenebat Severus Alexander: non igitur conjux Elagabali, sed soror Alexandri fuit Faustina: ac propterea nummi cudebantur ejus honori, sub fratris principatu, de more. Quæ causa est quamobrem Anniæ Faustinæ nummus sub Antonino Elagabalo nullus appareat, nisi anno illius principatus quinto: quoniam eo ipso anno a mense Maio Severus Alexander numismata habere cœpit; ac propter ipsum non conjux modo, sed & soror illius Annia Faustina, cum inscripto anno Antonini quinto. Nam, ut alibi adnotavi, nullos nisi Augustorum annos in nummis Cæsarum vel Augustarum scribi mos fuit. Annus hic notatur, qui incidit in novi Principis, nempe Severi Alexandri, annum primum: quoniam anno primo Augustorum renovari fœdus cum ipsis tulit usus. Renovatur autem a Prætore Raphaneotarum Cyrino: quoniam tunc fuit Raphana Decapolitanæ regionis urbs Græca potissima. Ex hoc igitur nummo discimus, non fuisse uxorem Antonini Elagabali Anniam Faustinam, ut vulgo credunt Antiquarii, sed Severi Alexandri sororem. Nec fuit e stirpe Commodi: alioquin esset frater ipsius Alexander, *Pius Felix.* At postremo eo cognomine Alexander caret in nummis sinceris. D. Vaillant nummum affert sub Elagabalo, pariter inscriptum, ΕΠΙ ΚΥΡΙΝΟΥ: sed ϹΜΥΡΝΑΙΩΝ. Verum nummus ille fictus est, ut alii in eo libro plurimi. Neque is in Thesauro Regio, neque apud D. FOVCAVLT, neque uspiam est; tametsi penes D. Galland fuisse hunc nummum dicit, qui Gallandus etiam negat se hunc habere.

Numismata Juliæ Mæsæ, quæ matertera Severi Alexandri.

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ. Capite laureato, dextro nummi latere: ΙΟΥΛΙΑ ΜΑΙϹΑ, sinistro, ut potiore loco, quia matertera. .)(. Annona stans, dextra spicas tenet, læva Cornucopiæ: ad pedes, modius est. Ex ære mediocri, apud D. FOVCAVLT. Si nummum hunc conferas cum altero, de quo nuper ad te scripsi, in quo pari situ Antonini Elagabali & ejusdem Juliæ Mæsæ capita quoque adversa cernuntur; facile intelliges, eodem cognationis gradu ad utrumque pertinuisse Juliam Mæsam; hoc est, materteram amborum fuisse; non, ut finxere, aviam: neque enim hanc fert ætatem vultus in nummis expressus. Sunt etiam alii, tum in eodem Cimelio, tum in aliis, ejusdem formæ nummi; hoc est, cum Alexandri & Mæsæ capitibus.

Eadem post obitum, a Severo Alexandro inter divos relata est. Dicitur enim esse in Cimelio Reginæ Christinæ, DIVA MÆSA AVG. .)(. CONSECRATIO. Nummus ex ære magno, in quo Mæsam pavo defert in cælum. Est in Cimelio P. CHAMILLART, ex argento.

Anno Christi 223. V. C. 976. *Severi Alexandri* 2.

IMP. CAES. M. AVR. SEV. ALEXANDER AVG. Capite laureato. .)(. PONTIF. MAX. TR. P. III. COS. P. P. Stans ipse paludatus, radiato capite, læva hastam tenet, dextra orbem Romanum. S C. Ex ære magno, in Museo nostro.

Ejusdem. .)(. L. B. *Anno secundo*, qui apud Græcos autumno incipit anni hujus. Caput Serapidis. Est in Thesauro Mauroceni, pag. 133.

ΑΥΤ. Κ. ϹΕΟΥΗ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ. Capite laureato. .)(. ΜΗΤΡΟ. ΚΑΙϹΑΡΙ. Spicæ quatuor. Infra, ET. B. *Anno secundo.* Est ex ære mediocri: quem ex Oriente allatum vidi cum D. DE BOZE. Cæsarea Cappadociæ est.

Juliæ Mamææ. .)(. ΑΙΓΕΑΙΩΝ. ΟϹ. *Anno* CCLXX. Est apud Patinum, pag. 344. Vide Nummos Populorum & Urbium.

Anno Christi 224. V. C. 977. *Severi Alexandri* 3.

IMP. CAES. M. AVR. SEV. ALEXANDER AVG. Capite laureato. .)(. PONTIF. MAX. TR. P. IIII. COS. P. P. S C. Ipse stans paludatus, læva hastam, dextra orbem Romanum tenet. Ex ære magno, in Museo nostro.

Ut supra. .)(. P. M. TR. P. IIII. COS. P. P. S C. Ipse togatus stans ante aram, capite laureato, sacrificat. S C. Ex ære magno, ibidem.

AY.

ΑΥ. Κ. ϹΕΟΥΗΡΟϹ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ. Capite laureato.)(. Juppiter stans dextrâ extenta, montem Argæum læva tenet. ΜΗΤΡΟΠΟ. ΚΑΙϹΑΡΕΙΑϹ. ΕΤ. Γ. *anno tertio*. Cæsarea Cappadociæ est. Nummus e Gaza Regia.

Anno Christi 225. V. C. 978. Severi Alexandri 4.

Kalendis Januariis Alexander Aug. Consul II. creatur: Fasti licet repugnent.

IMP. CAES. M. AVR. SEV. ALEXANDER AVG. Capite laureato.)(. IOVI VLTORI. P. M. TR. P. IIII. COS. II. S C. Templum, in quo Juppiter sedet, dextra fulmen, hastam læva tenens. Est ex ære magno in gaza Medicea. Cusus hic nummus est anno isto ante Natalem Urbis.

Ut supra.)(. P. M. TR. P. V. COS. II. P. P. Thermæ Alexandri. Ex ære magno & mediocri, & ex argento, in gaza Regia.

Ut supra.)(. LIB. AVG. *Liberalitas Augusti*. PONTIF. MAX. TR. P. V. COS. II. P. P. Congiarium distribuit ob secundum Consulatum. Est ex ære mediocri, ibidem.

Ut supra.)(. P. M. TR. P. V. COS. II. P. P. Imperator in curru vecto quadrigis; dextra ramum tenet: læva scipionem Consularem, cujus in apice Aquila Romana est. Nummus argenteus.

Ut supra.)(. LIBERALITAS AVG. II. Dea cum tabella & Cornucopiæ. Argenteus.

Ut supra.)(. P. M. TR. P. V. COS. II. P. P. S C. Mars gradiens cum hasta & spoliis. Ex ære magno, in Museo nostro.

Ut supra.)(. P. M. TR. P. V. COS. II. P. P. S C. Togatus ipse sacrificat ante aram. Ex ære magno, ibidem.

Ejusdem.)(. L. Δ. *Anno quarto*. Hippopotamus. Est in Thesauro Mauroceni, pag. 133.

A. K. M. ΑΥ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ ϹΕ. *Imp. Cæsar M. Aurelius Alexander Aug.* Capite laureato.)(. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗ. ΚΟΛΩ. *Antiochensium metropoleos coloniæ*. ΔΟϹ. Anno CCLXXIV. æræ Cæsarianæ. Stans Imperator paludatus, laureato capite, coronam imponit Genio civitatis turrito ac velato in signum metropoleos ac libertatis: Fortuna adstante, sive Annona, cum temone & Cornucopiæ; viro inferius in aquis natante. Quasi dicat Augustus civitati Antiochiæ: Tu regina es civitatum Orientis. Infra, S C.

ΑΥ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ϹΕΥΗ. ΑΛΕΖΑΝΔΡΟϹ. Capite laureato.)(. ΔΙΟΝΥϹΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Genius ante aram stat. Δ. *Anno quarto*. Nummus *Dionysopolitarum* in Thracia. Est ex ære mediocri, in Museo nostro.

Ejusdem.)(. L. ΤΕΤΑΡΤΟΥ. *Anno quarto*. Caput Jovis Hammonis. Apud Tristan. tomo 2. pag. 399.

Ejusdem.)(. ΜΗΤΡΟΠ. ΚΑΙϹΑΡΕΙΑϹ. ΕΤ. Δ. *ἔτει δ'. Anno quarto*. Mons Argæus. Est ex ære minimo, in gaza Regia.

De nummo ΝΕΟΚΑΙϹΑΡ. ΕΤ. ΡΞΒ. vide Nummos Populorum & Urbium.

Anno Christi 226. V. C. 979. Severi Alexandri 5.

IMP. CAES. M. AVR. SEV. ALEXANDER AVG. Capite laureato.)(. P. M. TR. P. VI. COS. II. P. P. S C. Ipse togatus sacrificat ante aram. Est ex ære magno, in Museo nostro.

Ut supra.)(. P. M. TR. P. VI. COS. II. P. P. S C. Sol currens, dextra elata, læva gestat flagellum. Ex ære magno, apud P. CHAMILLART.

ΑΥ. Κ. ϹΕΟΥ. ΑΛΕΞΑΝΔ. Capite laureato.)(. Tres spicæ, fertilitatis symbolum. ΜΗΤΡΟ. ΚΑΙϹ. *Μητροπόλεως Cæsareæ* Cappadociæ. ΕΤ. Ε. *ἔτει ε'. anno quinto*. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOUCAULT. In alio e gaza Regia est mons Argæus: cum ΕΤ. Ε.

Ejusdem.)(. Capita Solis & Lunæ. L. Ε. In altero, caput Serapidis. L. ΠΕΜΠΤΟΥ. Uterque ex Thesauro Mauroceni, pag. 133.

Ejusdem.)(. ΑΔΡ. ϹΕΥ. ΑΛΕΞ. ΑΜΑϹΙΑ ΜΗΤΡ. ΝΕ. ΠΡ. ΠΟΝ. *Hadriana Severiana Alexandrina Amasia Metropolis Neocora*, sive *sacrorum curatrix prima Ponti*. Murus, cui Aquila Romana imposita est. Supra, Dea in quadrigis. Latere dextro muri, palmites duo. ΕΤ. ϹΑΔ. Anno CCXXXIV. Est ex ære maximo in gaza Regia.

De nummo ϹΕΛΕΥΚΕΩΝ ΠΙΕΡΙΑϹ. ϹΠΘ. vide Nummos Populorum & urbium.

Anno Christi 227. V. C. 980. Severi Alexandri 6.

IMP. SEV. ALEXANDER AVG. Capite laureato.)(. P. M. TR. P. VII. COS. II. P. P. S C. Ipse paludatus stans, dextra hastam tenet, læva bacillum Imperatorium. Ex ære magno, in Museo nostro.

Ut supra.)(. ADLOCVTIO AVGVSTI. Stans e suggesto, cum aliis duobus, cohortes alloquitur. S C. Nummi ex ære magno expressam formam in plumbo habemus.

Ut supra.)(. PROFECTIO AVG. S C. Imperator in equo. Ex ære magno, ibidem. In alio, apud P. CHAMILLART, Imperator in equo, Victoria præeunte cum palma & corona.

IMP. SEV. ALEXANDER PIVS AVG. Capite laureato.)(. VICTORIA AVGVSTI. Victoria gestat palmam & coronam. S C. Ex ære magno, in Museo nostro.

Ut supra.)(. VICTORIA AVGVSTI. S C. Victoria rursum scribit in clypeo, VIC. AVG. Ex ære magno, ibidem.

IMP. CAES. M. AVR. SEV. ALEXANDER AVG. Capite laureato.)(. VIRTVS AVGVSTI. Ipse cum hasta & spoliis incedit. S C. Ex ære magno, apud P. CHAMILLART.

Ut supra.)(. MARTI PACIFERO. Mars cum hasta incedens, ramum oleæ dextra gerit. Argenteus, ibidem.

Ut supra.)(. FIDES MILITVM. Dea stans tenet signa militaria duo. S C. Ex ære magno & ex argento ibidem.

Ut supra.)(. VICTORIA AVGVSTI. Scribit Victoria in clypeo, VOT. X. *Votis decennalibus*, ut primum decennium sic semper recte procedat. S C. Ex ære magno, ibidem.

IMP. C. M. AVR. SEV. ALEXANDER AVG. Capite laureato.)(. NOBILITAS. Dea stans, dextra hastam tenet, lævâ Palladis effigiem; quæ etiam ipsa hastam dextra tenet; sinistra Victoriam, quæ coronam Palladi porrigit. Pallas pro Nobilitate ponitur, quoniam ipsa genus ducit a Jove. Est hic argenteus, e Cimelio P. CHAMILLART. Jactabat nobilitatem suam Alexander Aug. ex matre potissimum; quæ nimirum ex Alexandri Magni filia originem traheret; & inde integro nomine *Julia mamæa Alexandra* diceretur. Causa ita conjiciendi est, quod ut *Severus* ex patre, ita ex matre vocatur *Alexander*; more Romano; quo alterum ex patre nomen assumebatur, ex matre alterum. Alioqui dici non potest verisimiliter, aut cur nobilitatem suam supra ceteros jactet, aut unde hoc ei nomen Alexandri obtigerit. Nihil enim putidius est aut insulsius, quam quod hic rerum Romanarum scriptores historici comminiscuntur. At si nomen illud habuisse dicatur ex matre hereditarium, jam intel-

telligitur, 1°. quamobrem NOBILITAS Severi Alexandri in nummo isto præclaro commendetur, æque atque in nummis Philipporum, de quibus dicam suo loco. 2°. Quamobrem in nummis persæpe ALEXANDER PIVS, vel SEVERVS ALEXANDER tantum scribatur: nempe *Alexander* ex matre: ex patre *Severus*: *Pius* ex alterutro, vel ex ambobus. 3°. Quorsum Alexandri M. nomine in Macedonia sub Severo Alexandro cusi sint nummi plurimi: cujusmodi eximius est iste qui sequitur:

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. Caput galeatum Alexandri Magni. .)(. ΚΟΙΝΟΝ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡ. In medio, ΕΟC. Anno CCLXXV. a pugna Pharsalica anni V. C. DCCVI. In Thessalia sunt campi Pharsalici. Est hic nummus ex ære mediocri, in Domo Professa Societatis nostræ, in hac civitate.

AY. K. CEOYHPOC ΑΛΕΞΑΝΔ. Capite laureato. .)(. ΜΗΤΡΟΠ. ΚΑΙCΑΡΕΙΑC. Mons Argæus, cui Cæsarea Cappadociæ imposita est. ΕΤ. Ϛ. *Anno sexto.* E gaza Regia.

Est & nummus ΑΙΓΑΙΩΝ ΕΟC. de quo vide Nummos Populorum & Urbium.

Anno Christi 228. V. C. 981. Severi Alexandri 7.

Kalendis Januariis, Alexander Aug. Consulatum III. init; nec amplius quam ter Consul fuit.

IMP. SEV. ALEXANDER AVG. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. VIII. COS. III. P. P. S C. Imperator in curru vecto quadrigis; læva scipionem Consularem tenet, cujus in apice Romana aquila est. Ex ære magno & mediocri, in Museo nostro. Ex ære maximo apud D. Abb. DE CAMPS, cum epigraphe; IMP. ALEXANDER PIVS AVG.

IMP. CAES. M. AVR. SEV. ALEXANDER AVG. Capite laureato. .)(. Dea stans cum tabella & Cornucopiæ. LIBERALITAS AVGVST. III. S C. Ob tertium Consulatum *Liberalitas tertia.* Est ex ære magno, in Museo nostro.

IMP. SEV. ALEXANDER AVG. Capite laureato. .)(. INVICTVS. AVGVSTVS COS. III. Imperator in curru triumphali juncto quadrigis, læva scipionem Consularem gerit, cujus in apice Romana aquila est. Apud Tristanum, tomo 2. pag. 396.

Ut supra. .)(. P. M. TR. P. VIII. COS. III. PP. S C. Ipse paludatus stans, dextra hastam tenet, læva bacillum Imperatorium. Ex ære magno, in Museo nostro.

AY. K. CEOYHPOC ΑΛΕΞΑΝΔ. Capite laureato. .)(. ΜΗΤΡΟΠ. ΚΑΙCΑΡΕΙΑC. Mons Argæus, cui Cæsarea Cappadociæ imposita est. ΕΤ. Ζ. *Anno septimo.* Est ex ære mediocri, apud D. FOVCAVLT, & in Museo P. CHAMILLART.

Sunt & nummi Græci hoc anno percussi post initium Septembris, ΑСΚΑΛΩ ΒΑΤ. & ΦΛΑΟΥΙΟΠΟΛΙΤΩΝ ΡΝΕ. de quibus vide Nummos Populorum & Urbium.

Anno Christi 229. V. C. 982. Severi Alexandri 8.

IMP. SEV. ALEXANDER AVG. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. VIIII. COS. III. P. P. S C. Sol dextra elata, læva orbem Romanum tenet. Ex ære magno, in Museo nostro.

IMP. ALEXANDER PIVS AVG. Capite laureato. .)(. PROVIDENTIA AVG. in procuranda annona. Dea stat cum cornucopiæ, dextra fruges tenet supra modium tritici. S C. Ex ære magno, ibidem.

Sunt & nummi Græci hoc anno percussi, nomine Severi Alexandri, ΑΙΓΑΙΩΝ ΖΟC. & ΑΝΑΖΑΡΒΟΥ CΜΘ. de quibus vide Nummos Populorum & Urbium.

Anno Christi 230. V. C. 983. Severi Alexandri 9.

IMP. CAES. M. AVR. SEV. ALEXANDER AVG. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. VIIII. COS. III. P. P. S C. Imperator stans cum hasta, dextra orbem Romanum gerit. Victoria scribit in clypeo, palmæ arbori imposito, VOT. X. Est hic ex ære mediocri, in Museo nostro, cusus ante Natalem Urbis, cum vota fierent, ut decimus annus Tribuniciæ Potestatis recte procederet.

Ut supra. .)(. LIBERALITAS AVGVSTI IIII. ad prorogationem potestatis obtinendam post decennium. S C. Dea Liberalitas stat cum tabella & Cornucopiæ. Est hic ex ære magno, & ex argento, in Museo nostro. In alio apud P. CHAMILLART, Augustus ipse sedet in suggesto, stante Dea: Victoria retro aspectante.

Ut supra. .)(. ROMAE AETERNAE. Sedet ipsa galeato capite, dextra Victoriam gestat, læva hastam. S C. Ex ære magno, ibidem.

Ut supra. .)(. SECVRITAS PERPETVA. S C. Dea sedens, hastam dextra tenet, sinistra capiti imposita. Ex ære magno, ibidem.

Ut supra. .)(. IVSTITIA AVG. S C. Dea stat cum hasta, & patera. Ex ære magno, ibidem.

Ut supra. .)(. AEQVITAS AVGVSTI. S C. Dea cum libra & Cornucopiæ. Ex ære magno, ibidem.

IMP. SEV. ALEXANDER AVG. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. X. COS. III. P. P. S C. Annona dextra fruges supra modium tenet, sinistra ancoram. Ex ære magno, in Museo nostro.

Ut supra, capite radiato. .)(. RESTITVTOR MON. *Restitutor Monetæ.* S C. Stat ipse paludatus, dextra extenta, sinistra hastam tenet. Est ex ære mediocri, in Museo P. CHAMILLART.

De nummo ΑΙΓΑΙΩΝ ΗΟC. vide Nummos Populorum & Urbium.

Anno Christi 231. V. C. 984. Severi Alexandri 10.

IMP. ALEXANDER PIVS AVG. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. XI. COS. III. P. P. S C. Sol dextra elata, cum flagello. Ex ære magno, in Museo nostro.

Ejusdem. .)(. ΠΕΡΙΟΔΟC ΔΕΚΑΤΗ, in corona laurea. *Decimus exiens annus.* Ex ære mediocri, in gaza Regia.

Juliæ Mamææ. .)(. ΠΕΡΙΟΔΟC ΔΕΚΑΤΗ, in corona laurea. *Decimus exiens annus.* Ex ære mediocri, in gaza Regia.

Juliæ Mamææ. .)(. ΠΕΡΙΟΔΟC ΔΕΚΑΤΗ, in corona, ut proxime. Apud Patinum, pag. 343.

Ejusdem. .)(. L. I. *Anno decimo.* Juppiter Aquilam Romanam tenet. Est ex ære mediocri, in gaza Regia.

ΙΟΥ. ΜΑΜΑΙΑ CΕΒ. ΜΗΤ. CΕΒ. Κ. CΤΡΑ. Μητὴρ Σεβαστοῦ καὶ Στρατοπέδων. *Julia Mamæa Augusta, Mater Augusti & Castrorum.* Satis dictum insolenter; cum sit *matris*, comparate ad Augustum & ad Castra, longe diversa significatio. Dicerent Latini multo accuratius, *Mater Augusti, Mater Castrorum.* .)(. Hilaritas, palmam tenet. L. I. *Anno decimo* Severi Alexandri. Est hic nummus ex ære magno in Cimelio D. FOVCAVLT.

Anno

Anno Christi 232. V.C. 985. Severi Alexandri 11.

IMP. ALEXANDER PIUS AUG. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. XII. COS. III. P. P. Stat paludatus inter amnes duos decumbentes, (ut in nummo Trajani, & in altero Antonini Severi F.) gerit ipse bacillum Imperatorium læva, hastam dextra: Victoria stans cum palma, capiti coronam imponit. Ex ære maximo, nummus suspectus.

Ut supra. .)(. P. M. TR. P. XII. COS. III. P. P. S C. Sol dextra elata, cum flagello incedens. Ex ære magno, in Museo nostro.

Ut supra. .)(. LIBERALITAS AUG. V. Dea stat cum tabella & Cornucopiæ. Aureus in Gaza Regia.

ATT. K. CEOTHPOC AΛEΞANΔ. Capite laureato. .)(. MHTPOΠ. KAICAPEIAC. Mons Argæus, ut sæpe superius. ET. IA. *Anno* XI. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOUCAULT.

Ejusdem. .)(. L. IA. Spes florem tenet: ad pedes, palmæ ramus subrectus. Ex ære mediocri, apud D. BAUDELOT.

Ejusdem. .)(. L. IA. *Anno* XI. Lupa cum gemellis, Remo & Romulo; ex quibus origo Piorum. Est in Thesauro Mauroceni, pag. 133.

Anno Christi 233. V.C. 896. Severi Alexandri 12.

IMP. ALEXANDER PIUS AUG. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. XIII. COS. III. P. P. S C. Solis gradientis effigies, dextra elata, cum flagello. Ex ære magno, in Museo nostro.

ATT. KAI. M. AYP. CEY. AΛEΞANΔPOC. Capite laureato. .)(. L. IB. Caput Serapidis. Ex ære mediocri, apud D. FOUCAULT.

Juliæ Mamææ. .)(. L. IB. Dea stans, cum Cornucopiæ. In Thesauro Mauroceni, pag. 133.

Anno Christi 234. V.C. 987. Severi Alexandri 13.

IMP. ALEXANDER PIUS AUG. Capite laureato. .)(. TR. P. XIIII. COS. III. P. P. S C. Sol gradiens, ut supra. Ex ære magno, in Museo nostro.

Ejusdem: ANEMOYPIEΩN. ET. IΓ. *Anno* XIII. E Cimelio reginæ Christinæ. Vide Nummos Populorum & Urbium.

. . . . AΛEΞANΔPOC. Capite laureato. .)(. L. IΓ. Spes cum flore; juxta, palmæ ramus. Ex ære mediocri, apud D. BAUDELOT. In alio apud P. CHAMILLART, Dea Annona cum Cornucopiæ & temone: retro lauri ramus: L. IΓ. Ex ære mediocri.

Juliæ Mamææ. .)(. L. IΓ. Trophæum, cum duobus captivis. Apud Patinum, pag. 343.

Ejusdem nummum inscriptum, AMACIAC. CMB. vide in Nummis Populorum & Urbium.

Nihil præclare gestum fuisse a Severo Alexandro annis abhinc septem, apparet ex nummis. Itaque ob expeditionem Germanicam anno hoc ipso susceptam, confectamque feliciter a Julio Maximino Pio legato a Senatu, non exspectato decimoquinto Alexandri Tribuniciæ Potestatis anno, post annos XIV. abrogata hæc ei potestas est. Tamen inter bonos Principes habitus, meruit inter divos referri, saltem ævo Gallieni. Est enim illius ætatis nummus ille argenteus e Museo nostro;

DIVO ALEXANDRO. Capite radiato. .)(. CONSECRATIO. Aquila Romana.

Est apud Gruterum, pag. CXCI, 8. vetus inscriptio illiusmodi:

IMP. CAES. DIVI ANTONINI MAGNI PII F. DIVI SEVERI PII NEP. M. AVRELIVS ALEXANDER SEVERVS PIVS FEL. AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. IIII. COS. . . . . P. P.

Falsa ac recens inscriptio: nec fuit enim *Alexander Severus*, sed *Severus Alexander*: prius a patre *Severus*, quam materno cognomine *Alexander*. Nec fuit *Pius Felix*, sed *Pius* tantum: præterquam in nummis duobus tribusve, sive fictis, sive ex adulatione, ex ære præsertim maximo. Neque demum omnino aut Antonini Magni filius, aut nepos Severi fuit: nihil enim omnino ei cum alterutro cognationis fuit.

Rursum apud Gruterum, pag. LXXXIV, 5. IMP. SE. SEVERO AVR. ALEXANDRO IT. ET MARCELLO COSS. Falsa similiter: Numquam enim Alexander *Septimius* fuit, sed *Aurelius*: nec *Severus Aurelius*, sed *Aurelius Severus*.

Jac. Spon, in Miscellan. pag. 194. ex Africa, ut quidem ait:

IMP. CAES. DIVI ANTONINI MAGNI F. M. AVRELIO SEVERO ALEXANDRO AVG. PONTIFICI MAXIMO. TRIBVNIC. POTEST. ET IVLIAE MAMAEAE MATRI AVG. ET CASTRORVM ET SENATVS ET PATRIAE municipIVM LIBERVM THVGGA.

Non fuit, ut dictum est, Antonini filius Alexander: & sunt hi tituli Juliæ Mamææ collecti ex titulis, quos Juliæ Domnæ & Faustinæ Piæ nummi adserunt: nec diceret antiquitas, MATER AVG. ET CASTRORVM &c. sed, MATER AVG. MATER CASTRORVM, &c. siquidem alio sensu *Mater Aug.* alio *Mater Castrorum* dicitur: & est denique fictum nomen *Thugga*.

Basis marmorea prope Aquas Sextias, apud Sponium, ibidem, pag. 319.

MAPKOY AYPHΛIOY CEOYHPOY AΛEΞANΔPOY EYTYXOYΣ EYΣEBOYΣ ΣEB. KAI IOYΛIAΣ MAMAIAΣ ΣEBAΣTHΣ MHTPOΣ ΣEB. ΔII HΛIΩ MEΓAΛΩ ΣAPAΠIΔI KAI TOIΣ ΣYNNAOIΣ ΘEOIΣ.

Hoc est, *Marci Aurelii Severi Alexandri Felicis Pii Augusti, & Juliæ Mamææ Aug. Matris Augusti: Jovi Soli Magno Serapidi, & diis qui in eodem fano versantur.* At cur Græca primum inscriptio in Gallia Narbonensi? Cur omissus titulus Αὐτοκράτορ? Deinde non fuit Alexander cognomento *Felix*: ac si fuisset, non *Felix Pius*, sed *Pius Felix*, diceretur, ut monuimus. Sed quis finis esset, si inscriptiones omnes, quæ sunt spuriæ ac recentes, recitare aut refellere quis aggrediatur? . . . . . Die sabbati, 16. Januarii, 1700.

Anno Christi 235. V.C. 988. Julii Maximini 1.

Natali Urbis, dejecto (ut diximus) de imperii administratione Severo Alexandro, subrogatus est *C. Julius Verus Maximinus Pius*, ob victoriam Germanicam anno superiore relatam: ob quam & Germanici titulum sibi ac filio *C. Julio Vero Maximo* a Senatu impetravit. Suscipit igitur cum P. M. & TR. POT. imperium, ad annos duos, cum filio Cæsare. Fuit *Maximinus* consobrinus Severi Alexandri, & Antonini quem Elagabalum dixerunt, uti apparet ex schemate quod digessi, ubi stemma descripsi Antonini filii Soæmiadis. Ut illi autem *Marci* prænomen assumpserunt, ex Marcis geniti; sic ipse *Caii* prænomen accepit, quoniam ex Julio esset genitus: qua in gente proprium primogenitorum prænomen est *Caius*.

IVLIVS VERVS MAXIMINVS.

MAXIMINVS PIVS AVG. GERM. Capite laureato. .)(. In corona laurea, VOTIS DECENNALIBVS. Ex ære magno, in Museo P. CHAMILLART. *Vota decennalia* non semper ea intelligenda sunt, quæ fierent, cum ad decem annos committeretur Principi imperium a Senatu: sed qualia solum concipi a Populo tunc solita essent. Inscriptionem, quæ Maximino posita dicitur in suburbio Fori Segusianorum, tu recentem esse fictamque ex eo intellige, quod in ea Maximinus & *Pius Felix*, & *Sarmaticus Max.* & *Dacicus Max.* prædicatur: cum *Pius* tantum, & *Germanicus* fuerit: non etiam *Felix*, quoniam non fuit de stirpe Commodi Pii Felicis.

Ut supra. .)(. VICTORIA GERMANICA. Victoria stans cum palma & corona. Ad pedes, captivus sedet. S C. Ex ære magno, & ex argento, in Museo nostro.

IMP. MAXIMINVS PIVS AVG. Capite laureato. .)(. PROVIDENTIA AVG. Dea stans, læva tenet Cornucopiæ, dextra radium, quo subjectum orbem Romanum ostendit. S C. Ex ære magno, & argento, ibidem.

Ut supra. .)(. LIBERALITAS AVG. Dea stat cum tabella & Cornucopiæ. S C. Ex ære magno, & argento, ibidem. Est hæc Liberalitas ob concessum a Senatu P Q R principatum.

Ut supra. .)(. VICTORIA AVGVSTI. S C. Victoria gradiens cum palma & corona. Ex ære magno, ibidem.

Ut supra. .)(. FIDES MILITVM. S C. Dea tenet duo signa militaria. Ex ære magno, ibidem.

Ut supra. .)(. P. M. TR. P. P. P. Stans capite laureato, læva tenet hastam, inter duo hinc & inde signa militaria. Est in Museo nostro, argenteus.

Ut supra. .)(. MARTI PACIFERO. Mars galeato capite, cum hasta pura, ramum oleæ ostentat dextra. S. C. Ex ære magno, in Museo nostro.

MAXIMINVS PIVS AVG. GERM. Capite laureato. .)(. VICTORIA GERMANICA. Imperator stans paludatus, a Victoria retro stante, & palmam gerente, coronatur: captivo ad pedes sedente. S C. Ex ære magno, ibidem.

IMP. MAXIMINVS PIVS AVG. Capite laureato. Ipse cum Præfecto Prætorianæ cohortis congiarium Populo Rom. distribuit. Igitur Romæ fuit. Est hic nummus argenteus.

ΑΥ. Κ. Γ. ΙΟΥ. ΟΥΗ. ΜΑΞΙΜΕΙΝΟϹ ϹΕΒ. *Imp. Cæsar Caius Julius Verus Maximinus Aug.* Est hic *Julius Verus*, paterno & avito nomine: *Maximinus*, deflexo parumper cognomine Maximiani patris: quemadmodum alterius Galerii Maximiani filius multo postea fuit similiter *Maximinus*. Vide stemma in Elagabalo a me propositum. .)(. Imperatori ex equo hostem confodienti, Victoria palmam læva gerens, dextra coronam porrigit. Argumento, imperium Maximino delatum ob victoriam de Germanis reportatam, supremo Severi Alexandri anno. Epigraphe: ΑΝΑΖΑΡΒΟΥ ΕΝΔΟΞ. ΜΗΤΡΟΠ. ΕΤ. ΕΝϹ. Γ. Β. Est ex ære magno in gaza Regia. Vide Nummos Populorum & Urbium. Cusus est iste hoc anno, post mensis Septembris initium.

ΑΥΤ. Κ. Γ. ΙΟΥ. ΟΥΗΡ. ΜΑΞΙΜΕΙΝΟϹ. Γ. ΙΟΥ. ΟΥΗΡ. ΜΑΞΙΜΟϹ Κ. *Imp. Cæsar Caius Julius Verus Maximinus: C. Julius Verus Maximus Cæsar.* Capita amborum adversa: Maximini laureatum, latere nummi dextro; lævo, nudum Maximi Cæsaris. .)(. Tritones duo Neptunum in sella sedentem sustinent, qui dextra pateram, læva tridentem tenet. ΒΡΟΥΖΗΝΩΝ. Ex ære mediocri, ibidem. Vide Nummos Populorum & Urbium.

DIVA PAVLINA. Caput velatum. .)(. CONSECRATIO. Paulina in cælum defertur a pavone Junonis alite. S C. Est ex ære magno, in Museo nostro: argenteus, apud P. CHAMILLART. Artifices historiæ Augustæ, quod hunc rarissimum nummum non viderant, Paulinam omiserunt: quam ex ætate cælaturæ nummi conjugem Maximini fuisse Antiquarii periti haud falso asseverant. Quoniam autem ipsa fortassis, dum maritus exercitui Germanico præesset, annonam castris ipsa procuravit; eoque nomine de Republica bene merita est; idcirco est inter divos relata: nec tamen *Diva Paulina Augusta* appellata est, quoniam privata decessit: ut Mariniana conjux Gallieni.

Numismata Maximi Cæsaris.

C. IVL. VERVS MAXIMVS CAES. Capite nudo. .)(. PIETAS AVG. Instrumenta Pontificalia. Est ex ære magno & mediocri, & ex argento, apud P. CHAMILLART. Maximini filius, Maximiani nepos, & alterius Maximiani pronepos, *Maximus* appellatur: redivivo in pronepote cognomine vetusto ac primigenio, quod proavum fecit ob conjugem cognomine appellari desinente in *ianus*; ut *Maximianus* ob Maximam, *Vespasianus* ob Vespasiam, &c.

MAXIMVS CAES. GERM. Capite nudo. .)(. PRINCIPI IVVENTVTIS. Stat paludatus juxta duo signa militaria: demissum tenet bacillum Cæsareum dextra, læva hastam transversam. Est ex ære magno, in Museo nostro.

Ut supra. .)(. PIETAS AVG. Instrumenta Pontificalia. Pietas Maximini Aug. commendatur, qui Cæsarem filium Pontificem esse voluerit. S C. Ex ære mediocri, ibidem.

Ut supra. .)(. VICTORIA AVGVSTORVM. S C. Maximinus paludatus Severo Alexandro togato offert Victoriam: hinc & inde miles. Est ex ære mediocri in Thesauro Regio; & apud Occonem, pag. 424. argenteus, ex picturis Alberti Principis. Victoria hæc Germanica est anno superiore relata: unde *Victoria* dicitur *Augustorum*: Alexandri, qui tunc Augustus fuit; & Maximini, qui nunc esset, cum nummus iste cuderetur.

Γ. ΙΟΥΑ. ΟΥΗΡ. ΜΑΞΙΜΟϹ ΚΑΙϹ. *C. Julius Verus Maximus Cæsar.* Capite nudo. .)(. ΜΗΤΡΟΠ. ΠΟΝΤΟΥ Δ. ΤΟΜΕΩϹ. Victoria gradiens cum palma & corona. Ex ære mediocri, apud D. FOUCAULT.

Anno Christi 236. V.C. 989. Julii Maximini. 2.

Kalendis Januariis init Consulatum Maximinus Aug.

IMP. MAXIMINVS PIVS AVG. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. COS. P. P. S C. Stans capite laureato, læva tenet hastam, inter duo hinc & inde signa militaria. Est ex ære magno, apud P. CHAMILLART: cusus hoc anno ante Natalem Urbis.

Ut supra. .)(. P. M. TR. P. II. COS. P. P. S C. Imperator stat paludatus cum hasta: hinc bina signa militaria; inde tertium. Ex ære magno, in Museo nostro.

Ut supra. .)(. P. M. TR. P. II. COS. P. P. S C. Imperator in curru triumphali a Victoria coronatur: scipionem Consularem gerit. Est ex ære magno, in Cimelio P. CHAMILLART.

Ejusdem.)(. L. B. *Anno secundo*, qui more Græco, autumno anni hujus incipit. Juppiter dextra pateram tenet, dorso aquilæ insidens; sive Jovis habitu Imperator. Est apud Patinum, pag. 356.

De nummo ΑΜΙϹΟΥ. ΕΤ. ϹΞΗ. hoc est, anno CCLXVIII. qui incipit Septembri hujus anni, vide Nummos Populorum & Urbium.

Anno Christi 237. V. C. 990. *Balbini, Pupieni, & Gordianorum*, 1.

Quoniam nonnisi post annum fere unum futura erat ætas Gordiani Pii Felicis Augustæ dignitati sustinendæ par, & erat ille magnæ virtutis ac spei adolescens; idcirco distribuitur inter Quinqueviros interim imperium, quemadmodum fere factum fuisse dixi Severi Aug. initiis & Vespasiani. Natali Urbis igitur Balbino & Pupieno commendatur Asia minor ac Cilicia in primis, cum Tribunicia Potestate, & titulo PONT. MAX. cum jam fuissent ambo Consules iterum. Simul Gordiano Africano utrique, patri ac filio & reliquus Oriens, & Gallia datur administranda ad annum unum cum Tribunicia potestate; sed ita ut solus pater ibi sit PONT. MAX. At Maximino, viro de Republica bene merito, & jam Augusto, committitur adhuc ad annos duos limes fortasse Galliarum a parte Germaniæ. Gordianus denique Pius Felix a Senatu, ut Cæsar, imperio destinatur, & Tribuniciam accipit potestatem in omnibus imperii provinciis, ad annos septem. Itaque ab anni hujus autumno Græci de more annos Gordiani Pii Felicis numerare incipiunt, quoniam Kalendis Januariis anni sequentis, quo die Gordianus Pius Felix Augustus est salutatus, propior est September anni hujus, quam subsequentis. Porro consanguineos fuisse Cæsarum, ac proinde Cæsares, oportet, Clodium Pupienum, & Cælium Balbinum. Et Clodium quidem Pupienum ejusdem cum Clodio Albino, qui & Cæsar & Augustus fuit, gentis fuisse, Clodii nomen admonet. Artifices Romanæ historiæ, cum de tot Augustis quid agerent, non invenirent, omnes finxerunt fuisse interemptos.

BALBINUS, PUPIENUS, & GORDIANI,

Numismata Balbini Aug.

IMP. CAES. D. CAEL. BALBINVS AVG. Capite radiato. *Decimus Cælius Balbinus Aug.* .)(. FIDES MVTVA AVGG. *Fides mutua Augustorum* duorum, Balbini & Pupieni, qui conjunctis copiis animisque partem Orientis administrabant. Duæ dexteræ invicem junctæ. Est argenteus in Museo nostro. Vultus Balbini annos fert quinquaginta.

Ut supra. .)(. PIETAS MVTVA AVGG. Dexteræ pariter duæ junctæ. Argenteus, apud P. Chamillart.

Ut supra. .)(. CONCORDIA AVGG. Dexteræ duæ junctæ. Argenteus ibidem, & in Museo nostro.

Ut supra. .)(. VICTORIA AVGG. Victoria cum palma & corona. Argenteus in Museo nostro. Ex ære magno, apud P. Chamillart. Hos nummos Latinos in honorem Augustorum, ubicumque terrarum Reipublicæ operam Augusti navarent, cudebat provincia Narbonensis, ut sæpe dixi.

Ut supra. .)(. In corona laurea, VOTIS DECENNALIBVS. Argenteus, olim in Cimelio Ducis Sabaudiæ.

Ut supra, capite laureato. .)(. P. M. TR. P. COS. II. P. P. S C. Stans ipse dextra ramum oleæ tenet, pacis symbolum; læva bacillum Imperatorium. Est ex ære magno, in Museo nostro: argenteus, apud P. Chamillart.

Ut supra. .)(. PATRES SENATVS. Dexteræ duæ junctæ. Est ex ære, apud Tristanum: alibi argenteus. Sic in nummo Commodi legi monui, PATER SENATVS.

A. K. ΔΕΚ. ΚΑΙΛ. ΒΑΛΒΙΝΟϹ ϹΕΒ. *Imp. Cæsar Decimus Cælius Balbinus Aug.* capite laureato. .)(. L. A. *Anno primo.* Annona stat cum temone & Cornucopiæ. Est apud Patinum, pag. 364. In alio, L. A. Victoria cum palma & corona. In alio, L. A. Roma sedens. In alio, L. A. Nilus jacens. Nam in honorem omnium Augustorum, ut provincia Narbonensis, sic etiam Alexandria (ut creditur) nummos cudebat. Sunt hi tres e Thesauro Mauroceni, pag. 134.

ΑΥΤ. Κ. ΚΑΙΛΙ. ΒΑΛΒΕΙΝΟϹ. Capite laureato. .)(. ΜΙΛΗϹΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Sol radiato capite in templo, cervum dextra tenet: symbolum Apollinis Milesii, & oraculi seu fani ipsius; ac regionis venatione celebratæ. Ad pedes, phœnix monticulis insidet, ales Soli sacer. Apud Patinum, loco citato.

ΑΥΤ. Κ. ΔΕΚ. ΚΑΙ. ΒΑΛΒΕΙΝΟϹ ϹΕΒ. Capite laureato. .)(. ϹΕΛΕΥΚΕΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΚΑΛΥΚΑΔ. Imperator togatus in equo, ante aram. Ex ære mediocri, in Museo San-Genovefano. Vide Nummos Populorum & Urbium.

ΑΥΤ. Κ. ΚΑΙΛΙΟϹ ΒΑΛΒΕΙΝΟϹ. Capite laureato. .)(. ΤΑΡϹΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩϹ ΑΜΚ. Β.Γ. Tres Charites. Ex ære maximo, in Cimelio Mediceo.

Habet Mediobarbus pag. 333. Balbini nummum, in quo legit, P. M. TR. P. II. P. P. Sed qui nummum postea inspexere Bononiæ, retulerunt ii legi in eo tantum, P. M. TR. P. P. P. teste Viro Cl. P. Pagi, in Critica Baron. ad annum 236. num. 6.

Numismata Pupieni Aug.

IMP. CAES. PVPIENVS MAXIMVS AVG. Capite radiato. .)(. AMOR MVTVVS AVGG. *Augustorum* duorum, Pupieni & Balbini. Duæ dexteræ junctæ. Argenteus in Museo nostro. *Clodius Pupienus* ex patre vocatur, *Maximus* ex matre, Fl. Val. Maxima, matertera Julii Veri Maximini Aug. Itaque consobrini fuerunt, Maximinus & Pupienus. Vide stemma a me positum in Antonino Soæmiadis filio.

IMP. CAES. M. CLOD. PVPIENVS AVG. Capite laureato. .)(. VICTORIA AVGG. Victoria cum palma & corona. SC. Ex ære magno, ibidem. *Marci* prænomen habet, ut se ex Antonia gente oriundum significat.

Ut supra, capite radiato. .)(. PROVIDENTIA DEORVM. Dea sinistra tenet Cornucopiæ, dextra radium, quo subjectum orbem regit. SC. Est ex ære mediocri, apud P. Chamillart. Confer similes fere, quos hoc anno proferam, Maximini, Balbini, & Gordiani nummos.

Ut supra, capite laureato. .)(. CONCORDIA AVGG. Dea sedet cum gemino Cornucopiæ, & patera. S C. Ex ære magno, in Museo nostro. Huic similis est alter Balbini, apud P. Chamillart.

Ut supra: .)(. VOTIS DECENNALIBVS, in corona laurea. Est ex ære mediocri, in Cimelio Ducis Parmensis: alibi etiam ex ære maximo.

Ut supra. .)(. P. M. TR. P. COS. II. P. P. S C. Stat ipse paludatus, capite laureato, dextra tenet ramum oleæ, læva bacillum Imperatorium; ut in nummo Balbini. Est ex ære magno, in Cimelio P. Chamillart.

Ut supra. .)(. LIBERALITAS AVGVSTORVM. Dea Liberalitas stat, cum tabella & Cornucopiæ. S C. Ex ære magno, ibidem: ubi & similis omnino est Balbini Aug.

Ut supra. .)(. PAX PVBLICA. Dea Pax sedet cum ramo oleæ. Ex ære magno, ibidem: ubi & similis alter est Balbini Aug.

Ut supra. .)(. VICTORIA AVGG. ut in Balbino. Ex ære magno, ibidem.

IMP. CAES. PVPIENVS MAXIMVS AVG. Capite radiato, vultu annorum circiter 60. .)(. PATRES SENATVS. Dexteræ duæ junctæ. Est argenteus, in Museo nostro.

ΑΥΤ. ΚΑΙC. Μ. ΠΟΠΙΗΝΟC CΕΒ. Capite radiato: in medio Π. Π. Πατὴρ Πατρίδος, *Pater Patriæ*. .)(. ΤΑΡCΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC ΑΜΚ. Γ. Β. ut in nummo Balbini. Triton gubernaculum gerit, & concha canit: desinit in Scyllæ canes. Est ex ære maximo in gaza Regia.

Ut supra. .)(. Hercules Anteum premit. Est ex ære maximo, apud D. Abb. DE CAMPS. Epigraphe: ΤΑΡCΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC &c. ut proxime.

Ut supra. .)(. ΤΑΡCΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC ΑΜΚ. Γ. Β. Tria capita laureata: Balbini, Pupieni, & Maximini: quorum nominibus etiam singulatim inscripti sunt nummi, ΤΑΡCΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC ΑΜΚ. Γ. Β. Et in Maximino quidem & Balbino, cum effigie trium Charitum. Est ille nummus singularis, in quo sunt Augusti tres, e Thesauro Mauroceni.

Α. Κ. Μ. ΚΛΩ. ΠΟΥΠΙΗΝΟC ΕΥC. *Imp. Cæsar M. Clodius Pupienus Pius.* Est ille, ut dixi, ex patre *Clodius Pupienus*: ex matre, ex qua idem *Maximus*, ex eadem est & *Pius*: unde schema stabilitur generis ipsius, quod in Elagabalo descripsi. .)(. L. A. *Anno primo.* Aquila rostro gestat coronam. Est ex ære mediocri, apud P. CHAMILLART.

Ejusdem. .)(. L. A. *Anno primo*, Victoria sedens. Ibidem, pag. 134.

Numismata Maximini Aug.

MAXIMINVS PIVS AVG. GERM. Caput laureatum. .)(. P. M. TR. P. III. COS. P. P. S C. Hinc duo, inde tertium signum militare: stat ipse paludatus inter illa. Est ex ære magno, apud P. CHAMILLART.

Ejusdem caput laureatum. .)(. ΤΑΡCΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC ΑΜΚ. Γ. Β. Tres Charites. Est in Gaza Regia, ex ære magno.

Ejusdem. .)(. L. Γ. *Anno tertio.* Nilus decumbens cum Cornucopiæ. In Thesauro Mauroceni, pag. 134.

ΑΥΤΟ. ΜΑΞΙΜΙΝΟC ΕΥCΕΒ. *Imp. Maximinus Pius*: vel ΕΥ. CΕΒ. *Pius Aug.* .)(. L. Γ. Caput Æsculapii, cum baculo, cui serpens est involutus. Vidimus ex ære, apud D. BEGON.

In alio apud P. CHAMILLART, Aquila Romana rostro gerit coronam. L. Γ. *Anno tertio.*

IMP. MAXIMINVS PIVS AVG. Capite laureato. .)(. PROVIDENTIA AVG. S C. Dea sinistra tenet Cornucopiæ; dextra radium, quo subjectum regit orbem: ut supra, in nummo Pupieni. Est ex ære mediocri, ibidem.

Numismata Gordiani Africani utriusque.

IMP. M. ANT. GORDIANVS AFR. AVG. Capite laureato. .)(. VIRTVS AVGG. *Augustorum* duorum, Africani patris & filii. Stat Gordianus pater cum hasta & clypeo. Est argenteus in Museo nostro.

Ut supra. .)(. PROVIDENTIA AVGG. S C. Dea radio monstrat orbem Romanum: quem regit, ut in nummo Maximini: lævo brachio columnæ innixo gerit Cornucopiæ. Hunc Gordiani patris nummum ex ære magno vidimus apud D. Abb. DE CAYLUS, nunc Episcopum Antissiodorensem.

Ut supra. .)(. ROMAE AETERNAE. S C. Sedet ipsa galeata, dextra Victoriam, læva hastam tenet. Et Gordiani Africani filii ex ære magno, in Museo nostro.

Ut supra. .)(. SECVRITAS AVGG. S C. Dea sedet, dextra bacillum Imperatorium tenet, læva capiti imposita sellæ innititur. Ex ære magno.

Ut supra. .)(. VICTORIA AVGG. S C. Victoria gradiens, cum palma & corona.

Ut supra. .)(. P. M. TR. P. COS. P. P. Stans togatus ramum dextra tenet. Argenteus, in Museo nostro.

Nummi omnes isti, Gordiani Africani nomine, sunt & ex ære & ex argento, cum patris, tum filii: præter postremum, qui est Gordiani Africani patris solummodo. Pater est annorum L. filius vix XXX.

Α. Κ. Μ. ΑΝΤ. ΓΟΡΔΙΑΝΟC CΕΒ. ΑΦΡ. ΕΥCΕΒ. Capite Gordiani patris laureato. *Imp. Cæsar M. Antonius Gordianus Augustus Africanus Pius.* .)(. L. A. *Anno primo.* Aquila Romana rostro coronam gerit. Est ex ære mediocri, in Cimelio Sereniss. Ducis Cenomanensis. Cur in nummis Græcis prius Gordianus *Augustus* appelletur, quam *Africanus* aut *Pius*, memini me dudum ad te scribere, in epistola de hoc argumento primum ad te data.

Ut supra. .)(. L. A. Nilus decumbens, dextra Cornucopiæ, læva urnam tenet. Ibidem.

Ut supra. .)(. L. A. Pallas galeata stat cum hasta & clypeo. Ex ære mediocri, in Gaza Regia.

Ut supra. .)(. L. A. Annona stans, dextra temonem tenet, læva Cornucopiæ. Est in Cimelio D. FOVCAVLT, ex ære mediocri.

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΝΤ. ΓΟΡΔΙΑΝΟC ΑΦΡ. Capite laureato. .)(. CΑΜΙΩΝ. Dea Annona, cum temone & Cornucopiæ. Est ex ære mediocri nummus perpulcher, in Cimelio P. CHAMILLART.

Nummi Græci omnes Gordiani Africani, & sunt perrari, & sunt omnes Gordiani patris: filii, Græcum nullum videmus. Neutrius etiam aureum uspiam vidimus, nec in Gaza Regia.

Numismata Gordiani Pii Felicis Cæsaris.

M. ANT. GORDIANVS CAES. Capite nudo. .)(. PIETAS AVGG. S C. Instrumenta Pontificalia. Ex ære magno, in Museo nostro. *Pietas Augustorum* duorum commendatur; Gordiani Africani utriusque: patris nimirum, qui filium alterum; ac filii natu majoris, qui filium minorem natu, Gordianum Pium Fel. Cæsarem, Pontificem esse voluerint.

M. ANT. ΓΟΡΔΙΑΝΟC ΚΑΙC. Capite nudo. .)(. L. A. *Anno primo*, qui autumno hujus anni incipit. Docet hic nummus annos Gordiani Pii Felicis cœptos esse numerari apud Græcos a Septembri hujus anni, ut antea dixi. Est apud Patinum, pag. 362. Alius habet, L. A. & Nili decumbentis effigiem; ex ære, alibi.

Anno Christi 238. V. C. 991. Gordiani Pii F. 1.

Kalendis Januariis Gordianus Pius Felix init Consulatum, (etsi Fasti repugnent,) & Augustus idem salutatur: fruentibus nihilominus Tribunicia Potestate, & titulo Augustorum, Balbino, & Pupieno. Nam Gordianus uterque Africanus magistratu eo die abire cogitur, ne simul essent, ut in Severo dixi, tres simul ex eadem familia Augusti.

Numismata Pupieni, Balbini, & Maximini.

IMP. CAES. CLOD. PVPIENVS. AVG. Capite laureato. .)(. LIBERALITAS AVGVSTORVM. S C. Tres Augusti sedent, & Dea Liberalitas stat cum tabella & Cornucopiæ, & dat congiarium. Tres Augusti sunt, Pupienus, Balbinus, & Gordianus Pius Felix. Est hic nummus ex ære magno in Gaza Regia.

IMP.

IMP. CAES. D. CAEL. BALBINVS AVG. Capite laureato. .)(. LIBERALITAS AVGVSTORVM. S C. Omnino, ut in superiore nummo, tres Augusti sedent, &c. Est ex ære magno, in Museo P. CHAMILLART.

Ut supra. .)(. PROVIDENTIA DEORVM. S C. Dea stans, læva Cornucopiæ tenet, dextra radium, quo subjectum orbem Romanum ostendit. Ex ære magno. Et est; huic similis alter Pupieni, apud P. CHAMILLART.

MAXIMINVS PIVS AVG. GERM. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. IIII. COS. P. P. S C. Stat ipse paludatus inter signa militaria, hinc bina, & inde tertium. Est ex ære magno, ibidem.

ATTO. MAΞIMINOC ET. CEB. Capite laureato. .)(. L. Δ. *Anno quarto*, qui autumno anni hujus incipit. Aquila Romana rostro coronam gerit. Vidi ex ære, apud D. BEGON. Est & in Museo P. CHAMILLART. Alius habet L. Δ. & trophæum cum captivis, in Thesauro Mauroceni, pag. 134. In alio denique, apud P. CHAMILLART, effigies est Nili decumbentis, cum amphora & Cornucopiæ. L. Δ.

GORDIANVS P. F. AVG.

Natali Urbis, Augustis ceteris abeuntibus magistratu, Gordianus fere solus est Imperator & Augustus; Maximino solummodo annum adhuc unum administrante adsignatam sibi ditionem.

IMP. GORDIANVS PIVS FEL. AVG. Capite laureato. .)(. LAETITIA AVG. N. *Lætitia Augusti nostri*. Dea tenet dextra corollam e floribus; sinistra fundam, ut videtur. S C. Ex ære magno in Museo nostro.

Fuit Gordianus Pius Felix, filius Gordiani Africani patris, frater natu minor Gordiani Africani alterius. Titulo Pii Felicis significat ille se materno genere oriundum ex Commodo Augusto Pio Felice, a quo utrumque nomen hereditarium acceperit. A Commodo enim ad Gordianum istum, nemo hæc sibi cognomina sumpsit; sed *Pii* tantum Augusti fuerunt: quoniam videlicet vel essent ab Antonino Pio, non per Commodum, sed per sororem ipsius, vel ab Antonio Pio fratre Antonini. Duxit igitur uxorem secundis nuptiis neptem Commodi Augusti Gordianus Africanus pater; ea lege consueta, & quidem jucunda, ut *Pii Felicis* cognomen acciperet filius ex eo conjugio nasciturus: quo profiteretur se Commodo Aug. & nomen & bonorum haud pœnitendam partem acceptam referre. Inde iste igitur *Pius Felix* fuit; cum pater ipsius, & frater natu major, *Pii* quidem ex Antonio pio essent, *Felices* non essent.

STEMMA GORDIANORVM

ex solis nummis antiquis.

Antonianus Pius. *Vide stemma Antonini Pii, & alterum Pertinacis Aug.*

ANTONINVS PIVS AVG. — M. Antonius Pius. Cujus pronepos

FAVSTINA PIA, conjux M. Aurelii.

M. COMMODVS ANTONINVS PIVS FELIX AVG.

N

N. avia Æmiliani P. F. Aug. — N conjux secunda Gordiani Africani. — M. Antonius Pius Conjux, Africana.

M. ANT. GORDIANVS AVG. AFR. PIVS.

A prima uxore Gordia dictus *Gordianus*.

Ex prima uxore, — Ex secunda uxore, nepte Commodi Pii Felicis:

M. ANT. GORDIANVS AFR. AVG. — M. ANT. GORDIANVS PIVS FELIX AVG.

Qui uxorem duxerat Antoniam, is inde *Antonianus* dictus est; ut *Gordianus*, qui Gordiam. Inde & qui ex eo matrimonio est prognatus, is *Antonianus* pariter, vel *Gordianus* fuit: Nepos autem, *Antoninus*. Et pronepos autem, & frater nepotis, primigenium gentis ejusdem nomen assumebat; ac dicebatur: exempli gratia, *Antonius*, *Maximus*; nec amplius *Antonianus*, aut *Antoninus*; *Maximianus*, aut *Maximinus*. Inde sunt Gordiani in nummis *Antonii*, numquam *Antonini*: quoniam non ex Antonino Pio Aug. sed ex ipsius fratre *Antonio Pio* genus traxerunt. Ob reverentiam autem Antonini Pii Aug. permanere in sua gente nomen illud, veluti proprium, posteri ejus voluerunt: *Antonini* dici omnes, nemo *Antonius* voluit.

Quoniam igitur Gordianus prior non ex Antonino Pio, neque ex nepote ejus Commodo Pio Felice genus traheret, sed ex Antonio Pio Antonini Pii fratre; idcirco *Pius* ipse, non etiam *Felix*, fuit. Ac vicissim quandoquidem Gordiani & *Antonii* & *Pii* sunt, nec sunt *Antonini*; necesse est eos ex fratre Antonini Pii ortum traxisse, qui nec *Antoninus* esset, sed *Antonius*; & idem tamen æque ac frater, *Pius*. Gordianus autem novissimus, dum se & *Antonium* & *Pium Felicem* inscribit, simul ex Antonio fratre Antonini Pii, & ex ipsomet Antonino Pio oriundum prædicat: ex Antonio quidem, dum se Antonium vocat; ex Antonino Pio autem, cum nepotis ipsius Commodi habet cognomina. *Marci* prænomen habent Gordiani; quoniam illud fuit proprium primogenitorum ex stirpe M. Antonii Triumviri.

Unde autem Africani nomen fuerit Gordianis, hoc schema edocebit.

P. Cor-

P. Cornelius Scipio Africanus Æmilianus,
circiter annum V. C. DC.

Ab isto longe postea prodiit.

Cornelius Paulus. Est enim *Paulus* Æmiliæ gentis cognomen.

DIVA PAVLINA, conjux Maximini Pii Aug. — Corn. Paulus. Conjux, Julia.

Æmilius pater Æmiliani Aug. — Julia Corn. Africana, conjux M. Antonii Pii. — IVLIA CORN. PAVLA, conjux Antonini Elagabali Aug.

M. ANTON. GORDIANVS AVG. AFR. PIVS.
Ex prima uxore Gordia, — Ex Secunda uxore, nepte Commodi Aug.

M. ANT. GORDIANVS AFR. AVG. PIVS. — Æmilia Gordiana Pia Felix, conjux Æmiliani Aug. — M. ANT. GORDIANVS PIVS FELIX AVG.

Prius autem *Africani* cognomen, quam *Pii*, idcirco ponitur, quoniam illud est in Romanis familiis vetustius. Omittitur vero cognomen *Africani* in nummis Gordiani Pii Felicis, quoniam is satis haberet nomen alterum habere a patre, *M. Antonii Gordiani*: a matre alterum, *Pii Felicis*.

IMP. CAES. M. ANT. GORDIANVS AVG. Capite laureato. .)(. In corona laurea, VOTIS DECENNALIBVS, hoc est, qualia fieri solent, cum ad annos decem imperium alicui committitur. Profert hunc nummum Mediobarbus e Museo suo, pag. 337.

Ut supra. .)(. P. M. TR. P. II. COS. P. P. S C. Ipse togatus cum bacillo Imperatorio, quod læva tenet, velato capite, ad aram sacrificat. Est ex ære magno, in Museo nostro. In alio, curru triumphali vectus idem, tenet scipionem Consularem, cujus in apice Aquila Romana est. Eadem epigraphe utraque est.

AYT. KAI. M. ANT. ΓΟΡΔΙΑΝΟC. Capite laureato. .)(. CEΛEYKEΩN TΩN ΠΡΟC TΩ KAΛYKAΔNΩ: & in tabella, quam dextra tenet Dea velato capite & turrito sedens, gestansque læva Cornucopiæ, EΛEYΘEPAC. Ex ære magno, in Thesauro Regio.

AYTO. K. M. ANTΩ. ΓΟΡΔΙΑΝΟC. Capite laureato. .)(. CMYPNAIΩN Γ. NEΩ. ЕПI. TEPTIOY ACIAPXOY. Nummus *Smyrnæorum, qui sunt tertium Neocori, sub Tertio Asiarcha.* Est ex ære maximo, apud D. Abb. De Camps.

AYT. K. M. ANTΩNIOC ΓΟΡΔΙΑNOC CEB. Capite laureato. .)(. Venus Victrix inter duos Cupidines alatos, dextra clypeum tenet, læva pomum. Detrita epigraphe. Est ex ære maximo, in Museo nostro.

AYT. KAI. ANT. ΓΟΡΔΙΑΝΟC. Capite laureato. .)(. Turris. TPAΛΛIANΩN ϚϤ. *Anno* XCVI. Æra ignota: forte ab anno Christi 143. Antonini Pii quinto. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. Foucault.

AYTO. K. M. ANTΩ. ΓΟΡΔΙΑΝΟC. Capite radiato. .)(. EΠIΦANEΩN. Juppiter Serapis sedet. ET. ϚT. *Anno* CCCVI. æræ incipientis ab anno V. C. 736. Vide Chronologiam Veteris Testamenti.

ANTΩNIOC ΓΟΡΔΙΑΝΟC CEBAC. Capite laureato. .)(. CEΛEYKEΩN TΩN ΠΡΟC TΩ KAΛYKAΔNΩ. Duæ Victoriæ tenent in corona quercea, EΛEYΘEPAC. Ex ære magno, apud D. Foucault.

M. ANTΩNIOC ΓΟΡΔΙΑΝΟC CEB. TPANKYΛΛ. CEB. Capita amborum adversa, Gordiani, & Tranquillinæ conjugis. .)(. CEΛEYKEΩN NEΩKOPΩN ΠPΩTΩN. Capita Apollinis ac Dianæ. Seleucenses Ciliciæ sunt. Apud Tristan. tom. 2. pag. 524.

AYTOK. M. ANT. ΓΟΡΔΙΑΝΟΝ. CAB. TPANKYΛΛINAN CEB. Capita amborum adversa. Subintelligitur verbum, *colit.* .)(. AYP. CEΠT. CINΓAPA. *Aurelia Septimia Singara.* Dea turrito capite rupibus insidet, spicas dextra tenet, viro ante pedes in aquis natante: Partho equite cum arcu supercurrente. Quæ omnia situm urbis, ac regionis ubertatem indicant. Ex ære magno, in gaza Regia.

Ejusdem: .)(. EΠI CTP. AYP. CYMΦEPONTOC. KYMAIΩN. *Sub Prætore Aurelio Sympheronte.* Nummus *Cumæorum Asiæ.* ET. B. Anno *secundo* Gordiani, qui incipit autumno anni hujus.

Ejusdem. .)(. MHTPO. KAICAP. B. N. *δὶς νεωκόρ.* *Metropoleos Cæsareæ* Cappadociæ, *iterum Neocoræ.* ET. A. *Anno primo* Gordiani, qui desinit hujus anni mense Septembri.

Ejusdem. .)(. AYΓOYCTANΩN. ET. BKC. Vide Nummos Populorum & Urbium.

IMP. GORDIANVS AVG. Capite laureato. .)(. C. R. I. F. S. *Colonia Romana Julia Felix Sinope.* AN. CCCVIII. Vide Nummos Populorum & Urbium.

AYT. K. M. ANTΩNIOC ΓΟΡΔΙΑNOC CEB. Π. Π. Πατὴρ Πατρίδος, *Pater Patriæ.* Capite radiato. .)(. TAPCOY MHTPOΠOΛEΩC. AMKΓB. Ἀμφοτέρας Κιλικίας Γερουσίας βουλῇ. *Tarsi metropoleos. Utriusque Ciliciæ Senatusconsulto.* Est ex ære magno, Romæ apud Joan. Vignolum.

Numismata Sabiniæ Tranquillinæ, quæ conjux Gordiani P. F.

SABINIA TRANQVILLINA AVG. Caput Tranquillinæ. .)(. CONCORDIA AVGG. *Concordia Augustorum*, Gordiani & Tranquillinæ. Ambo dextras jungunt. Nummus ex argento eximius, in Cimelio P. Chamillart.

Ut supra. .)(. CONCORDIA AVGG. Dea sedet cum patera, & gemino Cornucopiæ. SC. Vidi ex ære magno. Perrari sunt nummi Tranquillinæ. Itaque artifices Romanæ historiæ, Gordiani conjugem suo appellare nomine veriti sunt, ne falsi aliquando arguerentur, si nummi occurrerent, quibus care-

carebant. Patris tantummodo ipsius nomen finxerunt: in quo nihil periculi visum est esse: siquidem soceri Augustorum in nummis eo nomine locum non habent. Sed finxerunt adeo ominosum & triste, ut vix credi possit ab ullo parente datum fuisse liberis suis. Nam cum ethnicum esse illum constaret, exinde Misitheum, Μισίθεον, hoc est, Dei osorem, vocabulo ad tragœdiam & theatrum accommodato, appellarunt. Nec refert, quod in pæne jam fracto sub manu lapicidæ lapide Romæ legi Gruterus testatur, pag. ccccxxxix, 3. MISITHEO PARENTI PRINCIPVM P. R. TVTORI REIP. S P Q R. Nam & illa per se insulsa inscriptio est; quæ parentem principum Populi Romani socerum Principis vocet: cum nec socer quidem sit parens; nec Augustus sit Princeps Populi Romani, sed Princeps Senatus dumtaxat & civitatis: nec denique Augusta sit *Princeps*. Decerpta autem ea inscriptio est ex Capitolino, ac deinde insculpta lapidi, ab aliquo impostore, pecuniæ forte colligendæ spe.

SABINIA TRANQVILLINA AVG. Caput Tranquillinæ.)(. FELICITAS TEMPORVM. Dea stans, tenet dextra caduceum, læva Cornucopiæ. S C Ex ære magno.

ΦΟΥΡ. ΤΡΑΝΚΥΛΛΙΝΑ CEB. *Furia Tranquillina Aug.*)(ΕΠΙ ΑΡΙCΤΟΝΕΙΚΟΥ. ΓΕΡΜΗΝΩΝ. Apollo stat cum cithara. Vide Nummos Populorum & Urbium. Nummum hunc edidit Vir Cl. Otho Sperlingius. Nomen integrum Tranquillinæ est, *Furia Sabinia Tranquillina*: non, ut in falsa inscriptione apud Gruterum, pag. cclxxii, 7. FLAVIA VALERIA TRANQVILLINA Occurrit in nummis Pergamenorum sub Augusto, M. FVRIVS Sacerdos & Asiarcha. Et apud Patinum, in famil. pag. 117 L FVRI. CN. F. & P. FOVRIVS, aliique.

Φ. CABEINIA ΤΡΑΝΚΥΛΛΙΝΑ CEBACTH. .)(. AMICOY. Neptunus cum tridente. In Gaza Regia.

ΦΟΥΡΙΑ CABEINIA ΤΡΑΝΚΥΛΛΙΝΑ CEB.)(. CAMIΩN. Serapis stans, cum temone & Cornucopiæ. Est ex ære magno, apud P. CHAMILLART.

CAB ΤΡΑΝΚΥΛΛΙΝΑ CEB. Caput Serapidis: e regione caduceus & lauri ramus: pacis per victoriam partæ symbolum L. B. *Anno secundo*, qui autumno anni hujus incipit. Ex ære mediocri, ibidem.

SABINIA TRANQVILLINA A. .)(. COL. IVL. AVG. PELLA Dea sedens. Vidi hunc ex ære nummum, apud D. BEGON.

Anno Christi 239. V. C. 992. Gordiani P. F. 2.

IMP. CAES. M. ANT. GORDIANVS AVG. Capite laureato .)(. LIBERALITAS AVG. II. S C. *Liberalitas Augusti secunda.* Dea stat cum tabella & Cornucopiæ. Est ex ære magno & ex argento, in Museo nostro.

Ut supra .)(. IOVI CONSERVATORI. S C. Juppiter stat cum hasta, dextra fulmen tenet: sub pallio Jovis & fulmine, exigua admodum statura togatus Imperator stat. Est ex ære magno, apud P. CHAMILLART.

Ut supra. .)(. ROMAE AETERNAE. Sedet galeata, dextra Victoriam, læva sceptrum tenet. S C. Ex ære magno, & ex argento, ibidem.

Ut supra. .)(. PROVIDENTIA AVG. Dea cum sceptro, dextra tenet orbem Romanum. S C. Ex ære magno, ibidem.

Ut supra. .)(. ABVNDANTIA AVG. S C. Dea ex Cornucopiæ nummos effundit. Ex ære magno, ibidem.

Ut supra. .)(. FIDES MILITVM. S C. Dea cum sceptro stans, tenet signum militare. Ex ære magno, ibidem.

IMP. GORDIANVS PIVS FEL. AVG. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. III. COS. P. P. S C. Stat ipse laureato capite, paludatus, læva tenens bacillum Imperatorium, dextra orbem Romanum. Est ex ære magno, in Museo nostro.

Ut supra. .)(. P. M. TR. P. III. COS. P. P. Imperator in equo, dextra elata. Argenteus, apud P. CHAMILLART.

Ut supra. .)(. ADLOCVTIO AVGVSTI. S C. E suggesto cohortes adloquitur. Ex ære maximo in Gaza Regia: ex ære magno, apud Occonem.

Ut supra. .)(. TRAIECTVS AVG. Imperator cum militibus, Victoria præeunte, pontem transit structum navigiis, Rheno Danubiove impositum. Est ex ære mediocri, in Thesauro Regio.

Ut supra. .)(. VICTORIA GORDIANI AVG. Victoria gradiens cum palma & corona. Argenteus ibidem.

ΦΟΥΡ. CAB ΤΡΑΝΚΥΛΛΙΝΑ CEB. .)(. ANTIOXEΩN MHTPO, KOΛΩN. Genius civitatis. Δ. E. Δήμω εὐχῇ, *Populi rogatu*. S C. *Senatusconsulto*. Est ex ære magno.

Anno Christi 240. V. C. 993. Gordiani P. F. 3.

Kalendis Januariis (licet Fasti repugnent) Consulatum II. init Gordianus.

IMP. GORDIANVS PIVS FEL. AVG. Capite radiato. .)(. Dea stat cum tabella & Cornucopiæ. LIBERALITAS AVG. III. Est argenteus in Museo nostro: ex ære magno, apud P. CHAMILLART. De his Gordiani largitionibus silent historici.

Ut supra .)(. P. M. TR. P. III. COS. II. Currus triumphalis junctus quadrigis, in quo Imperator a Victoria coronatur: ipse scipionem Consularem tenet, in cujus apice Aquila Romana est. Argenteus est e Gaza Regia: cusus hoc anno ante Natalem Urbis.

Ut supra. .)(. Roma galeata sedet: dat orbem Romanum regendum Gordiano stanti togato: retro miles adstat. Nota, semper sedente Roma Imperatorem stare. PONTIF. MAX. TR. P. III. COS. II. Apud Patin. pag. 368. Cusus & hic ante Natalem Urbis.

Ut supra. .)(. P. M. TR P. III. COS. II. P. P. Dea sedet, dextra orbem Romanum, læva ramum oleæ tenet. Argenteus, in Museo P. CHAMILLART: Cusus pariter ante Natalem Urbis.

Ut supra; effigie Gordiani pectore tenus, capite laureato .)(. PONTIFEX MAXIMVS. TR. P. IIII. COS. II. P. P. Imperator in curru triumphali juncto quadrigis a Victoria coronatur: gestat ipse lauri ramum, & simul scipionem Consularem. Est ex ære maximo in gaza Regia.

Ut supra. .)(. P. M. TR. P. IIII. COS. II. P. P. S C. Pax vel Securitas sedet, cubito lævo innixa solio, dextra ramum oleæ tenet. Ex ære magno, in Museo nostro.

Ut supra.)(. P. M. TR P. IIII. COS. II. P. P. S C. Ipse paludatus cum hasta incedit; sinistra tenet orbem Romanum. Ex ære magno, in Museo P. CHAMILLART: argenteus, in nostro.

Ut supra. .)(. Inscripti varie nummi: IOVI STATORI. IOVIS STATOR. MARS PROPVGNATOR. MARTEM PROPVGNATOREM. FELICITAS TEMPORVM. PAX AETERNA SECVRITAS AVG. SECVRITAS PERPETVA. VICTORIA AETERNA. VIRTVTI AVG. AETERNITATI AVG. &c. Omnes ex ære magno, in Cimelio P. CHAMILLART. Significatur autem postremo

tremo isto, qui AETERNITATI AVG. inscribitur, Æternitas domus Augustæ, quæ ab Augusto Cæsare usque ad Gordianum P. F. propagata sit, & cum Sole sit perpetuo duratura. Nam in eo nummo sculpta idcirco Solis effigies est, dextra elata, sinistra tenentis orbem Romanum.

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΝΤΩΝΙΟϹ ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ. Capite laureato.)(. ΠΟΜΠ. ΓΑΔΑΡΕΩΝ. *Pompeianorum Gadarensium.* ΓΤ. *Anno* CCCIII. Triremis cum remigibus, felicitatis Augusti vel Imperii symbolum. Est ex ære mediocri in gaza Regia, & in Cimelio D. FOUCAULT. Sub Principe *Pio Felice* audacter se *Pompeianos* esse Gadarenses prædicant.

ΑΥ. ΚΑΙ. ΑΝΤ. ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ. Capite laureato.)(. Urbis Genius, cujus capiti mons Argæus impositus est. ΜΗΤΡΟΠ. ΚΑΙϹ. Β. Ν. Δ. *Cæsarea metropolis iterum Neocora, anno quarto.* Apud Patin. pag. 375. Cæsarea Cappadociæ est, monti Argæo imposita. In alio ex ære mediocri, apud D. FOUCAULT, est ΕΤ. Δ. ἔτυς τετάρτυ

Ejusdem.)(. ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ. ϹΤ. ΑΙΛ. ΑΝΤ. ΤΑ. *Hypæpenorum* nummus. Στρατηγῦ Αἰλίυ Ἀντωνίυ Τατιανῦ. *Prætore Ælio Antonio Tatiano.* ΕΤ. Δ. *Anno quarto.* Templum, in quo Venus aut Juno. Est ex ære mediocri, in gaza Regia. Vide Nummos Populorum & Urbium.

Ejusdem.)(. Trophæum: ad cujus pedes, captivi duo sedent. L. Δ. *Anno quarto.* Apud Patin. pag. 377.

IMP. CAES. M. ANT. GORDIANVS AVG. COS. II. Capite laureato.)(. COL. IVL. AVG. FEL. BER. *Berytus.* Apud Patin. pag. 369. ex ære mediocri. Vide Nummos Populorum & Urbium.

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΝΤ. ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Capite laureato.)(. ΑΥΤ. ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ΑΒΓΑΡΟϹ ΒΑϹΙΛΕΥϹ. *Imp. Gordianus: Abgarus rex.* Imperator læva tenet orbem Romanum: Abgarus Parthorum regulus lævam ensi, dextram tiaræ admovet: veluti in se suscipiens pro virili orbem Romanum conjunctis viribus animisque cum Gordiano tutandum. Ex ære mediocri, apud Patin. pag. 378.

ΑΝΤ. ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ. Capite laureato.)(. ΑΒΓΑΡΟϹ ΒΑϹΙΛΕΥϹ. Ipse pectore tenus, cum tiara Parthica, vel Armena, quasi Pontificia mitra. Est apud D. BEGON.

ΑΥΤΟΚ. Κ. Μ. ΑΝΤ. ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Capite laureato.)(. ΑΥΤΟΚ. ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ, ΑΒΓΑΡΟϹ ΒΑϹΙΛΕΥϹ. Gordiano sedenti cum hasta, Abgarus stans & mitratus, bacillum Imperatorium læva gerens, dextra Victoriam porrigit. Fœderatum regem hæc symbola significant. Est ex ære magno apud P. CHAMILLART.

Anno Christi 241. V.C. 994. *Gordiani P. F.* 4.

IMP. GORDIANVS PIVS FEL. AVG. Capite laureato.)(. P. M. TR. P. V. COS. II. P. P. Pax sedet cum ramo oleæ. Argenteus, & cum S C. ex ære magno, in Museo nostro.

Ut supra.)(. P. M. TR. P. V. COS. II. P. P. Stans laureato capite, paludatus, cum hasta transversa, læva orbem Romanum tenet. S C. Est ex ære mediocri, ibidem.

Ut supra.)(. LIBERALITAS AVG. IIII. Dea stat cum tabella & Cornucopiæ. Est argenteus, apud P. CHAMILLART.

Ut supra.)(. P. M. TR. P. V. COS. II. Circus cum triplici obelisco, quadrigis, Victoriis, variis certaminum generibus. Est ex ære maximo nummus suspectus.

Ut supra.)(. MVNIFICENTIA GORDIANI AVG. Taurus & elephas in Amphitheatro dimicant. Nummus ex ære maximo pariter suspectus.

Ejusdem.)(. C. R. I. F. S. *Colonia Romana Julia Felix Sinope.* ANNO CCCX. Vide Nummos Populorum & Urbium.

Μ. ΑΝΤ. ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ΑΥΓ. *Αὔγυστος.* Capite Gordiani laureato, Serapidis ex adverso, cum Cornucopiæ.)(. ΟΔΗϹϹΕΙΤΩΝ. Imperator stans cum hasta, ante aram, dextra pateram tenet. Ε. *Anno quinto.* Est apud Patinum, pag. 370.

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΝΤΩΝΙΟϹ ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ΑΥΓ. Caput laureatum, cum Serapidis capite ex adverso.)(. ΥΠ. ΜΗΝΟΦΙΛΟΥ. *Sub Menophilo* Prætore. ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Stat Imperator galeatus cum hasta & clypeo. Ε. *Anno quinto.* Ibidem.

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ. Capite Gordiani laureato, ut supra, & Serapidis ex adverso. Sed vel Patini vel sculptoris vitio scriptum est ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ pro ΑΝΤΩΝΙΟϹ. Quamvis Gordianus Pius Felix, ut pronepos Commodi Antonini, dici potuerit fortassis etiam ipse *Antoninus.* ΔΙΟΝΥϹΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Serpens erectus & spiris convolutus. Ε. *Anno quinto.* Ibidem. Eadem forma urbes Thraciæ nummos cudunt hoc anno.

Α. Κ. Μ. ΑΝΤ. ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ЄΥ. Capite laureato.)(. Aquila gestat rostro coronam. L. Є. *Anno quinto.* Ex ære mediocri, apud P. CHAMILLART.

De nummo ΑΙΓΕΑΙΩΝ ΗΠϹ. vide Nummos Populorum & Urbium.

Anno Christi 242. V.C. 995. *Gordiani P. F.* 5.

IMP. GORDIANVS PIVS FEL. AVG. Capite radiato.)(. P. M. TR. P. VI. COS. II. P. P. Stans laureato capite, dextra hastam transversam tenet, læva orbem Romanum. Argenteus, in Museo nostro.

Ut supra.)(. P. M. TR. P. VI. COS. II. P. P. S C. Pax vel Securitas sedet, cubito lævo innixa solio, dextra tenet ramum oleæ. Ex ære magno, ibidem.

ΑΥΤΟΚ. Κ. Μ. ΑΝΤ. ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Capite laureato.)(. ΛΕΥΚΑΔΙΩΝ. ΔΟϹ. *Anno* CCLXXIV. æræ ab Asia per Augustum Cæsarem recepta. Vide Chronologiam Veteris Testamenti.

Ejusdem.)(. L. Ϛ. *Anno sexto.* Aquila Romana rostro coronam gerit. Est in Thesauro Mauroceni, pag. 134.

ϹΑΒΙΝ. ΤΡΑΝΚΥΛΛΙΝΑ Ϲ. σεβαστή.)(. ΜΗΤΡΟ. ΚΑΙϹΑΡ. Β. ΝΕ. *Mons Argæus.* Infra, ΕΤ. Ϛ. Est ex ære mediocri, quem ex Oriente allatum vidi cum D. DE BOZE.

Anno Christi 243. V.C. 996. *Gordiani P. F.* 6.

IMP. GORDIANVS PIVS FEL. AVG. Capite laureato.)(. P. M. TR. P. VII. COS. II. P. P. S C. Mars gradiens cum hasta & spoliis. Ex ære magno, apud P. CHAMILLART.

Α. Κ. Μ. ΑΝΤ. ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ΕΤ. Capite laureato.)(. Aquila rostro gestat coronam. L. Ζ. *Anno Septimo.* Ex ære mediocri, ibidem.

ΑΥ. ΚΑΙ. Μ. ΑΝΤ. ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ. Capite laureato.)(. Mensa, ex qua spicæ sex emicant. ΜΗΤΡ. ΚΑΙ. Β. ΝΕ. *Metropolis Cæsarea* Cappadociæ, *iterum neocora.* ΕΤ. Ζ. Ex ære mediocri, quem allatum ex Oriente vidi cum D. DE BOZE.

Sabiniæ Tranquillinæ.)(. L. Ζ. *Anno septimo* Gor-

Gordiani; qui more Græco incipit autumno hujus anni. Caput Solis radiatum. In Thesauro Mauroceni, pag. 136.

Ejusdem Tranquillinæ.)(ΜΗΤΡΟΠ. ΚΑΙC. B. NE. ut in Gordiano. Canistrum spicis plenum. In media nummi area, L. Z. *Anno septimo.* Est apud D. Vaillant: qui tamen haud recte ex eo colligit, fuisse Tranquillinam Gordiano superstitem.

ΑΥ. Κ. Μ. ΑΝΤ. ΓΟΡΔΙΑ. Capite laureato.)(. . . . ΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Roma sedet galeata, Aquilam Romanam dextra gerit, læva bacillum Imperatorium. Latere dextro nummi, Z. *Anno septimo.* Est ex ære mediocri, in Museo nostro.

De nummis coloniæ Viminacii, dicam post annum Christi 252. Hactenus de Gordiano. . . . . . Die sabbati, 13. Febr. anni 1700.

M. IVL. PHILIPPVS PIVS.

Natali Urbis anno 997. Christi 244. Gordianus Imperator, post annos septem Tribuniciæ Potestatis, & post annos quinque, ex quo solus cedente Maximino tenuit principatum, magistratu abiit: delatumque imperium est ad annos pariter quinque Philippo ex Antonia & Julia gente, ut fuerat ex Antonia Gordianus. Simul ille Tribuniciam Potestatem accepit, & Pontificatum Max. & titulum P. P. suffectusque est Consul in alterius locum. Hinc fastos & inscriptiones falsi coargue.

STEMMA PHILIPPI IMP.

& domus ejus Augustæ, ex solis nummis antiquis.

Si nomina solum spectes, quæ nummi veteres offerunt, videtur hoc stemma fuisse Philippi utriusque Aug. sane prænobile, propter quod nummi amborum leguntur inscripti, NOBILITAS AVG. & NOBILITAS AVGG. & Philippus filius, primus Cæsarum, *Nobilissimus Cæsar* est appellatus.

Stemma Philippi paternum.

Marcius Philippus, cui genus ab Anco Marcio, rege Romanorum. — Otacilius.

Marcius Philippus. — Otacilius: Conjux, Severa: filia Septimii Severi Aug.

Marcius Philippus. Conjux, Julia Maxima Pia, soror Maximini Pii Aug. quæ prius nupserat patri Pupieni Aug. — Marcia. — Otacilius Severus. Conjux, Marcia, soror Marcii Philippi.

M. IVL. PHILIPPVS PIVS AVG. — MARCIA OTACILIA SEVERA AVG. Consobrina fuit mariti sui.

M. IVL. PHILIPPVS PIVS AVG. Philippi Aug. & Otaciliæ F.

Stemma Philippi maternum.

Antonius Pius, frater Antonini Pii Aug.

Hujus pronepos — Hujus proneptis.

Ant. Jul. Maximinus Pius, pater Maximini Pii Aug. — Ant. Julia Maxima Pia, conjux Pupieni: & secundis nuptiis, Marcii Philippi. — *Vide stemma a me descriptum in Antonino Soæmiadis F.*

Ex Pupieno, — Ex Marcio Philippo,

M. CLOD. PVPIENVS MAXIMVS PIVS AVG. — M. IVL. PHILIPPVS PIVS AVG.

Sic erant fratres uterini, M. Pupienus & M. Philippus, Augusti: consobrini autem, Julius Maximinus Pius, & Julius Philippus Pius: ille, quem Thracem; & iste, quem Arabem fecerunt fabulatores.

Hic *Marcus Julius* ex matre fuit, *Philippus* ex patre. Est enim idem dicere, *M. Julius*, atque *Antonius Julius.* Esset autem odiosum ac superbum Antonii nomen præponere Julii nomini; siquidem solum Julii nomen jus tribuit ad principatum: at præponi prænomen ratio & usus postulat.

Quod ad Philippi cognomen attinet, proprium illud gentis Marciæ fuit; quæ originem suam repetebat ab Anco Marcio Rege Romanorum. Testis ille nummus ex argento, apud Patinum in famil. pag. 165. & in Museo nostro: in quo nummo caput est diadematum, cum lituo, & nomine, ANCVS. In contraria parte, PHILIPPVS: cum aquæ ductu, in quo scriptum est, AQVA MAR. *Aqua Marcia.* Et in alio, pag. 168. ANCI MARCI. &c. Itaque cum & Philippus, & conjux ejus Marcia, ad Ancum Marcium referrent originem suam; idcirco in nummis Philippi utriusque legitur, NOBILITAS AVG. & NOBILITAS AVGG. Merito sane; siquidem regiam originem haberet Philippus filius, paterno maternoque sanguine, & nobilitatem annorum amplius mille. Nobilitas etiam Philippi patris ex materna gente æque ac paterna fuit. Siquidem natus ex Julia Maxima Pia est, nepte Antonii Pii, qui frater Antonini Aug. Pii fuit. Itaque & familiam in se Antoniam, Marci prænomine; & nomine *Julii*, Juliam, & *Philippi* cognomine, Marciam; & altero *Pii*, Pompeiam repræsentabat. En quem historiæ Romanæ artifices *Arabem* esse finxerunt, *humillimo ortum loco, patre nobilissimo latronum ductore.* Cur iidem autem de Marcia conjuge siluerunt?

Magnum nomen *Philippi* fuit, ob eam quam ex nummis discimus gentis illius nobilitatem pervetustam. Et vide etiam quam sim in conjectando audax.

Nullus fere dubito, quin primus Regum Francorum, qui *Philippus* dictus est, id nomen habuerit ex matre, orta, post longam posterorum sobolem, ex Philippo isto Imperatore; volueritque illud æque ac avitum *Ludovici*, dari nepotibus: ita ut primogenitus nomen haberet avi sui; patris nomen, secundo genitus: & e duobus liberis alter Philippus esset, alter Ludovicus. Nam istud certe constantissime video fuisse observatum in regia familia per annos ducentos quinquaginta: Et in illustribus familiis, ut Marcos a Marcis, & Cæsares a Cæsaribus, & Pios ex Piis, & Ludovicos reges ex regibus Ludovicis; (nulli sunt enim in Angliæ regibus aut Hispaniæ *Ludovici*:) sic Philippos ex Philippis ortos esse oportet: nec denique inter Philippum Imp. & Philippum I. regem Francorum, *Philippus* aliquis alter occurrit in ullo tractu terrarum: nullus proinde alius, qui hoc nomen transmittere in Regum Francorum familiam potuerit, in qua multo vetustius, quam in alia quacumque est. Sed ad Philippum Imp. revertamur.

Fuit ille etiam *Pius*, quippe ortus ex Maxima Pia, ut dixi: idem tamen jure ac vi natalium *Felix* non fuit: quia non fuit ortundus ex stirpe Commodi Pii Felicis. Sed ex adulatione datur ei titulus iste in nummis quibusdam, in primis coloniarum, ob res ab eo feliciter anno uno gestas. Unde nec illud ei cognomen tribuitur primis principatus annis, nec transmisit illud ad filium: (Nam Philippus filius ne semel quidem *Felix* appellatur:) nec denique ipse hunc titulum habet, nisi in nummis anni unius, nempe quarti.

Anno Christi 244. V. C. 997. Philippi 1.

Numismata Philippi patris.

IMP. M. IVL. PHILIPPVS AVG. Capite radiato. .)(. VICTORIA AVG. *Victoria* gradiens cum palma & corona. Argenteus, e Museo nostro.

Ut supra. .)(. FIDES MILITVM. Dea stans tenet signa militaria duo. Argenteus, ibidem. Capite laureato, cum S C. ex ære magno, apud P. CHAMILLART.

Ut supra. .)(. FIDES EXERCITVS. Quatuor signa militaria. S C. Ex ære magno ibidem, & in Museo nostro.

Ut supra. .)(. VOTIS DECENNALIBVS, in corona laurea. S C. Ex ære magno, apud D. FOUCAULT.

IMP. C. M. IVL. PHILIPPVS AVG. Capite laureato. .)(. ADVENTVS AVG. Imperator in equo, cum hasta, dextra elata. Argenteus.

Ut supra. .)(. PIETAS AVGG. Capita Otaciliæ, & Philippi filii, adversa. *Pietas* hic dicitur, amor & caritas mutua parentum ac liberorum. Est argenteus, in gaza Regia.

IMP. M. IVL. PHILIPPVS AVG. Capite radiato. .)(. Dea stat cum tabella & Cornucopiæ. LIBERALITAS AVG. Argenteus, ibidem.

Ut supra. .)(. P. M. TR. P. COS. P. P. Ambo Philippi paludati incedunt; pater dextra commonstrat viam, læva hastam tenet: milites tres subsequuntur. Nummus ex ære maximo, apud D. Vaillant; sed nobis suspectus.

ΑΥΤΟΚ. Κ. Μ. ΙΟΥΛ. ΦΙΛΙΠΠΟΣ ΣΕΒ. Capite radiato. .)(. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟ. ΚΟΛΩΝ. Δ Ε. S C. Caput turritum ac velatum, argumento metropoleos ac libertatis, cum ariete supercurrente. Est ex ære magno, apud P. CHAMILLART.

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΙΟΥΛΙΟΣ ΦΙΛΙΠΠΟΣ ΣΕΒ. Capite laureato. .)(. ΚΩΡΥΚΙΩΤΩΝ ΑΥΤΟΝΟΜ. Dea stans cum temone. Ex ære magno, allatum ex Oriente vidi.

ΑΥΤ. Κ. ΙΟΥΛ. ΦΙΛΙΠΠΟΣ. Μ. ΩΤ. ΣΕΒΗΡΑ. *Imp. Cæsar Julius Philippus: Marcia Otacilia Severa.* Capita duo adversa. .)(. ΜΕΣΑΜΒΡΙΑΝΩΝ. Isis cum patera & Cornucopiæ. Apud Patinum, ex ære mediocri.

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΙΟΥΛ. ΦΙΛΙΠΠΟΣ. Capite laureato. .)(. Imperator laureato capite in equo, dextra elata. ΕΠΙ ΣΤΡ. ΣΩΚΡΑΤΟΥΣ ΑΡΧ. Α. ΑΔΡΙΑΝΟΘΗΡΕΙΤΩΝ. Ex ære maximo in gaza Regia. Vide Nummos Populorum & Urbium.

Ejusdem. .)(. L. A. *Anno primo*, qui more Græco incipit autumno anni hujus. Est in Thesauro Mauroceni, pag. 136.

Marciæ Otaciliæ Severæ, quæ conjux Philippi.

MARCIA OTACIL. SEVERA AVG. Caput Marciæ. PIETAS AVGG. *Pietas Augustorum*, Philippi & Severæ. S C. Pietas velata stat ante aram. Est ex ære magno, in Museo nostro. A Septimio Severo etiam genus ducere Marciam Otaciliam Severam, videtur indicare nummus Nisibensium, de quo diximus in libro De Nummis Populorum & Urbium, verbo NISIBIS. *Marcia* familia illustris fuit, ex qua postea & MARCIANVS AVG. nomen habuit.

Ut supra. .)(. PIETAS AVGVSTAE. S C. Dea stat, dextra extenta, sinistra thecam thuris gestat. Ex ære magno, ibidem. In alio apud P. ALBARET argenteo, PIETAS AVGVSTE, per E, pro AVGVSTAE.

Ut supra. .)(. PVDICITIA AVG. S C. *Pudicitia Augustæ.* Dea sedet, dextra vultui velum obducit. Ex ære magno, in Museo nostro.

Ut supra. .)(. CONCORDIA AVGG. *Concordia Augustorum*, Philippi & Severæ. S C. Dea sedet, cum patera, & gemino Cornucopiæ. Ex ære magno, ibidem.

MARC. OTACILIA SEVERA. Caput Severæ. .)(. MARC. OTACILIA SEVERA. Caput idem iterum ipsius. Argenteus in gaza Regia.

M. OTACIL. SEVERA AVG. Caput Severæ. .)(. IVNO CONSERVAT. *Juno Conservatrix.* Dea stat cum hasta & patera. Argenteus, apud P. CHAMILLART.

M. OT. SEVERAE AVG. M. C. *Marciæ Otaciliæ Severæ Augustæ, Matri Cæsaris*; ut verius videtur, quam *Matri Castrorum*. .)(. COL. SER. G. NEAP. *Colonia Servii Galbæ Neapolis*. Est apud Patinum, pag. 385. a nemine adhuc intellectus. Vide Nummos Populorum & Urbium.

Ejusdem. .)(. L. A. *Anno primo*, qui more Græco incipit autumno anni hujus. Caput Romæ. Est in Thesauro Mauroceni, pag. 137.

Philippi Cæsaris, qui filius Philippi Aug.

M. IVL. PHILIPPVS NOB. CAES. *Nobilissimus Cæsar.* Capite nudo. .)(. PIETAS AVGG. Instrumenta Pontificalia. *Pietas* Philippi patris & Severæ Aug. commendatur, qui filium suum Cæsarem Pontificem esse voluerint. Est argenteus in Museo nostro. Nunc primum *Nobilissimi* titulus Cæsari datus occurrit. Quoniam esset Philippus nimirum e gente Julia, Antonia, Pompeia, & Marcia. *Nobilissimus Cæsar* appellatur is, qui præter Cæsaream, habet a majoribus aliam etiam nobilitatem insignem. Neque enim *Nobilissimus* dicitur, quia *Cæsar*: sed *Nobilissimus* prius quam *Cæsar*: hoc est, nobilitatis inclytæ jamdudum a majoribus, priusquam hi cum Cæsaribus affinitate jungerentur.

M. IVL.

M. IVL. PHILIPPVS CAES. Capite nudo.)(. PRINCIPI IVVENTVTIS. Ipse nudo capite stat paludatus, dextra hastam, orbem Romanum læva tenet. S C. Ex ære magno, in Museo nostro. In alio ibidem, hastam inversam læva tenet, orbem dextra: epigraphe, PRINCIPI IVVENT.

Ut supra.)(. PRINCIPI IVVENT. Incedit ipse cum hasta, milite comitante. Est argenteus, apud P. Chamillart. Miles paludatus cum galea & clypeo adjunctus comes Cæsari pariter paludato, quid sit *IVVENTVS*, in nummis inscriptis PRINCIPI IVVENTVTIS, admonet.

Ut supra.)(. PRINCIPI IVVENT. Ipse hastam læva tenet, dextra signum militare. Argenteus, in Museo nostro.

Ut supra.)(. IOVI CONSERVATORI. Juppiter cum hasta & fulmine. Argenteus, in Cimelio P. Chamillart.

Anno Christi 245. V. C. 998, *Philippi* 2.

IMP. M. IVL. PHILIPPVS AVG. Capite laureato.)(. SALVS AVG. S C. Dea Salus ex patera pascit serpentem, qui ex ara Æsculapio sacra emicat. In Museo nostro, ex ære magno.

IMP. C. M. IVL. PHILIPPVS AVG. Capite laureato.)(. P. M. TR. POT. II. COS. P. P. S C. Sedet ipse togatus, orbem Romanum dextra, læva tenet bacillum Imperatorium. Ex ære magno ibidem.

Ejusdem.)(. L. B. Caput Jovis laureatum. *Anno secundo*, qui incipit autumno anni hujus, more Græco. Est apud Patinum, ex ære mediocri, pag. 384.

MARC. OTACIL. SEVERA. Caput Severæ.)(. PIETAS AVG. N. *Pietas Augusti nostri.* Philippi Imp. pietas erga egenos hoc loco commendatur. Stat Dea stolata, hastam puram transversam tenet; dextra panem ostendit, quem ab ea poscit egenus ad pedes positus. Est hic argenteus. Erit fortassis qui legi malit, *Pietas Augustæ nostræ*.

Anno Christi 246. V. C. 999. *Philippi* 3.

Kalendis Januariis, Philippus filius salutatur Augustus, in Oriente.

IMP. M. IVL. PHILIPPVS AVG. Capite radiato.)(. P. M. TR. P. III. COS. P. P. Pax stat cum caduceo & Cornucopiæ. Argenteus in Museo nostro. Est & ex ære magno apud P. Chamillart, cum litteris S C. & capite radiato.

IMP. CAES. M. IVL. PHILIPPVS AVG. Capite laureato.)(. P. M. TR. P. III. COS. P. P. Ambo Philippi sacrificant ad aram pro templi foribus. Ex ære maximo, sed suspectus.

A. K. M. IOY. ΦΙΛΙΠΠΟϹ ЄY. CEB. *Pius Aug.*)(. Dea stans, sinistra tenet Cornucopiæ, dextra libram. L. Γ. *Anno tertio*, qui more Græco incipit autumno anni hujus. Est ex ære mediocri, in Museo P. Chamillart.

Ejusdem.)(. L. Γ. Aquila Romana, palmæ ramum alis, rostro coronam gerit. In alio, L. Γ. Annona, sive Ubertas, in navi, cum temone. Uterque ex ære mediocri, apud Patin. pag. 384.

Severæ.)(. L. Γ. *Anno tertio.* Roma sedens. In Thesauro Mauroceni, 137.

Philippi filii:)(. L. Γ. *Anno tertio* Philippi patris. Ibidem, pag. 138.

M. IOYΛ. ΦΙΛΙΠΠΟϹ AYΓ. *Augustus.* Capite radiato Philippi filii.)(. Juppiter stat cum hasta & patera: ad pedes, aquila. ΕΠΙ AYP. ΔΙΟΝΥϹΙΟΥ ΠΡ. ΑΡΧ. ΜΙΔΑΕΩΝ. *Sub Aurelio Dionysio, primo Prætore Midaënsium.* Latere dextro nummi, B. *Anno secundo*, qui cœptus est more Græco ab autumno anni superioris. Vide cum D. de Boze nummum hunc ex ære mediocri, allatum ex Oriente.

Anno Christi 247. V. C. 1000. *Philippi* 4.

Kalendis Januariis creantur Consules Philippus pater II. & Philippus filius: & iste in Occidente etiam Augustus salutatur, die Natali Urbis.

IMP. C. M. IVL. PHILIPPVS P. F. AVG. P. M. Capite radiato.)(. PAX FVNDATA CVM PERSIS. Dea Pax stans stolata, læva sceptrum gerit; dextra ramum oleæ ostentat. Argenteus in Museo nostro. Quemadmodum Cyri ætate, quando Crœsum is superavit; ita isto Philippi ævo, in fines imperii, ac fortassis in ipsam minorem Asiam, incursiones Persæ fecerunt.

IMP. M. IVL. PHILIPPVS AVG. Capite radiato.)(. PAX AETERNA. Dea Pax, ut proxime. Argenteus ibidem: ex ære magno, cum litteris S C. & capite laureato, apud P. Chamillart.

Ut supra.)(. SECVRIT. ORBIS. Dea sedet cum sceptro, brachio lævo sedi innixo, manu sinistra capiti imposita. Argenteus, in Museo P. Chamillart. Similis est aureus Otaciliæ, in Thesauro Regio.

IMP. PHILIPPVS AVG. Capite radiato.)(. In corona laurea, FELICITAS IMPP. *Felicitas Imperatorum*, utriusque Philippi. Ob pacem feliciter cum Persis fundatam, prædicatur *felicitas Imperatorum*, Philipporum, & in quibusdam nummis idcirco FELIX pater cognominatur. Est hic argenteus ibidem, & in Museo nostro.

IMP. C. M. IVL. PHILIPPVS P. F. AVG. P. M. Capite radiato.)(. SPES FELICITATIS ORBIS. Dea Spes florem ostentat. Argenteus, ibidem.

IMP. IVL. PHILIPPVS PIVS FEL. AVG. Capite radiato.)(. VIRTVS EXERCITVS. Stat Imperator galeato capite, cum hasta & clypeo. Argenteus, apud P. Chamillart.

IMP. M. IVL. PHILIPPVS AVG. Capite radiato.)(. Imperator in equo, dextra elata, cum hasta pura: redux ex iis locis, ubi pacem fundarat cum Persis. ADVENTVS AVGG. *Adventus Augustorum* duorum. Argenteus e Museo nostro: ex ære magno, cum S C. & capite laureato, apud P. Chamillart.

Ut supra.)(. LIBERALITAS AVGG. II. S C. *Liberalitas Augustorum secunda.* Dea cum tabella & Cornucopiæ. Tabella hæc continebat æstimationem frumenti parvo pretio, ex liberalitate Augustorum. Est ex ære magno in Museo nostro; & ibidem argenteus, capite radiato, ac sine litteris S C.

IMP. M. IVL. PHILIPPVS AVG. Capite laureato.)(. P. M. TR. P. IIII. COS. II. P. P. S C. Dea Pax tenet dextra caduceum, læva Cornucopiæ. S C. Ex ære magno, & sine S C. ex argento, in Museo nostro.

Ut supra.)(. LAET. FVNDATA. S C. *Lætitia fundata.* Dea stat, dextra corollam tenet, læva temonem. Est ex ære magno, in Museo P. Chamillart.

IMP. CAES. M. IVL. PHILIPPVS AVG. Capite laureato.)(. PONTIFEX MAX. TR. P. IIII. COS. II. P. P. Ambo Philippi in curru triumphali: Victoria patrem coronat. Nummus ex ære maximo, sed suspectus.

IMP. PHILIPPVS AVG. Capite radiato.)(. VIRTVS AVGG. Ambo in equis currunt, dextris elatis. Argenteus, in Museo nostro.

Ut supra.)(. VICTORIA CARPICA. Victoria gradiens, dextra coronam, sinistra palmam gerit. Est in Cimelio P. Chamillart, argen-

genteus. Ab oppido Africæ, cui nomen est *Carpi*, apud Plinium, libro v. sect. III. haud procul colonia Carthagine, videtur hæc victoria cognominata. Simile bellum cum OEensibus gestum initiis Vespasiani Imperatoris commemorat idem Plinius libro citato, sect. v. De hac Philippi victoria silent historici. Qui *Carpos* alibi cum Eutropio fingunt, hariolantur.

IMP. M. IVL. PHILIPPVS AVG. Capite laureato. .)(. VICTORIA AVGG. Victoria stat cum palma & corona. S C. Est ex ære magno, ibidem.

Ut supra. .)(. FIDES MILITVM. S C. Dea stans, tenet signa militaria duo. Ex ære magno, ibidem.

ΑΥΤΟΚ. Μ. ΙΟΥΛ. ΦΙΛΙΠΠΟΣ CEB. Capite radiato. .)(. Aquila Romana. ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞΟΥCΙΑC. ΥΠΑΤΟ. B. *Tribunicia Potestate, Consul II.* Infra, ΑΝΤΙΟΧΕΙΑ. Ex ære mediocri, in Museo nostro.

Ejusdem. .)(. (Δ SC) Δῆμος, *Populus*, *Senatusconsulto.* Aries, Antiocheni agri symbolum. Apud Patinum, pag. 382.

Ejusdem. .)(. L. Δ. *Anno quarto.* Caput Jovis Hammonis. In Thesauro Mauroceni, pag. 137. In alio ibidem, L. Δ. Capita Isidis & Osiridis.

ΑΥΤΟΚ. Κ. Μ. ΙΟΥΛΙ. ΦΙΛΙΠΠΟC CEB. Capite laureato. .)(. ΦΛ. CΑΜΟCΑΤΕΩΝ ΜΗΤ. ΚΟΜ. *Flaviæ Samosatensium metropoleos Commagenes.* Dea turrito capite rupibus insidet, dextra Aquilam Romanam tenet, Romani Imperii symbolum. Infra, Pegasus currit. Est ex ære magno, in Museo nostro. Sunt ibidem similes, ΖΕΥΓΜΑΤΕΩΝ, ΚΥΡΡΗCΤΩΝ, & ΘΕΑC CΥΡΙΑC ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ.

ΑΥΤΟΚ. Κ. Μ. ΙΟΥΛ. ΦΙΛΙΠΠΟC CEB. Capite laureato. .)(. ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙΤΩΝ ΚΟΛΩΝΙΑC. S C. Roma galeata cum hasta sedens, dextra tenet Aquilam Romanam, cui impositi sunt duo Philippi Augusti. Est ex ære magno.

ΑΥΤ. Κ. Μ. ΙΟΥ. ΦΙΛΙΠΠΟΝ ΕΥΤ. ΕΥC. CEB. In medio, Π. Π. *Imp. Cæsarem M. Julium Philippum Felicem Pium Aug. Patrem Patriæ.* Capite radiato. .)(. ΤΑΡCΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC Α. Μ. Κ. Et Γ B. ut in aliis supra vidimus. Stat Pallas cum hasta & clypeo. Est ex ære maximo, apud D. Abb. de Camps, ubi ipse vidi. Quod prius *Felix* quam *Pius* appellatur, argumento est, non ipsum ex consanguinitate Commodi *Felicem* esse, sed hoc ei dici merito suo cognomen æque ac Commodo convenire.

IM. M. IVL. FILIPPVS P. FEL. A. *Pius Felix Aug.* Capite radiato. .)(. ANTIOCHI. COLON. *Antiochia* Pisidiæ *colonia.* Aquila legionaria cum vexillo inter duo signa cohortium. Infra, S R. *Spes Reipublicæ.* Ex ære mediocri.

M. PHILIPPVS AVG. P. P. Capite laureato. .)(. COL. ΔΑΜΑ. ΜΕΤΡΟ. litteris Δ & Ρ Græcis. *Colonia Damascus Metropolis.* Dama puero præbet ubera. Est ex ære mediocri. Alludit opifex partim ad nomen Latinum *dama*, partim ad Arabicum Hebræumque verbum, שקה *potum dare, irrigare:* ut sit ex utroque sententia, *Dama dat potum.* Plinius libro v. sect. XVI. dicit: *Damascum ex epoto riguis amne Chrysorroa fertilem.* Sed & amnem illum sic distrahi, ut singulæ civium ædes & horti ex eo derivatum habeant in urbe fontem, Bellonius est auctor, libro 2. Observ. cap. 91. ut in Notis ad Plinium monui. Plurima hujusmodi vocalia, ut appellant, symbola in nummis deprehendimus. Damascum in Arabia Plinius collocat, & ante ipsum Paulus, Gal. 1, 17. Similem Monetarii ludum in voce ΔΑΜΑΚΗΝΩΝ memini me tibi exhibere, in nummis Tiberii, ad annum Christi 33.

IMP. C. M. IVL. FILIPPVS P. FE. AVG. Capite laureato. .)(. COL. ΔΑΜΑ ΜΕΤΡΟ. Aries, ob lanam in eo tractu laudatissimam. Est ex ære mediocri.

IMP. C. M. IVL. PHILIPPVS PIVS FEL. AVG. Capite laureato. .)(. COL. ΔΑΜΑ. ΜΕΤΡΟ. Fluvius decumbens, urnæ innixus sinistro brachio, læva manu Cornucopiæ gerit, dextra tenet Augusti statuam. Nummi in coloniis Orientis cusi, ob pacem cum Persis ibi fundatam, & in Occidente propterea qui hanc quoque commemorant, Philippum ii cognominant *Felicem.*

IMP. CAES. M. IVL. PHILIPPVS PIVS FEL. AVG. Capite laureato. .)(. COL. IVL. AVG. FEL. HEL. *Colonia Julia Augusta Felix Heliopolis.* Astarte inter duos milites vexilla tenentes, deasque duas cippis impositas, quæ velum super Astarten circumvolitans tenent. Est ex ære magno.

IMP. C. M. IVL. PHILIPPVS P. F. AVG. Capite laureato. .)(. COL. PTOLEMAIS. Colonus boves agit. Est ex ære magno.

IMP. M. IVL. PHILIPPVS PIVS FEL. AVG. Capite laureato. .)(. COL. TYRO METR. Sol in navi, currenti similis: juxta, concha Tyriæ purpuræ. Ex ære magno. Situm urbis in Oriente, ad mare purpurarum piscatione celebratissimum, hæc symbola significant.

M. PHILIPPVS AVG. P. P. Capite laureato. Non est in Hellesponto, ut in Syria, *Felix.* .)(. C. G. I. H. P. A. *Colonia Germe Julia Hadriana Pia Augusta.* Vide Nummos Populorum & Urbium. Cave hic Hipponem cogites cum. D. Vaillant.

ΜΑΡ. ΩΤΑΚΙΛ. CΕΟΥΗΡΑΝ CEB. *Marciam Otaciliam Severam Aug.* subintellige, cives colunt. .)(. ΖΕΥΓΜΑΤΕΩΝ. Templum in montis vertice. Ex ære magno, apud P. Chamillart: ubi & similis est Philippi patris.

Numismata Philippi filii, jam Augusti.

IMP. M. IVL. PHILIPPVS AVG. Capite radiato. .)(. PAX AETERNA. S C. ut in nummo Philippi patris. Est ex ære magno, & ex argento, in Museo nostro.

IMP. CAES. M. IVL. PHILIPPVS AVG. capite nudo. .)(. PONTIFEX. MAX. TR. P. IIII. COS. II. Victoria sedens clypeum tenet, in quo VICTOR. AVGG. Nummus ex ære maximo in Cimelio Mediceo: sed suspectus viris eruditis. Tituli certe Pontificis Max. ceterique, ad Philippum filium non pertinent: nec capite nudo pingi Augustum hoc ævo mos fuit, si solus aream nummi occuparet.

IMP. PHILIPPVS AVG. Capite radiato. .)(. PIETAS AVGVSTOR. Instrumenta Pontificalia. Argenteus est è Museo nostro. Pietas Philippi utriusque commendatur: Patris, qui Pontificatum filio obtulerit, filii, qui susceperit.

ΑΥ. Κ. Μ. ΙΟΥ. CΕΟΥ. ΦΙΛΙΠΠΟC. Capite laureato. .)(. ΠΕΡΓΑΙΩΝ. Est ex ære minimo, in Thesauro Regio, nummus singularis. *Imp. Cæsar M. Julius Severus Philippus.* Ubi primum *Marcus Julius* appellatur, quoniam & illud prænomen & nomen istud Philipporum genus ex Antonia gente & Julia esse ostenderet: deinde prius ex matre *Severus*, quam ex patre *Philippus.* Nobilius tunc temporis Severi nomen, quam Philippi, fuisse ex eo intelligimus, siquidem priore loco ponitur: id quod fieri non potuisse videtur, nisi quia Severa, Philippi filii proavia materna, ex Augusto nata ipsa esset, nempe ex Septimio Severo; ac propterea nobilior Philippo Aug. patre Marcia Otacilia Severa, neptis illius Severæ, censeretur; quoniam e Philippis nemo adhuc Augustus fuerat; e Severis jam tres quatuorve

tuorve obtinuerant principatum. Docet autem hic nummus præterea, id quod in omnibus fere hactenus animadvertimus, nullum in nummis Augusti cujusquam nomen esse, quod non sit paternum maternumve; vel uxorium: cum paterno autem sæpenumero conjungi maternum.

Numismata T. Julii Marii Pacatiani, & Marini patris.

IMP. T. IVL. MAR. PACATIANVS P. F. AV. Capite radiato; vultu juvenili, vix annorum amplius XX. .)(. PAX AETERNA. Dea stans, dextra ramum oleæ, læva hastam puram tenet. Argenteus est, in Museo P. CHAMILLART. Eadem epigraphe hoc anno in nummis Philipporum occurrit: quod est concordiæ Augustorum trium inter se argumentum.

IMP. ..... AR. PACATIANVS P. F. AVG. Capite radiato, vultu eodem. .)(. FIDES MILITVM, ut in nummo Philippi patris. Dea tenet duo signa militaria, alterum altera manu. Argenteus, cujus forma egregie delineata ad me missa est Vesontione.

... VL. MAR. PACATIANVS P. F. AVG. Capite radiato, vultu eodem. .)(. CONCORDIA MILITVM. Dea sedet, cum patera & gemino Cornucopiæ. Argenteus, e Thesauro Regio. Pacatianus in aliquam provinciam Romani Imperii, in Pannoniam fortassis, cum IMP. titulo a Senatu missus fuisse nobis videtur, ad continendos in fide milites. Inscriptionum certe similitudo cum nummis Philipporum, huic anno principatum ejus videtur omnino asserere

Dictus est autem ille, exemplo Antonini Pii, *Titus*, de prænomine Titi Aug. cujus abnepotis pronepos fuit. Et inde etiam *Julius*, ut Julia Titi filia, cujus pronepotis fuit ipse pronepos. *Marius*, ex patre Marino, ut ex Maximino *Maximus*. Vide quæ de horum nominum ratione & conditione dixi in Maximino. *Pacatianus* deinde ab uxore Pacatia, quemadmodum *Domitianus* a Domitia: denique *Pius Felix* ex matre, originem trahente ex Commodo Pio Felice. Nemo enim dici *Pius Felix* potuit ipsis imperii initiis; nisi prognatus ex liberis Commodi Pii Felicis. *Mariorum* stemma & *Marini*, simul cum Pescennii Nigri Aug. stemmate dudum ad te misi. Hujus Marii Pacatiani frater fuit alter MARIVS P. F. AVG. quem inter triginta tyrannos ævo Gallieni posuerunt. Pacatiani pater, *Marinus* fuit, cujus est nummus ille qui sequitur. Ei Thraciæ administratio commissa a Senatu est. Itaque Latinæ provinciæ filius, Græcæ pater præfuit. Unde alterius nummi tantum Latini, alterius sunt Græci tantum.

ΘΕΩ ΜΑΡΙΝΩ. *Divo Marino*. Capite senile nudum, Aquilæ Romanæ alis expansis superpositum. .)(. ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΚΟΛΩΝΙΑC. Roma galeata sedet super clypeo, læva hastæ puræ innititur, dextra Aquilam Romanam gerit, cui impositi sunt duo Philippi Augusti; coloniæ illius conditores, ut in simili nummo Philippi patris, pariter inscripto, ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΚΟΛΩΝΙΑC, hoc anno. Nummus hic Marini multo postea cusus est, sub Valeriano nimirum, ut postea dicam. Est ex ære magno, in Thesauro Regio. Sperne interim fabulatores, qui hunc Marinum limitis Mœsiaci ducem fuisse perhibent; ab exercitu Imperatorem salutatum adversus Philippos, mox & interfectum.

Anno Christi 248. V. C. 1001. *Philippi* 5.

Kalendis Januariis, Philippus pater Consul III. salutatur, Philippus filius Consul II. Ludi sæculares & sæcularia sacra, pro felicibus initiis secundi millenarii sæculi, fiunt ab Augustis.

PIETAS AVGVSTORVM III. ET II. COS. Capita adversa utriusque Philippi, laureata. .)(. MARCIA. OTACILIA SEVERA. Caput Severæ. Apud Tristan. tomo 2. pag. 555. Pietas hæc est erga Superos, quibus sacra faciunt Augusti, pro felicibus auspiciis secundi millenarii.

IMP. M. IVL. PHILIPPVS AVG. Capite laureato. .)(. NOBILITAS AVGG. *Nobilitas Augustorum* duorum. Dea dextra tenet hastam puram, orbem Romanum sinistra. Est ex ære magno in Museo nostro: argenteus, in Cimelio P. CHAMILLART. Est & apud Mediobarbum, NOBILITAS AVG. De hac nobilitate jam initio hujus principatus dixi. Quibus adde, gentem Marciam, non modo ex Anco Marcio Romanorum rege, sed ex Numa quoque Pompilio, pariter rege Romanorum, originem traxisse. Nam id constat ex nummo Censorinorum, qui ex Marcia gente fuerunt: cujus in antica parte vultus insculpti sunt duo, cum nominibus, NVMAE POMPILI, & ANCI MARCI. Ex quo pariter constat Ancum Marcium regem Numæ regis ex filia nepotem fuisse. Nam tertium regum fuisse Tullum Hostilium ex Plinio recte colligitur, libro XVI. sect. v. Nummum hunc Patinus exhibet in Famil. Rom. pag. 168.

Ut supra. .)(. SAECVLARES AVGG. In columna, COS. III. Ludi *sæculares Augustorum*, edente *Consule tertium*, Philippo patre. In medio, S C. Ex ære mediocri, in Museo nostro: & ex argento ibidem, sine S C.

IMP. PHILIPPVS AVG. Capite radiato. .)(. SAECVLARES AVGG. I. Ludi *sæculares Augustorum primi*. Leo gradiens. Argenteus, in Museo nostro.

Ut supra. .)(. SAECVLARES AVGG. II. *secundi*. Cervus. In alio, lupa cum gemellis. Uterque ibidem argenteus.

Ut supra. .)(. SAECVLARES AVGG. Elephas, quem sessor regit. Argenteus, ibidem.

Ut supra. .)(. SAECVLARES AVGG. VI. Ludi *sexti*. Hyæna. Ibidem, argenteus.

IMP. M. IVL. PHILIPPVS AVG. Capite laureato. .)(. MILLIARIVM SAECVLVM. S C. Cippus, in quo COS. III. Ex ære magno in Museo nostro: cusus ante Natalem Urbis, hoc anno. Clausum sub Philippo Consule III. sæculum primum Urbis millenarium significat.

Ut supra. .)(. SAECVLVM NOVVM. S C. Templum octo fultum columnis. Ex ære magno & mediocri, & ex argento, ibidem. De nummis ita inscriptis per quinquennium integrum, peculiari ad te scripta epistola egi, in qua nummum explicui inscriptum, D. N. GRATIANVS AVG. G. AVG. GLORIA NOVI SAECVLI. Cusus hic Philippi nummus est hoc anno post Natalem Urbis.

Ut supra. .)(. P. M. TR. P. V. COS. III. P. P. S C. Dea Pax stans tenet caduceum dextra, læva hastam. Est ex ære magno, ibidem. In alio ibidem simili, Imperator paludatus cum hasta & clypeo, dextra ramum oleæ, symbolum pacis, ostentat.

CONCORDIA AVGVSTORVM. Capita adversa Philippi patris & filii: capite Philippi patris applicato capiti Concordiæ; non, ut Antiquarii credunt, Otaciliæ Severæ. .)(. VICTORIAE AVGVSTORVM. Duæ Victoriæ clypeum tenent; in quo VOTIS, scriptum est. Ex ære maximo, apud D. Abb. DE CAMPS. *Concordia Augustorum* dicitur inter eos solummodo, quos vel natura pares fecerit, ut sunt vel viri duo æquales, vel maritus cum conjuge; non ubi alter est pater, alter vero filius; nisi æqua ambos potestas

pares

pares effecerit. Sic enim Hispaniæ rex Philippus V. tametsi nepos est Regis Francorum Ludovici M. nunc tamen frater idem ipsius est; & inter eos est ac recte dicitur, CONCORDIA AVGG. Unde colligimus, aliam patri Philippo, aliam filio, commissam a Senatu fuisse partem Imperii gubernandam.

IMP. M. IVL. PHILIPPVS AVG. Capite laureato. .)(. AETERNITAS AVGG. Elephas, cui sessor cum baculo insidet. S C. Est ex ære magno, in Museo nostro. *Vivere ducenis annis* elephantos, *& quosdam trecenis*, auctor est Aristoteles, teste Plinio, libro VIII. sect. x. Sic domus Julia, sive Augusta, æterna esse dicitur ac fore, quæ jam ab annis omnino trecentis Augustos dederit. Nam & Philippi ex ea gente Julia sunt.

Ut supra, capite radiato. .)(. AETERNIT. IMPERI. Sol currens, dextra elata, cum flagello. Argenteus, ibidem. Prædicitur æternitas Imperii Romani, quod sit permansurum cum Sole. Est & Philippi filii similis, in Museo P. CHAMILLART.

Ut supra. .)(. ROMAE AETERNAE. Dea sedet cum hasta, dextra tenet Victoriam. Aureus est ibidem.

Ut supra, capite laureato. .)(. TRANQVILLITAS AVGG. S C. Dea stans, læva hastam tenet, dextro brachio viperam supercurrentem tranquille cernit. Est ex ære magno ibidem, & argenteus.

Ut supra. .)(. AEQVITAS AVGG. S C. Dea cum libra & Cornucopiæ. Ibidem ex ære magno, & ex argento.

IMPP. DD. NN. PHILIPPIS AVGG. Capita duo adversa; patris, laureatum; radiatum, filii. .)(. M. OTAC. SEVERA AVG. Caput Severæ; in Lunæ crescentis effigie. Est ex ære magno, apud Illustriss. HARLÆUM.

DD. NN. PHILIPPIS AVGG. Capita amborum adversa, & laureata. .)(. COL. SER. G. NEAPOLIS. *Colonia Servii Galbæ Neapolis.* Cave dicas cum D. Vaillant, *Colonia Sergia Neapolis.*

IIMM. CC. FILIPPIS AVGG. *Imperatoribus Cæsaribus duobus Philippis Augustis.* Capita amborum conjuncta & laureata. Cave hic dicas cum D. Vaillant, *Imperatoribus Marcis Cæsaribus* &c. .)(. COL. NEAPOL. NEOKORO. Est ex ære magno.

AYT. K. M. IOYΛ. ΦΙΛΙΠΠΟΣ AYΓ. *Aὔγυσ⊕*. Capite laureato. .)(. ΚΑΔΛΑΤΙΑΝΩΝ. Serapis stans. Littera ℨ inversa, pro anno imperii quinto posita videtur. Est ex ære mediocri, apud D. FOUCAULT.

AY. K. M. IOYΛ. ΦΙΛΙΠΠΟΣ ΕΥC. *Imp. Cæsar M. Julius Philippus Pius*, capite laureato. .)(. Aquila rostro coronam gestat. L. E. *Anno quinto*. Argenteus, ære mixtus, apud P. CHAMILLART.

AYTO. KK. MA. IOYΛ. ΦΙΛΙΠΠΟΙ CEB. *Imperatores Cæsares* Marci Julii Philippi Augusti: ambo laureati: patris capite capiti filii applicato. .)(. ANTIOXEΩN MHTPO. KOΛΩN. Δ. E. S C. Caput turritum, cum ariete supervolitante. Ex ære magno, ibidem.

Numismata Otaciliæ Severæ.

OTACILIA SEVERA AVG. .)(. SAECVLARES AVGG. IIII. *Sæculares* ludi *Augustorum quarti.* Hippopotamus. Argenteus, ibidem. Est & ibidem cum S C. ex ære magno: MARCIA OTACILIA SEVERA .)(. SAECVLARES AVGG.

Ejusdem. .)(. L. E. *Anno quinto*, qui autumno anni hujus incipit. Dea stat ante aram. Est in Thesauro Mauroceni, pag. 138.

MAP. OTAKIAΛ CEOYHPAN CEB. .)(. ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞΟΥCΙΑC. ΥΠΑΤΟ. Γ. ANTIOXIA. S C. Aquila expansis alis. Nummus est argenteus ære mixtus, in Collectione MS. D. de Peiresc, pag. 368. ubi & similis est Philippi patris.

Numismata Philippi filii.

IMP. M. IVL. PHILIPPVS AVG. Capite laureato. .)(. LIBERALITAS AVGG. III. Ambo sedent in sella curuli, capite laureato, filius ad patris dexteram; nempe ut pater totus & integer in nummo appareat: sunt enim dextrorsum conversi. Solus pater habet bacillum Imperatorium. S C. Est ex ære magno, apud P. CHAMILLART.

IMP. M. IVL. PHILIPPVS AVG. Capite laureato. .)(. SAECVLARES AVGG. S C. Hippopotamus. Ex ære magno, ibidem. In alio, cervus: in alio, capra silvestris; e Museo nostro.

IMP. CAES. M. IVL. PHILIPPVS AVG. Capite nudo. PONTIFEX MAX. TR. P. V. COS. III. Ex ære maximo, similis ei, quem ad annum superiorem diximus esse valde ac merito suspectum falsitatis.

Anno Christi 249. V. C. 1002. Philippi 2.
Trajani Decii 1.

Natali Urbis, exacto quinquennio summi principatus, Philippus uterque deponit imperium Orientis & Illyrici; quod Trajanus Decius suscipit ad annos tres, cum titulo P. M. & TR. POT. Simul Consul sufficitur in locum prioris; & qui jam ter Consul fuerat, cum esset privatus, nunc Consul IIII. appellatur. Liberi ejus simul Cæsares salutantur. Reservatur Philippo Aug. patri Narbonensis Galliæ administratio: cujusque sunt ei de more nummi, tum Alexandriæ.

Numismata Philippi & Severæ.

IMP. M. IVL. PHILIPPVS AVG. Capite radiato. .)(. P. M. TR. P. VI. COS. P. P. Stans ipse togatus, velato capite, læva tenens bacillum Imperatorium, sacrificat ante aram. Est argenteus in Museo nostro. Mediobarbus in altero e suo Museo, pag. 347. legit, P. M. TR. P. VI. COS. III. P. P.

A. K. M. IOYΛ. ΦΙΛΙΠΠΟΣ ΕΥC. *Imp. Cæsar M. Julius Philippus Pius.* Capite laureato. .)(. Caput Jovis. L. ς. *Anno sexto.* Est ex ære mediocri, in Cimelio D. FOUCAULT. In alio, L. ς. & caput Solis: in Thesauro Mauroceni, pag. 137. In alio apud P. CHAMILLART, Victoria palmam gestat & coronam. L. ς.

Otaciliæ Severæ. .)(. L. ς. *Anno sexto* Philippi: qui annus incipit more Græco autumno anni hujus. Justitiæ typus. Est in Thesauro Mauroceni, pag. 138.

TRAIANVS DECIVS.

Trajani Decii Aug. stemma & domus ejus Augustæ ante omnia exhibendum hoc loco est.

Decius. Conjux, Trajana.

Trajana Decia. Maritus, Messius Quintus. — Junius Valens. Conjux, Hostilia.

Trajanus. — C. MESSIVS QVINTVS TRAIANVS DECIVS AVG. HERENNIA ETRVSCILLA, filia Herennii Etrusci, secunda conjux Decii. — Valens Hostiliana, prima conjux Decii.

Ulp. Trajanus. — Q. HERENNIVS ETRVSCVS MESSIVS DECIVS CÆSAR, & postea AVG. — C. VALENS HOSTILIANVS MESSIVS QVINTVS CAESAR, & postea AVG.

ULPIA SEVERINA conjux Aureliani Aug.

Trajani Decii igitur hæc sunt nomina: *C. Messius Quintus Trajanus Decius Cæsar Aug.* Est autem *Caius*, de prænomine primogenitorum gentis Juliæ. *Messius Quintus*, ex patre: ubi *Messius* gentis nomen est, *Quintus* cognomen. *Trajanus Decius* ex matre, Decia Trajana; quæ Decium patrem haberet, Trajanam matrem; aut vice versa: originemque propterea a Trajano Cæsare repeteret, seu potius ex sorore ipsius aliqua; servato in ea familia Trajani nomine, ut Antonini; ob reverentiam talium tantorumque Cæsarum. Unde *Cæsar* & *Augustus* est Trajanus Decius, sed non cognomento *Pius* aut *Felix*: nisi in nummis Cæsareæ Palæstinæ & Viminacii: donatus eo utroque titulo ab utraque illa colonia ex adulatione; ut Philippus: quoniam (opinor) cum Consul tertium etiam privatus fuisset, postea etiam salutatus est Augustus. Nam ea haud mediocris felicitas censebatur. Verum hic titulus neque est eidem alibi datus, neque transiit ad liberos.

Primo conjugio duxit Trajanus Decius Hostiliam, ea conditione, ut qui filius ex eo conjugio prior nasceretur, ob bona Hostiliæ domus ei substituta, ex avo & avia materna, sive ex matre, *Valens Hostilianus* diceretur. Itaque ex his prius *Valens Hostilianus*, ob majorem gentis Hostiliæ nobilitatem, & ob pactum initum, quam ex patre *Messius Quintus* appellatur. *Hostilianus* autem iste potius quam Hostilius nuncupatur; non quia uxorem duxit ipse Hostiliam, ex qua dici eum Hostilianum oporteret: neque enim apparet eum duxisse; & de conjuge certe nummi silent. Ergo ab avo materno id nomen habet; quem ab Hostilia uxore sic cognominatum esse oportuit, ut Domitianum olim a Domitia. *Valens* cognomen est Juniæ gentis, apud Plinium, libro VII. sect. XIX.

Altero autem matrimonio conjugem habuit Trajanus Decius Herenniam Etruscillam, Herennii Etrusci filiam; ea conditione, ut qui primus liberorum nasceretur, diceretur *Herennius Etruscus*, ob bona familiæ Herenniæ Etruscæ, quæ eidem adsignabantur. Itaque ob nobilitatem gentis maternæ, prius est *Herennius Etruscus* ex matre, quam *Messius Decius*, ex patre Messio eo, qui simul & *Decius* ex matre fuit. M. Herennii Consulis, anno (ut Fasti quidem ferunt) DCLXI. meminit Plinius, libro XIX. sect. XV. Famosi *Decii*, pater & filius, qui se devoverunt.

Numismata Trajani Decii.

IMP. CAES. C. MES. Q. DECIO TRAI. AVG. Capite laureato. .)(. In corona laurea, VOTIS DECENNALIBVS. Hunc nummum ex ære profert Mediobarbus e Museo suo, pag. 353.

IMP. C. M. Q. TRAIANVS DECIVS AVG. .)(. In corona laurea, CAESS. DECENNALIA FEL. S C. *Cæsarum decennalia felicia.* Ex ære maximo, in schedis D. Vaillant.

IMP. C. M. Q. TRAIAN. DECIVS AVG. *Imp. Cæsar Messius Quintus Trajanus Decius Aug.* Capite laureato. .)(. PANNONIAE. Stant duæ Pannoniæ superior & inferior, cum signo militari S C. Est ex ære magno in Museo nostro, & ex argento.

Ut supra. .)(. DACIA. Stat Daciæ genius: scipionem tenet, cujus in apice caput est asininum: quoniam videlicet ea regio asinos gignit laudatissimos. S C. Ex ære magno, ibidem.

Ut supra. .)(. DACIA FELIX. S C. Stans tenet signum militare. Ibidem, ex ære magno, & ex argento.

IMP. C. M. Q. TRAIANVS DECIVS AVG. Capite radiato. .)(. ADVENTVS AVG. Imperator in equo advenit, dextra elata. Argenteus, ibidem.

Ut supra, capite laureato. .)(. LIBERALITAS AVG. S C. E suggesto ipse sedens, adstante Præfecto Urbis, & Dea Liberalitate, quæ tabellam ostendit, & gestat Cornucopiæ, dat congiarium. Est ex ære magno, apud P. CHAMILLART. In alio ibidem ex ære mediocri, sola Dea Liberalitas stat, cum tabella & Cornucopiæ.

ΑΥΤ. Κ. Γ. ΜΕϹ. ΚΥ. ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΔΕΚΙΟϹ ϹΕΒ. Capite laureato. .)(. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟ. ΚΟΛΩΝ. Caput velatum ac turritum, ariete supercurrente. Δ. Ε. & S C. de more. Est ex ære magno, ibidem. In alio e Museo nostro, templum est, in quo Genius civitatis: hinc & inde eædem litteræ, Δ. Ε. & S C.

Ejusdem. .)(. L. A. Anno primo, qui autumno anni hujus incipit. Isis. Est in Thesauro Mauroceni, pag. 138.

ΑΥΤ. Κ. Γ. ΜΕϹ. ΤΡΑ. ΔΕΚΙΟϹ. ϹΕΒ. ΕΡΕΝ. ΕΤΡΟΥϹΚΙΛΛΑ ϹΕΒ. Amborum capita adversa. .)(. ϹΕΠ. ΚΟΛ. ΡΗϹΑΙΝΗϹΙΩΝ. L. ΗΙΡ. *Septimia colonia Rhæsenensium. Anno* CXVIII. Est in gaza Regia. Dea turrito capite, cui Aquila Romana imminet, rostro coronam ferens, Romanæ victoriæ indicem: Scopulo ipsa insidet, dextra spicas gerit: ad pedes hominem in aquis natantem despicit: quæ symbola situm urbis & agri ubertatem indicant. Est & Herennii Etrusci similis apud Patinum, pag. 392.

ΑΥ. Κ. Γ. ΜΕ. ΚΥ. ΔΕΚΙΟϹ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Capite laureato. *Imp. Cæsar Caius Messius Quintus &c.* .)(. ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞΟΥϹΙΑϹ. S C. Aquila Romana rostro fert coronam, palmæ ra-

ramum unguibus tenet. Est ex ære mediocri, apud P. CHAMILLART.

ATT. K. TPAIANOC ΔEKIOC. Capite laureato. .)(. CAMIΩN. Juno decumbens, cum pavone, & Cornucopiæ. Ex ære mediocri, ibidem.

Numismata Herenniæ Etruscillæ Aug. quæ secunda conjux Decii Trajani.

HERENNIA ETRVSCILLA AVG. .)(. PVDICITIA AVG. S C. Sedet Dea cum hasta pura, & vultui velum obducit. Est in Museo nostro, ex argento, ex ære magno, & maximo.

HER. ETRVSCILLA AVG. .)(. FECVNDITAS AVG. Dea stat; cum patera & Cornucopiæ, puero nudo ad pedes stante. Est argenteus ibidem. *Fecunditas Augustæ* in nummis, non ipsiusmet Augustæ fecunditas intelligenda est, sed quam ipsa procurat, dum annonam matribus egentibus subministrat; ut in nummis Lucillæ dixi: unde & cum Cornucopiæ Dea pingitur. Sic PAX AVGVSTI, & LAETITIA AVG. ea est, quam procurat Augustus.

Ut supra. .)(. CONCORDIA AVG. S C. Dea sedet cum patera & Cornucopiæ. Ex ære mediocri.

EPENNIA ETPOYCKIΛΛA. .)(. ΔHMAPX. EΞOYCIAC. *Tribunicia Potestate* Decii mariti. In area, S C. Aquila Romani Imperii symbolum.

EPEN. ETPOYCKIΛΛA CEB. .)(. ΠYΘAΓOPHC. CAMIΩN. *Pythagoras.* Nummus *Samiorum*: apud quos adhuc Ionica dialectus in usu. Pythagoras sedens radio stellas ostendit in globo cælesti, columnæ imposito. Est ex ære magno, apud P. CHAMILLART. Vide Nummos Populorum & Urbium.

EPENNIAN AITPOYCKIΛΛAN CEB. Caput Etruscillæ. .)(. CEΠ. PHCAINHCIΩN. L. HIP. *Anno* CXVIII. Templum, in quo noctua, Sapientiæ symbolum, quia Minervæ sacra avis est. Est ex ære minoris moduli, in Cimelio D. FOVCAVLT.

Numismata Hostiliani Cæsaris, qui Decii filius ex prima conjuge.

C. VALENS HOSTILIANVS MES. QVINTVS N. C. Capite radiato. .)(. PRINCIPI IVVENTVTIS. Stans ipse paludatus, læva hastam tenet, dextra signum militare. Argenteus in Cimelio P. CHAMILLART. In nostro, qui pariter argenteus est, legitur: C. OVALENS HOSTILIANVS QVINTVS MESS. Cetera sunt similia. *Nobilissimus Cæsar* Hostilianus dicitur, eo quod gens Hostilia genus suum referret ad Tullum Hostilium regem Romanorum.

C. VALENS HOSTILIANVS QVINTVS N. C. *Nobilissimus Cæsar.* Capite nudo. .)(. PRINCIPI IVVENTVTIS. S C. Cetera ut supra. Est ex ære magno, in eodem Cimelio.

C. VALENS HOSTIL. MES. QVINTVS N. C. Capite radiato. .)(. PIETAS AVGG. *Pietas Augustorum*, Herennii & Etruscillæ, qui patriæ suæ ab hostibus & latronibus securitatem & pacem procurant. Mercurius læva caduceum, dextra crumenam gerit. Argenteus, apud P. CHAMILLART.

Ejusdem. .)(. PIETAS AVGG. Instrumenta Pontificalia. Est ex argento & auro. Decii & Etruscillæ pietas commendatur, qui Hostilianum Cæsarem creari Pontificem curarint. Est hæc altera pars Pietatis, erga Superos.

Ejusdem. .)(. CONCORDIA AVGG. *Concordia* Decii & Etruscillæ inter se & cum Senatu. Argenteus est e gaza Regia.

C. VALENS HOSTILIANVS QVINTVS N. C. Capite radiato. .)(. MARTI PROPVGNATORI. Mars cum hasta & clypeo. Argenteus ibidem, & apud P. CHAMILLART.

Γ. OYAΛ. OCTIΛIANOC KYINTOC KECAP. Capite nudo. Nota eundem sonum apud Græcos esse litteræ E & diphthongi AI. .)(. ANTIOXEΩN MHTP. KOΛΩNIAC. Templum, in quo Astarte Dea, ut apparet: ariete supercurrente. Δ. E. S C. Ex ære magno ibidem.

Numismata Herennii Etrusci Cæsaris; qui Decii F. ex Herennia Etruscilla.

Q. HER. ETR. MES. DECIVS NOB. C. Capite radiato. .)(. PRINCIPI IVVENTVTIS. Dea Pax sedet; ramum oleæ dextra tenet. Argenteus, ibidem.

Ut supra. .)(. SPES PVBLICA. Dea Spes florem ostentat. Argenteus, ibidem.

Ut supra. .)(. PIETAS AVGG. in alio, AVGVSTORVM. Instrumenta Pontificalia. Uterque argenteus e Museo nostro. Decii & Etruscillæ pietas commendatur, qui filium suum Etruscum creari Pontificem voluerint.

Ut supra. .)(. CONCORDIA AVGG. Decii & Etruscillæ. Dexteræ duæ manus junctæ. Argenteus ibidem.

Ut supra. .)(. MARTI PROPVGNATORI. Argenteus: ut supra, in Hostiliano.

Ut supra. .)(. PIETAS AVGG. Mercurius, ut supra in Hostiliano. Argenteus, in Museo nostro. Ibidem ex ære magno, cum S C. & capite Herennii nudo.

Ut supra. .)(. PRINCIPI IVVENTVTIS. Sedet ipse, dextra Victoriam, læva orbem tenet. Ibidem argenteus.

Q. HER. ETR. MES. DECIVS NOB. CAES. S C. Capite nudo. .)(. PRINCIPI IVVENTVTIS. Stat cum bacillo Cæsareo, & hasta transversa. Est ex ære magno ibidem: ubi & argenteus, capite radiato: Q. HER. ETR. DECIVS N. C.

KOY. EP. ETPO. ME. ΔEKKIOC KAI. *Quintus Herennius Etruscus Messius Decius Cæsar*: Capite laureato: atque his ipsis litteris scripto eo nomine. .)(. ANAZAREΩN (pro ANAZAPBEΩN) MHTP. Victoria in curru bigis tracto. Γ. B. Γερουσίας Βουλῇ, Senatusconsulto: vel Γνώμῃ Βουλῆς, *Decreto Decurionum.* Infra, ET. HΞC. *Anno* CCLXVIII. qui desinit ante autumnum anni hujus. Est hic nummus ex ære mediocri, apud P. JOBERT.

H. ETRVSCVS ET QVINTVS CAESS. Capita duo conjuncta & radiata. .)(. COL. AEL. CAP. *Colonia Ælia Capitolina.* Stat Juppiter cum hasta pura. Apud Patinum, pag. 396.

EPEN. ETPOY. ME. KY. ΔEKIOC KAICAP. Capite nudo. .)(. ΔHMAPX. EΞOYCIAC. Aquila Romana, & S C. ut in nummo Decii. Est ibidem, pag. 394.

Anno Christi 250. V. C. 1003. *Decii* 2.

Kalendis Januariis Decius Aug. Consul V. creatur.

IMP. C. M. Q. TRAIANVS DECIVS AVG. Capite radiato. .)(. FELICITAS SAECVLI. Dea stat cum caduceo & Cornucopiæ. S C. Ex ære maximo, in Museo nostro.

Ut supra. .)(. VICTORIA AVG. Victoria gradiens; dextra coronam gestat, sinistra palmam. S C. Ex ære magno, in Museo nostro.

Ut supra. .)(. GENIVS EXERCIT. ILLY-

LYRICIANI. S C. Genius stat cum patera & Cornucopiæ: ad latus, signum militare. Ex ære magno & mediocri, & ex argento, ibidem.

IMP. CAES. C. MESS. Q. DECIO TRAI. AVG. Capite laureato.)(. GENIVS EXERCITVS ILLYRICIANI. S C. Genius, ut proxime. Ex ære magno, in Museo P. Chamillart. In nostro est, EXERCITVS INLVRICVS: & Genius stans tenet duo signa militaria.

IMP. C. M. Q. TRAIANVS DECIVS AVG. Capite laureato.)(. GEN. ILLYRICI. *Genius Illyrici:* stat cum patera & Cornucopiæ. S C. Ex ære magno, apud P. Chamillart.

Ut supra.)(. VICTORIA GERMANICA. Imperator in equo, Victoria præeunte. Est argenteus. Hanc victoriam Germanicam Decii Aug. & Herennii atque Hostiliani Cæsarum, apud scriptores rerum Romanarum frustra quæras. Hos illi nummos tres non viderant. Reportata ea hoc anno est, in confinio (ut videtur) Illyrici.

Ut supra.)(. VBERITAS AVG. Dea stans, dextra crumenam plenam, læva Cornucopiæ. Argenteus, e Museo nostro.

Ut supra ABVNDANTIA AVG. Dea stans effundit Cornucopiæ. Argenteus, ibidem.

IMP. CAES. TRAI. DECIVS P. F. AVG. Capite laureato.)(. COL. PR. F. AVG. CAES METR. P. S. P. *Colonia Prima Flavia Augusta Cæsarea Metropolis provinciæ Syriæ Palæstinæ.* Decius capite radiato in equo paludatus cum hasta decurrit. Est ex ære magno.

IMP. CAES. TRAI. DECIVS P. FEL. AVG. Capite radiato)(. COL. PR. FL. AVG. CAES. MET. P. S. P. Aquila Romana expansis alis Supra, Astartes caput. Est ex ære mediocri. Qui Trajanum Decium *Pium Felicem* appellent, nullos vidi nummos, præter istos Cæsareæ Palæstinæ, & Viminacii.

Sunt & Græci nummi, ΑΙΓΑΕΩΝ, & ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ Cariæ: de quibus Vide Nummos Populorum & Urbium.

Numismata Herenniæ Etruscillæ Aug.

HER. ETRVSCILLA AVG.)(. VBERITAS AVG. ut in nummo Decii. Argenteus e gaza Regia. Est & Hostiliani Cæsaris similis, ibidem.

Ut supra.)(. IVNO REGINA. Juno stat cum patera: ad pedes, pavo. Argenteus, e Cimelio P. Chamillart.

Numismata Herennii Cæsaris.

ΕΡΕ. ΕΤΡ. ΜΕϹ. ΔΕΚΙΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. Capite nudo. *Herennius Etruscus Messius Decius Cæsar.*)(. Stans hastam tenet, dextra elata. L. B. *Anno secundo* Decii Aug. qui incipit autumno anni hujus. Est ex ære mediocri, ibidem.

Ejusdem.)(. L. B. *Anno secundo.* Mars stat. In Thesauro Mauroceni, pag. 140.

Q. HE. ETRVSC. ME. DECIVS NO. C *Quintus Herennius Etruscus Messius Decius Nobilissimus Cæsar.* Capite radiato.)(. P. M. TR. P. II. CONS. V. *Pontificis Maximi, Tribunicia Potestate II. Consulis quintum*, subintellige, filius. Nisi quis malit in dandi casu legi; *Pontifici Max. Trib. Potest. II. Consuli V.* ut alibi legimus PRINCIPI IVVENTVTIS, in nummis Augustorum. Decius Trajanus, habitu Pontificali, velato capite, stat cum patera ante aram. Nummus est ex argento singularis, e Cimelio P. Chamillart. Consul ergo ter fuerat Trajanus Decius, cum adhuc privatus esset. Quam ob causam, opinor, coloniis quidem Cæsareæ Palæstinæ & Viminacii donandus visus est *Felicis* cognomine: Senatui autem dignus, cui nummi ex ære maximo cuderentur ex S C. qui honos contigit ante ipsum nemini, præterquam Commodo fortassis. Summa certe privatorum hominum felicitas existimabatur, si Consulatum ter gererent. Unde *Mucianus ter Consul* centies a Plinio appellatur: & in nummis, M. AGRIPPA L. F. COS. III. ac L. VITELLIVS COS. III. Subintelligi autem in nummis passim hanc vocem *filius*, alia suadent exempla.

Numismata Otaciliæ Severæ, quæ Philippi conjux.

Caput Otaciliæ.)(. L. Z. Anno septimo, qui incipit autumno hujus anni. Pax stans, sive Ceres, dextra spicas tenet, læva caduceum. Est in Thesauro Mauroceni, pag. 138.

Numismata Volusiani Cæsaris.

Hoc ipso anno, qui fuit ultimus Philippi Aug. in aliquo magistratu sacrosancto, ut appellabant, Natali Urbis, Cæsares creantur ad Galliæ fines tutandos, cum TR. POT. Volusianus & Trebonianus.

C. VIBIO VOLVSIANO NOB. C. Capite nudo.)(. PRINCIPI IVVENTVTIS. Stat paludatus; dextra hastam tenet, læva signum militare. Est ex ære magno, apud Illustriss. Harlæum. Est etiam Volusianus *Nobilissimus Cæsar*; qui præter Cæsaream ex matre nobilitatem, aliam habet ex illo saltem Volusio Saturnino Consule, cujus Plinius meminit, libro VII. sect. XII. filio Volusii Saturnini Præfecti Urbis, & Corneliæ Scipionum gentis.

C. VIBIO VOLVSIANO CAES.)(. VOTIS DECENNALIBVS, in corona laurea. Apud Occonem, pag. 457. ex nummo Alberti Principis.

Ut supra.)(. VOTIS TRIBVS. Apud Occonem, loco citato. *Vota tria* illa interpretor, pro Decio Augusto, ac liberis ejus & pro Cæsaribus additis die Natali Urbis, Volusiano & Treboniano.

Anno Christi 251. V.C. 1004. Decii 3. Treboniani & Volusiani 1

Kalendis Januariis, Trebonianus Gallus & Volusianus creantur Augusti, & Consules II. & PONT. MAX. cum Tribunicia Potestate ad annos quatuor. Natali Urbis, Herennius Etruscus & Hostilianus Cæsares, Augusti appellantur, ad annos duos.

Numismata Decii Aug.

IMP. C. M. Q. TRAIANVS DECIVS AVG. Capite radiato.)(. CONCORDIA AVGG. Caput Herenniæ Etruscillæ in Lunæ crescentis effigie, & adversa ei capita radiata Herennii & Hostiliani Augg. Est argenteus in gaza Regia: delineatus a Morellio, in Specimine, pag. 33.

AT. KA. ΤΡΑΙΑΝ. ΔΕΚΙΟϹ ϹΕΒ. Capite radiato.)(. ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ ΔΙϹ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Dea rupi insidet; templa duo, alterum altera manu gestat. Latere nummi dextro, Γ. *Anno tertio*, qui autumno anni hujus incipit. Est ex ære mediocri, in Museo nostro.

ATT. KAI. Γ. ΜΕϹ. ΚΥΙΝ. ΔΕΚΙΟϹ ΤΡΑΙΑΝΟϹ. In medio, Π.Π. *Imp. Cæsar Caius Messius Quintus Decius Trajanus Pater Patriæ.* Capite radiato.)(. ΤΑΡϹΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩϹ. Tres Charites. Supra, Γ. Β. Γερείας Βουλῆ, *Decreto Decurionum.* Infra, Α. Μ. Κ. ἀμφοτέρας Κιλικίας, *utriusque Ciliciæ.* Est ex ære magno. Allatum ex Oriente vidi cum D. de Boze.

Numismata Hostiliani Aug.

IMP. CAE. C. VAL. HOS. MES. QVINTVS AVG. *Imp. Cæsar C. Valens Hostilianus Messius Quintus Aug.* Capite radiato. .)(. SECVRITAS AVGG. Dea lævo brachio innixa columnæ, dextram capiti imponit. Est argenteus, apud P. CHAMILLART.

IMP. CAES. C. VAL. HOSTIL. MES. QVINT. AVG. Capite laureato. .)(. ROMAE AETERNAE. Roma galeata sedet, dextra Victoriam, læva hastam tenet: clypeo ante pedes posito; ut in nummis Treboniani & Volusiani hoc anno percussis. Quæ similitudo inscriptionum ac symbolorum, concordiam inter se Augustorum significat. Vidit hunc Hostiliani nummum ex ære mediocri D. Vaillant, apud Car. Spon, Lugduni.

IMP. C. VALENS HOSTIL. MES. QVINTVS AVG. Capite radiato. .)(. VICTORIA GERMANICA. Victoria cum palma & corona. Argenteus.

C. VALENS HOSTIL. MES. QVINTVS AVG. Capite nudo: quia minor Augustus, sub majoribus. .)(. PRINCIPI IVVENTVTIS, nimirum fratri suo Q. Herennio. S C. Sedet Dea, lævo cubito innixa solio, dextra ramum lauri tenet. Est ex ære magno, in Museo nostro.

Ut supra. .)(. PRINCIPI IVVENTVTIS. S C. Stans ille paludatus cum hasta, dextra tenet signum militare. Ibidem ex ære magno. In alio ibidem, ceteroqui simili, bacillum Cæsareum demissum Cæsar tenet.

Numismata Herennii Etrusci Aug.

IMP. C. Q. HER. ETR. MES. DECIO AVG. Capite radiato. .)(. VICTORIA GERMANICA, ut proxime in Hostiliano. Argenteus est in Museo nostro, & apud P. CHAMILLART.

STEMMA TREBONIANI & VOLVSIANI AVGG.

ex solis nummis antiquis.

Finnius. Conjux, Vibia.

Finnius Vibius. Conjux, Valeria.

Val. Finnius Vibius: cui ex aliqua sororum Julii Maximiani Pii, qui pater fuit C. Julii Maximini Pii Aug.

Vibius Trebonianus Gallus, cui cognomen illud est a prima conjuge Trebonia Galla, filia Trebonii & Sulpiciæ Gallæ. Ex altera conjuge Volusia, filia Julii Vindicis, & Volusiæ:

C. VIBIVS TREBONIANVS GALLVS CAESAR AVG.

C. VAL. FIN. VIBIVS GALLVS VINDEX VOLVSIANVS PIVS AVG.

Caii prænomen uterque accepit, exemplo Maximini Pii; quod erat proprium primogenitorum gentis Juliæ. Et erat uterque primogenitus; alter familiæ Juliæ Maximæ; alter familiæ Juliæ Vindicis: quam ob causam uterque *Caius*. Neque enim hi duo fratres sunt ex eadem matre prognati. Quod si ex eodem utroque parente essent, ut nonnisi unus esset primogenitus, sic unus dumtaxat *Caii* prænomen haberet. Nam fratres idem habere prænomen non possunt. *Vibius* deinde *Trebonianus Gallus*, vel *Val. Finnius Vibius Gallus*, de patris nominibus appellatur. Addit Volusianus nomina matris suæ, dum *Vindex Volusianus* præterea appellatur. Fuit ex hac Galla domo, Galla Placidia Aug Theodosii (ut ferunt) altera conjux. *Gallus* cognomen est in primis gentis Sulpiciæ apud Plinium, libro 2. sect. 1x. ubi *Sulpicius Gallus Consul cum Marcello*. *Vindex* cognomen est Juliæ familiæ unius; unde *Julius Vindex*, *assertor libertatis a Nerone*, apud Plinium. Non patitur autem ætas, quæ in nummis apparet, dici Volusianum Treboniani filium: cum iste paulo cernatur major tricenario: Volusianus prope tricenarius sit.

Numismata Treboniani Galli Aug.

IMP. C. C. VIB. TREB. GALLVS AVG. Capite radiato. .)(. ADVENTVS AVG. Ipse in equo, dextra elata. Argenteus, apud P. CHAMILLART.

IMP. CAES. C. VIBIVS TREBONIANVS GALLVS AVG. Capite laureato. .)(. LIBERALITAS AVGG. S C. Dea stat, cum tabella & Cornucopiæ. Ex ære magno, ibidem.

Ut supra. .)(. P. M. TR. P. COS. II. P. P. S C. Ipse togatus, & capite velato cum bacillo Imperatorio, & patera, ante aram sacrificat. Est ex ære magno, in Museo nostro: cusus hoc anno ante Natalem Urbis.

Ut supra. .)(. ROMAE AETERNAE. S C. Dea sedens, hastam sinistra, dextra Victoriam tenet. Ex ære magno ibidem. Similem in Hostiliano vidimus superius: mox visuri & in Volusiano similem. Est autem concordiæ argumentum inter Augustos tam indiscreta similitudo numismatum.

Ut supra. .)(. CONCORDIA AVGG. *Concordia Augustorum*, Treboniani & Volusiani. S C. Dea stat cum patera, & gemino Cornucopiæ. Ex ære magno ibidem. Est autem laudanda Concordia inter fratres: inter patrem & filium non recte *Concordia* dicitur, sed *Pietas*.

Ut supra. .)(. PIETAS AVGG. Nempe erga superos. Dea Pietas stat expansis manibus, cœlumque respiciens, velut orans, ante aram. S C. Ex ære magno, ibidem.

Ut supra. .)(. LIBERTAS AVGG. S C. Dea Libertas stat, pileum dextra tenet. Ex ære magno ibidem.

Ut supra. .)(. VICTORIA AVGG. Victoria stat cum palma & corona. Argenteus ibidem.

Ut supra. .)(. PAX AETERNA. Dea stat, cum hasta transversa, dextra ramum oleæ tenet. Ibidem, argenteus.

Ut supra. .)(. FELICITAS PVBLICA. Dea stat cum caduceo & Cornucopiæ. Ibidem, argenteus.

Ut

Ut supra. .)(. APOLL. .)(. SALVTARI. S C. Stat Apollo, dextra lauri ramum, sinistra citharam tenet. Ex ære magno, ibidem.

Ut supra. .)(. IVNONI MARTIALI. Dea in templo sedet. S C. Est ex ære magno & ex argento, in Museo nostro.

Ut supra. .)(. In corona laurea, VOTIS DECENNALIBVS. Ex ære magno, in Museo P. Chamillart.

Ut supra. .)(. VBERITAS AVG. ut in nummis Etruscillæ & Hostiliani, quos protuli ad annum 250. Est argenteus in Museo nostro.

Ut supra. .)(. PROVIDENTIA AVGG. Stat Dea cum hasta transversa: dextra tenet orbem Romanum. Ibidem argenteus.

IMP. CAES. C. VIBIVS TREBONIANVS GALLVS AVG. Capite laureato. .)(. ADVENTVS AVGG. Gallus & Volusianus in equis, præeunte Victoria, militibus subsequentibus. Ex ære maximo nummus est, sed nobis suspectus.

IMP. GALLVS AVG. IMP. VOLVSIANVS AVG. Capita adversa amborum, & æque laureata: id quod argumento est, non esse patrem & filium, sed ambos fratres. .)(. ADVENTVS AVGG. Ambo in equis cum hasta. Est ex ære maximo, apud Card. Carpegna.

Eadem inscriptio. .)(. PONTIF. MAX. TR. P. II. COS. II. Ambo curru triumphali vehuntur: a sua quisque Victoria coronatur: milites præeunt & subsequuntur. Est hic ex ære maximo: sed nostro quidem judicio adulterinus ac fictus; nec satis perite. Nam uter amborum Pontifex Maximus hic designatur?

ΑΥ. ΚΑΙΣ. Γ. ΟΥΙΒ. ΤΡΕΒ. ΓΑΛΛΟΣ ΑΥΓ. αὔγυστος. Capite radiato. .)(. ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΚΑΛΥΚΑΔΝΩ. Capita duo dearum adversa: laureatum alterum, alterum simile Isidis, cum Cornucopiæ. Est ex ære maximo, in gaza Regia.

ΑΥΤΟΚ. Κ. Γ. ΟΥΙΒ. ΤΡΕΒ. ΓΑΛΛΟΣ ΣΕΒ. Capite laureato. .)(. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟ. ΚΟΛΩΝ. Templum, in quo Genius civitatis. Supra, Δ. Ε. Infra S C. ariete supercurrente. Est ex ære magno in Museo nostro.

ΑΥΤ. Κ. Γ. ΟΥΙΒ. ΤΡΕΒ. ΓΑΛΛΟΣ ΣΕΒ. Capite laureato. .)(. ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞΟΥΣΙΑΣ. Aquila Romana alis expansis. In medio, Α. *Anno primo*. qui desinit ante autumnum anni hujus. Est ex ære mediocri, apud P. Chamillart.

Numismata Volusiani Aug.

IMP. CAES. C. VIB. VOLVSIANO AVG. Capite laureato. .)(. ADVENTVS AVGG. Ambo in equis, præeunte Victoria, militibus subsequentibus. Ex ære maximo, sed nobis suspectus.

IMP. CAES. C. VIBIO VOLVSIANO AVG. Capite laureato. .)(. LIBERALITAS AVGG. S C. Dea stat cum tabella & Cornucopiæ: ut in Treboniano. Est ex ære magno, in Museo P. Chamillart.

Ut supra. .)(. CONCORDIA AVGG. S C. Dea sedet; in altero stat; cum patera & gemino Cornucopiæ, ob utriusque Augusti curam in procuranda annona. Est ex ære magno, ibidem.

Ut supra. .)(. PIETAS AVGG. Dea Pietas stat ad aram, expansis manibus, ut in Treboniano. Argenteus, ibidem.

Ut supra. .)(. LIBERTAS AVGG. ut in Treboniano. S C. Ex ære magno, ibidem.

Ut supra. .)(. VIRTVS AVGG. Dea cum hasta & clypeo. Argenteus, ibidem.

Ut supra. .)(. PAX AVGG. Dea stat cum hasta pura, dextra ramum oleæ tenet. Argenteus, ibidem.

Ut supra. .)(. FELICITAS AVGG. Dea stat cum caduceo & Cornucopiæ. Ibidem, argenteus. Item, FELICITAS PVBLICA. S. C. Ibidem, ex ære magno.

Ut supra. .)(. APOLLO. SALVTARI. S C. Stat Apollo; dextra lauri ramum, sinistra citharam tenet. Ex ære magno ibidem, & in Museo nostro.

Ut supra. .)(. IVNONI MARTIALI. S C. ut in Treboniano. Ex ære magno & argento, ibidem.

Ut supra. .)(. VOTIS DECENNALIBVS, in corona laurea; ut in Treboniano. Ex ære magno, in Cimelio D. Foucault.

IMP. C. VA. F. GAL. VIND. VOLVSIANO AVG. Capite radiato. *Imperatori Caio Valerio Finnio Gallo Vindici Volusiano Aug.* .)(. MARTI PACIFERO. Argenteus, apud Occonem, pag. 458.

Eadem inscriptio.)(. SAECVLVM NOVVM. Nummus est eximius ex argento, apud P. Chamillart: quo de nummo egi in epistola De Nummis inscriptis, GRATIANVS AVGG AVG.

ΑΥΤ. Κ. Γ. ΟΥΙΒ. ΓΑΛΛΟΣ ΚΑΙ ΟΥΟΛΟΥΣΙΑΝΟΣ ΣΕΒ. Capita duo: radiatum alterum, alterum laureatum. .)(. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟ. ΚΟΛΩΝ. Dea in templo sedet, homine ad pedes in aquis natante. Δ. Ε. S C. Est ex ære magno, in Museo nostro.

ΑΥΤ. Κ. ΓΑ. ΦΙΝ. ΓΑΛ. ΟΥΕΝΔ. ΟΥΟΛΟΣΙΑΝΟΣ ΣΕΒ. Caput laureatum. .)(. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟ. ΚΟΛΩΝ. ut proxime. D. Vaillant sic interpretatur: *Imperator Cæsar* Γανδαλικὸς *Vandalicus Finnicus Galindicus Vendenicus Volusianus Aug.* Tu vero sic lege: *Imp. Cæsar Caius Finnius Gallus Vindex Volusianus Aug. Vindex* est Græce Οὐίνδιξ; ut *Domitianus* Δομετιανὸς, & *Britannicus* Βρεταννικὸς est.

ΑΥΤΟΚ. Κ. ΓΑ. ΦΙΝ. ΓΑΛ. ΟΥΕΝΔ. ΟΥΟΛΟΥΣΙΑΝΟΣ. Capite radiato. .)(. ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞΟΥΣΙΑΣ. Aquila Romana expansis alis, rostro coronam gerit. In medio, Β. *Anno secundo*, qui incipit autumno anni hujus. Est ex ære mediocri, in Cimelio D. Foucault.

Anno Christi 252. V. C. 1005. Treboniani & Volusiani 2. Æmiliani 1.

Numismata Treboniani Aug.

IMP. CAES. C. VIB. TREB. GALLVS AVG. Capite radiato. .)(. AETERNITAS AVGG. Dea stans, dextra orbem Romanum tenet, cui Phœnix impositus est. Est ex argento in Museo nostro: ex ære magno cum S C. & capite laureato, apud P. Chamillart. Æternitas gentis Cæsarum, ex qua Trebonianus prodiit, hoc nummo commendatur.

Ut supra. .)(. P. M. TR. P. III. COS. II. P. P. Argenteus apud Fœschium, teste Mediobarbo: cusus hoc anno post Natalem Urbis.

Ejusdem. .)(. L. Γ. *Anno tertio*: qui Græco more autumno incipit hujus anni. Est ex ære mediocri, apud D. Foucault, & in Thesauro Mauroceni, pag. 140.

Numismata Volusiani Aug.

Α. Κ. ΓΑ. Φ. ΓΑΛ. Β ΒΟΛΟΥΣΙΑΝΟΣ. ΕΥ. *Imperator Cæsar Caius Finnius Gallus Vindex Volusianus Pius.* Capite laureato. Serapis stat

cum hasta pura. L. Γ. *Anno tertio*, ut in nummo Treboniani. Est in Thesauro Mauroceni, pag. 140. & in Cimelio D. FOUCAULT, ex ære mediocri. *Pius* est Volusianus; *Felix* non est: quoniam non fuit ex stirpe Commodi Pii Felicis oriundus.

ΑΥΤΟΚ. Κ. ΓΑ. ΦΙΝ. ΓΑΛ. ΟΥΕΝΔ. ΟΥΟΛΟΥCΙΑΝΟC. Capite radiato.)(. ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞΟΥCΙΑC. Aquila Romana expansis alis rostro coronam gerit. In medio, Γ. *Anno tertio*. Infra, S C. Ex ære mediocri.

De nummo Hostiliani Aug. COL. VIM. AN. XIII. dicam inferius.

Hoc ipso anno, Natali Urbis, creatur Æmilianus Aug. ad annum unum, cum titulo Pont. Max. & Tribunicia Potestate: ac simul Consul sufficitur in locum prioris.

STEMMA ÆMILIANI AUG.

Æmilius. Conjux, neptis una Commodi Aug. Pii Fel.	GORDIANUS AFR. Æmilianus AUG. pater. *Vide stemma Gordiani Africani.*
M. AEMILIUS AEMILIANUS PIUS FEL. AUG.	Æmilia Gordiana Pia Felix, conjux Æmiliani Aug.

Æmilius Æmilianus dicitur, qui cum paterno genere ex familia una Æmilia sit, alterius Æmiliæ familiæ filiam Æmiliam matrimonio sibi consociaverit. Sic *Domitius Domitianus*, *Licinianus Licinius*, aliique. Illud autem ex duobus nominibus priore loco ponitur, cujus familia celebratior est. At *Pius Felix* cum Æmilianus dicitur, ostendit se oriundum ex Commodo, qui *Pius Felix* fuit: alioqui enim dici statim in nummis *Pius Felix* non potuisset: quo utroque cognomine semper insignitur in nummis. Cum Volusianus & Trebonianus sint quidem *Pii*; *Felices* autem dici non potuerint; quoniam nulla essent cum Commodo Pio Felice consanguinitate conjuncti. Hæc autem cognomina diligentissime in suis titulis scripserunt Augusti, quibus licuit; quoniam his illi originem suam ab Antonino Augusto Pio liquido demonstrarent.

Ex illa etiam affinitate, sive ex matrimonio cum filia Gordiani Africani patris, dictus est iste *Æmilianus*. Est enim idem *Africanus* atque *Æmilianus*, postquam P. Cornelius Scipio Africanus ab Æmilia conjuge dictus est Æmilianus, circiter annum Urbis DC. Itaque nihil propemodum intererat, utrum Æmilius Aug. *Æmilius Æmilianus* diceretur, an *Æmilius Africanus*. Vide stemma Gordianorum superius positum.

Denique quemadmodum Aurelius Cæsar Antonini Pii soceri sui prænomen accepit, quod est *Marcus*: sic Æmilianus prænomen assumpsit soceri sui M. Antonii Gordiani Africani: quo se in familiam quoque Antoniam transisse significaret: id quod etiam satis per se denotat *Pii Felicis* appellatio, quæ originem habet a M. Commodo Antonino P. F.

Numismata Æmiliani Aug.

SALL EMILIUM EMILIANUM CAE. Capite Æmiliani laureato.)(. COLONIA EMIL. DAMASCO MHTPO. Cista, ex qua palmæ duæ emicant. S C. *Senatusconsulto*. Est ex ære magno, in Cimelio D. FOUCAULT. Sic nummi epigraphen lege mecum, sodes, Amice: *Salutat Lucium Æmilium Æmilianum Cæsarem Colonia Æmilia* Δάμασκος Μητρόπολις. Absque ullo titulo dignitatis nomina tantum & prænomen avitum Æmiliani ponit; quippe cum ex his esset satis sane nobilis & notus. *Lucius* prænomen fuit gentis Æmiliæ; ex qua L. Æmilius Buca Quartumvir Monetalis sub Augusto. *Æmilius* fuit ex patre; *Æmilianus*, ex conjuge; *Cæsar*, ex matre. Ab eo Colonia Damascus Æmilianam se cognominat; ex Græcis pariter Latinisque constans colonis; ut in hac inscriptione mixti utriusque linguæ characteres admonent.

IMP. AEMILIANUS PIUS FEL. AUG. Capite radiato: vultu annorum fere XL.)(. VICTORIA AUG. Victoria cum palma & corona. Argenteus, apud P. CHAMILLART.

Ut supra.)(. PACI AUG. *Paci Augusti*, vel *Augustæ*. Pax innixa columnæ, cum hasta pura, dextra tenet ramum oleæ. Argenteus, ibidem.

Ut supra.)(. VIRTUS AUG. Stat ipse paludatus, & capite galeato: sinistra hastam, ramum lauri dextra tenet. Argenteus, ibidem.

Ut supra.)(. HERCULI VICTORI. Hercules stat, cum clava & leonis exuviis. Argenteus ibidem, & in Museo nostro.

Ut supra.)(. MARTI PACIFERO, ut in Volusiano. Argenteus, in gaza Regia.

Ut supra.)(. MARTI PROPUG. *Marti propugnatori*: ut in Herennio & Hostiliano. Ibidem argenteus, & in Museo nostro.

Ut supra.)(. DIANA VICTR. *Diana victrix*. Diana succincta, dextra sagittam tenet, arcum sinistra. Argenteus in Museo nostro.

Ut supra.)(. CONCORDIA AUGG. *Concordia Augustorum*, Æmiliani videlicet, Treboniani, & Volusiani: quantumvis adversentur fictis suis fabulis architecti historiæ Augustæ. Est hic argenteus in gaza Regia. Dexteræ manus ibi duæ simul junctæ.

Ut supra.)(. AETERNITAS AUGG. *Æternitas Augustorum*, ut in nummo Treboniani hoc anno. S C. Est hic ex ære magno, in Museo nostro. Alterum saltem Augustum cum Æmiliano fuisse concordem, nummus hic quoque asserit: domusque Cæsarum æternitatem orto ex ea familia Æmiliano Aug. stabiliri.

Ut supra.)(. VOTIS DECENNALIBUS, in corona laurea. Est ex ære magno, in Museo nostro.

Ut supra.)(. P. M. TR. P. COS. Stat ante signum militare, dextra pateram, sinistra hastam tenet. In alio stans togatus, ac velato capite, sacrificat. Epigraphe, P. M. TR. P. Uterque est ex ære, apud D. Vaillant.

Ut supra.)(. IOVI CONSERVATORI. S C. Juppiter hastam sinistra, dextra fulmen tenet, ac simul pallio Æmilianum togatum tegit. Toga autem in Augustis, pacis symbolum est. Ex ære magno fuit olim in Museo San-Genovefano.

De nummo Æmiliani, ΑΙΓΕΑΙΩΝ. ΘϞC. vide Nummos Populorum & Urbium.

DE NUMMIS COL. VIMINACII *in Macedonia.*

Institutam hactenus ab anno primo Gordiani Pii Felicis Chronologiam mirifice confirmant & adstruunt nummi coloniæ Viminacii in Macedonia, (ut dixi in Nummis Populorum & Urbium:) aliique inscripti,

ti, DACIA: quos propterea sub unum conspectum repræsentari hoc loco satius visum est, quam in suos annos dispergi. Annus porro in ea colonia, ut in Occidente, a Kalendis Januariis incipit. Primus autem Viminacii coloniæ annus incidit in annum Christi 240. V. C. 993. Gordiani 3. Itaque hic ordo est nummorum illorum.

Anni Christi.	*Anni Urbis Conditæ.*	*Anni Impp. Gordiani*	
240	993	3	IMP. GORDIANVS PIVS FEL. AVG. Capite laureato. .)(. P.M. S. COL. VIM. *Provincia Macedonia superioris colonia Viminacium.* AN. I. *Anno primo.* Ex ære magno.
241	994	4	. . . .
242	995	5	. . . .
243	996	... 6	Ut supra. P. M. S. COL. VIM. AN. IIII.
244	997	*Philippi* 1	Ut supra. P. M. S. COL. VIM. AN. V. cusus ante Natalem Urbis: quo die Natali Philippus capessivit imperium. Est hic ex ære mediocri, apud P. CHAMILLART.
			IMP. M. IVL. PHILIPPVS AVG. Capite laureato. .)(. P. M. S. COL. VIM. AN. V. Ex ære magno, ibidem; cusus hoc anno post Natalem Urbis.
			M. IVL. PHILIPPVS CAES. Capite nudo Philippi filii. .)(. P. M. S. COL. VIM. AN. V.
245	998	2	IMP. M. IVL. PHILIPPVS AVG. Capite laureato. .)(. P. M. S. COL. VIM. AN. VI. Est ex ære magno, in Museo nostro.
			M. IVL. PHILIPPVS CAES. .)(. P. M. S. COL. VIM. AN. VI.
246	999	3	IMP. M. IVL. PHILIPPVS AVG. .)(. P. M. S. COL. VIM. AN. VII.
			M. IVL. PHILIPPVS CAES. .)(. P. M. S. COL. VIM. AN. VII. Cusus ante Natalem Urbis.
247	1000	4	IMP. M. IVL. PHILIPPVS AVG. .)(. P. M. S. COL. VIM. AN. VIII. Philippi patris.
			IMP. M. IVL. PHILIPPVS AVG. Capite Philippi filii radiato. .)(. P. M. S. COL. VIM. AN. VIII.
			IMP. M. IVL. PHILIPPVS AVG. Capite Philippi patris radiato. .)(. PROVINCIA DACIA. Dea stat cum vexillo, inter leonem & Aquilam Romanam, quæ coronam rostro tenet. AN. I.
			M. IVL. PHILIPPVS CAESAR. Capite nudo Philippi filii. .)(. PROVINCIA DACIA. AN. I. ut proxime. Ex ære magno, in Museo nostro: cusus hoc anno ante Natalem Urbis.
248	1001	5	IMP. M. IVL. PHILIPPVS AVG. Philippus pater. .)(. P. M. S. COL. VIM. AN. VIIII. Ex ære mediocri, apud P. CHAMILLART.
			IMP. M. IVL. PHILIPPVS AVG. Philippus filius. .)(. P. M. S. COL. VIM. AN. VIIII.
			IMP. M. IVL. PHILIPPVS AVG. Philippus pater. .)(. PROVINCIA DACIA. AN. II.
			IMP. M. IVL. PHILIPPVS AVG. Philippus filius. .)(. PROVINCIA DACIA. AN. II.
249	1002	6 Decii 1. a die Natali Urbis.	IMP. M. IVL. PHILIPPVS AVG. Philippus pater. .)(. P. M. S. COL. VIM. AN. X. cusus ante Natalem Urbis. Est & Otaciliæ similis.
			IMP. M. IVL. PHILIPPVS AVG. Philippus filius. .)(. P. M. S. COL. VIM. AN. X. ut proxime.
			IMP. M. IVL. PHILIPPVS AVG. Philippus pater. .)(. PROVINCIA DACIA. AN. III.
			IMP. M. IVL. PHILIPPVS AVG. Philippus filius. .)(. PROVINCIA DACIA. AN. III. Cusus ante Natalem Urbis, ut tres priores.
			IMP. CAES. C. MES. Q. DECIVS TR. P. F. AVG. Capite laureato. .)(. P. M. S. COL. VIM. AN. X. Ex ære magno, apud P. CHAMILLART.
			IMP. C. M. Q. TRAIANVS DECIVS. .)(. PROVINCIA DACIA. AN. III. post Natalem Urbis.
250	1003	Decii 2	IMP. TRAIANVS DECIVS AVG. .)(. P. M. S. COL. VIM. AN. XI.
			Q. H. ETR. MES. DEC. CAES. .)(. P. M. S. COL. VIM. AN. XI.
			C. VAL. HOST. M. QVINTVS .)(. P. M. S. COL. VIM. AN. XI.
			IMP. C. M. Q. TRAIANVS DECIVS. .)(. PROVINCIA DACIA. AN. IIII. similis est & Herennii Cæsaris.
251	1004	Treboniani 1. a die Natali Urbis.	IMP. TRAIANVS DECIVS AVG. .)(. P. M. S. COL. VIM. AN. XII. Cusus ante Natalem Urbis. Sunt & Etruscillæ, & Herennii Etrusci, ac Valentis Hostiliani Cæsarum similes, eodem tempore percussi.
			IMP. C. M. Q. TRAIANVS DECIVS. .)(. PROVINCIA DACIA. AN. V. Ante Natalem Urbis.

Q. HER.

Anni Christi	*Anni V. C.*	*Anni Impp.*	
			Q. HER. ETR. MES. DEC. CAES. .)(. PROVINCIA DACIA. AN. V. Ante Natalem Urbis: quo die Natali Augustus est salutatus.
			VAL. HOSTIL. QVINTVS CAE. .)(. P. M. S. COL. VIM. AN. XII. Ex ære mediocri, apud P. Chamillart.
			IMP. C. C. VIB. GALLVS AVG. Capite Treboniani laureato. .)(. P. M. S. COL. VIM. AN. XII. Post Natalem Urbis.
252	1005	2	Ut supra. .)(. P. M. S. COL. VIM. AN. XIII.
		& Æmiliani 1.	Ut supra. .)(. PROVINCIA DACIA. AN. VI.
		a Natali Urbis.	C. VAL. HOST. M. QVINTVS. Capite Hostiliani Aug. laureato. .)(. P. M. S. COL. VIM. AN. XIII.
253	1006	3 qui etiam	IMP. C. C. VIB. GALLVS AVG. Capite Treboniani laureato. .)(. P. M. S. COL. VIM. AN. XIIII.
		1. Gallieni	IMP. C. VIBIVS VOLVSIANVS. .)(. P. M. S. COL. VIM. AN. XIIII.
		& Valeriani, a die	IMP. C. M. AEMIL. AEMILIANVS AVG. Capite laureato. .)(. P. M. S. COL. VIM. AN. XIV. Ex ære mediocri, apud D. Fovcavlt: cusus hoc anno ante Natalem Urbis.
		Natali Urbis.	IMP. VALERIANVS P. AVG. Capite laureato. .)(. P. M. S. COL. VIM. AN. XIIII. post Natalem Urbis.
			C. VAL. HOST. M. QVINTVS. Capite Hostiliani Aug. laureato. .)(. PROVINCIA DACIA. AN VII. ante Natalem Urbis.
		Valeriani &	IMP. C. M. AEMIL. AEMILIANVS AVG. .)(. PROVINCIA DACIA. AN. VII. ante Natalem Urbis.
		Gallieni	IMP. GALLIENVS PIVS AVG. .)(. PROVINCIA DACIA. AN. VII. Post Natalem Urbis.
254	1007	2	IMP. VALERIANVS P. AVG. .)(. P. M. S. COL. VIM. AN. XV.
255	1008	3	IMP. VALERIANVS P. AVG. .)(. P. M. S. COL. VIM. AN. XVI.

Quot & quantos errores, quantasque & quam multas scriptorum Romanæ sive Augustæ historiæ fabulas Chronologia hæc refellat, conferendo ipsemet, nullo labore, sed & cum voluptate, intelliges. . . . . Die sabbati, 20. Mart. 1700.

Anno Christi 253. V. C. 1006. *Valeriani & Gallieni*, 1.

Die Natali Urbis deponunt magistratum Æmilianus, Herennius, & Hostilianus: ad annum unum Treboniano & Volusiano prorogatur potestas Tribunicia. Trium priorum cusos ante Natalem Urbis hoc anno nummos proxime exhibuimus. Treboniani ac Volusiani reliqui nunc subjungendi sunt, ut ad Valerianum deinde & Gallienum progrediamur.

IMP. C.C. VIBIVS TREBONIANVS GALLVS AVG. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. IIII. COS II. P. P. S C. Imperator ad aram sacrificans, dextra pateram, sinistra tenet bacillum Imperatorium. Hunc profert Mediobarbus e Museo suo. Occo alium, simili epigraphe utraque; in quo Dea stat, dextra ramum tenet.

IMP. CAES. C. VIBIO VOLVSIANO AVG. Capite radiato. .)(. P. M. TR. P. IIII. COS. II. Stat ipse togatus, dextra ramum oleæ tenet, sinistra bacillum Imperatorium. Argenteus, in Museo nostro, & apud P. Chamillart: ubi rursum alter argenteus, qui & apud Occonem est, in quo Imperator togatus ac velato capite sacrificat, dextra pateram tenens, læva bacillum Imperatorium, ut in Treboniani nummo.

ΑΥΤΟΚ. Κ. ΓΑ. ΦΙΝ. ΓΑΛ. ΟΥΕΝΔ. ΟΥΟΛΟΥCΙΑΝΟC. Capite radiato. .)(. ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞΟΥCΙΑC. ΥΠΑΤΟ. Β. *Tribunicia Potestate, Consul II.* Aquila Romana expansis alis, rostro gestat coronam. Infra, Δ. *Anno quarto*, qui annus incipit autumno hujus anni, more Græco. Infra, S C. Est ex ære mediocri.

VALERIANVS & GALLIENVS.

Natali Urbis creantur Augusti, Valerianus & Gallienus; ut docent nummi coloniæ Viminacii, & Provinciæ Daciæ, superiore epistola descripti, aliique. Simul Valerianus Consul II. & Gallienus Consul primum, suffecti in aliorum locum salutantur. Eliguntur hi autem, quoniam & probi, & fratres patrueles essent, de familia Cæsarum, *Pii Felices*, Commodi Aug. pronepotes.

STEMMA VALERIANI & GALLIENI

ex solis nummis antiquis.

M. AVR. COMMODVS PIVS FELIX AVG. Anniæ Faustinæ Piæ F.

Annius Aurelius Cæsar. — Commoda. Nupsit secundo connubio, P. Licinio Nervæ. — N.

(Commodæ filii:) P. Licinius P. Fel. Conjux ei fuit Egnatia Galliena. — P. Licinius P. Felix, primogenitus. Ex secundi uxore,

P. LICIN. EGN. GALLIENVS P. FEL. AVG. Prima Conjux, DIVA MARINIANA. — P. LICIN. VALERIANVS P. FEL. AVG. cui cognomen a prima conjuge Fl. Valeria.

Ex

Ex prima conjuge,	Ex secunda conjuge,
Valeria,	CORN. SALONINA,
LIC. VALERIANVS junior, AVG.	CORN. SALON. VALERIANVS CÆS.
Cujus nepos,	
LICINIVS P. FEL. AVG. collega Constantini.	

Gallienus nomen assumit primo paternum *Licinii*: maternum deinde *Egnatii Gallieni*. Valerianus habet primo paternum *Licinii*, deinde a conjuge Valeria *Valeriani* cognomen, ut a Domitia *Domitianus*.

Sive *Gallienus* autem solummodo diceretur, sive *Egnatius Gallienus*, nihil intererat: siquidem esset *Gallienus* cognomen gentis Egnatiæ. Gallienum autem fuisse ex ea gente, nummi testantur, ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ, ΝΙΚΑΙΕΩΝ, ΠΡΟΥCΙΕΩΝ, & CΙΔΗΤΩΝ, in Nummis Populorum & Urbium, aliique. Ergo materno ex nomine, sive ex matre Egnatia Galliena dictus est *Egnatius Gallienus*: quemadmodum ex matre Herennia Etruscilla dictus est *Herennius Etruscus* Trajani Decii F. Ex patre & paterna avia dictus est *Pius Felix*: quo neque ipse, neque Valerianus patruelis ejus, insigniri cognomine minime ea ætate posset nisi esset uterque Commodi *Pii Felicis* pronepos.

In omnibus omnino nummis antiquis, multo major natu Gallienus, quam Valerianus, apparet. Nam ille videtur annorum saltem XXXV. in initiis principatus; iste non major tricenario. Id quod perspicue agnoscitur in nummis utriusque inscriptis, LIBERALITAS AVGG. ex ære magno & ex argento; quos percussos fuisse oportet primo ipso anno amborum principatus: & tamen in his barba jam crispa Gallienus pingitur, Valerianus rasa, & vegetiore vultu.

Sed Valerianus Gallieno est idcirco prælatus, quod esset ex primogenito familiæ Liciniorum natus; & idem priore conjugio affinitate conjunctus cum familia Fl. Valeria; cum Cornelia, secundo: & quod liberos Cæsares haberet, nullos Gallienus; tunc conjuge, ac liberis, si quos aliquando liberos habuit, orbatus.

Si Valeriani filius esset Gallienus, prius ipse Cæsar in nummis, quam Augustus foret; ut Philippus Philippi F. ut liberi Decii, ut Valerianus ipse Cæsar Valeriani Aug. F. ut Titus Vespasiani, ut alii plurimi. Sed cum Valerianus & Gallienus ambo statim Augusti appareant, ut Diocletianus & Maximianus ex nummis antiquis, ut Marcus & Verus; intelligere est, ipsos simul a Senatu, quoniam fratres patrueles essent, Augustos esse constitutos.

Deinde si Valeriani filius esset Gallienus, non *Gallienum* in nummis, sed *Valerianum* dici eum semper oporteret. Nam Valeriano nomen nonnisi a conjuge potuit esse, ut ad primogenitum saltem ex eo conjugio transmitteretur. Sic Vespasianus a Vespasia conjuge nomen habuit, ut Titus Cæsar ex eo conjugio primum natus *Vespasianus* similiter semper appellaretur. Sic *Maximianus* a Maxima conjuge, ut *Maximianus* junior, qui ex eo primum conjugio prodiit, semper diceretur. Atqui nec in Latinis umquam, nec in Græcis nummis *Valeriani* cognomen habet Gallienus. Non est igitur Valeriani F. Gallienus. Nam si Valerianus Augustus nomen istud a matre haberet, ut habuit Maximianus junior: liberi Valeriani non jam *Valeriani*, sed *Valerini* dicerentur, aut *Valerii*: quemadmodum ex Maximiano nascitur *Maximinus*, & inde *Maximus*.

Præterea, si Gallienus Valeriani filius fuit, unde habet Gallienus Egnatii Gallieni nomen, & neutrum Valerianus vel semel habet? Non habent enim in nummis Romani Cæsares vel Augusti nomina, nisi ex patre vel matre, vel conjuge; & hæc quidem postrema fere desinentia in *ianus*. Ergo Egnatiam Gallienam fuisse oportet matrem Gallieni, filiam Egnatii & Gallienæ. Non igitur ex Valeriani conjuge, siquidem hæc non *Egnatia*, sed *Valeria* fuit, natus est Gallienus.

Valerianos certe duos juniores, tam Valeriani senioris filios esse oportet, non alterum ex his Gallieni, quam necesse est Maximianum juniorem Maximiani, Licinianum Liciniani esse filium, quod & nummi docent. Neque illam inscriptionem moramur, quæ est apud Gruterum, pag. CCLXXV, 5. P. LICINIO SALONIN. VALERIANO NOB. CAES. PRINC. IVVEN. VALERIANI AVG. NEPOTI. GALLIENI ET SALONINAE AVG. FILIO. MATER PIENTISSIMA. Hanc enim esse recentem ac fictam quis non intelligat; cum neque abesse debeat *Cornelii* nomen; nec prius dici quemquam *nepotem* quam *filium* consuetudo ferat; nec Gallienum appellet *Augustum*; & barbara voce utatur, *pientissima*, a qua illa etiam ætas abhorruit: nec denique Valeriani nepos *Valerianus*, sed *Valerius*, diceretur?

Gallienus & Valerianus *Publii* prænomen ambo habent, quia ambo ex eadem familia Augusti: & illud proprium gentis Liciniæ prænomen fuit; & (ut memini me tibi in Nerva scribere) jam ex ea gente fuit Augustus aliquis, cujus prænomine assumpto suam ex illo originem demonstrarent. Nerva nimirum. Fratres enim habere idem prænomen non possunt; sed possunt patrueles. Fuit in ramos geminos seu stirpes duas Licinia gens hic divisa; quas in se uno postea repræsentasse Licinius Aug. gloriabatur, cum se *Licinianum Licinium* inscriberet, ut dixi in Sæculo Constantiniano.

Valeriano Aug. commissum fuisse Orientem, & Saloninam ejus conjugem fuisse, non nomina solum *Cornelii Salonini Valeriani Cæsaris*, sed & nummi docent Ægensium Ciliciæ, in honorem Valeriani & Saloninæ multi percussi, nulli in honorem Gallieni. Anazarbi similiter in eodem tractu. Ex quo intelligimus, defensas adversus Parthorum incursiones diu fuisse Ægas Ciliciæ cum Anazarbo, a Valeriano: ac demum anno ipsius octavo amissas, deditione fortassis, quæ turpis visa sit Senatui. Nam neque Ægæ postea, nec Valerianus ipse deinceps apparet in nummis.

Ne vero nimium indulgere conjecturæ videamur, si Gallieni & Valeriani nummos certis adsignemus annis, ubi nullos habent adscriptos; satius visum est, exceptis his, qui aliquam habent anni notam, ceteros qui ad eruditionem & historiam aliquem usum afferunt, elementorum ordine hic exhibere; nec illorum solum modo, sed & conjugis Valeriani, ac liberorum, & totius domus illius Augustæ.

Numismata Valeriani Aug.

IMP. C.P. LIC. VALERIANVS AVG. Capite laureato. .)(. ADLOCVTIO AVGVSTORVM. Valerianus subsequentibus filiis paludatis adloquitur cohortes. Est ex ære magno.

CONCORDIA AVGVSTORVM. Capita Valeriani & Gallieni adversa. .)(. ADVENTVS AVGVSTORVM. Imperatores duo paludati, in equis, præeunte Victoria cum milite: aliis militibus subsequentibus. Ex ære mediocri, in gaza Regia.

CONCORDIA AVGVSTORVM. Capita duo adversa: Valeriani junioris, nudum, dextro latere: Gallieni, laureatum, sinistro. .)(. AD-

ADVENTVS AVGG. Augusti duo, Valerianus & Gallienus, in equis, ut proxime. Est ex argento majoris moduli, inter *medaglioni* Sereniss. Ducis Hetruriæ editos. Concordia Valeriani patris & Gallieni Augg. ingeniose significatur, conjuncta Valeriani junioris effigie cum Gallieni. Nam si filium Valeriani Gallienus diligit, certe & Valerianum ipsum.

IMP. CAES. P. LIC. VALERIANVS AVG. Capite laureato. .)(. CONCORDIA AVGVSTORVM. Capita Gallieni & Valeriani junioris adversa, ut proxime. In Museo D. Corrari, Nobilis Veneti, vidisse se refert D. Vaillant.

CONCORDIA AVGVSTOR. Capita duo adversa Valeriani & Gallieni. .)(. LIBERALITAS AVGG. Ambo iidem in suggesto sedent: stat in extimo Liberalitas: pone Augustos paludati duo stant: scalam adpositam civis Romanus conscendit. Est ex ære maximo & mediocri, apud D. Vaillant, & Patinum. In alio ex ære mediocri, apud eosdem, sola Liberalitas Dea stat, cum tabella & Cornucopiæ.

CONCORDIA AVGVSTORVM. Capita Valeriani & Gallieni adversa. .)(. ADLOCVTIO AVGVSTORVM. Uterque e suggesto cohortes adloquitur. Est ex ære mediocri. Concordiam Augustorum vides, ut Adventum suum simul exhibeant, ut Largitionem edant, ut Adloquantur cohortes. Statim igitur pares fuerunt; nec fuit Valerianus pater Gallieni.

IMP. C. P. LIC. VALERIANVS AVG. Capite laureato. .)(. CONCORDIA EXERCITVVM. S C. Dea stat cum patera, & gemino Cornucopiæ. Ex ære magno, apud P. Chamillart.

VALERIANVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. DEO VOLKANO. Vulcanus in templo quatuor columnis insigni. Est ex ære minimo in Museo nostro. *Volkanus* pro Deo ponitur, qui arma & tela ad bellum cudendi artem suggerit.

IMP. C. P. LIC. VALERIANVS P. F. AVG. Capite laureato. .)(. FIDES MILITVM. S C. Dea stans tenet signa militaria duo. Est ex ære magno in Museo suo.

IMP. C. P. LIC. VALERIANVS AVG. Capite radiato. .)(. GALLIENVS CVM EXER. SVO. Cippus, cui impositus Juppiter; dextra tenet Victoriam. In cippo. IOVI VICTORI. Est hic nummus in gaza Regia, & apud D. Baudelot. *Jovi Victori Gallienus cum exercitu suo*, statuam cippo impositam dicat. Gallienum hinc cum exercitu suo, veluti minorem Augustum, tametsi natu majorem, sub Valeriano Imp. militasse, intelligimus. Habuit unusquisque Imperator suum sub se militantem exercitum: Valeriano interim veluti potiore Imperatore, supremo omnium exercituum duce. Non igitur Gallienus omnium exercituum, sed *sui* tantum *exercitus* rector fuit.

Ut supra. .)(. IOVI PACATORI ORBIS. Juppiter sedet; dextra pateram, hastam sinistra tenet: ad pedes, Aquila Romana. Argenteus.

IMP. C. P. LIC. VALERIANVS P. F. AVG. Capite laureato. .)(. LIBERALITAS AVGG. S C. Dea Liberalitas stans, dextra tabellam, sinistra Cornucopiæ tenet. Ex ære magno, apud P. Chamillart. In alio, ibidem, LIBERALITAS AVG. tantum. In utroque, Valeriani vultus junior, quam Gallieni in nummis similiter inscriptis, alisque, est.

VALERIANVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. LIBERALITAS AVGG. III. *Liberalitas Augustorum tertia.* Dea Liberalitas, ut proxime. Est ibidem argenteus.

Ut supra. .)(. ORIENS AVGG. Sol radiato capite, dextra extenta, cum flagello. Est argenteus in Museo nostro. Quid sit *Oriens* hoc loco, dicam in Gallieno.

IMP. C. P. LIC. VALERIANVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. PIETAS AVGG. Ambo togati, cum bacillo Imperatorio, sacrificant ante aram. Argenteus, ibidem.

Ut supra. .)(. RESTIT. GEN. HVMANI. *Restitutor generis humani.* Sol capite radiato dextram attollit, læva orbem gerit. Argenteus in gaza Regia.

Ut supra. .)(. RESTITVTOR ORBIS. Stans ipse paludatus, dextra Deam in genu procidentem sublevat. Argenteus in Museo nostro.

Ut supra. .)(. RESTITVT. ORIENTIS. Ipse paludatus a Dea coronam accipit. Argenteus, ibidem.

Ut supra. .)(. VICTORIA AVGG. Victoria cum palma & corona. Argenteus ibidem, & ex ære mediocri, cum S C.

IMP. VALERIANVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. VICT. PART. Victoria, palmam gestans, captivum premit. In alio est, VICTORIA PARTICA, absque *h*. Uterque argenteus, apud P. Chamillart.

IMP. C. P. LIC. VALERIANVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. VIRTVS AVGG. Ambo stant paludati: alter orbem Romanum dextra, hastam sinistra; Valerianus nimirum: alter nempe Gallienus, dextra Victoriam, sinistra hastam gerit. Et hinc minorem Augustum intellige Gallienum. Argenteus, ibidem.

Ut supra. .)(. VOTA ORBIS. Duæ Victoriæ tenent clypeum palmæ arbori appensum, in quo S C. Vota sunt, ut conjunctis animis viribusque Augusti duo Victoriam de hostibus reportent. Argenteus ibidem, & in Museo nostro.

De nummis Valeriani, ΘΕΟΓΑΜΙΑ & ΘΕΟΚΑΜΙΑ, egimus in libro De Nummis Populorum & Urbium, verbo ΝΙΚΑΕΩΝ.

Nummi Corn. Saloninæ, quæ Valeriani Aug. conjux.

SALONINA AVG. Caput Augustæ in Lunæ crescentis effigie. .)(. AEQVITAS AVG. Dea Æquitas stans, dextra libram, sinistra Cornucopiæ tenet. Argenteus. *Licinia* olim & *Salonia* familia Catonum familiæ conjuncta affinitate fuit, teste Plinio, libro VII. sect. XII.

CORNELIA SALONINA AVG. .)(. AEQVITAS PVBLICA. Tres Deæ Monetæ stant. Ex ære magno in gaza Regia.

CONCORDIA AVGVSTORVM. Capita Valeriani vel Gallieni, & Saloninæ, adversa. .)(. AEQVITAS PVBLICA. Tres Deæ Monetæ. Ex ære magno similiter.

SALONINA AVG. .)(. AVG. IN PACE. Dea sedens, dextra ramum oleæ tenet, sinistra sceptrum transversum. Argenteus in Thesauro Regio, & apud Abb. Mezzabarba. Salonina impendisse operam in procurandis plebi urbanæ bonis, quæ solent esse cum pace conjuncta, hoc nummo dicitur.

CORN. SALONINA AVG. .)(. BENERI GENETRICI. *Veneri Genetrici*: hoc est, comitati & affabilitati ingenitæ insitæque a natura. Argenteus, apud P. Chamillart. Littera B. pro V hoc loco observanda.

Ut supra. .)(. CERERI AVG. Dea sedens, cum modio in capite, dextra spicas, læva hastam puram tenet. Argenteus ibidem.

Ut supra. .)(. CONCORDIA AVGG. Valerianus dextram porrigit Saloninæ. Argenteus.

SALONINA AVG. .)(. CONCORDIA AVGGG. Tres dexteræ junctæ; ad significandam concordiam Valeriani, Saloninæ, & Gallieni. Argenteus, in Thesauro Regio.

Ut

Ut supra. .)(. DEAE SEGETIAE. Dea cum Lunæ crescentis effigie stat in templo, quatuor columnis exornato. Argenteus in Museo nostro. Plinius, libro XVIII. sect. 2. *Hos enim Deos tunc maxime noverant: Seiamque a serendo, SEGESTAM a segetibus appellabant: quarum simulacra in Circo videmus.* Quem locum describens Augustinus, libro IV. de Civit. cap. VIII. *Segetiam* posuit.

Ut supra. .)(. FECVNDITAS AVG. Dea stans, læva tenet Cornucopiæ; dextram porrigit infanti nudo, ad pedes stanti, & utramque manum attollenti. Argenteus ibidem.

Ut supra. .)(. FELICITAS PVBLICA. Dea sedet, dextra caduceum, sinistra Cornucopiæ tenet. Argenteus, ibidem.

CORNELIA SALONINA AVG. .)(. IVNO REGINA. Stat Dea cum sceptro, & patera. S C. Ex ære magno ibidem, & ex argento.

SALONINA AVG. .)(. IVNO AVG. Dea sedens, lævo brachio puerum tenet. Argenteus in Museo nostro. Infra, NS *Narbonensium secundum* tributum.

Ut supra. .)(. IVNONI CONS. AVG. *Junoni Conservatrici Augustæ.* Cerva. Ex ære minimo, apud P. CHAMILLART.

CORN. SALONINA AVG. .)(. PIETAS AVG. Dea sedet: ante eam stant pueri duo. Argenteus, ibidem. In alio simili ex ære maximo, in Gaza Medicea est, PIETAS AVGG.

Ut supra. .)(. ROMAE AETERNAE. Roma sedet, dextra Victoriam porrigit Imperatori togato stanti. Nam & tunc Imperatores togati, siquidem Principes Senatus. Supra, Solis sidus; quoniam *Sol Dominus Imperii Romani* dicebatur. Argenteus in Museo nostro.

Ut supra. .)(. VENVS GENETRIX. Venus stans; dextra pateram, hastam læva gerit. Ex ære magno, & ex argento.

Ut supra. .)(. VENVS VICTRIX: hoc est, comitas affabilitasque, animos sibi concilians. Dea pomum dextra, sinistra palmæ ramum tenet. Argenteus in Museo nostro.

Ut supra. .)(. VESTA. Dea sedens, dextra pateram, læva hastam tenet. Argenteus, ibidem. Sunt etiam inscripti, VESTA AETERNA, & VESTA FELIX.

CAΛ. ΧΡΥϹΟΓΟΝΗ ϹΕΒ. *Salonina Chrysogone Augusta.* In alio, quem vidi, ϹΑΛΩΝ. ΧΡΥϹΟΓΟΝΗ ϹΕΒ. .)(. ϹΑΜΙΩΝ. Diana Ephesia. Est ex ære mediocri, apud P. CHAMILLART. Adde his alios, ex libro De Nummis Populorum & Urbium.

ΚΟΡΝΗΛΙΑ ϹΑΛΩΝΕΙΝΑ ϹΕΒ. Caput Saloninæ. .)(. L. A. *Anno primo.* Dea Æquitas sedet cum libra & Cornucopiæ. Est in Thesauro Brandeburg. tom. 2. pag. 160.

Numismata Valeriani junioris, qui filius natu major Valeriani Aug.

VALERIANVS CAESAR. Capite radiato. .)(. IOVI CRESCENTI. Puer capræ insidet. Est ex argento deaurato, in Museo nostro.

Ut supra. .)(. PIETAS AVGG. *Pietas Augustorum*, Valeriani & Saloninæ conjugis; qui Valerianum Cæsarem voluerint esse Pontificem. Instrumenta Pontificalia. Argenteus ibidem.

P. LIC. VALERIANVS CAES. .)(. PRINCIPI IVVENTVTIS. S C. Stans paludatus, dextra orbem Romanum, læva hastam tenet. Est ex ære mediocri, in gaza Regia.

VALERIANVS CAESAR. Capite radiato. .)(. VIRTVS AVGG. *Virtus Augustorum*, Valeriani & Gallieni. Pallas galeata sedet, dextra Victoriam, læva hastam tenet. Argenteus, apud Illustriss. LAMONIUM.

Κ. ΠΟ. ΛΙΚΙ. ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. *Καῖσαρ Πόπλιος Λικίνιος Οὐαλεριανός. Cæsar Publius Licinius Valerianus.* Capite nudo. .)(. ΠΕΡΓΑΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Dea in templo. Ex ære magno.

ΙΓ. ΠΟ. ΛΙΚΙ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Capite laureato. .)(. ϹΑΜΙΩΝ. Juno cum pavonibus in templo. Ex ære mediocri, apud D. Vaillant: sed manifesto errore: siquidem Ignatii nomen nec debuit præponi prænomini, nec Valeriano convenit, sed soli Gallieno. Legendum fuit igitur, ut in superiore nummo, Κ. ΠΟ. ΛΙΚΙ. ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ.

Numismata Corneliæ Superæ, quæ conjux Valeriani junioris, ut videtur.

G. CORNELIA SVPERA AVG. *Gneia Cornelia Supera Aug.* Caput Superæ in Lunæ crescentis effigie. .)(. IVNO REGINA. Dea stat dextra pateram, hastam læva tenet: ad pedes pavo. Est apud Tristanum, tomo III. pag. 134.

Ut supra. .)(. VESTA. Ut in nummo Saloninæ. Est in Thesauro Comitis de Schwarzburg.

ΓΝ. ΚΟΡ. ϹΟΥΠΕΡΗΝ ϹΕ. *Gneiam Corneliam Superam Augustam.* .)(. ΑΡΧ. ΤΟ Β. ΦΙΛΟΙϹΙΜΑ. ΙΟΥΛΙΕΩΝ. *Archonte iterum Philæsima.* Nummus *Juliensium.*

Numismata Cornelii Salonini, qui filius alter Valeriani Aug.

P. COR. SAL. VALERIANVS CAES. Capite radiato. .)(. DII NVTRITORES. Juppiter stat; hastam læva tenet; dextra Victoriam Cæsari paludato porrigit, quæ Cæsari coronam imponit. Argenteus, in Museo nostro. *Dii nutritores* Valeriani, parentes ipsius sunt, Valerianus pater, & mater Salonina. Vide nummum inscriptum, DIVAE MARINIANAE. FELICIT. DEORVM. Duobus fratribus, Valeriano & Salonino, idem Publii prænomen est, quia proprium geminæ gentis est; nempe Liciniorum Nervarum, unde Lic. Valerianus pater; & Corneliorum Scipionum, unde Cornelia mater Salonini. Atque hoc etiam indicio intelliges eodem ambos patre natos esse; quorum alter prænomen paternæ gentis, alter maternæ acceperit. *Cornelius Saloninus* iste ex matre prius, *Valerianus* ex patre deinde est. Non esse hunc igitur filium Gallieni, ipsa evincunt ejus nomina. Neque enim adeo sperni debuit, ut nullum ejus nomen in filii nominibus appareret.

Ut supra .)(. DEO MARTI. Mars galeatus, in templo quatuor insigni columnis. Argenteus.

SALON. VALERIANVS CAES. Capite radiato. .)(. PIETAS AVGG. Instrumenta Pontificalia. Pietas parentum commendatur, qui filium Saloninum jusserint esse Pontificem. Argenteus, in Museo nostro.

LIC. COR. SAL. VALERIANVS N. CAES. Capite nudo. Primum *Licinius* de gentis vetustæ ac paternæ nomine: deinde *Cornelius Saloninus* ex matre: denique *Valerianus* de patris cognomine. .)(. MONETA AVG. *Moneta*, hoc est, Curia Monetalis *Augusti.* Est ex ære maximo in gaza Regia.

Ut supra. .)(. PRINCIPI IVVENTVTIS. Stat paludatus, dextra signum militare, hastam læva tenet. Argenteus, apud P. CHAMILLART.

P. C. L. VALERIANVS NOB. CAES. Capi-

Capite laureato. Post *Publii* prænomen, *Cornelius* primum a matre, deinde *Licinius Valerianus* paterno nomine nuncupatur. .)(. PRINCIPI IVVENTVTIS. Stat paludatus, hastam sinistra, dextra orbem Romanum tenet. Argenteus, e Museo nostro.

SALON. VALERIANVS C. S. Capite radiato. *Saloninus Valerianus*, forte *Corneliæ Saloninæ* F. .)(. PRINCIPI IVVENT. Stat ipse radiato capite, paludatus, dextra bacillum Cæsareum demissum tenet; læva signum militare. Argenteus, ibidem.

SALON. VALERIAN. NOB. CAES. Capite radiato. .)(. SPES PVBLICA. Stat Cæsar paludatus, dextra elata; e regione Spes cum flore; sidere Solis intermedio. Ex argento ibidem.

Ejusdem. .)(. VICTORIA GERMANICA. Alius, VICT. PART. ut in Valeriano patre. Argentei sunt: & iste quidem in Cimelio D. FOVCAVLT, cum ista epigraphe: P. LIC. COR. VALERIANVS CAES. capite radiato.

DIVO CAES. VALERIANO. Capite radiato. .)(. CONSECRATIO. Ara cum igne. Argenteus, in Museo nostro. In alio, CONSACRATIO. Rogus: ex argento eximius, in Cimelio P. CHAMILLART. In alio, CONSACRATIO: Aquila Saloninum defert in cælum. Argenteus, e Museo nostro.

DIVO VALERIANO CAES. Capite radiato. .)(CONSACRATIO. Sic enim in his nummis passim, pro CONSECRATIO. In alio simili, CONSECRATIO est. Uterque Aquilam Romanam exhibet, in Museo nostro, ex argento.

ΠΟ. ΛΙ. ΚΟΡ. ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC ΚΑΙ. *Publius Licinius Cornelius Valerianus Cæsar.* .)(. ΑΜΙCΟC. Alius habet ΕΦΕCΙΩΝ, in Cimelio D. FOVCAVLT.

ΚΟΡ. ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC ΚΑΙ. .)(. ΕΦΕCΙΩΝ. In Gaza Regia.

ΛΙΚ. CΑΛΩΝ. ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC. .)(. ΕΦΕCΙΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Ibidem. Alius: CΑΛΩΝ. ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟΝ. .)(. ΕΦΕCΙΩΝ ΤΥΧΗ. Alius: ΛΙΚ. CΑΛΩ. ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC. .)(. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ.

ΠΟ. ΛΙΚΙΝ. ΚΟΡΝΗΛΙΟC ΓΑΛΛΙΗΝΟC ΚΑΙC. .)(. ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ΑΚΤΙΑ. ΠΥΘΙΑ. Templum. Ita D. Vaillant ex schedis suis. Sed haud dubie vel ipse vel librarius legit ΓΑΛΛΙΗΝΟC pro ΒΑΛΕΡΙΑΝΟC, ut in nummis omnibus aliis *Valerianus* semper est, numquam *Gallienus*.

Κ. ΠΟ. ΚΟΡ. ΒΑΛΕΡΙΑΝΟC. .)(. ΚΛΕΟΒΟΥΛΟC ΤΗΜΕΝΟΘΥΡΕΥCΙΝ. Hercules. Ex ære minimo, in Thesauro Regio.

Numismata Gallieni Aug.

GALLIENVS AVG. Capite radiato. .)(. ABVNDANTIA AVG. Dea ex Cornucopiæ nummos effundit. Dextro nummi latere B. *secundum* tributum. Ex ære minimo, apud P. CHAMILLART.

IMP. GALLIENVS AVG. Capite radiato. .)(. ADVENTVS AVG. Imperator in equo. Aureus.

GALLIENVS AVG. Capite radiato. .)(. AETERNITAS AVG. Lupa cum gemellis. Argenteus e Museo nostro. Æternitas domus Cæsarum *Piorum*, quæ a Romulo ducit originem, pervenitque usque ad Gallienum, hoc lemmate commendatur.

Ut supra. .)(. AETERNITATI AVGG. Duæ dexteræ manus junctæ. Et hoc titulo commendatur domus Augustæ jam inde ab Augusto Cæsare propagatæ, & in Gallieno ac Valeriano tunc regnantis æternitas, ob conjunctionem inter se Augustorum omni ævo per natarum connubia. Argenteus est in Thesauro Regio.

Ut supra. .)(. APOLLINI CONS. AVG. *Apollini Conservatori Augusti.* Hippocentaurus ex arcu sagittam emittit. Argenteus in Museo nostro. Infra, Z. *septimum* tributum. Hippocentaurus Apollinis symbolum est, qui artem sagittandi pedites equitesque docuit. Solem etiam Imperii Dominum & Conservatorem Augusti hic titulus dicit. In alio ibidem simili. Hippocentaurus orbem dextra, læva temonem tenet, quo veluti regat orbem. Infra, II. *Secundum* tributum. In alio simili ibidem, Gryphus est: Infra, ·Δ. *Quartum* tributum.

Ut supra. .)(. BONAE FORTVNAE. Fortuna, sive Annona stans, dextra temonem, sinistra Cornucopiæ tenet. Argenteus. Similis huic alter est Valeriani Aug.

Ut supra. .)(. COHH. PRAET. VI. P. VI. F. *Cohortes Prætorianæ, legionis Sextæ Piæ, Sextæ Felicis.* Leo gradiens. Argenteus.

IMP. C. P. LICIN. GALLIENVS P. F. AVG. Capite laureato. .)(. COHH. PRAEF. PRINCIPI SVO, in corona laurea. *Cohortium Præfecti Principi suo.* Ex ære magno. Galli dicerent: *Les Colonels à leur General.*

IMP. C. P. LIC. GALLIENVS AVG. Capite radiato. .)(. CONCORDIA AVGG. *Concordia Augustorum*, Gallieni & Valeriani. Dexteræ duæ manus junctæ. Argenteus e Museo nostro.

Ut supra. .)(. CONCORDIA EXERCIT. *Concordia exercituum.* Dea stat cum patera, geminum Cornucopiæ læva tenet. Est apud P. CHAMILLART, ex argento optimo.

Ut supra, capite laureato. .)(. CONCORDIA EXERCIT. Dea tenet signum militare, cum Cornucopiæ. Ex ære magno, ibidem.

GALLIENVS AVG. Capite radiato. .)(. CONSERVAT. PIETAT. *Conservator Pietatis.* Imperator stat paludatus: ad pedes vir genu flectit, opem implorans. Infra, I I I. *Tertium* tributum. Edidit Morellius.

GALLIENVS AVG. Capite radiato. .)(. DIANAE CONS. AVG. *Dianæ Conservatrici Augusti.* Diana venatrix, arcum dextra, læva hastam inversam tenet: ad pedes, cervus. *Venatio*, ad valetudinem Principis utilis. Infra, X I. *undecimum* tributum. Argenteus, in Museo nostro.

Ut supra, capite laureato. .)(. DEO AVGVSTO. Capite Augusti pariter laureato. Argenteus in Thesauro Regio, & ibidem aureus.

GALLIENVS P. F. AVG. Capite laureato. .)(. DEO MARTI. Stat Mars in templo, capite galeato, dextra clypeum, læva hastam tenet. Argenteus in Museo nostro.

Ut supra. .)(. DONA AVG. Mercurius stans, dextra crumenam, læva caduceum gerit: ad pedes, canis. Sententia est: Pacem Imperii ab hostibus, securitatemque itinerum a latronibus, ita ut viatores ferre manu crumenam, & propemodum ostentare possint; hæc vero *Dona* esse *Augusti*. Argenteus est. Confer nummum inscriptum, PROVIDENTIA AVG.

GALLIENVS AVG. Capite radiato. .)(. FELICITAS AVG. Dea cum hasta, dextra caduceum tenet. Ex ære minimo, apud P. CHAMILLART.

IMP. GALLIENVS AVG. Capite radiato. ·)(. FIDEI EQVITVM, in corona laurea. Argenteus, apud Illustriss. HARLÆVM: in Thesauro Regio aureus, cum epigraphe: GALLIENVS P. AVG.

Ut supra. .)(. FIDES MILITVM. Aquila Ro-

Romana orbi Romano insistit, inter duo signa cohortium. Argenteus, in Museo nostro. Similis huic alter, apud P. CHAMILLART, cum epigraphe, IMP. GALLIENVS PIVS AVG. In alio ibidem, ex ære magno: IMP. C. P. LIC. GALLIENVS P. F. AVG. capite laureato. .)(. FIDES MILITVM. S C. Dea stans tenet signa militaria duo. Sed præstat his omnibus, ille quem habes ipse in Museo tuo, inscriptum: FIDES MILI. GERM. *Fides militum Germanorum*, in corona laurea.

Ut supra. .)(. FIDEI PRAET. *Fidei Prætorianorum.* Tria signa militaria. Argenteus. In alio e Gaza Regia aureo, Dea dextra crumenam tenet, sinistra Cornucopiæ: juxta, signum militare. *Fides* militum commendatur, abstinentium a crumena viatorum ac mercatorum.

GALLIENVS PIVS FELIX AVG. Capite tecto leonis exuviis, ut in quibusdam Commodi Felicis nummis, a quo genus traxit. .)(. FORTVNA REDVX. Annona cum temone & Cornucopiæ. Hunc nummum refert Angeloni, pag. 326. sed nobis suspectum.

GALLIENVS P. F. AVG. Capite radiato, cum clypeo & hasta humero dextro imposita: quod est insigne Imperatoris. .)(. GERMANICVS MAXV. *Germanicus Maxumus.* Trophæum. Ad pedes, captivi duo. Argenteus, in Museo nostro.

Ut supra. .)(. HERCVLI CONS. AVG. *Conservatori Augusti.* Aper: quoniam aper Calydonius Herculis symbolum est & laborum ejus. Argenteus.

GALLIENVS AVG. Capite radiato. .)(. INDVLGENT. AVG. *Indulgentia Augusti.* Dea sedet cum patera & hasta. Argenteus, in Museo P. CHAMILLART.

Ut supra. .)(. IOVI CONS. AVG. Capra. Argenteus, in Museo nostro.

Ut supra. .)(. IOVI CRESCENTI. Puer insidens capræ. Nempe Gallienus Imp. Valeriano Valeriani F. Principi Juventutis, & adolescenti, nummum dicat. Sic *Maxentius Aug.* nummum inscripsit Pl. Val. Constantino *Principi Juventutis.*

Ut supra. .)(. IOVI CANTAB. Juppiter stans dextra fulmen, læva tenet hastam. Argenteus in gaza Regia. *Jovem Cantabrum*, sive Cantabriæ in Hispania Præsidem, potes, si lubet, interpretari. Nihil prohibet etiam *Catabuensi* legi; loco æque incognito, atque ille est in nummis Postumi Aug. HERCVLI MAGVSANO. Sed quamvis *Cantabro* legas, ne propterea existimes plus juris habuisse in Cantabriam Gallienum, quam in Libyam vel Arcadiam Postumus habuit; cujus nummi inscripti sunt, HERCVLI LIBYCO, HERCVLI ERYMANTINO.

IMP. GALLIENVS P. AVG. Capite radiato. *Pii* cognomen interdum solum apponitur; quoniam & vetustius & notius est quam Felicis. .)(. IOVI VICTORI. Statua Jovis, sinistra hastam, dextra orbem Romanum cum superposita Victoria gerentis, cippo imposita: in quo scriptum est, IMP. C E S. hoc est, *Imperator cum Exercitu suo*; subintellige, hanc statuam *Jovi Victori* posuit. Sic vidimus superius, GALLIENVS CVM EXER. SVO. Est hic argenteus in Museo nostro. Tristanus, pag. 74. interpretatur, IMP. CAES. male. Gallice diceres: *Le Generalissime avec toute son armée a erigé cette statuë a l'honneur de Juppiter le Victorieux.*

GALLIENVS AVG. Capite radiato. .)(. IVVENTVTI AVG. Juppiter stat, dextra Victoriam, hastam sinistra tenens. Argenteus.

Ut supra. .(. IVBENTVS AVG. Stat ipse paludatus, laureato capite, læva hastam, dextra orbem Romanum tenet, cui Victoria Romana superposita, Gallieno porrigit coronam. Infra, VII. C. *Septimum* tributum *Cabilonensium.* Est ex ære minimo apud P. ALBARET, Societatis nostræ, Turnonii. Edidit Morellius in Specimine, PIIC. prave. *Juventutis* nomine in hoc utroque nummo pedestres copias intellige, *l'Infanterie*: ut in nummis inscriptis, PRINCIPI IVVENTVTIS.

GALLIENVS AVG. .)(. LEG. I. ADI. VI. P. VI. F. *Legio prima Adjutrix, sexta Pia, sexta Felix.* Capricornus, quod est symbolum Felicitatis. Alius: LEG. II. PART. VI. P. VI. F. Centaurus, dextra elata, sinistra palmam tenet: signum victoriæ ab equitibus peditibusque reportatæ: *Legio secunda Parthica, sexta Pia, sexta Felix.* Alius: LEG. III. ITAL. VII. P. VII. F. Ciconia: symbolum Pietatis erga patriam, quæ nos genuit: *Legio tertia Italica, septima Pia, septima Felix.* Alius: LEG. IIII. FL. VI. P. VI. F. Leo, ob legionis virtutem: *Legio quarta Flavia, sexta Pia, sexta Felix.* Eadem sub Victorino P. F. rursum occurret. Alius: LEG. VIII. AVG. VI. P. VI. F. Bos, ob militum patientiam pro insigni legionis positus: *Legio octava Augusta, Sexta Pia, sexta Felix.* Omnes argentei, in Museo P. CHAMILLART.

GALLIENVS AVG. Capite radiato. .)(. LEG. I. ITAL. VII. P. VII. F. Capricornus. Alius: LEG. II. ITAL. VI. P. VI. F. Lupa cum gemellis. Alius: LEG. III. ITAL. VII. P. VII. F. Ciconia. Alius: LEG. X. GEM. VI. P. VI. F. *Legio decima Gemella* &c. Taurus. Alius: LEG. XIII. GEM. VI. P. VI. F. Victoria dextra coronam, sinistra palmam tenet. Ad pedes, leo. Omnes argentei, in Museo nostro.

IMP. GALLIENVS PIVS AVG. Capite radiato. .)(. LEG. XXII. VI. P. VI. F. Capricornus. Est ex ære minimo, apud D. FOVCAVLT. Vidimus & LEG. IIXX. duodevicesimam; & XX. *vicesimam*, aliasque Gallieni legiones in nummis perraris. Profert Mediobarbus e Museo suo, LEG. XXX. NEP. VI. F. *Legio tricesima Neptunia sexta Felix.* Forte, pro VLP. VI. P. VI. F. *Legio tricesima, Ulpia, sexta Pia, sexta Felix*: quem nummum vidimus apud Abb. Mezzabarba. Quod si tyranni, ut volunt, triginta Gallieno invito Romanum Imperium discerpserunt, & vix Italia sola relicta Gallieno fuit; ubi terrarum collocari legiones eæ potuerunt, hoc est, multo plures, quam fuerunt sub Antonio Triumviro, Republica tunc maxime florente: (nam sub eo fuere dumtaxat XXIV.) vel quot habuit Severus Aug. cujus est nummus ille argenteus, LEG. XXX. VLP. V. cum aquila legionaria inter duo signa cohortium?

Ad eos legionum titulos quod attinet, VI. P. VI. F. perperam hos certe interpretari mihi videntur Antiquarii, qui censent titulos esse virtutis ac laudis; sensumque hunc esse, *Sexta Pia, Sexta Fidelis.* An potest enim aliqua dici legio, sive erga Principem vel patriam *Pia*, sive alterutri *Fidelis*, absque injuria ceterarum? Non omnes sunt legiones piæ ac fideles? Cur deinde nulla *Pia*, nulla *Fidelis* cognominata Legio est, nisi sub Principibus *Piis*? Nullæne prius fuere Legiones piæ, nullæ fideles? Cur præterea nulla alia legio *Pia & Fidelis*, præter sextam & septimam? A titulis virtutum nullum est aliquando datum Legioni alicui nomen. Vel ab antiquitate, vel a regione, vel ab officio, vel a Principe appellationem habent. Ab antiquitate, *Legio* I. *Antiqua*, XII. *Antiqua*, XXIII. *Primigenia*, sub Antonio. Galli dicunt, *Les Vieux Corps.* Ab officio, *Legio* XVII. *Classica* sub Antonio, *Legio* I. *Adjutrix* sub Gallieno. A regione, *Legio* XVIII. *Libyca* sub Antonio; sub Gallieno, *Legio* II. *Parthica*, *Legio* III. *Italica*, *Legio* V. *Macedonica*; sub Treboniano, *Legio* III. *Gallica.* A Principe, *Legio* II. *Trajana*, *Legio* VIII. *Augusta*, *Legio* IIII. *Flavia*, *Legio* XXX *Ulpia.*

Ulpia. *Legio* VII. *Claudia*, sub Severo. Est & *Minervia*, & *Gemella*; hæc a duplicato numero; illa a Numine fortassis, cui præsertim litabat. Nullus ibi titulus a laude vel merito est.

Quid igitur est VI. P. VI. F? *Sexta Pia*, inquam, & *Sexta Felix*: petito nomine eo utroque ex cognominibus Augustorum. Legio, quæ præter nomen suum, dicitur esse VI. P. VI. F. ea est, quæ habet privilegia ac stipendia *Sextæ Piæ*, & *Sextæ Felicis*: hoc est, Sextæ a Pio restitutæ, sextæ ejusdem a Felice auctæ: hoc est, a Marco Antonino Pio restitutæ, a filio Commodo Felice auctæ. Non ab eodem Pio qui & Felix; nam si ita esset, diceretur solummodo VI. P. F. *Sexta Pia Felix*: sed a Pio qui antecessit Felicem, & a Felice qui Pio successit. Legio sexta a Pio restituta, legio sexta M. Antonii Triumviri est; cujus est nummus ille præclarus ex argento: LEG. VI. ANTONINVS ET VERVS RESTITVIT. Septimam similiter fuisse ab eodem Pio restitutam, & utramque a Commodo Felice auctam, docent nummi legionum plerique sub Gallieno inscripti, VI. P. VI. F. quidam etiam VII. P. VII. F. sed non alio numero; nulla, exempli gratia, IV. P. IV. F. aut VIII. P. VIII. F. &c. Hinc est quod ante *Pium*, hoc est, ante Marcum Pium, & filium Commodum Felicem, nulla est Legio *Pia* vel *Felix*; quia nullus ante hos Principes cognominatus est *Pius* aut *Felix*. Et sunt hæc æque cognomina legionum, ex cognominibus Principum petita, atque nomina legionum, Augustæ, Claudiæ, Flaviæ, Ulpiæ, sunt ex nominibus. Et ut pro insignibus gerunt hæ legiones interdum Ciconiam, quæ est symbolum Pietatis in nummis Metellorum, & Antonini Pii, sic etiam interdum symbolum Felicitatis adhibent Capricornum, quoniam est ubertatis annonæ terra marique feliciter convectæ symbolum.

Verum extincto Commodo Pio Felice, occuparunt principatum Cæsares, *Pii* quidem plerique; sed nulli *Felices*, sive ex Felice orti, obtinueruntque usque ad Gordianum tertium, sive Pium Felicem. Itaque sive ipse Commodi successor Severus, cujus in nummis Legiones multæ sunt, nec ulla tamen VI. P. VI. F. sive alius ex subsecutis Imperatoribus, hanc legionem VI. P. VI. F. & alteram VII. P. VII. F. odio forte Commodi vel invidia, penitus exauctoravit. Gallienus autem, quoniam esset *Pius Felix*, & consanguinitate Commodi gloriaretur, cujus pronepos erat, non legionem illam quidem VI. P. VI. F. alteramve VII. P. VII. F. restituit: quæ causa est, cur nulla etiam sub Gallieno legio sit, quæ sit tantum VI. P. VI. F. aut VII. P. VII. F. absque alio prævio nomine; sed nomen alterutrum multis legionibus impertiit, cum privilegiis eisdem & stipendiis.

Docent igitur hæc ipsa etiam cognomina Legionum sub Gallieno, adhuc sub eo Principe saltem, P. F. hoc est, *Pii Felicis* titulos, vera fuisse & hereditaria cognomina Principum, non meros laudis a singulorum pietate ac felicitate titulos: cum præsertim Augusti, ut sæpe dixi, qui hos habent titulos, ipso primo suæ potestatis die, *Pii Felices* nominentur & sint: neque sit aliquis Augustorum ante Commodum *Felix*; neque sint omnes post Commodum *Felices*.

IMP. C. P. LIC. GALLIENVS P. F. AVG. Capite radiato.)(LIBERALITAS AVGG. Dea stat, cum tabella & Cornucopiæ. Argenteus, apud P. CHAMILLART.

GALLIENVS AVG. Capite radiato.)(LIBERAL. AVG. Dea, ut proxime. In medio, S. *secundum* tributum. Argenteus ibidem. In alio, LIB. AVG. T. *Liberalitas Augusti tertia*. Dea, ut supra. Argenteus in Cimelio olim Colbertino.

Ut supra.)(LIBERO P. CONS. AVG. *Libero Patri Conservatori Augusti*. Panthera. Infra, B. *Secundum* tributum. Argenteus in Museo nostro.

Ut supra.)(MARTI PACIFERO. Mars stat cum hasta & clypeo. Ex ære minimo, in Museo nostro. In Thesauro Regio aureus est, MARTI PROPVGNATori.

IMP. GALLIENVS P. F. AVG. Capite laureato.)(MONETA AVGG. Hoc est, Curia Monetalis. Tres Deæ Monetæ. Est ex ære magno, apud P. CHAMILLART.

GALLIENVS AVG. Capite radiato.)(NEPTVNO CONS. AVG. Equus marinus. Argenteus in Museo nostro. In alio, Capricornus: apud P. CHAMILLART.

GALLIENVM AVG. P. R. *Populus Romanus* salutat. Capite Gallieni laureato.)(OB CONSERVATIONEM SALVTIS. Dea Hygia, sive Salus. Est ex ære mediocri, in gaza Regia. In alio ex auro, OB LIBERT. REC. *Ob Libertatem receptam*, reddito plebi aditu facili ad Principem. Vide nummum Hadriani, LIBERTAS RESTITVTA.

GALLIENVS AVG. Capite radiato.)(ORIENS AVGG. *Oriens Augustorum*, Gallieni & Valeriani. Sol dextra elata, radiato capite, læva orbem tenet. Argenteus in Museo nostro. *Oriens Augustorum* appellatur, pars Syriæ maritima, & Asiæ minoris ille tractus, qui his temporibus vel Romanis paruit, vel cum ipsis fœderatus fuit. *Augustorum* dicitur, quoniam suam adversus Parthos Persasque tutelam Oriens ille acceptam his referret.

IMP. GALLIENVS P. F. AVG. GR. *Germanicus*. Apud Mediobarbum, pag. 371. e Museo suo.)(ORIENS AVG. *Oriens Augusti*. Solis typus. Quæ fuerint autem tunc in Oriente vel fœderatæ civitates, vel obnoxiæ Romano imperio, disces ex Indice libri de Nummis Populorum & Urbium. Supremis Gallieni temporibus, omnes illas fere occupavere Parthi ac Persæ; adversus quos Probus Aug. & postea Carus item Aug. ad tutandas reliquias Asiæ minoris, exercitus comparaverunt. Unde & in nummis Probi legas, EXERC. PERS. & Caro Persici ac Parthici cognomen obtigit in nummis post ejus obitum cusis. Nam quæ alia esse causa potest, quamobrem innumeri, vulgares, & obvii sint nummi Græci, nomine Gallieni in oppidis ibi indicatis Asiæ Syriæque conflati; post eum autem fere nulli; nisi quod irruptione facta Orientem fere universum Persæ cum Parthis occupaverunt? Jamdudum enim ante Gallieni tempora Cappadociam omnem invaserant, & partem Ciliciæ mediterraneam; ut olim sub Cyro.

GALLIENVS AVG. Capite radiato.)(PAX FVNDATA. Trophæum, cum captivis duobus. Argenteus.

IMP. GALLIENVS P. F. AVG. GER. Capite radiato.)(PAX AVGG. cum Germanis. Dea Pax, cum hasta transversa, dextra ramum oleæ tenet. In medio, V. *Quintum* tributum. Ex ære minimo, apud P. CHAMILLART.

GALLIENVS AVG. Capite radiato.)(PERPETVITATI AVG. Dea stans, dextra tenet orbem Romanum, sinistra columnæ innititur. Argenteus. Tristanus, tomo III. pag. 71. legit, PERENNITATI. Utroque vocabulo perpetuitas domus Augustæ, jam inde ab Augusto Cæsare, usque ad Gallienum, apposite indicatur.

IMP. C. P. LIC. GALLIENVS P. F. AVG. Capite radiato.)(PIETAS AVGG. erga superos. Ambo Augusti Gallienus & Valerianus, sacrificant ante aram. Argenteus e Museo nostro.

IMP. GALLIENVS P. AVG. Capite radia-

diato. .)(. PIET. SAECVLI. *Pietas sæculi.* Lupa lactat infantem. Ex ære minimo, apud P. Chamillart. *Pietas sæculi* ea prædicatur, cujus est insculptum in ipso numismate argumentum: nempe quod Gallieni cura & providentia, lupæ ipsæ, hoc est, scorta & meretrices, non ut prius, exponerent fetus suos, sed lactarent & alerent. Idem argumentum numismatis insculptum in nummo Domitiani commemoravi, & in nummo Cydoniatarum sub Augusto, apud Patinum, pag. 50. & sub Vitellio, ut dixi ad annum Christi 68.

IMP. C. P. LIC. GALLIENVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. PROVIDENTIA AVG. Mercurius dextra crumenam, sinistra caduceum gerit; ut in nummo superius allato, DONA AVG. Est hic argenteus in Museo nostro.

IMP. GALLIENVS AVG. Capite radiato. .)(. RESTIT. GALLIAR. Stans ipse paludatus, sinistra tenet hastam, dextra sublevat Galliam in genu procidentem, & Cornucopiæ læva gerentem. Argenteus, apud P. Chamillart. In alio ibidem, & in Museo nostro, IMP. GALLIENVS PIVS AVG. RESTITVT. GALLIAR. *Restitutor Galliarum.*

IMP. C. P. LIC. GALLIENVS AVG. Capite radiato. .)(. RESTITVT. GEN. HVMANI. Sol capite radiato, dextram attollit, læva gestat orbem. Argenteus, apud P. Chamillart.

Ut supra. .)(. RESTITVT. ORIENTIS. Ut in simili Valeriani nummo. Et hic est argenteus.

Ut supra. .)(. SERAPIDI COMITI AVG. Stat Serapis, dextra elata, læva hastam tenet: ad pedes, Ibis avis. Ex ære magno, in Gaza Regia.

GALLIENVS AVG. Capite radiato. .)(. SECVRIT. PERPET. *Securitas perpetua.* Dea stat cum sceptro, crus sinistrum dextro superponit. Lævo nummi latere, H. *Octavum* tributum. Est ex ære minimo apud P. Chamillart: & alter ibidem argenteus huic similis, Valeriani Aug.

Ut supra. .)(. SISCIA AVG. Dea sedet, dextra hastam tenet, sinistra Cornucopiæ: in imo, fluvius cum amphora. Argenteus: Siscia Augusti dicitur, quam in confinio Imperii positam tutatur Augustus adversus Sarmatas. Vide Nummos Populorum & Urbium.

GALLIENVS AVG. Capite radiato. .)(. SOLI CONS. AVG. *Soli Conservatori Augusti.* Pegasus. Infra, A. *primum* tributum. Argenteus est e Museo nostro.

Ut supra. .)(. VBERITAS AVG. Dea stat, dextra spicas tenet, læva Cornucopiæ, Argenteus, apud P. Chamillart.

IMP. GALLIENVS P. F. AVG. G. M. Capite radiato. *Imperator Gallienus Pius Felix Augustus Germanicus Maximus.* .)(. VICTORIA G. M. *Victoria Germanica maxima.* Victoria gradiens cum palma & corona. Est ex ære minimo in Museo P. Chamillart: in quo & similis alter Valeriani est, ita inscriptus: IMP. C. P. LIC. VALERIANVS P. F. AVG. capite radiato. .)(. VICTORIA G. M. *Victoria Germanica maxima*, ut proxime. Partem habuit uterque Augustus in eadem victoria: quam ob rem utriusque honori nummi persimiles uno tempore cusi fuerunt: sed Gallieno soli datum cognomen est *Germanici Maximi*, ut saltem natu majori Augusto.

GALLIENVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. VICTORIA GERMANICA. Victoria orbi insistens, dextra coronam tenet, lævo humero trophæum defert: ad pedes, captivi duo. Argenteus, in Museo nostro. In alio apud P. Chamillart, legitur, VICTORIA GERM. Victoria coronam porrigit stanti Augusto, dextra orbem Romanum gerenti, hastam sinistra.

GALLIENVS AVG. Capite radiato. .)(. VICT. AET. *Victoria æterna.* Victoria stans coronam dextra manu ostentat. Lævo nummi latere, Z. *septimum* tributum. Ibidem, ex ære minimo. In argenteo simili e Museo nostro, littera S. *secundum* tributum.

Ut supra. .)(. VICTORIAE AVGG. II. GERM. *Victoriæ Augustorum secundæ Germanicæ.* Victoria coronam dextra tenet, læva palmam: ad pedes, captivus. Argenteus.

Ut supra. .)(. VICTORIA AVG. III. *Victoria Augusti tertia.* Victoria stat cum palma & corona. Argenteus in Museo nostro. In medio, T. *tertium* tributum.

IMP. GALLIENVS AVG. Capite radiato. .)(. VICTORIA GALL. AVG. III. *Victoria Gallieni Augusti tertia.* Victoria cum palma & corona. In medio, T. ut proxime. Argenteus, ibidem.

GALLIENVS AVG. capite radiato. .)(. VIC. T. GALL. AVG. *Victoria tertia Gallieni Aug.* Tres Victoriæ coronam singulæ ostentant. Argenteus, in Cimelio P. Chamillart.

Ut supra. .)(. VICTORIA NEPT. Victoria dextra coronam, læva palmam tenet. In medio, S. *septimum* tributum. Ex ære minimo, ibidem.

Ut supra. .)(. VICTORIA PARTH. *Victoria Parthica.* Victoria sinistra palmam gestat, sinistra coronam ostentat. Est argenteus, apud P. Albaret, Societatis nostræ, Turnonii.

GALLIENVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. VIRT. GALLIENI AVG. *Virtus Gallieni Aug.* Ipse cum hasta & clypeo calcat hostem. Argenteus, in Museo nostro.

Ut supra. .)(. VIRTVS AVGG. Ambo Augusti, Gallienus & Valerianus tenent Victoriam. In alio, stans ipse paludatus cum hasta, læva gestat signum militare. Uterque ibidem argenteus.

Ut supra. .)(. VIRTVS VALERI. *Virtus Valeriani*, patruelis, & collegæ in principatu. Galli dicunt, *C'est son bras droit.* In area nummi, pharetra, leonis exuviæ, clava, thorax, arcus. Argenteus hic nummus est.

IMP. C. P. LIC. GALLIENVS AVG. Capite laureato, vultu annorum XXXV. aut eo amplius, barba crispa. .)(. In corona laurea; VOTIS DECENNALIBVS. Est ex ære magno, in Museo P. Chamillart.

Ut supra. .)(. VOTA ORBIS: ut in Valeriano. Argenteus, apud D. Foucault.

De nummo inscripto, GALLIENAE AVGVSTAE. .)(. VBIQVE. PAX. Vide quæ dixi in Numismatis Sæculi Constantiniani.

IMP. P. LIC. GALLIENVS AVG. .)(. COL. IVL. AVG. (BER. opinor.) Dea coronatur a Victoria, quæ est columnæ imposita. Dea hastam tenet, in qua transversum lignum instar crucis est. Ex ære magno, apud D. Begon.

ΠΟΥ. ΛΙΚ. ΙΓΝΑ. ΓΑΛΛΙΗΝΟϹ. Capite laureato. *Publius Licinius Ignatius* (sive *Egnatius*) *Gallienus.* .)(. ΠΡΟΥϹΙΕΩΝ ΠΡΟϹ ΥΠΙΩ. *Prusiensium sub Hypio monte.* Capite nudo Salonini Cæsaris. Ambo in uno eodem nummo junguntur; quoniam ut Valerianus junior sub Valeriano patre, ita Corn. Saloninus sub Gallieno Princeps Juventutis fuit. Est in Thesauro Regio.

Numismata Mariniana, quæ conjux Gallieni Aug.

DIVAE MARINIANAE. Caput velatum, annorum circiter XXX. aut paulo plurium. .)(. CONSECRATIO. SC. Pavo. Est ex ære magno, apud

apud P. CHAMILLART: argenteus, fine S C. in Museo nostro: ubi & alii ex ære magno & ex argento; in quibus Mariniana a pavone defertur in cælum. Non est *Diva Augusta* Mariniana, quoniam illa obiit, dum esset adhuc Gallienus privatus, necdum salutatus Augustus: ut DIVA PAVLINA conjux Julii Maximini.

DIVAE MARINIANAE. Caput Marinianæ in Lunæ crescentis effigie. .)(. FELICIT. DEORVM. *Felicitas Deorum.* Stat Dea, dextra caduceum tenet, læva Cornucopiæ. Argenteus est, in Cimelio D. FOVCAVLT. *Felicitas Deorum* est, quam Dii, hoc est, quam Augusti procurant: ut PAX AVGusti dicitur, quam procurat Augustus. *Dii* hic appellantur Valerianus & Gallienus; quoniam suis humanum genus fovent beneficiis; parta pace Populo R. & abundantia secundum illud Plinii dictum; *Deus est mortali juvare mortalem.* Quo sensu, ut suo loco dicam, scriptum est in nummis Aureliani Aug. DEO AC DOMINO NATO: quod idem est ac BONO REIP. NATO, ut in nummis Constantinorum legitur. Fuit Mariniana conjux Gallieni, & eadem (ut videtur) consobrina Saloninæ Valeriani conjugis; ut fidem faciet subsequens schema.

STEMMA MARINIANÆ.

Julius Marianus, de conjugis nomine, Mario patre genitæ, sic appellatus.
Vide stemma Pescennii Nigri.
Hujus | nepotes:

MARINVS, cui nummus inscriptus est, ΘΕΩ ΜΑΡΙΝΩ.
- T. IVL. MAR. PACATIANVS P. F. AVG.
  - Julia, conjux M. AVR. IVLIANI AVG.
- DIVA MARINIANA conjux Gallieni Aug.

Marina, conjux Corn. Salonini.
- CORN. SALONINA conjux Valeriani Aug. postea secunda Gallieni Aug.
- CORNELIA SVPERA, forte conjux Valeriani junioris.

A Marino *Mariniana* deducitur, ut a Faustina *puellæ Faustinianæ.* Et Marini filiam esse Marinianam ante nos alii conjecerunt. In gratiam Gallieni, cujus Mariniana conjux fuit; & simul in gratiam Saloninæ, cujus avunculus Divus Marinus fuit, ambo relati sunt inter Divos, & Marinus, & Mariniana.

Numismata Valeriani & Gallieni cusa anno eorum 1. Christi 253.

IMP. C. P. LIC. VALERIANVS P. F. AVG. Capite laureato. .)(. VOTIS DECENNALIBVS, in corona laurea: ex ære magno & mediocri.

Ut supra. .)(. COL. IVL. AVG. FEL. BER. *Berytus.* Vide Nummos Populorum & Urbium.

Ejusdem. .)(. L. A. *Anno primo:* qui autumno anni hujus incipit.

De nummo Anazarbensium, ET. BOC. qui cusus est hoc anno ante Septembrem: & de altero ΑΙΓΑΙΩΝ. ET. T. hoc est, *anno* CCC. vide Nummos Populorum & Urbium. De nummo, COL VIM. AN. XIIII. superius dixi. Ad hunc annum pertinent & nummi antea laudati, LIBERALITAS AVGG. & VOTA ORBIS.

IMP. GALLIENVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. P. M. TR. P. COS. P. P. Ipse paludatus, dextra hastam tenet: stat inter amnes duos, Rhenum & Mosellam, qui arundinem dextra gerunt. Est argenteus. Ipso igitur primo imperii anno Galliarum fines tutatur adversus Germanos.

IMP. GALLIENVS AVG. Capite laureato. .)(. In corona laurea. VOTIS DECENNALIBVS. S C. Ex ære mediocri, in Museo nostro. Et apud P. CHAMILLART, ex ære magno, cum epigraphe, IMP. C. P. LIC. GALLIENVS AVG. Pares ambo in honore Augustali statim Valerianus & Gallienus: tametsi potior, ut dixi, Valerianus initio fuit.

GALLIENVS AVG. Capite radiato. .)(. VOTA DECENALIA, pro *decennalia.* Victoria scribit in clypeo arbori applicato. Est ex ære minimo apud P. CHAMILLART.

Ejusdem. .)(. In corona laurea: VOT. X. ET. XX. *Votis decennalibus & vicennalibus.* In ipsis Imperii auspiciis, ut videtur, præter decennalia vota, concepta sunt & vicennalia pro Gallieni incolumitate. Nummus ex auro est, in Thesauro Regio.

ΠΟΥΒ. ΛΙΚ. ΕΓΝΑ. ΓΑΛΛΙΗΝΟϹ ΑΥΓ. αὔγυς©-. *Publius Licinius Egnatius Gallienus Aug.* .)(. ΝΙΚΑΙΕΩΝ. Dea sedet cum patera & Cornucopiæ. Est ex ære mediocri, apud D. FOVCAVLT.

ΠΟ. ΛΙ. ΕΓ. ΓΑΛΛΙΗΝΟϹ ϹΕ. *P. Lic. Egnatius Gallienus Aug.* Capite laureato. .)(. ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. Pharus. Ibidem.

ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΠΟΥ. ΛΙ. ΕΓΝΑ. ΓΑΛΛΙΗΝΟϹ ϹΕΒ. Capite radiato. *Imp. Cæsar Publius Licinius Egnatius Gallienus Aug.* .)(. ϹΙΔΗΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Æsculapius stans. Est ex ære mediocri, in Thesauro Brandeburg. tom. 2. pag. 158.

ΠΟ. ΛΙ. ΕΓ. ΓΑΛΛΙΗΝΟϹ ϹΕΒ. Capite radiato. .)(. ΑΝΚΥΡΑϹ. *Ancyræ* Galatiæ. Lupa cum Remo & Romulo. Est ex ære minimo, in Thesauro Regio.

ΠΟ. ΛΙ. ΙΓΝ. ΓΑΛΛΙΗΝΟϹ ΑΥΓ. Capite laureato. .)(. ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ ΤΡΙϹ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Urnæ tres, e quibus palmæ tres emicant. Ibidem ex ære minimo. Non solum in Gallieno, sed in aliis etiam Augustis bene multis Græca numismata accuratius, quam Latina, omnia Augustorum nomina exhibent. Unde nec Gallienum fuisse *Egnatium*, nec Maximinum fuisse *Julium Verum*, nec Severinam fuisse *Ulpiam*, nisi ex Græcis numismatis novimus.

Nondum occurrerunt nobis nummi Gallieni, e fabrica quæ dicitur Alexandrina, cum L. A. aut L. B. aut alium omnino nummum alicujus Græcæ civitatis, cum alterutrius hujus anni nota. At sunt Valeriani & Saloninæ nummi his annis notati; quoniam Salonina tunc Valeriani conjux, non Gallieni, fuit.

Anno

Anno Chriſti 254. V. C. 1007. *Valeriani & Gallieni*, 2.

Kalendis Januariis Valerianus Aug. init tertium Conſulatum: Gallienus ſecundum.

IMP. C. P. LIC. VALERIANVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. P. M. TR. P. II. COS. III. P. P. ſedet Imperator, dextra orbem Romanum tenet, læva ſcipionem Conſularem. Eſt argenteus, in libro Card. Noriſii, De Votis Decennalibus, pag. 100.

Ejuſdem Valeriani eſt, nummus Ægenſium in Cilicia, cum litteris, TA. hoc eſt, anno CCCI. cuſus hoc anno poſt Septembrem: ANEMOΥΡΙΕΩΝ. ET. B. in quo Annona in Templo cernitur, ex ære magno: CEBACTH. ET. ΔOC. *anno* CCLXXIV. de quo vide Nummos Populorum & Urbium: & COL. VIM. AN. XV. de quo dixi ad annum ſuperiorem.

KOPNHΛΙΑ CAΛΩNEINA CEB. .)(. L. B. *Anno ſecundo*, qui autumno init anni hujus. Annona ſtans. Eſt in Theſauro Mauroceni, pag. 141.

Valeriani junioris. .)(. L. B. Dea Roma ſedens galeata, dextra coronam, læva haſtam tehet. Apud Triſtanum, pag. 126.

Anno Chriſti 255. V. C. 1008. *Valeriani & Gallieni*, 3.

IMP. C. P. LIC. VALERIANVS AVG. Capite radiato. .)(. TR. P. III. COS. III. P. P. Argenteus, apud Mediobarbum, pag. 367.

Eſt ejuſdem Valeriani nummus, ANEMOΥΡΙΕΩΝ. ETO. Γ. *ἔτος γ'. anno tertio*. Et, COL. VIM. AN. XVI. de quo ſupra dixi.

Valeriani junioris. .)(. L. Γ. Aquila Romana. Eſt in Theſauro Mauroceni, pag. 142. In alio apud Patinum in Indice, pag. 27. caput Jovis eſt, & L. Γ. *Anno tertio* Valeriani patris.

Gallieni. AYT. K. Π. ΛΙΚ. ΓΑΛΛΙΗΝΟC CEB. Capite laureato. .)(. L. Γ. Spei typus. Eſt ex ære mediocri, apud P. Chamillart.

Anno Chriſti 256. V. C. 1009. *Valeriani & Gallieni*, 4.

IMP. C. P. LIC. VALERIANVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. TR. P. IIII. COS. III. P. P. Sol gradiens, dextra elata. Argenteus, ibidem.

A.K.Π.ΛΙ. OΥΑΛΕΡΙΑΝΟC ЄΤ.ЄΤ.C. Capite laureato: vultu juniore, quam Gallieni. *Imp. Cæſar Publ. Licinius Valerianus Pius Felix Aug.* .)(. Dea Annona ſedet, cum Cornucopiæ. L. Δ. *Anno quarto:* Ex ære mediocri, ibidem. In alio, ibidem, Aquila eſt. In tertio, Dea ſtat, cum gemino Cornucopiæ.

De nummo AIΓAIΩN. TΓ. hoc eſt, *anno* CCCIII. vide Nummos Populorum & Urbium.

IMP. C. P. LIC. GALLIENVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. P. M. TR. P. IIII. COS. II. Sol gradiens, dextra elata. Argenteus, apud P. Chamillart.

AYT. K. Π. ΛΙΚ. ΓΑΛΛΙΗΝΟC CEB. Capite laureato. .)(. Venus Victrix. L. Δ. Ex ære mediocri, ibidem.

Anno Chriſti 257. V. C. 1010. *Valeriani & Gallieni*, 5.

Kalendis Januariis Valerianus Aug. fit Conſul IIII. & Gallienus III.

IMP. VALERIANVS AVG. Capite radiato. .)(. P. M. TR. P. V. COS. IIII. P. P. Ambo Auguſti togati ante aram ſacrificant. Eſt argenteus, ibidem.

Valeriani junioris. .)(. L. E. *Anno quinto* Valeriani patris. Annona ſtat. Eſt in Theſauro Mauroceni, pag. 142.

IMP. C. P. LIC. GALLIENVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. P. M. TR. P. V. COS. III. P. P. Sol gradiens dextra elata. Argenteus, apud P. Chamillart.

AYT. K. Π. ΛΙΚ. ΓΑΛΛΙΗΝΟC CEB. Capite laureato. .)(. L. E. *Anno quinto*. Aquila Romana roſtro coronam gerit. Eſt ex ære mediocri, ibidem.

Anno Chriſti 258. V. C. 1011. *Valeriani & Gallieni*, 6.

Kal. Januariis videtur Valerianus junior Auguſtus fuiſſe ſalutatus.

IMP. VALERIANVS P. AVG. Capite radiato, vultu juvenili. .)(. SALVS AVGG. *Salus Auguſtorum*, nimirum Valeriani utriuſque, patris & filii. Dea Salus. Eſt argenteus in Muſeo noſtro.

Sunt Valeriani patris & Saloninæ nummi, AIΓAIΩN. ET. ET. hoc eſt, anno CCCV. qui autumno incipit hujus anni. Vide Nummos Populorum & Urbium.

Corn. Salonini. .)(. L. Ϛ. *Anno ſexto* Valeriani patris. Serapis. Eſt in Theſauro Mauroceni, pag. 142.

IMP. GALLIENVS AVG. Capite radiato: dextra tenet ſcipionem Conſularem, cujus in apice Aquila Romana eſt. .)(. TR. P. VI. COS. Dea Roma ſedet, capite galeato, ſiniſtra haſtam, dextra orbem Romanum tenet, cui Victoria Romana ſuperpoſita eſt. Argenteus apud P. Chamillart.

IMP. GALLIENVS AVG. capite radiato. .)(. P. M. TR. P. VI. COS. Ipſe ſtat habitu Pontificio, læva ſceptrum tenens, dextra pateram, ante aram ſacrificat. Infra, MP. *Mercatorum primum* tributum. Argenteus, ibidem.

ΠΟ. ΛΙΚ. ΙΓΝ. ΓΑΛΛΙΗΝΟC CEB. Capite radiato. *P. Licinius Egnatius Gallienus Aug.* .)(. L. Ϛ. *Anno ſexto*. Roma galeata ſedet, læva haſtam tenet, dextra Victoriam Romanam, quæ lauream læva geſtat; dextra coronam Auguſto porrigit. Apud Triſtanum, tom. III. pag. 91.

Anno Chriſti 259. V. C. 1012. *Valeriani & Gallieni*, 7.

Kalendis Januariis Gallienus init quartum Conſulatum.

Valeriani nummus eſt, EIPHNOΠOΛITΩN. CH. hoc eſt, *anno* CCVIII. de quo vide Nummos Populorum & Urbium.

IMP. GALLIENVS AVG. Capite radiato. .)(. P. M. TR. P. VII. COS. Ipſe ſedet velato capite in ſella curuli; ſiniſtra ſceptrum, dextra orbem Romanum tenet. Infra, MS. *Mercatorum ſecundum* tributum. Argenteus, apud P. Chamillart.

GALLIENVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. P. M. TR. P. VII. COS. IIII. P. P. Mars gradiens cum haſta & ſpoliis. Argenteus eſt in Muſeo noſtro.

A. K. Π. ΛΙ. OΥ. ΓΑΛΛΙΗΝΟC ЄΤ. ЄΤ. C. Capite laureato. *Imp. Cæſar Publius Licinius. . . . . Gallienus Pius Felix Aug.* .)(. Caput Jovis laureatum. Eſt in Theſauro Brandeb. tomo 2. pag. 159. ubi OΥ ſive ſculptum ſecunda & imperita ma-

ta manu, sive lectum perperam est pro ΕΓ. Neque Græci certe ΟΥ scriberent pro ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC: si quidem etiam ubi ΟΥΑΛΕΡΙΟC intelligi debet, scribunt diligentissime ΟΥΑ saltem vel ΟΥΑΛ: quemadmodum, ΟΤΗ. scribunt, ubi ΟΤΗΡΟC intelligunt. Vide Nummos Græcos Julii Maximini, Diocletiani, Maximiani, & Constantii.

Anno Christi 260. V. C. 1013. *Valeriani & Gallieni*, 8.

Valeriani nummus est, cusus ab Ægeensibus Ciliciæ, ΑΙΓΑΙΩΝ ΕΤ. ΖΤ. hoc est, *anno* CCCVII. post Septembrem scilicet anni hujus.

GALLIENVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. P. M. TR. P. VIII. COS. IIII. P. P. Mars gradiens cum hasta & spoliis. Argenteus apud Occonem, pag. 470.

Anno Christi 261. V. C. 1014. *Gallieni* 9. *Postumi* 1.

GALLIENVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. P. M. TR. P. VIIII. COS. IIII. P. P. Mars gradiens cum hasta & spoliis Mediobarbus pag. 375. hunc nummum profert e Museo suo.

ΑΥΤ. Κ. Π. ΛΙΚ. ΓΑΛΛΙΗΝΟC CEB. Capite laureato. .)(. L. ΕΝΑΤΟΥ. *Anno nono.* Aquila Romana, cum palma & corona. Est in Indice Patini, pag. 27.

POSTVMVS.

Valeriano patre in Oriente cæso (neque enim deinceps in nummis apparet,) die Natali Urbis, hoc anno, ut videtur, Gallieno inconsulto, Gallia Belgica per annos decem Cassio Latieno Postumo tutanda committitur adversus Germanos, cum TR. POT. & titulo PONT. MAX. ac P. P. Idem vero cum *Pius Felix* statim appelletur in nummis, ea cognomina accepisse eum necesse est a nepte Commodi Pii Felicis, quam ille matrem habuerit.

STEMMA POSTVMI AVG.

M. AVR. COMMODVS ANTONINVS PIVS FELIX AVG.
Anniæ Faustinæ filius.

Annia. | Nubit C. Cassio.

Cassia, conjux Latieni, vel Latinii Postumi. | Annia.

M. CASS. LAT. POSTVMVS P. F. AVG. | N. Annius.

M. ANN. FLORIANVS P. F. AVG.

Marcus prænomen est gentis Antoniæ; cujus se primogenitum, ortum ex M. Commodo Antonino, eo accepto prænomine, gentilitioque propterea deposito, Postumus profitetur. Nam prænomina gentis Cassiæ in nummis antiquis sunt *Caius*, *Quintus*, & *Lucius*. Mox appellatur *Cassius* de matris nomine, & celebri quondam gente Cassia: unde maternum nomen paterno præponitur, quod est *Latienus Postumus*. In gente Cassia post Julii Cæsaris necem, fuit is, cujus est ille nummus argenteus, apud Patinum, pag. 69. C. CASSI. IMP. LEIBERTAS. Et *Cassius* alter prius, pag. 67. Q. CASSIVS. VEST. quem TRAIANVS AVG. restituit. *Latienus* (nisi forte verius *Latinius* est,) gentis nomen fuit, ut *Betilienus*. Ita Postumus fuit æque ac Gallienus, Commodi Pii F. pronepos.

IMP. C. M. CASS. LAT. POSTVMVS P. F. AVG. Capite laureato. .)(. ADVENTVS AVG. Imperator in equo, dextra elata, pacifici habitu. S C. Adventus ejus in Galliam Belgicam hoc titulo significatur. Est ex ære magno in Gaza Regia: & in Thesauro etiam Mediceo, teste Card. Norisio, apud Mediobarbum, pag. 393.

Ut supra. EXERCITVS. . . . Imp. in equo cohortes adloquitur. S C. Est ex ære magno, apud P. CHAMILLART.

Ut supra. .)(. EXERCITVS YSC. S C. Imperator ex equo cohortes adloquitur. Ex ære mediocri in gaza Regia.

Ut supra. .)(. EXERCITVS VAC. S C. Imperator ex equo cohortes adloquitur. Ex ære magno, ibidem.

IMP. C. POSTVMVS P. F. AVG. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. COS. P. P. Leo capite radiato. Aureus est in Thesauro Regio.

. POSTVMVS PIVS AVG. Capite laureato. .)(. LIBERALITAS AVG. Ipse in suggesto sedens, stante Dea Liberalitate, dat congiarium populo, pro inito principatu. Est ibidem aureus.

Anno Christi 262. V. C. 1015. *Gallieni* 10. *Postumi* 2.

Kalendis Januariis Gallienus Aug. init Consulatum V.

IMP. GALLIENVS P. F. AVG. Gallienus capite laureato, dextra scipionem Consularem tenet. .)(. P. M. TR. P. X. COS. V. P. P. Imperator in quadrigis. Est ex ære maximo in gaza Regia. Quidam in eo perperam legerunt, COS. II. Genuinus esse non potest, nisi legas, COS. V.

IMP. GALLIENVS P. F. AVG. G. M. *Germanicus Maximus.* Capite radiato. Ex argento deaurato, in Museo nostro, erasa prorsus contraria nummi superficie. In alio apud Occonem, pag. 470. pars aversa habet trophæum, cum epigraphe, GERMANICVS MAXV. ut in nummo Postumi Aug. de quo mox dicam.

Π. ΛΙΚ. ΓΑΛΛΙΗΝΟC. ΚΟΡΝΗΛΙΑ CΑΛΩΝΕΙΝΑ. Capita duo adversa, Junone intermedia, quæ velum stringit. .)(. ΠΕΡΓΑΙΩΝ ΑCΥΛΟΥ. ΙΕΡΟC. *Pergæorum civitatis sacrosanctæ sacrum certamen.* Vas supra mensam. Est ex ære maximo, in Cimelio Sereniss. Ducis Hetruriæ. Saloninam Valeriani viduam Gallienus hoc anno duxit uxorem.

Caput Gallieni cum pectore. .)(. CORNELIA SALONINA AVG. Ex ære maximo ibidem.

ΑΥΤ. Κ. Π. ΛΙΚ. ΓΑΛΛΙΗΝΟC ЄΥ. CEB. Capite laureato. .)(. ΔΕΚΑΕΤΗΡΙC ΚΥΡΙΟΥ. *Decennalia Domini nostri*, in corona laurea. Infra, L. I. *Anno decimo* currente. Est ex ære mediocri, apud P. CHAMILLART.

Hoc anno videtur obiisse Cæsar Corn. Saloninus Valerianus, Valeriani & Saloninæ F. cujus consecratione inscriptos superius nummos exhibui; DIVO CAES. VALERIANO. Ejusdem est nummus qui sequitur;

ΠΟ.

ΠΟ. ΛΙΚ. ΣΑΛΩΝ. ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟΣ. Caput laureatum: cui subjecta Aquila Jovis est, ut in nummo ΘΕΩ ΜΑΡΙΝΩ, de quo dixi ad annum Christi 247. Latere nummi sinistro, I. hoc est, annus fortassis Gallieni decimus: quo anno scilicet in honorem Salonini ludos fecerunt Pergæi. Si quid aliud ea littera significetur, discam vero lubens. .)(. ΠΕΡΓΑΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΙΕΡΟΣ, subintellige, ἀγὼν, *Sacrum certamen.* Mensa, cui urna imposita est. Affert hunc nummum Patinus, pag. 418. & Occo.

Numismata Postumi Aug.

POSTVMVS PIVS AVG. Capite laureato. .)(. INDVLG. PIA POSTVMI AVG. Sedet in sella curuli; dextram porrigit supplici ante pedes. *Indulgentia Pia Postumi Aug.* Alludit opifex ad Postumi cognomen, quod est *Pius.* Aureus est in Thesauro Regio.

Ut supra. .)(. PIETAS AVG. Dea stans, utroque brachio, alterum altero, gestat infantem. Ad pedes stant alii duo nudi. Est hæc Pietas erga egenos. Et allusio est ad cognomen *Pii.* Dicitur Postumus Aug. esse vere sui nominis, vere *Pius.* Aureus, ibidem.

Ut supra. .)(. ROMAE AETERNAE. Dea sedet, capite galeato: dextra Victoriam tenet. Ibidem aureus.

POSTVMVS P. F. AVG. capite radiato. Ex patre, *Postumus*; ex matre, *Pius Felix.* .)(. RESTITOR GALLIAR. sic enim ibi scribitur, pro RESTITVTOR, in ære mediocri, apud P. CHAMILLART. At in ære magno, ibidem; IMP. C. M. CASS. LAT. POSTVMVS P. AVG. Capite radiato. .)(. RESTITVTOR GALLIARVM. Postumus paludatus. Galliam procidentem in genu sublevat.

POSTVMVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. RESTITVT. ORBIS. Stans ipse galeatus, Genium Orbis procidentem in genu sublevat. Argenteus in gaza Regia.

IMP. C. POSTVMVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. PACATOR ORBIS. Solis caput radiatum. Argenteus, in Museo nostro.

Ut supra. .)(. SAECVLO FRVGIFERO. Caducei duo. Ex ære minimo, apud P. CHAMILLART.

Ut supra. .)(. SPEI PERPETVAE. Spes. Argenteus, ibidem.

Ut supra. .)(. SALVS PROVINCIARVM. Rhenus jacens, cum cymba plena remigibus, & arundine, salus provinciarum est; prohibente Postumo, ne Rhenum Germani transirent. Est argenteus in Museo nostro.

Ut supra. .)(. SALVS EXERCITI. Æsculapius stans. Argenteus, apud P. CHAMILLART. Providentia Augusti commendatur in curandis militibus ægris aut vulneratis.

Anno Christi 263. V. C. 1016. *Gallieni* 11. *Postumi* 3.

Kalendis Januariis Postumus init secundum Consulatum.

Numismata Gallieni, &c.

ΑΥΤ. Κ. Π. ΛΙΚ. ΓΑΛΛΙΗΝΟΣ ΣΕΒ. Capite laureato. .)(. L. ΙΑ. *Anno* XI. qui incipit autumno hujus anni. Aquila. Est ex ære mediocri, in Museo nostro. Apud Patinum in Indice, pag. 27. L. A. Annona stat.

ΚΟΡΝΗΛΙΑ ΣΑΛΩΝΙΝΑ ΣΕΒ. .)(. L. ΙΑ. Spes florem ostentat. Est ex ære mediocri, in Museo nostro.

ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΠΟ. ΛΙΚ. ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟΣ. Caput Valeriani junioris radiatum. In medio, ΙΑ. Annus XI. Gallieni. .)(. ΑΥΡΒΕΙΤΩΝ. Ipse paludatus dextra pateram, læva hastam tenet. Est ex ære magno in gaza Regia. Adhuc commissa Valeriano juniori tutela Orientis erat.

Numismata Postumi.

IMP. C. M. CASS. LAT. POSTVMVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. P. M. TR. P. COS. II. P. P. S C. Stans ipse galeatus, dextra Romanum orbem, læva hastam tenet. Ex ære magno & mediocri, in Museo nostro. Est & argenteus ibidem, absque S C.

Ut supra.)(. VICTORIAE AET. *Victoria æterna.* S C. Duæ Victoriæ clypeum applicant palmæ arbori. Ex ære magno, apud P. CHAMILLART.

IMP. C. POSTVMVS PIVS F. AVG. Capite laureato. .)(. VICT. GERMANICA. Victoria gradiens cum palma & corona. Ex ære magno ibidem.

Ut supra. .)(. VICT. COMES AVG. Imperator in equo, dextra hastam tenet, læva palmam, Victoria præeunte. Est ex ære mediocri, in Gaza Regia, & apud Tristan. pag. 141.

POSTVMVS AVGVSTVS. Capite radiato. .)(. GERMANICVS MAXV. *Germanicus Maxumus*, pro *Maximus.* Trophæum: ad pedes, captivi duo, Apud Tristan. pag. 161. ut in Gallieno: quoniam sua quisque ex parte scilicet, vel suo quisque anno, Germanos repressit. Est ex ære mediocri, apud P. CHAMILLART.

IMP. C. M. CASS. LAT. POSTVMVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. VICTORIA AVG. Victoria cum palma & corona: ad pedes, captivus sedet ac luget. S C. Ex ære magno, ibidem. Quomodo tyrannus in Belgio, (nam hunc tractum fabrica Postumi nummorum ex ære refert:) cui nummi tot ex *Senatusconsulto* cuduntur? cui innumeri ex argento per annos decem in provincia Narbonensi, æque ac Gallieno?

Anno Christi 264. V. C. 1017. *Gallieni* 12. *Postumi* 4.

Kalendis Januariis, Gallienus Aug. fit Consul sextum.

IMP. C. P. LIC. GALLIENVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. P. M. TR. P. XII. C. VI. P. P. Imperator in equo, dextra elata, pacifici habitu. Est argenteus.

ΑΥΤ. Κ. Π. ΛΙΚ. ΓΑΛΛΙΗΝΟΣ ΣΕΒ. Capite laureato. .)(. L. ΙΒ. *Anno* XII. qui autumno anni hujus incipit. Pallas stat. Est apud Patinum in Indice, pag. 27.

ΑΥΤ. Κ. Π. ΛΙΚ. ΓΑΛΛΙΗΝΟΣ ΣΕΒ. capite laureato: vultu annorum circiter L. .)(. Aquila rostro gestat coronam, in qua sunt litteræ L. ΙΒ. *Anno* XII. Ex ære mediocri, in Museo P. CHAMILLART.

ΚΟΡΝΗΛΙΑ ΣΑΛΩΝΕΙΝΑ ΣΕΒ. .)(. L. ΙΒ. Spes. Ex ære mediocri, ibidem.

Numismata Postumi.

IMP. C. POSTVMVS PIVS F. AVG. Capite radiato. .)(. P. M. TR. P. IIII. P. P. Arcus, pharetra, clava. Argenteus.

IMP. C. POSTVMVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. P. M. TR. P. IIII. COS. II. P. P. Mars gradiens cum hasta & spoliis, ut in nummis Gallieni, anno 259. & aliis. Argenteus in Museo nostro.

Ut supra. .)(. FIDES EXERCITI. Quatuor signa militaria. Argenteus, ibidem. In altero, e Museo P. CHAMILLART, Est FIDES EXERCITVS, cum totidem signis militaribus; in quibus est Aquila legionaria.

Ut supra. .)(. FIDES MILITVM. Dea stans, singulis manibus signum militare tenet. Est ex ære magno & ex argento, in Museo nostro.

Ut supra. .)(. SALVS EXERCITVS. Dea Salus. Ex argento; apud P. CHAMILLART. Sunt & alii inscripti; CONCORDIA EQVIT. FIDES EQVIT. PAX EQVIT. VIRTVS EQVIT. Postremus hic est in Cimelio D. FOUCAULT.

Anno Christi 265. V.C. 1018. Gallieni 13. Postumi 5.

Kalendis Januariis Postumus Aug. fit Consul III.

ATT. K. Π. ΛΙΚ. ΓΑΛΛΙΗΝΟϹ ϹΕΒ. Capite radiato. .)(. L. ΙΓ. *Anno* XIII. qui autumno anni hujus incipit. Aquila Romana rostro coronam gerit. Ex ære mediocri, apud P. CHAMILLART. In alio ibidem, Victoria coronam ostentat. L. ΙΓ.

ΚΟΡΝΗΛΙΑ ϹΑΛΩΝΙΝΑ ϹΕΒ. .)(. Aquila, ut proxime. L. ΙΓ. Ex ære mediocri, ibidem.

Numismata Postumi

POSTVMVS AVG. capite galeato. .)(. P. M. G. M. TR. P. COS. III. P. P. *Pontifex Max. Germanicus Max.* &c. Trophæum: ad pedes, captivi duo. Aureus est, e Thesauro Regio.

Ut supra. .)(. P. M. TR. P. IIII. COS. III. P. P. Mars gradiens cum hasta & spoliis. Aureus ibidem, cusus hoc anno ante Natalem Urbis.

POSTVMVS PIVS AVG. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. IMP. V. COS. III. P. P. Ipse sedens, dextra tenet orbem Romanum, sinistra scipionem Imperatorium. Aureus, ibidem.

IMP. C. POSTVMVS PIVS F. AVG. Capite radiato. .)(. PROVIDENT. DEOR. COS. III. Dea stans, dextram extendit: supra, sidus Solis. Est argenteus. Est & quinarius huic similis, apud Tristan. tomo III. pag. 150. Postumi capite galeato.

POSTVMVS PIVS AVG. Capite laureato. *Pii* nomen, cum sine titulo *Felicis* apponitur, tunc multo magis se non titulum esse laudis, sed familiæ cognomen, admonet. .)(. QVINQVENNALES POSTVMI AVG. Victoria clypeum gerit. Ludi sunt a Postumo facti, anno quinto Tribuniciæ Potestatis, post victoriam. Aureus est apud D. DE BOZE, & in Thesauro Regio.

IMP. C. POSTVMVS P. F. AVG. Capite laureato. .)(. SAECVLI FELICITAS. Ipse laureato capite paludatus, dextra tenet hastam transversam, læva orbem Romanum. Argenteus in Museo nostro.

POSTVMVS PIVS FELIX AVG. Capita duo; Postumi, & Jovis; alterum alteri applicatum. .)(. FELICITAS TEMP. *Felicitas Temporum.* Navis cum remigibus, & vexillo in medio. Argenteus in Cimelio D. FOUCAULT.

Ut supra: capite Postumi & Jovis laureato .)(. VIRTVTI AVG. *Virtuti Augusti.* Capita duo rursum conjuncta; Postumi, & Martis: laureatum Postumi, Martis galeatum: ad indicandam Virtutem Augustam: quemadmodum in antica nummi area conjunctum est Jovis caput cum capite Postumi, ad indicandum judicium magnum & prudentiam singularem. Quam ob causam similem Diocletianus postea *Jovius*, Maximianus *Herculius* est appellatus. Qui Postumum geminum, patrem ac filium, hic pingi putant, quoniam geminum Trebellius Pollio finxit, tum utriusque vultus indiscreta similitudine, atque ætate, redarguuntur: quæ idcirco in nummis exhibita sedulo est, quoniam nihil est homini similius, quam Genius ipsius: tum ipsamet inscriptione, quæ unicum Postumum spondet, & Augustum unicum. Confer similes nummos Antonii Triumviri, Commodi, Probi, Maximiani Herculii, & aliorum. Etiam in Trajani nummo pars altera Trajani caput, altera ipsum eumdem sub Herculis effigie exhibet. Est hic Postumi nummus ex auro & argento, apud Tristanum, tomo III. pag. 147. Qui duos credunt in nummis Postumos deprehendi, eo quod nunc barba prolixa, nunc crispa cernitur; hi geminum quoque Albinum inducant, si quidem hac una ratione nitantur. Nam & ille certe nunc crispa, nunc prolixa barba, ac propterea prorsus sui dissimilis pingitur: sed hoc discrimen effecit diversitas officinarum, ut de Albini nummis Patinus agnovit, in Thesauro Numismatum, pag. 79.

Ut supra: Capita Postumi & Jovis, ambo laureata, ambo eamdem referentia ætatem. .)(. FELICITAS AVG. Capita duo iterum conjuncta, Victoriæ & Pacis: illa coronam & palmam, ista ramum oleæ gerit. Est hic aureus apud Tristan. tomo III. pag. 152. Cave hic rursum Postumos patrem & filium signari existimes; aut Trebellio Pollioni fidem habeas; qui ut numerum XXX. tyrannorum expleret, tum alios, tum Postumum filium fecit Augustum. Unicum enim fuisse Postumum Augustum nummi perspicue docent; in quibus unius semper AVG. Postumi, seu virtus, seu felicitas, aliudve simile, prædicatur. Sunt enim Postumi nummi vel in Museo nostro, ut de aliis taceam, argentei æneique, FELICITAS AVG. LAETITIA AVG. MONETA AVG. ORIENS AVG. PAX AVG. PIETAS AVG. PROVIDENTIA AVG. SALVS AVG. SALVS POSTVMI AVG. VBERTAS AVG. VICTORIA AVG. VIRTVS AVG. &c. necdum visus est aliquis Postumi nummus, qui duos commemoret simul AVGG. præter unum fortassis argenteum, VICTORIAE AVGG. quem fuisse dicunt in Cimelio Colbertino. Quo ipso tamen, si vere exstat, & est genuinus, victoria ea potest intelligi, Postumi & Gallieni; ob quam uterque ex æquo dicitur in nummis suis, GERMANICVS MAXVMVS.

IMP. C. POSTVMVS P. F. AVG. Capite laureato. .)(. FELICITAS AVG. Duo capita laureata, adversa: Postumi, & Jovis simillimum Postumo. Aureus est e Thesauro Regio.

IMP. CAES. POSTVMVS P. F. AVG. Capite laureato. .)(. AETERNITAS AVG. Tria capita radiata Solis unius; meridiani quidem, adversa facie atque in medio positi: orientis vero ejusdem, & occidentis hinc & inde obliqua; ut recte Tristanus adnotavit, pag. 165. ubi hunc aureum nummum describit. Est enim Sol symbolum æternitatis, ut alibi dixi. Æternitas domus Augustæ, jam inde a Cæsare Augusto usque ad Postumum propagatæ, hoc titulo prædicatur. Nam & ipse, quia *Pius Felix*, idcirco Augustus est.

POSTVMVS PIVS FELIX AVG. Capita laureata duo; Postumi, & Jovis vel Herculis. .)(. CONSERVATORES AVG. Capita duo conjuncta, Martis galeatum, & Victoriæ dextra coronam gestantis alterum; quæ nempe superius in alio nummo appellata est VICTORIA COMES AVG. Est hic aureus in Gaza Regia, & apud Tristan. pag. 140.

POSTVMVS AVG. Capite galeato. .)(. POSTVMVS AVG Idem adverso vultu & obtutu, nudo capite: ut effigiem illius sic erectam posi-

positamque aliquo loco, vel clypeum ita insculptum, hæc facies nummi significet. Aureus est apud Tristanum, pag. 183. & in Thesauro Regio.

IMP. C. M. CASS. LAT. POSTVMVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. VIRTVS AVG. SC. Dea stat cum hasta & clypeo. Ex ære magno, apud P. CHAMILLART.

Ut supra. .)(. Templum, in cujus fronte, FELICITAS. Ex ære magno, ibidem.

IMP. C. POSTVMVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. CASTOR. Castor stans equum freno regit. Est ex argento mixto ibidem. Equitatu plurimum valuisse Postumum, eo titulo ac symbolo significatur; juxta illud Horatianum, libro 2. Serm. Satyr. 1. *Castor gaudet equis.*

Ut supra. .)(. ORIENS AVG. Sol currens, dextra elata, læva flagellum tenet. Ex ære minimo, ibidem. *Oriens*, hoc est, Asiæ reliquiæ, Romanis obnoxiæ, ut Gallieni, sic etiam Postumi providentiam implorant, adversus Parthos & Persas. Communes habent titulos in nummis, certo concordiæ argumento. Sic est uterque RESTITVTOR GALLIARVM, & RESTITVTOR ORBIS, & GERMANICVS MAX V. &c. Missas a Postumo auxiliares copias in Orientem; hoc lemma significat.

IMP. C. M. CASS. LAT. POSTVMVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. LAETITIA AVG. Triremis cum remigibus. SC. Ex ære magno in Museo nostro.

IMP. C. POSTVMVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. NEPTVNO REDVCI. Neptunus stans, dextra delphinum, læva tridentem tenet. Est ex ære minimo, apud P. CHAMILLART. Redux e Britannia fortassis Postumus.

Nummos inscriptos, IMP. C. C. IVN. POSTVMVS AVG. & IVNIA DONATA AVG. quos affert Chiffletius, in Lumin. Prærog. ad Vind. Hispan. pag. 373. supersedemus hic referre; cum eos esse adulterinos periti fateantur, conflatosque ad recentem fabulam de duobus Postumis fulciendam.

Anno Christi 266. V. C. 1019. Gallieni 14. Postumi 6.

Kalendis Januariis Postumus suscipit quartum Consulatum, geritque in ditione sibi adsignata.

ΑΥΤ. Κ. Π. ΛΙΚ. ΓΑΛΛΙΗΝΟϹ ϹΕΒ. Capite laureato. .)(. L. ΙΔ. *Anno* XIV. Aquila Romana rostro coronam gerit. Est apud Patinum in Indice, pag. 27.

ΚΟΡΝΗΛΙΑ ϹΑΛΩΝΕΙΝΑ ϹΕΒ. .)(. L. ΙΔ. *Anno* XIV. Aquila, ut proxime. In alio, L. ΙΔ. Spes florem ostentat. Uterque ex ære mediocri, in Museo P. CHAMILLART.

Numismata Postumi.

IMP. C. POSTVMVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. COS. IIII. Victoria palmam tenet. Est ex ære minimo, ibidem.

Ut supra. .)(. IOVI STATORI. Juppiter stans cum hasta, & sceptro, vel fulmine. Ex ære minimo, ibidem.

IMP. C. POSTVMVS PIVS F. AVG. Capite radiato. .)(. SERAPI COMITI AVG. Serapis stans. Argenteus in Museo nostro.

IMP. C. M. CAS. LATI. POSTVMVS P. F. AVG. Capita duo laureata: Postumi & Herculis, alterum alteri applicitum. .)(. HERCVLI COMITI AVG. Postumus velato capite ante aram cum sacrificulo & victima, Hercule intermedio. Infra, COS. III. Edidit Morellius in Specimine, Tab. 11. e Cimelio Comitis de Schwartsburg, ex ære maximo. Sed est ille nummus adulterinus ac recens.

IMP. C. POSTVMVS P. F. AVG. Capite radiato. Nemo hactenus Augustorum adeo assidue dictus est in nummis *Pius Felix*, ac Postumus. .)(. HERCVLI DEVSONIENSI. Hercules dextra clavam, læva arcum tenet. Ex ære magno & ex argento in Museo nostro. De Deusone consule, si lubet, Chronicon Hieronymianum.

Ut supra. .)(. HERCVLI MAGVSANO. Hercules cum clava, & arcu, & leonis exuviis. Apud Tristan. pag. 146.

POSTVMVS PIVS FELIX AVG. Capita duo, Postumi & Herculis, alterum alteri applicitum, ut Virtus Comes Augusti significetur. Non sunt hic duo Postumi. Postumus cum sua Virtute. Postumus unus est. .)(. HERCVLI LIBYCO. Hercules Anteum necat. Aureus e gaza Regia.

Ut supra. .)(. HERCVLI ERYMANTINO. Hercules humeris gestat aprum. Aureus & argenteus, ibidem.

IMP. C. POSTVMVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. HERC. PACIFERO. Hercules cum clava, dextra ramum oleæ gerit. Ex ære minimo, apud P. CHAMILLART.

Ejusdem. .)(. HERCVLI IMMORTALI. Hercules clavam humero gestans, canes tres venaticos loro ducit. In antica nummi parte, qui est argenteus, capita sunt conjuncta Postumi & Herculis; non, ut Patino visum est, Postumorum duorum. Significat hic nummus, fuisse Postumum Imp. ut olim Herculem, fortissimum bellatorem, nec minus studio venationis clarum. Nullus hic Cerbero locus, aut in aliis nummis est, quos vidimus; tametsi nobis olim, cum eos qui præiverant sequeremur, secus videretur.

Ejusdem. .)(. HERCVLI INVICTO. Cerberum, ut proxime, vinctum catenis retinet. Argenteus in gaza Regia.

Ejusdem. .)(. HERCVLI ROMANO AVG. Arcus, clava, pharetra. Argenteus. *Herculi Romano Augusto.*

POSTVMVS AVGVSTVS Capite radiato. .)(. MINER. FAVTR. *Minervæ Fautrici.* Dea stans, galeato capite, læva clypeum & hastam tenet; dextra ramum oleæ. Est argenteus apud P. CHAMILLART.

IMP. C. POSTVMVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. DIANAE LVCIFERAE. Diana facem gestat. Argenteus, ibidem.

Ut supra. .)(. P. M. TR. P. COS. IIII. P. P. Ipse quadrigis vehitur, dextra coronam gerit. Aureus e gaza Regia.

Anno Christi 267. V. C. 1020. Gallieni 15. Postumi, 7.

GALLIENVS AVGVSTVS. Capite radiato. .)(. P. M. TR. P. XV. P. P. Neptunus tenet læva tridentem piscem dextra: ad pedes, cymba. Infra, VII. C. *Septimum Cabilonensium* tributum. Est ex ære minimo in Museo nostro. Laudatissimum piscium captura Ararim amnem esse hæc symbola significant. Hoc tantum.

ΑΥΤ. Κ. Π. ΛΙΚ. ΓΑΛΛΙΗΝΟϹ ϹΕΒ. Capite laureato. .)(. L. ΙΕ. *Anno* XV. qui autumno anni hujus incipit. Nilus juvenis. Est ex ære mediocri, in Museo nostro. In alio, caput Solis radiatum: vel Serapidis: vel Mercurii. Hi tres, cum L. ΙΕ. sunt apud Patinum in Indice, pag. 27. In alio, apud P. CHAMILLART. Aquila Romana rostro coronam gerit.

ΚΟΡΝΗΛΙΑ ϹΑΛΩΝΕΙΝΑ ϹΕΒ. .)(. L. ΙΕ. Spes. In alio, L. ΙΕ. Aquila Romana, ut proxime. Uterque ex ære minimo, ibidem.

Anno Christi 268. V. C. 1021. *Claudii* 1. *Postumi* 8.

Gallienus Kal. Januariis fit Consul septimum. Itaque totidem Consulatus gessit, quot Commodus ipsius proavus.

GALLIENVS AVG. Capite radiato. .)(. P. M. TR. P. XVI. COS. VII. P. P. Stans ipse orbem Romanum tenet, hastam sinistra. Ex ære minimo, in Cimelio D. FOVCAVLT.

IMP. POSTVMVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. IMP. X. COS. IIII. Victoria cum palma & corona. Mediobarbus e Museo suo. Cum nulli appareant Gallieni aut Saloninæ nummi, cum nota anni IS. hoc est, XVI. qui esset incepturus autumno hujus anni; satis manifestum est, circiter mensem Junium fuisse eumdem a Senatu coactum abire magistratu: relicto in Gallia Belgica Postumo; subrogatumque Gallieno Claudium; addito ei comite Tetrico, ad tutandos fines provinciæ Narbonensis, adversus Aquitanos & Hispanos: denique Vabalatho simul in Oriente constituto Imperatore. Ægre tulit Senatus, ultra annos quindecim Tribuniciæ Potestatis prorogari cuiquam hoc tempore principatum.

Aliquantulum vero deinceps conjecturæ indulgendum esse nemo diffitebitur, qui intellexerit, & nummos deinceps Græcos deesse, in quibus sint anni, ut prius, fœderum consignati; & raro in Latinis apparere annos Tribuniciæ Potestatis. Itaque & multos Augustorum anno tantum uno aut altero tenuisse principatum, paucitas nummorum, qui sunt eorum honori dicati, omnino suadet; & alios etiam in alio tractu Galliarum, duos saltem simul interdum fuisse constitutos, ut Gallieni ac Postumi temporibus, Claudiique ac Tetrici, Aureliani & Vabalathi. Qui vero aliis præcesserint, qui sint subsecuti, difficile est statuere. Quamobrem quæ super ea re ponimus, ea pro meris conjectationibus haberi a te volumus, nisi certa alicubi indicia se temporum offerant . . . Die sabbati, 8. Maii, anni 1700.

CLAVDIVS GOTHICVS.

Deserunt nos, inquam, deinceps epochæ, ut appellant, hoc est, annorum notæ, quas Græcæ civitates plurimæ in suis nummis exprimere hactenus consueverunt; quarum ope, præter alia subsidia, tota series Augustorum ac Cæsarum a Julio Cæsare usque ad hæc tempora certissime statuitur. Desunt illæ autem deinceps, deficiente (ut videtur) post Gallieni tempora a fœdere cum Romanis toto fere jam orbe Græco. Unde post Claudium nulli sunt amplius nummi Græci, nisi Alexandriæ cusi, ut vulgo creditur: quamquam Vabalathum & Zenobiam parti adhuc Palæstinæ vice Cæsaris præfuisse arbitramur. Itaque tot anni singulis deinceps Augustis tribuendi sunt, quot sunt in nummis illis Alexandrinis consignati. Neque alii Augusti referendi sunt in ordinem majorum Augustorum, quam qui hos nummos ita inscriptos habent, vel alios certe ex ære maximo probos, & ex fabrica Narbonensi, vel Consulatum, aut Tribuniciam potestatem. Nam in se curam semper suscepit provincia Narbonensis Latinos omnes fere nummos cudendi in honorem Augustorum ac Cæsarum. Quamquam quo alii aliis ordine successerint, ipsa fabricæ differentia admonet; quæ fit paulatim rudior, & ad pristinam venustatem subinde postea revocatur.

Claudium certe Gallieno idcirco subjungimus; quod aliquæ adhuc civitates Græcæ nummos cudunt sub Claudio; cum plures multo sint sub Gallieno, nullæ post Claudium. Non habet Claudius ipse nummos Græcos, nisi in ora Ciliciæ, & Cyzicenorum, atque in Pamphylia Sagalassi. Tetricum deinde cum Claudio idcirco jungimus, quoniam sunt in eodem numismate ambo conjuncti; & consobrinos eos fuisse sequens schema docet.

STEMMA CLAVDII GOTHICI AVG.

M. AVR. COMMODVS ANTONINVS PIVS FELIX AVG.
M. Aurelii & Anniæ Faustinæ filius.

Annia Aurelia.

Annia. Nupsit Tetrico. — Aurelia. Nupsit Claudio. *Vide Taciti Aug. stemma, quod suo daturus sum loco.*

TETRICVS P. F. AVG. (ex Annia) — M. AVR. CLAVDIVS P. F. AVG. (ex Aurelia)

TETRICVS CÆSAR. (ex Tetrico Aug.)

Marci prænomen habet, quod est proprium gentis Antoniæ, ut se ex Marco Antonino ortum esse demonstret; prænomine eo propterea accepto, dimissoque gentilitio, sive *Lucii*, quod est Aureliæ gentis, sive *Tiberii*, quod est Claudiæ proprium. *Aurelius* deinde ex matre dicitur, ex patre *Claudius*: denique *Pius Felix* ex proavo Commodo Pio Felice.

Anno Christi 268. V. C. 1021. *Claudii* 1. *Postumi* 8.

Claudio igitur principatus defertur ad annos fere tres, cum Pontificatu Max. & Tribunicia Potestate.

IMP. CLAVDIVS P. F. AVG. Capite radiato, annorum amplius 50. .). SPES PVBLICA. Spes florem ostentat. Ex ære minimo, apud P. CHAMILLART.

Ut supra. .)(. FELIC. TEMPO. *Felicitas Temporum.* Dea stat cum hasta, dextra caduceum tenet. Ex eodem ære, ibidem.

Ut supra. .)(. FIDES EXERC. *Fides Exercitus.* Dea tenet signa militaria duo. Ex ære minimo ibidem.

IMP. C. CLAVDIVS AVG. Capite radiato. .)(. LIBERALITAS AVG. Dea stat cum tabella & Cornucopiæ. Ibidem.

Ut supra. .)(. LIBERTAS AVG. Dea stans pileum dextra tenet. Latere nummi sinistro, x. *Decimum* tributum. Ibidem.

Ut supra. .)(. CONCORDIA AVG. Dea stat, cum patera ante aram; sinistra tenet geminum Cornucopiæ. Latere nummi sinistro, Δ *quartum* tributum. Ibidem.

Ut supra. .)(. LAETITIA AVG. Dea tenet dextra

dextra funiculum in orbem involutum, sinistra temonum. Ibidem.

ΑΥΤ. Κ. ΚΛΑΥΔΙΟϹ ϹΕΒ. Capite laureato. .)(. L. A. *Anno* primo, qui more Græco incipit autumno anni hujus. Aquila Romana rostro coronam tenet. Est ex ære mediocri, ibidem. In alio ibidem est caput Apollinis: L. A.

Anno Christi 269. V. C. 1022. Claudii 2. Postumi 9.

IMP. C. POSTVMVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. P. M. TR. P. VIIII. COS. IIII. P. P. Arcus, clava Herculea, pharetra. Est argenteus in Museo nostro.

IMP. C. CLAVDIVS AVG. Capite radiato. .)(. VICTORIA. G. M. appositis ita punctis in ipso numismate. *Victoria Gothica maxima.* Victoria incedit cum palma & corona. Est ex ære minimo, apud P. CHAMILLART.

IMP. CLAVDIVS AVG. Capite radiato. .)(. VOTA ORBIS. Duæ Victoriæ scribunt in clypeo appenso arbori. Ibidem.

IMP. C. CLAVDIVS AVG. Capite radiato. .)(. VICTORIA AVG. Victoria gradiens cum palma & corona. Ex ære minimo, apud P. CHAMILLART. Infra, S. *Secundum* tributum. In Thesauro Regio idem est aureus, absque littera S. & cum epigraphe, IMP. CLAVDIVS AVG. Capite laureato. Nec alius ibi Claudii Gothici nummus, præter istum, aureus est.

Ut supra. .)(. FIDES EXERCI. *Fides Exercitus.* Dea signa duo militaria tenet. Latere nummi sinistro, XI. *Undecimum* tributum. Ex simili ære, ibidem.

Ut supra. .)(. GENIVS AVG. Genius stans cum patera & Cornucopiæ. Argenteus, ære mixto, apud D. FOVCAVLT.

Ut supra. .)(. IOVI VICTORI. Juppiter stans tenet Victoriam. Latere nummi sinistro, N quæ littera videtur Narbonenses significare. Est hic ex ære minimo, apud P. CHAMILLART. Claudii nummi, ut & Tetrici, alii sunt elegantis omnino fabricæ, videlicet Narbone cusi; alii vere sui nominis, Gothici, Tetricique, hoc est, rudis admodum & barbaræ cælaturæ, quos jure asperneris.

Sunt & alii Claudii nomine nummi inscripti; IOVI VLTORI: MARTI PACIF. MARS VLTOR: IOVI STATORI, &c. ibidem.

IMP. C. M. AVR. CLAVDIVS AVG. Capite radiato. .)(. VICTORIA AVG. Victoria gradiens cum palma & corona. Infra, SPQR. Ex ære minimo, in Museo nostro.

IMP. CLAVDIVS AVG. Capite radiato. .)(. NEPTVN. AVG. *Neptuno Augusti.* Stat Neptunus cum tridente, dextra piscem tenet. Infra, R. *Remi.* Argenteus ære mixtus, ibidem.

IMP. CLAVDIVS P.F. AVG. .)(. VICTORIA GOTHICA. Trophæum: ad cujus pedes, captivi duo. Mediob. pag. 403. e Museo suo. Quæ sit Gothia, dixi in Numismatis Sæculi Constantiniani.

IMP. C. M. AVR. CLAVDIVS GER. GOTHICVS. Capite laureato. .)(. INVICTVS AVG. Caput Genii Augusti laureatum. *Imp. Cæsar M. Aurelius Claudius Germanicus Gothicus, Invictus Augustus.* Aureus est eximius, apud Tristanum, pag. 193. *Germanici* titulo significat se Claudius de stirpe Ti. Claudii Imp. paterno genere esse oriundum, qui *Claudius Cæsar* fuit ex patre cognomento *Germanicus.*

IMP. CLAVDIVS AVG. Capite radiato. .)(. REGI ARTIS. Faber lignarius læva forcipem, dextra malleum tenet. Est ex ære in gaza Regia. Sententia est: *Reduci ex Gothia Imperatori Arcum Triumphis Insignem Struxit*, Collegium nempe fabrorum, quod ille faber designat, qui nummi aream occupat. Disce hinc morem, qui Romanis Monetariis omni ævo in usu quotidiano fuit, ut sexcentis constat exemplis, insignis alicujus sententiæ exprimendæ primis dumtaxat, aut binis, pluribusve cujusque vocabuli litteris: quæ tunc quidem ingeniosissima ratio habebatur, cum simul collectæ eæ litteræ syllabam aut vocem unam alteramve efficerent, quæ alio pertinere videretur: sive id facerent ad fallendos sive ad exercendos legentes. Ejus generis est inscriptio illa percelebris, de qua alibi egimus, GENIO ANTIOCHENI: & syllabæ illæ famosissimæ, ANT & CONS & CONST in quibus viri simplices *Antiochiam* se videre putant & *Constantinopolim.* Sed nulli cedit ista, in qua *Regem Artis* nescio quem, nec scio cujus, magno hic labore, sed inani, quærent Antiquarii: cum sententia sit, ut dixi, *Reduci ex Gothia Imperatori* Claudio Gothico *Arcum Triumphis insignem struxerunt* fabri. Sic in Arcu Constantini Max. Romæ legas, CONSTANTINO MAX..... ARCVM TRIVMPHIS INSIGNEM DICAVIT SPQR. In nummo autem Gratiani Aug. aureo, e Thesauro Brandeburg. pag. 829. AQOBF similiter est, *Aquenses obtulerunt FABRI.* Cui nummo similis alter ex argento est Theodosii Aug. apud D. Abb. FAUVEL, ut dixi in Numismatis Sæculi Constantiniani. Confer cum isto nummos Tetrici Aug. quos habes, quosque mox proferam.

ΑΥΤ. Κ. ΚΛΑΥΔΙΟϹ ϹΕΒ. Capite laureato. .)(. L. B. *Anno secundo*, qui autumno hujus anni incipit. Victoria gradiens cum palma & corona. Ex ære mediocri, in Museo P. CHAMILLART. In alio, L. B. Aquila Romana coronam rostro gerit, palmam humero. Id alio, L. B. Neptunus pede dextro proræ navigii insistit. In alio, L. B. Annona stat, gerens Cornucopiæ. In alio, L. B. Justitia sedet. In alio, L. B. Caput Isidis cum spica. Et hi quinque sunt in eodem Museo, præter tertium, qui est in Indice Patini, pag. 27.

Numismata Tetrici Imp.

CAES. TETRICVS ARPCA. *Alter Reipublicæ constituendæ Augustus:* ut in epistolis olim ad te datis interpretati sumus: quas tu, Vir Optime, in lucem proferre (ignosce liberius forte loquenti) ausus es.

IMP. C. CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum. .)(. IMP. TETRICVS AVG. Caput Tetrici pariter radiatum. Est ex ære minimo nummus præclarus, in Cimelio D. FOVCAVLT: qui nummus consensionem Claudii cum Tetrico mirifice probat.

TETRICVS PACI. *Pulsis Aquitanis creatus Imperator.*

IMP. C. TETRICVS RDNVIC. *Romanæ ditioni Narbone vindicato Imperii conservator.*

IMP. C. TRICVS PLIIVC. *Imp. Cæsar Tetricus Præsidiaria legione Illiberi imposita Urbis conservator.* De his nummis quatuor egi tecum abunde dudum per litteras.

IMP. TETRICVS AIGPPA S C. Capite radiato. *Imperator Tetricus adjuncta Imperio Gothia Perpetuus Augustus Senatusconsulto.* .)(. Victoria gradiens. Est ex ære minimo, in Cimelio P. CHAMILLART. Notatu digna his temporibus appellatio est Perpetui Augusti, & Tetrici quidem, Senatusconsulto.

Anno Christi 270. V. C. 1023. Claudii 3.

Kalendis Januariis quintum Consulatum init Postumus Aug. Simul Pontificatus Max. & Consulatus Tetrico Aug. defertur.

Nu-

Numismata Postumi.

IMP. C. POSTVMVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. IMP. X. COS. V. Victoria palmam tenet, dextra captivum premit. Est ex ære minimo in Museo nostro, & apud P. CHAMILLART.

Ut supra. .)(. P. M. TR. P. X. COS. V. P P. Victoria stans orbi Romano insistit pede sinistro: cruri pariter sinistro innixum tenet clypeum, in quo scriptum est, VOT. XX. *Votis vicennalibus.* Est ex ære minimo apud Tristanum, pag. 162. Vota hæc populi fuerunt, Kalendis forte Januariis anni sequentis concepta; sed a Senatu suscepta non sunt: siquidem in nummis Postumi nullus alius Tribuniciæ Potestatis post decimum annus occurrit. Postumi nummus in Galliâ Narbonensi cusus est ex ære magno vel mediocri omnino nullus: sunt omnes fabricæ Belgicæ. Unde sunt illi in Italia perrari, in Gallia triti & obvii.

Numismata Claudii.

ATT. K. ΚΛΑΥΔΙΟϹ ϹΕΒ. Capite laureato. .)(. L. Γ. *Anno tertio*, qui autumno anni hujus incipit. Aquila Romana rostro coronam gerit. Est ex ære mediocri, in Museo nostro, & apud P. CHAMILLART: apud quem & alius est, L. Γ. cum Annonæ stantis effigie, quæ dextra temonem, læva Cornucopiæ tenet.

Numismata Tetricorum, ex Thesauro Regio.

Tetricus Aug. materno sanguine *Cæsar* & *Pius Felix*, nummos habet multos egregios fabricæ Narbonensis, ex auro, argento, & ære; ex quibus quos Regia Gaza servat, exhiberi ante ceteros decet.

IMP. TETRICVS PIVS AVG. Capite laureato. .)(. ADVENTVS AVG. in provinciam scilicet sibi adsignatam. Imperator in equo, dextra elata.

Ut supra. .)(. LAETITIA AVG. N. *Lætitia Augusti nostri*: ne Tetricus Aug. nimirum fuisse Tetricus existimetur. Dea stans funiculum tenet in orbem convolutum, dextra ancoram.

Ut supra. .)(. SPES PVBLICA. Spes florem ostentat.

Ut supra. .)(. VIRTVS AVG. Dea sedens, dextra lauream, læva hastam tenet.

Ut supra. .)(. FELICITAS AVG. Dea stat innixa columnæ, cum caduceo & Cornucopiæ.

Ut supra. .)(. P. M. TR. P. COS. P. P. Imperator ipse sedens.

IMP. TETRICVS P. F. AVG. Capite laureato. .)(. P. M. TR. P. III. COS. P P. Dea tenet signum militare.

IMP. C. TETRICVS P. F. AVG. Capita duo juncta; Tetrici nimirum, & Genii ipsius, seu Virtutis Augustæ. .)(. AETERNITAS AVGG. Dea stans, dextra tenet avem phœnicem, æternitatis symbolum. *Æternitas* Augustæ domus, jam inde ab Augusto Cæsare ad hæc usque tempora propagatæ, ex qua materno genere Tetrici ambo Augusti prodierint, hoc titulo commendatur. Sunt hi nummi octo ex auro: iste apud Tristanum, pag. 228.

IMP. C. TETRICVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. VIRTVS AVGG. *Virtus Augustorum.* Mars galeato capite, cum clypeo, & hasta. Est ex ære minimo, apud P. CHAMILLART.

Ut supra: capite Augusti Tetrici radiato. .)(. SALVS AVGG. *Salus Augustorum.* Dea pateram serpenti præbet, læva temonem regit; symbolum Augusti regiminis. Est ex argento. In Museo nostro, ex ære minimo, cum epigraphe, IMP. CAES. TETRICVS P. F. AVG.

Ut supra. .)(. VOTIS DECENNALIBVS, in laurea corona: ut quidem Goltzius refert; sed admodum suspectæ fidei scriptor.

Sunt & ex ære in eodem Thesauro Regio inscripti nummi: IMP. TETRICVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. HILARITAS AVGG. LAETITIA AVGG. PAX AVG. SALVS AVG. VICTORIA AVG. SPES PVBLICA. FIDES MILITVM.

Numismata Tetrici filii.

Tetrici autem Cæsaris, & postea Augusti, qui Tetrici prioris filius, hi sunt ibidem ex argento nummi.

C. PIV. ESV. TETRICVS. CAES. Capite radiato. .)(. SPES AVGG. *Spes* Tetrici patris, & Esuinæ matris, *Augustorum.* Spes florem ostentat. *Caius* dicitur, ut primogenitus Cæsarum. *Pivanius Esuinus*, ex matre: ex patre, *Tetricus.* Et ipse *Spes* amborum est.

Ut supra. .)(. PIETAS AVGVSTOR. Pietas Augustorum, qui Tetricum Cæsarem esse Pontificem jusserint. Instrumenta Pontificalia.

C. P. ES. TETRICVS CAES. Capite nudo. .)(. SPES AVGG. *Spes Augustorum.* Spes cum flore. Est hic aureus. Ex ære sunt qui sequuntur.

C. PIV. ESV. TETRICVS CAES. Capite radiato. .)(. IMP. TETRICVS P. F. AVG. Capite Tetrici patris pariter radiato.

Ut supra. .)(. NOBILITAS AVG. Stat Dea cum hasta, & orbe Romano. Vidimus hunc titulum in nummis Commodi, Getæ, Alexandri, & Philippi: eodem ubique intellectu. Gloriantur omnes, habere se a majoribus, præter Cæsaream, alterius, saltem unius, gentis nobilitatem.

Sunt etiam ibi inscripti, PIETAS AVGVSTI, cum instrumentis Pontificalibus: ABVNDANTIA AVG. PAX AVG. SPES AVG. SPES PVBLICA.

C. PIV. ESV. TETRICVS CAES. Capite radiato. .)(. SPES AVGG. Dea Spes dextra florem ostentat. E Museo nostro argenteus.

C. P. E. TETRICVS CAES. Capite radiato: litteris prioribus C. P. E. appositis punctis a se invicem distinctis. .)(. PIETAS AVGVSTORVM; Tetrici patris nimirum, & Augustæ matris pietas commendatur, qui filium suum Tetricum Cæsarem creari Pontificem curarint. Instrumenta Pontificalia. Ex ære minimo, ibidem.

C. P. ES. TETRICVS CAES. Capite nudo. .)(. SPES AVGG. *Spes Augustorum.* Spes florem ostentat. In alio, qui tuus est, Vir Optime & Erudite, C. P. E. TETRICVS CAES. tres priores litteræ punctis (ut recte admones) invicem discriminantur: ut discant Antiquarii, minime legi oportere, ut fecere hactenus, *Pivesum*: sed *Pivanium Esuinum Tetricum*; ut ex eadem gente fuisse Tetricus videatur, ex qua & Victorinus, de quo postea.

IMP. TETRICVS PIVS AVG. Capite laureato Tetrici patris. *Pii* nomen, ut sæpe monui, cum solum sæpissime adponatur, cognomen se esse admonet, & quidem vetustius ac notius, quam *Felicis.* .)(. COMES AVG. *Comes Augusti*, Victoria scilicet, quæ in nummi area pingitur, cum palma & corona. Est in Museo nostro, ex argento ære mixto.

IMPP. TETRICIS AVGG. *Imperatoribus Tetricis Augustis.* Capita duo alteri applicitum; laureatum patris, filii nudum ob patris reverentiam. .)(. PAX AVG. *Pax Augusta.* Dea stans, dextra ra-

ramum oleæ tenet, læva Cornucopiæ. Est ex ære minimo, in Cimelio D. Foucault.

IMPP. TETRICI PII AVGG. Caput Jovis laureatum, & Victoriæ alterum ei conjunctum. .)(. IOVI VICTORI. Juppiter sedens tenet Victoriam.

Anno Christi 271. V.C. 1024. *Aureliani* 1.

Natali Urbis, postquam Claudius abiit magistratu, subrogatus est in ejus locum Domitius Aurelianus. Claudius post obitum, quocumque ille anno contigerit, relatus est inter divos: sed non DIVVS AVG. est appellatus, cum privatus decesserit; sed tamen DIVVS IMP.

DIVO CLAVDIO OPTIMO IMP. capite laureato ac velato. .)(. REQVIES OPTIMOR. MERITOR. *Requies Optimorum meritorum.* Sedet in sella curuli; dextra tenet avem phœnicem, læva bacillum Imperatorium. Infra, R Q *Remorum quartum* numisma. Ex ære minimo, in Museo nostro. Alius habet, ARP *Arelatensium primum* numisma, apud Mediobarbum; & vidi sic apud Abb. Mezzabarba.

DIVO CLAVDIO IMP. Capite laureato & velato. .)(. MEMORIAE AETERNAE. Leo gradiens. Infra, R Q: in Museo nostro: ubi & alius habet Aquilam, cum R S *Remorum secundum* numisma. In alio est, apud Abb. Mezzabarba: DIVO CLAVDIO OPTIMO.

DIVO CLAVDIO: capite radiato. .)(. Ara cum igne. . . . . NAS. . . . . CA. Fabrica plane Gothica, ibidem. In alio ibi, CONSECRATIO, cum Romana Aquila.

DIVO CLAVDIO GOTHICO. Capite radiato. .)(. CONSECRATIO. Ara cum igne. Est ex ære mediocri, apud D. Foucault.

IMP. CLAVDIVS AVG. Capite radiato. .)(. CONSECRATIO. Ara cum igne. Ibidem, & apud Tristan. pag. 194.

DIVO CLAVDIO. Capite radiato. .)(. PROVIDENT. AVG. In alio, PROVID. AVG. Dea Providentia stat. Uterque in Cimelio D. Foucault. In alio, PAX AVG. Pacis typus: infra, Δ. *quartum* tributum in alio, FIDES MILITVM: in medio, E. *quintum* tributum. In alio, PIETAS AVG. Dea stat cum hasta & patera. Omnes ex eodem Cimelio. Quibus præcipue rebus insignis fuerit Claudii principatus, in nummis post ipsius mortem conflatis perscribitur. . . . . Die sabbati, 22. Maii, 1700.

DOMITIVS AVRELIANVS.

Suscipit igitur hoc anno principatum, Natali Urbis, de more, L. Domitius Aurelianus, cum Pontificatu Max. & Tribunicia Potestate, ad annos septem: Vabalatho interim Orientis reliquias administrante. *Aurelianus* autem ex paterno nomine *Domitius* est appellatus: a conjuge Aurelia *Aurelianus*: quod nomen & ad filium Aurelianum transiit, quemadmodum a Vespasiano etiam T. Cæsar dictus est *Vespasianus*.

STEMMA AVRELIANI AVG. & SEVERINÆ,

ex nummis antiquis.

Domitius, ex Domitiani Aug. filia, longe postea exortus.

Cæsar L. DOMIT. AVRELIANVS AVG.

L. DOMIT. AVRELIANVS junior AVG.

L. DOMITIVS DOMITIANVS AVG.

M. AVR. SEVERVS ALEXANDER AVG.

Aurelia Severina, Conjux Ulpii Trajani, qui filius fratris Trajani Decii. *Vide Stemma Trajani Decii.* Nam qui Trajanus, idem Ulpius est. *Vide stemma Nervæ Trajani.*

VLPIA Aurelia SEVERINA, conjux Aureliani AVG. *Ulpia*, a patre: *Aurelia Severina*, ex matre.

Poscit ratio temporum, ut *Severina* neptis fuisse dicatur M. Aurelii Severi Alexandri Aug. quæ ea lege nupserit L. Domitio, ut *Aurelianus* diceretur, ob bona istius familiæ in ejus domum liberosque translata. Et est certe pulcherrimus apud te, Vir Nobilissime, L. Domitii Aureliani junioris nummus, ut ad me scribis. Aurelianus autem e Domitia gente fuit, ex qua & Nero, & Domitilla Vespasiani conjux altera, & Domitia conjux Domitiani. At *Cæsar* idem esse non potuit, nisi esset ex Domitiani filia oriundus. Severinæ Aureliani conjugis & nomen & genus scriptoribus historiæ Augustæ omnino latuit.

Porro non occurrit in nummis Aureliani Aug. cognomen *Felicis*, ac ne *Pii* quidem: quoniam videlicet originem ducit a Domitiano Aug. qui longe fuit ante *Pios* & ante *Felices* Augustos. Nec scio unde scalptor, apud Spanhemium in Juliani Cæsares, pag. 109. hauserit hunc titulum: IMP. C. L. DOM. AVRELIANVS P. F. AVG. SOLI INVICTO: cum hunc titulum neque ego uspiam viderim, neque habeat illum Occo, aut Mediobarbus. Ea certe causa est, quamobrem neque nepos Aureliani Aug. Domitius Domitianus, cui cognomen a Domitia conjuge fuit, herede alterius familiæ ex eadem gente, cum Augustus esset secundarius, ut dixi ad annum XXXVI. Sæculi Constantiniani, *Augustum* quidem se dicat; *Pium Felicem*, ut alii, non dicat.

Lucium denique se dicit iste, de prænomine Aureliæ gentis, quæ diu imperavit, cujus heredem duxit uxorem. Quamvis & Domitiæ quoque gentis proprium illud prænomen esse Plinius significet, libro VII. sect. LIV. *L. Domitius, clarissimæ gentis* &c.

Numismata Aureliani Aug. & Vabalathi.

Anno Christi 271. *Aureliani*, 1.

IMP. CAES. L. DOM. AVRELIANVS AVG. Capite radiato. .)(. CONCORDIA MILIT. Viri duo tenent singuli aquilam legionariam, alter dextra, alter sinistra: & aliam legionariam aquilam in medio positam ambo tenent.

IMP. C. L. DOM. AVRELIANVS AVG. .)(. FIDES MILITVM. Dea stans, dextra tenet aquilam legionariam, sinistra hastam.

Latere lævo, Є. Quinta numismatis fabrica, ut videtur.

Ut proxime. .)(. VICTORIA AVG. Victoria stans cum palma & corona.

IMP. C. L. DOM. AVRELIANVS AVG. .)(LAETITIA AVG. Dea stans, dextra corollam tenet, ancoram sinistra. Hinc X. inde II. *Duodecimum* tributum, ut videtur.

IMP. C. L. DOM. AVRELIANVS AVG. Capite radiato. .)(. AETERNIT. AVG. *Æternitas Augusti.* Dea stans. Æternam vigere sobolem ex Augusto deductam usque ad Aurelianum Augustum hic nummus testatur cum gratulatione. Nummi hi quinque sunt ex ære minimo, in Cimelio P. Chamillart: soli ex nummis Aureliani Latinis, quos hactenus viderim inscriptos *Domini* nomine. Prænomen *Lucii* in gente Domitia proprium primogenitorum fuisse haud temere colligimus, tum ex eo quod illud habet Aurelianus Imp. tum ex illo Plinii dicto de quodam ex ea gente viro nobilissimo; libro VII. sect. LIV. pag. 90. *L. Domitius clarissimæ gentis apud Massiliam victus, ab* Augusto *Cæsare,* &c.

SOL DOMINVS IMPERI ROMANI. Caput Solis juvenile, sine radiis, crinitum. .)(. AVRELIANVS AVG. CONS. *Sol Dominus Imperii Romani:* ejusdem Imperii *Aurelianus Augustus Conservator* est. Stat ipse paludatus cum hasta, dextra pateram tenens ante aram. Est in Cimelio D. Foucault.

A. K. Λ. Δ. ΑΥΡΗΛΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Capite laureato. L. A. *Anno primo.* .)(. ΑΥΤ. ΕΡΜΙΑϹ ΟΥΑΒΑΛΛΑΘΟϹ ΑΘΗΝΟΥ. Capite laureato. *Imp. Hermias Vabalathus Athenæ F.* L Δ. *Anno quarto*, qui more Græco incipit autumno hujus anni. Est ex ære mediocri, in Museo nostro. In alio simili apud P. Chamillart, legitur, ΟΥΑΒΑΛΛΑΘΟϹ.

A. K. Λ. ΔΟΜ. ΑΥΡΗΛΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Capite laureato. Sub ipsum os Aureliani, littera L. hoc est, *anno*, absque anni numero. .)(. ΑΥΤ. ΕΡΜΙΑϹ ΟΥΑΒΑΛΛΑΘΟϹ ΑΘΗΝΟΥ, sine anni nota, quæ in sequentium annorum nummis apponitur. Quoniam scilicet post Natalem Urbis cusus est hic nummus a Græcis; qui cum annos non computarent nisi a Septembri sive autumno, non potuerunt ante illud tempus annum Aureliani primum appellare; siquidem annum hunc a Septembri præcedente tertium esse Claudii posuerant. Quoniam vero in Aureliano anni numerus omittebatur, prætermitti pariter in Vabalatho potuit. Est ex ære mediocri apud D. Foucault, & apud Patinum, pag. 430. Simili forma nummos superius vidimus Neronis & Domitiani. In altero simili, e Museo P. Chamillart, in ea parte, quæ Aurelianum exhibet, est pariter L. dumtaxat, sine anni nota: in ea quæ Vabalathum, L. Δ.

ΑΥΤ. K. Λ. Δ. ΑΥΡΗΛΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Capite laureato. .)(. Aquila inter duo signa militaria gestat coronam. L. A. *Anno primo*, qui more Græco anni hujus autumno incipit. Est ex ære mediocri, apud P. Chamillart.

Numismata Severinæ Aug.

IMP. AVRELIANVS AVG. Capite radiato. .)(. SEVERINA AVG. Caput Severinæ, in Lunæ crescentis effigie. Ex ære magno, in Museo nostro. Ignota, ut dixi, Severina fuit scriptori vitæ Aureliani, quia nummum istum non viderat.

SEVERINA AVG. .)(. FECVNDITAS AVG. Dea cum Cornucopiæ, dextra parvulum nudum ad pedes stantem tutatur. Apud Angeloni, pag. 336. Quid sit in nummis *Fecunditas Augusta*, jam sæpe dixi.

SEVERINA AVG. .)(. IVNO REGINA. Juno stat; ad pedes, pavo. Est ex ære magno, apud P. Chamillart: ubi est & ex ære minimo, VENVS FELIX.

SEVERINA AVG. .)(. PROVIDEN. DEOR. Juppiter Serapis stat cum signo militari; & ex adverso Sol capite radiato, dextra elata, læva orbem Romanum tenet. Hos orbis Romani Præsides Deos appellabant. Infra, XX T. *Vicesima tertium* tributum. Ibidem ex ære minimo.

Anno Christi 272. V. C. 1025. Aureliani 2.

IMP. C. AVRELIANVS AVG. Capite radiato. .)(. Infra, Z. *Septimum* tributum. .)(. VABALATHVS VCRIMPR. *Vabalathus vice Cæsaris Rector Imperii Romani.* Capite laureato. Est in Museo nostro, ex ære minimo. Hæc dignitas est, quæ posteriore ævo, *Vicarii Imperii*, & *Vicarii generalis Imperii* est appellata: de qua vide Glossarium Du-Cangii. Non VCRIMOR in hoc nummo, ut legit Tristanus; neque VCRIMPP, ut habet Occo; sed ut attentius considerantibus nobis, virisque eruditis patuit, scriptum est VCRIMPR. ut & Goltzius legit. Neque certe his temporibus divisum imperium fuit in Orientale & Occidentale. Itaque non *Rector Imperii Orientis*, ut olim conjiciebamus; se *Rector Imperii Romani* legi oportet. *Vice Cæsaris* autem dicit Vabalathus, pro *vice Augusti*, more antiquo Palæstinæ sive Judææ. Sic enim legas in nummo Tiberii, TI. KAICAP: & in altero, TI. KAICAP. L. A. cum palma in ambobus, quod est symbolum Palæstinæ, ut in nummo Zenobiæ; L. Z. ΠΑΛ. de quo dicam postea. Item ΝΕΡΩΝΟϹ ΚΑΙϹΑΡΟϹ L. E. Et ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ. L. IA. cum palmis duabus in decussim positis. Quæ quatuor numismata, tum in Chronologia Veteris Testamenti protuli, tum in litteris ad te de Tiberio, Claudio, & Nerone scriptis. Adde his alia bene multa, & illud inprimis Gazensium sub L. Vero: ΟΥΗΡΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. Vabalathus ipse propterea, quamvis ex matre *Cæsar* esset, non tamen in nummis Cæsarem se prius appellat, quam sit IMP. *Imperator*: eo quod Cæsaris nomen, in nummis Judææ, soli Augusto sive Imperatori tribueretur; quoniam soli domino suo, hoc est, Augusto sive Imperatori ex Cæsaribus, nummos cuderent, nullos Cæsaribus tantum. Sellerus legi mavult, *Vir Clarissimus, Rector Imperii Orientalis*: satis infeliciter. Nescit ille nimirum, in unaquaque inscriptione unicam esse sententiam oportere: at est in illa interpretatione duplex sententia. Nec nisi perfrigide & imperite *Vir Clarissimus* nuncupetur is, qui & materno genere *Cæsar* sit, & *Rector Imperii*.

IMP. AVRELIANVS AVG. Capite radiato. .)(. FORTVNA REDVX. Fortuna sedens, læva Cornucopiæ, dextra temonem tenet. Infra, RT. *Remorum tertium* numisma. Ibidem ex ære minimo.

Ut supra. .)(. VICTORIA AVG. Victoria fert palmam, & coronam ostentat; ad pedes, captivus sedet. Infra, A. *primum* numisma. In alio, R. *Remorum.* Uterque ibidem ex minimo ære.

IMP. C. AVRELIANVS AVG. Capite radiato. .)(. SOLI INVICTO. Sol stans capite radiato, dextra elata, læva tenet orbem. Ad pedes, captivi duo. Infra, Q XX T. *Quartum vicesimæ tributum.* Ibidem. In alio, apud P. Chamillart, ex minimo pariter ære, T XXI. *Tertium vicesimæ primæ* tributum. Et apud Occonem, XXI T. sed nusquam vidi in hoc nummo, aliove, P. F. AVG.

Ut supra. .)(. CONCORDIA MILITVM. Dea Concordia & Imperator jungunt dextras. Infra, XXI Q.

XXI Q. *Vicesimæ primæ quartum* tributum. In Museo nostro.

IMP. AVRELIANVS AVG. Capite laureato. .)(. CONCORDIA AVG. Dea Concordia & Aurelianus, ut proxime, dextras jungunt. Supra, caput Solis radiatum. Est ex ære fere magno, apud P. CHAMILLART.

Ut supra. .)(. CONCORDIA LEGI. *Concordia Legionum.* P. *Primum* tributum. Apud Abb. Mezzabarba.

Ut supra. .)(. TEMPORVM FELICITAS. Dea stat cum caduceo & Cornucopiæ. Ex ære minimo, apud P. CHAMILLART, capite radiato.

IMP. C. AVRELIANVS AVG. Capite radiato. .)(. IOVI CONSERVATORI. Juppiter latus nummi sinistrum occupat, hastam tenens: & orbem Romanum tradit Aureliano ex adverso stanti & paludato. Infra, R P. *Remorum primum* tributum. In Museo nostro, ex ære minimo.

A. K. Λ. Δ. ΑΥΡΗΛΙΑΝΟC CEB. Capite laureato. .)(. L. B. *Anno secundo*, qui autumno incipit anni hujus. Dea tenens caput Serapidis. Apud Patin. in Indice, pag 29.

AYT. K. Λ. Δ. ΑΥΡΗΛΙΑΝΟC CEB. Capite laureato. .)(. L. B. *Anno secundo.* .)(. AYT. EPMIAC OYABAΛΛΑΘΟC ΑΘΗΝΟΥ, ut anno superiore: capite laureato. L. E. *Anno quinto*, qui autumno incipit. Ex ære mediocri, apud P. CHAMILLART. Est & Vabalathi ejusdem alius apud Patinum, in Indice, pag. 29. cum typo Spei. L. E. *Anno quinto.*

SEVERINAE AVG. Caput ipsius in Lunæ crescentis effigie: vultu annorum circiter XL. .)(. CONCORDIAE MILITVM. Dea tenet signa militaria duo. Infra, T XXI. *Tertium vicesimæ primæ* tributum. Est in Museo nostro ex argento deaurato, & ex ære minimo.

CEΠΤΙΜΙΑ ΖΗΝΟΒΙΑ CEB. Caput Zenobiæ. L. E. *Anno quinto* Vabalathi. Spes florem ostentat. Est ex ære mediocri in Thesauro Regio. Hunc delineavit Seguinus, pag. 62. & Patinus, pag. 429. Zenobia Vabalathi mater fuisse omnino videtur, ejusque annum quintum in nummis Vabalathus notare, quod ex ea habuerit ut Cæsar esset; quippe cum proneptis esset ipsa Septimii Severi Aug. Vide stemma Septimii Severi.

Anno Christi 273. V. C. 1026. *Aureliani.* 3.

IMP. AVRELIANVS AVG. Capite radiato. .)(. DACIA FELIX. Dacia stans palliata, dextra baculum in caput asininum desinentem tenet, quoniam laudatissimos ea regio asinos gignit. Est apud Tristanum, tomo III. pag. 252. Alius quem vidi apud Abb. Mezzabarba, habet in area S *secundum* tributum.

Ut supra. .)(. PANNONIAE. Dea stat cum signo militari, quod transversum gerit. Infra, T. *tertium* tributum. In Museo nostro.

Ut supra. .)(. ORIENS AVG. Sol radiato capite, Orientis symbolum, dextra elata, læva orbem tenet. Ad pedes, captivi duo sedent. Victoriam in Oriente relatam auspiciis Aureliani Aug. hic nummus docet. Infra, E XXI P. *Quinta vicesimæ primæ pensio.* In alio, S circa mediam nummi aream: infra, XXI P. *secunda vicesimæ primæ pensio* Uterque ex minimo ære, in Museo nostro.

IMP. C. AVRELIANVS AVG. Capite radiato. .)(. RESTITVTOR EXERCITI. Aurelianus & Tribunus stantes, hastas tenent, & conjunctis dextris orbem Romanum. In medio, A. infra, XXI. *Primum vicesimæ primæ* tributum. Ex argento mixto apud D. FOVCAVLT.

Ejusdem. .)(. MARS. INVICTVS. Mars capite galeato, tenens sinistra hastam, orbem Romanum offert Aureliano, capite laureato, hostem conterenti pede dextro, sinistra flagrum tenenti. Est argenteus, apud P. ALBARET, e Societate nostra, Turnonii.

IMP. AVRELIANVS AVG. Capite radiato. .)(. RESTITVT. ORIENTIS. Aureliano in læva nummi parte stanti Genius Orientis coronam imponit. Est ex ære minimo apud P. CHAMILLART.

DEO ET DOMINO NATO AVRELIANO AVG. Capite radiato. .)(. RESTITVT. ORBIS. *Restitutori Orbis.* Dea orbis terrarum, stolata, coronam porrigit Imperatori, paludato, stanti cum hasta. Infra, K A Δ. *Vicesimæ primæ quartum* tributum. Ita ut nihil intersit, utrum Latine XXI. ut proxime, an Græce K A scribatur. Fuit in Cimelio San-Genovefano, ex ære mediocri. *Deus* ac *Dominus natus* dicitur, quem natura finxit ad juvandos regendosque mortales: juxta illud Plinii, libro 2. *DEVS EST MORTALI IVVARE MORTALEM: & hæc est ad æternam gloriam via.* Sic *Deus & Dominus* Carus appellatur; at neuter tamen Dominus Imperii. Nec Augustos Senatus Populusque Romanus appellavit Dominos Imperii. Solem Romani solum Imperii Dominum ac Deum nuncupabant, quoniam hunc in primis beneficum sentit orbis. Unde & Augusti, quoniam imitari viderentur beneficentiam. Dei, sive Solis, ut illi sentiebant, pingebartur in nummis capite radiato, veluti Soles Imperii. Qui igitur a natura & indole propensi essent ad benefaciendum, seu ad bene merendum de hominibus, & ex familia ad regendum imperium destinata, nempe ex Cæsarea, hi *Domini & Dii nati* dicebantur. Sic Constantinus dicitur in nummis BRPNAT. *Bono Reipublicæ natus.*

IMP. C. AVRELIANVS AVG. Capite radiato. .)(. PACATOR ORBIS. Sol. Est argenteus, apud D. FOVCAVLT.

IMP. AVRELIANVS AVG. Capite radiato. .)(. RESTITVT. ORBIS. Ut proxime. Infra, K A. *Vicesimæ primæ* tributum. Ex ære minimo, in Museo nostro. Nunc primum occurrit illius tributi ita scripta mentio; quæ deinceps occurret sæpissime in nummis aliorum Augustorum.

Ut supra. .)(. ROMAE AETERNAE. Roma galeata sedens cum hasta, dextra tenet Victoriam, quæ coronam porrigit Imperatori, ex adverso stanti, & togato. Infra, Q *Quartum* tributum. Ibidem, & apud Tristan. pag. 250.

AYT. K. ΑΥΡΗΛΙΑΝΟC CEB. Capite laureato. .)(. L. Γ. *Anno tertio.* Lupa cum gemellis. Est ex ære mediocri, apud P. JOBERT.

AYT. K. Λ. Δ. ΑΥΡΗΛΙΑΝΟC CEB. Capite laureato. .)(. L. Γ. *Anno tertio.* .)(. AYT. EPMIAC OYABAΛΛΑΘΟC ΑΘΗΝΟΥ, ut anno superiore. L. Ϛ. *Anno sexto*, qui autumno incipit anni hujus. Est ex ære mediocri, apud P. CHAMILLART.

IMP. C. VHABALATHVS AVG. Capite radiato. .)(. VICTORIA AVG. Victoria gestat palmam & coronam. Est ex ære mediocri apud D. FOVCAVLT.

IMP. VHABALLATHVS AVG. .)(. AETERNITAS AVG. *Æternitas Augusti.* Sol radiato capite stans gestat orbem. Æternitas domus Augustæ commendatur, ex qua Vabalathus materno genere prodierit. Est hic nummus e Cimelio reginæ Christinæ.

Anno Christi 274. V. C. 1027. *Aureliani* 4.

A. K. Λ. ΔΟΜ. ΑΥΡΗΛΙΑΝΟC CEB.

Capite laureato. .)(. Aquila Romana, inter duo signa militaria. L. Δ. *Anno quarto*, qui autumno incipit hujus anni. Est in Museo nostro.

Ut supra. .)(. L. Δ. *Anno quarto*. Stat Dea cum gemino Cornucopiæ. Ex ære mediocri, ibidem.

Ut supra. .)(. L. Δ. Aquila rostro coronam gerit. Retro, sidus Solis, symbolum Orientis, ubi nummus hic cusus est. Ibidem.

Nummus Zenobiæ Aug.

CEΠT. ZHNOBIA CEB. Caput Septimiæ Zenobiæ, de qua jam dixi ad annum Aureliani 2. .)(. Palmæ arboris effigies. Circa imam arborem, hinc L. Z. *Anno septimo* Vabalathi. Inde ΠΑΛ. *Palæstina*, non Palmyra, ut illis visum est, qui hoc conspecto numismate Palmyræ Zenobiam collocarunt. Palæstinæ symbolum palmam arborem esse, vel Phœnices, res est pervulgata. Palmyræ esse non potest; quæ teste Plinio, libro v. sect. xxi. vasto undique ambitu arenis includit agros, in mediis solitudinibus posita, divitiis agrorum suorum & aquis amœnis nobilis, at non palmetis. Adde quod ut ævo Plinii, *inter duo imperia summa, Romanorum Parthorumque* posita, neutri Palmyra paruit, sed sui juris fuit; ita & postea: quandoquidem nullius Augustorum nomine, vel suo, cudit aliquando nummum vel unum, qui quidem ad nos pervenerit. Zenobia autem ipso *Septimiæ* nomine se Romani generis & heredem Augustorum e Septimii Severi familia esse clamat. Ultra Palmyram ex iisdem solitudinibus aliquid obtinet Emesa, inquit Plinius: at neque hi palmam in nummis suis insculpunt. ΠΑΛ. pro Palæstina ita scribitur in nummis M. Aurelii & Faustinæ, CΥΡ. ΠΑΛ. & CΥΡΙΑC ΠΑΛ. eodem Græco idiomate, & litteris pariter Græcis. Docet hic nummus sane eximius rexisse Vabalathum imperium Romanum in Oriente, in Palæstina, annis septem; ac proinde genuinum non immerito videri nummum inscriptum, ΟΥΑΒΑΛΛΑΘΟC . . . . L. Z. *Anno septimo*, apud Occonem, pag. 485. Denique, ne quid desideres, ea voce ΠΑΛ. Παλαιςίνης, idem significatur, ac si scriberetur, Κοινὸν Παλαιςίνης, ut in nummo Trajani, Κοινὸν Συρίας. Est hic Zenobiæ nummus singularis, ex ære mediocri, Londini, apud Sellerum.

Palmyram nobilissimam Syriæ civitatem, cujus Plinius meminit, libro v. sect. xxi. a Salomone conditam fuisse, Zenobiæ regnatam, credunt fabulatoribus viri simplices, quorum e numero est Abr. Sellerus Londinensis. *Palmiram in terra solitudinis* ædificasse quidem Salomon dicitur, III. Reg. IX, 18. Quo loco egregius scilicet interpres ac Geographus Sellerus Palmyram intelligit, ultra Damascum recedentem in ortum amplius CLX. millibus passuum, teste Plinio: cum ne Damasco quidem Salomon potitus sit, sed fuerit rex Damasci *adversarius Israëli cunctis diebus Salomonis*, III. Reg. XI, 25. ac ne Cœle Syria quidem ipsius esset, quæ tota regio Palmyram a Palæstina longo terrarum spatio disterminat; nam inter Palæstinam Palmyramque ea late interjacet. Nec intelligit, Palmiram, quam sacer scriptor commemorat, loco citato, his verbis: *Ædificavit ergo Salomon Gazer, & Bethoron inferiorem, & Baalath, & Palmiram in terra solitudinis*, in eadem esse meridionali Palæstina, in qua superiora tria oppida; atque ob eam rem cum illis ibi commemorari. (Est enim Gazer in tribu Ephraim, prope Joppen: Bethoron in tribu Benjamin, haud procul Gazer: Baalath denique in tribu Dan fere media, paucis a mari mediterraneo leucis.) Palmiram igitur his adjungi, quoniam sit in eodem tractu meridionali Palæstinæ: *in terra* vero *solitudinis*, vel ut habetur in libro 2. Paralip. VIII, 4. *in deserto* ædificatam idcirco dici, ut *desertum Judææ* intelligamus, ad meridiem, ubi condita hæc civitas fuerit contra incursiones Idumæorum. Hi sunt *deserti montes*, quorum mentio est, Psal. LXXIV, 7. sive ut in Hebræo legitur, *desertum montium*.

Nec minus autem accurate, quam scriptor libri Regum, sacer scriptor alter libri 2. Paralip. cap. VIII, 4. situm Palmiræ exposuit. *Civitates*, inquit, *quas dederat Hiram Salomoni, ædificavit, & habitare ibi fecit filios Israël. Abiit quoque in Emath Suba, & obtinuit eam. Et ædificavit Palmiram in deserto, & alias civitates munitissimas ædificavit in Emath.* Nihil enim aliud significat, nisi ædificasse Salomonem urbes munitissimas in utroque regni sui confinio: in septentrionali quidem, ubi est Emath ad Libanum, inter fontem Jordanis & Sidonem: in australi vero, juxta montes Idumææ, ubi est desertum, & tribus Judæ confinium. Ingeniose autem admodum Vulgatus Interpres, qui in Hebræo fonte legit תדמר *Thadmor*, Palmyramque Syriæ sciret ab indigenis *Thadmor* similiter nuncupari, eo etiam Latino vocabulo usus est: sed ne Palmyra tamen esse crederetur, scripsit ubique *Palmiram*.

Nullus omnino nummus exstat cusus Palmyræ, nedum alicujus Augustorum nomine, ut dixi. Sed ego scilicet sum ineptus, judice Sellero, qui non videam in nummo inscripto apud Patin. pag. 203. ΑΔΡΙΑΝ . . . ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC, agnosci Palmyram oportere, quandoquidem metropolim fuisse Palmyram Ptolemæus asseverat. *Abiisse* postea eam civitatem *in coloniam Romanam* sub Antonino Severi F. idem Sellerus affirmat: sed nullius testimonio nummi antiqui. Inscriptiones duas Palmyrenas exhibent ex libro ejusdem Selleri Lipsienses Academici in Actis suis, Supplem. tomo III. sect. III. ignoto (ut aiunt) charactere scriptas: sed quas prior certe litteras exhibet, eæ sunt meræ Hebraïcæ, paululum deformatæ, mixtis Arabicis, ad torquenda otiosorum ingenia.

Anno Christi 275. V. C. 1028. *Aureliani*, 5.

A. K. A. DOM. ΑΥΡΗΛΙΑΝΟC CEB. Capite laureato. .)(. Aquila Romana alis expansis. L. E. *Anno quinto*, qui Septembri anni hujus incipit. Est ex ære mediocri, in Museo nostro. In alio, apud P. CHAMILLART, Aquila rostro Coronam gerit. ΕΤΟΥC Ε. *Anno quinto*. Alius ibidem, in corona, ΕΤΟΥC Ε.

Anno Christi 276. V. C. 1029. *Aureliani* 6.

Tacito, Macriano, Quieto, Victorino, & Floriano, Augg.

Aurelianum arbitramur hoc anno post absolutum quinquennium, Natali Urbis, deseruisse de more principatum. Sunt tamen nummi ipsius Græci, L. ς. & L. Z. Et affert Occo ex picturis Alberti Principis, nummum Aureliani inscriptum, P. M. TR. P. VII. COS. III. P. P. Itaque factum existimamus, exemplo Treboniani & Volusiani, quod suo loco exposui, ut post legitimum tempus exactum, adhuc biennio Tribuniciam Potestatem in aliqua Imperii provincia retinuerit: tametsi nummum ab Occone descriptum nolumus propterea sincerum præstare.

Igitur Natali Urbis suscepit imperium Tacitus, ad annum unum simul cum Macriano, Quieto, & Nigriniano; ut quidem fas est conjicere, ubi certa deficiunt argumenta. Et Macriano quidem commissa Orientis cura videtur: adjunctus autem præterea Tacito comes est in Occidente, ut postea dicemus, Annius Florianus.

Numis-

Numismata Taciti Aug.

IMP. CAES. M. CLAV. TACITVS PIVS FEL. AVG. Caput cum pectore. .)(. ADVENTVS AVG. Ipse in equo, Victoria praeeunte. Est ex aere maximo.

IMP. C. M. CL. TACITVS AVG. Capite radiato: vultu annorum vix XXXV. .)(. AEQVITAS AVG. Dea stans, dextra libram tenet, laeva Cornucopiae. Latere laevo, Γ. *tertium*: infra, XXI. *vicesimae primae* tributum. Ex aere minimo in Museo nostro.

IMP. C. M. CL. TACITVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. AETERNITAS AVG. Victoria coronat Imperatorem sedentem. Est apud Occonem, ex aere. Aeternum fore genus Augusti, quod ab Augusto Caesare usque ad Tacitum Aug. sit propagatum, hic nummi titulus dicit.

IMP. C. M. CL. TACITVS AVG. Capite radiato. .)(. CLEMENTIA TEMP. Pallas stat galeata; laeva tenet clypeum cum hasta, dextra florem ostentat. Infra, XXI. apud Tristanum, pag. 263.

Ut supra. .)(. CONSERVAT. MILIT. *Conservatori Militum.* Stans Imperator paludatus cum hasta ad laevam, dextram dat Tribuno stanti & galeato. Vidi apud Abb. Mezzabarba.

Ut supra. .)(. LAETITIA FVND. *Laetitia fundata.* Dea stans, dextra tenet funiculum, laeva ancoram. Infra, XXI. B. *Vicesimae primae secundum* tributum. In Museo nostro.

IMP. CL. TACITVS AVG. Capite radiato. .)(. MARS VICTOR. Mars gradiens cum hasta & spoliis. Ibidem.

IMP. C. M. CL. TACITVS AVG. Capite radiato. .)(. MARTI PACIF. Mars cum clypeo, dextra ramum oleae tenet. Ex aere minimo, apud P. CHAMILLART.

Ut supra. .)(. PAX AVG. Dea stans, dextra ramum oleae tenet, laeva hastam puram transversam. Infra, & Q. *Quartum* tributum. In alio, PAX AVGVSTI: & infra, III. *Tertium.* Uterque ex aere minimo, in Museo nostro. PAX PVBLICA: Aureus in Thesauro Regio.

IMP. C. M. CL. TACITVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. PAX FVNDATA. Dea stat cum hasta pura; dextra ramum oleae tenet. Ex aere minimo, apud P. CHAMILLART.

Eadem inscriptio. .)(. PROVIDENTIA DEORVM. Dea radio ostendit orbem subjectum, sinistra Cornucopiae gerit. Est ex aere minimo. Vidi apud Abb. Mezzabarba. Aureus est in Thesauro Regio.

IMP. C. M. CL. TACITVS AVG. Capite radiato. .)(. PROVIDENT. AVG. Providentia Augusti. Dea dextra orbem Romanum tenet, laeva sceptrum transversum. Infra, Q. *Quartum* tributum. In Museo P. CHAMILLART.

Ut supra, capite laureato. .)(. ROMAE AETERNAE. Dea sedet capite galeato. Infra, S C. Aureus est in Thesauro Regio, *Senatusconsulto* percussus.

Ut supra: capite radiato. .)(. SALVS AVG. Dea Hygia sedens, serpentem pascit arae circumvolutum. Infra, T. *Tertium* tributum. In Museo nostro.

Ut supra. .)(. SECVRIT. PERP. *Securitas perpetua.* Dea stat, innixa columnae, dextra capiti imposita, crus sinistrum dextro imponit. Ex aere minimo, apud P. CHAMILLART. Aureus in Thesauro Regio, SECVRITAS PVBLICA.

IMP. C. M. CL. TACITVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. TEMPORVM FELICITAS. Dea stans, dextra tenet caduceum, laeva Cornucopiae. Latere laevo, A. *Primum* tributum. Ibidem. In alio e Museo nostro est Δ *Quartum.*

IMP. C. M. CL. TACITVS AVG. Capite radiato. .)(. VBERTAS AVG. Dea dextra spicas tenet, laeva Cornucopiae. Infra, XXI. Є. *Vicesimae primae quintum* tributum. In Museo P. CHAMILLART.

Ut supra. .)(. VICTORIA AVG. Victoria cum palma & corona. Infra, XXI. A. *Vicesimae primae primum* tributum. Argenteus in Museo nostro.

Ut supra. .)(. VICTORIA GOTHI. *Victoria Gothica.* Victoria gradiens cum palma & corona. Infra, P. *Primum* tributum. Est argenteus, ibidem. Alius ex aere minimo, in Museo P. CHAMILLART, habet, VICTORIA GOTTHI.

IMP. C. M. CL. TACITVS P. F. AVG. Capite laureato. .)(. VIRTVS AVG. Dea cum hasta & clypeo. Ibidem.

Ex Taciti Aug. nominibus promptum est agnoscere, fuisse illum filium sororis M. Aur. Claudii Gothici Aug. Nam illud & aetas utriusque suadet, qualis apparet in nummis, & idem nomen *Claudii*, & cognomen idem *Pii Felicis*, & ipsa denique inscripta in nummis Taciti VICTORIA GOTHICA. Neque enim haec alia videtur esse, quam quae ante annos fere septem relata est a Claudio; cujus victoriae partem sibi Tacitus vindicavit. Hoc igitur est stemma Taciti Aug. ex solis nummis antiquis.

STEMMA TACITI AVG.

M. AVR. COMMODVS ANTONINVS PIVS FELIX AVG.

Aurelia.

Aurelia, neptis Commodi. Nupsit Claudio.

M. AVR. CLAVDIVS GOTHICVS P. F. AVG.

Claudia Quintilli Aug. avia.

Claudius

Claudius, maritus Aureliae.

Claudia. Nupsit Cornelio Tacito.

M. CLAVD. TACITVS P. F. AVG.

Marcus est Tacitus, quia ex gente Antonia; sive Antonina. *Claudius* idem ex matre: ex patre *Cornelio Tacito*, *Tacitus.* Neque enim alia gens est apud Plinium, praeter Corneliam, cujus sit cognomen *Tacitus.* Cum sit autem idem ex M. Aurelii Commodi P. F. stirpe oriundus, quamvis *Aurelius* non scribatur, tamen intelligitur, cum dicitur *Pius Felix.*

Nunc ad Macriani Aug. nummos & genus ipsum simi-

similiter veniamus. Duos fuisse Macrianos Augustos, seniorem alterum, alterum juniorem, Pollio comminiscitur; cum unus omnino fuerit, adolescens annorum non supra xx. ut nummi Græci & Latini ostendunt; cui nomen *Fulvii Julii Macriani* fuit.

STEMMA MACRIANI & QVIETI AVGG.

ex nummis antiquis.

Fulvius. Conjux, Pia Felix: soror fortassis
Æmiliani Aug. Pii Fel.

Fulvius. Conjux, Quieta.

FVLV. IVL. MACRIANVS P. F. AVG.
Fulvius, ex patre:
Jul. Macrianus, ex conjuge,

FVL. QVIETVS AVG.
Fulvius, ex patre,
Quietus, ex matre.

filia Julii Macri, nepte Juliæ & Licinii Macri. Est enim apud Plinium, & in nummis antiquis, Liciniæ gentis cognomen *Macer*. Julia autem hæc, conjux Licinii Macri, fuisse filia Julii Maximini Aug. videtur. Est apud Plinium libro XXXV. sect. IV. Q. Fulvius Consul anni V. C. DLXXV.

Numismata Macriani Aug.

IMP. C. FVL. MACRIANVS P. F. AVG. Capite radiato: vultu annorum non supra xx. .)(. IOVI CONSERVATORI. Juppiter capite laureato sedet, dextra pateram tenet, hastam sinistra. Est ex argento mixto, in Museo nostro.

Ut supra. .)(. APOLLINI CONSERVA. *Apollini Conservatori.* Apollo stat, cum cithara & lauri ramo. In Cimelio D. FOVCAVLT.

Ut supra. .)(. INDVLGENTIAE AVG. Dea sedet cum patera, & hasta pura transversa. Ex argento mixto, apud P. CHAMILLART.

Ut supra. .)(. SOLI INVICTO. Sol stat. Ex argento mixto, apud D. FOVCAVLT.

Ut supra. .)(. ROMAE AETERNAE. Roma galeata sedet, dextra Victoriam tenet, hastam sinistra. Ex ære, apud P. CHAMILLART.

ATT. Φ. ΙΟΥΛ. ΜΑΚΡΙΑΝΟΣ CE. ET. *Imp. Fulvius Julius Macrianus Aug. Pius*, capite laureato: vultu eodem, annorum non supra xx. .)(. Victoria cum palma & corona. L. A. *Anno primo*, qui more Græco autumno hujus anni incipit. Hunc nummum ex ære vidi apud D. BEGON. In Thesauro Brandeburgico, pag. 753. legitur: ΑΥΤ. Φ. ΙΟΥΛ. ΜΑΚΡΙΑΝΟϹ Є. CEB. *Imp. Fulvius Julius Macrianus Pius Aug.* Cetero est priori simillimus. *Pii* nomen, quod solum interdum his temporibus ponitur, eo ipso familiæ se cognomen esse probat, ut sæpe dixi. In eodem libro, pag. 755. nummus Macriani Latinus describitur, INDVLGENTIAE AVG. similis ei quem proxime attuli; sed adjectum habet dextro nummi latere Solis sidus, symbolum Orientis, qui fuisse videtur Macriano commissus.

Numismata Quieti Aug.

IMP. C. FVL. QVIETVS P. F. AVG. Capite radiato: vultu annorum vix viginti. .)(. SOLI INVICTO. Sol radiato capite, dextra elata, orbem læva tenet: adjecto ad latus Solis sidere. Est apud D. FOVCAVLT.

Ut supra. .)(. INDVLGENTIAE AVG. Dea sedet, ut in simillimo Macriani nummo. Est hic egregius in Museo P. CHAMILLART.

Ut supra. .)(. ROMAE AETERNAE. Dea sedet. Ibidem, ex ære minimo.

Ut supra. .)(. AEQVITAS AVGG. Dea libram tenet, cum Cornucopiæ. Est ex ære minimo apud D. FOVCAVLT. Vox AVGG. *Augustorum*, consensionem & concordiam Quieti cum altero Principe sive Augusto, denotat: id quod in reliquis nummis similitudo inscriptionum facit.

Ut supra. .)(. APOLLINI CONSERVA. *Conservatori.* Stans Apollo nudus, dextra lauri ramum, sinistra citharam tenet, ut in simillimo Macriani nummo. Est hic ex ære minimo, in Thesauro Brandeb. tomo 2. pag. 161.

IMP. C. FVL. QVIETVS P. F. AVG. Capite radiato, vultu vix annorum viginti. .)(. FORT. REDVX. Sedet annona super dolio vini, sinistra tenet Cornucopiæ. Est ex ære minimo, apud P. CHAMILLART.

Numismata Nigriniani Aug.

DIVO NIGRINIANO. Capite radiato. .)(. CONSECRATIO. Aquila Romana alis expansis. Est in Museo nostro. In alio, ibidem: Ara cum igne. Infra, KA A. *Vicesimæ primæ primum* tributum. Fuisse hunc Augustum, caput radiatum docet: e stirpe Pescennii Nigri, *Nigriniani* cognomen a matre: vel si ab uxore, fuisse hanc Pescennii Nigri abneptem: Denique circa hæc tempora Nigrinianum vixisse, litteræ KA A. subscriptæ docent, quæ sunt hujus ævi, & Diocletianei. . . . .

DE XXX. FALSO DICTIS TYRANNIS.

Locus hic poscit, ut de triginta, uti appellant, Tyrannis, quos sub Gallieno exortos historici fabulantur, pauca dicam. Ridicule satis hunc sibi propositum finem in scribendo fuisse Trebellius Pollio profitetur; ut nempe eumdem tyrannorum in historia Romana numerum exhiberet, quem olim fuisse Athenis litteræ similes prodidissent. Nam ut promissis staret ille scilicet, necesse fuit & tyrannos ab ipso appellari qui non essent, & fingi Principes, qui ne quidem inter homines forte exstiterint. Fecit utrumque. Nam ex illis XXX. non omnino XII. in nummis antiquis invenimus; & tantum abest, ut hi, quos habemus, tyranni fuerint, ut eorum etiam plerique inter divos relati fuerint, provinciæ saltem illius decreto, cui præfecti fuerant: quæ & sola nummos cudere potuit; nec deferret sub successore, vel sub legitimo Romano Imperatore, hunc alicui tyranno honorem. Imperatores hi & Augusti fuere plures, missi a Senatu ad propulsandos a finibus Imperii hostes, vel ad continendas in officio provincias: quemadmodum fere vidimus anno 1675. octo simul a Christinianissimo Rege creari Marescallos Franciæ; alium rursus anno sequente; alium post annos quin-

quinque. Quorum autem hujuſmodi Auguſtorum numiſmata habentur, hi ſunt, quorum hic nomina pono elementorum ordine.

AVREOLVS. LÆLIANVS. MACRIANVS. MARIVS. POSTVMVS. QVIETVS. TETRICVS pater, & filius. VABALATHVS. VICTORINVS. ZENOBIA.

Ficti vero Auguſti hi ſunt qui ſequuntur: quorum in nummis nomina ſcilicet nuſquam occurrunt, præterquam apud Urſinum & Goltzium, egregios nimirum in ſuis ſchedis delineatores nummorum, quos aliquando exſtitiſſe hiſtoria eis Auguſta perſuaſit: qualis eſt etiam interdum Occo: & Fæſchius, (ut videtur) in ſchedis ſuis.

ACHILLEVS, nuſquam viſus niſi apud Goltzium.

ÆLIANVS, factus ex Læliano.

ÆMILIANVS, nonniſi apud Goltzium & Urſinum.

BALISTA, notus tantum ex Goltzio.

BONOSVS, ex Urſino & Goltzio.

CENSORINVS, ex Goltzio tantum, & falſo numiſmate apud Triſtanum.

CORNELIVS CELSVS, ex Goltzio.

CYRIADES, ex ſolo Urſino.

FIRMVS, ex Goltzio tantum.

HERENNIANVS, ex Goltzio & Urſino.

HERODES, ex picturis tantum, quas Occo laudat.

INGENVVS, ex Urſino & Fæſchio.

LOLLIANVS pater, ex Goltzio & Urſino.

MACRIANVS pater, ex falſo numiſmate apud Triſtanum, tomo III. pag. 32.

MÆONIVS, ex Goltzio.

ODENATVS, ex Goltzio & Urſino. Spanhemius tamen pag. 91. refert ſe ΟΔΕΝΑΘΗC legiſſe in præclaris, ut dicit, ejuſdem nummis. At Goltzius refert, ATT. KAIC. ΟΔΕΝΑΘΟC CEB. L. Γ. In alio, ATT. KAIC. ΟΔΗΝΑΘΟC CEB. ETC. L. Δ. Urſinus autem; IMP. C. ODENATVS P. F. AVG. Quod ſi in Syria tantum imperavit, ut fabulæ ferunt, ubinam Latine, & quo juſſu, nummi ejus inſcripti? Quod ſi ΟΔΗΝΑΘΗC legit Spanhemius, ubinam vidit Goltzius ΟΔΗΝΑΘΟC?

PISO, ex Goltzio & Urſino.

POSTVMVS junior, ex Goltzio.

PROCVLVS, ex Goltzio tantum.

REGILIANVS, tantum ex Urſino.

SATVRNINVS, ex Goltzio & Urſino. Nec quiſquam tamen etiam veterum, ubi iſte imperarit, prodidit.

TIMOLAVS, ex Goltzio & Urſino.

TREBELLIANVS, ex Goltzio, & ex Occone Triſtanus, pag. 49.

VALENS, ex Goltzio tantum.

VICTORINA, & VICTORINVS CÆSAR, ex Goltzio tantum.

Ejuſdem generis eſt & LICINIA GALLIENA, ex opificio Goltzii tantum in ſchedis ſuis.

Nec minus autem aliena ſunt a vero ea, quæ prodidere ſcriptores hiſtoriæ Auguſtæ, de genere & ortu ac patria, tum iſtorum (ut vocant) tyrannorum, tum aliorum Cæſarum: quos certe ex nobiliſſimis Romanorum familiis, præter Cæſaream, genus trahere, nummi docent. Fuit enim ex Annia Florianus, ex Aurelia plurimi: M. Aur. Carus M. Aur. Carinus, M. Aur. Claudius, M. Aur. Claudius Quintillus, M. Aur. Julianus, M. Aur. Marius, M. Aur. Numerianus, M. Aur. Probus: quos idem *M. Aurelii* nomen ſuadet fuiſſe certe agnatos: ex Caſſia deinde Poſtumus: ex Claudia Tacitus: ex Domitia Aurelianus, ex Fulvia Macrianus & Quietus, ex Septimia domo Zenobia. Tetrici tantum & Victorini gens eſt haud ſatis nota: & tamen uterque ex matre ſaltem *Pius Felix:* Tetricus autem etiam ſuam in nummis, præter Cæſaream, nobilitatem jactat. Jam ex conjugibus, nobiliſſimis feminis, nomen habent, ex Aquilia Flora *Florianus*, ex Julia *Julianus*, ex Licinia Macra *Macrianus*; ex Numeria *Numerianus*, ut poſtea ex Fl. Val. Maxima *Maximianus*.

VICTORINVS AVG.

IMP. CAES. VICTORINVS P. F. AVG. Capite laureato. .)(. COMES AVG. Victoria geſtans palmam & coronam. Hæc ubique aſſidua *Comes Auguſti* appellatur. Nummus eſt aureus in gaza Regia.

Ut ſupra. .)(. SAECVLI FELICITAS. Dea tenet ſiniſtro brachio parvulum; pede dextro proræ navis inſiſtit. Annonam pauperibus alendis advectam hic nummus ſignificat; qui eſt ibidem aureus.

Alios Victorini Aug. nummos mittam proximis litteris.

FLORIANVS AVG.

Florianum Tacito comitem ſive collegam idcirco adjungimus, quoniam & par propemodum eſt ætas amborum, ut ex vultu conjicimus; & ſunt eædem in nummis utriuſque inſcriptiones plurimæ: quod eſt argumentum ſocietatis & conjunctionis inter Auguſtos. Sunt enim utriuſque nummi inſcripti: AETERNITAS AVG. CONCORDIA MILIT. PAX AVG. PROVIDENTIA AVG. CLEMENTIA TEMP. FELICITAS TEMP. LAETITIA FVNDATA. &c.

Annius ille autem de gentis paternæ nomine dicitur, ex qua ipſamet Annia Fauſtina fuit; conjux Antonini Pii, & Annia Fauſtina Pia, mater Commodi Pii Felicis. *Florianus* idem, a conjuge, vel matre fortaſſis, Aquilii Flori filia. Eſt enim in nummis antiquis ſub Cæſare Auguſto *Florus* cognomen gentis Aquiliæ, ex qua gente, ſed ex alia familia, fuit Severus Alexander Aug. At *Pius Felix* inde Florianus eſt appellatus, unde & *Annius*; nimirum ab Annia nepte Commodi. Vide ſtemma Poſtumi Aug. Fratrem fuiſſe Taciti Aug. Florianum, quam audacter finxerint fabulatores, quis non miretur; cum diverſæ prorſus gentes ſint, Annia & Claudia?

IMP. C. FLORIANVS AVG. Capite radiato. .)(. PRINCIPI IVVENTVTIS. Princeps paludatus, capite laureato ſtans, dextra tenet orbem Romanum, haſtam ſiniſtra. Infra, PTI. *Prima Treverenſis primum* tributum. Nummus hic ex ære minimo e tuis eſt, ut ad me dudum ſcripſiſti.

IMP. C. M. ANN. FLORIANVS P. AVG. Capite radiato. .)(. AETERNITAS AVG. Dea ſtans. Æternitas familiæ Cæſarum Piorum, quæ ſit uſque ad Florianum propagata, hoc nummo commendatur. Eſt ex ære apud Occonem; & vidi apud Abb. Mezzabarba.

IMP. C. FLORIANVS AVG. Capite radiato: vultu annorum circiter XL. .)(. AEQVITAS AVG. Dea dextera libram, ſiniſtra Cornucopiæ tenet. Infra, XXI. *Viceſima prima* tributum. Eſt in Muſeo noſtro, ære minimo. Mediobarbus e Muſeo ſuo habet XXI Γ. *Viceſimæ primæ tertium* tributum.

IMP. FLORIANVS AVG. Capite radiato. .)(. CLEMENTIA TEMPOR. Infra XXI Z. *Viceſimæ primæ ſeptimum* tributum. Apud Occonem.

Ut ſupra. .)(. CONCORDIA MILITVM.

Con-

Concordia Dea coronam porrigit Imperatori paludato, hastam tenenti. Infra, S. *Secundum* tributum. In Museo nostro.

IMP. C. M. AN. FLORIANVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. FELICITAS AVG. Dea stolata stat, læva tenet hastam desinentem in caduceum: dextra pateram, ante aram. Infra, P. *Primum* tributum. Ibidem, argenteus eximius, ære mixtus.

IMP. C. M. AN. FLORIANVS P. AVG. Capite radiato. .)(. FELICITAS SAECVLI. Dea stans cum patera ante aram, & cum caduceo. Infra, Δ *quartum* tributum. Argenteus, ibidem.

IMP. C. FLORIANVS AVG. Capite radiato. .)(. IOVI VICTORI. Juppiter stans, dextra Victoriam, hastam læva tenet: ad pedes, Aquila Romana. Est ex ære minimo, apud P. Chamillart. In Thesauro Regio aureus est, cum epigraphe: IMP. C. M. ANN. FLORIANVS AVG. Capite laureato.

Ut supra. .)(. LAETITIA FVND. *Lætitia fundata*, ut in nummo Claudii Taciti. Infra, XXI, B. *Vicesimæ primæ secundum* tributum. Est apud Occonem: & vidi apud Abb. Mezzabarba.

IMP. C. M. AN. FLORIANVS AVG. Capite radiato. .)(. PACATOR ORBIS. Sol stans, radiato capite, dextra elata, læva tenet flagellum: ut in Aureliano. Est apud Tristanum, pag. 268.

Ut supra. .)(. PROVIDEN. DEOR. *Providentia Deorum*. Sol capite radiato, dextra elata, læva tenet orbem: ex adverso, latere dextro, Dea tenet signa duo militaria. Infra, B. *Secundum* tributum. In Museo nostro.

IMP. C. M. AN. FLORIANVS P. AVG. Capite radiato. .)(. TEMPORVM FELICITAS. Dea stat cum Cornucopiæ & caduceo. Ibidem, argenteus.

Numismata Aureliani, & Severinæ.

AY. K. ΔOM. AYPHΛIANOC CEB. Capite laureato. .)(. Aquila rostro gestat coronam. ETOYC Ϛ. *Anno sexto.* Est ex ære minimo, apud D. Foucault; & in Museo P. Chamillart.

OYΛΠ. CEYHPINA CEB. .)(. Aquila rostro gestat coronam, ETOYC Ϛ. *Anno sexto.* Ex ære minimo, apud P. Chamillart. . . . Die sabbati, 12. Junii, 1700.

Anno Christi 277. V. C. 1030. *Aureliani* 7

Quintillo, Mario, Læliano, & Victorino Augg.

Hoc anno Augustos quatuor ponimus, ex conjectura tantum, ac pæne sortito, præter Aurelianum: quoniam certis destituimur argumentis, ad singulorum tempora adsignanda. Annuum dumtaxat fuisse horum magistratum, in diversis Romani imperii provinciis, paucitas nummorum suadet, qui sunt eorum honori dicati: excepto Victorino, cujus hic est annus secundus.

Numismata Quintilli Aug.

IMP. C. M. AVR. CL. QVINTILLVS AVG. Capite radiato, vultu annorum quinquaginta, & eo amplius. .)(. P. M. TR. P. COS. P. P. Stat ipse paludatus, hastam dextra tenet, orbem Romanum sinistra. Nummus iste tuus ex ære minimo, Vir Erudite & Amice, plane singularis est, & auro duplo contra æstimandus.

IMP. C. M. AVR. CL. QVINTILLVS AVG. Capite radiato, vultu annorum amplius 50. .)(. APOLLINI AVG. Stat Apollo, ante aram. Lævo nummi latere, H. *octavum* tributum. Est in Museo nostro, ex ære minimo. *Marcus* iste est, quia ex gente Antonia, sive Antonina. *Aurelius Claudius* ex patre, ex matre *Quintillus*. Cum tamen idem P. F. numquam vocetur, id argumento est, non fuisse eum ex stirpe M. Aurelii Commodi Pii Felicis oriundum; sed M. Aurelii Severi Alexandri fuisse pronepotem. Vide Stemma Severi Alexandri.

Ut supra. .)(. FORTVNA REDVX. Dea cum temone & cornucopiæ. Lævo nummi latere, Z. *septimum* tributum. Ibidem.

Ut supra. .)(. LAETITIA AVG. Dea Lætitia stat. Infra, XII. vel lævo nummi latere; *duodecimum* tributum. Ibidem. Singulis mensibus pendi solitum a mercatoribus tributum, ex hoc nummo discimus.

Ut supra. .)(. PROVIDENTIA AVG. Dea hastam læva tenet, dextra orbem Romanum ostendit, ad pedes positum. Latere lævo nummi, Ϛ. *Sextum* tributum. Ibidem.

Ut supra. .)(. SECVRITAS AVG. Dea lævo cubito columnæ innititur, dextra sceptrum tenet. Latere sinistro, XI. *undecimum* tributum. Ibidem.

Ut supra. .)(. VICTORIA AVG. Victoria gestat palmam & coronam. Infra, Γ. *tertium* tributum. Apud P. Chamillart.

IMP. QVINTILLVS AVG. Capite radiato. .)(. CONCORDIA AVG. Cum Senatu nimirum, & exercitu. Dea stans, læva tenet Cornucopiæ, dextra signum militare. Infra, T. *tertium* tributum. In Museo nostro

Ut supra. .)(. FIDES MILIT. *Fides militum*. Dea stans, duo signa militaria tenet. Infra, S. Secundum, ibidem.

Ut supra. .)(. MARTI PAC. *Marti Pacifero*. Mars stat galeato capite, læva hastam transversam tenet, dextra caduceum. Infra, P. *Primum* tributum. Ibidem.

A. K. M. AYP. KΛ. KYINTIΛΛOC CEB. Capite laureato. .)(. L. A. Aquila rostro coronam gestat. Est ex ære mediocri, apud D. Foucault.

Consecrationis ejus post obitum nummos tres Tristanus affert, pag. 201. sed hos alibi non vidi.

IMP. C. M. AVR. QVINTILLVS AVG. Capite radiato. .)(. CONSECRATIO. Aquila unguibus sceptrum tenet.

M. AVR. CL. QVINTILLVS. Capite radiato. .)(. CONSECRATIO. Ut proxime.

DIVO QVINTILLO. .)(. CONSECRATIO. Ara cum igne.

MARIVS AVG.

IMP. C. MARIVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. PACATOR ORBIS. Caput Solis radiatum. Est ex ære minimo, in schedis D. Vaillant.

IMP. C. MARIVS P. F. AVG. Capite radiato: vultu annorum fere 50. .)(. CONCORDIA MILIT. Dexteræ duæ junctæ. Ex ære minimo, & ex argento, in Museo nostro. Marius, ex prænomine gentis Antoniæ *Marcus* vocatur: ex matre, nepte Commodi, *Aurelius* & *P. F.* Denique *Marius* ex patre & avia: ut dixi in stemmate Pescennii Nigri Aug.

IMP. C. M. AVR. MARIVS AVG. Capite radiato. .)(. VICTORIA AVG. Victoria cum palma & corona. Ibidem.

IMP. C. M. AVR. MARIVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. SAEC. FELICIT. *Sæculi felicitas*. Dea stans, dextra caduceum, sinistra Cornucopiæ gerit. Ibidem. In alio simili, apud P. Chamillart, legitur, SAEC. FELICITAS, ut in aureo e Gaza Regia.

IMP. C. M. AVR. MARIVS AVG. Capite radiato. .)(. VIRTVS AVG. Stat ipse galeatus cum hasta & clypeo. In Museo nostro.

Quod

Quod de Mario Augusto narrant historici, in primisque triduo dumtaxat illum imperasse, meram esse fabulam in otio confictam, & hi nummi docent, & dudum Tristanus admonuit, tom. III. pag. 172.

LÆLIANVS AVG.

IMP. C. LAELIANVS P. F. AVG. Capite radiato: vultu annorum amplius 50. .)(. VICTORIA AVG. Victoria gradiens cum palma & corona. Est ex ære minimo, in Museo nostro, & apud P. CHAMILLART.

IMP. C. VLP. COR. LAELIANVS. Capite radiato: vultu eodem. .)(. VICTORIA AVG. Victoria gradiens cum palma & corona. Est ex ære minimo, in Thesauro Regio. Docet hic nummus sane singularis, ex priore numismate viso fictum fuisse a Trebellio Pollione Lollianum, ab aliis Ælianum; cum neque Lollianus exstiterit, neque Ælianus; sed *Lælianus*: qui quidem *Ulpius* ex patre fuerit, frater patruelis Vlpiæ Severinæ, conjugis Aureliani Augusti: *Cornelius* ex matre, sorore Corneliæ Saloninæ, conjugis Gallieni Aug. Denique, *Lælianus* ex conjuge. Lælium Plinius commemorat, libro XIV. sect. XV.

IMP. C. LAELIANVS P. F. AVG. Capite laureato. .)(. TEMPORVM FELICITAS. Dea sedens, dextra ostentat Cornucopiæ. Aureus est in Thesauro Regio.

HERODES AVG.

IMP. C. HERODES P. F. AVG. Capite radiato. .)(. PAX AVGVSTI. Dea stans, dextra ramum oleæ tenet, sinistra sceptrum transversum. Apud Occonem, ex picturis Alberti Principis: nobis valde suspectus.

IMP. C. HERODIANVS AVG. Capite laureato; vultu annorum vix XXX. .)(. SALVS AVGVSTI. Dea Salus ante aram. Apud Tristan. tomo III. pag. 43. ex ære minimo, sed tenuissimo, & paulo minore, quam nummi sunt minimi hujus ævi. Fictum numisma; tum quia non esset hoc ævo in ære minimo caput laureatum, sed radiatum: tum quia non potest idem apud Latinos dici vel esse *Herodianus* & *Herodes*. Est enim *Herodes* primigenium nomen; *Herodianus* ab uxore deducitur.

VICTORINVS AVG.

VICTORINVS AVG. Caput galeatum: dextra tenet hastam, sinistra clypeum. .)(. P. M. TR. P. II. COS. II. P. P. Ipse ante aram togatus stans, dextra pateram tenet. Quinarius ex auro est, in Thesauro Regio.

IMP. C. VICTORINVS P. F. AVG. Capite radiato; vultu annorum amplius 50. .)(. PIETAS AVG. Dea sacrificat ante aram. Ex ære minimo, in Museo nostro.

Ut supra. .)(. SALVS AVG. Dea Hygia stans. Ibidem.

Ut supra. .)(. PROVIDENTIA AVG. Dea stans, dextra orbem Romanum ostendit ante pedes positum, læva tenet Cornucopiæ. Ibidem. Ut supra. .)(. VIRTVS AVG. Mars galeatus stat cum hasta & clypeo. Ibidem.

Ut supra. .)(. VICTORIA AVG. Victoria gradiens cum palma & corona. Argenteus ære mixto, apud D. FOVCAVLT.

Ut supra. .)(. PAX AVG. Dea cum hasta pura, dextra ramum oleæ tenet. In Museo nostro.

Ut supra. .)(. INVICTVS. Sol radiato capite, currens cum flagro, dextra extenta; adjecto Solis sidere. Gallice, *l'Infatigable*. Ibidem.

IMP. C. PI. AV. VICTORINVS P. F. AVG. Capite radiato. *Imp. Cæsar Pivonius Avonius Victorinus*. .)(. FIDES MILITVM. Dea stans tenet duo signa militaria. Ibidem.

IMP. C. M. PI. AVONIVS VICTORINVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. FIDES EXERC. Fides stat inter duo signa militaria. Vidi ex ære minimo, apud D. BAUDELOT. Et *Marci* prænomen, & cognomina *Pii Felicis*, ostendunt fuisse Victorinum materno genere ex M. Aurelio Commodo Pio Felice oriundum.

IMP. C. VICTORINO .... Capite radiato. .)(. Triremis in mari. IAASVI. *Julia Augusta Arelate salutat Victorinum Imperatorem*. Nummum Tristanus delineavit, tomo III. pag. 59. & Victorino filio tribuit; deceptus ab adulteratore, qui barba in nummo erasa ex patre filium fecit. At Trebellius Pollio ipse, cap. VI. Victorinum juniorem, Cæsarem tantum fuisse nuncupatum refert; nummus iste Imperatorem facit. Aureum affert alterum Tristanus, pag. 58. in quo pars antica Victorinum patrem, filium altera exhibet; sed recentem nostro quidem judicio, & fictum ab aliquo, qui & patrocinari voluit antiquis scriptoribus, & pecuniam ex fraude colligere.

IMP. C. PI. VICTORINVS AVG. Capite radiato. .)(. AEQVITAS AVG. Dea stat cum libra & Cornucopiæ. Ex ære minimo, in Museo nostro.

Nummus Victorini aureus, e Gaza Regia. .)(. LEG. IIII. FLAVIA P. F. *Legio quarta Flavia Pia Felix*. Caput Africæ cum proboscide, in summa nummi area; provinciam denotat, in qua legio hibernaret. In ima parte nummi, leones duo, adversis frontibus, ore hianti.

IMP. C. VICTORINVS P. F. AVG. Capite laureato. .)(. LEG. XXII. PRIMIGENIE P. F. Hercules stans arcum læva tenet, dextra cervum ducit. *Legionis vicesimæ secundæ Primigeniæ Piæ Felicis* symbolum istud est, Hercules Venator. Est, ut ad me dudum scripsisti, nummus iste singularis. Vir Nobilissime, in Museo tuo *Legio Primigenia* Gallice est, *un Vieux Corps*.

DIVO VICTORINO. Caput senile nudum. .)(. CONSECRATIO. Rogus. Argenteus est, in schedis D. Vaillant.

IMP. CAES. VICTORINVS P. F. AVG. Imperator barba promissa, laureato capite. .)(. ADIVTRIX AVG. *Adjutrix Augusti*, subintellige, *Legio*, ut in nummis Severi & Gallieni. Dea pectore tenus depicta, sinistra tenet arcum, dextra telum educit e pharetra retro religata. Aureus est perpulcher, in Collectione MS. D. de Peiresc, pag. 60.

IMP. VICTORINVS P. F. AVG. Capite laureato. .)(. LEG. XXX. VLP. VICT. P. F. *Legio tricesima Ulpia Victrix Pia Felix*. Juppiter dextra hastam, sinistra fulmen tenet: Capricornum respicit, quod est abundantiæ terra marique symbolum. Aureus hic nummus est ibidem, pag. 373.

DIVO VICTORINO PIO. Capite radiato. .)(. FIDES MILITVM. Dea tenet signa duo militaria. Docet hæc epigraphe, Victorinum effecisse, dum viveret, ut in fide data Imperio perstarent milites. Est ex ære minimo, apud P. CHAMILLART.

DIVO VICTORINO PIO. Capite radiato. .)(. CONSECRATIO. Aquila Romana. In alio, Aquila orbi Romano insistit. In alio, Aquila Romana supra aram, rostro coronam gerit. Tristanus, tomo III. pag. 57. dicit hos nummos rarissimos penes se esse; quibus consecratio Victorini facta esse in Gallia videatur, ut ait.

CENSORINUS AVG.

Censorini nummum profert Tristanus, tomo III. pag. 179. ex ære spisso, intra mediocrem formam: ATT. K. KENCOP . . . Capite laureato.)(. Aquila Romana. L. Γ. *Anno tertio.* Hunc esse spurium ac recentem haud immerito arbitramur; cum nec usquam visi sint anno 1. vel 2. nummi signati: & careat vel gentis nomine vel prænomine Censorinus, præter morem; nec ullum habeat Latinum numisma: nec denique locum habere possit annus ille tertius Censorini, in annis Augustorum majorum, quos Græci nummi exhibent perquam accurate, ut subjectum schema edocebit.

Anno Christi		
267	Gallieni	— L. IE.
268	Claudii	— L. A.
269	. . .	— L. B.
270	. . .	— L. Γ.
271	Aureliani	— L. A.
272	. . .	— L. B.
273	. . .	— L. Γ.
274	Aureliani	— L. Δ.

Anno Christi		
275	. . .	— L. E.
276	Macriani	— L. A. Aurel. L. Ϛ.
277	Quintilli	— L. A. Aurel. L. Z.
278	Probi .	— L. A.
279	. . .	— L. B.
280	. . .	— L. Γ.
281	. . .	— L. Δ.

Numisma Severinæ Aureliani conjugis.

OYΛΠ. CEΘΗΡΙΝΑ CEB. Caput Severinæ.)(. Aquila rostro gestat coronam. ETOYC Z. *Anno septimo:* ex quo certissime agnoscimus septimum principatus annum vidisse Aurelianum in aliqua saltem parte Imperii. Est hic nummus præclarus ex ære minimo, sed spisso, in Museo P. Chamillart. . . . Die sabbati, 26. Junii, 1700.

Anno Christi 278. V. C. 1031. *Probi* 1.

Natali Urbis, antiquo more uni defertur Imperium, cum Pontificatu Maximo, & Tribunicia potestate, sed ad annos quinque dumtaxat: simul idem suffectus est Consul in locum alterius ordinarii Consulis. Dictus est ille autem *Marcus*, quia de gente Antonia sive Antonina esset. Deinde *Aurelius*, ex matre *Aurelia*, nepte Aurelii Cæsaris, pronepte M. Aurelii Commodi Aug. Postea Probus, de paterno cognomine: denique *Pius Felix*, quoniam abnepos Commodi Pii Felicis fuit.

IMP. C. PROBVS P. F. AVG. Capite radiato: vultu annorum circiter 50.)(. ORIGINI AVG. *Origini Augustæ.* Lupa cum gemellis. Ex Romulo originem ducere Augustos Pios Felices, ac Probum quoque proinde, hic titulus docet, ut dudum ad te scripsi: Quantumvis Probum Vopiscus oriundum e Pannonia dicat; Victor, e Dalmatia. Infra. XXI T. *Vicesima prima tertium* tributum. Fuit olim in Museo San-Genovefano, & apud Seguinum, teste Spanhemio, pag. 768. Delineatus est a P. du Moulinet, & a Morellio.

PROBVS P. F. AVG. Capite radiato.)(. AETERNITAS AVG. Sol dextra elata, sinistra tenet orbem. Æternitas domus Augustæ, qualis est æternitas Solis, hoc titulo prædicatur: quoniam ab Augusto Cæsare usque ad Probum sit propagata. Est ex ære minimo, apud P. Chamillart: aureus, in Thesauro Regio.

IMP. PROBVS AVG. Capite radiato.)(. ROMAE AETERNAE. Templum sex exornatum columnis: in quo Roma galeata sedens, tenet orbem Romanum, cui Victoria imposita est. Infra, R H *Remorum octavum* tributum. Est ex ære minimo. in Museo nostro. Apud Tristanum, pag. 289. similis huic habet, R S *secundum*: alius ibidem, R Γ *tertium*.

IMP. C. PROBVS AVG. *Cæsar* ex matre, ex patre *Probus*. Capite radiato.)(. SPES AVG. Dea Spes florem ostentat. In latere nummi sinistro, V. Infra, XXI. *Quintum vicesima prima* tributum. In Museo nostro.

IMP. C. M. AVR. PROBVS P. F. AVG. Capite radiato.)(. P. M. TR. P. COS. P. P. Stans inter duo signa militaria, dextra elata, sinistra hastam tenet. Apud Angeloni, pag. 344. & Mediobarbus exhibet e Museo suo. In aureo e gaza Regia, sedens ipse in sella curuli, dextra tenet orbem Romanum, sinistra bacillum Imperatorium.

Anno Christi 279. V. C. 1032. *Probi* 2.

Kalendis Januariis Probus Aug. init secundum Consulatum.

IMP. PROBVS P. F. AVG. *Probus* ex patre, ex matre *Pius Felix*. Capite radiato.)(. CONCORDIA AVG. cum Senatu & populo. Dea stans tenet pateram, & geminum Cornucopiæ. Latere lævo nummi, VII. Infra, XXI. *Septimum vicesima prima* tributum. Ex ære minimo, in Museo nostro.

Ut supra: Capite laureato: hastam dextra gerit humero impositam; læva clypeum, in quo ipse pictus ex equo hostem dejectum proterit.)(. TEMPORVM FELICITAS. Roma galeata sedens, læva tenet Cornucopiæ, dextra orbem Romanum regendum tradit Probo adstanti & paludato: cui Victoria, læva palmam regens, a tergo coronam imponit. Romæ sedenti adstat Pax gerens caduceum, Apud Tristan. pag. 282.

IMP. C. M. AVR. PROBVS AVG. Capite radiato.)(. P. M. TRI. P. COS. II. Leo gradiens capite radiato. Infra, XXI. P. *Vicesima prima primum* tributum. Est in Museo nostro, ex ære minimo.

IMP. PROBVS AVG. Capite galeato, cum clypeo, & hasta humero dextro imposita, quod est summi in Exercitu imperii symbolum.)(. ADLOCVTIO AVG. Probus Imp. capite laureato, cum Principe Juventutis Cæsare, qui nudo capite est, & similiter paludatus; stans e suggesto cohortes adloquitur. Ad pedes suggesti, viri quatuor supplicum more manus protendunt. Est nummus perpulcher ex ære maximo, apud D. Abb. de Camps. Principem Juventutis Cæsarem aliquem fuisse sub Probo Aug. alius præterea nummus docet, quem anno sexto Probi proferam.

PROBVS P. F. AVG. Capite radiato.)(. VICTORIA AVG. Victoria gestat trophæum, dextra coronam ostentat. Infra, R Γ. *Remorum tertium* tributum. In Museo nostro.

IMP. C. M. AVR. PROBVS P. F. AVG. Capite laureato.)(. VICTORIA GOTHIC. Victoria gradiens cum palma & corona. Aureus est in Thesauro Regio.

IMP. C. PROBVS P. F. AVG. Capite radiato.)(. RESTITVTOR EXERCITI. Nam sic ætas illa dici posse credidit, æque atque *Exercitus* in gignendi casu. Unde & id in nummis sæculi Constantiniani, aliisque occurrit. Probus Aug. paludatus, & Tribunus militum, stantes, dextris or-

orbem Romanum tenent, hastas sinistris. Ad pedes, P. Infra, MCXXI. *Primum Mercatorum Cabillonensium vicesimæ primæ* tributum. Est apud Angeloni, pag. 347. Similis huic alter apud Tristanum, pro P habet S. Infra, CMXXI. hoc est, *Secundum Cabillonensium Mercatorum vicesimæ primæ* tributum.

Ut supra.)(RESTITVTOR SAEC. *Restitutor Sæculi.* Amissa hoc altero millenario Urbis Romæ sæculo, cujus hic annus secundus post tricesimum est; maxima Orientis parte; ac dilapso Romani imperii splendore sub Augustis qui præcesserunt, restituisse sæculum Probus hoc titulo dicitur. Infra, IIIXXT. *Tertium vicesimæ tributum.* Est hic apud P. Albaret. e Societate nostra, Turnonii. Similem affert Mediobarbus, pag. 417. e Museo suo, cum VI XXT. *Sextum vicesimæ tributum.* Victoria in utroque Probum coronat, qui dextra orbem Romanum, læva hastam gerit. Vidi hunc apud Abb. Mezzabarba.

PERPETVO IMP. PROBO AVG. Capite galeato, cum clypeo, hasta humero dextro imposita.)(SOLI INVICTO. Sol in quadrigis. KAB *Vicesimæ primæ secundum* tributum. Est ex ære minimo, in Museo P. Chamillart. Titulus hic *Perpetui Imperatoris*, cum tribuatur Probo velut eximia quædam honoris prærogativa, docet aperte, non fuisse omnes Imperatores Romanorum *Perpetuos Imperatores*, sed ad tempus dumtaxat a Senatu præstitutum.

PERPETVO IMP. C. PROBO INVICT. AVG. *Perpetuo Imperatori Cæsari Probo Invicto Augusto.* Capite radiato.)(RESTITVTOR ORBIS. Stans ipse paludatus, accipit a Jove stante cum hasta, orbem Romanum. In medio, N. *Narbonensium*: infra, KA Δ. *Vicesimæ primæ quartum* tributum. Est apud Spanhemium, in Juliani Cæsares, pag. 113.

IMP. C. M. AVR. PROBVS P.F. AVG. Capite radiato.)(RESTITVT. ORBIS. Stans ipse lævo nummi latere, læva tenet hastam, dextra orbem Romanum: e regione Dea coronam ei porrigit. Ad pedes, II. Infra, XXI. *Secundum vicesimæ primæ* tributum. In Museo nostro. In alio simili, apud P. Chamillart, in medio, Z. *Septimum.* Infra, XXI.

IMP. C. PROBVS AVG. CONS. II. *Consul secundum.* Capite radiato, cum scipione Consulari, quem dextra gerit.)(VIRTVS AVG. Mars gradiens, sinistro humero gestat trophæum. Profert hunc nummum Mediobarbus e Museo suo, pag. 414. Infra, P. XX. *Primum vicesimæ* tributum.

IMP. PROBVS AVG. CONS. II. ut supra.)(CONSERVAT. AVG. *Conservatori Augusti*, Soli nimirum. Sol radiato capite, dextra elata, læva tenet orbem. Mediobarbus, ibidem, e Museo suo. Aureus est in Thesauro Regio.

IMP. C. PROBVS P. F. AVG. Capite radiato.)( )(PAX AVGVSTI. Pax dextra ramum oleæ tenet, læva hastam transversam. In medio, VI. Infra, XXI. *Sextum vicesimæ primæ* tributum. In alio est infra tantum, XXIV. *Vicesimæ primæ quintum* tributum. Uterque in Museo nostro.

PROBVS P. F. AVG. Capite radiato.)(MARTI PACIF. *Marti Pacifero.* Mars gradiens, læva clypeum & hastam tenet, dextra caduceum. Infra, AQ Γ. *Aquensium tertium* tributum. In alio, Q. XXI. *Quartum vicesimæ primæ* tributum. Uterque ibidem.

IMP. C. PROBVS AVG. Capite radiato.)(SECVRIT. PERP. Dea Securitas lævo cubito innixa columnæ, dextra capiti imposita; supra columnam, littera I. *Securitas perpetua Imperii.* Infra, VI XXI. *Sextum vicesimæ primæ* tributum. Ibidem. In alio, quem vidi apud Abb. Mezzabarba, est SECVRITAS ORBIS.

A. K. M. AYP. ΠΡΟΒΟϹ ϹΕΒ. Capite laureato.)(L. B. *Anno secundo.* Spes florem tenet. Est in Museo D. Baudelot.

Anno Christi 280. V. C. 1033. Probi 3.

Kalendis Januariis, Probus Aug. suscipit tertium Consulatum.

IMP. C. PROBVS AVG. CONS. III. Capite radiato, cum scipione Consulari.)(MARTI PACIF. *Marti Pacifero.* Mars gradiens, cum caduceo. Infra, Q XXI. ut supra. Affert hunc nummum Mediobarbus e Museo suo, pag. 414. Similem habes etiam in Museo tuo, ut ad me scripsisti. Novo more sub Probo interdum CONS pro COS. scribitur: id quod & in Maxentii postea nummis occurrit.

IMP. C. PROBVS P.F. AVG.)(P. M. TR. P. COS. III. P. P. Histrix. Infra, XXII Q. Ita refertur ab Occone, pag. 507. *Vicesimæ primæ Indictio quarta.*

IMP. C. M. AVR. PROBVS AVG. Capite radiato.)(PROVIDENT. AVG. Dea cum Cornucopiæ, radio quem dextra tenet, ostendit orbem Romanum ad pedes positum. Infra, XXI A. *Vicesimæ primæ primum* tributum. Ex ære minimo, in Museo nostro.

IMP. C. M. AVR. PROBVS P.F. AVG. Capite radiato.)(CLEMENTIA AVG. Imperator & Dea tenent orbem Romanum, cui Victoria imposita est. Latere nummi lævo, H. Infra, XXI. *Octavum vicesimæ primæ* tributum. Est in Museo P. Chamillart.

IMP. C. PROBVS P. F. AVG. Capite radiato.)(PIAETAS AVG. Stat velato capite ante aram, dextra pateram tenet. Est in Museo nostro. Ita scriptum est autem, pro PIETAS: quoniam utriusque litteræ AE & E idem est sonus. Infra, C. forte, *Cabillonensium.*

Ut supra.)(ABVNDANTIA AVG. Dea stans e Cornucopiæ nummos effundit. Infra, IIII. *Quartum* tributum. Ibidem.

Ut supra.)(SALVS AVG. Dea Hygia stat ante aram, unde serpens emicat, Æsculapio sacer: quoniam ex viperæ carne fit theriaca. Infra, XXI Q. *Vicesimæ primæ quartum* tributum. In alio est, lævo nummi latere, VII. Infra, XXI P. *Septima vicesimæ primæ pensio.* Ibidem.

IMP. C. M. AVR. PROBVS P.F. AVG. Capite radiato.)(CLEMENTIA TEMP. *Clementia Temporum.* Juppiter cum hasta, & Probus paludatus cum scipione Imperatorio, tenent orbem Romanum. Infra, XXI. Ibidem.

A. K. M. AYP. ΠΡΟΒΟϹ ϹΕΒ. Capite laureato.)(L. Γ. *Anno tertio.* Aquila expansis alis. Ex ære, in Museo nostro.

Anno Christi 281. V. C. 1034. Probi 4.

IMP. C. M. AVR. PROBVS P. F. AVG. Capite galeato, cum hasta & clypeo.)(ORIENS AVG. *Oriens Augusti.* Sol captivum pede proterit. *Oriens*, hoc est, reliquus, quantuluscumque fuit, qui Romano adhuc imperio suberset, Asiæ minoris & Palæstinæ tractus, virtute & providentia Probi defensus, totum se esse Augusti Probi prædicat. Est hic nummus apud Patinum, in Indice, pag. 36. Aureus in Thesauro Regio.

IMP. C. PROBVS AVG. Capite radiato.)(COMITI PROBI AVG. Dea Pax, stans dextra oleam tenet, læva hastam puram. Vidi ex ære minimo, apud Abb. Mezzabarba.

IMP. C. M. AVR. PROBVS P. F. AVG. Capite galeato, cum clypeo, & hasta humero dextro imposita.)(SISCIA PROBI AVG. *Siscia Probi Augusti* dicitur, quæ adversus Sarmatas, aliosve hostes Imperii, defensa strenue sit Probi virtute. Est in Museo nostro. Vide Nummos Populorum & Urbium. Infra, XXI VI. *Vicesimæ primæ sextum* tributum. Tristanus in suo habet, P. XXI. *Primum*, Vidimus superius etiam in Gallieni nummis, SISCIA AVG. Eodem sensu dictum sæpe, ORIENS AVG.

IMP. C. PROBVS INVICT. P. F. AVG. Capita duo conjuncta. Probi & Victoriæ. Est in Museo nostro, & D. Vaillant hunc edidit. Probi conjugem in hoc nummo exhiberi vulgo existimant, errore magno: cum de conjuge in titulo sileatur; & *Invicti* titulus Victoriam Augusti comitem ibi sculptam esse clamet.)(MONETA AVG. hoc est, Curia Monetalis. Tres Deæ de more, cum æris, argenti, & auri cumulis.

IMP. PROBVS AVG. Capite radiato.)(VICTORIA GERM. *Germanica*. Trophæum: ad pedes, captivi duo. Infra, R A. *Remorum primum* tributum. In Museo nostro, ex ære minimo.

IMP. PROBVS P. F AVG.)(VICTORIOSO SEMPER. Stat paludatus cum hasta pura: ad pedes, captivi duo. Apud Spanhemium, in Juliani Cæsares, pag. 112.

IMP. C. M. AVR. PROBVS AVG. Capite laureato.)(HERCVLI ROMANO AVG. *Augusto*. Stans ipse, cum scipione Imperatorio, dextram superponit trophæo. Aureus est, e Thesauro Regio.

IMP. C. M. AVR. PROBVS AVG. Capite radiato.)(CONCORD. MILIT. *Concordia militum*. Dea Concordia, & Probus togatus dextras jungunt. Ad pedes, Δ. Infra, XXI. In Museo nostro, ex ære minimo. *Quartum vicesimæ primæ* tributum.

PROBVS P. F. AVG. Capite radiato.)(VICTORIA AVG. Victoria coronam ostentat, & spolia refert. Infra, RTϚ *Remorum tributum sextum*. Apud P. CHAMILLART.

Ut supra.)(ADVENTVS AVG. Ipse in equo, dextra elata, læva sceptrum gerit. Ad anteriores equi pedes, captivus sedet. Reditus e prælio Germanico post victoriam hoc symbolo significatur. Infra, R Z. *Remorum septimum* tributum. In alio, R Δ *quartum*: in alio, R Γ *tertium*: in alio, R S. *secundum*. Ex argento & ære, in Museo nostro. In Thesauro Regio aureus est.

Anno Christi 282. V. C. 1035. *Probi* 5.

Kalendis Januariis, Probus Aug. quartum init Consulatum.

IMP. C. PROBVS AVG. CONS. IIII. *Consul quartum*.)(PROVIDENT. AVG. Dea stans, dextra orbem Romanum, læva hastam transversam tenet. Infra, B XXI. *Secundum vicesimæ primæ* tributum. Argenteus in Museo nostro. Apud Occonem, pag. 507. S XXI. eodem sensu.

IMP. C. M. AVR. PROBVS P. F. AVG. Capite radiato.)(VIRTVS INVICTI AVG. Imperator ex equo calcat hostem, & a Victoria coronatur. Infra, VI XX T. Sextum vicesimæ tributum. Apud Patin. in Indice, pag. 29.

IMP. PROBVS AVG. CONS. I. *Conservator Imperii*. Cave enim dicas, *Consul primum*.)(VIRTVS AVG. Mars gradiens cum hasta & spoliis. Infra, P XXI. *Primum vicesimæ primæ* tributum. Mediobarbus, pag. 414. e Museo suo. Sic in nummo argenteo apud P. CHAMILLART, legitur, CAESAR I. V. *Cæsar Imperator quintum*: & alibi de eodem Cæsare, IIT. *Imperator iterum*

IMP. C. M. AVR. PROBVS P. F. AVG. Capite galeato.)(VIRTVS PROBI AVG. Imperator ex equo hasta perfodit hostem prostratum. Infra, K A A. *Vicesima primæ primum* tributum. In alio, K A B. *secundum*. In alio, XXIII. *Vicesimæ primæ secundum* tributum. Ex ære & argento, in Museo nostro.

VIRTVS PROBI AVG. Caput Probi galeatum, cum clypeo, & hasta humero dextro imposita.)(FELICITAS SEC. *Felicitas Seculi*, pro *Sæculi*. Dea stans, dextra tenet signum militare, sinistra Cornucopiæ. Infra, T XXT. *Tertium vicesimæ tributum*. Est ex ære minimo, apud P. CHAMILLART.

VIRTVS PROBI AVG. ut supra.)(VIRTVS AVGVSTI. Stat idem ipse cum clypeo, & hasta. Infra, R Γ. *Remorum tertium* tributum. In Museo nostro. In argenteo, apud P. CHAMILLART, infra, IIII. *quartum*.

PROBVS P. F. AVG. Capite radiato.)(FIDES MILITVM. Dea tenet signa militaria duo. Infra, R E *Remorum quintum* tributum. In Museo nostro.

A. K. M. ΑΥΡ. ΠΡΟΒΟϹ ϹΕΒ. Capite laureato.)(L. Є. *Anno quinto*, qui autumno anni hujus incipit. Abundantia stat, sive Concordia, cum gemino Cornucopiæ. Est ex ære minimo, apud P. JOBERT. In alio, apud P. CHAMILLART, Aquila rostro gestat coronam. L. Є.

Supposititium esse nummum ne dubites, quem finxit Ursinus: IMP. C. AVR. VALERIVS PROBVS.)(TRIVMPHVS AETHIOPVM DE BLEMIIS. Nam neque *Valerius*, sive ex Valeria, sed ex Aurelia gente Probus fuit: nec ubi nomen *Aurelii* apponitur, *Marci* prænomen omitti oportuit; nec debuit prætermitti AVG. titulus: & triumphus ille præterea ex Vopisco acceptus, haud satis certæ fidei scriptore, si verus esset, longe aliter inscriberetur in nummo. Est enim ea locutio, TRIVMPHVS AETHIOPVM, perobscura, nec satis Latina. Denique nusquam visus hic nummus est, opinor, nisi in schedis.

Anno Christi 283. V. C. 1036. *Probi* 6.

Kalendis Januariis Probus Aug. fit Consul V.

IMP. C. PROBVS AVG. COS. V. Capite radiato.)(MARTI PACIF. *Marti Pacifero*. Mars cum caduceo. Infra, LXXI. *Primum vicesimæ primæ* tributum. Videtur enim Occo, pag. 507. unde hunc nummum describimus, legisse L pro I. Aut L est *Lugdunensium*.

VIRTVS PROBI AVG.)(VOTIS X. PROBI AVG. ET XX. in corona laurea. Profert hunc nummum Mediobarbus e Museo suo, pag. 412. Et est in Thesauro Brandeb. tomo 2. pag. 165. Vota sunt decennalia, cum vicennalibus additis. In alio simili, apud P. CHAMILLART, legitur tantum, VOT. X. ET XX. FEL. Cetera similia sunt.

IMP. C. M. AVR. PROBVS AVG. Capite radiato.)(In corona laurea: VOTIS X. ET XX. FEL. *Votis decennalibus & vicennalibus felicibus*. Vidi ex ære minimo, apud Abb. Mezzabarba.

IMP. PROBVS P. F. AVG. Capite radiato.)(IOVI CONS. PROBI AVG. *Jovi Conservatori Probi Aug.* Juppiter stat cum hasta & fulmine. Infra, R B *Remorum secundum* tributum. Est ex ære minimo, in Museo nostro.

IMP. C. M. AVR. PROBVS P. F. AVG. Capite radiato, scipionem Consularem tenet.)(

SOLI

SOLI INVICTO. Sol in curru quadrijugo, equis ad ortum binis, binis ad occasum obversis; dextra ipse elata, læva flagellum tenet. *Invictus* dicitur Probus, instar Solis: cui in labore vigor est infatigabilis. Est ex argento & ex ære minimo, ibidem. Sub medio curru, G M. *Germanicus Maximus.* Infra, XXI T. *Vicesima primæ tertium* tributum. In alio ibidem argenteo, sub curru est, K A Δ. *Vicesimæ primæ quartum* tributum.

IMP. PROBVS AVG. Capite radiato, cum scipione Consulari, cujus in apice Aquila Romana est. .)(. SOLI INVICTO. Sol in curru quadrijugo, equis recto cursu gradientibus. Infra, R Є. *Remorum quintum* tributum. Est ibidem ex ære minimo, fabrica pereleganti, ut plerique nummi Probi sunt.

IMP. C. M. AVR. PROBVS AVG. .)(. PRINC. IVVENT. *Principi Juventutis.* Stans paludatus, Carus, ut videtur, dextra tenet orbem Romanum, hastam sinistra. Est inter tua numismata, ut ad me scribis. Est & apud Mediobarbum, pag. 413. ex Fæschio.

A. K. M. ΑΥΡ. ΠΡΟΒΟϹ ϹΕΒ. Capite laureato. .)(. L. Ϛ. *Anno sexto*, qui autumno anni hujus incipit. Est ex ære, apud P. Jobert, & apud D. Baudelot.

Anno Christi 284. V. C. 1037. *Probi* 7.

IMP. CAES. M. AVR. PROBVS P. F. AVG. Capite laureato. .)(. EXERC. PERS. *Exercitus Persicus.* Imperator e suggesto cohortes adloquitur. Affertur hic nummus a Strada, pag. 159. & a D. Vaillant, inter numismata maximæ molis, sive *medaglioni*, ut vocant; hoc est, inter nummos, qui sunt plerique suspecti. Cum loca admodum pauca in Asia minore & Palæstina superessent, quæ eo ævo Parthi Persæque nondum occupassent; ut in Gallieno diximus: *Exercitus Persicus* fortassis appellatus est is, qui erat adversus Persas destinatus, ad reliquias eas tutandas, vel ad aliqua oppida recuperanda. Commissus hic exercitus videri potest Caro Aug. cum adhuc privatus esset; qui ob eam expeditionem *Parthicus Persicusque* dictus est post obitum.

A. K. M. ΑΥΡ. ΠΡΟΒΟϹ ϹΕΒ. Capite laureato. .)(. L. Z. *Anno septimo*, qui Græco more incipit autumno anni hujus. Est ex ære minimo, apud P. Jobert, & in Museo nostro.

Annos & successionem Augustorum his temporibus usque ad initia Diocletiani, exhibent nummi Græci, hoc modo:

Anno Christi		*Anno Christi*	
282 Probi	— L. Є.	285 Cari	— L. A
283	— L. Ϛ.	286 Carini & Numeriani	— L. B.
284	— L. Z.	287 Carini	— L. Γ.

Neque enim aliis Augustis Græci nummos cuderunt, quoniam erant minores & secundarii tantum Augusti: sed solis majoribus, & summa potestate auctis toto orbe Romano.

Videtur autem Probus ultra legitimum tempus quinquennii a Senatu sibi decretum, adhuc ab eo duos principatus annos per vim extorsisse. Quamobrem nulla post obitum Probi facta ipsius consecratio est: qui honos nec Caro Aug. post ipsum defuit, nec ante ipsum Claudio Gothico, & fortassis Quintillo. Eamdem etiam ob causam his duobus annis supremis a Senatu videntur in partes diversas Galliarum & Illyrici, cum Augusti titulo, & cum sua quisque legione, missi fuisse, M. Aur. Julianus, Allectus, Carausius; cum Aureolo & Amando; si tamen nummus est genuinus Amandi. Nam Achilleus, quem ponunt his fere temporibus historici, nusquam visus in nummis est.

Numismata Aureoli.

IMP. AVREOLVS. . . . . Capite laureato. .)(. L. I. MINER. RESTITVTA. *Legio prima Minervia restituta.* Ex ære minimo perrarus, inquit Tristanus, pag. 182.

IMP. M. ACIL. AVREOLVS P. F. AVG. Capite laureato. .)(. PROVIDENTIA AVGVSTI. Dea stans, læva tenet Cornucopiæ, columnæ innititur, & crus sinistrum dextro superponit: radio denique, quem dextra tenet, orbem Romanum ostendit. Ex auro perrarus, inquit idem, pag. 183. Nobis est uterque valde suspectus; neque genuinum vidimus, præter unum, ex ære minimo, in Thesauro Regio, sic inscriptum:

IMP. C. AVREOLVS AVG. capite radiato. .)(. CONCOR IIM. . . , Forte *Concordia militum.* Dexteræ manus duæ junctæ.

M. AVR. IVLIANVS.

IMP. C. M. AVR. IVLIANVS P. F. AVG. Capite radiato, vultu annorum amplius XL. .)(. PANNONIAE AVG. *Pannoniæ duæ, Augusti* tutelæ commissæ. Pannoniæ duæ, superior & inferior, dextrorsum incedunt: prior dextra extenta, altera tenet sinistra signum militare. In ipsa area, latere dextro S. infra, XXI. Γ. *Siscienses vicesimæ primæ tertium* tributum pendunt. Est in Museo P. Chamillart, ex ære minimo nummus singularis, & eximiæ cælaturæ, quæ Probi, Cari, & Carini ætatem plane refert. Victoris Epitome in Maximiano, Julianum narrat, *in Italia Imperatorem effectum, acto per costas pugione in ignem se abjecisse.* Victor in Caro: *Hinc Sabinus Julianus invadens imperium, a Carino in campis Veronensibus occiditur.* Victor, de Cæsaribus, in Maximiano: *Eodem tempore Orientem Persæ, Africam Julianus ac nationes Quinquegentanæ graviter quatiebant.* Tres, si bene calculum inis, Julianos inde efficias, præter eum, quem nummi exhibent. Spanhemius, pag. 599. duos facit æquales. Fieri non potest. Nonnisi unicus enim gener potest esse, cui nomen a Julio socero, sive a Julia conjuge sit. Nec in Africa, nec in Italia tyrannus, sed in Pannonia legitimus Imperator Augustus Julianus fuit. *Pannoniæ Augusti* autem dicuntur, ut monui, quæ sunt tutelæ Augusti commissæ. Locutio fuit in eo præsertim tractu recepta: unde iisdem fere temporibus, SISCIA AVG. in Gallieno; & SISCIA PROBI AVG. De Juliano isto ceteri omnes scriptores silent. Frater hic natu minor M. Aur. Probi Aug. fuisse videtur; cui factum cognomen est a conjuge Julia, filia T. Julii Marii Pacatiani. Vide stemma Divæ Marinianæ, quod descripsi anno 1. Gallieni Aug.

IMP. C. M. AVR. IVLIANVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. FELICITAS TEMPORVM. Dea stans, dextra caduceum tenet, læva hastam puram. Hinc S. inde B. *Sæculum beatum.* Infra, XXI. *Vicesima primæ* tributum. Argenteus ære mixtus, sed eximiæ fabricæ, apud P. Chamillart.

IMP. C. M. AVR. IVLIANVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. VICTORIA AVG. Victoria cum palma & corona. Hinc S. inde A. *Salus Augusta.* Infra, SXXI. *Secundum vicesimæ primæ* tributum. Est ex ære minimo, in Gaza Regia, & apud Occonem, pag. 517.

Ut supra.)(. FELICITAS TEMPORVM. Dea altera manu caduceum, sceptrum tenet altera. In Gaza Regia, & in Cimelio D. Foucault.

Nummus Amandi Aug.

IMP. C. C. AMANDVS P. F. AVG. *Imperator Cæsar Caius Amandus Pius Felix Aug.* Capite radiato, barba spissa, vultu annorum LX. .)(. Spei typus. Est ex ære minimo nummus perrarus, in Cimelio D. FOVCAVLT.

ALLECTVS.

IMP. C. ALLECTVS P. F. AVG. Capite radiato, vultu annorum 60. .)(. PAX AVG. Pax cum oleæ ramo stat. Hinc S. inde A. ut in nummo M. Aur. Juliani; quod est concordiæ, & principatus simul gesti argumentum. *Salus Augusta.* Infra, ML. *Mercatores Lugdunenses.* Ex ære minimo, in Museo nostro.

Ut supra. .)(. AEQVITAS AVG. Hinc S. inde A. Infra, ML. vidi apud Abb. Mezzabarba. Nummorum Allecti fabrica prorsus est Gallicana.

Ut supra. .)(. VIRTVS AVG. Navis. Infra, Q C. *Quartum Cabillonensium* tributum. Sic enim perspicue legimus in eo nummo scriptum; tametsi Tristanus, pag. 384. legit, Q L.

Ut supra. .)(. PAX AVG. *Pax Augusti*, vel *Augusta.* Pacis typus. In medio, S P. *Securitas publica.* In Museo P. CHAMILLART. Infra, . . . C. priore littera erasa. Apud Occonem est, SPC.

Ut supra. .)(. LAETITIA AVG. cum typo Lætitiæ: alius, cum navi. Infra, SPC. *secunda penso Cabillonensium*, ut in nummo Carausii. Est hic apud Occonem, pag. 517.

Ut supra. .)(. LAETITIA AVG. ut proxime. In media area, hinc S. inde A. Infra, M L. *Mercatores Lugdunenses* Apud P. CHAMILLART. In alio, e Thesauro Brandeb. tom. 2. pag. 169. QC. *Quartum Cabillonensium* tributum.

Ut supra. .)(. VIRTVS AVG. Stans ipse hastam dextra tenet. In medio, S A. Apud Occonem, pag. 517. In altero, apud P. LEMPEREUR, e Societate nostra, navigiolum est in area, ut supra. In imo nummi margine, C L. *Cives Lugdunenses.*

Ut supra. .)(. PROVID. AVG. *Providentiæ typus.* Hinc S. inde A. ut supra, & ut in Juliano. Infra, M L. *Mercatores Lugdunenses.* Est ex ære minimo, in Museo P. JOBERT. In alio apud P. LEMPEREUR, legitur; PROVIDENTIA AVG. Infra, C L. *Cives Lugdunenses.*

CARAVSIVS.

IMP. C. CARAVSIVS P. F. AVG. .)(. EXPECTATE VENI. Victoria Augustum incedentem pone sequitur. Infra, PLP. *Primæ Lugdunensis primum* tributum. Vidi ex argento, affabre factum, sed fictum. Et vultus Carausii Trajanum ipsum; & fabrica similiter ævum Trajani refert. In altero argenteo, sed sincero, apud D. FOVCAVLT, Carausius Aug. & Dea sive Provincia dextra jungunt.

Ejusdem. .)(. FIDEM MILITVM NN. *Fidem militum nostrorum.* Dea tenet libram & Cornucopiæ. Est ex ære minimo, in Cimelio D. FOVCAVLT. Disciplinam militarem sub Carausio commendat hic titulus.

Ejusdem. .)(. PROVIDEN. AVG. *Providentia Augusti.* Dea Providentia stat, ut in Allecto. Ibidem, & apud Patinum, in Indice, pag. 31.

IMP. C. CARAVSIVS P. F. AVG. Capite radiato: vultu annorum 60. .)(. FORTVNA RAEDVX. Sic enim scriptum est, pro REDVX: ut in nummo Probi PIAETAS pro PIETAS; quod idem fit utriusque litteræ sonus. Dea rotæ insidens, læva tenet Cornucopiæ, dextra temonem regit. Symbolum annonæ uberis, quæ curribus advehitur, Carausio provinciam gubernante. Infra, SPC. ut in nummo Allecti; *Secunda penso Cabillonensium.* Est hic ex ære minimo, in Museo nostro.

Ut supra. .)(. ADVENTVS AVG. Ipse læva Cornucopiæ, dextra caduceum gerit. Ex ære minimo, ibidem.

Ut supra. .)(. PAX. AVGGG. *Pax trium Augustorum*, sive quam tres Augusti procurant; Carausius, Allectus, & Julianus. Est hic nummus eximius ac singularis ex ære minimo; in Thesauro Mediceo. In medio, S P. *Securitas publica*, ut in nummo Allecti. Infra, MI XXI. *Mercatorum primum vicesimæ primæ* tributum. *Pax Augustorum* est, securitas ab hostibus & latronibus, ut dixi in libro. De Nummis Sæculi Constantiniani; eademque *Securitas publica.* Hanc pacem Mercatores dicunt se referre acceptam Carausio, & aliis duobus Augustis. Tam est Gallicana fabrica omnium Carausii & Allecti nummorum, quam quæ maxime. Pacem porro inter se coluisse Augustos tres necesse est, qui pacem simul Reipublicæ procurarent.

IMP. CARAVSIVS P. F. AVG. .)(. ROMANO RENOV. Lupa cum gemellis. *Romani Orbis Renovatio.* Infra, S R *Spes Reipublicæ.* Argenteus est.

Hoc ipso anno Christi 284. a Thoth, sive a Septembri, incipit ÆRA MARTYRVM, ut vocant. Vide litteras Patriarchæ Alexandrini ad Clementem Papam VIII. datas, XVI. *Hatur anno mundorum Martyrum*, ut vocant, MCCCX. qui dies est XXII. Novembris, MDXCIII. Apud Baronium, in Appendice tomi sexti. Verum nec epistolæ alicui, nec Actis ullis publicis, quæ in Ægypto confecta dicerentur, memini me legere hanc Æram subscriptam, ante tempora Concilii Florentini. Ne in epistola quidem apparet, que Michaëlis Patriarchæ Alexandrini nomine legitur in pseudo-synodo Photiana, anni 879. . . . Die sabbati, 9. April. 1701.

Anno Christi 285. V. C. 1038. *Cari* 1.

Natali Urbis defertur imperium ad annos tres, M. Aur. Caro: additis comitibus, tum Numeriano filio, tum fratre Carino, Cæsaribus. Verum Carus obiit anno sequente circiter mensem Julium.

In nummis Cari & Carini, qui sunt pervulgati & triti, ætas quam vultus præfert, fratres esse clamat ambos patrueles; non, ut historici mentiuntur, Carum esse Carini patrem. Uterque enim fere quinquagenarius ibi videtur; & Carinus certe aliquanto major natu quam Carus. Numerianus annorum viginti in suis nummis apparet: cui factum nomen est a Numeria conjuge, quemadmodum olim *Domitiano* a Domitia. Prælatus est autem Carino Carus, eo quod esset ex familia primogenita; quemadmodum Valerianum ante annos XXX. Gallieno, ob causam eamdem.

STEM-

STEMMA MARCO-AVRELIORVM,

Probi, Juliani, Cari, Carini, Numeriani, & Maximiani, Herculii.

M. AVREL. COMMODVS PIVS FELIX.

Aurelius Cæsar.

Aurelius Cæsar.

Aurelia. Nupsit Probo. — Aurelia. Nupsit Caro. — Aurelia. Nupsit Carino Cari fratri.

(Aurelia, Nupsit Probo:) M. AVR. PROBVS P.F. AVG. — M. AVR. IVLIANVS P.F. AVG. Conjux, Julia, filia Pacatiani. — M. AVR. MAXIMIANVS P. F. AVG. Conjux, Fl. Val. Maxima.

(Aurelia, Nupsit Caro:) M. AVR. CARVS P.F. AVG. conjux, MAGNIA VRBICA.

M. AVR. NVMERIANVS. Conjux Numeria.

(Aurelia, Nupsit Carino:) M. AVR. CARINVS P. F. AVG.

Numismata Cari Aug.

IMP. CARO AVG. ET CARINO N. CAES. Capita amborum adversa, & laureata.)(. SAECVLI FELICITAS. Pueruli quatuor, anni tempestatum indices. Est ex ære maximo nummus, apud D. Vaillant; mihi valde suspectus.

IMP. C. M. AVR CARVS P. F. AVG. Capite radiato.)(. AETERNIT. IMPERI. Solis currentis effigies. Infra, A R. *Arelatensium* tributum. Ex ære minimo, in Museo nostro. *Æternitas Imperii*, Imperatoribus ex Augusta domo semper prognatis, hoc titulo prædicatur. Alius apud Abb. Mezzabarba, habet K A A. *Vicesima primæ primum* tributum.

IMP. C. M. AVR. KARVS AVG. Capite laureato; vultu annorum XLV.)(. KARINVS NOBIL. CAES. Capite laureato: vultu annorum fere L. Aureus est perpulcher, apud D. DE BOZE, ex Regia numismatum Academia. Est & in Thesauro Regio.

IMP. C. M. AVR. CARVS AVG. Capite radiato.)(. PAX AVG. Dea Pax cum oleæ ramo. In nummi area, latere dextro, B. *secundum* tributum. Solus tunc Carus Augustus fuit.

A. K. M. KAPOC CEB *Imp. Cæsar M. Aurelius Carus Aug.* Capite laureato.)(. L. A. *Anno primo.* Aquila Romana lauream humero, rostro coronam gerit. Apud Tristanum, pag. 305. In alio, apud P. CHAMILLART, est Dea cum libra & Cornucopiæ. L. A.

Numismata Magniæ Urbicæ, Cari Aug. conjugis.

MAGNIA VRBICA AVG.)(. VENVS GENETRIX. Venus stans pomum dextra tenet. Est ex argento, apud P. CHAMILLART. *Venus Genetrix* Augusti vel Augustæ dicitur, ut alterutrius comitas, humanitas, urbanitasque commendetur: sive ut dicatur alteruter ab ipsis Charitibus natus & educatus.

Eadem inscriptio.)(. VENVS VICTRIX. Stans Dea galeam dextra tenet, læva hastam puram: ad pedes clypeo adposito. Infra, S XXI T. *Secundum vicesimæ primæ tributum.* Ex ære minimo nummus est in Museo nostro. In alio simili, apud D. FOVCAVLT, litteræ sunt, KAS. *Vicesimæ primæ sextum* tributum. In alio, apud P. CHAMILLART, litteræ sunt, KA Γ. quæ significant, *Vicesimæ primæ tertium* tributum.

Eadem inscriptio.)(. SALVS PVBLICA. Dea Salus sedens pascit serpentem. Curam ægrorum vel Nosocomiorum Augusta suscepisse hoc titulo dicitur. Latere sinistro, A. *Primum*: infra, S M S XXI. *Societatis Mercatorum Sisciensium vicesimæ primæ* tributum. Quæ forma litterarum cùm in Carini & Numeriani nummis occurrat, & sit eadem forma & fabrica nummorum quoque istorum, Magniam Urbicam Cari fuisse conjugem, matrem Numeriani, arbitramur. Nam a conjuge Numeria factum est Numeriano nomen, ut a Domitia Domitiano. Est hic nummus ex ære minimo, descriptus a D. Genebrier, viro erudito.

Eadem inscriptio.)(. PVDICITIA AVG. Sedet Dea velata, ut Pudicitiam decet; dextra pomum, sinistra hastam puram tenet. Ad pedes stant duo exigua statura, civis togatus elata dextera, opem Augustæ implorans; & femina. Pone Urbicam stat Felicitas, dextra tenens caduceum, sinistra Cornucopiæ. Nummus est ex ære maximo, apud D. CROISAT, in hac civitate. Visum est erudito viro pingi in hoc nummo Cæsares duos. Falso. Nam quo istud sensu, aut qua significatione, cum titulo PVDICITIA AVG? Sed cives sunt Romani duo, mas & femina; qui pudicitiam Augustæ prædicant & extollunt; hoc est, vigilantiam & curam, qua pudicitiam in civitatibus tutarentur, pulsis meretricibus, Augustus & Augusta. Ad pedes Pudicitiæ, quam hic depingi titulus admonet, Cæsares cur apponerentur? Magnia Urbica in suis omnibus numismatis ætatem refert, qua possit Numeriani quidem mater censeri; non Carini certe; quo annis pius decem junior est. Sunt alii apud Occonem Magniæ Urbicæ nummi inscripti, IVNO REGINA, & VENVS CELEST. In Thesauro Regio aureus est inscriptus, CONCORDIA AVG.

Numismata Carini Cæsaris.

CARINVS NOBIL. CAES. Capite radiato. *Nobilissimus Cæsar.*)(. SAECVLI FELICITAS. Ipse cum hasta, orbem Romanum læva gerit. In nummi area, latere sinistro, B. ut supra. Ex ære minimo, in Museo nostro.

M. AVR. CARINVS CAES. Capite radiato.)(. PRINCIPI IVVENTVTIS. Carinus

rinus tenet signa militaria duo. Infra, KA Є. *Vicesimæ primæ quintum* tributum, Ibidem. Alius, apud Abb. Mezzabarba, habet Є KA.

M. AVR. CARINVS NOB. CAES. Capite radiato. .)(. PRINCIPI IVVENTVTIS. Carinus signum militare læva, dextra orbem Romanum tenet. Infra, KAB. *Vicesimæ primum secundum* tributum. In alio, etiam captivus ad pedes sedet. Infra, Q XXI. *Quartum vicesimæ primæ* tributum. Nunc Græcis litteris, nunc Latinis, idem exprimitur. Uterque est in Museo nostro.

Ut supra. .)(. PIETAS AVGG. *Augustorum.* Vasa Pontificalia. In Pontificum collegium cooptari, hæc pietas, inquit, omnium Augustorum est. Infra, KA Z. *Vicesimæ primæ septimum* tributum. Argenteus, ibidem.

M. AVR. CARINVS N. C. Caput Carini: dextra tenet hastam, læva equum freno retinet, ut Princeps Juventutis. .)(. TRAIECTVS AVGG. Augustus in navi Prætoria, cum remigibus & adstantibus militibus, temonem regit. Est ex ære maximo; sed fictus ad stabiliendam fabulam de bello & exitu Cari in Perside; cujus in nummis vulgaribus nullum vestigium est; hoc est, neque in ære minimo, neque in argento, vel auro.

A. K. M. A. KAPINOC K. *Imp. Cæsar M. Aurelius Carinus Cæsar.* Dea Annona, cum temone & Cornucopiæ. L. A. *Anno primo* Cari Augusti. Neque enim anni signantur in nummis, nisi Augustorum. *Imperatorem Cæsarem* se Carinus appellat, hoc est, Præfectum Exercitui summo cum illo imperio quod Cæsaribus ex Augusto prognatis hereditario jure debetur: ex eaque Cæsarum se stirpe esse, repetito Cæsaris nomine significat. Ejusdem formæ Latinam epigraphen in Numeriano mox proferam. Est hic præclarus ac singularis ex ære minimo nummus, apud P. Chamillart.

Numismata Numeriani Cæsaris.

M. NVMERIANVS NOB. CAES. Capite radiato. *Marcus* a majoribus, a quibus & *Aurelius: Numerianus*, a conjuge. .)(. PRINCIPI IVVENTVTIS. Tenet Numerianus duo signa militaria. Infra, Є KA. *Quintum vicesimæ primæ* tributum. In Museo nostro.

M. AVR. NVMERIANVS NOB. CAES. Capite radiato. .)(. MARS VICTOR. Mars gradiens cum hasta & spoliis. Latere nummi dextro, C. Argenteus ibidem.

IMP. C. M. AVR. NVMERIANVS NOB. C. Capite radiato: vultu annorum XVIII. *Imperator Cæsar M. Aurelius Numerianus Nobilissimus Cæsar.* .)(. VIRTVS AVGGG. *Virtus Augustorum trium*, Cari, Carini, & Numeriani. Jam enim sunt Augustis pares, qui sunt Imperatores; tametsi, quod ipsi hi nummi docent, aliud proprie Augustus est, aliud Imperator. In hujus nummi area Dea turrito capite stans, Imperatori pariter stanti & paludato, gerenti læva manu bacillum Imperatorium, orbem Romanum porrigit, cui Victoria imposita coronam Imperatori porrigit. Inter utrumque, ЄΔ. εὐχῇ δήμου: *Voto publico.* Infra, XXI. *Vicesimæ primæ* tributum. Est hic præclarus ex minimo ære nummus apud D. Baudelot. Primum est Numerianus *Imp. Cæsar*, hoc est, a Senatu designatus ad summum in Exercitu imperium gerendum; quod debetur Cæsaribus ex Augusto prognatis: reipsa se talem esse, cui jure natalium illud debeatur, hoc est, *Cæsarem* reipsa esse postea profitetur. Id quod *Cæsarem* utrobique familiæ cognomen esse demonstrat. Quod si merus esset titulus dignitatis, nonnisi ridicule & insulse bis poneretur. Sed idem valet *Imp. Cæsar*, atque Imperator jure Cæsarum hereditario; sive eo jure quod familiæ Cæsarum competit, non quod familiæ Drusi Germanici Imperatoris.

Anno Christi 286. V. C. 1039. *Cari* 2.

Kalendis Januariis, Consulatum init Carus Augustus. Simul Carinus salutatur Augustus. Natali Urbis, etiam & Numerianus.

IMP. C. M. AVR. CARVS P. F. AVG. Capite laureato, dextra scipionem Consularem tenet, læva orbem Romanum, cui Victoria imposita est. .)(. MONETA AVGG. *Moneta*, hoc est, Curia Monetalis *Augustorum.* Tres Deæ Monetæ, de more. Est ex ære maximo, in gaza Regia.

IMP. C. M. AVR. CARVS P. F. AVG. Capite laureato. .)(. VICTORIA AVGG. FEL. *Victoria Augustorum felicissima.* Victoria gradiens. Aureus est in gaza Regia.

IMP. C. M. AVREL. CARVS AVG. Capite radiato. .)(. VICTORIA AVGG. *Victoria Augustorum* duorum. Victoria coronam lauream dextra, læva palmam gerit: ad pedes, hinc & inde, Aquilæ Romanæ duæ. Latere nummi dextro, A. *Primum* tributum. Est in Museo nostro argenteus. Augusti duo sunt, Carus & Carinus.

CARVS ET CARINVS AVGG. Capita duo conjuncta, Cari & Carini. .)(. VICTORIA AVGG. Victoria gradiens. Est apud Mediobarbum, pag. 419. ex schedis Sponianis; quæ sunt nobis valde suspectæ. Sed dicunt fortassis schedæ istæ dumtaxat, in Cari & Carini nummis legi hanc epigraphen, VICTORIA AVGG.

IMP. C. M. AVR. CARVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. IOVI VICTORI. Juppiter stans cum hasta, Victoriam orbi Romano impositam dextra tenet. Ad pedes, Aquila Imperii symbolum. Infra, KA B, *Vicesimæ primæ secundum* tributum. In Museo nostro.

IMP. C. M. AVR. CARVS AVG. Capite radiato. .)(. PAX AVGG. Pax hastam & florem tenet. In area nummi, B. *secundum* numisma, vel tributum. Est ex ære minimo, ibidem.

IMP. CARVS AVG. Capite laureato. .)(VIRTVS AVGG. Pallas galeata, cum hasta & clypeo. Ibidem.

DEO ET DOMINO CARO AVG. Capite laureato. .)(. VICTORIA AVG. Victoria orbi insistens, dextra coronam ostentat. Aureus est in Thesauro Regio. *Deus est mortali juvare mortalem*, ut sæpe ex Plinio diximus. Simili vocis translatione in ipsismet litteris sacris, ob partem aliquam divinæ potestatis Mosi communicatam, appellatur is *Deus Pharaonis.*

DEO ET DOMINO CARO AVG. Capita Solis & Cari opposita & radiata, ad ostendendam similitudinem Cari cum Sole, quæ est in beneficentia posita. .)(. FELICITAS REIPVBLICAE. Dea columnæ innixa, læva scipionem Imperatorium, *le bâton de commandement*, dextra caduceum tenet. Infra, XX. I. *Vicesimæ primæ* tributum. Est ex ære minimo, in Cimelio D. Foucault.

DEO ET DOMINO CARO INVIC. AVG. *Invicto Augusto.* Capita duo, Solis & Cari, opposita. .)(. FELICITAS REIPVBLICAE, ut proxime. Infra, XII. Tributum *duodecimum.* Fuit in Museo San-Genovefano, ex ære minimo.

Ut supra: capite solo Cari, eoque laureato. .)(. FIDES MILITVM. Fides inter signa militaria duo. Vidi ex ære minimo, apud D. Baudelot.

IMP. CARVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. PAX EXERCITI, pro *Exercitus.* Dea stans, dextra ramum oleæ, læva gestat signum militare. Infra, P XXI. *Primum vicesimæ primæ* tributum. Ex ære minimo apud P. Chamillart.

In

In alio ibidem, SPES PVBLICA. Spes florem tenet. Infra, S XXI. *Secundum*.

Circiter mensem novembrem obiit Carus in magistratu: quam ob rem nummi post obitum sunt eidem inscripti, DIVO CARO AVG.

DIVO CARO PARTHICO. Capite radiato. .)(. CONSECRATIO. Ara cum igne. Ex ære minimo, in Museo nostro. Non ob expeditionem, quam Carus susceperit, dum Augustus fuit, *Parthicus* appellatur; sed illius, quam idem Princeps Juventutis sub Probo gessit, memoria revocatur. Nulli enim nummi, nisi ex ære maximo, hoc est, adulterini, hujus expeditionis, dum Carus Augusti titulum gessit, faciunt mentionem.

DIVO CARO PIO. Capite laureato. .)(. CONSECRATIO. Phœnix orbi Romano impositus. Aureus est in Gaza Regia.

DIVO CARO PIO. Capite radiato. .)(. CONSECRATIO. Aquila Romana. Infra, II. *Secundum* tributum. Est hic apud P. CHAMILLART. In alio apud Tristanum, pag. 303. Ara cum igne.

DIVO CARO PERSICO. .)(. CONSECRATIO. Aquila Romana. Apud Spanhemium, pag. 419.

DIVO CARO. Capite radiato. .)(. CONSECRATIO. Aquila Romana. Infra, KA H. *Vicesimæ primæ octavum* tributum. Apud P. CHAMILLART.

DIVO CARO AVG. Capite radiato. .)(. CONSECRATIO. Aquila Romana. Ibidem, ex ære minimo. Latere nummi sinistro, Δ. infra, XXI. *Quartum Vicesimæ primæ* tributum.

ΘΕΩ ΚΑΡΩ CEB. *Divo Caro Augusto*. .)(. Ara cum igne. ΚΑΘΙΕΡΩCIC. *Consecratio*. B. Anno *secundo* Imperii. Est in Thesauro Brandeb. tom. 2. pag. 166.

ΘΕΩ ΚΑΡΩ CEB. Capite laureato. .)(. ΑΦΙΕΡΩCIC. *Consecratio*. Aquila. Edidit Morellius, in Specimine.

Numismata Carini Aug.

IMP. CARINVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. FELICITAS PVBLICA. Dea dextra trophæum gerit, læva columnæ innixa. Infra, T XXI. *Tertium vicesimæ primæ* tributum. Argenteus in Museo nostro.

Ut supra. .)(. AEQVITAS AVGG. Dea cum libra & Cornucopiæ. Infra, KA Z. *Vicesimæ primæ septimum* tributum. Argenteus, ibidem.

IMP. C. M. AVR. CARINVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. IOVI VICTORI. Infra, KA B. ut in nummo Cari hoc anno. Ibidem.

IMP. C M. AVR. CARINVS AVG. Capite radiato. .)(. GENIVS EXERCITI. Serapis stat cum patera & Cornucopiæ. Infra, KA B. Ex ære minimo, ibidem.

Ut supra. .)(. FIDES MILITVM. Dea tenet signa militaria duo. Infra, KA Є. Ibidem.

IMP. CARINVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. PIETAS AVG. Mercurius incedens, dextra crumenam, læva caduceum tenet. Infra, KA Δ. Vidi apud Abb. Mezzabarba. Pacem & securitatem patriæ reddidisse Carinus dicitur, tutis a latronum infestatione itineribus: & hæc est Carini Pii *pietas* erga patriam.

IMP. C. M. AVR. CARINVS P. F. AVG. Capite radiato, .)(. VOTA PVBLICA. Imperator & Tribunus dextras jungunt inter signa militaria. Infra, SMS XXI B. *Societatis Mercatorum Sisciensium vicesimæ primæ secundum* tributum. Ex ære minimo, apud P. CHAMILLART.

Ut supra. .)(. AETERNITAS AVGG. Dea tenet orbem Romanum, cui Phœnix insistit. Infra, KA Γ. In Museo nostro. *Æternitas* domus Augustæ hoc titulo prædicatur, quæ usque ad Carinum sit propagata.

IMP. C. CARINVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. VIRTVS AVGG. Imperator dextro nummi latere, cum bacillo Imperatorio, & Hercules cum hasta, lævo latere, tenent orbem Romanum, cui Victoria imposita est. Ad pedes, A. Infra, XXI. *Primum vicesimæ primæ* tributum. Ibidem.

IMP. CARINVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. VIRTVS AVGG. Imperator dextra hastam, læva bacillum Imperatorium tenet. Infra, LVG. In area nummi, latere lævo, A. *Primum Lugdunensium* tributum: *la premiere contribution*.

IMP. C. M. AVR. CARINVS P. F. AVG. Capite laureato. .)(. VIRTVS AVGVSTOR. Carinus & Numerianus paludati dextras jungunt. Carinus ab Hercule, cui clava in læva est; Numerianus ab Apolline sive Sole, cui radiatum caput est, coronatur. Est apud Patinum, pag. 439.

A. K. M. A. ΚΑΡΙΝΟC CEB. Capite laureato. .)(. Dea Spes, adjecto Solis sidere. L. B. *Anno secundo* familiæ. Cari Aug. nummus est ex ære minimo, in Museo P. CHAMILLART.

Numismata Numeriani Aug.

IMP. C NVMERIANVS P. F. AVG. COS. Pectore tenus effigies Numeriani laureati: dextra tenet scipionem Consularem, læva orbem Romanum. .)(. ADLOCVTIO AVGG. Numerianus & Carinus e suggesto, cum Præfecto Prætorio, cohortes adloquuntur. Est ex ære maximo, mihi valde suspectus.

Ut supra. .)(. TRIVMPHVS QVADORVM. Hic nummus ita describitur a D. Vaillant, pag. 246. IMP. C. NVMERIANVS P. F. AVG. COS. .)(. TRIVMPHVS QVADORVM. *Duo Imperatores* (Carinus & Numerianus) *in quadrigis triumphalibus, Victoria præeunte: adsunt duæ figuræ in vertice, & duæ aliæ infra cum spoliis.* At veteres certe non dicerent, *Triumphus Quadorum*; ut nec *Triumphus Germanorum*: sed DE QVADIS dicerent, quemadmodum scripserunt, DE GERMANIS. Cum substantivo nomine *Triumphus*, in gignendi casu ponitur is qui triumphum retulit; non is de quo quis triumphum egit. Sic in nummo Vespasiani legas, TRIVMP. AVG. & in nummo Fl. Juliani Aug. TRIONFVS CAESARIS. Qua forma sexcenties VICTORIA AVG. in nummis occurrit. Itaque verius credimus Illustriss. Spanhemio, pag. 81. scriptum esse dumtaxat in eo nummo, qui fuit ex ære maximo in Cimelio Reginæ Christinæ, TRIVMFVS QVAD. Et cum sint in ea nummi area viri *quatuor* insculpti (figuras appellat D. Vaillant) *cum spoliis*; legendum opinamur, TRIVMFVS QVADRVPLEX: nimirum ex quatuor diversis hostibus, præliisve.

A. K. M. A. ΝΟΥΜΕΡΙΑΝΟC CEB. Capite laureato. .)(. L. B. *Anno secundo* Cari Augusti, qui Numeriani pater. Incipit hic annus secundus more Græco, Septembri hujus anni. Victoria hic palmam gestat & coronam. Est ex ære minimo apud D. FOUCAULT, & apud P. JOBERT.

Anno Christi 287. V. C. 1040. Carino & Numeriano Augg.

Kal. Januariis fit Consul Numerianus Aug.

A. K. M. A. ΚΑΡΙΝΟC CEB. Capite laureato. .)(. ΛΕΓΙΩΝ B. ΤΡΑΙ. *Legio secunda Trajana*. L. Γ. *Anno tertio* imperii Caro Aug. & domui ejus concesso: qui annus more Græco incipit autumno hujus anni. Cusum hunc esse nummum Alexan-

lexandriæ, clamat fabrica. Est in Cimelio D. Foucault.

IMP. NVMERIANVS AVG. Capite radiato. .)(. ORIENS AVGG. Sol Oriens. Cura rerum Orientis, quam Augusti gererent, commendatur: quantulacumque esset ibi adhuc ditio Romanorum. Infra, KA ς. *Vicesima primæ sextum* tributum. Est ex ære minimo, in Museo nostro.

Ut supra .)(. IOVI VICTORI. Infra, KA B. ut in nummis Cari & Carini, hoc anno. Ibidem.

Ut supra. .)(. VNDIQVE VICTORES. Stat ipse paludatus, dextra tenet orbem Romanum, hastam sinistra. Infra, KA Γ. In alio, K ς. Utrumque vidi apud Abb. Mezzabarba. Posterior est & in Museo P. Chamillart.

IMP. NVMERIANVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. PROVIDENTIA AVGG. Dea Annona Cornucopiæ læva tenet, dextra spicas, supra modium tritico plenum. Infra, T XXI. *Tertium vicesimæ primæ* tributum. Ibidem.

IMP. C. NVMERIANVS P. F. AVG. COS. Pectore tenus effigies Numeriani laureati, dextra tenet scipionem Consularem cum Aquila Romana; læva orbem Romanum, cui Victoria imposita coronam Augusto dextra porrigit, læva palmam gerit. .)(. MONETA AVGG. *Moneta*, hoc est, Curiæ Monetalis *Augustorum*. Tres Deæ Monetæ, cum cumulis æris, argenti, & auri. Est ex ære maximo, in Gaza Regia.

IMP. NVMERIANVS AVG. Capite radiato. .)(. PIETAS AVGG. Mercurius cum crumena & caduceo: ut in Carino, anno superiore. Infra, KA B. *Vicesimæ primæ secundum* tributum. Ex ære minimo, in Museo nostro.

IMP. C. NVMERIANVS AVG. Capite radiato. .)(. PAX AVGG. Pax læva hastam puram, dextra florem gerit. Latere dextro nummi, H. Tributum *octavum*. In alio, B. *secundum*. Ibidem, ex ære minimo.

IMP. C. NVMERIANVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. FIDES EXERCIT. AVGG. Γ. Infra, SMS XXI. *Fides Exercitus Augustorum. Tertium Societatis Mercatorum Sisciensium vicesimæ primæ* tributum. Apud Tristan, tomo III. pag. 314. Dea sedens cum patera, læva tenet signum militare: ad dexteram alia duo signa sunt.

IMP. NVMERIANVS AVG. Capite laureato, cum hasta: equum freno retinet. .)(. VIRTVS AVGVSTORVM. Numerianus & Carinus in equis hostes proterunt, sua unicuique Victoria, lauream gestans, coronam imponit. Est ex ære maximo, apud Tristanum, pag. 31.

Ut supra. .)(. MARS VICTOR. Latere dextro, C. In alio, eadem littera C latus sinistrum occupat. Est uterque apud P. Albaret, Societatis nostræ, Turnonii.

IMP. C. NVMERIANVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. CLEMENTIA TEMP. *Clementia Temporum.* Imperator & Tribunus tenent Victoriam. Ad pedes, Δ *quartum:* infra, XXI. *vicesimæ primæ* tributum. Est in Museo P. Chamillart.

Ut supra. .)(. ROMAE AETERNAE. Roma sedet galeata, dextra Victoriam, læva tenet hastam. Infra, VI XXI T. *Sextum vicesimæ primæ tributum*. Ibidem.

Quam est autem expedita & facilis, si nummi soli consulantur, horum ratio temporum, quam Chronologiam vocant; tam est illa intricata, si Romanæ historiæ architectos sequaris duces; quos nulla certe potest inter se conciliare vis ingenii aut conjectationis. Nam quis mendaces ut vera dixerint possit efficere? *Nihil est incertius*, inquit Scaliger in Animadv. Eusebianis, ad an. 2299. *nihil perturbatius temporibus trium horum Augustorum*, Cari, Carini, & Numeriani, *& initio Diocletiani.* Et Baronius Card. *Cum Numerianus paulo post patrem interfectus sit, unde, quæso, quod nonnulli Martyres sub Numeriano passi leguntur in cunctis Martyrologiis? Haud res est facilis demonstratu.* At in nummis antiquis suos illi habent annos distinctos probe, hac serie:

Anno Christi			*Anno Christi*		
281	Probi	L. Δ.	285	Cari	L. A.
282	. . .	L. E.	286	Cari & Numeriani	L. B.
283	. . .	L. ς.	287	Carini	L. Γ.
284	. . .	L. Z.	288	Diocletiani	L. Δ.

Ita ut anni singuli, more Græco, ut dixi, autumno anni Christi, cui adsignantur, incipiant.

Sed jam finis esto de hoc argumento scribendi. Fatigationem enim nos juste prætendere, post tot, & plerasque quidem tam prolixas epistolas ad te perscriptas, ne tu quidem, cum Judex integerrimus audias, diffiteberis. De Diocletiani & subsequentium Augustorum nummis abunde disseruisse possumus videri in Numismatis sæculi Constantiniani. Cui operi quod deest, adiicient ii nullo labore, aut exiguo, qui possunt jam inventis addere.

Hic interim considerare te parumper velim, quot se argumenta subinde in tanta nummorum serie obtulerint, ad nostram sententiam stabiliendam; qua censemus Cæsares omnes, & Augustos, ex ipsomet Augusto vel sorore ejus, quæ pariter *Julia* & *Cæsar* fuit, esse prognatos: nec Cæsaris nomen, ut vulgo persuasum est, merum esse, post Neronem, titulum dignitatis, ut nunc est: sed cognomen esse hereditarium, cujusmodi est in gente una Borbonia cognomen *Condæi*. Nam præter numismata inscripta, AETERNITAS AVG. vel AVGG. in Tito, Hadriano, Gordiano, Philippo, Postumo, Tetrico, Vabalatho, Tacito, Floriano, Probo, Caro, Carino, & Diocletiano: quæ id satis aperte docent; vel ex ipso situ nominis *Cæsar*, qualis est in titulis quorumdam Imperatorum, si quidem ratiocinari volumus, evidenter conficitur, non in illis solum, sed & in ceteris omnibus, *Cæsar* familiæ cognomen semper fuisse.

Nam in illo, T. CAESAR VESPASIANVS; cum inter prænomen Titi interferatur, & Vespasiani cognomen; *Cæsar* habere nominis vicem manifestum est. Ergo Titus fuit nomine *Cæsar*. Ergo & Vespasianus pariter & Domitianus. Id quod evincit & Julia Titi filia; cui *Julia* nomen esse non potuit, nisi nata ex Julio sit.

In nummo Trajani, qui est inscriptus, NERVA CAESAR TRAIANVS; nonne *Cæsar* æque cognomen ac *Nerva* & *Trajanus* est? Est igitur & in ipso Nerva cognomen: & in Hadriano, qui pronepos Nervæ fuit.

In nummis deinde Antonini Pii permultis, qui sunt inscripti, T. AEL. CAESAR ANTONINVS, & T. CAESAR ANTONINVS; quid facit eo loci *Cæsar* post *Titi* prænomen, vel nomen *Ælii*, si non est cognomen? Quod si est autem ibi cognomen, est profecto similiter in Ælio Cæsare, a quo habet Antoninus, ut *Ælius Cæsar* sit. Ergo & in Hadriano quoque, qui & *Ælius*, & *Cæsar* fuit. Et in Commodo, qui nepos Antonini.

Denique cur similiter scriptum est in nummo Marci Antonini, anno Christi 177. AVRELIVS CAESAR ANTONINVS, nisi *Cæsar* æque cognomen

men atque *Antoninus* est? Ergo etiam in Commodo Marci filio *Cæsar* cognomen est, & in Augustis Piis Felicibus, qui sunt orti ex Commodo. Ergo in Augustis omnibus

Nam in ipsis Carino & Numeriano, qui sunt omnium postremi, ex his de quibus ad te scripsi, quid facit *Cæsaris* nomen, bis in titulo positum; A Y. K. M. AYP. KAPINOC K. IMP. C. M. AVR. NVMERIANVS NOB. C. si merus est hic titulus honoris vel dignitatis?

Quamobrem dignum esse venia censui, si ex nominibus, quæ sunt in titulis nummorum veterum, explorarem & scrutarer origines & stemmata singulorum, ut feci; ad cognationes eorum ex ipsis nominibus eruendas. Tu nostris conjectationibus fruere, & Vale. Sed & Deum Opt. Max. pro me, quæso, enixe præcare; cujus sanctissimæ religioni defendendæ ac promovendæ, quæ sola Catholico-Romana est, etiam tum operam damus, (quantumvis nunc istud multis, qui se eruditos credi volunt, incredibile videatur,) dum nummos veteres illustramus; & veram historiam, veramque rationem temporum, adversus fabulatores improbos & impios, eorumdem nummorum subsidio exhibemus. Antequam mensis prætereat, mittam ad te uno fasciculo, quæ dudum collegi & explicui Numismata sæculi Theodosiani, & Numismata Sæculi Justinianei. Afferet tibi nonnullam, ut spero, Vir Erudite, Numismatum illorum contemplatio atque interpretatio, voluptatem. Parisiis, pridie Kal. Octobres, MDCCI.

DE LXX. HEBDOMADIBUS DANIELIS,

Pro R. P. Joanne Harduino

Societatis Jesu Presbytero,

Adversus R. P. BERNARDUM LAMY Congregationis Oratorii Presbyterum,

DEFENSIO.

Ex novissima editione Operis de Doctrina Temporum P. Petavii ante annos sex Amstelodami adornata: cui præfixa hæc Dissertatio est, transmissa ad Typographum a Nobiliss. Viro D. de Langhenmantel, Canonico Augustano: qui quam per litteras petierat ab Auctore amico suo, dignam censuit quæ in publicam lucem tunc prodiret, ac pro similitudine argumenti præfigeretur Petaviano Operi.

Nunc prodit emendatior & auctior.

CUm Bibliopolarum nuper in hac civitate tabernas librarias circumcursarem, in una quadam ex his oblatus est mihi liber, Reverende Pater, a te recens editus, hoc titulo: *Apparatus Chronologicus & Geographicus ad Commentarium in Harmoniam seu Concordiam quatuor Evangeliorum.* Inter alias autem Dissertationes, quibus hoc opus onerasti, illam in primis ibi cursim pervolvi, (quantum in publica Bibliopolæ nominatissimi taberna licuit,) quæ est de LXX. Hebdomadibus Danielis. Miratus sum enim vehementer, ipso perculsus titulo, esse aliquem, qui vellet actum agere; hoc est, post interpretationem prophetici oraculi a R. P. Joanne Harduino allatam, in Chronologia Veteris Testamenti, aliam cudere. At ubi eamdem a te oppugnari legendo deprehendi, multo mihi magis mirum visum est. Vidi enim tamdem nihil a te proferri in contrarium, quod non alienissimum a vero sit: nihil ad tuam constabiliendam sententiam, quod non sit mirifice imbecillum. Faciam autem ut id ipse quoque intelligas, proposita primum ante oculos Danielis de Christo Domino prophetia, ex cap. IX. quæ venit in controversiam: ut singula rursum mecum verba perpendas, quæ nec integre descripsisti, nec videris satis diligenter considerasse.

In anno primo Darii filii Assueri, de semine Medorum, qui imperavit super regnum Chaldæorum: anno uno regni ejus, ego Daniel intellexi in LIBRIS numerum annorum, de quo factus est SERMO Domini ad Jeremiam prophetam, ut complerentur desolationis Jerusalem SEPTUAGINTA ANNI. Et posui faciem meam ad Dominum meum rogare & deprecari in jejuniis, sacco, & cinere..... Cumque adhuc loquerer, & orarem ..... ecce vir Gabriel.... locutus est mihi, dixitque: Daniel, nunc egressus sum, ut docerem te, &
intelligeres. 23 Ab exordio precum tuarum egressus est
SERMO: ego autem veni ut indicarem tibi ..... Tu
ergo animadverte SERMONEM, & intellige VISIONEM. 24 SEPTUAGINTA HEBDOMADES ABBREVIATÆ SUNT super populum tuum, & super urbem sanctam tuam, ut consummetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur justitia sempiterna, &
ungatur sanctus sanctorum. 25 Scito ergo, & animadverte: AB EXITU SERMONIS, ut iterum ædificetur Jerusalem, usque ad Christum ducem, hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ erunt: & rursum ædificabitur platea, & muri in angustia temporum.
26 Et post hebdomades sexaginta duas OCCIDETUR CHRISTUS: & non erit ejus populus, qui eum negaturus est. Et civitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo: & finis ejus vastitas, & post
finem belli statuta desolatio. 27 Confirmabit autem pactum multis hebdomada una: & in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium: & erit in templo abominatio desolationis: & usque ad consummationem & finem perseverabit desolatio.

CAPUT

CAPUT I.

Calculus Hebdomadum ex hypothesi P. Harduini.

Anni ante Christum.	REGES JUDA.	BABYLONII.	PERSÆ.	MEDI.
608	1 JOACHIM. Annus hic primus est Joachim, usque ad mensem Junium. Urbis Romæ 146.	37 Annus XXXVII. Nabuchodonosoris: cujus anno XIII. contigit historia Judith. Nabuchodonosor alter istius F. a patre in societatem regni adsciscitur.	25 Cyaxaris Medi annus 25. Mediam ille & Persidem obtinebat.	
607	2	38	26	
606	3 Joachim a Nabuchodonosore abducitur Babylonem cum Daniele & aliis. Dan. 1, 1. & 2. Paralip. XXXVI, 6.	39 NABUCHODONOSOR Nabuchodonoris F. regnat solus, mortuo patre, circa Septembrem.	27	

Sub anni finem, *Sermo* Domini ad Jeremiam: cujus *ab exitu*, sive egressu a Deo, computandæ sunt & septem hebdomades & sexaginta duæ. Hinc enim septem hebdomades usque ad Cyrum: hinc etiam sexaginta duæ usque ad Judam Machabæum.

Anni ante Christum.	REGES JUDA.	BABYLONII.	PERSÆ.	MEDI.
605	4 Quartus Joachimi annus usque ad mensem Junium.	1	28	
604	5	2	29	
603	6	3	30	
602	7	4	31 Bellum sex annorum inter Cyaxarem Medorum, & Halyatten Lydorum regem.	
601	8	5	32	
600	9 Annus primus captivitatis annorum LXX.	6	33	
599	10	7	34	
598	11 JECHONIAS. Captivitas Jechoniæ. MARDOCHÆUS, qui postea Estheris patruus, simul abducitur. SEDECIAS Jechoniæ subrogatur.	8	35	
597	2	9	36 Eclipsis a Thalete prædicta, sub Cyaxare Medo contigit hoc anno.	
596	3	10	37 Ex Astyage Cyaxaris F. nascitur Mandane Cyri mater.	
595	4	11	38 Ex Assuero Astyagis fratre natu minore nascitur Darius Medus. Dan. IX, 1.	
594	5 Urbis Romæ 160.	12	39	
593	6	13 Baltassar Nabuchodonosoris F. cum patre regnat. Baruch 1, 11, 12.	40	
592	7	14	1 Astyages Cyaxaris F. regnat in Perside & in Media.	
591	8	15	2	
590	9	16	3	
589	10 V. C. 165. . .	17	4	
588	11	18	5	
587	TEMPLI DESOLATIO.	19	6	
586	1 Annus primus Templi desolati.	20	7	
585	2	21		8
584	3 V. C. 170. . .	22 Nabuchodonosore Perside pellit Astyagen. Jerem. XLIX, 34. &c.		9 Astyages in Media sola regnat, exutus Perside.
583	4	23		10
582	5	24		11
581	6	25		12 Mandane filia Astyagis, Cambysæ Persæ nubit in Media.

Anni ante Christum.	TEMPLI DESOLATIO.	REGES BABYLONII.	PERSÆ.	MEDI.
580	7	26		13 Cyrus genere Persa; nascitur in Media.
579	8 V. C. 175.	27		14
578	9	28		15
577	10	29		16
576	11	30		17
575	12	31		18
574	13 V.C. 180.	32		19
573	14 Esther circiter hoc tempus nascitur in Perside.			20
572	15	34 Baltassar Baltassaris F. nascitur. Nabuchodonosori somnium objicitur. Dan. IV.		21
571	16	35		22
570	17	36 Nabuchodonosor cum belluis agit: *& septem tempora mutantur super eum.* Baltassar Nabuchodonosoris F. obit.		23
569	18 V. C. 185.	37		24
568	19	38		25
567	20	39		26
566	21	40		27
565	22	41		28
564	23 V. C. 190.	42		29 Crœsus regnat in Lydia, in qua & Macedones. Esth. XVI, 14.
563	24	43	1 ASSUERUS Medus, frater Astyagis Medi, Cyaxaris Filius, pulso Nabuchodonosore Persidem recipit. Ipse est Assuerus Estheris. Esth. I. & Dan. IX, 1.	30
562	25	Nabuchodonosor moritur.	2 Annus secundus Assueri, qui & Artaxerxes maximus, Esth. XI.	31
561	26	Evilmerodach rector imperii. Jerem. LII, 31.	3 Assueri convivium. Esth. 2.	32
560	27	1 Nitocris regina vice pupilli Baltassaris imperat. *Regina*, Dan. V, 10.	4	33
559	28 V. C. 195.	2	5	34
558	29	3	6	35
557	30	4	7 Deducitur Esther ad Assuerum. Esther 2.	1 CYRUS Astyagi Mediam eripit, Assuero rege Persidis, Astyagis fratre consentiente: ne Crœsus eam Medis, sicuti Persidem Nabuchodonosor multo ante, eriperet. Hic finis est VII. HEBDOMADUM DANIELIS.
556	31	5	8	2
555	32	6	9	3
554	33	7	10	4
553	34	8	11	5
552	35	9	12 Esther pro Judæis fit supplex Assuero.	6 Anceps victoria inter Cyrum & Crœsum.
551	36	10	13	7 Cyrus Crœsum capit.
550	37	11	14	8
549	38 V. C. 205.	12	15	9
548	39	13	16	10
547	40	14	1 DARIUS Medus Assueri F. regnat in Perside. Dan. IX, 1.	11
546	41	15	2	12
545	42	16	3	13
544	43	17	4	14
543	44	18	5	15
542	45	19	6	16
541	46	20	7	17
540	47	21	8	18
539	48	22	9	19
538	49	23	10	20
537	50	24 Babylon a Cyro capitur, junctis Darii Medi copiis. Relictum Baltassari fiduciario jure regnum, ea lege, ut si prole mascula ipse careret, Persis Medisque Babylonia cederet.		

Anni

Anni ante Christum.	TEMPLI DESOLATIO.	REGES BABYLONII.	PERSÆ.	MEDI.
536	51	1 BALTASSAR 12 regnat solus, Annus 1. Dan. VII, 1.		22
535	52	2 13		23
534	53 V.C. 220.	3 Annus tertius. 14 Dan. V, 30, 31. Dan. VIII, 1.		24
533	54	1 DARIUS MEDUS, annos natus LXII. regnat Babylone; occiso a suis Baltassare. Dan. V, 31. & IX, 1.		25
532	55 Daniel mox implendos LXX. captivitatis annos intelligit. Dan. IX, 1. & de LXX. hebdomadibus simul vaticinatur.	ASTYAGES Medus Darii Medi F. Dan. XIII, 26, 65. Susannæ historia Babylone hoc anno contigit. Dan. XIII, 65.		26
531	56	CYRUS Persa Babylone potitur. Annus hic ibi primus ipsius est. 1. Esdr. I, 1. & V, 13. & VI, 3. & Dan. XIII, 65. Mense Augusto contigit historia sacerdotum Bel. Dan. XIV, 27, 30. Cyrus verum Deum agnoscit, & populum Judaïcum a servitute eximit.		27
530	57 Captivitatis Babylonicæ annus LXX. Zorobabel venit Hierosolyma cum Esdra, & Mardochæo Estheris patruo. 1. Esdr. I, 2. & 2. Esdr. XII, 1.	2		28
529	58 *Annus secundus adventus* Judæorum *in Jerusalem*. Templum ædificari cœptum jubente Cyro; sed mox impeditum opus. 1. Esdr. III, 8. & cap. IV. usque ad annum 2. Darii Hystaspidæ in Babylone. 1. Esdr. IV, 5, 24. Est hic annus Cyri tertius, Dan. X, 1. & idem ultimus.			29
528	59	JASSUERUS MEDUS, Astyagis F. regnat in Perside & Babylonia. Esdr. IV, 6.		1 Cambyses Cyri F. regnat in Media.
527	60	2		2
526	61	3		3
525	62	1 ARTAXERXES Medus, Assueri frater. 1. Esdr. IV, 7. in Perside & Babylonia.		4
524	63 V.C. 230.	2 Artaxerxes prohibet Templi ædificationem. 1. Esdr. IV, 21, 24.		5
523	64	3		6
522	65	4		7
521	66	5 Babylon rebellat, & obsidetur a Dario. Herod.		8 Cambyses obit. Mox DARIUS Hystaspæ F. regnat in Media.
520	67			1
519	68 V.C. 235.	1 DARIUS Hystaspæ F. Babylonem capit, & servat annis sex.	Artaxerxes in Perside interim manet.	2
518	69 Darius & Artaxerxes facultatem tribuunt Templi ædificandi. 1. Esdr. VI, 14.	2 *Darii annus secundus* Babylone. 1. Esdr. IV, 24. & Agg. I. &c. Darius & Artaxerxes reges Babylonis: alter jure, alter reipsa. 1. Esdr. VI, 14.		3
517	70 Septuagesimus 1 hic annus est Templi desolati, Augusto mense desinens. Idem primus Templi restituti.	3		4
516	2	4		5
515	3	5		6
514	4 V.C. 240.	6 *Annus sextus Darii* regis, Babylone. 1. Esdr. VI, 15.		7
513	5 Templi dedicatio.	6 Artaxerxi mense Julio Babylon redditur, quam permutat Perside, Darii patria.	8 Darius Hystaspæ F. in Perside	& Media.
512	6	7 *Annus septimus Artaxerxis*, Babylone. Esdr. VII, 1, 8.		9
511	7	[illegible]		10
510	8	9		11
509	9 V.C. 245.	10		12

Anni ante Christum.	TEMPLI RESTITUTIO.	REGES BABYLONII. PERSÆ	MEDI
508	10	11	13
507	11	12	14
506	12	13	15
505	13	14	16
504	14 V. C. 250.	15	17
503	15	16	18
502	16	17	19
501	17	18	20
500	18	19	21
499	19 V. C. 255.	20	22
498	20 Nehemias impetrat ab Artaxerxe rege Babylonis litteras pro instauratione murorum Jerusalem. Nehem. 2, 1. Ab hoc anno xx. Artaxerxis, qui est V. C. 256. usque ad Christi passionem, anno ipsius xxxiii. V. C. 786. anni sunt 530. Itaque ab hoc anno peti initium non potest LXX. hebdomadum Danielis.		
497	21	22	24
496	22	23	25
495	23	24	26
494	24 V. C. 260.	25	27
493	25	26	28
492	26	27	29
491	27	28	30
490	28	29	31
489	29 V. C. 265.	30	32
488	30	31	33
487	31	32	34
486	32 Hoc anno, qui est xxxii. Artaxerxis regis Babylonis, usque ad mensem Julium, (Dario interim regnante in Media & Perside:) venit Nehemias ad regem. Nehem. xiii, 6.		35
485	33	34	36 Darius moritur Xerxes 1 imperat.
484	34 V.C. 270. Annus hic est XLVI. quo Templi ædificatio est absoluta: a primis scilicet fundamentis jactis sub Cyro, anno V. C. 225. Joan. 2, 20.	35 Artaxerxis ultimus. Quo mortuo Xerxes Babylonia ipsa potitur. Dan. XI. 1.	2
465	V. C. 289. Xerxe mortuo, Artaxerxis Longimani hic vulgo primus notatur annus.		
172	V. C. 582. FINIS LXII. HEBDOMADUM DANIELIS.		
171	Onias summus Sacerdos Antiochiæ occiditur, post LXII. hebdomadas, ante abominationem desolationis ab Antiocho mox inferendam.		
165	FINIS LXX. HEBDOMADUM DANIELIS. Divinus cultus repurgato templo a Juda Machabæo restituitur.		

Certissima hæc ratio temporum illorum habenda est; quæ tempora sunt apud ceteros interpretes divinarum litterarum mirifice intricata: explicata autem feliciter a P. HARDUINO: ea annorum serie ab eodem plurimis firmissimisque constabilita argumentis: quæ ille quidem ex sacris præsertim litteris, ex observatione eclipseos a Thalete prædictæ, ex Herodoti Pliniique libris repetiit. Hæc autem si necesse est ita digeri tempora, ut certe necesse est, fieri omnino non potest, ut LXX. hebdomades Danielis alio modo intelligantur, quam qui est a P. HARDUINO propositus. Hanc igitur Chronologiam a te primum, Reverende Pater, convelli oportuit, siquidem velles novam ab eo institutam Danielici vaticinii interpretationem subruere.

CAPUT II.

Calculus Hebdomadum Danielis ex hypothesi P. LAMY.

AT tu, his omnibus prætermissis, quæ sunt tamen cum ipsa hebdomadum quæstione connexa & cohærentia: cujusmodi sunt eæ controversiæ, Quis Assuerus sit Estheris, ipso tempore Babylonicæ captivitatis, ut ipsamet testatur, Esth. XIV, 8, 9. Quis ille Artaxerxes qui simul regnat cum Dario Hystaspæ F. 1. Esdr. VI, 14. similesque aliæ: his, inquam, neglectis, hypothesim eam proponis, quæ & risum moveat Judæis, neque cuiquam possit placere Catholico vel mediocriter erudito.

Initium enim ducis hebdomadum ab anno XX. Artaxerxis Longimani, qui est annus ante Christum 454. ut quidem ponis: nam primum ejusdem annum censes esse ante Christum 473. His annis, inquis, 454. si addantur anni XXXII. cum tribus mensibus, quos Christus hic peregit, anni sunt 486. Itaque anno 487. e septuaginta hebdomadibus Christum obiisse colligis. Adeo ut annus hebdomadum supremus, idem sit atque æræ Christianæ XXXVI. Verum ut aliquam speciem habeant ista demonstrationis, probari idoneis argumentis oportet, initium hebdomadum peti oportere ab anno XX. Artaxerxis: deinde Artaxerxem illum haud alium esse, quam qui Longimanus appellatur: denique Longimani ipsius annum primum eum esse quem statuis; nempe ante Christum, 473. Atqui hæc omnia esse falsissima in sua Chronologia P. HARDUINUS evicit. Nihil affers igitur quod non anteoccupaverit ac labefactarit.

CAPUT III.

Defensio sententiæ P. HARDUINI.

AN tu enimvero, Reverende Pater, quidquam eorum convellis, quæ ille ad suam hypothesim adstruendam attulit? Nam ille nunc mihi a tua reprehensione vindicandus est; nec tua nisi obiter refutanda opinio; siquidem id ille jam strenue peregit

Ausus es primo loco, dicere, „ *novum Danielis* „ *interpretamentum ideo non multo deversum censendum* „ *ab opinione Marshami*, „ *quia uterque volunt comple-*

„ *tum*

„ tum vaticinium circa idem fere tempus: Marshamus „ sub Antiocho Epiphane, contra quem insurrexerunt „ Machabæi: alter vero in Oniæ morte, quæ huic sa- „ cerdoti obtigit circa hæc tempora. Atqui hæc insignis, pace tua dixerim, calumnia est. Negat enim P. Harduinus conceptis verbis, ullam sibi probari aut placere posse hujus oraculi interpretationem, nisi *ad Christum Servatorem referat potissimam vaticinii partem, quæ Christi necem describit, & Urbis deinde atque Ædis excidium.* Negat sibi placere Veteres, hoc est, ut ibi appellavit, sive Patres Græcos, quorum *ex ingenti numero nemo unus hæc verba,* Occidetur Christus, *aut omnino legit, aut de Christo Servatore accepit, etiamsi fortassis ipsum etiam* Christi *nomen legit: sive Latinos e vetustioribus, qui Christum ibi pariter vel non legerunt, vel non intellexerunt:* Et quamvis *quod plerique legant,* Cessabit unctio; *aut de Hyrcani Pontificis nece abolitòve sacerdotio accipiant, non videatur quisquam cogendus, ut de Christo Domino hunc locum intelligat; ab ea nos tamen opinione,* inquit, *longissime absumus; quibus persuasissimum est, & Græca hoc loco interpolata esse, & Christum hic ipsum Dominum intelligi oportere, ut Vulgatus interpres intellexit.* Affirmat deinde *prophetam Danielis DIRECTE CHRISTUM SPECTARE UNUM, excidiumque Templi subsecutum: Oniam & similes typos, indirecte tantum & secundario, ut loquuntur, tamquam symbola & adumbrationes rerum futurarum:* & Christum quidem directe, siquidem is de nomine appellatur: Oniam indirecte, siquidem de nomine non appellatur. Denique abhorrere se vehementer ab Estii sententia docet, qui in Matth. XXIV. hoc integrum vaticinium *ad Antiochi tempora & profanationem Templi ab eo factam spectare* asseverat. Audi loquentem P. Harduinum: *Non igitur Antiochi regis ac Judæ Machabæi temporibus Danielis vaticinium impletum esse dicimus: Absit. Quamquam* Estius *Doctor Duacenus* &c. Hoccine est dicere, ut affingis, vel Antiochi regis temporibus vel in Oniæ nece vaticinium esse completum? In Estium valet ea sane accusatio: valet & in Sixtum Senensem, e Dominicana familia scriptorem haud ignobilem, qui idem prodidit, libro VIII. Bibliothecæ sanctæ, hæresi XII. pag. 644. In Harduinum certe, ut nunc tamdem vides, opinor, Reverende Pater; non valet.

Revoca dictum igitur, & παλινῳδεῖ. Abstine vero in primis a conviciis deinceps & maledictis, quibus hominem frugi saltem & certe Catholicum oneras. Nisi tibi blande & suaviter comiterque loqui videris, pag. 181. dum sic scribis: „ *Sed & jure* „ *arguitur quilibet Christianus tamquam prævaricator,* „ *qui nonnisi conjecturis futilibus adductus, vaticinium* „ *quod favet Christianismo, studet alio vertere, quam* „ *in Dominum. Hoc se crimine alligavit vir alioqui RE-* „ *LIGIOSUS & DOCTUS: CONATUS* „ *SUADERE, HUNC Christum, qui post dictas* „ *hebdomadas Danielis occidendus erat, ipsum esse O-* „ *niam Pontificem,* &c. Quot ibi verba, tot fere sunt vel maledicta, Reverende Pater, vel falsæ criminationes, quas suis deinceps locis inferius confutabimus. Sed sunt ipsius vaticinii partes prius singulatim excutiendæ.

CAPUT IV.

Versu 24. Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt.

Est primum quidem ea vox, *abbreviatæ*, in hac prophetia momenti maximi. Quæ autem ei voci notio potestasque subsit, tum ex verbi origine, tum ex ipsa oraculi serie primus in apertam lucem protulit P. Harduinus. Priusquam tamen de illo dicamus, juvat ea quæ in eam rem affers parumper expendere. „ *Interpres Latinus*, inquis, pag. „ 167. & 168. *exprimit versionem Græcam, συντετμήθησαν, hoc est, CONCISÆ, & in unam brevemque summam contractæ sunt: veluti si diceret Angelus, PAUCAS septimanas superesse usque ad illa* „ *tempora de quibus locuturus est.* Itane, mi Pater, *abbreviatæ* hebdomades, hebdomades *paucæ* sunt, si sunt omnino septuaginta? Num tibi spatium temporis breve videtur, quod dicitur fore annorum CCCCXC. hoc est, propemodum quingentorum? Ac si ab anno Artaxerxis vicesimo, ut tu ponis, initium hebdomadum repetendum est, hoc est, anno fere LXXX post visionem Danieli oblatam; cum ab hac visione usque ad finem hebdomadum effluendi sint, (currenti calamo, nimirum interim ridente phantasia, vox illa nescis quomodo excidit, ex libro nempe tuo descripta, ubi dicis, egregie solœcizans, pag. 166. superfuisse EFFLUENDOS XLIX. annos ex LXX. annis:) cum ab ea, inquam, visione usque ad finem hebdomadum numerentur anni, tua quidem computatione, amplius quingenti & septuaginta; potuitne Angelus dicere, *paucas septimanas superesse usque ad illa tempora, de quibus esset locuturus?* Cui vero istud non Judæo modo, quem potissimum spectari nunc oportet, sed Christiano non hebeti stolidoque suaseris?

Pergis: „ *In fonte Hebræo legitur* נחתך nechtak: „ quæ vox non alibi occurrit in scriptura. In usu *ta-* „ *men est apud Chaldæos, & valet* scindere, decidere, incidere, excidere: *ut in Esther:* Juxta „ edictum oris ejus מתחתכין decisa erant negotia „ regni. חתך Rabbinis *idem est quod* גזר secare „ *seu* findere. *Vox hæc ex usu forensi petita est. In* „ *Judæorum enim legalibus libris, sicut & commenta-* „ *riis, usitata est, & significat* decidere. *Quasi dicas,* „ *IN DUAS PARTES secare sive dividere. Hinc* „ *sicuti & Latinum* decido, *ad animi verborumque* „ *decreta transfertur. Significat ergo Angelus DECRE-* „ *TAS esse LXX. hebdomadas* &c.

Quæ ista, mi Pater, ratiocinatio est? Vox ea significat in duas partes secare; Denunciat ergo Angelus decretas esse LXX. hebdomadas. Sed nunc istud, quod leve est, omittamus. Locus Estheris, ex cap. IV. nimirum, versu quinto: (quem locum ex Buxtorfii Lexico descripsisti, nec ausus interim caput libri Estheris indicare:) locus ille, inquam, nihil causæ tuæ prodest. Est enim, quod nescis, fictus ab impostore, qui se paraphrasten Chaldaicum nuncupavit; qui ad contextum sacri codicis de suo adjicit, Athach eunuchum, cujus ibi fit mentio, ipsum esse Daniëlem prophetam: derivatque deinde originem nominis Athach a verbo חתך. Qua in re se iterum prodit ille imperitum: siquidem ter Athach occurrit in libro Estheris cum littera ה *he:* non, ut in oraculo Danielis, cum littera ח *heth.* Hæc autem diversitas litterarum ostendit, non ex eo verbo, quod est apud Danielem, nominis Athach eunuchi duci originationem posse. Sed nimirum intererat impostoris, qui credi vellet Athach eunuchum esse Danielem, commentum istud constabiliri origine nominis ex famoso oraculo Danielis petita. Itaque ob eam causam התך deduxit ab חתך: eique verbo significationem attribuit, quæ suæ prodesset hypothesi ac fabulæ stabiliendæ. Annon hic tua deinde apparet Chaldaicæ linguæ peritia? Num & rerum delectus plenus judicii, dum ea describis, quæcumque se legenti offerunt? Annon etiam Vulgati interpretis, Græcique hunc subsecuti, hanc mentem fuisse, ut & συνετμήθησαν & *abbreviatæ* dicerent, pro *definitæ* seu *constitutæ* ac *decretæ*, luculento illo a te prolato testimonio comprobatur? Annon denique insuperabili, quam polliceris, demonstrationi viam egregie munit tam erudite explicata a te vocula ipsa pæne prima prophetiæ?

Et hoc uno tamen adductus argumento rursum asse-

asseverate pronuncias, pag. 186. ad illa eadem verba Danielis, *Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt:* „ *Juxta vim Hebraicæ veritatis*, inquis, *ut vidimus*, „ *Daniel dicit septuaginta hebdomadas esse statutas &* „ *definitas super populum. Sed novus interpres tum Hebræos, tum Græcos codices omnes repudiat tamquam* „ *depravatos.* &c. Quam multa rursum, mi Pater, quam paucis falsa crimina scriptori non talia de te merito obiicis? Ubinam legisti Græcum συνετμήθησαν a P. Harduino repudiari? Nusquam profecto. Nam te ipso confitente, simile est Græcum συνετμήθησαν Latino verbo *abbreviatæ* Hebræum contextum similiter a P. Harduino repudiari an usquam legisti? Ubi fides? ubi pudor? Hæc tua fortassis præclara ratiocinatio fuit. Ubi Latinus interpres *abbreviatæ* posuit, habet Hebræus codex verbum נחתך: quod verbum teste Chaldaico nescio quo interprete non *abbreviatæ* significat, sed *excisæ* vel *scissæ*: vel, quod eodem recidit, *statutæ*, seu *definitæ*. Atqui P. Harduinus negat apud probum aliquem scriptorem Hebræum Chaldæumve, verbum חתך id significare, quod Latinum *scindere*, *excidere*, *definire*, sive *statuere*. Repudiat igitur P. Harduinus codices sacrarum litterarum Hebræos, solumque exosculatur Vulgatum sive Latinum interpretem. Attende, mi Pater, qui sis & quid dicas. Neque enim sacerdotem decet viro pariter sacerdoti, qui nec sic ipse omnino, ut tu interdum fateris, ineruditus, falsa objectare crimina; aut eadem tam futili tamque insulsa ratiocinatione fulcire. Multo vero minus decet ab eo qui se Catholicum dicat, sperni Vulgatum interpretem; quem tu neglecto sacrosanctæ synodi Tridentinæ decreto, videris parvipendere. At hunc si negligis, quin Tertullianum saltem audis, quem & Vulgato interprete Rabbinisque tuis vetustiorem arbitraris? Nam habet iste pariter, cum adversus Judæos hunc Danielis locum recitat & explanat, *hebdomadas breviatas*. Quod si vel istius auctoritati plus tribuendum Judæi putarint, quam tibi; vel Doctores Catholici Vulgatum interpretem, ut vetustiorem, ut authenticum unum ab Ecclesia declaratum, ut hoc ipso loco cum Hebræo exemplari consentientem, falsæ tuæ verbi illius interpretationi, quam unius tantum impostoris testimonio roboras, anteponendum censuerint; quo tua demum demonstratio recidet; qui quo sensu *abbreviatæ* hebdomades dici vere possint, nequeas expedire?

An tu jure postules, ut quæ vis subsit huic Hebrææ voci, ab aliquo potius Rabbino discamus, cujus interest tenebras huic prophetiæ majores offundere; aut ab aliquo falso nominis erudito, qui quæ magis idonea suæ hypothesi occurrat interpretatio, hanc avide arripiat, obstinatissimeque defendat; quam a Vulgato Interprete, cujus est incredibilis in transferendo peritia ac fides, major autem multis sæculis antiquitas, quam sit illius Rabbinici operis, quod quidem exstet; auctoritas denique tanta, quanta debet esse ei interpretationi, quam cum authenticam esse Ecclesia pronunciavit, primigenio fonti simillimam credi ab omnibus Catholicis voluit?

Est illa, Reverende Pater, est illa vox e præcipuis maximeque necessariis ad veram hujus vaticinii interpretationem statuendam. Plurimum enim interest, an hebdomadas abbreviatas dixeris, an definitas solummodo, sive constitutas. Ipso te licet invite confitente dicit *abbreviatas* cum Græco interprete Latinus interpres. Quemadmodum vero & *abbreviatæ* sint, & sint nihilominus septuaginta, hic nodus, hic labor est. Hunc nodum feliciter dissolvit P. Harduinus, ex ipsamet serie orationis, quæ hæc verba consequitur. *Abbreviatæ hebdomades septuaginta sunt*, si ab eodem uno anno tum septem priorum hebdomadum, tum sexaginta trium consequentium ducas initium. Nam idcirco dicitur in vaticinio; *Ab* uno eodemque *exitu sermonis hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ erunt.* In duas partes secantur hebdomades sexaginta novem: in septem, & in sexaginta duas: ita ut partis utriusque initium nonnisi ab eodem uno capite sumendum esse Angelus admoneat. Initium igitur septem hebdomadum repete ab anno quarto Joakim regis: ab eodem anno duc initium sexaginta duarum triumve, quæ sunt reliquæ: erunt omnino septuaginta, sed breviatæ. Quamvis enim septem & sexaginta tres efficiant septuaginta; sic tamen, ut diximus, computatæ, non sunt reipsa nisi sexaginta tres: sed septuaginta tamen sunt breviatæ, hoc est, ad minorem redactæ numerum; tametsi quodammodo etiam tum septuaginta sunt. Sic eam vocem Paulus ipsemet usurpavit, insigni quodam loco, in epistola ad Rom. cap. 1x, 27, 28. *Isaias autem clamat pro Israël: Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquiæ salvæ fient. Verbum enim consummans & ABBREVIANS in æquitate: quia verbum BREVIATUM faciet Dominus super terram.* Quod est dicere: Promisit Deus Israëlem a se salvandum: sed breviabitur ex æquo & justo judicio verbum istud: salvabitur enimvero Israel, sed in paucis, sed in reliquiis dumtaxat. Ea ratione verbum Domini *abbreviabitur*. Eodem sensu, Reverende Pater, eodem spiritu Dei dictas fuisse noveris hebdomadas septuaginta abbreviatas: hoc est, & septuaginta quidem, & abbreviatas tamen. Quod quam sit ingeniose dictum, adhuc inferius explicaturi sumus. Neque enim Prophetæ non licuit, vel Angelo ipsi potius, ingeniosum esse, ingeniose loqui.

Neque anni propterea mere lunares hic adhiberi possunt, ut P. Harduinus recte admonuit; tum ob alias causas, quas ille in suo opere Chronologico Veteris Testamenti commemoravit; tum quod nemini Judæo persuaderi posset aliud annorum genus in prophetia adhiberi quæ ad Judæos spectaret, nisi qui essent apud eosdem ipsos publico usu recepti.

CAPUT V.

De Vulgata sacræ Scripturæ editione, occasione illius verbi, Hebdomades abbreviatæ.

„ *Sed novus interpres*, inquis, *pag. 186. nec aliam* „ *ab Ecclesia haberi Scripturam sacram, id est, certæ auctoritatis reputat, quam Vulgatam Latinam. Quæ cum dicit; non advertit, quod dum omnem auctoritatem adstruit Vulgatæ, nullam ei relinquit. Si enim fontibus suis non constet sua veritas,* „ *cujus auctoritatis possunt esse versiones?* Ecquod istud genus criminis est, Reverende Pater? Quis Catholico scriptori vitio det, quod solam Vulgatam Editionem infallibilis (ut loquimur) auctoritatis esse contendat? Dimitte, sodes, hanc accusationem heterodoxis: quorum plurimi interest, ut P. Harduinus ostendit, hanc Editioni Vulgatæ auctoritatem adimere: ne si tantam eam esse fateantur, Ecclesiam cogantur fateri judicem esse Controversiarum fidei; siquidem possit fideles adigere ut credant, interpretationem aliquam sacrorum codicum esse authenticam, hoc est, ita primigenio fonti simillimam, ut sensus illius omnes accurate exprimat. Causa hæc enim est, Reverende Pater, cur heterodoxi, quos nunc imprudens sequeris, tantopere Vulgatam Editionem oderint: cur Porto-Regienses Novum Testamentum nonnisi ex Græco interpretari voluerint: ut in corruptissimo scilicet codice Græco, quem esse fontem jactarent, ut facis, haberent unde suos plurimos ac portentosos tuerentur errores, quos jugulari editione Vulgata sentirent. Noli ergo cum heterodoxis quærere, „ *Si fontibus suis non constet sua* „ *veritas, cujus auctoritatis possunt esse versiones?* Auctoritatis tantæ, Reverende Pater, quanta est ipsiusmet Ecclesiæ, cum de vero sensu sacrarum litterarum

rarum pronunciat. Quid enimvero interest, an hanc esse legitimam interpretationem alicujus loci testetur, qui venit in controversiam; an sensus omnes primigenii fontis expressos esse testetur in aliqua totius collectionis interpretatione? Hoc est enim Authenticam interpretationem aliquam declarare, ut Authenticum exemplar appellatur in omni foro, sive ecclesiastico, sive civili, unde hanc vocem Synodus Tridentina accepit. Nam aliam ei voci vim affingere, hominum est qui nec probare possint quod afferunt; nec sciant quam bonam causam, si quidem Catholici sint, inscitia sua vel obstinatione prodant. Num vero synodi judicium flocci faciendum putas;

Sed ut de Synodo nihil dicamus, cum sit incredibilis discrepantia singulis fere quibusque versibus Græci Latinique codicis, in Vetere ac Novo Testamento, alterutrum profecto corruptissimum esse necesse est. Ausisne tu palmam Græco deferre, & inquinatissimum Latinum asserere? Qui fontes præferendos rivulis clamitant, eo spectant illi, ut judicium sacrosanctæ Synodi infringant & eludant; perinde quasi nihil aliud censuerit, nisi eatenus probari editionem Vulgatam, ut nihilominus Græca potior censeatur.

At ubi fontem illum Græcum vidisti, Reverende Pater? Nam quot sunt manu scripta Græca exemplaria, tot propemodum sunt diversa inter se, singulis fere, ut dixi, versibus. Tune quinquaginta Græcos fontes agnoscis? Puduit Græcos ipsos istius diversitatis. Itaque demum anno post Christum MDCXXXVIII. inter ipsos convenit, ut ex multis ac diversis unum exemplar conflarent, quod deinceps esset in usu communi. Sed qua primum auctoritate? deinde quam sero? Ac novum quidem Testamentum unum dumtaxat sic habent: Vetus nondum habent: in quo quam prodigiosa sit exemplarium diversitas, quam portentosa ab Hebræo discrepantia, quis in his rebus vel mediocriter versatus ignorat?

Desine igitur, Reverende Pater, hos jactare fontes, ut nunc sunt: siquidem fieri non potest sincerus ut fons plusquam unus sit: exemplaria autem Græca quot sint & quam dissimilia, dici vix potest. Sola Latina editio, Christianæ gentis volumen, omnium manibus tritum ab ipso Ecclesiæ initio, lectum assidue, & decantatum, nullis potuit istiusmodi varietatibus obnoxium magis esse olim, quam nunc est. Sed quorsum hanc isthic moves controversiam, R. Pater; cum de voce una, *abbreviatæ*, quæstio sit, quam & Græcus codex habet, æque ac Latinus; neque potes ostendere, ut demonstravi, non esse in Hebræo? Nam Hebræum codicem P. HARDUINUS semper magni fecit: id quod in ipsa fronte operis sui Chronologici profitetur: quamquam longe infra Editionem Vulgatam: siquidem nec adeo certæ sunt auctoritatis, nec forte ante sæculum Ecclesiæ decimum puncta Hebraïcis litteris subjecta: neque demum ex Hebræo illo codice Judaïco, qui nunc omnium manibus teritur, factam esse Translationem veteris Testamenti putat, sed ex altero Israëlitico, quem Christus & Apostoli Judaïco prætulerint; in quo libri plures quam in Judaïco essent ut Tobias, Judith, aliique: in quo denique, ut alia nunc sileamus, numeri Psalmis præfixi essent iidem, qui in Vulgata editione leguntur, non qui in Hebræis Græcisque exemplaribus. Hunc Psalmorum singulorum numerum vetusti scriptores omnes omnino, excepto nemine vel uno, a Justino ipso usque ad hanc nostram ætatem, tanti fecerunt, ut sive cum Psalmum aliquem allegarent, sive cum ederent Commentarios in Psalmos, Psalmum quemlibet eo numero appellarint, qui singulis præfigitur in editione Vulgata, spreto neglectoque, hac saltem parte, illo quem vocas fontem Hebræum & Græcum. Centesimum exempli gratia Psalmum appellant, qui centesimus est in Latino volumine; non qui centesimus in Græco vel Hebræo est. Hujus rei causam affer, si potes: Dic quamobrem ordo Psalmorum, qui est in editione Vulgata, prælatus sit omni ævo a scriptoribus Christianis, in universo orbe, etiam Græcis, spreto ordine Græcorum exemplarium, & Hebræorum, quæ nunc sunt. Interim vero sive Hebræum sive Græcum exemplar, ut nunc est utrumque, Vulgatæ editioni anteponere, heterodoxorum est, Reverende Pater, ob eam quam dixi causam.

Eorumdem est Josephum miris extollere laudibus, quemadmodum subinde facis imprudenter. Nam cur hunc illi tantopere prædicant? Quoniam nihil de Judith, aut de Tobia, nihil de libris sacris dicit, qui hodie non exstant Hebraice conscripti: libris autem Machabæorum necesse est falsa narrari plurima, adversus historiæ veritatem, & temporum illorum rationem, si fides habenda narrationi est, quam Josephus instituit. Ea causa est, quamobrem heterodoxi, quibus hi libri sacri summopere displicent, Josephum quinti Evangelii instar habeant, venditentque: a quibus judicium illud de Josepho, falsi nominis apud ipsos quoque Catholicos eruditi, imprudentes hauserunt, plaudentibus sibi in sinu interim ea de re heterodoxis.

CAPUT VI.

Vers. 24. Super populum tuum, & super urbem sanctam tuam, ut consummetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur justitia sempiterna, & impleatur visio & prophetia.

HOc fuit dicere, intra illas septuaginta hebdomadas abbreviatas, hæc omnia super populum Judaïcum & super civitatem sanctam eventura; non, ut tu arbitraris, post septuaginta hebdomadas. Intra has, inquit Angelus, abbreviatas hebdomadas septuaginta, complebitur prævaricationis antiquæ pœna, finem accipiet pœna peccati, delebitur prisca iniquitas; inducetur cultus religionis longo tempore duraturus; implebitur visio & prophetia oblata Jeremiæ, de ædificanda iterum civitate, de ungendo sacerdote, de sanctuario restituendo. Nam illa locutio, *Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt, UT consummetur prævaricatio*, longe dispar ac dissimilis huic est, *Non auferetur sceptrum de Juda, donec veniat* &c. Alia longe ac diversa vis est huic particulæ *ut*, alia isti *donec*. Aperte hæc denotat nonnisi post novissimum regum Judææ, hoc est, post Archelaum, appariturum esse Christum ut Doctorem. At *abbreviatæ hebdomades* cum dicuntur, *ut consummetur prævaricatio*, intra hoc ipsum tempus consummanda prævaricatio, complenda peccati pœna dicitur. Nam consummari prævaricationem, compleri pœnam prævaricationis esse, Jeremias ipse simili vaticinio admonet, Thren. IV, 22. *Completa est iniquitas tua, filia Sion: non addet ultra ut transmigret te.* Nam utrum quis dicat complendam esse iniquitatem, utrum prævaricationem consummandam, numquid tamdem interest?

CAPUT VII.

Versu eodem: Et ungatur sanctus sanctorum.

AT nunc adjiciam aliquid, Reverende Pater, quod sua te novitate percellat, quod apud eos scriptores, quos describis, non legeris: titulum hunc scilicet, *sanctus sanctorum*, de Christo Servatore accipi hoc loco non posse. Statuis tu quidem contra, pag. 169. *Sanctus sanctorum*, inquis,

quis, *in Hebræo idiomate est sanctior, vel omnium sanctissimus: ut vanitas vanitatum dicitur maxima vanitas.* Quo demum in Hebræo volumine istud tibi, mi Pater, occurrit? Non in Bibliis certe Hebraicis: qui liber tamen unus afferri ad hanc dirimendam controversiam jure potest. Nescis in hac loquendi formula, *sanctus sanctorum*, æque atque in ista, *sancta sanctorum*, pluralis numeri genitivum, non ex masculino singulari ortum habere; sed ex neutro *sancta*, quo sanctuarium integrum significatur. Sic de Christo Servatore Paulus, Hebr. IX, 11. *Introivit semel in sancta.* Et IV. Reg. XII, 4. *Pecunia sanctorum*, pecunia sanctuarii est. *Sanctum sanctorum* sanctissimus sanctuarii locus fuit. Ipsum altare, *sanctum sanctorum* fuit, pars sanctuarii consecrata: fuere vasa denique, & Arca, & thymiamata, & hostiæ, *sancta sanctorum*, hoc est, res sanctuarii sanctissimæ. Atque ut hanc res illæ obtinerent appellationem, eæ propterea, exceptis victimis, vel ungebantur oleo sacro, vel ipsummet oleum sacrum fuit. Exod. XL, 11. *Omnia unctionis oleo consecrabis, UT SINT SANCTA SANCTORUM.* Num. VII. 1. *Tabernaculum unxit, & sanctificavit cum omnibus vasis suis: altare similiter, & omnia vasa ejus.* Summus Pontifex eodem sacro delibutus oleo, sanctus sanctuarii fuit; vel, ut hic appellatur, *Sanctus sanctorum.* Nam ita præceperat Deus Moysi, Exod. XXX, 26, 29, 30. *Et unges. . . . . sanctificabisque omnia, & erunt SANCTA SANCTORUM . . . . . . Aaron & filios ejus unges, sanctificabisque mihi, ut sacerdotio fungantur mihi.* Tunc Hebraïsmus est, cum priori alicui nomini substantivo substantivum idem nomen plurale subjungitur, ut *vanitas vanitatum*, apud Ecclesiasten; & in hoc ipso Danielis vaticinio, aliisque allatis proxime locis, *sanctitas sanctitatum*: nam sic Hebræi loquuntur. Adjectiva autem nomina cum nominibus adjectivis, aut cum substantivis etiam pluralis numeri non magis consociant, quam Latini, Græci, vel Galli: nec magis illi dixerint, *sanctus sanctorum*, si posterior vox ista adjective sumatur, & genere masculino; quam isti vel *Eruditus eruditorum* dixerint, vel *Dives divitum*, vel *Impius impiorum.* Nec tamen propterea non optime vertit interpres Latinus hoc loco, sanctus sanctorum, quandoquidem vox *sanctorum* pro *sanctuarii* est; & inter *sanctitates sanctitatum*, ut loquuntur Hebræi, hoc est, inter res sanctas sanctuarii potissimum obtinet locum qui est *sanctificatus* Deo summus sacerdos, atque in eam rem unctus: *Aaron* enim *unges, sanctificabisque mihi.* Itaque *sanctus sanctorum*, sanctificatus Deo per oleum unctionis ad ministeria sanctuarii summus sacerdos est. Atque hoc illud est, quod Angelus hoc loco Danieli prædicit; preces illius nimirum ex illa etiam parte exaudiendas esse, quæ versu 17. continetur: *Et ostende faciem tuam super sanctuarium tuum, quod desertum est.* Ipsum enim dixit sanctificatum Deo sanctuarium, ipsumque sanctuarii Pontificem de more ungendum.

Itaque quòt sunt in hac prophetia diversi hominum tituli, tot diversæ designantur personæ: & sunt singula nomina adeo propria singulorum, ut suo quisque nomine perpulcre designetur, secernaturque a ceteris: & suo idcirco peculiari versu fere nomen unumquodque repræsentetur. Nam versu 24. *sanctus sanctorum* sanctificatus Deo in sanctuarii ministeria summus sacerdos est. Versu 25. *christus dux*, belli sive exercitus ductor est. Versu 26. *Christus* simpliciter, Messias verus est. Non est ille tamen *sanctus sanctorum*, siquidem non est sanctificatus oleo ad ministeria sanctuarii Judaici: sed Messias præcise, sive Christus est. Denique *dux venturus*, dux militiæ est, sed non *christus dux*, ut priores: siquidem non est a Deo missus ad restituendam populi pacem, ut Cyrus & Machabæus. Quod si his omnibus locis Christum unum Dominum intelligi oporteret, eodem & uno semper nomine, opinor, non tam diversis nominibus eumdem unum indicasset.

Sanctus sanctorum adjective si dicitur, nullum sensum habet, ut diximus; tametsi nunc est in ore vulgi instar elogii, & simile censeatur huic locutioni, *Dominus Dominorum*, & *Rex regum*, quæ sunt nomina substantiva. Sed natus hic error est ex pravo hujus loci intellectu: nam alibi nec ista se offert, nec similis locutio altera. Ut ut est, negabit certe pro suo jure Judæus hac loquendi formula Messiam designari; siquidem nec in libris sacris uspiam alibi eidem tribuitur, nec in traditione Magistrorum.

Viderint etiam tecum, R. Pater, hi qui tuæ opinioni suffragantur, quemadmodum post septuaginta hebdomadas, hoc est, post annum æræ Christianæ XXXVI. ut tu quidem computas; qui tertius annus est post Christi resurrectionem; viderint, inquam, illi tecum, quemadmodum dici salva catholica fide possit, post annum illum unctum fuisse Christum. Nos enim certe cum Doctoribus Catholicis universis unctum semel Christum fuisse Spiritu sancto credimus; sed annis ante sex & triginta, quam tu ponis: hoc est, ipso suæ conceptionis primo momento: postea unctum fuisse non credimus. Tunc unctus est, ut esset Rex & sacerdos in æternum. Nam quod veluti ex tripode pronuncias, pag. 169. istud, *ut ungatur*, idem valere, atque ut principatum ineat; ungendumque tunc dici Christum; non propterea quia tunc esset ulla ratione ungendus, sed quia tunc cœpturus esset regnare, quibus tandem nisi stolidis imperitisque suaseris?

CAPUT VIII.

Versu 25. Ab exitu sermonis, ut iterum ædificetur Jerusalem.

SErmonem illum, de quo dictum est, *Ab exitu sermonis*, edictum regium interpretaris; atque aliter sentientis P. Harduini hæc verba describis, pag. 184. „ *Opinamur perperam repeti a plerisque ab* „ *edicto aliquo regio de civitate sancta instauranda: si-* „ *quidem vox ea*, sermo, *præcise & sine adjecto posi-* „ *ta, jussionem regiam in sacris litteris, neque uspiam* „ *alibi significat; sed divinam semper in sacris libris præ-* „ *dictionem aut pollicitationem, & cetera.* E Notariorum formulis, ut aiunt, desumptum illud tuum *& cetera* est. Numquam optima fide verba aliena describis. Ea semper studiose premis, quæ potissimum valent ad litem decidendam. En verba integra P. Haduini: *Hebdomadarum tamen initium opinamur perperam repeti a plerisque, ab edicto aliquo regio de civitate sancta instauranda: siquidem vox ea*, sermo, *præcise ac sine adjecto posita, jussionem regiam neque in sacris litteris, neque uspiam alibi significat: sed divinam semper in sacris libris prædictionem aut pollicitationem: ut proxime antea versu 23.* Ab exordio precum tuarum EGRESSUS EST SERMO. *A quo? A Deo utique, qui Danielis preces exaudierat; a quo deinde sermonem egressum, mandatum, oraculum*, ego veni, *inquit Gabriel*, ut indicarem tibi. *Et mox:* Tu ergo animadverte SERMONEM, & intellige visionem. *Et versu 2.* Intellexi numerum annorum, de quo factus SERMO Domini ad Jeremiam. *Atque hic ipse SERMO ille est, quem Gabriel indicavit, cum diceret*, Ab exitu SERMONIS &c.

En argumenta, quæ censuisti premenda silentio, quoniam fidem facerent, *Sermonis* vocabulo, cum absolute in sacris libris ponitur, ac præsertim in hoc capite nono Danielis, quo de agitur, & ubi quater occurrit, nonnisi prædictionem, vocem, jussionem, ex ore Dei prodeuntem significari. Ex quibus P. HARDUINUS colligit, neque aliud istis quoque verbis indicari, *Ab exitu sermonis*, quam illis prioribus.

Sen-

Sententia igitur horum verborum est: Ex quo Deus Jeremiæ indicavit Hierosolymam iterum esse ædificandam. Tunc enim Jeremiæ librum Daniel perlegebat, ut ipse initio capitis hujus admonet: annique septuaginta, super quibus cogitabundus hærebat, dedere Angelo occasionem prædicendi rem aliam insignem intra septuaginta hebdomadas abbreviatas eventuram; facto ab eodem illo sermone Dei ad Jeremiam, cujus verba haberet ob oculos, computandi initio. En cur aït ille; *Ab exitu sermonis; ut iterum ædificetur Jerusalem.* Tertullianum eruditi clamant, & qui hunc descripsere, Hieronymum, ac Petrum Cluniacensem, vertisse; *A prophetatione sermonis:* Petrum Blesensem, libro I. contra perfid. Jud. cap. XIII. & Petrum Alfonsi, qui ex Judæo factus creditur Christianus sæculo duodecimo: *ab hujus die prophetiæ.* Quæ idcirco a nobis commemorantur, ut de sermone divino noveris nec primum nec solum hæc verba intellexisse P. HARDUINUM.

At hunc, inquis, „ *decuisset respondere testimoniis,* „ *quæ probant dictam vocem* sermo *significare in scrip-* „ *turis jussionem regiam.* Et in margine, *Ut supra vidimus, pag.* 167. Neque aliud ibi tu quidem adiicis. At in ea pagina 167. hæc te dumtaxat scripsisse reperimus: „ Egressus est sermo; *id est, exivit a Deo de-* „ *cretum. Exire dicuntur decreta principum, cum vul-* „ *gantur. Sic apud eumdem prophetam (cap. 2. v. 13.)* „ Et egressa sententia sapientes interficiebantur. *Ille* „ *sermo sive decretum tribui non potest alicui principi,* „ *puta Cyro: Dei enim decretum est, quod ut indicaret,* „ *advenerat Angelus,* &c. Hæccine sunt testimonia, quæ pag. 184. polliceris a te proferenda, ut constet, vocem hanc, *sermo*, si solitarie ponatur, jussionem regiam significare? At ejus rei neque vola ibi, ut aïunt, neque vestigium est. Non in alienis modo testimoniis quæ allegas; sed dum tua ipsius verba describere te aïs, R. Pater, vel fallis, vel fallit te memoria. Quid quod etiam causam adjuvas P. Harduini? Nam si ea locutio, *Egressus est sermo*, te ipso interprete, sermonem significat, qui a Deo, non qui ab aliquo rege exierit: quid *exitus sermonis* significare versu altero proxime consequente potest, nisi sermonem, qui a Deo pariter, non qui ab aliquo rege exierit? Aliudne tibi exitus, aliud est egressus?

Quod si opinioni tuæ, R. Pater, suffragari existimas ea Danielis verba quæ affers; *Et egressa sententia sapientes interficiebantur:* primum quidem cum plura pollicitus fueris *testimonia*, quæ tecum facerent, unicum exhibes. At neque unicum istud tibi ulla ex parte prodest. Quin etiam dum locum affers, gladio ipse tuo te jugulas. Nam primum quidem non ibi דבר *sermo, verbum*, ut in capite isto nono Danielis, de quo nunc quæstio est, sed דתא Chaldaïcum legitur, quod est Hebraïcum דת *lex, edictum.* Deinde dimidiatum dumtaxat versum de industria profers, ab antecedente particula sententiæ integræ avulsum, ne contra te facere locus ille ipse, si proferretur integer, videretur. Eccum, lege: *Quo audito, REX in furore & in ira magna PRÆCEPIT, ut perirent omnes sapientes Babylonis: & egressa sententia sapientes interficiebantur.* Num ludibrio nos habes, R. Pater, qui eo legentes remittas, ubi nihil sit eorum, quæ ibi se inventuros esse polliceris? Librine cuduntur eo fine dumtaxat, ut ex charta alba nigra fiat? Hæccine testimonia sunt, quibus illud P. HARDUINI placitum subrui asseveras; Vocem hanc, *sermo*, quoties in sacris litteris simpliciter ac sine adjecto ponitur, ut in capite IX. Danielis quater occurrit, nonnisi divinum significare sermonem? Cum *egressa sententia* dicatur, quam regiam esse sententiam eadem ipsa oratio, appellato *regis* nomine, admonet; nec de sententiæ vocabulo, sed de *sermone* sit quæstio; quid istud ad rem decidendam attinet? Nisi forte ipse hic locus docet, quemadmodum sententia ibi regia tantum intelligenda est, quoniam regis fit antea proxime mentio; sic in eo loco altero, *Ab exitu sermonis*, nonnisi divinum intelligi posse sermonem, propterea quia proxime antea non regius aliquis, sed divinus tantum sermo commemoratur.

At si ita est, ut est profecto; si eo verbo, *Ab exitu sermonis*, sermo divinus intelligitur, ruit funditus tua, R. Pater, ruit alia quælibet hujus oraculi interpretatio, præter eam quæ est P. HARDUINI. Aberrat a vero vaticinii sensu statim a primo ipso vocabulo, quisquis secus accipit. Hebdomadum calculus annis ipsis octoginta prius est ineundus, quam tu earum ponis initium. Hæccine sunt demonstrationes tuæ?

Sed jam video, R. Pater, cur plura sis hoc loco testimonia pollicitus, quamvis unicum antea protuleris. Habuisti nimirum ante oculos, tunc cum scriberes, Commentarios Porto-Regiensium in Danielem: ubi tria indicantur loca sacrorum codicum in hunc versum 25. *Ab exitu sermonis.* Gallice, ut sunt ea verba, describam. „ *Depuis la sortie de la paro-* „ *le. Phrase Hebraique, qui signifie, Depuis la publi-* „ *cation de l'ordre qui sera donne. Daniel cap. 2. v. 13.* „ *cap. 6. v. 7. Luc. cap. 2. 1.* Satis habuisti ex his locis tribus primum allegare, quoniam perspiceres duobus aliis nihil probari. En enim alterum, e cap. VI. Dan. v. 7. *Ut decretum imperatorium exeat, & EDICTUM.* E Luca autem est hujusmodi: *Exiit EDICTUM a Cæsare Augusto.* Hæc, inquam, loca intellexisti non aliquid valere ad convellendum, sed valere e diverso plurimum ad id adstruendum quod asserit P. HARDUINUS: Voce illa, *sermo*, cum absolute ponitur, in primis vero cum sermonis divini mentio proxime antecessit, non regium aliquem, sed divinum designari sermonem. Itaque primum ex his tribus locis, eumque decurtatum, ut diximus, operis tui pag. 167. descripsisti: cum ad paginam deinde 184. pervenisti, fallente memoria, tria ibi Porto-Regiensium testimonia ibi a te descripta ratus, *testimonia* plura a te ibi allata dixisti. Si quid istiusmodi admitteret P. HARDUINUS, quoties hunc malæ fidei scriptorem esse, vel parum memorem, exclamares?

Verum fac ita esse: fac, inquam, istis verbis, *Ab exitu sermonis*, edictum regium indicari: cur Artaxerxis potius, quam Cyri, edictum jubes intelligi? Est enim ille sermo de Hierosolymis iterum ædificandis. Ædificari autem Hierosolyma non Artaxerxes aliquis, sed Cyrus edicto jussit. Accipe ejus rei testem Deum ipsum, apud Isaïam, cap. XLV, 1, 13. *Hæc dicit Dominus christo meo Cyro . . . IPSE ÆDIFICABIT CIVITATEM MEAM, & captivitatem meam dimittet.* Et cap. XLIV, 28. *Qui dico Cyro: Pastor meus es, & omnem voluntatem meam complebis. Qui dico Jerusalem: ÆDIFICABERIS: & Templo, Fundaberis:* Vides ædificari jussa iterum Hierosolyma ab eo Principe, cujus etiam jussione & dimissa populi captivitas est, & Templum fundatum? Non Cyrum ipsum audis de nomine appellari? An captivum populum Artaxerxes tuus dimisit, an Templum fundavit?

Aliud ipsius summi Dei testimonium accipe ex hac ipsa petitum oraculi parte, quæ nunc venit in controversiam. Nam si codicem Hebræum consulimus, quem Vulgatæ Editioni anteponis, & quem unum adversus Judæos par est adhiberi; legi hoc loco oportet, *Ab exitu sermonis ad reverti faciendum & ad ædificandum Jerusalem.* Quod si regis edictum his verbis intelligimus, *Ab exitu sermonis*, illud profecto intelligendum edictum est, quo data facultas Judæis est Hierosolyma revertendi, ædificandæque civitatis. Igitur unum unius Cyri edictum fas erit hoc loco intelligi. Neque enim redeundi in sanctam civitatem facta potestas est edicto Artaxerxis, sed Cyri.

Hanc tu Hebraïcam lectionem, tametsi primigenia est, premis silentio; & idem pag. 170. Græcam allegas, quæ est obscura, nec accurata: *Ab exitu sermonis ad respondendum & ædificandum Jerusalem.* Num vero Græcus Judæis contextus, ac non potius Hebræus, obiiciendus est? At præterea, ne cui de Hebraïcæ orationis sententia quod verum est suboleret, aïs voce Hebræa להשיב *lehaschib* sæpe significari *respondere.* „ *Verbum*, inquis, *fontis Hebræi* להשיב „ *lehaschib*, *Græci interpretes reddunt* τοῦ ἀποκριθῆναι: „ *& reipsa verbum* שוב *eam SÆPE habet significationem: sed ibi, (ut infra probaturi sumus,) proprie denotat iterationem. Nempe indicat Angelus, quod iterum ædificanda esset Jerusalem. Iterationis species responsio est. Ita verbum Hebræum QUANDOQUE significat respondere.* OEdipum profecto necesse est esse, qui velit seriem ac vim hujus ratiocinationis assequi. Ac ne in ea extricanda, quoniam lites hujusmodi odimus, immoremur; quod das interim accipimus: loci sententiam esse, Hierosolyma iterum ædificanda. Neque vero, si Græcum istum interpretem excipias, quisquam omnino Catholicus Judæusve, verbum Hebræum in hoc Danielis oraculo vertit, *ad respondendum.* Spernunt autem omnino Judæi, quibus demonstrationem polliceris, Græcum contextum. Spernunt etiam Doctores Catholici hac saltem parte, in qua *Peribit unctio* positum est, pro eo quod in Hebræo Latinoque legitur, *Occidetur Christus.* At Sanctes Pagninus, Arias Montanus, & peritissimi quique Hebræi sermonis, sic transtulerunt: *Ab exitu sermonis ad reverti faciendum*, sive *ad reducendum:* & ex iisdem plerique adiiciunt, subintelligendum ibi populum esse. Ergo si edictum hic oportet intelligi, Cyri edictum illud esto, non Artaxerxis. Atqui ab edicto Cyri si calculus hebdomadum ducitur, occurret hebdomadum septuaginta finis annis ipsis amplius quadraginta ante Christi natalem. Num igitur temere posuit P. Harduinus, minime oportere hoc verbo, *Ab exitu sermonis*, regium edictum intelligi?

Neque tamen Vulgatus interpres, cum ita reddidit, *Ab exitu sermonis ut iterum ædificetur Jerusalem*, ab Hebræi codicis sensu discedit. Vidit enim hanc vocem *redire*, sive *reverti*, aut *reverti facere*, conjunctam cum altera ista, *ædificari*, Hebraïsmum esse, quo significatur, si fas est ita loqui, reditus vel iteratio ædificationis. Quæ iteratio ædificationis, sive repetita ædificatio, rediisse certe supponit eos, a quibus ipsa perficienda sit. Cum præsertim verti quoque possit. *Redibit & ædificabitur:* quod reipsa idem valet, atque *iterum ædificabitur:* Itaque si quod ibi regium edictum intelligi oporteret, Cyri edictum, qui captivos e Babylonia in patriam redire permisit, necesse esset intelligi, ut Mariana aliique intellexere: Judæo certe aliud suadere nulla ratiocinatio vel obstinatio potest.

At pag. 177. negas, R. Pater, concessam a Cyro facultatem fuisse muros exstruendi: atque idcirco negas verba hæc prophetiæ, *Ab exitu sermonis ut iterum ædificetur Jerusalem*, de edicto Cyri accipienda esse. Quis te istud autem, quæso, edocuit? Nam sacri certe codices apertissime refragantur. Cum Judæi e Babylonia sub Cyro reduces cœpissent Hierosolyma instaurare, cujus tamdem rei molitionem impedire sub Artaxerxe, qui proxime post fratrem Assuerum Babylone Cyro successit, Israëlis hostes sategerunt? Num ædium ac tectorum? num ne ventos a se vel imbres arcerent? Muros, muros, inquam, ipsos, ægre tulere isti Cyri jussu exstrui: idque conceptis verbis illi ipsi asseverant, libro 1. Esdræ, cap. IV. semel iterumque & tertio, versu 12. 13. & 16. Audi hos loquentes: *Artaxerxi regi, servi tui. . . . . Notum sit regi, quia Judæi qui ascenderunt a te ad nos, veneruntque in Jerusalem civitatem rebellem & pessimam, quam ÆDIFICANT, EXSTRUENTES MUROS EJUS:* (audis ædificari Jerusalem idem esse, atque exstrui cum domibus & plateis muros ejus?) *& parietes componentes. Nunc igitur notum sit regi, quia si civitas illa ÆDIFICATA fuerit, & MURI ejus instaurati, tributum, & vectigal, annuos reditus non dabunt. . . . . . Nunciamus nos regi, quoniam si civitas illa ÆDIFICATA fuerit, & MURI IPSIUS INSTAURATI, possessionem trans fluvium non habebis.* Et annuit quidem huic petitioni Artaxerxes, jussitque ædificationem pendere interruptam, murorum utique, quamvis murorum nomen omittat; quoniam ædificari civitatem, eamdemque muris communiri, nemo non unum esse idemque intelligeret. *Nunc ergo*, inquit, *audite sententiam: Prohibeatis viros illos, ut urbs illa NON ÆDIFICETUR, donec si forte a me jussum fuerit.* Itaque hoc edicto satisfactum est illis, qui murorum ædificationem auctoritate regia prohiberi, ut vidimus, postulassent. Nec prohiberi tamen certe petierunt, nisi quod concessum prius a Cyro nossent.

Vide nunc demum igitur, R. Pater, quam valida sit hac in parte P. Harduini ratiocinatio. Si *sermonis* nomine edictum regium intelligendum est, illud profecto oportet intelligi, teste ipsomet Angelo in hac prophetia, quod & redeundi facultatem, & simul civitatis ædes ac muros potestatem Judæis iterum ædificandi fecit, hoc est, dirutam instaurandi. Atqui non Artaxerxis, sed solius Cyri edicto facta hæc utraque Judæis potestas est. Non igitur Artaxerxis, sed Cyri edictum intelligendum hic esset, si quis hic esset regio edicto locus. Excogita, si potes, aliquid, quod non Judæo tantum, sed Catholico etiam Doctori cuilibet sic argumentanti reponas: vel potius confitere, *sermonem* ibi non regium edictum esse, sed vaticinium divinum.

Instas autem, pag. 186. & aïs; „ *Contendit P.* „ Harduinus *Angelum indicare Danieli, initium vaticinii quod ederet, repetendum ab eo tempore (nempe ab anno quarto Joachim) quo Jeremias protulerat sermonem de septuaginta annis servitutis: quibus evolutis liberandi erant Judæi, & iterum ædificanda Jerusalem. Hæc interpretatio tum Danieli tum Jeremiæ adversatur. Neque enim Daniel sive Angelus ulla re clara ibi alludunt ad vaticinium Jeremiæ.* Quid? Non in ipso prophetiæ hujus exordio, sive præfatione, Daniel ipse admonet, tunc oblatam sibi hanc visionem fuisse, cum vaticinium Jeremiæ legeret de septuaginta captivitatis annis: atque ea occasione factum esse, ut aliud sibi de septuaginta, non annis quidem, sed hebdomadibus, visum offerretur? Repete prima capitis hujusce verba: *In anno primo Darii . . . . ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, de quo factus est sermo Domini ad Jeremiam prophetam, ut complerentur desolationis Jerusalem septuaginta anni.* Annon igitur perspicuum est dicere Danieli Angelum voluisse: Lectio sermonis divini in Jeremiæ libro intentum te detinet, in quo septuaginta commemorantur anni: accipe nunc tu quoque simile vaticinium de septuaginta ab illius exitu sermonis hebdomadibus computandis? Quid ibi, R. Pater, obscurum? quid non apertum cuilibet ac manifestum est?

Pergis adhuc: „ *Illud*, ut iterum ædificetur Jerusalem, *neque proprium est, neque convenit vaticinio Jeremiæ. Ille in sua prædictione pollicitus fuerat, post septuaginta annos servitutis liberationem & reversionem in patrium solum, sed non ut iterum ædificaretur Jerusalem. Nullam hujus instaurationis mentionem facit. . . . . . Spem quidem facit reversionis, ubi fuerint impleti septuaginta illi anni: sed neutiquam indicat iterum ædificandam esse Jerusalem. Et si id jam prædixisset, non opus erat illam instaurationem revelari a Gabriele: qui dicens septuaginta hebdomadas numerandas ab exitu sermonis ut ædifice-* „ *tur*

„ *tur Jerusalem, procul dubio indicabat terminum futurum, non præteritum. Præteritus erat sermo factus* „ *Jeremiæ diu ante illud tempus, quo compellabat Da-* „ *nielem.* R. Pater, Dixitne alicubi P. Harduinus, instaurationem civitatis Danieli revelatam a Gabriele fuisse? Ne somnians quidem, opinor, id ille diceret. Hoc unum aït: Designatas ab Angelo hebdomadas septuaginta computandas esse ab exitu sermonis illius, quo iterum ædificandæ civitatis tempus designabatur. Nam alius alio tempore egressus est a Deo sermo ad prophetas: at ille, qui civitatem instaurandam, & tempus simul instaurationis notaret, sermo factus ad Jeremiam est. Hunc habuit in mente Angelus, quoniam hunc haberet Daniel ante oculos, ut ipse initio capitis istius admonet, quo vaticinium de septuaginta hebdomadibus continetur. Iterum lege: *In anno primo Darii filii Assueri de genere Medorum*, inquit, *qui imperavit super regnum Chaldæorum: anno uno regni ejus, ego Daniel intellexi in LIBRIS numerum annorum, de quo factus est SERMO Domini ad Jeremiam prophetam, ut complerentur desolationis Jerusalem septuaginta anni.* Ab exitu sermonis hujus computandas Angelus admonet hebdomadas septuaginta; de quibus ut Danieli loqueretur, accepta occasio est ex annis septuaginta, quos tunc iste in Jeremia legeret. Itaque non Danieli prænunciat Angelus quandonam esset Jerusalem instauranda: sed quid ex illo tempore quo factus est hic sermo a Deo ad Jeremiam, intra septuaginta abbreviatas hebdomadas eidem eventurum civitati esset.

Quod autem aïs a Jeremia factam solummodo mentionem esse reversuri e captivitate populi, non autem iterum ædificandæ civitatis, minime istud decet ab eo opponi, qui sacras litteras vel a limine salutarit. Quorsum id enim Jeremias diceret; cum esset universæ genti notissimum, ex allatis antea Isaïæ prophetæ testimoniis, quæ P. Harduinus ipse descripsit, ab eodem rege Cyro, qui captivum esset populum dimissurus, faciendam simul potestatem esse Hierosolymorum civitatis restituendæ & exædificandæ? Itaque prædici a Jeremia tempus reversionis, prædici tempus Jerusalem iterum ædificandæ fuit, si quid certe nostra quamlibet tenui ratiocinandi facultate assequimur.

Tamen urges iterum: „ *Initium hebdomadarum non* „ *posse repeti a prædictione reversionis, sive liberationis* „ *a Babylonica servitute ostendunt verba Gabrielis:* Ab „ exordio precum tuarum egressus est sermo. *Adsti-* „ *tit Angelus Danieli oranti: Ergo eo tempore quo pro-* „ *pheta significat se orasse: nempe in anno Darii primo:* „ *ita non eo tempore quo Jeremias vaticinatus fuit.* Hæc tua scilicet argumentatio est; quantum quidem in perobscuro scribendi genere prospicere mentem tuam licet. Computandi septuaginta hebdomadas ducendum initium est ab eo tempore, quo dictum est Danieli, *Ab exordio precum tuarum egressus est sermo:* siquidem ea locutio, *Ab exitu sermonis*, sermonem divinum significat. Atqui istud, *Ab exordio precum tuarum egressus est sermo*, dictum est anno primo Darii, annis post Jeremiæ vaticinium fere LXXIV. Igitur si *Ab exitu sermonis* sermonem divinum significat, computandæ erunt hebdomades septuaginta, non a Jeremiæ vaticinio, sed ab anno primo Darii. Verum uter vestrum id veluti pro certo ponit, eumdem esse sermonem, de quo dictum est Danieli, *Ab exordio precum tuarum egressus est sermo;* & istum, *Ab exitu sermonis ut iterum ædificetur Jerusalem:* tune, R. Pater, an P. Harduinus? Ab alterutro enim istud veluti pro confesso poni necesse est, ut ista vera ratiocinatio sit. Quod si existimas id P. Harduinum confiteri, amentiam ei affingis, a qua abest ille longissime. In utroque quidem loco censet eamdem vim subesse huic voci, *sermo:* at eumdem utrobique sermonem indicari stultus sit quisquis existimet. In illo priore dicit Angelus Danieli, ab exordio precum suarum exauditum a Deo ipsum fuisse, a quo propterea hic sermo ad ipsum exierit. In altero dicit idem hebdomadas esse computandas ab exitu sermonis illius, quo prædictum est Jeremiæ tempus civitatis Hierosolymorum instaurandæ. Cur deinde geminum illum sermonem pro uno eodemque habendum putas?

Videsis igitur, R. Pater, quo jure sic concludas, pag. 170. „ *Sic ergo ipse Angelum inducerem loquen-* „ *tem: Scito a tempore quo EXIBIT decretum de* „ *condenda urbe Jerusalem*, &c. Induceres profecto ea dicentem Angelum, quæ dicere noluit: Prophetiam novam cuderes, non veterem explicares.

CAPUT IX.

Ab anno vicesimo Artaxerxis, qualem adsignat P. Lamy, *duci nullo modo posse initium hebdomadum.*

Quid quod ut vicesimum Artaxerxis annum hypothesi tuæ accommodes, contra veterum omnium testimonium facis; tametsi falso tibi videris aptiorem inire computandi rationem, quam quæ est a Petavio Magno inventa? Nam ut tibi tempestive occurrat annus ille vicesimus Artaxerxis, annos octo patri ipsius Xerxi detrahis, quos filio dones. *Petavius*, inquis, *tribuit Xerxi viginti annos regni, Lancellotius duodecim tantum.* Quid igitur demonstrationi tuæ fiet, R. Pater, si majorem Petavius apud eruditos, quam Lancelotius, inveniet fidem? Nam si Petavii calculus magis probatur, medium hebdomadis LXIX. quo tu ponis Christum occisum, non jam in annum XXXIII. æræ Christianæ, sed in annum XLI. incidet. Quis ille autem est Lancelotius? Ignosce, R. Pater, inscitiæ meæ: neque enim est in provinciis, ut magni Petavii, sic Lancelotii celebratum nomen. Vidi equidem in calce Bibliorum, quæ bibliopola Vitræus Parisiis edidit, Chronologiam quam totidem verbis describis in eo opere, in quo de septuaginta hebdomadibus disputas. Hiccine Lancelotius est? Existimabam hactenus ignobilem scriptorem quemdam esse, qui sub his litteris D. I. B. nomen suum latere vellet. Ut ut est, habet Petavius sententiæ suæ haud infimæ notæ (ut quidem eruditorum opinio est) patronum Eusebium in Chronico. Etiam Diodorus Siculus annos amplius viginti Xerxi regi tribuit Sulpicius Severus annos XXI. quamquam in plerisque exemplaribus annos viginti quinque imperii ejus reperisse se idem affirmat. Quod si verum foret, annum passionis Christi oporteret esse æræ Christianæ XLVI. siquidem a vicesimo Artaxerxis anno, qui Xerxi successit, hebdomades, ut vis, computandæ essent. Sed cum hi auctores Petavio faveant, quis Lancelotio auctor fuit, ut annos tantum duodecim Xerxi tribueret? Quis vel unus e veteribus recentibusve scriptoribus Lancelotio suffragatur? Etiam ipse Scaliger annis duobus & viginti regnasse censuit. At tu Lancelotium sequeris, quoniam alioqui calculus labaret septuaginta hebdomadum. Annis enim octo tardius, quam tuæ hypothesi congruat, hebdomadæ complerentur. Demis eam ob rem cum Lancelotio annos octo patri, quos filio reddis. Sed quo demum auctore? quo vade? Ad Chronologicas hypotheses adstruendas num fas est arbitratu nostro annos regum vel contrahere, vel augere? Quod genus istud tamdem demonstrationum est? Tu sic fidem te inventurum apud quemquam hac via putasti?

P. Petavius in Chronologicis rebus, ut nunc de ceteris sileam, summe peritus, pro sua perspicacitate vidit fieri non posse, ut calculus septuaginta hebdomadum duceretur ab anno vicesimo Longimani Artaxerxis, si primus illius annus esset, qui patris, nempe Xerxis, supremus; tametsi viginti tantum Xerxi tribuerentur anni, cui pauciores nemo vete-

veterum dedit. Itaque conjecit ille, (quæ tibi conjectatio non placet) designatum ante annos decem a patre Xerxe fuisse Artaxerxem regem. Et est illa sane designatio obscura satis & incerta: ut sunt etiam anni incerti, nostro quidem judicio, incertæ res gestæ, & nomina ipsa incerta regum Persarum post Herodoti historiæ finem, usque ad cladem Darii regum novissimi. Neque vero quod ex ea designatione consectarium colligitur, cœptas ab ea nimirum numerari annos Artaxerxis, geminumque fuisse computum annorum ipsius, magis est aut certum aut simile veri. Siquidem Herodoto teste, libro VII. cum Darius adversus Græcos bellum pararet, Xerxen filium designavit heredem: nec tamen aut ab illo tempore anni Xerxis numerari cœpti sunt, aut geminus propterea inductus est calculus annorum ejus apud Herodotum.

P. Petavii conjectatio tum quodam Thucydidis loco nititur, ubi Themistoclem in Persidem fugisse narrat, & ad Artaxerxen scripsisse, ἐς βασιλέα Ἀρταξέρξην τὸν Ξέρξου νεωστὶ βασιλεύοντα: tum altero Eusebii testimonio Themistoclis fugam collocantis anno ante Christum CCCCLXXIV. Et ex gemino fortassis illo testimonio collegit Lancelotius, Xerxen obiisse diem supremum anno illo, ac proinde annos duodecim tantum vidisse. Circumspectior P. Petavius, noluit ob illam Eusebiani Chronici & Thucydidis testificationem, mendacii insimulare Sulpicium Severum, Diodorum Siculum, ceterosque scriptores vetustos omnes, qui annos Xerxi vicenos magno consensu asserunt. Itaque cum vellet, ut fit, conciliare scriptores inter se dissidentes, Artaxerxen opinatus est dici posse jam tum a patre designatum heredem regni fuisse: jam tum annos illius computatos forte fuisse; quantumvis Eusebius & Diodorus, aliique quos habemus omnes, primum Artaxerxis annum post supremum Xerxis patris appellent.

Sed præterquam hæ sunt meræ conjectationes, nec satis firmæ: Quid si enim Eusebii Chronicon Themistoclis fugam annis aliquot antevertit; eaque sub Artaxerxe revera contigit, ut narrat Thucydides? Nam istius Chronici esse σφάλματα plurima nemo eruditorum negat. Quid si Thucydides perperam Artaxerxen pro Xerxe posuit? Diodorus enim certe ad Xerxen refert conceptis verbis, non ad Artaxerxen, ut Thucydidi placuit, Themistoclem confugisse. Diodoro Plutarchus etiam suffragatur, & testes præterea profert, *Ephorum*, *Dionem*, *Clitarchum*, *Heracliden, aliosque complures*: Thucydidem vero affirmat haud satis fidelibus deceptum fuisse Tabulis Chronologicis: καίπερ νῦν αὐτοῖς ἀτρέμα συντεταγμένοις: quæ tu verba sic reddis obscure & barbare prorsus: *licet hi quidem consarcinati remisse.* Sed si sunt, inquam, hæ meræ conjectationes, nec satis certæ; si anni Artaxerxis ab obitu patris dumtaxat, ut apud Eusebium, aliosque, cœpti sunt numerari; tuane, quam Petavii, certior (ut polliceris) demonstratio est, aut omnino speciem demonstrationis habet? Minime certe: siquidem, ut diximus, si annus Artaxerxis vicesimus ab obitu patris, qui viginti saltem annos regnavit, numerandus est; ducto exinde hebdomadum calculo, mortem Christi prophetia conjiceret in annum octavum postquam reipsa contigit.

Verum ad convincendos Judæos nec Thucydidis valet auctoritas, nec Plutarchi. Ad id idonea divina dumtaxat sacrorum librorum testificatio est. Hanc unam in hac controversia P. Harduinus adhibuit: ac ne in Chronologia quidem reliqua Plinium adsciscit vel Herodotum, nisi ut istorum consensionem ostendat cum sacris litteris: in interpretatione autem hebdomadum septuaginta neque hos neque profanos alios scriptores adsciscit, quippe quos nimirum intelligeret a Judæis repudiari jure posse.

Mirificæ sunt autem responsiones tuæ ad unum quoddam e multis P. Harduini argumentis, pag. 184. „*Sed pergamus*, inquis, *eum audire. Si, ait, aliud „initium vaticinii Danielis ponitur, quam ipsum tem„pus, quo Jeremias prædixit post septuaginta annos fi„nem servitutis, totum vaticinium ambiguum & obscu„rum est.* Fatendum enim profecto est; id si ita „ponitur, latuisse prorsus Danieli ipsi initium, at„que adeo finem hebdomadarum, neque in suo „ipsum vaticinio quidquam vidisse. Ita sane P. Harduinus. Cui respondes, conspicuum fuisse Judæis ævi illius initium hebdomadum, audito nimirum edicto regio; tametsi in suo ipse vaticinio Daniel nec initium viderit, nec finem; ac nobis ipsis ignotus *forte sit quis ille Artaxerxes, aut quem locum obtineat in serie regum Persarum.* Quis tibi autem, R. Pater, ex his duobus alterum tibi concedat, Danielem initium hebdomadum nescivisse, nec proinde finem earumdem: alterum non rideat plenis buccis; siquidem causam Judæorum adjuvat, quisquis fatetur, ut facis, nunc esse fortassis incertum quis ille Artaxerxes fuerit, cujus anno vicesimo edictum dicitur esse prolatum de Hierosolymis restituendis?

CAPUT X.

Artaxerxen, cujus annus vicesimus notatur in sacris litteris, Longimanum esse non posse.

At Artaxerxes ille, cujus annus vicesimus adnotatur in libro secundo Esdræ, quis fuerit, primus patefecit P. Harduinus. Ipse est ille, cujus annus septimus in priore Esdræ libro nominatur, cap. VII. cujus mentio fit similiter capite VI. ejusdem libri I. versu 14. ubi Judæi ædificasse dicuntur & construxisse, *jubente Deo Israël, & jubente Cyro, & Dario, & ARTAXERXE regibus Persarum.* Vivebat autem profecto tunc ille Artaxerxes, & idem fuit tamen inferior Dario tunc quoque regnante. Nam si tunc diem ille supremum obiisset, præponeretur Dario: neque enim Darius vivus inter Cyrum Artaxerxen mortuos nisi perabsurde intersereretur. Est igitur Artaxerxes ille rex æque Persarum ac Darius, secundo ipso, qui ibidem notatur, Darii anno. Hiccine porro esse Longimanus potest; cujus initia distant ab hoc anno secundo Darii, te quidem auctore, annis quinque & quadraginta, secundum alios annis quinquaginta tribus? cujus denique principatu nullus Darius exstitit? Quanti sit momenti hic Esdræ locus, præter ceteros, ad discriminandos Babylonis & Persidis reges a Mediæ regibus, (quod discrimen est a P. Harduino primum animadversum.) fatebuntur ii profecto, quibus sacræ litteræ cordi & amori sunt, ut par est esse; quantumvis ii refragentur, qui quoniam in profanis scriptoribus hoc discrimen non legunt, neque illud idcirco perspicere in sacris litteris valent. Homines vix Christiano nomine digni, sed hac parte adhuc pæne gentiles censendi; qui (quod Judæi exhorrescerent) tanti ethnicos scriptores faciunt, ut si quid narrent libri sacri de historia profana, non inveniat apud eos fidem, si rem paulo secus ethnicus aliquis scriptor enarret.

Esdras deinde Saraïæ filius Babylone Hierosolyma rediisse perhibetur, anno septimo Artaxerxis regis Persarum, libro I. Esdræ cap. VII. hoc est, illius Artaxerxis anno septimo, cujus annus vicesimus in secundo Esdræ, libro narratur. Saraïas ille autem sub Cyro rediisse ponitur, I. Esdr. 2. cum ipso Esdra, qui fuit annorum tunc, ut videtur, octodecim aut viginti. Quod si anno Artaxerxis Longimani septimo Esdras iterum Hierosolyma rediit, necesse est regressum fuisse Babylone annis a primo reditu LXIV. tuo quidem calculo, aut LXXII. si omnibus historicis fides habetur: ac proinde fuisse tunc Esdram annorum circiter nonoginta; quod certe abhor-

horret a similitudine veri. At in hypothesi, quam P. Harduinus instituit, Hierosolyma redit Esdras iterum post annos octodecim a primo reditu cum patre Saraia, natus ipse annos circiter triginta sex: cum, uti verisimile est, circiter annum ætatis tricesimum Babylonem missus fuisset ad impetrandam a Dario facultatem Templi restituendi. Ea, inquam, obtenta, cum jam Babylone cessisset Darius Artaxerxi, anno illo ipso Artaxerxis restituti, qui septimus appellatur Artaxerxis annus, rediit Esdras Hierosolyma cum novo captivorum comitatu, annos ipse natus, ut dictum est, fere triginta.

Præterea, Gazophylacium, quod est ædificatum anno XXXV. Artaxerxis, nempe *in fine dierum* ipsius, teste Nehemia, cap. XIII, 5. ædificium est Templi ultimum, cujus sacræ litteræ meminerint. Didicimus autem ex Joanne, in Evangelio, cap. 2, 20. cum sit pars illa Templi structa postremo, hanc illius ædificationem anno quadragesimo sexto fuisse absolutam, ex quo jacta primum fundamenta Templi fuere; hoc est, ab anno Cyri tertio Babylone regnantis. Non est ille igitur annus tricesimus quintus Artaxerxis Longimani; siquidem annus Longimani tricesimus quintus distat a tertio Cyri anno, ut tu quidem vis, annis XCIII. ut autem omnes historici ponunt, centum & eo amplius.

Dic, amabo, R. Pater, cum hypothesim P. Harduini susceperis oppugnandam, cur de his argumentis, cur de similibus aliis multis, quibus Artaxerxen in sacris litteris memoratum suadet ille perspicue Longimanum esse non posse, verbum omnino nullum facis? Cur ad hæc nihil reponis? Annon est caput illud controversiæ ejusmodi, ut si vincat ille hac in quæstione, necesse sit stare integram, quam affert, Danielis oraculi interpretationem? An vero mihi, an cuiquam alteri, fas est dubitare, quin ea quæ de Artaxerxe prodit, alio longe a Longimano Artaxerxe, verissima sint, cum te ad hæc nihil ausum esse mutire intelligam? Artaxerxe autem isto deprehenso, majores etiam ipsius feliciter detexit P. Harduinus; eoque invento mirificam historiæ Veteris Testamenti lucem affert: adeo ut quidquid visum est hactenus in ea intricatum, jam per se sit expeditum & apertum: & sit Artaxerxes Artaxerxes, Assuerus pariter Assuerus, tum qui Darii Medi pater, & Assuerus Estheris vocatur; tum qui Astyagis filius: neque quisquam ex illis alio sit appellandus nomine, quam eo quod in divinis litteris habet: neque demum indulgendum sit inani conjecturæ; cujusmodi ea est, qua dicis Smerdin magum esse fortassis Artaxerxen.

Sed ut omittam cetera, ut de Assuero Estheris nihil dicam, cujus ætatem ex sacris litteris, atque ex tempore belli quod Cyrus cum Crœso gessit, situque Macedonum quos commemorat Assuerus, adeo invicte statuit P. Harduinus, ut instar demonstrationis esse caput istud oporteat; ut istud & similia, inquam, omittam; cum quidquid ille affert ut doceat Artaxerxen, quem sacri codices commemorant, Longimanum esse non posse, istud sit ex sacris libris ac verbo Dei ipso petitum; atque ut hypothesim P. Harduini, vel si solum sit, egregie constabilit, sic tuam aperte subruat: cur istud omne dissimulas? Nam ab anno certe vicesimo Artaxerxis, cujus est apud Esdram & Nehemiam mentio, usque ad natalem Christi Servatoris, anni sunt 499. usque ad obitum autem, 531. Qui numerus annorum uterque multum excedit septuaginta hebdomadas.

Mirus autem es, cum Artaxerxen, cujus Esdras meminit capite quarto, alium facis ab eo, cujus idem capite septimo meminit: & illum quidem, quoniam ante Darium rex fuisse ponitur, forte fuisse Smerdin magum ais, qui Cambysi successit. Quo autem argumento? Quoniam, inquis, pag. 179. „ *nomen* „ *Artaxerxis commune fuit pluribus regibus. Ex Herodoto Xerxes significat bellicosum: & Artaxerxes maxime bellicosum. Ita magus, qui occupavit sedem regni, potuit sibi tribuere illud nomen, vel sibi tributum accipere. Mos erat regum Persarum multis cognominari nominibus.* Ex quo demum scriptore, quæso te, R. Pater, didicisti hunc morem fuisse regum Persarum? Vidistin', in sacris litteris, aut apud Herodotum, Pliniumve, non uno eodemque semper nomine Cyrum, Cambysen, Darium Xerxen, appellari? Nihil enim moror illos interpretes, qui ut colorem aliquem afferrent falsis ac miserabilibus suis hypothesibus, miserabiliora hæc effugia confinxerunt. Vetustum solummodo certumque hujus moris testem vel unum desidero.

Potuit, inquis, magus, qui se Smerdim esse Cyri filium mentiebatur, Artaxerxes appellari. Cur? Quoniam, inquis, Artaxerxes significat maxime bellicosum. Ergo, inquam ego, non potuit ille Artaxerxes vocari: nihil enim illo fuit inertius. At aliam causam ejus rei affers, pag. 159. quia „ *magus ille nominabatur Oropastes*, si Justino fides nimirum, *sive ut Ctesias loquitur*, *Tanyoxarxes: unde paululum immutato nomine* POTUIT OBTINERE, *ut Artoxerxes vel Artaxerxes nominaretur: quod nomen commune fuit multis Persarum regibus.* Primum quidem, R. Pater falsos duos testes adducis: quorum nec consentientia inter se testimonia sunt. Ctesian certe merum esse fabulatorem hodie eruditi omnes fere consentiunt. Quamquam nec satis ille tibi splendide mentiri visus est, nec satis aperte tuæ favere conjectationi. Itaque ipsum quoque corrumpis: & ais Tanyoxarxen apud ipsum legi, ut inde efficias, *paululum immutato nomine potuisse* eum *obtinere, ut Artoxerxes nominaretur.* At non est in Græco pseudo-Ctesiæ Tanyoxarxes, sed Tanyoxarces: quod nomen, si quidem in primis Persicum foret, a Tanyoxarxe diversum esse oporteret. Sed fac alterutrum ei mago, vel Oropastæ, vel Tanyoxarxis nomen fuisse. Antequam rex foret, R. Pater, & se Smerdin esse, Cyri filium, fratrem Cambysis, mentiretur, id ei nomen fuit. At ex quo se Smerdin esse credi voluit, ostende, si potes, aliud ei nomen quam Smerdin fuisse. Ne fabulatorum quidem quisquam e veteribus tuum illud commentum prodidit.

Adde quod Artaxerxes ille, cujus fit mentio libro 1. Esdræ, cap. IV. habuit patrem, & avum, Babyloniæ reges, ut ex versu 15. capitis illius colligitur; ubi ad eum sic scribunt Samaritæ: *Nunciavimus regi, ut recenseat in libris historiarum PATRUM TUORUM*; regum utique Babyloniæ, ad quos Hierosolymorum civitas scilicet facta vectigalis eodem jure pertinuerat, atque Artaxerxi tunc pertinebat. At ne Smerdis quidem etiam verus, Cyri filius, Cambysæ frater, quem se magus ille mentiebatur, patres habuit reges, sed unum dumtaxat, nempe Cyrum. Non fuit igitur Smerdis magus Artaxerxes.

Nec felicior illa conjectatio est, cui subscribere videris, pag. 159. (ut certe necesse est ei te subscribere, si priorem illam defendis, de Smerdi Artaxerxe:) ubi ais Cambysen esse Assuerum Estheris, qui & ab Esdra, capite proxime indicato, Cyro successisse ponitur. Nam qui potest ita esse, cum annos tantum septem Cambyses regnarit, annum autem Assueri duodecimum sacræ litteræ prodant in libro Estheris? Erras profecto, R. Pater, nesciens scripturas, ac minore eas tractans reverentia, quam profanos scriptores & fabulatores tuos.

Vide ergo quemadmodum aliter respondeas P. Harduino, pro suo jure postulanti a te, ut certis argumentis doceas Artaxerxen, cujus annus septimus appellatur, libro 1. Esdræ cap. VII. vicesimus autem libro 2. cap. 2. esse, ut contendis, Lon-

gimanum Artaxerxen. Nam is post Darium ponitur in libro primo Esdræ a capite sexto; Darius autem post alterum, ut vis, Artaxerxen, qui commemoratur ibidem capite quarto: nec tamen Smerdis magus fuit, ut proxime demonstratum est. Atqui non habet in aliqua serie regum Persarum ante se Longimanus Darium & Artaxerxen; sed Darium dumtaxat & pseudo-Smerdin. Non est igitur Longimanus ille Artaxerxes, quem Esdras appellat.

Nam hoc ordine Persarum Reges ab Herodoto appellantur:

1. CYRUS.
2. CAMBYSES.
3. Pseudo-SMERDIS magus.
4. DARIUS Hystaspæ F.
5. XERXES Darii F.

His deinde subjiciunt haud satis certi scriptores Artaxerxen Longimanum, quem Xerxis filium fuisse perhibent. At tu considerate feceris, si ad interpretandas sacras litteras, has ipsas dumtaxat cum P. Harduino, ut par est, consulueris: ut ex iisdem intelligas, primum quidem, alios fuisse Babyloniæ reges de semine Medorum, alios Persas reges. 2°. Deinde locutos esse sacros scriptores de regibus tantum Babylonis, non de Persis: nisi cum hi Babylonem etiam occuparunt: quoniam videlicet de his tantum loquuntur regibus, quibus Judæa obnoxia vectigal pendere cogeretur. Servi autem fuere Judæi regum Babylonis, non regum Persarum. 3°. Denique non alia fuisse a Cyaxare Medorum Persarumve regum nomina, quam quæ in sacris litteris appellantur. Ex his enim principiis efficitur, primo quidem, hanc fuisse seriem regum Medorum ac Babyloniæ, quam contexuit ex sacris litteris in sua Chronologia P. Harduinus.

1. ASSUERUS Medus, Cyaxaris F. Phraortæ N. Dejocæ pronepos. Dan. IX, 1. Esther, I.
2. DARIUS Medus, Assueri F. Dan. V, 31. & IX, 1.
3. ASTYAGES Darii Medi F. quo mortuo Cyrus Persa regnum ejus suscepit. Dan. XIII. 65.
4. ASSUERUS Astyagis F. 1. Esdr. IV, 6.
5. ARTAXERXES, alter ejusdem Astyagis F. 1. Esdr. IV, 24.
6. DARIUS Hystaspæ F. qui cum Artaxerxe cepit Babylonem rebellem. 1. Esdr. VI, 24. &c.
7. ARTAXERXES idem, Dario in Persidem recedente.
8. XERXES denique rex Persarum, Darii F. Artaxerxe mortuo. Dan. XI, 2.

Sequitur deinde ex hac regum serie, unicum apud Esdram Artaxerxen esse, qui & ante Darium capite IV. libri primi, & cum Dario, capite sexto; & post Darium, capite VII. ac libro secundo commemoratur rex Babylonis. Sequitur præterea hunc Artaxerxen, cujus annus vicesimus libro 2. Esdræ notatur, Longimanum Artaxerxen esse non posse. Sequitur denique miserabilem esse eorum laborem, qui ut sacros scriptores, de Babyloniæ regibus dumtaxat locutos, concilient cum profanis scriptoribus, quos de Mediæ regibus dumtaxat scripsisse perspicuum est; ut hos reges in illis, vel illos in his vice versa reperiant, fingunt sine idoneo teste ac pro arbitratu geminum & quod lubet nomen nonnullis eorum regum fuisse.

De Josepho tuo, R. Pater, nihil hic dicimus; quem constat, ut ipse confiteris, pag. 179. *scripsisse imperite de serie Persarum*, nec Artaxerxen aliquem Longimanum agnovisse a Xerxe diversum. Potuitne ille igitur a vicesimo Artaxerxis anno septuaginta hebdomadas computare, si quem alii Artaxerxen Longimanum vocant, ipsi Xerxes fuit: De ceteris vetustis scriptoribus quid dicere attinet, cum ipse agnoscas, pag. 156. *non convenire ipsos inter se*, de Baltassaris & Darii Medi temporibus? Verum, ut diximus, neque hi a Christianis Judæisve hac de controversia consulendi sunt: soli sacri codices in consilium adhibendi. Sola scriptura sacra distinxit, ut par fuit, tria regna, Medorum, Persarum, ac Babyloniorum. Sola de Dario Medo, & successoribus ipsius, Astyage, Assuero, & Artaxerxe, ob Babylonem, ubi imperitabant, fecit mentionem. Hac animadversione solvit egregie P. Harduinus proponi solitas adversus historiam illius temporis difficultates: quæ quidem tantæ impiis hominibus, ac deosculantibus profanos scriptores, videntur esse, ut dubia propterea iisdem videatur scripturæ fides; quoniam ei cum his, ut solent accipi, nullo modo convenit.

CAP. XI.

Versu 25. Usque ad christum ducem.

Ad sequentia prophetiæ verba veniamus: *Usque ad christum ducem.* Hoc loco *christum ducem* P. Harduinus belli ducem vocat: Christum Dominum tu e diverso dicis intelligi oportere. Cur? Quoniam, inquis, *in hoc vaticinio describitur verus Judæorum Christus.* Atqui hoc ipsum est in controversia; num extra eam sententiam, in qua Christus occidendus dicitur, Christi mentio in hoc vaticinio fit. *Christi* nomen solitarie positum, ut in vaticinio isto occurrit versu 26. Christum designat. At cum adjecto si ponitur, alium a Christo denotat. Sic Isai. XLV, 1. *Hæc dicit Dominus christo meo Cyro.* Et Saul *christus Domini*, sive *messias Domini* appellatur: nec tamen est Christus, seu Messias ille qui promissus est. Et quanto illa tamen locutio congruentior Christo videtur, quam ista, *christus dux?* Nam si contendas istud alibi quidem, sed non in isto vaticinio verum esse; reponet Judæus, reponet quilibet eruditus, hoc esse veluti pro imperio statuere, quod ratione non possis obtinere; confundere dictiones, quas habere disparem potestatem ac significationem Spiritus sanctus voluerit: Danieli denique ipsi contradicere, qui ducem non vocat, nisi belli ducem: nec proinde Christum *christum ducem* potuit appellare.

Nam quod nihil interesse dicis, quod in fonte Græco (ut hic appellas) dicitur χριστὸς ἡγούμενος; longe aberras, R. Pater. Christum enim ubique si vellet Angelus intelligi, *Christum* simpliciter, ut versu 26. ubique appellaret. Saltem ostendere locum aliquem sacrorum codicum deberes, in quo χριστὸς ἡγούμενος de Christo diceretur. Hoc vero numquam feceris. Sic neque Hebræum נגיד, quod hic Græco nomini ἡγούμενος, & Latino *dux* respondet, nec Deo aliquando in sacris litteris, nec vero Messiæ tribuitur: & subsequente versu, ubi legitur, *cum duce venturo*, hoc ipsum nomen נגיד Hebraice ponitur, & Græce ἡγούμενος: ubi perspicue vox utraque belli ducem designat: Ergo & ubi pro christo duce vox eadem ponitur, eidem voci vim eamdem subesse existimandum est. Atque in eam rem testes etiam protulit P. Harduinus: tametsi nullos fere in ea Dissertatione appellat Auctores: quoniam cum adversus Judæos instituta disputatio sit, nullam illi fidem scriptoribus exteris habent. Protulit, inquam, Petrum Blesensem, libro 1. adversus perfidiam Judæor. cap. XIII. qui hæc verba, *usque ad christum ducem*, per ista reddidit, *usque ad Cyrum ducem*: secutus, ut aiunt, Petrum Alfonsi, quem ex Judæo factum Christianum, ut diximus, sæculo duodecimo perhibent.

Judæi quidem nonnulli quondam *christum ducem* dici

dici de Messia voluerunt: atque eam vocem sic accipi a Christianis vehementer optant: sed gemina nimirum de causa: Altera est, quoniam credi volunt, cum qui exspectandus est, Messiam, ductorem exercituum fore, qui gentes suo subdat imperio. Altera est, quoniam suadere Christianis volunt, non oportere hebdomadas ad litteram explicari, sed spiritali tantum aliquo sensu; quoniam post septem hebdomadas verum ac simpliciter appellatum Christum exhibere, ut prophetia (inquiunt) pollicetur, non possunt.

Tamen instas iterum, pag. 187. & aïs: „ *Novus* „ *interpres, ut diximus, statuit eo tempore, quo Da-* „ *niel cœpit vaticinari, tunc effluxisse XLIX. annos ex* „ *LXX. quos Jeremias prædixerat: & tunc fuisse in* „ *Media exortum Cyrum.* *Hoc est quod dicit:* Sicut a „ vaticinio Jeremiæ usque ad christi unius ducis sive „ Cyri exortum fuere septem hebdomades, sive an- „ ni XLIX. *Cyrus ergo ibi intelligendus nomine christi* „ *ducis, qui hactenus privatus, & modo exoriens* „ *obversabatur animo Angeli. Rem quæ occulta erat* „ *non retexisset Gabriel, sed magis obvolvisset tenebris.* „ *Neque enim Danielis cogitationem subire poterat Cy-* „ *rus sic modo exoriens. Etsi enim in hisce regionibus,* „ *ubi versabatur propheta, ille Cyri ortus ad ejus au-* „ *res pervenire potuisset, quomodo intellexisset nomine* „ *christi ducis sibi ab Angelo significari Cyrum illum?* „ *Sed si intellexisset, cum statim Angelus indicet Chris-* „ *tum occidendum esse, quomodo id de Cyro non inter-* „ *pretatus esset, sed de Onia?* Affingis P. HARDUINO, R. Pater, longe alienam ab ejus mente sententiam: ac deinde contra larvam luctaris, quam ipse finxisti: nec vim denique potestatemque nominum Hebraïcorum nosti. Non dixit P. HARDUINUS, tunc cum Danieli oblata hæc visio est, effluxisse annos quadraginta novem e septuaginta, quos Jeremias prædixerat, & tunc exortum in Media Cyrum. Cum Daniel hoc vaticinium edidit, tunc effluxisse dicit annos, inquam, non XLIX. sed LXXIV. non e septuaginta annis quos Jeremias prædixerat, sed ex LXX. ipsis hebdomadibus: neque tunc in Media Cyrum exortum, sed XXV. hunc Cyri annum in Media fuisse: annos autem XLIX. e septuaginta hebdomadibus effluxisse anno primo Cyri in Media. Dormitabas profecto, R. Pater, cum librum P. HARDUINI legeres, ac describeres, & cum deinde adversus eumdem argumentareris ex iis quæ descripseras. Vide enim quot res quam fœde confundas: annos cum hebdomadibus, & alia. Annon igitur potuit Daniel in Perside positus rescire potitum esse Media Cyrum jam ante annos quinque & viginti? Non potuit scire captam a Cyro fuisse, anno regni sui XXI. junctis cum Dario Medo copiis Babylonem, juxta Isaïæ vaticinium, cap. XXI, 2. *Ascende Ælam, obside Mede?* Non potuit igitur toto illo tempore vir religiosus ac pius, amans (ut vel ex hoc ipso capite nono apparet) sacrarum litterarum; non potuit ille, inquam, apud Isaïam legere, dici Cyrum christum Dei, qui captivitatem solveret, & Hierosolyma exstrui cum Templo juberet? Annon & ipsius & Judaïcæ totius synagogæ intererat scrutari scripturas, ut hæc ibi perdisceret? Potuit ergo dicere Angelus Danieli: Quemadmodum ab initio hebdomadum computatæ septem hebdomades desinunt in annum primum Cyri christi ducis exorientis in Media; נגיד illius, inquam, (quo nomine diximus belli ducem significari:) sic ab eodem initio sexaginta duæ erunt hebdomades. Nam quod dicis, pag. 170. semper Judæos exspectasse magnum נגיד, eoque nomine Christum designasse, nescio profecto quibus ex libris hauseris. In sacris certe libris nomen istud non est, extra hunc locum, ut P. Harduinus adnotavit: cum tamen ex his dumtaxat peti adversus Judæos argumentationem oporteat. Sed ea fingis audacter, quæ tuæ causæ putas prodesse.

Paris imprudentiæ est quod deinde rogitas: „ Si „ Daniel Cyrum intellexisset nomine christi ducis, „ *cum statim Angelus indicet Christum occidendum esse,* „ *quomodo id de Cyro non interpretatus esset, sed de* „ *Onia?* Primo, falsum est dixisse P. HARDUINUM, hæc verba, *Christus occidetur*, de Onia intellexisse Danielem. Immo vero de Christo dumtaxat intellexisse asseruit & probavit. Cur autem Cyrum ibi Daniel non intelligeret, causam ex dictis a P. HARDUINO nosse debuisti. Quoniam scilicet non esset Cyrus *Christus* simpliciter ac sine adjecto; qualis in illa sententia est, *Occidetur Christus:* sed est dumtaxat christus dux seu נגיד: quæ vox si vel semel in sacris litteris Christo tribuitur, vicisse te fatebor.

Pergis tamen de illo Cyri exortu in Media litem movere P. Harduino, eadem pag. 187. „ *Præ-* „ *terea*, inquis, *ille ortus Cyri eo præcise anno quo* „ *primum regnabat Darius Medus, commentum est;* „ *quod forsan non difficile esset confutare.* Recte nunc semel, atque nunc primum judicasti, R. Pater. Commentum istud est, & quidem absurdissimum: primum Cyri exortum in Media statuere eo præcise anno quo primum Darius Medus regnabat. Nec difficile profecto est istud confutare. Sed cujus commentum istud est? Tuumne, R. Pater, an P. HARDUINI? Si est istius, qua in editione ipsius Chronologiæ istud legisti? Duas enim adhuc vidi dumtaxat; Parisiensem, & Germanicam. Amstelodamensis brevi dicitur proditura. In illis autem, æque atque in specimine Chronologico, quod in fronte posui hujus responsionis, aperte ponitur exortus Cyri in Media, annis ipsis XXIV. antequam Darius Medus Babylone regnaret. Docetne severa Moralis impingere viris falsa crimina, ut ii ludibrio habeantur? Hoc tamen commentum adeo te offendit, & merito quidem, ut illud iterum obtrudas his verbis, pag. 185. „ *Supponit Auctor, eo tempore quo vatici-* „ *natus est Daniel, jam ex his septuaginta annis servi-* „ *tutis, quos prædixerat Jeremias, effluxisse XLIX.* „ *annos, sive septem annorum hebdomadas: & hocce* „ *tempore quod Daniel signat, Anno primo Darii Me-* „ *di, Cyrum Persarum Cambysis filium in Media exor-* „ *tum esse, & Mediam Astyagi eripuisse. Novam istam* „ *condit historiam, quam unanimi veterum scriptorum* „ *testimonio non satagit confirmare. Omnibus enim fidem* „ *derogat, solum Herodotum cum Plinio excipiens. Hæc* „ *commenta non impugnabo*, &c. Commentum certe non est, Mediam Astyagi ereptam a Cyro fuisse: cetera, R. Pater, commenta quidem, ut jam ostendi, sed tua sunt. Quæ tu nihilominus tertio inculcas, pag. 189. „ *Maxime*, inquis, *de exortu Cyri,* „ *qui nisi exortus sit in anno primo Darii Medi, elap-* „ *sis XLIX. annis ab anno quarto Joachim, corruit* „ *omne novæ opinionis fundamentum.* Immo vero, R. Pater, corrueret illud funditus, si Cyrus exortus poneretur, ut fingis, anno primo Darii Medi; aut si Darii Medi primus annus incideret in annum XLIX. ab anno quarto Joachim. Similia credo tibi videre visus es somnians commenta alia ejusdem scriptoris: quæ nempe fingebas; ut passim diceres: „ *Hæc com-* „ *menta non impugnabo*, &c. *Hæc figmenta impetenda* „ *essent*, &c. Et paulo antea: „ *Omnium (ut liquido* „ *loquar) errorum, quibus scatet novus liber*, (quo- „ rum tamen nullum ostendis:) *resecandis capitibus* „ *nec unus sufficiat Hercules, adeo multiplicia sunt:* quæ nempe fingis animo, R. Pater, nec prodere audes, vel indicare.

Quod enim ei succenses, tum hoc loco, tum pag. 188. quod in Chronologia Veteris Testamenti nulla adhibet monumenta, præter Latinam Editionem Vulgatam, & scripta Herodoti Pliniique; primum quidem, si solam adhibeat testem scripturam sacram, ostendatque solam sibi sufficere; num propterea minus credibilia tibi narrare videbitur? At etiam falsa

hæc criminatio est. Nam & eclipses Solis & Lunæ, & Kalendarium Judaicum, quod receptum usu fuisse saltem a Mosis temporibus arbitratur; & nummos denique veteres, ubi locus his est, subsidio vocat; & his certe subsidiis sat erudite utitur. Deinde nec satis est æqua tibi, R. Pater, succensendi causa, si e profanis scriptoribus, præter Herodotum Pliniumque, quorum gravissima apud homines vere eruditos auctoritas est, & cum sacris codicibus egregia ubique consensio, non alios etiam P. HARDUINUS scriptores adsciscat, qui ne inter se quidem ipsi consentiant. Jure enim is arbitratur, Chronologiam Veteris Testamenti, quæ solis nitatur sacris codicibus, & cum hoc scriptorum pari, ceterisque appellatis testibus, conveniat, abunde esse communitam. Alias hypotheses alii struant interim, qui sunt ethnicorum scriptorum, nihilo minus quam si essent & ipsi pariter ethnici, supra modum admiratores & buccinatores: qui nullo Auctorum discrimine habito, omnes idcirco rati esse optimæ notæ, quoniam nemini adhuc venit in mentem de his censuram agere; ex pluribus, ut appellant, Romanensibus fabulis, secum sæpe pugnantibus, novas adhuc ingeniose cudunt, novis additis conjecturis; perinde quasi nondum sit satis hujusmodi fabulis orbis oppletus.

CAPUT XII.

Versu 25. Hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ erunt.

SEquitur in hoc vaticinio septuaginta hebdomadum partitio in hebdomades septem, & in sexaginta duas, ab ultima hebdomada sejunctas; quæ nec est frustra profecto aut temere instituta partitio; nec alium potest habere intellectum, quam quem exhibuit P. HARDUINUS. Hoc fuit, inquam, docere, primum quidem, & septem, & sexaginta duas esse eventu aliquo singulari claudendas sive finiendas. Et septem quidem computari oportere ante sexaginta duas; non, ut quibusdam placuit, quoniam novam ac propriam hypothesim cuderent, post easdem. Hoc est deinde dicere, unde hebdomades septem computantur, inde & sexaginta duas computandas esse; hoc est, *ab eodem exitu sermonis ut iterum ædificetur Jerusalem.* Ab anno quarto Joakim regis Juda, & vaticinio Jeremiæ, computandæ sunt hebdomades septem: ab eodem anno petendum initium similiter sexaginta duarum est. Nam eam ob rem dixit Angelus, *Ab exitu sermonis* illius & hebdomades sunt septem, & hebdomades erunt sexaginta duæ. Hoc est præterea dicere, & in fine septem hebdomadum, & in fine sexaginta duarum christum ducem occurrere. Alioqui non diceret Angelus: *Ab exitu sermonis ut iterum ædificetur Jerusalem, usque ad christum ducem, hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ erunt.* Deinde (quod dignum est notatu, quamvis a te prætermissum;) nisi christus dux aliquis post septem hebdomades venturus diceretur, non appingeretur post hæc verba, *usque ad christum ducem hebdomades septem*, in Hebræo exemplari Grammaticus accentus athnach, qui membrum orationis distinguit a subsequente, & quem punctis duobus Latine Pagninus expressit; per virgulam, Latinus interpres. Hoc est denique docere, cur statim *abbreviatas* hebdomadas septuaginta Angelus dixerit. Habeto enim, inquit, in mente septem hebdomadas, & sexaginta duas, & unam postea hebdomadam: ex hoc exsistere numero hebdomades septuaginta credis: & recte quidem: sed abbreviatas esse septuaginta noris. Quo vero pacto? Si nempe ab eodem initio sive anno, & septem numerentur, & sexaginta duæ. Si quis, exempli gratia, anno 1580. Carolum Borromæum cælitum numero adscribendum vaticinando dixisset: tempus autem illius adscriptionis anno 1600. ipse idem his verbis indicaret: Ab exitu sermonis ut Carolus Borromæus inter cælites adscriberetur, usque ad novum Francorum Regem, anni decem, & anni triginta erunt. Et post annos triginta refertur in sanctorum numerum Carolus Borromæus: Credat aliquis annos hic numerari quadraginta. Tot sane sunto, sed abbreviati. Nam ut sunt vaticinia subobscura, sensus istius foret: Ab exitu hujus sermonis, (quem prolatum ponimus anno 1580.) usque ad novum Regem Henricum IV. anni decem: usque ad novum alterum Regem, veluti alterum christum ducem, Ludovicum XIII. anni triginta. Quis non ex eventu jam saltem intelligit, & annorum decem, & annorum triginta idem esse initium putandum, nempe annum 1580. neque propterea quadraginta annos esse, nisi abbreviatos: quibus autem plus sagacitatis esset, potuisse statim ex vocabulo *abbreviati* subolere hanc interpretationem, si pariter positi fuissent in eo vaticinio, Quadraginta anni abbreviati sunt? Nam si usque ad annum quadragesimum exspectandus posterior eventus esset, anni quidem forent quadraginta, sed non abbreviati. Eadem plane vaticinii, quo de agitur, obscuritas, subtilitasque; idem etiam intellectus est.

Quæ tua autem, R. Pater, horum verborum interpretatio est? „ *Quia*, inquis, pag. 171. *per septem primas hebdomades, ut infra videbimus illud fieri* „ *contigerit, quod ibi prædicit Angelus, Et rursus ædi-* „ *ficabitur platea*, HOC EST, *Jerusalem, quæ nunc* „ *est veluti area desolata, restaurabitur: sed* muri in „ angustia temporum, *scilicet excitabuntur. Novo* „ *enim operi plures adversabuntur, ut videre est in se-* „ *cundo libro Esdræ. Igitur cum de septem primis heb-* „ *domadibus seorsim quidpiam prædicere vellet Gabriel,* „ *earum puta spatio plateas esse ordinandas, & urbem* „ *cingendam: partitus est intervallum 69. hebdomada-* „ *rum: & septem primis definit spatium, quo Urbis* „ *instauratio plane absoluta esset. Murus quidem Urbis* „ *quinquaginta diebus absolutus est, ut habet liber Ne-* „ *hemiæ. Sed præterquam non intelligendum sit ita cinc-* „ *tam urbem, ut omnino non pateret hostibus suis, &c.* „ *domus etiam tumultuario opere antea exstructæ in me-* „ *liorem formam directis ordinibus metandæ fuerunt,* „ *ut observat clarissimus Huetius.*

Censes igitur, R. Pater, partitionem illam hebdomadum ab Angelo factam fuisse, ut doceret septem prioribus ædificandam civitatis plateam esse, atque muros. Lege, sodes, iterum mecum vaticinium: *Ab exitu sermonis ut iterum ædificetur Jerusalem, hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ erunt: & rursum ædificabitur platea, & muri in angustia temporum.* Dic, amabo, si anno, ut ponis, vicesimo Longimani Artaxerxis prima cœpit hebdomas numerari; diceretne Angelus tunc ædificandam esse plateam civitatis, hoc est, exstruendas ædes seu domos, quibus exædificandis exornandisque Hierosolymitani cives jam annos, sive octoginta quatuor insumpsissent, qui tuo quidem calculo; sive nonaginta duos, qui, ut alii numerant, ab anno Cyri secundo ad illum Artaxerxis vicesimum effluxerunt? Et cui demum quisquam prudens credat, cum ædificandas simpliciter ædes civitatis Angelus diceret, de dirigendis in meliorem formam ædium ordinibus, quæ prius tumultuario opere essent exstructæ per annos amplius nonaginta, fuisse tunc locutum? Non istud prorsus ariolari est? Non est istud aperte verba vaticinii per vim in absurdam pertrahere sententiam, quæ tuæ hypothesi serviat? Animadverte potius, in hac oratione cum hebdomadum sexaginta duarum mentione conjungi ædificationem plateæ & murorum: quoniam videlicet ad has illa ædificatio, non ad septem priores pertineret. Intra tempus illud, inquam, quod sexaginta duabus hebdomadibus continetur, exornata ædibus ac plateis, muris

ac

ac turribus communita civitas est; nempe ab anno Cyri secundo, usque ad Antiochi Epiphanis tempora. Et plateæ quidem ante muros: quoniam jussu Artaxerxis, non Longimani quidem tui, sed Babylonici, intermissa murorum ædificatio est ab anno ejus primo usque ad vicesimum. Sed & plateæ & muri, dum sexaginta duæ hebdomades laberentur, absoluti omnino: neque muri tantum, ut arbitraris, *in angustia temporum*, sed platea æque ac muri. Nam cur quæ Deus conjunxit, tu separas? *Angustia temporum*, ut ex Hebræo sermone constat, difficillima tristiaque sunt tempora; &, ut sacræ litteræ loquuntur, dies mali: quos prædicit Angelus fore per illas hebdomadas sexaginta duas: ita ut has ultima longe tristior & calamitosior subsecutura deinde esset, templo profanato, direpta civitate, civibus cæsis ac mactatis.

Ex quo nimirum Nabuchodonosor rex Babylonis Judæam subdiderat ditioni suæ, adegeratque Hierosolymitanos ad solvenda sibi tributa; Jeremia sic testante, Thren. I. *Princeps provinciarum facta est sub tributo:* ex eo, inquam, reges Babylonii eamdem tributi legem imposuere Judæis. Eam ob rem hostes Judaïci populi ad Artaxerxen Babylonium regem a Cyro tertium scripsere, uti narratur libro I. Esdræ, cap. IV. *quia si civitas illa ædificata fuerit, & muri ejus instaurati, tributum, & vectigal, & annuos reditus non dabunt.* Videbatur istud Judæis intolerabile jugum; cui obnoxios tamen eosdem fore usque ad finem septuaginta hebdomadum Angelus admonet. Ipsi Reges enimvero Syriæ, quoniam essent iidem reges Babylonis, ut de Antiocho dicitur, libro I. Mach. cap. VI, 4. pari potiebantur dominio ac jure; uti perspicuum est in primis ex capite tertio, versu 29. ejusdem libri. Neque se Judæi in pristinam libertatem vindicarunt, nisi sub Simone summo Pontifice, & sub tutela tamen Romanorum, ut patet ex libro eodem, capite XIV, 26.

Neque enim audiendus est Josephus ille tuus, qui Danielem dicit felicia omnia denunciasse Judæis, non eventa perpetuo aspera, ut ceteri prophetæ fecerunt, libro X. cap. 2. Nam cum Daniel vehementer averet scire, num tempora captivitatem liberationemque a servitute proxime subsecutura, & felicia futura essent & diuturna; duo perdiscit ab Angelo: Alterum, quantumcumque pacis tempus illud esset futurum, non tamen ab angustia immune, a curis, a tributis fore. Alterum, postrema denique de hebdomadibus abbreviatis, vastandam diripiendamque esse cum æde sacra civitatem.

CAPUT XIII.

Versu 26. Est post hebdomades sexaginta duas.

IN verbis sequentibus, *Et post hebdomades sexaginta duas*, valde nutare intelligis demonstrationem tuam. Nam occisum esse Christum nullo modo vis nisi post hebdomades sexaginta novem; cum tamen *post sexaginta duas* occidendum esse propheticus sermo affirmet. Qui si sexaginta novem hebdomades vellet intelligi, diceret profecto, non sexaginta duas, sed sexaginta novem. Nam quod aïs pag. 172. hæc verba sic intelligenda esse, quasi dixerit Angelus, Post antedictas hebdomadas sexaginta duas; & antedictas cum indicaret, intelligi voluisse sexaginta duas conjunctas cum septem; idque demum ex Græca interpretatione commonstrari, quæ sic habet: Καὶ μετὰ τὰς ἑβδομάδας τὰς ἑξήκοντα δύο: Primum quidem inscitiam prodis Græci sermonis, cujus sententia non ea est quam comminisceris: deinde adiicis ad verba prophetiæ interpretationem maxime controversam. Nam cum septem prius æque ac sexaginta duas Angelus commemorasset, si septuagesimam, ut appellas, voluit designare, æque septem illas complecti cum in summa oportuit, & post *sexaginta novem hebdomades* dicere: Quod sic Græce pariter expressisset; καὶ μετὰ τὰς ἑβδομάδας τὰς ἑξήκοντα ἐννέα. Sed cum nonnisi *sexaginta duas* Angelus dixerit, haud dubie nonnisi sexaginta duas voluit intelligi.

„ At *Aquila & Symmachus numerum integrum posuerunt*, inquis: *nempe, Post septem & sexaginta duas hebdomadas: sive codex, quo uterentur, sic præferret; sive sensum Danielis expresserint.* Qui genus, aut unde domo Symmachus & Aquila sint, minime nosti, R. Pater. Sed quicumque demum hi sint, hos Judæi testes recusant. Hic solo codice Hebræo standum est, & Latino interprete. Hebræo quidem, quoniam hunc unum Judæi agnoscunt: Latino, quoniam ea sola Catholicis scriptura authentica est.

Habeant sane Symmachus & Aquila, μετὰ τὰς ἑβδομάδας τὰς ἑπτὰ καὶ ἑξήκοντα δύο, *post hebdomadas septem & sexaginta duas:* an fidem bis habendam putas, primigenio fonte neglecto? Num ipsi habenda fides Eusebio est, quo uno teste perhibetur ita hos scripsisse, libro VIII. Demonstr. Evang. pag. 397. cum idem asseveret, sic pariter in Græcis codicibus vulgo legi, quod nemo nescit esse falsissimum? Ausisne ipsum proferre Chrysostomum, in oratione tertia contra Judæos, pag. 488. quoniam in suo codice Græco legit, *Post hebdomadas septuaginta*, μετὰ τὰς ἑβδομάδας τὰς ἑβδομήκοντα? Hunc tu certe deserperes, quoniam hypothesi tuæ adversatur. Chrysostomo autem quo jure Eusebium anteponas? An te Bibliorum Cardinalis Ximenii auctoritas commoveret, in quibus legitur, *Post hebdomadas sexaginta quatuor*, μετὰ τὰς ἑβδομάδας ἑξήκοντα τέσσαρας? Quid porro tot tamque insolitæ varietates probant, nisi excogitatas eas esse ab iis hominibus, qui cum suæ hypothesi verba hujus vaticinii, ut sunt in Hebræo exemplari, Vulgatoque sive Latino interprete, hoc est, qualia sunt apud Judæos & Christianos Catholicos, refragari intelligerent; conati sunt eadem emendare, pro sui quisque systematis ratione? Intellexere omnes nimirum, *sexaginta duas*, quantumlibet quisquam contra nitatur, esse tantum *sexaginta duas*. Itaque ut quod ipsi vellent, ibi legentes intelligerent, alius alium pro arbitrio numerum addidit.

Ad aliam autem confugis conjecturam, potiori diffisus, his verbis: „ *Præterea dici potest, Angelum numerare illas LXII. hebdomadas, a tempore quo jam præterierint septem primæ ex LXX. hebdomadibus: ut sensus sit: Postquam septem primæ hebdomades, (quæ vel subintelligendæ, vel ab illarum fine numerat sequentes:) & sexaginta duæ hebdomades transierint, in septuagesima occidetur Christus.* Ais dici posse, subintelligi quiddam hoc loco quod tuæ hypothesi prosit. Siccine convinces Judæos, aut demonstrationem Catholicis exhibebis? Quanto melior autem apud omnes causa erit illius, qui nihil subintelligendum, nihil sacro sermoni adiiciendum, nihil ab eo demendum affirmet?

Unde id autem accepisti, R. Pater, quod aïs pag. 181. vaticinio isto Christi mortem adsignari in medio hebdomadis novissimæ, sive (ut passim appellas) septuagesimæ? Nimirum ut tuo quidem calculo incidit illa in annum XXXIII. æræ Christianæ. Verum adeo nihil dicit simile prophetia, ut perspicue satis contrarium asseveret. Inferendam Christo necem sua æque certe oportuit nota temporis consignari, ac cetera quæ ibi prædicuntur eventa. Et in medio quidem postremæ hebdomadis defectura hostia dicitur & sacrificium cessaturum; sed aliquanto prius, hoc est, statim post finitas hebdomadas sexaginta duas, ac proinde ipso initio seu primo anno hebdomadis postremæ occisum credi oportet hic dici Christum. Hunc occidendum esse *post hebdomades sexaginta duas* sacer scriptor ait: cur de tuo adiicis, in medio hebdomadis septuagesimæ? Cum ille dicat Christum occidendum esse post finem hebdomadum sexaginta duarum,

duarum, cur tu hanc necem differs usque in annum quartum hebdomadæ ultimæ? Cur hebdomadum etiam ultimam septuagesimam vocas, quam nec voluit Angelus nec potuit septuagesimam appellare? Sunt enim septuaginta quidem hebdomades, sed abbreviatæ: propter eaque cum sint ob eam abbreviationem reipsa sexaginta tres tantum, nec voluit Angelus nec potuit septuagesimam appellare postremam. Causam certe cur noluerit Angelus septuagesimam appellare, verbo illo *abbreviatæ* contineri manifeste docet P. HARDUINUS. Aliam tu profer, si potes. Sed & septuagesimam appellare, & medium septuagesimæ adsignare pro nece Christo inferenda, annon istud est novum pro vetere vaticinium cudere?

Disce igitur ex hoc loco tria: Primum, claudicare etiam hac parte demonstrationem quam promisisti. Alterum; nullam hujus vaticinii explicationem aliam, præter eam quæ est P. HARDUINI, causam afferre posse, cur cum septuaginta hebdomades sint, postrema tamen septuagesima non sit. Denique, tempus indicatum in vaticinio, incidere in ipsum tempus, quo interfectus est Onias, non in annum quo Christus est reipsa occisus: tametsi Christum, Christum appellando, voluerit Spiritus sanctus intelligi; designatamque tamen in morte Oniæ tunc interfecti mortem Christi postea futuram.

CAPUT XIV.

De ea particula oraculi, Occidetur Christus.

Sed ad partem oraculi potissimam demum veniamus: *Occidetur Christus.* Ais pag. 172. Marshamum hoc loco legisse, *Peribit unctio;* secutumque eum esse Septuaginta interpretes, Eusebium; Tertullianum, Aquilam: cum in Hebræo legatur, & in Vulgata versione. *Occidetur Christus.* Qua fronte ergo Marshami vestigiis, R. Pater, insistere P. HARDUINUM asseris, cum is neglectis Græcis interpretibus illis tuis Septuaginta ceterisque omnibus, uni Editioni Vulgatæ & Hebræo codici veluti adhærescat?

Sed egregia conjectatio tua est, dum investigas, quæ causa impulerit Septuaginta interpretes, quemadmodum arbitraris, ut pro Christi nomine hoc loco unctionem supponerent. „ *Scilicet cum vix adduci possent Judæi,* inquis, ut crederent quod *oportebat Christum pati; potius intellexerunt (ut Eusebius interpretatur) defuturos summos Pontifices, qui rite uncti essent. Sic licet non pateretur nomen Hebræum* משיח, *cui respondet solum nomen* χριστὸς, Christus, *verterunt* χρίσμα, *ut animum avocarent ab ea cogitatione, quod Messias, quem sperabant redempturum Israël, tamen esset occidendus.* Quid ais, o bone? Fuere igitur ex eorum numero Septuaginta Interpretes, qui vel Messiam occidendum esse non crederent, vel ne crederetur, falsandam esse potius scripturam sacram censerent? Quid? Quos fuisse prophetas Augustinus censuisse creditur, hos tu ais fuisse falsarios? Animos illi avocarunt alio, corruptis de industria sacris litteris, ne de Christi nece cogitarent legentes? Quanto igitur vel eo nomine contemptui hos esse oportet: cum præsertim non hanc solummodo de Christo Servatore prophetiam, sed & alias fere omnes, saltem præcipuas, ex sacris libris expunxerint, Sic enim & illud celebratissimum oraculum, Agg. 2, 8. *Veniet desideratus cunctis gentibus,* mutarunt in istud: *Venient electa omnium gentium,* ἥξει τὰ ἐκλεκτὰ πάντων τῶν ἐθνῶν. Sed de his alias.

Atqui in hac voce *Christus* præcipue insistendum esse P. HARDUINUS admonuit, cum adhibetur hæc prophetia adversus Judæos. Nam ea ubi sola ponitur, uni Messiæ convenit, quem Judæus adhuc venturum exspectat. Est ille Messias, sive unctus, per excellentiorem quamdam significationem verbi hujus. Sunt alii quidem christi sive uncti; sed vel ad regendos exercitus, præstandamque populo Dei pacem; ut ille uterque, quem *christum ducem* Daniel vocat; vel ad sacerdotium, ut qui sunt *de genere christorum sacerdotum,* 2. Mach. 1, 10. At Christus simpliciter, sive Messias, Messias ipse & Christus est. Hoc Christiani prædicant, nec Judæi possunt diffiteri: siquidem & libris eorum & traditione continetur. Nam ad libros quidem, hoc est, ad locum istum quod attinet, P. HARDUINUS præmonuit, non posse vocem Hebræam aliter verti eo loci, nisi reddito Christi vel Messiæ nomine. Hoccine dixit Marshamus alicubi? Addit idem HARDUINUS, Vulgatum Interpretem, sive divino instinctu, ut alibi passim, sive ex traditione Ecclesiæ, acute vidisse, non posse vocem Hebræam reddi hoc loco aliter, quam Messiæ vel Christi nomine, tametsi punctis Hebræis necdum inventis. Num & istud dixit Marshamus?

Eadem porro vis est doctrinæ illius: quæ per manus tradita est apud Judæos. Est autem illa adeo vetus, ut eadem apud Samaritanos quoque vigeat, atque adeo Jeroboami schisma antecedat. Nam eam ob rem aiebat Samaritana mulier, Joan. IV, 25. *Scio quia Messias venit.* Hic igitur potissimum hærere disputantem oportet: adigendus Judæus est, ut ostendat aliam hac voce personam, quam veri Messiæ, si quidem vox ea absolute ponatur, in sacris litteris designari. Huic voci *Christus*, etiam in communi sermone, hanc unam significationem Judæi tribuunt: hanc igitur unam habere etiam hoc loco fateantur oportet, nisi proferant aliquem ex libris sacris locum; in quo *Christus* absolute positus alium a Messia indicet. Fieri autem istud certe non potest. Messiam igitur vox illa designat. Deinde ad genuinum horum verborum sensum eruendum, *Christus occidetur*, ponenda quædam principia sunt, de quibus necesse est convenire viros prudentes, nec vitilitigatores.

Primum est, habere hanc vaticinationem, ut alias plerasque, nonnihil obscuritatis; atque has ipsas voces esse subobscuras, si cum hebdomadibus componantur: siquidem harum calculum cum Christi nece conciliare nemo adhuc ex interpretibus sic potuit, ut eruditis satisfacerent. Aspersa hæc autem obscuritas est vaticiniis, quæ Vetere Testamento continentur, ob eam ipsam causam, ut videtur, quæ Christum Dominum quoque impulit, ut Judæis in parabolis loqueretur; nimirum ipso teste, Luc. VIII, 10. *Ut videntes non videant, & audientes non intelligant:* hoc est, ut cum eos quos suo nomine missurus erat ad explicanda hæc vaticinia post resurrectionem suam, ex superbia audire nollent, propterea neque quod videbant & quod positum erat ante oculos perspicerent, neque quod audiebant intelligerent.

Sic autem temperata oratio est, ut & Christi necem prædicat, nec tamen necis tempus designet, nisi ex eventu insigni, necem illam subsecuturo, in ea ipsa generatione, quæ hanc vim Christo intulerit, ut Christus admonuit, Matth. XXIV, 34. Igitur non alia potest subesse sententia huic vaticinio præter istam: *Post sexaginta duas hebdomadas occidetur Christus:* hoc est, post sexaginta duas hebdomadas occidetur is, qui ostendat in se, Christum similiter aliquando occidendum esse: Templo post ejus mortem profanato, ut est idem post Christi necem funditus excindendum. Post illud, inquam, tempus, illata nex viro sancto & summo sacerdoti, fidem tibi faciet, sic omnino vere, occidendum esse aliquando Christum, qui κατ᾽ ἐξοχὴν Christus est. Cogit enim sic interpretari causa multiplex; tum quia obscurum esse vaticinium oportuit, ut diximus: tum quia tempus sexaginta duarum hebdomadum mortem Oniæ summi Pontificis proxime antecedit, congruitque eximie cum eo eventu tempus: tum denique quia verum

verum nihilominus de Christo Servatore vaticinium esse oportet. Deinde quoniam Templi profanationem illam, quæ sub Antiocho post mortem Oniæ contigit, intelligere Judæos oportuit post supremam sub Vespasiano cladem, figuram hujus fuisse; ita eosdem colligere oportuit, necem illatam Oniæ ante eam profanationem, typum fuisse necis haud absimilis illatæ alicui, qui vere Christus esset, ante supremam desolationem.

Non est istud autem simpliciter dicere, ut arbitraris, Oniam fuisse Christi figuram. Nam id gratis dici Judæi reponerent. Negant enimvero hodie illi cogi se credere, si quis affirmet Davidem, Salomonem, aliosve insignes Veteris Testamenti viros, figuras Christi fuisse, siquidem istud aperte sacræ litteræ Veteris Testamenti non affirmant. Et convinci tamen ab homine perito sacrarum litterarum possunt: sed non istud in præsenti agitur. Quod contumaciores e Judæis possunt negare, supersedet ab eo proferendo P. Harduinus. Non dicit, inquam, solummodo Christi figuram Oniam fuisse. Dicit non posse Judæos id in ista vaticinatione Danielis non perspicue agnoscere. Cogi eosdem dicit ex hac prophetia probe intellecta in morte Oniæ summi Pontificis prædictam ac repræsentatam Christi mortem fateri: siquidem coguntur Christi nomine Christum seu Messiam agnoscere; necem vero ejusdem ibi prædictam in Onia Pontifice quodammodo exhiberi, siquidem post sexaginta duas hebdomades contigit, quod est necis Oniæ tempus; quamvis Onias Christus non sit, ut inter eos convenit. Effici enim certe inde necesse est, habendam esse a perspicacibus viris, quales oportet esse Magistros, qui scrutantur scripturas, necem illatam Oniæ Judæorum Pontifici, pro figura sive imagine quadam necis olim Christo, vero Pontifici Judæorum ac Gentium, inferendæ; nec aliud his verbis significari, *Et post sexaginta duas hebdomadas occidetur Christus.* Excogita aliquid, R. Pater, si potes, quod Judæis suggeras, ut vim hujus ratiocinationis eludant. Stabit illud interim, non ingeniosam magis quam solidam interpretationem eam esse: ceteris omnibus interim vel eo nomine anteponendam eam esse; quod nihil opponi contra posse videatur: cum ceteræ omnes incurrant in maximas & inextricabiles difficultates, sive ratio temporum, sive ipsa prophetiæ verba spectentur.

Non potuit igitur, ut admonuit P. Harduinus, adhiberi adversus Judæos ex eo vaticinio ducta ratiocinatio, nisi post excidium Hierosolymitanum: eamque ob causam fortassis usurpata non est a sacris scriptoribus. Docet enim illa perspicue, quemadmodum ante profanationem Templi summus sacerdos, vir religiosus & sanctissimis moribus est occisus, in quo nex inferenda Christo repræsentata est & adumbrata: (neque enim alium sacerdotem quæri sinit, præter Oniam, ipsa ratio temporis oraculo indicata, nempe post sexaginta duas hebdomadas:) sic Templi excidium antecessisse necem probo alicui viro illatam, qui Christus esset: hunc proinde quæri oportere quis fuerit: adsignari vero alium non posse præter JESUM, facile fuit evincere. Itaque post Hierosolymitanam cladem potuit omnino contorqueri adversus Judæos hæc ratiocinatio ex oraculo eo petita; ad id quod ex ea efficitur admittendum cogi tunc facile ii potuere, possuntque etiamnum commode: nisi forte viam qua evadant commonstres. Futile enim ac risu dignum, ut ex antedictis patet, recentiorum quorumdam effugium est, qui jubent intelligi Christi nomine, vel Ismaëlem Elisæi F. vel si Josepho potius fides habenda, Phinees filium Samuelis, Pontificem Hierosolymorum novissimum, ad Idumæis; vel Agrippam regem a Vespasiano occisum: quæ sunt fabulæ duæ, altera a Josepho conficta, a Rabbinis altera.

CAPUT XV.

Onias a calumnia P. LAMYI vindicatur.

Cur autem, R. Pater, adeo in P. HARDUINUM exarsisti, ut etiam in Oniam, virum sanctissimum, quem mirifice prædicat, tuæ virus acerbitatis evomeres? Sic enim aïs, pag. 182.
,, *Protinus dicam quis sit ille Onias; quem Daniel in-*
,, *tuitus est, si credimus novo interpretamento. . . . . .*
,, *Audiamus ipsum scriptorem libri Machabæorum (lib.*
,, *2. cap. IV. v. 32.) qui sic loquitur:* Ratus autem
,, Menelaus accepisse se tempus opportunum, aurea
,, quædam vasa e templo furatus donavit Androni-
,, co, & alia vendiderat Tyri, & per vicinas civita-
,, tes. Quod cum certissime cognovisset Onias, ar-
,, guebat eum, ipse in loco tuto se continens Antio-
,, chiæ secus Daphnen, ἀποκεχωρηκὼς εἰς ἄσυλον τό-
,, πον, ἐπὶ Δάφνης τῆς πρὸς Ἀντιόχειαν κειμένης: *id*
,, *est, cum se subduxisset in asylum quod erat in Daph-*
,, *neio Apollinis templo, juxta Antiochiam, quæ urbs*
,, *ob viciniam hujus fani reperitur sæpe dicta* ἐπὶ Δά-
,, φνῃ, *inde &* Epidaphnes *appellata. Ibi erat IDO-*
,, *LORUM templum, quod sequentibus verbis descri-*
,, *bit Strabo: (lib. 16.)* Ultra Antiochiam, *inquit*,
,, est Daphne ad stadia quadraginta, mediocris vi-
,, cus, & lucus ingens & opacus fontanis aquis ir-
,, riguus, in cujus medio est fanum Apollinis ac Dia-
,, næ, & asylum: ἐν μέσῳ ἄσυλον τέμενος καὶ νεὼς
,, Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος. Eo Antiochenses alii-
,, que finitimi ad festa celebranda de more conve-
,, niunt. Luci ambitus est stadiorum XXC. *Expende,*
,, *lector, an viro qui meritus sit dici Christi typus, con-*
,, *veniat ut reciperet se ad gentes, & moraretur IN*
,, *FANO, HOC EST, INTER IDOLA,*
,, *occideretur que extra Judæam: cum affirmante Do-*
,, *mino Christus non extra Hierosolyma occidendus esset.*

Macte, R. Pater: doce heterodoxos, summum Judæorum Pontificem, quem ut virum sanctum & inter cælites positum mirifice commendat scriptor libri secundi Machabæorum, ignavum hominem idololatramque fuisse: qui salutem suam Apollinis ac Dianæ tutelæ commiserit: nec proinde sacrum scriptorem existimandum eum esse, qui hunc librum scripserit: siquidem afflatus divino spiritu credi non posse, qui cælitibus adnumeret hominem ab idolorum cultu non omnino immunem.

At quis te docuit, in fanum idolo cuiquam dicatum, pedem aliquando Oniam intulisse? aut, ut dicis pag. 181. ,, *Interfectum in Templo Apollinis,*
,, *cujus in asylum se receperat, & latitabat metu mor-*
,, *tis:* ac rursum pag. 183. *occisum in templo Apollinis?* Etiamsi asylum, quo se ille receperat, templum ipsum foret, (quod & falsum, & sanctissimo viro injuriosum est:) docent sacræ litteræ conceptis verbis extractum eumdem fuisse ex loco tuto sive ἀσύλῳ, in quem confugerat: ubi si occisus esset, magnam ea res in civitate seditionem, ob violatam asyli sanctitatem, conflaret. Extractum, inquam, ex eo loco accepta fide publica Oniam sacræ litteræ produnt: sed violatam postea fidem fuisse. Locum ipse profers, pag. 182. quem inter exscribendum non satis attente considerasti. *Qui cum venisset ad Oniam, & datis dexteris cum jurejurando, (quamvis ei esset suspectus,) suasisset DE ASYLO PROCEDERE, statim eum peremit, non veritus justitiam. Ob quam causam non solum Judæi, sed aliæ quoque nationes indignabantur, & moleste ferebant de nece tanti viri injusta.* Sed & in asylum dumtaxat ille se recepit, hoc est, in Antiocheni suburbani regionem, quæ vel Daphne, vel Antiochia ad Daphnen diceretur; essetque locus immunitate gaudens, *tutus* ab injuria, ut sacræ litteræ loquuntur, inviolatus, intactus.

At Strabo dixit esse ἄσυλον τέμενος. Quid tum deinde?

deinde? Num tibi Strabo pluris est, quam scriptor sacer, qui *locum tutum* dumtaxat in hac re commemorat? Sed ne Strabonem quidem ipsum male locutum aio. Non istud est Strabonis, sed interpretis Casauboni, vitium, cui inconsiderantius credidisti. Nam duas res, quas Strabo distinguit, conflat iste in unam. Dicit Strabo Græce ἄσυλον τέμενος, & ναὸν Ἀπόλλωνος: hoc est, *locum tutum* primo, ac deinde *fanum*. Nam τέμενος apud Homerum & alibi χωρίον, hoc est, ager, sive ut in Græco etiam Machabæorum legitur, τόπος. Unde igitur accepisti, R. Pater, in fano idolorum Oniam sedem ac domicilium collocasse? aut ibi occisum fuisse? Hoc neque Strabo dicit, neque scriptor sacer. Fuere, si nescis, urbes in Syria plurimæ ἄσυλοι, sacræ atque inviolatæ: nec solius Templi vel fani earum hæc prærogativa fuit. Inter ceteras hujus conditionis sub Romanis Imperatoribus ipsa fuere Hierosolyma, ut nummi antiqui docent, inscripti, ΚΑΠΕΤΩΛ. ΙΕΡ. ΚΑΙ ΑΣΥΛ. & ΜΟΚΑ ΙΕΡ ΑΣΥΛ. id est, Μόνων Κατετωλίων. Civitates refugii sive asyli in sacris litteris an templa habuere? Nullum certe in Palæstina extra Hierosolyma templum fuit: ac ne Hierosolymis quidem tunc fuit, cum earum civitatum numerus est designatus. Sed quod dixit P. Harduinus, Oniam virum sanctissimum, in injusta nece quam pertulit, quam & Templi profanatio est subsecuta, typum illatæ Christo necis, & desolationis deinde subsecutæ fuisse, adeo te perculit; ut existimaveris, omnem tibi lapidem esse movendum, ut ostenderes indignum hominem illum esse, qui Christum Servatorem aliquo modo repræsentaret. Quo autem successu, nunc demum, opinor, intelligis.

At veluti retexens ea quæ prius dixisti, „ *Eximiam* „ *fuisse virtutem Oniæ non dissimulabo*, inquis, pag. „ 183. *Scriptor libri 2. Machab. appellat eum* (*cap.* „ XV. *v.* 12.) virum bonum & benignum, vere„ cundum visu, modestum moribus, & eloquio de„ corum, & qui a puero in virtutibus exercitatus sit; „ *adeo ut rex ipse Antiochus indignissime necem hujus* „ *viri tulerit.* Nec plura recitas ex libris sacris. Existimasti, opinor, neminem ex iis qui tua hæc scripta legerent, habere sacros libros, quos consulerent, nec tibi diffisuros. Atqui premis silentio tamen particulam illius elogii potissimam; quæ nempe dicit Oniam virum sanctum fuisse, quem Deus ipse cælitum numero insertum asserat: ac dignum proinde, qui Christi typus esset; alienumque maxime ab illa ignavia & idololatria, cujus insimulare eumdem ausus es. Ex illo libri secundi Machabæorum testimonio partem eam resecas, quæ Oniam cælitibus adnumeratum fuisse testatur his verbis, quæ a te oportuit describi, ut cetera. De viso quodam agitur oblato Judæ Machabæo: *Erat autem hujuscemodi visus: Oniam, qui fuerat summus sacerdos, virum bonum . . . manus protendentem, orare pro omni populo Judæorum.* Ostensum ab Onia deinde Jeremiam orantem similiter pro populo dicit. Tunc igitur Onias eodem loco & statu ac Jeremias fuit. An ibi autem eum esse, ubi Jeremias esset, oportuit decuitve, si fuit *occisus*, ut ais minus considerate, *in templo Apollinis?*

„ *Sed quisquis fuerit Onias*, inquis, (hoc est dicere, sive vir sanctus fuerit, ut scriptori libri secundi Machabæorum visum est, sive non fuerit:) „ *extra Hierosolymam passus est: quod non congrue*„ *bat Christo, qui reus mortis judicandus erat ab ipsis* „ *Judæis, & postea crucifigendus a gentibus. Qualia* „ *non obtigere Oniæ morienti extra Judæam, quem* „ *interfecit Andronicus vir gentilis.* At non est necesse omnia esse prorsus utrobique similia, ut Oniam quis jure affirmet typum Christi fuisse. Nam quis omnino est ex iis, in quibus adumbratum fuisse Christum interpretes librorum Veteris Testamenti consentiunt, in quo sint cum Christo similia omnia? Profer vel unum. Attamen, quod mirere, illa ipsa circumstantia, quam in Oniæ morte desiderari ais, ut sit illatæ Christo neci similis, describitur ab ipsomet scriptore sacro, quem ipse allegas, pag. 182. *Menelaus accedens ad Andronicum, rogabat ut Oniam interficeret.* En enimvero Judæum, & eum quidem eminentem, (fuerat enim is paulo ante, fuitque rursum paulo postea summus Pontifex.) qui Proregem instigat, falsorum deorum cultorem, ut sacerdotem summum tollat e medio. Quid similius neci Christo illatæ a Judæis & Principibus sacerdotum, Pilatum gentilem, provinciæ Augusti Præsidem, ad id impellentibus?

At extra Hierosolymam Oniam constat obiisse. Et Christus, R. Pater, teste Paulo, Hebr. XIII, 12. *passus est extra portam.* Quid ad typum fieri congruentius potuit? Verum cum hæ similitudines nec spernendæ quidem, sed neque necessariæ sint, omnino has prætermisit P. Harduinus.

Pergis tamen, pag. 183. „ *Daniel manifeste dicit*, „ *post mortem Christi, qui occidendus erat, abominatio*„ *nem in loco sancto statuendam, excidendam urbem* „ *cum templo, & dissipandum populum. Hæc miris mo*„ *dis conveniunt Oniæ, ait novus Danielis interpres.* „ *Interfectus est Onias* ante abominationem desola„ tionis in templum ab Antiocho inferendam: typus „ Christi occidendi ante excidium ædis & urbis: „ quemadmodum & quod post Oniæ occisionem „ desertus est a Deo populus, qui eum urbe expu„ lit. *Reipsa occisionem Oniæ subsecuta est persecutio* „ *Antiochi: & excidium urbis Hierosolymorum secutum* „ *est mortem JESU Christi: sed omnia disparia sunt.* „ *Etenim post annos circiter* XXXVII. *a passione Chris*„ *ti eversa sunt Hierosolyma cum templo simul, & cor*„ *ruit tota Judæorum Respublica, & defecit omnis hos*„ *tia. Verum cum triennio aut paulo plus Antiochus* „ *oppressisset Judæos & interpellasset sacrificia, cultus* „ *Dei instauratus est a Machabæis, & res Judaicæ flo*„ *ruere. Falsum ergo est quod post Oniam desertus sit a* „ *Deo populus; qui nec* PROPTER MORTEM „ *Oniæ deserendus erat, siquidem non reus: neque enim* „ *Judæi urbe expulerant Oniam, sed ipse fugerat sævi*„ *tiam Menelai quem arguerat, & cujus rogatu ab An*„ *dronico interfectus est.* Respondebit, opinor, tam prolixæ adnotationi uno verbo vir eruditus: Ut hoc post hoc, ita hoc propter hoc. Ut post Oniæ necem templi profanatio, sic propter Christi necem desolatio Urbis & ædis est subsecuta: nec plura vel ille dixit, vel dicere eum oportuit, ut intelligeretur Onias Christi typus. Nam quod dicitur Danielis vaticinio, subsecutam esse desolationem post Christi necem, verum est: quod tu tamen expedire non potes, quemadmodum reipsa contigerit: excidium enim urbis post annos XXXVII. a Christi morte evenisse confiteris; quamvis novissima hebdomada e septuaginta abbreviatis, qua clades ista notatur, conjuncta sit ab Angelo cohæreatque cum antecedentibus; eaque ipsa dicatur esse, in qua ineunte sit Christus occisus. Quod cum de vero Messia dici non possit, confitendum profecto est cum viro erudito, sensum hunc esse vaticinii: veri Christi necem ultima e septuaginta hebdomadibus abbreviatis exhibitam sive repræsentatam fuisse, subsecutamque Templi profanationem, quæ figura esset desolationis post ipsam Christi necem venturæ. Tu qui eventum hebdomadi novissimæ ab Angelo alligatum differs in annos XXXVII. quot, amabo, Judæos illa tua demonstratione, ut advenisse Christum confiterentur, tamdem perpulisti?

Expulsum deinde a civibus negas Oniam fuisse; coactum fugere confiteris. Dic, amabo, quid est vitilitigare, si hoc non est? Quid enim interest? Annon etiam constat ex sacris litteris agnitum ejus loco Pontificem Iasonem a populo Judaico? annon genus istud popularis desertionis est? Multo apertior

tior illa quidem in Christo, quis negat? Nam in figura obscuriora esse multo omnia, quam in re ipsa, nemo nescit. Sed sunt tamen sic apte temperata verba prophetiæ, ut & typo conveniant, & multo verius rei adumbratæ.

At tu, R. Pater, ne sit hic aliquis typo alicui locus, atque ut suadeas solum supremum ædis & Urbis excidium sub Vespasiano in vaticinio Danielis describi, ipsa sacræ scripturæ verba adulteras & corrumpis. Aïs enim, dici perspicue eo oraculo, *excidendam urbem cum templo, & dissipandum populum.* Atqui neque Urbs certe, neque sacra ædes excisa est sub Antiocho: Eventum igitur illum ipsum unice, qui Christi necem subsecutus est, non & aliquem anteriorem alterum, propheta descripsit. At Spiritum sanctum, R. Pater, ea dicentem inducis, quæ tuam hypothesin adjuvent, non ea quæ reipsa dixit. Sic apte sunt, ut jam dixi, temperata vaticinii hujus verba singula, ut calamitatem utramque significent: & quæ sub Antiocho, & quæ sub Vespasiano contigit. Scriptum est enimvero; *Et civitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo.* Num tu idem censes esse *dissipare*, atque *excidere*? Et Græca vox certe διαφθερεῖ, & Hebræa שחת sic media est, ut corruptionem significet, tum quæ expilatio depopulatioque, tum quæ excidium eversioque sit. Dissipatio sane quæ sub Vespasiano contigit, multo fuit gravior acerbiorque, quis nescit? At illud ipsum est quod aït vir eruditus; in re adumbrata multo esse expressiora omnia, quam in typo sint. Ubi autem sic temperatæ sunt voces, ut utrumque eventum designent, quo tu tamdem jure sic easdem immutas, ut alterum dumtaxat indicent? Siccine demonstrationes cudis, ductas e sacris litteris?

De Onia quod Josephum purgare conaris, frustra laboras; cum ipsum tu quoque fatearis seriem Pontificum, annos magistratus ab unoquoque gesti, ac successionem eorumdem subinde pervertisse; idque Petavium quoque animadvertisse: Oniæ necem ab eo positam esse annis ipsis quinque priusquam obiisse eumdem referat scriptor sacer libri 2. Machabæorum: denique *defunctum Oniam* simpliciter ab eo dici; quod verbum nemo nisi de naturali ac necessaria morte acceperit; cum necem ei tamen illatam prodant sacræ litteræ. Sed de illis Josephi nævis dicere in hac de hebdomadibus Danielis controversia quid attinet?

CAPUT XVI.

Versu 26. Et non erit ejus populus, qui eum negaturus est.

Sequitur in Vulgata editione: *Et non erit ejus populus, qui eum negaturus est.* In Hebræo autem exemplari, *Et non ei*: hoc tantum. Hoc est, nemo futurus est ei adjutor: suum erga illum studium profiteri nemo audebit. Esse in Vulgata Editione certe quiddam, quod in proprio ac nativo sensu soli potest Christo Domino convenire, fateor & agnosco lubens. Nec positum illud a Latino interprete, nisi vel ex meliore exemplari, vel divini Numinis instinctu putem. At primum quidem non Vulgata editio, sed solus codex Hebræus adversus Judæos adhibendus est. Deinde ea ipsa oratio sic est, Spiritu sancto dirigente, temperata, ut utrique conveniat, & figuræ, & veritati: Oniæ Pontifici, & Christo Servatori: sed proportione quadam: hoc est, Oniæ quidem minus perfecto sensu, ut diximus, sed probabili tamen: nam reipsa fuit ille desertus a suis; atque ab ipsomet fratre suo Iasone proditus, qui ambiebat summum sacerdotium, 2. Mach. IV, 7. At Christo Domino longe perfectius, hoc est, secundum vim eam omnem potestatemque, quæ subest huic voci, *negaturus.* Quo etiam argumento intelligere legentes oportuit, Christum reipsa alium ab Onia fore; quem designaret ipse tamen Onias similiter occidendum, & tanto indignius deserendum a suis, quanto eminentior est Christus quam Onias.

CAPUT XVII.

Versu 27. Confirmabit autem pactum multis hebdomada una.

Veniamus tamdem ad versum prophetiæ ultimum. *Confirmabit autem pactum multis hebdomada una.* Caute & considerate *unam* dixit, non septuagesimam: & causam superius attulimus. Sententia hujus loci est, inquit vir eruditus, ultima hebdomada multos Judæorum confirmaturos fœdus antiquum, contenturosque se in pacto vetere; hoc est, servaturos esse testamentum quod pepigit Deus cum ipsorum patribus: obsecutos nimirum Mathathiæ voci dicentis, 1. Mach. 2, 27. *Omnis qui zelum habet legis, STATUENS TESTAMENTUM, exeat post me.* Et hoc illud est, pergit idem dicere, quod 2. Mach. VIII, 1. legitur: *Judas vero Machabæus, & qui cum illo erant, introibant latenter in castella, & convocantes cognatos & amicos, & eos qui PERMANSERUNT IN JUDAISMO, assumentes eduxerunt ad se SEX MILLIA virorum. Et invocabant Dominum*, &c. Typum vero hunc fuisse dicit innumeræ multitudinis, e sacerdotibus & plebe, quæ nomen Christo dedit, toto prædicationis Apostolicæ tempore, ante excidium civitatis: cujus excidii quidam typus similiter in hac ipsa ultima hebdomada exhibetur. Quod si hæc prophetia confirmandos dumtaxat in Christi fide eos significaret, qui hanc suscepissent; dicendum profecto fuit, non id unam hebdomadam, sed quinque hebdomadas fuisse exhibituras: siquidem desolatio civitatis, quæ in vaticinio Danielis cum hoc ipso eventu conjungitur, si sola pariter clades sub Tito describitur, nonnisi post annos XXXVII. a Christi morte contigit.

At tu, R. Pater, ne pars hæc vaticinii spectet etiam ad tempora Judæ Machabæi, ultimamque, quam P. Harduinus adsignat hebdomadam septem annorum, duo admittis sane egregia. Primum enim, scripturam sacram adulteras & corrumpis. Deinde hebdomadam illam postremam facis esse annorum quadraginta & eo amplius; hoc est, ab anno Christi XXX. usque ad LXX. quo anno diruta a Vespasiano civitas est. Euge, macte virtute atque ingenio, R. Pater. Hoc argumentandi genere novum P. Harduini interpretamentum, ut appellas, corruet ac funditus subvertetur. Sic enim aïs: „ pag. 174. „ *Confirmabit autem pactum multis hebdomadâ unâ; scilicet JESUS, in quem hæc quadrare modo evincemus, confirmabit, sive prævalere faciet, juxta vim fontis, pactum quod Deus pepigerat cum Abraham & Davide de Messia dando; quodque implendum docet Gabriel postrema hebdomade ex septuaginta hebdomadibus.* Et pag. 188. *Confirmabit autem pactum multis hebdomadâ unâ. Ibi Gabriel manifeste innuit pactum illud confirmatum iri ab eo CHRISTO qui erat occidendus. Quapropter ipse esset Onias, a quo debuisset confirmari hoc pactum: ergo non a populo Judaïco.* Ut omittam orationis tuæ obscuritatem, cui sit opus OEdipo; quid est istud, amabo: Prævalere faciet Christus pactum olim initum de Messia dando? Num istud aliquando pactum mutavit? Quod si deinde pactum illud a Daniele commemoratum de Messia dando fuit, cum Abraham & Davide initum; tunc dici profecto confirmatum istud oportuit, cum Christus est natus. Nam illud certe tunc confirmatum cecinit Joannis Baptistæ pater Zacharias, cum didicit Christum mox nasciturum. *Benedictus*, inquit, *Dominus Deus Israël*,

rael, quia visitavit, & fecit redemptionem plebis suæ. Et EREXIT CORNU SALUTIS nobis, IN DOMO DAVID pueri sui. . . . . Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, & memorari TESTAMENTI SUI sancti. JUSIURANDUM QUOD JURAVIT AD ABRAHAM patrem nostrum, daturum se nobis, &c. Audis tunc confirmatum dici pactum olim cum Abraham & Davide initum de Messia dando? Quota hæc autem tuo calculo hebdomas fuit? non septuagesima certe, sed sexagesimæ sextæ annus sextus. O firmam illam demonstrationem tuam! Quam etiam ut adstruas, sacros ipsos, ut dixi, codices corrumpis. Nam ubique sexti casus notam appingis his verbis, hebdomadâ unâ, secutus de more Portoregienses: nempe ut rectus seu nominandi casus, non ipsa hebdomas, sed Christus credatur. At quantum hinc distat Christi nomen in hoc vaticinio ab illa orationis parte, *Confirmabit autem pactum multis*, &c? aut quis qui vel Hebraice vel Latine loqui sciat, Christi nomen tam longe antea positum hoc loco putet subintelligi? Verum ita poni a te, R. Pater, oportuit; ut suaderes ad sola Christi tempora hanc vaticinii sacri partem pertinere. Cur autem, cum Græcum exemplar soleas ubique exscribere, idem hoc loco prætermittis, nisi quia contra te facit? Sic enim habet: Καὶ δυναμώσει διαθήκην πολλοῖς ἑβδομὰς μία. Nec alia est vel Hebraïci codicis vel Latini sententia. Quod si confirmatum illud pactum foret, ut velle videris, in morte Christi: (quamquam præterea vide quemadmodum intelligas pactum de Christo *dando* tunc esse confirmatum, cum Christus est sublatus e medio:) sed si ita foret, quoniam tunc traditus est propter peccata nostra; cum eadem hebdomada desolationem civitatis eventuram vates admoneat, fuit illa hebdomas postrema annorum amplius quadraginta: quod alterum ex tua interpretatione consequens incommodum esse diximus. Videris nunc igitur, quemadmodum nodum istum utrumque dissolvas.

CAPUT XVIII.

Versu eodem: Et in medio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium, &c.

SEquitur: *Et in medio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium.* „ *In fonte*, inquis, pag. 174. hoc est, in Hebræo, *abolebit, seu cessare faciet sacrificium & munus. Reipsa prohibuit Antiochus ne sacrificia offerrentur, sed id ad tempus.* Et pag. 188. *Statim ac populus cœpit sequi Judam Machabæum, instaurata sunt sacrificia antiqua: quia cum typi essent mortis illius, jam nec necessaria, nec legitima erant. A morte Christi NON MULTO POST, eversis Hierosolymis cum Templo, omnis defecit hostia.* Ex hisce dictis tuis, ni fallor, aperte colliget quispiam, partem hanc vaticinii melius multo congruere cum Antiochi temporibus, quam cum tempore mortis Christi. Antiochus enim cessare jussit sacrificia: ut Missam cessare facit Princeps ethnicus, qui prohibet Missam celebrari vel triennio. Christi vero mors cessare non fecit, hoc est, non prohibuit sacrificia celebrari, nisi vel post conversam si forte Hierosolymam ad Christi fidem, vel post eversam, ut vir eruditus ostendit, qui mihi hoc loco describendus non est. In hypothesi tua tamen, R. Pater, cessasse sacrificia oportet in medio supremæ hebdomadis; quod tuo quidem calculo in annum incurrit Christi mortis. Ex tua igitur interpretatione consequi e duobus alterum necesse est; vel cessasse sacrificia idem esse ac cessasse esse necessaria, tametsi fieri non cessarent: vel mediam hebdomadem ultimam non contigisse nisi post annos a morte Christi septem ac triginta: tunc enim, nec prius, reipsa cessarunt, una cum Urbis & ædis excidio. Utrum libuerit, elige.

„ *At non obversatum animo Danielis Antiochum in capite nono, ubi edidit vaticinium de quo agitur, demonstramus*, inquis, *hocce argumento; quod ille propheta de Antiocho alibi vaticinatus est; nempe in capite octavo. De illo Josephus interpretatur, quod capite* VIII. *Daniel dicit: Robur autem datum est ei contra juge sacrificium*, &c. *Vaticinium clare convenit huic principi, qui interpellavit juge sacrificium, sed non omnino cessare fecit.* Hæc tua igitur egregia demonstratio est, R. Pater. Egit Daniel capite octavo de Antiocho rege. Dici igitur non potest capite nono eventum descripsisse, quod sub eodem rege contingeret. Papæ! quæ consecutio! Quanto verius dicunt, qui aiunt, rem eamdem utroque describi capite, octavo & nono: cessationem sacrificii scilicet: sed nono etiam ænigmatice tempus designari? Enimvero quid interest, an dicatur Antiocho regi datum robur contra juge sacrificium ut illud auferret, quod capite VIII. & XII. dicitur; an eumdem cessare fecisse hostiam & sacrificium, quod interjecto capite nono narratur? Ut in Evangelio parabolæ quinque sexve in unum eumdem scopum spectant; sic plura Danielis capita unam eamdem Judaici Templi & Hierosolymorum calamitatem describunt. Sed de hoc argumento, & de reliqua parte prophetiæ, hoc est, de abominatione desolationis, quæ eadem ultima hebdomada contigisse a Daniele ponitur, a te vero, R. Pater, differtur in annos post eam hebdomadem amplius triginta, sat prolixe egit P. HARDUINUS in sua Chronologia.

Nulla certe excogitata hactenus ratio est explicandi hujus vaticinii, quam non aliqua ex parte mutare senserint Doctores etiam Catholici: atque ea causa est quamobrem tot prodierint hypotheses contrariæ invicem & pugnantes. Arbitratus est igitur vir non plane ineruditus, fas esse sibi aliquam inquirere, cui nihil opponi posset, quæ nulli pateret earum difficultatum, quibus dissolvendis ceteræ omnes essent impares. Nec male, opinor, operam posuit. Tibi certe, R. Pater, decet illum interim maximam habere gratiam, quod plurimum laboraris, ut nemini lateret, qui te legeret, felicissime ab ipso expositum vaticinium illud fuisse. Nam quis ita esse non videat, cum te, perlecta Dissertatione tua, nec minimam interpretationis illius particulam convellere; nec nisi miserabilem omni ex parte lucubrationem edere adversus ipsum potuisse, uti jam ipse, ni fallor, agnoscis? Certe habet ista P. HARDUINI interpretatio notas illas, quas in conjectationibus Philosophus desiderabat, ut optimæ censerentur: Ita bene: aliter non bene: ergo sic optime. Huic interpretationi nihil est quod opponi possit, præter novitatem: sed fiet illa ætatis accessu vetus. Nihil est in sacris litteris, quod quidem ad illius vaticinii illustrationem quoquo modo pertineat, quod non in hac interpretatione ad eamdem stabiliendam scriptum videatur. Ceteræ e contrario obnoxiæ sunt maximis difficultatibus, quas expedire ars aut ingenii felicitas nulla possit. Standum est una illa igitur interpretatione: Ceteræ deinceps negligendæ.

EPILOGUS.

I nunc, R. Pater, & cum Marshami somnio congruere viri catholici & religiosi interpretationem jactita. Calumnia hæc est; (ignosce liberius forte loquenti, sed tamen vere:) calumnia hæc est, conjuncta cum inscitia: siquidem neque de initio hebdomadum, neque de totius calculi ratione, neque de sensu alicujus ex eventis hoc vaticinio designatis P. HARDUINO cum Marshamo convenit. 1. Negat Marshamus prophetiam esse de Christo: Christum præcipue ac directe spectari his verbis, *Occidetur Christus*, contendit ac demonstrat P. Harduinus,

luinus; qui nec Estio propterea parcit, nec Sixto ienensi, secus statuentibus. 2. Non intellexit deinle Marshamus hebdomadas abbreviatas, quas solerter explicuit P. Harduinus: unde inter utriusque alculum discrimen intercedit annorum fere quinquainta. 3. Nihil praterea de Onia Pontifice dixit Marshamus: nihil ex libris Machabæorum excerpit: At Oniam contra venire in partem vaticinii, liasque hujus prophetiæ particulas egregie his libris onfirmari docuit P. Harduinus. 4. Marshamus omputat hebdomadas septuaginta ab excidio Hierosolymitano sub Nabuchodonosore: at ab annis noemdecim ante illud excidium P. Harduinus. 5. Marshamus elapsas ponit hebdomadas tres, cum oblata hæc est visio Danieli: at annos jam tum effluxisse quatuor & septuaginta ponit P. Harduinus. 6. Marshamus, *usque ad christum ducem*, dictum intelligit de anno Cyri primo in Babylonia: at de anno Cyri primo in Media accipit P. Harduinus; qui annus in Media Cyri primus antecessit alterum Babylone primum annis amplius quinque & viginti. Mitto alia capita commemorare, quibus illi inter se dissident: cum sex illa sint sane satis insignia. Hominum deinceps de te sermones verere, qui futuri sint, si tanta scribendi prurigine te laborare senserint, ut nihil pensi habere videaris quid dicas, dum scribas.

EJUSDEM R. P. JOANNIS HARDUINI

Societatis JESU Presbyteri,

DISSERTATIO,

In eum locum, Act. VI, 9. *Synagoga quæ appellatur LIBERTINORUM.*

Ex Diario Trevoltiano, anni 1701.

QUi sint *Libertini* in Actis Apostolorum, cap. VI, 9. nondum quisquam feliciter enodavit; & est ea res, ut quidquid est in sacris litteris, digna tractatu. Rem narrat ergo Lucas, his verbis; versu 1. *Crescente numero discipulorum, factum est murmur Græcorum adversus Hebræos, eo quod despicerentur in ministerio quotidiano viduæ eorum.* Tum versu 9. *Surrexerunt autem quidam de synagoga, quæ appellatur LIBERTINORUM, & Cyrenensium, & Alexandrinorum, & eorum qui erant a Cilicia, & Asia, disputantes cum Stephano.*

Qui sint hi, qui Hebræi isti, ante alia dispiciendum est. Cum *Judæus* in sacris libris *Græco* opponitur, tunc est utrumque sectæ nomen. *Græcus* ibi st, falsorum numinum cultui addictus; Judæus, qui)eum verum ex præscripto legis Mosaicæ colit; quomque sub cælo natus Judæus ille sit ex Jacobi posris. At Græcus Hebræo cum opponitur, linguæ lum discrimen notatur, inter eos qui sint pariter :ligione Judæi. Sunt igitur hoc loco *Græci*, ex Judæis illi, qui erant in Græcorum ditione orti, atque ob eam rem Græco sermone utebantur. *Hebræi* vero, Judæi sunt in Palæstina nati, ubi sermo Hebræus tunc vigeret. Denique ubi *Græci* gentibus opponuntur, in eadem civitate Hierosolymitana, ut Act. IX, 29. *Loquebatur quoque Gentibus, & disputabat cum Græcis: Græci*, Judæi sunt in ditione Græcorum nati.

Græcorum hæc ditio in sacris litteris, ipsa Syria est, cujus primaria civitas Antiochia. Hoc illud est quod *Regnum Græcorum* in Machabæorum libris passim appellatur. Apud Origenem, in Comm. in Psal. 1. tom. 1. pag. 41. Σαρβὴθ Σαρβανὲ ἔλ. Hoc est, *sceptrum* sive *Regnum rebellium Deo:* שרנים כרבני אל : hoc est gentilium & idololatrarum. Quo nomine tituli illius artifex, quisquis fuit, *Regnum Græcorum* sive *gentilium* voluit intelligi: sunt enim certe gentiles, *rebelles Deo.*

In eo tractu Græcorum plurimi fuere Judæi, quos Græcos quoque nuncupari mos fuit, cum opponerentur Hebræis, hoc est, Judæis ortis in Palæstina. Hi Græci Judæi, postquam Christo nomen dederunt, primi appellati sunt Antiochiæ *Christiani*, ut produnt sacræ litteræ, Act. XI, 26. Erant & Judæi, qui Damasci degerent, Græci ejus generis: nam ibi sermonem Græcum in usu communi fuisse nummi antiqui testantur, sub Augusto, Tiberio, Nerone, ut de ceteris sileam, inscripti ΔΑΜΑΣΚΟΥ, & ΔΑΜΑΣΚΗΝΩΝ. Ut qui sint *Libertini* facilius intelligatur, præmitti hanc adnotationem oportuisse mox constabit.

Neque enim *Libertini* liberti sunt, vel filii libertorum. Cum enim hæc esset celebratissima Hierosolymis Synagoga; ante menses fere octodecim, quam Stephanus obiret martyrium, (cujus occasione Libertinorum mentio fit:) dixere Christo Judæi, Joan. VIII, 33. *Semen Abrahæ sumus, & NEMINI SERVIVIMUS UMQUAM: Quomodo tu dicis: LIBERI eritis?* Quanto igitur potiore jure dicerent Judæi his interpretibus, qui *Libertinos* libertorum filios dici putant; *Nemini servivimus umquam:* quomodo vos dicitis, esse apud nos, & in ipsa primaria gentis civitate synagogam eorum, quorum patres servierint? Nec sane quisquam intelligere potuit, aut explanare, qui essent hi filii libertorum, tanto numero, tantaque dignatione, ut Synagogam Hierosolymis obtinerent. Suidas autem, cum illud esse gentis nomen dixit, ὄνομα ἔθνους, non immerito visus est ariolari; quoniam gentem unam aliquam vox illa ὄνομα ἔθνους designat; nec potuit ipse vel ausus est gentis illius situm indicare.

Fuit autem Synagoga *Libertinorum*, Synagoga quatuor Nationum, quæ ex utroque latere Hebræis, Græcisque, de quibus initio diximus, hoc est, Judææ Syriæque prætenduntur. Nam si quis Geographicam Tabulam inspexerit, statim animadvertet, quatuor illas Nationes ipsas esse, quæ hic suo omnino ordine recensentur: Cyrenæi primum, & Alexandrini, Cilices deinde, & Asiani. Habet enim Judæa Syriaque ante se Mediterraneum mare, quod Magnum mare Hebræi vocant. Cingunt hoc mare, dextro lævoque Judææ ac Syriæ latere, pari terrarum spatio; dextro quidem, sive septentrionali, Cilicia

licia primum, deinde & Asia, usque ad Ægæum mare: lævo autem, sive meridiano, Ægyptus primum, ubi Alexandria est; deinde Libya, ubi Cyrene, quæ est e regione maris Ægæi. Et scriptor sacer, ut nihil est eo accuratius, dum has Nationes quatuor enumerat, ab ea ducit initium, quæ est ad Austrum remotissima; desinit autem in ea quæ longissime distat ad Boream. Nam Asia in Novo Testamento numquam dicitur, nisi de ea minoris Asiæ parte, in qua est Ephesus, cum Lydia, aliique tractus terrarum exigui. Et quamvis ibi quoque Græcus sermo vigeret in oppidis, Græcos tamen non appellant sacræ litteræ, nisi quos hodie Syros vocamus; quoniam ibi Græci nimirum, quos alii Seleucidas vocant, rerum potirentur; qui nec Asia illa umquam, nec semper Cilicia sunt potiti.

Est autem hujus nominis, *Libertini*, origo Hebraïca: Primum ex לעבר *leiber* vel *liber*: quæ vox occurrit apud Isaïam, cap. XLVII, 15. libro I. Reg. XIV, 40. & aliis locis. *Ad latus* vox ea significat: ex ל *in, ad*: & עבר *latus, ultra, transire*: unde & Hebræi nomen habent. Deinde ex תני *tine*, voce Chaldaica, *ambo, duo*: pro Hebræa שני. Sic apud Danielem, cap. V. תקל *Thekel* pro שקל Hebraïco est: & apud eumdem, תנין *secundus* est. Itaque *Libertini* sunt, *Qui sunt ad latus utrumque*, Palæstinæ nimirum ac Syriæ, sive Hebræorum, Græcorumque, de quibus initio diximus, lateri utrique appositæ nationes.

Cetero animadvertendum est unicam hoc loco commemorari synagogam; quamquam duobus illa nominibus designatur: generali primum, *Synagoga Libertinorum*, sive quatuor gentium vicinarum: altero deinde, quod singulas nominatim exprimat; *Et Cyrenensium, & Alexandrinorum, & eorum qui erant a Cilicia & Asia*. Et Syriaca quidem interpretatio legit dumtaxat, *Quidam e synagoga Libertinorum, Cyrenæorum & Alexandrinorum*, absque particula connexiva & ante Cyrenæos. Sed nihil interest.

Erat sane Hierosolyma populosissima civitas: nec plures tamen in ea quam synagogæ duæ fuerunt: civium altera, altera Libertinorum. Fuisse quidem Hierosolymis Synagogas CCCCLXXX. vulgo produnt, sed Rabbinis, hoc est, falsis testibus. Synagogas enim Hierosolymis tantum duas fuisse produnt sacræ litteræ: alteram pro indigenis, quibus ibi lex divina exponebatur. Nam de ista Dominus ipse testis est, Joan. XVIII, 20. *Ego semper docui IN SYNAGOGA, & IN TEMPLO, quo omnes Judæi conveniunt.* Synagogam enim hæc verba tam unicam designant, quam Templum unicum. Quoniam scilicet Hierosolymis nefas fuit extra Templum Deum adorare, ut olim in castris extra Tabernaculum. Fuit Synagoga altera advenarum ex Nationibus quatuor superius appellatis. Galilææ enim ac Syriæ suas fuisse peculiares ac proprias Synagogas, in singulis fere oppidis, & plures quidem Damasci, ex Evangelio Actisque novimus.

Jam quæ *Libertinorum* nomine Christi temporibus notissima fuit Hierosolymis Synagoga, ea ipsa est, quæ in libris Machabæorum, *synagoga Assidæorum, fortis viribus ex Israël* appellatur, I. Mach. II, 42. *Assidæi qui erant in filiis Israël*; I. Mach. VII, 13. *Qui dicuntur Assidæi Judæorum*, 2. Mach. XIV, 6. At ista ætate Nationes duas dumtaxat complectebatur, ad Austrum positas. Jam tum enim Judæi erant in Ægypto plurimi, ut constat ex prologo Ecclesiastici, capite Estheris undecimo, capite I. libri 2. Mach. ex Evangelio; in quo Simon Cyrenæus; & ex Actis, in quibus memoratur Lucius Cyrenensis. Atque idipsum docet originatio nominis *Assidæi*. Fuit olim Serrario e nostra Societate cum Drusio Scaligeroque summa concertatio de vi atque origine hujus vocis. Nam isti quidem, ut & Grotius hos secutus, derivari putant Assidæos ex Hebræo חסיד *sanctus*: (quod & Serrarius dat iisdem ultro, re non expensa:) ex Assidæis deinde factos esse Assiæos, eosdemque esse, qui sint postea *Essæi* appellati, sive *Esseni*. Perinde quasi Hebrææ linguæ consuetudo ferret, in derivatis nominibus litteram hujusmodi, qualis est ר, expungi. Quod si ex חסיד fierent *Assidæi*, hi se *sanctos* cognominassent. Nam ea hujus nominis significatio est, Psal. LXXVIII, 2. *Carnes sanctorum tuorum*: & Psal. CXLVIII, 14. *Hymnus omnibus sanctis ejus*: & alibi: quibus in locis toti Judæorum genti appellatio ea tribuitur. *Sanctos* enim appellabant eos, qui Deum & nossent & eo modo colerent, quem ipse præscripsisset. Quo sensu etiam in Novo Testamento vox ea passim occurrit. Non erant autem Assidæi hac parte ceteris sanctiores: nec patienter cives tulissent hac se illos gloriosa appellatione discriminare a ceteris: ac si denique, cum dicerentur *Assidæi Judæorum*, sancti seu fideles inter Judæos intelligerentur, ea res totam gentem summopere offendisset.

Heterodoxi autem, qui quamvis se Hebraïcæ linguæ peritia efferant, non aliam potuere hujus verbi originem invenire, Vulgatum Interpretem, quem ut Ecclesiam ipsam oderunt, eo nomine arguunt inscitiæ, quod *Assidæi* scripserit per geminum *ss*: cum unicum sane sit satis, si derivatur ea vox ab חסיד. Sed falso nituntur illi principio, & est etiam hac parte diligentissimus accuratissimusque Vulgatus Interpres. Potest ea vox *Assidæi* per geminum *sigma* scribi; vel per unicum, *Asidæi*. Nam littera צ interdum per unicum sigma exprimitur, ut in *Isaac*: sæpe vero & per geminum, ut in *Baltassar*. Ducitur ergo vox illa a צדה *tsida*, vel *ssida*: quæ vox occurrit I. Reg. XX, 20. & significat, *Ad latus*. Itaque præfixo ה demonstrativo, fit *Assidæus*, *Qui est ad latus*: *Assidæi*, Qui lateri scilicet unico Palæstinæ prætenduntur, meridiano utique, ac proinde Ægyptii. Est quo factum est, ut cum aliæ Nationes duæ in Boream vergentes, Cilicum, Asianorumque, accessissent, mutari nomen *Assidæorum* in *Libertinorum* nomen oportuerit. Neque aliud, opinor, in his nominibus arcanum latet.

Similium certe nominum si quis indagat originem, norit is, cum in *ai* desinunt, ut *Pharisæi*, *Sadducæi*, *Machabæus*; in Hebræa origine esse oportere ה finale, quod huic diphthongo latinæ *æ* respondeat; ut in ipso *Judæi* vocabulo est littera ה. Vox illa, *Pharisæi*, exempli gratia, non ex פרש ortum habet, ut Hebraïzantibus vulgo videtur, Rabbinisque ipsis, qui & recentes sunt, nec callent magis Hebræam linguam, aut istas norunt origines certius quam Christiani, qui huic linguæ perdiscendæ operam navant. Non igitur *Pharisæi* sunt *separati*: nec umquam id sibi certe nomen sumpsissent. In omni societate, quæ verum Numinis cultum præ se fert, *separati* non sunt nisi schismate divisi vel hæresi, aut a priorum communione seclusi. Nec Judæi patienter ferrent dicere se quosdam a reliquis separatos, quoniam essent religiosiores. Apud nos ipsos Religiosi, qui durissime omnium vitam agunt, non sunt a Christianis propterea separati; nec eo se nomine (quod esset superbum) appellant.

Erant apud Judæos Pharisæi, quod fere apud Christianos sunt Evangelii præcones, *les Missionnaires*. Est enim Hebraïce *Pharisæus*, Qui fructum facit peragrando regiones: ex פרה *fructum facere*: & צעה *migrare de loco in locum*. Hanc vocis originem Christus ipse Dominus indicat, Matth. XXIII, 15. his verbis: *Væ vobis, Scribæ & Pharisæi hypocritæ: quia circuitis mare & aridam, ut faciatis unum proselytum: & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo quam vos.* Neque enim eo nomine reprehenduntur, quod Pharisæi sint, sed quod hypocritæ. Cetero enim sedebant illi super cathedram Moysi, hoc est, veram legis doctrinam tradebant: nec hostes alios habuere, ut erant Pharisæi, quam Sadducæos. Paulus ipse eo nomi-

nomine gloriatur, Act. XXIII, 6. quod Pharisæus sit, & *filius Pharisæorum:* non ut Janseniani Montenses, magistros suos secuti, *filius Pharisæi.* Hoc igitur adsciscebant sibi ipsi nomen Pharisæi, quoniam in omnem terram cultum veri Numinis disseminarent. Itaque non his Christus objicit, quod a lege vel fide discessissent, sed quod falsas ad legem traditiones adjicerent: id quod *fermentum Pharisæorum* appellat. Ceterum adeo non separatos se illi dixerunt, ut constantissime potius Synagogæ corpori adhærerent; maxime vero Scribis, qui præcipui fuere Synagogæ Doctores.

Sadducæi similiter ex Hebraïca origine derivantur, in qua sit littera ה finalis, quæ diphthongo latinæ respondeat. Nam a Sadoco nescio quo, quem Rabbini comminiscuntur, hos nomen traxisse tam verum est, quam Francos a Franco rege. *Sadducæus* significat, Qui delectatur lege: ex ש *qui:* חדה *delectari, lætari:* & חקה *lex:* ut ea vox est in Exodo. Hoc nomen Sadducæi sibi vindicarunt, quoniam puram legem, purum Dei verbum sectari se dicerent. Itaque legem protulere, quam gestabant; Matth. XXII, 24. in concertatione cum Christo: *Magister, Moyses* dixit: &c. Sic etiam Zebedæus est, Qui auro lætatur, à זהב *aurum,* & חדה *lætari.*

Vox illa denique *Machabæus* eamdem formam habet; nimirum litteram gutturalem ה in fine radicis Hebraïcæ. Neque enim, ut quibusdam placuit, vox est conflata ex primis litteris Hebraïcis illius sententiæ quæ est in Exodo, cap. XV, 11. *Qui similis tui in fortibus, Domine?* Sed fit ex Græco μάχη vel μάχομαι, & Hebræo אבה *velle, desiderare:* ita ut *Machabæus* sit, Qui pugnare desiderat, qui bellum spirat, Vir pugnator, Vir bellator. Hoc ipsius Machabæi pater indicasse tunc videtur, cum hunc copiarum ducem institueret, 1. Mach. 2, 6. *Et Judas Machabæus fortis viribus a juventute sua erit vobis princeps militiæ, & ipse aget bellum populi.* Multi certe jam tum permixti cum Hebræis Græci fuere; & habuere Hebræi jam tum Græca nomina; cujusmodi sunt, Alcimus, Menelaus, &c. quidni & mixta utroque idiomate cognomina? Nam & mixtum est cognomen *Bartimæus*, Marc. X, 46. Itaque libri *Machabæorum*, libri sunt Bellatorum gesta complexi. Et *Machabæorum* per *ch* recte Vulgatus Interpres scripsit: Græci libri prave Μακκαβαϊκῶν, per geminum κ. Ut ut est autem de ceteris originibus, de LIBERTINIS certe quod dictum est, id in controversiam adduci posse omnino non videtur.

EJUSDEM R. P. JOANNIS HARDUINI,


E Societate JESU Presbyteri,

Explicatio Nummi sub Ludovico XII. Francorum Rege cusi, inscriptique,

PERDAM BABILLONIS NOMEN:

Excerpta ex Auctario Diarii Eruditorum, impresso Parisiis, die 31. Januarii, 1707.

NUmmus Ludovici XII. Francorum Regis, cujus meminit Jacobus Augustus Thuanus, libro 1. historiarum sui temporis, est sane eximius ac singularis; sed ab ipso perperam explicatus. Aureus est in Gaza Regia; & in Cimelio Illustrissimi D. FOUCAULT, Regi a sanctioribus Consiliis. Nummi illius iconem primus exhibuit D. Petavius, Senator Parisiensis; & post eum D. le Blanc, in libro inscripto Gallice, *Monnoies de France.* Prior nummi pagina vultum Principis exhibet, capite cincto corona e liliis Francicis, cum hac epigraphe: LUDO. FRAN. REGNIQ. NEAP. R. Posterior habet insignia regni Franciæ, quæ sunt tria lilia, superposita corona, pro more illius ævi aperta. Inscriptio, cruce præfixa: ✠ PERDAM BABILLONIS NOMEN. Allusio est ad locum Isaïæ, cap. XIV, 22. ubi de Chaldaïca Babylone dicitur, *Perdam Babylonis nomen.*



Existimavit D. Thuanus, comminatum esse hoc dicto Regem Ludovicum XII. se deleturum esse Urbem Romam, quoniam esset ei cum Summo Pontifice Julio II. simultas maxima: probrosoque *Babylonis* nomine eumdem ipsum Romam designasse. Hanc vero interpretationem amplectuntur avidissime sanctæ Sedis Apostolicæ hostes: quibus credi perplacet, a Christianissimo etiam Rege summopere spretam fuisse Sedem Christi Vicarii. Verum est hæc interpretatio prorsus falsa, ac memoriæ religiosissimi sane Principis injuriosa valde & contumeliosa.

Animadvertendum enim est; Primo quidem, nummum istum tunc cusum fuisse, cum esset Francorum Rex Ludovicus XII. idem Rex Neapolitanus. Nam id aperte præfert inscriptio: *Ludovicus Francorum Regnique Neapolitani Rex.* 2°. Reges Neapolitanos etiam inscribi & esse reipsa Reges Hierosolymitanos, a temporibus Friderici II. Imperatoris. 3°. Tunc eumdem inscripsisse se, ut in Edicto ejusdem legitur, pro creatione Parlamenti Provinciæ, anno 1501. apud D. Jolly, tomo 1. Officiorum Franciæ, pag. 472. *Regem Franciæ, Neapolis & Jerusalem.* 5°. Anno illo ipso quo capta a Ludovico XII. Neapolis est, aut anno certe sequente, nummum hunc cusum fuisse; hoc est, ante annos ipsos novem, quam cum Julio II. summo Pontifice simultates exerceret. Nam post annum certe 1503, numquam inscripsit se Ludovicus XII. regem Neapoleos. Non igitur Urbi Romæ minas intentat Rex certe Christianissimus, hoc dicto, PERDAM BABILLONIS NOMEN.


Sed tunc factus ille nimirum Rex Hierosolymitanus, cum & Rex Neapolitani regni; pollicetur hoc lemmate, se Terram sanctam, ditionem utique suam, recuperaturum esse; deleturumque postea ipsammet Ægyptum, usque ad Caïrum, quæ civitas Ægyptii Soldani primaria tunc sedes fuit; quoniam simul is Terram sanctam & Jerusalem tunc tenebat. Caïrum autem errore populari Occidentales omnes scriptores a temporibus Belli sacri, ut plerique Eruditi putant, Babylonem vocabant, pro *Babillone*; quod veteris Caïri nomen fuit. Sic enim in hoc nummo scriptum est, BABILLONIS, ut recte D. Petavius edidit, & nos ipsi vidimus in nummo eo, qui perpulcher est ac nitidissimus; non, ut Thuanus retulit, pag. 8.

BABYLONIS. Nam quod ad illud Martialis Epigramma attinet, e libro XIV. Epigr. 150.

Hæc tibi Memphitis tellus dat munera: victa est
Pectine Niliaco jam Babylonis acus.

Ubi Ferrarius in Geographia videre sibi visus est Ægyptiam Babylonem, longe allucinatus est. Chaldaïcam enim, quæ Euphrati amni imposita fuit, vates indicat Babylonem; versuque solum illud Plinianum exprimit, e libro VIII. pag. 231. *Acu facere id Phryges invenerunt... Colores diversos picturæ intexere Babylon maxime celebravit, & nomen imposuit. Plurimis vero liciis texere, quæ polymita appellant, Alexandria instituit.*

Soldani igitur Ægyptii in Babillone nova sedem tunc habebant, hoc est, in Caïro: & Terram sanctam obtinuere iidem usque ad annum 1516. quo Selimus I. Turcarum Imperator hanc occupavit; ut & Ægyptum anno consequente. Is ergo anno 1517. præstitit, quod Ludovicus XII. anno 1501. pollicebatur se facturum esse hoc dicto, PERDAM BABILLONIS NOMEN.



MEDAILLE DE PHILIPPE Auguste, expliquée par le P. H. dans une Lettre écrite à Monsieur DE BOZE, *Secretaire de l'Academie des Medailles & Inscriptions.*

J'Aurai l'honneur, Monsieur, de vous écrire dans ce billet-ci, ce que je ne pus vous dire sur le champ; quand vous me montrâtes l'autre jour une Monnoye d'argent fort singuliere de Philippe Auguste, comme je parcourois vôtre Cabinet de Médailles, qui est sans doute l'un des plus curieux que j'aye vûs. Ce qu'il y a de singulier dans cette Médaille ou monnoye, c'est la seconde legende qui y est outre le nom du Prince, & qui est composée de vingt-quatre lettres, dont chacune est la premiere lettre d'un mot.

Les vingt-quatre lettres dont il s'agit, sont en caracteres Romains; & n'ont rien de ce Gothique, qui commence à paroître sur les monnoyes de Saint Loüis. Les voici.

† BHRICTUSITHOREHRIRON
TORI.

En voici l'explication:

BENEDICTUS HOMINUM REDEMPTOR, IN CÆLIS TRIUMPHANS, ULTRO SEMETIPSUM IN TERRIS HUMILIANS, OMNIUM REX EST HOMINUM, REX IMPERANS REGIBUS OMNIUM NATIONUM: TIMEAT ORIENS: REGNAT JESUS.

Le premier mot *Benedictus*, mis comme epithete, ressent le vieux Gaulois, & le tems qu'on disoit, *le benoit Saint Esprit, & la benoîte Vierge Marie.* Le mot *ultrò*, renferme tout le sens de cette Prophetie, *Oblatus est, quia ipse voluit.* Le *Semetipsum in terris, humilians*, est pris de Saint Paul aux Philippiens chap. 2. 8. *Humiliavit semetipsum factus obediens.* Ce qui est exprimé dans la penultiéme ligne, est tiré de l'Apocalypse, chap. 19. 16. *Rex Regum, & Dominus Dominantium.* Enfin l'Epiphonême, *Timeat Oriens, Regnat Jesus*, certainement a beaucoup d'emphase. Ceux qui ont travaillé à cette Inscription ont sagement remarqué, que, *Regnat Jesus*, y convenoit mieux, que *Christus Regnat*: parce qu'il exprime avec plus d'énergie, que la sainte Humanité même du Sauveur du Monde, qui avoit été humiliée sur la terre, faisoit sentir son pouvoir. Le mot, *Oriens*, pour signifier les Provinces du Levant, se trouve cent fois sur les Médailles même du haut Empire.

L'usage d'abbreger une legende, qui ne pourroit être mise au long dans un aussi petit volume, que l'est celui d'une monnoye ordinaire, & de l'abbreger en n'y mettant que les premieres lettres de chaque mot, est aussi ancien que les Médailles mêmes & les monnoyes. Depuis celles qu'on appelle Consulaires, c'est-à-dire, depuis le temps de Sulla jusqu'au plus bas siécles, il y en a une infinité chez les Latins. Mais pour les déchiffrer, il faut y observer cette regle, qui est généralement pratiquée dans toutes les Inscriptions, comme elle l'est ici: sçavoir que quelque nombre de lettres ou de mots qu'il y ait, à l'Inscription ne doit avoir qu'une pensée; ou s'il y en a plusieurs, elles doivent être si bien arrangées, qu'elles ne renferment qu'un sens complet.

Ces Inscriptions étoient d'abord écrites au long sur le piédestal de quelque Statuë ou de quelque Trophée, sur quelque Arc de triomphe, ou en quelque autre cérémonie. Ce qui faisoit que sur les monnoyes, ou on les mettoit en même tems en abbregé, n'y marquant que les premieres lettres de chaque mot, elles étoient intelligibles du moins à ceux qui les avoient lûës entieres.

Dans une Médaille d'or de Justinien le jeune, qui a été aussi frappée en France, comme les lettres CONOB le marquent; qui signifient, *Civitates omnes Narbonenses obtulerunt*; on lit au revers, IhS CHRIST. REX REGNANTIUM. Sur une Médaille d'or du Roy Dagobert, la legende est REX DEUS: ce qui fait avec la croix, qui est dans le champ, REX DEUS CHRISTUS. La France est la premiere & peut-être la seule, qui ait donné à JESUS-CHRIST sur ses Médailles & sur ses monnoyes le titre de *Roy*, & de *Roy des Rois.* Mais la premiere Médaille ou monnoye, où le mot de *Regnat* se trouve, qui marque que JESUS-CHRIST a triomphé de ses ennemis en quelque occasion signalée, c'est cette monnoye que vous avez, MONSIEUR, de Philippe Auguste.

Il est visible qu'elle a été frappée, pour rapporter à JESUS-CHRIST toute la gloire de l'avantage que ce Prince remporta sur Saladin, lorsqu'il prit la ville d'Acre, & qu'il défit les Sarrasins en 1191. Car ce n'est qu'aprés cet évenement qu'on a pû dire en France: TIMEAT ORIENS: REGNAT JESUS,


SUS, Que l'Orient tremble : l'Orient, où Jesus-Christ a bien voulu paroître humilié ; l'Orient, dont l'entrée est à present ouverte aux Chrétiens par la prise d'Acre, qui en est la clef. Jesus fait sentir qu'il est le Maître, & qu'il commande aux Rois de quelque nation qu'ils soient : *Rex imperans Regibus omnium nationum.*

Sans doute aussi qu'un évenement semblable, sçavoir la prise de Damiéte en 1249. donna lieu à la Reine Blanche, mere de Saint Loüis, à lors Regente, de faire mettre sur les monnoyes d'or qui portoient son nom, comme sur celles qui avoient le nom du Roy son fils, cette legende, que nos Rois ont depuis ce tems-là conservée sur leurs monnoyes d'or : *Christus vincit, Christus regnat, Christus imperat.* Car cette formule ne paroît pas avant ce tems-là sur aucune monnoye. Et celle que quelques uns ont attribuée à Philippe Auguste avec ces mots là, n'est que de Philippe le Bel, comme l'a fort bien remarqué Mr. Du Cange. Le Caractére Gothique qui y est, en est une preuve indubitable.

Ces mots donc, *Regnat Jesus*, ou, *Christus regnat*, marquent les Victoires que les armées Chrétiennes avoient remportées sous Philippe Auguste, & sous Saint Loüis son petit fils, sur les Infidelles qui s'étoient rendus maître de la Terre-Sainte. D'où vient que ce mot, *Christus regnat*, ne se trouve sur les monnoyes, qu'avec celui de *Christus vincit* ; & qu'on n'a jamais vû *Regnat Jesus*, ou *Christus regnat*, sur les monnoyes ou Médailles que sous ces deux Rois, & apres Saint Loüis : parce que ce Prince étant le premier qui ait retabli ou reglé les monnoyes en France, on a suivi depuis ce tems-là la forme qu'il leur a donnée. Mais pour Loüis VIII. Pere de Saint Loüis, comme il n'avoit pas porté la guerre dans l'Orient, ni vaincu les Infidelles, comme son pere avoit fait, & comme fit ensuite son fils ; il n'a pas aussi de semblables légendes sur les monnoyes qui sont incontestablement de lui, non plus qu'aucun de ses autres predecesseurs.

Si c'est donc de ces Inscriptions, où on lit, *Regnat Jesus*, & *Christus regnat*, que tire son origine la fameuse formule, *Regnante Christo*, sur laquelle Messieurs Belly, Blondel, & quelques autres ont beaucoup écrit ; si le sens primitif de cette formule est celui que ces Inscriptions présentement à l'esprit ; si elle n'a pû avoir cours avant ce tems-là ; ou si elle est plus ancienne ; c'est ce que je laissé à examiner aux Critiques. De la capacité dont je vous connois, Monsieur, & qu'on admire dans vôtre Academie, vous les pourrez beaucoup aider là-dessus en leur communicant vos lumieres.

Vôtre Médaille a encore cela de particulier, que c'est la plus ancienne des monnoyes de France, du moins de celles que j'ai vûes, où il y ait des Fleurs de Lys. On en voit dans la même situation sur une Médaille de Philippe d'Alsace Comte de Flandre, qui étoit oncle maternel d'Isabelle femme de Philippe Auguste. Cela peut encore donner lieu à de nouvelles découvertes. Excusez, je vous prie, Monsieur, les ratures qui sont dans ce billet-ci : je ne me dispense de le mettre au net, que parce que je me hâte de vous donner satisfaction. Je suis avec bien du respect . . . . .



EXPLICATION D'UNE MEDAILLE très-rare de l'Empereur Justinien, addressée par le P. H. Jesuite à Monsieur HENRION, *de l'Academie des Inscriptions & Médailles.*

Monsieur, quand vous me donnâtes hier, de la maniere du monde la plus obligeante, une petite Médaille de l'Empereur Justinien, quoique je vous marquasse alors combien je l'estimois, je ne pûs néanmoins vous dire tout le sens que j'y découvrois, parce que vous souhaitâtes que je le fisse par écrit : ce que je vais tâcher de faire par ce billet que je me donne l'honneur de vous écrire aujourd'hui.

Cette Médaille est tout a fait singuliere, en ce que de toutes celles que j'aye jamais vûës dans les Cabinets les plus complets, ou dans tous les livres de ceux qui nous ont donné des Catalogues de Médailles, celle-ci est la seule de l'Empereur Justinien, dont l'inscription soit en Grec. J'avois crû jusqu'ici avec tous les plus habiles Antiquaires, qu'il n'y avoit point de Médailles Grecques de cet Empereur. Celle-ci m'a parfaitement détrompé.

Vous vous souvenez bien, Monsieur, que d'un côté est la tête de ce Prince avec une inscription Grecque ; & de l'autre, son nom en chifre, & en Grec de même, comme j'eus l'honneur de vous le dire : C'est le revers de cette Médaille qu'il faut sur tout considerer ici ; c'est à dire, le grand C ou σίγμα Grec, qui renferme & qui enveloppe presque le nom de IOYCTINIANOC en chifre. Dans ce σίγμα même il faut observer jusqu'à sa situation. Car en le tenant droit dans sa figure ordinaire, il determine comment il faut tenir la Médaille fixe, pour y voir le chifre de la maniere qu'il le faut lire. Dans cette situation la premiere lettre est à la droite de la croix : c'est un I, qui est la premiere lettre du nom de *Justinien* : elle est pour cela plus grande que les autres ; & elle sert en même tems à former le premier trait de la lettre N. La seconde est l'O qui est au milieu de la croix : la troisiéme est l'Y, qui est au haut : la quatriéme est le C ou σίγμα, qui est à la gauche de la croix : la cinquiéme est le T qui est en haut sous l'Y. La 6. 7. & 8. savoir INI se trouvent, comme j'ai dit, dans la premiere lettre à droite : ensuite l'A est au bas de la croix : les lettres N, O, & C qui restent, sont évidentes, comme je les ai déja marquées. Cela fait IOYCTINIANOC. Outre que l'image du Prince, la fabrique, & le métal, marquent incontestablement le tems de Justinien

L'Inscription est composée de la légende qui est du côté de la tête, & de ce chifre-ci, avec le grand C ou σίγμα qui l'enferme. Et le tout ensemble fait un sens complet, que voici : THC CEβαςῆς, KAI-CAPEIAC Cωτὴρ IOYCTINIANOC Cεβαςός. *Augustæ Cæsareæ Conservator Justinianus Augustus. Justinien Auguste est le Conservateur de Cesarée surnommée l'Auguste.* Car comme nous disons en François l'*Auguste* avec l'article, le Grec demande aussi sur cette Inscription, τῆς Σεβαςῆς.

De toutes les Villes qui ont eu le nom de Cæsarée, il n'y a que celle qui est sur la mer Mediterranée à l'entrée de la Palestine, qui ait été surnommée l'Auguste, ἡ Σεβαςή. On lit sur quelques-unes de ses Medailles Latines, C. A. C. *Colonia Augusta Cæsarea* : sur d'autres, COL. PR. FLAV. AVG. CAESAREA, *Colonia prima Flavia Augusta Cæsarea* ; parce qu'outre les anciens habitans qui étoient Grecs, on y avoit établi une Colonie Latine ; & c'étoit la premiere qu'eût établi la Maison des Flaves, c'est à dire, l'Empereur Vespasien. Sur une Médaille très-curieuse de Diadumenien, qui est chez Mr. Foucault, elle à tous ces noms-ci : COL. P. FL. F. AVΓ. G. CAES. *Colonia*

prima

prima Flavia Felix Augusta Germanicia Cæsarea. La Colonie la premiere des Flaves, l'Heureuse, l'Auguste, la Germanique Cesarée. Ces quatre titres lui avoient été donnez par quatre differens Princes, qui lui avoient communiqué le nom ou le surnom de leur Famille; Vespasien, Commode, Auguste, Germanicus frere de l'Empereur Claude, ou plûtôt l'Empereur Claude lui-même, qui avoit aussi le surnom de Germanique parce qu'ils le tenoient tous deux de leur pere. Le surnom d'*Heureuse* lui vient de l'Empereur Commode, qui est appellé sur ses Médailles, *Pius Felix, le Pieux & l'Heureux.* Et celui d'*Auguste* est de l'Empereur Auguste, long-tems avant qu'on y établit une Colonie Latine. Et c'est ce que l'Ouvrier sans doute nous a voulu apprendre, en mettant du moins pour la troisiéme lettre du mot AVΓ. une lettre Grecque.

Pour la même raison sur toutes les Médailles de cette Ville, si elles sont Latines, le nom de *la Premiere des Flaves*, que la Colonie y porta, y est ordinairement placé le premier, parce qu'il est propre de la Colonie, qui frappe la Médaille en Latin. Les surnoms d'*Auguste* & de *Germanique* y sont ordinairement les derniers; parce qu'étant plus anciens que la Colonie, ils ne la touchent pas de si près. Et les Médailles Grecques de cette Ville au contraire, n'ont jamais le nom de Flaves, que la Colonie y a porté; mais seulement les noms anciens; sçavoir celui d'*Auguste Cesarée*, comme sur cette Medaille de Justinien; parce que Cesar Auguste est le premier Prince qui ait donné son nom à cette Ville; ou ceux de *Germanique* & de *Commodienne*, par ce que ces deux Princes, Claude & Commode, ont accordé aux Habitans Grecs de grands privileges. Ce qui se vérifie pour l'un par l'époque qu'ils comptent sur leurs Médailles depuis la seconde année de Claude; & pour l'autre, par le surnom de Commodienne, qu'ils ont sur leurs Médailles, comme la Colonie a celui d'*Heureuse* sur les siennes.

Les Grecs étoient peut-être les seuls qui habitoient Césarée du tems de Justinien: ou bien ils partageoient encore la Ville, comme ils faisoient sous M. Aurele, sous qui ils frappoient des Médailles avec cette Inscription, ΚΑΙCΑΡΕ ΓΕΡΜΑΝΙΚ. & sous Commode, chez Monsieur Foucault, ΚΑΙC. ΓΕΡΜΑΝΙΚΑΙΩΝ; & au Cabinet du Roi, ΚΑΙCΑΡΕ. ΓΕΡΜΑΝΙΚΕ. ΚΟΜ. Καισαρέων Γερμανικέων Κομοδιανῶν; & enfin sous l'Empereur Pescennius Niger, chez le Roi, avec l'Inscription, ΚΑΙCΑΡΕΙΑC ΓΕΡΜΑΝΙΚΗC. Ce qui n'empêchoit pas que sous tous ces Princes, les Latins de la même Ville ne fissent frapper aussi de leur côté des Médailles en Latin; avec le nom de *Colonie*, que les Grecs ne mettoient pas. Il se trouve en effet dans les Cabinets, de ces Médailles Latines, frappées sous ces Empereurs.

Σωτὴρ, Servator, le Conservateur, ou *le Liberateur*, est un éloge qui se donne aux Princes, lors qu'ils ont secouru quelque Ville ou quelque Province, sur tout contre quelque ennemi de la patrie. Vous pouvez voir, Monsieur, sur une Médaille de la Ville de Nicopolis sur le Danube, qu'on donne ce titre à Trajan: ΑΥΤ. ΚΑΙC. ΤΡΑΙΑΝΟC CΩΤΗΡ ΤΗC ΠΟΛΕΩC: *Imperator Cæsar Trajanus Urbis Conservator*; & au revers, ΝΙΚΟΠΟΛΙC. C'est que Trajan avoit délivré cette Ville des incursions que les Daces faisoient sur tout le pais d'alentour. On voit de même en Latin sur les Médailles de Constantin & de Maxence, le titre de CONSERVATORES URB. SUÆ; pour marquer que certaines Villes attribuoient leur sureté & leur repos à Jupiter, dont l'image est representée sur le revers où est cette legende; & en même tems à celui de ces Empereurs, dont l'image & le nom est de l'autre côté. Une des plus nobles & des plus magnifiques Inscriptions qui soient sur les Médailles en ce genre-là, est celle de la Médaille de l'Empereur Aurelien, qui est chez Monsieur Foucault. D'un côté est le Soleil, avec cette légende, SOL DOMINUS IMPERI ROMANI; & de l'autre est Aurelien avec cette Inscription, AVRELIANVS AVG. CONS. c'est à dire, *Aurelianus Augustus Conservator*, & non pas *Consul.* Ceux qui avoient frappé cette Médaille, vouloient dire, que le Soleil qui étoit la Divinité principale qu'adoroient les Romains, étoit le Maître Souverain de l'Empire; mais que l'Empereur Aurelien en étoit le Conservateur. Il y en a encore d'autres exemples que je passe, & que vous sçavez.

Le nom de l'Empereur Justinien est ici en chifre: toutes les lettres de son nom se trouvant ou aux extremitez, ou au milieu de la croix qui est dans le champ, pour marquer le Christianisme du Prince. Autant que je m'en puis souvenir, c'est ici le plus ancien chifre qui paroisse sur les Médailles. Car celui qui est rapporté par Octavien Strada, pag. 249. sous l'Empereur Marcien, est fort suspect, comme le sont la plûpart des Médailles que rapporte cet Antiquaire. Le chifre y est mal fait & sans art, & n'a nulle marque de Christianisme.

Vous ne serez pas surpris, Monsieur, de voir que le nom de Justinien ne soit pas du côté où est son image. Je sçai que vous en avez vû d'autres semblables. L'Ouvrier voulant mettre le nom du Prince en chifre, comme une nouvelle invention, il falloit qu'il le mît sur le revers de la Médaille; & consequemment il étoit nécessaire, que le reste de l'Inscription fût du côté où est son image. J'oubliois de dire, que la C qui est ici mis principalement pour signifier Σωτὴρ, y est encore pour signifier Σεβαστὸς *Augustus.* Car quoi que ce dernier mot ne soit pas absolument necessaire, il est néanmoins bien placé dans cette Inscription; puis qu'il y donne à entendre, qu'il convient bien à un Auguste de proteger sur tout une Ville qui porte le nom d'Auguste comme lui.

Voilà, Monsieur, pour ne rien dire de superflu ou d'inutile, ce qui m'est venu depuis hier dans l'esprit sur vôtre Médaille, laquelle a son merite, comme vous voyez, & dont je vous suis tres-obligé. Je suis aussi avec beaucoup de respect, Monsieur, &c.

Ce 5. Mars 1708.

EJUSDEM

EJUSDEM R. P. JOANNIS HARDUINI

c Societate Jesu Presbyteri,

INTERPRETATIO ET ELUCIDATIO

PSALMI DAVIDICI LXVII.

EX EDITIONE VULGATA.

Excerpta ex Auctario Diarii Eruditorum, impresso Parisiis, die 31. Maii, 1707.

INterpretes plerique omnes, qui Psalmis illustrandis ex Editione Vulgata operam navant, quamvis Catholici, promissi propositique immemores, a Vulgata sæpe discedunt. In Hebraïco volumine quiddam verius ac certius, aut magis certe perspicuum reperire se subinde saltem oblique significant, & plerisque suadent. Eripiendus hic error nunc demum est; proposita interpretatione Psalmi LXVII. qui omnium difficillimus explicatu vulgo existimatur, decerpta ea idcirco ex integro Commentario, quem in Psalmos scripsimus. Nam ex eo specimine intelligetur haud dubie, ceteris quoque ex ea Editione si quidem paulo attentius perpendantur, sententiam subesse pariter eximiam, planam, secumque mirifice cohærentem. Est enim certe hujusmodi in isto; hoc est, digna vate sacro oratio: primum quidem, ob constantiam in veri Numinis cultu, qua legentium animos implet; deinde ob ipsam scribendi rationem, quæ grandis est, adeoque splendida, ob translationes verborum, quas metaphoras vocant; quæ non uno simplice verbo, sed adhibito tantum orationis circuitu possunt exponi: nulla ut ei non longe decedat celebratissimi cujusvis e veteribus poëtis Ode: tum denique etiam ob eruditionem; cum selectis ex historia sacra priorum temporum capitibus plurimis, apteque collocatis, veluti luminibus splendescat oratio. Est subobscura quidem subinde Vulgata Editio; quis neget? at ea obscuritas non ex Interpretis imperitia, sed ex ingenio Hebraïcæ locutionis oritur; quam totidem ille verbis, quoad fieri licuit, voluit repræsentare. Atque hunc certe in interpretando morem tenere Interpretem verbi divini oportuit, ut verbum verbo redderet, ac religioni duceret vel syllabam adimere aut addere, vel de vi cujuspiam vocis primigeniæ tantillum detrahere. Quod quidem vix præstare alia quam Græca lingua & Latina potest: neque istæ quidem, quin ipsis, dum sic verbum verbo exprimunt, barbaries quædam adhærescat ex primigenio exemplari, quæ Gallicas aures in populari suo sermone vehementer offenderet.

Argumentum Psalmi LXVII. cujus suscipimus elucidationem, est hujusmodi. Capta fuerat a Philisthæis sub Heli Pontifice Arca Domini, ibique mensibus septem substiterat. Ut autem a morbo publice tunc grassante liberarentur, Deumque placarent, Arcam cum muneribus ex auro in regionem Israëlitarum reguli Philisthæorum remiserant. Mansit illa deinde diu in oppido Cariathiarim, novem fere millibus passuum ab Hierosolymis. Inde David, jam universo Israëli imperans, Arcam deduci curavit ingenti pompa, quæ libro 2. Regum, cap. VI. & 1. Paralip. cap. XIII. describitur: eoque fine Psalmum illum conscripsit, quem illo die solemni Levitæ cum Israëlitica plebe concinerent. Hunc isthic & Latina interpretatione donamus, & Gallica.

Vulgata Editio.	*Latina paraphrasis.*	Gallica interpretatio.
1 *In finem, Psalmus Cantici ipsi David.*	Sabbato desinente cantandus Psalmus cum jubilo; ea modulatione, quam David ipse præscripsit.	*Pour être chanté a la fin de la semaine, Pseaume de Cantique, dont le chant est de la composition de David lui même.*
2 *Exsurgat Deus, & dissipentur inimici ejus: & fugiant, qui oderunt eum, a facie ejus.*	2 ExsurgatDeus, & dissipentur inimici ejus: & fugiant, qui oderunt eum, cum Arcam viderint, cui ipse insidet.	2 *Que Dieu s'éleve, & qu'il paroisse; qu'il mette ses ennemis en déroute: & que ceux qui le haïssent, prennent la fuite devant lui.*
3 *Sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei.*	3 Sicut evanescit fumus, sic ipsi evanescant: sicut liquescit cera a calore ignis, sic gentiles pereant, ubi Arcam Dei aspexerint.	3 *Qu'ils disparoissent ainsi que la fumée s'évanoüit: & comme la cire fond au feu, que ces pécheurs de même soient anéantis a la veuë de Dieu.*
4 *Et justi epulentur, & exsultent in conspectu Dei: & delectentur in lætitia.*	4 Israëlitæ autem epulentur, & exsultent ante Arcam fœderis Domini, intra mœnia Jerusalem: & perfundentur lætitia.	4 *Mais que les fidelles soient en festin, qu'ils tréssaillent de joïe sous les yeux du Seigneur: & qu'ils joüissent d'une parfaite gaieté.*
5 *Cantate Deo, psalmum dicite nomini ejus: iter facite ei, qui ascendit super occasum: Dominus nomen illi.*	5 Vos, inquam, Israëlitæ, cantu laudate Deum: psalmum concinite in laudem ipsius: turba semota facite iter ei, qui se sublimem exhibuit super plagam occidentalem: Dominus ipse nuncupatur & est.	5 *Chantez les loüanges de Dieu, chantez un pseaume a la gloire de son nom; faites ranger le peuple, pour laisser passer celui qui a fait sentir l'eminence de son pouvoir, lors qu'il étoit sur les terres de l'occident: son nom c'est, Le Seigneur.*
Exsultate in conspectu	Exsultate vos ante Arcam Domini, con-	*Tréssaillez de joïe vous autres, quand*

Gallica interpretatio.

quand vous le voiez: pour ces pécheurs, ils seront effraiez de la voir: 6 *car il est le pere des orphelins, & le juge qui protege les veuves.*

Dieu a choisi un lieu saint ou il a établi sa demeure: 7 *le Dieu qui fait habiter dans une même maison les personnes qui professent la même loi.*

Celui qui par sa toutepuissance délivre les captifs: aussi bien que ceux qui quand ils l'irritent sont contraints de s'ensevelir dans la ceux des rochers.

8 *Grand Dieu, lors que vous marchiez a la veuë de tout vôtre peuple, lors que vous traversiez le désert:*

9 *Vôtre tonnerre fit trembler la terre, les cieux semblerent se fondre en une pluie d'orage, a la vûë du Seigneur, qui s'étoit fait voir sur le mont Sinaï, a la veuë de Dieu d'Israël.*

10 *Mais vous reservez pour cette terre que nous habitons, & qui est vôtre heritage, grand Dieu, une pluie de faveur, que vous lui accorderez volontiers: toutes les fois que cette terre a souffert, vous l'avez rétablie par la.*

11 *Les Israelites, qui sont vôtre troupeau, y habiteront: car vous l'avez préparée cette terre, avec vôtre bonté ordinaire, grand Dieu, pour ce pauvre peuple.*

12 *Le Seigneur fournira ample matiere a ceux qui annoncent ses merveilles: il fera pour cela éclater sa puissance.*

13 *Et le Roi qui conduit les armées du peuple bien aimé, est tout dévoüé a ce peuple bien aimé: jusqu'a partager pour l'ornement de chaque famille tout le butin qu'il fait sur les ennemis.*

14 *Ainsi quand vous ne feriez que dormir au milieu de vos héritages, les habitans du Midi & du Nort de la Terre sainte, qui sont les deux ailes de cette colombe, seront pourtant vêtus de brocart d'argent: & ceux qui occupent le pais qui est derriere Jerusalem, au dela du Jourdain, seront vêtus de brocart d'or pâle.*

15 *Maintenant que celui qui est au Ciel, se declare contre les Rois qui persecutent cette colombe, les habitans du mont Selmon porteront des habits blancs comme la neige:* 16 *Et la montagne de Dieu, sera une montagne de benediction.*

Cette Montagne bien arrondie, sera une montagne de benediction: 17 *Que vous sert de porter vos conjectures sur païs qui sont toutes les montagnes du bien arrondies?*

Je parle de la montagne ou il a plu a Dieu d'habiter: car en effet le Seigneur y sera éternellement sa demeure.

18 *L'Arche que l'on y transporte,* & sur laquelle le Seigneur

Latina Paraphrasis.

turbabuntur interim viso eo inimici ejus: 6 quoniam pater ac tutator orphanorum est, & vindex viduarum.

Elegit enim Deus locum sanctum in quo habitaret: 7 Deus qui facit ibi virum Israëlitam cum ejusdem religionis conjuge habere sobolem & familiam numerosam.

Qui quemadmodum vinctos a Chananæis potenter eduxit; similiter educit eosdem etiam, qui quando Deum exasperant, & ab inimicis propterea vexantur, abscondunt se in cisternis & antris, velut in sepulcris.

8 Deus, cum Arca tua incederet in conspectu populi tui, velut comes itineris; cum pertransires in deserto Idumææ:

9 Terra a tonitribus tunc commota est; & post tonitrua nubes distillaverunt imbre vehementi: terrorem Idumæis incutiente Deo, qui apparuit in monte Sinaï; terrorem incutiente Deo, quem colit populus Israël.

10 At imbrem tempestivum, Deus, servabis, ultroque subministrabis terræ illi, quam instar hereditatis populo tuo dedisti: Et illa quidem laboravit interdum siccitate: tu vero recreasti eam, largo imbre perpluens.

11 Oves pascuæ tuæ habitabunt in hereditate illa: quam parasti pro tua benignitate egenti populo tuo, Deus.

12 Dominus dabit argumentum dicendi iis qui annunciant opera ejus: exseretque propterea potentiam suam magnam.

13 Rex autem, qui dux est exercituum populi Deo dilecti, totus est populi Israëlitici quem diligit: & amat is ad splendorem unius cujusque familiæ capta ex hostibus spolia dividere.

14 Itaque etiamsi somno secure indulgeatis, Israëlitæ, in mediis civitatibus, quæ sunt vobis attributæ; nihilominus in terra Israël, & ad dextram Hierosolymorum positæ, quæ sunt ad Boream conversæ tribus, & positæ ad sinistram, quæ sunt & ad Austrum declives, induentur vestibus argenteo filo contextis: in parte vero posteriore, nempe quæ ad Orientem & ultra Jordanem est posita, induentur vestibus filo contextis ex auro pallido.

15 Quamdiu rex cæli Deus non parcit regibus Philisthæis, sed in eos ulciscetur, qui columbam hanc divexant, induent splendidas vestes candidasque in monte Selmon, in tribu Ephraïm. 16 Mons vero Dei, mons Sion, mons benedictus a Deo erit.

Mons circinatæ rotunditatis, casei instar, mons erit benedictus a Deo: 17 Cur autem cogitatis in animis vestris montes alios rotunditatis absolutæ?

Montem dico unum, in quo semel complacitum est Deo habitare: & in eo certe Dominus perpetuo habitabit.

18 Currus Dei, Arca, inquam, Dei, dum in illum montem defertur a Levitis, innume-

Vulgata Editio.

ejus, turbabuntur a facie ejus, 6 *patris orphanorum, & judicis viduarum.*

Deus in loco sancto suo: 7 *Deus qui inhabitare facit unius moris in domo.*

Qui educit vinctos in fortitudine: similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulcris.

8 *Deus cum egredereris in conspectu populi tui, cum pertransires in deserto:*

9 *Terra mota est, etenim cæli distillaverunt a facie Dei Sinaï, a facie Dei Israël.*

10 *Pluviam voluntariam segregabis Deus hereditati tuæ: & infirmata est, tu vero perfecisti eam.*

11 *Animalia tua habitabunt in ea: parasti in dulcedine tua pauperi, Deus.*

12 *Dominus dabit verbum evangelizantibus, virtute multa.*

13 *Rex virtutum dilecti dilecti: & speciei domus dividere spolia.*

14 *Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi ejus in pallore auri.*

15 *Dum discernit cælestis reges super eam, nive dealbabuntur in Selmon:* 16 *Mons Dei, mons pinguis.*

Mons coagulatus, mons pinguis: 17 *ut quid suspicamini montes coagulatos?*

Mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo: etenim Dominus habitabit in finem.

18 *Currus Dei decem millibus multiplex, millia latan-*

Vulgata Editio. | Latina Paraphrasis. | Gallica interpretatio.

lætantium: Dominus in eis in Sina in sancto.

rabili multitudine comitante procedit: multitudine Israelitarum præ gaudio exsultantium: Dominus inter eos est, ex quo visus est in monte Sina; in sanctuario suo est.

marche, comme sur son char de triomphe, est accompagnée de plusieurs milliers *d'Israelites, qui sont penetrés de joie: parce que le Seigneur est au milieu d'eux, depuis qu'il a paru sur le mont Sina; il y est dans son sanctuaire.*

19 *Ascendisti in altum, cepisti captivitatem: accepisti dona in hominibus.*

19 Ascendisti, Deus, in excelsum majestatis tuæ solium; abduxisti captivos nostros: accepisti munera quæ dederunt ipsi Philisthini:

19 *Vous etes monté au haut de vôtre trône, grand Dieu; vous avez ramené nos captifs: vous avez receu des presens dans le païs même des idolatres.*

Etenim non credentes, inhabitare Dominum Deum.

Quamvis non crederent eum qui inhabitaverat apud illos, Dominum Deum esse.

Ouï de ceux la même qui ne croioient pas: que celui qui logeoit chez eux fût le Seigneur Dieu.

20 *Benedictus Dominus die quotidie: prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum.*

20 Benedictus Dominus per singulos dies: prosperos successus dabit nobis Deus salvator noster.

20 *Que chaque jour le Seigneur soit beni: le Dieu qui nous a toujours conservés, nous fera prosperer dans nos entreprises.*

21 *Deus noster, Deus salvos faciendi: & Domini Domini exitus mortis.*

21 Deus enim noster, Deus est qui confert salutem: & Dominus dominator est, qui suos a morte eripit.

21 *Car nôtre Dieu est un Dieu qui peut sauver: & le Seigneur est le seul Seigneur qui peut nous garentir de la mort.*

22 *Verumtamen Deus confringet capita inimicorum suorum: verticem capilli perambulantium in delictis suis.*

22 Verumtamen Deus idem confringet capita inimicorum suorum: verticem conteret comatorum istorum, qui ritus suos idololatricos ubique exercent.

22 *Mais aussi ce même Dieu brisera les têtes de ses ennemis: il brisera la tête de ces gens a longue chevelure, qui pratiquent par tout leur idolatrie.*

23 *Dixit Dominus: Ex Basan convertam, convertam in profundum maris.*

23 Dixit Dominus: Vel si regio ista dives ac populosa fuerit sicut Basan, subvertetur illa: sic convertam regionem illam, ut demersa credatur esse in profundum mare.

23 Le Seigneur l'a dit: Ce païs fût-il *riche & peuplé* comme *l'étoit autrefois* le païs de Basan, je le ferai changer *de face:* je le ferai changer *de face, comme s'il étoit englouti* au fond de la mer.

24 *Ut intingatur pes tuus in sanguine: lingua canum tuorum ex inimicis, ab ipso.*

24 Faciam ut intingatur pes tuus, Israël, in sanguine: & ut lingua canum tuorum rubescat ab illo ipso sanguine inimicorum tuorum.

24 *En sorte que vous teindrez vos pieds, mon peuple, dans le sang de ses habitans; & que la langue de vos chiens sera teinte de ce même sang de vos ennemis.*

25 *Viderunt ingressus tuos, Deus, ingressus Dei mei: regis mei qui est in sancto.*

25 Viderunt Israëlitæ incessum tuum, Deus; incessum Dei mei; regis mei, qui habitat in tabernaculi sanctuario: majestatem viderunt Arcæ procedentis in civitatem Jerusalem.

25 *Vos fidelles, o Dieu, ont vu vôtre marche: ils ont vu la marche de mon Dieu & de mon Roi, qui habite dans son sanctuaire.*

26 *Prævenerunt principes conjuncti psallentibus, in medio juvencularum tympanistriarum.*

26 Prodierunt obviam principes tribuum juncti Levitis cantoribus: & in media pompa chorus virginum fuit tympana pulsantium.

26 *Les chefs des tribus sont allés au devant de lui, ils étoient accompagnés de chantres: & parmi eux étoit un chœur de vierges, qui battoient leurs tambours.*

27 *In Ecclesiis benedicite Deo Domino, de fontibus Israël.*

27 In conventu suæ quisque tribus laudate Dominum Deum, inquiebant, vos qui prognati estis ex duodecim capitibus populi Israëlitici.

27 *Benissez le Seigneur Dieu, disoient-ils, benissez-le chacun dans l'assemblée de sa tribu, peuple issu des douze tiges d'Israel.*

28 *Ibi Benjamin adolescentulus, in mentis excessu.*

28 Illic Benjaminica tribus adfuit, orta ex minimo natu filiorum Jacob; quæ tunc visa est, ut olim, multos habere prophetantes.

28 *La tribu de Benjamin s'y est trouvée; tribu issuë du plus jeune des douze; tribu qui se sentoit encore alors pleine de l'esprit de prophetie.*

Principes Juda, duces eorum: principes Zabulon, principes Nephthali.

Adfuerunt principes tribus Juda, qui sunt ceterarum tribuum in bello duces: adfuerunt etiam qui sunt omnium remotissimi principes tribus Zabulon, principes tribus Nephthali.

Les chefs de la tribu de Juda s'y sont trouvés, tribu que Dieu a destinée pour marcher a la tête des armées du peuple: on y a vu jusqu'aux chefs de la tribu de Zabulon, & ceux même de la tribu de Nephthali.

29 *Manda Deus virtuti tuæ: confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.*

29 Impera ergo, Deus, utere fortitudine tua: fac stabile sit illud, Deus, quodcumque fecisti hactenus, ut bene nobis esset.

29 *Faites agir vôtre puissance, o Dieu: affermissez, grand Dieu, l'ouvrage que vous avez commencé d'operer en nôtre faveur.*

30 *A templo tuo quod est in Jerusalem: tibi offerent reges munera.*

30 Impera a tabernaculo tuo, quod est in Jerusalem: offerent tibi munera reges gentium, reveriti potentiam tuam.

30 *Commandez du Tabernacle ou vous habitez, qui est a Jerusalem: & les Rois mêmes vous y viendront offrir des presens.*

31 *Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum: ut excludant eos, qui probati sunt argento.*

31 Increpa primum Philisthæos, qui in bello sagittis utuntur ex arundine: populos congregatos instar taurorum cum vaccis; ut eiiciant eos, qui sunt probatæ fidei contra

31 *Chassez dela, grand Dieu, ces bêtes feroces, qui sont armées de fléches: ces peuples qui s'assembleut comme des taureaux furieux avec*

Gallica interpretatio.	Latina Paraphrasis.	Vulgata Editio.
leurs genisses ; pour déposseder ceux qui sont d'une pieté à l'épreuve contre les idoles d'argent, de l'heritage que vous leur avez donné.	idola argentea, ex terra quam dedisti eis possidendam.	
Détruisez ces peuples qui ne respirent que la guerre : 32 alors il viendra ici des Envoïes d'Egypte : & l'Ethiopie même viendra ici offrir ses presens à Dieu.	Everte gentes, quæ bella volunt : 32 Tunc venient legati ex Ægypto : Arabica ipsa Æthiopia obviam veniet Deo cum muneribus.	*Dissipa gentes, quæ bella volunt ; 32 venient legati ex Ægypto, Æthiopia præveniet manus ejus Deo.*
33 *Roïaumes du païs des Philisthins, chantez les loüanges de Dieu, chantez des pseaumes à l'honneur du Seigneur : chantez à l'honneur de Dieu, 34 qui est monté au dessus des cieux : & pour l'adorer, tournez vous vers l'Orient.*	33 Vos autem, regna Philisthinorum, cantate Deo laudes : psallite Domino cantica : psallite Deo, 34 qui ascendit supra cælos altissimos : psallite conversi ad Orientem.	33 *Regna terræ, cantate Deo : psallite Domino : psallite Deo, 34 qui ascendit super cælum cæli, ad Orientem.*
Il vous fera bien-tôt encore entendre son tonnerre avec éclat : 35 loüez Dieu de ce qu'il a fait pour Israël son peuple : il sçait faire éclater dans les nuës sa grandeur & son pouvoir.	Mox enim valide de cælo tonabit adhuc contra vos, si bellum inferre Israëli pergitis : 35 Glorificate Deum, & agnoscite quanta fecerit mirabilia propter Israël : gloriosum agnoscite & fortem eum esse in nubibus, cum ex his fulgura tamquam sagittas jaculatur in suos & Israëlis hostes.	*Ecce dabit voci suæ vocem virtutis : 35 date gloriam Deo super Israël : magnificentia ejus, & virtus ejus in nubibus.*
36 *Dieu est admirable dans la protection qu'il donne a ceux qui sont devoüés à son service : Le Dieu d'Israël donnera lui-même à son peuple de la force & du courage : Que Dieu en soit beni.*	36 Mirabiliter Deus tutatur Israëlitas sanctos suos : Deus Israëlitarum ipse semper dabit robur & fortitudinem plebi suæ. Esto igitur vel eo nomine benedictus Deus.	36 *Mirabilis Deus in sanctis suis : Deus Israël ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ : benedictus Deus.*

Adnotationes in Psalmum LXVII.

1 *In finem, Psalmus Cantici ipsi David.* Hæc tituli sententia est, ut alibi ostendimus, ubi disseruimus de Psalmorum titulis universim : Sabbato desinente Psalmus cum jubilo decantandus in synagoga, eo modulationis genere, quod est ab ipsomet Davide præfinitum.

2 *Exsurgat Deus.* Sumptum illud initium ex Mose est, Num. x, 35. Et hunc ille versum proferre consueverat, Arca proficiscente.

2 *A facie ejus.* Hoc est, a conspectu Arcæ Dei. Nam ibi se Deus præsentem spectari voluit : inde fugabat prosternebatque Israëlitarum hostes. 1. Reg. 2, 18. *Samuël autem ministrabat ante* FACIEM *Domini.* Et XXI, 6. *Panes propositionis, qui sublati fuerant* A FACIE *Domini.* 2. Paralip. VII, 14. *Si populus meus. . . . . deprecatus me fuerit, & EXQUISIERIT FACIEM MEAM, & egerit pœnitentiam a viis suis pessimis.* Psal. XLI, 3. *Quando veniam, & apparebo ante* FACIEM DEI? Sic alibi passim, *facies Dei*, Arca fœderis Domini est. At hoc loco præsentem ibi quidem, sed & iratum suis populique sui hostibus Deum vox ea declarat : ut Psal. IX, 4. *Infirmabuntur, & PERIBUNT A FACIE TUA.* Et CXIII, 7. *A FACIE Domini mota est terra : A FACIE Dei Jacob.*

3 *Peccatores.* Qui superiore versu dicuntur *inimici Dei*, & *qui oderunt eum.* Nimirum gentiles, qui Deum non nossent, nec colerent, hos *peccatores* appellabant, Judæi. Et Paulus ipse, Gal. 2, 15. *Nos natura Judæi, & non ex gentibus PECCATORES.*

4 *Et justi.* Israëlitæ Deum colentes. *Justos* enim appellat scriptura, quos fideles vocamus. Exempla in sacris litteris innumera sunt & obvia. Ut Josue x, 13. *Nonne scriptum est hoc in libro JUSTORUM.*

5 *Iter facite ei.* Ut Isaï. LVII, 14. *Viam FACITE, præbete ITER, declinate de semita, auferte offendicula,* &c.

5 *Qui ascendit.* Verbum est præteriti temporis : ut & in Græco, ἐπιβεβηκότι.

5 *Super occasum.* Hebraïzantes quidam vertunt : *Præparate viam ascendenti per deserta.* Quomodo viam autem pararet plebs Hierosolymitana ascendenti Arcæ per deserta? aut, ut alii reddunt, *Deo equitanti in supremis cælis*, aut *super nubes*? Egregie *super occasum* vertit Vulgatus Interpres. Significat enim vox ea reditum Arcæ Dei ex regione Philisthinorum : quæ regio, siquidem litus ii accolebant mediterranei maris, *ad occasum* fuit comparate ad civitatem, Hierosolymorum. *Philisthiim ab occidente*, inquit Isaïas, cap. IX, 13. Civitates Philisthinorum quinque ; Azotus, Gaza, Ascalon, Geth, Accaron, Arcam Dei detinuerant mensibus septem, 1. Reg. VI, 1, 17. Inde dimissa fuerat in oppidum Cariathiarim, 1. Reg. VII, 1. Pereleganter autem dicitur *super occasum ascendisse*, ut intelligeremus, Arcam, & insidentem Arcæ Deum, per regionem quæ erat in occasu posita, triumphantis more incessisse, & quasi pedibus calcasse eam. Confer jam cum isto versu hujus Psalmi versum 34. ubi Hierosolyma posita dicuntur esse *ad Orientem.*

5 *Turbabuntur a facie ejus.* Quoniam hæc desunt in Hebræo exemplari, dictum est nuper satis audacter a scriptore quodam, abundare has voces.

6 *Patris orphanorum, & judicis viduarum.* Sic idem David in Psalmo CXLV, 9. *Pupillum & viduam suscipiet ; & vias peccatorum disperdet.*

6 *Deus in loco sancto suo.* In civitate sua sancta, vel in monte Sion, ut Psal. XXIII, 13. *Aut quis stabit IN LOCO SANCTO ejus?* & in Psal. CXXXI, 7. *Adorabimus IN LOCO, ubi steterunt pedes ejus.*

7 *Qui inhabitare facit unius moris in domo.* Sic Psal. CXII, 9. *Qui habitare facit sterilem IN DOMO, matrem filiorum lætantem.* Cum autem *unius moris* dicit, legem respicit, quæ matrimonia vetat cum alienigenis, præsertim Chananæis & Philisthæis, Deut. VII, 3. Vide & 1. Esdr. IX. & X.

7 *Qui educit vinctos in fortitudine.* Israëlitas intelligit compedibus vinctos sub rege Chanaan, qui *per viginti annos vehementer oppresserat eos*, Judic. V, 3. Unde eruit Israëlitas Dominus, per Debboram & Barac ; *in fortitudine*, quoniam occiso Sisara, duce exercitus Chananæorum, Israëlitæ *crescebant quotidie, & FORTI MANU opprimebant Jabin regem Chanaan, donec delerent eum*, Judic. V, 24. Et versu 12.

12\. *Surge Barac, & apprehende* CAPTIVOS TUOS, *fili Abinoëm. Salvatæ sunt reliquiæ populi:* DOMINUS IN FORTIBUS *dimicavit:* quasi diceret, Dei ope reportata victoria est. Hunc locum utrumque haud dubie Regius vates respexit, cum hunc Psalmum scriberet. Hic in Hebræo legitur tantum, *Qui educit vinctos in compedibus*, pro eo quod est in Vulgata multo splendidius, *Que educit vinctos in fortitudine.*

7 *Qui exasperant.* Ezech. 2, 5. de Israëlitica gente: *Domus* EXASPERANS *est.* Id quod vates idem amplius duodecies repetit. Et Psalmo LXXVII, 8. *Ne fiant sicut patres eorum, generatio prava &* EXASPERANS. Et Jerem. V, 23. *Populo autem huic factum est cor incredulum &* EXASPERANS, *recesserunt & abierunt.* Sub Saule primum id verbum occurrit de Israëlitis, in ista Samuelis concione, 1. Reg. XII, 14, 15. *Si timueritis Dominum, & servieritis ei, & audieritis vocem ejus, & non* EXASPERAVERITIS *os Domini. . . . . Si autem non audieritis vocem Domini, sed si* EXASPERAVERITIS *sermones ejus, erit manus Domini super vos*, opprimentibus eos scilicet, ut mox dicemus, Philisthæis.

7 *Qui habitant in sepulcris.* Respicit Regius vates illud quod refertur 1. Reg. XIII, 5, 6. *Et Philisthiim congregati sunt ad præliandum contra Israël. . . . Quod cum vidissent viri Israël se in arcto positos, (afflictus enim erat populus,) absconderunt se in speluncis, & in abditis, in petris quoque; & in antris, & in cisternis.* Eleganti metaphora David *sepulcra* vocat, antra & cisternas, in quibus abditi Israëlitæ latitabant. Præsentia quam exhibet Vulgata Editio, exilis est illa Hebræi codicis, ut nunc est: *Verumtamen rebelles habitaverunt in sicco:* neque satis cum argumento congruit.

8 *In deserto.* In deserto Idumææ, non longe a meridionali lingua Maris Mortui: sed longe a monte Sinai.

9 *Terra mota est, etenim cæli* &c. Hoc illud est quod etiam refertur in Cantico Debboræ & Barac, Judic. V, 4. *Domine* CUM EXIRES *de Seir, &* TRANSIRES *per regiones* EDOM, TERRA MOTA EST, CÆLI*que ac nubes* DISTILLAVERUNT *aquis.*

9 *A facie Dei Sinai.* Hoc est, cum sui terrorem incuteret inimicis populi Israël, Deus ille qui apparuerat in monte Sinai. Terrendis enim mortalium animis apta sunt crebra fulgura & tonitrua; & qui solent subsequi, imbres vehementes.

10 *Hereditati tuæ.* Terra Chanaan *hereditas Dei* dicitur, quoniam a Deo data est populo suo in hereditatem. Sic Psal. LXXVIII, 1. *Deus, venerunt gentes in* HEREDITATEM TUAM. Et CXXXIV, 12. *Et omnia regna Chanaan. Et dedit terram eorum hereditatem,* HEREDITATEM *populo suo.*

11 *Animalia tua.* Israëlitæ ipsi, qui sunt alibi *oves pascuæ* Dei, Psal. LXXII, 1. LXXVIII, 13. XCIV, 7. XCIX, 3. & Ezech. XXXIV, 31. *greges Dei, greges pascuæ Dei.*

11 *Pauperi.* Pauperum nomine semper fere designatur in Psalmis populus Israëliticus. Psal. LXVIII, 33. LXXIII, 19. & alibi passim.

12 *Evangelizantibus.* Vox Hebræa hoc loco est generis feminini: id quod excusare exemplis similibus nititur Lorinus noster.

12 *Virtute multa.* De qua nempe dicitur versu 29. *Manda Deus* VIRTUTI TUÆ. Et Psal. LVIII, 6. *Disperge illos in* VIRTUTE TUA: &c. Neque enim *exercitus multus*, צָבָא רָב hic locum habet. Nec *virtutem* in singulari numero memini me legere in sacris libris pro exercitu.

13 *Rex virtutum.* Rex exercituum est, sive qui dux est exercituum.

13 *Virtutum dilecti.* Hoc est, exercituum populi Israëlitici, qui *dilecti* nomine designatur etiam in Psalmo XXVIII, 6. *Et* DILECTUS *quemadmodum filius unicornium.* Ob illud Deut. VII, 8. DILEXIT *vos Dominus.* Et Psal. XLVI, 5. *Speciem Jacob, quam* DILEXIT. Et Jerem. XI, 15. *Quid est quod* DILECTUS *meus in domo mea fecit scelera multa?* Et Osee XI, 1. *Quia puer Israël, &* DILEXI *eum.* Et Rom. XI, 28. *Secundum electionem* CARISSIMI *propter patres.* Sic denique Psal. CXXVI, 2. *Cum dederit* DILECTIS SUIS *somnum.*

13 *Rex virtutum dilecti dilecti.* Subintellige verbum substantivum, *est*: ut versu 21. *Domini Domini exitus mortis:* subaudi verbum substantivum; ut sit sententia, Exitus mortis, Domini dominatoris universorum est.

13 *Et speciei domus.* Græce pariter in dativo casu, ὡραιότητι. *Species domus*, decor est domus cujusque. Nam *species* decor & pulcritudo est: ut Psal. XLIV. *Specie tua & pulcritudine tua.* Sic SPECIOSA *Jacob*, pulcra ædificia Israël appellantur, Thren. 2, 2.

13 *Dividere.* Hoc est, adeo ut diviserit. Sic Eccli. XLVI, 2. Jesus Nave dicitur *maximus in salutem electorum Dei, expugnare insurgentes hostes:* hoc est, adeo ut expugnaverit.

13 *Dividere spolia.* Quemadmodum David post cæsos Amalecitas fecit. Prædam enim ut singulis sociis ex æquo diviserit, & his nimirum qui pugnaverant, & his qui remanserant ad sarcinas, & proximis præterea oppidis, narrant sacri libri, 1. Reg. XXX. ubi versu 26. *Venit ergo David in Siceleg, & misit dona de præda senioribus Juda proximis suis, dicens: Accipite benedictionem de* PRÆDA *hostium Domini: His qui erant in Bethel, & qui in Ramoth ad meridiem, & qui in Jether, & qui in Aroër, & qui in Sephamoth, & qui in Esthamo, & qui in Rachal, & qui in urbibus Jerameel. . . . . . & qui in Hebron, & reliquis qui erant in his locis, in quibus commoratus fuerat David ipse, & viri ejus.*

Ex Hebræo vulgaris est hujus loci interpretatio hujusmodi: *Reges exercituum fugerunt, fugerunt: & habitatrix domus spolia dividebat.* At primum quidem quam frigida illa iteratio est verbi, *fugerunt, fugerunt?* cum e contrario necesse sit bis dici, *dilecti, dilecti*, ad sententiam explendam. Deinde, qui sunt illi *reges exercituum*, qui fugerunt? Præterea quo more dicuntur mulieres spolia divisisse? Ducis est *dividere spolia.* Judic. V, 30. de Sisara duce regis Chanaan: *Forsitan nunc* DIVIDIT SPOLIA. Denique quo Hebraismi genere vel exemplo *speciosa domus*, ut vertit Muisius; vel *habitatrix domus*, ut vult Kimhi, usurpatur pro matre familias?

14 *Si dormiatis inter medios cleros.* Græce κλῆρος, hereditas est, quæ sorte obtigit. Deus autem *dedit terram* Chanaan *hereditatem Israel populo suo*, Psal. CXXXIV, 12. & suam unicuique tribui portionem, quæ quamque contingeret. Duodecim itaque portiones, duodecim κλῆροι sunt. Qui *cleros*, vel quod in Hebræo legitur, שְׁפַתָּיִם, tripodes, vel ollas, vel chytropodas, vel denique uncinos ferreos unde carnes dependent, interpretantur; hi nullo alio exemplo suam illam stabiliunt interpretationem. Ea solo nititur arbitratu eorum, qui & istud interpretamentum hoc loco, nec aliud posse convenire commenti sunt. Cum tamen nihil dici saltem putidius posse videatur, quam istud est: Si dormiatis, non in cubiculis, sed in culina & inter ollas. Quasi vero nigredo ex ollis dormiendo magis, quam easdem versando & agitando de die contrahatur: aut denique ex uncinis ferreis, unde carnes sublimes pendent, si quis somnum capiat in culina. Quanto igitur potior Vulgati Interpretis auctoritas esse vel ex hoc loco uno agnoscitur; cum ejus translatio & vetustissima sit, & sententiam habeat eximiam, eamdemque cum antecedenZzzzz 3

tecedente & consequente oratione congruentem: qua utraque dote caret, quæcumque hic ollæ vocem, aut tripodis, similemve inserit?

Adde quod in sacris libris nonnisi quater vox ea occurrit Hebraïca, שְׁפַתַּיִם. Gen. XLIX, 14. ubi Vulgatus Interpres, *accubans inter terminos*, scripsit. Judic. V, 16. ubi idem, *Quare habitas inter duos terminos?* Ezech. XL, 43. ubi idem ipse, non *terminos* quidem, sed multo aptius pro re subjecta, *labia* mensarum dixit, hoc est, limbos seu margines. Quemadmodum in isto Psalmo non *terminos* dixit, sed *cleros*; quoniam *cleri* termini sunt reipsa adsignati sorte, τῷ κλήρῳ, Israëlitis ad habitandum: ac propterea peculiariter *cleri* magis apposite quam *termini*, quod generalius nomen est, appellantur.

Nam *termini* seu *fines* dicuntur, pars certa quædam regionis vel agri. Quo sensu apud Isaïam, cap. XXVIII, 25. *Nonne ..... seret ..... & ponet triticum per ordinem, & hordeum, & milium .... in FINIBUS suis?* Et cap. LX, 18. *Non audietur ultra iniquitas in terra tua, vastitas & contritio in TERMINIS tuis.* At *cleri* termini sunt, quos Israëlitæ idcirco hereditario jure possidebant, quoniam dati essent a Deo ipso Israëlitis.

Unde ergo hic nomen idem pro ollis accipitur, aut tripodibus? Quo exemplo? Qua auctoritate? Quia scilicet sic R. Davidi Kimhi placet: quem alii sæculo XII. vixisse referunt; Algazæus in Chronico suo, sub annum 1340. & quod in libro Radicum narrat de ligno Brasilico, verbo אשר sub finem, & verbo לנם, suadet fortassis vixisse post annum 1500. quamvis anteriorem aliquem annum typis impressa exemplaria quædam præferant, mendaciter vel mendose.

14 *Pennæ columbæ. Columba* pro domo Israël poëtica verbi translatione ponitur; quoniam Deo fuit in primis dilecta, ut diximus: juxta illud, Cant. V, 2. *Amica mea, columba mea.* Et VI, 8. *Una est columba mea.* Interdum autem alio sensu columbæ nomine Israëlitica gens nuncupatur; nempe eo quod meticulosa avis ea est, & valde trepidat viso accipitre: erant autem similiter pavidi Israëlitæ, inopesque consilii. Quamobrem sæpe monendi fuere, *Nolite timere, ne paveatis*, Josue, X, 25. Isaï. VIII, 12. & alibi passim. Osee VII, 11. *Et factus est Ephraim quasi COLUMBA seducta non habens cor: Ægyptum invocabant, ad Assyrios abierunt.* Et de Jerusalem similiter. Sophon. III, 1. *Væ provocatrix, & redempta civitas, COLUMBA. Non audivit vocem, & non suscepit disciplinam.*

14 *Pennæ.* Columbæ hujus pennæ, sive alæ duæ, duæ sunt terræ Israëliticæ plagæ; borealis, quæ Syriam contingit; & australis, quæ spectat Ægyptum & Idumæam. Nam *alæ* dicuntur metaphorice apud Hebræos plagæ, sive partes, & fines, & extrema terræ. Isaï. XI, 12. *Et dispersos Juda colliget a quatuor PLAGIS terræ.* Et XXIV, 16. *A FINIBUS terræ laudes audivimus.* Ezech. VII, 2. *Venit finis super quatuor PLAGAS terræ.* In omnibus his locis est Hebraïce nomen אבר *ala*: quod & in isto hujus Psalmi versu est in plurali duali כַּנְפֵי in regimine; *pennæ.*

14 *Deargentatæ.* Si de ave columba sermo hic esset, non *deargentatæ* pennæ dicerentur, sed *argenteæ*, pro eo quod est, coloris argentei: ut apud Plinium, libro 2. pag. 179. *candidus cometes argenteo crine* dicitur: & libro XXIV. sect. 112. herba *flore argenteo.* At *deargentatum*, sive *argentatum* non dicitur, nisi quod tectum argento est. Ita apud Livium, libro IX. sect. XL. *Tunicæ auratis militibus versicolores: ARGENTATIS lineæ candidæ:* hoc est, argentea veste indutis, ἐνδυομένοις τὰς ἐσθῆτας ἀργυρᾶς, vel ἐπηργυρωμένας. Sic est hoc loco intelligenda vox, *deargentatæ.* Ut autem superius diximus, Ducis est *dividere spolia:* & in his pars præcipua fuere vestes acu pictæ & diversi coloris. Judic. V, 30. de Sisara duce regis Chanaan: *Forsitan nunc DIVIDIT SPOLIA ..... VESTES diversorum colorum Sisaræ traduntur in prædam, & supellex varia ad ornanda colla congreditur.*

14 *Et posteriora dorsi ejus.* Quæ sint *posteriora dorsi* in columba quæ avis est, nemo (opinor) intelligat: nec pallorem auri in dorso columbæ quisquam vidit. At in Terra sancta, posteriora dorsi pars ea est, quæ ultra Jordanem est, Peræa propterea appellata; ubi tribus Ruben fuit, & Gad, & dimidia tribus Manasse. Hæc *dorsum* & *posteriora* dicuntur, quia pone Jordanem est ea regio, *a ceteris Judæis Jordane amne discreta*, inquit Plinius, libro V. sect. XV. ac proinde quasi retro posita, versus Orientem. Eodem sensu scriptum est a Davide, ex persona populi Israëlitici, Psal. CXXVIII, 3. *Supra DORSUM meum fabricaverunt peccatores.* Est in usu etiamnum apud Gallos similis locutio, ut *posteriora* vocent, *les derrieres* agros & regiones, quæ sint a tergo exercitus alicujus. Cujus locutionis exemplum illud est in Dictionario Academiæ Gallicæ: *Nôtre armée etoit des vivres en abondance par ses DERRIERES, tandis que celle des ennemis manquoit de tout.* Ex mente igitur sacri Vatis, cum *columba* fingitur, hoc est, gens Israëlitica, ex primaria sua civitate, quæ est Hierosolyma, oculos convertere versus occidentem, unde Arca deducebatur, columbæ hujus quasi *dorsum* & *posteriora ejus*, haud dubie pars est Israëliticæ terræ, quæ est trans Jordanem. Quæ sunt hic *posteriora dorsi*, eadem Psal. XXXVII, 8. *lumbi* vocantur. Hanc igitur partem Israëliticæ terræ postremam extimamque prædicunt Cantores fore sub Davide auro contextis vestibus divitem.

14 *In pallore auri.* Vestes aureo filo contextæ a Psalmista tribuuntur Peræz, quoniam vicinior ea est Æthiopiæ & Arabiæ, in qua est aurum optimum, ex Psal. LXXI, 15. Vestes auro argentoque intextas gestasse Hierosolymitanos, docet etiam Ezechiel, cap. XVI, 13. ubi Hierosolymam alloquitur: *Et ornata es AURO & ARGENTO, & vestita es bysso, & polymito, & multicoloribus.* Et Jeremias, Thren. IV, 2. *Filii Sion incliti, & AMICTI AURO primo.* Etiam sub Saule, 2. Reg. I, 24. *Filiæ Sion super Saul flete, qui vestiebat vos coccino in deliciis, qui præbebat ornamenta AUREA cultui vestro*, de præda hostium scilicet. Quod & Davidem factitasse dictum est proxime in hoc Psalmo, *speciei domus dividens spolia.*

15 *Dum discernit.* Hebraïce est, בְּפָרֵשׂ, quod melius Vulgatus Interprès vertit hoc loco, *Dum discernit*, quam vel Hieronymus, *cum divideret*; vel recentiores Hebraïzantes, *cum dissiparet.* Eodem sensu vox illa legitur, tum alibi, tum Psalmo XLII, 1. *Judica me Deus, & DISCERNE causam meam de gente non sancta.* Et Psal. XLIX, 4. *Advocabit cælum desursum, & terram DISCERNERE populum suum.*

15 *Cælestis.* Rex cæli Deus. Hebraïce est שַׁדַּי, quod est, ut alii interpretantur, *Omnipotens.*

15 *Reges.* Philisthæos reges, quorum copias semel iterumque proxime ante hanc deductionem Arcæ, consulto prius Domino, David profligarat: 2. Reg. V, 19, 23, 25.

15 *Super eam.* Super columbam utique: quæ proinde nonnisi metaphorice *columba* dicta est versu superiore.

15 *Nive dealbabuntur.* Signum lætitiæ, & apud homines etiam opulentiæ ac lautitiæ, vestis candida est & splendescens ut nix. Unde Christi Domini in Transfiguratione *vestimenta facta sunt alba sicut nix*, Matth. XVII, 2. *vestitus ejus albus & refulgens*, Luc. IX, 29. Et Apoc. XIX, 8. datum est uxori Agni, *ut cooperiat se byssino splendenti & candido.* Et Prov. XXXI, 22. *byssus* candida & *purpura* rubens

indu-

indumentum est mulieris fortis. At fortassis propter vestimenta alba ac splendida, *Candidiores Nazaræi NIVE* dicuntur, Thren. IV, 7.

15 *In Selmon.* Mons est in tribu Ephraïm, de quo Judic. IX, 48. Hoc loco mons geminus a Davide commemoratur: alter, quo regnum Israël oblique designatur; nempe mons Selmon: alter, qui in regno Juda, mons Dei, mons Sion: præ illo nobilitatus, eo quod ibi habitare Deus voluerit.

16 *Mons Dei.* Quamvis *montes Dei*, Psal. XXXV, 7. vocentur montes excelsi, tamen *mons Dei* numquam in sacris libris appellatur, nisi mons Sinai sive Horeb, in quo apparuit Deus; vel mons Sion, in quo habitasse, ob Arcam, dicitur, cui insidebat. Est autem hoc loco, ut ex sequente versu manifestum est, mons Sion,

16 *Mons pinguis.* Scriptum erat igitur in primigenio exemplari, דשן, non ut nunc legitur, בשן. Mons Basan, quem Hebraïzantes hic ponunt, longe ultra Jordanem est, in Amorrhæis. *Pingue* autem dicitur, quod multiplici benedictione cumulatum a Deo est; juxta illud Rom. XI, 17. *Tu autem cum oleaster esses, insertus es in illis, & socius radicis & PINGUEDINIS olivæ factus es.* Et Psal. XIX, 4. *Memor sit omnis sacrificii tui: & holocaustum tuum PINGUE fiat.* Et Psal. LXII, 6. *Sicut adipe & PINGUEDINE repleatur anima mea.*

16 *Mons coagulatus.* Hoc est, compactilis, rotunditatis circinatæ & absolutæ. Puerile autem est, coagulatum arbitrari idem esse ac plenum caseo; aut quidquam casei eo verbo hic significari, præter similitudinem rotunditatis: aut ibi caseum suspicari esse, ubi quid instar casei coagulatum dicitur. Nam quid est in homine propterea casei, quia de homine dicitur, Job. X, 10. *Et sicut caseum me coagulasti?* Græca vox ipsa, τετυρωμένον, solummodo significat, densatum in morem casei; quod est longe diversum; nec casei proventum omnino denotat. Quamquam nec Græca vox ipsa τετυρωμένον hoc loco Græce peritis potest valde placere.

17 *Mons, in quo beneplacitum est.* Mons Sion, de quo David, Psal. LXXVII. *Et repulit tabernaculum Joseph; & tribum Ephraïm non elegit: sed elegit tribum Juda, MONTEM SION QUEM DILEXIT. Et ædificavit sicut unicornium sanctificium suum in terra, quam fundavit in sæcula.* Nolite ergo, inquit, *suspicari*, transferendam aliquando Arcam esse in montem Selmon, in tribum Ephraïm. In Sion *habitabit in finem.*

18 *Currus Dei.* Ipsamet est Arca Dei, cum Israëlitis ante præeuntibus & pone subsequentibus; quo more antecedunt & sequuntur populi Principem in curru triumphantem. Nullus est hic Angelis locus; nec de Angelis, opinor, David diceret, *Millia lætantium;* sed de Israëlitis tantum; quemadmodum de Hierosolymitanis civibus, Psal. LXXXVI. *Sicut lætantium omnium habitatio est in te.*

18 *Decem millibus multiplex.* Hoc est, decem millibus Israëlitarum constabat, sæpe multiplicatis. Id quod emphatice dictum & vere pro multitudine innumera est. Sic Deut. XXXIII, 2. *Dominus de Sinaï venit, & de Seïr ortus est nobis: apparuit de monte Pharan, & cum eo SANCTORUM (hoc est, Israëlitarum) MILLIA. In dextera ejus ignea lex. Dilexit populos, (hoc est, Israëlitas:) omnes SANCTI in manu illius sunt: & qui appropinquant manibus ejus, accipient de doctrina illius.*

18 *Dominus in eis.* Inter Israëlitas incedit: juxta illud Levit. XXII, 12. *AMBULABO inter vos, & ero Deus vester:* ex quo Arca nimirum constructa fuit cum Tabernaculo & sanctuario in monte Sina.

19 *Ascendisti in altum, cepisti captivitatem.* Prophetia hæc est de ascensione Christi, teste Paulo, Eph. IV, 8. Nempe cum de ascensu Servatoris in cælum vates Regius cogitaret *in spiritu*, cumque sciret Deum esse; ascensionem eam iis verbis descripsit, quæ de Deo quidem possint etiam accipi, cum potentiam suam adversus inimicos suos ex alto exserit; sed quæ in proprio ac nativo sensu verborum Christo soli in cælum ascendenti conveniant. At similis loquendi forma metaphorica tantum est in Psalmo VII, 7. 8. *Exaltare in finibus inimicorum meorum . . . Et propter hanc IN ALTUM regredere.*

19 *Accepisti dona.* Hoc illud est quod narratur, 1. Reg. VI, 2. *Et vocaverunt Philisthiim sacerdotes & divinos . . . . Qui dixerunt: Si remittitis Arcam Dei Israël, nolite dimittere eam vacuam, sed quod debetis, reddite ei pro peccato, & tunc curabimini . . . Juxta numerum provinciarum Philisthinorum, quinque anos aureos facietis, & quinque mures aureos . . . . Et posuerunt Arcam Dei super plaustrum, & CAPSELLAM quæ habebat mures aureos, & similitudinem anorum.* Hæc dona sunt quæ Deus accepit in terra Philisthinorum. Paulus, Eph. IV, 8. dixit: *Dedit dona hominibus:* non verba Psalmi respiciens, sed rem, quæ in libro 1. Reg. cap. VI, 3. pro muneribus illis promissa narratur. Nam ibi curandi ab ægritudine Philisthini dicuntur: id quod ad spiritalia dona transtulit Paulus.

19 *In hominibus.* Non dixit, *ab hominibus.* Neque enim Deus munera suscipit *ab* infidelibus. Sed *in hominibus*, inter homines infideles & gentes profanas. Nam *homines* simpliciter in Psalmis appellantur, impii & infideles. Psal. CXXIII, 2. *Cum exsurgerent HOMINES in nos.* Isaï. XLIII, 4. *Ego dilexi te, & dabo HOMINES pro te, & populos pro anima tua.* Itaque in hac sententia, *in hominibus*, præpositio *in* non redundat, ut quibusdam visum est.

20 *Prosperum iter faciet nobis* &c. Pro hac sententia habet Hebræus codex: *Afferet nobis Deus salutem nostram.*

21 *Et Domini Domini exitus mortis.* Subintellige, *est.* Hebraïce est, לַמָּוֶת תּוֹצָאוֹת *mortis exitus*, hoc est, liberatio a morte. Idem verbum occurrit 2. Reg. XXII, 49. *Qui educit me* מאיבי *ab inimicis meis.* Et hanc esse hujus loci sententiam adversativa particula, *verumtamen*, quæ sequitur, admonet.

21 *Et Domini Domini.* Hebraice, ליהוה אדני: ut in Psalmo VIII. *Domine Dominus noster.*

22 *Capilli perambulantium.* In Hebræo: *Crinis ambulantis.* Comam nutrivisse Philisthæos indicat.

22 *In delictis suis. Delicta*, idololatriæ sunt, ut Psalmo XVIII, 13. & alibi.

23 *Ex Basan convertam.* Fuit Basan regnum peramplum; unde Josue XIII, 30. *universa Basan*, & *cuncta regna Og regis Basan. . . . . sexaginta oppida* memorantur. Populus ibi deletus fuisse *usque ad internecionem* a Mose dicitur Num. XXI, 35. Igitur regnum Basan comminatus fuerat Deus ita se esse eversurum, sive mutaturum, ut demersum conversumve crederetur esse in profundum mare. Poëtica quidem, sed insigni & digna Deo certe auxesi. Quasi ex solo salum fiat. Aberrant itaque longissime a mente sacri scriptoris Hebraïzantes, & Hebræus ipse codex, ut nunc est, qui legunt hoc loco: *De Basan reducam, reducam ex profundis maris.* Quæ oratio singulis fere vocibus pugnat cum proxime superiore versu, & cum proxime subsequente: quibuscum certe debet cohærere is qui est inter utrumque interjectus: uti reipsa cohæret egregie in Editione Vulgata. Nihil enim dici potest accuratius, quam quod primum non *de* dixit, sed *ex.* Conversio enim non de aliqua re, sed ex aliqua fit. Deinde non *reducam* dixit, sed *convertam*: non *ex profundis*, sed *in profundum.*

25 *Viderunt ingressus tuos Deus.* Hoc est, procedentem Arcam Dei in civitatem Hierosolymitanam.

26 *Tympanistriarum.* Ut Exodi XV, 20. *Sumpsit ergo Maria prophetissa, soror Aaron, TYMPANUM*

NUM in manu sua: egressæque sunt omnes mulieres post eam cum TIMPANIS & choris.

27 *De fontibus Israel.* Fontes metaphorice appellantur duodecim Patriarchæ: ex quibus nimirum, ut rivi a fontibus, sic Israëlitæ ducunt originem. *De fontibus* autem dictum est, pro eo quod est, Qui orti estis ex fontibus Israël: quemadmodum Psal. LXXVI, 16. *de civitate* scriptum est, pro eo quod est, Qui orti estis ex civitate.

28 *In mentis excessu.* Mentis excessu, sive ecstasi dicuntur prophetantes corripi. Multi autem sub Saule rege fuerunt in Benjaminica tribu prophetantes. 1. Reg. X, 8. de Saule, cum esset in Galgalis, quod oppidum cis Jordanem, ad ortum Hiericuntis, in tribu Benjamin fuit, ex qua & Saul oriundus, *Ecce CUNEUS PROPHETARUM obvius ei: & insiliüt super eum Spiritus Domini, & PROPHETAVIT in medio eorum.* Et versu 5. *GREGEM PROPHETARUM* appellat, quem hic *cuneum* dicit. In Hebræo, ut nunc est, pro his verbis, *in mentis excessu*, legitur, *dominans eis.*

28 *Duces eorum.* Dux tribuum ceterarum in bello. Judic. I, 1. *Post mortem Josue consuluerunt filii Israël Dominum, dicentes: Quis ascendet ante nos contra Chananæum, & erit DUX BELLI? Dixitque Dominus: JUDAS ascendet: ecce tradidi Terram in manus ejus.* Et XX, 18. *Quis erit in exercitu nostro PRINCEPS CERTAMINIS contra filios Benjamin? Quibus respondit Dominus: JUDAS SIT DUX VESTER.* Hebræi codices hoc loco, pro *duces eorum*, habent, *congregatio eorum*, ex R. Davide Kimhi: ut alii malunt, *lapis eorum.*

28 *Principes Zabulon, principes Nephthali.* Post tribum Benjamin, & tribum Juda, duas alias solummodo commemorat, sed remotissimas a monte sancto Sion: ut inde conjiciamus, officio pariter suo non defuisse proximiores; sed omnes convenisse, a Benjamin, quæ prima nominatur, quoniam in ipsa fuit mons Sion, usque ad tribum Nephthali, quæ inde dissitissima fuit.

29 *Manda Deus.* In Hebræo: *Præcepit Deus tuus fortitudini tuæ: Corrobora Deus hoc, operatus es in nobis.*

30 *A templo tuo.* Subintellige ex versu præcedente, *Manda Deus virtuti tuæ.* Simile est illud Psal. III. *Et exaudivit me DE monte sancto suo.* Et illud Sap. IX, 10. *Mitte illam de cælis sanctis tuis, & A SEDE magnitudinis tuæ*, &c. Tabernaculum in sacris libris, etiam ante Salomonem, *Templum Dei* vocabatur. Sic 1. Reg. 1, 9. *Heli sacerdote sedente super sellam ante postes TEMPLI Domini.* Et 1. Reg. III, 3. *Samuel dormiebat in TEMPLO Domini, ubi erat Arca Dei.* 2. Reg. XXII, 7. vox Davidis: *Et exaudiet de TEMPLO sancto suo vocem meam.* Sic etiam Psal. V, 7. *Adorabo ad TEMPLUM sanctum tum.*

31 *Increpa feras arundinis.* Hoc verbo Philisthæos designat, sagittandi peritos: qui primi *viri sagittarii* memorantur in sacris litteris; in eo nimirum prælio, quo Saul interfectus ab iis est, ante annos octo, quam hæc fieret Arcæ deductio. 1. Reg. XXXI, 1. *Philisthiim autem pugnabant adversum Israël. . . . . . totumque pondus prælii versum est in Saul: & consecuti sunt eum viri SAGITTARII, & vulneratus est vehementer a SAGITTARIIS.* *Arundo* igitur pro sagitta ponitur. Et sane poëtice sagitta *letalis ARUNDO* appellatur. Unde etiam alibi legitur, *Perque ilia venit ARUNDO.* Plinio teste, libro XVI. sect. LXV. *CALAMIS*, sive arundinibus, *Orientis populi bella conficiunt: calamis spicula addunt irrevocabili hamo noxia. Mortem accelerant pinna addita CALAMIS.* Et *SAGITTARIUS CALAMUS* ab eodem appellatur, sect. LXVI.

31 *Congregatio taurorum.* Similis omnino hæc sententia est ei, quæ Psalmo XXI, 13. legitur: *Circumdederunt me VITULI multi. TAURI pingues obsederunt me.*

31 *In vaccis.* Hebraïce, בְּעֶגְלֵי quod Pagninus vertit, *cum vitulis. Congregatio taurorum in vaccis populorum*, sive sit ellipsis, pro eo quod est *congregatio taurorum cum vaccis, hoc est, infidelium populorum*: sive *vaccæ populorum* dicantur, pro eo quod est, *boves eorum crassæ*, ut dicitur Psalmo CXLIII, 14. de iisdem Philisthæis; nihil admodum interest.

31 *Populorum.* Hebraïce, עַמִּים: quod nomen de Philistæis infidelibus nunc accipitur, quemadmodum & versu sequente, *Dissipa gentes*, עַמִּים. Sic 1. Paralip. XVI, 18. *Omnes de populorum* עַמִּים, *idola.*

31 *Qui probati sunt.* Sic usus est & isto verbo Paulus, 1. Cor. XI, 19. *Nam oportet & hæreses esse, ut & QUI PROBATI SUNT, manifesti fiant in vobis.*

31 *Argento.* Idoli Dagon argentei cultu repudiato. Dagon *deus* Philisthinorum, ut appellatur Judic. XVI, 23. colebatur Azoti, 1. Reg. V, 3. Fuisse illud idolum ex argento Psaltes regius hoc loco admonet. In Hebræo (quocumque sit istud casu factum) vera quidem, sed diversa tamen paululum a primigenio fonte sententia est; quamvis nec ipsa aspernanda, quandoquidem, si bene intelligatur, lucem affert lectioni genuinæ. Sic ergo Hebraïca oratio vulgo redditur: *Congregatio robustorum in vitulis populorum, gloriantem in fragmentis argenti*: hoc est, ut nos interpretamur, in idolo Dagon argenteo, quod ante Arcam Dei in fragmenta scissum est. Historia ea refertur, 1. Reg. V, 2. *Tuleruntque Philisthiim Arcam Dei, & intulerunt eam ii templum Dagon, & statuerunt eam juxta Dagon. Cumque surrexissent diluculo Azotii altera die. . . . . . invenerunt Dagon jacentem super faciem suam in terra coram Arca Domini. Caput autem Dagon, & duæ palmæ manuum ejus ABSCISSÆ erant super limen. Porro Dagon solus truncus remanserat in loco suo. Propter hanc causam non CALCANT sacerdotes Dagon, & omnes qui ingrediuntur templum ejus, super limen Dagon in Azoto, usque in hodiernum diem.* Verba ista Psalmistæ hoc loco, ut in Hebræo leguntur, מִתְרַפֵּס בְּרַצֵּי כָסֶף alii sic interpretantur: *Conculcandam se præbeat cum fragmentis argenti.* Quod precationem continet ab Israëlitico populo factam, ut ei liceat Philisthæos conculcare, cum idolo suo argenteo, cujus reverentia calcare limen ejus isti non audent, quasi contactu fragmentorum ipsius consecratum.

31 *Argento.* Metonymice argentum pro idolo argenteo ponitur; ut *lignum* pro idolo ligneo, Jerem. X, 8. & Osee IV, 12. Ex argento pleraque idola fuere. Psal. CXIII. *Simulacra gentium ARGENTUM & aurum.*

31 *Dissipa gentes quæ bella volunt.* Paulo ante hanc translationem Arcæ, *addiderunt adhuc Philisthiim ut ascenderent, & diffusi sunt in valle Raphaim*: sed David *percussit Philisthiim*, 2. Reg. V, 18, 22, 25.

32 *Ex Ægypto.* Neque Ægyptus, neque Æthiopia fuit infensa Davidi, vel Salomoni.

32. *Æthiopia.* Arabica nimirum, quæ terra Chus, כוּשׁ in divinis litteris appellatur. Æthiopia orientalis in finibus terræ ab Homero dicta. Inde postea venit regina Saba.

33 *Præveniet.* Obviam veniet, ut versu 26.

33 *Regna terræ.* Quæ *Provincia Philisthiim* appellantur, 1. Reg. VI, 5. In Palæstinæ litore *regna* etiam tum fuere, & *reges*: cujusmodi Achis rex Gethæorum, tempore Saulis. Et quos Josue XIII, 3. scriptura appellat *quinque REGULOS Philisthiim, Gazæos, & Azotios, Ascalonitas, Gethæos, & Accaronitas*: hi 1. Reg. VI, 16. *quinque satrapæ Philisthinorum* appellantur, cum iisdem oppidorum quinque nominibus. *Terra* autem simpliciter sic posita, in sacris libris plerumque solam denotat terram Chanaan, quam Deus dedit Israëli. Num. XXXIII, 55.

Si au-

Si autem nolueritis interficere habitatores TERRÆ. Ex XIX, 23. *Quando ingressi fueritis TERRAM.* Judic. I, 1. *Judas ascendat: ecce tradidi TERRAM in manus ejus.* Isai. XXXIII, 9. *Luxit, & elanguit TERRA.* Et similia plurima. In primis vero Josuæ XXII, 7. ubi *Reges TERRÆ* appellantur ii, quos in terra Chanaan percussit Josue. Gallice dixeris, *les Rois du païs.* Vide super ea re totam interpretationem Psalmi XLVII.

34 *Ad Orientem.* Subintellige, Psallite conversi ad Orientem, conversi ad civitatem Hierosolymitanam, ubi Deus sedet super Cherubim, super Arca fœderis. Nam comparate ad *regna* quinque proxime appellata, Hierosolyma certe posita sunt ad Orientem. Sic Daniel *fenestris apertis in cœnaculo suo CONTRA JERUSALEM .... flectebat genua sua, & adorabat, confitebaturque coram Deo suo,* Dan. VI, 10. Vide etiam Psal. LXXVI, 3. Corrumpunt evertuntque dignam hanc sacro scriptore sententiam, qui vocem Hebræam קדם vertunt, *a principio.*

34 *Ecce dabit voci suæ vocem virtutis.* Hoc est, edet tonitrua vehementia. Sic Psal. XXVIII, 4. *VOX Domini super aquas, Deus majestatis intonuit ..... VOX Domini IN VIRTUTE.* Vates sacer jubet hic Philisthæos redire in memoriam illius miraculi, quod Samuelis precibus Numen exoratum in eorum perniciem edidit: graviterque commonet ut Deum metuant, qui possit adhuc similem statim eis cladem inferre. Res ea narratur, 1. Reg. VII, 10. *Factum est autem, cum Samuël offerret holocaustum, Philisthiim iniere prælium contra Israël: INTONUIT autem Dominus FRAGORE MAGNO in illa die super Philisthiim, & exterruit eos, & cæsi sunt a facie Israël.* Hoc ipsum miraculum narrat ipse David Psalmo XVII. poëtico stylo sane pereleganti, a versu 8. ad 18. Et sic in primis versu 13. *Præ fulgore in conspectu ejus nubes transierunt, grando & carbones ignis. INTONUIT de cælo Dominus, & Altissimus DEDIT VOCEM SUAM, grando & carbones ignis. Et misit sagittas suas, & dissipavit eos: fulgura multiplicavit, & conturbavit eos.*

35 *Date gloriam Deo.* Hoc est, Deum Israël esse omnipotentem agnoscite, & ultorem injuriæ sibi suisque illatæ. Alludit fortassis ad id quod narratur, 1. Reg. VI, 5. ubi Philisthæis, qui Arcam ceperant, auctores fuisse dicuntur sacerdotes eorum, ut offerrent dona pro peccato; *& DABITIS,* inquiebant illi, *DEO Israël GLORIAM.*

35 *Super Israël.* Similis locutio est, Judith XIII, 31. *Benedicta tu a Deo tuo in omni tabernaculo Jacob: quoniam in omni gente, quæ audierit nomen tuum, magnificabitur SUPER TE Deus Israël:* hoc est, ob ea quæ fecit per te.

35 *Magnificentia & virtus ejus in nubibus.* Dum valide intonat nimirum in nubibus. Quo sensu dixit idem Vates sacer, Psal. XXVIII, 4. *Vox Domini IN VIRTUTE: Vox Domini IN MAGNIFICENTIA.*

35 *In nubibus.* Peritior multo Vulgatus Interpres, quam Chaldæus, & alii, qui hoc loco *in cælis* scribunt. Id palam ipsa series orationis facit. Sic idem Interpres Vulgatus recte Psal. XVII, 12. *Tenebrosa aqua in nubibus aëris:* ubi nomen est idem שחקים, quod & aërem & aëris nubes significat.

36. *In sanctis suis.* In Israëlitis; qui quoniam se cultui veri Numinis addixerunt, idcirco *sancti* vocantur & sunt. Psal. CXLIX, 1. *Laus ejus in Ecclesia SANCTORUM.* Levit. XX, 26. *Eritis mihi SANCTI, quia sanctus sum ego Dominus, & separavi vos a ceteris populis, ut essetis mei.* Vide Psalmum XV, 3. & allatum supra ad versum 18. locum Deut. XXXIII, 2. Hebræus codex, ut nunc est, habet ממקדשיך *a sanctuario tuo*: quæ lectio tametsi est a vera ac primigenia lectione diversa, tamen nec ipsa bono sensu caret.

Quem Psalmum olim Muisius *crucem ingeniorum & opprobrium interpretum* appellavit, nunc demum hunc, ut remur, apparet Hebraïcæ poëseos specimen absolutissimum existimandum esse, ut est in Editione Vulgata; siquidem ibi sententiam habet planam & apertam, grandem ac sublimem; versusque omnes inter se, velut membra cum corpore, egregie conjunctos & cohærentes. Quod si verum est, ut certe est, quæcumque poterit ex Hebræo extundi sententia, quamvis tolerabilis & proba videatur, tamen si diversa est, necesse est eam non esse a Spiritu sancto dictatam; cum & dos ea sit Editionis Vulgatæ, ut recte pronunciavit sancta Synodus Tridentina; *nec possit utique verum asseri, quod diversum a vero sit,* ut recte monet Hieronymus in Præfatione ad Esdram. Itaque soli Catholici ac propugnatores Editionis Vulgatæ, sincerum Dei verbum in Psalmis habent; (nam de Psalmis dumtaxat sic affirmamus:) habent autem translatum ex Hebræo primigenio, quod Christus Dominus & Apostoli commendarunt: cujusmodi fuit, cum nondum in Hebraïcis Psalmis septuagies aspersa vox סלה fuisset, præter *menda gravia & plurima,* quæ in exemplaria ea irrepserunt, ut etiam nuper D. Ferrandus, aliique ante eum dixerunt.

EXPLICATION

D'UNE

INSCRIPTION

Qui est au bas d'un Tableau de Nôtre Seigneur, qu'on appelle la Veronique, ou la SAINTE FACE.

Tirée du Journal des Sçavans, 1707.

CE Tableau est en grande veneration dans l'Eglise des Religieuses de Montreüil, auprés de Laon. Il leur fut envoïé de Rome en 1249. par un Archidiacre de Laon, qui fut ensuite Pape, sous le nom d'Urbain IV. L'on en a fait tout recemment une tres-belle copie, qui est chez le R. Pere DE LA CHAIZE, Confesseur du Roy. Le P. Mabillon a parfaitement bien figuré toutes les lettres de l'Inscription qui est au bas du Tableau: & il a inseré cette Inscription, ainsi figurée fort exactement, dans un de ses ouvrages, qu'il a intitulé, *Iter Italicum*, & qu'il a fait imprimer il y a 20. ans. C'est à la page 89. du premier tome. Mais la difficulté est de découvrir certainement de quelle langue sont ces caracteres, & ce qu'il y faut lire.



Le P. Hardoüin Jésuite y trouve une pensée noble, digne d'un Peintre Chrétien, & qui a rapport au Tableau. Elle est exprimée en un vers Grec spondaïque, dont l'expression est ingénieuse, & bien recherchée. Le voici :

Ὤβρασε δή γε γραφὶς σχῖμα Πανωνάυ ἄκυσα.

Cela signifie, si on le traduit en Latin mot pour mot, *Divisit utique penicillus Figuram Christi invitus.* Et en un vers Latin :

Vultum utique invitus sejunxit corpore Pictor.

On pourroit aussi l'exprimer en nôtre langue par ces deux vers :

Le Peintre offre à vos yeux la SAINTE FACE ici :
Mais que c'est à regret qu'il la sépare ainsi !

Il veut dire, que pour un Peintre Chrétien, la SAINTE FACE dans cette figure affligée, est un sujet bien triste ; & qu'il peindroit plus volontiers Nôtre-Seigneur entier, dans l'état glorieux dont il joüit à present, ou dans quelqu'un de ses autres Mystéres, hors de sa Passion.

Le Peintre n'a pas voulu, ce semble, qu'on doutât si c'étoit du Grec, aïant écrit en caracteres qui sont visiblement Grecs, aux deux côtez de la Sainte Face, ces mots abregés, ΙC ΧC. qui signifient Ἰησοῦς Χριστός ; & figurant toûjours de même la lettre Grecque *σίγμα* dans l'Inscription, comme il l'a tracée dans ces deux noms-là. Il y a pourtant sujet de croire, que trois ou quatre accens que l'on voit jettés au hazard sur quelques-unes des lettres de cette Inscription, dans quelque copie qu'on dit avoir été prise sur le Tableau de Montreüil, y ont été ajoûtés par ceux qui ont tiré cette copie ; puisqu'on ne voit aucun esprit, ni aucun accent sur l'original, que le P. Mabillon nous represente tres-fidelement dans son livre.

Mais pour le Grec qui est dans l'Inscription, c'est du Grec écrit par une main Latine : ce qui paroît évidemment par le mélange des lettres de ces deux langues, & par la figure des *A*, *a*, & *b*, & sur tout par la lettre *q*, qui est dans le dernier mot *ἄκυσα*. Il semble aussi qu'il y a eû de l'affectation à défigurer la plûpart des lettres ; car les *a*, par exemple, ne sont pas tous d'une même façon ; Les *A* capitales dans ΩΒΡ^A^Ε, & dans Π^A^ΝΟΝ^A^ΟΥ, ont un trait au dessus, tel que l'a la lettre A sur les anciennes monnoïes de France, d'Italie, & d'Allemagne ; mais seulement depuis le tems de Philippe Auguste. Les deux a qui sont dans le dernier mot *ἄκυσα*, sont comme les *a* des anciens manuscrits, & même comme ceux de cette impression-cy : à cela prés, que pour les déguiser, ils sont beaucoup plus ouverts, & plus élevés. Dans ce même mot *ἄκυσα*, au lieu d'un *κ* Grec, il y a la lettre Latine *q*, parce qu'elle fait le même son.

Il y a deux lettres renversées à dessein, pour en rendre, ce semble, la lecture plus difficile. La premiere c'est l'E, dans le premier mot *ὤβρασε*. On voit de ces ꟻ renversés sur certaines Médailles Latines & Grecques. Pour l'adverbe *δή γε*, qui est composé de *δή*, & de l'enclitique *γε*, il n'est écrit qu'en abregé, par les deux consones seules de ce mot là ; mais qui sont liées ensemble, & dont l'une est posée sur l'autre, ensorte que le Δ sert de base, & le Γ est au-dessus, tourné ainsi, ⅃. Dans le mot de *Πανωνάυ* on voit deux lettres liées de même : sçavoir la lettre N & l'O : ce qui est ordinaire dans les Monogrammes.

Pour les lettres Γ & C, ce sont lettres initiales ; c'est-à-dire, que chacune est la premiere lettre d'un mot entier. Et l'adjectif féminin *ἄκυσα* fait connoître, qu'il faut trouver dans le Γ un nom substantif féminin, qui ne peut être ici que *γραφὶς*, en Latin *penicillus*, le pinceau. Ensuite la quantité du vers, aussi-bien que la signification du mot *ὤβρασε*, & le sujet même du Tableau, ne permet pas de croire, que le C puisse avoir été mis pour signifier autre chose que *σχῖμα*, *forma*, *figura*. Il est aisé d'y appercevoir maintenant ce vers spondaïque-ci :

Ὤβρασε δή γε γραφὶς σχῖμα Πανωνάυ ἄκυσα.

Ὤβρασε est un mot Grec, qu'on ne trouve que dans Hesychius Grammairien Grec. *Ὤβρατο*, *ἥμαρτο*. *Ὤβρατο*, dit-il, signifie *ἥμαρτο*, *divisum est*. D'où il s'ensuit, comme ce vers-ci nous le fait connoître, avec le secours de ce Grammairien, qu'*ὠβράω* ou *ὀβράω* signifie *μείρω* ou *μείρομαι*, *divido*, *partior*.

Σχῖμα est mis pour *σχῆμα* : & cela est encore autorisé par le même Hesychius : *Σχῖμα*, *σχῆμα*, *Ἀχαιοί*. Les peuples de l'Achaïe, dit-il, écrivent & disent *σχῖμα* pour *σχῆμα*.

Le mot *Πανωνάυ* est composé de *πᾶν*, *omnis*, & du verbe *ὠνάω*, *emo*. C'est un mot fabriqué à dessein, pour signifier le Redempteur de tous les hommes. *τὸ δὲ ὠνῶ*, *τὸ ἀγοράζω*, *ἐςὶ δευτέρας*, dit le Dictionaire Grec, intitulé *Etymologicon magnum*. C'est-à-dire, le verbe *ὠνῶ*, lors qu'il signifie *ἀγοράζω*, *emo*, *redimo*, est de la seconde conjugaison des verbes circonfléxes, & vient par consequent d'*ὠνάω*. Ainsi la premiere syllabe de ce mot composé *Πανωνάυ*, est mise pour une longue, & la troisiéme est bréve. Et le mot entier, *Πανώναξ*, signifie *omnium Emptor* ou *Redemptor*. Car S. Pierre s'est ainsi servi du verbe *emo* dans sa seconde Epitre : *Eum qui EMIT eos, Dominum negant* ; & S. Paul dans sa premiere Epitre aux Corinthiens : *EMPTI enim estis pretio magno*. Le Grec de l'un & de l'autre texte se sert du verbe *ἀγοράζω* : & au rapport du Dictionnaire Grec qu'on a cité, le verbe *ὠνάω* a la même signification.

Enfin *ἄκυσα* est le feminin d'*ἄκων*, *invitus*, *coactus*. Et la premiere syllabe est aussi longue ; parce que c'est une contraction pour *ἀέκυσα* : de même que le masculin *ἄκων* est pour *ἀέκων*. Cela fait le vers spondaïque. Le vers est de six pieds, & il est ici divisé de deux pieds en deux pieds : excepté que le second pied n'est pas entier dans la premiere division : de trois syllabes qu'il doit avoir, il ne s'y en trouve que deux ; parce que le mot dont la premiere syllabe finit le second pied n'y est exprimé que par la premiere lettre du mot : & il étoit plus convenable de joindre cette lettre à la seconde division, afin qu'il s'y trouvât six lettres, comme il y en a sept dans la premiere, & huit dans la troisiéme. Ce partage du vers en trois divisions paroît avoir été fait à dessein, pour rendre le vers plus difficile à déchiffrer.

Tout ce petit détail de Grammaire a paru necessaire ici, pour rendre plus intelligible, & pour justifier

fier dans toutes ses parties l'explication de cette Inscription.

Quelques-uns ont crû que cette Inscription étoit en langue Sclavone. Mais outre que l'explication que nous venons de rapporter, détruit visiblement cette opinion ; & que les caracteres ne sont nullement Sclavons ; & que la copie sur laquelle on l'a jugée ainsi, est trés-fautive ; c'est que pour y trouver, par exemple : *Image Domini in Sudario*, il faudroit dire en Sclavon : *Pild* ou *Poldoben Gosdub v'Antuelo* : car c'est la vraie signification de ces mots dans les Bibles Sclavones, dont il y a un exemplaire dans la Bibliotheque du College des Jesuites. Et dans toute l'Inscription dont il s'agit, il n'y a pas le moindre vestige d'aucun de ces mots Sclavons.

C'est constamment un vers Grec ; & il ne paroît pas qu'on puisse former là-dessus de difficulté : si ce n'est peut-être que l'on aime mieux dire, qu'au lieu d'un vers spondaïque, c'est plûtôt un vers de cette espece, où l'on ne comptoit pour rien la quantité, pourvû que le nombre des mots parût quadrer assez juste, comme il s'en trouve un tres-grand nombre dans de semblables Inscriptions. Tel est ce vers Iambe qu'on lit à la tête du Pseautier Grec, dans quelques manuscrits de la Bibliotheque du Roy :

ΔΑΒΙΔ ΠΡΟΦΗΤΟΥ ΚΑΙ ΒΑCΙΛΕΩC ΜΕΛΟC.


Ainsi l'on pourroit dire, nonobstant toutes les réflexions précedentes :

ΩΒΡΑΕ ΔΗΓΕ ΓΡΑΦΙC CΧΗΜΑ ΠΑΝΟΝΑΟΥ ΑΚΟΥCΑ.

Le P. Hardoüin ajoûte, que ceux qui croïent y lire en Sclavon : *Obraz. Hospoden na ubrusc*, ne l'ont pû faire que sur quelque copie infidelle de cette Inscription, & nullement sur celle que le P. Mabillon a donnée, ni sur celle qu'un Religieux de Prémontré, qui a peint la copie qui est chez le R. Pere DE LA CHAIZE, a prise sur le Tableau de Montreüil. Car la copie du P. Mabillon, & celle de ce Religieux, sont parfaitement ressemblantes, & n'ont toutes deux presque aucune figure de ces caracteres, qui pourroient faire lire, *Obraz. Hospoden na obrusc* ou *ubrusc*.

Ensuite, dit-il, si la troisiéme lettre de l'Inscription est un P Grec dans ΩΒΡΑΕ ; la lettre qui est dans une situation contraire dans le dernier mot, a-t-elle pû y être mise pour la même lettre P, afin d'y trouver *Obrusc* ? Outre que si le dernier mot commence par ces lettres OBP, il doit y avoir OBROSB, & non pas *Obrusc* ou *Ubrusc*. Car des six dernieres lettres de l'Inscription, la quatriéme ressemble à la premiere ; & la derniere est toute la même que la seconde. Ainsi il faut s'en tenir au vers Grec :

ΩΒΡΑΕ ΔΗΓΕ ΓΡΑΦΙC CΧΗΜΑ ΠΑΝΟΝΑΟΥ ΑΚΟΥCΑ.



JOANNIS HARDUINI

E Societate JESU Presbyteri,

DISSERTATIO:

IN QUA

CEPHAM A PAULO REPREHENSUM PETRUM NON ESSE OSTENDITUR.

Nunc primum edita.

PRÆFATIO.

POSTQUAM conspectus Operum P. Harduini Parisiis lectus est ab Eruditis, misit inde ad nos Vir Illustris D. Abbas DROUYN, Doctor Sorbonicus, & in suprema Parlamenti Curia Senator, Dissertationem ab eodem R. Patre scriptam, in qua CEPHAM A PAULO REPREHENSUM PETRUM NON ESSE OSTENDITUR: & simul epistolam ad nos scripsit quæ sequitur:

MONSIEUR, *J'ai lû le Project que vous avez envoyé ici du Recueil que vous faites des Ouvrages du Pére Hardouin. Cela fait plaisir à tous les sçavants. Mais j'ai cru que je vous ferois plaisir aussi, si je vous envoiois une Dissertation qu'il a faite sur le Cephas dont parle S. Paul, pour l'ajoûter à vôtre édition. Ce Pére me fit present fort obligeamment d'une copie de sa main, il y a près de six mois, lorsqu'il ne pensoit pas à l'imprimer. C'est celle que je vous envoye. Comme je sçais qu'il pense présentement à la faire imprimer ici au plûtôt, je ne crois rien faire en cela qui lui soit desagreable. Mais je crois aussi vous faire plaisir, en vous donnant occasion de la mettre dans vôtre collection. En attendant l'honneur de vôtre reponse, Je suis &c. A Paris le 20 de Mars* 1708.

Ipsa argumenti novitas & præstantia effecit ut Dissertationem illam, coronidis vice, in calce hujus collectionis ederemus.

AD hunc evellendum, qui plerorumque etiam Catholicorum animis insedit, errorem, existimantium Petrum Apostolum, & eumdem Principem Apostolorum, fuisse reprehensum a Paulo, nec pauca sunt, nec levia proferenda argumenta. Quantumvis enim nulla omnino ratione seu probatione ex sacris libris petita hic error nititur, ac nunc quidem solo errantium numero se defendit; tamen illum eripi posse ex hominum animis, nisi validas adhibeat rationes, frustra quis speraverit. Atqui nec desunt profecto rationes, quæ suadeant, errorem hunc esse sacris ipsis litteris adversum, sanctæque Apostolicæ Sedi injurium, & numero plurimæ, & robore validissimæ. Quæ ut planius ac facilius intelligantur, prius subjicienda est oculis series annorum aliquot post Christi obitum, rerumque his annis gestarum a Paulo, atque ab ipso Petro; pro eo ut ex Actorum libro, & ex primis duobus capitibus epistolæ ad Galatas contexi debet ea series, & quantum est istud ad hanc controversiam pernoscendam opus. Nam istud præmitti certe necesse est, ut palam fiat, an aliquis adsignari possit annus, quo Paulus Petrum Antiochiæ viderit. Et primum quidem ex Actis Apostolorum repetenda est ea ratio temporum; siquidem in illo volumine eo prorsus ordine res singulas Lucas digessit, quo contigerunt; & ex duobus primis capitibus epistolæ ad Galatas; quoniam & hæc Pauli altercationem cum Cepha continet, & ipsum altercationis tempus designat.

§. I.

§. 1.

Ex Actis Apostolorum, & ex epistola ad Galatas contexti Annales rerum a Petro & Paulo gestarum.

Anno Christi.

XXXIII. Christus moritur, ac resurgit.

XXXIV. Stephanus lapidatur. *Act.* VII. Apostoli Hierosolymis manent, dispersis ceteris per Judæam. *Act.* VIII, 1.

XXXV. Sauli conversio sub anni initium. *Act.* IX. Statim abit in Arabiam, ubi manet diebus multis. *Act.* IX, 23. annis tribus, *Gal.* 1, 17, 18.

XXXVI.

XXXVII.

XXXVIII. Saulus Damasco, (quæ urbs in Arabiam recedit,) venit Hierosolymam videre Petrum, *post annos tres* a conversione sua. *Gal.* 1, 18. *Act.* IX, 26, 27, 28.

Petrus lustrat ecclesias universas Judææ, Galilææ, & Samariæ. *Act.* IX, 31, 32.

Cornelium Petrus baptizat Cæsareæ. *Act.* X.

XXXIX. Saulus erat in partibus Syriæ & Ciliciæ. *Gal.* 1, 21.

Viri Cyprii & Cyrenæi *annunciant Dominum JESUM* Antiochiæ. *Act.* XI, 20. Ex quo recte Halloixius efficit, non fuisse tunc Petrum Antiochiæ.

XL. Crescente fidelium numero missus est Barnabas Antiochiam, ab Ecclesia quæ erat Hierosolymis. *Act.* XI, 22.

Saulus tunc erat Tarsi in Cilicia. *Act.* XI, *Gal.* 1, 21.

XLI. Toto anno Saulus prædicat verbum Dei Antiochiæ. *Act.* XI, 26.

Et supervenerunt ab Hierosolymis prophetæ Antiochiam. Act. XI, 27. At non Petrus: nam is longe supra prophetas sive Doctores, quales sunt qui eo nomine appellantur, *Act.* XIII, 1.

XLII. Venit Saulus in Judæam cum Barnaba, (atque in ipsam postea Hierosolymam,) missus a discipulis Antiochenis ad eleemosynas perferendas. *Act.* XI, 30.

XLIII. Petrus ab Herode conjicitur in carcerem Hierosolymis. Jacobus frater Joannis occiditur. *Act.* XII.

Barnabas & Saulus redeunt Antiochiam, cum Joanne Marco. *Act.* XII, 25.

XLIV.

XLV.

XLVI. Mittuntur ad Gentes Saulus & Barnabas, *Act.* XIII, 3. Mox abeunt in insulam Cyprum, *Act.* XIII, 4. Deinde in Pamphyliam, *Act.* XIII, 13. Discedit a Paulo & Barnaba Joannes cognomento Marcus, reditque Hierosolymam; *ibidem, & Act.* XV, 38.

XLVII. Venit Paulus Iconium, *Act.* XIV. Postea in Lycaoniam, *Act.* XIV, 6. *&c.*

XLVIII. Redit Paulus Antiochiam, & ibi moratur *non modicum tempus*, *Act.* XIV, 25, 26, 27. hoc est, quinque vel sex menses. Nam si annum totum, eo verbo Lucas uteretur, ut *Act.* XI, 26. Ex Baronio, Labbeo, aliisque, erat tunc Petrus Romæ: ex aliis, Hierosolymæ.

XLIX. Post annos XIV. conversione sua Paulus Hierosolymam venit ex revelatio- *Anno Christi* ne, *Gal.* 2, 1. iterumque post menses aliquot missus eo est ab Antiochenis. *Act.* XV.

Concilium Hierosolymitanum, Petro præside. *Act.* XV.

Paulus redit Antiochiam, & post aliquot dies in Syriam ac Ciliciam proficiscitur. *Act.* XV, 30, 35, 36, 41.

L. Cephas ad Galatas & ad Corinthios pergit. *Gal.* 2. & 1. *Cor.* 1.

LI. Paulus venit Derben, Lystram, & Iconium: pertransit Phrygiam & Galatiam: deinde venit in Macedoniam, *Act.* XVI. Mox & Athenas, *Act.* XVII.

LII. Paulus Corinthi moratur anno uno & sex mensibus, *Act.* XVIII, 11.

LIII. Paulus navigat in Syriam. Venit Cæsaream Palæstinæ, & Antiochiam Syriæ: ubi fecit aliquantum tempus. *Act.* XVIII, 18, 22, 23. Tunc Titum in itinere reliquit Cretæ, *Tit.* 1, 5. Mox redit in Galatiam, Phrygiamque. *Act.* XVIII, 23.

LIV. Paulus venit Ephesum. *Act.* XIX.

LV. Scribit Paulus epistolam ad Corinthios primam, exorto ibi schismate propter Cepham.

LVI. Paulus manet in Asia. *Act.* XIX, 22.

LVII. Venit in Macedoniam & Græciam: deinde Troadem. *Act.* XX, 3, 6. Navigat in Syriam: venit Hierosolymam. *Act.* XXI.

LVIII. Paulus in carcere Cæsareæ biennium egit. *Act.* XXI. XXII. XXIII, XXIV, 27. Inde scripta est epistola ad Galatas.

§. 2.

Ordo rerum gestarum anno Christi XLIX. *quo habitum Concilium Hierosolymitanum est.*

Summatim est exhibita hactenus annorum series, quorum ad hanc controversiam intelligendam definiendamque necessaria cognitio est. At nunc magis enucleate, ac per partes exponenda sunt ea, quæ anno illo ipso Christi XLIX. quo celebratum est Concilium Hierosolymitanum, referuntur e sacris scriptoribus; hoc est, tum a Luca comite peregrinationum Pauli, in Actis: tum ab ipsomet Paulo in capite secundo epistolæ ad Galatas.

Anno igitur Christi XLIX. sub initium, Paulus cum Barnaba ac Tito ascendit Hierosolymam, *post annos quatuordecim* a conversione sua, *Gal.* 2, 1. Ascendit autem *ex sola revelatione*, *Gal.* 2, 2. non ex delegatione, ut postea, quando cum solo Barnaba missus est, *Act.* XV, 2. Unde aliud ac diversum esse hoc iter ab illo, recte Chrysostomus animadvertit: & visum fuisse ea de re Paulo oblatum, Interpretes omnes consentiunt: quod quidem supervacuum foret, si ex legationis officio obeundum ei hoc iter esset.

Ex revelatione autem Hierosolymam, inquit, tunc sum profectus; quoniam cum jam migraturi inde essent Jacobus & Cephas & Joannes, qui videbantur esse aliquid & instar columnarum in templo Dei; cum jam jam, inquam, inde obituri illi essent, ut Evangelium Christi extra Palæstinam prædicarent; docendi erant illi a me prius, qua conditione Evangelium Gentibus prædicassem: nempe ea, ne circumcisioni Gentes subderentur. Docendi autem illi a me fuere istud idcirco, ne forte in vacuum currerem, aut cucurrissem, si quod ego ædificaram, aut essem postea ædificaturus, ipsi secus docendo destruerent. *Gal.* 2, 2. Eam ob rem, inquit, ex revelatione didici Hierosolymam mihi proficiscendum esse. Quoniam ergo his ego persuaseram, secundum Evangelium quod a Christo Servatore didici,

ci, non esse cogendos gentiles ad circumcisionem; propterea non est tunc Titus compulsus, etiam cum esset Hierosolymis, circumcidi, qui erat gentilis; *Gal.* 2, 3. tametsi id cuperent subintroducti quidam falsi fratres; propter quos similiter ab ista sententia deducendos proficisci me Hierosolymam oportuit ex revelatione, ut dixi; *Gal.* 2, 4. quoniam nondum esset ea controversia a Petro palam & in Concilio definita.

Genuinus hic sensus est versus secundi, tertii, & quarti, ex capite secundo epistolæ ad Galatam; quem minime videntur adhuc interpretes assecuti: tametsi maximi ad hanc quæstionem definiendam momenti est: & ut contextus continuatioque Paulini sermonis omnes inter se aptas exhibeat colligatasque sententias, valde necessarius.

Dum esset igitur Paulus Hierosolymis, dextras ibi dant ei societatis, Jacobus, Cephas, & Joannes, e discipulorum numero tres, *cum cognovissent gratiam quæ data* fuerat Paulo, *Gal.* 2, 9. hoc est, cum didicissent, quo successu Evangelium prædicasset in iis regionibus, quas superiore biennio perlustrarat, Act. XIII. & XIV. Tunc, inquam, conventionem hi fecere cum eo, ut ipsi quidem Judæis extra Palæstinam Christum prædicarent, dum ipse Paulus cum Barnaba Christum Gentibus annunciaret, *Gal.* 2, 9. Mox redit Paulus Antiochiam cum Barnaba & Tito, & cum Joanne, ut videtur; siquidem is Barnabæ socius fuit, ut *Act.* XII, 25. & XV, 39. ac *consobrinus*, uti appellatur *Coloss.* IV, 10.

Post Pascha, secundum pactionem cum Paulo & Barnaba factam sub anni principium, dat se viæ Cephas, ut extra Palæstinam Judæis Evangelium prædicaret, & venit Antiochiam: *Gal.* 2, 11. remanente adhuc interim Hierosolymis solo Jacobo, ex tribus illis, qui pactum cum Paulo consiarant, *Gal.* 2, 12.

Post unum alterumve mensem, Antiochiam veniunt *a Judæa*, *Act.* XV, 1. sive *a Jacobo*, ut dicitur *Gal.* 2, 12. hoc est, docti baptizatique ab eo, vel cum epistolis ab eodem commendatitiis, Judæi, qui vellent gentes circumcidi, *Act.* XV, 1. De his conqueruntur apud Paulum & Barnabam Christiani gentiles, *Act.* XV, 2. Metu Judæorum Cephas se subtrahit a convictu gentilium, quibuscum prius edebat, *Gal.* 2, 12. Eodem perculsus metu Barnabas, abductusque a Judæis, abhorrere se simulat apud ipsos a convictu Christianorum e Gentibus, *Gal.* 2, 13. Paulus idcirco Cephæ resistit in faciem, *Gal.* 2, 11, 14.

Ob eam igitur altercationem Paulus cum Barnaba mittitur Hierosolymam, circiter mensem Julium vel Augustum. Transeunt Phœnicen & Samariam, ac Hierosolymam tamdem adveniunt: *Act.* XV, 3, 4. Ubi postquam ambo narrassent in cœtu publico, *quanta Deus fecisset cum illis*, *Act.* XV, 24. Petrum reperiunt suo suffragio aperte faventem Gentibus, *Act.* XV, 5, 6, 7. &c. Cepha interim Antiochiæ remanente; uti colligi oportere ex *Act.* XV, 2. inferius dicturi sumus.

Non meminit autem Paulus in epistola ad Galatas hujus suæ legationis, quartique hujus sui itineris Hierosolymitani; quoniam nec ipsiusmet Concilii mentionem fecit: & istud ipsum propterea fortassis prætermisit, quod Galatæ existimarent, non pertinere ejus Concilii sanctionem ad universos, sed ad fratres Antiochiæ, Syriæ, ac Ciliciæ dumtaxat, ad quos perscripta ea fuerat ab Apostolis ac senioribus. Vel potius ut intelligerent, id quod Paulus doceret, de Gentibus non circumcidendis, non istud a Concilio Hierosolymitano, ac ne a Petro quidem, sed multo antea per revelationem a Christo Domino ipsum didicisse.

§. 3.

Petrum fuisse Hierosolymis, cum Antiochiæ Cephas a Paulo reprehenderetur: Cepham Antiochiæ remansisse, dum Petrus Hierosolymis in Concilio pro Gentibus sententiam ferret: ac Cepham proinde Petrum non esse.

Demonstrat perspicue, opinor, exhibita hactenus series ipsa rerum a Paulo gestarum, reprehensionem Cephæ ipso anno, circiter mediante, contigisse: quo anno exeunte, circa Septembrem, habitum est Concilium Hierosolymitanum: hoc est; anno Christi XLIX. eique Concilio cogendo occasionem dedisse & Cephæ simulationem, & pertinaciam Judæorum; qui *a Jacobo*, ut dicitur *Gal.* 2, 12. sive qui *de Judæa*, ut dicitur *Act.* XV, 1. *descenderant*. Nam eamdem utrobique rem designari, peritissimi quique hodie, quos consuluimus, Interpretes & Chronographi consentiunt; idque ipsi etiam heterodoxi confitentur: quos inter nobilis in primis est Pearsonus Anglus in Annalibus Paulinis; aliique. Et res ipsa quidem ex verbis sacrorum scriptorum inter se collatis manifesta est. Sic enim Paulus: *Cum venisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat. Prius enim quam VENIRENT QUIDAM A JACOBO, cum gentibus edebat: Cum autem venissent, subtrahebat & segregabat se, timens eos qui ex circumcisione erant.* Lucas vero: *Et QUIDAM DESCENDENTES DE JUDÆA docebant fratres* (Antiochiæ degentes:) *Quia nisi circumcidamini secundum morem Moysi, non potestis salvari.* Atqui *post annos quatuordecim* a sua conversione; sive (quod eodem recidit) ex quo non ab hominibus, sed a Christo JESU Evangelium perdidicit, descendisse illos a Jacobo Paulus affirmat, *Gal.* 2, 1, 12. eoque ipso anno descendisse quosdam de Judæa, qui in eadem hæresi de circumcisione essent, Lucas pariter prodidit, ut series annorum ex ipsius volumine deducta ostendit. Nec fieri certe ulla ratione potest, ut alia probabilis statuatur temporum ratio, quam quæ ex gemino illo scriptore, Paulo nimirum, & Luca, colligitur, & qualis a nobis hic exhibetur. Ergo res illa gesta Antiochiæ est, cum interim esset Petrus Hierosolymis. Tunc enim Hierosolymis Petrum fuisse, cum descenderent quidam de Judæa Antiochiam, manifestum est: siquidem ad Petrum, velut ad Judicem, de causæ statu relatum est, quæ Paulum a Cepha Antiochiæ disjunxerat.

Deinde cum Saulus & Barnabas missi sunt ab Antiochenis Hierosolymam, ubi Petrus erat; quin tunc Cephas Antiochiæ remanserit, vocari in dubium non potest. Nam cum Lucas refert, *Act.* XV, 2. statuisse Antiochenos, *ut ascenderent Paulus & Barnabas, & QUIDAM ALII ex aliis, ad Apostolos & Presbyteros super hac quæstione;* hoc vult intelligi; ex ea quidem parte, quæ negaret oportere circumcidi gentiles, missos fuisse Paulum & Barnabam dumtaxat: ex altera autem, quæ affirmaret, *quosdam alios*, hoc est, obscuriores, & vix de nomine cognitos. Non fuit igitur ex illorum numero Cephas, qui ascenderunt: tum quia nominari illum oportuisset, maxime si Petrus esset; neque inter *quosdam alios* veluti nescio quis per contemptum censendus fuit: tum quia reipsa ex quibusdam aliis istis, qui affirmarent circumcidi gentiles oportere, Cephas non fuit. Tantum subtrahebat se subinde a convictu gentilium, metuens Judæos; *Gal.* 2, 12. non palam verbo docebat circumcidendos esse gentiles. Mansit igitur Antiochiæ Cephas, dum ad consulendum Petrum venirent Hierosolymam Paulus & Barnabas. Ergo Cephas Petrus non est.

Præterea, cum dicat Apostolus, *Gal.* 2, 1, 9.

Deinde

Deinde post annos quatuordecim iterum ascendi Hierosolymam cum Barnaba, ... Jacobus, Cephas, & Joannes, dextras dederunt mihi & Barnabæ Societatis, ut nos in gentes, ipsi autem in circumcisionem . . . . . Cum autem venisset Cephas Antiochiam, &c. conceptis verbis ac sane perspicuis docet, nonnisi post annos quatuordecim a sua conversione, partitos fuisse munus evangelizandi, Paulum & Barnabam, cum Jacobo, Cepha, & Joanne; ita ut hi tres Judæis extra Palæstinam positis prædicarent Evangelium, gentilibus autem in eodem tractu terrarum Paulus & Barnabas: eamque ob rem statim post eam conventionem dedisse se itineri Cepham: ac primum quidem Antiochiam venisse, quæ est in Syria, extra Palæstinam. Ex eo autem consequitur, saltem verisimiliter, ante quatuordecim annos illos exactos, quibus elapsis factam fuisse eam conventionem narrat Apostolus, non vidisse Cepham, quisquis est ille, Antiochiam. Adjicit enim Paulus propterea: *Cum AUTEM venisset* (post pactum illud) *Cephas Antiochiam.* Atqui post quatuordecim annos illos ipsos Concilium de ea controversia, sub Petro præside, habitum Hierosolymis est, hoc est, quintodecimo anno fere exeunte. Ergo si Petrum Paulus Antiochiæ reprehendit, necesse est fingere, hoc ipso anno Petrum Antiochiam, quam antea non viderat, Hierosolymis incredibili celeritate advolasse, ut ibi reprehenderetur a Paulo; statimque Hierosolymam pari velocitate revolasse, ut idem ibi post mensem unum consuleretur a Paulo, quid esset de tota ea controversia statuendum. At illud fieri sic potuisse nemo prudens, opinor, censuerit. Non igitur Petrum Paulus, sed Cepham Antiochiæ reprehendit: qui postquam Antiochiam venisse dicitur, inde revertisse Hierosolymam non legitur; sed Galatiam & Corinthi tractum lustrasse intelligitur ex Pauli epistolis, postea ad Corinthios & ad Galatas scriptis.

§. 4.

Non fuisse Cepham a Paulo reprehensum post Concilium Hierosolymitanum, maxime si Cephas est Petrus.

Jam neque post Concilium Hierosolymitanum reprehendi Cepham a Paulo potuisse, præsertim si Cepham esse Petrum existimandum est, sic plane ex sacris litteris demonstramus: ex ipso nimirum capite xv. Actorum; ubi de legatis a Concilio, Saulo & Barnaba, Sila & Juda, Lucas sic disserit, versu 30. & sequentibus. *Illi ergo dimissi, descenderunt Antiochiam: & congregata multitudine tradiderunt epistolam . . . . .* 32 *Judas autem & Silas . . . .* 33 *FACTO IBI ALIQUANTO TEMPORE, dimissi sunt cum pace a fratribus AD EOS QUI MISERANT ILLOS . . . . .* 36 *POST ALIQUOT AUTEM DIES . . . . .* 40 *Paulus . . . . . profectus est, traditus gratiæ Dei a fratribus.* 41 *Perambulabat autem Syriam & Ciliciam, confirmans Ecclesias: præcipiens custodire PRÆCEPTA Apostolorum & seniorum.* Non potuit ea certe Cephæ reprehensio fieri illo *aliquanto tempore*, quo commorati sunt Antiochiæ Judas & Silas, cum Paulo & Barnaba legati a Petro ex urbe Hierosolymitana ad Antiochenos, ut ad hos perferrent decretum Concilii, *Act.* xv, 33. Nam eo profectum fuisse Petrum, toto illo *aliquanto tempore* negat conceptis verbis Lucas, loco citato: siquidem docet, exacto illo *aliquanto tempore* dimissos ab Antiochenis fuisse legatos istos binos, Judam & Silam, *ad eos qui miserant illos*, hoc est, ad Petrum & Jacobum Apostolos, qui proinde tunc adhuc erant Hierosolymis. Atqui post legatorum ex urbe Antiochia discessum vix egit Paulus Antiochiæ dies decem. Nam ibidem, versu proxime sequenti, dicitur *post aliquot dies* Antiochia discessisse; nec illuc rediit, nisi post annos tres, & eo amplius: quo de adventu postea dicemus. Hac autem loquendi formula, *post aliquot dies*, vix plures licet, quam decem, dies intelligi, saltem apud Lucam: siquidem *Act.* 1, 5. *non post multos hos dies*, quod idem valet atque *post aliquot dies*, decem omnino dies sunt: ut e diverso, *Act.* XIII, 30. ubi Christus Dominus visus fuisse perhibetur *per multos dies*, dies sunt quadraginta. Neque vero debuit Paulus Antiochiæ moram trahere longiorem; quippe cui mandatum esset, (id quod ex versu 41. intelligitur:) ut *præcepta Apostolorum* Ecclesiis Syriæ & Ciliciæ, ad quas hæc erant nominatim destinata, perferret.

Discessit igitur Antiochia Paulus, ut Asiam peragraret, & Corinthum usque veniret; prius, inquam, propemodum inde pedem extulit, quam posset ad eum Petrus pervenire, etiamsi is statim post reditum legatorum in urbem Hierosolymam inde se proripuisset, ut Antiochiam proficisceretur: id quod nulla vel auctoritas sacri alicujus scriptoris Petrum fecisse, vel ratio suadet fieri ab eo potuisse: post tam recentem videlicet legationem illuc a se missam: ac siquidem Labbeo, aliisque, fides habenda est, postquam Antiochenam Ecclesiam jam ante annos sex, nimirum anno Christi XLIII. regendam Evodio commisisset. Quorsum vero ad Antiochenos visendos, præsertim tam subito, Petrus se conferret; ad quos vice sua Paulum & Barnabam, Silam & Judam, ante dies paucos misisset? Cum hi præsertim referrent pacatos ibi esse animos, & Concilii decreto, uti par erat, stetisse: nec ulla ibi, saltem ante Pauli discessum, contentio nova esset exorta: quæ si contigisset, non minus a scriptore sacro referretur in Acta, quam quæ Concilium antecessit. Ex quo etiam certe conjicitur, & unicam fuisse Antiochiæ; eam nimirum, quæ a Luca refertur; nec ullam ibi post Concilium super eo capite dissensionem fuisse: nec proinde post Concilium etiam Cepham ipsum, nedum Petrum, reprehensum a Paulo fuisse.

Adde quod ante dissensionem Pauli a Cepha, sive ante adventum Judæorum e Judæa, vel a Jacobo, Antiochiam, aliquandiu Antiochiæ Cephas egisse dicitur, & ibi cum gentilibus manducasse. Huic autem certe spatio temporis, quo post reditum legatorum ex urbe Antiochia, fingitur Cephas Antiochiam repetiisse, & quod postea intercessit inter adventum Cephæ Antiochiam, & adventum Judæorum a Jacobo, locus esse non potest, si *post aliquot dies* ab ipso discessu legatorum Antiochia, Paulus ipse ex eadem urbe discessit.

Rediit quidem post annos tres, & eo amplius, ut diximus, Antiochiam ex Græcia & Asia Paulus; hoc est, anno Christi LIII. Sed primum quidem longe hic annus abest ab annis *quatuordecim*, post quos nata illa disceptatio est, de qua nunc agimus; siquidem est decimus nonus. Deinde nec tunc fuit cum Paulo Barnabas; qui ipso anno XLIX. discessit a Paulo, ut refertur in Actis, cap. XV, 39. nec postea Paulum revisisse legitur: cum tamen eidem tunc comes adfuerit, quando reprehensus est a Paulo Cephas. Præterea nec tunc fuit cum Paulo Titus; quippe quem antequam ipse in Palæstinam appelleret, in Creta reliquit. Denique nonnisi in transitu Paulus tunc salutavit Antiochenos, apud ipsos moratus *aliquanto tempore* dumtaxat, ut Lucas testatur, *Act.* XVIII, 22, 23. qui nullam ibi rem gestam fuisse memorabilem hac loquendi forma significat. Neque igitur hoc etiam anno Christi LIII. potuit reprehendi Antiochiæ a Paulo Cephas.

§. 5.

Immunem ab hæreseos labe, (quod quidem impium est vel cogitare,) Petrum non fuisse, si reprehensus ipse a Paulo est, præsertim post Concilium Hierosolymitanum.

Cujus autem criminis reum Principem Apostolorum peragunt ii, qui hunc reprehensum fuisse a Paulo contendunt? Plane hæreseos. *Subtrahebat* enim *& segregabat se* Cephas, *timens eos qui ex circumcisione erant*, *Gal.* 2, 12. hoc est, detrectabat convictum cum ipsis etiam Christianis qui circumcisi non essent; ne displiceret his qui erant ex circumcisione: hoc est, ne id audiret a Judæis Antiochiæ degentibus, quod Petrus olim a Judæis in Palæstina pariter Christianis, post baptismum Cornelii Centurionis, sumptumque cum eo cibum, audierat. *Act.* XI, 3. *Quare introisti ad viros præputium habentes, & manducasti cum illis?* Sic porro subtrahere & segregare se a præputiatis, fuit omnino cogere præputium habentes Christianos ut Judaïzarent, sive ut circumcidi se paterentur, siquidem vellent de Ecclesiæ corpore censeri, & cum Ecclesiæ capite, (si Cephas nimirum Petrus fuit,) & cum centro unitatis Ecclesiæ communicare, ac vel communi cum ipso mensa frui. Hic enim sensus verborum etiam illorum est; *Quomodo cogis gentes Judaïzare?* Quemadmodum si summus Pontifex veniret hac ætate nostra in aliquam Narbonensis Galliæ civitatem, & ibi subtraheret se a communione etiam hospitii ac cibi cum Christianis baptizatis ibi ab hæreticis, timens eos qui baptizatos ab hæreticis vellent iterum baptizari, si qui hujusmodi ibi essent; merito diceretur ei: Quare tu cogis Christianos iterum baptizari, siquidem velint cum Ecclesiæ capite, centroque unitatis, (quod quidem tu es,) habere societatem hospitii ac cibi? Cur hos cogis iterare baptismum, dum eos veluti excommunicatos refugis? Certe si Papa hodie eo se modo gereret, etiam in aliquo Galliæ aut Germaniæ angulo, non modo in populosissima civitate, qualis Antiochia fuit; merito & ipse lapsus in hæresim; ac non verbo quidem, vel edicto publico, sed facto atque exemplo fovere merito crederetur errorem eorum, qui dum communicandum esse negarent cum baptizatis ab hæreticis, hoc ipso censerentur velle eosdem iterum baptizari. Ergo & Petrus fuisset lapsus in hæresim, hæresimque fovisset exemplo, si tam socorditer se gessisset Antiochiæ, quantum attinet ad circumcisionem, post Concilium præsertim Hierosolymitanum. Nam ad circumcisionem gentiles nullo modo esse cogendos vel inducendos, sive hortatu, sive facto, ibi fuerat definitum. Contra illam autem definitionem quidquam agere, tam hæretici animi jam tum fuisset, quam nunc vel istud ipsum foret, vel si quis ageret simile aliquid contra definitionem Ecclesiæ de baptismate non iterando.

Certe capitis secundi epistolæ ad Galatas, & totius epistolæ argumentum, manifeste docet, de sola circumcisione accipiendum illud esse, *Gal.* 2, 14. *Si tu, cum Judæus sis, gentiliter vivis, & non Judaice: quomodo Gentes cogis Judaïzare?* Hoc est, si tu, tametsi ortu Judæus es, communi mensa tamen cum gentilibus interdum uteris, ubi lubet; nec Judæorum tunc ritu vivis, qui constantissime a communi cum gentibus mensa abhorrent; quomodo nunc gentes refugis, cogisque Judaïcum amplecti ritum, & circumcidere se, ut communi tecum mensa ipsis uti liceat? Nam ea causa est quamobrem sic epistolam concludat Apostolus, cap. V, 2. *Ecce ego Paulus dico vobis: quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit.* Et cap. VI, 12. *Quicumque enim volunt placere in carne, hi COGUNT vos circumcidi.* Nihilo minus enim quam Galatæ, Judæi pariter e Palæstina, qui Christo nomen dederant, cupiebant circumcisionem salvam esse, & observari a gentilibus ipsis: quibuscum capere cibum detrectaret Judæus quisque, hac si Mosaïcæ professionis nota carerent. Itaque impetrare Judæi satagebant a Petro primum, ut diximus, *Act.* XI, 3. & a Cepha deinde Antiochiæ, *Gal.* 2, 12. ut tamquam excommunicatos & alienos a regno seu populo Dei præputiatos vitaret: quoniam *ABOMINATUM EST VIRO JUDÆO conjungi aut accedere ad alienigenam*, *Act.* X, 28. Neque aliud proinde a Judæis, qui venerant Antiochiam, Cephas timebat, qui circumcisos timuisse a Paulo dicitur, *Gal.* 2, 12. quam ne objicerent ipsi, ut antea dictum est, quemadmodum Petro olim objectarant; *Quare tu introisti AD VIROS PRÆPUTIUM HABENTES*, quamvis baptizatos, ut erat Cornelius baptizatus, *& MANDUCASTI CUM ILLIS?* Ergo fuisset Petrus hæreticus pessimi ac perniciosi exempli, (quod certe nefas est de Principe Apostolorum cogitare, pro quo Christus oravit, ne deficeret fides ipsius:) hæreticus, inquam, foret, si post Concilium præsertim ita se gessisset. Docuisset enim exemplo factoque suo vitandam communionem esse, aut vitari certe sine piaculo posse, cum præputiatis, sive incircumcisis, quamvis baptizatis. Quod quidem facere absque hæreseos crimine non potuit is, cui cum his ut communicaret, Spiritus Sanctus non semel, nec modo privatim, sed & in Concilio præcepisset.

At nefas est, ut diximus, id de Petro vel cogitare; nec verisimiliter cadere in eum talis suspicio potest; qui cum Cornelio Centurione olim publice in ipsa Judæa prandisset ac cœnasset, *aliquot diebus*, *Act.* X, 48, & interrogantibus se in ipsa civitate Hierosolymitana, quare introisset ad viros præputium habentes, & manducasset cum illis; id a se jure factum fuisse, id se jussu divino fecisse, animose viriliterque respondisset, atque ostendisset his verbis, *Act.* XI, 17. *Si eamdem gratiam dedit illis Deus, sicut & nobis, qui credidimus in Dominum JESUM Christum, EGO QUIS ERAM, QUI POSSEM PROHIBERE DEUM?* An enim edere cum gentilibus Antiochiæ, veritus Judæos, refugisset is, qui in Judæa palam cum his manducasset, & in ipsis etiam Hierosolymis, id se jure fecisse, jam ante annos decem, Judæis omnibus, qui Christiana sacra essent amplexi, comprobasset? Nam illi quidem *his auditis tacuerunt*, Petri responsum venerati, *& glorificaverunt Deum, dicentes; Ergo & Gentibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam*, *Act.* XI, 18. Adeone ignavus, adeone sui, adeone divini præcepti oblitus, Apostolici Senatus Princeps fuit; qui titubantes in fide & doctrina, jussus est a Domino confirmare fratres suos: adeone, inquam, subito factus est pavidus, ut ubi nihil omnino timendum sibi esset, inani correptus timore, quod se recte fecisse ante annos multos Hierosolymis persuasisset, id vereretur Antiochiæ præ se ferre, ac palam docere? Perinde quasi non æque Judæis illis Petrus sperare debuisset, se quod erat æquum esse suasurum, atque contribulibus suis illis, de quibus dictum est proxime: aut perinde quasi missi a Jacobo, siquidem Apostolus esset ille, qui Petri sententiæ in Concilio subscripsisset, ausi essent a magistri sententia, quam Hierosolymis didicissent, Antiochiæ desciscere; neque illos palam defectionis a magistro suo, nec non a Concilio, Petrus auderet arguere.

§. 6.

Periclitari ac nutare ipsam sacrarum litterarum fidem videri, si Petrum a Paulo fuisse reprehensum damus.

Quid quod ipsarum etiam divinarum litterarum nutare fides & auctoritas videtur, si Petrum a Paulo fuisse

fuisse reprehensum concedimus? Nam quid hoc est aliud dicere, Petrum a Paulo palam reprehensum fuisse, quam Petro turpis erroris in materia sane gravi, quippe quæ pertineret ad fidem, ut vidimus, notam inurere? Quæ si in Petrum cadit, quo quis demum argumento præstet & evincat, nunc semel ita lapsum hunc fuisse, non etiam simili alias, & sæpe fortassis, fuisse abductum errore? Nam si Petrus semel, ea præsertim ætate, post annos nimirum amplius sedecim a Christi Domini passione, reprehensibilis fuit, eo quod non ambularet secundum Evangelii veritatem; quidni bis, ter, quaterve sic erraverit? quidni & centies? Quod si in dictis vel factis, quæ ad Evangelii veritatem statuendam attinent, meticulosior ac remissior fuit, quidni & in scriptis? Quidni & Paulus ipse subinde fortassis? Nam unde Paulo prærogativa, ne a vero umquam aberraret, quam Petro, major? Non vident profecto contrariæ sententiæ defensores, ipsam se sacrarum litterarum auctoritatem ac fidem imprudenter imminere ac labefactare; dum constare volunt, Petrum ipsum interdum non secundum veritatem Evangelii ambulasse? Nam si istud quidem concedendum est; undenam eumdem porro constabit, secundum veritatem Evangelii semper scripsisse, quem constet non secundum Evangelii veritatem semper ambulasse: hoc est, quem constet exemplo secus docuisse? Convelli igitur falsa illa opinione sua ipsummet fidei fundamentum, sacras scilicet litteras, hodie demum isti fateantur. Has enimvero, ante ipsum Ecclesiæ testimonium, omnis expertes erroris fuisse oportuit: siquidem hanc unam ob causam, absque alio examine, susceptæ sunt ab Ecclesia, quod easdem a magistris suis fuisse dictatas, a Petro, exempli gratia, vel Paulo, constaret. Neque enim hic Petrum volo considerent, ut Caput Ecclesiæ post Christum; aut ut eum, super quem ædificavit ipse Christus Ecclesiam: Volo hunc in præsenti velut Apostolum solummodo contemplentur; atque ut ejusdem eatenus ordinis cum Matthæo & Joanne, aut cum ipso etiam Paulo, si volunt: denique volo Petrum spectent, ut librorum quorumdam scriptorem, quos pro sacris ac divinis idcirco habemus, quoniam unum ex Apostolis auctorem habent. Quis hunc autem mihi non aberrasse a vero saltem ex timiditate inter scribendum præstiterit, quem teste Paulo constet ex simili ignavia inter docendum, (nam & exemplo docent homines:) deflexisse interdum a vero?

§. 7.

Ex ipso Cephæ nomine palam fieri rem acute considerantibus, in sacris litteris nusquam certe; ac primum quidem minime omnium capite secundo epistolæ ad Galatas, versu 9. Cepham Petrum esse.

At ipsum profecto Cephæ nomen, Cepham Petrum neque esse alibi in sacris litteris, ut postea ostensuri sumus; neque ibi certe, ubi Jacobum inter & Joannem collocatur, prorsus evincit: quod nunc est ostendendum. Rem ita narrat Apostolus, cap. 2, 6.

6 *Mihi enim qui videbantur esse aliquid, nihil contulerunt.*

7 *Sed e contra cum vidissent quod creditum est mihi Evangelium præputii, sicut & Petro circumcisionis:*

8 *(qui enim operatus est Petro in Apostolatum circumcisionis, operatus est & mihi inter gentes:)*

9 *& cum cognovissent gratiam, quæ data est mihi, Jacobus, & Cephas, & Joannes, qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis: ut nos in Gentes, ipsi autem in circumcisionem:*

10 *tantum ut pauperum memores essemus: quod etiam solicitus fui hoc ipsum facere.*

11 *Cum autem venisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat.*

12 *Prius enim quam venirent quidam a Jacobo, cum Gentibus edebat: cum autem venissent, subtrahebat & segregabat se, timens eos qui ex circumcisione erant.*

13 *Et simulationi ejus consenserunt ceteri Judæi, ita ut Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem.*

14 *Sed cum vidissem quod non recte ambularent ad veritatem Evangelii, dixi Cephæ coram omnibus: Si tu, cum Judæus sis, gentiliter vivis, & non Judaice: quomodo Gentes cogis Judaizare?*

Hactenus de ea altercatione Paulus. Ordiamur autem a versu nono; in quo vel una, quæ se statim offert, mutatio nominis, appellato ibi primum Cepha, cordato cuique, qui hæc absque præjudicata opinione legerit, debet suadere diversum esse Cepham a Petro. Ponamus enim, exempli gratia, Parochum aliquem esse Pauli nomine, qui se Episcopo suo æquipararet, ac dicat: „ Cum cognovissent gratiam quæ data est mihi, & in mea me parochia pares habere successus, atque Episcopum in sua diœcesi; dextras dederunt mihi societatis, Jacobus, „ Thomas, & Joannes: Nemo, opinor, adeo desiperet, ut putaret, vel Thomam istum eumdem esse atque Episcopum; vel non illum Parochum admodum obscure locutum, si nunc Episcopum, nunc Thomam appellet; hoc est, si diversis nominibus eum designet in una fere eademque sententia, quem velit eumdem ac non diversum intelligi: qui non dixerit potius: „ Dextras dederunt mihi societatis prædictus Episcopus, & Jacobus, & Joannes. Denique nemo non fateatur, ipsum esse admodum irreverenter locutum, qui quem priore loco decuit appellari, utpote Episcopum, in secundum conjecerit & ignobiliorem locum. Nullius enim certe Concilii aut Collegii princeps medio solet loco appellari; sed vel primo, vel postremo. Ergo a pari, & admodum obscure & irreverenter admodum locutum esse Paulum confitendum esset, si Cephæ nomine eumdem ipsum, quem Petrum proxime appellaverat, intellexit. Erat enim certe Petrus Episcopus Episcoporum: quem proinde neque secundo appellari loco oportuit: neque nunc illo, nunc alio nomine, id quod vix fieri sine contemptu potest aut solet, in eadem una sententia designari.

Eam profecto ob causam, ubi Vulgata editio habet, versu 9. *Jacobus, & Cephas, & Joannes, dextras dederunt mihi*, Græcorum codicum interpolatores scripsere, Πέτρος, Ἰάκωβος, καὶ Ἰωάννης. Ne Catholici nimirum opponerent, quod nos profitemur, Cepham qui secundo loco post Jacobum ponatur, non posse Petrum esse, qui primo semper loco in sacris libris appellatur; isti præclari divinarum litterarum emendatores, primum quidem pro Cepha Petrum scripsere: deinde quem secundo loco Paulus appellat, hunc primo loco, honoris causa scilicet, sic posuere: Πέτρος, Ἰάκωβος, καὶ Ἰωάννης, pro eo quod est in scriptura authentica, *Jacobus, & Cephas, & Joannes.* Nonnulli etiam e Latinis scriptoribus, ut Cephas esse Petrus existimaretur hoc loco, Cepham postremum e tribus appellarunt: arbitrati nimirum, visum iri hoc loco gradatim crescere orationem; atque adeo Petrum esse Cepham illum, qui Jacobo primum, deinde etiam Joanni ipsi præstaret: quem (si quidem hic Apostolus est, ut credi volucre,) post Petrum constat, ut postea dicemus, postea semper appellari. Ex horum numero est incertus Auctor de Schematibus & tropis: qui ab aliis Beda, ab aliis esse Cassiodorus creditur. Nam sic iste hunc locum legit: *Jacobus, Joannes, & Cephas, dexteras dederunt mihi & Barnabæ societatis.* Sed de hujusmodi interpolationibus rursum dicturi sumus inferius.

§. 8.

Ex versu 9. Cum autem venisset Cephas Antiochiam. *Et* 13. Et simulationi ejus consenserunt ceteri Judæi, ita ut & Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem.

Cum prius dicat Apostolus, *Ut nos in gentes, ipsi autem in circumcisionem:* ac deinde subjungat: *Cum autem venisset Cephas Antiochiam:* hoc est aperte dicere, secundum pactum illud quod inierant, Cepham fuisse paulo post iter ingressum, ut Judæis extra Palæstinam Evangelium prædicaret; ac primo quidem Antiochiam venisse: neque alio tamen consilio, quam ut inde Galatas postea, Corinthiosque ipsos, (quam Paulus quoque viam postea ex eodem pacto convento institit,) inviseret ac doceret: idque ex eo perspicuum est, quod ad utrosque Paulus de Cepha scribit; de quo ad Ephesios, aliosve, nullum verbum facit. Atqui nec Galatas umquam certe Petrum invisisse valde probabiliter ex eo colligitur, quod in gemina Petri ad Galatas aliosque epistola, post multos annos scripta, ejus visitationis ne tenuissima quidem mentio est: Corinthum vero eumdem adiisse nullus probabilis auctor aperte prodidit: negat autem conceptis verbis Bruno Cartusianus in epist. 1. ad Corinth. cap. 1. Cephas igitur Petrus non est.

Sed & quem Barnabas non tanti faciebat, quanti ceteros qui vel a Jacobo venerant, vel Antiochiæ degebant, Judæos, laïcos homines, saltem plerosque; is profecto Petrus Apostolorum princeps esse non potest. Atqui Cepham illum, qui Antiochiam venisse a Paulo dicitur, qui simulationis ibi auctor fuit, cui Paulus idcirco in faciem restitit, Barnabas non tanti faciebat, quanti ceteros, qui vel a Jacobo venerant, vel Antiochiæ degebant, Judæos. Cephas ille igitur Petrus non fuit. Nam a quo tamdem abductus est Barnabas, (si quidem Paulo credimus, ut credi par est,) in pravam illam simulationem? Non Cephæ certe auctoritate, non ab eo, sed *ab eis:* ab his qui a Jacobo venerant, & a ceteris qui Antiochiæ essent, Judæis. Hos scilicet reverebatur is, qui non Cepham, sed consentientes ei Judæos, secutus fuisse perhibetur; nec Cephæ prius, aut potius, quam istis, consensit. *Et simulationi ejus consenserunt*, inquit Apostolus, *ceteri Judæi: ita ut & Barnabas duceretur AB EIS in illam simulationem. Ab eis*, inquit, non ab eo. Plus ergo eis, quam Cephæ, Barnabas tribuit; qui non hunc, sed istos; aut certe non hunc prius vel potius quam istos, secutus fuisse ab Apostolo ponitur.

Sed & magna quædam vis & significatio, (quam ἔμφασιν Græci vocant) in ea particula *&* videtur inesse: *ita ut & Barnabas.* Hoc est enim dicere; ita ut non modo Cephas, & Judæi ceteri, sed etiam is quem Petrus Barnabam, hoc est, filium consolationis appellavit; etiam is qui princeps doctorum & prophetarum Antiochensium fuit; etiam is qui fuit Apostolatus mei collega, & idem natu major quam ego; ut etiam is, inquam, talis ac tantus abriperetur *ab eis* in illam reprehensione dignam simulationem. Atqui hæc gradatio orationis potiorem esse personam illam denotat, quæ posteriore loco nominatur, quam quæ prius ponitur. Potior igitur Barnabas fuit quam Cephas: nec proinde Cephas Petrus fuit.

§. 9.

Ex versu 14. Dixi Cephæ coram omnibus: Si tu, cum Judæus sis, gentiliter vivis, & non Judaice.

Violavit deinde profecto Paulus præceptum Domini, jubentis apud Matth. cap. XVIII, 15. *Si peccaverit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum. . . . . Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum, vel duos. . . . . . Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ.* Graviter, inquam, Paulus peccavit, adversus illud Christi præceptum, qui non prius secreto, quam *coram omnibus* eum reprehenderit, quam de tanto crimine coarguendum putaret: Nec excusari omnino a peccato potest neglectæ legis, quam decet in correctione fraterna servari, qui talem ac tantum virum statim publice increparit; nisi id jure pro imperio præstaret, veluti in discipulos ac sibi subditos solent magistri facere. Jure autem ac pro imperio id fecisse credi merito potest, quoniam ab ipso Christo Domino Apostolatum accepit, si se ita gessit adversus aliquem, qui non fuerit pari honore auctus a Christo: secus, si adversus aliquem, qui æque atque ipse immediate a Christo accepisset Apostolatus gradum ac locum: longe vero minus venia dignum facinus fuerit, si adversus superiorem, cujusmodi certe Petrus fuit. Ergo quem Paulus ita reprehendit, ut restiterit ei statim in faciem & coram omnibus, hunc Petrum non esse, sed alium a Petro Cepham; qui nec fuisset ab ipso Christo Domino vocatus Apostolus, nec Princeps Apostolorum esset, vel ex eo etiam capite constare necesse est, quod is statim coram omnibus, nec prius remotis arbitris, ac privatim, reprehensus a Paulo est. Nam ad liberandum hac culpa Paulum, bis reprehensum fuisse Petrum a Paulo comminisci, primum quidem semotis arbitris, deinde quoniam id Petrus parvi penderet, iterum coram omnibus; unius Paschasii Quenellii somnium istud, nec ulla ratione nixum, & Apostolorum Principi insigniter injurium est.

Neque vero Paulus ob aliam causam, quam ne quis sibi crimini daret, quod neglecto legitimæ, quem diximus a Domino præstitutum, fraternæ correctionis ordine, coram omnibus Cepham reprehendisset; non aliam, inquam, ob causam, subinde se primarium quemdam, seu primæ classis Apostolum esse gloriatur; non quales vel Cephas quem reprehendit, vel socii ejus duo erant, Jacobus & Joannes. Sic enim præfatur initio: *Paulus Apostolus, non ab hominibus, neque per hominem*, ut Jacobus, & Cephas, & Joannes; *sed per JESUM Christum*, ut Apostoli olim duodecim; quorum propterea summa in ceteros, veluti Magistrorum in discipulos, auctoritas est. Et capite isto ipso secundo, versu 6. *Mihi qui videbantur esse aliquid*, Doctores siquidem Ecclesiæ ab Apostolis instituti, *nihil contulerunt.* Cui verissimæ de se prædicationi cum statim subjiciat Apostolus Cephæ reprehensionem a se factam; jure merito existimatur haud alio fine gloriari, ab ipsomet Christo Domino Servatore nostro Apostolum se fuisse constitutum, quam ut ostendat, idem sibi ac duodecim primis Apostolis jus propterea esse, palam quoslibet, ut Magistri discipulos solent, statim arguendi, si peccarint: Præsertim, si quid seu verbo seu facto doceant, quod sit contra Evangelii veritatem: cujusmodi fuit caput illud, quod suo fovebat exemplo Cephas, de circumcisione jungenda cum Christi lege. Nam ut hunc errorem ex Galatarum animis eripiat, unice incumbit in hac epistola Paulus. Quo in argumento cum totus versetur, præmitti ab ipso oportuit, quo jure Cephæ se opponat, & aperte quidem, ubicumque sic doceat.

Jam si scrupulosius singula Pauli verba perpendamus; ac si Paulo dicente Cephæ, *Si tu cum Judæus sis, gentiliter vivis;* Judæi ibi nomen, non modo religionis vocabulum, sed etiam gentis esse contenderimus, uti sæpenumero accipitur in sacris libris; quo quis istud demum argumento refellat? Aut qua quis ratione probet nonnisi religionis nomen, nomen istud esse hoc loco? Nulla certe. Atqui si gentis æque ac religionis nomen est, ut est persæpe in libris sacris,

eris, Petrus profecto Cephas non est. Nam Petrum gente Judæum non fuisse, sed Galilæum; non Angeli modo, qui Petrum cum ceteris hoc verbo compellarunt, *Viri Galilæi*, *Act.* I, II. non modo discipulus Pauli Lucas, qui Judæos Galilæis opponit, *Act.* 2, 7, 11. sed etiam Judæi illi agnovere, a quibus Petrus ipse audiit, *Marc.* XIV, 70. *Vere ex illis es: nam & Galilæus es.* Igitur ex his etiam Pauli verbis, quibus Cepham compellat, *Si tu cum Judæus sis*, forte colligi potest Petrum Cepham non esse; siquidem Petrus est Galilæus, non Judæus gente.

Quod si Cephas certe alter e discipulis est, quibus Emmaum euntibus Christus se conspiciendum præbuit; ut postea ostensuri sumus: certe Judæum ortu eum fuisse, non Galilæum, ex ipso situ civitatis illius, in tribu Juda, leucis tribus ab Hierosolymis versus occasum, & ex ipsorum ibi domicilio, manifestum est; & ex eo denique multo magis, quod *principes nostros* ii appellant principes populi Hierosolymitani, qui crucifixerunt Christum; *Luc.* XXIV, 20.

§. 10.

Ex ipsomet exordio epistolæ ad Galatas: Paulus Apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per JESUM Christum.

Eo spectare igitur Apostolus omnino videtur primis duobus capitibus epistolæ suæ ad Galatas, ut sua potius, quam Cephæ, sententia standum esse suadeat: quoniam Cephas, ut olim Antiochiæ, sic isto anno Christi LVIII. quo scribebat Paulus ad Galatas, ibi quoque cogeret Gentes Judaïzare. Hunc autem errorem abjiciendum, sibique potius parendum esse, quam Cephæ, probat ex eo, quod Evangelium ipse didicit, non ab hominibus, ut Cephas; qui quoniam Dominum JESUM post resurrectionem viderat, existimabatur a Galatis & a Corinthiis eo nomine ceteris, post Apostolos duodecim, Ecclesiæ Doctoribus, ac proinde Paulo ipsimet, præferendus. At Paulus se Evangelium didicisse gloriatur ab ipsomet Christo Domino, quem magistrum Cephas non habuerat. Hac autem laude se præstare Cephæ, primum probat, eo quod Hierosolymam non venit, nisi post annos tres a conversione & institutione sua: ac ne tunc quidem, nisi ut Petrum videret, scilicet Ecclesiæ Principem, & Christi Vicarium: & ut illum solum ex omnibus Apostolis summisque Ecclesiæ Doctoribus videret: tametsi & ex occasione etiam tunc Jacobum vidit: *Gal.* 1, 15, 16, 17, 18, 19 Deinde quia Ecclesiis Judææ ceteris, Ecclesiarumque pastoribus ignotus facie, albus an ater esset, tunc omnino fuit: *Gal.* 1, 22. Denique quia Hierosolymam postea non venit nisi post annos quatuordecim: quo tempore primum ei Cephas cognitus est, & ipse Cephæ: *Gal.* 2, 1, 7, 9. Qui tamen Cephas nihil Evangelicæ doctrinæ Paulo contulit, ut nec alii contulerunt; *Gal.* 2, 6. Sed cum Cepha tunc ipse pactionem confecit; quoniam ex iis esset, qui videbantur fidei columnæ esse; siquidem testimonium redderent resurrectionis Christi. Ergo Cephæ Paulus antecellit: quippe qui Evangelium non ab homine, sed a solo Christo Deo & homine perdidicerit: cum Cephas a Petro ceterisque Christi discipulis eruditus Hierosolymis fuerit per annos amplius sedecim, quibus ille ex ea civitate pedem fortassis non extulerat, ante pactum illud cum Paulo post annos quatuordecim ab istius conversione initum.

Nisi hæc Apostoli ratiocinatio est, non videntur aut ad rem pertinere, quæ de Cepha narrat, aut apte cohærere priora duo capita epistolæ ad Galatas cum sequentibus; in quibus conqueritur, esse apud ipsos, qui eos conturbarent, & cogerent circumcidi: *Gal.* v, 12. & VI, 12. quemadmodum utique Cephas olim Antiochiæ cogebat Gentes Judaïzare, *Gal.* 2, 14. aut etiam, ipso fortassis connivente, circumcisionem apertius prædicarent. Atqui neque istud faceret in Galatia Petrus, quod fecisse ibi Cephas videtur, quodcumque id fuit: neque se Petro Paulus præferendum esse contenderet hoc nomine, quod Evangelium a Christo didicit; cum ea laus saltem æque Petro conveniat. Ergo Cephas Petrus non est.

§. 11.

Ex verbis Pauli, 1. *Cor.* 1, 12. Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ.

Veniamus ad alia ex epistolis Pauli loca, & ex ceteris deinde sacris scriptoribus. Primum quidem, si quis hæc Apostoli verba, 1. *Cor.* 1, 12. ubi Corinthios sic loquentes inducit: *Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ:* aut ista, e capite III. versu 22. *Omnia enim vestra sunt, sive Paulus, sive Apollo, sive Cephas:* si quis hæc, inquam, cum istis conferat ex eodem capite III. versu 6. *Ego plantavi, Apollo rigavit, Deus autem incrementum dedit:* intelliget is statim, opinor, Paulum se primum ubique appellare, ac simul significare, potiorem se utroque illo altero, Apollo & Cepha, a Corinthiis existimandum esse: quippe qui *plantaverit*, cum Apollo tantum *rigaverit;* Cephas autem nec plantaverit, nec rigarit; aut certe dumtaxat rigaverit, ut Apollo. Nam propterea in hoc versu 6. cap. III. Cephas prætermittitur. Et alioqui ad commendandum Apostolatum suum, quem ab ipsomet Christo accepisset, semper se primo loco Paulus appellat, tamquam Apostolum primi ordinis, eoque nomine ceteris superiorem, qui secundi tantum essent; ut Apollo, Cephas, Silvanus, Timotheus, aliique. Et ad Corinthios dum scribit in hac ipsa epistola, cap. IV, 15. solum se fuisse Corinthiorum patrem gloriatur, qui per Evangelium eos genuerit: ceteros, Apollo, Cepham, similesque, pædagogos eorum dumtaxat fuisse, non patres, ut Paulus fuit. *Nam si decem millia pædagogorum habeatis in Christo; sed non multos patres. Nam in Christo JESU per Evangelium ego vos genui.* Quod si Cephas autem Corinthiis loco patris non fuit, sed solummodo pædagogi; eoque nomine tertio ac postremo tantum loco nominatur; Cephas certe Petrus non fuit: cum Petrum credi par sit fuisse omnium, ubicumque essent, præsertim vero eorum, quos vel adiisset ipse, vel litteris suis cohonestasset, Christianorum patrem.

§. 12.

Ex eo Pauli loco, 1. *Cor.* IX, 5. Sicut & ceteri Apostoli, & fratres Domini, & Cephas.

Est percelebris in eadem epistola locus, cap. IX, 5. *Numquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi, sicut & ceteri Apostoli, & fratres Domini, & Cephas?* Quid sit ibi autem *mulierem sororem circumducere*, non est hujus loci disserere: id abunde in nostris Adnotationibus ad hanc Pauli epistolam præstitimus: quas, cum Deus adjuverit, simul cum reliquis in Novum Testamentum Commentariis publici juris faciemus. Sed quis Cephas ille sit, nosse nunc plurimum interest. Hunc enim certe eumdem esse ac Cepham, de quo cap. XV. dicitur, *Et quia visus est Cephæ*, inter omnes convenit: quem cum Petrum esse multi (falso, ut quidem contendimus) opinentur; propterea hic quoque censent Petrum designari. Atqui Paulus clamat Cepham hunc non esse de ceteris præter se Paulum Apostolis; neque de horum numero magis ipsum esse, quam de

illis fratribus Domini, qui non essent Apostoli. Petrus autem certe de ceteris fuit præter Paulum Apostolis. Cephas igitur Petrus non est. Nam cum in Actis dicitur, cap. v, 29. *Petrus, & Apostoli:* innuit illa quidem oratio, Petrum quiddam eximium esse vel habere supra Apostolos: Apostolum tamen ipsum fuisse non negat. At si dixeris, „Paulus, & „ ceteri Apostoli, & scriptores sacri, & Timotheus: Timotheum negas fuisse Apostolum: quippe qui, cum *ceteros* dixisti, omnes qui eo censendi sunt nomine complexus esse videaris. Ergo cum Paulus dixit: *Ego & ceteri Apostoli, & fratres Domini, & Cephas;* Cepham omnino negat fuisse Apostolum, primi nimirum ordinis, qui fratribus ipsis Domini præponendi sint; & quo ex ordine esse se semper voluit credi Paulus: ac proinde Cepham esse Petrum negat. Tam certe negat fuisse Apostolum primi ordinis Cepham, quam fratrem Domini negat eumdem fuisse: cum ipsum post utrosque, hoc est, post Apostolos & Domini fratres, velut infra utrosque ponendum, appellet: quemadmodum sententia similis superius posita, tam ex Apostolorum, quam ex sacrorum scriptorum numero Timotheum expungit, & utrisque inferiorem exhibet.

§. 13.

Ex eo loco, 1. *Cor.* xv, 5. Et quia visus est Cephæ.

Neque vero Cephas ille, de quo sermo est, 1. *Cor.* xv, 5. *Et quia visus est Cephæ, & post hoc undecim:* idem est ac Simon, de quo apud Lucam legitur, cap. xxiv, 34. *& apparuit Simoni.* Nam Christus resurgens visus est Cephæ, priusquam discipulis undecim: Simoni autem visus non est, priusquam ceteris discipulis: Ergo Cephas Simon non est. Quod enim dicitur apud Lucam, *& apparuit Simoni,* non hunc sensum habet, æque tunc visum fuisse Simoni Dominum, atque Magdalenæ primum, & postea undecim. Cum enim adsignari certo, ac ne verisimiliter quidem possit, quo tempore vel puncto temporis visus sit Petro Christus, antequam Apostolis ceteris videndum se præberet; quin etiam cum ex silentio Evangelistarum, aliisque argumentis, ostendi possit, non visum fuisse a Petro Christum, priusquam a ceteris; haud temere nobis videmur arbitrari, verbum *apparuit,* hoc quidem loco, non ad Christum referri, sed ad verbum *surrexit:* ut non Christus Petro dicatur, sed ejus resurrectio apparuisse, hoc est, persuasissima fuisse, ex quo corpus Christi in monumento non reperisset, sed sudarium tantum & linteamina posita. Sic verbum illud fere accipitur, Gen. xxxvii, 20. *Tunc APPAREBIT quid illi prosint somnia sua.*

Sed sit ista, si lubet, mera conjectatio, sit inanis, sit falsa: fac ita tunc apparuisse Petro Christum, ut oculis etiam ipsis conspiciendum se præbuerit: at quandoquidem alium esse Cepham a Petro, aliis quæ protulimus constat argumentis; quo quis tandem documento probabit, Cepham, cui visum fuisse Christum Paulus testatur, potius Simonem seu Petrum fuisse, quam socium Cleophæ: cum utrique Christum, in illa quidem hypothesi, apparuisse constet, priusquam *undecim* Apostolis appareret: & omnino fieri possit, ut de Simone quidem Lucas sit locutus, Paulus autem de socio Cleophæ, quem Lucas non nominaverit? Sic enim & Jacobo, & quingentis fratribus, visum Christum fuisse narrat ille, quod utrumque Lucas prætermisit. Præsertim vero cum ad Corinthios Paulus scriberet, quibus notissimum esse commendatissimumque Cepham sciret; vix potuit magis idoneum testem resurrectionis iisdem proferre, cui adstruendæ Apostolus maximopere incumbit in ea epistola, toto capite xv. in quo Cepham testem allegat. Nam quod Lucas, qui Cleopham appellavit, Cepham de nomine non designavit; numquam istud idcirco factum esse crediderim, quod nomen ejus ei lateret; neque enim latere ei potuit: sed quod potius Judaïzantem, & a Pauli doctrina desciscentem, Lucas qui Paulum ut Magistrum Ecclesiarum audiri præ Cepha vellet, hunc minus dignum esse censuit, cui tale beneficium contulisse Christus diceretur in Evangelio. Unde neque Ecclesia hunc Cepham, sive Cleophæ socium, ullo colit honore: cum tamen Cleophas in Martyrologio honorifice appelletur, die xxv. Septembris.

Denique neque qui primi Concordantias locorum, ut appellant, apposuerunt in margine Bibliorum, quamquam sæpe quidem perperam, præter voluntatem certe summorum Pontificum; neque qui sunt hos secuti, Lovanienses Doctores, quantumvis omnibus Augustini opinionibus ceteroqui addictissimi: neque alii deinceps, qui Biblia sive Latina, sive in Gallicum sermonem conversa, ediderunt; ausi sunt ad hunc locum, 1. *Cor.* xv, 5. *& quia visus est Cephæ,* adscribere in margine hæc verba, *Luc.* xxiv, 34. nempe ubi ista leguntur, *& apparuit Simoni:* sed alterum omnino locum in alterius loci margine indicare usque ad hunc diem omnes reformidarunt. Nemo scilicet ex ipsis adhuc existimavit, certo constare, hunc Cepham, de quo sermo est 1. *Cor.* xv, 5. esse Simonem illum, de quo agitur apud Luc. xxiv, 34. Ergo censuerunt iidem, nihilo magis certo constare, Cepham, de quo Paulus loquitur, *Gal.* 2, 9, 11, 14. eumdem esse ac Simonem illum, qui Petrus ipse est. Nam Cephas certe est idem in 1. *Cor.* xv, 5. & in Gal. 2, 9, 11, 14.

§. 14.

De eo loco Joan. 1, 42. Intuitus autem eum JESUS, dixit: Tu es Simon filius Jona: tu vocaberis Cephas: quod interpretatur Petrus.

Mirifica igitur est eorum allucinatio, qui a nobis dissident, existimantium ex his verbis Evangelistæ; *Intuitus autem eum JESUS, dixit: Tu es Simon filius Jona: tu vocaberis Cephas: quod interpretatur Petrus:* fas sibi esse, inquam, existimantium ex his colligere, ubicumque Cephas legitur, non alium nisi Petrum intelligi oportere. Est quidem Cephas, *petra, rupes;* ab Hebræo כף *petra;* quod nomen occurrit in Job. xxx, 6. & Jerem. iv, 29. addentibus Syris more suo א: unde fit כיפא: quod est & Caiphas, ut in Commentariis nostris ad Joannem diximus. At cum sacer scriptor ipse subjungat, *quod interpretatur Petrus:* quo istud ille demum consilio subjecit, nisi ut admoneret, non esse hanc Christi sententiam, fore ut Cephas Syriace Simon ubique vocaretur; sed pro varietate regionum, nunc ista, nunc altera voce eamdem vim habente, ac proinde Πέτρος apud Græcos, apud Latinos *Petrus,* apud Gallos *Pierre,* apud Hispanos *Pedro?* Nam & illam ob causam dixit Matthæus, cap. x, 2. *Primus Simon, qui dicitur Petrus,* non Cephas. Pro reverentia certe, ut ita loquar, sermonis Syriaci, quo Christus est usus, Cephæ nomen ibi commemorari potuit a Joanne, cui propterea moris fuit Hebraïcum sive Syrum sermonem anteponere ceteris. Unde & titulum crucis, quem Lucas retulit scriptum fuisse *litteris Græcis & Latinis & Hebraïcis,* Luc. xxiii, 38. dicit ipse fuisse scriptum *Hebraice, Græce, & Latine,* Joan. xix, 20. Sed tamen semel dumtaxat Cepham Joannes ipse dixit; ne quis existimaret statuisse Christum, ut illo ubique appellaretur Syriaco nomine. Nam si Christus Dominus sic statuisset, cur postea semper Joannes idem ipse in Evangelio, hoc est, omnino tricies, Petrum dixit, aut Simonem Petrum: numquam vel Cepham, vel Simonem Cepham? Cur Mar-

Marcus scripsit, neglecto Cephæ nomine, *Et imposuit Simoni nomen Petrus?* Cur Matthæus etiam, ubi verba similia ipsiusmet Christi Domini, refert, *Tu es Petrus*, scripsit; non, Tu es Cephas? Cur Lucas in Actis & in Evangelio ne semel quidem Cepham, sed Petrum semper appellat? Nisi quod omnes nimirum intellexere, hanc Christi Domini mentem fuisse, ut ab his qui Græce vel Latine loquerentur, Πέτρος vel *Petrus* diceretur, voce idipsum significante, quod Cephas Syriace.

Denique Petrus ipse in epistolis suis semper se Petrum vel Simonem Petrum appellat, numquam Cepham. Quod si Cephas nuncupandus fuit, ob illud vaticinium, *Tu vocaberis Cephas*; quando istud tamdem servari oportuit, si non statim? A quibus autem, si non a scriptoribus Evangeliorum, & Actuum Apostolorum; ac si non ab ipsomet Petro in suis epistolis? Atqui a nemine istorum vel semel vocatus est Cephas, sive Latine scripserit, sive Græce. Cur ergo a Paulo sic vocaretur? Cur a Paulo uno ex omnibus? Cur ab eo ipso, postquam Petrum proxime ter appellasset? Cur scribens ad Galatas, ad quos cum scriberet ipse Petrus, se Petrum dumtaxat appellavit, aut Simonem Petrum? Cur qui etiam Hierosolymis & in Judæa, a Latinis utique Græcisque hominibus, Petrus appellabatur, ut testes sunt scriptores sacri in Evangeliis & in Actis; Cephas ille appellaretur, sive Antiochiæ, sive in Galatia; quibus in locis sermo illis temporibus, id quod nummi antiqui innumeri docent, nonnisi Græcus fuit? Cur Cepham Corinthii Syriaco nomine appellarent, non potius Latino Petrum, siquidem hunc vellent intelligi; cum colonia Romana Corinthus Latine loqueretur; ac propterea Paulum iidem, non Syriace Saulum dicerent? 1. *Cor.* 1, 12. *Ego quidem sum PAULI, ego vero Apollo, ego vero CEPHÆ.* Ergo diversus ille a Petro Cephas existimandus est, qui apud Græcos etiam, quales fuere Antiocheni & Galatæ; Latinosque, quales eo ævo Corinthii, Syriacum nomen semper retinuit, *Cephas*.

Illud nimirum scriptores sacri consultissime consideraruut; oportere summum sacrorum in universa Ecclesia Antistitem, Latinæ Græcæque formæ vocabulo Græcis Latinisque innotescere, non peregrinæ: quoniam Romæ Sedem Apostolicam dominaturam in primis Latinis hominibus & Græcis, nutu ac jussu Christi designasset. Non sic autem interesse, ut omnibus notus alio quam suæ linguæ peregrinæ nomine esset is, qui post aliquam in orbe Romano peregrinationem esset ad suos Syros reversurus, si vellet.

Sed quorsum aliis argumentis ac probationibus utimur, cum sacer scriptor Joannes Evangelista perspicue hoc ipso loco admoneat, numquam Cephæ nomine Petrum postea designari in sacris voluminibus? Nam si eum quidem, qui hunc proxime antecedit, versum alterum simul contemplemur, & cum isto conferamus; ex eo res fit plane aperta & manifesta. *Invenit hic*, Andreas scilicet, inquit Evangelista, *primum fratrem suum Simonem, & dixit ei: Invenimus Messiam: QUOD EST INTERPRETATUM CHRISTUS. Et adduxit eum ad JESUM. Intuitus autem eum JESUS dixit: Tu es Simon filius Jona: tu vocaberis Cephas: QUOD INTERPRETATUR PETRUS.* Annon est istud aperte dicere, quemadmodum in libris sacris, sive Græce scribantur, sive Latine; & in sermone hominum, qui Græci quidem sint vel Latini, cum de Servatore nostro sermo est, numquam ille Hebraico Messiæ vocabulo designatur; sed altero dumtaxat, quod Messiam tamen significat; nempe Latino *Christi*, vel Græco Χριστοῦ nomine; sic etiam Simonem numquam in sacris libris, sive sint Græce scripti, sive Latine; numquam in sermone hominum, qui Græci quidem sint, vel Latini, Cepham appellari; sed altero tantum, quod Cepham tamen significet, quamquam non iisdem litteris syllabisque; *Petri* nimirum Latino, vel Græco Πέτρου nomine? Ergo hic ipse locus, quo quidam ex adversariis fortassis abutuntur, ut suadeant imperitis, Petrum Apostolum in divinis libris Cepham interdum appellari, mirifice facit contra ipsos: siquidem is invicte suadet, non magis Cepham ab his qui Latine vel Græce sacros libros ederent, appellandum umquam Petrum fuisse, quam ab iisdem Servator noster Messias est appellatus, quem pro Messia semper Christum appellarunt.

Curæ fuit igitur sacris Scriptoribus Novi Testamenti, quoniam Græce omnes vel Latine scripsere, atque adeo in gratiam præsertim eorum, qui Græce vel Latine intelligerent, primarios Evangelii præcones illis designare nominibus, quibus hi vellent Græcis Latinisque hominibus ipsorum lingua innotescere. Ac proinde oportuit iisdem semper ipsos nominibus designari; ut nonnisi Petrum vocarent, quem vellent Petrum intelligi, sive Episcopum Ecclesiæ Catholicæ. Qui ergo a Paulo Cephas appellatur, is Petrus non est.

Observavere illud autem primarii ipsi Evangelii præcones, ut nomen Latinum Græcumve quod assumerent, ejusdem cum Syriaca sua primaque appellatione significationis esset. Neque enim in aliis tantum nominibus, quæ vel Joannes vel Lucas interpretantur, ut nunc de ceteris sileam, eadem Hebraïcæ, sive Syriacæ, atque Græcæ vel Latinæ vocis significatio est: quemadmodum de nominibus *Bethsaida*, *Gabbatha*, & *Golgotha*, diximus in Commentariis nostris ad Joannem: verum etiam, ac multo magis in nominibus virorum propriis. Nam & quod *Cephas* Syriace, hoc Latine *Petrus* est: unde factum postea Græce Πέτρος: Et quod Syriace *Saulus*, hoc ipsum est Latine *Paulus*: unde & Græce postea Παῦλος. Neque enim, ut vulgo creditur, Sauli nomen est ab Hebræa origine שאול; quod nomen est primi Hebræorum regis: sed a שעל quod pugnum significat; & translate id etiam, quod est adeo exiguum, ut pugno possit contineri: unde & pugilli ei nomen est: quemadmodum apud Latinos & Francos ejusdem originis est pugnus *poing*: & pugillus, *poignée*. Unde etiam משעול exigua & angusta semita est, qua nonnisi unus homo possit vestigium ponere. Est igitur שעל (quam radicem Paulus spectavit, cum nomen mutaret;) exiguum & pusillum quiddam: quod Latini veteres *paulum* dixere: unde Pauli cognomen.

Quod si qui Saulo mutatum a Deo nomen fuisse in Paulum dixere, atque adeo Sauli & Saulis regis eamdem significationem esse, ac diversam a Paulo; si istud, inquam, excogitavere aliqui eo consilio, ut hac quoque parte par Paulus esset unico (ut Catholici credunt) Ecclesiæ capiti; quem Petrum pro Simone ipse Christus appellari jussit; quis non istos Petri hostes esse censeat, ac vel isto uno nomine deferendos? Cum præsertim Paulum sibi ipsummet nomen istud imposuisse constet, anno Christi tantum XLVI. post conversionem suam duodecimo: quo anno scilicet, ut narratur in Actis, cap. XIII, 3. missus est ad prædicandum Gentibus, Græcis, Latinisque.

Utriusque autem, Petri, inquam, & Pauli, oportuit esse nomen Latinum, quoniam a Latinis potissimum debuit uterque agnosci: Petrus quidem, ob summam in Ecclesia potestatem, designatamque Urbem Romam in sedem summi Christianorum Pontificis, Dei & Christi jussu: Paulus autem, ob Evangelii prædicationem in toto orbe Romano; & ob epistolas, quas tum ad Romanos, tum ad Corinthios & Philippenses, scribi Latine oportuit, quoniam coloniæ eæ Romanæ essent, Latinique proinde sermonis. Est enim *Petrus* æque nomen Latinum, ac

Petreius, ac *Petronius*; quæ ex illo deducta jure merito exiſtimantur. Apud Græcos certe profanos ſcriptores nullus omnino Πέτρος eſt, nullus Πετρώνιος aut Πετρήϊος, niſi Romanus ac Latinus. *Paulus* autem, quin ſit Latinum cognomen Æmiliæ, Corneliæ, Sergiæ, alteriuſque fortaſſis familiæ Romanæ, ambigit nemo. Græci certe ſcriptores Παῦλον nullum exhibent, quin ſit homo Romanus. Ergo quæ cauſa Paulum ſemper vocari Paulum, numquam Syriace Saulum ſuaſit; eadem, aut fere ſimilis effecit haud dubie, ut Petrus ſemper Petrus, numquam Syriace Cephas aut Simon appellaretur, extra Palæſtinam.

Qui vero ex Apoſtolorum numero ſolis fuere Græcis hominibus cogniti, non etiam Latinis, horum nomen alterum fuiſſe Græcum ſacri ſcriptores prodiderunt. Sic Joan. XI, 16. & XX, 24. *Thomas, qui dicitur Didymus*: & XXI, 2. *Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanaël, qui erat a Cana.* Eſt enim Græce Δίδυμος hoc ipſum, quod Hebræum ſive Syriacum תאומא. Appoſitum autem Græcum nomen ab Evangelii ſcriptore fuiſſe idcirco arbitramur; quoniam non ut ceteri Apoſtoli decem, lingua Syri, Syriace tantum Evangelium Thomas prædicaret Judæis, verum etiam Græce Græcis in Palæſtina commorantibus; quibus proinde Græco nomine innoteſcere eumdem oportuit. Neque enim afferri alia poteſt cauſa probabilis, quamobrem quo Thomas Græce nomine diceretur, Joannes indicaret potius, quam quo Nathanaël, qui Græce eſt Θεόδοτος, Latine *Adeodatus*.

Similis de Tabitha ratiocinatio eſt, de qua Lucas in Actis, cap. IX, 36. *In Joppe autem fuit quædam diſcipula, nomine Tabitha, quæ interpretata dicitur Dorcas.* An enim valde intererat noſſe legentes, aut vero dignum fuit ſacro ſcriptore adnotare, quæ vis hujus nominis Syriaci eſſet? Minime ſane: ſed quo nomine a Græcis Latiniſque ibi degentibus vocaretur, diſcipula ob eleemoſynas cognita utriſque, ab homine ſcribente Græce vel Latine, pro Latinis proinde vel Græcis hominibus, neceſſe fuit indicari. Unde autem Tabitha derivetur, ne digrediamur longius a propoſito, Commentarii noſtri in Acta docebunt. Sed de Cephæ & Petri nominibus dictum hactenus abunde eſt: ad Jacobum veniamus, qui cum Cepha jungitur.

§. 15.

De Jacobo, qui Cephæ ſocius.

Quod ſi quis etiam, Jacobus Cephæ ſocius quis fuerit, conſiderarit; is Cephas quis fuerit, minime dubitabit. Non fuit ille certe ex Apoſtolis primi ordinis, ſive ex illis duodecim, quos Chriſtus Dominus ipſe allegit inter Apoſtolos. Ergo nec Cephas, qui eidem ſubjungitur, Petrus fuit. Nam in ſacris litteris Novi Teſtamenti Jacobi duo dumtaxat, præter iſtum, exſtitiſſe leguntur; & ambo fuere ex Apoſtolis duodecim: alter Jacobus Zebedæi filius, frater Joannis: alter Jacobus minor appellatus, Alphæi filius, idemque frater Domini. At is qui Cephæ ſocius hic adjungitur, neque eſt Jacobus frater Joannis; nam hunc Herodes occidit, annis ſex ante hanc quæſtionem, nempe anno Chriſti XLIII. Neque eſt etiam Jacobus Alphæi. Nam primo quidem cum Paulus Jacobum hoc ſecundo capite epiſtolæ ad Galatas ſcriptæ bis appellet; neque umquam aut Apoſtolum aut fratrem Domini, ut capite primo; haud obſcure ſignificat hunc eſſe diverſum ab illo. Deinde Jacobus ille, qui cum Cepha jungitur, is eſt de quo mox idem Paulus ait, verſu 12. *Prius enim quam venirent quidam a Jacobo, cum gentibus Cephas edebat; cum autem veniſſent, ſubtrahebat & ſegregabat ſe, timens eos qui ex circumciſione erant.* Hoc eſt autem dicere, Jacobum iſtum ex illis fuiſſe, qui cum incircumciſis, quamlibet Chriſtianis, edere Judæos nollet: ſiquidem Cephas eos reformidans, qui eſſent ab illo docti & inſtituti, ſegregabat ſe a Gentibus. Atqui Jacobus frater Domini, & idem Apoſtolus, in contraria prorſus ſententia fuit, quam ipſe prolixe exponit, *Act.* XV. verſu 13. & conſequentibus. Non eſt igitur Jacobus ille Cephæ ſocius idem ac Jacobus minor, qui & Apoſtolus & frater Domini fuit.

Neque enim in Concilio Hieroſolymitano dumtaxat, ſed & ante ipſum fuere in ea ſententia Apoſtoli omnes, & ſeniores Judææ, a Petro edocti, poſt Cornelii Centurionis baptiſmum, qui ante annos decem factus fuerat. Unde ex Concilio Hieroſolymitano ſcribunt iidem ad Antiochenos, diſplicuiſſe ſibi vehementer eos, qui etiam ante Concilii definitionem convictum cum Gentibus refugiſſent. *Audivimus*, inquiunt, *quia quidam ex nobis exeuntes*, (hoc eſt, ex his qui in Judæa nobiſcum degunt; non a nobis, ſed a nonnullis zelum habentibus, non ſecundum ſcientiam; *a Jacobo*, ſimilibuſque;) *turbaverunt vos verbis, evertentes animas veſtras, quibus non mandavimus*: *Act.* XV. 24. Jacobus ille igitur, Cephæ ſocius, contrarii dogmatis propugnator, non eſt Jacobus Apoſtolus. Niſi forte placet Petri accuſatoribus, ejuſdem inconſtantiæ Jacobum arguere, qui poſt rem etiam Hieroſolymis definitam, miſerit diſcipulos Antiochiam, qui ſecus agerent, agendumque defenderent. Profecto enim, cum Paulus dicit, *a Jacobo* qui venerant, cauſam eos attuliſſe turbarum, ac tumultus; Jacobum ſimul ipſum, a quo venerant, veluti auctorem fautoremque illius factionis, haud obſcure improbat & accuſat.

Neque vero hic ſolummodo mentio iſtius Jacobi eſt in ſacris libris. Ille ipſe eſt, de quo idem Paulus, 1. *Cor.* XV, 7. *Deinde viſus eſt Jacobo.* Neque enim iſte, tametſi vulgus ſic credit, frater Domini eſt: ſed alter iſte, cujus in hac quoque epiſtola ad Galatas Paulus meminit, & quem cum Cepha ac Joanne conſociat. Nam ſi frater Domini Jacobus ille foret, hoc ille titulo hic æque deſignaretur a Paulo, atque in epiſtola ad Galatas, cap. I, 19. Deinde quorſum ei ſejunctim a ceteris Apoſtolis tanto poſt intervallo Chriſtus appareret, quam undecim ſimul viſus eſt, quorum e numero ipſe fuit? Nam poſt menſem circiter ab illa apparitione hæc contigit, ut ex ordine apparet, quem diligenter obſervat in narrando Paulus, 1. *Cor.* XV, 5. *Et quia viſus eſt Cephæ, ET POST HOC undecim. DEINDE viſus eſt plus quam quingentis fratribus ſimul: ex quibus multi manent uſque adhuc, quidam autem dormierunt: DEINDE VISUS EST JACOBO: Deinde Apoſtolis omnibus. Noviſſime autem omnium tamquam abortivo, viſus eſt & mihi.* Sed ſi Chriſtus poſt menſem tantum Jacobo ei apparuit, qui frater Domini appellatur; quorſum ea apparitio hic commemoratur a Paulo, cum numerus ex illa non creſcat teſtium, in quo tamen numero adſtruendo unice hic laborat? Neque enim hoc loco apparitiones Chriſti ſingulas recenſet: alioqui plures, aut certe præcipuas dicendus eſſet omiſiſſe, quas ceteri commemorant ſcriptores ſacri: ſed teſtes ſolummodo diverſos enumerat. Quo narrandi modo complexus eſt ingenioſo artificio omnes Chriſti apparitiones factas iis, qui poſſent eſſe deinde teſtes idonei reſurrectionis. Nam Chriſtum appariſſe refert, primo, Cephæ, quo die & Cleophæ: 2° Apoſtolis undecim: 3° quingentis fratribus ſimul: 4° Jacobo, qui unus e diſcipulis: 5° Apoſtolis omnibus; hoc eſt, non ſolis undecim, ſed & aliis præter iſtos, qui eſſent ſecundi ordinis, Apoſtoli: inter quos Joannes fuiſſe videtur, cognomento Marcus: idque eo die, quo Chriſtus eſt, aſſumptus in cælum. Neque aliis reipſa viris, præter iſtos, Chriſtus apparuit. Itaque ad illa quinque capita

pita universas illas Christi apparitiones Paulus admodum ingeniose revocavit. Sed ista, quæ est facta Jacobo, ut quidem ex ordine intelligitur, quem accurate ac diligenter a se observari testatur Apostolus, his particulis, *post hoc*, & *deinde*, subinde positis; postremam illam, quæ die ipso Ascensionis contigit, & quinto loco hic recensetur a Paulo, proxime antecessit.

Quod si Jacobus iste frater Domini esset, de quo apocryphum Evangelium, secundum Hebræos appellatum, hæc refert, statim post resurrectionem Salvatoris, teste Hieronymo in Catalogo virorum illustrium, cap. 2. *Dominus autem cum dedisset sindonem servo sacerdotis, ivit ad Jacobum, & apparuit ei. Juraverat enim Jacobus, se non comesturum panem ab illa hora, qua biberat calicem Domini, donec videret eum resurgentem a dormientibus. Rursusque post paululum: Afferte, ait Dominus, mensam & panem, statimque additur: Tulit panem, & benedixit, ac fregit, & dedit Jacobo Justo, & dixit ei: Frater mi, comede panem tuum, quia resurrexit Filius hominis a dormientibus.* Si Jacobum, inquam, istum Paulus hoc loco intelligeret, apparitionemque Christi tunc illi factam, si credimus; mirifice tempora perturbasse Paulus dicendus esset: qui primam omnium apparitionem in quartum locum conjecisset, ac post mensem integrum, quam reipsa contigit.

Prætermissa hæc autem a Luca & a ceteris Evangelii scriptoribus, apparitio facta Jacobo, Joannis & Cephæ socio, non alia ex causa videtur, quam quæ Lucam impulit, ut Cephæ nomen reticeret. Quoniam videlicet hi nollent eos suis commendare scriptis, quos nec vituperare fas esset; quoniam testes resurrectionis Christi essent; nec laudare, quoniam in eam viderentur subinde propendere sententiam, quæ gentes statueret circumcidi oportere, etiam postquam Petrus aliter statuisset: idcirco utriusque nomen, beneficiumque ambobus a Christo collatum, sacri scriptores, præter Paulum, pressere silentio.

Sed fac demum Jacobum, qui hic a Paulo commemoratur his verbis, *Jacobus, & Cephas, & Joannes*, ipsum Apostolum, ipsum fratrem Domini esse: quod nos tamen longissime abesse a vero putamus: sed fac ita esse: Cephas certe, qui huic ipsi postponitur, Petrus esse non potest. Nam cur ei Petrus isto secundo hujus epistolæ capite adeo contemptim postponeretur, quem tam honorifice eidem Jacobo in primo ejusdem epistolæ capite præposuerat? Gal. I, 18. *Deinde post annos tres veni Hierosolymam videre Petrum, & mansi apud eum diebus quindecim: alium autem Apostolorum vidi neminem, nisi Jacobum fratrem Domini.* Nam quod Estius primum, deinde & Paschasius Quenellius censuit, hoc nominum situ & ordine, *Jacobus, Cephas, & Joannes*, jus adstrui Episcopo in sua diœcesi cuilibet, ipsum etiam Petri successorem, summum Pontificem, in consessu præcedendi; id, ut levissime dicam, plane schismaticum est. In Actis denique Apostolorum, cap. I, 13. ubi Apostolorum nomina recensentur, qui erant Hierosolymis, Jacobus Alphæi nonnisi octavus a Petro ponitur: cur ergo hic præponeretur Petro?

§. 16.

De Joanne, qui Cephæ socius a Paulo adjungitur.

Superest Joannes ille, qui tertio loco appellatur a Paulo, dum dicit, *Jacobus, & Cephas, & Joannes.* Hunc autem non esse Evangelistam, fratrem Jacobi, filium Zebedæi, simili ex causa debet esse extra controversiam. Enimvero si is esset, hunc oporteret post Petrum primo loco positum, secundo statim loco subjungi. Nam Petrus quidem semper primus est. *Primus, Simon qui dicitur Petrus*, Matth. X, 2. Postquam autem Joannes supra pectus Domini in cœna recubuit, ex illo semper ille secundus a Petro, & idem individuus Hierosolymis Petri comes fuit. Unde in Actis, cap. I, 13. *Petrus & Joannes, Jacobus & Andreas*, &c. Scribere igitur Paulum hoc loco similiter oportuisset; *Petrus, & Joannes, & Jacobus:* non uti scripsit, *Jacobus, & Cephas, & Joannes.* Est hic Joannes igitur ille, qui cognominatus est Marcus, *Act.* XII, 12. quem Saulus & Barnabas habebant in ministerio, *Act.* XIII, 5. Barnabæ consobrinus, *Coloss.* IV, 10. qui Saulum & Barnabam in Pamphylia dimiserat, redieratque Hierosolymam anno Christi XLVI. ex *Act.* XIII, 13. & XV, 38. Et is haud ægre Barnabæ dexteram societatis dedit, quippe consobrino suo.

Nec tamen immerito de his ipsis tribus, Jacobo, Cepha, & Joanne, quamvis Apostoli primæ classis non essent, Paulus aiebat, *Qui videbantur esse aliquid, Qui videbantur columnæ esse.* Nam digna hoc elogio constans ac firma eorum fides fuit; indefessusque ardor reddendi testimonium de resurrectione ac divinitate Christi. Quamobrem & de horum similibus dicitur, Apoc. III, 12. *Qui vicerit, faciam illum COLUMNAM in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius.* Ubi *columnam* Prædicatorem Berengaudus exponit, qui est inter opera Ambrosii.

§. 17.

Quis sensus Ecclesiæ Romanæ & Catholicæ sit, de Cepha qui reprehensus a Paulo est.

At secus sentiunt, inquiet aliquis, Hieronymus, Augustinus, aliique bene multi. Sed quis ignorat, in qualibet quæstione, facti præsertim, deseri posse absque metu, quoscumque deserit, deseruitque semper sancta Romana & Catholica Ecclesia: nec posse modo deseri, sed & ita fieri a nobis oportere? Atqui ex eo sunt numero in hac controversia illi ipsi. Nam horum illa sententiam deserit, deseruitque semper, quorum præcipuum illius tuendæ, atque adeo unicum, argumentum rejicit, ac semper rejecit. Neque enim potuere illi in eam abire sententiam, quam defendunt, quin in epistola Pauli ad Galatas legerent, uti reipsa legunt, versu quidem 9. *Petrus, & Jacobus, & Joannes.* Deinde versu 11. *Cum autem venisset Petrus Antiochiam, in faciem ei restiti.* Denique versu 14. *Dixi Petro coram omnibus.* Atqui hanc lectionem, quæ fundamentum est hujus sententiæ unicum, numquam admisit, sed semper respuit ac repudiavit, atque etiamnum repudiat Romana Ecclesia. Illorum igitur opinionem hoc uno nixam fundamento constantissime semper repudiavit Ecclesia: quod & etiamnum facit. Nunc enim certe severe vetat his tribus in locis, ac vel in uno eorum, legi *Petri* nomen: Cepham ubique scribi ac legi imperat: & quidem versu 9. inter Jacobum & Joannem, veluti Jacobo (quisquis Jacobus ille est) minorem atque inferiorem. Et quantumvis dicatur Hieronymus Novum Testamentum Græcæ fidei reddidisse; & in illa sua interpretatione Latina legat ubique *Petri* nomen, uti proxime repræsentavimus; hanc tamen ipsius versionem Romana & Catholica Ecclesia, hac saltem parte, neglexit ac negligit; Vulgata editione prælata, quæ ipso est Hieronymo vetustior, nec *Petri* nomen in hac narratione disceptationis Pauli cum Cepha, usquam habet. Romana igitur & Catholica Ecclesia nec umquam admisit, nec admittit adhuc, sed e diverso constantissime abjecit opinionis illius fundamentum unicum, veluti falsum, & divinis litteris contrarium ac repugnans.

Vulgatam enim editionem, saltem quatenus Cephæ

phæ nomen in hac narratione ubique præfert, vetustiorem Hieronymo ipso esse, & Eusebius testis est, & ipsemet Hieronymus. Nam quod de Clemente Alexandrino refert Eusebius, ut postea dicemus, hoc iste de aliis nonnullis narrat his verbis, in Commentariis nimirum in caput 2. epistolæ ad Galatas: *Sunt qui Cephan*, inquit, *cui hic in faciem Paulus restitisse se scribit, non putent Apostolum Petrum, sed alium de* LXX. *discipulis isto vocabulo nuncupatum.* Atqui hoc est aperte & ingenue confiteri, ante ipsummet Clementem Alexandrinum, hoc est, ante tertium Ecclesiæ sæculum in Græcis etiam Ægypti codicibus, legisse nostræ sententiæ defensores, in ipso Pauli textu, nec uno tantum loco, sed in tribus ipsis locis quos attulimus, Cephæ nomen, ubi Hieronymus *Petri* nomen habet. Nam si *Petri* nomen vel semel in hac narratione, hoc est, vel in uno e tribus istis locis, recepta tunc editio exhiberet; profecto neque quisquam adeo desiperet, ut alium, quam Petrum, ubique intelligeret: & si quis nihilominus adeo deliraret, tametsi scriptum Petri nomen esset; convinci eum ab Hieronymo hoc uno argumento oportuit; quod cum *Petrus* aperte nominetur in una parte aliqua narrationis istius, perspicuum est, non de alio sermonem esse in narratione integra, quam de Petro, posse. Id vero cum ille facere ausus non sit, certissimo istud argumento est, negare eum minime potuisse, Latina saltem exemplaria pleraque solum Cephæ nomen in hujus rei gestæ expositione exhibere. Et vero mirari subit, quæ Hieronymum causa permoverit, ut scriberet in Commentariis; *Sunt qui Cephan, cui hic in faciem Paulus restitisse se scribit:* cum ipse in textu non *Cephan*, sed *Petrum* scripserit: *Cum autem venisset Petrus Antiochiam, in faciem ei restiti.* Quod fieri ab eo certe non potuisse videtur, nisi quoniam ipse agnosceret, se a plerisque, saltem Latinis, & ubique receptis exemplaribus, quæ *Cepham* haberent, ubi Petrum ipse pro Cepha scriberet, diffidere.

§. 18.

De Græcis codicibus, in quibus Πέτρ⊕ pro Κηφᾶς legitur.

Unde ergo primum falsa hæc nata opinio est? Unde tantopere hic error invaluit? A Doctoribus quidem quibusdam Catholicis, dum essent ad alia fortassis intenti, tunc susceptus error ille præpropere potest videri, cum in depravatos aliquos epistolæ ad Galatas scriptæ Græcos codices (quos existimarent esse primigenios) incidissent: Ab hæreticis autem avide est alacriterque semper arreptus, ob odium immane, ut dixi, quod adversus Apostolicam sedem genus illud hominum omni ævo gessit. Nam ut de veteribus sileam; ut Genevenses etiam ipsos omittam; qui ubi Paulus scripsit, *Cum autem venisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restiti;* ne Petrus ibi non intelligatur, pro Cepha Petrum ponunt: *Et quand Pierre fut venu à Antioche.* Et iterum versu 14. *Je dis à Pierre devant tous.* Sed ut hos omittam, cur horum simiæ Montenses, amabo, scripsere pariter; *Pierre étant venu à Antioche:* & mox, *Je dis à Pierre devant tout le monde:* nisi quia utrosque idem furor impulit, ut depravatam potius scripturam Christianæ plebi porrigerent, quam ut quemquam sinerent dubitare, (quod maxime credi ipsorum causæ interest) quin reprehensus a Paulo Petrus ipse fuerit? Cur enim ab ipsis Montensibus, (Jansenianos hoc nomine intelligimus, qui Montibus in Hannonia Novum Testamentum Gallice edi nostra ætate curarunt:) cur ab illis, inquam, ipsis, qui se Romano-Catholicos esse mentiuntur, mutatus est Cephas in Petrum; nisi quod probe intellexerunt, nisi *Petri* nomen aperte hic scriberetur, alium a Petro Cepham intelligi saltem posse, ac fortassis oportere?

At Græcos illi secuti sunt codices. Primum quidem factum est istud nefarie, & contra sacrosanctæ Synodi Tridentinæ interdictum: quo nomine præter alia, damnata hæc Montensis interpretatio est a Sede Apostolica. Deinde Græcos codices interpolatos corruptosque esse, quocumque id demum tempore factum sit, ubicumque sententiam Vulgatæ Editionis Græca lectio pessumdat ac labefactat, quis demum neget, qui quidem Catholicus audire velit? Hoc vero præsertim loco quis interpolatos esse eos non statim persentiat, si modo paulo attentius contempletur, quam diversa dissimilisque in diversis codicibus interpretatio sit. Mendaces enim testes hac nota certissima judices sapientissimi quique dignoscunt; si non sint eorum videlicet inter se consentientia testimonia. Atqui e Græcis codicibus, in eo capite secundo epistolæ ad Galatas, quo hæc altercatio Pauli cum Cepha narratur, alii versu 9. 11. & 14. hoc est, ubique Πέτρον pro Cepha exhibent: alii versu tantum 11. & 14. Πέτρον ponunt; versu 9. Κηφᾶς: ut illa editio, quæ in Hollandia excusa anno 1638. ex illo tempore habetur a Græcis pro authentica: alii versu 9. Κηφᾶς prorsus expungunt, Πέτρος in duobus aliis locis legunt. Alii denique impostores, novo fraudis genere, in codice MS. Alexandrino, trecentorum supra mille annorum, ut jactitant; quem Cyrillus Lucaris Patriarcha Constantinopolitanus, sed Calvinianus, advectum (ut aiebat) Alexandria, Angliæ Regi donavit; in illo, inquam, codice, cum in tribus his locis, in quibus de Cepha agitur, versu nimirum 9. 11. & 14. Κηφᾶς legatur, ut in Vulgata nostra Editione *Cephas*; tamen ut Petrus ibi intelligeretur, Cephæ nomine, idcirco capite primo, ubi legitur, versu 18. *Veni Jerosolymam videre Petrum*, pro Petro Κηφᾶν scribitur; non alio profecto, ut apparet, consilio, quam ut cum Petrum hic nemo ambigat intelligi oportere, capite secundo similiter quin Cephas Petrus pariter sit nemo dubitet. Tot scilicet uti fraudibus, & quibusdam quidem ante tempora ipsa Clementis Alexandrini, ut diximus, hos homines oportuit, ut Petrum a Paulo reprehensum fuisse, cum ex Latino textu in Ecclesia recepto non possent, ex Græco saltem corrupto posteris suaderent. Qua in re nimium sane felices fuerunt.

§. 19.

Nostram de Cepha sententiam altera vetustiorem esse, a singulis propemodum sæculis in Ecclesia fuisse propugnatam.

Et nostra tamen sententia præstat alteri vetustate: & singulis propemodum sæculis haud contemnendos habuit defensores. Nam sæculo sive secundo labente, sive ineunte tertio, Clemens Alexandrinus, teste Eusebio, libro 1. hist. Eccl. cap. XI. ait; *Cepham a Paulo reprehensum, unum fuisse ex* LXX. *discipulis, Petri Apostoli cognominem:* Κηφᾶν . . . . , ἕνα φησὶ γεγονέναι τῶν ἑβδομήκοντα μαθητῶν, ὁμώνυμον Πέτρῳ τυγχάνοντα τῷ Ἀποστόλῳ. Qua de re ne ipse quidem Eusebius Clementi dicam scribit. Atqui Clemente Alexandrino nemo unus proferri potest antiquior, qui Petrum affirmet ibi intelligi oportere. Ergo vel eo argumento intelligitur nostra sententia præstare alteri laude vetustatis. Nam Tertullianum Clementi æqualem nihil moramur; quem Hieronymus scribens adversus Helvidium, *Ecclesiæ hominem* negat fuisse.

Sæculo deinde quarto, Dorotheus Tyri, in Commentario de LXX. Discipulis, quem Du-Cangius edidit in Chronico Paschali, inter discipulos LXX. quinquagesimum primum ponit Κηφᾶν, ὃν ὁ ἀπόστολος Παῦλος ἐν Ἀντιοχείᾳ ἤλεγξεν, *Cephas, quem Antiochiæ coarguit Paulus Apostolus.* Et hi quidem

duo

duo, Clemens & Dorotheus, in Oriente positi, hoc est, in iis locis, ubi certior haberi, transmittique ad posteros, ejus dissidii memoria potuit.

Sæculo eodem quarto, Hieronymus, tametsi diversam opinionem cepit, tamen confitetur, ut diximus, in suis Commentariis in epistolam ad Galatas, *Esse qui Cephan, cui hic in faciem Paulus restitisse se scribit, non putent Apostolum Petrum, sed alium de septuaginta discipulis, isto vocabulo nuncupatum.* Ergo in Occidente etiam, Hieronymi & Augustini ævo fuere, qui utriusque opinionem abjicerent.

Sæculo septimo, Auctor Chronici Alexandrini, sive Chronici Paschalis, ad annum Christi xxx. pag. 213. septuaginta discipulos singulatim appellat; quorum tertius ibi est Cephas Petro cognominis; cum quo etiam congressus est Paulus, de Judaïsmo: Κηφᾶς, ὁμώνυμος Πέτρῳ, ᾧ καὶ ἐμαχήσατο Παῦλος κατὰ Ἰουδαϊσμοῦ.

Sæculo sive decimo, sive (ut alii malunt) undecimo, Oecumenius hanc nostram sententiam esse persuasibilem ac probabilem dicit, πιθανὸν λόγον, in Comment. in epistolam ad Galatas.

Sæculo denique duodecimo, sive Anselmus Cantuariensis, inter cujus opera Commentarii in Paulum exstant; sive (ut alii malunt) Hervæus Dolensis, in epist. ad Galatas, aït *esse nonnullos, qui non Petrum Apostolorum Principem, sed quemdam alium ejusdem nominis, qui a Paulo reprehensus est, accipiunt.* Sed quid juvat plura proferre, ubi sola satis esse debet, quæ perpetuo clamat, & a nobis est cum Dei ope explanata hactenus, sacræ scripturæ vox?

§. 20.

Ex opinione falsa, quæ Cepham esse Petrum ponit, quam multa Apostolicæ Sedi injuriosa Janseniani colligant, aliique hæretici.

Non est tamen prætermittendum hoc loco, quantum rei Christianæ noceat, quamque sit periculosa, & sanctæ Apostolicæ Sedi injuriosa illa opinio, quæ Cepham esse Petrum ponit: ut vel eo nomine ab eadem suscipienda abhorreant, qui quidem audire Catholici velint. Hanc enim haud alio certe suscipi consilio ab heterodoxis, quam ut isto exemplo, summi Pontificis, qui est æque Vicarius Christi, ac Petrus fuit, auctoritas in definiendis fidei controversiis convellatur; fasque esse existimetur, ut olim Paulo adversus Petrum, ita nunc Episcopo uni cuilibet adversus summum ipsum Pontificem stare; hunc illis, inquam, propositum finem esse, ex iis facile intelligere est, quæ omnes hæretici scriptores aïunt inde esse consectaria. Nam ut Magdeburgenses Centuriatores omittamus, quos nemo miratur in Ecclesiam Romanam summo exarsisse odio: Janseniani quid ex ea populari opinione colligant, juvat audire ex famoso eorumdem recentissimoque scriptore, Paschasio Quenellio, in libro, cui titulum fecit, *La Discipline de l'Eglise*, tomo 1. pag. 224. *Nous apprenons de cette histoire, qu'il peut arriver dans l'Eglise des conjonctures*, OU IL FAUDROIT QUITTER S. PIERRE, POUR SUIVRE S. PAUL, *comme on y fut obligé dans cette rencontre.* Et mox: *Nous apprenons par cet exemple à ne pas juger* DE LA VERITE' DE LA DOCTRINE, *ni de la sagesse de la conduite, par le grand nombre. Car assurément S. Pierre avoit avec lui le plus grand nombre. Il avoit tous les Juifs convertis; S. Barnabé même, qui étoit l'aide de S. Paul dans l'Apostolat des Gentils, s'étoit jetté du côté de S. Pierre.* S. PAUL SE TROUVOIT SEUL, & NEANMOINS S. PAUL AVOIT RAISON, & S. PIERRE SE TROMPOIT. *Cela nous doit apprendre* A NE PAS CONDAMNER DE SAINTS EVESQUES, QUOI QU'ILS SOIENT ABANDONNEZ PRESQUE DE TOUT LE MONDE DANS LES SENTIMENS, OU DANS LA CONDUITE QU'ILS TIENNENT; & QU'ILS AIENT CONTRE EUX CE QU'IL Y A DE PLUS EMINENT DANS L'EGLISE.

Et pag. 225. *S. Pierre étoit le Prince des Apôtres;* & AVOIT BEAUCOUP *de credit,* & *d'*AUTORITE': *mais comme* LA LUMIERE, LA DROITURE, & LA FERMETE' *lui manquerent en cette occasion, il fut occasion d'un grand scandale, & sans y penser* IL DETRUISOIT LA VERITE' DE L'EVANGILE.

Idem pag. 227. *Nous avons dans S. Paul le modelle de la confiance, du courage, & de la liberté Chrétienne, avec laquelle* ON DOIT *en certaines occasions* DEFENDRE LA VERITE' *de l'Evangile,* MESME CONTRE CEUX QUI SONT AU DESSUS DE NOUS.

Pag. 228. *Or tous les Peres & les Interpretes demeurent d'accord, que* S. PAUL A BIEN FAIT DE REPRENDRE S. PIERRE, PARCE QU'IL Y ALLOIT DE LA FOI: *& il fait toujours voir, qu'*UN INFERIEUR PEUT CORRIGER SON SUPERIEUR, *quand il s'agit d'un point d'importance de la discipline ou de la foi,* QUAND IL N'Y A PERSONNE AU DESSUS QUI LE PUISSE FAIRE.

Pag. 229. *On peut juger de toute cette histoire;* SI SAINT PIERRE SE CROIOIT INFAILLIBLE SOIT DANS LE DROIT, SOIT DANS LES FAITS, *soit dans les principes de la Morale, soit dans la conduite de la discipline:* & SI SAINT PAUL ETOIT AUSSI BIEN PERSUADE' DE L'INFAILLIBILITE' DE SAINT PIERRE. *S'il avoit fait un Décret, par lequel il eût decidé, qu'en matiere de Foi & de Religion il est permis de dissimuler, & de cacher son sentiment, S. Paul assurément auroit tenu à son égard la même conduite qu'il tint en cette occasion. Or la conduite & les actions est quelque chose de bien plus fort: & S. Pierre faisoit bien plus clairement croire, qu'il croyoit l'observance des céremonies legales necessaires au salut, que s'il l'eût dit ou écrit:* &c.

Falsa hæc quidem & impia sunt, nec avide suscepta nisi ab hostibus Sedis Apostolicæ, potestatisque summæ, qua ipsa pollet in definiendis fidei controversiis. Sed si falsa impiaque sunt quæ consequuntur; (sequi enim ex reprehensione Petri pleraque horum consectariorum nemo non videt:) an potest id ex quo nata sunt, verum esse? Fieri omnino non potest.

Summa hæc igitur nostræ disputationis est. Petrum a Paulo fuisse reprehensum credi vetant rationes quinque. Prima petitur a tempore: quoniam neque ante Concilium Petrus, neque post Concilium aut Petrus aut Cephas potuit a Paulo reprehendi. Actum est istud a nobis sex primis capitibus. Secunda, ex consideratione nominum, Petri, Cephæ, Jacobi, & Joannis: quæ capitibus decem sequentibus expenduntur. Tertia, ex auctoritate Scripturæ, quæ Vulgata dicitur, & Ecclesiæ, quæ Petri nomen hic legi vetat. Est illud argumentum capitum duorum subsequentium. Quarta, ex sententiæ nostræ antiquitate potiore, quam decimo nono capite ostendimus. Quinta denique, ob falsa quæ consequuntur ex opinione contraria: quæ quidem si falsa sunt, ut haud dubie sunt, non potest verum illud esse quod sequuntur: id quod vicesimo eodemque postremo capite hujus lucubrationis Deo favente docuimus.

Luc. XXII, 31, 32.

Ait autem Dominus: Simon, Simon..... Ego rogavi pro te ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conversus confirma fratres tuos.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

In quibus Emendationes aliquot ab Operis properantibus neglectæ, neque iis locis quæsitæ, quibus in MS. indicabantur. Menda leviora, cujusmodi sunt omissæ vel superfluæ distinctiones, lectoris industriæ ac dexteritati commendamus.

PAg. 4. *col.* 2. *versu* 4. *ante finem*: e turri accensa, *adde*, ab uxore viri natantis.

Pag. 101. *col.* 1. *versu* 62. visus est, *lege*, visus sit.

Pag. 112. *col.* 2. *versu* 52. *adde*. Nec Narbonenses modo, sed & cives Montispessulani. Vide super ea re Dictionarium Gallicum Moreri, verbo *La Feste du Perroquet.*

Pag. 174. *col.* 2. *versu ultimo*: LEG. XII. *lege*, LEG. III. GAL.

Pag. 175. *col.* 1. *versu* 18. Vir nudus palmam arborem &c. *lege*, Vir nudus oleam, ex qua manat elæomeli, teste Plinio, libro XV. sect. VII. & libro XXIII. sect. L. qui Syriæ maritimæ, sive Phœniciæ, typus est, &c.

Pag. 204. ΣΝΑΙΤΩΝ. *lege*, CMAITΩN.

Pag. 206. *Τομιτων*, *lege*, *Τομιτῶν*.

Pag. 208. *Gothia Memoria. Roma. Hæc dele, & quædam alia in hoc Indice, quæ in ipso libri corpore non exstant, quoniam resecta ab ipsomet Auctore fuerunt.*

Pag. 308. *col.* 2. *versu* 30. ceteris culpæ remissionem. *lege*, ceteris: culpæ remissionem.

Pag. 317. *adde*: *PERMISSION.* Vû l'Approbation, permis d'imprimer. Fait ce dixhuit May, 1690. DE LA REYNIE.

Pag. 359. *col.* 2. *versu* 4. ensemble, *dele hanc vocem.*

Pag. 360. *col.* 2. *versu* 13. *ante finem paginæ*; ceux qui, *lege*, ceux à qui.

Pag. 363. *col.* 2. *versu* 45. de ces Machabées, *lege*, des Machabées.

Pag. 364. *col.* 2. *versu* 15. d'Apostat, *lege*, l'Apostat.

Pag. 365. *col.* 1. *versu* 3. n'etoient pas, *lege*, n'etoient-elles pas.

Pag. 367. *col.* 2. *versu* 21. ne conçoit pas, *lege* ne conçoit-on pas.

Pag. 370. *col.* 3. *versu* 31. de livre, *lege*, de lire.

Pag. 373. *col.* 1. *versu* 12. *ante finem paginæ*; votis, *lege*, vitis.

Pag. 374. *col.* 1. *versu* 16. Anno ergo, *lege*, Annon ergo.

Pag. 399. *col.* 4. *versu* 2. & ob id, *lege*, & ob id pridie.

Ibidem, *versu* 31. Nam festum fuit feria VI. die XIV. *Dele ista.*

Ibidem, *versu ultimo*, *adde*, die XIV. in Galilæa, feria secunda.

Pag. 400. *col.* 4. *versu* 25. Cap. VII. In templo, *lege*. Cap. VIII. In templo.

Pag. 420. *col.* 1. *versu* 50. litteræ duæ colligatæ, *lege*, litteræ colligatæ.

Pag. 422. *col.* 2. *versu* 29. *adde*: sed nummum istum e contorniatis, hoc est, a novitiis falsisque esse postea vidimus.

Pag. 423. *col.* 2. *versu* 25. Jam. RE. *lege*, Jam litteræ implicitæ, RE.

Pag. 424. *col.* 1. *versu* 10. THEODEBERT. *lege*, THEVDEBERT.

Ibidem versu 43. post D. N. THEODEBERTVS VICTOR, *adde*, D. N. THEVDEBERT. I. PP. AV.

Pag. 430. *col.* 2. *versu* 8. At hi ex solo patre nomen & cognomen habent. *lege*: at hi vel ex solo patre, vel potius ex patre Fl. Val. & ex matre filia Maximini Aug. *Flavii Maximi sunt.*

Pag. 432. *col.* 1. *versu* 32. Constantini Aug. *lege*, Constantini Principis.

Pag. 435. KONOB. & KONT. tributum: *adde*, aut verius, ut infra dicetur, *Konstantinopolitani*, & *Konstantinopolitanorum.*

Pag. 436. *col.* 2. *versu* 19. KONS AV. *Korporatorum* &c. *dele hos quatuor versiculos.*

Pag. 441. *versu* 43. *Anni sæculi Flaviani*, adde, *conjectura ex Nummis antiquis ducta.*

Pag. 443. *col.* 1. *versu* 24. *ante paginæ finem*: post *Auspicia felicia*, adde:

DIOCLETIANVS AVGVSTVS. Capite laureato. .)(. ADVENTVS AVGVSTORVM. Augusti duo, Diocletianus & Maximianus, capitibus laureatis, paludati, in equis phaleratis, adversis frontibus, dextra elata, oleæ ramum gestant: sinistra bacillum ambo Imperatorium tenent. Aureus est perpulcher, pondo nummi aurei Ludoviciei, elegantis admodum fabricæ, in Museo D. de Ballonffeaux, Luxemburgi. Qui nummus certissimo documento est, eodem tempore ambos Augustos imperium suscepisse, & in provinciam advenisse.

Pag. 446. *col.* 1. *versu* 10. *adde*: A. K. M. OYA. MAΞIMIANOC CEB. Capite laureato. .)(. L. B. *Anno secundo.* Spes florem ostentat. Est ex ære mediocri, in Cimelio P. CHAMILLART.

Ibidem, *versu* 53. Δε. *lege*, ΔE.

Pag. 448. *col.* 1. *versu* 29. perpetua fuit. *Adde*: sunt in Cimelio Regio alii duo: Diocletiani alter, alter Maximiani; eadem epigraphe ÆTERNITAS AVGG. in utroque elephus est, cui sessor insidet. Argumento, perstitisse sobolem Augustorum jam annis trecentis ab Augusto Cæsare, quoniam elephantos vivere ducenis annis, & quosdam trecenis, Aristoteles prodidit, teste Plinio, libro VIII. sect. X.

Ibidem, *col.* 2. *versu* 17. GALLIENVS AVG. *lege*, GALLIENVS P. F. AVG.

Pag. 452. *col.* 2. *versu* 37. commixtum, *lege*, commentum.

Pag. 456. *col.* 1. *versu* 59. heres & propterea, *lege*, & propterea heres.

Pag. 460. *col.* 2. *versu* 6. apud D. ALBARET, *lege*, apud P. ALBARET.

Pag. 461. *col.* 1. *versu* 40. San-Genovefano: *adde*, & apud Occonem geminus, pag. 528.

Ibidem, *col.* 2. *versu* 28. mater natu, *lege*, major natu.

Pag. 462. *col.* 1. *post versum* 16. *adde*. Eadem inscriptio, capite laureato. .)(. VICTOR OMNIVM GENTIVM AVG. N. *Victori omnium gentium Augusto nostro.* Imperator paludatus stans, sinistra hastam tenet, dextram jungit cum Tribuno militum, qui orbem Romanum ei defert; orbi imposita Victoria Romana est. Ad pedes Imperatoris procidit Africa, cui proboscis in capite est, in dextra spicæ. Infra, MOSTQ Maxentio Augusto sive gubernatori suo *Mercatores omnes secundæ Treverensis quartum* hoc numisma dedicant: quod est ex ære mediocri in Gaza Regia.

Pag. 463. *col.* 1 post versum 21. adde: MAXENTIVS P. F. AVG. Capite laureato. .)(. MARTI PROPAG. IMP. AVG. N. Mars hastam sinistra gerens, dextras jungit cum matre Romuli, quam Rheam vocant. Ad pedes est lupa cum gemellis, Remo & Romulo. Infra, AQ. *Aquenses.* Maxentii, quippe qui ex Piorum, sive ex Pompeia gente esset, originem ex Romulo, Romuli ex Marte, hic nummus significat: qui est ex argento perpulcher in Thesauro Regio. *Marti propagini Imperatoris Augusti nostri.* Propterea filio suo Romuli nomen Maxentius imposuisse videtur in nummis sequentibus. Sic in nummo Probi Aug. & Antonini Severi legas, PROPAGO IMPERII.

Ibidem, *versu* 4. *ante finem paginæ*: At ne Cæsar quidem, inquam: *adde* (ut vulgo hoc nomen, ac prave quidem accipitur:)

Ibidem, *col.* 2. *in ima pagina adde*, IMP. C. GAL. VAL. MAXIMIANO P. F. INV. AVG. *Imperatori Cæsari Galerio Valerio Maximiano Pio Felici Invicto Augusto.* .)(. GENIO IMPERATORIS. In Collectione MS. Peiresciі, pag. 254. Infra, M. TR. *Mercatores Treveri.*

Nummi Constantini Aug.

IMP. CONSTANTINVS P. F. INV. AVG. .)(. TS A. |Γ.| E. Hoc tantum in eadem Collectione, pag. 346. Hoc est, nummi tres ex ære, in quibus *Treverensis* tributum *primum tertium*, *quintumque* signatur.

Pag. 465. *col.* 2. *versu* 47. e B X *lege*, Q B X

Pag. 466. *col.* 1. *versu* 17. D. Abb. FAVVEL: *adde*: In alio ceteroqui simili, e Museo P. CHAMILLART, latere dextro, CI: lævo, H/S infra, PLC. *Cives Hospiti suo*, *Primæ Lugdunensium civitatis.*

P. 469. *col.* 2. *versu ante postremum sexto*, cum hasta, *adde*, humero dextro imposita.

P. 471. *col.* 2. *versu ante postremum quarto*, *Prima Lugdunensis*: lege, *Primæ Lugdunensis.*

P. 473. *col.* 2. *versu* 22. *post titulum*, *Nummi Constantini jun. Cæsaris adde*:

FL. CL. CONSTANTINVS IVN. NOB. CAES. Capite laureato, paludatus.)(. PRINCIPIA IVVENTVTIS. SARMATIA. TR. Stans dextra orbem gestat, sinistra hastam, dextro pede calcans feminam supplicem. Aureus est pondo quatuor solidorum. Ita fere D. de Peiresc. in Collectione MS. pag. 341. Nummus est a Constantino juniore dicatus *Principi primo Juventutis* Crispo, ut diximus; post *Sarmatiam* devictam, *Treveris* percussus.

P. 476. *col.* 1. *versu* 18. appellata est: *adde*, vel potius a Vespasiano juniore.

Ibid. *col.* 2. *versu* 33. inter Arschotanos. *lege*, inter Arschotanos;

P. 484. *col.* 1. *versu* 20. in Comitatu. Ruscinonensi. *lege*, in Comitatu Ruscinonensi.

P. 487. *col.* 2. *versu* 8. REIPVBLICE. *adde*, per E.

Ibid. *versu* 12. RBPARATIO. *lege*, REPARATIO.

Pag. 488. *col.* 1. *versu* 18. *adde*:

Nummus Vetranionis Cæsaris.

VETRANIO NOB. CAES. Capite nudo. .)(. FEL. TEMP.

TEMP. REPARATIO. Barbarum prostratum confodit. ALE. Ita fere D. de Peiresc, in Collectione MS. pag. 31. Ex quo discimus prius fuisse Vetranionem Cæsarem tantum, quam salutaretur Augustus: & hunc nummum ex ære minimo fuisse percussum *Prima Lugdunensis Editio.* Neque enim certè Vetranio Alexandriæ.

P. 459. *col.* 1. *versu* 46 *in hostes irrumpens:* lege, *irrumpens in hostes servavit: Exercitu hostili contrito.*

P. 493. *col.* 1. *versu* 40. *Urbs Remorum obtulit munus:* lege: *Urbium Romanarum obtulerunt Mercatores:* Et sic versu 41. & 60.

P. 494. *col.* 1. *versu* 28. ex ære minimo, *lege*, ex ære maximo.

P. 496. *col.* 1. *versu* 32. Philippici, *lege* Filepici.

P. 497. *col.* 2 *versu* 25. *ac Duce*, lege, *ac Duci.*

P. 499. *col.* 2. *versu* 16. *ante finem:* ANEKAINI. CΘH. *lege*, ANEKAINICΘH.

Pag. 503. *col.* 2. *versu ultimo*, vide, *lege*, ride.

Pag. 505. *col.* 1. *versu* 14. DCCCI. *adde*, & DCCCCI.

Pag. 506. *col.* 1. *paulo post mediam col.* de Natali, *lege*, die Natali.

Ibidem, *col.* 2. plerorumque Augustinum, *lege*, plerorumque Augustorum.

Pag. 514. *col.* 2. *versu* 48. Si non est Vulgata, &c. *dele versus istos viginti,*

Pag 517. *col.* 2. *versu* 35. volucribus, *lege*, volucribusque.

Pag. 519. *col* 1. *versu* 38. VIII. Februarii, *lege*, XV. Februarii. *Versu* 45. XV. Februarii, *lege*, XXII. Februarii. *Versu* 62. 10. 23'. *lege*, 0. 23'.

Pag. 521. *col.* 1. *versu* 13. filius sem, *lege*, filius Sem. *Versu* 37. a rege Franciam, *lege*, a rege Franco Franciam.

Pag. 522. *col.* 1. *versu* 7. *ante finem paginæ:* Gen. XII, 14. *lege* Gen. XXI, 4. *Col.* 2. *versu* 16. falsis testibus, *lege*, illis testibus.

Pag 523. *col.* 2. *versu* 37. qui mittendus erat. *adde:* Nam quod usque ad Nathan, Davidis filium, Lucas perduxit Christi genus per Mariam, & per Neri Salathielis Socerum, id propterea fuit, quod essent residuæ, illis supremis Judaicæ Reipublicæ temporibus, ex Davide ortæ familiæ duæ; & illæ quidem spectatissimæ, teste etiam Zacharia propheta de his vaticinante, Cap. XII, 12, 13. *Domus David*, hoc est, regia, quæ à Salomone propagata fuerat; & *Domus Nathan*, qui filius alter Davidis, inter posterius genitos proximè, tametsi major natu Salomone, a nobis appellatus, quia nihil ad ipsum primogenita pertinerent; quoniam primogeniti hic soli censentur, qui sunt orti ex Salomone. Itaque posteri Davidis ex Nathane, & liberis Neri masculis, qui Socer fuit Salathielis, patris Zorobabel, multi fuere ævo illo, quod Zacharias propheta respicit, quod vel Machabæorum ævum est, ut multi putant, vel, (ut nos verius arbitramur) Pompeii Magni: fuere etiam multi fortassis ipsius Salvatoris ætate: ex stirpe autem Salomonica nullus post Josephum, virum Deiparæ, & Heli ejusdem Deiparæ patrem, masculus fuit. Domus autem Nathan idcirco spectatissima fuit illis temporibus, quod præter domum David, sive regiam, ex Davide sola supererat; atque in se devolvi sperabat jus regium, non ex divina quidem promissione, quæ certe nulla erat, sed humano suffragio; extincta, si forte id humanitus contingeret, priore domo David: quoniam tunc erat familia David, hoc est ea quæ a Salomone ducta jus regni haberet, ad pauca admodum capita redacta; & se fortassis Nathanica domus in prioris locum substituendum esse existimabat. Ne hæc igitur etiam nobilitas, sive decus illud Christo deesset, voluit Lucas ostendere, ex ipso quoque Nathan, sed per filium Neri, qui fuit Socer Salathielis, Christum esse oriundum.

Ibidem, *versu* 38. Josephum, *lege*, Josephum esse.

Pag. 524 *col.* 1. *versu* 51. ex stirpe David. *Adde:* Fuisse autem Josephum ex ea familia postremum docet etiam Lucas; cap. 2, 4. cum ait fuisse eum *de domo & familia David.* Nam in una domo, ut in Scriptura Sacra vox ista accipitur, sunt multæ familiæ: quemadmodum in una domo seu gente Borbonia familiæ multæ sunt. Unde Zach. XII. 12. *familia domus David seorsum.* At tunc ad unam familiam & unum unius familiæ caput fuisse redactam domum David vult Lucas intelligi, hoc est, familiam regiam unam tunc fuisse residuam, Josephum unum tunc superfuisse, qui jus ad regnum haberet; cum dicit eum fuisse *de domo & familia David.*

Pag. 527. *col.* 2. *versu* 10: *ante finem paginæ:* PRÆPUTII SUI. *lege*, CARNEM PRÆPUTII SUI.

Pag. 528. *col.* 1. *versu* 41. de festo, *lege*, die festo.

Pag. 530. *col.* 1. *versu* 39. defendit se, *lege*, defendit se Jephte.

Pag. 534. *col.* 1. יהוה *semel iterumque est pro* יהוה.

Ibidem, *col.* 1. *versu* 40. ac vocalibus. *Adde:* Quamobrem cum Judæi veram hujus nominis pronuntiationem tunc fuisse deperditam dicunt, quando excisum Templum est sub Vespasiano, de re quidem ipsa recte, de tempore præpostere statuunt. Nam a confusione linguarum ignota illius nominis & ineffabilis deinceps pronuntiatio fuit. Quando *erat unus populus & unum labium omnibus*, Gen. XI. 6. unum tunc oportuit esse Dei nomen, & eodem sono proferri ab omnibus. Sed quando multiplicatæ sunt linguæ & gentes, permisit Deus nominis sui, quod ipse prodidisset, veram pronuntiationem excidere; tum ne gens Hebræa ob rem tam exiguam adversus ceteras se efferret ac superbiret: tum quod non possent gentes aliquæ linguæ vitio illud efferre: tum denique quod apud nonnullas posset ea pronuntiatio minus honestum quidpiam significare. Maluit Deus Opt. Max. & nomen istud in scriptis manere, & quamlibet gentem eo nomine quod eligeret, quod proferre posset absque aurium offensione, Deum indicare.

Itaque sententiam ejus loci, Exod. VI, 3. egregie, ut omnia, Vulgatus interpres expressit: a quo discedere nec fas absque periculo, nec tutum absque errore. Tum hoc loco, tum ubique aberrat a vero, quisquis a Vulgatæ Lectionis sensu, & vi singulorum verborum vel transversum, ut dicitur, digitum discedit. Ex innumeris enim, inquam, interpretibus hujus loci nemo felicius Mosis mentem, quam Vulgatus Interpres, aut intellexit, aut expressit. Sic habet ille: *Ego Dominus qui apparuit Abraham, Isaac, & Jacob, in Deo OMNIPOTENTE: & nomen meum ADONAI non indicavi eis. Pepigique fœdus cum eis, ut darem eis terram Chanaan* &c. Apparui, inquit, sed nomen meum non indicavi. Non dicit, Cognitus fui, non autem clarificatus: sed apparui, cum prius essem cognitus; nomen autem, quod nunc profertur ADONAI, non indicavi. Non dicit, Quam sim ego potens, non ostendi eis; præmisit enim se apparuisse eis ut Deum omnipotentem: Sed nominis illius, quod etiam Exod. XV, 3. *Omnipotentem* designat, veram pronuntiationem se non indicasse eis.

Quando enim dictum est à Mose Pharaoni יהוה Exod. V, 1. prolatum est ADONAI. Et respondit impie Pharao: Quis Adonai? Quis præter me in hac regione Dominus? Sive, ut rectè Vulgatus Interpres, Exod. V, 2. *Quis est Dominus, ut audiam nomen ejus? Nescio Dominum.* Si verum sive primigenium Dei nomen, & veram illius pronuntiationem Israelitæ nossent, non esset profecto Mosi, utrumque ignotum: nam illud a puero ex parentibus didicisset. Neque a Deo quæreret ipse, Exod. III, 13. cum primum missus est ad filios Israel; *Si dixerint mihi: Quod est nomen ejus? quid dicam eis?* Rogat certo cupitque discere quod nescit ipse; quod & patres nescierunt, & Israelitæ omnes. Alioqui exprobraret Israelitis Deus: Quare obliti estis nomen meum, quod patres vestri, Abraham, Isaac, & Jacob, noverunt, & docuerunt vos? At incredibile est, si notum fuit nomen יהוה Patribus, illud ex memoria omnium Israelitarum excidisse. Fingi illud ab homine quid cogitet considerante vix potest. Dei cultus negligi potest; Dei nomen, aut recepta usu nominis pronuntiatio effluere ex omnium memoria non potest, eorum præsertim qui profitentur pietatem. Sed hoc indicio nosse cupiebant Israelitæ, num a Deo suo Moses vere mitteretur; si nempe deperditam afferret à Deo edoctus veram Dei nominis pronuntiationem.

At Deus Opt. Max. neque cum primo rogatur, *Si dixerint mihi? Quod est nomen ejus? quid dicam eis?* neque tunc, inquam, respondet. Ego sum Jehova: Sed, Qui est: quod non nomen Dei, sed attributum est: & mox: *Deus Abraham, Isaac, & Jacob:* quod sæpius nomine voluit deinceps appellari: *Hoc nomen mihi est in æternum*, Exod. III, 15. Tunc rogatus, inquam, quod esset nomen ejus, bis aliud respondet quam Jehova. Neque enim *Qui est*, Exod. III, 14. idem omnino ac Jehova est, vel sono, vel significatione, & origine, *Qui est*, אהיה Ehieh est, non Jehova: & omnimode perfectum significat, cui nihil deest. Ab היה deducitur, quod est Esse. At יהוה Eum qui semper est significat, Qui permanet, Qui est sempiternus. Fit ab הוה *esse permanenter.* Ut Eccl. XI, 3. *Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi ERIT* יהוא hoc est, permanebit. Et habet alibi verbum illud vim eandem. Ergo cum primum misit Deus Moysen ad Israelitas, nomen suum non indicavit ei. Sed & cum secundo eumdem ad ipsos mitteret, adjecit, ne Patribus quidem eorum illud se indicasse; nec de eo proinde cognoscendo sollicitos eos esse oportere. *Ego Dominus qui apparui Abraham, Isaac, & Jacob, in Deo OMNIPOTENTE: & nomen meum ADONAI NON INDICAVI EIS. Pepigique fœdus cum eis* &c.

Ejus igitur loci hæc sententia est: Ego Dominus qui apparui Abraham, Isaac, & Jacob: & signa quidem dedi eis tutelæ omnipotentis: tametsi quomodo proferendum nomen meum esset, aut quomodo prolatum illud fuerit in lingua primigenia, quod Dominum sempiternum significat, ne ipsis quidem amicis meis indicavi; quoniam id scire nihil illos attineret, neque nunc scire vos attinet. A Phaleg temporibus volui istud esse ignotum. Itaque de eo ne sint Israelitæ solliciti, nec tu, Moses. Pepigi autem fœdus cum patribus vestris; nunc intelligetis me fidem exsolvere. Quemadmodum tunc omnipotentem esse me ipsis comprobavi multis argumentis; nunc eumdem esse me demonstrabo, stans promissis, liberato e servitute populo, victo Pharaone. Ego enim semper idem; nec tantum aut Dominus, quod est *Adonai*, aut Omnipotens, sed semper Dominus, semper Omnipotens, יהוה. Sonum huic voci, seu vocalia puncta, addet quisque pro arbitratu: Dicat, si lubet, ut nostra ætate variant Hebraizantes, *Jehove*, *Jahave*, *Jaheve*, *Jehova*; vel (ut Malvenda) IHVH: nihil sua Deus referre putat. Alias etiam syllabas ac voces excogitet gens quæque ut volet; dum ideam Dei veri omnes & eamdem habeant: de voce vel sono vocis nihil Deo curæ est. Servet tamen interim veterem scripturam populus primogenitus, ne recens ac Mosis vel Abrahæ temporibus invectus in orbem Dei cultus putetur.

Erat igitur in scriptis apud Israelitas ut dixi יהוה: in ore, ut recte Vulgatus Interpres admonet, ADONAI. In ore, inquam, tum Israelitarum, tum eorum qui Israelitas, vel

 Abra-

Abrahamum ipsum, Isaac & Jacob audiebant, Gerarensium, & Philisthinorum. Unde Abraham ipse, cum diceret, Gen. XXII, 14. *In monte Dominus videbit*, scripsit יְהוָה יִרְאֶה; sed protulit *Adonaijrhe*: ut dicitur Adonibezec, Adonisedec &c. quamquam ista ex *Adoni* fiunt, non ex *Adonai*.

Ibidem, col. 2. versu 6. ubi notione, *lege*, verbi notione.

Pag. 536. *col.* 2. *versu* 1.
957 | 19 *lege*, 957 | 2
656 | 2 956 | 3
654 | 2 *lege*, 954 | 2

Ibidem, *versu* 52. Plinio, lib. IV. *lege*, lib. V.

Ibidem, ad annum 943. Asa abstulit &c. dele hos versus duos.

Pag. 537. *col.* 1. *versu* 1. Circa hoc tempus prædicitur vastatio Gog, *lege*, superiore anno penitus interiit exercitus Gog, &c.

Pag. 538. *col.* 1. *versu* 5. *ante finem paginæ*: *circa Octobrem anni hujus*: *scribi oportuit Romano charactere*, circa Octobrem anni hujus.

Ibidem, col. 2. *versu* 24. Thebeii, *lege*, Thebai.

Pag. 540. *col.* 1. *versu* 3. præscriberet? *lege*, perscriberet?

Ibidem, col. 2. *in annis Jehu pro* 8. *scribe* 7. *& sic numeros consequentes emenda.*

Pag. 541. *col.* 4. *sub finem.* Amos 1. *&c. Hæc refer ad annum* 39. *Jeroboam regis Israel.*

Pag. 542. *col.* 1. *versu* 3. annorum undecim, *lege*, annorum duodecim in Israel; victo occisoque Jeroboam ab Assyriis in valle Jezrahel, juxta vaticinium Osee. Cap. 1, 5. abductoque in Assyriam captivo Israele. Hic *magnus dies Jezrahel* est. Osee 1, 11.

Ibidem, col. 2. *versu* 21. *medio fere Septembri*, & versu 24. *mense Novembri*: Romano charactere hæc scribi oportuit.

Ibidem, col. 2. *ad annum* 758. *refer hæc verba*, Hoc anno visio Isaiæ &c.

Pag. 543. *col.* 1. *versu* 7. *ante finem paginæ*: BALTASSAR F. Baruch. 1. *lege*, BALTASSAR F. Jerem. XXVII. 7. Baruch. 1.

Ibidem, col. 1. *versu* 16. *ante finem pag.* Gen. X, 10. NEMROD *dele ista.*

Ibidem, col. 2. *versu* 2. post Phacee regis Israel, *adde*: Tobias senior hoc anno nascitur.

Pag. 544. *col.* 1. *versu* 2. intra annos LXV. *lege*, hoc ipso anno.

Ibid. col. 1. 735 | 8 *Urbis Romæ annus* 20. *lege* 735 | 8
34 | 9 734 | 9 *Urbis Romæ annus* 20.

Ibidem, col. 1. 739 | 14 *lege*, 729 | 14
772 | 16 *lege*, 727 | 16

Ibidem, col. 2. *versu* 19. *ante finem paginæ*: Cum Novilunium, *lege*: Cum Æquinoctium medium in XXXI. Martii, hora 4. 29′ 48″ post meridiem: Novilunium &c.

Pag. 545. *ad annum* 706. Macedoniæ, cujus regni: *hæc verba, quæ sunt bis posita, semel dele.*

Ibidem, col. 2. *versu* 9. inde abduxit reliquias, *lege*, & inde reliquias.

Pag. 547. *col.* 2. *versu* 7. *ante finem paginæ*, circa mensem, *adde*, Januarium.

Pag. 548. *col.* 1. *versu* 6. mense Aprili, qui nonus anni secundi ipsius, *pro his repone*, sub finem anni superioris.

Ibidem, versu 19. *ante finem pag.* dies vicesima, *lege*, dies illic vicesima.

Pag. 549. *col.* 2. versu 4. circa mensem Augustum, *hæc dele.*

Ibidem, circa mediam col. Joachim regnum iniit circa Novembrem, *hæc dele.*

Pag. 550. *col.* 1. versu 25. postea Estheris, *lege*, postea Estheris patruus.

Pag. 551. *col.* 3. Assueri convivium, *adde*, Esther 2.

Pag. 553. *col.* 1. versu 27. *ante finem col.* navavit, *lege*, navarit.

Ibidem, col. 2. *versu* 31. *ante finem col.* 1. Reg. XXIV. *lege*, IV. Reg. XXIV. *Versu* 25. *ante finem col.* ANNUS est, *lege*, ANNUS incipit.

Pag. 554. *col.* 1. *versu* 11. circa mensem Julium, *istud dele. Versu* 15. *ante finem col.* Esther 2, 5. *lege*, Esther 2, 5. 6. & XI, 2, 4.

Pag. 555. *col.* 1. *versu* 16. *ante finem pag.* hæc duo verba, *transmigrationis Jechoniæ*, scribi oportuit Romano charactere.

Ibidem, col. 2. *ad annum* 589. Æquinoctium medium, *adde*, Hierosolymis.

Pag. 556. *col.* 1. *versu* 15. ipsam &, *lege*, ipsamet. *Et versu* 17. qaod, *lege*, quod. *Versu* 29. die XXI. Martii, feria sexta, anno Juliano: *pro his repone*, mense Martio hujus anni.

Ibidem, col. 1. *versu* 15. *ante finem pag.* qua iter est euntibus Babylone in Elymaidem: *lege*, quo iter est exeuntibus Babylone per Elymaidem.

Pag. 557. *col.* 2. *versu* 25. successorum ejus, *lege*, & successorum ejus.

Pag. 558. *col.* 2. *circa mediam pag.* ætatis Cyri vicesimus, *lege*, ætatis Cyri vicesimus quartus.

Pag. 560. *col* 1. *ad annum* 544. Habent primum hebdomadæ diem, &c. *lege*, Habent primum hebdomadæ diem, ut quidem nonnulli referunt, qui nobis Dominicus est: habent & septimum eumdem, qui nobis sabbati dies est.

Pag. 561. *col.* 1. *versu* 18. Babylonicorum, *lege*, Babyloniorum.

Pag. 562. *col.* 2. *versu* 13. *conculcavit*, lege, *conculcabit.*

Pag. 564. *col.* 2. *versu* 7. appellatur, *lege*, appellari.

Pag. 565. *col.* 1. *ad annum* 527 | 69 *lege*, 60. *Et ad annum* 525. | 62. *Desolationis Templi annus* 61. *lege*, 62.

Pag. 565. *col.* 2. *circa mediam col.* propter Homerum, *lege*, præter Homerum.

Pag. 568. *col.* 1. *versu* 33. *lege*, Ipse est, *lege*, Ipse esse a mul is creditur.

Ibidem, col. 1. *versu* 33. *lege*, ipse is esse a nonnullis creditur.

Ibidem, col. 2. *versu* 11. anno Darii secundo rex Persarum. *Adde*: Nam uterque jubet, & ambo tunc vivi. Qui jus autem habet jubendi, jus habet regnandi. Ergo rex uterque simul Babylonis fuit: Darius facto, jure Artaxerxes.

Pag. 569. *col.* 2. *paulo post mediam pag.* Hierosolymam de captivitate, *adde*, cum ipso Esdra, 1. Esdr. 2, 2. & 2. Esdr. XII, 1.

Ibidem, col. 2. *in fine paginæ, ad annum* 509 | 12. | *pone e regione*, Annus Urbis conditæ 245. *& sequentia, quæ priori anno perperam posita sunt.*

Pag. 572. *col.* 2. *versu* 23. *συναλγεῖσθαι*, *lege*, *συναλγεῖσθαι*.

Ibidem, paulo post mediam col. In unum certe quemdam &c. *dele quatuor istos versus.*

Pag. 573. *col.* 1. *versu* 6 LXXIV. *lege*, LXXIII. completas. *Et in ima pagina ad annum* 420. *ante Christum*, Olymp. XCIII. Panænus &c. *dele hunc versum.*

Pag. 575. *col.* 2. *versu* 8. & terra, *lege*, de terra.

Pag. 577. VIII. PTOLEMÆUS: sub annum DCCLXX. & *sequens*, sub annum DCCLXXX. *lege*, DCLXX. *& mox*, DCLXXX.

Pag. 578 *col.* 1. *versu* 21. *ante finem col.* quod altum, *lege*, quam quod altum.

Ibidem, col. 2. *versu* 20. annos quinque Ptolemæo: *lege*, annos quinque. Ptolemæo &c. *Versu* 17. *ante finem paginæ*, & nos fuimus, *lege*, & nos fecimus.

Pag. 579. *col.* 1. *versu* 7. $\frac{\text{v}}{\text{P}}$ *lege*, 

Pag. 580. *col.* 1. *versu* 8. Quod si vere &c. *lege*, Clementem Alexandrinum nemo est qui ignoret. Eccui autem, amabo, &c.

Ibidem, col. 2. *versu* 27. *ante finem pag.* CLEOPATRAE, *filias lege*, CLEOPATRAE, subintellige, *filia.*

Pag. 581. *col.* 1. *versu* 3. *ante finem pag. discessisset*: Adde: Forte legendum, CXXIX.

Ibidem, col. 2. *versu* 21. Lagi autem F. *Dele omnino versus duodecim sequentes. Nam quæ ibi sunt, expungi ea debere Auctor monuerat, quia falsa sunt, & cum his pugnantia, quæ ex probatissimo scriptore Theocrito citantur columna ipsa prima hujus paginæ, & alibi.*

Ibidem, col. 2. *circa mediam col.* Sic alteri Ptolemæo, *dele hos versus duos.*

Pag. 583. *col.* 1. *versu penult.* Tridates, *lege*, Tiridates.

Pag. 584. *col.* 1. *versu* 18. יכן *lege* יכן. *Et mox*, ut alius, *lege*, ut alias.

Pag. 585 *col.* 1. *versu* 30. אשם *lege* אזם.

Pag. 588. *col.* 1. *versu* 3. *ante finem col. Hippone* Nervæ edicto *libera*: lege, *Hippo Nervæ edicto libera.*

Pag. 589. *col.* 2. *versu* 3. *Daphen*, lege, *Daphnen.*

Pag. 590. 1. *versu* 6. *Vide*, lege, *Vide.*

Pag. 591. *col.* 1. *post versum* 8. *adde*: 2. Mach. VI, 8. *Decretum autem exiit in proximas gentilium civitates, suggerentibus PTOLEMÆIS, ut pari modo & ipsi adversus Judæos agerent, ut sacrificarent: eos autem qui nollent transire ad instituta Gentium, interficerent. Erat autem videre miseriam.* Ptolemæi isti sunt Ptolemæus Philometor Θεὸς, & Cleopatra Θεά, soror ejus & conjux, eoque nomine regni consors. Vide supra stemma regum Ægypti, ad annum æræ Græcorum 1. & 135.

Ibidem, col. 1. *versu* 10. Hoc anno &c. *Dele hos versus duos.*

Ibidem, versu 33. Quæsita sunt &c. *Dele istos versus octo.*

Pag. 593. *col.* 1. *post mediam col.* cap. XXIII, 27, 28. *adde*, & Levit. XXV, 8. *Et versu* 12. *ante finem pag.* duxs, *lege*, dux.

Pag. 594 *col.* 1. *versu* 4. 147. *lege*, 148.

Pag. 598. *col.* 1. *versu* 4. dictu, *lege*, dicta.

Pag 599. *col.* 2. *circa mediam col.* Brandeburgico argenteus; *adde*, pag. 254.

Pag. 605. *col.* 1. *versu* 14 *ante finem col.* quod ego, *lege*, quot ego.

Ibidem, col. 2. *versu* 25. duem, *lege*, decem.

Pag. 606. *col.* 1. *versu* 11. *quinze mille aux chapiteaux*, lege, *quenze mille écus aux chapiteaux.*

Pag. 609. *col.* 2. *versu* 26. e Hebræo, *lege*, ex Hebræo.

Pag. 610. *col.* 1. *versu* 19. Vologusæ, *lege*, Vologaiæ.

Ibidem, col. 2. *versu* 45. editæ, *lege*, edita.

Pag. 611. *col.* 1. *versu* 28. regni Antiochi: eodemque primo, quo regnat solus, defuncta Cleopatra. *Dele ista omnia. Et versu* 38. *in margine*, 191. *lege*, 198.

Ibidem, col. 2. *versu* 29. *Ante Chistum*, 100. lege, Ante Christum, 110.

Pag. 612. *col.* 1. *versu* 24. Novisio, *lege*, Norisio.

Ibidem, versu 15. *ante finem pag.* 669. Quem nummum &c. *lege*, 669. In Thesauro Regio, nummus ex ære mediocri: Caput Jovis.)(. Juppiter sedet. ΑΝΤΙΟΧΕΩ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. ΗΚΣ. *Antiochensium metropoleos*; *anno* Græcorum CCXXVIII. Quem nummum &c.

Ibidem, col. 2. *versu* 14. prænobilis & antiquæ: *scribenda sunt ista Italico charactere.*

Pag. 614. *col.* 1. *versu* 11. *ante finem col.* cujus est altera. *lege*, cujus est alter.

Pag. 615. *col.* 1. *versu* 3. in nummis aureis, *lege*, in nummis Latinis aureis.

Ibidem,

Ibidem, versu 10. 718. Olymp. Sic deinde annos sequentes emenda:
710.
720. Nummus Mediceus, &c.
721. Urbis conditæ annus 721. &c.
722. Olymp. 190.
723. Nummus e Cimelio D. FOVCAVLT, &c.

Ibidem, versu 16. cum ΘΠΣ, lege, cum ΒΠΣ.

Ibidem, versu 6. ante finem col. 723. hunc numerum ibi dele.

Ibidem, versu ultimo: quæ Θεὰ sit, sive divo patre genita: lege, quæ Θεὰ sit, ut alibi diximus.

Pag. 616. col. 1. versu 34. quidem, dele semel hanc vocem.

Pag. 617. col. 1. versu 20. ante finem col. post Te principe Romam: adde: Nempe, ut est in nummis Augusti, CIVIBus ET SIGNis MILITaribus A PARTHIS RESTITutis

Ibidem, in fine anni 734. Caput Bacchi: adde: Nondum Apameni annos numerant ab Asia recepta.

Ibidem, col. 2. versu 37. De turrita, lege, Dea turrita.

Ibidem, versu 44. Hoc primum anno Syriæ Præses, adde, (ut vulgo appellatur.)

Pag. 618. col. 1. circa mediam col. Hoc ab anno, lege, Ab anno.

Ibidem, sub finem anni 749. A A xxxi. lege, A A xxxi.

Ibidem, col. 2. circa mediam pag. Severi Alexandri Christi 222. lege, Severi Alexandri; Christi 222.

Ibidem, versu 9. ante finem pag. quæ esset & Galilææ, lege, & quæ esset Galilææ.

Pag. 619. col. 1. versu 22. a Præside Syria, lege, a Præside Syriæ.

Pag. 624. col. 1. versu 34. & peculiariter, lege, & (præter aliam causam) peculiariter.

Ibidem, col. 2. versu 30. ante finem paginæ DCCLX. adde, Nummus est Cæsarensium in Palæstina.

Pag. 625. col. 2. versu 22. Quod si Julia gens &c. dele hos quatuor versus.

Ibidem, versu 19. ante finem pag. consignare in nummis, lege, consignare in nummis Græcis

Pag. 626. col. 2. versu 6. ante finem pag. Pag. 84. lege, pag. 397.

Pag. 627. col. 1. versu 28. Christi Servatore, lege, Christo Servatore.

Ibidem, in schemate agnatorum Christi, id est, patris amita, lege, id est, ex patris amita.

Pag. 628. col. 1. versu 5. Marc. xv, 47. lege, Marc. xv. 40.

Ibidem, versu 6. propter patruum & patris fratrem patruelem sibi cognominem, lege, propter amitæ suæ maritum sibi cognominem.

Ibidem, versu 21. e patris ipsius fratre, lege, ex patris ipsius amita.

Pag. 629. col. 1. versu 24. e gaza Regia; adde, aliæque sub aliis Imperatoribus.

Ibidem, col. 2. versu 5. ea ætate cusi, dele hanc vocem postremam, cusi.

Pag. 632. col. 2. versu 41. Levit. xxiii, 8. adde, & Num. xx, 13.

Pag. 634. col. 1. versu 18. pag. 63 lege, pag. 390

Ibidem, versu 29. prænobilis & antiquæ; scribenda hæc sunt Italico charactere.

Ibidem, col. 2. versu 9. Petrum, non esse, lege, Petrum non esse.

Ibidem, versu 12. Apud Fr. Lotti, &c. Hæc refer ad annum Christi 50.

Pag. 635. col. 2. versu 40. religione. Simonis, lege, religione, Simonis.

In fine ejusdem pag. adde: Nummus in Museo nostro, æris minimi: ANTIOXEΩN. Capite turrito .)(. ZP. Anno CVII. æræ Antonianæ. Aries cum cane, & Solis sidere.

Pag. 637. col. 1. versu 25. & eo nomine Cæsari, lege, & præterea Cæsari.

Ibidem, col. 2. versu 15. ante finem pag. Vitellii Imp. &c. dele versus istos decem.

Pag. 638. col. 2. versu 32. in quinque, lege, in octo.

Ibidem, versu 42. ΡΑΒΒΑΘΑΜΗΝΩΝ: adde: (sic enim mihi videor in nummo paulum detrito legere:)

Pag. 639. col. 2. versu 21 ante finem pag. Festum sortium, feria sexta: uti ostendimus in Tractatu de supremo Christi Paschate, pag. 42. lege, Festum Expiationis, die sabbati; ut supra ostenuimus in Tractatu de supremo Christi Paschate, pag 401. col. 2.

Pag. 646. circa med. SOCIETATE JESV, lege, E SOCIETATE JESV.

Ibidem, col. 2. post med. ex litteris PTP, lege, ex litteris PTR.

Pag. 649. col. 1. versu 7. ante finem paginæ: DNAIA, lege, TDNAIA.

Pag. 650. col. 2. versu 31. Regionis, lege, Reginonis.

Ibidem, versu 56. Joannis, lege, Joannes

Pag. 652. col. 1. versu 23. germanicus, lege, Germanicus.

Ibidem, versu 42. tutura, lege, futura.

Ibidem, versu 44. asservasse nec: lege, asservasse · nec.

Pag. 653. col. 1. versu 11. ante finem pag. incepte, lege, inepte.

Ibidem, col. 2. versu 32. VICTORIA Aug. lege, VICTORIA AVG.

Ibidem, versu 52. unc Mela, lege, unde Mela.

Pag. 656. col. 1. versu 12 gloriaveris, lege, gloriareris.

Ibidem, versu 16. certo constaret, lege, cum certo constaret.

Ibidem, versu 24. vetustius numismata, lege, vetustius numisma.

Pag. 658. col. 1. versu 6. resedississes, lege, re si dissides.

Ibidem, col. 2. versu 8. quoque, lege, quot que.

Ibidem, versu 15. ante finem pag. d'Auguste d'Antonin, lege, d'Auguste, d'Antonin.

Pag. 659. col. 1. versu 11. sæpè numero, lege, sæpenumero.

Ibidem col. 2. versu 38. pour cela, lege, pour dire cela.

Pag. 661. col. 1. versu 11. precari superscriptio, lege, precari. Superscriptio.

Pag. 662. col. 1. versu 15. judicio, lege, indicio.

Ibidem, versu penult. liberalitas, scribe, Liberalitas.

Ibidem, col. 2. versu 3. infinement, lege, infiniment.

Pag. 663. col. 1. versu 12. Danubium, lege, Danubium.

Ibidem, versu 17. Sermy, lege, Sirmii.

Ibidem, col. 2. versu 51. misere illo, lege, misero illo.

Pag. 665. col. 2. versu 18. possession de gouvernement, lege, possession en mesme temps du gouvernement.

Pag. 666 col. 1. versu 8. sacros, lege, ecclesiasticos.

Ibidem, versu 53. videat, lege, tueat.

Pag. 671. col. 1. versu 43. que trois lieuës, lege, que de trois lieues.

Ibidem, versu 54. qu'elle, lege. qu'elles.

Ibidem, col. 2. versu 13. VR. D lege, VRB.

Pag. 673. col. 2 versu 12. ante finem pag. excusare, lege, excusari.

Pag. 674. col. 2. versu 1. ante finem pag. SIR. lege, STR.

Pag. 676. col. 2. versu 39. dont vos Tetriques: dele verba ista tria.

Pag 679 col. 1. versu 6. ante finem pag. des Bourbons Montpensiers: lege, des Bourbons-Condes, des Bourbons-Contis, & des Bourbons-Montpensiers.

Ibidem, col. 2. versu 35. de cette endroit, lege, de cet endroit.

Ibidem, versu 54. malgre lui fuit lege, malgré lui il fuit.

Pag. 680. col. 2. versu 18. qui avec, lege, qui avez.

Pag. 683. col 2. versu 41. dictum. lege, ductum.

Ibidem, versu 65. ΓΟΡΔΙΑΝΟC, lege. ΓΟΡΔΙΑΝΟC.

Pag. 684. col 1. versu 15. la Caroline. Adde: Ergo Cæsaris & Augusti nomina se perinde in nummis habent, atque hodie in titulis Nassaviorum Frisiæ Gubernatorum, nomina Nassavii, & Hereditarii Frisiæ, Groningæ, &c. Gubernatoris. Nam ut Nassavius, ita Cæsar cognomen familiæ est: Augustus idem valet atque Gubernator hereditarius à Senatu designatus è multis in eadem familia Cæsarum hereditariis, servato ordine proximitatis cum decessore; eoque nomine Venerandus Σεβαστὸς, Augustus.

Ibidem, versu 40. patris integrum, lege, patris habuit integrum.

Ibidem versu 30. ante finem pag. qui natum, lege, qui natura.

Pag. 685. col. 1. versu 52. Tiberium Augustum vero, lege, Tiberium, Augustum vero.

Ibidem, col. 2. versu 11. ante finem pag. cum P. JACOBI SIRMONDI, lege, cura P. JACOBI SIRMONDI.

Pag. 687. versu 4. Pætorius, lege, Prætorius.

Ibidem, versu 13. & hæres unica Scipionum, lege, & hæres unica primariæ familiæ Scipionum.

Pag. 688. col. 1. versu 26. ob ædificia excitata, lege, ob ædificia etiam excitata.

Ibidem, col 2. versu 50. Cenoman, lege, Cenomanensis.

Pag. 689. col. 2. versus 11. ante finem pag. adde: 37. Q. METELLVS. Templum, in quo stant togati Julius & Augustus: hinc capeduncula, inde lituus. .)(. Julii capiti caput Augusti applicatum. CRETICVS. Describitur a D. Vaillant, Tab. xxx. num. 12. ex Goltzio, pag. 227. num. 2.

Ibidem, versu 8 ante finem pag. 37. TI. lege, 38. TI.

Ibidem, versu ult. sexti Magni, lege. Sexti Magni.

Pag. 690. col. 1. versu 11. cum Pompeii filio capta. Italico charactere hæc scribi oportuit.

Ibidem, versu 20. ante finem pag. RVF. P. lege, RVF. F.

Pag. 691. col. 1. versu 49. & altero qui inscriptus est, PERPETVA SOBOLES, cum lupa similiter ac gemellis, de quo nuper ad te scripsi. Hæc sunt prorsus delenda: nam esse hunc nummum adulterinum me postea Auctor admonuit, inquit D. DE BALLONFEAUX.

Ibidem, versu 52. persuasissimum fui, lege. persuasissimum fuisse.

Ibidem, col. 2. versu 6. Minatius, lege, M. Minatius Sabinus.

Pag. 692. col. 1. versu 7. Sol est, dele est.

Ibidem, versu 31. Neptunus, lege, Neptunius.

Ibidem, versu 45. ET ORA, lege, ET ORAE.

Ibidem, versu 57. ET DRAE, lege. ET ORAE.

Ibidem, versu 5. ante finem pag. in Cimilio, lege, in Cimelio.

Ibidem, col. 2. versu 31. colonica, lege, colonia.

Ibidem, versu 44. Caput sexti, lege, Caput Sexti.

Ibidem, versu 45. superiora, lege, superiore.

Pag. 693. post versum 15. ante hæc verba, (à Julio Cæsare;) titulum hunc pone: STEMMA CÆSARVM.

Ibidem, col. 1. circa med. Drusilla. CAIVS CÆSAR. lege, Drusilla, Livia. CAIVS CÆSAR.

Ibidem, inferius: M. ANTONIVS Triumvir, cui conjux Octavia. lege, cui conjux altera Octavia Cæsar, soror Augusti Cæsaris. Ex priore M. Antonius. Ex Octavia, ANTONIA AVGVSTA.

Pag. 695. col. 1. versu 23. cumulatum. Adde: si quis tamen M. Antonii tunc Consulis Pietatem hic commendari malit, lubens assentiar.

Pag. 698. col. 1. versu 8. Simplicius, lege, Damascenos simplicius.

Ibidem, versu 18. ante finem pag. sed ipsam, lege, sed ipsum.

Pag. 701. col. 1. versu 4 Et circiter, lege, Nam circiter.

Ibidem, versu 28. BOS, lege, Bos. Et versu 30. nummis, lege, nummus.

Ibidem, col. 2. versu 13. ante finem pag. S. T. lege, S. E.

Pag. 702. *col.* 1. *post versum* 2. *adde:* Ad hunc annum pertinet Inscriptio posita Cæsaris Augusti honori in trophæo Alpium, quam describit Plinius, lib. III. sect. XXIV. his verbis: IMP. CAESARI DIVI F. AVG. PONTIFICI MAX. IMP. XIIII. TRIBVNICIAE POTESTATIS XVII. S.P.Q.R.

Ibidem, col. 1. *versu* 35. nunc vix, *lege*, nunc vice.

Pag. 703. *col.* 1. *versu* 31. bacillum, *lege*, vexillum.

Pag. 704. *col.* 2. *versu* 41. Ne quis unquam esset Augusti, *lege*, ne quis unquam esset Augustus, nisi ex Augusti &c.

Ibidem, versu 58. Vale. *Adde*, Parisiis, die Sabbati, VII. Februarii, MDCXCIX.

Ibidem, versu ult. so'l sapere, *dele*, soli.

Pag. 705. *col.* 1. *versu* 5. *ante finem pag.* *SON MARI*, *adde*, &c.

Ibidem, col. 2. *versu* 37. *Patriæ* conjux, *lege*, *Patris Patriæ* conjux.

Pag. 706. *col.* 1. *versu* 37. TI. KAICAR, *lege*, TI. KAICAP.

Pag. 707. *col.* 1. *versu* 1. falsitii an, *lege*, falso: an &c.

Pag. 708. *col.* 1. *versu* 18. nam cum, *lege*, nam cur.

Pag. 713. *col.* 2. *versu* 15. *ante finem pag.* sexennis, *lege*, decennis.

Pag. 714. *col.* 1. *versu* 20. sexennem, *lege*, decennem.

Pag. 715. *col.* 2. *versu* 25. Tres Caii sorores, *lege*, Tres Caii sorores.

Ibidem, versu 32. quia neptis, *lege*, quia proneptis.

Pag. 716. *col.* 1. *versu antepenult.* primum, *lege*, prius.

Pag. 717. *col.* 1. *versu* 8. *ante finem pag.* KAIΣAR, *lege*, KAIΣAP.

Pag. 718. *col.* 1. *versu* 26. F Valerii, & Constantini Max. *lege*, & Fl. Valerii Constantini, & Constantinus Max.

Ibidem, col. 2. *versu* 37. In Germania trans RHENVM castris: *hæc italico charactere scribi oportuit.*

Pag. 720. *col.* 1. *versu* 27. uxor tertia, *lege*, uxor tertiis nuptiis.

Ibidem, col. 1. *Anno Christi* 52. Claudii 12. *adde*, Claudii nummus, in Thesauro Mauroceni, pag. 112. .)(. ΕΥΘΗΝΙΑ. *Ubertas.* Γ. IB *anno* XII.

Pag. 725. *col.* 2. *versu* 17. comminiscantur, *lege*, comminiscuntur.

Ibidem, col. 1. *post med.* Germanici sororis filia: *Adde:* & ex avo materno Druso Cæsare, Tiberii Aug. & Juliæ Augustæ filio. Itaque Tiberii Aug. & Juliæ Augustæ pronepos, Divi Augusti abnepos fuit Galba.

Ibidem, col. 2. *versu* 11. *ante finem pag.* Augusana, *lege*, Augustana.

Pag. 729. *col.* 1. *versu* 10. *ante finem pag.* Nam erat etiam Galba &c. *lege*, nam erat Galba Drusi Cæsaris & Liviæ Germanici sororis filia, Cæsaris Augusti pronepte genitus; ut filia Germanici, pariter Augusti pronepte, Vitellius.

Ibidem, col. 2. *versu* 12. *ante finem pag.* pater Diadumeniani, *lege*, qui pater Diadumeniani vulgo creditur.

Pag. 730. *col.* 1. *versu* 9. *ante finem pag.* matrem Othonis, matrem hinc Othonis.

Pag. 732. *col.* 1. *versu* 15. *Paci orbis terrarum*, dele, *terrarum* & *sic iterum versu* 21.

Pag. 734. *col.* 2. *versu* 37. ϛϡ ET. KP. *lege*, ET ϛϡ KP.

Pag. 740. *col.* 2. *versu* 9. femina potuit, *lege*, femina non potuit.

Pag. 742. *col.* 1. *versu* 54. & statum adæquante, *lege*, & statura adæquante.

Ibidem, versu ult. frumentum, *lege*, frumentum.

Ibidem, col. 2. *versu* 41. Romanos togatus, *lege*, Romanos togatos.

Pag. 746. *col.* 2. *versu ult.* ANTONIVS PIVS, *lege*, ANTONINVS PIVS.

Pag. 747. *col.* 2. *versu* 18. TRAIANOC, *lege*, TPAIANOC.

Pag. 748. *col.* 2. *versu* 8. *ante finem pagina.* cui gerendi, *lege*, cui gerendo.

Pag. 749. *col.* 1. *versu* 20. *ante finem pagina:* IMP IV. *scribe* IMP. IIII.

Pag. 751. *col.* 2. *versu* 24. *ante finem pag.* jam. Diva, *lege*, jam Diva.

Pag. 756. *col.* 1. *versu* 29. Mauroceni, pag. 117. *Adde:* Est in Ægypto cusus. Nullum Athenis Hadriani alterius e Augusti nomine cusum numisma fuit. Nam *Athenæ libera civitas*, Plinio, libro IV. sect. XI. sui juris, ac ne quidem fœderata.

Ibidem col. 2. *versu* 5. intelligentii, *lege*, intelligent ii.

Pag. 758. *col.* 1. *versu* 4. *ante finem pag.* quid verum, *lege*, quid rerum.

Pag. 759. *col.* 2. *versu ult.* A IϚ. *scribe*, L. IϚ.

Pag. 761. *col.* 2. *versu* 35. cuja sine, *lege*, cui a sinu.

Pag. 762. *col.* 1. *versu* 15. *ante finem pag.* A. N. F. F. *lege*, AN. F. F.

Ibidem, col. 2. *versu* 43. leve, *lege*, læva.

Ibidem, versu 56. Dea Stat, *lege*, Dea stat.

Pag. 763. *col.* 1. *versu* 7. *ante finem pagina. in generationem*, lege, *in generationem & generationem*

Ibidem, col. 2. *versu penult.* Hadrianus Antinoi. *lege*, Hadrianus. Antinoi &c.

Pag. 764. *col.* 1. *versu* 38. summam verum, *lege*, summam rerum.

Ibidem, col. 2. *versu* 1. in orbe Romano, *adde*, in Pannonia præsertim & Oriente.

Ibidem, versu ult. verbi, *lege*, verbo.

Pag. 766. *col.* 1. *versu* 29. alias vis, *lege*, alia vis.

Pag. 767. *col.* 2. *versu* 38. ΟΥΑΓΑΛΑCΟΥ, lege, ΟΥΑΛΑΓΑCΟΥ.

Pag. 768. *col.* 2. *versu* 21. & Faustina priore, *lege*, & Faustina juniore.

Ibidem, versu 35. A. N. F. F. *lege*, AN. F. F.

Pag. 769. *col.* 2. *versu* 24. *ante finem pag.* dextra jungunt, *lege*, dextras jungunt.

Pag. 770. *col.* 1. *versu* 2. Augustus fuisset, *adde*, vel imperator.

Ibidem, col. 2. *versu* 18. Est hic ex ære mediocri. *adde*. Dicitur *Titus Cæsar* a proavo Tito Cæsare Vespasiano, *Antoninus* ab avia, Antoniæ Augustæ abnepte.

Pag. 774. *col.* 1. *versu* 47. Occonom, *lege*, Occonem.

Ibidem, col. 2. *versu penultimo* CEBA. lege, CEBA.

Pag. 777. *col.* 1. *versu* 4. ex Faustina Pii filia: *hæc verba ibi dele, eademque superpone istis*, COMMODVS, & Annius Galerius

Ibidem, versu 23. vellendam, *lege*, aut vellendam.

Ibidem, col. 2. *versu* 27. ut obiter, *lege*, ut id obiter.

Ibidem, versu 34. FIL II. *lege*, FIL. II

Pag. 779. *col.* 1. *versu* 16. cœpisset, *lege*, cœpisset.

Pag. 781. *col.* 2. *versu* 29. Deæ Syriæ: *verba hæc duo dele, & in fine adde:* Est autem hujus lemmatis, ΘΕΑC CΥΡΙΑC ΙΕΡΟΠ. hæc sententia: *Prænobilis & antiqua in Syria Hierapolitarum* civitatis. Sic ΘΕΑΣ ΣΙΔΩΝΟΣ intelligi oportere alias admonuimus. Lepidus error fuit illius, qui opusculum edidit, Περὶ τῆς Συρίας Θεοῦ, occasione accepta ex similium nummorum inscriptione, quam non intelligeret: unde induxit in fraudem multos eruditos; quos & nos olim secuti sumus. Non est hic Syriæ Dea, sive Astarte, sive alia: sed civitas ipsa Hierapolis Θεὰ vocatur; acceptione vocis istius in illis regionibus usitata, pro eo quod est *Regina civitatum*, sive *prænobilis & antiqua*. Dicitur ergo Hierapolis Θεὰ Συρίας, Regina civitatum Syriæ; quemadmodum Sidon Θεὰ pariter dicitur. Nam idcirco Hierapolis nomen Syriæ addit, tum ut a Sidone quæ pariter Θεὰ, sed Phœnices est: tum a Phrygiæ civitate cognomine, quæ pariter Hierapolis est, secernatur. Hic si in memoriam revoces, Vir Erudite, quid esse diximus Θεὰς & Θεὰ in nummis Regum Ægypti & Syriæ, quin Θεὰ quoque in nummis civitatum *prænobilem & antiquam* significet, minime dubitabis.

Festivus nihilominus error est alter, quo adhuc secuti viros eruditos, arbitrati sumus in nummo Abonotichitarum ΓΛΥΚΩΝ nomen esse serpentis, & (uti fabulantur) renati Æsculapii. Nummus ille est Antonini Pii, ut suo loco diximus. In aversa parte has voces exhibet: ΑΒΩΝΟΤΕΙΧΙΤΩΝ. ΓΛΥΚΩΝ. Quod nomen est Magistratus illius civitatis; qui parens illius, ut videtur, cujus in nummis Thyatirenorum legitur, sub Septimio Severo & Julia Domna, ΕΠΙ CΤΡ. ΚΥ. ΑΥΡ. ΓΛΥΚΩΝΟC, *Sub Prætore Quinto Aurelio Glycone*. Est & alterius ΑΥΡ. ΓΛΥΚΩΝΟC, Aurelii Glyconis, Prætoris Blaundensium Macedonum in Lydia, mentio in nummo Philippi junioris, maxima mole, apud D. Abbatem DE CAMPS. Rursum alibi, ΓΛΥΚΩΝΟC ΘΕΟΛΟΓΟΥ, in nummo Pergamenorum, ut mox dicam. Sed illic in recto casu ponitur ΓΛΥΚΩΝ; quemadmodum in nummis Laodicenorum Phrygiæ, ΣΩΣΘΕΝΗΣ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ: Sardianorum, ΜΟΥΣΑΙΟΣ ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ: Smyrnæorum, ΕΡΜΟΚΛΗΣ ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ: Coensium, ΑΙΝΕΙΑΣ ΚΩΙΩΝ, ΝΙΚΑΓΟΡΑΣ ΚΩΙΩΝ; & sexcenta similia.

Serpens enim qui in spiras assurgit, symbolum solummodo theriacæ est, quæ fieret in illis regionibus laudatissima, ob viperas eo nomine in tota Asia minore celebratas. Quamobrem tum in alio eorum Abonotichitarum nummo sub M. Aurelio Antonini Pii successore, tum in aliis oppidorum ejusdem minoris Asiæ nummis, Dea Hygia sive Salus cernitur, dextra tenens viperam. In alio pariter Abonotichitarum, sub Antonino Pio, stant numina duo; Æsculapius cum baculo, cui vipera circumvolvitur; & Dea Salus. In alio denique sub eodem Pio, quem Illustr. Spanhemius delineari curavit, pag. 177. non jam serpens unus, qui Glycon dici possit, sed duo sculpti sunt: quos ut viperas esse intelligas, unus caput alterius præmordet.

Jam vides, Vir Erudite, quibus olim nugis paginam unam alteramve oppleverimus; dum de Glycone et dissereremus, ex Luciani Pseudomanti, quæ fabula est ex hoc numismate perperam intellecto ficta, alios imitati, multa descripsimus. Nam quod caput humanum serpens habet in nummis ΑΒΩΝΟΤΕΙΧΙΤΩΝ & ΙΩΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, nihil istud mirum aut singulare videri debet. Nam & in nummo Nicomediensium, sub Antonino Severo, quem Caracallam vocant, similiter visitur in Gaza Regia: nec aliud illud significat, nisi theriacam, quæ ex illis serpentibus conficitur, esse humano generi salutarem. Symbolicæ sunt enim, non fabulosæ, quæcumque in nummis cernuntur effigies. Sic Bacchus qui pingitur in altero ΑΒΩΝΟΤΕΙΧΙΤΩΝ nummo, vini in eo tractu copiam significat.

Habent serpentem in gyros pariter erigentem se, in nummis suis Pautaliotæ & Dionysopolitæ, aliique multi in Thracia; Samii quoque. Habent in primis & Neocæsarienses in Ponto, in illo egregio nummo Neronis, qui est in Gaza Regia, inscriptos: ΝΕΟ. ΑΓΑΘ. ΔΑΙΜΩΝ. In eo serpens visitur in gyros se erigens; cui lotus in capite: appositæ hinc inde spicæ, & papavera; quæ sunt symbola ubertatis triticeæ: ut sententia sit, non ΝΕΟΣ ΑΓΑΘΟΣ ΔΑΙΜΩΝ, ut visum est multis viris; sed ut memini me ad te, vir Nobilissime, scribere, ad annum 3. Neronis: Νεοκαισαρέων Ἀγαθὸν Δαίμονα, hoc est, Neocæsariensium Genium, nempe Isin, quæ loto Ægyptia designatur, dare agro ei, tum frumentum optimum,

mum, tum theriacam ex viperis commendatissimam. Atque ut illi sub Nerone, sic sub ipso etiam Caio Cæsare Caligula, ut vocant, atque adeo multo ante Glyconem, Cotienses in suo nummo serpentem sculpserunt in gyros se convolventem erecto capite: cujus iconem tibi præstabit Patinus in historia Imperatorum, pag. 95.

Abonotichitas autem impetrasse a Romano Principe, ut Ionopolitæ dicerentur, quemadmodum in Pseudomanti narratur, pag. 497. mera fabula est. Quod enim semel in nummis oppidum unumquodque nomen habet, illud ipsum semper retinet. Ac si nomen mutare ab Aurelio Principe Abonotichitæ potuerent, Aureliopolitas, opinor, potius vocari se ambirent. Ionopolitæ (quod nos olim præteriit) in Ionia fuere ipsi Myusii; qui Ionopolitæ in nummis maluerunt, quam Myusii, appellari: quoniam teste Plinio, libro v. sect. xxxi. pag. 601. *Myus oppidum est, quod primo* IONES *condidisse narrantur: ac propterea regio omnibus Ionibus sacra, & ideo Panionia appellata.* Totus in eadem Ionia *Thyatira* est, ubi Glyconum alter Prætor in nummo L. Veri dicitur; quemadmodum prior fuit *Ionopoli*, & in Aboni Castro: quod castrum inde recte conjicitur in eodem tractu fuisse; sed inter inhonoras, ut Plinius appellat, sive ignobiles civitates.

Contemplare hic igitur, Vir Nobilissime, gentis Glyconum ex nummis progressum. Primum apparet sub Antonino Pio, in Aboni Castro, ΓΛΥΚΩΝ. Deinde sub L. Vero, M. Aurelii fratre, Ionopoli, sive Myunte in Ionia, ΓΛΥΚΩΝ. Mox sub Septimio Severo, Thyatiræ Prætor, ΚΥ. ΑΥΡ. ΓΛΥΚΩΝ, in eadem Ionia. Post sub Philippo juniore, Prætor ΒΛΑΥΝΔΕΩΝ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ ΑΥΡ. ΓΛΥΚΩΝ. Denique sub Decio, Pergami, quo Thyatireni veniebant disceptaturi; (teste Plinio, eodem libro v. sect. xxxiii. pag. 611. *Pergamena vocatur*, inquit, *ejus tractus jurisdictio. Ad eam conveniunt Thyatireni, Mygdones*, &c. Sub Decio Trajano, inquam, est nummus insignis, Glyconis Prætoris, hac epigraphe: ΕΠΙ C ΚΟΜ. Φ, ΓΛΥΚΩΝΟC ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Sub Herennio Etrusco autem, Trajani Decii filio, ΕΠΙ C ΚΟΜ Φ ΓΛΥΚΩΝΟC ΘΕΟΛΟΓΟΥ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΠΡΩΤΩΝ Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Est ex ære maximo uterque, & ille quidem in Thesauro Regio. Longe clarissimum Asiæ oppidum, ut Plinius vocat loco citato proxime, Pergamum, in Mysia fuit, ipso teste. Unde hic legimus: Ἐπὶ Στρατηγοῦ καθ' ὅλην Μυσίαν Φλαβίου Γλύκωνος &c. *Sub Prætore per omnem Mysiam Flavio Glycone.* Cave enim hic legas cum D. Vaillant, *Sub Prætore Cominio Fabio Glyconis* filio. Neque enim aut viri ex Græcia vel Asia duo habent nomina Latina, aut homo Latinus hominis Græci potest dici filius; aut denique duo nomina gentilia sine cognomine ponerentur. Sic decepti sunt plerique Antiquarii, qui in Latinis litteris CONOB & CONS, eas non intellexerint esse singulas unius vocabuli primas litteras. Sic ΚΟΣΩΝ est ut diximus, Καῖσαρ ἀπὸ Συρίας αἰώνιος.

Fuit ergo gens Glyconum insignis in Asia: ex qua fratres duo affinitatem cum Romanis gentibus duabus contraxit, sub Antonino Pio, ducta alter conjuge ex Flavia, ex Aurelia gente alter. Quæ causa est quamobrem in nummis non occurrat ΓΛΥΚΩΝ nisi sub Antonino Pio, qui etiam ipse (ut alias ad te scripsi) ex gente Flavia, & M. Aurelium, L. Veri fratrem, generum habuit.

Denique ne quid circa hosce nummos omittam, quod desiderare possis, Θεολόγος est, qui de Diis, hoc est, de Augustis, quales fuere Trajanus Decius & Hetruscus, panegyricam orationem habuit. Vide quæ alibi de nummis inscriptis ΘΕΟΓΑΜΙΑ & ΘΕΟΚΑΜΙΑ diximus.

Pag. 782. *circa finem*, VESPASIANVS AV. *lege*, VESPASIANVS AVG.

Pag. 783. *col.* 1. *versu* 22 NOBILITAS AVG. *Adde:* & maximo honori consequentes Augusti duxerunt, genus a Commodo trahere se significare, quibus id natales tribuerunt; scribendo se P. F. hoc est, Pios Felices a Commodo Pio Felice oriundos.

Pag. 784. *col.* 1. *versu* 12. *ante finem paginæ*: Augusti, *dele virgulam.*

Pag. 786. *col.* 1. *versu* 28. Populorum & Urbium: *adde:* Vides, Vir erudite, M. Aurelium appellari prius Cæsarem, quàm Antoninum. Cur? nisi quia *Cæsar* gentis ibi cognomen est, ut est certissimè; vide rursum, an M. Antoninus diceret in libro xi. de rebus suis, num. 30. ὅρα μὴ ἀποκαισαρωθῇς, cave ne mores Cæsareos inducas: quod Gallicè vertunt: *prens bien garde de ne pas degenerer en Tyran.*

Ibidem, *col.* 2. *versu* 25. *ante finem paginæ*, primo edit., *lege*, primæ edit.

Pag. 790 *col.* 2. *versu* 22. *ante finem pag.* nam istud, *lege*, nam ut istud.

Pag. 792 *col.* 2. *versu* 15. *ante finem pag.* apud Abb. *lege*, apud D. Abb.

Pag. 794. *in stemmate Pescennii; littera* V *subjecta his vocibus*, Ælia Julia, *delenda est.*

Ibidem, *col.* 2. *versu* 30, in Oriente, *lege*, in Oriente fuit.

Pag. 795. *col.* 1. *versu* 21. Marcus Publius Decimus, *lege*, Marcus, Publius, Decimus.

Pag. 796. *col.* 1. *versu* 24. Luna inter septem planetas. *Adde:* Hæc epigraphe docet Pescennium quoque Augustum genus ducere ex Augusto Cæsare, æternamque eam Augusti domum fore deinceps in gente Pescennia, quamdiu cum sideribus Luna lucebit. Vide quæ dudum ad te scripsi in Hadriano, ad annum Christi 134.

Pag. 797. *col.* 2. *versu* 19. *ante finem paginæ.* Sessoribus. Est ex ære maximo. *Adde:* Perpetuitas æternitasve nobilissimarum quatuor familiarum, Juliæ sive Cæsareæ, Antoniæ, Pompeiæ, & Æliæ, per Helvios Pertinaces, quæ ex domo Pertinax Aug. & filius sororis ejus Severus Pertinax esset, hoc symbolo significatur: quoniam illustres eæ & imperio exercituum auctæ jam à ducentis annis hæ familiæ essent: *elephantos* autem *vivere ducenis annis Aristoteles* prodidit, teste Plinio, libro viii. sect. x. Quamobrem ut in nummis Augusti DIVVS AVGVSTVS PATER, significat ex illius stirpe Cæsares orituros esse; & in nummo Nervæ Aug. apud Goltzium, DIVVS NERVA PATER, significat ex illius stirpe Æliorum, (nam Ælius is fuit, ut ad te, Vir Nobilissime, sæpe scripsi:) Cæsares deinceps esse prodituros: quoniam esset ob adolescentiam impar administrando imperio Vespasianus junior, postremus è Flavia gente masculus: sic in nummo Pertinacis, DIVVS PERTINAX PATER, significat ex stirpe Helviorum Cæsares deinceps futuros, primumque ex ea stirpe Cæsarem Augustum Divum hunc Pertinacem esse: Commodo Cæsare Commodi Aug. filio, novissimo Æliorum masculo, adhuc puero, nec propterea idoneo Reipublicæ gubernandæ. *Dele deinde ibi hæc verba*, *Pater* est Pater Senatus & Patriæ.

Pag. 798. *col.* 1. *versu* 30. rivum, *lege*, virum.

Pag. 799. *col.* 1. *versu penultimo.* anno tertio, *adde*, Severi patris.

Pag. 800. *col.* 1. *versu* 18. *ante finem pag.* Σεπτίμιος Καῖσαρ *lege*, Σεπτίμιος Γέτας.

Ibidem, *col.* 2. *versu* 1. ob reverentiam parentum, *lege*, ob reverentiam Severi & Juliæ, à quibus &c.

Pag. 802. *col.* 2. *versu* 19. *ante finem pag.* erat ante aram, *lege*, orat ante aram.

Ibidem, *versu penult.* sedet, *lege*, sedat.

Pag. 804. *col.* 1. *versu* 34, sint positæ, *lege*, sunt positæ.

Ibidem, *versu* 52. exercituum, *lege*, exercitum.

Pag. 807. *col.* 1. *versu* 4. *ante finem paginæ.* Jovi Opt. Max. Heliopolitano: *scribenda hæc sunt Italico charactere.*

Ibidem, *col.* 2. *versu* 9. quinta, *scribe hanc vocem Italico charactere.*

Pag. 808. *col.* 2. *versu* 35. Cornucopiæ, *lege*, cum Cornucopiæ.

Pag. 810. *col.* 2. *versu* 9. *ante finem pag.* Diadumeniano filio Cæsare, *lege*, Diadumeniano cum Diadumeniani filio Cæsaribus.

Pag. 811. *col.* 2. in stemmate Antonini ubi legitur,

M. OPELIVS SEVERVS
MACRINVS PIVS AVG.
Conjux secunda,
Diadumena.
|
O. OPEL. ANTONINVS
DIADVMENIANVS

JVLIA MÆSA, conjux
prima Macrini Aug.
sed repudiata ob sterilitatem
ut videtur.

Sic lege:

M. OPELIVS SEVERVS
MACRINVS PIVS AVG.
|
M. OPEL. SEVERVS
MACRINVS PIVS
AVG. junior.

M. OPEL. ANT.
DIADVMENIANVS
CÆSAR

Opelius, ex patre:
Antoninus, ex matre:
Diadumenianus, ex conjuge.
|
M. OPEL. ANT. DIADVMENIANVS CÆSAR, junior.

JVLIA MÆSA
conjux Macrini
Aug. patris secunda, sed repudiata.

Pag. 811. *col.* 2. *versu circiter* 30. Diadumeniani novercam, *lege*, Macrini junioris novercam.

Ibidem, *in stemmate Macrini*, secunda conjux Diadumena: *dele ista: & mox ubi est* M. OPELIVS ANTONINVS DIADVMENIANVS, *lege*, M. OPELIVS SEVERVS MACRINVS PIVS AVG. junior.

Ibidem, col. 2. versu 8. ante finem pag. Diadumenianus &c. dele istos versus octo.

Pag. 812. col. 2 versu 10. quæ prima, lege, quæ secunda.

Pag. 814. col. 1. Cæsarea: oriundæ, lege, Cæsarea oriundæ.

Pag. 817. col. 2. versu 35. ΦΑΙΣΤΕΙΝΑ, adde, sic enim scribitur id nomen cum littera S Latinæ formæ

Pag. 819. col. 1. versu 20. adde: Perpetuam sobolem Augusti fuisse usque ad Severum Alexandrum hic nummus docet.

Pag. 821. col. 2. versu 11. ante finem pagina, mamas: lege, Mamas.

Pag. 822. col. 2. versu 18. ante finem pag. Juliæ Mamææ.... .... in gaza Regia: dele hos versus tres.

Pag. 823. col. 1. versu 25. ex quibus, lege, quoniam ex Romulo.

Ibidem, col. 2. versu 34. antiquitas, lege, erudita antiquitas.

Pag. 825. col. 2. versu 46. significat, lege, significet.

Pag 826. col. 1. versu penult. Et Gordiani, lege, Est Gordiani.

Ibidem, col. 2. versu 43. qui filium minorem natu, lege, qui fratrem minorem natu.

Pag. 827. col. 2. versu 26. Antonio pio, lege, Antonio Pio.

Pag. 833. col. 2. versu 1. Vide, lege, Vidi.

Pag. 835. col. 1. versu 20. ante finem pagina: Capite, lege, Caput.

Pag. 836. col. 1. versu 24. ante finem paginæ: tum Alexandriæ, lege, tum ibi, tum Alexandriæ.

Pag. 837. col. 2. versu 2. lineolam subjectam huic nomini, Junius Valens, huic alteri nomini superpone, Valens Hostiliana.

Pag. 840. col. 2. versu 23. Sororum Juli, lege, Sororum Julii.

Pag. 845. col. 1. versu 22 minime: dele hanc vocem.

Ibidem, col. 2. versu 1 post conjuge, dele virgulam.

Pag. 849. col. 1. versu 47. Catabiensi, lege, Cantabiensi.

Pag. 850. col. 1. versu 25. ante Marcum Pium, & filium, lege, ante Antoninum, & Marcum Pium, & Marci filium.

Pag 851. col. 2. versu 42. Virtus Valeriani, lege, Virtus Valeriani Imp.

Pag 853 col. 2. versu 19. salutatus. Adde: cum & Gallienus quartum iniit Consulatum
IMP. C. P. LIC. GALLIENVS P. F. AVG. Capite radiato. .)(. P. M. TR P. V. COS. IIII. P. P. Sedet ipse habitu Consulari, dextra tenet orbem Romanum, sinistra bacillum Imperatorium. Est ex ære minimo, in Museo P. CHAMILLART: cusus hoc anno ante Natalem Urbis

Ibidem, versu 19. ante finem pag. Kalendis Januarius &c. dele hunc versum.

Ibidem, col. 2. versu 49. coronam Augusto porrigit, lege, coronam Romæ porrigit.

Pag. 857. col. 2. versu 16. cum sua Virtute. lege, cum sua Virtute, virgula pro puncto posita.

Pag. 861. col. 1. versu penult. neque nepos, lege, & nepos.

Ibidem, col. 2. versu 2. Gothica, ibidem. lege, Gothica, in Museo nostro.

Ibidem, versu 17. eodem Cimelio. Adde: Sunt & in Cimelio P. CHAMILLART ex ære minimo nummi inscripti: DIVO CLAVDIO. .)(. LIBERT. AVG. Dea Libertas pileum dextra tenet. Alter: DIVO CLAVDIO:)(. JOVI VICTORI. Juppiter stans, dextra fulmen, hastam læva tenet.

Pag. 863. col. 2. versu 54. Lupa cum gemellis. Adde: non aliud in hoc nummo significat, cum inscriptio nulla adjicitur, quam Urbem Romam esse Imperii dominam.

Pag. 866. col. 2. versu penult. Christinianissimo, lege, Christianissimo.

Pag. 869. col. 2. versu 43. DIVO VICTORINO &c. Hos versus tres conjice in imam paginam.

Pag. 873. col. 1. versu 3 ante finem pagina: si tamen nummus est genuinus Amandi: dele ista.

Pag. 874 col. 2. versu 8. ante finem pagina. dextra jungunt, lege, dextras jungunt.

Ibidem, col. 2. versu 11. pensio, adde, sive præstatio.

Pag. 875. versu 3. Maximiani, Herculi, lege, Maximiani Herculii.

Ibidem, col. 2. versu 12. ante finem pag. plus decem, lege, plus decem.

Pag. 876. col. 1. versu ultimo, adde: Verius ac simplicius. Imperator Cæsar Carinus vel Numerianus Nobilissimus Cæsar, hoc tantum significat, quod memini me sæpe super ea ad te scribere, Vir erudite; præterquam quod esset alteruter Imperator Cæsar jure natalium, quia ortus ex Cæsaribus, Nobilissimum se esse præterea paterno etiam genere, præter Cæsareum ac maternum. Ergo ne merus titulus dignitatis ac potestatis etiam his Carini & Numeriani temporibus Cæsar fuit?

Pag. 877. col. 2. versu 24. familiæ. Cari Aug. nummus est, lege, familiæ Cari Aug. Nummus est &c.

Pag. 878. col. 1. versu antepenult. Carino, & Diocletiano, lege, Carino Diocletiano, aliisque.

Pag. 879. col. 1. versu 4. omnibus, Adde: Ex quo intelligas recentes fictasque ab imperitis hominibus inscriptiones esse apud Gruterum, in quibus pag. CXCI, 3. Antoninus Severi F. CAESAR DESTINATVS dicitur. pag. CLXI, 3. PERPETVI CAESARES Constantius & Maximianus. Pag. MLXXXVI, 8. Valentinianus, Valens, & Gratianus, PERPETVI PII FELICES, aliæque similes. In nummo Antonini Severi, legimus quidem DESTINATO IMPERATORI, sed non destinato Cæsari.

Pag. 881. col. 1. JOACHIM, lege, JOAKIM, & sic ubicumque de eo rege agitur.

Ibidem, col. 2. versu 5. ante finem pag. Nabuchodonosore Perside, lege, Nabuchodonosor e Perside.

Pag. 885. col. 1. versu 13. legio, scribe, legit.

Ibidem, col. 2. versu 16. nescis quomodo, lege, nescio quomodo.

Pag. 886. col. 1. versu 12. abbreviatæ Hebræum, lege, abbreviatæ. Hebræum &c.

Ibidem, versu 51. falso nominis, lege, falsi nominis.

Ibidem, col. 2 versu 9. efficiant, adde, (cum postrema quæ subsequitur,)

Pag. 887 col. 1. versu 12. ante finem pag. Græcisque, dele hanc vocem tum ibi, tum quater inferius.

Ibidem, col. 2. versu 19. post Archelaum, adde: vel potius post Josephum virum Mariæ, postremum e familia David.

Ibidem, versu penult non posse, lege, Judæos posse negare.

Pag. 888. col. 1. versu 23. ante finem pag. præces, lege, preces.

Ibidem, col 2. versu 2. indicasset, lege, Daniel indicasset.

Pag. 889. col. 1. versu 24. ante finem pag. dum locum, lege, dum hunc locum.

Ibidem, col. 2. versu 14. Hæccine; lege, Hæcine.

Pag. 891. col. 1. versu 9. cœptas, lege, cœptos.

Ibidem, col. 2. versu 38. Cyrum Artaxerxen, lege, Cyrum & Artaxerxen.

Ibidem, versu 9. ante finem pag. Esdræ, libro, lege, Esdræ libro

Ibidem, versu ult. nonoginta, lege, nonaginta.

Pag. 893. col. 2. versu 10. Darium Xerxen, lege, Darium, Xerxen.

Pag. 896 col 2. versu 18. sobolere, lege, his sobolere.

Pag 897 col. 1. in titulo capitis XIII. Est post, lege, Et post.

Ibidem, col. 2. versu 44. potiori, lege, priori.

Ibidem, versu 61. incidit, lege, incidat.

Pag. 898. col. 2. versu 45. satisfacerent, lege, satisfaceret.

Pag 900. col. 1. versu 10. ager, lege, ager est.

Ibidem, versu 14. ante finem pag. ut ait, lege, ut ais.

Pag. 901. col. 1 versu 18. ante finem pagina: nemo audebit. Adde: vel potius, non erit ei populo rex ipse qui occisus est: transferet se ad Gentes in primis regendas.

Pag. 902. col. 2. versu 33. mutare, lege, nutare.

Pag. 903. col. 1. versu 17. ante finem pagina: tunc est, lege, tunc semper fere est.

Ibidem, versu 7. ante finem pag שרתים, lege, שרביט.

Pag. 905. col. 1. versu 18. ante finem pag. explicatis, lege, explicatus.

Pag. 906. col. 2. versu 41. à l'inscription, dele, à.

Pag. 907. col. 1. versu 19. ante finem pagina. presentement, lege, presentent.

Ibidem. versu 17. ante finem pag. je laissé, lege, je laisse.

Ibidem, col. 2 versu 24. ante finem pag. Cæsarée, lege, Cesarée.

Pag. 909 col. 2. versu 7. ante finem pag. perfundentur, lege, pertundantur.

Pag. 910. col 1. versu 14. dans la ceux, lege, dans le creux.

Ibidem, versu 8. ante finem pag. Sur pais qui sont toutes les montagnes du bien arrondies: lege, sur toutes les montagnes du païs qui sont bien arrondies.

Ibidem, col. 2. versu 14. ante finem pag. ulciscetur, lege, ulciscitur

Pag. 912. col. 1. versu 7. des Envoies, lege, des Envoiés.

Pag. 913. col. 1. versu 33. Præsentia, lege, Præ sententia.

Pag. 914. col. 2. versu 5. congreditur, lege, congeritur.

Pag 916. col. 2. versu 13. omnes de, lege, omnes Dii.

Ibidem, versu 32. si templum, lege, in templum.

INDEX

INDEX
HISTORIÆ AUGUSTÆ, &c.

Prior numerus paginam indicat; posterior, paginæ columnam.

A

Divo

Eeeeee 2

IIMM.

Mi-

F I N I S.

PROTESTATION du P. H.

contre l'Edition de ses Ouvrages que l'on fait à Amsterdam.

ON dit communément que la chose du monde qui fâche le plus un Poëte, c'est d'entendre mal réciter ses Poësies : Mais rien ne doit tant affliger un Ecrivain, que de sçavoir qu'on imprime ses ouvrages autrement qu'il ne voudroit, sur tout quand on y traite de matieres importantes.

Monsieur De Lorme Libraire d'Amsterdam a entrepris une nouvelle Edition des miens. Il l'a même annoncée sans ma participation dans une feüille imprimée, où il a donné les titres de toutes les Pieces qu'il a entre les mains; & parmi lesquelles on voit un Recueil de mes Lettres addressées à Luxembourg, qui ne contiennent presque qu'une suite des Médailles Imperiales, depuis Auguste jusqu'à Deocletien, qui se trouvent à Paris dans les Cabinets. Elles sont sous le titre d'*Historia Augusta;* quoi qu'elles n'ayent nullement l'air de l'histoire que j'avois promise, puisqu'il ne s'y trouve aucune des Dissertations que j'ay destiné de faire, si jamais je reprens ce travail. On y voit aussi quelques Additions, qui pouvoient le dédommager des retranchemens que je voudrois faire à ce Recueil, si j'en étois le Maître. Car m'étant apperçu que quelques personnes croioient voir dans mes Ecrits des choses qui doivent leur faire de la peine, j'avois résolu de les retrancher : & j'avois envoié au Libraire en differentes fois des corrections capables de lever les difficultés, que l'on auroit pu former. Le Libraire ne veut pas les admettre; quoi que je l'en aye fait solliciter par des personnes de consideration. Ainsi je desavoüe dés à présent l'édition *in folio* de mes Ouvrages, qui se fait à Amsterdam : & je la désavoüe comme une Edition à quoi je ne prens aucune part. Elle est remplie de choses qui n'y seroient pas, si le Libraire en usoit avec moi, comme on en use avec les Auteurs, qu'on doit laisser maitres de leurs ouvrages jusqu'à la fin de l'impression. Je désavoüe donc celle-ci encore une fois, & je la desavoüe très-sincerement.

Un Protestant inconnu * m'impute d'établir *que les Peres Grecs & Latins sont supposez.* Mais comme dans un écrit † de lui, qui a paru cette année en Hollande au commencement de Mars, il convient que je n'ay pas encore *proposé nettement ce Systême;* il doit convenir aussi qu'il n'attaque pas ce qu'il a vu dans mes livres, mais ce qu'il a cru y voir. Je lui déclare donc à lui & à toute autre personne, qui liroit peut-être mes ouvrages avec les mêmes yeux, que mon intention a été trés-sincere de retrancher tous les endroits, qui ont pu lui faire naître une pareille idée. J'ai pour témoin de ma sincerité Monsieur De Lorme, qui peut l'en instruire ; & qui est homme digne de foi. Ce n'est pas que dans les changemens qu'il a refusé d'admettre dans son édition; j'eusse parlé *des Peres Grecs & Latins;* ou que j'eusse retranché que *les Peres Grecs & Latins sont supposés.* On ne retranche point d'un livre ce qu'on n'y a jamais mis. Je n'ay point d'autre pensée sur les Peres Grecs, ni sur les Peres Latins, que celles de l'Eglise Romaine, des plus sçavans Critiques & des plus habiles Theologiens Catholiques. Quant aux Auteurs profanes, je crois avec les meilleurs Critiques, que parmi des Auteurs qui sont véritablement aussi anciens qu'on le croit, il s'en est mêlé d'autres, sur lesquels on peut raisonnablement former des doutes. Mais si mes sentimens étoient particuliers, ce seroit une injustice criante, que de les imputer à la Compagnie. Ce seroient purement les miens sans qu'elle y eût nulle part, comme je l'ay déclaré publiquement par un Ecrit, que Mr. le Clerc a inseré dans le quatorziéme Volume de sa Bibliotheque Choisie.

Aprés la déclaration que je viens de faire, je me crois dispensé dés maintenant de répondre à ceux qui écriront, contre ce qu'on pourra trouver dans l'Edition de mes Ouvrages qu'on fait en Hollande. Si celle-ci eût été faite sous mes yeux, ou que le Libraire eût eu pour moi la deference qu'il devoit avoir, je serois garant de tout ce qu'elle contiendroit. Mais aprés le refus qu'il a fait de changer & de corriger suivant mes corrections, & mes changemens, je ne suis plus garant de rien. Cecy regarde principalement l'Auteur Protestant qui m'a attaqué. Il peut écrire tant qu'il voudra : j'ai autre chose à faire qu'à le suivre dans ses conjectures : je ne prendrai point le change. S'il dit des choses raisonnables, le public en profitera, & j'en profiterai avec le public. Si au contraire ce qu'il dit n'est ni juste, ni solide, c'est à lui à se préparer au mépris, qui suit toûjours les mauvais ouvrages.

* *Mr. la Croze.* † *Dissertations Historiques.*

REPONSE DE J. L. DE LORME,

Libraire d'Amsterdam, à la Protestation du R. P. HARDOUIN, touchant l'impression de ses Oeuvres qui se fait à Amsterdam.

LE R. P. Hardouin ne peut se plaindre de moi, qu'en une chose; c'est qu'aprés avoir commencé à imprimer ses Oeuvres très-fidelement & comme elles étoient tombées entre mes mains, sans y ajoûter, ni y retrancher quoi que ce soit, je n'ai pas trouvé à propos d'y retrancher, ou d'y changer depuis ce qu'il auroit souhaité. Si j'y avois fait le moindre changement de ma tête, je passerois condamnation; mais comme je les ai imprimées telles que je les ai reçuës, avec toutes les corrections, & tous les changemens, qu'il y avoit faits lui même, il y avoit longtems; il me semble qu'il n'a aucun sujet légitime de s'en plaindre. Si lui, ou ses Superieurs ont jugé, sur quelque bruit que l'on a fait courir contre lui, que l'on y devoit retrancher quelque chose; ils me pardonneront, si je n'entre pas dans leurs vuës, qui seroient desavantageuses à mon Edition. On sait

que les Editions, qui passent pour tronquées, ne se vendent point, & s'il y a pais au monde, où cela arrive, c'est en Hollande, en Angleterre & en Allemagne. Dès que l'on y soupçonne seulement qu'on a retranché la moindre chose dans une Edition, on n'en veut point, & dès qu'on croit que l'on trouve dans une autre ce qui a été retranché, on la recherche avec soin. C'est-là la raison pourquoi on a si bien vendu l'édition de Hollande de l'Histoire de France de M. de Mezerai, & qu'on n'y a pas voulu acheter les dernieres Editions de Paris. On croyoit qu'il y avoit des choses, qui avoient été retranchées, dans les Editions de France. C'est pour cela encore qu'un fameux Libraire de Hollande ne voulut jamais retrancher un certain article, dans un Livre de trois Volumes *in folio*, quoi que l'Auteur se fût obligé de l'ôter, dans la seconde Edition. Tout ce qu'il fit pour l'Auteur fut de lui permettre de réformer cet Article, comme il trouva à propos, mais le même Article, tel qu'il étoit au commencement, fut imprimé à la fin du Volume.

J'ai offert de même au R. P. Hardouin d'imprimer ses corrections nouvelles, dans une Préface, dans un Errata, ou comme il lui plairoit, pourvu que l'Ouvrage demeurât dans l'état auquel je l'avois reçû. J'ai même plus fait, car j'ai offert de remettre toute l'Edition à quiconque la voudroit prendre, en me remboursant simplement de mes frais. Je me persuade que le R. P. Hardouin ne voudroit pas que je fisse une perte considerable, après avoir commencé à imprimer ses Ouvrages de très-bonne foi & tels que je les avois reçû. Au reste, je serois tres-fâché d'avoir rien fait contre lui, ni contre qui que ce soit de son Ordre, qui pût les desobliger.

A l'égard des sentimens, que l'on peut trouver dans ses Ouvrages, ce n'est pas à moi à les examiner; il me suffit d'avoir suivi fidelement les copies de Paris, avec les corrections qu'il y a faites, & que je garde avec soin, ou d'avoir suivi exactement son Manuscrit. C'est au R. P. Hardouin à répondre du reste, & à se défendre, comme il le trouvera à propos, pourvû qu'il n'y ait rien qui engage mon honneur, ni qui nuise à mon Edition. Je ne dois pas entrer en ce qui concerne les contestations, qu'il peut avoir avec les Savans; ou les justifications, qu'on peut exiger de lui. Cela ne regarde pas un Libraire, & il est libre à un Auteur de faire à cet égard ce qu'il trouve à propos, pourvû, comme je l'ai dit, que l'honneur ou l'interêt de son Libraire n'en souffre pas.

A Amsterdam ce 1. Octobre, 1708.

